





John Bradford,

M. D.



Digitized by the Internet Archive
in 2014

DANIELIS
SENNERTI

VRATISLAVIENSIS,
D. ET MEDICINÆ IN
ACADEMIA VVITTEBERG.

Professoris Publici.

OPERVM TOMVS III.


QVO HABENTVR MEDICINÆ PRACTICÆ
Pars IV. V. & VI.



PARISIIS,
APVD SOCIETATEM.

M. DC. XXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



IVY MARY

W. R. T. MARY
1870

GRANDMOTHER




Crawford



MAGNIFICIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMISQVE
VIRIS,
D. CAPITANE O,
ET RELIQVIS INCLYTÆ
VRATISLAVIENSIS
Reipublicæ Senatoribus.

Dominis & Fautoribus suis admodum honorandis.

S. D. P.



TSI iam annos ferè octo & triginta, *Virimagnifici, Nobilissimi, & Amplissimi*, patria abij, & studiorum gratia ad peregrinos me cõtuli, atque ita maximam ætatis meæ partem extra patriam transigi: non tamen vel locorum interualla, vel temporis longinquitas, eius amorem & memoriam labefactare & animo meo eripere potuerūt. Quamuis enim, vbi bene est, ibi Patria esse dicatur, & reuera Vvitteberga hæc mihi altera Patria habenda sit: tamen vt eius loci, qui me in hanc lucem prodeuntem primùm suscepit, postea fouit, aluit, Christianæ pietatis & bonarum literarum rudimenta docuit, parentum piè defunctorum corpora ad gloriosum Supremi mundi Iudicis aduentum custodit, obliuiscar, facere non possum. Et sunt præter ista priuata in me merita, etiam publica Vratislaviæ ornamenta, quæ eius memoriam subinde mihi in mentem reuocant. Neque enim Vratislavia vilis pagus vel ignobile, cuius me pudere debeat, sed è splendidissimis & amplissimis Germaniæ ciuitatibus non postrema est. In cuius laudes si vellem excurrere, non epistola, sed liber scribendus esset, quod factum ante me ab aliis. Vnius vt hic mentionem faciam, non præter rem & institutum meum videtur, Vratislaviam nimirum Virorū Doctorum Medicorum imprimis eruditissimorum, semper fuisse feracissimam. Si enim intre vnus proximè elapsi seculi spatium vel centum

Medicos è nostra Vratislauia prodiisse dixero, in numero, si aliquantum, non tamẽ multũ forsan aberrauero. Vt enim eos, qui adhuc in viuis sunt, & nunc cum laude, cum in patria, tum alibi Medicinam faciunt, præteream; neque etiam eos, qui in viuis esse desierunt, omnes recenseam, (forfan etiam omnium nomina ad memoriam nostram non peruenerunt) sed aliquos saltem, qui vel suis scriptis, vel aliorum Medicorum monumentis, vel suis in Rempubl. Vratislauiensem meritis imprimi non sunt, nomen, Vratislauriæ noti sunt, *Antonius Niger, Andreas Auribafer, Andreas Buchnerus, Ioannes Crato, Ioannes Moibanus, Ioannes Sprembergerus, Balthasar Seiderus, Abrahamus Seylerus, Sigismundus & Ioannes Woyselij, Paulus Borek, Gaspar Backischius, Paulus Friedevvaldt, Paulus Hesses, Petrus Monavius, Wenceslaus Raphanus, Ioachinius Baudisius, Ioannes Henneman, Ioannes Iessenius, Daniel Rindisch seu Bucietius, Georgius Rumbaum, Carolus Greiserus, Elias Bonnius, &c.* omnes Medicinæ Doctores Clarissimi & Experientissimi. Cum ergo & me Vratislauriæ, anno Christi 1572. die 25. Nouembr. circa occasum Solis, Deus nasci voluerit, & Patriæ iste genius ac tot Clarissimorum Virorum exempla me ad Medicinam allicerent, dedi operam, (absit verbo iactantiã) ne in studio & diligentia in me quid desiderari posset, aut tantã Patriã, tot doctissimis Medicis clarã, me indignum gererem: benedixitque Deus Opt. Max. cui sit Laus & Gloria, ita meis conatibus & laboribus, vt Serenissimi Electores Saxonie Professionem in hac Academia Illustrissimã mihi commendarent. Quod officium vbi, cum Deo, suscepi, & hic Wittebergæ sedem fixi, mearum partium esse putavi, Spartam, quam nactus sum, ornare, & non solùm artem Medicam discẽtibus publicè fideliter tradere, sed tempus, quod à publicis Lectionibus & operis Practicis subtrahere potui, priuatis exercitiis & scriptis quibusdam edendis, quibus artis Medicæ studiosis pro tenuitate prodessem, tribuere.

Inter quæ cum iam Liber tertius practicæ Medicinæ in lucem prodeat, amor meus erga Patriam, ac promissum, iam ante plures annos factum, me mouit, vt vobis, *Viris magnifici, Nobilissimi, & Amplissimi*, hoc quicquid est operæ offerre, & vestro honoratissimo nomini inscriberem, & quod verbis testatus sum, re aliquo modo declararem. A. V. autem Mag. Nobil. & Amplit: maiorem in modum peto, vt quicquid hoc muneris est, serena fronte suscipiatis, & meum in Patriam amorem, Vestræ beneuolentiæ aurã foueatis. Vos verò totamque dulcissimam Patriam Dei Opt. Max. fauori, tutelæ, & protectioni commendo, eumque supplex oro, vt omnes calamitates, quæ hisce turbulentissimis temporibus multas pessundederunt Respublicas, à Vestris muris, mœnibus, templis & foris clementer & potenter auertat atque auerruncet, & Patriam, ac vos in ea florentes conseruet ac tueatur. Wittebergæ, pridie Calend. Ianuar. Anno Christi M. DC. XXXI.

V, M. N. Ampl.

Obseruantis.

DANIEL SENNERTVS, D. Medic. Professor,
& Sereniss. Saxon. Ducis Medicus.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

PRACTICÆ MEDICINÆ LIBRI TERTII
de morbis ac symptomatibus infirmi Ventris.

P R O O E M I V M.

P A R S P R I M A.

De Morbis ac Symptomatibus Oesophagi & Ventriculi.

S E C T I O P R I M A.

De Morbis Oesophagi & Ventriculi.

C A P V T I.

M Orbi Oesophagi, pag. 1	Cap. 1. de laeta deglutione, p. 5
Cap. 2. de rebus alienis deglutitis, pag. 6.	Cap. 3. de intemperiebus ventriculi, p. 7
Cap. 4. de frigida intemperie ventriculi, p. 8	Cap. 5. de calida intemperie ventriculi, p. 10
Cap. 6. de humida ventriculi intemperie, p. 11	Cap. 7. de sicca ventriculi intemperie, p. 12
Cap. 8. de intemperiebus ventriculi compositis, p. 13	Cap. 9. de intemperiebus ventriculi cum materia. Et primò in genere, p. 13
Cap. 10. de tumoribus ventriculi, p. 13	Et primò de inflatione ventriculi, p. 15
Cap. 11. de inflammatione ventriculi, p. 17	Cap. 12. de humoribus ventriculi frigidis, p. 19
Cap. 13. de extenuatione, angustia, adstrictione, & situmutato ventriculi, p. 20	Cap. 14. de rebus præter naturam variis in ventriculo re- pertis. ibid. & seq.
Cap. 15. de vulneribus ventriculi, p. 22	Cap. 16. de ulceribus ventriculi, p. 23

LIBRI TERTII. PARTIS I.

SECTIO II.

De Symptomatibus ventriculi.

C A P V T I.

D E anorexia & appetitu ventriculi deiecto, In appetentiæ causis, pag. 22	Cibi fastidij causis, ibid.
Cap. 2. De longa à potu & cibis abstinencia, p. 28	Cap. 3. de certorum ciborum fastidio, p. 37

Cap. 4. de ingenti fame, canina, appetentia & bulino, p. 38	cap. 5. de pica & appetitu vitioso, p. 42
cap. 6. de potus appetitu læso, & primò de siti deficienti, p. 44	cap. 7. de siti nimia, p. 48
cap. 8. de symptomatibus quæ in retentione cibi & potus accidunt, p. 47	cap. 9. de chylo seu coctione ventriculi læsa, & imbecillitate ventriculi, p. 48
cap. 10. de lingua, p. 51	cap. 11. de ructatione, p. 55
cap. 12. de nausea & vomitu, p. 56	cap. 13. de cholera. Et primò de cholera humida, p. 61
cap. 14. de cholera sicca, p. 64	cap. 15. de dolore & anxietate ventriculi, p. 65
cap. 16. de ardore stomachi, & ventriculi resolutione ac stupore, p. 69	cap. 17. de excretis præter naturam è ventriculo, & eius qualitatibus, ibid.

LIBRI TERTII. PARS II.

De Intestinorum morbis ac Symptomatibus.

Præfatio, pag. 70

SECTIO I.

De morbis intestinorum.

C A P V T I.

D E intemperie intestinorum, Et primò de frigida, De intemperie intestinorum calida, ibid.	De intemperie intestinorum humida, p. 72	De intemperie intestinorum sicca, ibid.
---	--	---

Index Librorum.

Caput 2. de inflammatione intestinorum,	p. 73	cap. 13. de Hemorrhoidibus	p. 198
cap. 3. de angustia intestinorum,	p. 74		
cap. 4. de leuitate intestinorum & magnitudine aucta,	pag. 76		
cap. 5. de rebus præter naturam in intestinis repertis & in specie de vermibus.	ibid.		
cap. 6. de situ intestinorum mutato & de hernia,	p. 83		
cap. 7. de ani prociencia,	p. 88		
cap. 8. de vulneribus intestinorum,	p. 89		
cap. 9. de vlceribus & phacelo intestinorum,	ibid.		
cap. 10. de intestini recti morbis in specie,	p. 90		

LIBRI TERTII. PARS II.

SECTIO II.

De Symptomatibus qua intestinis accidunt.

CAPVT I.

D E intestinorum actione læsa, & præcipuè de motu intestinorum inuerso & ileo,	p. 94
De ileo ab inflammatione,	p. 96
De ileo ab aliis tumoribus & ab exulceratione,	
De ileo à fecibus induratis,	

De intestinorum doloribus.

CAPVT II.

D E colico dolore,	pag. 98
De colica à flatibus, & excrementorum copia in cauitate intestinorum retenta & distent dolorem excitantibus.	p. 101
De colica à vermibus,	p. 103
De colica ab humoribus crassis & viscidis in tunicis intestinorum hærentibus,	ibid.
De colica ab humore acris & scorbutico,	p. 105
De colico dolore ab inflammatione intestinorum.	ibid.
cap. 3. de dolore iliaco,	p. 106
cap. 4. de alui retentione,	ibid.
cap. 5. de alui fluxibus in genere & de cæliaca affectione & lienteria,	
De lienteria à retentrice labefactata,	p. 113
cap. 6. de Diarrhoea,	p. 115
de Diarrhoea quæ fit à toto, & primò de ea quæ est cum febre,	
de fluxu colliquatino,	p. 117
de Diarrhoea à toto corpore sine febre,	p. 116
de Diarrhoea à vermibus,	p. 120
de Diarrhoea ab Epate ac bilioso humore,	ibid.
de Diarrhoea à liene & humore melancholico,	p. 121
de Diarrhoea ab vtero,	p. 122
de Diarrhoea à cerebro,	ibid.
de Diarrhoea quæ accidit infantibus, dum dentes erumpunt,	ibid.
de Diarrhoea ab hypercutharsi & veneno sumpto, ib.	
caput 7. de Dysenteria, nomen & natura dysenteriaz	pag. 123
cap. 8. de fluxu alui sanguineo & hepatico,	p. 191
cap. 9. de fecum alui per aliena loca excretionem,	p. 194
cap. 10. de rebus variis, alienis, & monstris per aluum excretis & ventris murmure,	p. 194
<i>De symptomatibus ani.</i>	
Caput 11. de ani paralyfi, stupore & dolore,	p. 196
De ani pruritu	ibid.
De ani dolore,	ibid.
cap. 12. de Tenesmo,	ibid.

LIBRI TERTII. PARTIS TERTIÆ.

De morbis Mesenterij, Pancreatis & Omenti.

CAPVT I.

D E Mesenterio & vasis mesaraicis venisque lacteis,	pag. 204
De morbis mesenterij.	
cap. 2. de intemperie mesenterij,	p. 206
cap. 3. de mesenterij vasorum angustia, & obstructionibus,	p. 207
cap. 4. de mesenterij inflammatione,	p. 208
cap. 5. de mesenterij aliis tumoribus, abcessibus, suppuratione & corruptione,	p. 210
cap. 9. de Symptomatibus ex humoribus in mesenterio cumulatis, ortis & præcipuo dolore,	p. 212
cap. 7. de morbis Pancreatis,	p. 213
cap. 8. de morbis Omenti.	ibid.

LIBRI TERTII. PARS QVARTA.

De lienis præter naturam affectibus.

CAPVT I.

D E vsu lienis & natura humoris melancholici,	p. 215
Cap. 2. de intemperie lienis,	p. 217
cap. 3. de lienis morbis organicis,	p. 219
cap. 4. de lienis magnitudine vitiosa & inflatione,	p. 221
cap. 5. de lienis inflammatione,	p. 222
cap. 6. de schirrho & duris lienis tumoribus.	p. 223
cap. 7. de lienis vulneribus,	p. 226
cap. 8. de vlceribus lienis,	p. 227
cap. 9. de actione lienis propria læsa.	ibid.
cap. 10. de lictero nigro,	ibid.

LIBRI QVARTI PARS QVINTI.

De affectione Hypochondriaca & scorbuto.

SECTIO PRIMA.

De Hypochondriaca affectione.

CAPVT I.

D E natura affectionis Hypochondriacæ,	p. 230
Cap. 2. de loco affecto,	p. 231
Cap. 3. de causis affectionis Hypochondriacæ,	p. 232
Cap. 4. Signa diagnostica & symptomata, quæ affectionem Hypochondriacam comitari solent.	p. 236
cap. 5. Signa prognostica quæ affectionem Hypochondriacam præcedere solent.	p. 239
cap. 6. Indicationes & curatio affectionis Hypochondriacæ	p. 240
cap. 7. Dieta,	p. 245

LIBRI TERTII. PARS QVINTA.

SECTIO SECVNDA.

De Scorbuto.

CAPVT I.

D E Scorbuti nominibus & natura,	pag. 246
Caput 2. de subiecto & causa Scorbuti,	p. 249

& Capitem.

Caput 3. de causis scorbuti remotis pro catarcticis & externis,	pag. 254
cap. 4. de signis scorbuti ac de morbis ac symptomatibus quæ scorbutum comitantur,	p. 257
cap. 5. signa prognostica scorbuti,	p. 271
cap. 6. de curatione scorbuti & illius indicatione,	p. 272
cap. 7. de curatione speciali aliquot affectuum qui scorbutum coniunguntur,	p. 279
de curanda difficili respiratione & pectoris angustia,	pag. 280
de maculis,	p. 281
de doloribus,	ibid.
de arthritide	p. 282
de somno nimio,	p. 283
de lipothymia,	ibid.
de fœtore anhelitus,	ibid.
de vomitu,	ibid.
de spuratione nimia,	ibid.
de alui fluxu,	ibid.
de calore nocturno,	ibid.
de febribus,	ibid.
de tumoribus duris,	p. 284
de erysipelate,	ibid.
de hydrope,	ibid.
de ulceribus,	ibid.
de atropica,	p. 285
cap. 8. diæta,	p. 285
cap. 9. de præseruatione,	p. 286

Caput 2. de cachexia,	pag. 303
cap. 3. de hydrope à sanguificatione læsa in genere, & de Ascite,	p. 307
De hydropis ascitæ natura & causis,	p. 308
Prognostica hydropis in genere,	p. 312
Signa hydropis ascitæ,	ibid.
Prognostica ascitæ.	ibid.
cap. 4. de Tympanite,	p. 339
cap. 5. de Anasaraca,	p. 344
cap. 6. de dolore Epatis,	p. 344
cap. 7. de ictero,	ibid.
De ictero flauo ab obstructione vesiculæ fellis,	p. 345
de ictero ab epatis caliditate sine febrî,	p. 346
de ictero in febribus & acutis critico,	ibid.
de ictero in febribus symptomatiko.	ibid.
de ictero ab inflammatione ab epatis,	p. 346
de ictero à morfu venenatorum animalium & venenis,	p. 347
de ictero nigro.	ibid.

LIBRI TERTII. PARS SEXTA.

De Epatis morbis ac symptomatibus.

SECTIO PRIMA.

De morbis Epatis.

Proœmium, p. 287

CAPVT I.

D E intemperie in genere,	pag. 288
De intemperie calida,	ibid.
de Epatis intemperie frigida,	p. 288
de Epatis intemperie humida,	p. 290
de intemperie Epatis sicca,	ibid.
de intemperie Epatis composita,	p. 290
de intemperie Epatis cum materia,	ibid.
Caput 2. de obstructione Epatis, & vasorum eius præter naturam apertione,	p. 291
De apertione vasorum Epatis,	p. 294
cap. 3. de inflatione epatis:	ibid.
cap. 4. de epatis inflammatione,	p. 295
cap. 5. de schirrho epatis & aliis epatis tumoribus,	p. 299
cap. 6. de calculis, vermibus, & hydatidibus in epate natis,	p. 300
cap. 7. de vulneribus epatis,	p. 301
cap. 8. de ulceribus & sphacelo epatis,	p. 302
cap. 9. de vesiculæ fellis morbis,	p. 303

LIBRI TERTII. PARS SEXTA.

SECTIO SECVNDA.

De symptomatibus quæ Epati accidunt.

CAPVT I.

D E sanguificatione læsa in genere & epatis imbecillitate,	pag. 304
---	----------

LIBRI TERTII. PARS SEPTIMA.

De renum & vreterum præter naturam affectionibus.

Proœmium.

SECTIO PRIMA.

De renum & vreterum morbis.

CAPVT I.

P aradoxum de renum vsu,	pag. 348
Caput 2. de renum intemperie, Et primò de calida & sicca,	p. 349
cap. 3. de numero renum mutato, & aliis quibusdam eorum morbis,	p. 350
cap. 4. de vasorum in renibus angustia,	ibid.
cap. 5. de apertione vasorum in renibus.	p. 351
cap. 6. de calculo renum,	ibid.
cap. 7. de aliis rebus præter naturam in renibus genitis & de vermibus.	p. 358
cap. 8. de renum inflammatione,	p. 355
cap. 9. de reliquis renum tumoribus, & eorù tabe.	p. 360
cap. 10. de vulneribus renum,	p. 361
cap. 11. de ulceribus renum.	ibid.
cap. 12. de vreterum morbis.	p. 362

LIBRI TERTII. PARS SEPTIMA.

SECTIO SECVNDA.

De symptomatibus renum.

CAPVT I.

D E renum imbecillitate, & seri secretione læsa,	p. 365
Cap. 2. de Diabete,	p. 369
cap. 3. de dolore nephretico,	p. 369

LIBRI TERTII. PARS OCTAVA.

De vesicæ præter naturam affectibus.

Proœmium.

SECTIO PRIMA.

De vesicæ morbis.

CAPVT I.

D E intemperie & angustia vesicæ & numero mutato.	ibid.
& Vesicæ angustia,	ibid.
Numeri vitium.	ibid.

Index Librorum

cap. 2. de calculo vesicæ,	p. 372
caput 3. de vermibus & aliis præter naturam in vesica natis.	p. 375
cap. 4. de distensione & inflammatione vesicæ ac situ eiusdem mutato; Distentio vesicæ,	pag. 375
Vesicæ inflammatio,	ibid.
Vesicæ situs mutatus,	p. 374
cap. 5. de Vesicæ vulneribus.	p. 374
cap. 6. de vesicæ scabie & vlceribus scabies vesicæ, ibid.	ibid.
cap. 7. de morbis meatus vrinarii. Et primò de sphincteris vesicæ refrigeratione, & duplici meatu vrinario.	p. 377
Caput 8. de meatu vrinarii angustia,	p. ead.
cap. 9. de caruncula, callo & verrucis in meatu vrinario enatis & de meatu vrinarii vlceribus,	p. 378

LIBRI TERTII. PARS OCTAVA.

SECTIO SECUNDA. *De symptomatibus vesicæ.*

CAPVT I.

D E dolore vesicæ & stupore ac resolutione sphincteris vesicæ,	p. 380
Cap. 2. de vrinæ suppressione, seu Ischuriâ & vrinæ imminutione, seu dysuriâ.	ibid.
cap. 3. de diminuta vrinæ excretionem,	p. 382
cap. 4. de stranguria,	p. eadem.
cap. 5. de dysuria & Vrinæ ardore,	p. 385
cap. 6. de mictione inuoluntaria & vrinæ incontinentia,	p. 386
cap. 7. de vrina rubra, cruenta & nigra,	p. 387
cap. 8. de rebus alienis per vesicam excretis,	p. 389
cap. 9. de vrinæ per aliona loca excretionem.	p. 390

LIBRI TERTII. PARS NONA.

De membrorum genitalium in viris præter naturam affectionibus.

Proœmium. p. 391

SECTIO PRIMA.

De morbis partium genitalium in viris & primo de testium morbis.

CAPVT I.

D E testium intemperie.	
Caput 2. de testium numero vitioso & calculis in eis repertis	pag. 393
cap. 3. de testium magnitudine, vitiosa inflammatione, & tumoribus aliis,	p. 393
cap. 4. de situ testium mutato,	p. 394
cap. 5. de vulneribus, vlceribus, cancro & gangrena testium vulnera testium,	p. 395
cap. 5. de scroti morbis,	p. ead.
cap. 6. de hernia & scroti tumoribus,	p. 396
De <i>σπυρματις</i> seu hernia & scroti ventosa,	ibid.
De hydrocele seu hernia aquosa,	ibid.
De sarcocoele seu hernia carnosâ,	ibid.
Cirsocele seu hernia varicosa,	p. 399
Lapides in scorto,	ibid.
cap. 8. de penis morbis, & primo de meatu in pene vitii & de penis distortionem, inflationem & inflammationem,	p. 399
Distortio membri virilis	p. 400
Inflatio penis,	ibid.
Inflammatio penis,	ibid.
cap. 9. de tuberculis & verrucis penis,	p. 401
cap. 10. glande imperforata.	ibid.
cap. 11. de vulneribus, vlceribus, fistulis & gangrena	

penis	p. 402
cap. 12. de præputii morbis,	p. 403
Phimosis,	ibid.
Præputium curtum,	p. 434
De circumcidendis,	ibid.
Fissura præputii,	ibid.
cap. 13. de Hermaphroditis & sexus mutatione,	ibid.

LIBRI TERTII. PARS NONA.

De symptomatibus quæ genitalibus, & circa generationem in viris accidunt.

CAPVT I.

D E læsa generatione, seu sterilitate in viris, & primò de læsa seminis generatione.	pag. 406
cap. 2. de læsa penis erectione, & seminis eiaculatione,	p. 409
cap. 3. de salacitate, satyriasi & priapismo,	p. 411
cap. 4. de Gomorrhœa & seminis profluuium,	p. 412
cap. 5. de pollutione nocturna,	p. 415
cap. 6. de symptomatibus quibusdam in coitu & seminis emissionem accidentibus,	p. 426
cap. 7. de rebus alienis per penem excretis.	p. 417
cap. 8. de testium & penis dolore ac scroti & præputii pruritu testium dolor,	p. eadem.

LIBRI TERTII. PARS X. ET VLT.

De vmbilici & abdominis præter naturam affectionibus.

Proœmium.

CAPVT I.

D E vmbilici apertione & per eum variarum rerum excretionem,	p. 418
Caput 2. de hernia vmbilicali,	p. 419
De hernia vmbilicali aquosa,	p. 421
De hernia vmbilicali statulenta,	p. 421
De hernia vmbilicali carnosâ,	ibid.
cap. 3. de vmbilici inflammatione abcessu & vlceribus,	p. 422
cap. 4. de vermibus & lapidibus in vmbilico genitis,	p. 422
cap. 5. de vulneribus vmbilici & vasorum eius abruptione,	ibid.
cap. 6. de peritonæi morbis	p. 423
cap. 7. de muscutorum abdominis inflammatione & abcessibus,	ibid.
cap. 8. de spasmo abdominis,	p. 425
cap. 9. de abdominis tumoribus,	p. ead.
cap. 10. de abdominis vulneribus,	ibid.
cap. 11. de fistulis & vltionibus abdominis.	p. 426
Notæ ponderum medicinalium,	p. 428
Notæ rerum chymicarum.	ibid.

De Arthritide.

Tractatus.

CAPVT I.

D E natura Arthritidis,	p. 431
Cap. 2. de causis Arthritidis,	p. 433
cap. 3. de signis diagnosticis eiusdem,	p. 438
cap. 4. de signis prognosticis eiusdem,	ibid.
cap. 5. Indicationes & curatio eiusdem,	p. 440
cap. 6. de dolore ischiadico.	p. 446
cap. 7. de ratione præcauendi Arthritidem,	p. 447
cap. 8. Consolatio medica in arthritide,	p. 455
<i>Podagra</i>	

& Capitem.

Podogra Tragice producta à Luciano.

*Interprete M. Erasmo Schmidio, Græc.
Matth. Profess.*

PRACTICÆ MEDICINÆ LIBER QVARTVS.

*Cum tractatu de infantium morbis eiusdem
Auctoris.*

LIBER QVARTVS.

De mulierum præter naturam affectionibus.

Proœmium. p. 481

PARS PRIMA.

De morbis partium genitalium in fœminis.

Præatio.

SECTIO PRIMA.

*De pudendi & cervicis vteri muliebris
morbis.*

CAPVT I.

- D**E orificii pudendi angustia & amplitudine, p. 482
 Cap. 2. de mentula muliebri, p. 483
 Caput 3. de Atretis, clausura, & angustia cervicis, &
 oris vteri, p. 484
 cap. 4. de pustulis & scabritie pudendi, p. 487
 cap. 5. de vteri cervicis condylomatibus, p. 488
 cap. 6. de pudendi & cervicis vteri verrucis, p. ead.
 cap. 7. de Hæmorrhoidibus vteri, p. 489
 cap. 8. de vlceribus cervicis vteri, p. 490
 cap. 9. de vteri cervicis Rhagudibus, p. 491
 cap. 10. de fisturis colli vteri, p. 472
 cap. 11. de cancro vteri, p. 493
 cap. 12. de gangræna & sphacelo vteri, p. 494

PARTIS PRIMÆ.

SECTIO II.

De Vteri ipsius morbis.

CAPVT I.

- D**E temperie vtericognoscenda, pag. 495
 Cap. 2. de intemperie vteri calida, p. 496
 cap. 3. de intemperie vteri frigida, p. 467
 cap. 4. de humida intemperie vteri, ibid.
 cap. 5. de sicca vteri intemperie, p. 498
 cap. 6. de intemperiebus vteri compositis, & cum ma-
 teria. Et primò,
 de frigida & humida, p. 498
 cap. 7. de vteri conformatione vitiosa. Et primò,
 de angustia vteri eius & vasorum, p. 500
 caput 8. de vteri vasorum præter naturam apertione,
 p. 501
 cap. 9. de vtero duplici, deficiente, & malè confirma-
 to ac rebus alienis in vtero repertis. p. 502

- Vermes vteri, ibid.
 Adiposa materia & crines in vtero reperti, ibid.
 Lapidés in vtero geniti, ibid.
 cap. 10. de vteri magnitudine aucta. Et primò,
 De vteri inflatione, p. 503
 caput 11. de vteri hydrope, p. 505
 cap. 12. de tumore vteri è sanguine eius in vœnis con-
 tento, p. 506
 cap. 13. de inflammatione vteri, p. 508
 cap. 14. de vteri schirro & cancro, p. 511
 cap. 15. de vteri situ mutato.

Et primò,

- De ascensu vteri,
 caput 16. de vteri proscidentia, p. 515
 cap. 17. de hernia vterina, p. 520
 cap. 18. de vulneribus & ruptura vteri p. 521
 cap. 19. de vlceribus & corruptione ibid.
 caput 20. de morbis testicularum & vasorum genita-
 lium in fœminis, p. 522

LIBER QVARTVS.

PARS SECVNDÆ.

*De Symptomatibus quæ fœminis in vtero
& ex vtero accidunt.*

Proœmium.

SECTIO PRIMA.

*De Symptomatibus, quæ fœminis in
vtero accidunt.*

CAPVT I.

- D**E vteri imbecillitate, p. 524
 Cap. 2. de pruritu vteri, p. 525
 cap. 3. de dolore vteri, p. 526
 cap. 4. de affectu vteri qui à sua olentibus & fœtidis
 excitatur, p. 528

LIBER QVARTVS.

PARS SECVNDÆ.

SECTIO II.

*De Symptomatibus, quæ circa menstruum
fluxum accidunt, & aliis præter natu-
ram ex vtero fluxionibus, p. 531.*

CAPVT I.

- D**E fluxu sanguinis menstruo, p. 531
 cap. 2. de mensibus nimis maturè fluentibus, p. 534
 cap. 3. de mensium defectu & suppressione, ibid.
 cap. 4. de mensium paucitate, p. 543
 cap. 5. de mensium stillicidio, p. 544
 cap. 6. de nimio mensium fluxu, p. 545
 cap. 7. de mensibus cum molestia & grâuib; sympto-
 matibus fluentibus, p. 550
 cap. 8. de menstruis vitiosis & de coloribus, p. 551
 cap. 9. de menstruis debitâ tēpus antevœrentibus, p. 552
 cap. 10. de menstruis ultra consuetum tēpus subsisten-
 tibus, p. 558
 cap. 11. de mensium per aliena loca excretionē, p. 564
 cap. 12. de fluore muliebri, p. 555

Index Librorum

cap. 13. de gonorrhæa, p. 558
cap. 14. de rebus alienis ex utero excretis, p. 559
lapides ex utero excreti, ibid.
externa reiecta, ibid.

LIBER QVARTVS.

PARS SECVNDA.

SECTIO II.

De Symptomatibus, quæ virginibus & omnibus ferrè fæminis post pubertatem ex utero euenire solent.

CAPVT I.

DE Virginitate, p. 560
Cap. 2. de morbo virgineo seu febre alba, & fœdis virginum coloribus, p. 563
cap. 3. de symptomatibus ex utero seu partium aliarum cum utero consensu & hystericis affectionibus in genere, p. 576
cap. 4. de suffocatione uteri, p. 577
cap. 5. de furore uterino, p. 578
cap. 6. de melancholia virginum & viduarum, p. 581
cap. 7. de epilepsia ex utero, p. 585
cap. 8. de dolore capitis ex utero, p. 584
cap. 9. de cordis affectibus & arteriarum in dorso & Hypochondrica pulsatione, p. 589
cap. 10. de lienis præter naturam affectionibus & hypochondriaca ex utero, p. 586
cap. 11. de Epatis præter naturam affectione & barbae prouentu ex consensu viri, p. 587
cap. 12. de ventriculi præter naturam ex utero affectionibus, ibid.

LIBER QVARTVS.

PARS SECVNDA.

SECTIO QVARTA.

De Symptomatibus quæ fiunt circa conceptionem.

CAPVT I.

DE veneris appetitu læso. p. 589.
cap. 2. de sterilitate & conceptionis defectu. p. 590.
cap. 3. de sterilitate ad tempus, & raro conceptu. p. 596.
cap. 4. de conceptione & fœtus formatione. p. 597.
cap. 5. de gemellorum & numerosæ prolis generatione. p. 599.
cap. 6. de superfætatione p. 600.
cap. 7. de vitiosa fœtus formatione. p. 602.
cap. 8. de fœtu lapidificato, seu lithopædio. p. 606.
cap. 9. de mola. p. 608.
cap. 10. de monstris. p. 612.
cap. 11. de falsa conceptione & grauidatione. p. 614.

LIBER QVARTVS.

PARS SECVNDA.

SECTIO QVINTA.

De regimine grauidarum & affectionibus præter naturam quæ grauidis accidunt.

CAPVT I.

DE signis conceptionis. p. 615
cap. 2. de regimine & diæta grauidarum. p. 616.
cap. 3. de Curatione grauidarum in genere. p. 617.
cap. 4. de symptomatibus quæ primis gestationis mensibus grauidis accidunt. p. 621.
cap. 5. de Symptomatibus quæ grauidis mediis gestationis mensibus contingunt, p. 622
cap. 6. de symptomatibus quæ grauidis yltimis mensibus accidunt, p. 624
cap. 7. de fœtus debilitate, p. ead
cap. 8. de vagitu uterino,

LIBER QVARTVS.

PARS SECVNDA.

SECTIO VI.

De Symptomatibus quæ circa partum accidunt.

CAPVT I.

DE partu in genere. p. 617.
cap. 2. de abortu. p. 632.
cap. 3. de partu naturalis signis & modo, regimine patientium, & officio obstetricis. p. 637.
cap. 4. de partu difficili naturali. p. 638.
cap. 5. de partu vitioso seu difficili præternaturali. p. 647.
cap. 6. de partu tardo. p. 643.
cap. 7. de partu nullo & fœtu in utero mortuo. ibid.
cap. 8. de partu Cæsareo. p. 650.

LIBER QVARTVS.

PARS SECVNDA.

SECTIO VII.

De regimine puerperarum & affectionibus præter naturam quæ post partum iis accidunt. pag. 655.

CAPVT I.

DE regimine puerperarum, ibid.
Caput 2. de secundina & mola post partum retenta. p. 656.
cap. 3. de purgatione post partum imminuta, vel retenta, p. 657.

& Capitum.

- Caput 4. de nimio sanguinis post partum fluxu, p. 658
cap. 5. de doloribus post partum & ventris torminibus, p. 659
cap. 6. de ruptura vulvæ ad anum, vteri prolapsu, inflammatione, vlceribus, suffocatione, ac procidentia ani p. 660
cap. 7. de vigiliis, deliriis variis, & epilepsia puerperarum, p. ead.
cap. 8. de vteri, ventris & pedum tumore à partu, ibid.
cap. 9. de vomitu, fluxu alui, aluo duriore, & vrinæ incontinentia puerperarum, p. 661
cap. 10. de rugis ventris post partum, ac pudendi dilatatione emendanda, p. 662
caput 11. de febribus & morbis acutis puerperarum, ibid.

LIBER QVARTVS.

PARS TERTIA.

De Mammaram præter naturam affectionibus p. 666

SECTIO PRIMA.

De morbis Mammaram.

CAPVT I.

- D**E Mammaram numero & magnitudine vitiosa. p. 667
Cap. 2. de mammaram ex lacte tumore, p. 668
Caput 3. de inflammatione & erysipelate mammaram, ibid.
cap. 4. de œdemate mammaram, p. 670
cap. 5. de scirrho mammaram, p. 67
cap. 6. de mammaram glandulis tumentibus, scrofuis, & strumis, p. 672
cap. 7. de cancro mammaram, p. 673
cap. 8. de vlceribus & fistulis mammaram, p. 677
cap. 9. de vasorum in mammis angustia, ibid.
cap. 10. de rebus alienis in mammis genitis, p. 677
cap. 11. de morbis papillarum, p. 678

LIBER QVARTVS.

PARS TERTIA.

SECTIO II.

De Symptomatibus mammaram.

CAPVT I.

- D**E lactis & lactationis defectu, p. 680
Cap. 2. de lactis redundantia, p. 681
cap. 3. de lactis vitiis & coagulatione, p. 683
cap. 4. de lactis per aliena loca excretionem, p. 684
cap. 5. de rebus alienis per mammam excretis, p. ead.
cap. 6. de colore papillarum mutato & mammaram dolore, p. 685

TRACTATVS.

De infantium curatione.

Libro tertio practicæ adiectus.

Proœmium.

p. 687

PARS PRIMA.

CAPVT I.

- D**E dixta & regimine infantium, p. 689
Cap. 2. de lactis boni conditionibus, p. 691
cap. 3. de vitiis lactis emendandis, ibid.
cap. 4. de dixta & regimine infantium recensatorum, p. 692
cap. 5. de dixta infantium à dentitione vsque ad ablationem, p. 694
cap. 6. de infantis ablatione, ibid.
cap. 7. de dixta infantium post ablationem, p. 695

PARS SECVNDA

De Morbis & Symptomatibus infantium.

CAPVT I.

- D**E infantium morbis in genere, p. 696
Cap. 2. de febribus infantium & variolis ac morbillis, p. 697
cap. 3. de crusta lactea, achoribus, & fauis, p. 698
cap. 4. de tineis, p. 699
cap. 5. de phthyriasi, p. 700
cap. 6. de hydrocephalo & capitis inflatione, p. 703
cap. 7. de siriasi, ibid.
cap. 8. de pauore in somno, p. 704
cap. 9. de vigiliis nimis, p. 705
cap. 10. de epilepsia & conuulsione, p. 706
cap. 11. de strabismo, p. 707
cap. 12. de Aurium dolore, in inflammatione, humiditate, vlceribus, & vermibus, ibid.
cap. 13. de Aphthis, vesiculis gingiuarum, & inflammatione Tonsillarum. p. 708
cap. 14. de dentitione, ibid.
cap. 15. de vinculo linguæ soluendo, & ranula sub lingua, p. 709
caput 16. de catharrho, tussi, & difficili respiratione, p. 710
cap. 17. de singultu, p. 711
cap. 18. de vomitu. ibid.
cap. 19. de torminibus ventris, p. 712
caput 20. de ventris & hypochondriorum inflatione, ibid.
cap. 21. de alui fluxu, p. 713
cap. 22. de alui adstrictione, p. 714
cap. 23. de lumbricis, p. 715
cap. 24. de hernia, p. 717
cap. 25. de vmbilici prominentia, p. 718
cap. 26. de vmbilici inflammatione, ibid.
cap. 27. de ani procidentia, p. 719
cap. 28. de calculo vesicæ, ibid.
cap. 29. de difficultate & retentione vrinæ, p. 720
cap. 30. de vrinæ incontinentia, ibid.
cap. 31. de intertrigine, p. 721
cap. 32. de macie & fascinatione, ibid.

Index Librorum

PRACTICÆ MEDICINÆ.

LIBER QVINTVS.

qui est

De { Tumoribus,
Cutaneis vitiis,
Fracturis,

De { Vlceribus,
Vulneribus,
Luxationibus,

pag. 725

PARS PRIMA.

De Tumoribus.

CAPVT I.

D E Tumorum natura, caussis & differentiis	
Cap. 2. de Tumoribus ab humoribus auctis in genere,	p. 732
cap. 3. de abcessibus,	p. 734
cap. 4. de corpulentia nimia,	p. 737
cap. 5. de inflammatione,	p. 738
cap. 6. de sinibus,	p. 749
cap. 7. de erysipelate, seu rosa	pag. 751
cap. 8. de Bubone,	ibid.
cap. 9. de Furunculo,	p. 752
cap. 10. de Phymate,	p. 752
cap. 11. de Phygethlo,	ibid.
cap. 12. de Parotide,	p. 754
cap. 13. de carbunculo,	p. 755
cap. 14. de Paronychia,	p. 758
cap. 15. de Pernionibus,	p. 759
cap. 16. de Ecchymomate,	p. 760
cap. 17. de Herpote,	p. 763
cap. 18. de Oedemate,	p. 764
cap. 19. de Scirrho.	p. 768
cap. 20. de cancro,	p. 768
Caput 21. de tumore aquoso.	p. 770
cap. 22. de exanthematibus, ecchymatibus, pustulis, phylactem & eczematibus,	p. 771
cap. 23. de varis,	p. 772
cap. 24. de sudaminibus & syronibus,	ibid.
cap. 25. de epynictibus & terminthibus,	p. 773
cap. 26. de effluie,	ibid.
cap. 27. de scabie,	p. 774
cap. 28. de lepra Græcorum,	p. 777
cap. 29. de vitiligine, seu leuca & alphi,	p. 778
cap. 30. de impetigine & lichene,	p. 780
cap. 31. de gutta rosacea,	p. 781
cap. 32. de crusta lactea, achoribus, fauis, tinea, frictu, Helcydria, psydraçis, & phthiriasi.	p. 782
cap. 33. de strumis & scrofulis,	p. 783
cap. 34. de ganglio & nodis,	p. 784
cap. 35. de meliceride, atheromate, & steutomate,	p. 785
cap. 36. de testitudine, talpa seu topinaria, & narra,	p. 787
cap. 37. de verrucis.	p. 788
cap. 38. de cornibus,	p. 789
cap. 39. de fungis,	p. 790
cap. 40. de tumoribus malignis & venenatis, ac in specie de Elephantiasi.	p. 791
cap. 41. de tumore flatulento,	p. 795
cap. 42. de tumoribus à partibus solidis aliò procedentibus vel incumbentibus in genere,	ibid.
cap. 43. de anecismate,	p. 796
cap. 44. de varicibus,	p. 798
cap. 45. de Elephantiasi Arabum.	p. 800
cap. 46. de tumoribus particularibus.	p. 881

LIBER QVINTVS.

PARS SECUNDA.

De Vlceribus.

CAPVT I.

D E vlcere, natura & differentiis,	p. 802
cap. 2. de vlcere simplici.	p. 803
cap. de vlcere cum intemperie,	p. 807
cap. 4. de vlcere cum humorum affluxu,	p. 808
cap. 5. de vlcere fordido, putrido & corrosiuo,	p. 809
cap. 6. de vlcere cum tumoribus,	p. 810
cap. 7. de carne in vlcerebus excrecente & luxuriante, ibid.	p. 811
cap. 8. de vlcere liuido & calloso,	p. 811
cap. 9. de vlcerebus sinuosis,	ibid.
cap. 10. de fistulis	p. 812
cap. 11. de vlcere verminoso,	p. 815
cap. 12. de vlcere varicoso,	ibid.
cap. 13. de vlcere cum ossis carie,	ibid.
cap. 14. de vlcere dyssepuloto, cacoethe, telephio, & chyronio,	p. 817
cap. 15. de phagedæna,	p. 810
cap. 16. de vlcere cum dolore,	p. 811
cap. 17. de tibiariu & aliis particulatibus vlcerebus,	ibid.
cap. 18. de ambustionibus	p. 820
cap. 19. de gangrena & sphacelo,	p. 824

LIBER QVINTVS. PARS TERTIA.

De Cutis, capillorum & vnguium vitiis.

SECTIO PRIMA.

De Cutis vitiis.

CAPVT I.

D E cutis colore mutato in genere, & in specie de nigredine à sole contracta.	p. 832
Caput 2. de de Ephelidibus in grauidis,	p. 833
cap. 3. de lentiginibus,	ibid.
cap. 4. de Cosmetica,	p. 834
cap. 5. de næuis maternis	p. 836
cap. 6. de maculis volaticis infantium.	p. 836
cap. 7. de maculis à Germanis epaticis dictis,	ibid.
cap. 8. de pruritu,	p. 837
cap. 9. de malo odore,	p. 838

LIBER QVINTVS. PARS TERTIA.

SECTIO SECUNDA.

De capillorum & vnguium vitiis.

CAPVT I.

D E pilorum natura & differentiis,	pag. 840
Caput 2. de pilorum vitiis, & primò de caluitie & barba defectu.	p. 841
cap. 3. de pilorum de fluuio,	p. 843
cap. 4. de alopecia & ophiasis,	p. 844
cap. 5. de tinea capillorum,	p. 846
cap. 6. de pillorum fissura,	ibid.
cap. 7. de canitie,	ibid.

& Capitem.

cap. 8. de furfuratione, & porriginē,	p. 848
cap. 9. de plica.	p. 849
Historia morbi generosi & Illustriss. Dn. Nicolai Sapieha, Comitis in eodem, vexill. feri supremi magni Ducatus Lituania.	p. 852
Consilium clariss. & excell. Dn. D. Ioannis Pruotij Professoris Medicinæ in Gymnasio Patavino primarij,	p. 853
cap. 10. de vnguim vitiiis,	p. 858
Vngues inæquales, crassi, rugosi,	ibid.
Vnguim teabritics,	ibid.
Vnguim color mutatus,	ibid.
Curuatura vnguim,	ibid.
Fissura vnguim.	ibid.
Vnguim casus,	p. 759
Reduiz,	ibid.
Fissuræ manuum.	ibid.

cap. 21. de vulneribus venenatis,	p. 916
cap. 22. de vulneribus particularibus,	p. 919
cap. 23. de morbis & lympptomatibus, quæ vulneribus accidunt,	ibid.
De inflammatione,	pag. 920
De erysipelate,	ibid.
De carne superexcrecente,	p. 921
De hæmorrhagia,	ibid.
De dolore cum vulnere,	ibid.
De dolore cum vulnere.	ibid.
De conuulsionibus & conuulsivis motibus,	ibid.
cap. 24. an licet Christiano periaptis & sigillis appensis, vel similibus modis se ab armis inuolabilem præstare,	p. 922

LIBER QVINTVS.

PARS QVARTA.

De vulneribus.

CAPVT I.

D E vulneris natura, causâ & differentiis,	p. 860
cap. 2. de signis diagnosticis	p. 861
cap. 3. de prognosticis & euentu vulnerum prædicendo,	p. 861
Quæ vulnera sint lethalia? quæ non,	ibid.
Reliqua prognostica,	p. 870
cap. 4. de curatione vulnerum, & primò de indicationibus,	p. 871
cap. 5. de rebus alienis è vulnere eximendis,	p. 872
cap. 6. de apparatus ad vulnera obliganda necessario,	p. 874
Defasciatione,	ibid.
De spleniis,	ibid.
De feralis,	ibid.
De laqueis,	p. 875
De membri delicati apta collocatione,	ibid.
cap. 7. de vulneratarum partium fasciatione.	p. ead.
De sutura vulnerum per glutinum,	p. 876
De sutura & fibulis,	ibid.
cap. 8. de medicamentis ad vulnera curanda necessariis,	p. 878
cap. 9. de Cæsaris Magati, & Ludouici Septalij curandi vulnera, methodo, iudicium.	p. 883
cap. 10. de vnguento armario,	p. 891
cap. 11. de alterantibus medicamentis & potionibus vulnerariis,	p. 896
cap. 12. de diætâ vulneratorum	p. 898
cap. 13. de prohibenda ad partem vulneratam fluxione,	p. 899
cap. 14. de venarum & arteriarum vulneribus, & de hæmorrhagia in vulneribus sistenda,	p. eadem
cap. 15. de vulneribus neruorum & tendinum in genere, & de punctura neruorum	p. 902
cap. 16. de neruis casum vulneratis, & ligamentorum vulneribus,	p. 903
cap. 17. de articulorum vulneribus,	p. 906
cap. 18. de vulnere cum confusione,	p. 908
cap. 19. de vulneribus morsu animalium illatis,	p. 909
cap. 20. de sclopetorum vulneribus,	p. 910
De globorum extractione,	p. 914
De medicamentis ad sclopetorum vulnera necessariis,	ibid.

LIBER QVINTVS.

PARS QVINTA.

De Fracturis.

CAPVT I.

D E fracturis, eorumque curatione in genere,	p. 928
Cap. 2. De fractura cum vulnere,	p. 933
cap. 3. de fractura cum vulnere, in qua os nudatum non est fragmentum tamen ossis aliquod abicellurum metuitur,	p. 935
cap. 4. de affectibus præter naturam qui fracturis accidunt.	
Dolor,	}
Inflammatio,	
Gangrena,	
Pruritus & excoriatio,	
cap. 5. de distortis & malè compositis ossibus,	p. 937
cap. 6. de callo iusto, minore, vel maiore corrigendo,	ib.
cap. 7. de membri gracilitate & debilitate,	p. 938
cap. 8. de Brachii fractura,	ibid.
cap. 9. de humeri fractura,	p. 939
cap. 10. de cruoris fractura,	ibid.
cap. 11. de femoris fractura,	p. 940
cap. 12. de fractura nasi,	p. 941
cap. 13. de maxillæ fractura,	ibid.
cap. 14. de fractura clauiculæ, seu iugulis,	p. 942
cap. 15. de scapulæ fractura,	ibid.
cap. 16. de sterni fractura,	p. 943
cap. 17. de costarum fractura,	ibid.
cap. 18. de spinæ dorsæ fractura,	p. 944
cap. 19. de fractura ossium manus,	p. 945
cap. 20. de coxendicis fractura,	ibid.
cap. 21. de fractura patellæ in genu,	ibid.
cap. 22. de fractura ossium pedis,	p. 946

LIBER QVINTVS.

PARS QVINTA.

De Luxationibus.

CAPVT I.

D E Luxationibus in genere,	pag. 947
Cap. 2. de luxatione cum dolore, inflammatione, vulnere, fractura, &c.	p. 949
cap. 3. de mandibulæ luxatione,	p. 950
cap. 4. de clauiculæ luxatione,	p. 952
cap. 5. de spinæ & costarum luxatione,	ibid.

Index Librorum.

cap. 6. de humeri luxatione.	p. 955
cap. 7. de cubiti & radij luxatione,	p. 955
cap. 8. de manus & digitorum eius luxatione.	p. 956
cap. 9. de femoris luxatione,	p. 957
cap. 10. de luxatione patellæ,	p. 958
cap. 11. de luxato genu,	p. 959
cap. 12. de fibulæ distractione,	ibid.
cap. 13. de pedis & eius ossium luxatione.	ibid.

De Morbis occultis.

LIBRI SEXTI.

PARS PRIMA.

De morbis occultarum qualitatum in genere. p. 963

CAPVT I.

A N dentur actiones à tota substantia, seu qualitatibus occultis,	ibid.
Caput 2. de nomine & natura occultarum qualitatum,	p. 964.
cap. 3. de qualitatum occultarum origine.	p. 967
cap. 4. an ad sanitatem etiam qualitates occultæ pertineant,	p. 973
cap. 5. an dentur alij præter intemperiem, in partibus simularibus morbi,	p. 975
cap. 6. Euiam sint illi alij præter intemperiem in partibus simularibus morbi,	p. 980
cap. 7. de causis & differentiis occultorum morborum in genere,	p. 981
cap. 8. de signis occultorum & venenatorum morborum in genere,	p. 983
cap. 9. de curatione morborum malignorum, venenatorum, & occultorum in genere,	p. 984

De Morbis occultis, malignis, & venenatis ab interno humorum vitio.

PARS SECUNDA.

CAPVT I.

D E malignitate & veneno in genere,	p. 986
Caput 2. an maligni & venenati humores in corpore nostro generentur,	p. 989
cap. 3. quomodo maligni & venenati humores in corpore nostro generentur,	p. 991
cap. 4. de causis morborum occultorum, malignorum & venenatorum ab interno humorum vitio ortorum in specie,	p. 994
cap. 5. de morborum ex interno humorum vitio ortorum differentiis,	p. 996
cap. 6. de signis morborum à malignis & venenatis humoribus in corpore nostro genitis ortorum,	p. 997
cap. 7. de præseruatione & curatione morborum malignorum ab interno humorum vitio ortorum,	p. 998

PARS TERTIA.

D E morbis occultis, ortis ab aqua, aëre, & de contagio, & morbis contagiosis in genere,	p. 1004
cap. 2. de morbis malignis ab aëris vitio,	p. 1005
cap. 3. de contagio,	p. 1007

cap. 4. de contagioforum morborum differentiis.	p. 1012
---	---------

PARS QUARTA.

De Lue venerea.

CAPVT I.

D E nomine & origine luis venereæ,	p. 1013
Caput 2. Historia luis venereæ,	p. 1014
cap. 3. de natura luis venereæ,	p. 1015
cap. 4. de causis,	p. 1019
cap. 5. de differentiis,	p. 1023
cap. 6. de signis diagnosticis,	p. 1024
cap. 7. de prognosticis,	p. 1026
cap. 8. de præseruatione,	p. 1028
cap. 9. de indicationibus,	p. 1029
cap. 10. de curatione. Et primò venæ sectione,	p. 1031
cap. 11. de præparatione & purgatione vitiosorum humorum.	ibid.
cap. 12. de propriis remediis & antidotis alexi pharmacis luis venereæ in genere,	p. 1031
cap. 13. de ligno indico & Guaiaco,	p. 1032
cap. 14. de sarsaparilla.	p. 1035
cap. 15. de radice China,	p. 1036
cap. 16. de ligno sassafras,	p. 1037
cap. 17. de saponaria,	p. 1038
cap. 18. de alexipharmacis compositis,	ibid.
cap. 19. de modo vtendi his medicamentis,	p. 1039
cap. 20. de Alexi pharmacis aliis communibus,	p. 1040
cap. 21. de cura per hydrargyrum,	p. 1041
cap. 22. de digta in luis venereæ curatione obseruanda,	p. 1050
cap. 23. de morbis ac symptomatibus, quæ lue venereæ coniungi solent, curandis,	p. 1052
Ulcera,	ibid.
Fissuræ manuum & pedum	p. 1053
Bubones	ibid.
Tumores gummatosi, & nodi,	ibid.
Tuberculæ & pustulæ,	ibid.
Capillorum destitium,	ibid.
Dolores,	ibid.
Gonorrhœa,	ibid.
Tabes,	ibid.

PARS QUINTA.

De Venenis externis in genere.

CAPVT I.

D E natura veneni,	pag. 1055
cap. 2. de differentiis venenorum,	p. 1058
cap. 3. de signis diagnosticis.	p. 1064
cap. 4. de prognosticis.	p. 1067
cap. 5. de præseruatione à venenis	ibid.
cap. 6. de curatione venenorum in genere,	p. 1069
caput 7. de venenorum ore assumptorum curatione,	p. 1071
cap. 8. de venenorum extra in corpus admissorum curatione,	p. 1072

PARS SEXTA

De Venenis è mineralibus & metallis.

CAPVT I.

D E calce viua,	pag. 1074
Caput 2. de gypso,	ibid.
Cap. 3. de vitriolo,	p. 1075

& Caputum.

cap. 4. de aqui forti,	ibid.
cap. 5. de antimonio,	ibid.
cap. 6. de magnete,	p. 1076
cap. 7. de adamante,	ibid.
cap. 8. de lapide lazuli,	p. 1077
cap. 9. de arsenico, auripigmento, sandaractis, & realgare,	ibid.
cap. 10. de ztre, eiusque squama, flore, ore vsto, & viridi zris,	p. 1079
cap. 11. de aurichalco & scobina campanorum,	ibid.
cap. 12. de ferro scoriofebri, & ferrugine,	p. 1080
cap. 13. de plumbo,	ibid.
cap. 14. de cerussa,	p. 1081
cap. 15. de minio,	ibid.
cap. 16. de lithargyro,	ibid.
cap. 17. de argento viuo tum crudo, tum sublimato, tum præcipitato,	p. 1082
cap. 18. de cinnabari,	p. 1084

PARS SEPTIMA.

De venenis è plantis.

CAPVT I.

D E Opio,	p. 1085
Caput 2. de fungis,	p. 1091
cap. 3. de napello,	p. 1092
cap. 4. de aconito,	ibid.
cap. 5. de Toxicò & Pharico,	p. 1093
cap. 6. de cicuta,	ibid.
cap. 7. de ephemeridibus,	p. 1094
cap. 8. de hyoscyamo,	ibid.
cap. 7. de solano furiosa & dorzenio,	p. 1095
cap. 10. de mandragora,	ibid.
cap. 11. de Apio risus, seu herba sardonias,	p. 1096
cap. 12. de coriandro,	p. 1096
cap. 13. de ixia & chameleone,	ibid.
cap. 14. de Taxo,	p. 1097
cap. 16. de nucemetella,	ibid.
cap. 17. de nerio seu oleandro,	p. 1098
cap. 18. de iuglande arbore,	ibid.
cap. 19. de etula,	ibid.
cap. 20. de nucè vomice,	p. 1099
cap. 21. de elleboro,	ibid.
cap. 22. de grano nubæ, erica baccifera, herba hæmato-goga darura, fluore Africano, lolio, mangas, anouai, huicz succo, melle venenato.	p. 1100

PARS OCTAVA.

De Venenis ab animalibus.

CAPVT I.

D E venenis ab animalibus in genere,	p. 1101
Caput 2. de serpentibus in genere,	p. 1102
cap. 3. de aspide,	p. 1104
cap. 4. de ceraste,	p. 1105
cap. 5. de Hæmorrhæo,	ibid.
cap. 6. de sepedone,	p. 1106
cap. 7. de diplapsa,	ibid.
cap. 8. de natrice,	ibid.
cap. 9. de amphyzna & scytale,	p. 1107
cap. 10. de cenchri,	ibid.
cap. 11. de Dryino,	ibid.
cap. 12. de Basilisco,	ibid.
cap. 13. de vipera,	p. 1108
cap. 14. de scorpione,	p. 1109
cap. 15. de dracone terrestri,	p. 1110
cap. 16. de crocodilo,	p. 1111
caput 17. de lacerta,	ibid.

cap. 18. de stellione,	ibid.
cap. 19. de Salamandra,	ibid.
cap. 20. de Hirudine,	p. 1112
cap. 21. de scolopendra,	p. 1113
cap. 22. de rubeta,	ibid.
cap. 23. de mure araneo,	ibid.
cap. 24. de araneo,	p. 1114
cap. 25. de Tarantula,	p. 1115
cap. 26. de Cantharidibus,	ibid.
cap. 27. de Bupreste,	ibid.
cap. 28. de pini erucis,	p. 1116
cap. 29. de muscis, apibus, & vespis,	ibid.
cap. 30. de veneno canis & aliorum animalium tabidorum,	ib.
cap. 31. de cerebro & sanguine felis,	p. 1118
cap. 32. de sanguine menstruo,	p. 1119
cap. 33. de sanguine taurino hausto,	ibid.
cap. de lacte coagulato,	p. 1120
cap. 35. de cauda ceruix veneno,	p. 1121
cap. 36. de vnguium segmentis,	ibid.
cap. 37. de sudoris animalium veneno,	ibid.
cap. 38. de Torpedine,	ibid.
cap. 39. de muræna,	p. 1022
cap. 40. de lepore marino,	p. 1123
cap. de pastinaca marina,	ibid.
cap. 4. de scorpione marino,	p. 1125
cap. 45. de dracone marino,	p. 1125
cap. 44. de felle canis piscis,	ibid.
cap. 45. de morbis & symptomatibus quæ venena interdum post se relinquunt,	p. 1125

PARS NONA.

De morbis à fascino & incantatione ac veneficiis inductis.

Præfatio.

CAPVT I.

D E fascinatione, & an ea aliqui morbi inducantur.	p. 1126
cap. 2. quid sit incantatio, & veneficium & magia,	p. 1131
cap. 3. dari morbos à veneficiis & incantatione inductos affirmant multi,	p. 1133
cap. 4. dari morbos ab incantatione & veneficio negat vniuersus,	p. 1136
cap. 5. deciditur hæc controuersia, & vnde morbi illi qui à sagis induci dicuntur, proueniant, explicatur,	p. 1137
cap. 6. de signis morborum à venenis ortorum,	p. 1146
cap. 7. de præseruatione,	p. 1147
cap. 8. de curatione morborum à veneficiis inductorum, & primò magia,	p. 1148
cap. 9. de curatione naturali,	p. 1154
cap. 10. de diuina curatione,	p. 1157
Conclusio,	p. 1158

APPENDIX

LIBRI SEXTI.

PARTIS NONÆ.

Miram veneficis historiam exhibens,	p. 1158
Epistolæ duæ viri excellentissimi & clarissimi Dn. Balthazaris Han Medicinæ Doctoris & Sereniss. Electoris Saxoniz Archiatri.	
Epistola 1.	ibid.
Epistola 2.	p. 1159
De casu isto iudicium & consilium Dn. Ioachimi Colbrii Medici D. ad Dominum Dn. Balthazar. Han. scriptum,	p. 1160

Index Quæstionum.

Index quæstionum quæ in hoc tertio Daniælis Sennerti volumine occurrunt obseruanda.

QVÆSTIO I.

- Q**uomodo frigus bulinum excitet, pag 41
2. An humor melancholicus & acidus qui appetitum excitat in ventriculo naturaliter cõteatur, ibid.
3. An in pica humori prauo contraria, an vero similia appetantur, p. 43
4. An chylicatio fiat à calore, p. 50
5. An calor vicinarum partium etiam aliquid ad coctionem faciat, p. 51
6. An in Ileo nihil per aluum excernatur, p. 97
7. quidnam illud mucosum & album sit, quod in dysenteria excernitur, p. 184
8. An Adamas venenum & causa dysenterix est, p. 185
9. An pinguedo & ramenta intestinorum tanta, vt vulgo fertur in dysenteria excernantur, p. 186
10. An purgantia exhibenda sint in dysenteria, p. 186
11. An lactis vsus in dysenteria conueniat, p. 186
12. An Chalybis vsus in dysenteria conueniat, p. 189
13. Quenam fluxus hepatici causa proxima sit, p. 193
14. Qualis sit sanguis qui per hæmorrhoides euacuatur, p. 201
15. an Aloë venarum ora aperiat & hæmorrhoides cieat, ibid.
16. an hirudines hæmorrhoidibus applicandæ sint. ibid.
17. an hydrops ascites solo Epate læto generetur, p. 321
18. quæ causa prima sit collectionis humoris serosi in ascite, p. 324
19. per quas vias aqua hydropicorum in cauitatem abdominis perueniat, p. 337
20. an Rhabarbari vsus in curatione hydropis utilis sit, p. 338
21. quomodo flatus in tympanite generentur, p. 341
22. per quam viam flatus in abdominis cauitatem perueniant, p. 341
23. an cibicrassi, vt & lac ad calculi generationem faciant, p. 358
24. an potus immutatus planè per urinam in diabete reddatur, p. 366
26. quenam diabete causa sit, ibid.
26. an stranguria etiam à frigiditate & imbecillitate vesicæ excitetur, p. 384
27. quæ causa sit cur Scytæ steriles fiant, p. 408
28. an Eunuchi generent. p. 409
26. an nomen Gonorrhœæ omnibus, quæ vulgo recensentur differentis æquè propriè competat. p. 414
30. an Arthritidis nomen etiam podagram chiragram, & reliquos articulorum dolores cõprehendat, p. 457
31. an omnis dolor circa articulos Arthritidis nomine dignandus sit, p. 458
32. quo in loco humor Arthritidem excitans consistat, ibid.
33. qualis sit febris quæ Arthritidem comitatur, p. 455
34. an defectus mororum podagram producat seu mori fructus podagram sanent, ibid.
35. quenam sit Arthritidis causa, p. 456
36. Vbi humor Arthritidis causa generetur, & per quas vias in articulos inseat, p. 454
37. an in ipsis articulis quid colligatur, quod ad producendum paroxysmum aliquid faciat, p. 464
38. an pueri, Eunuchi, virgines & mulieres Arthritide laborent, ibid.
39. an Arthritis sit curabilis, p. 465
40. an purgare liceat in principio paroxysmi Arthritici, p. 466
41. an thermæ Arthriticis vtilis sint, p. 467
42. qua ratione hæmorrhoides vteri à mensium fluxu & suppressione differant, p. 489
43. an in inflatione vteri, flatus quandoque in ipsa vteri cauitate contineantur, p. 505
44. an humor concipere possit, cui numquam menses fluxerunt, p. 532
45. an sanguis menstruus solum quãtitate sit superfluum an vero etiam qualitate vitiosus, p. 533
46. quomodo locus Aristotelis 7. de historia animalium, cap. 2. sit intelligendus, p. 533
47. an dentur causæ suppressionis menticum. p. 542
48. quæ vena in suppressione mensium aperienda sit, ibid.
49. quo tempore vena reuocandorum mensium causa sit aperienda, p. 543
50. an reuulsioni gratia in cruribus frictions & ligaturæ fieri possint, p. 550
51. an venæ sectio in fluore muliebri locum habeat, p. 558
53. an Diuretica conueniant in fluore muliebri, ibid.
53. an hymen virginitatis iudicium in omnibus virginibus appareat, p. 560
54. an virgines necessario in primo coitu sanguinem effundant, p. 561
55. an vuluæ restrictio virginitatis signum sit, p. 562
56. an lac in mammis apparens amissæ virginitatis signum sit, p. 562
57. an ægris res absurdæ quas appetunt, sint concedendæ, p. 567
58. an motus & exercitatio in morbo virgineo competat, ibid.
59. an venus virgineo morbo laborantibus utilis sit, p. 568
60. an venæ sectio in morbo virgineo locum habeat, ib.
61. qualisnam propriè affectus præter naturam sit suffocatio, p. 559
62. quæ sit vera causa suffocationis vterinæ, ibid.
63. an vinum in hysterico paroxysmo exhibere liceat, p. 577
64. an camphora sit frigida vel calida, & an veneræa, extinguat, p. 581
65. qua in parte capitis dolores ex consensu vteri in feminis excitentur, p. 585
66. an mola sine viri congressu, & sine virili semine generari possit, p. 612
67. an tenuis diætæ grauidis conueniat, p. 617
68. an venæ sectio & sanguinis detractio grauidis conueniat, p. 618
69. an grauidas purgare liceat, p. 619
70. an purgare, an vera sanguinem mittere in grauidis periculosus sit, p. 620
71. an abortum salutis matris gratia cõcitare liceat, ibid.
72. an clysteres, diuretica, & sudorifera grauidis conueniant, p. 621
73. an vteri angustia abortus causa esse possit, p. 637
74. quæ vena in puerperis pleuritide, laborantibus aperienda sit, p. 667
75. an à solo sanguine, an vero etiam à lacte inflammatio mammarum fiat, p. 670
76. an commodius infans lacte materno, ac vero nutricis alienæ alatur, p. 689
75. an vulnera crebro vel raro dicta genera sint, p. 884
78. an Turundarum & penicillorum in vulneribus curandis aliquis vsus sit. p. 890

FINIS.



P R A C T I C Æ
M E D I C I N Æ
L I B E R T E R T I V S .

DE MORBIS AC SYMPTOMATIBVS
infini Ventris.

P R O O E M I V M .



I rem recta ratione pensitate velimus, equidem de morbis ventris inferioris primo loco agendum videbatur. Continet enim is organa nutritioni dicata, à quibus ut vniversum corpus nutrimentum suum accipit: ita ab eisdem partibus reliquo corpori morborum causse s'ap'pediuntur, ut rari morbi sint, qui non ab hisce partibus primam suam originem habeant; cum quotidie ferè errata in diata committi soleant, eaque in reliquis partibus corrigi non possint, atque inde in ventre inferiori multa excrementa & vitiosi humores camulari, & hinc reliquis corporis partibus communicari soleant. Practicorum tamen ord. nem vulgatum sequi libet.

*I*taque cum morbos & Symptomata capitis & thoracis, ac partium in hisce contentarum absoluerimus, proximum iam est, ut de affectionibus p. n. ventris inferioris dicamus. Continet verò venter inferior partes plures, nutritionis scilicet & generationis organa. Ad nutritionem pertinent, eique inserviunt Oesophagus, Ventriculus, Intestina, Mesenterium, Pancreas, Omentum, Lien, Epar, Vesicula fellis, Renes, Vreteres, & Vesica. Ad generationem pertinent Testes, & his inservientes & annexæ partes; de quarum morbis & Symptomatibus iam ordine dicemus.

P A R S I .

D E M O R B I S A C
S Y M P T O M A T I B V S

Oesophagi & Ventriculi.

S E C T I O P R I M A .

De morbis Oesophagi & Ventriculi.

C A P V T I .

Morbi Oesophagi.

Morbi Oesophagi.



*V*entriculus cibum potumque corpori nutriendo valem & necessarium recipit, & in Chylum, è quo postea fit sanguis, mutat. Via autem, per quam cibus & potus ex ore in ventriculum fertur, oesophagus est. Patitur autem is etiam suos morbos & Symptomata.

Operum Sennerii. Tom. III.

Intemperies Oesophagi.

Primo enim intemperie accipitur, calida, frigida, humida, sicca, & quidem vel cum, vel sine materia. Calida, ut & sicca, plurimum afficitur in febribus ardentioribus, ubi à vaporibus calidis ascendentibus incalescit & siccat. Idem interdum accidit, ubi humores acres vomitu reiciuntur.

A

imò vbi in ventriculo continentur, propter continuitatem œsophagum afficere possunt. Vapores etiam ab vtero adscendentes intemperiem œsophagi inducunt, reperiunturque fœminæ, quæ de perpetua siccitate & asperitate œsophagi hâc de causa conqueruntur. Humectatur etiam sæpè à catharris huc defluentibus, vt & in saluatione. Præter causas internas autem, etiam intemperiem suæ materiæ cognatam inducunt, causæ externæ: Aër nimirum calidus, frigidus, fumi item, fuligines & pulueres, cibi potusque & medicamenta insignem aliquem excessum qualitatum primarum habentia.

Signa Diagnostica.

Signa: Cognoscitur autem intemperies œsophagi in genere ex deglutitione impedita, toto œsophago æqualiter affecto sine vlla angustia & doloris sentu. B Et quia propter vicinitatem interdum trachea simul afficitur, ex voce nonnunquam etiam de intemperie œsophagi iudicari potest.

Differentiæ autem causarum primò cognoscuntur ex iis, quæ in ore & lingua apparent. Habent enim hæ partes communem tunicam, ideòque affectio, quæ in lingua apparet, ferè etiam œsophago communis est. In calida intemperie rubor & asperitas in lingua percipitur: In frigida & humida humiditas. Deinde à causis quæ præcesserunt vel adsunt, quæ sibi similem dispositionem œsophagi imprimunt. Tertio à iuuantibus & nocentibus. Nam in calida intemperie profunt frigida, nocent calida: Ita & in reliquis. In calida & sicca in primis adest sitis, & saliuæ abest; in humida abest sitis, & multa adsunt sputamina.

Prognostica.

Pronostica. 1. Per se autem hæ intemperies periculosa non sunt, sed si quod periculum habent coniunctum, id à causis, à quibus proveniunt, pendet. 2. Intemperies œsophagi tandem & asperæ arteriæ communicari potest. 3. Calida & sicca intemperies si diu durat, tandem excoriationem excitat.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio. Qualibet intemperies contraria sibi indicat, & eadem ferè medicamenta adhibentur, quæ in ventriculi intemperiebus proponuntur. Intemperies calida indicat refrigerantia, & curatur iulebo & syrupo viol. granat. mucil. sem. psyllij, aqua portul. nymphæ & similibus refrigerantibus, quæ simul lentorem quandam habent, vt adherere possint, & excoriationem prohibere, quæ propterea etiam sensim deglutienda sunt, ne subito transeuntia parum aut nihil alterent. Non solum autem potantur & deglutuntur talia medicamenta, sed & formæ collutionum oris ex succis & aquis refrigerantibus parantur. Detinentur quoque in ore crystalli & alia refrigerantia. In cibis conueniunt lac acetosum è quo butyrum est separatum, & alij cibi & potus refrigerantes. In intemperie frigida conueniunt medicamenta calida, quæ postea de intemperie frigida ventriculi proponuntur. In intemperie sicca sorditiones fiant ex ptisana, iure pulli, detur butyrum recens sine sale, ol. amygdal. dulcium, modò alij morbi eiusmodi medicamenta non prohibeant. Vel parentur trochisci sub lingua tenendi.

℞. Sem. malv. melon. cydonior. excortic. gummi Arabici, tragacanth. an. Drach. i. sem. lactuc. ʒ. ss. Cum syrupo violar. F. Trochisci sublinguales. In intemperie humida adhibentur medicamenta calefacientia, quæ simul siccant. Suffitus etiam hîc viles sunt, & inter alia fumus è caule lentistici Topica quoque applicari possunt, & quidem in lateribus colli potius quam in anteriore vel posteriore colli parte.

Tumores Oesophagi:

Tumores œsophagi. Aliquando etiam Oesophagus tumore afficitur,

A & quidem hi tumores vel sunt calidi vel frigidi, habentque ortum à causis, quæ in aliis etiam partibus tumores excitare solent: affluxusque humorum etiam hic sunt causæ eadem, quæ in aliis partibus: inter quas causæ etiam sunt externæ, percussio, res duræ & asperæ in œsophagum illapsæ, etque infixæ. Dolore enim ex re infixa excitato affluxus sanguinis concitatur, vnde inflammatio oritur.

Signa Diagnostica.

In genere tumor cognoscitur ex dolore, qui in deglutendo percipitur, & deglutitio impeditur, ita quidem, vt aliquando potus per nares refluat. Dolor quoque in parte affecta magis percipitur, quam in alia: quo loco quoque cibus & potus subsistere solent. Dolor etiam magis in parte posteriore & dorso, quam in pectore sentitur: ægrique e. e. cti magis sedere cupiunt, cum hoc modo facilius deglutiant. Et si pars inferior sit affecta, cibi aliquotque descendunt, postea verò in transitu hærent, ægroque inde molestia conciliatur. Tumorem autem calidum esse cognoscitur ex dolore maiore, qui etiam continuus est, siue æger deglutiat, siue non; ex siti, ex caloris etiam in lingua indicis, adeltque febris. Vbi materia in pus mutatur, calor, dolor & febris augetur, & cum tumor rumpitur, rigor aliquis superuenit, & febris ac dolor remittunt.

Prognostica.

1. Gula vix patitur tumorem & abscessum, quin cor illi vel cerebrum, vel vtrumque compatiatur. ca. 2. Sunt autem hi tumores curati non faciles, & cum magno periculo coniuncti, ægrumque, arteriæ asperæ via compressa, penè suffocant, & in vitæ periculum coniciunt, cuius rei historiam refert Benuenius, de abditis morborum ac sanis. causis, c. 104.

Curatio.

Curatio. Tumores autem œsophagi easdem indicationes suppeditant, quas aliarum partium tumores, simul tamen partis affectæ habenda ratio. Nam cum medicamenta, quæ assumuntur, ad ventriculum & viscera peruentiant, talia esse debent, vt non modò sapore non sint ingrato, sed & nullum damnum ventriculo & visceribus inferant. Deinde repellentia, quæ extra applicantur, talia esse debent, ne partes vicinas sanas constringendo lædant. Cauendû quoque in tumoribus œsophagi à vomitu, nisi ad rumpendum abscessum necessarius sit, Primò quia vomitu materia ad locum affectum mouetur; deinde si materia ad œsophagum mota ob tumorem ibi subsisteret, & eiici non valeret, facile suffocationis causa esse posset. Tumores verò calidos in specie quod attinet, in principio, nisi quid prohibeat, vt & in aliis tumoribus, sanguis mittendus, & alius etiam vel clysteribus, vel lenientibus medicamentis euacuanda. Extra verò applicantur in principio medicamenta repellentia ex lucco plantaginis, portulacæ, mucilag. psyllij & similibus. Vt *℞. Ol. rosæ. cydonior. succi plantag. portulacæ part. equal. aceti parum.* Coqu. & addita ceræ q. s. Fiat vnguentum. Aut imponatur Cataplasma ex farina hordei & leatium. Assumantur verò & paulatim deglutiantur *Syrupus rosar. viol. granator. de succo ribes, berberis, cum speciebus diarragæ. frigidi.* Cibus verò sit ex hordeo & aliis refrigerantibus, addito paucò aceto. In augmento adduntur Resoluentia: Topica, nimirum, *ol. chamamel. aneth. fœnugrac. bdellium, Ammoniac.* Internis verò *glycyrrhiz. & rad. ireos*, vt: *℞. Spec. diaireos ʒ. i. diu-pend. ʒ. ss. Extract. glycyrrh. ʒ. j. Syrup. violar. vel rosar. q. s. F. Linct. in statu discutientia ferè solida vsurpentur, & aliquid saltem repellentium addatur. Ideòque conueniunt tum extra ol. chamælini, & Cataplasma ex flor. chamælin. fœnugraci &*

simul. paratum. Exhibeantur verò intra. *Looch de pino, vel Eclegma ex speciebus diatreos, diaperid. cum syr. de iuib. glycyrrh. vel hyssop.* Sit humor ad supurationem tendat, pinguis & emplastica intus & extra, internis medicamentis addantur rad. altheæ, ficus, passulæ, iuibæ & similia, vt *L. Branc. vrsin.* M. j. Coqu. ad mollitiem & contundantur; Contusis adde *farin. hordei, puluer. rad. altheæ, an. ʒ. j. Unguenti dialtheæ, q. s. F.* Cataplas. Vel *L. Rad. altheæ, lil. albor. malu. cum rad. an. ʒ. i. flor. chamam. verbasii, an. M. l. ficum na. ij.* Coqu. ad mollitiem, Contusis adde *farin. sem. fanugr. lini an. ʒ. j. vitell. ouor. num. ij. ol. amygdal. dulc. q. s. F.* Cataplasma. Si materia iam in pus mutata sit, vt tumor facilis rumpatur, addantur rad. iridis, marubium, sinapi, crocus: Vel exhibeatur hoc Eclegma. *L. Ficum pinguium nrm. vj. iuib. cybæarum. an. ʒ. j. dactylor. s. ossibus num. viij.* Contundantur in mortario & addantur *spec. diaperid. diatreos s. an. ʒ. i. pulu. glycyrrh. ʒ. ii. croci ʒ. i. syrup. violar. & iuib. an. q. s. F.* Looch.

Vlcus abstergatur aqua hordei cum saccharo rubro & melle rosato. Si tumor sit frigidus, eadem quidem indicationes sunt, & eadem medicamenta requiruntur: repellentia tamen sint mitiora & minus frigida. Sufficit inunctio cum oleo rosæ. accoto permixto, & cataplasim. ex farina hordei cum oleo rosaceo & aceto. Lâbat etiam âger Looch ex Syrup. iuib. & spec. Diatragacanthi frigid. in augmento verò resoluentia sicut fortiora. Si non discutiat tumor, maturantia adhibeantur. *L. Branc. vrsin. ad mollitiem cocta & coniusa ʒ. ij. farin. trizici, sem. fanugr. lini. pulu. flor. chamameli an. ʒ. j. axung. porcini. q. s. F.* Cataplasma. Exhibeatur v. Looch è ficibus, dactylis, rad. altheæ, Syrup. iuibin. & de glycyrrh. Vt rumpatur apostema, addantur rad. iridis, hyssopus, sinapi. Ruptum abstergatur hydromel, cum melle rosaceo.

Angustia Oesophagi.

Oesophagus interdum etiam angustior redditur, vt cibo & potui transitus denegetur. Fit autem hoc primò in tumoribus oesophagi, vt modò dictum. Deinde ob luxationem vertebrarum ceruicis & dorsi ad interiora. Tertiò ob pituitam crassam, lac coagulatum vomitu reiectum & in oesophago hærens. Quartò ob res externas deglutitas, vt ossa, spinas, bolos cidorum magnos, nummos, hirudines, & similes res duras in eo hærentes. Quintò ob vermes ex ventriculo & intestinis ascendentes. Non impossibile videtur etiam coalescere posse, aut certè angustior reddi oesophagum ex vlcere vel vulnere: et si eius rei exemplum non meminero, cum in aliis partibus idem accidat. Ita de oris coalitu (an in labiis, an verò in principio oesophagi fuerit, dubitari potest) historia habetur in *Epistolis D. Horstii sect. 19.* de molitore quodam, cui os ita coaluit, vt infundibulo illum vti oportuerit, cui tandem omnino os clausum fuit, quod per incisionem denudè apertum, iterum clausum, & secunda sectione apertum rursum clausum fuit & coaluit, vt ita ægro fame pereundum fuerit. Sextò etiam aliquando in Scorbuticis & Hypochondriacis à vaporibus & flatibus ascendentibus, & oesophagum replentibus ac distendentibus, & arteriam asperam vicinam comprimentibus, vel tale quid, quæle pyra & alij fructus austeri afferre solent, inferentibus, & sibi ipsi adstrictoriâ vi exitum quasi præcludentibus, non solum deglutitionem impediri, sed & suffocationem, si quid deglutire vellent, intentatam aliquoties obseruavi. Tandem inter causas oesophagi angustia referenda medicamenta constringentia. Ita D. Philippus Hœchstererus, *obf. Delinzeos Operum Sennerti. Tom. III.*

su s. refert. Rustico cuidam vinum maluaticum exhibitum fuisse, in quo per noctem radices symphyti maioris macerata fuerant, atque inde ei fauces ita præclusas fuisse, vt maxima cum difficultate deglutiret: Sed aceto hausto à strangulationis metu liberatum fuisse.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem angustia oesophagi ex difficultate deglutendi, & quidem cibo ac potu in certo loco subsistente. Causas verò quod attinet, tumor deprehenditur ex signis, quæ antea sunt proposita: Si verò ex re externa illapsa angustia sit, cognoscitur id ex ægri & adstantium relatione. Si à vermibus, signa vermium adsunt. Si à flatu crasso, abest tumor, & nil illapsum est in gulam, adsunt verò signa hypochondriacæ affectionis, malumque non est diuturnum, sed potu assumpto sedatur, ac præcipuè ventriculo vacuo accidit.

Prognostica.

1. Pro causarum verò ratione malum nunc facilius, nunc difficilius curatur, & est vel periculosius, vel minus periculosum. Res deglutitæ pertinacibus oesophago inhaerentes asperam arteriam comprimendo suffocationis periculum inducere possunt. Ita refert Vvierus, *de præstig. demon. l. 4. c. 1.* quendam, dum ouum gallinaceum integrum deglutiuisset, suffocatum fuisse, asperam arteriam compressa.

2. Interdum verò ex dolore & longa contrectatione inflammatio excitatur, accedentè quæ longâ inediâ, & virum prostratione homo iugulatur, quod cuidam deuorato neruosa carnis bolo accidisse refert Marcellus Donatus, *de histor. Med. mirab. lib. 3. cap. 8.* Refert quoque Guil. Fabricius, *cent. 5. ob. er. 35.* iuueni cuidam, cum inter cœnandum ossiculum in gula remansisset, totum collum indique durum, tensum, & supra modum vsque ad pectus intumuisse cum dolore maximo, respiratione difficili, pulsu celeri ac debili, & deglutitione læsa, vnde nono morbi die mortuus est. Post obitum incisio collo oesophagum cum vicinis partibus, & eo præcipuè loco, vbi ossiculum infixum fuerat, & planè sphacelo correptum, cum maximo fetore inuentum, ossiculum verò nusquam, imò nec in ventriculo: Putatque Fabricius statim prima nocte in maximis vitis conatibus, quos inmissio in gulam digito ad excludendum ossiculum excitauerat, aut per superiora reiectum, aut in ventriculum vel intestina delapsum, malum verò inmissis sæpius à barbitonioribus instrumentis exacerbatum fuisse. 3. Aliquando res deglutita in gula hærens exitum sibi quarit per vicinaloca. Ita refert Ambros. Paræus, *lib. 24. chirurg. cap. 19.* Studiolum quendam adolescentem graminis ramulum deglutiuisset, qui postea integer per intercostale spatium magno cum adolescentis vitæ periculo eruperit. Non potuit enim eò penetrare, inquit recè Paræus, nisi antea pulmonum, succingentis membranz & intercostalium musculorum pertusa & perturbata substantia. Superstes tamen euasit adolescens. Imò si in oesophagum fuit illapsus, ipsum etiam in tracheam penetrasse oportuit. Verum non addit Paræus, an in oesophagum sit illapsus. Quod si factum fuit, duobus modis per intercostale spatium erumpere potuit caulis ille graminis, vel pertuso statim oesophago, hinc statim pleura atque intercostalibus musculis, vel pertusa gula, trachea & pulmonibus, quod tamen minus probabile videtur. Quod si statim in asperam arteriam illapsus fuit graminis caulis, confirmat me id in mea sententia, quam supra, *lib. 2. de rebus in asperam arteriam illapsis* proposui, nimium intercutim res aliquas sine suffocatione per asperam arteriam in ipsum pulmonem delabi posse.

Angust. Oesophagi.

Constringentia, oesophagi angustiaz causa.

Signa.

Prognostica.

Curatio.

A

Curatio.

Quomodo tumor curandus sit, antea dictum. Si res externa illapsa sit, vomitu reiicienda, si possibile id sit. Si os vel spina ipsi inhæreat, tollenda, ac danda opera, vt in ventriculum delabatur: Vulgus dorsum eâ de causa concutere solet, vt res facilius in œsophagum descendat. Tussis etiam res in gula hærentes excutit. Quod si hoc modo dimoueri non possit res illapsa, exhibeatur lambenda Cassia fistul. oxymel, ol. dulce, amygdal. dulce, iuscula pinguis, & cereuisia butyro multo condita. Extra verò cataplasmata & olea emollientia & humectantia imponantur. Et, si res pertinaciter inhæreat, nonnulli candelam ceream oblongam œsophago immittere, eamque extrahere iubent. Alij spongiam nouam auellanae magnitudine, eamque compactam, filo longo & forti alligatam & oleo amygdal. dulcissimi inunctam ægro deglutendam suadent, filum tenente Chirurgo: Fieri enim sic potest, vt deglutita ab ægro spongia secum simul in ventriculum depellat id quod gutturi inhærebat, aut retracta filo eadem simul nonnunquam extrahatur, vomitûque reiiciatur. Alij, vt globulus plumbeus filo alligatus deglutitur, atque iterum extrahatur, suadent. Sed commodissimum est instrumentum quod Guil. Fabricius Hildanus depingit & describit, *centur. 1. obseru. 36.*

Curatio.

Est autem fistula argentea aut ænea incuruata, crassitie penna oris, longitudine verò vnus pedis cum dimidio aut circiter. Est & vndique perforata. In sua extremitate verò habet spongiolam nouam auellanae magnitudine firmiter alligatam. Hæc fistula in œsophagum immissa & circumducta, postea extracta, ossiculum, aut quicquid simile fuerit, extrahitur. Si enim accidit, vt foramen aliquod fistulae ossiculum aut spinam excipiat, tum simul cum fistula extrahitur, sin minus, alperitas ossis spongiae adhærebit, & suo loco amouebitur. Schema habetur *in fine capit.* Quod si res omnino pertinaciter œsophago inhærens inflammationem excitat, danda opera, vt quamprimum inflammatio suppuretur. Abscessu verò rupto res ipsa simul suo loco mouetur. Si à vermibus ascendentibus sit angustia, exhibeantur ea, quæ eos expellunt. Si causa sit pituita crassa, conuenienti modo euacuetur. Exhibeatur etiam sæpe oxymel scilliticum labendum, quod humores crassos incidit, & postea vomitus prouocetur. Si à verbera vicina loco depressa comprimitur œsophagus, illa restituta angustia cessat. Si à flatibus sit malum, potus assumatur, qui eos deprimat, & postea materia flatuum causa tollatur.

Oesophagi relaxatio.

Oesophagi relaxatio.

Angustia œsophagi opponitur eiusdem relaxatio nimia, vbi pars inferior œsophagi, & os superius ventriculi sic relaxatur & hiat, vt ventriculus non bene claudatur, cibumque non rectè contineat, vnde vapores multi in caput ascendunt. Causæ huius mali sunt intemperies humida œsophagi, & superioris oris ventriculi, item catharri à capite in œsophagum delabentes, vomitus item frequentiores. Curatur adstringentibus sumptis & extra applicatis. Exhibetur *caro cydon. succus & syrupus granator. ribes*, & omnino viles sunt hæc pulueres peplici dicti, qui postea de intemperiebus & imbecillitate ventriculi, *e. 9.* proponuntur. Extra etiam adhibentur *aculi, linimenta, emplastra*, quæ *ibidem* traduntur. Inter ea vtile est & hoc. *℞. Cortic. malor. granator. myrtillor. sem. coriandri an. ʒ. ij. acacia, corall. rubr. an. ʒ. j. hypocistid. ladani an. ʒ. ʒ. spica nardi, cyperi, caryophyll. an. ʒ. j. ol. nuc. mosch. express. ʒ. ʒ. mastich. myrsini. cere an. q. f. F. Linimentum.*

Causa.

Curatio.

Vulnera Oesophagi.

Vulneratur quandoque œsophagus, cum à spinis & ossiculis deglutitis, tum à telis inflatis. Cognoscitur verò eum esse vulneratum vel ex ossicula, aut spina deglutita, vel è situ vulneris inflati, præcipue si stylus immittatur & vulnus exploretur, & vomitu, qui sequitur, & quod potus & cibi aliquid per vulnus excerni solet.

Quantum autem periculi ossicula vel spinæ deglutitæ & œsophago infixæ afferant, paulo ante de angustia œsophagi dictum. Vulnus autem in situ suum si sit magnum, curatu est difficile, cum deglutitionem impediatur, & hoc modo ægro mortis periculum intenter. Curantur autem talia, vt aliarum partium vulnera; nisi quod hoc obseruandum, medicamenta non solum extra applicari posse, sed & deglutenda exhiberi. Medicamenta tamen talia sunt, ne, quod antea etiam monui, si in ventriculum delabantur, ei noceant. Talia sunt, *syrupus de rosis siccis, myrtinus, consolida, tragacantha, gummi Arabic. bolus Armenus.* Vel detur hic potus. *℞. Pilselle, cauda equina, alchimilla an. M. ʒ. rad. consol. maior. pentaphylli, tormetilla an. ʒ. i. balanst. ʒ. ʒ. sem. coriandri ʒ. ii. cinam. ʒ. iii. Coquin. q. hordeis.* In colatura dissolue *cont. rosar. rubr. ʒ. i.* Coletur. Quæ colatura non solum ægro exhiberi, sed & per Chirurgum vulnere iniici potest. Linimenti etiam & vnguenta, vulgo digestiua dicta, quæ vulnere imponuntur, talia sunt, quæ ventriculum non offendant. vt *℞. Syr. de rosis siccis ʒ. ʒ. boli Armeni ʒ. i. mastich. sang. draconis an. ʒ. i. vstell. oui dimidiam, serebinth. Cypria q. f. ad incorporandum.*

Vlcera Oesophagi.

Exulceratur tandem etiam œsophagus, id quod accidit vel post vulnera & res acutas illapsas eique infixas, vel post tumores & apostemata, vel ab humoribus acris vomitu reiectis, vel è supernis in ipsam delabentibus, vt & vaporibus acris adscendentibus in febribus ardentibus, vel à rebus externis erodentibus assumptis, vt aqua forti, mercurio sublimato, arsenico, & similibus, quæ excoarationem œsophagi inducunt. Et si verò excoaratio & vlcus inter se non nihil differant, quod excoaratio est summa saltem partis derosio. Vlcus verò etiam ad interiora penetrat: tamen causa sæpe est eadem, quæ nunc magis, nunc minus lædit, & inde nunc excoarationem solum, nunc vlcus etiam inducit. Excoaratio verò fit à causis externis, aqua forti hausta, vel re exasperata assumpta. Interdum etiam à catharris, & humoribus acris vomitu reiectis.

Signa Diagnostica.

Vlcus œsophagi cognoscitur ex mordicatione & dolore: præcipue dum deglutiuntur acris, austera, salsa, acida; quo modo à tumoribus œsophagi distinguitur. Nam in tumore œsophagi; si res mole magna deglutiatur, accidit dolor, si verò res mole exigua, etsi sit acris, deglutiatur, dolor ferè non excitatur; cuius contrarium accidit in vlcere. In vlcere enim dolor tum percipitur; cum ægri vel comedunt vel bibunt, acris, salsa, austera, acida, etsi sint mole exigua. Reicitur interdum aliquid purulenti vel acris. Causæ externæ, vt aqua fortis hausta, vel venenum, ex ægri relatione cognoscuntur, quæ etiam sapore deprehenduntur.

Prognostica.

1. Vlcera post vulnera sunt periculosa; cum deglutitio impediatur, homóque alimentis destitutus contabescat. Et aliàs œsophagi, vt partis membranosa, vlcera difficulter coalescunt, & medicamenta necessaria non satis diu in vlcere morantur, sed in ventriculum descendunt.

Prognostica.

De morbis Oesophagi.

5

2. Senes omnes ferè vlcerò in gula excitato de vita periclitantur. A

Curatio.

Curatio,

Primò autem vlcus tale abstergendum melicrato, aut aqua hordei cum saccharo rubro, aut decocto apij, vel hyssopi cum saccharo, & talia medicamenta sæpius exhibenda sunt. Videndum tamen, an simul inflammatio adsit, quæ curationi obstat. Tum enim sanguis, si opus, primùm mittatur, deinde detur cremor hordei, qui refrigerat, detergit, dolorem lenit, vel decoctum sebesten, aut mucilaginis, sem. cydonior. & emulsio papaueris albi cum aqua rosarum facta, vel Syrupus de papauere, vel diacodium.

Vel ℞. Sem. psyllij non conuassati, cydonior. an. Drach. iiij. papau. albi Drach. iij. Infundantur in aq. rosar. & extrahatur mucilago. Addatur parum sacchari ad dulcedinem. Vtile etiam est lac caprinum chalybeatum. Postea ad consolidationem exhibeantur sensim deglutienda medicamenta ex Syrupo de rosis siccis myrtino, gummi Arabico, tragacantha, mastiche, thure, coralliis, & bolo Armeno, terra sigillata & similibus.

Si verò aqua fortis, vel simile quid rodens haustum sit, exhibeatur mucilago, sem. cydoniorum cum syr. violar.

Si venenum sumptum sit, vomitu reiiciatur, Vomitorio tali exhibitò, quod simul veneni acrimoniam obtundat, eique contraria medicamenta opponantur, & mucilago, sem. cydoniorum, iuscula pinguis, lac & similia ad prohibendam excoarationem exhibeantur: Vel hoc quod etiam in aqua forti hausta, vel humore aeri locum habet. ℞. Passular. ℥. j. Sebesten. iuiub. Prunor. dulc. an. n. xx. glycyrrhiza, rasa ℥. j. tamarindorum ℥. ij. semis. cydonior. quat. frig. maior. an. ℥. ii Coquant. in aqua simplici, & de colatura aliquid saepe hauriatur. C



Openum Sennerti. Tom. III.

CAPVT II.

De læsa Deglutione.

Officium Oesophagi est cibum potumque labore receptum beneficio fibrarum, quibus eius tunica prædita sunt, in ventriculum demittere. Hæc verò eius actio interdum læditur, ita vt aliquando nihil omnino degluciri possit, aliquando non nisi difficulter. Et percipitur interdum inter deglutendum aliquis dolor, interdum verò sine omni dolore deglutitio nihilominus impeditur. Accidit interdum etiam, vt solida & dura facillè, liquida verò difficulter & non sine suffocationis metu deglutiantur, de quo infra in quest. Læsa deo glutitio.

Causa.

Læditur autem deglutitio vel læsa facultate; vel instrumenti deglutitionis vitio. Læditur læsa facultate, cum vel nerui sextæ & septimæ coniugationis ad faucium musculos & oesophagum tendentes resoluuntur aut conuelluntur, vel cum fibræ oesophagi resoluuntur. Si ex vulnere fiat conuulsio hæc, spasmus ad stomachum à Chirurgis appellatur. Et si verò Platerus statuit, non propriis fibris, sed faucium musculis deglutitionem peragi, tamen id simpliciter verum non est. Et si enim hoc verum sit, musculis illis faucium cibum & potum è faucibus in oesophagum demitti; tamen is in oesophagum demissus non pondere solùm decidit, sed & fibrarum ope in eum detruditur, quod in maioribus bolis deglutendis manifestè interdum percipi potest. Organi ratione deglutitio impeditur in exsiccatione oesophagi in febribus ardentibus, ob eius angustiam, de cuius causis modò dictum. Tandem etiam deglutitio læditur, cum oesophagus erosus præ dolore cibum ac potum transire non patitur. Capiuaccius addit vitium obiecti, cum res ingratae deglutendæ sunt; quia deglutitionem appetentia præcedere debet. Sed vitium hoc ad nauseam potius pertinere videtur. Causa.

Signa Diagnostica.

Affectus ipse per se patet. Causas quod attinet, Signa in deglutitione impedita ob angustiam faciliùs liquida, quàm solida deglutiantur. Contrarium accidit in resolutione oesophagi, in qua res solidæ deglutuntur faciliùs quàm liquidæ. Causa huius rei est, quod in deglutitione superiorem oesophagi partem contrahi oportet, vt cibum & potum versus ventriculum quasi detrudatur. At solida & dura hoc modo leui etiam conatu facillè detruduntur. Liquida verò quia impellenti cedunt, maiori vi opus habent, vt detrudantur, quæ cum deficiat in paralyti, & vis detrudens labore, etiam non facillè deglutuntur. Et si sponte sua defluant, veluti in lagenam, cum sonitu defluunt, cum aliàs deglutitio sensim fieri solet. Si à defluxione ortum habet, deprehenditur, si capitis grauitas vel tensio colli, vel defluxio in aliquam oris partem præcesserit. Si fiat à conuulsione, os tenetur clausum, dolor verò mammas & vicinas partes infestabit. E

Prognostica.

1. Si à resolutione musculorum faucium proueniat deglutitio læsa, periculosum malum est, grauiùsque morbum significat; nisi huius tantùm partis, sit Paralyti, quæ & ipsa pertinax satis plerumque malum est, & grauiùs minatur. 2. Periculosum etiam malum est, si à luxatione vertebrarum ortum habeat. 3. Difficultas quoque deglutendi ab intemperie frigida vel conuulsione non recipit in senibus curationem, vel saltem difficilem. Prognostica.

4. Minus periculosum malum est, si à defluxione aliqui humoris in œsophagum resolutio & deglutitio læsa fiat. Si verò ob vitium resolutionem & spirituum defectum, quod in febris acutus sæpius accidere solet, id eueniat, pessimum signum est, & mortis instantis indicium, si cum sonitu, quasi in lagenam vacuum potus decidat.

5. Periculosum etiam malum est, si in vulneratis à conuulsione fiat læsa deglutitio. Ita apud Hippocratem, 5. epid. sect. 7. Quicquid acuto in posteriore partem paulò intra ceruicem faucibus est, vulnus quidem accepit aspectu, minimè effatu dignum, neque enim altè penetrabat. Non longè autem post sublato iaculo distendebatur in posteriora, contractus, veluti qui in scapulas rigescunt, & posteriorum partium distentione tentantur, maxillæque eorum idæ erant. Si quid etiam humidi ore contineret, & deuorare tentaret, in nares regerebatur, ac in reliquis statim detentis habebat, alteraque die mortuus est.

Curatio.

Curatio.

Medicamenta, quæ aliàs in paralyti & præcipuè linguæ vsurpati solent, & hinc conueniunt, si à paralyti malum sit. Ideoque ea lateribus colli, ceruici toti, & spinæ applicanda. Utile etiam hinc est sinapi vel sola vel cum aceto masticata. Conueniunt & hic gargarismi in paralyti linguæ propositi. vt: ℞. Rad. acori veri ʒ. B. ieros. ʒ. ij. saluæ, rorismar. an. M. j. ruta, flor. lauendul. an. P. j. nuc. mosch. an. ij. caryophyl. ʒ. j. Coq. in vase clauso in s. q. hydromel. & vini. Colaturæ. ℞. lb. i. B. mellis anshofæ. ʒ. ij. aceti scillitic ʒ. i. Misce pro Gargarismo. A causis reliquis proueniens deglutitio læsa, quomodo curanda sit, ex iis, quæ capite præcedente dicta sunt, patet. Si hirudo in fauces irreperit, & in œsophago hæreat, (etsi id rariùs accidat) quæ ratione tollenda, sit, docet Rhafes, in 9. ad Almansorem cap. 48. Ad deglutionem vitiatam & illa pertinet, cum quidam cibum & potum deglutiunt, immoti deglutionis organo, cuius rei exemplum habet Cardanus, lib. 8. derer. variet. cap. 40. & vidit ipse simile exemplum in quodam fatuo, qui integram cochleari confectiois saccharatæ & poculum cereuicis simul sine omni motu organorum deglutionis deglutiebat.

CAPVT III.

De rebus alienis deglutitis.

Res alienæ deglutitæ.

Nonnunquam verò accidit, vt res alienæ vel spontè ac temerè, vel casu & inopinatè degluriantur. Ita refert Vesalius, lib. 5. de hum. corp. fabr. c. 3. Hispanum quendam vniones grandiores 40. cum aurea cruce quinq; gemmis instructa, & fide, qua comprehendebatur, meretrici, cuius noctem condaxerat, obdormienti de collo suffurata, deglutiuisse. Quendam vrceos vitreos, clauos ferreos, aliàque multa modicæ mercede conductum deuorasse, Cardanus, de variet. rerum lib. 8. c. 40. narra. Quendam coria, testas, & frustra vitri comedisse, narrat Amatus Lusitanus, cent. 2. cur. 69. in schol. Keckermanus lib. 3. system. Physiæ c. 12. scribit, fuisse Dancisci Comitem quendam, qui in gratiam amici vitrum deuorauit, sed postea tantos sensit dolores, vt moriendam ipsi fuisset, nisi Medicus arte quadam id auertisset. Nam coxit frumētum Sarracenicum excorticatum, eique comedendum ita crassiusculè dedit, vt nempe particulæ vitri sese immiscerent pulsi ipsi crassiori, & ita simul excernerentur. Mirum etiam illud est, quod de La-

zaro vitriuorace Realdus Columbus, lib. 15. an. hunc in modum scribit: Lazarum vitriuoracem vulgò dictum, patricij omnes Veneti, immò Veneti omnes, omnes Ferrarienses de facie nouerant. Hic nullo prorsus gustu, dum viueret, præditus erat, nullam in edendo voluptatem, nihil iniucundum persentiebat: insipida, amara, dulcia, pingua, salta, acria non distinguebat: vitrum, saxa, lapides, ligna, vitæ animalia, carbonēs, pisces è viuario extractos adhuc salientes vorabat. Vorabat lutum, lineos, laneosque pannos, fenum, stipulam, & vt breui omnia complectar, quicquid homines, quicquid animantia vorant, quicquid illi edendum, seu deglutiendum potius offerebatur, mercede proposita dictum ac factum ingorgitabat. Testis est inter reliquos Martinus Aromaticus Patavij ac Angeli insigne, cui sacculum carbone refertum, & saccum insuper deuorauit. Quo viso persoluit, quod pollicitus fuerat, comminatus, ne ad pharmacopæum amplius accederet, veritus ne se cum taberna & vasis esiraret. Cum igitur hoc naturæ monstrum mihi dissecandum esset Patavij, cæpi huiusce rei diligenter, quoad eius fieri potuit, causam venari, quam me tandem, Deo duce, ex particulari illius structura assecutum esse, confido. Nam quarta neruorum coniugatio, quæ gustus gratia in aliis hominibus producta est, in hoc Lazaro vitriuorace neque ad palatum, neque ad linguam reptabat, sed ad occipitium reflectebatur. Quendam deglutiuisse ensis mucrones tres digitos longum, duodecimoque postea die per anum reddidisse, testatur Paræus, lib. 24. cap. 19. Puerum quendam mendicum quæstus gratia lapides quamplurimos, iuglandis quoque magnitudine deglutiuisse, vt eorum mutuo sese adherentium sonitus in ventriculo audiretur, & per aluum sine labore eiecisse, ablutosque rursum deuorasse, refert Platerus. Nautam viam anguillam deuorasse, integræque & viam alio reddidisse, scribit Gesnerus, lib. 4. Hist. animal. Quendam mucronem cultri, alium lignum digiti crassitæ & longitudine; puerum globum plumbi, alium denique halecem cum cereuicia deglutiuisse, & per aluum postea excreuisse narrat Forestus, lib. 15. obseruat. 18. in Schol. Quod si tale quid accidat, & res per œsophagum in ventriculum delapsa ad aluum tendat, alius lubricanda decocto malux, althææ, semin. lini, oleo, & iusculis pinguibus, ac postea purganda, & si res acuta sit, cibi exhibendi. qui leni & viscidis sunt, vt cum iis quasi inuoluta per aluum descendat.

Sæpè verò accidit, vt per aluum res tales antea deglutitæ non eiciantur, sed in corpore retentæ longo post tempore sæpè per aliam viam, naturâ exitum moliente, expellantur. Ita refert Arculanus se vidisse, quod os acutum gutturi infixum tandem post duos menses per eum exierit. Ambrosius Paræus, lib. 14. cap. 29. narrat quendam à prædonibus coactum gladium semipedem longum cum coriaco manubrio pollicis crassitie deglutiuisse, eumque tandem post semestrem spatium sub inguine abscessu oborto, cum magna puris fetidi copia extractum fuisse. Antonius Beniuuenius, de abdit. morb. & sanation. causis cap. 20. refert, mulierem quandam acmæneam deglutiuisse, quæ post 10. annos & longos cruciatus terebrato ventriculo è paruo foramine prodiit. Paræus, allegato loco, scribit, studiosum quendam graminis ramulum deglutiuisse, qui postea per intercostale spatium eruperit. Nota est quoque historia rustici, quæ nostra adhuc memoria Pragæ accidit. In enim cum cultrum brenem, vt alii ludos faceret, in faucibus occultare posset, accidit aliquando, vt incauto culter in ventriculum

De intemperie Ventriculi in genere.

7

delaberetur; qui post longum tempus per abdomen perforatō ventriculo extractus est. Acuum deglutitarum, & longo tempore post per urinam excretarum aliquot hitorix à Medicis recententur. Alex. Benedictus, *lib. 2. anat. cap. 9.* narrat crinale acuum quatuor digitos longam à virgine deglutitam post 10. menses per urinam excretam fuisse. Ita virgo quædam in aulâ Ducis Iuliacensis, dum ad speculum se ornaret, & quinque acus ore teneret, ab amasio elanculum accedente in scapulis percussa, eas perterrita deglutiuit, & post triduum per urinam reddi lit. Lang. *l. 2. Epist. 40.* Interdum tamen accidit, ut res tales deglutitæ nullo modo eiciantur, sed vel in œsophago subsistentes hominem longâ inediâ iugulent, ut testatur Marcellus Donatus, *de hist. mirabil. l. 3. c. 8.* vel alibi hærentes sint in caussa, ut homo tandem tabe intereat. Huius rei exempla sūt apud Forestum, *lib. 15. obs. 23. in Schol. obs. 27. 28.*

QVÆSTIO.

Quis fiat, quòd solida facile, liquida verò difficulter, & non sine suffocationis metu deglutiantur?

Cur solida facile, liquida difficulter deglutiantur? Accidit interdum, ut solida & dura facile, liquida verò difficulter & non sine suffocationis metu deglutiantur; quod ipse aliquoties obseruavi, habetque eius rei historiam Gulielmus Fabric. *cent. 5. obs. 34.* de quodam viro lexagenario, cui cum catarhus ad sinistrum latus lapsus esset, paralytis secuta est, & deglutitio ita deprauata, ut liquida omnia, præsertim vinum, non sine suffocationis metu deglutire possent, reliqua verò, quamuis solidissima, facillimè degluciret. Quænam autem huius mali caussa sit non ita planum est. Guil. Fabric, equidem causam mali in epiglottide esse statuit, istamque, & simul adiacentes partes cum paralyti corripentur, humore viscido imbutas fuisse existimat, atque hinc facile fieri potuisse putat, ut, cum epiglottis laryngem, asperamque arteriam exactè obtegere non posset, liquida, & imprimis vinum, quia tenuium est paruum, ad ipsam arteriam asperam peruenerint, & suffocationis metum excitarent; duriusculam verò ratione crassitiei & ponderis operculum asperæ arteriæ depressisse, & proinde sine difficultate ad ventriculum peruensse. Quam sententiam, ut non impugno: ita nec absurdum esse existimo statuere, cum solida difficilius, liquida facilius deglutiantur, id fieri ob fibratam internam œsophagi tunicam restarum debilitatem: cum verò solida facilius, liquida difficilius deglutiantur, id accidere propter paralytin partium detractioni ciborum inferuentium. Maiorē enim facultatis motricis robore, & instrumentis fortioribus indigent liquida, ut comprehendantur & detrudantur, quàm solida, quæ facilius comprehenduntur.

CAPVT IV.

De intemperiebus Ventriculi.

Et primò

De intemperie in genere.

Intemperies Ventriculi. Ventriculi officium est cibum & potum deglutitum in chilum, seu substantiam cremori ptisanæ similem transmutare, quæ sanguinis, totius corporis futuri alimenti, est rudimentum. Vnde etiam ventriculus, *4. de usu part. cap. 1. χυλόνου,* officina dicitur, & *1. de caus. symp. cap. 7. publi-*

A cum alimenti τροφήν, seu promptuarium appellatur. Munus autem suum exsequitur ventriculus vi insita, quam αλλοιωτικὴν, σπαστικὴν, & χυλοποιτικὴν nominant, cui facultati inserviunt vis retentrix & attractrix. Vis autem coctrix calore insito vitur, qui ab influente perficitur, & in actum quasi deducitur. Eundem tamen etiam fouent Epar, Diaphragma, Lien, Omentum, ac partes vicinæ calidæ ac pinguedine perfusæ. Hoc autem munus suum rectè perficit ventriculus, si omnia, quæ ad eius constitutionem pertinent, rectè sese habeant, nimirum temperies & similis constitutio, organica conformatio & vnitas. Si quid autem horum desit, malè suum opus perficit ventriculus.

B Inter morbos autem, qui ventriculi constitutionem lædunt, est primò *Intemperies ventriculi*, scilicet morbosa, siue præternaturalis partium similiarium ventriculi, in primis qualitibus constitutio.

Causa.

Ortum autem habet illa vitiosa ac p. n. qualitatum primarum proportio à caussa alterante, siue alteratio fiat per se, siue per accidens. Causa autem hæc est vel externa, vel interna. Externa est cibus potusque aliquem excessum in qualitibus primis habens, seu insigni vi calefaciendi, frigefaciendi, humectandi, siccandi, præditus. Medicamenta item assumpta, vel extra applicata similem qualitatum excessum habentia. Aëris item intemperati ad regionem ventriculi appulsi, similisque causæ externæ. Internæ verò, causæ sunt membrum aliquod vicinum, ut omentum, epar, lien, intemperatum, vel humor, vel vapor ventriculum afficiens.

Differentia.

Ut autem omnis intemperies est vel simplex, calida, frigida, humida, sicca; vel composita, calida humida, calida sicca, frigida humida, frigida sicca, & rursum vel sine materia, vel cum materia coniuncta: ita eadem intemperies in ventriculo etiam locum habent.

Signa Diagnostica.

D Cognoscitur autem in genere intemperies ventriculi potissimum ex laesa alimenti coctione & appetentia, & quidem præcipuè si nullus in victu error tum præcesserit, (alias enim à cibo & potu ventriculi temperies mutari potest,) & nullus in ventriculo tumor vel vlcus, vel alius morbus adsit, si, ut iam dictum, cibus & potus assumtus, qui in manifestis qualitibus excedat. Ita etiam partium vicinarum morbi de ventriculi intemperie iudicia præbent. Apparet etiam quædam in excrementis mutatio. Fluctuatio item ventriculi intemperiem arguit. Similiter sæpè in ventriculo granitas percipitur; quia cibus tardiùs coquitur, & adsunt alia læsæ coctionis symptomata.

Prognostica.

E 1. Faciliùs curantur intemperies, quæ ex caliditate & frigiditate sunt, (modo non sint in habitu) ca. quia maximè actiuis contrariis curantur. 2. Difficiliùs curantur, quæ in humiditate & siccitate sunt intemperies; quia imbecillioribus, & minus actiuis qualitatibus curatio eorum perficitur: & præcipuè cum humectandum est. Humida etiam intemperies faciliùs curatur; cum calida etiam siccandi vim habeant. 3. Tempus quidem caliditatis frigiditatisque corrigendæ par quodammodo est, maiore tamen cautione & prudentia opus est in refrigerantibus, quàm calefacientibus adhibendis. In sicca verò intemperie tempus ad curandum longius requiritur, & siccitas tardiùs corrigitur. Quod enim in sanis senium est, id sicca intemperies in ægris, quæ propterea insanabilis est, si protius confirmata sit.

Indicationes.

A

Indicatio-
nes.

Quæ intemperiei corrigendæ conueniant, ex generali methodo med. patet. Intemperies enim indicat alterans per contrarium, simplex vel compositum, prout ipsa est talis. Causæ externæ, si adhuc durant, remouendæ. Internæ verò quæcunque sint, tollendæ contrariis & conuenientibus remediis. Tandem peculiari ventriculi naturæ habenda est ratio, & per stomachica medicamenta, habito tamen intemperiei respectu, fouenda; & calor eius innatus, quo tanquam proprio in actionibus suis instrumento vitur, conseruandus per conuenientia alimenta & adstringentia & ventriculo roborantia medicamenta, quatenus morbus ea fert.

Curatio.

Curatio.

Itaque cum ventriculus ab aliis non accipiat multum, sed potius aliis partibus nutrimentum præparet, atque transmittat, & intemperies, quatenus talis, ventris actionem non requirat, ea hinc opus non est. Si tamen aliquis affluxus sanguinis & inflammatio ventriculi metuenda sit, ea statim instituenda. Medicamenta autem quod atinet, cum orificium ventriculi sit admodum sensibile, & cor facile in consensum trahat, ac propterea sœtidum & ingratum saporem abhorreat, contra verò delectetur sua uolentibus & sapore gratis, danda opera, ut omnia, quæ ventriculo laboranti exhibentur, illi grata sint, nec nauisam pariant. Et si quid omnino minus grati saporis exhibendum, danda opera, ut odor & sapor à palato & naribus minus percipiatur, & proinde talia pilulis includantur, vel alio modo sapor & odores ingrati occultandi sunt, quod fit, si ob saporem os prius aqua aceto diluta colluatur; ob odorem verò poculum linteo aceto madefactotegatur, ut non plus pateat, quam labiis admouendis opus est. Danda quoque opera, ut medicamenta aliquandiu in ventriculo hæreant, nec mox ad alias partes, quæ forsitan ea intemperie non laborant, penetrent, quibus de causis cibi medicamento si in alterandis intemperiebus ventriculi commodissimi sunt. Sino nauisam enim à ventriculo recipiuntur, & diutius ibi retinentur. Posteriori de causa medicamenta ad ventriculum forma aliqua solida exhiberi solent. Et hac ipsa de causa non statim à sumtis medicamentis bibendum, ne cum potu à ventriculo elaborantur. Medicamenta quoque non tepida, cum soluant ventriculi tonum, sed potius frigida vel calida actu exhibenda sunt. Vitentur quoque semper nimis relaxantia, ut & nimis attenuantia, neque absque adstringentium admixtione vsurpentur. Ut enim per laxantium vsu vires ventriculi resoluuntur: ita per vsu adstringentium conseruantur, vel labentes retinentur. Idque non solum de internis, sed & externis medicamentis obseruandam. Vitanda quoque acria, nimium salsa, erodentia, ne orificium ventriculi superius, quod sensu exquisito præditum est, lædatur, ut & fortia purgantia, quæ omnia sunt ventriculo inimica. In quacunque ventriculi intemperie commendatur coralium ad ʒ. β. datum. In frigida tamen & sicca intemperie calidis ac humidis medicamentis corrigatur. Aucennas etiam coralium collo appendere iubet, ut ventriculi regionem attingat. Annonnullis etiam Iaspis commendatur, si collo eodem modo appendatur. Laudantur quoque interiores tunicæ ventriculi gallinarum, ut & aliarum auium, præcipuè Mergi. Galenus tamen, II. de simpl. med. facult. scribit, se vanam hanc promissionem expertum esse. Mesue Myrobalanos, Chebulas & Emblicas conditas melle vel saccharo commendat. Externa medicamenta mucronatæ cartilagini versus umbilicum, & in dorso ad duodecimam & decimam tertiam vertebra applicentur.

Ventriculo
conuenien-
tia medica-
menta.

Dieta.

In quacunque ventriculi intemperie cibi & potus nimia copia vitanda, quæ ventrem grauat. Abstinentum etiam ab iis, quæ ingrata sunt ventriculo & aduersa; à lubricantibus item, quæ totum ventriculum laxant. Cauendum etiam ægro à vomitu laborioso, ne vires ventriculi dissoluantur. Cætera ex speciali singularum intemperierum cura patebunt.

Dieta.

CAPVT V.

De frigida intemperie Ventriculi.

CVM autem intemperies ventriculi frigida sit frequentissima, de ea primo loco agemus. Solent autem Autores ventriculi intemperiem frigidam distinguere in positiuam & priuatiuam. Positiuam dicunt, quæ per se à simili causa inducta est; cum scilicet ab agente frigido frigiditas ventriculo inducitur, & calor eius debilitatur. Atque huius causæ sunt vel externæ vel internæ. Externæ sunt, frigidus cibus & potus, præsertim dum corpus æstuat; medicamenta frigida, aer frigidus, imprimis, si quis in eo ventriculi regione non bene tecta versetur, aut in diem patiat. Internæ sunt vicinæ partes, vt, epar, lien, omentum, mesenterium & muscoli abdominis frigidiores redditi. Priuatiua verò vel per accidens dicitur, vbi quidem non à causa refrigerante intemperies ventriculi inducitur, sed cum ea sit ex defectu calidi innati; atque hæc nunquam sine siccitate consistere valet, cum prior etiam sine siccitate induci possit. Atque talis sit ex humidi radicalis, & per consequens calidi innati ventriculi absorptione, quam inducere possunt etiam calefacientia nimium exhibita, vnde malè sæpè suis rebus consulunt, qui debilitate ventriculi ex hac causa laborantes aromatibus fortiter exsiccantibus, spiritu Vitrioli & similibus vtuntur. Prouenit etiam hæc intemperies ex musculorum abdominis & omenti siccitate & gracilitate: item ex alimenti, quod calidum & humidum est, defectu. Huc facit etiam nimia epatis caliditas, quæ humidum illud ventriculi caliditatis naturæ subiectum dissipat & absomit. Atque idè accidit, vt qui iecur habent calidi & intemperatum, plerumque habeant ventriculum frigidiorum & debilius coquant. E quibus patet, hanc esse inter frigiditatem ventriculi positiuam & priuatiuam differentiam, quod in priuatiua frigiditate nulla causa refrigerans præcedit, quæ aliquos frigiditatis gradus ventriculo imprefferit, sed quia caliditas inhæret humido radicali, si illud absorbatur, vnà etiam calor euanescit: In positiuam verò frigiditate salua quantitate humidi radicalis à causa refrigerante gradus aliquot frigiditatis præter naturam inducuntur.

Frigida
ventriculi
intemperies.

Signa Diagnostica.

Frigida ventriculi intemperies cognoscitur ex sequentibus. Sitis nulla adest, ardor nullus in ore ventriculi, cibi appetentia plerumque intenditur, nisi frigiditas sit maxima, quæ actiones aboleat. Concoctio cibi vel tollitur, vel imminuitur, vel vitiatur pro maiore, vel minore frigiditatis vehementia. Sequuntur ructus acidi, præsertim si cibi ingerantur frigidi. Quia tamen ructus acidi à pluribus causis provenire possunt, vt docet Galenus, 2. de rat. vitæ in acut. text. 22. scilicet & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitam in eo contentam, & propter ciborum multitudinem, & ob eorum frigiditatem, ructus acidus frigidi ventriculi certum signum est, cum neque sibi multi, neque frigidi sunt assumpti, neque pituitæ in ventriculo redandantis signa adsunt. Salua est copiosa, flatu egrediuntur, à quibus æger leuamen sentit. Præcesse-

Signa.

E

De frigida intemperie Ventriculi.

9

rent caussa refrigerantes, delectatur æger calidis, atque ex iis commodum percipit, læditur verò frigidis. Priuatiua verò frigiditas potius ex signis siccitatis ventriculi cognoscitur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Positiua frigiditas facilius curatur, quam priuatiua. 2. Pro caussarum tamen ratione, & prout à naturali statu magis vel minus recessit, facilius vel difficilius curatur.

Curatio.

Curatio.

Intemperies frigida calefacientia indicat. Medicamenta tamen calida non sint valde calida, quia talia exsiccando humiditatem minuunt & priuatiuam frigiditatem inducunt. Ideoque quæ calidiora sunt, commodè assumuntur cum iure carniū & humectantibus miscentur; his verò, quæ foris applicantur, olea & pinguedines admittentur.

Calefacientia ventriculū. Interna. Simplicia.

Herbæ, *Mentha*, *absinthij*, *betonica*, *calamintha*, *salvia*, *origanum*, *rosmarinus*, *serpillum*, *pulegium*, *basilicum*, &c. Flores, *Rorismarin*, *betonic*, *salvia*, *spica*, *schynanthi*. Radices, *Acori*, *pimpinell*, *helenij*, *cyperi* Semina, *Anisi*, *fœniculi*, *carui*, *cumini*, *coriandri*, *strapi*. Fructus, *Baccar. iuniperi*, *lauri*. Ligna & coruces, *Aloës*, *cortic. citri*, *aurantiorum*. Aromata, *calamus*, *aromaticus*, *nuc. mosch.* *caryophyll.* *Zinzib.* *cinamom.* *galanga*, *cardamom.* *Zedoaria*. Gummi, *Balsama* & cognata, *Mastiche*, *aloë*, *thus*, *styrax*, *succini*, *ambra*, *balsamum*. Et quibus præparantur & componuntur.

Composita.

Aquæ & Spiritus, *Mentha*, *absinthij*, *betonica*, *anisi*, *rorismarin*, *cinam.* *mastiche spir.* *vitrioli*. Vinam & Cereuisia. *Absinthij*, *rorismarin*, *caryoph.* *cinamom.* Vina composita, seu clareta, aquæ vitæ, Elixir. vt *Cinamom.* *z. ij.* *caryophyll.* *z. ß.* *galang.* *granor. paradysi*, *zinzib.* an. *z. ij.* *piper.* *cardamom.* *nuc. mosch.* an. *z. j.* Crasso modo contusa in vase clauso macerentur per dies aliquot, in spiritus vini lb. iiii. Postea spiritum vini tinctum per inclinationem separa. Huius drachmæ aliquot & sacchar. q. v. vini mens. j. misceantur, & habebis vinum aromaticum, vel claretum. Vel *Cinamom.* *z. j.* *Zinziber.* *galang.* *z. ij.* *caryoph.* *nuc. mosch.* *calam. arom.* *macis.* *piper.* *nigri* an. *z. j.* *spir. vini opt.* lb. iiii. Stent in infusione vase clauso per dies 4. vel plures. Post spiritum tinctum separa. Admisce Syrupi citri *z. ij.* *minæ cydon.* *z. iiii.* Misce. F. Aquæ vitæ. *z. Spec. arom.* *ros.* *z. i.* *diamb.* *z. ß.* *cinamom.* *nuc. mosch.* *galang.* *semin. carui* an. *z. iiii.* *cardamom.* *ligni aloës.* *zinzib.* an. *z. i.* *spiritus vini* lb. iiii. D gere, post cola & adde Syrupi cydon. *z. viii.* Stent in vase clauso aliquot diebus, & post per chartam bibulam colentur. *z. Cinamom.* *z. i.* *ß.* *Zinziber.* *z. ß.* *galange* *cardamom.* *piper.* *rotund.* an. *z. i.* *ß.* *nucis mosch.* *macis.* *caryoph.* an. *z. ii.* *sacchar. candi* lb. ii. *vini optimi mens.* v. F. Claretum. Extracta & tincturæ siue essentiz, *calami aromatici*, *galangæ*, *absinthij*, *ligni aloës*, *aromat. ros.* *stomach.* *Quercetari*, *Elixir proprietatis*. Olea destillata, *calami aromatici*, *caryoph.* *cinamom.* *nuc. mosch.* *macis.* *cortic. aurant.* *carui*, *anisi*, *fœniculi* Conferuæ, *absinth.* *beton.* *anthos.* *menthe.* *salvia* *diacydonium cum aromaticibus*. Conditæ, *Zinziber.* *acorus verus*, *galanga*, *bacc. iuniperi melle conditæ*, *cortices citri*. Syrupi, *cinamomi*, *absinth.* *menthe*, *betonic.* *cydonior.* *de cortic. citri*, *mastiche*, *mel. ros.* *scillis.* *rob. iuniperi simplex & compositum*. Species Aromaticæ, *aromat.* *caryophyll.* *diacydonium*, *diacinalom.* *diagalang.* *diatrionpip.* *dianis.* *diaxylo aloës.* *rosata nouella*, *species Imperiales*, *diamoschi* *Trochisci*, *Gallie moschate*, *de rosis*. E quibus postea componuntur varia electua-

ria & antidoti vsuales vulgo noti: *Theriaca*, *Mithridat.* *diacorum*. Plurima quoque patantur in rem præsentem Magistralia. *z. Conferu. rosar. vitriolat* lb. *ß.* *betonic.* *z. iij.* *spec. arom. ros.* *z. i.* *caryoph. concis.* *z. j.* *ambr. g.* *vi.* *calam. arom.* *condit.* *z. ij.* *Cum syrupo conseruationis Zinzib.* Fiat Electuarium. Vel *z. Conferu. rosar. z. iij.* *diacydon.* *z. j.* *nuc. mosch. condit.* *num. ij.* *corall. rubr.* *prepar.* *z. j.* *spec. arom.* *ros. caryoph. incis.* *an. z. ß.* *Cum muna cydon.* F. Electuarium. *z. Cinamom.* *z. ij.* *galang.* *z. i.* *ß.* *caryoph. cortic. citri*, *macis*, *corall. rub.* *an. z. i.* *conser. rosar.* *z. iij.* *spec. arom.* *rosar.* *z. i.* *Cum syrupo cydonior.* F. Electuarium.

Electuarium Langij.

z. Conferuæ rosar. *z. ii.* *ß.* *flor. rorismarin.* *z. i.* *flor. lauendala* *z. ß.* *galanga cubebar.* *xytaloes* *an. z. j.* *sem. anisi* *z. ß.* *cinamomi* *z. i.* *calami arom.* *conditi* *z. ij.* *zinzib. conditi* *z. ß.* *pinear.* *prep.* *z. vi.* *Cum syr. conseruat. citri.* F. Electuar.

Rotula & Mortuli.

z. Extract. arom. *rosar.* *g. xv.* *calami arom.* *z. ß.* *ligni aloës* *g. vi.* *sacchar. albi in aqua rosar.* *soluti* *z. iiii.* *ol. cinamom.* *g. iij.* *macis* *g. ij.* *caryoph. gut.* *j.* F. Rotulæ. Vel *z. Spec. arom.* *ros.* *z. ij.* *diaxyaloës* *z. i.* *sacch. in aqu. menth.* *q. s.* & *cinamom.* *z. ß.* *dissolut.* *z. iij.* F. Rotulæ. *z. Spec. imper.* *z. ii.* *pinear. mundat. incisar.* *z. iiii.* *spec. arom.* *rosar.* *z. ß.* *sacchar. in aqua rosar. dissolut.* *z. v.* *ol. cinamom.* *g. v.* *carui.* *g. iiii.* F. Mortuli.

Pulueres & Tragea.

Tales pulueres efficaciores sæpè sunt, quàm rotulæ & mortuli, cum in saccharo calefacto spectrum aromaticarum & ambre vis faciliè dissipetur. *z. Spec. arom.* *rosar.* *z. iiii.* *ambr. g.* *vi.* *sacch.* *z. iiii.* F. Puluis. Cuius cochlear paruum (*z. ii.* circiter) vel per se, vel cum pane vino madido sumatur. *z. Sem. coriandr. prepar.* *anisi.* *cinamomi.* *macis.* *sem. carui* *an. z. ii.* *ß.* *zinzib. albi* *z. i.* *caryoph.* *z. ii.* *nuc. mosch.* *z. i.* F. Puluis. *z. Cinamomi* *z. ß.* *galanga gingib. nuc. moschat. cubebar.* *an. z. ii.* *sacchar. ad pondus omnium* F. Puluis. *z. Confect. sem. anisi.* *fœniculi.* *coriandri.* *carui.* *glycyrrhiz. rasa.* *galanga.* *zinzib. p. a.* F. Tragea. *z. Coriandri prepar.* *z. i.* *cinamom.* *z. ii.* *Mastiche* *z. i.* *macis* *z. ß.* *panis albi rosti* *z. ii.* *sacch. albi* *z. iiii.* F. Puluis post cenam suauendus. *z. Cinamom.* *z. i.* *flor. rosar. rubr.* *z. ß.* *Zinziberis caryoph.* *nuc. moschat.* *galang.* *an. z. ii.* *coriandr. prepar.* *z. iij.* *ligni aloës* *z. i.* *sacchar. ad pondus omnium.*

Externa.

Parantur ex specièbus antea enumeratis, & præterea ladano, gummi tacamanaca, terebinthina, balsamo Peruciano. Tutius autem applicantur versus vmbilicum & regionem sinistram, qua in dextra Epar faciliè nimium caleheri potest Balsama; *nucis moschate*, *caryoph.* *cinamomi* *anisi*, *macis.*

Inunctiones, Linimenta & Unguenta.

z. Olei nardini *z. i.* *mastichini* *z. ß.* *spec. arom.* *ros.* *z. ß.* *ol. destillar. caryoph. gutt.* *vi.* *cera parum.* F. Linimentum. Vel *z. Olei absinth. nardini* *an. z. ß.* *olei destillati menthe* *z. ß.* *nuc. mosch. express.* *z. ß.* *pulu. caryoph. calam. arom.* *an. z. ß.* *cera q. s.* F. Linimentum.

Oleum Stomachale, quod Cratonis in usu fuit.

z. Ol. absinth. *lb. i.* *caryoph.* *ant. citrin.* *an. z. ii.* *ros. rubr.* *macis* *an. z. ß.* *mastiche.* *z. ii.* *ß.* *vini odorati* *lb. ß.* *Coqu.* *ad vini consumpt.* & *Soli* *exponantur.* Vel *z. Ol. rosar. completi.* *mastichini* *an. z. i.* *spec. arom.* *rosar.* *z. i.* *ol. nuc. mosch. express.* *z. ß.* *ol. destill. menth.* *absinth.* *an. gutt. iiii.* *cera q. s.* F. Linimentum.

Cerata & Emplastra.

Ceratum stomachale ad vltim quotidianum in officinis prostat. Vel *℥. Mastich. thuris galang. caryophyll. macis* an. \mathfrak{z} . j. *calami aromas.* \mathfrak{z} . ij. *coriandr. prepar. rad. cyperian.* \mathfrak{z} . \mathfrak{b} . *corail. virinsque* an. \mathfrak{z} . j. *gran. paradisi* an. \mathfrak{z} . \mathfrak{b} . *styrac. calamit.* \mathfrak{z} . ij. *ladani puriss.* \mathfrak{z} . vi. Pulueritisa crasse, & cum cera & pice nauali pistillo calido F. Massa, quæ alutæ inducatur & regatur sindone. *℥. Spec. aromat. ros.* \mathfrak{z} . i. *caryoph. macis* an. \mathfrak{z} . i. *tacamahaca* \mathfrak{z} . i. *ol. nuc. mosch. express.* \mathfrak{z} . \mathfrak{b} . *ol. destill. caryoph. absinth.* an. gutt. vi. *ladani, cera.* an. q. s. F. Emplastrum.

Fomenta.

℥. Mentb. absinth. an. M. ij. *schœnanth.* M. \mathfrak{b} . *rad. cyperi, galang. caryoph.* an. \mathfrak{z} . ij. Coqu. in vino pro Fomento. Possunt etiam fieri Embrochæ ex modo enumeratis cum aquis thermalibus.

Sacculi.

℥. Absinth. mentb. an. M. j. *origani, betonic.* an. M. \mathfrak{b} . *rad. cyperi, caryoph. macis, nuc. mosch. galang.* an. \mathfrak{z} . i. Cum sindone rubra F. Sacculus. *℥. Galanga cinamom. macis, caryoph.* an. \mathfrak{z} . ii. *cyperi, calam. aromat. cortic. citri. baccar. lanri* an. \mathfrak{z} . i. \mathfrak{b} . *gummi tacamahaca, styrac. calamit.* an. \mathfrak{z} . i. F. Sacculus. Cataplasmata. Efficax est Cataplasma, quod Rhafes \mathfrak{z} . *Ad Alamanfar.* ex styrace, spica, absinth. calamo aromat. mastich. cum vino veteri, & succo cydon. aspersis componit. *℥. Spec. diarrhod. abbat. aromas. ros. corall.* an. \mathfrak{z} . i. *caryoph.* \mathfrak{z} . \mathfrak{b} . *carnis cydon. vino coctæ* \mathfrak{z} . ii. *pulu. absinth.* p. i. Cum vino F. Cataplasma. De medicamentis ventriculorum calefacientibus videatur etiam Fernelius, *lib. 5. meth. medend. cap. 22.*

Diata.

Cibi præcipuè sint carnes boni natiuenti, non difficiles coctu, condiantur pipere, zinzibere, cinamomo, macere, caryophyll. & aliis aromatibus, salua item, carui, roremarino & aliis, quæ tamen saporem non nisi suauem exhibeant. Vinum sit antiquum, vinosum, vel etiam medicamentum absinthio, salua, caryophyll. cinamomo & similibus, vel cereuisia, vel aqua multa aromatibus alterata aut ænomeli. Virentur cucurbitæ, cucumeres, melones, persicca, atriplex, bitum, lactuca, hordeum, & alij cibi frigidi. Somnus sit longior. Excercitia & labores corporis valdè conferunt.

CAPVT VI.

*De calida intemperie Ventriculi.**Causa.*

Calida
Ventriculi
intemperies.
Eius
Causæ.

Calidam ventriculi intemperiem pariunt, rerum calidarum adhæsus & occurfus, calidi cibi & præcipuè eorum condimenta, aromata, potus calidus, imprimis vini potentis & meracioris, mulsum. Calida item medicamenta assumpta & extra applicata. Febres quoque ardentes vt vniuersum corpus, ita, & ventriculorum calefacere possunt.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur intemperies hæc à siti, cibi inappetentia, mala coctione, cibi addustione & corruptione, & imprimis cibi coctu facilis & facile corruptibilis, vnde & ructus nidorosi & cholera suam originem habent. Percipitur etiam caliditas circa ventriculorum, salua est lenta, viscida & roncunda, lingua, fauces, labia, arida sunt. Prægressæ sunt, vel præsentés adfunt causæ calefacientes enumeratæ. Frigida profunt, calida nocent.

Prognosticum.

Prognosticum.

Intemperies ventriculi calida minus periculosa

est, quàm frigida. Nam intemperies ventriculi frigida, præsertim si magnus sit à natura recessus & calotis ventriculi quasi extinctio, summoperè noxia est, & actionibus ventriculi valdè aduersaria, ac non nisi longo tempore & cum maxima difficultate corrigi potest. Caloris verò excessus etsi alimenta corrumpit, & in alienam substantiam mutat: tamen alimentis & medicamentis refrigerantibus adhibitis facile corrigitur.

Indicationes.

Intemperies ventriculi calida etsi refrigerationem indicat: tamen quia ventriculus calore coctionem perficit, ideo minus refrigerandum, & vix tantum quantum affectus præter naturam postulat. Refrigerantia quoque nec maxima quantitate exhibenda, nec in eorum vsu diu persistendum, ne calor innatus ventriculi, qui à calore extraneo & præternaturali dissipatur, & ob humiditatis substantiæ absorptionem paucior factus est, magna refrigerantium copia, & diuturno eorum vsu extinguatur. Et cum ventriculus sit nervosus, facile à refrigerantibus læditur. Refert enim Beniuenius, *de abditis morb. & sanas. causis cap. 15.* Quendam ex Emplastro frigidissimo stomacho appposito singultu correptum, ac tandem mortuum fuisse, & *ibid. cap. 16.* Iuuenem quendam frigidissimæ aquæ potu intra paucas horas extinctum fuisse. Quamquam tum proculdubio non solum ventriculus, sed & alia viscera à potu aquæ frigide offensa fuere.

CURATIO.

Curatio.

*Medicamenta ventriculorum Refrigerantia.**Interna. Simplicia.*

Medicamenta
ventriculorum
refrigerantia.
Interna,
Simplicia.

Herbæ & Folia, *Acetosa, portulaca, lactuca, endiuia.* Flores, *Ros. violar.* Radices, *Cichorij, nymphaea, acetosa.* Semina, *Quatuor frigid. maiora & minora, hordei, acetosa, lactuca.* Fructus, *Malacuria, succus granator. aurantia acida, tamarindi, Persica, fraga, cerasa, mora, sorba, mespia, ribes, berberis, melones, cucumeres, pyra, poma acida, pruna acida, vaccinia nigra.* Lignum, *Santal.* Lapides & Gemmæ, *Corallia.* Succus & Liquores, *Citri & aliorum fructuum frigidorum modo enumeratorum, vinum austernum, serum lactis.*

Composita.

E quibus componuntur & parantur varia. Aqua, *violar. rosar. fragor. portulaca, acetosa,* quod possunt etiam suo modo referri spiritus vitrioli & salis. Emulsiones, *sem. quatuor frigid. maior. vt: ℥. Sem. 4. frigid. maior. excortic.* an. \mathfrak{z} . ij. *agu. hordei simplic. lb. j. agu. fragor. sine vino* \mathfrak{z} . iij. *ros. ℥. j. F. Emulsio, cui adde iulebi violar. ℥. j. \mathfrak{b} . Milce.*

Decocta.

Hordei, santal. Vel *℥. Rad. cichor. ℥. \mathfrak{b} . santal. citrin. \mathfrak{z} . ij.* (adde rubrum si placet) *tamarind. ℥. \mathfrak{b} . Coq. in aq. hordei simpl. lb. j. In colatura conseru. rosar. ℥. j. dissolui, iterumque colari & aliquot gutt. spirit. vitrioli addi possunt. Talia decocta duo habentur in Institut. Syrupi & Iulebi Rosarum, violar. acetosæ, citri, limonum, granator. cydonior. de agresta, oxysacchar. ribes, iulebi rosar. violar. ex hisque compositi, quales habentur in Institut. Conseruæ, Rosarum, præcipuè, *viurolata, violarum, cichorij, acetosa, pulpa citri.* Rob. *Ribes berberis, sorbor. agrest.* Condita, *Rad. cichorij, caules lactuca, persica, cerasa, ribes, berber. sorba, mespila, cydonia.* Species, *Diamarg. frigid. diatriosantale. diarrind. abbat.* Hinc iterum parantur Electuaria, vt, *℥. Conseru. rosar. ℥. ij. rob. ribes. rad. condit.**

De calida intemperie Ventriculi.

vichorij, canles, lactuca, condit. an. ꝑ. ꝑ. corall. rubr. A
prepar. spec. diamarg. frigid. santali citrini an. ꝑ. 1.
Cum syrupo viol. F. Electuarium. Vel ꝑ. Conseru.
violar. ꝑ. ij. rosar. vitriolice ꝑ. 1. lactuc. condit. ꝑ.
ꝑ. spec. diamarg. frigid. santali. citrin. an. ꝑ. sem.
Cum syrupo acetosiatu citri F. Elect.

Rotula.

ꝑ. Spec. diamarg. frigid. diarrhod. abbat. an. ꝑ.
u. santali citrini, corall. rub. prepar. an. ꝑ. 1. sacch.
in aqua rosar. dissolut. ꝑ. ii. F. Rotula.

Externa.

Ex iisdem externa medicamenta parantur, ita ta-
men applicari debent, ne diaphragma attingant.

Inunctiones, Linimenta & Unguenta.

Parantur ex oleo rosaceo, violar. nymphæ, cydo-
donior. mucilag. sem. psyllij, Unguento rosaceo, in-
frigid. Galeni. vi. ꝑ. Ol. rosar. violar. nymph. an.
ꝑ. sem. mucil. sem. psyllij aq. ros. extracta ꝑ. ii. ce-
raparum, F. Unguentum. Vel Recip. Ol. ros. om-
phacini ꝑ. j. santal. albi, flor. ros. rub. an. ꝑ. sem.
ceraparum. F. Unguent. Vel Rec. Unguent. rosacei
ꝑ. i. sem. ol. violar. ꝑ. i. santal. albor. rosar. rubrar.
an. ꝑ. ꝑ. Misce.

Cerata & Emplastra.

Santalinum. Vel ꝑ. rosar. rubr. santali albi, rub.
an. ꝑ. ij. balauꝑ. myrsitor. corallior. rubror. an. ꝑ.
i. olei rosar. cera an. q. s. F. Emplastrum.

Sacculi.

ꝑ. Rosar. rubr. M. j. viol. P. j. santal. omnium
an. ꝑ. i. ꝑ. corall. rubr. ꝑ. j. Incisa & contusa in-
fluantur sacculo ex sindone rubra.

Fomenta & Epithemata.

Fiunt ex decocto hordei, rosar. rubrar. lactuca, &
aliis antè enumeratis, item ex succis acetos. cydo-
nior. oleo rosarum, & similibus. Vi. ꝑ. Ol. rosar.
omphacini an. ꝑ. ij. succi portulac. ꝑ. iii. vini austeri,
ꝑ. i. ꝑ. Cum spongia aut linteamine. F. Foment-
um. Vel ꝑ. Aqu. cordin. ꝑ. v. rosar. ꝑ. ii. portu-
lac. ꝑ. i. aceti ros. ꝑ. ꝑ. santal. omnium ꝑ. ij. M.
pro Epithemate. Vel sacculus antea compositus
coquatur in vino austero & ventriculo applicetur.

Cataplasmata.

Fiunt ex carne cydonior. cocta in vino rubro, aceto,
agresta, farina hordei, rosar. violis cum oleo rosar. &
aliis, vt: ꝑ. Succ. cydon. pomor. agrest. an. ꝑ. ij. u.
panis ꝑ. iii. farin. hordei ꝑ. ꝑ. pulv. ros. rub. ꝑ. i.

Dista.

Cibus & potus cum medicamentis conspirat, idè
que alimenta sint natura frigidæ, & facilis distri-
butionis, vt antequam adurantur, distribuantur,
quales sunt pulsanæ hordeacea, aut hordeum cum
iure carnis, præcipuè aceto condito, poma a siera,
fructusque refrigerantes alij modò propofiti, qui
tamen non facile corrumpuntur, Lactuca, portu-
laca, & similia, quæ in acetariis exhiberi solent.
Cibi succis acidis condiantur, contra vitentur cibi
aromatibus, & aliis calidis conditi, pinguis item,
salia, dulcia, quæ in bilem facile mutantur, vt mel,
ficus. Melones item & cucumeres, qui etsi frigidè
sint, tamen facile corrumpuntur. Actia, vt allium,
cepe, nastartium. Lac etiam in hac intemperie non
commodum est, quod facile corrumpitur, vt & ova,
quæ etiam in sudoralem cruditatem vertuntur.
Potus assuetus sit aqua vel acidula, vel decoctum
hordei, quibus iulebem violar. rosar. & guttul. ali-
quor. spirit. vitriol. & sulphur. addere vtile est. Emul-
sionem sem. z. frigid. maior. cum aq. hordei. Con-
cedi etiam potest vinum d. rosar. vel aqua d. ru-
rum. Galen. 3. de simpl. med. faculta. c. 6. oxyga-
la seu lac acidum concedit. Aer sit frigidior; æter
se non vaide exerceat: somnus humectando, vt &
animas tranquillus vtilis est: ira vero nocet.

CAPVT VII.

De humida Ventriculi intemperie.

Causa.

Humida intemperie causa sunt cibi hume-
stantes, aquæ potus, medicamenta hume-
stantia, eorum & iomnis nimius, aer humidus.

Humida
ventriculi
intemperie
Causa.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur è siti diminuta, fame exigua, appe-
tentia cibi sicci, & assii, salua copiosiore, sentu in-
flationis circa ventriculum, ructibus, fluctuatione,
alio laxiore; antecesserunt causæ humectantes,
sicca iuuant, humida nocent.

Signa

Prognostica.

Humida intemperies siue sola constet, siue cum
calore aut frigiditate coniuncta sit, omnium facilli-
mè curatur. Galen. 7. meth. med. cap. 9.

Prognostica

Curatio.

Humida intemperies siccantia indicat, & pro-
pterea siccantia medicamenta adhibenda, sed cura
insignem caliditatem & frigiditatem. Calida ita-
que & frigida corrigenda sunt, vt aptum & ilo-
neum hanc intemperie sint remedium.

Curatio

Interna.

Calida exiccantia sunt: Betonica, menta, absinth. Medica-
salua, radic. asori, galanga, sem. coriand. carni, ma-
stich. scilla, tunica interiores ventriculi gallinar. Li-
gnura guajacum, sassafras, & alia casida antea c. 4.
enumerata. Frigida aut certe calorem excedentem
non habentia: Rosa, santal. corall. bolus Armen.
terra sigill. tormentill. In quibus eligendis respiciè-
dum ad renqua viscera, an nimirum aluus sit laxa vel
adstricta, aptertione vel acitritione opus sit. Pe-
tinent hæc & Theriac, quæ salelem & sulphur conti-
nent. Galen. r. de med. facil. parab. Vbi nimia sa-
liva vitio humidioris ventriculi profluat, aridam co-
nyzam frequentèr masticare iubet. Ex his parantur
Aqua menthe, cinamomi, cal. aromatici. Decoctum:
Guaiaci, sassafras. Syrupus; Myrsinicus, de betonic.
ros. masticin. Conterta, Beton. ros. violata im-
p. mis. Diacydonium cum aromatib. Condita: Nu-
cesingulandes cum aromatibus condita, calamis aro-
mat. zinziber. Confectiones; Sem. coriandri, carni,
cinamomi. Acetum scitilicam. Olea: Nuc. rosoli,
caryophylli, carni, anisi. Species Atomica; & Aro-
mat. rosar. diarrionip. diagalanga, diacalamimiba.
Electuaria: Theriac. Al. i. h. idat. diasorum. Vel ꝑ.
Conseru. ros. beton. an. ꝑ. ij. ꝑ. in India condit. ꝑ.
ꝑ. Spec. diarrhod. a thar. aromati. rosar. corall. rub.
prepar. masticin. an. ꝑ. ꝑ. Cum syrupo cydon. F. Ele-
ctuar. Vel ꝑ. Conseru. ros. ꝑ. i. ꝑ. masticin. ꝑ. ꝑ.
Al. i. h. idat. ꝑ. j. cum syrupo rosar. F. Electuarium.

Medica-
menta.
Interna.

Pulueres.

ꝑ. Tunicar. i. uera. uentric. gallin. ꝑ. iij. cin-
mom. caryophylli. ligni aluic. an. ꝑ. j. F. Puluis. Vel
ꝑ. Sem. coriand. prepar. anisi, f. uicali, carni an.
ꝑ. ꝑ. h. uenicar. uentriculi gallin. interior. prepar ꝑ.
ij. corall. rubror. prepar. ꝑ. h. galanga, caryophylli.
masticin. an. ꝑ. i. ꝑ. panis albitost. ꝑ. ij. sacchari rosar.
cabalat. ꝑ. i. ꝑ. F. Puluis, cuius vsus ante & post
pastum esto.

Externa.

Inunctiones & Unguenta.

Fiunt ex oleo menthe, absinth. cydon. masticin. vt, Externa;
ꝑ. ol. omphacin. rosar. uinum. masticin. an. ꝑ. ꝑ. spec.
aromat. rosar. ꝑ. ij. Cera q. s. F. Unguent. ꝑ. Olei
masticin. cydon. an. ꝑ. j. corall. caryophylli. an. ꝑ. i. h. o.
nus. rosar. uentriculi. ꝑ. ij. cer. aq. s. F. Unguentum.

Externa;

Epithemata & Fomenta.

Fiunt ex balaustris, betonica, & aliis calefacientibus supra enumeratis, pane tosto cum vino Maluatico.

Sacculus.

℞. Absinth. menth. an. M. s. maioran. M. i. flor. ros. rubr. M. s. rad. galang. cyperi, calami arom. an. ℞. i. sem. avisi, cumini an. ℞. ii. caryophyll. macis an. ℞. i. mastich. ℞. iij. Cum linteo albo vel sindone rubra, fiat sacculus, qui si libet vino maluatico irroratus ventriculo imponatur.

Emplastra.

Emplastrum de crusta panis, cerotum stomachale. Vel ℞. Carn. cydon. mastich. an. ℞. s. caryophyll. galanga, macis an. ℞. s. rosar. rubr. ℞. s. Cum oleo absinth. & menth. pistillo calido subigantur in formam Emplastri. ℞. Mastich. ℞. ij. thuris ℞. i. styr. calamith. ℞. s. hypocistid. acacia an. ℞. ij. Dissolue in maluatico. Hisce adde subtiliss. puluerifator. Radic. cyperi, fol. absinth. an. ℞. ii. menth. flor. rosar. rubr. sem. cumini an. ℞. i. s. alipta moschata ℞. i. caryophyll. nuc. mosch. an. ℞. i. s. santal. omnium, spica nardi an. ℞. i. corall. rubror. ℞. s. Cum ol. mastichin. nardin. resina pini, cera an. q. s. F. Emplastrum.

Dieta.

Cibi & ipsi sint exsiccantes, quales sunt auiculæ montanæ, carnes asæ potius quam elixæ, panis bis coctus. Galenus, 8. d. s. m. fac. palmæ fructus, seu dactylos commendat, & per se & cum aliis cibis sumptos. Condiantur cibi aceto & sale, sed mediocriter. Potus sit parcior, vt & cibis. Nam, vt Hippocrates, 7. aphor. 59. habet. Corporibus carnes humidus habentibus famem adhibere utile. Fames enim ex accidente siccat. Potus loco detur vinum rubrum medicatum absinthio. Ager exercitio vtatur, quod exiccat.

CAPVT VIII.

De sicca Ventriculi intemperie. Causæ.

Sicca intemperies ventriculi. Causæ.

Sicca intemperie ventriculi causæ sunt, quæcunque; humiditates ventriculi naturales, vt potè materiam nutritionis proximam absumunt, de quibus Galenus 7. meth. med. cap. 6. Tales causæ sunt epas calidum, immoderato suo calore sanguinem & humiditates inde genitas in ventriculo absumens, fames & potus cibusque inopia. Dieta sicca, cibi multis aromatibus conditi, potus exsiccans, euacuatio nimia per vomitum aut aluum, aquæ thermales, medicamenta omnia exsiccantia & calefacientia, quæ humiditates absumunt, & per halitus resoluunt, adstringentia quæ eisdem expriment, & meatus contrahunt, fumi metallici.

Signa Diagnostica.

Signa.

Vbi intemperie sicca ventriculus laborat, adest fitis; appetitus cibi liquidi elixi. Cibus solidior difficiliter coquitur; expulsiō est pauca, contractio & extenuatio circa ventriculi regionem & ventrem: imò tandem totum corpus gracilius euadit & contabescit, totiusque corporis gracilitas inseparabile ventriculi siccoris signum, vbi scilicet propria naturalis humiditas absumitur. Etsi verò gracilitas totius inseparabile signum sit siccoris ventriculi, non tamen est propria signum, cum etiam ab epate & corde originem possit habere, & præterea à calido quoque & sicco corporis temperamento. Ideoque vt gracilitas & extenuatio corporis, quæ à ventriculi siccitate, ortum habet, à reliquis dis-

cernatur, propria signa intemperie ventriculi, item epatis, cordis & totius corporis diligenter perpendenda sunt. Nam ex siccitate cordis corpus citius extenuatur; iecoris ratione minus citò, ratione ventriculi tardius. Humida in hac intemperie profunt, sicca nocent. Quod si vomitio accedat in hac intemperie, calor innati summa inopia indicatur, & multa excrementa & cruditates indicat: & propterea non statim, vbi magnus pituitæ prouentus est, credendum, adesse frigidam & humidam intemperiem ventriculi, quæ propterea calefacientibus & siccantibus (in quo à multis peccatur) corrigenda sit, cum etiam à frigida & sicca prouenire possit. Præcesserunt causæ exsiccantes, & euacuationes nimie.

Prognostica.

1. Intemperies sicca pessima est. 7. meth. med. c. 7. & 10. & in ea tempus curationis longius requiritur. Quod enim senium est in sanis, id sicca intemperies in ægris. 2. Sicca intemperies ventriculi sine febrili calore ducit in marasimum, & cum febrili calore in hecticam.

Curatio.

Sicca intemperies humectantia indicat. Humectatio autem hinc optimè alimentis perficitur, ac propterea maximè conuenit cibus, qui facile coquitur, & in corpus facile distribuitur. Vid. Galen. 7. method. medic. c. 7. quæ tamen potius totius corporis, quam ventriculi siccitati pleraque conuenire videntur. Sunt tamen & medicamenta humectantia vtilia, quæ etiam si non replent, vt nutrimenta, tamen humectant, & meatus contractos dilatant, nutrimentumque in vicinas partes repulsum attrahunt. Medicamenta talia sunt; Malua viraque, borrago, bugloss. passula, amygdal. dulc. pineæ, pruna dulcia, glycyrrhiza. Syrupus; Borraginis, bugloss. violar. papauer. Condita, Rad. Eringij. Conseruæ, Borraginis & bugloss. E quibus alia parantur, vt: ℞. Conseru. bugloss. borrag. violar. an. ℞. i. rad. condit. satyrij ℞. sem. pinear. mundatar. ℞. iij. sem. q. frigid. maior. an. ℞. i. Cum syrupo borrag. vel cydonior. sine speciebus F. Electuar.

Externa.

Adeps gallina, omentum castratorum, lac, oleum violar. amygdal. dulc. lilior. albor. mucilag. sem. althea, malu. vt: ℞. Ol. amygdal. dulc. ℞. i. lilior. alb. adipis gallina an. ℞. ij. cera parum. F. Lini-mentum. Vel ℞. Carnis cydonior. bene maturorum in vino. dulci coctor. ℞. ij. farina tritici ℞. i. Mastich. ℞. ii. ol. amygdal. dulc. q. s. F. Cataplasma.

Dieta.

Alimenta sint facilis coctionis, multi & boni succi, careant multis excrementis, & ad humiditatem vergant. Panis sit fermentatus, non multum salis: vtilis est ciemior Pisanæ, oua recentia, pisces bonæ notæ, pulli gallinacei, caro vitulina, hœdina, agnina & molles aliæ; non tamen suillæ. Amygdala, passulæ, pineæ, pistacia, & ex his parati panes Martij, poma dulcia. Cibi non condiantur aromatibus multis. Inter alimenta valde vtile est lac, quod facile coquitur, distribuitur, & multum nutrit. Eius tamen quantitas in principio exigua sit, vt ventriculus eius vsui sine noxa assuecat. Postea augetur, & tantum detur, quantum concoqui possit. Diligenter tamen attendendum, an lac in ventriculo acescat aut corrumpatur, quod ex ructu & grauitate ac tensione circa ventriculum percipitur. Quod si animaduertatur, minori copia exhibendum. Vitentur anstera & adstringentia, quæ residuam naturalem humiditatem absumunt. Potus, nisi febris adsit, sit vinum ἰσχυρότερον, leniter adstringens,

De intemperiebus ventriculi compositis. 13

gens, vt calor innatus ventriculi conferuetur: non A
verò austerum, quod humidum naturale tolleret, Ci-
bi & potus modici sint. ne ventriculum grauent, aut
tensionem vel inflationem in eo pariant. Ter tigitur
de die cibetur æger; vbi paulum restitutus est, bis.

CAPVT IX.

De intemperiebus ventriculi compositis.

Composita
intemperies
ventriculi.

Compositarum intemperierum ratio facilè ex
his, quæ hæctenus de intemperiebus dicta sunt,
patet. Et compositarum intemperierum causæ ex
caussis simplicium hæctenus enumeratis facilè colligi
possunt.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscuntur eadem ex complicatione signorum,
quæ simplices intemperies indicant. Prædiu intem-
perie calida & sicca ventriculi paucum habent san-
guinem, acutum & ineptum ad nutriendum: quo-
niam alimentum acquirit in tali ventriculo qualita-
tem, quæ ab epate postea corrigi non potest, sed re-
manet ipsum alimentum contrarium complexioni
radicali membrorum. Vnde tales vt plurimum sunt
macri, habentes aluum adstrictam, veras eminentes,
& aliquando scabiem siccam, propter acrimoniam
humorum sanguini permissorum.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

Calida & humida intemperies facilè emendatur;
post hanc frigida & humida. Prior enim dyscrasia
per refrigerantia & siccantia corrigitur, & sunt in
promptu medicamenta antè proposita, quæ vtrum-
que præstant.

Pessima verò & omnium curatu difficillima est
frigida & sicca. Galenus 7. meth. med. cap. 7. & 11.
& libro de marc. cap. ult.

Curatio.

Curatio

Vt simplices intemperies medicamentis excessum
contrarium primarum qualitatum habentibus cur-
rantur, ita & compositæ. In calida & humida intem-
perie conueniunt medicamenta refrigerantia & sicc-
cantia, & si humiditas maior calorem obundet, ad-
stringentia vtilia sunt. Atque tum vtilis est conserua
rosar. rubrar. cum corall. rubris, syrupus myrtinus,
cydonior. acidor. miua cydon. rob. berberis. Extra
applicantur ol. rosar. myrtin. Epithemata è succo
plantag. portulac. cum bolo Armeno. Cataplasma
ex farina hordei & lentium cum succo plantaginis &
Nymphaeæ. Diata sit etiam refrigerans & siccans.
Si verò siccitas sit intensior, ea ferè curandi ratio in-
stituenda, qualis febri hæcticæ conuenit. Frigida &
humida intemperies, quæ frequentior est, curatur
medicamentis calidis & siccis, acerbisque mistis cum
aerbis citra manifestam frigiditatem. Hinc conue-
niunt species aromat. rosar. diatrion pip. diacalaminth.
diacyminum, conserua betonica, rosismar. zinzib.
condit. acorus conditus, Mithridat. theriaca, quibus
conseru. rosar. præsertim vittiolata addi potest, item
vulgare illud Eleæuarium diacorum, quod quidem
etiam ex radicibus acori veri, quem calamum aro-
mat. vulgè vocant, componi posset, & omnino dia-
corum Mesuæ, vt quod affectibus capitis & neruo-
rum designatur, merito ex radicibus acori veri parari
debet: tamen vt hoc obiter moneam, in illa vulgari
compositione affectibus ventriculi apud Germanos
dicata, quam *Aexerman Latro verg* nominant, etiam
rad. iridis luteæ seu pseudo-acori non incommodè
sumi posse videntur. Habet enim radix illa vim
quandam exsiccandi & adstringendi, & si miscetur
cum aromatibus acerbis, non incommodum, imò
gratum ventriculo medicamentum præbet. Vtiles

Operum Sennerti. Tom. III.

sunt & spiritus, aquæ vitæ, elixir, clareta & vina me-
dicata, vt & alia medicamenta, quæ supra de intem-
perie ventriculi frigida curanda proposita fuerunt; Cum
omnia ferè simul cum vi calefaciendi vim etiam sic-
candi obtineant. Tutius verò mitioribus & longiorè
tempore, quàm fortioribus; quæ humiditatem ven-
triculi absorbere & epar calefacere possunt, cura per-
ficatur. Extra etiam Medicamenta supra de intempe-
rie frigida proposita apponentur. Vinum conuenit
antiquum & meracius, sed in exigua quantitate. Po-
tus enim omnis in hac intemperie sit paucus, ubi
etiam forma sicca prædiu. Frigida tandem & sicca
intemperie; curatur calefacientibus & humectanti-
bus. Et quidem frigida, sit remissa, conueniunt con-
seru. flor. borrag. bugloss. addita sextupla parte con-
seru. betonic. Calida enim eiusmodi sint, ne modum
excedant, & magis exsiccant. Si frigiditas intensa sit,
vt ere conseru. melissæ & melle.

Extra adhibeatur ol. nardin. mastich. Galenus 7.
meth. med. c. 7. picem acidam liquatam cum oleo
amygdal. dulc. calidè applicat. Nonnulli in eum
ysum catellos pingues ventriculi regioni apponunt.
Omentum quoque animalium castratorum oleo ca-
lente, mastich. & amygdal. dulc. madefactum &
ventriculo impositum vtile est. Vt & ceratū ex parte
yna Ladani, & partibus duabus ceræ compositum,
quo nihil conuenientius & vtilius ad ventriculi ca-
lorem fouendum Crato se comperisse scribit, conf. 191.

Vinum sit minus aquosum & antiquius. Cibi con-
diantur aromatibus, sed moderatè Mellis copia in
lacte, quod præbetur, augeatur. Imò eiusdem despu-
mati vsus, vt potè minus excrementiui, vtilis est per
se in ventriculo frigido, sicut calido noxium, est.

Reliqua ex iis, quæ in simplicibus intemperiebus
dicta sunt, facilè patent. Videatur quoque Galenus,
7. meth. med. à cap. 4. ad 10.

CAPVT X.

De intemperiebus ventriculi cum materia. Et primò in genere.

Intemperies ventriculi sine materia, vt Gal. 6. de
Iuenda sanitate c. 2. docet, non diu sola consistit, Intempe-
ries ventri-
culi cum
materia.
sed materiam sibi adsciscit, (nam vitiosa coctio multa
facit excrementa) & nudæ intemperies non diu
durant, raroque materia ab intemperie abest. Mate-
ria autem hæc vel in ventriculo generatur, vel aliunde
ad eum transmittitur. Et rursum consistit, vel in
eius cavitate, vel eius tunicis impacta est. Et genera-
tur pituitosa materia in ventriculo à causis refrige-
rantibus & humectantibus: Biliofa à calefacientibus &
exsiccantibus. Flatulenta vt plurimum à causa frigida
est; nonnunquam etiam à causa calida. Dum enim
bilis in ventriculo pituitosa & viscida materia sub-
sternitur, inde flatus resoluuntur, qui à calidis discuti-
entibus exhibitis magis cumulantur, molestique
sunt, donec materia ex ventriculo sit expurgata. Pi-
uita verò in ventriculum ex capite sapissimè destil-
lat. Bilis ex epate; melancholia ex liene & locis vic-
cis effunditur.

Signa Diagnostica.

Intemperies cum materia, quatenus quidem in-
temperies cognoscitur ex signis intemperiei sine ma-
teria seu simplicis seu compositæ. Materia autem con-
iuncta etiam sua signa habet. Nimirum eam demon-
strant causæ, quæ præcesserunt, ad talem materiam
generandam aptæ: Demde quod profunt, quæ eam
euacuant, nocent, quæ eam augere possunt: Tandem
etiam effecta, præsertim excreta, quæ per aluum aut
os eiiciuntur, vt postea in specie patebit. An ve-
rò materia in cavitate ventriculi, an intra tunicas

B

contineatur, distinguitur, quod cum in cavitate ventriculi continetur materia, fluctuationem & nauseam parit, quam vomitus vel alui deiectio sequitur. Si vero in tunicis impacta est, nausea est sine vomitu, & sæpe singultus accedit.

An autem materia in ventriculo genita sit, an aliunde affluat, cognoscere non ita facile est. Et ut id cognoscatur, prius totum corpus perferendum & considerandum, an alicubi excrementitij humores hæreant; an consuetæ euacuationes suppressæ sint; an æger à consueto exercitio destiterit; aut consuetam dietam mutarit. Considerandum quoque, an per periodos æger in membro aliquo malè aliquid senterit, idque iam cesserit. Tum enim suspicio est, materiam, quæ antea ad aliam partem forebatur, iam ad ventriculum fluere. Si in toto corpore nil appareat, viscera omnia perlustranda sunt, ac videndum, an in epate, liene vel alio membro humor vitiosus cumulatus sit, si enim in toto, vel in parte aliqua humor vitiosus cumulatus sit, facilè ad ventriculum mitti potest. Si vero & totum corpus & omnia membra salua ac munda inveniuntur, materiam in ventriculo genitam fuisse colligitur.

Si quoque symptomata, quæ ventriculo affecto accidunt, continuo apparent, indicio est, in ventriculo materiam generari: Si intermittant, aliunde eam affluere. A qua parte autem in specie affluat, partis illius affectæ signa docebunt. Vid. Galen. 1. de loc. affect. c. 4. Quoniam etiam nonnunquam accedit, ut in ventriculum frigidum bilis ex epate per peculiarem meatum fundo ventriculi insertum, aut in calidum punita è capite fluat, Galenus rectè monet, attendendum esse, ne decipiamur, & materiam, quæ aliter de affluit, in ventriculo genitam putemus, idque ex temperamento totius, ac ex iis, quæ per alium excrementatur, distinguendum docet, 2. de Temperam.

Prognostica.

- Prognostica. 1. Materia intemperiei coniuncta quæcunque curationem difficultatem reddit.
2. Quod si materia suis qualitatibus intemperiei ventriculi contraria sit, v. g. Si calida materia sit in frigido, vel frigida in calido ventriculo, curationis difficultas adhuc magis augetur, & imprimis, si frigida materia adhuc sit crassa & viscida, & ab epate vel alia parte continuo materia transmittatur, foueatur & augetur.
3. Difficultas tollitur materia tunicis ventriculi impacta, quam quæ in spatio & cavitate eius continetur.
4. Pessimum verò est, si homo nec deiciat facilè, nec facilè vomat. Galenus, 6. de tuend. sanitat. cap. 10.

Indicationes.

Indicatio. Intemperies cum materiæ alterans indicat, simulque euacuans pronatura & conditione ipsius materiæ: seu ratione intemperiei alterantia; ratione materiæ purgantia, ac si opus sit, etiam prius præparantia pro humoris natura requiruntur.

Curatio.

Curatio. A materiæ euacuatione incipiendum. Nisi enim materia prius tollatur, alterantia parum profunt. Et quidem si humores in ventriculo fluctuant, & faciles sint ad euacuationem, per vomitum eiciendi vel per alium lenientibus educendi sunt. Si materia quasi impacta sit, prius præparanda & postea euacuanda est. Ad vomitum ciendum post cibum sumptum oxymelitis ℥. ij. ℞ eam decoct. rad. vel sem. raphani ℥. v. exhibendum. Vel ℞. Radic. raphani ℥. j. asari ℥. j. agarici ℥. j. Coqu. in mulla vel oxymel. ad ℥. vj. Fortiora verò vomitoria, præcipuè ex mineralibus petita locum hinc non habent; cum non solum ex reliquis corporis partibus vitiosos humo-

A res ad ventriculum commoveant, sed & eum insigniter offendant ac debilitent. Simul quoque attendendum, num ab alia parte materia affluat. Id enim si accidat, ea euacuanda & membro mittente curato præcauendum, ne ad ventriculum amplius confluat. Materia sublata, postea intemperies, non secus ac si nulla fuisset materia, per contraria alterantia tollenda. Cibi quoque ea (ut supra dictum) quantitas exhibeatur, quæ à ventriculo languido facilè concoqui possit. Qualitas sibi talis sit, quæ contraria sit humori peccanti, ita ut quam minima eius qualitas iterum colligatur. Cautè quoque medicamenta purgantia vsurpanda. Frequens enim purgantium, præsertim fortiorum, vsus ventriculi debilitatem auget, & natura tandem iis ita assuefcit, ut sine fructu vsurpentur. Itaque ultra aloën, agarticum, mechoacanam, rhabarbarum, senam vix ascendendum.

De intemperie Ventriculi cum bile.

Ortum habet hæc intemperies, quemadmodum antea dictum, à causis calefacientibus & siccantibus, item ab vsu ciborum, qui facilè in bilem mutantur, quales sunt dulces. Quantum ad signa, quando cum intemperie bilis adest, præter signa intemperiei calidi ventriculi supra enuumerata adest nausea, cibi fastidium, oris amaritudo, rosionis cuiusdam sensus, & vomitus nonnunquam bilis.

Intemperies ventriculi cum bile. Signa.

Curatur hæc intemperies refrigerantibus & humectantibus, ac bilem euacuantibus. Et quidem tenuis bilis vel vomitus reiciatur, vel euacuetur manna, cassia, sympo rosar. vel violar. solutio, taroarmidis, cum decocto & aliqua aqua refrigerante. Vtilis est & mulla, in qua decoctum sit absinthium. Nam scribit Anicennas, absinthij decoctum remedium esse vitii à materia, bile scilicet, quam detergit & sebaucit, si non altius fuerit impacta. Piritam verò ventriculo inhaerentem absinthium potius affigit, nisi decoctum eius conditur aromatibus incidentibus, calefacientibus, & melle vel saccharo, quod detergat. Eligendum verò absinthium, quod est aromatici, non verò horridi saporis. Si verò bilis sit crassior aut ventriculi tunicis impacta, euacuanda aloën, rhabarbaro, Eleuatio lenitio simpliei, diacatholico.

Et quidem ubi aliquando crassior est hic humor, ac pertinacius ventriculi tunicis adhæret, vix præstantius medicamentum haberi potest, quam Hiera. Vel ℞. Pilul. de aloë ros. ℥. j. stomachicar. ℥. j. F. Pilulæ mediocres. Vel ℞. rhabarb. ℥. j. cinamom. ℥. ℞. infundantur in ℞. q. aqua Endiuia. Colaturæ. ℞. ℥. iij. manna ℥. j. Iterum colentur atque tunc addatur syrup. rosar. solut. ℥. ℞. Vel si bilis sit crassior, mellis ros. solut. ℥. ℞. Mitce. Si aliunde affluat bilis, eodem modo, ut dictum, expurganda, & partis, quæ mittit eam, habenda ratio: Simul etiam ventriculus per medicamenta adstringentia roborandus, quorum vsa sæpè ita confirmatur, ut affluentes aliunde humores non facilè recipiat, vel eas ad alias partes, vel quod commodius est, extra corpus propellat. Vtilis est hinc conferua rosar. item absinthium. Extra verò iungatur ventriculus ol. ros. mastic. absinthij, foueatur decocto rosar. balaustris, absinthij, cum vino austerò parato. Vel imponatur Cataplasma ex malo cydonio cocto, rosis, balaustris, addito oleo rosar. & masticino. Purgatio valida, ubi materia aliunde affluit, omnino fugienda, ne materia ad ventriculum magis attrahatur.

Dietæ.

In cibo utilis est ptisana. Cibi condiendi sunt succo citri vel granator. acidor. unde ventriculus confirmatur & præcauetur, ne si fortè diutius in ventriculo detineantur, corrumpantur. Vtile est & ius pullorem, in quo lactuca & enuia cocta sint. Potus sit aqua hordei, vel cereuisia tenuis.

Dietæ.

De intemperie frigida & humida cum pituita.

Intemperies Ventriculi cum pituita. Ortum habet hæc intemperies à causis refrigerantibus & humectantibus, cibisque pituitæ generandæ aptis.

Signa quod attinet, si cum intemperie frigida humor frigidus crassus coniungatur, præter signa intemperie frigide supra recentita, grauitatis sensus in ventriculo percipitur; præcipuè post cibum aliquot horis. Adest nausea, chidones & fluctuationes ad ventriculi regionem percipiuntur. Sentitur post partum ad somnum propensio; lingua albicat, ructus accidunt & sæpe acidi. Si pituita tenuis & aquosus humor in ventriculo continentur, salua multa effluit, & frequens est exspitio sine tussi.

Prognosticum.

Prognosticum. Intemperies hæc cum coctioni maximè obsit, satis noxia est, & sæpe difficulter curatur, præsertim si à partibus vicinis intemperies foueatur.

Curatio.

Curatio. Curatur autem medicamentis calefacientibus & siccantibus ad pituitam euacuantibus. Ita q; pituita vomitu psumo euacuada post aluum lenientibus vtendum. Et quidem si pituita sit tenuis in ventriculo. ℞. Mellis rosar. solut. ℥. ij. manna ℥. j. decocti vel aqu. betonic. q. l. F. Haustus. Si pituita sit crassior, oxymelite vomitus prouocari potest cū decocto raphani. Si æger ad vomitum pronus non sit, euacuetur melle ros. solut. pilul. ex hiera. Ad vomitum Chymici etiam vtuntur sale vitrioli à ℥. ss. ad ℥. ss. vel vitriolo albo in iusculo pingui vel cereuisia calida cum butyro exhibitis. Si verò pituita crassa impacta sit, prius præparanda & alteranda, Syrupo de betonica, melle rosato colato, syrupo acetoso simpl. oxymel. simpl. vel scillitico cū decoctis vel aquis betonic. mentha, calaminth. hyssopi. Vel ℞. Mellis lb. j. aqua pura lb. iv. Coqu. ad dimidiæ partis consumptione & despumetur. post adde aqu. cinamom. ℥. j. B. Misce. Vel ℞. Mellis rosati ℥. ij. syrups de betonic. ℥. j. spiritus vitrioli gur. ix. Misce. Exhibeatur cochlear. j. Possunt etiam talia vsurpari forma conferuarum, electuariorum ac rotularum, quæ diutius in ventriculo morantur. Galenus in ventriculo frigido valde commendat Diatrion pipereon, diacalaminth. diaspoliticon, Hieram picram. Aqua, quæ ventriculo imbecilli utilis, eundemque à mucilaginosi humoribus adhærescentibus purgat, simulque cachexie medetur, & vermium generationem prohibet. ℞. Gentian. centaurij min. an. ℥. iij. galanga. cinamomi, macis, caryophyllum an. ℥. j. flor. salu. hyperici, rosmarinij an. M. ss. vini albi lb. iv. Degerantur per octiduum, postea destillentur. Vel vsurpetur hic puluis: ℞. Rad. acori veri, imperat. Zedoaria an. ℥. j. centaur. minor. ℥. j. ss. Zinziber. sem. carui an. ℥. j. B. F. Puluis. Vel cum syrupo betonicæ & oxymelite simpl. redigantur in formam pilularum. Præparata materia postea agarico, pilul. de hiera cum agarico, aloëphang. mastich. stomach. & similibus expurgetur. Vel ℞. Aloës rosar. ℥. ss. caryophyll. nucis mosch. an. ℥. ss. Zinzib. ℥. j. croci ℥. ss. Cum syrupo vel aqua mentha. F. Pilulæ. Dosis ℥. j. horis 2. ante cibum. Imò purgantibus præparantia admisceri possunt vna opera, & quidem cum emolumento, cum partes, quarum functiones publicæ, continentur nouam p. n. affecta congerant materiam, & vtile sit materiam præparatam statim euacuare. Si pituita à capite vel aliunde ad ventriculum fluat, vt dictum, euacuanda, & curandum, ne pars illa amplius suggerat materiam, quod fit, si viriosa illa dispositio in parte ea tollatur. Nec roborantia omitenda, dandumque diacydonium cum aromatibus, conferua mentha, bethon. hyssopi, aqua cynamomi cum vino parata, & alia supra in intemperie ventri-

Operum Sennerti. Tom. III.

A culi frigida proposita, quibus pauca addemus. ℞. Cinamon. ℥. j. Zingib. ℥. ss. nuc. mosch. caryophyll. rad. galang. an. ℥. j. B. piper. nigri ℥. j. sacchari lb. j. vini mens. iv. F. Claretum. ℞. zingib. ℥. j. piperis ℥. ss. nuc. mosch. ℥. ij. cinamomi ℥. j. sacchari ad pondus omnium. F. Puluis. ℞. cinamomi ℥. ss. zingib. ℥. vj. nuc. moschat. macis, cardamom. galang. caryophyll. an. ℥. j. coriandri ℥. j. sacch. lb. v. F. Tragea aromatica. ℞. cubeb. ℥. ij. Zingib. ℥. j. macis, calami aromatici an. ℥. j. sacch. ℥. vj. F. Tragea stomachalis. Vel talis puluis post partum sumatur: ℞. Scmin. coriandri præpar. ℥. ss. nuc. mosch. macis, caryophyll. zinzib. an. ℥. j. sem. carui ℥. ss. cinamom. ℥. ij. rad. acori veri, galange, cortic. citri sic. an. ℥. j. sacch. ros. tab. ad pondus omnium. F. Puluis. Vel fiat tale Electuarium. ℞. Conferu. rosar. vitriolat. ℥. j. maiorar. betonic. anthos, an. ℥. j. B. zinzib. in Chira conditi cortic. citri conditi. acori veri conditi. an. ℥. ss. spec. arom. rosar. diagalang. an. ℥. ij. Cum syrupo conferu. zinzib. F. Electuar. Extra verò inungatur ventriculus oleis supra dictis, & de intemperie frigida propositis. ℞. Mastich. ℥. vj. rad. cal. arom. galang. cyperi an. ℥. ss. bacc. lauri, nuc. mosch. caryophyll. an. ℥. ij. menth. absinth. an. ℥. j. B. vini maluatici ℥. ij. ol. mastich. q. l. Stent in loco calido aliquandiu, postea colentur. Vel ℞. Ol. nuc. mosch. express. ℥. j. ol. destill. absinth. caryophyll. menth. cinamom. an. gutt. vj. galliæ mosch. ℥. ss. Misce. Vel ℞. Rad. acori veri, galang. cyperi an. ℥. ss. caryophyll. ment. absinth. an. ℥. ij. spic. Indic. rosar. rubrar. an. ℥. j. B. mastich. ℥. j. thuris, ladani an. ℥. ss. styrac. calamit. tacamahac. an. ℥. iij. ol. nardini, cere an. q. l. F. Ceratum, quod extendatur supra alutam & illinatur guttis aliquot olei caryophyllor. ℞. Ladani puri ℥. ij. mastiches ℥. ij. ligni aloës, santalini citrini, galange, caryophyll. nuc. mosch. an. ℥. j. ol. stomachal. cere an. q. l. F. Scutum. Vel ℞. Rad. acori, cyperi, an. ℥. ss. absinth. menth. maior. flor. rosar. rub. an. M. j. caryophyll. nuc. mosch. galang. an. ℥. ij. Coq. in vino pro Fomento. Vel ℞. Caryophyll. nuc. mosch. an. ℥. ij. cinamom. ℥. j. absinth. menth. an. M. l. rosar. rubr. p. i. thuris mastich. an. ℥. iij. cortic. citri sic. ℥. ij. alypta mosch. ℥. j. F. Puluis. Qui insuatur sacculo ex sindone rubra, qui vel siccus vel vino madidus aut maluatico ventriculo imponatur.

Dieta.

Alimenta sint natura calidiora, aut condiantur aromatibus. Potus sit vinum generosum vel mulsum. Et omnino talis sit dieta, qualis supra intemperie ventriculi frigida & humida proposita fuit. De intemperierum ventriculi curatione accuratè, & prolixè agit Galenus, 7. meth. med. qui ibi videatur.

DE TUMORIBVS VENTRICVLI.

CAPVT XI.

De inflatione Ventriculi.

Post intemperies ventriculi merito agitur de tumoribus eiusdem; cum intemperie cum materia sæpe tumores accidunt: Augetur autem ventriculi magnitudo cum vel distenditur saltem, etsi substantia reuera maior non fiat, vel dum substantia eius & magnitudo ac moles simul augetur, id quod fit in tumoribus propriè dictis. Primò dum à flatu in eius capacitare concluso ventriculi magnitudo augetur, dicitur Græcis εμψύση & εμψυμάσις, Latinis Ventriculi inflatio seu tensio; Barbari etiam ventositatem stomachi nominant. Aliàs vocabulum εμψύση in genere de omni spiritus flatulenti in spatiis quibuscunque collectione vsurpatur.

B ij

Causa.

Causa.

Provenit autem flatus ventriculorum distendens ab efficiente & materia. Efficiens est calor ventriculi debilis, item calida ventriculo applicata, vel etiam assumpta, quæ crudum humorem vel cibum in flatum quidem resolvunt, sed dissipare non valent. Nam pura frigiditas flatus non generat, cum humores atque alimenta non attenuet, nec discutiat. Fortis verò calor cum vi sua humores & alimenta superet, & magis, quam pro flatu generando illa attenuet, flatus non generat, nisi alimentum aut humor aliquis in ventriculo per se statuosus sit, aut copia excedat, ita ut à calore etiam satis forti superari non possit. Calor enim vel simpliciter imbecillus est, vel non simpliciter, sed ut ad maiorem refertur. De quo Galen. 3. de sympt. causis cap. 2. Itaque inflationem ventriculi generare possunt, quæcumque calorem ventriculi debilitant, & coctionem imbecilliorē faciunt, de quibus suo loco dicetur, & quæ cibos ac humores in eo in flatum dissolvunt. Et proinde ad causam efficientem etiā pertinent cibi & potus quidam, qui vim habeant agendi in subiectam humiditatem, cuiusmodi est alium, quod quamvis sua natura flatus discutendi vim habet, tamen si incidat in materiam crudam & flatulentam, illam dissolvit & hoc modo flatus excitat. Quæ ratione quandoque etiam humores ad causam efficientem pertinent, ut cum bilis in pituitam vel melancholiam vicinam agit, eamque in flatum resolvit. Flatibus verò materiam suppeditant cibi & potus natura sua flatulenti, ut fabæ, lentis, pisæ, milium, dactyli vitides, rapum crudum, lac, bulbi, melerudum, castanæ, mustum & cerevisia recens, item humores crudi & flatulenti in ventriculo geniti, humor melancholicus ventriculo fundo substratus, aut in eum effusus unde melancholici *puridus*, & ad hunc morbum præclives sunt.

Signa Diagnostica.

Signa.

Noscitur hoc malum extensione, quæ ventriculi regionem supra umbilicum infestat, ac tumore & resistentia tactus circa ventriculi regionem obvia, & quod venter percussus sæpè quasi tympani sonum edat. Imò & visu ferè inflatio cognoscitur, præcipuè cum æger sese erigit; aliquando etiam accedit distensio, quæ pectus & oppositas retrò dorsi partes occupat. Ructus eduntur, flatus per alium non emittuntur; quibusdam appetitus deicitur: malum lenitur alimento ad fundum ventriculi descendente, & flatibus supra & infra exclusis. An autem ex alimentis flatulentis malum ortum habeat, facillè ex ægri relatione cognoscitur; an coctionis vitio id fiat, ex iis, quæ debilitate coctionis ventriculi eiusque causa & signis dicentur, patebit. Et cum ex debilitate coctionis sit inflatio, si dentur sibi facilis coctionis in pauca quantitate, inflatio non ita molesta est. Remittit etiam inflatio, cum usurpantur ea, quæ coctionem adjuvant. Inflatio quoque ex debilitate ventriculi diutius durat, quam quæ ex cibis; hæc enim cibis mutatis tollitur. Vbi horum nil adfuerit, verisimile est, pituitosos humores in ventriculo contineri, qui flatibus materiam suppeditant, & tum alia quoque signa pituitæ in ventriculo aderunt, de quibus antea dictum. Quod si à materia feruida fundo ventriculi substrata, aut ab humore melancholico in ventriculo infuso inflatio fiat, istorum humorum & plerumque affectionis hypochondriacæ signa adsunt.

Prognostica.

Prognostica.

1. Quando inflatio accidit in ventriculo convalescentis, recidivam significat. 2. Inflatio ventriculi in febribus acutis & malignis mala, significat quæ naturam calorem à calore præternaturali absumi & dissipari. 3. Inflatio ventriculi si diu duret, in hypochondriacæ siccum terminatur.

Indicationes.

A

Flatus, qui ventriculorum distendunt, tollendi ac discutendi sunt. Ne verò mox iterum reuertatur inflatio, causa, quæ flatus parit, tollenda. Et quidem si inflatio levis est, ac præcipuè à causa primitiva proveniens, sola flatus discutenda sufficiunt; si autem magna sit inflatio, ea sola non sufficiunt, neque ab eorum usu curatio inchoanda: Nisi enim materia prius evacuetur, flatus discutientia seu intra seu extra adhibita materiam in flatum resolvunt, & inflationem augent.

Curatio.

Ergo si inflatio non sit magna, flatus discutientia intus & extra adhibeantur. Si verò materia multa adit, unde flatus generantur, illa statim vel vomitu, vel alui deiectione expurgetur. Si tamen crassa & viscida sit, prius præparetur. Quæ ratione autem materia præparanda & evacuanda sit, ex iis quæ antea de intemperie ventriculi cum materia dicta sunt, patet. Flatus autem discutunt & dissolvunt, cucurbitula magna sine scarificatione cum flamma copiosa ventriculo apponita, galanga, radix Imperatorie, angelica, zedoaria, gentiana, sem. anisi, fœniculi, carni, cumini, species diacymini, diagalanga, dianisi, diacalamintha, Galenus dat castoreum ex oxycrato seu posca, 11. de simpl. med. fac. Efficax est etiam ol. carui gutt. iij. vel iv. quantitate in iuseculo vel vino exhibitum, & rotulæ ex eo paratæ. Vtiles sunt & aquæ vitæ stomachales dictæ, item clareta seu vina Hippocratica: ℞. Sem. anisi, fœniculi, carui, an. ʒ. ij. Zingiber, cinamomi, galanga, an. ʒ. j. Caryophyll. macis, zedoaria, cardamom. an. ʒ. j. sacch. albiss. ʒ. ʒ. F. Pulvis, qui coctionem adjuvat, & flatus dissipat. Extra inungatur ventriculus oleo communi, in quo ruta, sem. cumini, apij, dauci, castorei, baccæ lauri, costæ sint, vel usurpentur horum olea. Efficax est & oleum, quod recipit baccar. lauri, ruta sicca, sem. cumini, ammeos, nigelle, pyrethri, costi. an. ʒ. ij. ladani, ʒ. ʒ. ol. laur. rutac. an. ʒ. iv. vinimaluatici, ʒ. iij. Coqu. ad vini consumptionem & coeantur, atque oleo isto ventriculus inungatur. Magnam etiam ad flatus discutendos vim habet emplastrum de baccis lauri. Possunt & sacculi sicci parari à milio solo, vel milto cum fuffuribus, vel baccis lauri, sem. cumini, rutæ, flor. chamæmeli, calidæ que ventriculo imponi. Vel Cataplasmata fiant ex farina sem. lini, cumino, origano, ceutaur. minore, sem. anethi, fœniculi, baccis lauri cum oleo rutaceo, laurino. Vel panis à forno calens per medium scindatur, & medulla tota oleo communi vel rutaceo & melle calefacto, aut aquâ menthæ & rutæ perfundatur & calidus applicetur. Antonius Benivenius, de abdit. morb. & sanar. causis cap. 40. refert, adolescenti cuidam sexdecim annorum cervicem ventriculi sine vlllo doloris sensu ita à flatibus eleuatam fuisse, ut magnitudinem pomi cydonij æquipararet, ita ut tumor ille & ossa in altum eleuauerit, quæ etiam talem suam retinuerint, nec ad pristinum statum reuersi figuram illam impressam, tanquam naturalem seruauerint. Quod malum ille ferrea lamina, quæ ex circulo quoque surgebat ferreo, stomachum comprimente sanauit.

Dieta.

Victus ratio sit attenuans & flatus discutiens, minime flatulenta: cibi sint boni succi, coctu faciles, quantitate exigui. Inflatione ventriculi & hypochondriorum laborantibus læ valde noxius est. Somnus solito sit longior, & æger supra ventrem molliter interdum decumbat. Potus multus non conuenit, potusque sit vinum meracius, quod in parua quantitate hauustum leuem inflationem sanat. Efficacia sunt quoque Clareta & vina Hippocratica: alius aperta seruetur.

Flatibus materiam præbentes cibi & potus.

Indicationes.

Flatus discutientia.

Dieta.

CAPVT XII.

De inflammatione Ventriculi.

Ventriculi
inflamma-
tio.

Cum verò ipsum corpus ventriculi intumescit, duplici causa id fieri potest, ab humore scilicet vel calido vel frigido; atque hinc oriuntur duo ventriculi tumorum genera, inflammatio & tumoris frigidi; de quibus in specie agemus. Quædam tamen, quæ utriusque tumorum generi communia sunt, præmittemus. Intumescit autem ventriculus vel secundum partem anteriorem, vel posteriorem, superiorem vel inferiorem; dextram vel sinistram. Rarò verò totus ventriculus tumore corripitur.

Cognoscitur tumor ventriculi in genere ex læsa coctione ventriculi & sensu tensionis, interdum tumor tactu quoque & visu deprehenditur. Si tumor totum ventriculum occupat, quocumque etiam situ æger decumbat, dolore afficitur. Si parte externa, dolor post cibum coctionem magis intenditur, ob fibras transversas ibi intentas, quæ tense ad intestina expellunt. Appetitus sese melius habet, quàm ubi interna tunica afficitur: ab assumpto cibo non ita grauat, nil de abscessu vomitu eiicitur. Si interna parte, dolor fit intensior, dum cibum assumitur & coquitur; quia tenduntur ea parte fibræ rectæ, quæ attractioni ventriculi inseruiunt, & cibus ipse contractu suo internæ ventriculi tunicæ gravis est, & symptomata omnia sunt vehementiora, atque abscessu rupto pus vomitu vel per aluum eiicitur. Verum dextra vel sinistra ventriculi pars afficitur, facillè ex ægri relatione cognoscitur. Si superior pars afficitur, cum exquisito sensu sit prædita, gravissima accidunt symptomata, & angustia maximè sub finem deglutitionis, ubi attractio viget, percipitur. Affecta inferiore parte, dolor magis in cibi coctione intenditur. In anteriore ventriculi parte tumor tactu deprehenditur, atque æger compressionem eò loci non fert. Si posteriorem ventriculi partem, & quidem externam tunicam tumor occupat, æger grauitè decumbit supinus; si internam, pronus: Cuius contrarium obseruatur in discernendis tunicis anteriore ventriculi parte dolente & tumente.

Causæ.

Causæ.

Prolixè equidem hic nonnulli de causis agunt, verùm sunt pieraque illa generalia, & quidem omnibus inflammationibus in quacumque parte conueniunt. Ideoque saltem, quæ huius loci propria sunt, tractabimus. Ut autè aliarum partium inflammationes; ita & ventriculi inflammatio oritur ex sanguine præter naturam in ventriculi tunicas, per venas per quas alitur, è porta deriuatas effuso, ibique putrescente, & quidem à sanguine vel puro, vel cum bile, pituita, aut melancholia mixto. Vnde etiam appellationes variantur. Mouetur verò & affluit, ut ex generali de inflammatione doctriina notum est, sanguis præter naturam ad ventriculum, vel quia attrahitur, quod fit à calore & dolore, concitatis, siue à causis internis, siue externis, ut cibo, potu, medicamentis calidis, aut percussione super ventriculum, fomentis & emplastris calidis corpore repleto adhibitis, cucurbita apposita, vomitu: Aut transmittitur à partibus robustioribus ad ventriculum debilem. Transmittitur autem vel à toto, quando illud plethora abundat, aut à parte aliqua.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur autem inflammatio ventriculi ex signis tumorum ventriculi in genere; deinde in specie, quòd dolor est vehementior, adest æstus, sitis inextinguita, corporis iactatio, vigilie & febris ardentissima

Operum Sennerti. Tom. III.

A coniungitur. Ingesta aut vomitu aut per aluum deiciuntur, nisi cum fortè eius orificium aut pylorus obfidetur: cum his coarctatis nihil elabatur. Nonnunquam accedunt deliria cerebro in consensum tracto, vel etiam animi deliquia, corde consentiente. Et quidem illa symptomata mitiora sunt, si inflammatio à sanguine purum ortum habet; vehementiora, si bilis admisceatur; mitiora, si pituita. Monet autem hic Fernelius, de part. morb. & sympt. lib. 6. c. 2. Inflammationi ventriculi affinem esse inflammationem, quæ vel summum iecoris lobum, quia ventriculus obtegatur, vel incumbentem illi abdominis regionem occupat. Tumor enim prominens & circumscriptus cum dolore in ventriculi situ inest, & febris & sitis, & aliarum notarum plurimarum, ut proinde vel experientissimos Medicos interdum fallat. Distinguitur autem solà symptomatum vehementia & pernicie: quandoquidem in ventriculum omnium læuissima incidunt.

Prognostica.

1. Tumor omnis ventriculi, præcipuè inflammatio, morbus satis periculosus est; cum afficiatur pars, cuius functio toti corpori necessaria est, qua debilitata omnes totius corporis partes, alimento scilicet denegato, debilitari necesse est, quæque cor & cerebrum facillè in consensum trahit. Imò in his, quibus vires sunt debiles, malum plerumque lethale est. 2. Abscessus, qui in ventriculum incidunt, meliores sunt, qui in tunicam eius internam abeunt, in quam plerique etiam sese aperiant; mali verò, qui sub peritonæum. Galenus, de inæq. in temp. c. 3. Nam infusum in cavitatem ventriculi pus facillè per intestina expurgatur; quod fieri non potest, si sub peritonæo colligatur. 3. Periculosus est tumor, qui vel totum ventriculum, vel partem eius superiorem occupat. 4. In inflammatione ventriculi si nausea ac conturbatio ventris plurima ac frequens fiat, vomatur verò nihil vel paruum, id prauum est, non solùm ut signum, ostendens vitiosum humorem ventriculo pertinaciter inherere, sed & ut causa continuis vellicationibus ventriculum lacessens. Galenus, 3. Prox. rher. c. 25. 5. Ventriculi, ut & epatis inflammationi, si non rectè cura adhibeatur, sequitur marasmus, non tamen prius, quàm cor in consensum trahatur. Galenus, de diff. febr. cap. 9.

Prognostica.

Nonnulli quidem ea etiam, quæ Hippocrates, lib. 1. Prognost. aph. 37. 40. & 41. habet, de tumoribus ventriculi explicant, verùm si quis diligenter loca inspiciat, & quæ antecedunt, diligenter perpendat, animaduertet, Hippocratem ibi non loqui de tumoribus ventriculi, sed tumoribus ventris, qui in musculis abdominis fiunt: si quidem tumores abdominis, quidem qui foras aperiantur, boni sunt, non verò ventriculi, quos in cavitatem eius aperiri bonum esse ex Galeo modò dictum.

Indicationes.

In inflammatione ventriculi, ut in aliis partibus, materia, quæ affluit, auertenda, fluxusque eius inhibendus, quæ affluxit, & proxima tumoris causa est tollenda. Affluxus inhibetur reuulsione ad contraria, ac ventriculi roboratione & materiae repercussione. Euacuatur materia collecta vel sensibiliter, vel insensibiliter, & quidem, (præter repulsionem materiae nondum impactæ & crassæ) vel insensibiliter per resolutionem & dissipationem impactæ, & ad repercussionem inepta euacuatur; quæ si crassior sit, simul emollientia postulat; vel sensibiliter, eum in abscessum colligitur, eoque aperto tandem euacuatur. Quod ut facilius fiat, suppurantibus interdum, quando scilicet de discussione desperamus, & maturantibus natura adiuuanda, apertoque tandem abscessu vlcus detergendum & consolidandum. Interdum quoque accidis,

Indicationes.

vt si tumor in parte externa consistat, & puris copia magna sit, abscessus foris aperiendus sit. Intemperies coniuncta indicata alterans per contrarium.

Curatio.

Curatio. Itaque si vites adsint, statim vena aperienda: Sed nisi adsit magna plethora, sanguis paucus euacuandus; cum partis dignitas largam vnâ vice factam sanguinis euacuationem non ferat. Ideoque, si opus, repetenda potius venæsectio. Reuulsio quoque fieri potest cucurbitulis scarificatis, & non scarificatis crucibus appositis, item frictionibus. Lenes quoque clysteres in aluum iniiciantur.

Purgatio. Purgatio verò seu per vomitum, seu per aluum initio (nam postea ad puris collecti eruptionem utilis est vomitus) non conuenit, ne humores ad locum affectum attrahat, & inflammationem augeat. Quia tamen excrementa quædam ab inflammatione in ventrem refudant (sicut in inflammationibus, quæ membrana teguntur tenuiore, accidere solet) ea per clysteres lenes, aut pulpam cassiæ cum decocto prunorum ac tamarindorum, vel syrup. rosar. solutio, vel sero lactis exhibitio abstergere & educere non inutile erit. Statim verò post venæsectionem, dum materia fluit, aut dum fluctuat, & nondum impacta est, repellentia, seu reprimentia vsurpanda, cum interna, tum externa. Repellentia externa parantur è rosis, santalis, balaustius, cortic. granator, cydoniis, myrtillis, portulaca, coralliis, bolo Armeno, sumach. succo limon. ol. rosar. cydon. myrt. mastich. cerot. santalino, vt: ℞. Carnis cydon. cocta ℥. Sem. pulu. rosar. rubrar. santali rubri, myrtill. balaustior. an. ℥. j. farina hordei, ℥. Sem. ol. cydonior. myrtin. an. q. s. F. Cataplasma. Vel ℞. Farin. hord. ℥. j. rosar. rubr. ℥. Sem. santal. rubr. ℥. ij. boli Armeni, ℥. Sem. Coqu. in aqua pura & addatur. ol. ros. q. s. F. Cataplasma. Ob maiorem refrigerationem & penetrationem aliquid aceti, succi cydonior. plantaginis, portulacæ, acetosæ addi potest, vt: ℞. ol. cydon. rosar. an. ℥. vj. boli Armeni, balaustior. an. ℥. Sem. camphoræ, ḡ. vj. M. Fiat linimentum. ℞. Aqua rosar. lb. Sem. succi cydon. ℥. iij. santali rubri, albi, an. ℥. ij. camph. ℥. Sem. Fiat Epithema. ℞. Rosar. rubr. M. j. holaust. P. j. santal. ℥. ij. Coqu. in vino rubro zultero pro fomento. Interna repellentia saltem in primo principio conueniunt, & sunt succus aut syrupus cydonior. granator. ribes, syrup. de rosis siccis, cerasorum, robribes, mēspilorum, sorborum, diacydonium sens. aromat. rosa rabra, santalum, corallium rubrum. Præstat tamen succus vel decocta harum absque saccharo, quàm syrupos, & cum saccharo, aut certè saccharum parcius admiscere. Et quidem in exigua quantitate dentur medicamenta, vt diutius hæreant in ventriculo, sed sæpius. Itaque de succo aliquo conueniente ℥. j. vel ℥. ij. sæpius de die dentur, præsertim si ventriculi pars superior sit affecta, vt: ℞. Vini granator. succi ribes, an. ℥. j. Sem. syrup. acetosæ, ℥. j. aqua plantaginis, acetos. an. ℥. iij. rosar. ℥. j. Misce. Et quidem in tali tumore medicamenta interna actu moderatè frigida exhibeantur, vt affluxus materię impediatur, nec tamen calor naturalis ventriculi labefactetur. Externa verò moderatè calida. In incremento verò morbi repellentibus pars aliqua resoluentium addenda, vt flor. chamamel. melilot. sem. lini, adeps anserin. ol. chamem. anethin. lil. alb. In statu medicamenta ex vtrisque pari portione mixtis vsurpandz, vel resoluentium dosis augenda, ne tamen careant adstringentibus. Cum dolor vrget, anodyna etiam addantur. Ergo tum ventriculus inungatur adipe gallinmixto cum ol. mastich. & rosar. vel cum ol. rosar. absinth. liliorumque albor. vel omentum castrati calefactum imponatur cum ol. rosar. aut pulu. rosar. Vel

Venæsectio.

Purgatio.

Repellentia.

Externa.

Interna.

Resoluentia.

A ℞. Flor. rosar. M. j. sem. coriandr. ℥. j. lini, alih. an. ℥. Sem. flor. chamamel. P. ij. absinth. P. j. Coqu. in vino rubro pro fomento. Vel ℞. Farin. sem. lini. ℥. ij. hordei, ℥. Sem. pulu. rosar. rubr. flor. chamamel. an. ℥. ij. Coqu. & cum ol. ros. & chamamel. F. Cataplasma, cui etiam camphor. ℥. Sem. addere licet. Vel inungatur ventriculus ol. ros. absinth. & chamamel. cum spica nardi & pauxillo croci. Vel ℞. Flor. chamamel. meliloti, rosar. rubr. an. M. j. Coqu. in vino pro fomento. Vel ℞. Farin. hord. sem. lini. an. ℥. j. rosar. ℥. ij. mastich. ℥. j. absinth. Scrup. Sem. ol. mastich. absinth. q. s. F. Cataplasma. Vel ℞. Farin. hord. fannuigraci, sem. lini, an. ℥. ij. pulu. absinth. ℥. j. flor. chamem. rosar. rubr. an. ℥. Sem. Cum succo apij, & ol. chamamel. F. Cataplasma. Hoc etiam Cataplasma vsque ad declinationem ferè locum habet. ℞. Pulu. rad. alih. flor. chamem. absinthij, meliloti, an. ℥. j. santal. alb. Scrup. ij. croci, ℥. j. ol. chamamel. ros. an. q. s. F. Cataplasma, vel addita cera Emplastrum. Intra corpus verò exhiberi potest aqua vel decoctum absinthij cum trochiscis de rosis. Si dolor vehementer vrget, dandus syrupus de papauere ℥. j. vel ℥. ij. pōdere. Post statum ferè solis resoluentibus vtendum, aliquibus tamen adstringentibus ob partis præstantiam additis; & quidem resoluentibus lenibus, quæ ferè emollientia sunt, & calorem tepidum habent, atque humiditatem mediocrem, qua ratione materiam fundunt & resoluunt insensibiliter. Eiusmodi sunt medulla cervi, adeps gallinac. anserinus, taurinus. Herbar. emollientes, malua, althæa, melilotus, sanguis cum & similia. Passula maiores, carrica, semen lini. Gummi emollientia, vt bdellium, styrax, calamita, ammoniacum, emplastrum diachylon simplex: Quibus tamen, ne nimia fiat relaxatio, oleum absinthij, mastichin, vel mastiche admisceatur, vel ol. rosaceum, si calor maior sit, vt: ℞. Medulla crurum vituli, adip. anser. an. Scrup. ij. ammoniac. bdell. an. ℥. ij. mucilag. sem. althæa, lini, an. Scrup. j. Sem. mastich. Scrup. j. ol. chamamel. q. s. F. Linimentum. Applicentur autem hæc actu calida, vt concreta materia facilius fundatur ac dissipetur. Intra corpus verò exhibeatur decoctum caricarum, passular. glycyrrhizæ, malue, althæa, emulso amygdal. dulc.

B Si verò (quod tamen commodius esset) inflammationis suppuratio prohiberi nequeat, id quod ex doloris intentione, tumoris incremento, ac febris augmento cognoscitur, adiuuanda est, fouendo calorem naturalem partis. Pro calore autem fouendo vtendum immoderatè calidis, humidis, viscidis, calorem naturalem interdò concludentibus. Extra applicanda medicamenta parari possunt ex farina tritici sine furfuribus (nam furfures abstergunt) caricis pinguis, dactylis, althæa, malua, ol. commun. amygdal. dulc. butyro, pingued. gallin. Porci, medull. vitulin. & similibus. ℞. Rad. althæa sub cinerib. coctar. adipis porcin. an. ℥. s. farina tritici, ℥. j. ol. amygdal. dulc. q. s. F. Cataplasma. Vitile etiam hic est emplastrum diachylon simplex. Interna sūt ex amygdal. dulc. syrupo de glycyrrh. decocto caricarum, passular. quæ sensim parua quantitate deglutienda prebeantur. ℞. Caricar. pinguium, dactylor. an. ℥. Sem. Emulsion. amygdal. dulc. sapa, an. ℥. vj. M. dosis à ℥. ij. ad ℥. j. Vel ℞. Passul. maior. exacinat. sebesten. an. ℥. j. sem. althæa, glycyrrh. an. ℥. ij. dactylor. num. iv. Coqu. Pure genito danda opera, vt quantum abscessus rumpatur. Cognoscitur autem maturum apostema ex doloris remissione, diminutione duritiei in loco tumido & mollitie tumoris tactui eidentis. Exhibenda ergo tunc sunt medicamenta, quæ attenuant & laxant quasi abscessus parietes, vt egres-

C Solus pari facilius concedatur, vt: ℞. Caricar. pin-

D

E

Emollientia.

Maturantia.

Abscessura rumpentia.

gnium, num. iij. passul. ℥. 6. glycyrrh. rasa, ℥. iij. capill. veneris, malua, an. M. j. Coqu. in sufficient. quant. hydromelitis, ad tertias vel ℥. vij. Adde rad. ircos ℥. 6. piperis ℥. 6. Detur actu calidum. Utile etiam est lac recens multum exhibere, nisi alia prohibeant. Imprimis verò commendatur succus scabiosæ, vel solus vel cum melle datus, quæ omnia interna apostemata vel resoluit, vel maturat, vel rumpit. Extra etiam applicatur cataplasma ex ficibus, sennugræco, & similibus. Vel ℞. Sem. fann-græc. ℥. iij. fermenti, ℥. j. stercois columbini, ℥. 6. ol. chamæm. ℥. ij. mellis, ℥. j. F. Cataplasma. Post sumpta verò medicamenta ut abscessus facilius rumpatur, fiat corporis agitatio, vel tussis, stertnutatio, aut vomitus etiam, si opus sit, concitetur. Rupto abscessu multa propinetur, cum syrupo rosar. soluti. aut melle ros. vel viol. aut decoctum hordei cum melle ros. vel hydromel, cui aliquid mannae thuris, addi potest, & quidem sæpius parua, cochlearis videlicet quantitate, ut materia purulenta abstergetur, & per alium expurgetur. Tandem vlcus consolidandum & conglutinandum est. Extra nimirum imponatur emplastrum, quod Galenus ex Heraclide, 2. de comp. med. sec. gen. cap. 7. describit. ℞. Litharg. ceruss. an. Scrup. x. cere, Scrup. iij. resin. arid. Scrup. vj. gummi ammoniaci, Scrup. v. galban. ℥. iij. ol. veteris, ℥. ij. Coqu. F. emplastrum, quod calidum ventriculo imponatur. Intus sumatur decoctum agrimonie cum vino. Vel ℞. Thuris, Scrup. ij. mastich. ℥. 6. mumie, boli Armeni, rad. tormentill. cornu cervi, gummi tragacanth. succini, an. ℥. j. nuc. moschat. macis, an. Scrup. 6. conseru. rosar. antiquar. ℥. j. Cum syrupo myrtino vel de rosis siccis F. Electuarium. De intemperie correctione nihil in specie addere opus est: cum medicamenta, quæ ad repellendam materiam adhibentur, vna operâ refrigerare calidam intemperiem possunt.

Dixta.

Dixta.

Vt in omnibus inflammationibus internis: ita quoque in ventriculi inflammatione victa vtendum tenui; modò vires ferant, & omnino in omni inflammatione ventriculi accurata dixta opus est, cum ventriculi officium sit, cibum pro toto corpore concoquere. Detur ergo pituitana vel eius cremor, & si calor maior sit, lactuca, endiuia, in aqua hordei vel iure pullorum cocta, & in principio inflammationis iuscula secco cydoniorum, aurantiorum, granatorum, citri, viæ acerbe condiantur. Omnis enim cibus & potus in inflammatione ventriculi quandam adstrictionem habeat, maiorem tamen frigiditatem & adstrictionem in principio. In progressu verò morbi sensim & per gradus aliquid de friditate & adstrictione remittendum. Potus sit aqua hordei cum pauco cinamomo & vino granator. aut cydonior. atque iis non actu nimium frigidus ne inflammatio crudior reddatur. Vnde nec aqua frigida conuenit. Abstineat contra etiâ æger à vino: In declinatione tamen vinum clarum debile aut aqua dilutum concedi potest. Mel quoque noxium est, quæque ex melle fiunt. Vitetur ira. Ager non loquatur multum. Si autem phlegmone non sit pura, sed œdematodes vel schirroides, qua ratione curanda sit, mox è curatione tumorum frigidorum ventriculi patebit.

CAPVT XIII.

De Tumoribus Ventriculi frigidis.

Tumores frigidus Ventriculi.

Tumores Ventriculi frigidi ortum habent à materia frigida & crassa, pituitosa scilicet vel melancholica: quæ quidem non subito, vt in inflam-

matione accidit, affluit, sed paulatim congeritur, & quia humores hi ad suppurationem minus apti sunt, diu in ventriculo retineri possunt, antequam suppurarentur, describit quoque Forestus libr. 18. obseru. 32. Tumorem ventriculi frigidum, qui per integrum annum durauit antequam suppuratus fuit.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hic tumor in genere, quod scilicet plerumque circa ventriculi regionem tumor apparet, concoctio & nutritio læditur: in specie verò ex sensu grauitatis, & adest sitis, æstus ac febris.

Prognostica.

1. Tumores ventriculi frigidi equidem, vt dictum, diuturni sunt, non tamen habent symptomata tam graua, medicamenta etiam, quæ tumores frigidi requirunt, ventriculo sunt conuentiora. 2. Non tamen etiam omni periculo vacant: quia membrum, cuius functio toti corpori necessaria est, læditur.

Indicationes.

Cum hic tumor sensim per congestionem, non verò per affluxum subito fiat, repellentibus & repellentibus opus non est. Humor verò frigidus tumorum horum proxima & continens causa sui amorionem indicat, quæ sit, dum humor vel insensibiliter resoluitur, vel in pus mutatur, & sensibilibiter euacuatur.

Curatio.

Itaque venæ sectione opus non est, cum suspicio de abundante sanguine nulla sit vel exigua. Repellentia etiam, quia materiam incrassant, vix locum habent, nisi planè in initio vbi solum frigida ac discutientibus mista locum habere possunt. In principio autem conueniunt ol. ros. cum ol. absinth. æqu. part. mixtum, vel fiat Cataplasma, quod ℞. Farinæ hordei, sem. lini, fabar. pulu. melilot. an. Scrup. j. absinth. schananth. an. Scrup. ij. rosar. rubr. bac-car. myrr. aloës an. Scrup. 6. Puluerisanda puluerisantur, & cum oleo rosaceo, ac adipe gallin. F. Cataplasma. Vel ℞. Fol. myrti, menth. absinth. an. M. j. flor. rosar. rubr. M. 6. schanant. Scrup. ij. Coqu. in vino austero pro fomento. Vel Fiat Sacculus ex rosis rubris, fol. myrti, menth. absinth. cypero & spicis, qui coquatur in vino rubro, & imponatur ventriculo. Vel ℞. Ol. menth. mastich. absinth. an. ℥. 6. pulu. menth. sicca, mastich. nuc. cupress. an. ℥. j. cera q. s. F. Cerotum. Intra exhibeantur syrupus de mentha, de absinth. mastich. mel rosatum colatum, aut horum decocta. Medicamenta autem tam interna quàm externa calida vsurpanda. Postea ad fortius, resoluentia quæ calida & sicca ac tenuium partium sunt, accedendum, cuiusmodi sunt, Origanum, calaminta, pulegium, maiorana, thymus, rosmarinus, cum aromatibus & composita diacalaminta, diagalanga, magna antidoti. Auicennas ad resoluendum exhibet in potu castorei ℥. j. vel Scrup. 6. cum mellis rosati vel oxymel. simpl. ℥. iij. Aërio decoctum polij, aut calaminthæ cum pauco mellis, & granis aliquot piperis. Vel ℞. Gummi Ammoniaci ℥. j. vel Scrup. 6. Formentur cum mucilage sem. althææ & gran. aliquot spec. diacalaminth. pillul. x. vel xv. quibus deglutitis decocti passularum aut rad. alth. ℥. ij. vel ℥. iij. bibantur. Extra applicentur ventriculo medicamenta è foliis calaminth. poly montani, rute, saluie, ol. de spica, irino, lanrino & similibus, vt: ℞. Ol. Chamam. nardin. anethin. an. ℥. 6. mastichin. Scrup. ii. cere q. s. F. Unguentum. Vel ℞. Ol. absinth. chamæm. an. ℥. j. 6. terebinth. Scrup. iij. mastich. Scrup. i. Sem. caryophyll. Scrup. i. mucilag. sem. althææ, fanugræci an. Scrup. Sem. cere q. s. F. Unguentum. Efficax est & Emplastrum de meliloto, si cum mastiche, absinthio & spica adhibeatur. Vel ℞. Emplast. de meliloto ℥. ij. myrrha.

B iij

Scrup. ij. *massich.* Scrup. j. Sem. *ammoniac.* Scr. j. A
ol. absinth. q. s. M. ad lentum ignem F. Empla-
 strum, quod si frustra discussio tentetur, suppuratio
 procuranda, & reliqua, vt in inflammatione modò
 dictum peragenda, vt: *L. Rad. alib. lil. alb. an.*
℥. ij. branc. vrs. M. j. Coqu. ad mollitiem. Contu-
 tis & per setaceum traiectis adde *farina tritici, sem.*
fanugraci, lini an. ℥. j. croci D. B. pulu. chamem.
D. ij. pingn. gallin. ol. lil. alb. an. q. s. F. Cata-
 plasma.

Mazuran-
 2a

Abfcessum
 Rumpentia
 Oris Ven-
 triculi tu-
 berculum.

Postea danda opera, vt apostema maturum rum-
 patur, ruptum abstergatur, & vlcus consolidetur,
 vt in inflammatione dictum. Ad hoc caput pertinet
 & hystoria illa, quam Fernelius, *lib. 6. Pathol. cap.*
1. recenset, de muliere quadam grauida, cui duro tu-
 berculo os ventriculi obturabatur, vt quicquid inde-
 batur, attracto oris ventriculo mox remearet, atque
 repellereetur. Sic astantium omnium iudicio, nil cibi
 potusque bimestri vel conatu maximo vorauit. Tan-
 dem morbo febréque consumpta discessit, edito par-
 ti, quem vitæ superstitem reliquit. Vt & alia, quam
 refert Volcherus Cojater, *in obseru. anatom. & chi-*
urg. de muliere quadam Noribergensi, quæ toto
 octennio quasi clauum vel globulum orificio ven-
 triculi infixum sensit, & summa difficultate deglu-
 tiendi laborauit, similique morbo & patrem & foro-
 res, & alios cognatos occubuisse affirmavit. Quæ
 tandem cum nutrimento destituta, atque ad extre-
 mam inaniem deducta extincta esset, aperto corpore
 in orificio ventriculi scirrhus pugni magnitudinem
 excedens substantiæ gulæ innatus repertus est.

Scirrhus
 in orificio
 ventriculi.

CAPVT XIV.

*De extenuatione, angustia, adstrictione, & situ
 mutato Ventriculi.*

Extenuatio
 ventriculi.

TV moribus ventriculi contrarium malum est ex-
 tenuatio eius. Nam corpus ventriculi suam
 conuenientem crassitiem habere debet, quæ non pa-
 rum ad coctionem bene perficiendam facit. Hinc
 videmus animalia, quæ durissimos cibos conco-
 quunt, crassum habere ventriculum, imò, auibus,
 quæ lapillos etiam deuorant, parenchymate crassio-
 re ventriculum constare. Habet ergo & hominis ven-
 triculus sibi conuenientem crassitiem, quæ si muta-
 tur, etiam coctio læditur; id quod præcipue fit in
 crapulâ, vbi ventriculus cibo & potu nimis extendi-
 tur, eiusque tunica hoc modo extenuatur, & debi-
 tam crassitiem amittunt. Quod si sæpius fit, malum
 immedicabile oritur, & ventriculus se iterum con-
 trahere nequit, ac tunicæ eius ita distentæ man-
 ent, vnde debilitas coctionis & perpetua fluctuatio
 in ventriculo sequitur. Sanitatis itaque studiosus ca-
 uere debet, ne in iuuentute hunc morbum contrahat
 qui postea toto vitæ tempore emendare non possit.
 Secundò etiam ventriculus suam naturalem magni-
 tudinem, conformationem & capacitatem habeat
 necesse est, vt eibus & potui capiendi sufficiat: hæc
 si mutetur, morbosa est, & quidem angustia illa pri-
 mò est naturalis aliquando, sicut Galenus, *art. med.*
cap. 87. de quodam scribit, qui ventriculum paruum
 simul atque rotundum, atque aduersus septem trans-
 uersum habuit incumbentem, in quo magnitudo &
 conformatio ac situs erant deprauata, temperamen-
 tum quoque frigidum existebat. Hic nullo artificio
 ad habitum naturalem transferri potuit: At ne ad eò
 infestaretur, Galeno hoc consilij dedit. Nam quo-
 niam repleto ventriculo spirandi difficultatem patie-
 batur, minus cibi, & magis alimento opportuni, &
 qui non difficulter coquebatur, ter de die assumebat.

Crapula
 incommo-
 dum.

Angustia
 & paucitas
 ventriculi.

Similem morbum obseruauit Forestus, *lib. 18. obseru.*
34. in puella quadam Delphensi, quæ perpetuo
 malè habebat in ventriculo ob naturalem eius en-
 gustiam, quod ex eo coniecit, quòd cibo distentus
 ventriculus lædebatur, exhibito verò exiguo cibo
 minus offendebatur. Quòd malum quia etiam incu-
 tabile fuit, Galenum secutus id consilij dedit, vt pa-
 rum semel & frequenter comederet. Deinde inter-
 dum contrahitur ventriculi angustia à diuturna in-
 edia, vbi ventriculus diu à cibo non distentus quasi
 contractus manet, & angustior redditur, vt si postea
 paulò plus cibi sumatur, statim offendatur. Hi igitur
 non statim ad consuetam cibi quantitatem sumen-
 dam post in ediam longam transire debent, sed parum
 cibi & sæpius sumere, vt ita ventriculus sensim ite-
 rum distendatur. Tertio hoc loco etiam faciendæ est
 mentio affectus cuiusdam, quem Petr. Sal. Diuer-
 sus, *de affectib. partium. cap. 70.* adstrictionem
 ventriculi nominat, fierique putat, quando os
 ventriculi ita adstrictum est, vt nec flatus, nec va-
 pores extra possint erumpere, nihilque etiam extra
 corpus ob cutis adstrictionem vel exsiccationem
 erumpere queat, solùmque Aëtium *tetrab. 4. serm.*
1. cap. 13. hunc affectum descripsisse putat. Verùm
 cum mihi nil aliud videatur hic affectus, quàm do-
 lor aliquis ventriculi è cruditate ortus, quem descri-
 bit Galenus, *de præcognitione ad Posthumum cap.*
11. dicam de eo affectu infra, *cap. de dolore ventri-*
culi. Quarto etiam situs ventriculi aliquando mu-
 tatur etiam rarius, ita vt modo dictum ex Galeno, qui
art. med. cap. 87. cuiusdam mentionem facit, cui
 ventriculus nimis, quam par erat, diaphragmati in-
 cumbebat. Notabilis verò est hystoria, quam an-
 notauit focer meus, D. Andreas Schatop. m. cuius-
 dam studiosi, cui cum in melancholia diaphragma &
 thoracem gladio sibi perforasset, ita situs ventriculi
 mutatus est, vt per diaphragma in sinistram thoracis
 partem adscenderit, & cor cum capsula sua à sede
 sua in dextrum latus depulerit, quam *Institut. lib. 2.*
part. 2. cap. 13. recensui.

Adstrictio
 ventriculi.

Situs ven-
 triculi mu-
 tatus.

CAPVT XV.

*De rebus præter naturam variis in Ventriculo
 repertis.*

DISputatur equidem, vt de morbis numeri in
Institut. dictum, an res præter naturam alicu-
 bi in corpore contentæ morbos numeri constituant;
 verùm disputatione illa hoc loco omiſſa hinc non in-
 commodè recenseri posse videntur res variæ præter
 naturam in ventriculo contentæ. Nam naturaliter
 nil nisi cibus & potus, ac inde generatus chyli in
 ventriculo contineri debet: Si verò præter naturam
 in eo quid contineatur, præternaturalis dispositio in
 eo inde oritur. Obseruatum verò sæpe multa præter
 naturam in eo reperiri aliquando, & sæpe etiam vo-
 mitu reici. Et quidem alia per os & œsophagum in
 ventriculum delabuntur, & extrinsecus subeunt; alia
 in eo generantur, aut quocunque modo producun-
 tur; alia etiam in cum ex inferioribus ascendunt.

Res præ-
 ter natu-
 ram in ven-
 triculo reperi-
 tæ.

Primò enim competum est, acus, nummos, glo-
 bulos plumbeos, clauos, mucrones gladio &
 eultrorum, gemmas, metalla, & alia deglutita fuisse,
 quorum historias varias collegit Schenckius, *lib. 3.*
obsu. 2. 3. 4. & seqq. quarum etiam aliquot supra
 in fine *cap. 2.* recensuimus. Deinde quoque serpen-
 tes, lacertos, aliaque animalcula per os incautus in
 ventriculum irrepisse obseruatum est. Idque obser-
 nauit Hippocrates, *lib. 5. Epidemior.* Petrus Appo-
 nensis Conciliator dictus, *diff. 107.* Sauonrola,

Res deglu-
 titæ & in
 ventricu-
 lum illa-
 ptæ.

De rebus præt. natur. variis in Ventric. repert. 21

tractat. 6. cap. 7. rubrica 4. Cardanus de causis, A
 signis & locis morborum parte 3. num. 122. Tragus
 de historia stirpium lib. 2. cap. 114. Antonius Mi-
 zaldus, memorabilium centur. 8. aphor. 76. Gatti-
 naria in nouum Rhafis ad caput de prefocatione ma-
 tricis, & ex eo Matthiolus, in Dioscoridem lib. 2.
 cap. 42. Omnibonus Ferrarius, lib. 2. de art. med.
 infantium cap. 9. Muscam etiam ore hiante in ven-
 triculi cavitatem penetrasse, & die sequenti per vri-
 nam excretam fuisse refert Marcellus Donatus, de
 historia medica mirabilis lib. 2. cap. 12. Secundò va-
 ria & monstrosa etiam sæpe in ventriculo genita, aut
 quocunque modo producta & vomitu reiecta fuisse
 obseruatum est. Frustum carneum magnum album,
 albuminis oui instar vomitu reiectum fuisse à puella
 moniali refert Forestus, lib. 18. obseru. 19. in scho-
 lia. Idem obseruauit Thomas à Vega, ad cap. 5. li-
 bro 1. Gal. de loc. affect. Globum picatofum carni-
 formem, in quo vermiculus bruchio similis conclu-
 sus fuit reiectum fuisse refert Beniuenius, de abdit.
 morb. & sanar. caus. cap. 88. Et Hieronymus Ga-
 bucinus, de lumbr. cap. 18. Vermes quoque è ven-
 triculo vomitu reiectos à plurimis Medicis etiam ob-
 seruatum. Gabacinus lococitato, & Antonius Be-
 niuenius, capite 77. Et Scholiographus Hollerij ad
 cap. 54. libro primo. Ambrosius Paracelsus vermes Eru-
 cis similes vomitu reiectos vidit libro 24. capite 19.
 vt & Forestus, libro 18. obseru. 19. & in schol. Præ-
 terea ranas, bufones & alia animalia, vel exhaustis
 eorum seminibus, vel interna putredine in ventricu-
 lo genita fuisse, & vomitu reiecta obseruatum, col-
 legitque eius rei historias aliquam multas Schenck-
 ius; lib. 3. obseru. 29. Lapidis etiam oui gallinacei
 magnitudine ibidem generati historiam idem habet
 eodem lib. obseru. 9. Capillorum veluti glomos vom-
 itu reiectos fuisse refert Monardes, lib. 3. histor.
 simpl. medicam. ex nouo orbe allator. cap. 73. de
 verbera; & Carolus Clusius, in annotat. in eum
 lectum. Inò pannum, claues, ferramenta vomitu re-
 iecta scribit Forestus, lib. 18. obs. 26. in schol. Et
 Iohann. Langius lib. 2. Epist. 38. narrat rusticum
 quendam, cum crudelibus doloribus in ventre con-
 ficerentur, subito clauum ferreum sub illa ente
 manu apprehendisse, & licet Chirurgus eum excin-
 deret, tamen dolores non cessasse, inò doloris ve-
 hementia adactum, sibi ipsi cuitro guttur abscedisse.
 Cadauere aperto in ventriculo repertum est lignum
 teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultri, par-
 tim acuti, partim instar feræ dentati ac duo ferra-
 menta aspera, quorum singula spithamam longitu-
 dine excedebant, & præterea globus capillorum con-
 uolutus, vt mirandum fuerit, quomodo omnia in
 ventriculo contineri potuerint. Tandem vermes, qui
 in ventriculo reperuntur, vel ex eo vomitu reiciun-
 tur, non omnes in ventriculo generantur, sed sæpè
 ex intestinis ascendunt. Præterea clysteres & glan-
 des & alui excrementa ad ventriculum prouenisse, ac
 vomitu reiecta fuisse refert Inl. Alexandrinus, in com-
 ment. ad cap. 17. lib. 3. Method. med. Galeni; An-
 tonius Guenerius, cap. 2. tr. 5. Valleriola, in com-
 ment. ad cap. 2. lib. 6. de causis symptom. Et clyste-
 rem vomitu reiectum ipse etiam vidit. Et res quidem
 externa inanimata in ventriculum illapfa si sint, pa-
 tet id ex ægri relatione. Exque, si parua & non
 acuta sint, facile per aluum reiciuntur, interdum
 post breue; interdum post longam interuallum: Et
 quidem plerumque sine damno. Res verò magnæ
 aut acutæ plus periculi coniunctum habent, & inter-
 dum perforato ventriculo, aut intestinis & abdomi-
 ne post longa interualla sæpè egrediuntur. Quædam
 cum vrina excernuntur, acúsque deglutitas per vri-
 nam exiisse obseruatum est. Interdum in corpore hæ-

rent, præcipuè si sint metallica, quæ rubiginem con-
 trahunt, ac lentæ tabis, & tandem mortis causa sunt.
 Quæcunque autem sint talia deglutita, vt facilius
 per aluum descendant, exhibenda, quæ vias lubri-
 cas reddant, decoctum scilicet maluar, albæ, sem-
 min. lini, oleum commune & amygdalarum dulcium
 iuscula, pinguis, cerenisia cum malto butyro; pos-
 stea si opus, etiam purgantia. Et vt facilius, & mi-
 nus impeditè ex ventriculo per Pylorum in intestina
 res deglutitæ possint descendere, æger in dextrum
 latus libere ventre, non compresso decumbat. Vbi è
 ventriculo ad intestina rem deglutitam iam transisse
 suspicio est, æger, sed corpore erecto & moder-
 ratè obambulet, vt facilius per intestina exeat. No-
 tabilis, sed certa est historia, quæ Pragæ anno 1602.
 accidit. Rusticus quidam Mattheus nomine, cum
 cultrum nouem digitos transuersos longum degluti-
 uisset, is in ventriculo subsistens maximos ei dolores
 concitauit: postea hoc consilij inuentum: Magnes
 & alia attrahentia medicamenta ventriculi regioni
 sunt apposita: ita factum, vt cuspis ventriculi circa
 superius os ventriculi eminere cæperit, tandemque in
 re aliàs desperatâ ad sectionem ventum est, & à Chi-
 urgo culter ille, qui septimanas septem & duos dies
 in ventriculo hæserat, & colorem, qualem ferrum
 post ignitionem acquirit, contraxerat, extractus &
 vnius idoneis medicamentis consolidatum est, æger-
 que viuis euasit. Cùm autem acus deglutitas per
 vrinas redditas fuisse interdum obseruatum sit, per
 quam viam id factum fuerit, dubitatur. Alex. Benedi-
 ct. lib. 2. anat. cap. 9. & lib. 5. cap. 13. Dum re-
 fert historiam virginis Venetæ, quæ crinalem acum
 quatuor digitos longam per somnum deglutiuit, &
 per vrinam post decem menses reddidit maximis cru-
 ciatibus; quoniam in vesica eollectis mucosis humo-
 ribus lapis oui gallinacei magnitudinis acus illam
 concreuerat, statuit, acum acie suâ paulatim, mul-
 toque tempore intestina penetrasse, viamque sibi fe-
 cisse in vesicam, qua parte carnosa est, atque inde
 per vrinam redditam fuisse: eosque reprehendit, qui
 vias patentes querunt, & per venarum mesaraica-
 rum orificia inter intestina in viuentibus plus quàm
 in cadauere patentia ad mesaraicas & hinc ad epar,
 & porò per venam cauam ad venas emulgentes, at-
 que inde ad renes, & tandem ad vesicam peruenisse
 arbitrantur. Verùm enim verò omnino certum est,
 quòd orificia vasorum in corpore viuente magis
 hiant, quàm in cadaueribus, vt vel ex vteribus &
 vesica patet, in quibus è renibus calculi sæpè satis
 grandes excipiuntur, per eas vias quæ in vesica pos-
 stea in cadauere nec oculis patent. Quod autem acū
 illam quatuor digitos longam per vesicam redditam,
 longitudo equidem alicui dubium mouere possit;
 contra tamen breui tempore ad vesicam peruenisse,
 & ibi diu hæsisse illud, arguit, quòd calculus tam
 grandis circa eam concreuerit, quod breui tempore
 non factum. Et cruciatus illi, quos mulier palla est
 in excernendo calculo, potius ab eius magnitudine,
 quàm ab acū prouenerunt. Aliàs verò compertum
 est, exiguo satis temporis spatio, etiam illæsis aliis
 partibus, acus deglutitas cum vrina redditas fuisse.
 Quod etiam illud confirmat, quod Marcellus Do-
 natus, de historia medica mirabil. lib. 2. cap. 12. re-
 fert, cuidam muscam magnam ore hiante ad ven-
 triculum peruenisse, & die sequenti ab ingressu cum
 vrina excretam fuisse: quæ certè non perforatis inte-
 stinis, sen per patentes vias eò deuenit. Et quidem si
 per venas mesaraicas ac venam portæ ad epar, &
 hinc ad venam cauam, postea ad emulgentes, hinc
 ad renes, vtereres, tandemque ad vesicam acus istas
 peruenisse aliquis statuat, cum eo non pugnabo.
 Viam autem adhuc breuiorem posse dari mihi vide-

Res varia
 p. in ven-
 triculo ge-
 nitæ.

do è corpo-
 re exuti-
 bandæ.

Cultri a-
 glutiti e-
 ventriculo
 extracti
 historia.

Acus 2-
 glutita e-
 corpore per
 quas vias
 reddita.

Res exter-
 na degluti-
 ta quomodo

Res exter-
 na degluti-
 ta quomodo

tur. Videmus enim eos, qui multum bibunt, vix haustō potu aqueam potus partem rursus emingere; quod fieri vix posset, potu ad intestina transmissio, & à venis mesaraicis attracto, sed probabilius est, id fieri immediatè à ventriculo per vasa gastrica, & breue imprimis, potu ad lienem attracto, & hinc per arterias, quæ in liene sunt, ad arterias emulgentes transmissio. Itaque etiam credibile est, acus per eandem viam, utpote breviorē, ad renes, & hinc ad vesicam transmissa fuisse. Quapropter in tali casu si non per alium tractus vel alia res deglutitæ exeant, naturæ totum negotium committendum est, quæ tandem sibi vias idoneas quaerit, interdum per urinam, interdum per abscessum foras apertum.

Animalia, quæ in ventriculo irrepserunt, quomodo exturbantur.

Si vivum aliquod animal in ventriculum irrepserit, quod cognoscitur è morsu & motu eò loci præsertim ante cibum, & quod homo in loco, ubi talia animalia degunt, dormiunt, ac quod lacte & similibus dulcibus assumptis, animal quiescit, amaris vero assumptis irritatur & movetur, plerique suadent ut lac tepidum ori apponatur, vapor eius hiantē ore excipiat, ut eius suavitate allecta fera egrediatur. Et quidem observatum est, hoc modo tales feræ è ventriculo projectas fuisse. Quia verò interdum etiam accidit, ut hoc modo allecta talia animalia per œsophagum ad os ascendant, sed non planè egrediuntur, necessarium est, ut in prociectu stet Chirurgus idoneis instrumentis instructus, qui proserpentem feram apprehendat & extrahat. Si verò hoc modo per os elicitæ non potest, danda opera, ut per aliam exeat, atque hoc modo fumo ex coriis, seu veteramentis accensis ore per infundibulum haustum per alium expt. l. m. fu. sic serpentem testatur Marcus Garinaria, *ad nonum Rhasis in cap. de profocatione marisii*; Et Hieronymus Tragus, *de stirp. lib. 2. cap. 114.* Cardui benedicti aqua hausta serpentem, qui dormienti per os irrepserat, per inferiora secessisse. Utile etiam est lac copiosè bibere, & postea vomere. Res verò in ventriculo genitæ præter naturam difficulter & vix, nisi reiiciatur, cognoscuntur. Et quidem bufones, ranæ, & lacertæ in ventriculo interdum generantur ex spermate earum cum aqua hausto. Vermes verò eodem modo ut in intestinis etiam generatos fuisse compertum est. Ad talia animalia abigenda vilissimum est dictaminum Creticum *Ἰ. j.* pondere cum aqua gentianæ sumptum, præsertim si zedoaria aut citriferum pulverisatum addatur. Omne enim talium vermium genus abigere compertum est. Decocto etiam ex centauro minor. & carduibened. p. a. parato hausto, plures ranas vomitu redditas fuisse, observatum est. Theriaca quoque cum spiritus vini quartario hausta serpentem vivum longitudine vlnæ vomitu reiectum fuisse item observatum: Ut & animal lacertæ figura antimonio sumpto vomitu reiectum fuisse. Utile est etiam in talibus casibus clysteres ex lacte singulis diebus pene iniicere; exhibere verò per os antidotos theriacales & interdum purgantia.

Lapides in ventriculo geniti. Pili in ventriculo geniti.

Vermes in ventriculo geniti expellendi sunt medicamentis, quæ suo loco de lumbricis proponuntur. Præstant idem etiam pleraque ex iis, quæ modò sunt proposita. Lapides in ventriculo geniti equidem gravissimos dolores in ventriculo excitant, vix signa clara, quibus ab aliis perfectè cognoscantur, habent, nisi diurnitatem doloris. Nonnunquam vomitu reiiciuntur: quod nisi fiat, diurnis tandem cruciatibus hominem iugulant. Pituitosum quid concretum, imò pilos etiam in ventriculo generari non impossibile est. Solet enim natura nunquam otiosa esse, sed semper laborare, ut in subiectam materiam formam aliquam, quæcumque etiam inducat. Si verò pannus, clavi, cultri, ferramenta, &

alia artificialia vomitu reiiciantur, cum nullâ vi naturali in ventriculo produci possint: merito ad demōstranda ludibria & præstigia talia referuntur. Clysteres & glandes si vomitu reiiciantur, sit id à motu intestinorum inverso, de quo postea suo loco, *part. 2. sectio. 2. cap. 1.* dicitur.

CAPVT XVI.

De vulneribus Ventriculi.

Signa Diagnostica.

SI abdomen vulneratum sit, & quidem è regione ventriculi vulnere profundiore, ventriculū etiam vulneratum esse suspicio est; quæ confirmatur, si singultus & bilis vomitus insequitur, aut cibus potusque assumptus vomitu reiicitur. Ventriculus etiam vulneratus nec appetere cibum, nec continere, nec coquere rectè potest. Interdum crudus cibus & potus; interdum chylus per vulnus emittitur: sputum est sanguineum, & dolor etiam in ventriculo percipitur. Si superior pars ventriculi vulnerata sit, & accedat inflammatio, febris, delirium, syncope, & alia mala accedunt.

Signa vulnerati ventriculi.

Prognosticum.

Si ventriculus vulneretur ac perforetur, equidem id lethale esse dicit Hippocrates, *6. aph. 18.* Verum non simpliciter & ex necessitate ventriculi vulnera lethalia sunt, sed id plerumque ita accidit. Quandoque ventriculi vulnera sanata fuerunt, ut docet Galen. *in dist. aph. & de loc. aff. c. 5.* & postea etiam dicitur. Perpendendum igitur, quale vulnus sit, an scilicet totus ventriculus perforatus sit, an verò aliqua eius tunica saltem; an circa fundum, an verò circa orificium superius. Etenim si totum corpus ventriculi sit perforatum, periculosum & lethale plerumque malum est, cum ventriculus membranosus sit, & primæ coctionis summoperè necessariæ officina: Si verò eius exterior saltem tunica vulnerata sit, non desperandum. Si etiam ventriculus in fundo vulneretur, vulnus id aliquando curatur; cum pars illa carnosa sit, & medicamenta eò loci subsistere possint. Si verò superior ventriculi pars circa orificium superius vulneratur, exigua sanitatis recuperandæ spes est, cum pars ea sit exquisito sensu prædita, & medicamenta ibi non habeant, ac præterea cibus & medicamenta transeuntia dolorem excitent. Verum etiam desperata planè ventriculi vulnera aliquando præter spem sanata fuisse observatum est. Ita Iulius Alexandrinus, *in cap. lib. 6. therapen. meth. Galeni*, refert, Bohemo cuidam rustico vulnus, & quidem latum, ac venabulo ut Matthias Cornax narrat, in ventriculo inflictum fuisse, ac cœpisse rusticum per id cibum reiectare, & cum vulnus, ut desperatum, negligentius haberetur; oecaluisse tandem vulneris labia, & per ea semper cibi partem exiisse, rusticumque huic vitæ conditioni relictum vulnus tandem linteis pannis texisse, ac fasciis obligasse, atque ita annos aliquot vitam produxisse. Et capite præcedente retulimus historiam alterius rustici Bohemi, cui culter in ventriculo per œsophagum delapsus extractus est, qui nibileminus vulnere consolidato superuixit. Testatur similiter Christoph. à Vega, *ad. aph. 18. libr. 6. Hippocrat.* quendam sanatum fuisse, cui è ventriculo vulnerato chylus exierat; & Fallopius, *de vulneribus capitis, cap. 12.* narrat, se sanasse mulierem & virum, qui in ventriculo fuerunt vulnerati, ut chylus egredereetur.

Prognostica. An vulnera ventriculi sint lethalia?

Vulnus ventriculi relictum vivente homine.

Historia rustici Bohemici vulnere consolidato superuixit.

Curatio.

Curatio. Etsi plerique censent, Naturæ totum negotium esse committendam, & reuera etiam naturæ potissimæ in hisce, vt & aliis vlcneribus curandis, partes sint, quæ interdum etiam id præstat, quod penè impossibile videbatur; tamen à medico hac in re quantum fieri potest, adiuuanda est. Si ergo confluxus sanguinis ad ventriculum & inflammatio metuat, primò vena aperienda est, si eam vires ferant: Si verò adsit cacochymia, exhibere per os quidem purgantia non licet, ne ad locum affectum humores vitiosi tradantur, sed clystere alius eleuanda est. Vlcus verò ipsum quod attinet, si id non sit penetrans naturæ negotium committatur. Si verò vlcus penetret, & amplum sit, consuendum abdomen, inferiore tamen parte orificium relinquendum, vt pus effluere possit, ac turunda immittenda, quæ quidem ventriculum non ingrediatur, extra tamen eius vlcus tangat conueniente vnguento illita, quale est & hoc: ℞. Ol. abietin. ʒ. j. mastich. ʒ. ij. manne iharis, ʒ. ij. rad. tormentil. consolid. maioris an. ʒ. j. lumbrior. terrest. num. v. croci, ʒ. j. vini albi austeri, ʒ. ij. Coq. ad vim consumptionem. F. Linimentum. Vel ex terebinthina cum oleo hyperici & vitello oui vnius mista fiat linimentum. Ore verò sumenda exhibeantur *sympus myrsinus, de rosis siccis, cum decocto equisiti, polijelle & radice consolidæ*, quibus addere licet *trochiscos de terra sigillata, de carabe. Malliche* veto hinc omnibus modis sumpta vtilis est. Vel sumat æger ape aliquid *conserv. rosar. vibrar. diacydon. sine speciebus, aut diatrachacanthum frigidum*. Extra verò abdomen inungatur ol. rosaceo & chamæmelino ac mastichino. Ipsi vlcneri imponatur emplastrum Barbarum.

Dietæ.

Dietæ. Vlcus sit tenax, & parcissimè æger edat, ne ventriculus cibi copia distendatur, sed corrugatus maneat, & sic facilius congluinetur. Cibi verò ipsi in parua quantitate magnam alendi vim habeant; sint boni succi & cocti faciles. Ab omnibus acribus & mordentibus in cibo & potu abstinendum.

CAPVT XVII.

De vlceribus Ventriculi.

Vlcera ventriculi. Tandem etiam, sed rarius, aliquando ventriculus vlcere laborat, quod est compositus morbus ex soluta vnitæte, diminuta magnitudine, & ferè etiam intemperie. Excitatur verò vlcus in ventriculo, vel à causis internis, quales sunt humores acres, seu in ventriculo geniti, seu aliunde, præcipuè ex capite affluentes, qui aut naturâ suâ mordent ac rodunt, vt bilis flaua & atra, vt & pituita falsa, aut ratione putredinis, qua corripuntur, seu ob longam in ventriculo moram; seu apostematis in ventriculo genitis ac postea apertis, seu post vlcera non rectè curata; vel ab externis, vt medicamentis acribus, colocynthide, euphorbio, venenis erodentibus, vt arsenico, æruginè & similibus. Et quidem frequentissimè generantur vlcera in ventriculo post vulnera & rupta apostemata. Pertinent huc & rupturæ venarum; præcipuè ex vomitu laborioso.

Differentiæ.

Differentiæ. Hæ primò seorsuntur ab ipso vlcere, quod magis aut minus latum, profundum, sordidum est. Deinde à parte affecta, prout ventriculi partem superiorem vel inferiorem obsidet.

Signa Diagnostica.

Signa. Vlcus ipsum ventriculi indicatur à dolore pungente & vlceroso, & ardore, præsertim dum aliquid acre

A vel calidius aut frigidius in ventriculum descendit, & dum cibus concoquitur ac in intestina transmittitur, & quidem dolore supra vmbilicum assiduo & fixo. Ac signum hoc certius est, si inflammationis signa ac præcipuè febris adsit. A deiectâ itidem cibi appetentiâ, à ructo fetido, ex pure, vomitu vel per aluum reiecto, vt & sanie ac sanguine. Præcesserunt causæ vlceris, & febris lenta cum pulsu frequentilaborantem consumit. Causas autem vlceris quod attinet, si ex sint externæ, ex relatione regri cognoscuntur. Si verò internæ sint, inflammatio; tumor, quæ suppurata sint, necesse est eorum signa præcessisse. Si ab acri fluxione, aut humore putrido, eius quoque signa adsunt. Si à ruptura venæ, præcessit sanguinis vomitus. Cuius autem formæ, seu naturæ sit vlcus ventriculi, aliquo modo colligi potest ex prauis humoribus in corpore abundantibus, ex vlcere ipsius duratione, symptomatum magnitudine, & potissimùm ex iis, quæ vomitu vel per aluum excernuntur. Locum & partem, quam vlcus obsidet, dolor indicat. Nam qua parte dolorem percipit æger, eâ proculdubio vlcus est. Quando orificium ventriculi vlcus occupat, acutissimos dolores gignit, cum nausæ & siti molestâ, præcipuè ante cibi descensum in fundum, nonnunquam sudores excitantur frigidi, & lipothymia accidit. Mitiora sunt symptomata, vbi vlcus in fundo ventriculi est, & dolores sunt mitiores, qui tamen coctionis & distributionis tempore augentur.

Prognostica.

1. Vlcus ventriculi morbus periculosus est, & plerumque lethalis; nisi solum in superficie sit, & ipsum exiguum; quia non solum tunica ventriculi affecta est, quæ vt pars spermatica exactè reficere nequit, verùm etiam quia alimentum venter ante coctionem excernit morsu lancinatus; quamuis id ex temperatis sit, & apud sanos molestare non solet, & quia ventriculus vlcere debilitatus malè coquit, quæ ratione & cibi non bene coquuntur, & deperdita substantia non faciliè regeneratur. Præterea & cum vlcus omnino absterfione indigeat, detergentia medicamenta dolorem excitant, præsertim in orificio ventriculi, cui faciliè cerebrum & cor compactur. D Exticcatione tandem opus est, vt vlcus cicatrice claudatur. Impeditur autem à chylo, & ingesta alimenta vim medicamentorum infringunt. 2. Periculosus est vlcus ventriculi, quò maius & sordidius est, & quod superiores partes ventriculi occupat; quia superiores partes in consensum trahit, vnde grauius symptomata oriri solent; & quod à materia est vitiosa, vt in Gallico vlcere. 3. Quæ absque inflammatione sunt vlcera ventriculi faciliùs adstringentium vsu curentur; quæ verò inflammationem simulque febrem coniunctam habent, non solum curationem non admittunt, sed nec in eadem magnitudine possunt permanere: Nam in dies maiora & maligniora fiunt, quandiu scilicet durat inflammatio. Galenus. 7. aph. 37. 4. Inueteratum hoc malum hienteriam affect, & ex atris & corruptis humoribus dysenteriam.

Indicationes

Indicationes. Vt in aliis vlceribus: ita & hinc vnitæte soluta vnienda, substantia deperdita regeneranda, caritas implenda, & tandem cicatrix inducenda est. Remouenda quoque impedimenta, quæ naturam in opere suo morari possunt. Ergo si vlcus sordidum sit, abstergendum & mundificandum: Si adsint intempesies, illa corrigenda, & omnia, quæ in vlcere curatione requiruntur, peragenda, de quibus Galenus, 3. meth. med. cap. 3. Si quoque membrum aliquod sit, quod humores vitiosos ad ventriculum mittat, illius habenda est ratio.

Curatio.

Curatio.

Ergo si sanguis abundat, & vires ferunt, in initio vena aperienda: Si autem malum diu duravit, venæsectio omittenda. Postea si prauus aliquis humor adsit in ventriculo, lementibus saltem, vt syrupo rosar. solutiõ, aut hierâ pierâ vtendum. A fortioribus verò purgantibus abstinendum, quòd & ventriculum debilitant, & humores ad eum trahunt. Vomitus quoque planè vitandus, ne quod exulceratum est, magis dilaceretur. Hinc detergentia & moderatè siccantia medicamenta vsurpanda, quæ nisi præmittantur, consolidantia nil utilitatìs afferunt. Et nunc lenioribus, nunc fortioribus prout opus, vtendum, eaque omnia per os exhibenda, cum nulla alia ad ventriculam via sit. Detergentia sùnt in ventriculo calidiore, aqua herdei simplex, aqua mellis, quæ & loco potus vsurpari possunt; aqua saccharata vel hordei cum emulsione seminum 4. frigid. maior. conferu. rosar. aqua hordei dissoluta & colata. In ventriculo frigidiore mulsâ & iure ciccerum vti licet, item decocto hyssopi ac schœnanthi cum melle, vel sine eo. Fortius abstergût farina orobi, & radix iridis cum melle, ac si vlcus sit sordidius ad hieram simplicem accedere licet, quæ pondere ʒ. j. vel ʒ. ij. exhibetur, & aqua hordei vel serum lactis superbibitur. Si vlcus sit valde sordidum ac virulentum, folia oleæ, rutæ & agrimonix coquantur in vino rubro & colaturæ mane & vesperi antecibum haustus detur.

Medicamenta detergentia vlcus ventriculi.

Mundato vlculo, quæ carnem generant vlculque consolidant, vsurpanda; quæ quidem & extra adhibere licet. Extra quidem sola adhibere licet; quæ verò intrò dantur; cum quotidie nouæ aliquæ sordes generentur, iis aliquid mediocriter abstergentium admiscere vtile est; id quod duobus modis fieri potest. Primò, quod commodius, vt præmittantur mundificantia, & postea subinngantur abstergentia. Deinde, vt misceantur adstringentia cum abstergentibus. Indies tamen abstergentia minuantur, donec tandem solis consolidantibus locus sit.

Exsiccantia & glutinosa.

Tandem vt vlcus consolidetur & claudatur, epulotica ac cicatricem inducentia cõueniunt. Exsiccant & glutinant, thus, mastiche, gummi Arabic. tragacantha, sanguis draconis, C. C. vsum ad pondus ʒ. ij. vel ʒ. i. exhibita cum aqua mulsâ, aut in formam pastillorum redacta, trochisci de carabe; syrupus cydoniorum, myrsinus. Efficax est & hoc medicamentum. ℞. Thur. mastich. tragacanth. an. ʒ.

Cicatricem inducentia.

A iij. succini, ʒ. i. sang. dracon. ʒ. ʒ. Cum syrupo cydonior. Fiant Trochisci pondere ʒ. j. Cicatricem inducunt acacia, balaustia, hypocistis, bolus Armenus, sumach, terra sigillata, conferua rosarum antiqua. Et dantur hæc & similia in ventriculo calidiore cum aqua plantaginis, in frigidiore verò cum aqua menthæ, aut vino nigro austero. ℞. Tragacanth. ʒ. ij. succi plantag. ʒ. i. b. santali rubri, corall. rubror. an. ʒ. j. conferu. rosar. antiq. ʒ. ij. syrup. cydon. q. s. Fiat Electuarium. Vel ℞. Thuris, sang. draconis, an. ʒ. ij. b. rosar. balaust. succini, boli Armeni, an. ʒ. j. F. Puluis cuius ʒ. j. detur cum succo vel miva cydoniorum. ℞. Rosar. rubr. boli Armeni, gummi Arab. an. ʒ. j. b. granor. myrti, tragacanth. spodij balaust. acacia an. ʒ. ij. b. succini, mastich. sangu. draconis, an. ʒ. j. Cum aqua plantaginis. F. Trochisci. Vel ℞. Spec. diatragac. frigid. pulueris sumach, mastiches, sangu. draconis an. ʒ. ʒ. Cum syrupo myrsino. Fiat Electuarium. Licet & ventriculo adstringentia extra apponere, vt cicatrix intus producat. Vngatur ergo ventriculus oleo cydonior. mastich. myrsino, cum puluere corallior. & emplastrum de crusta panis imponatur. Vel ℞. Boli Armeni, namia, alois, myrrh. mastiches, an. ʒ. ij. Incorporentur cum resina ʒ. v. j. F. Emplastrum, quod ventriculo imponatur. Et talia externa medicamenta consolidantia omnitempore applicari possunt; cum ventriculum confortent, viceris augmentum prohibeant, & ad conglutinationem præparent.

B

C

Dieta.

Dieta medicamentis respondeat. Ideoque cum animus est vlcus mundificare & abstergere, abstergentia cum cibo & potu misceantur, & maximè in principio cœnæ & prandij, atque abstinendum ab adstringentibus. Cum verò vlcus iam consolidatum, aut cum fluxus ventris cum vlcere adest admiscenda adstringentia, vt pani admisceatur mastiche; cibi reliqui condiantur succo granatorum vel cydoniorum. Et in primis cibus ad consolidandum puluerem ex fructu sorbi maturo exsiccato, plantagine, radicibus consolidæ maioris admiscere vtile est. Cibi ipsi sint facili coctionis ac boni succi, actu & potestate siccantes. Vitentur verò amara, acria, salsa, acida, item nimis dulcia & pingua. Conueniunt pulues ex amylo, farina hordei, prisana, oryza, amygdalis, ouorum vitellis. Vitet æger motum vehementem.

Dieta.

LIBRI TERTII

PARTIS I.

SECTIO SECVNDA:

DE SYMPTOMATIBVS
VENTRICVLI:

CAPVT I.

De Anorexia & appetitu Ventriculi deiecto.

A TQVE hætenus absolvimus morbos, qui ventriculo accidere solent; explicanda iam sunt Symptomata, quæ ei & circa actiones eius contingunt. Et primò actio ventriculi est *χώνη*, seu cibi assumpti in chylum protæius corporis nutritione mutatio. Verùm huic primariæ actioni aliæ quasi ministræ inferuiunt. Nam primò appetitus vt aliis animalibus, ita homini etiam datus est, quo, vbi defectum alimenti percipit, cibum & potum desiderat. Deinde data est ventriculo vis retentrix, qua cibum & potum tandiu retinet, & arcè amplectitur, donec à facultate coctrice in chylum mutatus sit. Tertio, cibus coctus & in chylum mutatus ad intestina transmittitur, vt inde ad Epar transeat, & in sanguinem totius corporis alimentum mutetur. Atque in his actionibus omnibus varia symptomata accidunt. Abutitur tamen natura quandoque etiam ventriculo, qui primariò coctioni destinatus est, & per illius orificium cum superius, tum inferius vitiosos humores interdum expellit. Præterea quia nerui etiam sextæ coniugationis ventriculi orificio inseruntur, & tunica eius membranosa sunt, in tactu quoque symptomata dolores scilicet, ventriculo accidunt. Atque ita agendum erit secundum ordinem, quo actiones hæc sese consequuntur. Primò de appetitu cibi & potus læso, cuius plura sunt symptomata. Deinde de symptomatibus & actionibus læsis, quæ circa retentionem accidunt, qualia sunt palpitatio, conuulsio, tremor, vibratio ventriculi, ruminatio, cœliaca passio & lienteria, quæ duo tamen symptomata, potius vel simul intestinorum affectiones sunt. Tertio de coctione læsa & imbecillitate ventriculi, seu coctione debili, *ἀσπία*, seu cruditate, item ciborum corruptione. Quarto in retentricis symptomatibus explicanda erunt singultus, ructus, nausea, vomitus, cholera. Quintò agendum erit de cardialgia, dolore & anxietate ventriculi, ardore stomachi, attritione ventriculi ac stupore eiusdem. Secundo accidunt etiam ventriculo symptomata in excretis p. n. vt cum sanguis, menstrua, vermes, glandes, clysteres, & alia p. n. è ventriculo reiciuntur. Tandem quòd qualitates mutatas attinet, etiam maculæ p. n. in ventriculo repertæ sunt, de quibus symptomatibus iam ordine agendum est. Atque vt à læso appetitu incipiamus, cum animalium corpora in perpetuo

A fluxu sint, & dissoluantur, ne præmatura morte obeant, continua nutritione & instauratione opus habent. Ideoque is, & inter ea etiam homini insita est nutrimenti ad corpus conseruandum necessarij appetentia, & sensus quidam, quo defectus alimenti percipitur. Qui etsi toti corpori insit, maximè tamen viget in ventriculo, ceu penu & promptuario alimenti, in quo primò ciborum pro totius corporis nutrimento fit concoctio, & præcipuè in orificio eius, quod propterea à sexto pari neruorum neruos satis grandes accepit. Et quidem, vt à Galeno, i. de *symptom. causis* cap. 7. recensentur, quinque sese ordine, in appetitu alimenti consequuntur. Primum est euacuatio, & dissipatio substantiæ corporis per continuum illum effluxum, hinc sequitur *εὐνομήσις*, seu naturalis alimenti, quo corpus nutriatur, & instauretur appetitus: Tertio factio venarum inanitarum in toto corpore, qua venæ minores à maioribus, & hæc rursus ab aliis partibus sugunt, donec tandem ad ventriculum, vt cibi promptuarium, peruentum est: Quarto loco est sensus in orificio ventriculi, quod tactu maximè valet: Ac tandem Quintò appetitus animalis, quo animal vellicationem in orificio ventriculi percipiens ad famem & sitim explendam, querendamque cibum & potum sese confert. Atque ita fames naturalis est appetitus secundum naturam nutrimenti, à sensu suctionis venarum, ex penuria alimenti in ore ventriculi excitatus, vt assumpti instauratione fiat, atque ita corpus conseruetur. Læditur autem appetitus variis modis, vel quia imminuitur, vel quia aboletur, vel quia deprauatur; de quibus iam ordine agemus, & primò de appetitu deiecto. Nam aliquando cibum quidem appetit homo, sed minus, quam par est; aliquando planè eam auersatur. Appetitus diminutus est *συνψία*: ablatus, *ἀσπία*, & *ἀνομία*. Donatus ab alto mari etiam *ἀνομία* cibi fastidium appellari censet s. *aph.* 6. Verùm non simplex cibi fastidium est *ἀνομία*, sed morsus potius officij ventriculi, & inde proueniens anxietas, & quasi nausea, & ad vomitum inclinatio ab humoribus vitiosis ad excretionem ventriculum stimulantibus. Appetitus tamen deiecti magna est varietas. Primò enim interdum homo per morbum appetitum per dies aliquot saltem amittit, vt cibum nullum omnino desideret; aliquando verò non solum per dies, & menses, imò & annos aliquot nonnullos sine cibo vixisse comperit est. Quæ res cum satis mira sit, agam de iis,

In alimenti appetitu quinque sese consequuntur.

Appetitus deiecti differtentia.

qui diu sine alimento vixerunt, *capite sequenti*. Deinde aliquando cibum homo non appetit, sine nausea tamen vel fastidio, non secus ac sani, qui dum saturi sunt, cibos alijs etiam sibi gratos non appetunt, sed sine nausea & abominatione; aliquando verò ægri cibos non solum non appetunt, sed ita quoque auersantur, vt non solum ad eorum gustum vel odoratum, verum etiam visum vel mentionem exhorrescant, & nauseam concipiant, imò quandoque ad vomitum concitentur. Vbi ergo æger cibum tantum non appetit, sed sine nausea & abominatione, inappotentia appellari potest. Cùm verò cibum æger etiam abhorret & auersatur, id fastidium ciborum & nausea dicitur. Qui affectus cùm etiam causis differant, seorsim explicandi sunt.

Inappotentia & fastidij ciborum differentia.

Inappotentia causa.

Inappotentia causa.

Et primò inappotentiam quod attinet, cùm proxima appetitus seu famis causa sit sensus suctionis in ventriculo, & præcipue in eius orificio, hinc patet, deiectionis appetitus causam esse deficientem sensum suctionis in ventriculo; appetitumque cibi non fieri, vel diminutè fieri (nam appetitus abolitus & diminutus ferè causarum magnitudine saltem differunt) dum vel nulla, vel exigua sit suctio; vel suctio non percipitur, & sensus suctionis vel amissus vel diminutus est. Suctio non fit, vel exigua fit, quia alimentum in corpore abundat, & nulla ferè fit in corpore absumptio. Hoc modo vt appetitus planè deiciatur, viæ aut certè rarius fieri potest, cùm calor innatus, quamdiu viuit homo, aliquid continuò absumat; quia nunc plus, nunc minus, prout ipse calor est debilior vel fortior. Diminui tamen non raro appetitus potest hac de causa, si corpus nimis plenum est, & multus crudis humoribus abundat, aut aliqua consueta euacuatio, vt mensium, vel hæmorrhoidum suppressa est, aut consuetum exercitium homo omisit, ac otio & quieti nimis indulgit. Pertinet huc & cutis constipatio ab aëre, seu ab alijs causis, ob quas naturalis *digestio* impeditur. Secundò suctio non fit, quia multi crassi & lenti humores in ventriculo abundant, siue in eo geniti sint, siue à capite affluant. Sic & cibi crassi & pingues appetitum deicere solent. Idem accidit silentore illo, quo, vt lubrica essent, ventriculus & intestina naturaliter intus obducuntur, nimium ventriculus abundet. Si enim lento illo humore quasi incrustetur, sensus eius obtunditur. Possit tamen hæc causa etiam ad sequentem referri, nimirum cùm suctio, sensu obtuso, non percipitur. Tertio suctio non fit, si obstructio aut tumor p. n. venas mesaraicas vel epar occupet, vt chylus per eas non satis distribuatur, sed in ventriculo immoretur. Vt enim inanitus ventriculus nouum cibum appetit: ita quando chylus in ventriculo subsistit, famis non excitatur. Suctio verò non percipitur, vel minus percipitur, etsi fiat, primò vitio facultatis sentientis. Et primò quidem ob resolutionem neruorum à sexto pari prodèntium, aut quia spiritus animalis, proximum facultatis sentientis organum, ad os ventriculi non dimittitur, vel transitus eius impeditur, vt in Apoplexia & similibus affectibus fieri solet, vel cùm spiritus deficiunt ac languent, vt in morbis grauibus, febribus imprimis acutis & malignis accidit, aut quia facultas aliò conuertitur, vt in phreneticis, melancholicis, & forti imaginatione occupatis accidere solet. Secundò suctio non percipitur vitio orificij ventriculi læsi à morbo, qui vel est intemperies, vel mala compositio, vt tumor p. n. vel soluta vinitas, vt vlcus. Et quidem intemperies est vel sine materia vel cum materia, eamque excitant vel causæ internæ, vt humor, aut vapor, vel à toto, vel à parte, vt ve rmi-

A bus in intestinis vel vtero immixtus; vel externæ, vt medicamenta, aut venena, quæ tamen potius occultam dispositionem p. n. quam manifestam intemperiem inducunt. Pertinent huc omnia caloris ventriculi cùm insiti, tum influentis, qui temperamentum eius absoluunt, vitia. Cùm enim calor is proximum sit animæ instrumentum, si lædatur, actiones bene fieri non possunt. Hinc accidit, vt non solum quæ calorem naturalem lædere, sed & quæ influentem dissipare ac euertere possunt, inappotentiam excitare soleant. Inde sæpè euenit, vt in febribus & alijs morbis appetitus deiciatur, cùm & influens & innatus calor corrumpatur: ita & in timore ac alijs animi affectibus. Spiritibus turbatis, vel aliò auocatis appetitus deicitur. Tandem huc pertinet & stupor ventriculi, sensu tacto eius labefactato; quod exhibitis narcoticis fieri potest, feruntque solanum furiosum vino infusum appetitum deicere. De intemperie tamen ventriculi est controuersia, & inter authores disputatur, an tam ab intemperie calida, quam frigida inappotentia fieri possit. Verum sciendum, intemperiem nunc esse magnam, nunc paruam. Si sit insignis, tam calida, quam frigida appetitum deicere potest, cùm omnis insignis intemperies actiones partis destruat. Si verò non sit insignis, frigida potius facit inappotentiam laxando & replendo orificium ventriculi.

Cibi fastidij causa.

Cibi verò fastidij, cùm homo non solum cibum non appetit, sed & auersatur & abhorret, causa est, inappotentia appetitiua inbecilla vel errans, quæ alimentum non vt iucundum, verum vt odore & sapore ingratum odio prosequitur, quasi naturæ esset summè noxium. Accidit hoc, cùm præui succi præcipue biliosi, putridi & corrupti, aciditatis tamen & saltèdmis expertes, orificium ventriculi occupant. Calor enim ventriculum laxat, humores in eo liquat, ac vires ventriculi deicere solet, vnde in febriem principiis cibi appetitus deicitur. Dum verò in morbi progressu humores putridi & corrupti ad eum conflant, etiam alimentum abominari & abhorre ægri incipiunt. Humores enim illi corrumpunt orificium ventriculi, & temperamentum eius euertere solent. Et naturalis appetitus sibi similis appetit, noxia verò auersatur. Videmusque in eodem agro plantas diuersas quamlibet sibi similem succum attrahere, diuersum verò & sibi minus conuenientem relinquere. Ita etiam accidit, vt quamuis corpus alimento indigeat, quia tamen succus, qui in ventriculo est, corpori alendo aptus non est, natura eum etiam auersatur, nec venæ eum sugere cupiunt. Hinc postea euenit, vt facultas appetens cibos etiam, qui offeruntur, eodem modo quasi noxios auersetur; nec facilè hoc malum emendatur, nisi præui illi succi sint sublatis, & venæ humores vitales iterum sugere incipiant. Ad quod pertinet & illud, quod ex nimio alicuius cibi vsu, aut minus dextro vsu, fastidium eiusdem nonnunquam oboriri solet. Accidit quoque, vt quibus in morbo fastidium cibi aut potus alicuius cœpit, ij quoque à morbo liberati eum fastidiant, nausea illa & fastidio impresso manente, de quo etiam *cap. 3.*

Signa Diagnostica.

Ipsè quidem appetitus deiectus, vel cibi fastidium signis, quibus innotescat, opus non habet, ægorque ipse conqueritur, se nihil haud parum appetere, vel etiam cibum abhorre. Idemque ab æstantibus obseruatur; modò mens ægrotantis constet, neque homo simulet affectum, qui reuera nullus est. Causæ verò, quæ inappotentiam ac cibi fastidium excitant, vt cognoscantur, signis opus est. Et quidem si suctio non fit, idque ob alimenti aliundantiam, vires

Signa.

non prosternuntur, etsi exger aliquandiu à cibo abstineat. Apparentque indicia sepletionis totius, patet densitas cutis, aut imbecillitas caloris naturalis, aut fedundantia humorum crudorum adest; homo vitam otiosam sectatus est, atque aliæ causæ repletionis totius ante enunciatæ adfunt, & ex caliditate, sicantibus, attenuantibus utilitatem percipit exger, laeditur vero à gastritis. Si vero vitio venarum in mesaricorum non fiat tractio, alius liquidiora & humidiora exgerit. Si autem suctio non sentitur, vires ob alimentum defectum, siccificantur, corpusque gracile evadit, atque extenuatur. Causa etiam letæ lesionis cognoscitur è signis cerebri, vel nervorum sexti paris læsis. Extrema quoque causæ suis signis se produnt, atque etiam antecesserunt causæ insigniter refrigerantes vel stupefacientes, ac tum exger, si acria vel mordacia sumat, nullam mordicationem percipit, nec singulæ excitatus adfunt, que præterea, quæ calore ventriculi debilitandi vim habent, quæ ex intemperie ventriculi, cuiusque morbis patent.

Prognostica.

Prognostica.

1. Anorexia malum est non contemnendum; quia corpora siccata, ad omnes operas imbecilliora reddunt, ac mensurationi animalis adversatur. Maius tamen vel minus malum porcendit pro magnitudine ac paritate causæ, à qua oritur. 2. In omni morbo constare mente, & bene se habere ad ea, quæ ostenduntur bonum. Contra vero habere se, malum, 2. *Aph.* 33. Languentis enim & facultatis animalis & naturalis indicium est, & spem de recuperanda salute exiguam præbet. Et 3. *Epidem. com.* 3. *aph.* 30. Galenus ait; Respiratio & ciborum appetentia in ægrotante magnum ad salutem pondus habent. 3. In morbo diuturno *anorexia*, seu cibi fastidium; & sinceræ dejectiones, malum, 6. *aph.* 6. Significatur enim extinctio facultatis appetentis in officio ventriculi, seu ob maximum frigiditatis excessum, seu ob materiam insigniter putrefactam. Cùmque diuturno morbo affecti vires aliter, quam nutrimento recuperari nequeant, si illud nec assumatur nec apponatur, viribus tandem plane consumptis ægrum extinguere necesse est. 4. Malum & facultatis appetentis collabentis signum est, si exger, quos desiderare se aiebat, cibos, postquam gustavit, fastidiat, nec comedat: peius tamen si adhuc habent, qui nil appetunt. Extrema enim facultatis appetentis deiectione significatur. Galenus, 2. *Epidem. com.* 2. *text.* 3. 5. Incommodè hoc malo pueri afficiuntur, ut potè, qui naturam edaces sunt, & plurimo alimento indigent. Magni enim p. n. excessus significatur, si puer anorexia afficiatur. Galenus, 2. *aph.* 20. 6. Anorexia, si iuxta principium ac vigorem accidat morbi, non ita periculosa est. Modicior enim tum alimento exger opus habet, & si multum appetat; multumque comedat, plus damni quam commodi inde percipit, ac sublato morbo spontè appetitus redit. Si vero in declinatione totius morbi deiciatur appetitus, seu ex morbi diuturnitate, seu virium debilitate, seu aliqua immodica evacuatione, malum signum est, cùm caloris naturalis extinctionem & virtutis naturalis deiectionem significet: & medici curam id postulat, metusque est, ne exger vel recidivam patiat, vel alius morbus sequatur. 7. Prostratio appetitus ex læsione nervorum sextæ coniugationis à cerebro venientis difficulter curatur. 8. Si in morbo aliquo appetitus sit prostratus, & subito postea plurimum cibum exger sumpserit, non præcedente crisi aliqua & morbi imminutione, lethale signum est: quia cerebri læsionem & virtutis sensitiæ extinctionem significat.

Curatio. Cùm appetitus læsus à variis causis dependeat, curandi ratio etiam simplex esse non potest; sed pro causarum varietate varie instituenda; quæ quæ singulæ suo modo tollendæ. Quæ præter si nulla fiat suctio, causam, quæ suctiōnem impedit, tollere & removere oportet. Si succi naturales abundent, & quæ plenitudinem imminuunt, conveniunt, ut sunt inedia, exercitium, frictions valide & molles, frigidus balnearum usus. Quæ si non sufficiunt, aut minus adde, quod expectat, præstant; sanguinismissio instituenda. Eadem mediis competunt, quæ ex intemperie & immodica ciborum ingestione cruditatibus in ventriculo emolatis in anorexiam inducunt. Si ratio in ventriculo vitiosi humores abundent, vomitu vel per alium evacuentur; & simplicissimè amara eligantur, quæ simul abstergent, atque succi calorem ventriculi amittit dicitur. Fortiora vero medicamenta, vel scammonium & colocynthis, quæ os ventriculi, & in hoc appetentiam lædunt, non conveniunt. Si homo ex otio & exercitiis omissis cibum non appetit, vitiosus satperandus. In frigida & humida corporis constitutione calida & siccantia conveniunt. Si constipatio & condensatio per totum cutis adit, laxanda cutis, quod commodissime præstat, balneum aquæ dulcis. Vtilis sunt & frictions lenes totius corporis. In ventriculi imbecillitate & venarum ac epatis obstructione utilis est hie potus: *Rad. petroselin. feniculi, apij, cichorij an. ꝑ. ʒ. absinthij, taraxaci, an. M. j. flor. rosar. M. ss. cichorij ꝑ. ꝑ. sem. coriand. præpar. ꝑ. j. fol. fen. elect. ꝑ. vj. sem. anisi ꝑ. iij. unarum passar. ꝑ. j.* Infundatur in tribus partibus aquæ, & una vim thenani pro ꝑ. j. b. Stent in infusione hor. 24. vase clauso in loco calido; Colatura expressæ adde syrup. cichorij cum rhubarb. de meniha, de absinthio an. ꝑ. j. Cum albumine oui depurentur & clarificentur. In decocto clarificato suspendantur in nodulo *Rhabarb. elect. agarisi trochiscati, spec. aromar. rosar. diarrh. abbat. an. ꝑ. ss. spica; schenamb. an. ꝑ. vj.* Dos. Cayathus vhus horis ante partum; Si vero suctio non percipitur, idem causæ, quæ suctiōnis sensum impedit, tollenda, siue aliqua sit intemperies, siue humor, de quo supra dictum. Præcipue tamen bilis & pituita appetitus sensationem impedire solent. Et quidem bilis, præcipue in febris, ventriculum affligit, quæ qua ratione tollenda sit, quæ supra de intemperiebus ventriculi dicta sunt, patet. Nimirum bilis evacuanda, & ventriculus postea roborandus; Evacuatur commodissime vomitu, vel per alium: cui rei inservit absinthium, si eius ꝑ. j. coquat, & decocti ꝑ. v. vel ꝑ. vj. cum Syrup. rosar. solutio exhibeatur, aut hiera, si bilis tenacius adhærescat. Quæ ratione intemperies cum j. cuncta curanda sit, etiam supra dictum. Hoc saltem addimus; etsi pituita, & frigida, calefacientia indicat; tamen non confertim & subito hoc faciendum, ne humores subito fuli flatus generent, & in univsum corpus distribuuntur, ac obstructions pariant. Quæ propter causæ hinc agenda, & primo curanda, ut exger parè comedat, & bibat, & vitia attenuante utatur. Possunt etiam in prima mensa comedere ea, quæ salsa sunt, cùm sal incidendi & attenuandi vim habeat; & postea ea, quæ vim detergendi habent, ut lupari, quale est ius Brassicæ primum non exquisitè coctæ. Ad extenuandam vero pituitam commodum est, primo oxymel exhibere cum mellis rosarum parte quarta. Postea medicamentum, quod Diatriopipereon appellatur, & quidem simplex, quod tantum ex tribus piperum generibus conficitur. Etsi enim validius calefacit piper: tamen tenuis substantiæ est, & tenuium partium,

quæ propterea citius discutiuntur, nec epati inde calor imprimitur. Pituita hoc modo incisa & deterfa euacuanda est vel vomitu, vel per aluum, medicamentis supra propositis. Tandem ventriculus roborandus, quæ ad rem utile est aromaticum rosatum; item absinthium, siue decoctum, siue in vino, quod præterea etiam insignem facultatem appetitum excitandi habet. Simul etiam appetitum excitantia vsurpanda, quæ in causa calida refrigerantia esse oportet, ex aceto, succo limonum, agresta, aurantiis acidis, granatis acidis, quibus cibi condiri possunt. Conuenit etiam lactuca aceto condita. E. Chymicis Spiritus vitrioli & salis, aliaque de intemperie ventriculi calida proposita. Contra in causa frigida vsurpanda calefacientia ventriculum, itidem supra reparant: quæ & coctionem adiuant, & appetitum reparant. Hinc panem ex vino maluatico sumere, cibos atomatibus condire utile est. Conuenit etiam hæc oxymel scilliticum. In vtraque causa oxymel simplex, Spiritus vitrioli & salis. Quod si ob facultatis lentientis vitium non fiat appetitus, curatio ad causas & morbos, à quibus ille provenit, dirigenda. Si nimirum ob melancholiam, vel aliud quodque deliquit agi cibum sumere detrectant, ad morbum illum curatio dirigenda; interim ægro quantum fieri potest persuadendum, vt cibum sumat. Si ex humore maligno in febribus appendi vis extinguatur, ad febrim curatio dirigenda, & intetum vt æger cibum sumat, ei persuadendum. Si propter læsionem nerui sextæ coniugationis fiat appetitus prostratus, cerebrum confortandum.

Causis sublatis etiam hæc appetitus excitandus. Danda nimirum salsa, acida & acria, quæ similem functionem illi, quæ sit à defectu alimenti efficiant. Pinguia vero vitanda. Et imprimis acetum utile est, quod si maiore quantitate bibatur, fastidium illud à vino potu, in quo radices solani furiosi maceratae fuerint, ortum, vt & ab aliis narcoticis profectum, tollit. Eligenda tamen ea, quæ contrariam causam morosæ dispositionem inducant. Simulque præbenda ea, quæ gustu & olfactu sunt grata, vt ex quibus appetitus excitatus sepe in desiderium cibi erumpit. Cibi vero fastidium à calore & humore corrupto os ventriculi occupante proveniens, curatur iis, quæ calidam intemperiem corrigunt, & humorem euacuant. Verùm hæc appetentia, cum plerumque accidat febricitantibus, febre eiusque causa sublata etiam cibi fastidium cessat.

Dieta.

Dieta

Vitentur omnia, quæ os ventriculi laxant, vt pingua, oleosa, butyrum, cerebrum animalium imprimis, & omnia, quæ ingrata & nauseabunda sunt, ac ingratum odorem habent. Vt enim Galenus, 8. de compos. medicam. secund. loc. cap. 3. monet, omnia, quæ bonum gratumque odorem spirant, ventriculo grata sunt, & appetitum excitant, sicut quæ malè olent, eundem turbant & subuertunt. Non omnibus tamen omnia pariter grata & ingrata sunt. Vsurpentur etiam ea, quæ vim habent sensum appetitus stimulant, qualia sunt salsa & acria. Ideoque condimenti loco sumatur acetum, citria poma, aurantia acida, cappares, oliuæ, gingidium cum aceto, teste Galeno, 2. de alimentor. facultat. cap. 34. & 55. & 3. eiusdem operis cap. 31. Cibus ita præparetur, ne multa masticatione opus habeat, alioquin & si diu ore versandus sit, ingratus euadit, & appetitum euerit. Vinum in causa frigida sit & subastringens. Commendatur & absinthies, quod tamen etiam in bile in ventriculo redundante utile est, modo appetitus deiectus non à calore nimio proficiscatur. In calida causa frigidus potus assuetis permittatur, quia constringendo os ventriculi appetitum ex-

citatur. Hinc Hippocrati, Epid. com. 2. text. 20. Aqua vorax est, id est, seibi appetentiam efficit. In diuturna tamen ventriculi imbecillitate aqua potus non permittendus. Sed forsitan loquitur Hippoc. loco allegato, non de potu aquæ, sed de motu & versatione circa aquas. Vnde piscatores & nautas auidè cibum appetere videmus. Qui cibos non à deteriosis appetunt, cibos vero boni tacti auersantur pertinaciter, iis cibis parum deterior permittatur ex consensu Hippocratis, 2. aph. 38. Quæ enim auidè appetuntur, & valde oblectant, modo copia non excedat, auidius attrahuntur, firmiter retinentur, melius concoquuntur, minusque exercementi relinquunt. Si à corporis constitutione frigida & humida deticiatur appetitus, potus & cibi calefaciendi, sicandæ, attraheudi vim habeat, calorque sopitus quasi excitandus exercitio & laboribus; exercitiumque in iis, qui id ferre possunt, summiopere utile est, cum distributionem ciborum promouendo appetitum plurimum excitet. Huic videmus eos, qui laboribus dediti sunt, etsi ter vel quater de die comedant, tamen cibum auidè appetere, cum in quædam degentes vix semel eum auidè appetant. Somnus non sit nimius; cum distributio cibi per vigiliis potius fiat, quam per somnum, ea que peracta appetitus redeat. Hinc accidit, vt vigilantes citius esuriant; spatiumque, quod inter prandium & coenam est, breuius sit, quam quod est inter coenam & prandium, eo que elapsa non minus appetamus, quam hoc.

CAPVT II.

De longa à cibo & potu abstinencia.

Corpus nostrum, vt & aliorum animalium in perpetuo fluxu esse, continuoque eius aliquid dissipari & absumi, & propterea alimentis, quibus id, quod absumitur, instauratur, indigere, ac nisi alimento reficiatur, tandem de vita hominem periclitari, nemini ignotum est. Id quod Hippocrates, lib. 1. cap. 27, septimo die fieri scribit, censetque, lethalem esse in diem, quæ septimum diem excedit: Cuius sententia subscribit Macrobius, lib. 1. in som. Scipion. c. 6. Plinius vero, lib. 11. cap. 24. longius assignat spatium, vnde decem scilicet dierum. Et experientia ipsa testatur, nonnullos ultra septimum diem sine cibo vixisse. Tempus tamen varium est. Cardanus, lib. 11. de subtilitate refert quendam Leonard. Pictorientem se sensim eò traduxisse, vt semel tantum in septimana cibum sumeret. Et follorem quendam, quam puteum foderet, terræ ruina oppressum sub tabulato, quod obiecerat, septem dies noctesque sine cibo & somno sola vrina epota vixisse, Barthol. Anulus, in pillâ poësi, scribit. Ferunt etiam nonnulli & nunc Græcos monachos ad septimum diem vsque ieiunium extendere & omni cibo abstinere. Citesius quoque Medicus, in tract. de abstinentie Consolationea, narrat Petrum Alchantaram, Monachum Hispanum, singulis mensibus octo diebus continuis ab omni cibo abstinuisse. Et Isocratem Rhetorem ab aliis 4. ad alios 9. dies à cibo abstinuisse accepit Plutarch. refertq; in opusculo de vita decem Rhetorum. Auicennas lib. 1. fem. 3. doct. 5. c. 2. scribit quendam à potu vnus libræ olei violacei, in qua cera & adeps dissoluta fuerant, donec in Emplastro formam coiuissent, diebus 10. cibum non appetuisse. Et sepe in morbis obseruatum, ægros multis sepe diebus nullum cibum vel appetere vel a sumere. Beniuemus, de abdit. morb. & sanar. causis. c. 108. scribit, monialent quendam motis Cælij suffocatione vteri laborantē ad 10. diem solâ panis buccella vitam traduxisse. Plato, de

Animalium corpora continuo alimentis reficienda. Quamdiu homo in diem tolerare possit. Exempla eorum qui diu sine alimentis vixerunt.

Repub. Etum Pamphilum inter eos, qui in aëre ceciderant 10. dies veluti mortuum iacuisse, postea quo rogo impositum reuiuissse. Horatius Augu. *de sang. miss. cap. 15. lib. 4.* testatur, se vidisse rusticam mulierem, quæ grauida & vlcere ventriculi laborans vigenti diebus sine cibo vixerit, tandemque mortua fuerit, mortuæ verò vtero aperto viuus fœtus extractus sit. Cardanus, 11. *de Subtil.* scriptum reliquit, inueneri quendam Scotum sub Cleinentē VII. Pontifice vndecim diebus in custodia sine cibo detentum fuisse, qui aliquando ad 30. dies sine cibo perdurauit. Et fœminam, quæ sine cibo quandoque dies 30. transegerit, in Germania vixisse, author est Albertus Magnus, *lib. 7. de animal. tract. 3. c. 3.* Idem eodem in loco regnante Friderico II. Imperatore, Coloniae fuisse virum melancholicum refert; qui clausus a recto in loco, & custoditus saluis sigillis sine cibo septem hebdomadas vixit, quotidie aut alternis diebus semel hauustum aquæ frigidæ bibens, & præterea nihil assumens. Augustinus, *Epist. 86. ad Casulanum*, scribit, temporibus suis quendam 40. diebus sine cibo vixisse. Ex Plutarcho, in *Symposiacis* & Athenæo, in *Dypnosophistis* notum est, Timonis auiam sine amitam, siue nutricem quotannis vsque ad more bimestre tempus in Ciliciæ spelunca sine alimento semianimen detulisse. Et Fernellius *lib. 6. Patholog. c. 1.* narrat, se vidisse grauidam, cui tuberculo duro & magno ita os ventriculi obturabatur, vt quicquid indebatur mox remearet, atque sic nihil cibi potusque bimestri spatio sumpsit, tandemque mortua sit.

historia de Anverò quæ de Lucomoriæ Moschouæ populis
Lucomoriæ natrantur recensere debeam, cum multis proculdubio
populis. fabulosa videri possint, dubito. Recenter tamen
ea Sigismundus L. B. in Herberstein, in *rerum Moscouitic. Com. ment.* scribitque, quod Lucomoriæ populos ultra Obi fluuium in montibus sitæ, in singulos annos nempe 27. die Nouembris, quæ apud Ruthenos S. Gregorio sacra est, mori ferant, ac vere insequente, maximè ad 24. Aprilis, ranarum instar, denuò reuiuiscere. Cum his quoque Grustintzij & Sperpanomotzij populi noua, & aliàs inconueta habent commercia. Cum enim statum tempus moriendi, seu dormiendi iplis imminet, merces certo loco depouit, quas Grustintzij & Sperpanomotzij, relictis suis interim æqua commutatione mercibus, auferunt: eas illi rediuiui, si iniquiori æstimatione abductas esse viderint, rursus repetunt, vnde lites plurimæ & bella inter eos oriuntur. Eandem historiam Franciscus Citesius, in *Opusculo de abstinate Consolentanea*, fide dignorum virorum testimonio confirmat. Tota autem narratio sic se habet: *Id omnis exceptione maius est, Henrico etiam Terio in Polonia agenti à Principibus fide dignissimis testatum. Aderant quamplurimi Gallia Proceres, Senatores. Aderant & ante Medici, inter quos D. Ioan. Piduxius, primicerius noster & Decanus, non artis Medica solum, sed totius etiam narrabilis historia scientia clarissimus, Illustrissimi Principis Ludovici Gonzaga Niueruensis Ducis valetudinem tunc regere solitus, sed & ipsi Regi consilij copiam præbere, à quo id primum didicimus. Relatum est ab Alex. Guagnino Veronensi peditum in arce Vitebska finissima Moschouia Prefecto, in sua Moschouia descriptione. Quidam igitur populos, refert, Lucomorian vltioris Sarratia regionem incolentes, quotannis 27. Mensis Nouembris die, velut hirundines & ranas, præ intenso brumali frigore mori (siue potius obrigescere.) Postea redeunte vere 24. Aprilis die eos denuò reuiuiscere. Ipsos autem hoc modo commercia cum Grustintziis & Sperpanomotziis populis sibi vicinis habere. Cum iam*
Operum Sennerti. Tom. III.

A futuram mortem imminere sentiunt, tunc merces suas certis in locis deponunt, quas Grustintzij, & Sperpanomotzij, suis mercibus interim æquivalentibus eodem loco relictis, auferunt. Illi autem reuiuiscetes illas merces, si æqua commutatione sibi placuerint, pro suis accipiunt, sin minus iusta fuerint, à Grustintziis & Sperpanomotziis suas repetunt, vnde lites & bella hac de causa sapissime oriri dicuntur. Ceterum per soporem illum non extinguuntur innatus horum corporum (alioqui huic aëri assuetorum, geluque, vt loquitur Albertus Crantzius, rectoris) calor: quia in omnibus poris, meatibus ductibusque frigore conuenientibus & obseratis, circa viscera colligitur, atque hac veluti antiperistalsi seipso in proximum ver auctior & vegetior efficitur. Periclitaretur inter omnes corporis partes maximè cerebrum, malis usque amplis foraminibus, narium præsertim patens, nisi dum rigere incipiunt, tenuis illis & aquea pituita è naribus stillaret, quæ (ex relato eiusdem D. Piduxij) non minus congelatur, quam spiritum ipsum, quod Sigismundus ab Herbestein frigore concretere testatur, antequam terram attingat: Sic noua subinde descendente, subinde concrecente ad terram vsque, eodem planè modo ea pituita producit, quo apud nos per ipsam hyemem pendula è protectis stillicidia; vnde naribus obturatis cerebrum aëris inclementia minus peruium & penetrabile est. Nam si quis aduersus hanc aëris iniuriam suum pollium amictum, tum curram mole instructior, stiriam istam vi diuellere tenter, statim irumpente, quæ dum a porta, in cerebrum aëre frigidiore, natiuus eius calor exinguitur, iacentesque æternam perennat Lucomori: Sin tempestatis serenioris leni aurâ detur frui, fusa illa pituita, sensim calor redit ossibus, redit suis membris vigor & sensus, idemque, qui prius incrat, functionum omnium ordo. Itaque hæc, etsi satis admiranda longioris abstinentiæ exempla sint, tamen quæ sequentur, admirabiliora & penè miraculis similia sunt, atque ea pleaq; non à remotioribus seculis petita, aut dubiæ fidei, sed quæ nostrâ patrumq; & auorum memoria acciderunt. Patanij anno Christi 1598. vt hanc historiam Alexand. Viguntia, ibidem Professor consignauit. Virgo sub occasum caniculæ febre, hinc tumore sinistri brachij, atque eo cessante dolore in articulis, ore ventriculi ac postea totius abdominis correpta fuit, in superq; motum sinistri brachij amisit, atque omnia alimenta vomitu reiecit. Hinc omnia edulia auersari, imò ad eorum mentionem & imaginationem nauisam concipere cepit. Medicamenta tamen facillè ingererat, retinebat, aluo egererat. Atque ita dum nihil cibi caperet, omnes excretiones naturales subtererunt, aluus fuit suppressa, per vesicam lotium non reddidit, clysteres iniecti nullas feces eduxerunt. Et sic vnum & alterum mensem traduxit, ad aspectum sana visa fuit, color fuit viuus, & nulla apparuit in corpore macies. Assumpto tum puluere, nescio quem humorem & verum vnum vomitu reiecit. Hinc per 3. menses eandemque quotidie vel alternis diebus sanguinem libræ pondere per aluum reiecit, primum floridum, mox aquosum & nigricantem, qui demum aluo subsistente vomitu reiectus fuit, & cum circa brumam paralytis remississet, cæca euasit ac delirare cepit, & ita octidmestri spatio ab omni cibo abstinuit, atq; interim sepius catalepsi correpta fuit, hinc iterum cibum capere, vrinam reddere atque aluum egerere cepit. Rursum verò 1. Augusti vomere cepit, atque eadè ferè, quæ prius, redierunt symptomata, & iterum per duos menses sine cibo vixit. Sedecim mensibus in Herutia in agro Lucensi puella 14. annorum anno Christi 1603. planè contabescens & solo aquæ simplicis potu vtens sine vilo cibo languida, somnolenta, taciturna, cruribus contractis, viuens, nullaque excrementa,

præter viuinam reddens visa fuit, quæ tamen postea iterum cibum sumpsit ac sana euasit. Duobus annis quendam ieiunasse testatur Cælius Rhodiginus, *lib. 13. antiq. lect. c. 24.* & Stendalientem mouialem itidem biennio sine cibo vixisse, Petrus Aponensis Conciliator dictus, *diff. 12.* & alium quendam etiam biennio sub Pontificatu Nicolai V. Citesius narrat. Tres annos sine cibo vixit puella 14. annos nata Consolento, vrbe in Lemouicum & Pictonum eonsinio ad Vigennam oriunda, cuius historiam descripsit Franciscus Citesius Medicus, edito libello, quem de abstinate Consolentanea inscripsit. Correpta est ea Anno Christi 1599. ætatis 11. circa 13. Calend. Martij febre, & cum aliis symptomatibus, tam vomitu conflictata fuit: Febre remittente obtinuit, & toto 24. dies sine voce fuit. Voce reddita, quanquam deliraret, omnium infra caput partium sensus & motus torpore, œsophago etiam resoluto omnem cibum abhorreere cepit. Post 6. menses tamen artuum motus restitutus est, manente cibi fastidio. Vniuersum abdomen contabuit, vt ab imis costis ad pubem vsque nihil pristini aqualiculi superfuerit, vt omnes abdominis musculos, intestina, viscera & reliquas ventris partes detractas putassey: Cæteræ corporis partes minus exhaustæ apparuerunt. Nam pectus amplum, vbera turgidula, brachia, cura modicè torosa, facies rotunda, sed fusca, labia nibra, lingua quidem contractior, expeditustamen sermo, caput pilis longissimis contextum erat, pilique, & vngues, imò totum corpus augebatur. Nulla corporis parte excrementa procedebant, non alio feces, non vesica lotium, non vtero menstruum, non cute sudor aut sordes. Vniuersa verò corporis cutis frigida & sicca tangentibus apparebat, vixque nullo motu incalefcebat, etsi in rem familiarem operam suam conferret, obsonium è foro peteret, pauimenti sordes euerteret, colum teneret, fufum rotaret, atque alia huiusmodi ministeria obiret, nullius partis sensu aut motu deficiente. Historiam puellæ in Gallia Narbonensi, quæ tres annos sine cibo & potu vixit, recenset Guilhelm. Rondelet. *1. lib. de piscibus cap. 13.* Guilhelm. etiam Fabricius, *cent. 2. obs. 40.* refert, Anno 1595. puellam annos 14. natam è Ducatu Iuliacensi Coloniam adductam fuisset quæ tribus annis omni cibo abstinuit; ambulauit, tamen, cum æqualibus lusit, saltauit, & alia negotia perfecit. Puella Spirensis, quæ quadriennium ab omni cibo abstinuit, Anno 1552. à Ferdinando Romanorum Rege, aliisque Romani Imperij proceribus inspecta est, cuius historiam annotauit Ioan. Langius, *lib. 2. epist. 27.* Imò & qui longiore temporis spatio ab omni cibo & potu abstinuerunt, comperiti sunt Nicolai eiusdem Vnderualdensis Heluetij, qui quindecim annis sine cibo vixit, cum alij, tum D. Iacobus Zuningerus, *in Epist. obseru. 33. cent. 5. Guilielmi Fabricij annexa*, mentionem facit. Mulieris, quæ 18. annis nihil comedit, meminit Petrus Aponensis, *in Commentario in problem. Aristotelis: Puellæ*, quæ viginti annis nihil comedit, Rogerius Bacho & Martinus Del Rio; *lib. 2. disquisition. magicar. quest. 21. Fœminæ*, quæ 30. annis ab omni cibo abstinuit, Ioan. Bocatius. Alterius, quæ 36. annis nihil cibi sumpsit, Conciliator, *diff. 12.* Viri, seu sacrifici, qui 40. annis Romæ à cibo abstinuit, Rondeletius & Iouberus; scribisque Rondeletius, *lib. 1. de pisc. cap. 13. de eo*, id ex Leonis Pontificis & multorum Principum custodia & Hermolai Barbari Historia fidèque certissimam esse. Et somnus diurnus Epimenidis Philosophi passim notus est, quem in æstiu meridiano diuersum in specum somnoque correptum alij 40. alij 47. alij 77. annos dormiuisse ferunt, qui etiã vigilans adeo temperans

A fuit, vt Plutarchus, *in symposiacis & lib. de facie in orbem luna* scribat, illum se ipsa ostendisse, exiguo admodum fomento naturam sustentare animal si nutrimentum vel oliuæ quantitate sumat. Et ex historia Ecclesiastica Nicephori, *lib. 14. c. 45.* notum, Decio Imperante apud Ephesios septem pueros corporibus iuxta ac animis fratres Christi fideles ob metum tyranni extra urbem in antrum aufugisse, cuius aditum cum persecutores probè extra manuisent, ij in somnum profundum præ anxio animi mœrore delapsi sunt, atque ita annos 373. dormiuerunt, & diuina prouidentia ita sunt detenti, vt neque corpora neque vestimenta eorum deflaxerint vsque ad Theodosij tempora. Et extant tales historiarum passim apud auctores plurimæ. Vnam atque alteram saltem, quæ in recenti sunt hominum memoria, & nostro seculo acciderunt, addero libet. In Palatinatu, in pago *Schmidvveiler* præfecturæ Cæsaro lautreanz puella fuit Catharina nomine, Victoris rusticani filia, quæ septem annis sine cibo & potu vixit, quem iussu Ioannis Casimiri, Comitis Palatini Henricus Smetius, & Iacobus Theodorus Medici 24. Nouembris Anno 1584. & rursus eiusdem Principis iussu Ioannes Postius Medicus aulicus & Valentinus Hennerus Medicinæ Doctör 14. Aprilis Anno 1588. visitauerunt, quo tempore parum iterum edere & bibere cepit, quorum de eius morbo symptomatibus relationem Henricus Smetius, *lib. 10. suorum miscellaneorum* inseruit. In qua notabile, quod nona hebdomade intensissimi dolores eam vexauerunt, & quod crassam lentamque pituitam, quantam ouï gallinae ceti testa dimidia capere posset, admisto sanguine euomit, & quod intra sex annos semel saltem octaua horæ parte dormiuit. Genuenses etiam Medici referunt, anno Christi 1601. puellam quãdam Pedemontanam, 22. circiter annos agentem, hilarem, agilem Genuam translata fuisse, & custodia traditam, deprehensumque, nihil præter aquam eam ingestisse, & ita plurimum annorum ieiunium tolerasse. Puellam Mersensem vltra annos 29. sine cibo vixisse, refert Guilhelmus Fabricius, *cent. 5. obs. 35.* Narratio autem hæc est: Anno 1612. 13. Iulij, cum dictus Guilhelmus Fabricius Mersiam veniret, agebat puella illa, nomine Eua *Flegen*, annum 37. vixerat que iam in annum 16. sine vilo cibo & potu, ab ineunte ætate valetudinaria fuit, & perpetuis capitis doloribus obnoxia, statuta fuit corporis mediocri, facie pallida, extenuata. Anno 1597. post F. Paschatos, qui fuit ætatis 21. paulatim ab omni cibo & potu abhorreere cepit, ita vt intra anni spatium potulenta omnia plane auersata sit, Primo inde quinquennio quolibet tertio die circa ortum Solis se splendido quodam lumine circumfundi, & mellita quadam substantia linguam atque os irrorari, seque inde refocillari aiebat. Cum etiam anno 1612. 11. Octobris in hortum ad preces fundendas descendisset, apparitiones varias habuit. Calor externarum partium erat temperatus, pulsus languidus, obscurus & ferè nullus, interim ordinatus. Incedebat in publicum, sed innixa baculo. Vixit adhuc sine omni cibo ac potu anno 1619. Notissima etiam est, Apollonia Schveieriana puella nata in oppido Gats ditiois Bernensis, quæ primo sensim panis, deinde ciborum aliorum omnium appetitum amisit, & iussulis tantum nutrita paulatim illotum etiam vsu abhorruit, & tandem saltem aliquot cochlearia vini aqua diluta, assumens, & eius vsu postea respuit, atque ita aliquot menses sine cibo & potu vixit. Fama ad Senatuum Bernensem delata, iussit is & matrem & filiam adduci & in Xenodochio vrbis custodiri, & obseruari num mater filiaque elanculum parigeret. In quam rem cum omni diligentia inquisitionem esset, cognitum tandem eam

ſine alimento viuere. Fuitque in Heluetia circa annum 1600. & ſeqq. à plurimis viſa, cuiuſq; hiftoriam edidit D. Paulus Lentulus. Notabile in ea hoc, etiã ſi muſce, quarum in hypocausto, vbi illa iacebat, magna erat copia, per faciem aliãſque corporis partes deuudatas obterrarent, illas tamen nullo modo ſe percipere, imò ne tempore hyemali ſe à frigore magnopere lædi affirmant. In hoc ſtatu peſſime vſque ad annum 1612. vbi circa feſtum natiuitatis Chriſti appetitus paulum redire cœpit, pederentini coctio in ventriculo, epate, aliſque partibus perſici, abdomen, quod antea extenuatum & induratum erat, ruſum emolliri & cleuari, excrementa per conſuetas vias iterum exereuit, muſculorum robur recuperauit, & quæ vltra 10. annos à cibo & potu abſtinens inuolida fuerat motum recuperare, ambulare, aliaque negotia perſicere cœpit. Mentis tamen operationes, quæ per totum inedie tempus integre fuerant, deprauari cœperunt & quædam quadam affecta fuit. Tandem hiftoriam recentiffimam, quæ ab aliis in literas relata nondum eſt, aſſerere libet, puellæ Halberſtadienſis, quæ annis decem ſine cibo, non tamen ſine potu vixit. Nata ea eſt Halberſtadij, anno 1601. 21. Nouembris, patre Matthia Bornemanno. Anno 1614. menſe Nouembris in morbum, procul dubio febrem acutam incidit, qua 14. dies grauiter laborauit, morbi tempore nihil cibi ſumpſit, atque etiam, vbi ſana ruſum euãſit, cibum auerſata eſt, ita vt die plus, quam nummo emeretur, ederet. Accidit poſtea, vt ad nuptias inuitaretur vbi cum ab æqualibus ad largius edendum cogeretur, cibumque paulò largius ſumeret, iterum per octiduum ægrotare cœpit, vt de vitæ eius deſperaretur. Hinc ad finem vſque vitæ nihil cibi aſſumpſit, ſed potus loco cereuiſiam, quæ ibi coquitur, ſingulis diebus ſerè ſextarium. Si verò ipſa inſcia etiam panis in cereuiſiam iniiceretur, eam non bibit. Corpus quidem ſatis incrementum ſumpſit, bonique fuit coloris: Ipſa tamen fuit debilis, vt vitam ſedentariam continuò agere cogeretur. Anno 1623. menſe Nouembri, accedente terrore & morſicitia, ob milites inſolentes, quos mater hoſpiti excipere cogebatur, vitam ſiuit. Verùm hiftoriarum ſatis eſt. Id iam agendum, vt in tam inſolitæ & admirandæ abſtinentiæ cauſas inquiramus. Vbi mira opinionum occurrit varietas. Primum enim nonnulli, vt breuiter ſeſe abſoluant, & ne in cauſis inueſtigandis labore cogantur, omnia ea, quæ hætenus narrata ſunt, pro fabuloſis habent, & multos ſimulaſſe potius, quàm reuera præſtitiffe iſtam inediam dicunt. Et quod Epimenidem in ſpæcie attinet, Plinius, cuius tamen ſcripta rebus mirabilibus & fabulis ſimillimis referentiſſima ſunt, quod de illo fertur, eum puerum ætu & itinere feſſum 57. dormiuiſſe annis, rerum faciem mutationemque mirantem, veluti poſtero experrectum die, pro vero venditare non audeat, ſed magna fabuloſitate tradi ſcribit, *lib. 6. Natural. Hiſtor. c. 52.* Et Ariſtoteles, *lib. 4. Phyſic. c. 11.* ea, quæ de iis, qui in Sardo ad Heroas diu dormiuiſſe dicuntur, in fabulis narrari ſcribit: neque res ipſa rationi conſentanea videtur. Cùm enim vita ſine calore naturali conſiſtere non poſſit, qui in humido radicali conſiſtit, calor verò humidum innatum depopuletur, & id proinde neceſſario inſtaurandum ſit: Omnino conſequi videtur, ſine cibo vitam conſiſtere non poſſe. Verùm enim verò ſit fanè, vt fabuloſa quædam hiſce admiſceantur, & apud Poëtâ præcipuè & fabularum Scriptores talia quædam occurrant, in quorum veritatem, quia remotis longè ſeculis accidiſſe dicantur, inquirere fas non eſt: tamen & noſtra & patrum, & auorum memoria plurimæ huius rei extant

A hiftoriæ vbi ipſius magiſtratus iuſſu omni diligentia & cautione adhibita in rei huius veritatem inquitum eſt, eamque ita ſeſe habere certiffime comperit. Quapropter res multorum fide dignorum teſtimonio confirmata, in dubium non vocanda, ſed cauſa potius quærenda, quo modo cum tam diuturna media calor innatus & vita conſiſtere poſſit. Secundo ſunt alij, qui etiam ſeſe breuiter expediunt, & ad miraculum confugiunt; & cùm Hippocrates, *lib. de principiis* ſcribat, hominem ſi 7. diebus nihil comedat, moriturum, & Plinius id ad 11. diem extendat, exiſtimant, ſi qui vltra id tempus ieiunium tolerauerint, id virtute diuina præſtitiffe, idque probant exemplo Moſis, Eliæ Prophetæ hiftoria ſeptem dormientium, & Ludouici Pij Galliæ Regis, qui vltimis 40. vitæ diebus poſt ſumptum S. S. Euchariſtiæ Sacramentum ab omni cibo & potu abſtinuit, vt & Nicolai Heluetij Eremitæ & aliorum quorundam vitæ ſanctimonia clarorum. Et omnino fatendum eſt ieiunium illud Moſis, Eliæ, 7. dormientium miraculoſum fuiſſe, neque negandum, Deum O. M. idem omnipotente virtute præſtare potuiſſe & poſſe: Verùm in cauſis rerum reddendis non ſtatim ad Deum cauſam ſupremam recurrendum, neque credendum, Deum ſine cauſa miracula edere. Ideoque in iis, qui vitæ ſanctimonia non excelluerunt, nec aliud quid diuini præ ſe tulerunt, ieiunium hoc ad diuinam potentiam non referendum; neque credibile puellam illam Pedemontanam, quæ Genæ ad cytharam choreas ducere & canere conſueuerat, vt & alios plurimos, imò etiam Ethnicos, in quibus nulla miraculi cauſa ſubfuit, diuina virtute ſine cibo conſeruatos fuiſſe.

Tertiò eadem ratio eſt illorum, qui ab Angelis bonis talibus hominibus clam, & aliis non animaduertentibus cibum ſuggeri aſſerunt. Et enim cùm boni Angeli nihil, niſi quod ipſi à Deo Opt. Max. mandatur, agant, nondum probatum, Deum tale quid ipſis iniunxiſſe. Et, vt ante dictum, inter eos, qui à diuturna abſtinentia clari ſunt & Ethnici fuerunt, & alij, in quibus nihil ſingulare & quod miraculum requirere debuiffet, apparet. Quartò, ſunt nonnulli, in ea opinione, ea corpora, quæ diu ab omni cibo abſtinuerunt, non fuiſſe vere viuentia, ſed caduera à Dæmone aliquo aſſumpſa & mota. Verùm enim verò eſti non negemus, Diabolum cadauer aliquot diebus à putredine præſeruare poſſe, & tale cadauer etiam Louanij ex ædibus Cornelij Agrippæ in forum deduxiſſe, *de conſenſu & diſſenſu Clymæorum cum Galenicis c. 18.* dictum ſit; tamen in iis, qui diu ſine omni cibo & potu vixerunt, id factum non fuiſſe, eorum actiones ſatis teſtantur. Et imprimis, quod obſeruatum, feminas quaſdam exiis poſt diuturnam abſtinentiam iterum cibum ſumpſiſſe, nuſiſſe, & liberos procreaſſe.

Quintò, ſunt alij, qui quidem talia corpora caduera non eſſe, ſed verè viuentia concedunt, ſed à Dæmone obſeſſa eſſe ſtatunt, cuius ope ieiunium tam diuturnum ferant, qui clanculum ipſis cibum in corpus inſinuat, etiam ipſis non animaduertentibus, & clam quoque excrementa tollat. Ita Proſper Aquitanicus, *lib. de promiſſ. & prædeſt. cap. 5.* refert, iuuenem quandam Arabam, quæ Carthagine à Dæmone obſeſſa fuerat tres ſerè menſes ieiunaſſe, & tandem ſumpto S. S. Euchariſtiæ Sacramento liberatam fuiſſe, & reuiſſe; noctu ab aëre liquorem quendam in fauces ſibi inſtillatum fuiſſe. Et qui dem negandum non eſt, homines à malo ſpiritu obſeſſos diu ieiunium ferre poſſe, Dæmone vel clam cibum ſubmiſtrante, vel alio modo corpus ſine cibo conſeruante: quod tamen omnes diu abſtinentes obſeſſi fuerint, nulla eius habentur indicia, imò pluri-

An in reddendis diuturnæ abſtinentiæ cauſis ſtatim ad miraculum confugiendum ſit?

Deus non edit miracula ſine cauſa.

An ad Angelos bonos in cauſa reddenda confugiendum?

An illa corpora, quæ diu abſtinuerunt, reuera fuerint viuentia?

An à Dæmone fuerint obſeſſi ſa?

Cauſæ longæ abſtinentiæ.

An quæ longæ abſtinentiæ habentur exempla, omnino fabuloſa ſint?

mas ex his precibus, lectioni S. S. Literarum, & aliis pietatis exercitiis deditas fuisse, ex ipsarum historiis patet. Et licet Dæmon, qui homines obsidet, sæpe diu latet: tamen tandem sese prodit, quod in his non factum. Et cum quædam animalia tota hinc sine cibo viuant, cur non etiam in hominibus diuturnæ abstinentiæ causa naturalis dari possit? Sexto sunt, qui causam diuturnæ abstinentiæ ad peculiarem cæli influxum referunt. Cum enim certum sit, cælum in hæc inferiora non solum lumine & motu, sed & occulta influentia agere, & multas rerum multarum cum cælo sympathias esse, etiam huius mirandi effectus causam in cælum referendam putant. Verum etiam verò non negandum censemus, cælum etiam occulto modo & influentia in hæc inferiora agere, & quidem non solum ut causam communem hæc inferiora afficere, verum singulorum etiam hominum temperamentum à cæli influxu determinari, tamen huius omnibus concessis, cælum non est proxima huius diuturnæ abstinentiæ causa, sed ipsum corporis temperamentum & constitutio, quæ qualis sit, & à quo cæli influxus ea fiat, & cur tam rari sint, qui hanc mediam ferre possunt, nondum explicatum. Imò si historias plurimorum, ut puellæ illius in pago *Schmidewueiler*, & Apolloniæ Schreierianæ, & puellæ Halberstadiensis perpendamus, abstinentia ista non à naturali corporis constitutione, sed morbosa & præternaturali provenit. Septimo reperitur, qui ad occultas proprietates confugiunt, & quidem eas, quæ individuis propriæ sunt, qui prolixè & multis exemplis adductis probant; dari multas rerum sympathias, quæ ad causas manifestas reduci non possunt, sed proculdubio ab occultis qualitatibus dependent, ut quod alij cascum, alij poma, alij vinum auersantur, alij felis præsentiam ferre non possunt. Et omnino verum est, dari tales occultas qualitates, & operam ludunt, ac deridendos se propinant, qui omnium, quæ in natura accidunt, causas ad qualitates primas referre conantur, ut alibi pluribus probaui. Verum hoc loco ad talem individualem proprietatem recurri non posse, vel ex eo patet, quod nemo eorum, qui diu ieiunauerunt, toto vitæ tempore ieiunauit. Ideoque potius ad causam præternaturalem, quam congenitam individualem proprietatem hic recurrendum. An verò in illa ipsa causa præternaturali aliquid occulti sit, postea dicetur. Octauo, inueniuntur, qui istam diuturnam abstinentiam in consuetudinem referunt, quæ habitum quasi contraxerint, quo diu abstinentiam tolerare possint. Cum enim comperit sit, medicamentis, imò veneno quosdam ita assueuisse, ut eius visu nullo modo læderentur, sicut de puella illa Napello nutrita historia narratur, & Galenus, 3. de *simpl. med. facult. cap. 18.* refert, annum Atheniensem ab exigua portione cicutz inci piendo magnam eius portionem postea sine damno deuorasse: Existimante, etiam impossibile non esse, hominem consuetudine eò adduci posse, ut diu in ediam tolerare possit, & occurrunt exempla in historiis eorum, qui sitim tolerare assueti, in tota vita postea amplius non biberunt. Et Cardanus refert, quendam Leonardum Pictoriensem sensim eò se traduxisse, ut semel tantum in hebdomada cibum sumeret; iuuenemque Scotum assuetum fuisse vsque ad 20. vel 30. dies in ediam tolerare. Verum consuetudinis maximam quidem vim esse certum est; non tamen in omnibus locum habet, sed certa saltem opera sunt, in quæ ius habet consuetudo. Etenim in sensus actiones nullam potestatem habet, neque quis potest assuescere, ut non olfaciat, sentiat, vel non respiciet, in quo genere etiã est nutritio. Neque quis consuetudine efficere potest, ut non nutriatur,

An peculiare cæli influxus huius abstinentiæ causa sit?

An occultas qualitates eius causa sit?

An consuetudo diuturnæ abstinentiæ causa esse possit?

vel augeatur, & proinde etiam assuescere non potest ut nutrimentum corpori nutriendo & augendo necessarium non assumat, & sine vilo cibo viuat. Et si qui parè viuere assueti sunt, diutius, quam alij voraces, famem tolerare possint. At si historias eorum, qui diu sine alimento vixerunt, perpendamus, animaduertemus, plerosque & ferè omnes non consuetudine in ediam tolerantiã contraxisse, sed nonnullos subito & repente ab omni cibo & potu abstinentiæ, plurimos etiam eorum ad pristinum edendi usum sine damno rediisse; Cum quæ longiore consuetudine in habitum quasi abierunt & consummata sint, faciliè mutari non possint. Longè verò alia ratio est eorum, qui venenis sunt assueti. Venena enim talia è plantis petita. (nam ut metallicis illis quæ nihil habent alimenti, homo assuescat, fieri non potest) cum partes quasdam habeant admixtas, quæ corpori alendo aptæ sunt, si exigua quantitate somantur, vincuntur à calore corporis, & portio alimentaris quidem in nutrimentum corporis abit, venenatum verò è corpore eicitur, quæ tamen aliquantisper corpus alterat, quæ alteratio sæpius repetita latenter corpus pro suæ naturæ ratione disponit, ut postea etiam in maiore copia sumptum venenum corpori amplius non noceat. At sine alimento viuere, cum naturæ corporis planè & absolutè repugnet, nulla consuetudine ad id homo deduci potest. Nond, pluriimi, iique non vulgares Philosophi & Medici in ea sunt sententia, eos, qui diu sine cibo vixerunt, aëre quem inspiramus, nutritos fuisse; etsi eo non puro, sed cum aliis elementis mixto. Cum enim corpus nostrum triplici substantia constet, solidis partibus, humoribus & spiritibus, triplici etiam alimento id egere, cibo, potu, aëre. Etsi accidat, aut vi morbi alicuius calor ita debilitetur, ut solam tantum aëream substantiam dissipare possit, tunc etiam solum aërem ad corpus nutriendum & reficiendum sufficere. Atque huius rei documentum afferunt Chamæleonem, qui referente Plinio, *lib. 8. cap. 33.* hiante semper ore solus animalium nec cibo nec potu alatur, nec alio, quam aëris nutrimento nutriatur. Quod etiam de cane leui apud Indos ferunt, & ut apud Scaligerum, *exerc. 228. & 229. sect. 2.* videre est, auem illam Indicam Apodem, vulgò Manucodiata, incolis etiam auem paradisi dictam, quia primum ex incomperitis locis deciduum Mahumetani sacrificuli paradiso Molucarum regi olim missam esse, imperitis persuaserunt, perpetuò in aëre viuere, nec terram vquam nisi mortuam contingere scribunt. Verum etsi hoc loco de nutritionis causis & alimenti necessitate nonnulli multa disputant; iis tamen omisissis, hoc, quod ab omnibus concessum, presupponimus, nutritionem esse conuersionem alimenti in corporis nostri substantiã, & proinde alimentum corpori nutriendo simile esse debere, atque ita non solum spirituum refectione, quamper aërem fieri posse sanè iam admittamus, corporis nostri nutritionem absolui posse, sed solidiori alimento opus esse. Et cum sanguis solus sit totius corporis nutrimentum, aërem, siue ut simplex, siue ut impurus consideretur, in sanguinem mutari non posse, & ita ad nutritionem, qua totum corpus conseruari debet, non sufficere. Illa enim solum ad animalium corpora nutrienda apta sunt, quæ sunt perfecte mixta. & quidem non omnia, sed solum vel partes vel fructus animatorum. Quæ vero ad istam sententiã probandam de Chamæleone asseruntur, longè aliter sese habent & qui diligentius in huius animalis naturam inquisuerunt, animaduertunt, ut Scaliger, *Exerc. 196. sect. 4.* refert, animal hoc habere linguam sesquipalmum longam, exsertam & vibratam mucroque oblitam qua locu-

Quam ob causam venenis homo assuescere possit?

An aëre nutriti fuerint, qui diu abstinentur?

Non solo aëre alitur chamæleon, canis leuis Indorum, & Manucodiata.

ſtas, muſcas, formicas, ſcarabæos & alia inſecta capiatur, iſque alatur. Eadem ratio eſt canis leuis apud Indos qui cum ſit animal pingue admodum ac tardiffimi motus, non credibile eſt, iſtum aëre ali, ſed etiam inſectis, quibus aër ille eſt reſeriffimus. Ita nec Manucodiatam aëre ſolo vivere credibile eſt; nec ſufficit, quod Scaliger ſcribit, qui dedit illi aërem pro cibo dare, potuiſſe concretionem aëris ad cibum. Neque enim quid Deus poſſit, hic quaſtio eſt, ſed qua ratione Deus hanc naturam conſtituerit? In animalibus ſua corpora dedit, eaque ſimilibus ali voluit, non peris elementis. Quapropter & Apodibus Molucanis linguam dedit, quam & Braſilicas habere credibile eſt. Habent & ventriculum, qui non aëris cauſa factus. Neque ſimphceiter ſunt Apodes.

Decimo. Cum ergo alii viderent, minus probabile eſſe animalia aëre ſimphcei ali poſſe, ſtatuerunt, iſtos qui diu ſine cibo vixerant, odoribus ſeu exhalationibus, quæ aëri permixcentur, nutritos fuiſſe. Ex corporibus enim ſublimibus perpetuè & effluvia fieri certum eſt, patetque; id maxime in rebus odoratis, quæ continuè odorem ſpirant, qui plerumque cum exhalatione & corpore vaporolo coniunctus eſt. Et quidem exhalationes ex non ſaltem ſunt corpora imperfecta mixta, ſed exactiffimè mixta, corporiſque eius naturam, à quo exhalant, referentia. Imò nihil aliud ſunt eiufdem exhalationes, quam corpora mixta, in minimas atomos ſui generis reſoluta. De quibus Lucretius;

Vſque adeo omnibus ab rebus res quæque fluenter feritur, & in cunctas dimittitur undique partes Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi.

Hos ergo vapores, ſic cum aëre, quem inſpiramus, attrahantur, & eius calor ſit analogus, in ſanguinem, è quo totum corpus nutritur, conuerti putant. Imò exiſtimant, extra corpus humanum tales vapores materiam corpori alendo aptam, in rorem ſcilicet, quæ cicadæ nutriantur, teſte Ariſtotele, 5. de hiſtor. animal. cap. 30. Mannam, quæ non ſolum eſt medicamentum, ſed & alimentum; mel, quod è floribus apes legunt, quodque hominis optimum alimentum ſuppeditat mutati. Atque ad huius probationem afferunt exempla canis leuis Indiæ Occidentalis, & Manucodiatæ, quorum etiam antea facta, eſt mentio, & præterea Pyraulſtæ animalis pennati, paulò muſcis maioribus grandioris, quod vt Ariſtoteles, 5. de Hiſtor. animal. cap. 19. refert, viuit in arariis Cypri fornacibus inter flammam; vt & Democriti Abderitæ, qui teſte Diogene Laërtio, in eius vita, cum iam morti proximus videretur, merentem ſororem, quod ipſe eſt in feſto Cereris moriturus impediret, ne vota Deæ exſoluere poſſet, bono animo eſſe iuſſit, panèſque calidos ſibi quotidie afferri mandauit, eoſque naribus admouit, & ita toto triduo, quo feſtum Cereris durauit, vitam ſuſtentauit. Et videmus in Lipothymia ſpiritiſque deficientibus nihil hominem citius reſcere, quam odores. De quo Hippocrates lib. de alimentis; quicunque veloci reſectione opus habent, his humidum ad vires reſciendas remedium optimum, quicumque adhuc velociori indigent, per olfactum.

Verùm ſit ſanè, aërem iſtum, in quo viuimus, nunquam planè purum eſſe, ſed exhalationibus permixtum; tamen exhalationes illæ aëri permixtæ corpori nutriendo non ſufficiunt. Cum enim, quod antea dictum, totius corporis nutrimentum ſanguis ſit, ſanguis verò in epate è chylo generetur, exhalationes autem illæ in ſanguinem conuerti non poſſunt, etiam corpus nutrire non valent. Et ſi cor ſufficeret ad vapores hoſce in ſanguinem mutandos, cur non vbiuis multi viuunt, qui cibis abſtinent, & ſolis iſtis

A vaporibus nutriuntur? Et quòd odores alendi vim non habeant, pluribus ab Ariſtotele, de ſenſu & ſenſuſuli cap. 5. & Interpretibus in eum locum demonſtratum eſt; quæ breuitatis ſtudio hic non aſſero. Quod verò exempla illa attinet, quibus probare conantur, exhalationes illas etiam extra corpus animalium in materiam alendo corpori idoneam mutari, & primò quidem rorem, quo cicadæ alantur, ſaltem vulgi ſententiam, Ariſtoteles, 5. Hiſtor. animal. cap. 30. refert, & Virgilius recitat, dum canit:

Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicada.

Ipſe verò Ariſtoteles, dum è ſua ſententia loquitur, 4. de part. animal. cap. 5. docet, cicadas habere partem in uſumtum oris, tum linguæ aptiſſimè conſtitutam, qua veluti radice cibum ex humoribus trahat. Aluntur nimirum cicadæ miſturâ ex rore, & excremento quodam quaſi ſelleo arborum conſtante. Vnde etiam Ariſtoteles, 5. Hiſtor. animal. cap. 30. cicadas non orti docet, vbi arbores deſunt. Eadem ratio eſt mannae, & mellis. Narrat vt de Manna, quâ Hebræi quadraginta annos in deſerto vixerunt, iam non dicam, utpote quod non à cauſis naturalibus, ſed ſolius Dei infinita potentia præueniſſe multa teſtantur, vulgare manna ex ſolo rore non conſtat. Etenim ros calore non concreſcit, ſed attenuatur, & in auras abit; Manna verò calore coquitur, & miſtum corpus eſt ex rore, & humore quodam è plantis quibuſdam exſudante. Etſi enim & ſuper lapidibus quibuſdam concreſcit; tamen in iis non immediatè generantur, ſed ex herbis, & arboribus in eos decidit; imò in manna ex arboribus quibuſdam reſurdat, refert que Iohan. Baptiſta Porta, in ſua Villa lib. 6. cap. 5. in quibuſdam locis emanare manna ferè melleum. Et in Calabria præcipuè in ornis, & fraxinis colligitur, quarum frondibus adhæret. Imò ſi veſperi ornus & fraxinus lineo tegatur, ne rorem excipiant, nihilominus manna ex iis colligitur. Eodem modo ſeſe de melle reſhabet. Neque enim illud ex ſolo rore conſtat, ſed eſt liquor è rore & vapore ac humore è ſtripibus, & floribus exſudante muſtus, ab apibus collectus, & in mel mutatus. Quamquam enim, vt Galenus 3. de alimentor. facult. cap. 39. hac de re pluribus ſcribit, etiam mel ſub plantarum foliis colligitur, & in monte Libano agricolæ coria ſupra terram extendunt arboresque excutiant, & quod ab eis deſluit, excipiunt, & ollas, ac fictilia melle illo, quod roſciùm appellant, implent: tamen mel illud non eſt ros, ſed vapor è plantis in altum eleuatus, mellis naturæ cognatus, qui in aëre condenſatus ſuper plantarum folia decidit, & quia non purus eſt, ſed etiam aliqua acrimonia præditus, plantarum folia corrumpit. Manucodiatas, & canem leuem Indiæ ſolo aëre, aut vapore non ali, antea dictum. Pyraulſtas quod attinet, etſi in flammis vitant, tamen & in iis materiam ſuo corpori alendo aptam inueniant, ex lignis accenſis. Et ſit ſane, animalcula quædam imperfectiora vaporibus in aëre eleuatis ali: tamen non ſequitur, etiam hominem iſdem nutriti poſſe.

Etenim homo animalium perfectiſſimum, ideoque etiam alimento maxime elaborato indiget, nec ipſi omnia, quæ aliis animalibus alimentum præbent, id præſtare poſſunt. Democritus verò Abderita licet in extrema ſenectute conſtitutus, & calore naturali, & ſpiritiſque iam deficientibus odore panis calorem inſluentem iam emorientem, ſpirituſque deficientes uon nihil refocillaret, æque ita quadriduum vitam protraxerit: tamen non ſequitur, per multos meſes, & annos idem fieri poſſe. Eadem ratio eſt in Lipothymia reſectionis illius ſubitæ, de qua Hippocrates, in qua vino & aliis rebus odoratis & ſpirituſque cum hauſus, cum naribus admotis ſpiritus deficientes re-

An exhalationibus nutriti fuerint?

utentur : Non verò hoc modo vlla vera nutritio A
perficitur, qua homo in plures annos vitam protrahere possit.

An aqua simplicis potu abstinentes vitam produxerint?

Vndecimò sunt, qui vno simplicis aquæ potu abstinentes illos, de quibus agimus, vitam produxisse opinantur: Atque ad id probandum vtuntur eo, quod non solum plantæ, sed animalium multa genera et nutriantur. De plantis enim res manifesta est, quod aquâ irrigatæ crescunt & augentur, sine terræ, in qua hærent, vt putatur, immutatione. De piscibus etiam scribit Aristoteles, 3. de part. animal. cap. 8. eos aquam assumere, non potus, sed cibi gratia. Et puella illa Spirensis Ferdinandi Imperatoris tempore solius aquæ viû aliquot annis vixit. Etenim aqua illa, quâ vitur, non elementum simplex est, sed aliorum alimentorum aliquid admixtum habet, & propterea ad alendum incommoda non videtur.

Verùm enim verò etsi negandum non est, etiam ad corporis nostri, vt perfectè mixti, constitutionem aquam requirit: tamen aqua simplex hoc non præstat, sed quæ iam pars est perfectè mixti. Simplex verò aqua non cedit in nutrimentum corporis, sed inferuit tantùm ad calorem refrigerandum, & est vehiculum, quo alimentum commodius per vniuersam corpus distribuitur. Corporis enim nostri nutrimentum mixtum est corpus, & in corporis nostri substantiam, cuius forma est anima, mutari debet. Et propterea potentiam habet necesse est ad induendam formam corporis viuentis; quale mixtum non est aqua, etiam si impura sit. Et omnino si aqua corpori alendo utilis esset, impura & crassa conuenientior esset; cum tamen certum sit, quò purior aqua est, eò ad cibos coquendos esse conuenientior. Quod verò ea attinet, quæ ad contrarium probandum afferuntur, id non euincunt. Primum enim sit, vt aliquis eorum, qui diu sine alimento vixerunt, solam aquam biberint: tamen contra plurimi sunt, qui nec aquam biberunt. Et licet vna illa puella Spirensis aquam biberit: tamen eam in alimentum cessisse nondum probatum. Plantæ verò sola aqua non nutriuntur, sed radicibus succum è terra mistum attrahunt, cui aqua tantùm vehiculi loco est, ideoque plantæ sine terræ immutatione non aluntur. Et propterea stercoratione opus est, quæ nisi fiat, plantæ commodè alii, & conseruari non possunt. Eadem ratio est piscium, qui non aqua pura nutriuntur, sed crasso quodam ac humoso succo, qui ad fundum subsidet, vel aquæ permixtum est.

Plantæ sola aqua non nutriuntur.

An terrâ etiam ingestâ vitam sustentariat.

Duodecimò sunt quidam, qui tales, qui diu sine cibo vixerunt, terrâ clam ingestâ vitam sustentasse putant. Comperit enim est, sæpè infantes & grauidas terram, ac cretam aude comedere, & Aristoteles, 8. de histor. animal. lupos famè cruciatos terram deuorare, & propterea γράσσιν appellari scribit & serpentes ac bufones terra ali vulgò fertur. Et Monardes, lib. 2. de med. India Occidentalis, refert, reperiri apud Indos animalia, nomine Armadilli & Cadart, quæ in terra veluti talpæ degentia terra nutriuntur.

Verùm enim verò nec hec cum experientia consentit. Cum enim plurimi ex his, qui diu vixerunt sine alimento, diligenter custoditi sint, non animaduersum, eos vel terram ingestisse. Deinde licet comperit sit, infantes & grauidas terram, cretam & similia ingestisse: tamen ea nullo modo cessant ipsi in alimentum, aliisque cibus nutriti sunt. Quæ verò exempla afferuntur animalium, quæ terrâ veluti dicuntur; non satis clara sunt, neque extra dubium; cum & illa animalia plantis vescantur. Et sit sanè, quod animalia quædam ignobiliora terram vorant, ea tamen propterea homini alimentum esse non potest.

Atque hi auctores omnes materiam, quæ in corpore in ipso corpore hominis reperiri putant, in ipso corpore hominis reperiri putant. Decimotertio enim sunt non plures, qui diu sine huius abstinentiæ causam, in pituitam crudam huius succum in corpore redundantem reliquunt, statuantque, vbi in corpore calor est debilis, multum crudi humoris, & pituitosi succi generari & cumulari, qui cum à calore debili non nisi sensim, & longè tempore absumi possit, homini diu ad corpus nutriendum sufficere, atque ita illum diu sine aliorum laborum viuaere posse, præsertim si cutis densitas accedat, ob quam parum expirat, idemque ipsis accidere, quod animalibus, quæ hyemè latent, & sine cibo menses aliquot viuunt.

Eorum, qui in ipso homine huius rei causam querunt, Abstinentiæ. An pituita in corpore redundans longè causam sit?

Verùm enim verò, nec hæc opinio veritati consentanea est. Etenim non omnes, qui diu sine cibo vixerunt, pituitosi fuerunt, & crudo ac pituitoso succo abundarunt. Cum enim qui crudo succo abundant, præcordia inflata, & totum corpus tumidum habeant, in plerisque nihil tale conspectum est, sed plerique ventrem contractum, & totum corpus emaciatum habuerunt, & plerique post febres acutas in hunc morbum lapsi sunt, & potius melancholici, quam pituitosi humoris signa adferunt; cum puellæ pleæque taciturnæ ac meticulose fuerint, atque etiam delirant. Etsi pituitosus humor cum calore debili causa huius mali esset, plerique senes diu sine cibo viuere deberent, cum pituitoso succo abundant, & calorem debilem habeant. Neque ex voracitate & ingluuie in hunc morbum inciderunt, sed ex aliis causis, & præcipuè morbis acutis. Neque etiam cutis eorum frigore occlusa fuit, vt animalibus nonnullis tempore hyberno accidit. Atque in cæteris etiam longè alia est ratio brutorum animalium, quæ tempore hyberno à cibo abstinent. Hæc enim animalia ad menses tres vel quatuor ad summum cibum non sumunt. Et fieri potest, vt tantam crudorum succorum copiam antea congerant, quæ ad alendum ea per mensem vnum atque alterum sufficiat, præcipuè accedente frigore hyberno, quod calorem debilitat, nec potentius in corpus animalis agat, porosque claudit ne multum disfluat. At longè alia est ratio hominum, qui pluribus annis à cibo abstinerunt, & nihil tale, qualia bruta quædam tempore hyberno, passi sunt.

Abundantia crudum succum abundans

Decimoquarto fuerunt, qui corporis nutrimentum in diu à cibo abstinentibus in colliquamentis quibusdam partium internarum quasi fuerunt, statueruntque, colliquari posse non solum adipem, seu pinguedinem, sed & humiditates illas secundarias, partium substantiam dispersas, nondum tamen illis oppositas: imò ipsam partium substantiam, atque talia colliquamenta in sanguinem, è quo primum generata sunt, mutari, probantque id eò, quod illi, qui diu à cibo abstinent, emaciantur, & imprimis venter eorum extenuatur, pinguedine, quæ in co plurima est, planè absumptâ.

An colliquamenta quædam partium internarum abstinentiæ causa sint.

Verùm etiam si à vero alienum non sit, tales colliquationes in corpore humano fieri: tamen id, quod colliquatur, non in ventriculum confluit, & in chylum, atque ex hoc in sanguinem mutatur, sed vel per ambitum corporis & cutem, seu sensibiliter, seu insensibiliter discutitur, vel in ventrem confluit, & per aluum excernitur. Et licet in inedia pinguedo absumatur; tamen hoc non idèo fit, quod in reliquarum partium substantiam mutetur: sed quia facilis est dissipatio, citissime, nisi continuo per alimentum instaretur, absumitur.

Decimoquinto. Alij ad humorem melancholicum abstinentiæ causam referunt, historisque ab sti-

An humor melancholicus

Licet huius rei causa sit.

mentium suam ſententiam probant, Scotus enim ille, A cum homo à rationationis; & ſensus actionibus, in quibus animæ perfectio conſiſtit, diu ceſſare poſſit, multò magis à nutriētis facultatis actionibus, quæ ignobilioreſ ſunt, ceſſare poſſe exiſtimat.

Et ut Braſſauolus, 3. de vict. rat. in acut. ſext. 44. ſcribit, quod Philippus Riminaldus, qui per multos dies ab omni cibo potuque abſtinere conſueuerat, ſæcè melancholico erat reſertiffimus; & plures puellæ, quæ ſine cibo diu vixerunt, delirarunt & Epilepſiam paſſæ ſunt, nonnullæ etiam ex metu in hoc malum coniectæ ſunt.

Verùm eſi ſimpliciter in melancholiam diuturnæ abſtinentiæ cauſa referri non poſſit, cum multi ſint B melancholici, aut qui melancholico humore abundant, nec tamen à cibo abſtinent. quin potius nonnulli voraces ſunt: tamen veri etiam aliquid hæc ſententia includit, cum certum ſit, omnes penè, qui diu à cibo abſtinuerunt, humore melancholico abundaſſe.

Verùm cum affectus determinati determinata cauſa quaerenda ſit, qua ratione ad affectum hunc producendum melancholicus humor concurrere poſſit, poſtea dicemus.

Fortunij Liceti ſententia.

Tandem præ cæteris prolixè, & operoſè de hac affectione ſcripſit Fortunius Licetus, Profeſſor Patavinus clariffimus, quatuor libris de his, qui diu viuunt ſine alimentis, editis. In quorum tertio, ubi C ſuam ſententiam explicat, probandum ſuſcipit, in talibus omnibus, qui diu ſine alimento vixerunt, nutritionem corporis ceſſaſſe. Ceſſare autem poſſe nutritionem in corpore viuente probat, ſemibus plantarum, quæ diu viuētia, & vegetantia ſine nutritione conſeruantur; quorum, quæ etiam diu ſine nutritione integra manent; ramorum arborum, radicum & bullorum, quæ etiam diu ſæpè integra, & viuētia ſine nutritione ſeruantur; imò plantarum quæ tota hyeme à nutritione oriuntur. Præterea animalia etiam multa longo tempore nihil cibi aſſumunt, vt ſupra multis exemplis probatam, eaque non ſolum imperfectiora, ſed & perfectiora, vt Ariſtoteles habet, 8. Hiſtor. animal. cap. 16. Et de hirundinibus res certa eſt, plurimas non in Africam auolare, ſed aduentante hyeme in vnam congeriem quaſi colligatas, ſub aquis demerſas iacere, & à piſcatoribus ſæpè rebus earum magnam copiam pedibus, roſtris, & alis mirum in modum quaſi conglobatarum extractam fauſſe, quæ hypocauſis illarum reuiuſcere ceperunt. Teſtantur quoque Indiarum rerum ſcriptores in Braſſica auiculum eſſe, quæ roſtro ex arbore ſuſpenſa ſex integros meſes ſine pabulo viuūt, & poſtea quaſi à morte ad vitam redit, vnde Incolæ Suſcitaram vocant.

An nutritio in corpore viuente ceſſare poſſit.

Verùm hæc plana ſunt, & cum experientia conſentiunt, neque operoſa probatione indigent. Accidunt quoque hæc hiſce animalibus ſecundum naturam & ſingulis annis. Verùm cum homo nobilioris naturæ ſit, nec, dum ſecundum naturam ſe habet, vnamquam comperiat ſine alimento viuere, etiam hinc planum eſt, nutritionem in eo nunquam ceſſare poſſe. Probare quidem conatur Licetus etiam in homine nutriendi functionem aliquandiu ceſſare poſſe, neque neceſſarium eſſe putat, vt eâ etiam ad longum tempus ceſſante vita periclitetur. Idque tum ratione animæ, tum ratione corporis, tum ratione totius demonſtrare conatur. Primò enim animam quod attinet, cum functio nutriendi animâ poſterior ſit, & ab anima fluat, ipſam animam, vt pote priùs, & non dependens, ſine functione eſſe poſſe, & ſicut homo longo tempore poſſet iacere & non ambulare; ita etiam à nutritionis actu ceſſare poſſe. Præterea D

An in homine etiam nutriendi functio aliquandiu ceſſare poſſit.

Quia verò hiſtoriiſ & exemplis multis ſupra probatum eſt, plurimos ſine vitæ diſpendio, ſine cibo tempore ſatis longo vixiſſe, eos inſtauratione opus non habuiſſe colligitur. Cuius rei quæ cauſa ſit, iam inueſtigandum. Quod vt commodius fiat, principio explicandum, quæ ſit neceſſitas alimenta aſſumendi. E

cum homo à rationationis; & ſensus actionibus, in quibus animæ perfectio conſiſtit, diu ceſſare poſſit, multò magis à nutriētis facultatis actionibus, quæ ignobilioreſ ſunt, ceſſare poſſe exiſtimat.

Verùm enim verò concedimus ſanè, actiones ad eſſentiam animæ non pertinere, ſed ab ea fluere, & ea poſteriorereſſe. Verùm nutritio non animæ, ſed compoſiti, & corporis viuētis affectio eſt, & hoc probandum eſt, quod homo ſecundum naturam ſeſe habens à nutritione vacare poſſit, vita, quæ vt Scalliger, Exerc. 102. ſect. 5. habet, eſt actus animæ in corpore, ſalua. Longè enim alia eſt ratio actionum facultatis ratiocinantis, ſentientis & mouētis, quàm nutriētis. Hæc enim eſt, & ſimpliciter ad vitam neceſſaria eſt, & homo ſine nutritione viuere poſſet: Illæ verò ſaltem ad vitam, & meliorem vitam ſunt neceſſariæ, clauduſque & cæcus etiam homo eſt.

Verùm etiam ratione corporis & totius compoſiti, nutritionem non ſemper neceſſariam eſſe, ſed quandoque etiam ceſſare poſſe, poſtò probare conatur Licetus. Neque enim vel ad corporis augmentum, neque ad ſubſtantiam, quæ in dies deperditur, reparationem, neque ad generationem, nutritionem ſimpliciter eſſe neceſſariam putat. Etenim homines non ſolum in ſenectute, & poſt ætatem conſiſtentem non amplius augmentur, ſed & in iuuentute augmentum corporis ſæpe impediri certum eſt. Deinde etiam ſine reparatione ſubſtantiam deperditæ homines durare poſſe, eo probare conatur, quòd in ſenibus non tantum apponitur, quantum abſumitur, vnde contabescunt, & nihilominus multos annos viuunt, quòd & iis, qui in iuuenili, vel virili ætate ætate laborant, accidit. Tandem etiam generatio multis annis intermitti poſſet. Et quidem primum & vltimum quòd attinet, facile concedimus, ſine augmento & generatione vitam integram diu perſiſtere poſſe. Neque enim iſtæ actiones ſimpliciter ad vitam, ſed ad meliorem & perfectiorem ſunt neceſſariæ. Et propterea etiam omnibus ætatibus non competunt. De ſubſtantiam verò deperditæ neceſſaria inſtauratione ſententia Liceti ſimpliciter admitti non poſſet. Neque enim ſenes, & ætate laborantes plane non nutriuntur, ſed minus ſaltem, quàm par eſt, vnde etiam alimentum aſſumunt, quo indies id, quòd in iis abſumitur, ſi non totum, ſaltem ex parte inſtaureretur. Neque enim anima, vt ab aliis actionibus, quæ libere ſunt, à nutritione ceſſare poſſet cum neceſſitati naturæ hæc actio adſtricta ſit, vnde rectè dicitur: *Venter caret auribus.*

Si verò obſeruetur hominem aliquando ſine cibo præter ſolium longotempore viuere, aliquid præter naturam ipſi accidit putandum eſt, ob quòd inſtauratione nulla opus ſit. Etenim ſola appetitus deſectio non ſufficit, ſed ſi appetitus ſolum aboleatur, & nihilominus corpus inſtauratione indigeat, nihil vò cibi aſſamatur, vires deiici, & hominem tandem de vita periclitari neceſſe eſt.

Quia verò hiſtoriiſ & exemplis multis ſupra probatum eſt, plurimos ſine vitæ diſpendio, ſine cibo tempore ſatis longo vixiſſe, eos inſtauratione opus non habuiſſe colligitur. Cuius rei quæ cauſa ſit, iam inueſtigandum. Quod vt commodius fiat, principio explicandum, quæ ſit neceſſitas alimenta aſſumendi.

Vulgata ſententia eſt, idèd id fieri, vt quòd quotidie à calore abſumitur, inſtaureretur & reponatur. Fortunius Licetus verò aliud ſentit, ſtatuitque, alimentis idèd opus eſſe, vt calor natiuus à celeri conſumptione humidi primigenij auocetur. Verùm partum rectè. Etenim alimentum non ſaltem idèd aſſu-

Cauſa vera, cur nonnulli diu ſine alimento viuunt.

Cur alimentis neceſſaria ſint.

mitur, vt obiectum præbeat calori natiuo, in quod agat, atque vt is ab actione in humidum primigenium auocetur, sed reuera alimentum in locum eius, quod absumitur, reponitur, & in corporis substantiam mutatur: Vnde etiam augmentum fit corporis, & ex infante corporis mole paruo homo in ætate adulta in magnam staturam excrescit, & qui in morbis extenuati sunt, iterum augentur, & sæpe crassiores, quam antea fuerunt, euadunt. Si enim saltem calor natiuus in alimentum ageret, idque absumeret, illud corpori non apponeretur. Ideoque cum alimentum eo præcipuè sine assumatur, vt id, quod quotidie absumitur, instauretur, & non possibile sit, si quotidie aliquid absumatur, nihilque in eius locum reponatur, hominem vivere posse, & nihilominus compertum sit, quosdam sine cibo diu vixisse: hoc iam inuestigandum est, quæ causa fuerit, cur in talibus nullâ instauratione opus fuerit. Rectissime autem hæc responderetur, hoc idè factum, quia nihil absumptum fuit, aut certè non nisi longo tempore aliquid assumptum fuerit. Atque ita primaria questio in hac controuersia hæc emergit, cur in nonnullis corporibus nihil discutatur, aut absumatur, venullo alimento, quo aliquid deperditum instauretur, opus sit. Nonnulli quidem duas causas afferunt, & nunc à calore debili, nunc à materiæ dispositione id provenire statuunt. Calorem enim quandoque tam debilem esse statuunt, & tam exiguum, vt nihil de corpore animalis deprædetur, sed in eo statu, quo id inuenit, relinquat. Verùm enim verò hac equidem de causa muscæ & similia insecta hyberno tempore quasi mortua delitescunt, & hirundines in aquis, serpentes & gires, ac mures montani, huius generis alia animalia in cauernis suis latent calore ipsorum ab ambiente aëte frigido valde alterato, & ad interiora repulso. At cum ij, qui diu sine cibo viuunt, non solum animæ vegetantis operationes perficiant, sed & alias animæ sentientis & rationalis actiones expeditas habeant, sentiant, moueantur, ratiocinentur, in iis causa diurnæ abstinentiæ in caloris debilitatem aut transpirationem prohibitam referri non potest, sed in materiam, quæ ita ad calorem sese habeat, sicut materia lucernarum perpetuarum. Et proinde causa diurnæ abstinentiæ statuenda est, humoris qui corpus nostrum conseruat, ea dispositio, vt à calore nostro absumi nõ possit. Hoc tamen interim non negamus, inter istam materiam ad calorem variam esse posse proportionem. Nam calor nunc fortior est, nunc debilior. Si calor sit satis validus, materia tamen taliter disposita, quæ actionem eius sustineri possit, hoc modo affecti integros habent sensus, expedite mouentur, & suas actiones peragunt. Si verò calor sit debilis, tantus tamen, vt non solum ad actiones animæ vegetantis, sed & sentientis edendas, verùm debilitate edendas, sufficiat, hoc modo affecti sunt somnolenti, taciturni, ad motum pigri, lecto plerumque affixi, sensumque contabescunt, vitæque tam diu durat, quam diu calor natiuus; is verò tam diu, quam diu humidum suppetit, à quo foueatur. Atque ita diurnæ abstinentiæ causa est humidi ad calorem ea proportio, vt illud ab hoc non nisi longo tempore absumi possit.

Posse autem materiam, quæ caloris & ignis quasi pabulum est, ita disponi; vt ab eo non facile absumatur: sed diu duret, nihilominusque calor in ea, tanquam in propria materia subiecto, diu herere possit, testantur Lucernæ illæ antiquiores, quæ Romæ & in aliis plurimis Italiæ locis reperitæ sunt, quarum flamma aliquot secula durauit. Notissima est illa, quæ in monumento maximi Olibij in agro Patavino reperita est, quæq; annos 1500. arsisse fertur, quam describit Petr. Appian. in *Antiquit.* Hermodolus Bar-

Cur in nonnullis corporibus nihil discutatur, aut absumatur?

Causa vera diurnæ abstinentiæ

Lucernæ antiquorum post aliquot secula reperitæ.

Abarus, in *Corollar. in Dioscorid. l. 5. c. 840.* Ludouic. Viues, in *l. 21. c. 6. de Cinit. Dei Aug.* Iohan. Lægius, *l. 2. epist. 52.* Sedente etiam Paulo III. inuentum fuisse sepulchrum Tullie filie Ciceronis, in quo lucerna fuit etiam tum ardēs, sed admissio aëre extincta est, arseratque annos plus minus 1550. scribit Guido Pancirollus. Scribit etiam Augustin. *loc. modo alleg.* fuisse quoddam Veneris Fanum, atq; ibi candelabrum, & in eo lucernam, sub Diuo sic ardentem, vt eam nulla tempestas, nullus imber extingueret, vnde sicut ille lapis, ita ista *lucerna*, id est, lucerna inextinguibilis nominata est. Quæ autem ratio conficiendi lucernæ illas fuerit, hodie terè ignotum est: et si olei siue ignis istius perpetui dilucidam descriptionem extare apud Hieronymum Roseelli in ipsius opere, cui titulus est, *le impresso Illustri.* Pancirollus scribat. Alia tamen etiam exempla occurrunt, quæ docent, qua ratione materia aliqua aliàs exhalabilis vel inflammabilis in igne subsistere, vel tardè ab eo absumi possit. Sic refert Scaliger, *Exerc. 328.* Chymicos scribere, è iunipero factorum carbonum tantam vim esse, vt per annum integrum ignem teneant incorruptum. Quod non crederem, nisi ipse expertus essem. carbonem leui artificio, adhibito accendi posse, & ignitos diu detineri, vt tamen nihil ipsis decedat, sed vbi rursum extinguuntur, & quidem sponte ac sine aqua effusione, integri maneat. Præterea Chymici res inflammabiles plurimas arte eo deducere possunt, vt non inflammantur. Et quidem quod res inflammabiles non facile delagant, sit hoc vel fixatione, vt loquuntur Chymici, vel densitate. Priori modo corpora multa, quæ antè accendebantur, & exhalabant, ac volatilia erant, vt Chymici appellant, fixa redduntur, vt in igne durare possint: Ita puluis Pyrius eò deduci potest vt non amplius, vel non facile inflammetur. Ita sulphur fixi valet. Densitas verò & raritas facit, vt magna inflammabilium sit differentia. Etsi enim omnia inflammabilia vt inflammantur à sulphure, vt Chymici loquuntur, habent; tamen vt facilius inflammantur, ipsis accidit à raritate. Hinc naphtha & petroleum & spiritus vini facile accenduntur, quia sunt rarissima. Oleum, cera, pinguedines & similia, etsi & ipsa sint inflammabilia: tamen quia densa sunt, non facile accenduntur, sed ellychnio addito opus est, in quo materia inflammabilis diffundatur & rarefiat, vt postea facile accendatur. Et maiorem in animalibus etiam ita disponi posse, vt ab igne non absumatur, Pyraustæ docent, quæ sunt animalia humidum suum radicale habentia, ac nihilominus in igne durare possunt, & ab eo non absumuntur.

Si ergo etiam in homine humidum illud pingue & oleosum, quo calor innatus, tanquam flamma oleo, alitur, ita disponatur, vt à calore non absumi, vel non nisi tardè absumi possit, & nihil vel parum dissipetur, etiam nullo alimento opus est. Etenim partes tum attrahunt è venis, quia ipsis nihil deest. Venæ etiam nihil ex epate, & hoc nihil è ventriculo trahit, atque ita quia nulla sit attractio, nullus sit appetitus.

Quomodo autem, & qua de causa humidum ita disponi possit, explicare difficillimum est. Si tamen ea, quæ alias in natura accidunt, eosque, qui diu à cibo abstinerunt, perpendam, in eam venio sententiam, ab humore melancholico id præcipuè euenire. Nam anima duertimus, sulphur & alia inflammabilia, vt vel non accendantur, vel tardè deflagrent, admixtione acidorum & salforum, & vt Chymici appellant, fixorum admixtione, talia fieri. Eorum naturam cum emuletur humor melancholicus & bilis atra, quæ tam acida sæpe est, vt etiam stuporem dentibus inducat, ab iis alimentum corporis ita disponi posse, vt actioni caloris resistat, incredibile non est. Cum verò non omnes melancholici, aut qui humore melancholico

Cur res inflammabiles non facile deflagant? Inflammabilium differentia.

Quæ ratio, & qua de causa humidum radicale ita disponi possit, vniuersum, vel parum de eo absumatur? Ab humore melancholico.

melancholico abundant, à cibo abstineant, peculiarem dispositionem (ut aliàs hic humor ad miras dispositiones & occultas qualitates recipiendas aptissimus est) induere, & aimento per minima nutceri debet. Et omnino mirabilis est humoris melancholici natura, præcipuè si corrumpatur, ac peculiarem & occultam aliquam dispositionem acquirat, ut in melancholia, mania, scorbuto, aliisque eiusmodi morbis videre est. Et stupor, qui scorbutis, & aliis sæpè accidit, rectè ad humorem melancholicum refertur. Scribit quidem Rodericus à Castro, *cent. 1. consult. 17.* Chymicos non sine ratione asserere, paralytin fieri frequenter ex pituita acida, tenui, quæ & sua frigiditate & aciditate, sicut dentibus, ita nervis stuporem inducat: Verùm rectius hoc humori melancholico tribuitur, qui in scorbuticis & hypochondriacis abundat, unde etiam Apollonia Sclireiertana totam vitam ita stupidam habuit, ut etsi multæ muscæ illi insiderent, id non perciperet.

Talisigitur humor si per vniuersum corpus diffundatur, fieri potest, ut alimentum fixius fiat, & non facile discutatur. Monardes de Nicotiana refert, Indos Nicotiana famem sitimque tolerari hoc modo: Conchyliã quãdam cochlearum fluuiatilium vrant, deinde terunt, calcis modo. Horum & foliorum tabaci æquas partes sumunt, manduntque, donec in vnam quasi massam conglobentur, ex qua trochiscos pisõ maiores efformant, quos in umbra siccatos seruant vsui. Iter per desertum factari, in quibus, nec cibus, nec potus præstò est, subiectum labiis imisque dentibus globulum inter eundem sugunt, liquorẽque inde manantem cibi potuque loco deglutientes in ventriculum congeunt, quo absumpto ingerunt alium. Hæc equidem industria famem sitimque per triduum tolerant, aut quattiduum, ut ne minimam quidem vitium iacturam sentiant. Id quod fit, non, ut quidam opinantur, quod assidua trochileorum masticatione pituitosos humores: è cerebro eliciant, eoque in succi melioris penuria in suum nutrimentum conuertat ventriculus, (pituita enim excrementicia nutrire non potest) sed quod partim sensus obtundatur, partim humores, ita figantur & disponantur, ut non facile dissipentur. Si enim ob sensum obtusum saltem famem sitimque non perciperent, interim corpus diffunderet, & alimentum dissiparetur, fieri id sine vitium iactura non posset. Abundasse autem omnes ferè, qui à cibo abstinerunt, humore melancholico, historiarum testantur. Talis enim fuit ille Scotus, cuius supra mentio facta est. Melancholicus fuit ille sub Friderico I. Imperatore Colonie: Puella illa Patavij, cuius historiam Vigontia descripsit, sanguinem atrum reiecit, paralytica fuit, deliravit, catalepsin passa est. Puella Confolentanea ex febre in morbum hunc incidit, obmutuit, deliravit, corporis cutem frigidam & siccam habuit. Puella, quam è Decano Iuliacensi Coloniam adductam vidit Guilielmus Fabricius, erat facie tristi & melancholica. Aliorum etiam si consideremus, paucos inueniemus, in quibus non melancholicæ dispositionis aliqua fuerint indicia.

Verùm proculdubio humor iste, quicumque sit, qui diuturnæ huius abstinentiæ causa est, dispositionem peculiarem accipit in plerisque ab utero. Idque vel id persuadet, quod pleræque fuere puellæ, & eã ætate constituta, quæ menses erumpere, & semen in ipsis generari solet, nimirum annorum 14. Annorum enim 14. fuit puella illa in agro Lucensi, puella Confolentanea, Iuliacensis illa Halberstadiensis, & forsitan aliæ, quarum ætas non est expressa. Notissimam enim est Medicis quãdam mira symptomatum Sennertij. Tom. III.

A mata à mensibus & semine retentis ac corruptis accidere soleant, atque inter ea etiam cibi & potus appetitus abolitus. Scribitque Lud. Mercatus, *lib. de morb. mulier. c. 8.* foetum illustrem quandam vteri vitio potum auersatam fuisse, & aliam potum nullo modo potuisse admittere, & hydrophobia simile quid passam esse, ita ut 60. diebus sine potu vixerit. Causamque ille refert in halitum prauum ex semine, aut sanguine ascendentem. Talisigitur halitus si totum corpus peruat & penetrat, non impossibile, facultatis nutrientis hoc mirum symptomam in toto corpore produci posse.

E quibus etiam de terminis diuturnæ illius abstinentiæ aliquid itatuere possumus. Triplex autem est exitus & euentus istius ieiunij. Vel enim homines iterum conualescunt & edere incipiunt, vel moriuntur, vel in alium morbum incidunt. Qui tamen in alium morbum incidunt, alij rursus comedere incipiunt, alij simul perpetuam inedia ferunt. Qui ergo ad sanitatem redeunt, & cibis iterum assuescunt, in eis humor ille vitiosus planè absumitur & euacuat. Qui verò moriuntur, in iis vitiosus humor calorem natuum tandem superat, & extinguit. Qui in ægritudinem aliam incidunt, iis humor vitiosus in partem aliquam priuatã decumbit, unde nonnullos melancholicos, alios epilepticos, alios catalepticos factos fuisse deprehensum est. Et quidem pro humoris natura & resistentia maiori, vel minori ieiunium hoc nunc citius soluitur, nunc diutius durat. Quod & in aliis morbis fieri videmus, dum quartana sæpe intra paucas septimanas soluitur, nunc ad plures annos durat, sicut & epilepsia sæpe citò soluitur, nonnullos verò vsque ad finem vitæ comitatur.

Exitus vel euentus diuturni ieiunij triplex.

CAPVT III.

De certorum ciborum fastidio.

Peculiare appetitus deiectionis vitium est, cum quibus aliis quidem cibos appetunt & comedunt, certos tamen auersantur, eorum idem grati aliis & iucundi sunt. Ita plurimi sunt, qui caseum vel butyrum auersantur, alij, qui vitum non bibunt, qui propterea abstemij, quasi abs temetò dicuntur. Marcellus Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 6. cap. 3.* refert, quendam Stephanum Sardastrum Hispanum à piscium esu ita abhorruisse, ut si pisces aliis cibis clanculum commixti proponerentur, in animi angustias, cum vomitu alique deiectione incidere. Et Brassanolus, *in 2. de morb. acutis sect. 34.* refert, Iuliam Taraconensem, Friderici Regis Neapolitani filiam natu minorem, carnes non edisse, imò ne gustasse, & si bolum ori ingereret, in lipothymiam & syncopen incidisse. Petrus Aponensis, Conciliator dictus, lac abhorruit, referente Ioan. Marchæ de gradibus. Aliquos ova non comedisse, Marcellus Donatus, *alleg. loco.* scribit Iulius Cæsar Scaliger, *Exerc. 274.* scribit, se nouisse quibus mala afferrent fastidium; (quales & ego noui, qui nec odorem pomorum ferre possunt) seipsum ad oleris Cressonei aspectum adeò tremere, ut horrore qualifatus abire cogeretur. Iulius Alexandrinus, *l. 2. salubrium c. 13.* scribit, se quendam nouisse, qui ita allium auersabatur, ut nunquam illud comederet, rarò admodum panem, rem tamen naturæ admodum conuenientem. Fuit, qui solis ouis viuens à panibus, carnibus, piscibus, caseis & aliis abhorrebat, mustelæ inde nomen adeptus, ut narrat Libanius, *singularium parte secunda.* Idem refert quendam malorum aspectu è conuiuio exortum fuisse.

Certorum ciborum fastidium.

Felis Platerus, *in obseruat.* refert, Antonium Postellum Gallum puerum, conuictorem patris sui, nihil quod coctum, siue elixum, assum aut frictum

Abstinentia ab omnibus cibis coctis.

Indi Nicotiana famem & sitim solatur.

Omnes ferè diu abstinentes melancholico humore abundant.

esset, comedit, contentum solo pane, fructibus & lacte. Panis autem non puro, sed furfuraceo, quali Platerus canem suum alere solebat, tantum vescabatur, ex pura farina pistum fastidiebat. Fructibus æstatis tempore, & hyemis insdem siccatis, pomis, pyræ, cerasis, nucibus, &c. utebatur. Lacte quoque frigido tantum vescabatur: nihil enim quod calefactum erat, attingebat. Bene habitus interim coloræque viuido. Hanc consuetudinem viuendi, aliquot annos cum parente suo degentem, vt & postea continuasse, idem Platerus narrat. Vveinichius, de monstris testatur, sequendata nouisse, qui anguillas non modò non ederet, & eorum aspectum non ferre posset, sed ne quidem in ædibus manere posset, in quibus anguilla viua occultabatur.

Panis fastidium.

Guilielmus Fabricius, cens. 2. obseru. 41. refert, B puellum quinquæ vel sex annos natum Vverdini ad Rorem fluuium ex graui morbo liberatum incidisse in hoc symptoma, vt quotiescunque panem videret, imò etiam intelligeret nominari, in terram motuus quasi prosterneretur, etiam loquela, visu, auditu & intellectu priuatus, qui tandem quasi ex sopore expergestus surrexit, & puerilia sua negotia, vt antea, peragebat.

Et nemo ferè est, cui non talia exempla nota sint, ac propterea plura allegare, superuacaneum puto.

Causa.

Causæ.

Causas verò huius rei, vt & aliarum sympathiarum & antipathiarum inuestigare difficillimum est, & plerumque ad idiosyncrasiam & peculiarem ventriculi constitutionem, à primo ortu contractam, quæ explicari non potest, causa huius fastidij referenda est. Et quibus talis constitutio est, ij non solum cibos certos auerfantur, sed & si iis clanculum offerantur, valdè æduntur, & interdum in morbos ac vitæ discrimen conuincuntur. Et hæc quidem ventriculi peculiaris constitutio sæpè ab imaginatione matrum ptobent, quæ, dum grauidæ sunt, certos cibos appetant vel fastidiunt, idemque fastidium, vt alios corporis nauos, in sobolem deriuant. Verùm vt aliarum sympathiarum & antipathiarum causa; ita & huius facîle reddi non potest, & longioris atque alterius operæ est de sympathia & antipathia in genere disquirere.

Alterà causa est consuetudo. Hæc enim cum sit quasi altera natura, iis maximè delectamur, quibus à teneris assueti sumus, contra eos cibos fastidimus, quibus nunquam vel rarò vsi sumus.

Quibus accedit imaginatio, vt qui cibi semel displicerunt, postea etiam fastidiantur. Nonnulli ranas, cochleas, carnes viuinæ, vulpinas, equinas, felinas ita fastidiunt, vt ne gustare sustineant: Si verò insensis præbeantur, nil mali inde sentiunt: rursus si is etiam post longum temporis intervallum significetur, eos tales cibos comedit, malè inde affectos quosdam, imò in vitæ periculum coniectos fuisse passim historiarum testantur. Quod omninò saltem ab imaginatione accidit, quæ cibos illos, vt summè noxios concipit. Ita noui quendam, qui cum de lepore assato satis largè comidisset, ab alio postea per iocum persuasus, fuisse vulpem, mox omnem cibum vomitu reiecit. Idem accidit iis, qui cibo aliquo immoderatè & non decenter apparato vsi sunt, illi quoque si noxium imaginantur, atque inde nauseam concipiunt. Ita refert Schenckius, lib. 3. obser. Cementarium quendam, cum in symposio ea put vitulinum semierudum & cruentas adhuc mensæ illatum fuisset, tanta nausea correptum fuisse, vt aliquot annorum spatio ab omnium carniuum esu abhorretet. Hanc ipsam ob causam post febrem nonnullos postea ab omni carniuum esu aliquot menses vel annos,

A vel etiam semper abstinuisse, sæpè obseruatum est. Curatio.

Hoc autem ciborum fastidium si sit ab ortu, vix emendatur. Consuetudo tamen multum hinc potest, quæ sæpè præstat, vt iis, quæ antea plarè fastidiebant, sensim assuescant, & tandem sibi planè familiaria reddant, sicut exempla multa habentur eorum, qui cum infantem caseum auerfantur, ei sensim assuescunt cum voluptate postea eum comederunt, & qui ex abstemius egregij potatores euaserunt. Multò verò magis consuetudo consuetudine mutari potest, ij verò, qui ex imaginatione saltem cibum aliquem auerfantur, etiam, Ij necessarium, ad cibos sumendos cogendi sunt: & modò semel cibum capere incipiant, postea facîle ei assuescunt.

Curatio.

CAPVT IV.

De ingenti fame, canina appetentia, & Bulimo.

Appetitus deiecto contraria affectio est nimia Appetentia, & quidem ea præternaturalis. Nam hinc initio monendum, non sermonem nobis esse hic de voracitate illa nimia, quæ nonnullis naturalis vocatur. Reperti enim sunt quidam ad miraculum vsque voraces sine villo detrimento: quorum exempla notat digna collegit Iustus Lipsius, in Epistolis, Centuria Miscellanea, Epist. 51. Sed de us hic sermo est, qui alias non ita assueti comedere p. n. in hoc malum incidunt.

Nimia appetentia.

Appetitus autem ille nimius Bulimus & canina appetentia dicitur. Canina appetentia interdum etiam canina nominatur, nomine, quod aliàs vkeribus cotrosius & serpentibus conuenit, ad hunc affectum translato, vt Galenus, 6. Epid. com. 3. testatur, vt & author definitionum Medicinarum, Plinius, histor. natur. lib. 26. cap. 11. Cælius Aurelianus, libro passionum chronicarum cap. 3.

Quomodo autem hi affectus differant, & quas causas habeant, apud autores satis intricatum est. Bulimus equidem in genere irgens fames est, seu vehemens esurius, particula B significacionem vocabuli augente & intendente. Barbaris inepte vacina appetentia, vel fames nuncupatur, quasi ex B componeretur: qua ratione etiam caninæ appetentia, quæ etiam magna est, attribui posset. Vfus tamen aqua pleròque obtinuit, vt Bulimus & canina appetentia distinguantur; priò quidem, quòd canina appetentia sit coniuncta cum vomitu, cum qui hoc modo laborant, continuo cibum appetant, vt vix saturari cibo possint, & primo nondum satis cocto nonum subinde appetant, itant, ventriculo non ferente cibi copiam cum vomitu reiciant, canum more, vnde & uomen accepit. Quibusdam vero Diarrhæa; potius, quàm vomitus accidere solet, naturâ superfluum illam cibi copiam per aluum detradente, estque appetitus caninus perpetuus. In

Bulimi & caninæ appetentia diff.

Bulimo vero vomitu non accidit, sed cum Liporhymia comitatur, quæ non adest in canina appetentia. Sunt tamen quidam, qui insatiabili comedendi desiderio laborant, non tamen vomunt, sed etiam cibum, quem sumplere auidè concoquunt, & nisi mex alium sement, malè habent. Ita noui aliquot annos hic studiosum, habitu corporis nigrum, qui hoc morbo laborabat, & non solum de die, sed noctu etiam comedebat, cibum tamen, quem sumebat, sine vomitu concoquebat, imò cibi delicatiss saturari non poterat, sed crassos expetebat, vnde nec panem à nostris pistum confectum, sed à rusticis in vicinis pagis emptum, vt solidiorem,

Bulimo vero vomitu non accidit, sed cum Liporhymia comitatur, quæ non adest in canina appetentia. Sunt tamen quidam, qui insatiabili comedendi desiderio laborant, non tamen vomunt, sed etiam cibum, quem sumplere auidè concoquunt, & nisi mex alium sement, malè habent. Ita noui aliquot annos hic studiosum, habitu corporis nigrum, qui hoc morbo laborabat, & non solum de die, sed noctu etiam comedebat, cibum tamen, quem sumebat, sine vomitu concoquebat, imò cibi delicatiss saturari non poterat, sed crassos expetebat, vnde nec panem à nostris pistum confectum, sed à rusticis in vicinis pagis emptum, vt solidiorem,

comedeat. Sæpè manè tempore æstiuo pastinacæ A
satiæ radices tot, quòd sex nammis emuntur, erud-
das sine damno comedebat. Vt ita si distinguere
hæc liber, caninis appetitus sit continua inordina-
ta & ferè inexplebilis fames; Bulimus autem etiam
quidem appetitus magnus, sed non continuus. imò
qui sæpè in nausea desinit cum Lipothymia &
virium deiectione.

Causæ.

Causæ.

Pars quidem proximè affecta est orificium ven-
triculi, utpote in quo desiderium cibi & potus vi-
get, & suctio illa famem excitans percipitur: Causæ
tamen plures esse possunt. Et quidem appetitum
caninum quòd ætinet, à duabus causis nite oritur,
vt Galenus, 1. de causis. sympt. cap. 7. docet: vel ab
humore vitioso mordicante ventriculum, vel ali-
menti defectu. Id est, fit appetitus etiam sine ali-
menti defectu, ab humore vitioso orificium ventri-
culi mordicante, & suctionem similem illi, quæ sit
ab alimentæ defectu, efficitur, vel ab alimentæ de-
fectu, ob quem suctio ista excitatur.

Humor, qui ventriculum mordet, & suctionem
illam efficit, est melancholicus, qui ventriculi ori-
ficium corrugando talem in eo affectam excitat,
qualis aliàs à venarum suctione in fame naturali
oritur. Et quidem si humoris ventriculi orificio im-
pactus sit, etsi ventriculus cibo assumpto adhuc
plenus sit: tamen quia continuò fit ab humore isto
velicatio, ferè etiam continua fames excitatur.

Platerus equidem ab aciditate humoris melan-
cholicæ hoc symptoma fieri negat, & putat, quòd à
talibus causis profertur potius, quàm auctore
appetitus, nisi occulta qualitas humori insit. Ipse
igitur venenatæ & malignæ qualitati, quæ ex esse-
ctæ potius cognoscatur, quàm describi possit, in hu-
moribus certo modo corruptis in ventriculum effu-
sis, vel etiam ex cibo in illo genitis, appetitus huius
causam attribuit; cum & venena quædam sint,
quæ extrinsecus illata, vel assumpta talia accidentia
excitant. Verùm enim verò etiã quantitates illæ, quæ
mordicationem istam efficiunt, ita planè determi-
nari non possint, nec corruptionis modus ita exactè
describi: tamen aciditatem, vel acrimoniam, vt planè
reiciamus, & statim ad occultam qualitatem
confugiamus, & venenam ac malignitatem simili
adesse statuamus: cum ipsa aciditas sufficiat, ad af-
fectionem similem suctioni naturali producendam,
neque suctio naturalis à causâ occulta fiat, neque
alia venenati humoris indicia adsint. Humor autem
ille melancholicus & acidus è hene & vicinis lo-
cis in ventriculum effunditur, non verò natura antea
in ventriculo continetur, de quo infra in quest. di-
cetur.

Verùm hæc causa in iis quidem locum habet, qui
plus appetunt, quàm possint concoquere, & pro-
pterea cibum, quem avidius comedunt, euomit.
Sed cum, vt antea dictum, etiam dentur, qui cibum
copiosius, quàm par est, non solum appetunt, sed
& concoquunt ac digerunt, nihilque inde mali pa-
tiuntur: in iis etiam sequens causâ, secunda scilicet,
coniungenda videtur. Et cum humor melancholi-
cus aliàs quasi fermentum sit, potest etiam ad co-
ctionem cibi maturandam aliquid afficere. Atque
hæc causâ non solum in ventriculo, sed & in aliis
membris locum habere potest. Ob hanc primam
causam famem quandoque etiam Epidemiam & in
morbis quibusdam excitatam fuisse, obseruatum.
Brassavol. incam. ad aph. 21. 2. Hipp. refert, An-
no 1588. caninam appetentiam Ferrariæ fuisse mor-
bam Epidemiam, & fuisse ex atra bile, cum pluri-
que ex infusione folior. senæ fuerint relictis, & plu-
rimi in quartanam inciderint. Alex. Benedictus, 4.

Operum Sennerti. Tom. III.

22 præf. cap. 20. scribit, se pestilenti morbo corre-
ptum incredibili auditate cibum sumendi laborasse,
dum quater de die cibum sumere cogeretur. Et
Leonellus Falentinus, de med. morb. cap. 14. refert,
Anno 1535. Prutenos febre correptos octies cibura
postulasse, singulis diebus, & sic sic quidem po-
tuisse exsaturari.

Secundò magna fames fit ob alimentæ defectum,
ob quem venæ continuò sugunt, suctioque in ven-
triculo continua est. Nam si partes inanitæ supra
modam attrahant, attractio tandem etiam ad ven-
triculum peruenit & famens p. n. in eo excitat. Ac-
cidit hoc primò, cum corporis partes inanitæ audi-
dus & copiosius attrahunt, & sibi apponunt ali-
mentum: quam causam plerique prætermittunt. Ita
refert Corn. Gemma, Cosmog. lib. 1. cap. 6. fæmi-
nam quandam vix ad mouentum abluque ingestio-
ne cibi & potus viuere potuisse, idque vitium à re-
neris incepisse, & cum ætate incrementum sum-
psisse. Causâ postea in mortuâ reperta fuit Epatis
constitutio, & præcipuè abdominis partium idiosy-
crasia, ob quam adipem copiosum generauit. Cor-
pore enim aperto detracta sunt libra propemodum
20. adipis, & epas impensè rubrum, mole insigni,
ac sanguine turgidum.

De ideo potest alimentum deficere & hinc suctio
magna fieri ob corporis raritatem & calorem robu-
stum alimentum continentem, & magnam siæpi-
sim deficientem. Cum enim corpus nequeat reñci
& instaurari, si alimentum copiosius distillat & dis-
sipetur, partes inanitæ à venis sugunt, atque hæc
tandem è ventriculo.

Verùm ab huius causis plerumque fames aliqua
magna saltem, quæ adhuc naturalis dici potest, ex-
citatur, qualis est, & illa, quæ post exercitia vehe-
mentia, euacuationes sanguinis, inediam, morbos
diuturnos, ob corporis inanitionem excitatur, non
vero præternaturalis, de qua hic sermo est.

Ad causas alimentæ deficientis plerique etiam
Facultatis Retentricis imbecillitatem referunt. Cum
enim corpus nequeat reñci & instaurari, nisi ali-
mentum tam diu retineatur, donec corpori appo-
natur, si facultas Retentrix sit debilis, effluit ali-
mentum, antequam corpori opponitur, atque ita de-
fectus fit alimentæ. Verùm vix puto à læta facultate
Retentricæ per se alimentæ defectum fieri posse, cum
nullibi via sit, per quam id sponte dilabatur. Per
accidens saltem hoc fieri potest, dum scilicet qua-
cumque de causâ corpus nimium dissoluitur, vt Re-
tentrix Facultas, quamuis sit fortis, id retinere non
possit. Et quamuis allegetur pro Retentricæ læsa
locus Galeni 6. de loc. aff. cap. 3. tamen ibi saltem
de celeri dissipatione & dissolutione alimentæ loqui-
tur. Ita autem Galenus: *Alius interdum affectus oc-
currit Diabesi perquam similis, & quidem à multis
cibus, qui neque crudi sunt, neque per alium deiciuntur,
neque plena diuina efficiunt, neque etiam pro-
bè alere possunt, sed dissipantur discutunturque ce-
teriter cuius vi crebrior est, quàm Diabesi euentus,
ita faciliorem curationem admittit, quippe priusquam
ad unam pervenerit, cognitum haud ita difficulter
curabitur. Nam ubi quis duplum consuetorum ali-
mentorum adsumpserit neque corpus ali vi tenet, id-
que citra alii fluxorem hunc affectum non solum pri-
uati, sed etiam Medici percipiunt. Cum vero irri-
plum ingerit, idoneis auxiliis liberari potest, prius-
quam scilicet ad quadruplum, vel quintuplum per-
ueniat. Igitur rationis consentaneum est, hunc affe-
ctum & celerem dissipationem inspicere omnibus parti-
bus attractricem atque coniungatam facultatem, que
proprie appetentia vocatur, & astantibus. Hæc Galen.*

Ad alimentæ defectum & absorptionem faciunt &

D 11

Quomodo
à la a-
cultate re-
tentrice ali-
mentæ defe-
ctus fieri
possit?

vermes, qui alimentum in ventriculo confectum absumunt, antequam ad epar deferatur, unde reliqua membra alimento destituta humores è ventriculo trahunt. Qua de causa etiam Infantes sæpè voraces sunt, vt vix saturari queant. Huius rei annotauit exemplum Alex. Trallian. *lib. 7. cap. 14.* de quâdam muliere, quæ cum immodica cibi appetentia laboraret, post Hieræ vsum vermem 12. cubitos longum excreuit, & postea ab hoc Symptomate liberata est.

Rondeletius tertiam adhuc causam addit, longum scilicet vsum alimentorum detergentium, vt ficum, vel gari, idque in seipso se expertum scribit. Cum enim se vellent cogere ad vsum piscium, vtereturque frequentissimè garo parato ex Lycotoni & oxyleo, ficus etiam Massilienses ferè omnibus horis comederet, ita fuit pituita illa ventriculi & intestinorum deterfa, vt superueniret ipsi appetentia canina, deinde bulimus.

Bulimi
causa.

De Bulimi verò causâ res intricatior est. Plerique quidem à frigida ventriculi intemperie famem istam prouenire statuunt. Et omninò res certa est, à frigore magno famem magnam induci. Idque Plutarchus, *in sympof. lib. 5. cap. 3.* iis præcipuè accide- re scribit, qui per altam niuem iter longum faciunt. Et si quis in Alpibus Rhæticiis iter tempore hyberno faciat, etsi in quibusdam locis ab vna radice montis ad alteram vique vix bina miliaria Germanica intersint: nemo tamen ieiunus hyeme eas superare audeat. De modo tamen, quo frigus Bulimum excitet, non consentiunt. De quo infra, *questione prima* dicitur.

Signa Diagnostica.

Signa.

Affectio hæc faciliè cognoscitur, quòd ægri assiduo cibum appetunt, & nunquam ferè satiantur: Atque ita sese cibo replent, vt eum vomitu reiciant, vel per aluum excreant. In Bulimi verò in specie dièta initio multa appetuntur, post robore ventriculi dissoluto cibi fastidium sequitur, etsi corpus alimento indigeat. Hinc imbecillitas ventriculi, animi deliquia, partium externarum frigus, pulsus obscuri.

Causarum signa quòd attinet, si nimia appetentia sit ab humore acido, crudi ructus percipiuntur, & alia huius humoris abundantis signa adsunt.

Si fames sit ex defectu alimentum, ægri emaciantur, & quidem si ea fiat calor is nimiam *dispositio* efficiens excessu, eius in toto corpore signa adsunt, alui deiectiones sunt pauciores & sicciores, quàm cibi modus postulat. Si verò Bulimi causa externum frigus vehemens sit ex ægri relatione id innotescit.

Prognostica.

Prognostica.

1. Qui canina appetentia laborant, sæpè ex hoc malo in vomendi consuetudinem delabuntur, sæpè etiam aliis affectionibus sunt obnoxij, Cœliacæ scilicet passioni atque hydropi, idè quòd antequam priores cibi coeli sint, alios ingerunt, Aëtius, *tetrab. 3. s. 1. cap. 21. 2.* Fames magna, quæ sit post febres & alios morbos, recidiuam mruatur. Cum enim appetitu urgente ægri, ac conualescentes illi plus comedant, quàm ventriculus morbo debilitatus concoquere possit, accidit, vt inde cruditates multæ cumulentur, quæ postea recidiuam pariunt. 3. Bulimus periculosum malum est. Nam ægri repente amano linquntur, cum externarum partium refrigeratione: Quidam etiam auxilio destituti pereunt. Aëtius, *tetr. 3. s. 1. cap. 6. 4.* Si vino sumpto æger ab animi deliquio statim reuocetur, bonum signum est, indicatque vires non esse ita prostratas. 5. Bulimus in morbis chronicis, vt febre quartana, quotidiana, hydrope lethalis.

Curatio.

Si canina appetentia sit ab humore vitioso ventriculi orificium vellicante, is vt euacuetur operanda. Itaque valde utilis est vomitu. Et licet in appetentia canina sæpè sponte vomant ægri, nihilominus in principio, antequam vomitus inualefcit, ad materiam vitiosam educendam vomitus conuenit. Leuis quoque per aluum primò euacuatio institui potest. Postea dentur cibi & medicamenta, quæ sensum suctionis in ventriculo immittunt. Deinde, quæ materiam alterant & præparant, vt tandem euacuari possit.

Curatio.

Famem compescunt pinguis, lepta, carnes bubulæ, caro porcina, oleum amygdal. dulc. cerebrum animalium, amyllum recens, malua cum oleo vel butyro & iure pingui. Quibus tamen magis in principio locus, dum vomitum prouocare volumus, postea vero dum vomitus vrget, omittenda. Simul in horum vfu cauendum, ne is sit nimius, & æger in contrarium affectam deducatur. Proinde cum melius incipit habere æger, pinguis, & quæ concoctioni resistunt, immittenda.

Famem compescunt.

Narcotica verò, quæ famem immittunt possunt, cautè vsurpanda. Fortia autem vitanda sunt, sicut infusio solani furiosi cum vino facta & bibita tubitò omnem cibi appetentiam etiam in summe famelico euertit. Vinum tamen potens, & spiritus vini vsurpati possunt, quæ Præterus etiam ad hanc classem refert, & non tam calefaciendo, quàm stupefaciendo famem tollere scribit; sicut & Theriacam & Mithridatium eadem vi narcoticâ caninam appetentiam sedare censet. Abstinentium autem ab acidis & abstringentibus. Alterantia & Præparantia sunt anisum, thymum, origanum, saturia & similia supra in intemperie ventriculi frigida propo- sita. Iisdem cibi condiantur, & in obustionibus ac rusticis cæpis & allio. Vinum sit Saluatium, vel aliud conueniens, quod ventriculum calefaciat, & acidos humores corrigat. De vino vide Hippocratem, 2. *aphor. 21.* & commentatores. Materia præparata euacuanda. Commodissimum medicamentum est Hiera. Utile est & Mollia, in qua agarici ʒ. j. ʒ. vel ʒ. ij. macerata sint. Materiam expurgatâ

Narcotica hic caute vsurpanda.

C

ventriculus roborandus calefacientibus, cum internis, tum externis, de quibus supra de Intemperie ventriculi dictum. Et si humor acidus è liene ad ventriculum transmittatur, reliqua cura ad Lienem dirigenda. Reliqua fames, quæ à maiori totius corporis euacuatione accidit, curanda causis inanitionis resistendo, vt cibis crassis, viscidis ac multum nutrientibus. Aëtius cibos, qui tardè coquantur, distribuuntur, nec tamen faciliè consumuntur, probat, cuiusmodi sunt cochleæ, cancri, caro suilla, oryza & similes. Foris etiam adhibeantur cutem densantia, vt oleum omphacinum, myrtinum, rosaceum, quæ tamen omnia ita administrantur, ne obstrectio, aut febris, aut aliud malum graue oriatur. Vinum attenuantia, & calida omnia vitentur, aer sit frigidus, æger quiescat, & diutius dormiat.

Materia alterantia & præparantia.

Euacuanda.

D

Roborantia.

E

De Bulimo etsi in causis discrepent autores; tamen in curatione ferè conueniunt. Quamuis enim ante animi deliquium calidum ventriculum esse nonnulli statuunt, vt supra dictum; tamen consentiunt in eo, in deliquio & post deliquium ventriculorum esse imbecillum & refrigeratum, & propterea etiam esse moderatè calefaciendum. Curatio ergo Bulimi duplex: Vna in paroxysmo, hoc est, animi deliquio, alia extra paroxysmum. In paroxysmo laborant, vt æger reuocetur frictionibus, odore panis, vini, panis vino madidi, aceti, & aquarum destillatarum conuenientium, inter quas est aqua

Bulimi curatio.

In paroxysmo.

carfunculi. Commodum etiam est micam panis vino madidi, si eam deglutire possit æger, exhibere, vel guttam vnam atque alteram aquæ carfunculi cum vino. Et si æger immingere animi deliquium animaduertat, vtilissimum est, vt mox panis præcipuè vino madidus, præbeat.

Postquam ab animi deliquio reuocatus est æger, non statim cibus exhibetur, nisi forsitan paulillum panis vino madidi, sed paulisper quiescat, donec vires non nihil restituantur, postea præbeantur cibi; qui citò ac multum nutriunt, vt panis vino madidus, oua sorbilia, inscula & similia, de quibus in curanda intemperie ventriculi frigida & Syncope est dictum. Extra quoque ventriculo calefacientia moderatè applicanda, quæ ibidem sunt proposita.

QUESTIO I.

Quomodo frigus Bulimum excitet?

Quomodo frigus Bulimum excitet?

Frigus quomodo Bulimum excitet, Autores non contentiunt. A plurimis quidem docetur, frigus comprimere, & compressione sua succulentam substantiam à parte expellere, è cuius defectu fames oritur. Verùm probabile hoc non videtur Ludou. Mercato. Cùm enim frigiditas actu tantum constituta vim habeat comprimendi, constringendi, & expellendi; Ventriculus verò Animalis viuens tantam frigiditatem actu habere nequeat, vt condensando comprimat: etiam hoc modo famem excitare non posse existimat. Ipse verò statuit, frigiditatem potius mordendo, & irritando appetitum excitare. Alij contra à frigiditate ventriculi famem orti negant, existimatque Platerus, frigidum potius sentium obtundere, quam accendere, ac si accidat, vt frigiditate appetitus augeatur, id fieri, vel quòd frigiditas calorem, à quo appetitus deiectus fuit, corrigat, atque ita ad naturalem temperiem reducat, vel quòd frigus externum calorem ad interna repellat, atque ita, ob calorem ad interiora collectum & abundantem copiosiore alimento corpus indigeat. Atque hæc ipsa sententia fuit Aristotelis, 8. probl. 5. & Alex. Tralliani, l. 1. c. 4. qui causam nimix appetentix statuit esse calorem ventriculi auctum ab ambiente aere frigido, qui calorem ad interiora pellit, vt etiam Hippocrates, 1. aph. 15. ventres hyeme, ac vere esse calidiores, & propterea per ea tempora plus cibi dandum esse scribit. Aristotelem & Trallianum sequitur, ac defendit Hier. Mercurialis, ac Donatus ab Alto mari & alios recentiores reprehendit, qui statuunt ab insigni refrigeratione ventriculi fieri Bulimum. Neque enim putat tantam posse ab externo aere fieri refrigerationem, vt ipse ventriculus insigniter refrigeretur, atque alias etiam, quæ tamen non sunt eiusdem ponderis, rationes contra hanc sententiam afferit. Ipse verò hac de re ita statuit: Calefacto ventriculo propter frigus aeris externi intrò calorem influentem pellens fieri inanitionem, & dissipationem alimenti. Post hanc indigentiam fieri impotentiam, eò quòd exinanito ventriculo paulatim Spiritus dissipentur, ac resoluantur. Post impotentiam calorem, qui prius auctus erat, in corpore languescere, & introduci frigiditatem calore natiuo debilitato, quæ frigiditas non solum inducat inappetentiam, verùm etiam cibi abominationem facit.

Quas quidem opiniones, si diligenter perpendamus, id quidem verum videtur, quòd frigus externum calorem ventriculi internum & naturalem augendo aliquam famem excitare possit: quòd tamen illa fames sit præternaturalis, & talis, de qua tenent Operum Sennerti. Tom. III.

agimus, vix probabile est. Et omnino sæpè vocabulum Bulimum non eodem modo ab Autoribus accipitur, sed interdum in genere pro fame magna, interdum verò in specie de fame, quam antea descripsimus. Ideò quæ si cum Galeno, 2. aph. 21. Bulimum non famimus pro eo, quòd nomen sonat, scilicet pro ingente fame, sed pro virtutis prostratione ab externa refrigeratione profecta, quæ quidem ab esuritione principium sumit, sed famem amplius non habet coniunctam, ventriculo valdè languente, ac eius calore pene extincto, ita scilicet, vt membra sint, famelica & nutrimento indigeant, ventriculus verò illud respuit: huius causa statuenda videtur intemperies frigida à causa maximæ & summa efficacix orta, aere, scilicet frigidissimo, in quo æger diutius moratus est. Et si enua frigus externum calefaciat ex accidente, calorem influentem intrò pellendo: tamen quia in diuturna in aere frigidissimo mora non solum per cutem ventriculus affici potest, cùm os ventriculi non multa carne repletum sit, sed aliquid subinde etiam per os aeris attrahitur, potest hoc modo ventriculus valdè refrigerari, atque ex illa refrigeratione contracto ore ventriculi fames quædam suboriri: postea tamen refrigerato valdè ventriculo Lipothymia & reliqua, quæ enumerauimus, symptomata. Si verò alicui hæc causa non satisfacit, is perpendat, num probabilius statui possit, ab externo aere frigido calorem omnem ad internas corporis partes pelli, atque ab eo ibi valdè aucto & concentrato quasi alimentum absumi, vnde accidat, vt membra valdè trahant à ventriculo, quam suctionem dum sentit ventriculus, eum vehementem appetitum excitare, statim verò hominem animo linqui, nisi cibo reficiatur, ac simul fame, sed non longè post reuocato ægro ac sensim reuiuiscete redire ciborum appetentiam. Sunt etiam, qui aerem talem diaphoreticum esse, & vim habere alimentum absumendi, & dissipandi statuunt. Quomodo referri possit & hac aqua, quæ, vt supra dictum, ab Hippoc. 6. Epidem. Comm. text. 20. vorax dicitur.

QUESTIO II.

An humor melancholicus & acidus, qui appetitum excitat, in ventriculo naturaliter contineatur.

Sunt nonnulli in ea opinione, non equidem è Lienè in ventriculum eructari humorem acidum, qui appetitum excitet: esse tamen in ventriculo humorem acidum ingenitum & connatum, quem relicta cibi portione bene elaborata augeat & foueat, qui non sit crassus, sed tenuis & spiritibus corrosiuis præguans, qui grato quodam acore ventriculi corpus nervosum afficiat, & sua mobili virtute permeet omne ingestum, illud quo soluat in liquorem seu chylum, & omnino se habeat, vt fermentum, quo cereuisia feruescit, fermentaturque, vt crassa partes à tenuibus, & viles ab inutilibus separentur. Atque hunc humorem, si abundet, causam esse famis nimix docent. Famem etiam cibo sumto statim sedari, antequam alimentum dissolutum sit, ob hunc humorem statuunt, dum nimium à cibo sumto suppressitur, vt ita moueri, & in partem fermenti ebullire non possit. Verùm enim verò hæc omnia nec experientia complentur, nec rationibus satis firmis nituntur. Nam cùm omnibus aliis partibus viuentibus insita sit vis coctiones sibi conuenientes perficiendi, non verò ab humore aliquo ea perficiatur, vel adiunetur; Cur ea vis integra ventriculo deneganda sit, non video. Neque idè probatur, quòd humor acidus vomitu reicitur. Et si enim hoc is accidat, qui plus comederunt vel bibe-

An humor acidus in ventriculo contineatur.

runt: tamen ex cruditate acida id euenit, quæ cum ob cibi & potus copiam generatur, & totus ille chylus talis est: non verò in sanis hoc accidit. Ideoque præter naturam potius aliunde humorem illum in ventriculum effundi, credibile est.

CAPVT V.

De Pica & appetitu vitioso.

Pica vel appetitus vitiosus.

Non solum appetitus interdum deicitur & valde augetur, sed & nonnunquam deprauatur, quæ appetitus deprauatio Græcis *σιζία*, vulgò Pica nominatur, appetitus nimirum præter naturam prauus & alioni à natura cibi. *Κιζία* autem siue Pica aliis à Pica aue ita dicitur, siue quod in ea pennarum, siue quod vocis sit magna varietas, siue quod ipsa hoc affectu laboreat, vt existimat Paulus Ægineta, *lib. 1. cap. 1.* quod tamen parum aptum videtur, cum nulli picæ appetitus sit cognitus. Alij verò, vt Aetius, *serab. 4. serm. 4. cap. 11.* ab Hedera, quæ Græcis *κίζις*, ita dictam putant, quod sicut hæc variis, prout occurrunt, plantis adhaeret, atque ins se implicat: ita mulieres hoc malolaborantes varia edulia appetunt, atque ea sæpè contraria, quæ cum voluptatem, tum inlautitatem gustui exhibent. Plerique etiam Malaciam appellatam censent à Plinio, *lib. 23. cap. 6.* Sunt tamen, qui Malaciam alium à Pica affectum esse statuunt, quod & Mercurialis fecit, ideò quod Malacia proprie significet mollietatem. Mollietatem autem alius sit à Pica morbus, languor scilicet & laxitas, ob quam ventriculus nec appetere cibum, nec concoquere possit. Deinde quia Plinius laudat Maliciorum ad malaciam, cum tamen adstringens sit medicamentum, quod quidem in laxitate ventriculi conuenit, sed non in pica. Verum enim verò malacia dicitur mollietatem & impotentiam quasi, qua cibos quosdam quasi languentes & animo impotente appetunt. Neque Plinius scripsit, quod malicorium contra grauidarum malaciam expectatur, sed simpliciter, expectitur (scilicet malum Punicum) grauidarum malaciæ. Si quis tamen hæc duo vocabula discernere velit, appelletur Pica deprauata appetentia, quando homo vitiosus & à natura alienos cibos, exempli gr. cretam, calcem terram & similia appetit. Malacia verò ea appetentia quando prægnantes nos quidem alienos à natura hominum cibos, sed alios consuetos appetunt, avidus tamen & cum animi quasi impotentia, ita vt nisi eorum participes fiant, abortum patiantur, vel stigma aliquod infanti imprimant, ad quod præcauendum malum Punicum expecti scribit Plinius, quoniam gustatum mouet infantem, & periculum abortus præcauet, vt non opus sit Plinii textum cum Mercuriali mutare & pro infante famem legere.

An Pica & Malacia sint idem?

Verumque malum frequens est muliebribus cacochymicis, præcipue primis duobus, aut tribus mensibus. Tum enim fœtus adhuc minor est, parumque alimenti & id purius sngit, à quo relictum impurius affectionem hanc in grauidis excitat. Quarto verò mense cum fœtus iam grandior fieri incipit, copiosiore alimento indiget, vt omne, quod in promptu est, attrahat. Vomitus quoque grauidis mulieribus primis mensibus familiaris est, quo vitiosi succi euacuantur, quibus euacuatis etiam hoc symptoma cessat. Appetitus autem hic varius est. Interdum enim mulieres, vt dictum, consuetam aliquem cibum appetunt, sed tam auidè, vt nisi eum nanciscantur, cum fœtu periclitantur. Aliquando verò (id quod non solum grauidis fœminis, sed &

A quandoque accidisse compertum est) rerum à natura planè alienarum appetentia nonnullis accidit, vt cretæ, calcis, terræ, &c. Noui virgurem quandam nobilem, quæ annorum duodecim arenam scriptoriam auidè deuorabat. Viuit etiam hæc fœmina, quæ aliàs bene valet, quæ arenam & lapides molares contritos copiosè ingerit, & semper secum in sinu gerit, & vna die sæpè, quantum mensura lb. ij. capit, vt affirmet, se iam tantum arenæ, quantum lapidem molarem æquate possit, deuorasse. Platerus in obseruat. narrat, fœminam quandam grauidam libras aliquot zinziberis maxima voluptate sine vilo incommodo vna vice deuorasse, nec, quod mirum erat, ardorem vllum in faucibus, multò minùs in ventriculo sensisse. Se etiam iuuenem Monspensuli frequenter & aliquoties de die cochlearia aliquot theiaca deuorasse, nec vllum damnum inde sensisse.

Virgo & fœmina arenam deuorantes.

Zinziber & theriaca vltra modum ingesta

Affici autem in hoc affectu officium ventriculi extra controuersiam est: Iaque etiam testatur Galenus, *5. de loc. aff. cap. 6.* cum officium ventriculi sedes appetentiæ sit, Quia tamen idem Galenus, *1. de symp. caus. cap. 7.* in pica etiam tunicas ventriculi prauis humoribus imbutas esse scribit, sciendum affectus huius sedem propriam esse officium ventriculi: causam tamen & humores vitiosos præcipue in tunicis hætere. Si enim omnes isti humores officium ventriculi occuparent, cardialgiam & morsum excitarent, sed latus est, si in tunicis hæreant, è quibus vel pars aliqua eorum, vel vapor ad officium ventriculi ascendens appetitum hunc vitiosum excitat.

Causa.

Causa eius appetitus est humor vitiosus prauus qualitate præditus tunicis ventriculi in hærens, & hinc officium ventriculi affligens. Quænam autem huius humoris natura sit, & quænam illa qualitas, quæ hanc affectionem excitat, integrè vix explicari potest. Hinc Platerus venenatam & malignam qualitatem esse scribit. Occultam esse facile concedimus: venenata verò vt sit, necessarium esse non putamus, neque venenati humoris indicia & effectus hic adsunt. Humor autem ille plerumque ab utero in grauidis & aliis mulieribus à mensibus suppressis suppeditatur, interdum & à liene, vel aliis partibus: Quandoque in ventriculo à vitiosis alimentis & mala coctione generatur. Au autem in picâ humori prauo contraria, an verò similia appetantur, vide infra in quaestione.

Causa. An pica à causa venenata oriatur?

Signa Diagnostica.

Affectus hic facile cognoscitur, & ex solâ ægrøtantis relatione percipitur, qualia appetat. Adest præterea languor, cum ciborum salubrium fastidio, interdum ventriculi morsus, anxietas, crebræ exspuitionses, nonnunquam & vomitus, quæ materiam in ventriculo contentam patefaciunt.

Prognostica.

1. Melius est, si qui hoc affectu laborant acida & acuta appetant, peius si res planè à naturâ alienas, teste Auicenna, *3. Can. fen. 13. rr. 2. cap. 20. 2.* Periculo hoc malum non vacat, & sæpè in cacochymiam, hydropem, & plurima alia mala degenerat. Quænam enim fœminas, præcipue, quæ tali affectu laborant, sæpè talia præter naturam siue damno comedisse obseruatum sit: tamen si malum diu duret, fieri non potest, quin prauis humoribus inde generentur. Neque semper sine omni noxa talia ab iis assumuntur, refertque Brassauolus, *5. aph. 24. in Comm.* se nouisse mulierem, quæ mota desiderio bibendi glaciem in maxima incidit mala.

Curatio.

Humor prauus in ventriculo symptomatis huius Curatio.

caussa euacuandus, & tollendus est; ventriculus vero, si quam intemperiem conceperit, alterandus & roborandus, ne prauos humores deinceps facile recipiat. Ad humores vitiosos in ventriculo euacuandos hic commodissimus est vomitus, qui decocto raphani, aqua tepida, cum butyro moueri potest, etiam in pragnantibus, cum experientia doceat, pragnantes sæpe sponte primis mensibus sine omni damno vomere. A fortioribus tamen vomitoriis abstinendum in pragnantibus. Auicennas, si æger lutum appetat, illud in aqua dissolutum miscet, cum medicamentis vomitoriis & sale, & de exsiccat in Sole præbet Dr. j. cum aqua vel decocto vomitorio, vt prouocato vomitu æger à luto deinceps abstineat, alij eadem intentione de carbonibus, creta & alijs, quæ appetuntur præter naturam, aliquid in spiritu vini dissolutum propinant, & post horam vomitorium medicamentum, si æger sit facilis ad vomitum; sin minus, medicamentum aliquod purgans exhibent. Ita enim præsentia rei exhibitæ eius desiderium tollit, & humor prauus illius desiderij causa simul è corpore euacuatur. Si humor vomitu commodè purgari non possit, præparandus & per aluum euacuandus est. Et quia humoris huius natura & peculiariis qualitas planè occulta est, medicamenta ita præparanda, vt omni ferè humorum generi accomodata sint.

Vt *℞. Melissa, ruta, betonic, origan.* an. M. β. Coquantur in f. q. aquæ, Colæ *℞. ʒ. v. Syrup. de menth. beton. oxymel.* f. an. ʒ. j. M. pto 2. dosibus. Deinde *℞. El. diacathol. ʒ. iij. confect. hamech. ʒ. ij. agar. trochisc. rhabarb. elect. an. ʒ. j. cinamon. macis, schœnanth.* an. ʒ. vj. Cùm sacch. F. Bolus. Vel exhibeantur pilulæ polychrestæ. Si femina, quæ non sit grauida, ab obstructione mensium in hunc affectum inciderit, vena in malleolo, vel poplite secetur, & postea medicamenta menses promouentia exhibeantur. Postea danda opera, vt humores tunicis impacti absumantur, & ventriculus roboretur, quod fit diamoscho, diambra aromatico rosato theriaca, Mithridatio. Mercurialis vt singulare experimentum commendat hoc:

℞. Sem. sinapi, ʒ. β. ossium columbar assatorum & in cinerem redactorum, ʒ. β. sem. portulac. ʒ. ij. succi cydon. ʒ. ij. sacchar. albiss. ʒ. ij. Misce ad ignem lentum. Dosis ʒ. β. Alij hoc laudant.

℞. Conseru. rosar. borrag. bugloss. an. ʒ. i. spec. diamarg. vtriusque an. ʒ. j. fragm. lap. v. preios. ʒ. ij. Subtilissimè misceratur cum syrupo rosar. F. Electuarium, cui adde, si libet: folia auri duo. Dosis est ad magnitudinem nucis moschatæ. Ad ventriculorum roborandum commendat. Aetiuss succum mali punici, cum puluere menthæ siccæ, quod grauidarum malaciæ expeti, ad abortum præcauendum, antea etiam è Plinio diximus. Item portulacam, quam Rabbi Moses, 2. *aph. 6.* à proprietate occulta valere contrà appetitus deprationem scribit Trotula, de *pass. mulier. cap. 15.* Fabas laudat coctas, vel conditas cum saccharo, quod omnes prauos appetitus in mulieribus adimant. Laudatur & ruta in hoc affectu. Item semen cucumeris excoct. polygoni atque anethi decoctum, atque alia, quæ videantur apud Aëtium, *septrab. 4. f. 4. cap. 11.*

Extra Aëtius formâ cataplasmatibus imponit: cœnanthem, balaustia, rosas, myrtum, smyrnijs succum, sem. fœniculi coctum cum vino, dactylorum carnes vino coctas & tritas formâ emplastri, aut mala cydonia trita cum oleo rosar. seu nardino, cuius generis alia plura supra de *intemperie ventriculi* sunt propolita.

Dieta.

Cibi varij & iucundi ægro offerantur, quibus à

prauorum appetitu auocetur. Dulcium tamen vsu sit moderatus, vel cum adstringentibus misceratur. Si æger appetat cretam, Auicennas & Aëtius amyllum recens præbere iubent. Ad discutiendos prauos in ventriculo humores, vtile est, ante cibum oliuas, vel cappares sale & aceto conditas exhibere. Excitant etiam appetitum naturalem, & os ventriculi detergant, amygdalæ amaræ cum pane exhibitæ. Item cichonij decoctum in aqua & sale oleo & aceto conditum. Olei loco iusculum carnis sumi potest. Roborat etiam ventriculi os panis in succo cydoniorum, granatorum, limonum, aut arantiorum acidorum maceratus. Potus sit vinum generosum subadstringens.

An autem cibi prauj & alieni à natura hominis, qui auidè ab ægris eiusmodi appetuntur, sint concedendi, consideratione dignum est. Historiæ quidem à medicis passim annotatæ sunt, quod à plurimis cibi eiusmodi alieni à natura hominis sine damno assumpti fuerint in maximâ coplâ. Obseruatum tamen quoque est, ab eiusmodi prauis rebus, & à natura humana planè alienis quosdam læsos fuisse. Itaque existimant nonnulli, si res planè absurdæ sint, ac præter naturam, non esse concedendas. Cum grauidis tamen omninò cautè & prudenter agendum; quoniam si planè denegentur res, quas auidius expectant, offenduntur, vel abortum patiuntur, vel stigma infantibus imprimunt. Contrà tamen etiam vix fieri potest, quin à talium rerum vsu offendantur. Itaque dauda opera, vt illis blandè persuadeatur, ne sibi in talibus indulgeant, atque ea, quæ damni & ipsi & fœtui aliquid afferre possunt, non nimis auidè appetant, aut certè si appetitum cohibere non possint, parcè saltem degustent. Suadent quidem nonnulli, grauidas eiusmodi mulieres decipiendas esse edulibus ex saccharo & amylo figuram & colorem rei, quam appetunt, referentibus: Sed rectè monet Heic. Saxonia, talia non multum posse conferre, & vix appetitum explere; cum non colorem & figuram, nec amyllum & saccharum, sed substantiam certam appetant.

QVÆSTIO.

An in Pica humori prauo contraria, an verò similia appetantur?

An in Pica humori prauo contraria, an verò similia appetantur, inter autores disceptatur. Cum Auicennâ plerique hîc statuunt, natura & hîc poscere contraria, quasi remedia ad profliganda ea, quæ præter naturam sunt in ventriculo. Alij contrarium sentiunt, idque idèd, quod vomitu reiciantur humores non contrarij, sed similes; acidâ nimirum appetentes nihilominùs acida euomant: & si appetant contraria, causam non patere putant, cur non appetant contraria consueta potiùs, quàm insueta, & à natura alienissima. Ipsi verò similia appeti existimant. In qua sententia est Rondeletius, cum quo consentit Mercatus, de *intern. corp. morb. curat. lib. 3. cap. 3.* Idque idèd, quia humores in prauj quasi connaturales & eorum temperamentum quasi habituale factum sit. Cùm enim humores vitiosi quasi domestici, & familiares facti sint, natura ad eorum quasi similibus conseruationem similia appetere. Alijs nec ista opinio placet. Si enim appetant similia, iisque fruantur, augetur malum; cum tamen sæpè nil tale accidisse compertum sit. Videmus præterea pragnantes sæpe vomitu reicere humores falsos vel acidos, & tales tamen non appetere. Quæ etiam calci, carbombus, crudis carnis ac similibus cum humoribus conuenientia;

præparan-
tia & per
aluum euacuanda.

Ventricu-
lum roboran-
tia &
humores
absumētia.

Externa.

Dieta.

Ergo hic non in qualitatibus manifestis acquiescendum, cum ex iis huius symptomatis & appetentiae tam mirabilis causa reddi non possit. Ideoque etsi probabile sit, ex simili potius, quam contraria qualitate appetentiam hanc provenire: tamen quoniam illa sit qualitas integre explicare difficile, imò impossibile est: cum res, quae appetuntur, nullam cum humoribus, vel dulcibus, vel salis, vel acidis, in manifestis qualitatibus convenientiam habeant.

CAPVT VI.

De Potus appetitu laeso, & primò de sitis deficiente.

VT circa appetitum cibi quaedam symptomata contingunt: ita etiam circa potus appetitum quaedam accidunt. Et ut appetitus cibi, seu fames nunc imminuitur, nunc aboletur, nunc intenditur, nunc deprauatur: ita quoque appetitus potus, seu sitis, vel imminuitur, vel auferitur, vel intenditur, vel deprauatur. Verum rarius est, ut quis potum omninò contra naturam appetat, ideòque saltem de siti deficiente & nimia dicemus.

Sitis deficiens.

Et primò quidem interdum sitis, vel exigua, vel etiam nulla percipitur, refertque Platerus, in *observationibus*. Marchionem quendam, Legatum à Rege Gallorum in Italiam missum, nihil penitus bibisse, idque à teneris sibi consuetum fuisse ipsum falsum esse. Cum autem, ut famis, ita & sitis sedes sit orificium ventriculi, & sitis fiat ob defectum humiditatis etiam sitis nulla fiet, cum defectus ille humiditatis non adest, vel non percipitur. Prius sit, cum intemperies ventriculi frigida & humida adest, aut humor frigidus dulcis multus orificio ventriculi inhaeret, aut cum aer frigidus & humidus, aut cibi tales id humectant. Causae denique, quae venarum suctionem, & corporis evacuationem impediunt, ac excessus omninò humoris ac frigoris in corpore, faciunt, ut sitis nulla excutatur, de quibus iam ablatà & immunita cibi appetentia dictum.

Defectus autem humiditatis siue fames non percipitur ob easdem causas, ob quam laesa facultate sentiendi suctionem non percipi diximus. Id accidit saepe in delirantibus. Ita Hippocrates, 3. *Epidem. Comm. 3. aphor. 44.* scribit: quosdam in febre ardente non scivisse, qui iidem phrenitici non senserint, quicquid parerentur, impedita facultate animali sentiente ob cerebri vitium. Consuetudo etiam huc multum facit, videmusque quotidie poeulis assuetos continèd sitire: aliàs contra rarè & per diem, imò biduum non sitire.

Signa Diagnostica.

Signa.

Quòd aeger sitim nullam habeat, ex eius relatione facile cognoscitur. Et si non deliret, ac facultas sentiendi salua sit, indicio est, humiditate & frigiditate ventriculi, vel totius fieri, nisi forsitan consuetus sit rarè bibere.

Prognostica.

Prognostica.

1. Ablata vel imminuta sitis curationem per se ferè non desiderat, dummodò appetitus cibi adhuc constet, qui in nutriendo animali primatum obtinet. Et multos rarè & parè omninò bibere, aliquos etiam diu à potu abstinuisse, compertum est. 2. Infaustus morbi exitus metuendus est, ubi vel deficit sitis, quando maximè adesse debebat, vel intensa, quae aderat, evanescit praeter rationem, ut in febris praesertim ardente. Tum enim vel virtutis animalis oppressae, vel nativi caloris & appetentis facultatis in ventriculo extinctio significatur. Galenus, 3. *Epid. in comm. 3. aph. 14.*

A

Curatio.

Si ob humidam & frigidam intemperiem & humores in corpore abundantes sitis non adsit, eadem curandi ratio est, quae appetitus à simili causa deieci, & appetitus cibi restitutus plerumque etiam potus appetentiam reparare solet.

Curatio.

Si à Delirio sit sitis, & aegri à potu abstinentia incommodi aliquid allatura sit, aegro multis modis persuadendum, ut bibat. Idem faciendum, si qui parcus bibant, & inde alui obstructio sequatur, vel ciborum distributio impediatur.

De Liquidorum avertione & Hydrophobia.

Interdum etiam accidit, ut aeger potum non solum non appetat, sed & avertetur ita, ut ad aquam etiam conspectum tremat, aut conuellatur. Imò

Hydrophobia.

non solum aquam, sed & liquida omnia quosdam avertatos fuisse ita, ut nec sonitum eorum, nec nomen ferè potuerint, conspectum est. Refertque Platerus, *lib. 1. observat.* mulierem quandam nec aquam, nec vinum, nec iuscula, nec aliud liquidum deglutire potuisse, sed hisce oblati suffocationis periculum incurrisse. Imò ex contactu & conspectu rerum liquidarum, & quòd mirum, ubi aerem non nihil agitatum vel auram lenem sensit, idem passam esse. Plerique hunc affectum & rabiem caninam pro eodem habent. Verum ut etiam dictum, *lib. 1. pract. pars. 2. cap. 16.* etsi qui rabie canina laborant, omnes etiam hydrophobia corripiantur: tamen etiam sine rabie ex aliis causis hoc malum induci potest, ut historiae ibidem allegatae testantur.

Rabies canina & hydrophobia an sit idem affectus?

C Nam mulier, cuius P. Salius Diverfus, *de affect. pari. cap. 19.* meminit, illa post febrem pestilentem & dysenteriam in hydrophobiam incidit, & octavo die mortua est. Et sermone, cuius Platerus in entionem facit, ex terrore hoc malum contraxit. Ut ita hydrophobia latius pateat, quam rabies: cum rabies solum ab alio rabioso animali communicetur: Hydrophobia verò etiam ex interno humorum vitio generari possit, ut historiae allegatae satis testantur.

Quae autem causa sit, cur ita aegri hi aquam & omnia liquida avertantur, de eo dictum est in *Institut. lib. 2. pari. 3. sect. 2. cap. 4.* & proxime hac de re disputat Ioan. Baptist. Codronchius, *lib. 1. de hydrophob. cap. 13.* (qui tamen hydrophobiam & rabiem pro eodem affectu habet, sed malè.) Verum operæ pretium non videtur pluribus hac de re disputare: cum res tandem eò redeat, & omnes confiteri necessum habeant, malum hoc non à primis & manifestis qualitatibus, sed occultis ortum habere, & peculiarem avertentem huic veneno, seu ab animali rabido communicato, seu in corpore genito cum omnibus liquidis habere ita, ut si gustentur, siue tangantur, siue audiantur, homo summe laedatur. Ut enim à tarantula den orsi muscae sono iuuantur: ita liquidorum vsu vel aspectu hi valde laedantur. Frustra verò se macerant, qui ex manifestis qualitatibus huius rei causam reddere conantur.

E Malum verò hoc planè periculosum est, & vix aliqui evadunt, testanturque historiae è Marcello Donato, Petro Salio Diverfo, & Platere allegatae alios tertio, alios quinto, alios octavo die mortuos esse. Si quid tamen remedij adhibere licet, ea proculdubio adhibenda, quae rabidis dantur: cum venenum hoc cum illo convenientiam sine dubio habeat, de quo *lib. 1. pari. 2. cap. 16.* actum: ubi etiam ex Celso dictum, ad praeservationem ab hydrophobia remedium esse, non opinantem in aquam prolicere: scribitque hac de re etiam Lemnius, *de occultis nat. mirac. lib. 3. cap. 5.* Oceani accolae demorsos à cane rabioso certatim ad mare rapere,

etiam brutas pecudes, & septenis vicibus immergere, non superstitione obseruato isto numero, sed vt efficacius virus eluatur.

CAPVT VII.

De siti nimia:

Sitis nimia.

Frequentissimum autem malum est sitis nimia, potus nimirum nimia appetentia, cum scilicet extra tempus cibi capiendi, quo alias naturalis sitis oboriri solet, sitis hominem vrget, vt & maiorem potus copiam & frequenter eum appetat. Et quidem plerumque cum febribus, aliquando & sine his symptoma hoc hominem molestat.

Causa.

Causa.

Causa autem sitis nimiae rectius inuestigari non possunt, quam si sitis naturalis causam expendamus. Haec enim si nimia & vehementior reddatur, sitis nimiam parit. Fit autem sitis naturalis ab appetentia humidi, quod absumptum est, ob quod suctio in orificio ventriculi excitatur. Ideoque causa omnes, quae sitim nimiam excitant, ad siccitatem, seu humoris inopiam redigi posse videntur: Galenus tamen, i. de simpl. med. facult. cap. 30. causas in duas dispartit, & sitim prouenire scribit, vel ob humoris inopiam, vel ob caloris copiam.

Sitis duplex secundum Mercatum.

Vnde Mercatus sitim nimiam duplicem constituit, non naturalem, & praeter naturalem. Illam fieri docet, ex defectu toridae substantiae, quam sequitur appetitus naturalis, in cuius subsidium venae vsquo ad os ventriculi sugendo sensum tristem inferant, quem sequitur sitis, appetitus scilicet frigidi & humidi, qui quidem naturalis appellari posset, quod naturae ordine procedat ab inanitione ad appetentiam. Quia tamen proficiscitur a causis, quae praeter naturae modum operantur, non naturalem nominat, quae non solum a causis praeter naturam, sed & contrario siti naturali modo excitatur. Incipit haec sitis a calore & desinit in siccitatem, & primario expetit frigida, secundario vero humida, atque incipit non ab inanitione membrorum, sed a consumptione toridae substantiae ipsius ventriculi, ac postea desinit in consumptionem reliquarum humidi partium.

Excitant autem sitim priorem & non naturalem a Mercato appellatam omnia, quae toridam totius corporis, & consequenter etiam ventriculi substantiam dissipant, siue extrinsecus accidant, siue intra corpori inhæreant. Ita labor, vigiliae, inedia, immoderata aliqua corporis euacuatio, & huius generis alia, quae humidum absumere possunt, sitim excitant. Atque haec sitis non solum potu, sed & alimento liquidiore ac humidiori sedatur. Sitis vero praeter naturam, quae a calore incipit, & mox sibi siccitatem accersit, causae possunt esse omnia, quae humidum ventriculi nimium calefaciunt, & in eo feruorem excitant, siue ea intemperies in ipso ventriculo excitetur, & consistat, siue ob vniuersi corporis, aut partis ventriculo vicinae vel connexionem, vel consensum cum ea habentis calore ea accendantur. Ita pulmonibus calefactis & excalescentibus maxima sitis excitari solet. Idem accidit calefacto, & inflammato epate. Item ob Renes.

Causae, quae calorem illum, siue in ventriculo, siue in aliis partibus excitare possunt, sunt aer calidus, cibi nimium sale, pipere & aliis calidis conditi, & calidorum medicamentorum, itemque vini meracioris vsus, vt & medicamenta fortius purgantia, aut venena exiccantia, vt viperæ morsus, aut vinum, in quo viperæ extincta est. Item motus vehemens

A linguae & partium vicinarum, vt diuturna lectio & peroratio; ac omnia quae facile in bilent mutari, aut calorem praeter naturam, vel in ventriculo, vel toto corpore, vel membro aliquo, a quo ventriculus calefieri possit, excitare valent.

Ego tamen malim sitim istam praeter naturam non solum a calefacientibus, sed etiam a siccantibus primo deducere, cum videamus quae non tantum primo calefaciendo, sed & primo siccando, sitim excitare, Et si enim ad dispositionem, quam sequitur sitis, praecipue caloris actio multum possit: tamen siue insigni calore siccantia non raro idem praestant. Et si vtriusque qualitatis excessus coniungatur, sitis vehementior excitari solet. Hinc in febribus acutis & ardentibus vehemens sitis aegros affligit. Siccando autem sitim excitant cibi siccissimi, & sepius humores serosi, atque hinc Hydropici valde sitiunt, & nimiam humoris salis copiam inuadunt.

Atque vt haec contrahamus, sitis nimiae, siue non naturalem, siue praeter naturalem appellare liceat, causae sunt illa omnia, quae humiditatem ventriculi absumunt, aut calefaciendo, aut siccando, aut vtroque modo: siue id fiat in toto corpore, ita ut suctio tandem vsque ad orificium ventriculi pertingat, siue tantum & praecipue in ipso ventriculo vel gula, vel lingua ac palato, quae partes communem cum ventriculo tunicam, qua teguntur, habent.

Signa Diagnostica.

An aegri sitiant, & quantum sitiant, ipsi patefacere solent. Vt vero causa recte dignoscatur, signis opus est. Sitis nonnaturalis, quam appellat Mercatus, cognoscitur a causis, quae praeterierunt, neque cibi fastidium facile adest. Sitis vero, quae ex calore & siccitate dissipante & absumente humidum ventriculi prouenit, indicat cibi fastidium, calor & siccitas ventris, & vicinarum partium, & sapor aliquis praeter naturam amarus, saluginosus, nitrosus; fauces sunt asperae.

An vero calor & siccitas primo in ventriculo sit excitatus, an vero è toto corpore, vel parte aliqua vicina, aut cum ventriculo consensum habente, facile è signis cognoscitur. Febres enim sua signa habent, & facile ex iis innotescunt. Ita etiam patet, an a causa aliqua euidente, vt aestu aeris, ira, vsu ciborum calidorum vel salorum, vel aliorum, quae supra recensuimus, sit excitata.

Et quidem an sitis solum ex humore bilioso, vel falso ventriculum obsidente, aut è primis viis vapores calidos ad os ventriculi mittente; an vero ex pulmonis & cordis aestu excitetur, discernere & utile est, nec difficile. Nam quae ex pulmonis & cordis calore excitatur sitis, cognoscitur ex calidissimi spiritus efflatione, a quo & os aridum redditur, difficilisque est sermo propter tracheae & laryngis siccitatem, sitisque illa potu parum, vel nihil sedatur, cum parum eius ad pulmones perueniat, sed potius frigidi aeris inspiratione. Ita si epatis vel alterius partis ventriculo vicinae inflammatio a caestus adit, ea è suis signis cognoscitur.

Prognostica.

1. Sitis praeter naturam malum non est contemnendum, quoniam & nutritioni corporis obest, & vires valde deicit, & quia sitientes saepe appetitui indulgent, & nimiam potus copiam assumunt, inde in cohexiam, & alios grauissimos morbos incidunt, imò saepe mortem sibi attrahunt, vt postea dicetur. 2. Sitis immoderata insignem in corpore ariditatem & exustionem arguit, quam non externa aliqua causa, sed acutissima febris attulit, & adhuc fouet, & propterea periculum arguit.

Curatio.

Sitis illa non naturalis nominata, cum ob substan-

Signa

Prognostica.

ca.

Curatio

tie toridæ defectum, & quidem non solum in ventriculo, sed & in toto corpore oboriatur, cibo potius, quam potu sedatur, & propterea eam potus, vt potus non sedat, sed potius alimentera parres, quæ in potu sunt, qua ratione Hippocrates scripsit, 2. aph. 11. *facilius est, rescipi potus, quam cibo.* Ideoque hanc sitim aqua non extinguit, licet eam aliquo modo leniat, quinimò aquæ potu sæpè in hac siti vomitus, alui fluxus, & alia mala faciliè excitantur. Cùm enim sitis ista aquæ potu non sedatur, eam copiosius ingerunt ægri, atque ita corpori nocent. Ideoque initium curationis fiat ab humectatione, cui mox succedat lenis refrigeratio, & hæc sitis solum humidi deperditu instauratione mitescit. Ac propterea ad sitim hanc sedandam etiam potus vini potest.

Sitis verò præternaturalis indicat humectantia & refrigerantia, & refrigerantia ac humectantia sitim hanc quacunque de causa genitam tollunt. Simul tamen ad causam respiciendum, & an sitis sola, & sine alio morbo succreuerit, an verò alium morbum secuta sit, considerandum. Si per se orta est, à causa, vel interna, vel externa oriri poterit. Si ab externa, illa remota, & eius providentia habita, frigidis, frigidoque potu sedatur. Si verò à causis internis ortum trahit, causæ quælibet conuenienti modo tollendæ, & ad quamque causam potus ratio moderanda.

Quæ enim ex ingenti calore oris ventriculi prouenit sitis, quàm humiditatis naturalis in eo excitauit effluuicenna, frigida aquæ potus tollit, præsertim si cibi eiusdem qualitatis sint participes, & sufficit tum bis teruè bibere. Verùm si siccitatem iam contraxerit orificium ventriculi naturali eius humiditate resoluta & absorpta, idem potus quidem requiritur, frequentius tamen & parcius dandus hic, humectantibus admistis, qualia sunt: Syrupus violarum, bugiosæ, item mucilagines, cum iusculis ac alimentosis potibus. Si verò sitis cum alio morbo coniugatur, humectantia & refrigerantia eam quidem leniunt, vix tamen plane tollunt, neque sitis integrè cessat, nisi affectu, cuius socia est, subuato.

Humectantia, & refrigerantia quod attinet, primò quidem oris refrigeratio sitim valdè sedat. Ergo sæpè os colluatur aqua frigida, præcipuè addito modico aceti, aquæ hordei, lactucæ, emulsionis sem. 4. frigid. maior. papaueris. Detineantur in ore pruna acida, vix passæ, frustum mali citrij, melonis persici, grana mali punici, cydoniorum, folia acetosæ, caules lactucæ, portulacæ, rad. glycyrrh. recentes, in frigida singula madefacta.

Vel ℞. Glycyrrh. ꝑ. vi. sem. cucum. satini ꝑ. b. tragacanth. ꝑ. ij. Misceantur & fiant Trochisci sublinguales. Vel ℞. Sem. portulacæ, tragacanth. an. ꝑ. b. sem. 4. frigid. maior. ex cortic. lactucæ an. ꝑ. ij. sansali. gummi Arab. an. ꝑ. b. Terantur & cribrentur, ac cum aq. ros. & mucilag. sem. psyllij. F. Trochisci. Vel semina psyllij aut cydoniorum excorticata ligentur in nodulo ex linteo albo, raro, qui maceretur in aqua frigida, & super lingua ponatur.

Vtiles sunt & mucilagines sem. psyllij, cydon. vt: ℞. Sem. psyllij cydon. an. ꝑ. i. aqu. s. tb. b. Macerentur per noctem, deinde diligenter cõquassentur, & abiectis seminibus addatur syrup. violar. ꝑ. i.

Nonnulli & crystallum, ac corallium in ore detinere iubent. Vtile est & Rob ribes, succus de agesta, de acetosa, acetositis citri, vinum granatorum, caules lactucæ conditi: de quibus etiam aliquid deglutire licet.

Optimè autem aqua actuali sua frigiditate sitim pellit, eaque omnibus animalibus ad sitim sedandã

A communis potus est, de cuius recto vsu in doctrina de febribus dictum. Cautè enim vsurpanda, cùm; si audius poterit, grauissimorum malorum & mortis sæpè causa sit. Ita refert Antonius Beniuemus, de abditis morborum & sanati. causis. cap. 6. Iuuenem quendam Febre ardente correptum, cum siti urgente frigidissimam aquam potasset, intra paucas horas mortuum esse. Et Amatus Lusitanus, cent. 2. cur. 2. historiam iuuenis ex aquæ frigida potu mortui recenset. Narrat quoque Forestus, lib. 1. obseru. 13. in schol. magnæ spei adolentem Valerium Cordum, cùm in itinere Romam versus siti urgente aquam gelidam bibisset febre ardentissima correptum Romæ mortuum esse. Eadem ratio est cereuisiæ. Noui enim feminam, quæ cùm in febre urgente siti cantharum feidè cereuisiæ tenuioris exhauxisset, in hydropem incidit, à quo postea tamen idoneis medicamentis adhibitis euasit.

B Galenus acetum commendat in siti ex calore, quia refrigerat. Improbatur verò in siti ex siccitate vel humiditopia. Quod si simul coniugatur humiditas & caliditas, eius sitis optimè medicamentum acetum esse scribit. Sin ex caliditate, & siccitate sit affectio, vt in febribus, oxycratum, seu poscam, hoc est, aquam modico aceto mistam probat, 1. de simpl. med. fac. cap. 30.

C Eadem ratio est spirit. vitriol. ac ☉ quæ aceti loco commodè admiscetur. Vbi tamen sciendum, non frigiditate hæc, cùm sint calidissima, sitim sedare, sed quia inflammationem humorum calidum & inflammabilem, qui sitim excitant, sistunt, abs quo si sit, & solum ex siccitate & defectu humiditatis sitis proueniat, potius nocent.

Vtilis sunt & Emulsionis sem. 4. frigid. maj. & Iulebi ex aq. simpl. vel destillata, & tyrupi acidi cū aquis destillatis misti, quales sunt syrup. acetositis citri, granat. de ribes, de agrest. oxyssachara. Extrã quoque nonnulla adhibentur, lotiones præcipuè pedum & manuum, & epithemata regioni ventriculi, Epatis & cordis applicata, quæ omnia calorem totius corporis temperando sitim sedant, possuntque regioni Epatis applicari succus cichor. endræ. portulac. cum aceto & spec. diarrionfantal. l. quo modo sæpius & feliciter, quàm internis, se sitim sedasse scribit Hercul. Saxonia.

D In talibus tamen frigidis ipsi ventriculo adhibendis cautione opus est; cùm faciliè ventriculum, & diaphragma vicinam lædere possint. Refert enim Anton. Beniuemus, de abdit. morb. & sanati. causis. c. 15. ab emplastro nimium frigidum stomacho applicato primò difficilem respirationem, hinc singultum, & postea mortem secutam fuisse. Si æger absque febre sit, & bilis aut salsa pituita sitim excitent, & adhuc foueant, humores illi per interualla purgandi sunt pilulis de hiera, mastichinis, agarico trochiscato & aliis commodis medicamentis, ac postea intemperies corrigenda, vt supra dictum. Si autem à febre sit sitis, in principio paroxysmi, ægroto potus non est dandus, ne æstus maior in corpore accendatur, & materia in motu suo impediatur, sed fallenda sitis ista, quæ in ore detinentur. In vigore paroxysmi deglutienda quædam præbere & collutionibus oris refrigerantibus, ac humectantibus vt conuenit. In declinatione potus conceditur, nisi æger abstinere velit, vt excitatus huius frigiditate calor foras erumpat, sudorèque promoueat. Quæ de re plura de febribus dicta sunt. In siti pulmonum caliditate aeris frigidi attractio utilis, & propterea is frigidis alterandus, & continè flores rosar. violar. nymphaeæ olfaciendi. Si ex Hydrope fuerit sitis, in nitrato salso, ac corrupto humore ad ventriculum transmissio, non potu ea sedanda, cùm is malum

Cautio in aqua ad sitim sedandam præbenda.

Spiritus vitriol. & ☉ quomodo sitim sedant?

Externa sitim sedanda conuenientia.

Cautio.

augeat, sed is, quæ vapores & humores demulcent. Ad quam rem mucilagines & pingua profunt. Quod ad Diætam, cibus sit refrigerans & humectans, vbi causa sitis est humor biliosus, vt lactuca, pisana hordeacea, & alij de quibus in calida & sicca ventriculi intemperie dictum. Fugienda autem acria, salia, amara. Ager os clausum teneat, nec multum loquatur, de consilio Hippocratis, 6. Epid. comm. 3. sect. 33. vbi os claudere & silere sitim sedare ait. Quibus noctu bibendi est auaritas, iis admodum sitientibus obdormire bonum, scribit idem Hippoc. 5. aph. 7. Sæpè enim contingit noctu aliquem sitire, siue quod parcius in cœna bibit, siue quod liberalius vinu, hauit, siue quod cibus salis & acris usus est. Hic igitur, si sitis leuior & *ἰσχυρῆς*, vt appellat Hippocr. 6. Epid. comm. 4. sect. 23. non bibendum, ne coctio ventriculi turberetur, sed dormiendum, vt in somno materia sitis causa corrigatur, siue illa crudus succus sit, siue vapores feruidi & acres, fauces ac os ventriculi exsiccantes. Per somnum enim intrò collectus calor naturalis & sanguis viscera humectant, cibi que & potus acrimoniam temperant. Si verò sitis valdè vrgeat, dandus est potus, præsertim si ex humidi defectu illa orta sit, sed moderatius initio, priusquam coctio absoluta sit. Tutius tamen semper est, noctu à potu abstinere & somno indulgere.

CAPVT VIII.

De Symptomatibus, quæ in retentione cibi & potus accidunt.

Postquam Symptomata, quæ circa appetitum in ventriculo accidunt, absoluimus proximum est, vt iam ea, quæ circa retentionem contingunt, explicemus. Et si enim post appetitum sequitur deglutitio, & illa etiam lædi possit, tamen de ea supra inter affectiones gulæ, seu œsophagi egimus.

Ventriculus equidem circa cibum & potum, quem coquendum accepit, rectè coarctari, eumque rectè complecti debet. Verùm hoc non semper accidit, vnde Retentionis deprauatæ symptomata accidunt. Sunt autem illa quatuor, palpitatio quædam, veluti conuulsio, veluti tremor, veluti vibrans motus, vt ea Galenus, de diff. sympr. cap. 4. recenset. Palpitatione afficitur ventriculus, quando eleuatur & deprimitur interdum totum corpus, vt in reliquis partibus fieri solet, dum à flatu crasso in eos erumpente eleuantur, & postea sponte concidunt. Appellat autem Galenus non palpitationem absolutè, sed palpitationem quandam, cum non in substantia ventriculi, seu intra eius tunicas flatus attollens contineatur, sed in ipsa ventriculi cauitate. Huius enim symptomatis causa est flatus in ventriculo contentus, eumque distendens, ex cruditate & imprimis cibo flatulento ac potu copioso ortum habens. Habetque hoc symptoma easdem causas, quas inflatio ventriculi, & propterea etiam signa & curationem eandem.

Deinde accidit ventriculo quædam quasi conuulsio, cum scilicet ventriculus immodicè exinanitus postea circa cibos sese constringit subito, & cum violentia quâdam; ac quasi singultu, & proinde etiam, quæ de hoc symptomate dici possent, ex capite de singultu infra, & supra de intemperie ventriculi sicca petantur.

Tertio veluti tremor quidam quandoque ventriculo accidit, quem Galenus, loco alleg. ita describit: Vbi à comedendo, nec *κίση*, aliquis, seu fluctuatio cum subito te infestat, nec inflatio, nec palpitatio vl-

la, nec singultus, sed difficultas aliàs inuenta in ventre sentitur, grauatùrque is ac laborat, cupitque celeriter opus vel per inferiores, vel per superiores partes abicere, accidit præterea ructus quilibet cum displicentia aliena, nec facile interpretabilis, in anhelitu difficultas sequitur: existimabis, ventriculum circa cibos constringi quidem, cæterum id veluti cum tremore fieri. Symptomata autem hoc ortum habet vel à ciborum copia nimia, vel à frigida intemperie, de qua supra dictum.

Tandem etiam conuulsio veluti quædam circa ventriculi corpus, sicuti in febribus accidit, ægrique se quandam molestiam in ventriculo percipere aiunt, qualis in initio intermittentium febrium fieri solet. Fit autem hic motus, dum ventriculi tunicæ, quo tempore se circa cibum constringunt, ab aliqua mordaci materia irrigantur, quæ vt plurimum biliosa existit & tenuis. Cuius symptomatis causæ & curatio ex iis, quæ de intemperie ventriculi cum bile dicta sunt, patent.

Curantur autem hæc symptomata caussis, à quibus pendet, sublatis. Si nimirum cibi vel potus copia sit maior, quàm vt eam ventriculus complecti possit, ea minuenda. Si cibus sit crassus, flatulentus, durus, talis vitandus, & is eligendus, qui minimam in ventriculo extensionem pariat, & facile concoquatur. Si autem aliquod vitium sit in ventriculo, corrigendū, vt supra de morbis ventriculi dictū. Imperfecto etiã ciborum amplexui succurritur per medicamenta & cingulum astringens. Constricto enim & compresso peritonæo constringi quoque ventriculum necesse est, vnde alimenta rectius complectitur.

Ruminatio.

Circa retontricem ventriculi (etsi alij, sed minus commodè, ad expultricem referunt) accidit interdum rarum symptoma, Ruminatio nimirum. Equidem ruminatio quibusdam brutis naturalis est, ex peculiari ventriculi constitutione. Verùm si homo cibum, quem ventriculus ad coquendum assumpsit, antequam planè coctus sit, in os resumat iterumque masticeat, id planè p. n. est. Rarum verò, vt dictum, est hoc symptoma: Eius tamen duo exempla refert Hieron. Fabric. ab Aquapend. in tractatu de varietate ventricul. Vnus, inquit, fuit nobilis Patavinus, qui interrogatus de ruminacione, num esset illi liberæ, respondit, minimè liberam esse, sed coactam. Cogebatur enim ab assumpto cibo, circiter horam plus minusue in os cibum attrahere & rursus mandere. Cogebatur autem ab insigni oblectacione, qua ruminandi cibum tenebatur, idque sibi esse perpetuum omnibus temporibus fassus est. Dicebat præterea omnem cibum, siue solidum, siue mollem se semper ruminare, & dum assumebat, deglutire statim absque ullo ferè dentium officio, quamuis dentes sortitus, esset in utraque maxilla, vt alij homines, & os aliquando latus ac gulam, propter quam causam literam S, proferre agrè poterat: item sibi videbatur intra os aliquid quasi bolum continere, quod expediam illi locutionem impediret: Ruminatioque ei & motus maxilla ad latera longè facilius abigerat ac carceris. Habebatque in usu bibendi vinum nigrum ac potes, album verò abhorrebat, præter maluaticum. Cum egrotabat, nequaquam ruminabat, sed ab omni ruminacione tunc temporis cessabat, vt boves quoque faciunt, cum egrotant, quod tanquam signum certum, boves egrotare rustici habent. Obiit, & aperto caduere inuentus ventriculus est insignis magnitudinis, & interna superficie valdè asper. His omnibus addendum omnino est, quod eius pater paulò supra frontem in capite corniculum durissimum crassitie digiti minimi, longitudine verò olina Hispanica habebat extensoris, substantia virgæ per simile. Ex quo satis

Diæt.

Symptomata retentionis deprauatæ in ventriculo.

Palpitatio.

Conuulsio.

Tremor.

Conuulsio.

Curatio.

Ruminatio.

Exempla ruminantium.

gi potest, parentis seminem aliquam habuisse affinitatem cum cornigeris animalibus, neque mirum fuisse filium simile quid a parente contraxisse.

Alter qui similiter ruminabat, fuit monachus iisdem conditionibus affectus, qui tamen marcore obiit, propterea, quod tanta aviditate cibum regerebatur, in os, ut ventriculus, & consequenter iecur cibi indigentia quasi perpetua laboraret.

Tertium Exemplum, quod Clariss. Prætorius auditoribus suis Patavij recensuit, est de quodam viro quinquagenario Genuensi, eodem vitio ab ineunte ætate usque in præsens tempus correpto, qui aliam rationem reddere nequit, nisi quod ipse adhuc infans matre mortua per biennium lac ex ubere vaccæ calidum hauserit.

Verum alia vitia ut rara sunt, ita proculdubio à primo ortu à præternaturali aliqua ventriculi constitutione ortu habent, & propterea curari non possunt.

CAPVT IX.

De Chylo seu coctione ventriculi lasa, & imbecillitate ventriculi.

Χύλου λασα.

Primaria & propria ventriculi actio est Chylosis, seu cibi & potus concoctio, & in substantiam cremori purissimam similem, quam chylum vocant, mutatio. In ventriculo enim cibus assumptus primum futuri alimenti rudimentum accipit, unde etiam ventriculus publicum alimentum *ταμίον*, seu promptuariam appellatur.

Χυλοσφοσ λασα διαφορεναια.

Læditur autem Chylosis & ventriculi coctio variis modis, & variis de causis. Nam 1. interdum nulla cibi fit alteratio, vel mutatio, quod vitium *ἀσπλιν*, seu cruditas nominatur. 2. Interdum longior, quam par est, mora in coquendo consumitur, aut omnes cibi partes perfectam coctionem non recipiunt, & alimentum semicrudum relinquitur, quod vitium *βραδυσπλιν* nominatur, tarda & imperfecta concoctio. 3. Cum cibus corrumpitur, & aliam quam debet, naturam accipit, *δυσπλιν* & *τὸ ἀσπλιν διαφθορὰ* dicitur. Cruditas tamen ventriculi interdum generaliter accipitur, & de omni coctionis in ventriculo *ἀσπλιν*, & frustratione usurpatur. Nonnulli etiam hoc malum ventriculi imbecillitatem & debilitatem nominant. Proprii tamen prioribus duabus tantum differentiis competit. Et si sint, qui in genere imbecillitatem ventriculi nominant, cum non solum coctio, sed omnes iunctim facultates male habent, & eadem taxat ratione ægrotant, ut nimirum non extinguantur vel evertantur, seu cum inceptum opus nequeunt perficere, & in medio quasi actu subsistunt. Cruditas verò duplex constituitur, nidorosa, cum alimentum in nidorosa, & vestam quasi materiam mutatur, ut ructus vel oleum fixum, vel pisces corruptos, vel simile quid referat, quæ accidit in biliosis & calidis naturis. Acida verò est, cum cibus in acidam naturam mutatur, unde & ructus acidi percipiuntur, quæ fit à ventriculi frigiditate. Potest tamen & tertia cruditatis differentia addi, cum ob calorem debilem cibus imperfectè coquitur, & in pituitosum quid mutatur, citra tamen aciditatem.

Causse.

Causse. Lasa facultas.

Frustratur autem facultas ventriculi in coquendo, vel lasa facultate, vel ob errorem externum. Facultas læditur ob morbos ventriculi, præcipue ob intemperiem ventriculi, ut & *ἀσπλιν* eiusdem, seu tonum laxatum, & laxitatem præter naturam, cum scilicet necessarius iustusque fibrarum coactio laxatur. Quod vitium etiam alij alio referant: tamen rectè sicut ad morbos conformationis refertur. Impeditur verò facultas ventriculi à tumoribus, vulneribus, ulceribus & similibus morbis supra enu-

meratis. Ut enim ventriculus bene coquat, naturalem constitutionem in temperie, & conformatione, & unitate habere debet. Frequentissime vero læditur ventriculi coctio ob calorem eius debilem. Coctio enim ventriculi primario per eius calorem perficitur. Constat autem is calor, qui coctionis auctor est, ex calido innato & influente, & ut utriusque ad coctionem necessarius est, ita etiam utriusque ratione coctio ventriculi lædi potest; ac coctio ventriculi male perficitur non solum, quia calor innatus ventriculi languidus est, sed & quia influens deficit & debilis est, id quod ægris & convalescentibus accidit. Atque hac de causa in affectibus animi, cum calor & spiritus alio auocantur, coctio sæpe læditur. Ideoque ad hoc genus causæ pertinet non tantum, quæ intemperiem ventriculi innatam debilitant, sed & quæ calorem influentem, vel auocant, vel dissipant. Præterea non solum calor ipsius ventriculi, et si is primaria coctionis causa sit, sed vicinarum etiam partium aliquid ad coctionem facit. Dextra enim parte ventriculum epar amplectitur, sinistra lien, supra diaphragma, ante & infra omentum ac intestina. Hæ ergo partes, si calorem ventriculi non satis foueant, vel etiam intemperie laborent, eorum vitio calor debilitatur, & non rectè coctio perficitur. Et quæ causæ sint, quæ temperiem ventriculi evertunt, supra dictum.

Ob errorem verò externum coctio læditur, cum nullo ventriculi vitio, sed ob aliud quid, quod extrinsecus est, coctio non rectè perficitur.

Galenus, 3. de sympt. caus. cap. 1. errorem externum hinc triplicem constituit: Alium in excrementis in ventriculo hærentibus; alium in cibis; alium in tempore solemnium. Excrementa primò in ventriculo, seu in eo genita, seu aliunde affluentia coctionem turbant, dum cibos, et si boni sint, inquinant & corrumpunt: Quæ si sint frigida, faciunt, ut acida cruditas inde generetur, aut si in magna quantitate adsint, etiam *ἀσπλιν* efficiunt. Si sint calida, & biliosa, nidorosa cruditatem pariunt, quæ modò crudos, vel corruptos pisces, modò oleum fixum, modò aliud quid referunt.

Ciborum verò causa coctio vitatur, dum vel in cibi substantia, vel in quantitate, vel in tempore, vel in ordine sumendi aliquis error committitur. Ob cibi ipsius substantiam coctio lædi potest, dum cibi vel natura sua sunt corruptioni obnoxij, vel nimis duri & crassi ac coctui difficiles, ut à calore nostro satis vinci non possint; vel iam corrupti, vel crudi, & non rectè præparati, id quod fit, dum vel ad focum non rectè coquantur, aut non rectè masticantur, vel cibi natura pravi, ut sunt, fungi, vel quidem sua natura non pravi, quos tamen nonnulli ex individuali & peculiari proprietate auersantur, assumuntur.

Qui enim caseum, vel pisces, vel aliud quid natura abhorrent, illud ingestum, vel assumptum nunquam in bonum chylum mutant. Pertinet huc & ciborum varietas, quando cibi multiplices, & qui facultates diuersas habent, in eodem prandio vel cæna sumuntur. Cum enim alij alijs facilius, alij difficilius coquantur, diuersasque naturas habeant, turbatio inde fit in ventriculo, teste Galeno, 3. de quant. rat. in acut. cap. 35. In quantitate peccatur, cum cibi nimis magna copia, vel parua assumuntur. Tantum enim cibi assumendum, quantum ventriculus vincere & satis elaborare potest: Si verò nimia cibi copia ingeratur, ut à facultate vinci & coqui non possit, crudi humores inde oriuntur. Qui verò ventriculum satis robustum & calidum habentes cibum nimis parè assumunt, is cibus aduritur, & corrumpitur. Qualitatis error est, si cibus sit calidior,

Error externus.

Quantum cibi assumendum.

calidior, qui facile nidorose cruditati materiam prebet, vel frigidior, qui, si sit magna frigiditas, si minor, aciditatis causa est. Tempore ratione in cibo error accidit, quando alius cibus assumitur, antequam prior sit concoctus. Ordinis etiam aliqua ratio est. Ad coctionem enim turbandam facit, si primo loco cibi duriores & costu difficiliore; posteriore vero molliore, & costu faciliore assumuntur. Ob somnum coctio læditur, quando homo tempore consueto non dormit, vel parum dormit. Cum enim calor à sensuum & reliquarum actionum ministerio in corpore reuocetur ad interiora, ob caloris copiam coctio tunc facilius obitur, quam in vigiliis. Sunt tamen præterea adhuc alia quædam quæ si modum non seruent, etiam coctionem lædunt & turbant, pleraque calorem ventriculi debilitando & auocando. Sic calor externus immodicus dissipando calorem internum, coctionem debilem efficit: Ita vehemens & nimius animi & corporis motus post cibum coctioni multum obest. Et quantum terror, vel ira in coctione lædenda & cibo corrupendo possit, notissimum. Ita balneum vel exercitia à cibo mox instituta calorem exhauriunt, & à ventriculo auocant. Pertinent huc & omnia, quæ faciunt, ut cibus in ventriculo non rectè contineatur: Quando scilicet non debitus sit cibi amplexus, vel cibus ante iustum tempus, & antequam coctus est, à ventriculo excernitur. Quæ omnia à vitio retentricis & expultricis pendunt. Nam sine retentione cibum rectè coqui impossibile est. Si enim ventriculus non tam diu, quam par est, cibum retineat, non rectè elaboratur, atque fit lienteria. Si verò non rectè ventriculus cibum amplectatur, fit inde coctionis turbatio, rugitus, flatus, & similia symptomata, de quibus *capite precedente* dictum. Nonnulli tamen causas has aliter dispescunt, atque frustrationem chylosos fieri docent, vel primario & per se, vel secundario & ex accidente. Primario, dum sine reliquarum ventriculi actionum (retentricis patæ & expultricis) vitio non rectè coctio perficitur, siue id fiat læsa facultate, siue ob errorem externum, de quibus hæcenus diximus. Secundario verò & per accidens, dum ob retentricis, vel expultricis vitium coctio læditur. Retentrix autem frustratur icidem vel læsa facultate, ob morbos scilicet ventriculi, intemperiem frigidam & humidam, aut malam compositionem, naturam scilicet paruitatem ventriculi, ob quam iustam cibi copiam, nec capit, nec retinet, aut solutam vnitatem; vel ob errorem externum, qui est vel causa interna, hoc est, excrementum flatulentum cibi complexum prohibens, vel externa, ut cibus flatulentus, humidus, copiosus, præcipue verò potus nimia copia, quæ fluctuationem in ventriculo efficit, & retentionem impedit. Ob expultricem verò coctio læditur, cum ea vel aufertur, vel imminuitur, ut in Ileo, vel deprauatur, ut in singultu, vomitu, cholera, quod ipsum accidit, vel ob morbos ventriculi, & præsertim qui fibras transversas occupant, quales sunt intemperies, potissimum frigida & humida, mala compositio, id est, angustia secundum orificium inferius ventriculi, obstructio & compressio à tumore, siue in hoc, siue in intestinis; vel ob errorem externum, scilicet humorem peccantem substantia, quantitate, qualitate, quando materia, aut in eo genita p. n. calida, aut transmissa causa est expulsionis deprauatæ, frigida diminuta. Quod pertinet & externa, ut medicamenta purgantia, & similia.

Atque hæc causæ omnes nunc *βλαβερναι*, nunc *αυξητικæ*, nunc *δυσμετρικæ* inducunt, prout vario modo esse habent. *Αυξητικæ*, vel *βλαβερναι* causas easdem habent, quæ in *αυξητικæ* sunt maiores, in *βλαβερναι* minores. Calor nimirum ventriculi debilis, ciborum

vitia & omnia, quæ facultatem coctricem, vel debilitare, vel ei resistere impedimento & esse possunt. *Δυσμετρικæ* verò calida oritur præcipue ab intemperie ventriculi calida, quæ cibos adurit & corrumpit. Prebent etiam causam cibi natura sua calidi & bilis, facile corruptioni obnoxij, & pravi succi varij, humores biliosi in ventriculo collecti, vel ad eum transmissi. Corruptionis verò acidæ causæ sunt intemperies nimis frigida, humorum pituitosorum redundantia, & ipsa alimenta valde frigida.

Signa Diagnostica.

Signa

Coctionis ventriculi vitium præcipue ex effectis, excrementis mutatis, ructibus & similibus, quæ in coctione accidunt, symptomatibus ac nutritione læsa cognoscitur. Et quidem *αυξητικæ* cognoscitur ex ructu, qui etiam post sex vel septem horarum spatium, quo aliis in sanis cibi si non perfectè coqui, tamen mutari solent, ciborum naturas ac qualitates refert. Si cibi incocti & non mutati vomitu reiciantur, vel per aluum excernantur. Si præcesserunt causæ ventriculi valde refrigerantes, vel assumpti cibi sint costu difficiles, & adsint alia signa frigidi ventriculi: & tum æger læditur ab iis, quæ ventriculum refrigerant, & concoctionem debilem reddunt. Commodum verò percipit ab iis, quæ calorem augment, ut aromatibus & similibus. Coctio debilis ex iisdem signis cognoscitur, è quibus coctio ablata, saltem debilioribus. Ructus sunt acidi, grauitas, tensio, & inflatio in ventriculo percipitur, vomuntur pituitosa, deiectiones sunt humida, & cruda ac pituitosa, atque alimenta etiam costu facilia vix longo tempore coquantur.

Deprauata coctio cognoscitur ex ructibus nidorosis, & sapore in palato, qui similem putredinem ac corruptionem referunt. Atque ita sæpè à vaporibus eiusmodi lingua inficitur, ut omnes cibi etiam suavissimi prauum aliquem & abominabilem saporem referre videantur. Atque is sapor maximè percipitur, cum eiusmodi cibi corrupti vomitu reiciuntur.

Causæ verò cognoscatut hoc modo. An cibi costu difficiles, pravi, maiore copia non opportuno tempore, modo ac ordine sint assumpti, facile ex ægri relatione cognoscitur. Si verò nihil tale præcesserit, ventriculus considerandus, & an signum aliquod morbi alicuius ventriculi supra enumerati adsit perpendendum, & inde, ob quem morbum facultas lædatur, discendum. An verò ex accidenti, & ob retentricem ac expultricem læsam coctio lædatur, è suis signis cognoscitur. Ablata quidem retentio innotescit ex eo, quod alimentum statim, ut fuit ingestum euomitur vel deiecitur. Imminuta verò cognoscitur ex eo, quod citius, quam par est, deiecitur, vnde humidiores & crudiores plerumque feces deiciuntur quemadmodum in lienteria accidit. Amplexus verò ciborum vitiatu è fluctuatione, murmure, & rugitibus, pravisque ventriculi motibus deprehenditur. Expulsio tandem ablata cognoscitur ex Ileo; diminuta, è tarda deiectione; deprauata, è pravis motibus tempore expulsionis, ex fluxu alui cum dolore, acri morsu, ex celeri ac intempestiva excretionem. Causæ verò horum symptomatum è signis morborum ventriculi antea propositis cognoscuntur.

Prognostica.

1. Cruditas ad malorum succorum, morborum que plurimorum generationem facit, siue ea boni, seu mali succi cibos sequatur; cum errata partim coctionis non corrigantur in secunda. Deterior tamen cruditas est à mali succi cibis. Atque ex hac prauorum succorum varietate morbi varij oriuntur, febres, tumores, erysipelata, scabies, nutritionis defectus, vel immutatio, aut nutritio vitiosa, qualis est in lepra & similibus malis. 2. Coctionis vitium, quod ab errore externo

E

αυξητικæ
duplicimodo lædi dicuntur.

oritur, facillius corrigitur, quàm quod ex imbecillitate facultatis accidit. Externis enim illis causis a blatis, & errore in victu mutato, ferè citra aliud auxilium symptomata tolluntur. 3. Facillius etiam emendatur in coctionis, quod fit ab humoribus aliunde in ventriculum bene valentem influentibus & cibum corruptentibus, aut coctionem impredientibus. Humoribus enim illis expurgatis, antequam morbum aliquem in ventriculo excitent, symptomata omnia euanescent. 4. Pessima amara bile abundantibus cruditas est, citissime febrem accendit, in qua cibi in nidu orosani qualitate corrumpuntur. In qua verò cruditate cibi in acidam vertuntur qualitatem, eam minus nocet. 5. Minus quoque noxia est iis hominibus nidorosa cruditas, quibus aluus est aperta; grauis autem, quibus adstricta: Quia in febres promptius incidunt, præsertim si ad solita opera reuertantur. Galenus, 7. meth. med. cap. 7.

Curatio.

Curatio. Ut autem vitata coctio emendetur, à qua causa illa originem habeat, primò inquirendum, & causa illa remouenda. Ea enim sublata coctio rectè perficitur. Quomodo verò morbi ventriculi curari debeant, in præcedentibus iam dictum. Errores quoque in victu commissi si emendentur, & rectior diætæ modus obseruetur, facillè symptomata illa euanescent. Ideoque ablata vel immutata coctio cum à frigido ventriculo veniat, curanda calefacientibus, & alterantibus ventriculuni, quæ supra in intemperie ventriculi frigida fuerunt proposita. Eodem planè modo corrigitur cruditas acida, cum & illa à caloris diminutione, vel frigidis cibis ortum habeat. Ad ventriculuni

Spiritus
vitrioli Ven-
eris an in
imbecilli-
tate ventri-
culi conue-
niat.

roborandum Chymici imprimis commendant spiritum vitrioli Veneris, quem acetositate m esurinam Veneris nominant, seu spiritum vitrioli Vngarici, atque de eo scribunt, quòd tantis polleat virtibus, vt omnia, quæ in ventriculo continentur, siue tartareæ, siue sulphuræ impuritates fuerint, consumat, ventriculuniq; vsque ad eò confortet & roboret, vt omnia concoquere queat, vt struthio fertum concoquit ac digerit. Verum ~~isphorice~~ ista dicitur. Non quidem abs re est, cum commodò sæpè eum exhiberi. Cautione tamen non exigua opus est. Neq; enim in quavis ventriculi imbecillitate & morbo, vsurpandus, sed vbi crassi, & vt loquuntur, tartarei humores in ventriculo adsunt, quos consumit. Postea etiam adstringendo ventriculuni roborat. Videndum tamen etiam hic, ne quid nimis, & humidum radicale ventriculi ab eo dissipetur & absumatur, quod sæpè ab intempestiuo & nimio spiritus vitrioli vsu accidit. Vbi verò calor ventriculi languet, & humidam radicalem deficit, plus obest, quàm prodest spir. Vitriol. Ad ventriculuni roborandum utilis est etiam aqua cinamomi cum succo cydoniorum destillata, mastiche, vt & spiritus mastiches, præcipuè hic. ℞. Mastiches el. ℥. iij. galanga, ℥. j. spiritus vini opt. lb. β. Digerantur ac destillentur.

Spiritus
mastiche
ventricu-
lum robo-
rat.

Vbi verò nidorosa cruditas percipitur, atque illa originem habet à prauis succis in ventriculo contentis, & cibos corruptentibus, nihil vtilius est, quàm prauos succos mox per aluum & vomitum expurgare. Imò in omni cruditate præcipuum remedium est excrementorum alui deiectio quotidiana. Vbi verò solum ob caloris ventriculi excessum fit illa corruptio, necessum est, alimenta duriora exhibere, & cibos aceto, succo citri, & aliis acidis condire.

Diætæ.

Diætæ. In omni verò coctione vitata & cruditate, quacunque etiam de causa ortum habeat, bonam diætæ rationem obseruare necessarium est. Ideoque panis sit optimæ notæ, de quo Galenus, 1. de aliment. fac. cap. 2. & 4. Reliqui etiam cibi in debili coctione

A sint cocti faciles, & quæ causæ debilitatis aduersentur. In iis autem, quibus biliosus humor, aut aliud excrementum prauum in ventriculo colligi solet, cibi facilis coctionis facillè corrumpuntur, quòd & iis accidit, qui calorem ventriculi non temperatum, sed igneum quasi obtinent. Ideoque talibus cibi cocti paulò difficiliore dandi: Succis tamen, qui è talibus cibis, qui aliàs cocti sunt difficiles, conficiuntur, si in corpus distribuuntur, prauam naturam retinent, vt docet Galenus, 2. de aliment. facult. cap. 6.

In omni etiam coctione læsa is cibus & potus fugiendus, qui ventriculo est ingratus, de quo Hippocrates, 2. aphor. 38. Atque in eo respiciendum ad peculiarem ægri naturam, ob quam accidit, vt nonnullis grata vel ingrata, cocti facilia, vel difficilia sint, hæc, vel illa. A cibis autem prauis succi omnibus abstinendum, etsi cocti sint faciles. Nam licet principio nihil damni afferre videantur: tamen nobis non aduertentibus progressu temporis in venis colliguntur prauis humores, & ad corpus alendum inepti, qui exiguum postea occasionem nacti putredinem concipiunt, atque inde febres malignæ oriuntur. Ideoque Celsi sententia, libr. 1. cap. 1. simpliciter admittenda non est, dum statuit, qualitatis ciborum nullam habendam esse rationem, modò coquantur. Nam licet exquisitè coquantur; nunquam tamen ex iis notæ planè bonæ succus generatur. Repentina etiam ad contraria in alimentis mutatio sanis cauenda, & multò magis ægris, vt docet Galenus, 2. de rat. viæ. in acut. text. 8. & seqq.

Cibi prauis
succis vi-
tandi.

An qualita-
tis cibor-
um ratio sic ha-
benda?

C Varietas quoque ciborum vitanda, vt & potus. Qui cibi pridie sumti in ructibus qualitates percipiunt, & quibus hypochondria eleuantur, iis somnus longior conuenit. Somnus enim & quies coctioni & retentioni ciborum maximè inferuiunt. Decubitus in somno primò fiat super latus dextrum, vt cibus ad fundum ventriculi, vbi coctio maximè viget, citius & facillius descendat: Postea verò supra latus sinistrum, vt epar ventriculo incumbens coctionem adiuuet. Auicennas tamen, vbi cibus non supernat, mox supra sinistrum latus decumbere iubet. Corpus ante cibum exerceatur, post cibum verò quiescendum est: Moderata tamen à cœna ambulatio non inutilis est.

Q V Æ S T I O I.

An Chylificatio fiat à calore.

Coctionem ventriculi calore eiusdem innato perfici communis ferè opinio est. Ab ea tamen recessit Ferriolus, in tract. de debilit. ventr. ob sequentes, sed non magni momenti, rationes: 1. est, quòd chylificatio non fiat calefaciendo. 2. Quòd in solo ventriculo fiat chylificatio; cum tamen calor per totum corpus dispersus sit. 3. Quia in ventriculi fundo, qui tamen membranofus est, & intestinis frigidis adhæret, præcipuè fit chylificatio. 4. Quia, si calor chylificationis causa esset, eò melior fieret chylificatio, quo calor maior esset; cum tamen in febribus & aromatum vsu etiam coctio ventriculi lædatur. 5. Quia chyli calor albus; cum tamen res, quæ calore generantur, potius flauæ vel rubræ sint, vt ex vrina & bile apparet. 6. Quia chylus temperatus est. 7. Quia homini non minus frigida, vt potus, quàm calida in victu necessaria sunt; cum hæc tamen calorem alterent. 8. Quia ventriculus natura frigidus est. 9. Quia humida & aquea siccioribus citius concoquantur; cum tamen hæc in calore agant, atque ita eum debilitando tardius coqui deberent. 10. Cancris & conchilia, quæ sunt frigida, ea concoquunt; quæ animalia calidissima non possunt concoquere.

An chylifi-
catio fiat à
calore?

Verùm ad omnes has obiectiones facilis est responsio, si explicemus, quomodo accipiendum sit, quando dicitur, calore ventriculi chylicationem perfici. Equidem non calor primarium agens est; sed anima & forma ventriculi, quæ vi *χυλοποιουμένης* instrumenta cibum & potum in chylum mutat. Calor verò solum animæ instrumentum est, cum verò anima sit immutabilis; calor mutari possit: Medicus de hoc potius, quàm illa sollicitus est. Calorem autem quando dicimus, non quemvis intelligimus, sed proprium ventriculi, & actioni eius conuenientem, qualis in nulla alia corporis parte est, sicut nec vlla alia corpori pars est, quæ sua substantia ventriculo exactè responderet: Neque tamen etiam hinc excludimus qualitates occultas, sed eas etiam hinc simul includimus, utpote ad hanc actionem necessarias.

Proinde respondendum. 1. Calor, quatenus calor, chylum non generat, sed quatenus animæ & formæ ventriculi, à qua, ut agente primario, dirigitur, instrumentum est. 2. Non quilibet calor, sed cuiuslibet actioni conueniens necessarius est, alius in corde, alius in epate, alius in ventriculo. 3. Ventriculi parenchyma, etsi membranofum videatur, ad hanc tamen actionem conueniens est. 4. Non quilibet calor optimum chylicationis instrumentum est, sed proportionatus. Cordis n. calor ad chylicationem esset intensior: sicut contra ventriculi calor ad actiones cordis esset debilior. 5. Chylus albedine respondet substantiæ ventriculi, sicut sanguis rubedine epati. 6. Non generatur Chylus à calore excedente, sed temperato. 7. Potus, si sit valdè frigidus, non iuuat coctionem, sed eam potius lædit. 8. Ventriculus non absolutè frigidus est, sed respectu saltem aliarum partium calidiorum ita dicitur. Accipit enim à Creatore qualibet pars tantum caloris, quantum ad suam actionem est necessarium; Habetque & Cerebrum, & nerui & partes membranosa suam calorem, & sine calore nihil vni, ut habet Seneca, *lib. 1. quæst. natur. cap. 10.* Et Galenus, *1. aphor. 15.* calorem innatum omnium actionum naturalium causam esse censet. 9. Humida & aquea, quatenus talia, in chylum non mutantur, sed quatenus partes alimentofas in se continent, quæ cum sint humido dilutæ, non ita coctioni resistunt, ut sicca. 10. Canceri & conchyliæ alimentum sibi conueniens appetunt, & coctio illa est sui generis, nec ut in homine perfecta.

Q V Æ S T I O II.

An calor vicinarum partium etiam aliquid ad coctionem faciat?

An calor vicinarum partium aliquid ad coctionem faciat?

Etsi calor ipsius ventriculi tum insitus, tum influens, & ita temperamentum hoc modo absolutum & perfectum proxima & sufficiens chylicationis causa sit, atque ita alterius opera indigere non videatur: tamen ita sapientissimus rerum Creator corpus nostrum disposuit, ut inter partes sit amicus & mutuus consensus, & vnaquæque alterius actionem promoueret potius, quàm impediret. Itaque & ventriculo addidit Epas, lienem, omentum, intestina, diaphragma, quorum calor, dum naturalis est, ita comparatus est, ut calorem ventriculi blandè foueat. Quòd si non fiat, calor ventriculi vitatur, & inde eius actio læditur. Hinc accidit, ut si Epas supra modum sit calidius, ventriculi calorem amplius amicè non foueat, sed eum potius dissipet, atque ita coctione eius obstat. Contra si sit frigidum, scirrhusum, calorem ventriculi extinguit. Omentum si sit pinguis, calorem ventriculi etiam fouet, & hoc modo

Operum Sennerti. Tom. III.

A coctionem adiuuat; contra si nimis extenuetur, coctioni obest. Eadem partium reliquarum vicinarum ratio est, quarum calor quidem non proxima chylicationis causa est, calorem tamen ventriculi eius causam fouet.

C A P V T X.

De Singultu.

P O S T coctionis in ventriculo, seu chylicationis læsæ Symptomata, restant explicanda Symptomata, quæ circa expultricem facultatem accidunt. B Cibus in Chylum mutatus non in ventriculo retineri, nec per vomitum reici, sed suo tempore ad intestina transmitti debet. Sed tamen natura sæpè abutitur ventriculo, & per eius officium cum superius, tum inferius, quæ sibi molesta sunt, expellit.

Symptomata autem, quæ circa expulsionem læsam ventriculi accidunt, sunt Singultus, Ructus, Nausea, Vomitus, Cholera, Cæliaca affectio & Lienteria; quæ duo posteriora Symptomata ad alui fluxus differemus.

Inter expultricis facultatis irritatæ Symptomata omnium penè Medicorum eo sensu Singultus, qui Græcè *ἀγγέ, αγγίς & ἀγγίς* est, refertur, ut mirer, Platerum eum ad deprauatam respirationem retulisse. C Quamquam enim in singultu sonitus quidam auditur, & vocis organa in consensum aliquo modo trahuntur: tamen ex accidenti id euenit, & primum malum est ventriculi motus deprauatus ab expultrice præter naturam stimulata pendens, dum, quòd ipsi molestum est, & tunicis eius infixum, elidere conatur. Galeno, *4. de rar. vict. in acut. sect. 69. & 1. prorrh. sect. 23.* est *σπασμὸς τῆς κίτης, ἀνάγιν, hoc est, conuulsio quædam motu & affectio, & 1. de diff. symptom. cap. 4. & 3. de caus. symptom. cap. 2.* *ἢ σπασμὸς* est, propterea, quòd vera conuulsio solis musculis propriè conueniat. Alibi tamen simpliciter conuulsionem nominat, ut *5. aphor. 4. & 7. aphor. 3.* & accidit ventriculo in singultu omnino aliquid conuulsioni simile, quale in Ructu, Nausea, & Vomitu non animaduertitur.

C Est autem singultus Symptoma expultricis ventriculi, quæ quòd molestam est ventriculo, illo motu excutere conatur. Motus autem is ex duobus motibus compositus est. Nam ut ventriculus id, quòd molestum est, excutere queat, primò se tunicasque dilatat, postea se veluti collectis viribus constringit, corporisque sui contractione interdum aliquid è tunicis expressum elidit, sæpè etiam conatu suo frustratur. Secundariò & retentrix in motu isto læditur, ac ventriculus cibos non rectè complectitur.

E Secundum quam partem autem ventriculus afficiatur, authores dissentire videntur. Galenus, *5. de loc. aff. cap. 6. & 6. apud. 39.* Singultum proprium oris ventriculi affectum esse docet: Plerique alij singultum esse affectum totius ventriculi tradunt, quòd & Galenus, *2. de symp. caus. cap. 6.* docet, è quo loco etiam nonnulli probare volunt, ad gulam quoque singultum pertinere. Verum enimverò quòd essentiam singultus attinet, eius sedes est officium ventriculi superius. Illud enim exquisito sensu est præditum, & propterea ad expulsionem molestorum mouetur. Si verò causas huius mali spectes, totus ventriculus eam sedes est, ac causa singultus modò in ore ventriculi, modò in ipso eius corpore continetur. Quòd verò gulam attinet, ad eam singultus non pertinet; cum nullo alio, quàm attractionis motu moueatur, & humores acres ipsi, cum lubrica sint,

E ij

Singultus.

An singultus ad deprauatam respirationem sit referendus?

adhærere non possunt. Errandi vero causam hanc quibusdam dedit mala versio. Non enim Galenus, 2. de sympt. causis. cap. 6. Singultum in gula fieri dicit, sed in stomacho; id est, orificio ventriculi.

Plateri opinio nova ne singultu

Contra communem hanc omnium medicorum sententiam, qui singultum ventriculo tribuunt, sentit Platerus, qui malum hoc non ventriculo, sed septo transverso attribuit. Singultum enim fieri statuit primò à vaporibus malignis in febribus perniciosis septum transversum irritantibus. Secundò, Vbi ventriculi facultas expultrix primò quidem irritatur, irritatio tamen cum septo transverso communicatur, à quo motus ille deprauatus primariò proveniat. Cum enim septum transversum non solum ventriculo propinquum sit, sed & communem cum ventriculo fortiatum tunicam, eosdemque nervos in ventriculi orificiis insertos acceperit, etiam septum ventriculi incommoda perferre, & cum ventriculus, ut illa excutiat, insurgit, seque aperit, septum quoque motu suo ventriculum, ut illud rectius præstare possit, impellere & concurrere, adjuvantibus, si magna vis opus sit, reliquis thoracis musculis, existimat. Verùm enim verò etsi negandum non sit, propter communem tunicam, quam habet septum transversum cum ventriculo, id in consensum à ventriculo singultuente trahi, imò & thoracis, ut & abdominis musculos quandoque: tamen idem & in vomitu accidit, & ut facilius vomitus fiat, Diaphragma, musculi thoracis, imò & abdominis suam operam conferunt; quòd etiam accidit in sternutatione. Non tamen idcirco vomitus vel sternutatio thoracis, aut abdominis musculis primariò tribuenda est. Ideoque quia facultas expultrix ventriculi in singultu primariò irritatur, & proximè atque immediatè hunc motum efficit, tunc ventriculo, & ut vomitus ascribitur, sicut sternutatio cerebro; etsi à vicinis motibus istis paribus adiuvari possit. Quamquam autem singultus sub eodem depravato iam ventriculi motuum genere cum vomitu contineatur: tamen inter eos quaedam est differentia, & ex Galeno, 6. aph. 29. vulgò statuitur fortiosem & vehementiorem motum esse singultum.

Singultus & vomitus que modo differant?

In vomitu enim catantum, quæ in capacitate ventriculi consistunt, reieci & conatu sæpè non ad eò magno; singultu verò ea, quæ in ipsius orificiis tantis penitus insident, non nisi magna vi excuti. Verùm enim verò cum omnis nausea & vomitus fiat à materia in capacitate ventriculi contenta, & singultus sæpè vomitum antecedit, idemque vomitionis initium sit, quasi natura id, quòd per singultum propellere nequit, per vomitum tandem, tanquam per vehementiorem motum, extrudere annitatur: ratio differentie non semper in loco materie & vehementia motus consistere videtur, (etsi quandoque solum hoc modo differant) sed præcipuè in loco affecto, & in modo, quo facultas in utroque affectu agit. In vomitu enim totus ventriculus simul movetur; in singultu verò imprimis orificium. In singultu enim expellit naturali, vel potius expellere conatur modo simili ei, quo facultas animalis utitur, fibras scilicet ventriculi quasi concutiens, unde singultus *παροξυσμικὸν κίσιον*, convulsivus motus appellatur, quòd ad eum ferè modum in singultu ventriculus moveatur, quo in convulsionibus musculi contrahuntur, & concutiuntur. In vomitu verò totus ventriculus ad expulsionem insurgit, & imprimis fundum eius versus superiora contrahitur, eoque motu quicquid in eo continetur, versus superiora excluditur. Nam licet omnes corporis partes vim habeant molesta à se expellendi: non omnes tamen concussionem, & motum sensibili id præstant, sed ea solum, quæ fibras habent. Hinc ventriculus in singultu, musculosæ partes in rigore, cerebri meninges in Epilepsia, concussionem, &

Omnes partes molesta à se expellunt, sed diverso modo.

vibratione quadam, id, quòd molestum est, expellunt: at nihil tale fit in parenchymate Epatis, lienis, glandulis & similibus. Quò autem fiat, quòd ab eadem materia nunc nausea & vomitus, nunc singultus excitatur, causa redditur hæc, quòd in singultu irritatio & mordicatio saltem fit in orificio ventriculi, in vomitu autem pleraque ventriculi partes vellicantur. Hinc accidit, ut singultus quandoque vomitum præcedat, vbi scilicet ex materia vitiosa in ventriculo contenta vapor aliquis vel pars humoris ascendens orificium ventriculi saltem vellicat: vbi verò materia postea totum ventriculum vellicare incipit, etiam totus ventriculus ad expellendum insurgit, & ita vomitus excitatur.

Causa.

Vulgata equidem doctrina est ex Hippocrate, 6. aphor. 39. Singultum cum spasmo eandem habere causam, & provenire ab inanitione & repletionem. Nonnulli verò addunt vellicationem à materia acris. Verùm si rem diligenter perpendamus, vellicatio sola vera & proxima huius mali causa est. Cum enim singultus, quòd negari non potest, fiat à facultate expultrice irritata, quid ad hanc rem opus vel repletionem, vel inanitionem; cum sola vellicatio sufficiat? Et quamquam in singultu humores interdum copiosius ad ventriculum confluant: tamen non quatenus replent, singultum efficiunt, sed quatenus ventriculum irritant, & vellicant. Etsi quoque in singultu causæ sæpè coniunguntur, quæ corpus excutiant, quòd sæpè in magnis evacuationibus & acutis, ac malignis febribus accidit: tamen singultus oritur à causis illis, non quatenus inaniant corpus, sed quia causæ illæ ventriculum mordicant, & vellicant, aut quia ex inanitione sequitur suctio & mordicatio in ore ventriculi: & si ex inanitione & repletionem ventriculus contraheretur in singultu, non posset iterum extendi, neque talis vibratio fieret. Et omnino ex generatione Epilepsie & convulsionis facillè colligere est, quænam causa singultus sit.

Mercurialis equidem Hippocratis sententiam excusare, & defendere conatur: sed parum feliciter. Ut enim illud saltem afferam, ut acres humores ad plenitudinem referre possit, scribit; acres humores facere convulsionem, quia plenitudinem inducunt. Nam, inquit, sicut vasa dicuntur inanita, quoniam carent eo, quòd continere debent: Simili modo plena dici debent, quando continent id, quòd non debent. Quapropter quoniam in ventriculo sunt humores acres, manifestum est, ibi posse esse aliquam plenitudinem. Verùm appellet sanè humorum acrium in ventriculo præsentiam plenitudinem: (quòd tamen commodè semper fieri non potest: cum sæpè etiam humores quantitate pauci singultum inducere possint) quaritur tamen, an humores tales, quatenus copia peccant, singultum excitent; quòd certè concedi non potest, cum eundem à piperis vno vel altero grano orti videamus, quæ tamen plenitudinem excitare & constituere nullo modo dici possunt.

Proxima ergo singultus causa est materia ventriculi præcipuè eius orificium, irritans & vellicans, siue caliditate, siue frigiditate, siue acrimonia, siue prava ac maligna qualitate id præstet, vel etiam res dura pungens & premens ventriculum vellicans. Ita observamus nonnunquam ex potu frigida aquæ hausto singultum fieri, qui vel sola spiritus cohibitione curatur; Ita post acrium ciborum & piperis usum singultus excitatur. Ita pueri, qui se supra modum cibo replent, crebro singultiunt. 1. aphor. 13. Quòd tamen magis exquisito sensu præditum est os ventriculi, eò facillè singultum patitur.

Materia autem hæc est vel alimentum, cibi nimium aut potus, caliditate, vel frigiditate, vel acrimonia ventriculū vellicans, vel medicamentum acrius, quale est piper puluerificatum, imprimis si vinum superbibatur, quod profundius id intro adigit; vel humor aut ichor acris & prauus; vel vapor similis; vel vermes siue mordentes, siue prauos vapores ad os ventriculū mittentes. Sunt & quædam venena, quæ singulari proprietate singultum inducunt, sicut Nicander viperam singultum excitare scribit.

Epatis etiam inflammationi singultus superuenire solet, tum quod prauus vapor, aut sanies ad ventriculū mittitur, tum quia ab ipso tumore ventriculū Epatis subiectus comprimitur, eiusque expultrix facultas assidue irritatur; quibus & communio nervorum à sexto pari descendenti addi potest. Atque ab hac epatis & aliarum partium vicinarum, quæ ventriculū in consensum trahere possunt, inflammatione, febris oritur, quæ singultuosa, seu *λυγδία* nominatur, in qua scilicet Symptoma hoc diu permanet; vel etiam per totum morbum cum febre durat, non verò solum circa crisin accidit, & reiecto per vomitum humore acrimia mox cessat, teste Galeno, 4. de rat. vult. in acut. sext. 79. Quæ accidit non solum epate inflammato, sed & in Ileo intestino, item Herniosis acuta febre febricitatibus, vt femoris & brachij gangræna & calcis sphacelo, vt Hippocrates docet, 2. de fract. sext. 23. & 3. de fract. sext. 43.

Res duræ
singultum
excitantes.

Præter hæc enūmerata etiam res duræ ventriculū prementes, vel vellicantes singultum excitare valent. A recentioribus enim obseruatum est, nonnullos singultu esse ex intorta & versus ventriculū reflexa colicæ extremitate ventriculū extrinsecus premente. Et apud Hollerium, lib. 1. cap. 33. in comm. est historia puellæ, quæ bubulis pulmonibus largiter vsa fuerat, quorum fructulum cum in cæphago restitisset, singultum excitauit, qui remoto fructulo illo cessauit. Auicenna docet, singultum quoque à capitis percussione fieri. Atque hinc patet, singultum aliàs per ventriculū *ιδιοπαθῶς* fieri, dum materia ventriculū vellicans in eo colligitur, aliàs verò per sympathiam, causâ aliunde ex epate, liene, intestinis, aliisque partibus, vel etiam toto corpore communicata. Ita ex cerebro propter nervorum communionem, vt & à pulmonibus singultus excitari potest, de quo Galenus, ad locum Hippocr. 1. prorrh. sext. 23. *Aphonia cum singultu pessima*, scribit; Singultum cum Aphonia non fieri ex humiditate descendente ad laryngem, sed ex quodam nervorum sextæ coniugationis consensu, qui est cerebro cum stomacho vt & vicinarum partium.

Signa Diagnostica.

Singultus auditu ab adstantibus percipitur, & ab ipso ægro indicatur, vt aliis signis opus non habeat. Causæ verò signis dignoscendæ sunt. Qui vomitu sedatur, est à materia, seu copia, seu qualitate ventriculo molesta. Qui succedit euacuationibus nimis, & in febribus acutis accidit, illum à siccitate provenire vulgò statuitur. Malo tamen ad materiæ prauitatem illum referre. Considerandæ etiam sunt causæ antecedentes, & manifestæ, quæ malo huic originem præbere possunt. Si est per essentiam, est magis continuus, & adsunt humorum in ventriculo contentorum signa, speciesque humorum ex oris sapore, vomitu, ructu & similibus cognoscitur. Qui à cerebri, lienis, epatis, intestinorum, vteri, aut alterius partis morbo provenit, non est sine partium illarum affectuum signis.

Prognostica.

Prognostica.

1. Singultus, qui à causâ primitiua, vt frigore, cetero Operum Sennerti. Tom. III.

A bo ac potu, aut alia simili, quæ nondum alium affectum induxit, oritur, leuior & minus periculosus est: grauior est, qui alium affectum, aut eius causam sequitur. 2. Periculosus est singultus, in quo fit insignis fibrarum in ventriculo tensio ac dilatatio, & qui ab affecto ore ventriculū oritur, & in quo lipothymia metuenda est. 3. Singultum patienti sternutatio superueniens singultum soluit, 6. aph. 73. Sternutatio enim vehementi illo motu humorem ventriculū vellicantem excutit. 4. Si senibus supra modum purgatis singultus adueniat, non bonum est, 7. aphor. 41. Cum enim omnibus hominibus malum sit singultum purgationi superuenire, id senibus præcipue malū est, propter virium imbecillitatem. 5. Ab Epatis inflammatione Singultus, malum, 5. aph. 58. & 7. aph. 17. Non enim semper ad inflammationem Epatis Singultus sequitur, sed vbi illa maxima est, quod periculosum. 6. A vomitu singultus & oculorum rubor, malum, 7. aph. 3. Qui enim singultus sit ab humoribus, ventriculū, præcipue verò eius os infestantibus, si vomitione illi humores expellantur, merito cessat: Quod si humoribus vomitu reiectis singultus perduret, vel cerebrum, vel ventriculū, non paruum pati inflammationem indicio est. Quando; tamen singultus post vomitum periculosus non est; cum scilicet à reliquiis humorū saltem provenit: sed tū reliqua symptomata mitiora fiunt. Oculorum autem rubor vtriusque partis, cerebri scilicet, & ventriculū inflammationem sequitur, sed cerebri magis. 7. In vomitibus sinceris. Singultus, malum. Mala quoque conuulsio. In Coacis. Omnis enim *ἄρπαις*: si in craca purgatio Hippocrati, malum, præsertim flauæ bilis. Magnum enim aliquod incendium partium circa ventriculū significatur, à quo exusta materia ventriculo communicata eum ita lancinat. 8. Ab Ileo Singultus, malum, 7. aph. 11. In tali enim intestinorum inflammatione partem illam nervosam, quæ cerebro consentit, affici indicio est. In senibus tamen Singultus ob prolapsa intestina sine inflammatione non ita periculosus. Sola enim intestinorum repositione euanesceit. 9. Aphonia, seu vocis interceptiones cum singultu pessimæ. 1. prorrh. c. 23. Ob consensum scilicet organorum vocis cum cerebro & ventriculo, vt in causis dictum. 10. Delirium lethale in spiritu: si difficili respirazione & singultu. Cum enim cum singultu delirium accidit, aut à ventriculo inflammato calor & vapores acres ad caput attolluntur, aut à cerebro inflammato malum cum nervis officij ventriculū communicatur, quod vtrumque malum est. 11. Singultus in omni febre periculosus est; nisi fiat ob crisin instantem, & signa cæctionis materiæ in morbo manifestè appareant. Sic enim indicat crisin vomitu futuram. 12. Singultus in somno profundo, aut animi deliquo, aut tetano obortus, mortem non longe abesse indicat. Atque in lethali eiusmodi singultu præclara remedia non sunt exhibenda. Aëtius, *teirab. 3. ferm. 1. c. 5. 13.* Singultus sæpè diuturnum malum est, egrumque valdè affligit, refertq; Marc. Gattinaria, Iur. Doctorem Papiniensem 12. dies singultu laborasse, & Epiphan. Ferdinand. *histor. 43.* curauit Augustinianum Theolog. Prof. qui 20. dies cum mortis periculo singultu laboravit, & mechoacann. 5. b. in vino albo infusa, & aliis purgantibus liberatus est: Massaria etiam Vicentiæ curauit tabellarium, qui 40. dies & plures singultu laboravit, & tandem aquis thermalibus liberatus fuit.

Indicationes.

Curacionem quod attinet, non quilibet singultus Medici operam requirunt. Quidam enim sunt ita lenes, vt spontè, vel spiritus retentione, vel tenui diætâ cessent. Quidam verò contumaciores sunt, vt medicamenta postulent. Curatio verò ad duo dirigenda

ad ipsum symptoma, & ad causam, à quâ pendet. Et si enim singultus rectissime curatur causâ, à quâ pendet, sublata. Quia tamen nonnunquam tam grauis & molestus est, vt nisi sedetur, metuendum sit, ne aut ægri vires deiciat, aut aliud periculosum malum inducat, curationem aliquando ad se trahit. Atque tum remedium motum illum mitigans & sedans est necessarium, quod scilicet mordicationis & vellicationis sensum in ventriculo obtundat. Causâ verò ipsâ singulæ ratione sibi conueniente tollendæ sunt, quæ cum variæ sint, de singulis in specie dicendum.

Curatio.

Curatio.

Quantum ad ipsum singultum, si ita vehemens sit, vt curationem ad se trahat, ea exhibenda, quæ sensum ventriculi nonnihil hebetant, & doloris vehementiam obtundunt, nisi vomitu materiam reicere liceat. Faciendum autem est initium à lenioribus. Aëtius offert sucum endiuix, vel portulacæ, semen excorticatû cucumeris, vel lactucæ tritum, vel decoctum sebesten, imprimis lac recens malsum, aut portulacam mandere iubet. Vel detur Syrupus violarum, portulacæ, de papauere, vel decoctum florum chamæmeli & sem. anethi. Fortiora sunt Philonium Romanum cuius dosi scrup. j. non facile excedat, quod granis duobus croci vel cinamomi corrigi potest, theriaca recens ad scrup. j. data, Laudanum Opiatum. Causam verò singultus quod attinet, considerandum. 1. An singultus alium morbum, qui peculiarem curationem requirit, sequatur. In causâ enim ablatione tota curatio consistit. Primò ergo si à refrigeratione tantum singultus proveniat spiritum cohibere conuenit. Spiritus enim retentus pulmones & partes vicinas calefacit. Deinde intus & extra medicamenta ventriculorum calefacientia vsurpanda, qualia supra de intemperie ventriculi frigida curanda sunt proposita. Exhibeatur nimirum vinum Hippocraticum, masticeur cinamomum, vel aqua cinamomi bibatur. Galenus & Aëtius laudant vsum castorei cum olfaciendo tum assumendo. Dorsum verò & ventriculus innungatur oleo de pipere, mentha, Balsamo & similibus. Vel Cataplasma imponatur ex vino, aqua vitæ, & pulueribus calidis. Vel ℞. Rad. ciperi, iunci odorati caryophyll. an. ʒ. j. castorei ʒ. ʒ. sem. anethi ruta an. ʒ. j. fol. plantagin. menth. absinth. an. M. ʒ. Coquantur in vino & ventriculus fomentetur. 1. Cibus & potus calefaciendi vi sit præditus: Ideoque aromatis, seminibus & herbis odoratis condiri potest, vt pulegio, mentha, anetho, origano, fœniculo, aniso, cinamomo & caryophyllis. 2. Si à flatibus sit singultus, eadem calefacientia conueniunt, & vinum, in quo anisum, baccæ lauri, rosmarinus, sem. coriandri, baccæ iuniperi, caryophylli macerati sint. Item aqua vitæ, zedoariæ, diacyminum, theriaca vetus, Mithridatium. 3. Si post nimiam euacuationem fiat singultus, siue hoc accidat à siccitate & corrugatione ventriculi, siue à medicamento, aut humorum Ventriculorum vellicantium prauitate, conueniunt, quæ humectant & refrigerant moderatè, humoresque mulcent, vt aqua hordei cum emulsione amygdalar. dulcium, lac recens mulctum, ol. amygdal. dulcium eum aqua hordei tepida. Emulsio item sem. quatuor frigid. maior. & papau. albi, mucilago sem. psyllij, cydon. iuleb. violar. succus granator. pitisanæ cremor vel per se, vel cum pullorum carne, iuscula è carnibus pullorum & gallinarum contusis & expressis parata: Conserua borrag. bugloss. nymphaeæ. Ventrem quoque & dorsum inungere vtile est ol. violar. & similibus. 4. Si ab inuementis, vel medicamentis acerbis singultus excitatus sit, hausto oleo amygdal. dulcium recenti, vel butyro recenti assumpto, vel pitisanæ cremore sedatur. 5. Si à corrupto cibo & repletionem or-

tum habeat & singultus, humorum illum aut per vomitum, aut per alui deiectionem euacuare necessarium est. Ad purgandum vtilis est hiera, pilulæ de aloë lota, & rhabarbarum. Postea exhibenda, quæ ad detersionem & resolutionem materiæ faciunt, vt: ℞. Spica, Zinziberis, galanga, sem. ansiferiæ, dauci, cumini, an. ʒ. j. F. Puluis. Cuius dosi ʒ. ʒ. Cum melicrato, aut vino. 6. Si ab humoribus calidis & acerbis fiat singultus, ij vel per vomitum, si æger ad vomitum pronus sit, vel per aluum expurgetur, prius tamen exhibitis iis, quæ humorum acrimoniam retundunt, eos temperant & detergunt. Qualia sunt decoctum, vel pitisanæ hordeaceæ, lac caprinum, succus portulacæ & endiuix, syrup. citri, acetosæ, rosar. simpl. infusionis, borraginis, buglossi, portulacæ. Emulsio sem. quat. fug. maior. & papau. albi, decoct. prunor. & tamarind. decoct. sem. anethi, portulacæ, papau. albi in aqua hordei vel cereuisia tenuiore factum. Item potus aquæ calidæ, in qua dissolutum sit butyrum vel oleum, aut lac amygdal. dulcium. Lenis purgatio fiat cum infusione rhabarb. manna, syrup. rosar. solutio. Vtile est & absinthij decoctum cum infusione rhabarb. Fortiora verò locum non habent.

Postea alluentur etiam frigida præberi possunt. Extra applicetur ol. rosar. cydon. violar. de nymph. cerotum fantal. Atque si ista medicamenta non iuuent, stupefacientia supra enumerata vsurpanda. 7. Si ab humore frigido ventriculo in pacto fiat singultus, extenuandus is & incidendus, vt supra de intemperie ventriculi cum pituita dictum, melicrato scilicet, oxymelite simpl. & compos. scillitico, hyssopo, pulegio, & calamintha, ruta, dictamno, nardo Celtica, helio, sem. cumini, anethi, dauci, seselios, caryophyll. galanga, in multa vel vino decoctis, castoreo item ʒ. j. vel ʒ. ʒ. pondere sumpto, syrupo de duabus & quinque radicibus, de hyssopo, de calamintha, Diatryl. Diacymin. Diatrioiper. Peculiaris & vtilis descriptio oxymelitis habetur hæc apud Trallianum, lib. 7. cap. 13.

℞. Scille parvis interna tenerioris lb. ij. aceti albi aris sextarios xv. piper. ʒ. ij. sem. dauci Creticæ, fœnicul. cumini, an. ʒ. ʒ. petrosel. M. acedon. ʒ. ij. zinzib. pyrethri, an. ʒ. j. laseris, ʒ. ij. nard. Celtic. ligustici, an. ʒ. ʒ. hyssop. puleg. an. ʒ. j. menth. viridis. apy virid. an. M. ʒ. cardamom. ʒ. ij. ruta viridis turionis quinque, mellis sextarium, spody, ʒ. ʒ. costi, ʒ. j. supra sextar. ij. agarici, spica nardi, atomi, an. ʒ. j. Omnia hæc contusa diligenter seorsim habeto, & stillam in aceto coniectam per dies 7. macerari finito, deinde ea sublata reliqua omnia contusa, vbi valde leuigaueris, & aceto indideris, alios dies septem finito. Deinde per linteum densum exprimito & fiat oxymel. Vel ℞. Pulegij iunci odorati, an. M. ʒ. sem. aneth. aris, an. ʒ. ij. Coquantur. Colaturæ ℞. ʒ. iv. Adde mellis rosar. colar. ʒ. ij. Misce. Postea materia, vel vomitu reicienda, vel per aluum euacuanda hiera simplici, mechoacann. agarico, pilul. mastich. de aloë, de agarico, cum momento turpethi, el. diaphanico. Si malum non cesset, iterum ad præparantia redeundû, & præparantia ac purgantia per vices assumenda. Vt: ℞. Galanga, ʒ. j. cinamom. sem. aneth. an. ʒ. ʒ. castorei, ʒ. ʒ. Coquantur parum in vini albi ʒ. vj. Singulis diebus sumat æger, ʒ. ʒ. Vtile est & elixir proprietatis. Cum internis coniungendus est externorum vsus. Vtilia sunt: Olea, vnguenta, emplastra, cataplasmata supra de intemp. ventriculi frigida proposita, vt: ℞. Ol. Mastich. de castor. aneth. an. ʒ. j. ol. destill. ruta, ʒ. ʒ. caryophyll gut. iv. Misce. Vel coquantur in aceto cuminum, pulegium, calamintha, & origanum, ac spongia aceto eo imbuta ventriculo calida imponatur. Non etiam inutile fuerit cucurbitam cum multa

damna ventriculo applicare, vt & dorso ea parte, qua Stomachus vertebris annectitur. Alij ad materiam singultus discutiendam, aut certè è ventriculo, cui inhæret, excutiendam plura addunt, vt stemutationem, vociferationem, deambulationem concitatam, gestationem atque equitationem, vt & subitum terrorem, iram, gaudium, quibus cum spiritus intro ad cor, & rursus ad ambitum corporis reuocantur, accidit, vt ventriculus vellicationem materię non ita sentiat, dum agitatione caloris & spirituum materia antea quiesca nonnihil concutitur, & loco affecto dimouetur, quæ tamen & in singultu ab alijs causis locum habere possunt. 8. Si materia maligna sit, efficax est hoc medicamentum. *℞. Sem. anethi, card. bened. citri, an. ʒ. j. melissa, coric. citri, an. ʒ. ʒ. corall. rubr. galanga, macis, cinamom. an. ʒ. ʒ. margarit. smaragd. an. ʒ. viij. cornu cerni, lapid. besoar. an. ʒ. j. vel q. v. Fiat puluis, aut cum sacch. ʒ. q. F. Rotulæ. Vel cum syrup. de cortic. citri aut alio conueniente F. Electuarium. Vel sumatur theriaca, aut aqua theriachalis, terra item sigillata bolus Armen. succus citri. Galen. 8. de compos. med. sec. loca c. 3. medicamentum ex Asclepiade describit, quod occulta proprietate contra singultum prodesse dicitur. 9. Si à vermibus singultus proueniat, ad vermes cura dirigenda, & reliqua etiam, quæ singultui conuenire possunt, vsurpanda. 10. Si verò alijs morbis singultus coniungatur, & primò quidem cum febre materia morbi causã singultus occasionem præbeat, & humores ad ventriculum confluentes hoc malum excitent, considerandum, an singultus accidat in principio febris, ab excrementis primarum viarum in ventriculum effusis. Tumenim leni pharmaco per aluum purgante, vel vomitu materia illa tollenda. An verò in statu, quo tempore crisis per vomitum futuræ signum est, ac tum nihil metuendum, sed naturæ omnegotium permittendum; Aut tandem in augmento accidat, quod si contingat, perpendendum, an humor vitiosus & feruidus à hecore & venosò genere per venas mesaraicas infundatur in cavitatem ventriculi; an verò per venas, quibus ventriculus & eius orificium alitur, effundatur in ipsam ventriculi substantiam; id quod hoc modo discernere licet. Si humor ad ventriculi cavitatem confluat, singultus est rarior, & leuior, & assumpto cibo, vel potu aut leni aliquo medicamento sedatur. Si verò in ventriculi substantiam influxerit, singultus est frequentior & grauior, ac quasi vera conuulsio, nec sedatur ingesto cibo, & nonnihil in longiore temporis spatio quiescit, ac præ frequentia singultus arger suffocari videtur, cum id quod singultus causa est, ventriculo infarctum sit.*

Prior singultus, qui fit à materia in cavitatem ventriculi effusa, tollitur vel vomitu, vel leni purgatione. Quæ verò à materia ventriculo infra cavitatem ducit, difficiliter curatur. Vt autem curatur, si corpus antea purgatum sit, vel ob vehementiam febris purgare non liceat, stupefacientibus, & sensum obtundentibus, de quibus antea dictum, vtendem. Et si humor malignus sit, etiam alexipharmaca & contra malignitatem, ac venenatam qualitatem pugnancia vsurpanda, de quibus etiam antea dictum, quæ tamen ita temperanda sunt, ne febre augeant. Si verò corpus nondum purgatum fuerit, & calor febrilis non prohibeat, aut statim purgatione per infusionem rhabarb. & folior. fenæ, marra, syrup. violar. rosar. solutio vtendum, aut clysteres applicandi, & humorum acrimonia, ac caliditas cremore ptisanæ, emulsione amygdal. dulc. sem. 4. frigid. maior papau. albi cum aqua hordei, portulacæ, lactucæ, aut aqua lactucæ & portulacæ temperanda. Venter simul obæstum & calorem inungendus oleo rosarum

& alijs, quæ in intemperie ventriculi calida sunt propolita. 11. Si denique singultus accidat ab inflammatione ventriculi, epatis, cerebri, vteri, vel alterius partis, curatio ad inflammationem & morbum principalem & causam huius symptomatis dirigenda: quæ sublata & singultus cessat. Si tamen nimis vehemens est singultus ea, quæ sensum nonnihil obtundunt, & singultum mitigant, vsurpanda, quæ supra fuere propolita.

Nonnulli amoleta hinc etiam vsurpant. Castoreum, inquit Trallianus, alligatum cito singultum sanat. Idem facit cuminum panniculo linteo inditum & carpo sinistrae manus alligatum. Alyssum commendatur à Dioscoride & à Plutarcho, 1. *symposiac. probl. 3.* Habet & alia Trallianus, *allegato loco*, sed quæ superstitiosa sunt.

Diata.

Victus ratio singulis causis respondeat, & pro varietate causarum varia sit, quæ ex his quæ supra de intemperiebus ventriculi curandis dicta sunt, patere potest.

Diata.

CAPVT XI.

De Ructatione.

Inter expultricis facultatis ventriculi symptoma. Ructatio. Ita est, & Ructatio, quæ est motus deprauatus ventriculi, factus à facultate expultrice concitata, quo vapores & fumi à cibo non rectè cocto per os expelluntur. Et quidem soli homini hoc vitium accidit, non brutis, cum vt Aristoteles, 10. *probl. 43.* docet, hæc ventrem sicciorum habeant, quibus humidum statim absimitur, vt in flatum conuerti non possit; forsan etiam, quia in cibo & potu sumendo sunt temperantiora.

Soli homini accidit.

Ructus autem nunc insignem nullam qualitatem præ se fert, nunc verò est acidus, nunc nidorosus, nunc fetidus, nunc cibi assumpti qualitatem præ se ferens.

Causa.

Causa proxima Ructationis est flatus in ventriculo concitus, & per os eius superius confertim, & cum sonitu erumpens. Is autem flatus nunc generatur in ventriculo ob eius coctionem læsam, de cuius causis supra dictum. Et prouenit nunc à cruditate nidorosa, nunc acida, eiusque index est: illa quidem ab intemperie ventriculi calida, hæc frigida. Cibi tamen etiam assumpti, qui faciliè corruptuntur, vel flatulenti sunt, ad ructus generandos faciunt, quales sunt castanæ, ficus recentes, rapa, raphanus, cepæ, melones, cucumeres, portulaca, oua & pisces oleo, vel butyro fixa & similia. Nunc verò flatus è partibus inferioribus ad ventriculum ascendunt ex intestinis, epate, vtero, in primis liene & venis mesaraicis, suntque ructus hypochondriacis nonnullis familiares. Ita noui vitum, qui continuâ spuatione, & ructibus ita molestabatur, vt sæpè intra vnamque alteram horam, vel certies ructaret. Pertinet huc & morbus ructuosus ab Hippocrate, *lib. 2. de morbis* descriptus. Dolor, inquit, corripit acutus, & doliat vehementer, & ipse seipsum ructat, & vociferatur, & frequenter eructat, & vbi eructant, melius se habere videtur. Sæpè etiam bilem reuomit modicam, poculi parui mensura, & dolor corripit à visceribus ad imum ventrem & laterum mollitudinem: vbi hoc factum fuerit, melius sese habere videtur, & venter inflatur, & indurescit & strepit, & flatus non egreditur, neque stercus. Morbus hic, si iuuenem corripit, tempore decedit, si senioem, commoritur. Cuius infra etiam *de mesenterij præter*

Causa.

*naturam affectibus & affectione hypochondriaca mentio-
riorem faciemus.* Atque ita tres causæ sunt ructus,
ventriculi intemperies, ob quam cibi non bene con-
coquantur; vitiosi humores in ventriculo vel aliis
partibus cumulati; cibi corruptioni facile obnoxij, &
cruditati vel acidæ, vel nidorose materiam præben-
tes, ut & flatulenti. Faciunt tamen etiam ad ructum
excitandum causæ externæ, quæ materiam, seu in
ventriculo, seu aliis partibus contentam commouent,
ut balnea, exercitium nimium & intempestiuum
post cibum, venus immodica.

Signa Diagnostica.

Signa. Ructus ipse per se manifestus est, nec signis opus
habet: causæ verò signis indigent. Si quis ergo tu-
cet inquirendum primò, quibus cibis vltus sit. Nam
si quis vel raphanum, vel capas, vel onafrixa, vel
placentam nidorosam comederit, & ructum nidoro-
sum similem emittat, manifestum est, è cibo sumpto
ructum esse, ventriculique tum potest esse saluus. Si
verò quis nidorosum talem ructum emittat, & nil
tale, quòd nidorose cruditati materiam præbere pos-
sit, comederit, proculdubio à calore ventriculi ni-
mio cibos hoc modo corrumpente erit ructus: vbi
porro inquirendum, an ipse ventriculus intempe-
rie calidâ laboreat, an verò bilis ex epate in eum
fuerit infusa, de quo supra de intemperie ventriculi
dictum.

Si verò ructus acidus accidat, inquirendum, an à
cibis difficilis coctionis, an verò ab intemperie ven-
triculi frigida iste veniat, quòd cognoscitur ex eo
imprimis, quòd non solum cibi frigida naturæ, sed
& calidæ, ut mel, saccharum, vinum, & alia eius-
dem in cruditatem acidam abeant; an vero aliunde
materia acida in ventriculum effundatur, quod hypo-
chondriacis familiare est, ac tum affectionis hypo-
chondriacæ signa alia etiam adsunt.

Si verò sine sapore emittatur, habet originem à ci-
bis flatulentis, vel ciborum copia. Si longo post ci-
bum sumptum tempore ructus adhuc cibi assumpti
saporem & odorem referat, magnam coëctricis facul-
tatis imbecillitatem significat.

Prognostica.

**Prognosti-
ca.** 1. Ructationes multæ frequentes malæ sunt. Nam
& causæ vehementiam significant, & motus ille
coctionem turbat, quæ in ventriculo perficitur. 2.
Ructationes acidæ, si diu continentur, hydropem
vel licentiam minantur. 3. In longis intestinorum
leuitatibus & alui fluxu, si ructus acidus accidat, qui
prius non erat, bonum. Aliquam enim iterum co-
ctionem fieri significat. 4. Ructum asthmatici super-
venire, bonum. 5. Ructantes acidum, non facile
pleuriticis sunt. 6. *aphor. 33.* Vid eantur Commen-
tatores. 6. Qui supra modum ructant ante cibum;
dispositi sunt ad colicam: qui verò post cibum, ad
hydropem; præcipuè tympanitatem.

Curatio.

Curatio. Ructus si moderati, non cohibendi sunt. Fit enim
per eos excrementorum flatulentorum euacuatio: si-
ue ructus frequens & molestus sit, diu duret, tolli-
tur causis, à quibus pendet, sublatis. De quibus cum
suprà de intemperie ventriculi, & ventriculi inflam-
matione dictum sit, non opus est, ut ea hîc repeta-
mus. Intemperies nimirum frigida, vel calida alte-
randa, cum internis, tum externis, humores vitiosi
euacuandi, flatūs discutiendi. Cruditas parca diætâ
& cibis boni succi corrigenda. Cibi corrupti, vel
vomitu, vel alio modo euacuandi. Si lien vel aliud
membrum vicinum flatūs suppeditat, ei succur-
rendum.

CAPVT XII.

De Nausea & Vomitu.

Pertinent ad hanc symptomatum classem etiam
Nausea, Vomitus & Cholera, quæ cognata ma-
la sunt, symptomata scilicet facultatis expultricis
ventriculi, & motus, quibus per os excernit, aut ex-
cernere conatur illa, quæ ventriculo molesta sunt. Et
quia nausea & vomitus easdem ferè causas habent
de his hoc capite sequenti de cholera, agemus. Nausea
quidem, Græcis *ναυσία* & *ναυρίαισι* nil aliud est,
quàm inane quoddam vomendi desiderium, in quo
ventriculus quidem ad vomendum incitatur, nihil
verò expellit. Vomitus verò est, cum ventriculus id
quòd molestum sibi est, per os reiecit. Si enim ven-
triculus, vel copia, vel qualitate materię læcessatur,
viresque eius in fundo sint robustæ, natura materiam
illam versus orificium ventriculi superius attollit, &
per os euacuare conatur; quod si effectum dat, vo-
mitus, seu humoris per os reiectio, sequitur: Si au-
tem seu ob naturæ imbecillitatem, seu materię con-
tumaciam id obtinere non possit, tum conatus saltem
sit, qui nausea dicitur, ventriculi propria affectio. In-
terdum tamen & aliis partibus hoc nomen tribuitur,
sicut Hippocrates, *in libello de fract. τρωχίλων* *παρῶν*
dixit, quæ *ἰσχυρῶν* alia nominatur, quando venæ
velut nauseabundæ sanguinem emittunt, siue ob par-
tis inflammationem, siue ob sanguinis ipsius copiam,
aut prauitatem. Vulgò sugillatio nominatur. Sunt
etiam apud Galenum, 8. *de comp. med. s. loca cap.*
3. Vocabula *ἀναίμα*, supinitatis, & *ἀναίμα*, *ἀναίμα*
χρῶ, quibus *ναυρίαισι διαίτησι* significantur, post cibum
accidentes, ita ut si æger paulò vehementius sese mo-
ueat, vomitus sequatur.

Esti verò naturale sit ventriculo, ut cibos per os re-
cipiat in se, & postea coctos per orificium inferius
emittat, ac per fibras rectas œsophagus cibos attrahat,
motusque fibrarum principium sit in parte superio-
re, concurrentibus circulantibus, qui ab œsophago in
ventriculum pellunt, quorum motus etiam à parte
superiore incipit: tamen natura aliquod abutitur fibris
rectis; & tum principium motus istarum fibrarum
incipit à parte inferiore, & tendit versus superiora:
ac tum vomitus fit, qui ratione facultatis expultricis
actio quidem naturalis est: quia tamen fibræ non sua
sponte tum operantur, sed stimulatae ac impulsæ ab
obiecto præter naturam, actio præternaturalis appel-
lari potest. Atque ita symptomata hæc sunt in genere
actionum læsarum, si facultas expultrix, ut causæ
efficiens spectetur, ut Galenus facit, 3. *de sympt.*
causs. c. 2. Habito verò respectu ad materiam, vomit-
us in excretorum genere præter naturam colloatur
à Galeno, *in lib. de sympt. differ. cap. vlt.* Quia ta-
men illud, quod exit, licet loco, non semper tamen
substantiâ, aut qualitate à naturali statu mutatum est,
rectius ad actiones deprauatas refertur.

Causæ.

Causæ vomitus & nausea, eadem ferè sunt, secun-
dum magis & minus differentes, nimirum omnia,
quæ facultatem in ventriculo expultricem stimulan-
di vim habent; quanquam & retentrix concurrere
possit, dum debilitata actionibus contrariis expul-
tricis resistere non potest: sola tamen vomitum cie-
re non valet.

Causa verò vomitus est vel vitium aliquod ven-
triculi, vel materia irritans, vel vtrumque. Ven-
triculi vitium est intemperies, tuberculû, vlcus, vulnus, ob
quæ etiam probus cibis, & qualitate non peccans
facultati expultricis molestus esse, eam que irritare

Nausea.

Causæ.

potest. Materia verò quæ facultatē expultricē irritat, varia est, & vario modo id præstat. Materia enim vel extra assumpta est, quales sunt cibi, medicamenta venena, vel intus producta; & quidem vel in ventriculo genita, quæ aut alimentalis, vt chylus coctus vel crudus, aut excrementitium quiddam, vt cibus corruptus, pituita, bilis: vel alibi genita in corpore & in ventriculum illata, eaque vel animata, vt vermes, vel inanimata, vt sanguis, humores, pus; quæ in ventriculum mittuntur ex intestinis, mesenterio, epate, cerebro, toto corpore, per epatis venas. Prægnantes etiam quædam primis mensibus vomere coguntur. Cùm enim menses subsistant, materie pars aliqua ad ventriculum etiam transfertur, & per eum vomitu reiecitur, donec fetus grandior factus plus alimenti ad se trahat, vel etiam natura humoribus illis magis aduiscat. Materia autem hæc quæcunque & vbi cunque genita sit, vel pondere ac gravitate, vel acrimonia, mordacitate & qualitate, ventriculo aduersa est, vel alio modo ventriculum irritat, & molestat. Atque hoc facilius accidit, si materia illa agiteretur, vnde iis, qui curru vehuntur, si non assueti, ventriculus subueri solet interdum, maximè verò nauigantibus. Nam & Hippocrates, 4. aphor. 24. motioni tribuit, quod nauigantes vomere solent; alij tetro odori magis, quo affectus odoratus stomachum agit. Aliquando etiam vi imaginationis vomitus concitatur, quando ad cõspectum alicuius vomentis aut obiecti inuicendi, vel odoratū expultrix ad talem motum stimulat. Ductus quoque, qui bilem vehit ad intestina, quandoque vomitus causa est, & facit, vt etiam, qui alias biliosi non sunt, quandoque vomant. Ductus enim ille nunc vnicus est, nunc duplex, & quidem si simplex saltem, ad intestina naturaliter fertur; si duplex, maior ad intestina, minor ad fundum ventriculi tendit. Si vero hic naturalis situs mutetur, & vel vnus ille ductus in ventriculum, vel maior in ventriculi fundum inferatur, homines bilis vomitu crebro infestantur, qui *πικρὸχολοὶ* Græcè, biliosi supra, nominantur. Tumores quoque & vlcera ventriculi vomitus excitant. Quibusdam etiam natua est angustia ventriculi, ob quam si paulo largius cibum sumunt, vomunt, de qua supra inter morbos ventriculi actum.

Quæ vomitu causæ sunt, easdem etiam Nauseæ esse diximus, differentes saltem secundam magis & minus. Nam si materia minus copiosa minusque acris, vel vapotosa potius, aut tunicis magis impacta, aut tenacior sit, nausea fieri solet: contrariis materix conditionibus vomitus excitatur: Nonnunquam tamen etiam excitari potest, si virtus expultricis sit debilitata.

Differentia.

Vomitus alius per morbum aliquem fit, alius citra hunc. Qui per morbum aliquem fit, alius Criticus est, qui, vt opus naturæ, tempestiuè fit, & in commodum ægri, & morbum, vel soluit, totā materiā euocatā, vel eundem imminuit, parte aliqua materix vel ob virtutis expultricis debilitatem, vel ob materix contumaciam relicta; Alius Symptomatus, qui intempestiuè fit, natura à causa morbifica nimium irritata. Qui citra alium morbum fit plerumque crapulam & inluniam sequi solet, vt & debilitatem ventriculi. Sunt & differentiæ materix, & etiã sanguis, aliã humor biliosus; aliã pituitosus, aliã vermes; aliã pus & fanies eiecitur. Interdum etiam crines, clauis, ferramenta, ligna, frustra carnea, & huiusmodi aliã è ventriculo vomitu reieciuntur, vt supra dictum, quæ tamen omnia supra naturam & magicæ operationis sunt. Interdum etiam Clysteres vomitu reiectos & alij obseruarunt, & ego memini: similiter & glandes & excrementa alui in Ileo

A vomitu reieciuntur per motum fibrarum in intestinis inuersum, vt de scorbutis, & de Ileis dicitur. Notabilis quoque est historia, quam Guilielmus Fabricius Hildanus, *centur. 4. obseru. 32.* refert; Monialis cuiusdam, quæ ab anno ætatis 13. vsque ad annum 44. continuus vomitus fuit molestata & singulis diebus semel vt plurimum pituitam viscidam, nonnunquam & bilem vomitu reiecit. Vomitus huius tam diuturni causam quidem Philibertus Saracenus *in responsione*, ad retentum semen refert. Verum non absuit affectio Hypochondriaca, vt ex iis, quæ à Fabricio referuntur, & quæ de Affect. Hypochondriaca dicentur, patebit.

Signa Diagnostica.

B Nausea & vomitus in genere per se manifesta sunt, neque signis, quibus innotescant, opus habent. Causæ verò signis, quibus manifestentur, indigent. Et primò an vitio ventriculi, an verò per consensum fiat vomitus, cognoscitur, quòd, si vitio ventriculi fiat vomitus, tam ante, quam post cibum sumptum vomit æger, & signa affecti ventriculi sunt, perpetua inappetentia, grauitas, tensio & inflatio ventriculi & similia; & signa debilitatis, & intemperie humidæ, qua totus ventriculus laxatur, adsunt. Si verò per consensum fiat, nec vomitus, nec symptomata ista adsunt perpetuò, sed quandoque ægrum affligunt, quandoque & signa partium affectarum aliarum adsunt.

C Si fiat vomitus ob meatum biliarium, vt supra dictum, ventriculo insertum, homines aliã satis rectè valent, nec ventriculi, vel alterius partis affectus, vel etiam bilis copiosæ signa adsunt; Bilis tamen vomitu reiecitur. Si ex vlcere, vel tumore ventriculi vomitus fiat, id è suis signis cognoscitur. Si fiat vomitus ob ventriculi angustiam & paruitatem, vitium hoc non solum visum est conspicuum, vt Galenus, *art. med. c. 71.* habet: sed tales etiam à natiuitate parum comedunt, & si paulò plus comedant, vomitu id reieciunt. Si cibus & potus, cùm vel sine pituita, post sumptum cibum reieciatur, signum est superioris oris laxati & debilitati: Nonnunquam & signum est debilitatis ventriculi, qui cibum coquere non potest. Vomitus, qui sit à causis externis, ex iis antecedentibus cognoscitur, iisque sublatis cessat. Vt si ob idem

D capitis vomitus fiat, latere non potest. Quod si ob materiam irritantem fiat vomitus, aut cibus, vel potus nimia copia assumptus est, vel venenum hantum vel praua aliqua materia in ventriculo fuit genita, aut ad eum confluxit. Qualis verò sit materia, non solum ex vomitu cognoscitur, verum etiam antequam vomitu reieciatur, ex ructu, qui nunc acidus est, nunc nidorosus, nunc amarus. Et quidem iam imminenti vomitus ex lioso & mordaci humore signa sunt oris ventriculi morsus, dolor capitis vertigo tenebrosa, tremor labii inferioris; sputum multum ac tenue profuens; Galenus; 3. *de crisiibus, cap. vlti.* Quorum symptomatum causas Galenus, 1. *Prophet. comm. r. 30.* refert: Si humor in ventriculo est genitus, qualiscunque sit, iam dudum illum afficit ac torquet, & in victus ratione peccatum fuit, & nausea ferè est continua, atque appetitus non satis probus. Et si cibus in ventriculo corrumpitur ex nidorosa, aut acida cruditate eius, quòd vomitu reiecitur, cognoscitur. Si verò aliunde affluit humor, signa eius partis affectæ, quæ materiã suppeditat, adsunt; vt si ex totius corporis vitio, quòd nonnunquam se in ventriculum euacuat; vomitus accidat, ex deprauato totius corporis colore, iuxta humoris proportionem, manifestum euadit, præcessit praua victus ratio. Sin è cerebro humor mittatur, pituita, aut salis humoris in ventriculum destillantis signa adsunt; vomitus quoque sunt spumosi & nausea eius

magis molestat, quo tempore cibum ingerunt. Si ex Epate bilis transmittitur, cognoscitur id ex humoris per vomitum reiecti natura, ex Epatis dolore, tumore, & cum vomitus ieiunus magis molestat, quam post sumptum cibum. Si ex Intestinis est vomitus, adest dolor colicus: vel intestini Ilei. Si ex vtero, vel conceptio facta fuit, vel menses suppressi sunt, atque alia signa affecti vteri adsunt. Quæ autem in parte ventriculi humores contineantur, etiam signis distinguendum est. Si enim in ventriculi cavitate latent, leuissimo conatu reiciuntur, & inest in ventriculo ex alimento terreo & anxietas, quæ non cessat, donec humores vomitu sint reiecti. Quibus verò humores adherent tunicis, his alimenta sine humoribus eiciuntur. Præterea si in cavitate ventriculi sunt humores, etiam sine cibo fit vomitus, & post vomitum alimentum retinetur. Si verò tunicis adherent, non vomunt, nisi ingesto cibo; citra verò cibum nausea admodum molestat, & quod excutitur, pituitosum & crassum est, ac magno conatu eicitur. Si sanguis vomitu reicitur, & quidem à ventriculo, est qualitate exiguus & rubeus. Si aliunde infunditur in ventriculum, est multus & nigrior; & quidem niger, si ex liene, rubicundior verò si ex Epate vel toto corpore.

Prognostica.

Prognostica.

1. Accidit nonnunquam, vt post mediocrem nauseam vomitus sequatur; nonnunquam verò conturbatio quædam magna & frequens fit, vomatur verò parum, aut nihil. Præterea hoc est, & vt signum, humorum in ventriculo consumacem indicans, & vt causa, continua scilicet ista vellicatio, vel inflammationem excitatur, vel præsentem iam auctura. Galenus, 6. *Prorrh. comm.* 3. 1. 25. 2. In vomitionibus, quæ spontè fiunt, si qualia oportet euacuentur, confert & facillè ferunt ægri; Sin minùs, contrarium fit, 1. *Aphor.* 2. Euacuatur enim materia quæ natura siue qualitate, siue quantitate, siue utroque modo molesta est. Ideòque si vomitus id euacuat, quod corpus lædit, atque inde æger commodi aliquid percipit, bonum est; Sin autem euacuatur, ægri tamen deo morbo non læuantur, malum est. 3. Quicumque sanguinem vomunt, sine febre quidem sanabile est, verùm cum febre, malum. 7. *Aphor.* 37. Viscerum enim aliquam inflammationem hæc significat. 4. Vomitus chyli malus est, præsertim ratione vitæ; secum lethalis, vt in Ileo; sanie pessimus, quia vlcus adesse significatur; Vermium, ratione signi quidem malus est; quia putredinem magnam humorum indicat, verùm ratione causæ, bonus, si vniuersi, vel maiori ex parte expellantur, ac præsertim si id criticè fiat. 5. Peior vomitus est atræ bilis, quam pituitæ, & pituitæ putridæ rursum peior, quam copiam saltem peccantis. Vomitus commodissimus est ex bile & pituita maximè permixtis, & non crassus valdè, neque multus. Sincerior enim deterior. 3. *Progn. Aphor.* 38. Bilius enim sincerus bilis copiam, pituitosus, frigiditate indicat. Præterea sincerus humor crassior redditur. Pituitosus quidem frigiditate, biliosus verò propter excessum caloris, quæ quasi assatur. Galenus, *ibidem.* 6. Si homo omnes colores vomat, & vnde perniciosus est. Plures enim difficiles in corpore affectiones significantur. Celerrimam mortem minatur vomitus liuidus, si grauitè oleat. Putredinem enim significat, cum caloris nativi extinctione; & omnino subputridus & sædus odor in omni vomitu malus est. Deterior enim leuis affectio redditur, si ei putredo accedat, Hippocrates & Galenus, 2. *Progn. Aph.* 40. 41. 42. 7. Si vomitus prasinus, aut liuidus, aut niger fuerit, malum. Hippocrates, 2. *Progn.* 39. Nam causam admodum vehementem hæc colorum

mutatio indicat. Prasinus enim, seu Porraceus colorem insignem in venis & magnam humorum corruptionem indicat. Si tamen ex quorundam ciborum, & olerum cruditate proneniat, minus malum significat. Niger interdum salutaris est, dum scilicet humor melancholicus criticè & cum ægri commode euacuatur; peior verò est, cum alia materia eicitur, quæ sua natura nigra non est, sed ex corruptione in corpore hunc colorem acquisiuit. 8. Vomitus in capitis doloribus æruginosus, cum surditate & vigiliis citò vehementem surditatem adfore pronunciat, 7. *Prorrh. comm.* 2. *Aphor.* 12. Flaua enim bilis supra modum assata primò in æruginosam, deinde in atram vertitur. Id quando in capite contingit, vigilia, dolor capitis & surditas accidit: Vnde *ματιδὸν παρρησιόδη* dicitur. Cerebro autem grauitè affecto ab humore calido, tenui, mordaci, os ventriculi per consensum afficitur, & vomitus excitatur, vt à plurimis hæc aphorismus explicatur. Exemplum est in Philisca, 3. *Epid. comm.* 4. Putarem tamen talem vomitum, & affectiones has potius accidere, humore tali non solum in cerebro cumalato & ventriculum in consensum trahente, sed etiam, si bilis talis in inferioribus cumuletur & subito ad caput rapiatur, talia symptomata excitari posse, in ventriculo quidem vomitum, in capite surditatem, vigiliam & delirium. 9. Quibus cerebrum vulneratum est, his febrem & bilis vomitum superuenire necesse est. 6. *Aphor.* 22. Febris quidem sequitur, quando ab illo eiusque membranis vulneratis calor cordi & hinc toti corpori communicatur. Vomitus verò fit ob consensum cerebri cum ore ventriculi. 10. Qui pectus angustam habent, ac inde pulmonem compressum, ad vomendum ineptissimi sunt. Facile enim vas ex his, quæ spinationi inserviunt, rumpitur. Sunt & inepti ad vomitum, qui collum habent longum & qui ad sanguinis sputam & tabem sunt propensi, & quibus tumor est in gula. Prægnantibus quoque vomitus commodus non est: niueus enim est, ne abortiant. 12. Vomitiones luxuriæ causa fieri non oportere, confido. Interdum valetudinis causa, experimentis credo. Commoneo tamen, ne quis, qui valere vult, hoc quotidianum habeat. Celsus, *lib. 1. cap. 3.* 12. Vomitus interdum malum satis diuturnum est: habetque eius rei exemplum. Guil. Fabricius, *cent. 4. obs. 32.* de quadam nobili, religiosa, quæ ab anno 13. ætatis vsque ad 44. & ita 31. annos singulis diebus semel euomit, vt plurimum pituitam viscidam, nonnunquam & biliosam materiam. Plura de vomitionibus Prognostica possent addi: verùm cum illa solum febres spectent, videantur passim apud Hippocratem & Galenum, in *Prognostic. Prorrh. & Coacis prædictionibus.*

Indicationes.

Si vomitu reiciatur materia bona & utilis, ea que sit cibis vel chylus, qui ob ventriculi imbecillitatem reicitur, vomitus illi statim reprimendus, ventriculum roborando & adstringendo. Si sanguis sit, isque criticè reiciatur, non statim suppressendus est, nisi modum excedat. Similiter si consuetus sit sanguinis vomitus in Plethorica corporis dispositione, aut Epatis imbecillitate, aut vteri mala affectione, non mox cohibendus est, sed toti corpori & affectæ parti prius prospiciendum. Si verò humores excrementitij reiciantur, & quidem criticus sit vomitus, vel consuetus, moderatusque, non suppressendus, sed sinendus. In dæmoniacis dimittendus adiuuandus leni vomitorio. Si verò symptomatikus sit, vel immoderatus, qui vires prosterнат, cohibendus. In quo ad duo respiciendum, primò ad ipsam vomitum, seu symptomata, secundo ad eius causam. Si enim vomitus sit vniuersus, à quacunque etiam causa proficitur, &

Indicationes.

plus damni ex eo, quam commodi sperandum sit, cohibendus est, quod sit roborantibus & adstringentibus. Quod si sedari non possit, ad singulas causas cura dirigenda. Et quidem, si pravi humores copia peccant, per inferiora euacuentur; reuellendo, si qualitate praua expultricem lacellant, attemperentur, & ad temperiem redigantur. Sed & dum vomitus diminutus est, per inferiora vacuare licet in morbo, qui cum vomitu non incipit, & ubi aeger ad vomitum non procliuus est, nec assuetus. Si contra accidat, vomitus vomitu recte curatur. Sin quoque materia, quæ vomitur, ingrata & noxia sit, vel acris & abradens, qualis atra bilis est, ad inferiora reuulsa illa expurgetur.

Curatio.

Curatio. Quod ergo vomitum ipsum attinet, si sit nimius, curatur per reuellentia & roborantia, ac expultricis motum nimium comprimentia. Reuellunt acres & fortes clysteres ac suppositoria, quæ humores ad aluum deducunt, imò etiam purgantia, quæ materiam per aluum euacuant; Calida etiam extremitatibus, & præsertim frigidis applicata, vt lotiones pedum ex aqua calefacta, & erurum phœnigni ac sinapismi. Ita Auicennas, 3. *Can. fœnicul. 13. tract. 5. cap. 12.* Mirabile esse dicit, quod calefactio extremitatum sedat vomitum, scilicet deorsum trahendo. Quod verò mox addit; in frigidationem extremorum sedare vomitum velocem calidum, id ita planum & perspicuum non est; cum frigida pedibus frigidis adhibita calidos & tenues humores potius ad superiora repellere videantur. Verùm videtur hinc Auicennas respicere ad naturam humoris ipsius, qui vomitus causa est, ob cuius caliditatem is celer est & continuus. Refrigerata enim extremitates qualitatem eandem humori communicant; atque eo modo motus humorum & vomitus non nihil sedatur. Retentrix facultas roboratur remotâ intemperie & præsertim humidâ, à qua debilitas retentricis ortum habet. Erga in causâ calida exhibeantur Robribes, beiberis, succus & syrupus granatorum, cydoniorum, de rosis siccis, myrtinuis. Et quidem offerantur ab vncia vnâ ad uncias duas, sine aquis vel decocto, aut cum exigua horum quantitate, ne ab humidis maior fiat relaxatio ventriculi, & fluctuatio in eo augeatur. Atque exhibeantur talia ante cibum. Conuenit etiam panis vino austero madidus, confersa rosarum antiqua, imprimis Vitriolata, Diacydonium, Sympus corallior. Spic. Vitriol j. Post cibum sumantur cibi adstringentes, cydonia, pyra, mespila, sorba, Diacydonium simplex, & alia supra de intemperie ventriculi calida proposita. Si non ita foueat ventriculus, Galenus, in *Exporistis cap. 15.* hoc medicamentum exhibet. *℞. Succimâli granati cum suis acinis expressi part. iij. mentha part. j.* Coquantur in vase fictili assidue agitando, cumque iam grassa fiunt, sublata reponantur in usum. Dosis ante cibum mystrum siue cochlearium magnum, vel duo. Extra adhibeantur fomenta ex rosis, myrtillis, sumach, cortic. granator. & postea applicetur pulpa cydonior. sub cineribus coctorum cum puluere myrtillorum, mastiches, sumach, boli armeni, teriæ sigillatæ, trochisc. de spodio. Vel imponatur Emplastrum de crusta panis. Aut *℞. Carnis cydonior. sub cineribus coctor. ℥. ij. puluer. hypocyssidis, balaustiorum boli Armeni mastiches, an. ℥. j. cl. myrtib. cydon. an. q. s. F.* Cataplas. Aut panis coctus aqua rosatum vel vino adstringente madidus, additis pulueribus modo enumeratis, ventriculo imponatur. Vel *℞. Crusta panis in aceto horis duabus macerata ℥. ij. spody, mastiches mentha, corallior. santal. rub. albi an. ℥. j. ol. mastichini, cydonior. an. ℥. ℞. B. farin. hord. q. s. ad subigendum F.* Cataplasma. Vel applicetur Cesotum Stomachale oleo

A rosateo subactum. Si causa sit frigida & materia crassa ac viscida, adstringentibus attenuantia, & abstergentia misceantur. Sumatur ergo Diacydonium compositum, niuacydoniorum aromatica, Confersa rosatum antiqua cum puluere mastich. menthæ, thuris, sumendo ad singulas uncias confersæ pulueris 3. j. vel 3. ℞. quæ cum syrupo de mentha in liquidiorum formam redigantur: Confersa rosatum Vitriolata, aut Spiritus Vitrioli, qui in vtraque causa locum habet, theriaca antiqua, Mithridatum. Vel *℞. Cortic. citri siccor. ligni aloës, mastiches sem. coriandri præpar. portulacæ, santali curini an. 3. j. Fiat Puluis, cuius vsus sit in cibo. Vel ℞. Caryophyllor. crassiusculè incisor. 3. ij. mastiches 3. ℞. rosar. P. j.* In vase clauso in vini rubri ℞. ℞. ebulliant parum & colentur. Colatura ante cibum exhibeatur. Aqua etiam cinamomi vomitum compescit, præsertim si cum succo cydoniorum, destillatur. Et potest nunc succi, nunc cinamomi plus vel minus sumi pro humoris peccantis natura, & ventriculi constitutione. Alia etiam supra de intemperie frigida ventriculi proposita hinc locum habent. Extra adhibeantur fomenta ex absinthio, mentha, calamo aromatico, nucem moschata, radicibus cyperi, garyophyllis, mastiche cum vino rubro, & apponatur emplastrum de crustâ panis cum puluere menthæ siccæ, mastiches, absinthij, cumini, caryophyl. cum oleo absinthij, menthæ & mastichino. Efficax est & crusta panis vino maluatico, vel aqua menthæ cum vino destillata madefacta, & aspersa puluere menthæ, caryophyll. macis, cinamomi, speciebus aromat. rosar. ventriculo imposita. Vel *℞. Ladani 3. ij. Syrac. calam. 3. ij. thuris, mastich. an. 3. j. caryophyll. corall. rubr. nuc. mosch. an. 3. j.* Cum cera & resina F. Emplastr. Vel *℞. Fermenti secalini ℞. ℞. pulu. fol. mēth. M j. mast. 3. j. ℞.* Terantur simul in mortario, & cum oleo mastich. incorporentur. F. Cataplas. quod calidum ventriculo applicetur. Infantibus fermentum cum duorum ouorum vitellis bene subactum & puluere caryophyllorum admixto in tegula calete calefactum ventriculo imponatur. In quacunque etiam causa vile est, odoramenta conuenientia naribus admonere. Itaque efficacissimus est panis tostus aceto rosarum madidus, & puluere menthæ, caryophyllor. rosar. conspersus, odor quoque mali cydonij utilis est. Cucurbita etiam magna cum modica flamma fundo ventriculi sine scarificatione apposita prohibet, ne tam facile is subueitatur, atque ea, quæ in fundo sunt, ad superiora compellantur. Plurima etiam medicamenta ad vomitum vtilia ex Asclepiade descripsit Galenus, 8. *de compos. med. sec. loca cap. 3.* Inter quæ etiam sunt Opiata quædam. Et licet in magno & vehementi vomitu, & ubi materia irritans admodum praua est & maligna, ac ventriculus valde debilis, Opiatis confectionibus vti, vt, Theriaca recentis, Philonio Romano, & imprimis Landano Opiato aliis conuenientibus medicamentis admixto. Si verò hoc modo vomitus sedari non possit, danda opera, vt causa eius tollatur. Si ergo ex debilitate ventriculi is proveniat, curatur vomitus ventriculi roborantibus, & adstringentibus, modo & medicamentis supra de morbis ventriculi propositis cum internis, tum externis. Si ex inferioris officij inflammatione ortum habeat, curatur vt inflammatio ventriculi reliqua. Si ex Ileo & intestinorum inflammatione, de eo suo loco dicetur. Si ex angustia & paruitate ventriculi naturali, curari non potest, sed parcius comedendum & bibendum. Si potus, aut cibi nimia copia ingesta, vel vitiosus cibus vomitus causa sit, per inediam, quietem ac somnum coctio eius procuranda; aut si id non succedat, vel etiam cibus aliquid vitij contraxerit; vomitu reiciendus est, quo

Medicamenta ad vomitum Galeni, Opiata.

excreto omnis molestia cessat. Si verò ex humoribus A
 ventriculorum molestantibus. & quidem in eo coacerua-
 tis fiat vomitus, humoris, si opus sit, præparandus, &
 postea euacuandus est, quæ euocatio non solum per
 aluum, sed & per superius os ventriculi institui po-
 test: Imprimis si vomitus diminutus sit unde vomitus
 vomitu curari dicitur. Proinde si materia sit pituito-
 sa, crassa & viscida, tale vomitorium conuenit. ℞.
Juris pulli lb. s. oxymel. simpl. succi raphani an. ℥.
℥. M. pro vomitorio. Si materia minus crassa, mi-
núsque viscida sit, Galenus, 7. meth. med. cap. 11.
aquam mullam cum aceto in cremore ptisanæ exhibet,
vt ℞. Mulsæ ℥. ij. aceti ℥. s. cremoris ptisanæ
hordei ℥. vij. M. pro vomitorio. Potest etiam Vi-
triolum album, vel sal Vitrioli in iustulo pingui,
vel cereuisia cum butyro vsurpari. Fortiora verò vo-
mitoria, quæ humores in toto corpore commouent
hic locum non habent. Si materia biliosa sit. ℞.
Aqu. repid. vel hordei ℥. vij. syrup. acetos. simpl.
℥. j. s. Misce. Si materia acris & mordax sit, loco
aquæ repidæ vti licet ure pingui. Si materia melan-
cholica sit & si periculosum sit, materiam, præfer-
tim atrabiliariam sursum efferri, non ea mox cohiben-
da, sed vomitus aliquantisper permittendus, vel
etiam leniter adiuuandus, postea clysteribus & pur-
gantibus per inferiora educatur, de quibus supra de
intemperie ventriculi dictum est. Hoc saltem mo-
uendum, ne quando ventriculus per se afficitur, va-
lentibus vtamur, sed sufficiunt pilulæ ex aloë, ma-
stichinæ, manna, mel rosat. solut. & similia, prout
natura humoris requirit. Facilius redditur vomitus
si ventriculus, manus & pedes moderatè calefiant. Ex
Auicennæ consilio ab assumpto vomitorio post cæna
horam utilis est inordinata motio. Sumto vomitorio
abstinendum in cibo & potu ab acerbis & acidis:
Sumenda potius dulcia & pingua. Si causa vomitus
venenata est, vel venenatum medicamentum sum-
tum, vomitu vel per secessum educatur, & dentur
antidota appropriata, ac ventriculus, ac nobilia
membra roborentur. Eodem modo etiam si à medi-
camento vomitorio sumto vomitus supra modum
continetur, curatio vt in hypercatharsi à purgante
nimis forti sumpto, institienda, vt infra de cap. de cho-
lera dicitur. Experimenti certi & secreti quasi loco
nonnullis habetur, vt ab vsu antimonij nimis vo-
menti spiritus vini cochlear vnum vel alterum propi-
nent, atque in momento iuuamen inde pollicentur.
 Si verò aliunde affluent humores, euacundi, & si
 vomitus sit nimis, ac commode per ventriculorum
 non euacuentur, à ventriculo auertendi & per aluum
 euacuandi, cum hæc sit via à natura huic rei destina-
 ta. Atque euacuatio hic commodissimè sit per my-
 robalanos, quæ non solum laxant, sed & stoma-
 chum confortant, & ventriculorum roborant, ne hu-
 mores aliunde affluentes ita facilè recipiant. Aliàs si
 vomitui homo sit assuetus, eumque homo facilè fer-
 rat, non statim sistendus. Deinde videndum, an hu-
 mores à toto vel à parte aliqua confluant. Etenim si
 adsit in toto abundantia sanguinis, aperiat Vena
 in brachio, Id etiam fiat, si affluat sanguis ab epate
 vel liene. Idque in initio fiat, vires adhuc constant. E
 In mulieribus, si ex mensum suppressione morbus
 sit, saphena aperiat. Vtile est & cucurbitulas cum
 scarificatione cruribus apponere ad materiam è su-
 perioribus reuellendam. Deinde si humor aliquis
 vitiosus ex aliqua parte in ventriculorum mittatur, is
 ex mittente parte euacuandus est. Præter vacuantia
 etiam vsurpanda quædam adstringentia, quæ ven-
 triculorum roborant. Possunt ergo purgantibus myro-
 balani addi. Verùm ista omnia ex iis, quæ supra de
 intemperie ventriculi cum materia dicta sunt, satis
 patent.

De Vomitu sanguinis.

Vomitus
sanguinis.

Sed vt de vomitu sanguinis in specie aliquid dica-
 mus, si sanguis idè vomitu reiciatur, quod in cor-
 pore redundet, post abscissionem membri alicuius
 grandioris, & post suppressam consuetam sanguinis
 euacuationem per menses, hæmorrhoides, narses,
 sanguinis abundantia minuenda, simulque videndum,
 ne sanguis in ventriculo concreseat, & syneopen ex-
 citet. Propinentur ergo *mulsæ ℥. iij. vel ℥. iij. aut*
oxymel. simpl. ℥. ij. Et si iam concretus sit, dissolu-
 tur oxymelte, in quo *thymus*, vel *radix ebulli cocta*
 sit. Sanguis dissolutus per aluum educatur, nisi vo-
 mitu sponte suâ natura eum reiecerit. Idem fiat, si
 vas aliquod ruptum vel apertum sit; Postea sangui-
 nis fluxum inhibentia, & adstringentia exhibeantur.
 Qualia sunt *syrupus de rosis siccis, myrtinus, cydoni-*
ribes, succus plantaginis, porulaca, cydonia, melli-
ta, pyra austera; pulueres item ex bolo Armeno, ser-
ra sigillata, corall. lap. hamatis, cum aqua planta-
ginis, vel bursa pastoris. Inter efficaciora medica-
menta sunt trochisci de carabe, de spodio, de terra
sigillata, qui vel in pulueres, vel pilulas redacti
cum conuenienti liquore exhibeantur, vt ℞. Tro-
chisc. de carabe, de terra sigillata, an. ℥. s. aqu. bur-
sa pastoris, porulaca, plantaginis an. ℥. j. Misce.
 Vel ℞. *Lap. hamatis. ℥. j. baccar. myrti, ℥. ij.*
acacia, boli Armeni, corall. rubr. an. ℥. j. Fiat
puluis. Dosis ℥. j. Cum aqua plantag. & pauco ace-
to. Vel ℞. conseru. rosar. antiq. ℥. j. rad. symphisi
maioris, fol. quercus an. ℥. s. boli Armeni, ℥. j.
extr. tormentill. lapid. hamatis. an. ℥. j. corall. rubr.
℥. s. Cum syrupo myrtino, vel porulaca fiat ele-
ctuarium molle. Si libet, potest vnum atque alterum
granum laudani opiati addi. Extra quoque applica-
ti possunt adstringentia. ℞. Balanst. flor. rosar.
rubr. sumach, myrti, an. q. v. Coqu. in aqua plan-
taginis in aceto, ac decocto spongia imbuatur, ea-
que ventriculus foueatur. Postea inungatur hoc vn-
guento. ℞. Ol. Myrtini, cydonior. maffich. an. ℥. j.
s. hypocystid. boli Armeni, corall. rubr. acacie, an.
℥. ij. cera, q. s. Misce.

Diata.

Diata.

In vomitu victus ratio semper analogiam ad causam
 & remedia habeat, & propterea alimentis nunc
 adstringentibus & vomitum reprimentibus, nunc
 vomitum adiuuantibus, vtendum. Si vomitus super-
 fluus est sistendus, dentur cibi adstringendi & ven-
 triculorum roborandi vt præditi, Cydonia, pyra, car-
 nès assæ. Intinctus fiat ex vino granatorum, aceto
 rosar. succo ribes; & cibi reliqui faciles sint coctio-
 nis, nec diutius in ventriculo retenti vomitus caussa
 sint. Si virium lapsus metueatur, ac vehementia fe-
 bris id non prohibeat, vinum non nihil adstringens
 parcè detur. Conuenit & absinthites, vt & cereuisia
 eiusmodi. Somnus, quantum fieri potest, concilie-
 tur, cum quies & somnus non solum omnes eua-
 cuationes, præter sudores, sistat, sed & somnus mo-
 deratus biliosos humores temperet, crassosque con-
 coquat.

Si autem vomitus diminutus adituandus sit, æger
 cibos varios, dulces, pingues maximè ingerat, qui-
 bus & de ficibus, raphano, & similibus vomitum
 adiuuantibus aliquid admiseri potest, vt vomitus faci-
 liùs subsequatur. Ab adstringentibus verò tum absti-
 nendum, cum ex vsu eorum humores ventriculo
 magis impinguantur.

CAPVT

CAPVT XIII.

De cholera, & primò de cholera humida.

Cholera.

AD expultricis facultatis symptomata pertinet & is affectus, quo ventriculus per vtrumque orificium materiam sibi molestatam expellit. Nominatur autem cholera, vel cholericus passio, τὰ χοληρὰ, 7. epidem. s. 90. in editione Foesij Hippocr. appellatione à causa: χολή, id est, bile sumpta; Sicut Galenus, ex sententia Cnidiorum Medicorum docet, 2. meth. med. cap. 2. Celsus, lib. 4. cap. 11. & Caelius Aurelianus, lib. 3. acutorum cap. 19. cum ex bile flava & humore prauo bilem emulante supra atque infra erumpente hoc malum oriatur. Qui morbo hoc laborant χοληρῶντες & χοληρῶντες appellantur. Quo sensu & vocem cholericorum Plinius, lib. 23. cap. 6. accepit, non vt vulgò fieri solet, vbi cholericus appellatur, qui biliosam habent corporis constitutionem, est bilem supra ac infra non reiciant. Alex. Trallianus tamen, lib. 7. cap. 14. aliunde hoc vocabulum deducit, scilicet ab intestinis, quæ veteribus χολάδης dicta sunt. Distinguitur autem cholera ab auctoribus in humidam & siccam. Humida appellatur, in qua spiritus flatuosi supra & infra excernuntur: Sicca, in qua solum spiritus flatuosus supra & infra erumpit. De vtraque in specie Cholera primum de humida, quæ etiam in specie Cholera plerumque appellatur.

Cholera duplex.

Cholera humida.

Est nimirum Cholera, & quidem humida, assidua & immoderata humoris prauis per superiora & inferiora reiectio, à facultate expultrice ab eodem valde irritata ortam habens. Neque enim solum ab imbecillitate ventriculi, sed expultrice valde irritata fit cholera. Et quanquam vehementior & grauior sit hic motus, si facultas retentrix expultricis facultatis motui non resistat: tamen ob solam retentricis debilitatem hic affectus non oritur, sed si facultas retentrix solum sit languida, paulatim potius humores sibi molestos deponit, & lyeenteria vel cœliaca affectio sequitur. Sæpè tamen, vt in causis postea dicitur, accedit ventriculi debilitas, ob quam cibi corrumpuntur, qui corrupti ac naturam prauam adepti expultricem valde irritant. Vt ita cholera sit symptomata in genere actionum læsarum, & quidem facultatis expultricis, quam tamen aliæ actiones læsæ quandoque antecedunt & sequuntur, vt postea dicitur.

De subiecto Auctores non nihil dissentiunt, & alii quidem ventriculi, alij intestinorum, alij ventriculi & intestinorum affectum esse statuunt. Verùm vt rectè sentit Galenus, 3. de sympt. causis. cap. 2. Pars primariò affecta est ventriculus, cuius facultas expultrix irritatur, vt per vtrumque orificium humorem molestatum expellat; secundariò verò simul gula, & intestina afficiuntur.

Causse.

Causse.

Causa proxima huius mali est materia acris, praua & corrupta ventriculum vellicans, ac lacessens, vt id, quod sibi molestum est, supra & infra reicere conetur. Ad quem vehementem motum sæpè non solum humor is, qui primò in ventriculo est, expellitur, sed & ex vicinis partibus, & toto corpore effluit. Materia autem ista varia est, plerumque bilis, nunc chylus & cibus corruptus, nunc alius humor, & quidem vel genitus in ventriculo, vel aliunde effluens. In ventriculo generatur vitio eorum, quæ in cibo & potu assumuntur, quando cibi sua natura facillè corrumpuntur & in prauam substantiam mutantur, quales sunt barbi piscis ova, quæ comesta, instar alicuius veneni, choleram excitant, fungi, melones, eucumeres, pruna, Persica & alij fructus fugaces, præsertim si ieiuno ventriculo, aut eo cibo repleto sumantur, & affatim illis sumtis bibatur; præterea cibi pingues,

Operum Sennerti. Tom. III.

A dulces, acres, venena item & venenata medicamenta, vt & purgantia, quæ modum excedunt. Et quidem ex fungorum genere solum boletum neminem strangulasse, choleram tamen in quibusdam excitasse traditum est; aliorum verò vsu quosdam diarrhœa aut cholera correptos, aut de suffocatione periclitatos non procul à morte abfuisse, Galen. de cibis boni & mali succi, c. 4. docet. De his Hippocrates, 7. Epid. 1. 90. in Codice Foesij, ita scribit: Cholera morbus ex vsu carnis conciliatus, præsertim verò suilla crudioris, ex cicere, vinique odorati veteris ebrietate, insulatu, ex sepe esu, locustarum & gammarorum, oleumque, maximè porri & caparum. Quandoque etiam ex lactucis coctis, brassica, lapatho crudiore,

B ex bellariis, dulcariis, pomis, cucumere, pepone & potionibus, quæ ex vino & lacte mixtis conficitur, eruo polenta recenti. Deinde generantur humores prauis, cum ob maiorem copiam quæ ingesta sunt, cruda relinquuntur, aut corrumpuntur, aut ob ventriculi debilitatem, præsertim ætate & autumnò, ob defectum calidi innati; Quo facit, & aer prauus, vt & valde calidus & æstuosus. Hinc Hippocrates, loco allegato, scribit, ætate, posse cholera fieri, & autumnò verè minus, minimè omnium hyeme, quia iis temporibus tales humores ob aeris intemperiem & caloris innati debilitatem magis cumulantur. Quo tamen & fructuum multorum eo tempore consuetus vsus aliquid facere potest. Est & cholera iis familiaris, qui ætatem iuuenilem exceßerunt. Hippocrates 3. aph. 30. Etas ea est χυδαρῶν & παρῶν, quam Galenus cum autumnò comparat. Vt enim in autumnò flava bilis ætatis caloribus collecta magis aduritur; ita & ætas, quæ iuuentutem sequitur, non modò bilem colligit, sed & biliosum, qui ex iuuenili ætate reliquus est, humorem magis assat. Vnde cholera frequentius gignitur. Faciunt ad cibos in ventriculo corrumpendos etiam animi pathemata, imprimis ira & exandescencia, terror subitus & mœstitia. Causæ tamen hæc etiam ad sequentem classem referri possunt; cum scilicet humores prauis alibi generati in ventriculū effunduntur. Causæ enim hæc etiã in epate & venis humores corrumpendivim habet.

D Secundò verò materia ventriculo ex aliis partibus communicatur, à venis mesaraicis puta, quando aqua frigida, imprimis ieiuno stomacho, hauritur, & postea cibus crassus ac coctus difficilis ingeritur. Nam ob inediam chylus crudus auidè in venas mesaraicas, trahitur, qui corruptus ibi talem perturbationem efficit. Aliis tamen etiam de causis in mesenterio & pancreate prauus humor cumulari, atque in ventriculum transmitti & choleram excitare potest. Deinde ab epate communicatur, quando ob eius intemperiem humor biliosus copiosus gignitur, quòd in febribus malignis sæpè accidere solet. Potest & lientales humores in ventriculum transmittere. Nonnumquam & ex toto corpore, & ex veris omnibus biliosus ac flavus humor in ventriculum confluere, solentque hoc nonnumquam in critico naturæ motu, plerumque tamen symptomaticè, fieri.

E Consideratione autem dignum est, vnde tanta humorum prauorum copia, qualis in cholera sæpè vomitu & per alium reicitur, proueniat. Existimant quidem nonnulli, in mesenterio & proximis locis eos contineri; nonnumquam etiam ex toto corpore confluere. Sed nec hoc absurdum videtur, humorem, seu in ventriculo, seu vicinis locis corruptum & maligna qualitate, qualis in antimonialibus & aliis medicamentis nonnumquam est, præditum, humores quoque bonos corrumpere, eosque naturâ irritatâ ad ventrem protrudi & confluere. Id quod in hypercatharsis etiam medicamentis purgantibus valentioribus, vt & Venenis assumptis, accidere solet.

Vnde humorum copia in cholera proueniat?

F

Signa Diagnostica.

Signa.

Malum ipsum facile cognoscitur; quia æger frequenter simul & vomit, & per aluum biliosos, ac prauos humores excernit, idque cum maxima difficultate & angustia. Dolor enim ventris & intestinorum vehemens adest, inflatio ac distensio, cardialgia, sitis, pulsus paruus, celer ac frequens est; quibus sæpè externorum refrigeratio, animi deliquia ac conuulsiones accedunt. Causarum verò, quæ ob curationem distinguendæ sunt, signa quod attinet, si malum ortum habeant ab alimentorum prauitate vel copia, id ex ægri vel adstantium relatione cognoscitur; Vt & si ex medicamento purgantis valentioris vsu, vel veneno sumpto, aut ex aquæ frigide, vel niue aut glacie refrigerata potu, aut alia causa externa originem traxerit. Humoribus natura ex propriis & alibi enumeratis signis cognoscitur, nimirum ex siti, vomitibus, amaris, acidis, doloris specie. Si materia in ventriculo genita sit, adest nauosa, angustia morfus ac dolor ventriculi: materia est æruginosa, prassina, viridis, sed plerumque conuulsio & febris adest. Si verò in venis sit genita, ferè febris maligna adest, & conuulsio accidit.

Prognostica.

Prognostica.

1. Cholera acutissimum & periculosissimum malum est; cum præter omnia symptomata, quæ ventriculum infestare solent, etiam alia in hoc malo conungantur, quæ modò in signis enumerauimus. Quibus concurrentibus non mirum est, si quis subito moriatur. Neque tamen vlli morbo minori momento succurritur. Celsus, *lib. 4. cap. 11.* Contra verò si idonea remedia negligantur, homo à morbi vehementia vna vel altera vel certè paucis diebus iugulatur, & eò quidem citius, quò frequentius animi deliquio & syncope corripitur, maxime si conuulsio & singultus accedat, & adhuc magis, si cum interceptione pulsus frigidum sudauerit, & quæ euacuantur, peiora sunt, vt postea dicitur. 2. Proinde vt in omnibus aliis morbis periculosis cunctatio periculosa est: ita in hoc affectu exigua etiam & leuis curandi mora pessima. Trallianus, *lib. 7. cap. 14.* 3. Cholera, quæ est à causa primitiua, minùs periculosa est, cæteris paribus, & si sit cum minoribus & paucioribus symptomatibus. 4. Quò perturbatio ventris maior est, & quo ventriculus magis afficitur, eò periculosius malum est. Est & periculosior ea quæ à bile ortum habet æruginosâ, vt pote à naturali statu magis recedente, & cum lotura carnis simile quid excernitur, & longè adhuc magis, si liuida aut nigra reueiuntur. Et quæ in febre maligna & pestilenti accidit, & quæ ex veneno, aut materia ad hoc *etiam* habente ortum habet, pessima. 5. Sunt tamen quibus diarrhæa & cholera cæcis interuallis omnem corporis redundantiam euacuat. Galenus *7. meth. med. cap. 11.* Salubris igitur aliquando hæc affectio vbi critico motu ex robore facultatis venarum expultricis materia euacuatur, & ea intra horas 18. aut ad summum horas 20. euacuatâ ipsa affectio spontè desinit, vt præsidis medicis opus non sit. Nonnumquam materia ad vias vrinæ conuertitur, vnde vrinæ ardor, cuius profluuium etiam hoc malum finitur.

Cholera aliquando salubris.

Indicationes.

Indicationes.

Cum malum hoc sit acutissimum, curatio maturanda est. Consistit autem curatio in duobus: In causa oblatione, & symptomatum, quæ sunt, mitigatione, ac virium conseruatione Causam quod attinet, continetur ea, vt supra dictum, & generatur, vel in ventriculo, vel ex epate, liens, mesenterio, vel ex toto corpore ac venoso genere in ventriculum ac ventrem confluit. Sex igitur scopi Medico

A in huius affectionis curatione sunt propositi. Primò vomitus promouendus, si minùs parcè prodeat, aut euacuatio per aluum sit nimia. Secundò purgandum leniter, cum vel naturæ in euacuatione per aluum defectus supplendus, vel materia ad inferiora retrahenda est. Tertio humores temperandi, & eorum acrimonia & mordacitas corrigenda. Quarto partes roborandæ. Quintò vires conseruandæ & spiritus rescificandi. Sextò symptomata mitiganda & corrigenda.

Curatio.

Curatio.

Primò ergo si à cibo quocunque modo corrupto, aut alia materia praua in ventriculo contenta cholera exciteretur, vomitus ille non statim sistendus, ne materia praua retentâ malum grauius & periculosius postea reddatur. Imò si natura ad excernendum non tatis insurgat, leniter adiuuetur, exhibendo ea, quæ simul prauorum humorum deiectionem adiuuant, materiamque temperant & abstergunt. Quò enim citius materia praua ventriculum vellicans excernitur: eò citius æger ab hoc malo liberatur. Nimirum si euacuatio satis copiosa sit, & cum ægri tolerantia, aut saltem virtus non valdè deiciatur, etsi aliquo modo debilitetur, fluxus neque cohibendus, neque adiuuandus, sed naturæ res permittenda, ac symptomatibus saltem occurrendum. Si verò irritatio, anxietas & dolor maior sit, quam pro euacuationis quantitate, & euacuatio abundantia humorum non tatis respondeat, sed parciore sit, promouenda euacuatio. Ad vomitum igitur adiuuandum detur aqua mulla, vel hordeitipida, aut sola, aut adiecta sacchari exigua quantitate; aut syrup. rosar. simpl. infus. Vt: *℞. Ag. hordei simpl. ℥. iv. syr. rosar. simpl. infus. vel violar. ℥. j.* Miscet. Aut serum caprinum, vel vaccinum detur cum syrupo rosar. vel viol. A fortioribus vomitoriis omninò hæc abstinentum, quod sunt & ventriculo inimica & morbum augent. Hippocrates quidem, *5. epidem. t. 10. in Cod. Foesij*, quendam epoto elleboro cum lenticulæ succo sanatum fuisse scribit. Locum tamen eum Cæli. Aurelianus, *lib. 3. acut. cap. 2.* exagitat. Verùm, vt Foesius scribit, valdè iniquum est, ab iis, quæ peregrinationis procinctu temerè sunt ac leuiter animaduersa, ex acta curationis leges petere velle: Et multi sæpè contra omnem spem conualescunt, quorum tamen curationem ideo procurandi norma vniuersali semper habere non licet. Si verò materia magis ad vomitum vrgeat, aut æger acria immoderatè vomat, vt metuendum sit, è ventriculi symptomatibus & vomitu minio ægrum periclitari posse, per aluum educenda est materia. Et quidem si euacuatio maior sit, quàm irritatio, vtendum iis, quæ simul purgant, adstringunt & roborant, vt syrup. rosar. sol. cum decocto myrobalanor. thabarb. Verùm si natura maior sit conatus & irritatio, quam humorum euacuatio, abstinentum à roborantibus & adstringentibus, atque iis vtendum, quæ laxant, & abstergunt. Detur ergo in sero lactis vel iusculum *manna ℥. j. syrup. ros. solus. ℥. j. β.* Atque clyster applicetur materiam temperans atque abstergens, ex *decocto hordei vel sero lactis addito oleo violarum & sacchar. rubr. cuique vitello.* Fortioribus verò aluus non irritanda, ne difficilis aliqua diarrhæa, vel dysenteria exciteretur. Et quòd vomitum attinet, id, quod modò dictum in omni cholera obseruandum, vt non solum quò materia verrat, eò ducatur, verùm etiam, si alter vtra euacuatio sit nimia, & æger vel nimium vomat, vel per aluū copiosius excernat, atq; inde vires deiciantur, vt per contrariam partem materia reuellatur atq; euacuetur. Nimirum si materia immoderatè per inferiora excernatur, per vomitum aliquid humoris euacuetur. Contra verò si æger im-

Vomitum iuuantia.

Euacuatio.

modicè vomat, vt metuendum sit, ægrum inde periclitari posse, leniter purgetur. Talibus tamen tum vtendum, quæ simul uon nihil roborant, quale medicamentum est diacatholicum cum pulpatamarindorum. Idem ferè faciendum, si medicamentum malignum purgans & venenatum assumptum sit: abstergens nimirum, quod simul vomitum prouocat, exlubendum, ad quam rem utilis est aqua hordei. Postea medicamenta, quæ peculiari vi malignitati & veneno illi resistunt, danda.

Non alia etiam euacuatio est, si materia aliunde ad ventriculum confluat. Quæ in fluxuriam est materia, permittatur, vt sponte sua moderatè euacuetur, & potissimum ad partem, quod materia vergit. Imò leniter & blandè materia eò ducenda; atque euacuatio adiunanda, si necessitas postulat. Verùm enim & hic verùm est, quod Hippocrates, 1. aphor. 2. habet: *In turbationibus alui & vomitionibus, quæ spontè fiunt, si qualia oportet, purgentur, confert.* Ergo si materia vitiosa sit, ægerque id ferat, non sistendus statim est vomitus. Nam si is intempestiue cohibeatur, natura cum ægri periculo aliò transfert humores vitiosos. Si verò euacuatio continnetur, & plus, quàm pro humoris in corpore redundantia opus erat, & quàm vires sustinere possunt, euacuetur, motus illo nimius sistendus, quòd fiet, si venter per idonea medicamenta roboretur, vt minus facillè assentes aliunde humores recipiat. Partis verò transmittentis intemperies & mala constitutio corrigenda, ipsique humores acres & expultricem stimulantem temperandi, & vel ad cutim per sudorifera, vel per vias, sed non per acra medicamenta, auertendi, simulque idonea victus ratione, & per alimenta quantitate pauca, qualitate verò refrigerantia, & aliquantum adstringentia similia humorum generatio præcauenda. Si itaque malum hoc ingravescat, & euacuatio sit nimia, siue ex humoribus in ventriculo corruptis ortum habens, qui vellicando stimulant expultricem partium vicinarum, vel etiam totum corpus in consensura trahunt, siue ex humoribus aliunde affluentibus proueniat, & symptomata grauius ac periculum minantia accedant, fluxio sistenda, humores aliò reuocando, eosdem temperando, atque adstringendo partem recipientem cum internis, tum externis.

Vt ergo natura à doloris sensu & expellendi opere auocetur, & materia ad exteriora retrahatur, ligatura & frictiones artuum fortes instituantur, modò superiorum, si materia maiori impetu per aluum ruat modò inferiorum, si vehementius per os; modò vtroumq; si æqualiter vtraque via præter modum exeat. Rhases quoque ad vehementem excretionis motum inhibendum, præsertim vomitionis, cucurbitam magnam cum multa flamma sine scarificatione ventriculo affixam vi reuellit, quàm secundò, aut tertio appositam, iterumque auulsam plurimum emolumenti agro afferre affirmat.

Simul materia temperanda, partesque recipientes roborandæ sunt. Itaque si materia biliosa sit, æger valdè sitiatur & æstuet, Intybacea vitia sunt, limones, mala citria, cydonia, mespila, succus & syrupus granator. citri, de portulaca, de agresta, ribes; de rosis siccis, emulsiõ sem. 4. frig. maior. panis vix acerba, vel granator. vel cydonior. succo madidus; Robribes, herber. conseru. rosar. rubrar. vitriolata inprimis, vt *℞. Conseru. rosar. antiqu. acacia rob. ribes an. ʒ. ʒ. corall. rubr. ʒ. j. sem. acetose portulacæ an. ʒ. ʒ. diacydon. sine speciebus, vel cydon. condit. ʒ. vj.* Cum syrupo granator. F. Electuarium. Vel *℞. Conseru. rosar. vitriolata, diacydon. sine speciebus, an. ʒ. ʒ. santalor. oranium, boli Armeni an. ʒ. j.* Cum syrupo conseruationis myrobalarum. Operum Sennerti. Tom. III.

A. F. Electuarium. Probatissimum & presentissimum in cholera remedium est Crystallus, vt testatur Langius libro tertio, epistola prima, cap. 4. Cuius ʒ. ʒ. vel per se exhiberi potest, vel etiam electuariis, & aliis medicamentis admisceri. Si materia non ita calida fuerit, Species arom. ros. nux moschata, succus absinth. & mentha, vel aqua eius addi potest. Antiquis erat in vsu remedium, cuius etiam supra mentio facta est, quod coquitur ex succo granator. & succo mentha. Rhases trochiscos de thure exhibet, quorum etiam descriptionem tradit. Foris quoque refrigerantia, & adstringentia ac roborantia adhibenda. Et sæpè ea vtiliora sunt, quàm interna, cum citra nauseam & ventriculi subuersionem officium suum præstent, assumpta verò facillè nauseam patiunt, & vomitu reiiciantur. Talia sunt succus endiuia, acetosa, portulacæ, plantaginis, granator. ex toto pomo extractus, si cum farina hordei, & pane misceatur & ventri imponatur, aut cydonia, vel pyra in vino aut aceto cocta, linteisque inducta ventri applicentur. Vitales etiam sunt fomentationes & inunctiones, quales supra de vomitu præcipuè bilioso traditæ sunt. Aut panis nuper coctus vino granat. madidus applicetur, vel emplastrum de crusta panis, aut Diaphænicon. Vel *℞. Panis tost. lb. ʒ. Coquantur in aceto & aqua, & addatur. mentha viridis M. ʒ. Omnia contendantur & per setaceum traiciantur, addaturque pulueris rosarum corall. crystalli an. ʒ. j. F. Cataplasma.* Si materia non ita ferueat, præcedentibus addi potest mentha, quæ ab Alexandro Tralliano, quòd peculiari proprietate huic malo medeatur, commendatur; mastiche, radix cyperi; venterque inungatur ol. mastich. absinth. menth. nardinò. Aut componatur Emplastrum, quòd recipit *medulla panis tost. in aceto & vino cocti lb. ʒ. menth. M. j.* Per setaceum traiciantur & addatur *pulueris caryophyllor. nucis mosch. cinam. an. ʒ. j. spica nardi, cyperi nucis cupressi an. ʒ. ʒ. F. Cataplasma.* Vires quoque modo rescindendæ sint, ex Diata patebit. Quæ ratione autem symptomatibus, quæ huic malo coniunguntur, vt conuulsioni, animi deliquio & syncope occurrendum sit, ex peculiari de his doctrina petendum.

D Si tamen medicamenta supra enumerata, & quæ symptomatibus occurrere debent, nil proficiant, viresque prosternantur, ad narcotica confugiendum. Quò in casu Scrup. j. aut ʒ. ʒ. Philonij Persici aut Romani, vel Laudani Opiati ʒ. ij. vel iij. exhibere conuenit.

Diata.

Aër sit temperatus, non fetidus, ne Spirituum nimia fiat dissipatio, qui etiam ad vires rescindendas suauibus odoribus inficiendus est, sicut & narius ad easdem instaurandas panis recens aqua rosar. vel vino madidus admouendus. Malo quiescente cibi boni succi & faciles coctu exhibeantur, ac proinde non probanda sententia Tralliani, qui ostreas commendat, quæ refrigerant quidem, sed sunt durioris coctionis. Probatur potius expressum carniuum bonarum & præcipuè assatarum. Exhibeatur verò cibus singulis vicibus exigua quantitate, vt natura audior reddita facillè humores complectatur. Syncope imminente panis detur imbutus succo granatorum & vino, vel etiam solo vino, scribitq; Trallianus, se multos nouisse, qui cholera ex humoru aut ciborum prauitate laborantes solo vino præter spem tuaserunt, sed febrem abesse oportet. Cibi condiantur aqua rosar. succo granatorum. Asperganturque pulueres ex margaritis, corall. crystallo, macere. Panis intingatur succo granator. citri, cydon. ribes, aceto rosar. Laudatur & absinthium in potu sumptum, quòd non solum ventriculū roborat, sed & prauitatem

Alterantia.

Diata.

humorum corrigat. Si tamen hæc nil profint, scribit Aretæus, *lib. 2. acutor, cap. 4.* Si omnia euomat æger & stomachus nil retineat, ad calidas potiones veniendum esse. Calida verò calidissima, inquit, sunt. Si de causa huius auxiliij queratur, Auicenna scribit, idè prodesse, quoniam calida, cum penetrent in venas, humores retrahant in ventriculum tendentes. Mercurialis verò idè talia inuare statuit, quòd dissipent, euacuent & diffilare faciant humores. Mihi probabilius videtur, calida actu vomitum sistere, quòd ventriculi calorem, qui in hoc affectu valdè debilitatur, foueant ac roborent. Somnus in hoc affectu vilissimus est. Reliqua victus ratio medicamentis respondeant, & sit talis, qualis in vomitu curando propolita.

CAPVT XIV.

De Cholera sicca.

Cholera sicca.

VT in cholera humida, de qua hæcenus dictum, humores per superiora & inferiora exernuntur: ita in sicca nihil liquidi vel per os, vel per aluum & os erumpit, venterque cum dolore laterum distenditur, & spiritu illo flatuoso discentente cruciatur, ac dolores varij in vniuerso excitantur, & partes, per quas spiritus transit, ob eius acrimoniam exasperantur & vellicantur, vt ita cholera sicca sit spiritus flatuosi per inferiora & superiora excretio, cum inflatione ventris & strepitu, ac dolore laterum & lumborum.

Flatus autem ille aut Spiritus flatulentus, vel ratione ventriculi, vel ratione assumptorum generari à plerisque docetur. Ratione ventriculi, cum is ob igneum quasi, quo præter naturam præditus est, calorem cibos, licet ipsi omni vitio careant, ita corrumpit, vt in nidorofam materiam & acres vapores conuertat: Ratione verò alimentorum, cum cibi ipsi acres & flatuosi sunt, seu tales, vt sint apti, vt in nidorofam substantiam mutantur, quales cibi sunt, raphanus, semen eucar, oua fixa & similia. Verùm enim verò etsi hoc interdum accidere possit: tamen si malum continuetur, id quod 2. *lib. Inst. part. 3. sect. 2. cap. 1.* diximus & de affectione Hypochondriaca monebimus, hæc etiam locum habere posse censemus. Nimirum causam huius mali non solum in calorem ventriculi nimium, & alimenta praua referendum esse, sed etiam in bilem atram, prauosque humores ventriculo substratos in hypochondriis & venis mesarjicis contentos, è quibus flatus & spiritus flatuosi eiusmodi generari possunt. Quantum enim Spirituum copiam, sales & spiritus salini cum spiritibus acerbis permixti suppeditent, ex olei vitrioli & aquarum fortium cum sale tartari mistione apparet. Tale ergo quid etiam in corpore humano accidere, & ex humoris falsi atque adusti cum alijs spiritibus commixtione magnam Spiritus flatuosi copiam excitari posse, incredibile non est.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur autem cholera sicca ex ijs, quæ de eius natura dicta sunt. Vt autem sciamus, à qua causa originem habeat, inquirendum, quo genere cibi vsus sit æger. Si enim bonis cibis vsus est, hinc colligitur, vel ratione ventriculi, vel ratione affectus hypochondriaci, quæ signis discernere facile est, ortam esse. Si verò prauus cibus assumptus sit, cibi vitio cholera provenire argumento est.

Prognosticum.

Prognosticum. Non tamen tam periculosum hoc malum per se est, sicut cholera humida, nec à flatibus erumpenti-

bus tantum imminet periculum, quantum à crebra per aluum & ventriculum euacuatione. Si autem quid periculi metuendum est, id potius à primaria affectione accidit.

Curatio.

Curandi ratio in duabus consistit; In Spiritus flatuosi educatione & contemperatione, & in causa, à qua spiritus ille flatuosus subnascitur, ablatione. Hippocrates 4. *de rat. viit. in acut. à text. 104. ad 109.* vbi de hoc affectu agit, hanc curandi methodum præscribit. Primum prohibet vomitum, cum præsupponat, materiam in intestinis contineri, plerumque eius in ventriculo hæere, & flatum vomitu non discuti. Secundò iubet ventrem oleo subducere, vt sed retundatur acrimonia flatuum, & tum flatus, tum materia eorum per aluum educatur. Tertio ordinat balneum & perfusionem olei & aquæ dulcis, quòd & ad coctionem & attemperationem ac discissionem acrium flatuum facit. Quarto somnum imperat, qui coctionem promouet, & omnium cruditarum maximum remedium est. Quintò vinum antiquum & meracius exhibet, quod & ad materiam discissionem & flatuum dissipationem facit. Sextò si malum perseverat, oleum per os propinet, quòd cum dulce & pingue sit, acres flatus temperat, & aluum subducit. Septimò, vt coctio facilius fiat, ægrum abstinere ab omni cibo & potu iubet. Non enim erudis crudas superingerenda sunt, & quies multum ad coctionem facit. Vltimò si malum perseveret, materiam peccantem euacuare iubet. In quem finem exhibet Lacasini, quòd ceteris omnibus medicamentis in hoc casu præfert, cum simul euacuet & refrigeret. Si autem humorum corruptio talis sit, vt ex cruditate nidorosa febris accendatur, qua ratione ea curanda sit, docet Galenus, 8. *meth. med. cap. 5.*

Ex quibus omnibus patet, cholera siccam rectissime curari, si flatus educantur, discutiantur, temperentur, & causa eorum tollatur. Quòd sit, si primò iniiciatur Clyster ex oleo dulci, vel sem. lini recenti vel chamæmelino, cui, pro retundenda acrimonia humorum, aliquid pinguedinis anserina, vel gallinæ addi potest. Aut si flatus valdè molesti sint ac crucient, decoctum ad flatus conueniens paratur, eique oleum amygdalor. dulcium addatur. Inungatur etiam ventriculus & abdomen, si assumptorum vitio hoc malum proveniat, oleo mastichino, absinthij, nardino & similibus. Aut si id ventriculi calidioris ratione fiat, oleo rosar. vel etiam omphacino, quod Galenus, 4. *de simpl. medic. fac. cap. 3. & 12.* ad æstuantia hypochondria commendat; aut paratur cataplasma è pulpa cydonior. additis rosis iubris siccis, hypocistide, balauitidis, farina hordei, quæ omnia misceantur cum oleo rosar. & fiat Cataplasma. Quòd si adhuc dolor perseveret, remedia exhibenda, quæ simul materiam temperare & euacuare possunt, quale est oleum dulcissimum, aut ol. amygdal. dulc. recens, aut oleum lini recens exhibitum. Quòd si horum vsu nondum cessat affectio, ad flatuum discissionem & coctionem Hippocrates, vt dictum, vinum antiquum & meracum exhibet: Galenus Diatriopiperon, si scilicet ex assumptis, non ex ignea ventriculi caliditate sit eruditas nidorosa. His omnibus non conferentibus materia euacuanda. Ad quam rem clysteres & alia lenientia vitilia sunt, vt syrup. rosar. solutius, manna item cum oleo amygdal. dulcium in iusculo vel vino maluatico. Victus medicamentis respondeat, & sit talis, qui materiam temperare possit, vt pitana, ac pulli gallinæ, & eorum iuscula, & id genus alia.

Perfecta cholera siccam curandi ratio. Diata.

Diata.

CAPVT XV.

De dolore & anxietate ventriculi.

Dolor ventriculi.

HAtenus absoluiimus symptomata, quæ actionibus ventriculi propriis accidunt. Restant adhuc symptomata, quæ circa communem cum aliis partibus actionem ipsi conueniunt, sensunt actus putæ, dolor scilicet & stupor ventriculi. Habet enim ventriculus neruosa à sexta coniugatione insignes, ob quod etiam sensu insigni præditus est, qui, si depræuetur, & obiectum sit minus conueniens, dolor ventriculi oritur.

Cardialgia.

Et si verò, si nomen spectes, ventriculi dolor omnem eius & omnium eius partium dolorem significat: tamen vsus obrinuit, vt dolor ventriculi simpliciter sic ductus de cuiuscunque in hoc partis dolore accipiatur, excepto eius orificio. Huius enim dolor in specie Cardialgia appellatur. Cardialgia enim nomen accepit à symptomate & loco affecto, id est, ore ventriculi. Nam *καρδία* Græcis Antiquis, teste Galeno, 2. *meth. med. cap. 2.* os ventriculi est. Vnde appellatur Cardialgia. ob grauissima symptomata, quæ ex huius partis affectione oriuntur, similia iis, quæ cordi accidunt, & cor statim in consensum trahunt. De eodem dolore & *καρδιαγία* vox vsurpatur, qua aliàs etiam cordis crebriorem & celerem motionem significari supra diximus, de qua plura videantur in *Oeconomia Hippocratis Foesij*. Apud Hippocratem, 5. *aph. 57.* etiam occurrit vox *καρδιαγία*, & *καρδιαγία* alibi, quàm Galenus, in *comment.* de anxietate interpretatur. Deinde etiam recentiores ventriculi anxietatem nominant, cum scilicet cum dolore tantus angor & anxietudo cõiuncta est, vt, quemadmodum Galenus, 2. *Prorrh. t. 4. c. 5. de vs. part. cap. 5.* docet, ægni nequaquam se vno loco continere possunt, sed frequenter cogantur mutare locum & figuram, & situm omnem ægrè ferant, translatione sumpta ab iis, vt Galenus, 7. *aphor. 58.* tradit, qui in negotiis suis adeo anxij & morosi sunt, vt ea, quæ præmanibus habent, semper quasi fastidiant, atque illis relictis mox ad alia tractanda se transferant.

Inuenitur & *τῆς καρδιακῆς διαβίης* appellatio in definitionibus medicis, & Cardiaci mali nomen apud Celsum, *lib. 3. c. 30.* quando languente orificio ventriculi corpus immoderato sudore digeritur, sudorque supra consuetudinem & tempore & modo ex toto thorace & ceruice, atque ad eapite prorumpit, pedibus tantum & cruribus socioribus atque frigidioribus Tralliano, *lib. 7. c. 9.* ex mordicante simul & virulento in ore ventriculi humore fit, vbi si os ventriculi sit *καρδιαγία*, hominem repente nonnunquam iugulat, malo communicato cum corde, vt sinecope cardiaca siue stomachica accidat, de qua suo loco dictum. Hercules Saxonia equidem inter Cardiacam & Cardialgiam distinguit hoc modo, quod Cardialgia sit ex humoribus erodentibus solum, non venenatis. Cardiaca verò ex venenatis erodentibus. Verum sine autoritate id facere videtur. Mercatus distinguit inter Cardialgiam, siue dolorem oris ventriculi, & inter exsolutionem ventriculi, Cardialgiamque à solutione vnitatis & tristi sensu provenire scribit, & esse mordicationem oris ventriculi: angorem verò siue exsolutionem substantiæ oris ventriculi citra vllum doloris sensum fieri ab intemperie sensim & paulatim dissipante & discutiente substantiam, quæ separatur, & comitem semper habere febrem malignam, cum cardialgia plerumque febre caret, sicut & sudore diaphoretico, nisi in fine mali. Ad quem

Operum Sennerti. Tom. III.

A affectum pertinet, & vitium stomachi resolutio à Beniuenio, *de abd. morbor. caus. & curat. cap. 66.* descripta, quæ ab intemperie ventriculi accidit, vbi historiam Nobilis recenset, qui cum calidiore ventriculi habitu fuisset affectus, cum frigidis medicamentis curauit. Verum cum huiusmodi affectus sine dolore ventriculi, non pertinent ad hoc caput, sed potius ad intemperies ventriculi.

B Omnino verò huc pertinet affectio illa, quam Attritionem ventriculi nominant, (*in ista enim ventriculum dicit Galenus*) quàm Galenus, *de præcogn. ad Posthumum cap. 11.* describit, in Imperatore Romano, qui cum ventris torminibus & profusis tota nocte vexatus fuerat, atque Medici alij initium febris adesse dicerent, id Galenus pulsu explorato negauit, atque ventriculum attoni ab assumpto cibo, antequam excerneretur, exastuante, affirmavit, atque nardino vnguento cum rana ventriculo appposito, atque vino Sabino cum pipere eum sanauit. Similem affectum sibi bis tantum oblatum fuisse scribit Petrus Baierus, *lib. Pract. 11. cap. 9.* Primò in Nobili quodam, qui cum canasser, totus frigidus factus est, pulsus omnino contractus, ita ut vix sentiretur, cum tanta angustia & compressione anhelitus, vt statim profocari videretur, quem etiam oleo nardino calido ventriculo imposito & pipere Drach. j. cum vino exhibita sanauit. Deinde in pedissequa quadam, quàm eodem modo curauit. Notandum autem hîc, quod, loco allegato scribit Galenus,

C Imperatorem in hîc morbum incidisse, dum atteretur ventriculus *καὶ τῆς ἐπιμαρτυρίας οὐ τῆς ἀκρίτου*, id quod vulgò vertunt, *ab assumpto cibo, antequam excerneretur, exastuante.* Et quidem verum est, vt ex *Oeconomia Hippocratis Foesij* patet, *ἐπιμα* sæpè ab Hippocrate & Galeno sumi pro inflammatione, & deriuata inde verba pro inflammari vsurpari: Malim tamen hîc exponere, ventriculum fuisse attritum vel afflictum à cibo in pituitam conuerso; id quod curatio indicare videtur: Cum hoc malum calidis medicamentis, vnguento & oleo nardino ac pipere cum vino forti sumpto & Galenus & Baierus curauerit. Et simile quid nuper in nobili viro animaduerti, qui etsi bene habere videretur, dum esset ieiunus, tamen horis à sumpto cibo quatuor, vel quinque elapsis tantis ventriculi cruciatibus, qui ad dorsum se extendebant (vnde etiam à nonnullis pro calculoso fuit curatus) & anxietate vexabatur, vt nullo loco quiescere posset, nec finis malorum erat, antequam cibis & potibus vomitu reiiceretur, qui maximam partem crudus adhuc erat cum multa pituita. Hoc tamen non negarim, anxietatem hanc non provenire simpliciter à pituita, sed quatenus in flatu resolutur, qui in ventriculo conclusi illam anxietatem pariunt.

D Huc ergo pertinet etiam illa affectio, cuius Petrus Salius Diuersus, *affection. particular. cap. 12.* mentionem facit, quàm adstrictionem ventriculi appellat, quàmque solum Aëtium, *estrab. 3. serm. 1. cap. 13.* describere putat, quæ, vt ipse statuit, fiat, cum & superius, & inferius os ventriculi ita adstringitur, vt nec flatus, nec vapores erumpere possint, nihilque extra corpus ob cutis adstrictionem, vel exiccationem euaporare queat, qui vapores cum accenduntur, febris speciem præbeant; quæ tamen affectio perfecta coctione & descendente cibo solet quiescere. Verum enim verò puto hanc affectionem etiam aliis non fuisse incognitam, & sub anxietate ventriculi comprehendi posse, & fieri à cibo in phlegma, eoque potè in flatum conuerso: qui cum ob ventriculi orificium superius clausum erumpere non possit, neque etiam inferius ei, utpote nõ utili, sed corrupto, exitum det, in eo hærens & conclusus angustia huius

Anxietas Ventriculi.

Adstrictus ventriculi.

caussa est. Ut verò cutis adstrictio accedat, quòd vult P. Sal. Diuersus, opus non est; cum flatus non per cutem è ventriculo, sed per eius orificia satis amplà erumpere soleant. Et quòd conualescentibus, ve idem Salius scribit, hoc malum frequentius accidit, non sic ob exicationem cutis, sed quòd conualescentes habent ventriculum debilem, qui cum cibo, qui supra modum sæpè assumitur, oneratur eruditus talis accidit. Verùm cum affectus hi omnes, quocunque etiam nomine appellentur, in eo conueniant, quòd sint sensus tactus deprauatus in ventriculo, & à solutione continui in eo ortum habeant, seu, vt verbo dicam, sint dolores ventriculi, de iis coniunctim agemus. Quia tamen est quedam differentia secundum locum affectum, vt & causam efficientem, de eo postea in differentis dicetur. Definimus ergo dolorem ventriculi sensum eius tristem, seu molestum à causa continuum soluente excitatum; qui si sit in orificio præcipuè, Cardialgia in specie appellatur. Est nimirum dolor ventriculi symptoma sensus tactus ventriculi, cuius subiectum sunt vel tunice ventriculi, quæ sunt membranose; vel orificium eius, quòd nervis maioribus & pluribus à sexta coniugatione descendentibus à naturâ donatum, vt animali per os sensus alimenti deficientis insit, quæ fames appellatur. Nam vt ex naturali suctione molestiam, & causâ præter naturam dolorem sentiret, exactissimo sensu pollere oportebat. Vterque enim affectus & fames & *καρδιαλγία*, sunt officij ventriculi: Sed hæc est differentia, quòd fames sit à suctione naturali, *καρδιαλγία* à causa præter naturam.

Causæ.

Causæ. Proxima equidem & continens causa doloris ventriculi est solutio unitatis in eo, quæ à re vel distendente, vel mordicante oritur; Mediatæ tamen causæ plures esse possunt. Soluitur enim unitas ventriculi vel propter morbos, vel propter causas morbificas. Morbi sunt vel in ipso ventriculo, vel in vicinis partibus. Morbi in ventriculo sunt primò intemperies frigida, quæ vt nervosis alijs partibus, ita & ventriculo aduersa est, dolorem in eo, cum rationis sensu, accedente veluti animi deliquio, excitat. Eaque sæpè ortum habet ab externo frigore; si nudo ventriculo occurrat, præcipuè in macientis, imprimis dum calent & sudant. Eadem à potu frigidissimo, aquæ præsertim, contrahi potest; idque imprimis, vbi corpus æstu calet. Deinde tumores & imprimis inflammatio, quæ ardentem dolorem excitat, de qua supra dictum, & multò magis Erysipelas: nonnunquam verò tumor durus magnus, aut callus, vel scirrhus in eo genitus, qui dolorem grauantem parit, imprimis assumpto cibo. Tertio soluta unitas & vulnera ac vlcera. A vicinis verò partibus dolore afficitur ventriculus, dum ab incumbentibus visceribus inflatis, obstructis, tumentibus premitur. Nonnulli etiam ab osse xyphoide introrsum flexo ventriculum, imprimis cibo plenum & distentum, premi atque molestia & dolore affici posse existimant, qui tam diu durat, donec cibus coctus descendere, vel decubitu introrsum facto ventriculus ab osse hoc recesserit, de quo *lib. 2. part. 2. cap. 26.* dictum.

Causæ verò morbificæ, quæ dolorem ventriculi excitant, sunt vel internæ, seu intus genitæ, vel externæ. Internæ sunt vel flatus, vel humor. Si flatus, illic in ventriculi capacitate conclusus, simplex dolor oritur è ventriculi distensione, de qua supra, *capite de ventriculi inflatione* dictum, vbi etiam causæ explicatæ à quibus flatus ventriculum distendentes proueniunt. Si verò acris & feruidus halitus os ventriculi infestat, dolor pungens & mordax produci-

tur. Si verò sit humor, is vel copia sua ventriculum grauat, vel qualitate praua & mordace, vel etiam maligna ventriculo molestus est. Et humor quidem, vt & flatus, vel in ventriculo gignitur, ab eius intemperie aliqua aut errore in victu, vel aliunde in ventriculum confluit. Et quidem ab humoribus in ventriculo genitis ortus dolor ventriculi aliàs sumpto cibo mox sedatur, aliàs post, aliàs etiam sumpto cibo exacerbat, & excitatur. Excitatur dolor ab assumpto cibo, cum humores crudi & mordaces ventriculi tunice adhærescentes sumpto cibo agitantur & incallescunt ad cibi coctionem, aut qui in fundo ventriculi hærent, sumpto cibo eleuantur & ascendunt, atque ita commoti ad orificium ventriculi accedentes dolorem in eo excitant. In alijs, cum cibus coquitur, saltem halitus & vapores acres & mordaces eleuantur, qui os ventriculi vellicant. Sedatur verò dolor cibo assumpto, vel quia est humor melancholicus, vt Auiçennas censet, vel quia admistis cibis minus acris euadit.

Humores, qui aliunde affluunt in ventriculum, vel fluunt à toto, dum illud febre correptum est, vt sit in paroxysmorum principiis (quanquam & tum è vicinis locis confluere possunt) aut citra febrem, dum corpus vel humorum copia, aut qualitate vel symptomate aliquo p. n. aut inedia affligitur, de quibus videatur Galenus, 2. de articul. 1. 22. & 2. de rat. viñ. in acut. 1. 44. & 2. de plac. Hippoc. & Plac. cap. 8. Vel ab aliqua parte & potissimum ab epate, à quo bilis flaua & ichores biliosi in ventriculum effunduntur, id quod præcipuè per inediam accedit, aut liene ac vicinis locis, vnde humor melancholicus & ater, aut à capite, vnde pituita tenuis & falsa in ventriculum defluit. Vermes præterea in ventriculo, seu geniti, seu ab intestinis ad eum adscendentes dolorem excitant. Tandem etiam lapides in ventriculo geniti dolorum sæpè intolerabilium ventriculi, ac diuturnorum causa sunt. Cuius rei historias aliquot collegit Scenczius, *lib. 3. obseruat.* Inter causas verò externas, siue ea, quæ extra assumpta dolorem ventriculi pariunt, sunt primò cibi, vel qualitate molesti & acres, qui in calidiori præsertim ventriculo singultum, rosionem & dolorem excitant. Et quod à cibo per se tali accidit, idem etiam à cibo aliàs non malo, sed corruptionem passo & acrimoniam adepso fieri potest, puta à dulcibus, pinguibus, rancidis, & cibis facile corruptioni obnoxiiis. Vidi etiam, qui dolorem ventriculi grauissimum passus est à lacte in ventriculo coagulato, quo vomitu reiecto sanatus est. Idem etiam à cibo quantitate nimia & copiosius deuorato accidere potest. Imò mulierem senem extinctam hæc de causâ obseruauit Platerus, quæ die Paschatos carne & ouis nimium ventriculum repleuerat. Deinde idem accidere potest à rebus, quæ ventriculum grauari, vel pungere possunt, vt nucleis ceraforû vel alijs deglutitis, aut vitro, acubus, ossibus & similib. Ita refert Guiljelm. Fabricius *cent. 4. obseruat. 33.* Matronam quandam, cum ultra duos annos de dolore ventriculi conquesta esset, tandem vomitorio sumto frustum corij lardi fumo exsiccati, quòd ante duos annos deglutuerat, euomisse, & breui planissimè conualuisse. Sicut & dolorem ventriculi pariunt medicamenta & venena septica, caustica atque exulcerantia. Item validiora purgantia sine correptione maiori dosi exhibita.

Differentia.

Quæ sunt doloris ventriculi differentia, facile ex iis, quæ hæcenus dicta sunt, patet, & sumuntur præcipuè à loco affecto & causa efficiente, atque hinc dependente modo & specie doloris. Aliquando in ipso ventriculo quedam compressio percipitur & distensio, quæ Germani *das Herz d'ucken oder Herz g'essen* an-

nominant qui dolor plerumque cum ventriculo prostrato & nausea accidit, superuenientibus. etiam aliquando vomitibus & diarrhoea. Aliquando idem dolor in ventriculi ore consistit, qui Cardialgia nominatur, quietiam plerumque rodens est, & *καρδιαγυδία* dicitur, habetque ortum ab humoribus acerbis, cum in morbis quibusdam, tum etiam in sanis, qui *καρδιαγυδία* nominantur, quibus eiusmodi rosiones familiares sunt cum oris amaritudine. Dolor quoque aliquando rodens est, ex causa modo dicta, aliquando grauians à causa ventriculum distendente vel premente.

Signa Diagnostica.

Signa.

Symptoma hoc ipsum per se facile deprehenditur, ægerque de dolore conqueritur, locumque affectum indicat, nisi mens simul læsa sit. Neque etiam animi deliquium & syncopen, quæ dolorem hunc sequuntur, deprehendere difficile est; cum ægri quasi exanimati & mortui iaceant, qui paulò ante de grauiissimo stomachi dolore fuerunt conquesti.

Causæ verò peculiaria signa, quibus innotescant requirunt, quæ ex iis, quæ supra de morbis ventriculi dicta sunt patet. Nam intemperies frigida vehementior è suis signis supra propositis cognoscitur; ut & tumores ventriculi vel partium vicinarum, & vulnera ac ulcera ventriculi ex iis signis, quæ supra de inflammatione ventriculi sunt proposita. Si humor sit causa doloris, ex iis, quæ supra de intemperie ventriculi cum materia dicta sunt, innotescit, præcipuè humor biliosus, qui frequentissimè cardialgiam inducit, cognoscitur è lingue amaritudine, nausea, & inappetentia, vinitum deiectione, syncope. Si materia è primis viis aut toto corpore confluat, ut in febribus fieri solet, & potissimum in paroxysmis earum, ac si humor sit malignus, adsunt febrium malignarum symptomata. Venenatus & prauus vapor ab utero ad ventriculum ascendens cognoscitur è propriis vteri affectibus, imprimis è suffocatione, in quam mulieres frequentèr incidunt, ex seminis & mensium suppressione. Vermes, aut venena assumpta, acus, spinæ piscium deglutitæ & similia è suis signis & ægri atque adstantium relatione innotescunt.

Prognostica.

Prognostica.

1. Oris ventriculi dolor grauius malum est, quam simplex ventriculi dolor, ob partis huius sensum exquisitum, & cum corde ac cerebro consensum. Minus tamen periculosus est ventriculi dolor, qui fit à causis externis, & qui fit propter partis illius sensum exquisitum; nisi causa externa nimis vehemens sit, & graue aliquod malum attulerit, vltus nimirum, putredinem aut insignem corruptionem, aut qualitatem malignam vires deiciat. 2. Deterior verò est ille dolor, qui à causa interna, & ab acri mordaci humore excitatur. Pessimus, si maligna & venenata sit illa materia. Et omninò pro minori, vel maiori materit, quæ cardialgiam excitat, prauitate, symptomatumque, quæ cum cardialgia coniunguntur, grauitate aut leuitate, salus vel mors expectanda est. 3. Auger nimirum semper periculum syncope, quæ grauior, frequentior & absque causa manifesta accedit. Periculum verò minus est, quando leuior, minus frequens, & à causa manifesta oritur. 4. Ita & febris periculum auget, præsertim continua & acuta, in qua magnus ætus est circa ventriculum, proueniens à bile in tunicis ventriculi impacta, de quo Hippocrates, 5. aphor. 65. in febribus circa ventriculum vehemens ætus & *καρδιαγυδία* malum. Magnam enim inflammationem ventriculi, vel copiam magnam humoris vitiosi in ore ventriculi contineri indicat, vnde febris intenditur, & malo cordi communicato syncope periculosa, & sæpè lethalis sequitur. 5. Qui Cardiacæ affectu laborantes os ventriculi admodum

A sensibile habent, valdè periclitantur, & sæpè statim intereunt, dum immodicam humorum rosionem sustinere nequeunt. 6. Frequenter quoque lumbrici ad os ventriculi ascendentes hoc malum & syncopen excitant, vnde nonnulli statim, cum à lumbricis roduntur, intereunt. Alex. Trallianus, l. 10. c. 9. 7. In cardialgia si extrema frigent, periculosum.

Indicationes.

Tota curandi ratio in duobus consistit: In doloris, si vehementer vrget, mitigatione, & in causæ amotione. Dolor omnis anodyna indicat; & si nimis exquisitus sit ventriculi sensus, obtundendus est. Causæ verò, quæ dolorem excitant, sui amotionem indicant: Quæ cum sint diuersæ, pro diuersitate earum variæ indicationes oriuntur. Si dolor ortum habeat à causa externa, puta alimento, vel medicamento ingesto, illud seu vomitu, seu per aluum euacuandum est. Idem faciendum, si humores vitiosi in ventriculo redundant. Idem si nimis acres & mordaces sint, temperandi. Si materia maligna sit, simul alexipharmacis oppugnanda. Quæ in tunicis ventriculi infixæ est, per resolutia & validè exiccantia euacuanda, ut de intemperiebus ventriculi eum materia dictum. Admiscenda sunt hic medicamenta adstringentia, quæ exsolutum quodammodo os ventriculi roborant, solutioni continui, vnde dolor est, resistunt, dissolutionem calidi innati prohibent, materiam prauam ab orificio ventriculi ad partes inferiores protrudunt, & ne noua affluat, cauent, exiccant & incassant, quæ reliqua sunt, ne tunicis ventriculi impingantur. Vnde Galenus, 5. de comp. med. sec. loc. cap. 7. inquit: Plurima horum, quæ per experientiam inuenta sunt, ex mista materia componuntur, ex adstringente videlicet & calefaciente. Vbi & veteres nonnullos reprehendit, quæ in affectibus oris ventriculi, epatis, lienis & similibus, ac imprimis in horum inflammationibus, adstringentium vsum magno cum ægrotum detrimento omiserunt.

Curatio.

Curatio.

Si ergo dolor vehementer vrgeat, ita vt non permittat primò aduersus causam pugnare, exhibenda sensum orificii ventriculi obtundentia, anodyna, aut etiam narcotica. Hebetant sensum, quæ mucilaginosæ pinguis sunt, ac vim emplasticam habent, qualia sunt oleum dulcissimum, oleum amygdalarum dulc. recens, earum emulsio, emulsio sem. papau. albi mucilago sem. psyllij, cydoniorum, malua, amyulum, lac. Dum verò malum magis vrget, stupefacientia & narcotica vsurpanda, vt syrup. de papauere, diacydon. Philon. Rom. trochisci de carabe, pilulæ de cynoglossa, requies Nicolai, quorum dosis rarò ʒ. j. excedit, laudanum opiatum. Post horum tamen vsum & dolore sedato, calefacientibus & roborantibus calorem ventriculi horum vsum nennihil debilitatum iterum roborabimus. Somnus quoque mirum in modum dolorem sedat, & calorem ac spiritus reficit, modò spiritus non nimium sint antea debilitati, & ægroti horum medicamentorum vim sustinere possint. Ideoque primò lenioribus & quidem externis vtendum, & per frontis ac narium illinitio nem somnus prouocandus. Quòd si hæc non proficiant, modò diætæ narcotica adhibenda.

Quod si causa externa, alimentum scilicet, aut medicamentum, dolorem produxerit, per aluum aut vomitum reicienda. Idem faciendum in venenis, quæ commodissimè per vomitum reiciuntur. Si dolor sit à causa interna, humore scilicet prauo, idem faciendum, & materia vel per aluum vel per vomitum euacuanda. Tutius tamen est, humores vitiosos per aluum, quam per vomitum euacuare. Metuendum enim, ne si per os reiciantur, ventriculi orificium magis offendant. Et cum humorem ob eius

acrimoniam & doloris vehementiam tunc euacuare non licet, eius acrimoniam temperare conuenit, modo, qui sepe iam expositus est. Quæ etiam sint medicamenta ventriculum euacuantia, supra de intemperibus ventriculi cum materia est expositum, quæ hinc repetere opus non est. Postea os ventriculi cum internis, tum externis adstringentibus roboretur. Intus roborant, præsertim cum febris adest, rob. & syrupus cydonior. de agresta, de tosis siccis, de granatis, acetosif. citri, confertu. rosar. corall. margaritat. Ex quibus composita etiam supra sunt proposita. Galenus, 7. meth. med. cap. 11. & alibi multam dat, in qua ablinthium sit decoctum, quod in medicamentum & bilem euacuat, & adstringendo roborat. Extrinsecus, ut Aëtius docet, conueniunt folia rubi cum pane, item myrti folia & bacca, aut pampini vitis, aut folia plantaginis cum pane, aut mala cydonia cataplasmatim modo stomacho imposita. Vtilis est & Fomentatio ex vino rubro cum rosis ablinthio & malliche parata. Vel *℞. Flor. ros. rubr. chamemel. summitat. absinth. an. M. j.* Coqu. in vino rubr. pro lb. j. β. Fiat Fomentum. Vel *℞. Absinth. flor. chamem. ros. rubr. ment. an. M. j.* Coqu. in aqua lb. j. β. Adde *spec. diarrh. abbat. aromar. rosar. an. ḡ. ij. aceti rosar. ḡ. ij.* Fiat Fodus. Quod autem Galenus, 8. de comp. med. sec. loc. cap. 1. iubet adstringentia præmittere ante purgationem, quemadmodum & Trallianus, id quidem locum habet, ubi ob immoderatam caloris naturalis dissipationem syncope adest, vel imminet, ut dissolutionem nimiam prohibeat. Aliàs quando à syncope metus non est, vacuantia adstringentibus præmittenda. Exhibenda quoque alimenta optimæ substantiæ. Nihil enim citius prauam qualitatem compescit & temperat, quam admissio alimenti optimæ substantiæ. In dolore ventriculi ex pituita Galenus cuidam betam & porrum cum sinapi exhibuit; quorum ope incisam pituitam largiter is per aluum excreuit, atque sic sanatus fuit, 1. de alim. fac. cap. 1. Alias vtile est, bis terne vomere ex oxymelite cum succo raphani, & postea hiera ex aguioco aut terebinthina purgare, & reliquias medicamenti ventriculum calefacientibus absumere. Verùm de Hiera, quam in doloribus ventriculi à frigida materia, aut flatu ex ea genito ortis Galenus commendat, notandum, quod tardè operatur, & dum in viscidam materiam ventriculi tunica adhærente agit, halitibus inde excitatis facit, ut venter distendatur & dolor augeatur, ideoque consultum esse, aliud purgans admiscere, quod vires Hiera intendat, & operationem acceleret. Si res alia in ventriculo hærentes dolorem in eo excitent, commodissimè vomitu reiciuntur. Ita, ut supra dictum, Guilielmus Fabricius refert, Matronam quandam, cum duos annos de dolore ventriculi conuicta esset, nec ullis remediis sanari posset, tandem exhibitò vomitorio frustum corij lardini fumo exiccato, quod ante duos annos deglutiuerat, euomuisse, & breui planissimè conualuisse.

Si flatus infestent, curatio instituenda, ut de inflatione ventriculi dictum. Nimirum post aliquam doloris remissionem ventriculo fomenta adhibenda, è decocto chamemelii, menthae, anethi, absinth. cum vino dulci. Clysteres etiam flatus discutientes iniicere non inutile est. Postea ventriculo cucurbita affigatur, modò humoris crudi & pituitosi copia non sit in ventriculo. Hic enim si adsit, & magnum dolorem excitet, prius euacuandus est. Vtile est & Theriacam veterem medicamentis admiscere, item ol. anisi & carui, & similia flatus discutientia exhibere. Commendat nonnulli in hoc affectu alij esum, ab aliis verò, ut ab autore, 4. de rat. vult. in aqnt. 2. 90. damnatur, quod æstuationem & dolorem ven-

triculi pariat. Sciendum autem, si magna adhuc humorum copia adsit, ab alio abstinendum, cum iis agitatibus & resolutis plus flatum generet: Si verò soli flatus adsint, alium ad eos discutendos vtile est. Si humor, aut vapor malignus aut venenum assumptum causa cardialgiae sit, alexipharmaca simul vsurpentur, & inter cetera etiam Theriaca, si febris absit, vel non valdè urgeat: & de hac in libro de theriac. ad Posthumum, & de theriaca ad Pison. cap. 11. scribitur, quod cardiacos, dolore ventriculi iam deficientes, exhibita quasi ad viam reuocant. Theriaca enim & antidoti magnæ alia resoluunt, exiccant, dissolutionem calidi innati prohibent, vim alexipharmacam habent, oris ventriculi ac cordis robur tumentur. Si humor ex epate, vel liene, vel aliunde etiam ad ventriculum effundatur, illarum partium habenda est ratio, & humores ad ventriculum fluentes aliò vertendi. In dolore ex inflammatione ventriculi lenientibus opiatorum aliquid, sed in minima quantitate, admiscere interdum vtile est, ut sensum stupefaciant, & molestiam ex acrimonia humorum calidorum mitigent. Si sudores syncoptici vires deiciant, listendi inunctionibus ol. rosar. cydonior. myrtino. aut aspersione aquæ rosar. & aëris frigidi per flabellum aspiratione, qui aër ipse sit frigidior naturâ, vel arte concilietur, ut lib. 1. p. 1. cap. 1. cum parandi ratio exposita est. Commendantur etiam quadam, quæ occultis proprietatibus contra cardialgiam prodelle perhibentur, ut corallia suspensa supra ventriculum, cochlear marina in puluerem redacta, & in vino sumpta, tunica Gallinarum ventriculi. Nec hoc omitteendum, si vicinarum partium, ut epatis, lienis, colli, septi transversi tumore ventriculus comprimatur, euacuationem ad partes illas dirigendam esse. Nisi enim hic affectus tollatur, frustra in dolore stomachi, & plerumquæ accedente difficili respiratione tollenda laboratur. Quod si à cartilagine suspendi introrsum flexa & ventriculum comprimente sit dolor stomachi, curatio è lib. 2. part. 2. c. 26. petenda. Sed plerumquæ incurabile est hoc malum, & posticibus sumptum adeo graue euadit, ut ægri nullam doloris remissionem habeant, donec supini recumbant, quo modo ventriculus à cartilagine comprimente recedit, vel cibus coctis ventriculus subsideat.

Dieta.

Aër si temperatus. Cibus sit boni succi, & qui non facile corrumpitur, & qui acrimoniam humorum, si quæ adest, obtundit, ac officium ventriculi roborat. Vtilis igitur est in humoribus acerbis, à quibus frequentius hoc malum ortum habet, panis succo granatorum vel agrestæ, vel vino tenui imbutus. Conuenit & cremor hordei cum succo granatorum. Trallianus primò offert cum grana mali granati, tum eius succum, poma item & pyra adstringentia, panem ex aqua frigida, vinum austerum. Postea cibus vti iubet, qui quidem sunt boni succi, difficilis tamè coctionis, ne calori illi ingenti in ventriculo cedentes corrumpantur, & qui acres humores simul temperent, cuiusmodi sunt carnes boni succi, auicula montana & similes, succo citri & granatorum condita. Temperstiuè quoque æger cibandus, ne inedia grauiora mala attrahat, & ubi vires debiles sunt, parum vini detur, tenuis, albi, subadstringentis. In causâ verò frigida victus sit calefaciens atque exiccans, & propterea conuenit vinum generosum, si non adsit febris. In cibus vtilis ruta, satureia, cinamomum & similia. Somnus sit moderatus, & potiùs longior, quam breuior. Quies vtilis est; cum hoc malum motu exasperetur, & humores agitentur. Aluus quotidie suum officium faciat.

Dieta.

Hiera in doloribus ventriculi vtilis.

CAPVT XVI.

De Ardore Stomachi, & ventriculi resolutione ac stupore.

Ardor ventriculi.

Doloris ventriculi peculiaris species est, quæ tamen simul etiam œsophagum molestat, quam *αἰμαξυ χολέρα*, ardorem stomachi & nonnulli ardorem stomachi ebullientem, Germani *den Sode* nominant, quando ardens quidam dolor in ventriculo & gula percipitur, qui vrendo quasi molestat. Malem hoc sanis aliquando etiam sæpè familiare est, cum cibo sumpto, tum ieiunis; & imprimis cum eructare volunt, intercluso quasi flatu igneo & erumpere non valente. Nonnumquam tamen & in febribus biliosis accidit.

Causæ.

Causæ.

Causa mali est halitus acris, qui è bilioso humore, aliàs flauo, aliàs porraceo, aliàs æruginoso, aut corrupto & nidoroso cibo eleuatur, & dum erumpere cogitur per œsophagum, ibi hærens eum & ventriculi officium quasi vitit; quo dissipato, & malum cessat, sed sæpè mox simili flatu redeunte iterum affligit, donec vel coctio sit absoluta, vel assumptis cibis & medicamentis acrimonia humoris temperetur ac sedetur. Solet enim malum hoc nunc diutius durare, nunc citius sedari, prout materia, quæ halituum fomes est, nunc copiosior est, nunc paucior, crassior, vel tenuior.

Fit autem ebullitio hæc præcipuè, dum cibi coctio accidit, & imprimis si valido corporis motu ventriculus turbetur, & quæ in eo sunt, agitentur. Tunc enim quasi quædam ebullitio fit in eo, è qua halitus acres & flatus sursum ad stomachum & gulam eleuantur. Fit verò hoc è cibo natura sua acris, ut capis, porro, allio, & caseo putri, imprimis in iis, qui sunt *πυρραυ* & calidior ventriculo. Idem accidit etiam ab aliis cibis, qui vel facillè corrumpuntur, vel inbilem abeunt, ut sunt dulces, pingues, rancidi, fructus horarij. Cæterum si quis ebullitionem, vel ebullientem istum dolorem, quem vulgò *den Sode* nominant, & ardentem dolorem pro eodem habere velit, (Si enim differentia inter hos constituenda, hæc quæ de ardente ventriculi dolore dicentur, ad caput præcedens referenda erunt) etiam bilis flaua & atra huius mali causa esse possunt, si pertinaciter ventriculo adhæreant. Bilis autem hæc in ipso ventriculo generatur ex assumptis, ut modò dictum, vel in illum per duodenum effunditur, & hunc in eo dolorem excitat, in *πυρραυ* præsertim, iisque maxime ieiunis. Et quidem dolorem hunc diuturnum etiam fieri posse, docet Platerus, si ipsa ventriculi substantia bile quasi imbuatur; quod interdum accidit, quando ob contactum bilis vesiculæ ventriculi regio illi incumbens & contingua afficitur, croceoque colore tingitur, maculaque crocea ad internam illius membranam quandoque penetrat, quod sectione in illis, quibus ardor ventriculi perpetuò se è molestus erat, sese deprehendisse, testatur. Idque us facilius accidere statuit, quibus copiosior bilis in vesicula colligitur, eaque dilutione, ut transfundere possit, ventriculumque vicinum engere. Quod eo facilius accidit, si ventriculus in crapula dectus cibo perpetuò distentus sit, ut & in iis, qui scribendo, aliudue agendo corpus inflectunt, ut ventriculus bilis vesiculam comprimat, atque ex ea bilem quasi exprimat.

Signa Diagnostica.

Signa.

Malum ipsum per se manifestum est, atque ægri de quodam quasi ardore in gula conqueruntur, &

A sæpè in bre amaritudo percipitur: Sitis est molesta, ructus adsunt nidorosi, appetenti a est deiecta.

Prognosticum.

Malum ipsum per se quidem non periculosum est; molestam tamen. Causa verò à qua pendet, non negligenda...

Prognosticum.

Curatio.

Curatio duobus perficitur. Primum est, ut ardor ille sedetur; Alterum, ut causa ista tollatur, ne idem malum reuertatur. Prius perficitur iis, quæ feruorem illum humorum temperant, & ebullitionem tollunt. Vnde datur siliqua, conserua, rosar, fructus acidi & eorum succus, ut malum citium, granatum, berberis, vinum absinthites, paxi, medulla aceto, & alius succis acidis imbuta. Vel *℞. Conserua rosar. vitriolat. ℥. ss. cydon. condit. ℥. ij. rob. ribes ℥. ss. spic. diatriosans. diarrh. abbas. an. ℥. ss. Symp. cyd. q. ss. F. Electuarium.* Imprimis verò vitia sunt, quæ istam ebullitionem tollunt, humorem quasi imbibendo & precipitando, vel ut facilius deferueat, faciendo, aut eius qualitatem tollendo. In quem finem præcipuè commendatur creta alba, quam vulgus etiam inter *Εὐείρη* numerat, nux moschata, bolus Armeni, oculi cancri, cornu cerui, lapides carpcionum, grana thuris. Hinc sequentia commendantur. *℞. Nuc. mosch. ℥. j. creta ℥. ij. sacch. ℥. iij. F. Puluis. Dehis. ℥. ss. vel ℥. j. ℞. Nuc. mosch. macis rosar. an. ℥. ss. sacchar. alb. ℥. j. creta ℥. ij. F. Puluis. Vel ℞. Nuc. mosch. ℥. ss. croci ℥. ij. cornu cerui vsti ℥. ij. creta ℥. ss. sacch. in aq. persul. dissoluti q. ss. F. Rotulæ. Vel ℞. Creta ℥. j. boli Armeni ℥. ij. ros. rubr. margarit. præp. an. ℥. ss. macis ℥. j. sacch. alb. in aqua rosar. dissol. q. ss. F. Morfuli. Vel ℞. Conserua rosar. ℥. j. ocul. ℥. ss. præpar. boli Armeni an. ℥. ss. Cum syr. conserua nuc. mosch. F. Electuarium.* Hoc loco vitij, quod dolori contrarium videtur esse, mentio etiam facienda, quod stuporem ventriculi nominant, ut apud Forestum, lib. 8. obs. 28. videre est, cum vis in stomacho attrahens læditur, simulque sensus tactus, vel minuitur, vel aboletur. Verùm sensus appetitus inest præcipuè officio ventriculi & dictum de eius læsione supra, ubi de cibi & potus appetitu læsio dictum. Vis verò attrahens præcipuè in œsophago viget, de cuius læsione etiam supra dictum de deglutitione læsa, ut plura de iis hic addere opus non sit.

Curatio.

Ventriculi stupor.

CAPVT XVII.

De Excretis præter naturam è Ventriculo, & eius qualitatis mutatis.

ATque hæc fuerunt symptomata, quæ ventriculi actionibus accidunt, restant adhuc duo; excreta præter naturam, & qualitates mutatae, de quibus pauca dicenda. Excreta quod attinet, ventriculus equidem non factus est, ut per eum vlla fiat excretio, sed Chylificationis organum est, quod cibum retinet, coquit, mutat, & tandem coctum & in chylum transmutatum per inferius officium ad intestina transmittit. Interdum tamen etiam natura eo abutitur ad humores vitiosos; qui seu in eo sunt geniti, seu è corpore ad eum transmissi, euacuandos, quod vomitu fit. Id ergò si cum commodo natura fit, tolerari potest ea euacuatio, neque ita valde præter naturam est. Interdum tamen accidit, ut res planè p. n. è ventriculo euaciantur, de quibus equidem supra, atque etiam inter actiones ventriculi læsas, expultricem scilicet, facta est mentio. Quatenus tamen res ipse planè præter naturam sunt, earum etiam hoc loco inter excreta p. n. facienda est mentio. Compertum verò est, sæpè sanguinem per vomitum reiectum testus.

Excreta p. n. è ventriculo.

Sanguis vomitu reiectus.

esse de quod supra etiam de sanguinis vomitu dictum. Ut saltem pauca addamus, et si sanguinis vomitus alias toto genere p. n. sit, statim tamen temporibus quibusdam accidere, imò salutaris esse solet. Ita sanguinis profluuium per os stato tempore accidisse Maccino Visco Viro Prætorio, & omnibus annis Volusio Saturnio, Urbis Præfecto, qui 90. tamen annum exæssit, refert Plinius, *lib. 11. c. 38.* Sic feminam quandam, quæ 58. annum exæsserat, quot annis dolore hypochondriacum corripit solitam, spontaneo sanguinis vomitu ab eo liberatam fuisse, scribit Langius, *l. 1. Ep. 40.*

Menses vomitu foic-
cti.

Menses per vomitum à feminis fuisse reiectos, à multis obseruatum, refertque idem Langius, *loco allegato*; Mulierem Florentinam, quæ cum intolerabili capitis dolore affligeretur ex retentione mensium, his vomitu reiectis conualuisse, & ne morbus deinceps recideret, venæ sectione sibi cauisse. Similem historiam refert Brasauol. *ad aph. 31. 5.* Benignitas etiam, *de abdit. morb. & sanat. causis. cap. 2. 1.* refert; Feminam quandam acerbissimo capitis dolore ob mensium suppressionem laborasse, à quo fuit liberata mensibus vomitu reiectis; quam sanitati restituit solâ venæ, quæ sub talo est, sectione. De via si queratur, plerique quidem statuunt, per venam matricis, quæ à cava oritur, sanguinem in Epar, & inde in ventriculum per venas, quæ eius orificium & fundum ambiunt, effundi. Hieronymus Reusnerus

A. Verò, *ad cap. 31. Iodoci Millichij de urinis*, statuit Venas vteri cum mesenterij venis anastomosi manifestata committi, per quam in intestina & ventriculum transponatur sanguis menstruus. Possunt tamen etiam humores ad ventriculum ab vtero transmitti per arterias. Res etiam alias præter naturam admirandas & monstruosas per ventriculum reiectas fuisse obseruatum est, & dictum de eo supra, nimirum elypheres, glandes, alui excrementa, vermes, crines, pannos, clausos & similia, de quibus omnibus videatur Schenckius, *lib. 3. obseru.* vbi de vomitu agit.

Res monstruosæ per vomitum reiectæ.

B. Guill. Fabricius, *cent. 2. obs. 43.* refert, adolescentem in pago quodam prope urbem Metam longo & intricato morbo detentum fuisse, tandemque parentes, Necromanticum accessisse, cuius consilio cum vomitorium haussisset, aciculas, clauiculos, cuspides cultellorum, aliaque ferramenta plurima eiecit, & breui conualuit. Tandem *Qualitates mutatas*, quod attinet, equidem in corpore viuente percipi non possunt: in mortuorum tamen ventriculis repertos fuisse colores alienos, obseruatum. Ita post interpestium vsum magisterii perlarum tunicas ventriculi nigrae repertas fuisse in Casparo Logo Episcopo Vratislaviensi, testatur Iohan. Crato, *in epistol. à Scholt. coll. epist. 163.* Et Platerus obseruauit in ventriculo cuiusdam maculam nigram. Idem interdum à bilis vesiculâ incumbente ventriculum flauo colore tinctum fuisse annotauit.

Ventriculi Qualitates mutatas.



LIBRI TERTII

PARS SECUNDA.

De Intestinorum Morbis ac Symptomatibus.

P R Æ F A T I O.



CHYLUM in ventriculo coctum intestina accipiunt, eumque amplius elaborant, & si quid in ventriculo non bene elaboratum est, vltiore coctione perficiunt; & quod in eo vtile est ad corpus alendum, per anfractum illum longum à vasis Mesaraicis attrahendum & ad Epar ac lienem transmittendum distribuunt; tandemque quod inutile est & corpori alendo ineptum, ad aluum transmittunt, & per eam deiciunt.

Ad quas actiones cum mora quadam & temporis spatium requiratur, vim retentivam etiam intestina obtinent. Neque enim feces ab utili succo separatas accipiunt à Ventriculo intestina, sed chylum inutilibus partibus permixtum, quæ demum in Intestinis separantur, & quod vtile est, à Mesaraicis vasis attrahitur, inutile verò in feces alui mutatur.

Sunt autem Intestina numero sex; tria tenuia, duodenum, ieiunum, ileum: tria crassa, cæcum, colon & rectum, de quibus videantur Anatomici. Ut autem quæ diximus præsent, suam naturalem temperiem habent, suam conformationem, suam sedem ac locum, & alia, quæ ab Anatomicis prolixè describuntur. Habent præterea & sensum exquisitum & Spiritus animales à neruis sextæ coniugationis accipiunt. Venas etiam habent à vena portæ: arterias partim à caliaco ramo, partim ab utroque mesenterico. Biliosum præterea excrementum, à quo facultas intestinorum ad expellendum irritatur, à vesiculâ fellis accipiunt.

Acque hæc omnia cum bene se habent, chylus ad vasa mesaraica rectè distribuitur, fecesque debito modo expelluntur. Multis tamen morbis præter naturam afficiuntur: Intemperie scilicet frigida, calida, humidâ, sicca, cum & sine materia. Instantur etiam, & in maiorem molem distenduntur; & contra angustiam patiuntur ac obstruuntur: Læuitatem etiam præter naturalem acquirunt: Res p. n. in iis generantur. Interdum sicut mutant & conuoluuntur, ut in hernia intestinali & umbilicali, vulnerantur: Sphaerulum patiuntur. In specie vero: intestinum rectum, & quæ sunt in eo sphincter & hæmorrhoides, patiuntur rhagades, condylomata, fici, vlcera, fistulas. Anus etiam quandoque coalescit.

Hinc postea varia sequuntur Symptomata, coctio læsa motus Intestinorum inuersus, dolor intestinorum, alui retentio, fluxus alui varij, secum alui per aliena loca excretio, res alienæ per aluum excreta, ventris murmura, ani paralysis & sensus amissio, tenesmus, ani pruritus, hæmorrhoidum dolor, fluxus, suppressio, de quibus iam ordine dicendum.

SECTIO PRIMA.

De Morbis Intestinorum.

CAPVT I.

De Intemperie Intestinorum, & primò de frigida.

Intestino-
rum intem-
peries fri-
gida.

REQVENTER satis intestina intemperie frigida laborant, quam ab iisdem fere causis contrahunt, à quibus ventriculus refrigeratur. Quò etiam faciunt crudi succi, qui cum ex ventriculo, tum vicinis membris aliis in ea effunduntur, & omnino omnes causæ, seu internæ, seu externæ, quæ seu per se, seu per accidens ea refrigerandi, earumque calorem imminuendi vim habent.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur Intemperies Intestinorum frigida è doloribus & flatibus, qui in iis generantur, & imprimis excreta per aluum eorum intemperiem & coctionem læsam patefaciunt, quæ cruda sunt, & non satis cocta, ac pituitosa.

Prognosticum.

Prognosticum. Prout maior vel minor est frigiditas & causarum eam inducentium maior vel minor vis, ita etiam periculosius vel minus periculosum malum est.

Curatio.

Curatio. In genere autem de intestinorum morbis curandis obseruandum, etsi non eam dignitatem habent intestina, quam ventriculus, & ignobiliora videntur tamen eorum robur etiam modicè adstringentibus conseruandum; cum chylus aliquandiu retinendi & concoquendi vim habeant. Vbi tamen crassi & visceri humores iis inhærescunt, adstringentia vtilia non sunt; cum eos magis impingerent. Cum etiam sensum satis exquisitum intestina obtineant, ea, quæ ipsa irritare possunt, quale est oxymel, vitanda. Quæ autem adhibentur iis remedia, si graciliorum gratia dantur, cotinmodissimè per os exhibentur; crassiorum verò ea ussa per clysteres iniiciuntur; etsi & per os exhiberi possunt, quæ tum validiora requiruntur: cum vis eorum in via infingatur. Et cum quæ per os dantur medicamenta in morbis intestinorum, primò à Ventriculo excipiantur, videndum, ne villo modo eum lædant. Et quæ extra applicantur, ita applicari debent, ne ventriculum tangant, nisi is simul eadem intemperie laboret. In specie verò intemperiem

frigidam quod attinet, intemperies frigida calida requirit. Calefaciant ea: mentha, absinthium, cuminum, piper, Zingiber, bacca laur. sem. carui, Diatrixon, piperon, Dianisum, El. de bacc. lauri, theriaca & alia supra de intemperie frigida ventriculi proposita, cum intus assumenda, tum extra applicanda: Paulò tamen calidiora eligi debent, vel in maiore quantitate exhiberi; cum in via vis illorum non nihil alteretur.

Extra applicentur sacculi ex milio, ruta, sale calefactis, item cineribus calidis; lapides etiam serpenti calidi; olea; mastichinum, mentha, rutaceum, absinthij, anethi, Emplast. de bacc. lauri.

B Clysteres quoque iniiciantur è ruta, calamintha, anetho, fl. chamameli, bacc. lauri, sem. carui, p. acipue, in vino decoctis oleo rutaceo, chamam. irino, laurino & similibus, El. de baccis lauri. Clysteres item è Maluatico.

Victus ea ratio instituat, quæ in ventriculo, in temperie frigida est proposita.

De Intemperie Intestinorum calida.

Rarior est intemperies intestinorum calida. Inducuntque eam causæ, quæ ventriculum calefacere possunt, & humores calidi ex vicino mensentio vel Epate, vel etiam venoso genere in ea affusis. Et cognoscitur maximè è fecib. alui siccis & aluo tardiore.

Curatio.

C Calida intemperies frigida requirit: qualia sunt; endiua, lactuca, porinlaca, hordeū, semina frigida maiora, viola, rosa, ribes cerasa. Quæ cum ore sumenda exhibentur, cum per clysteres iniiciuntur, tum extra applicantur. Vtiles sunt & acidulæ, quæ calidâ intestinorum intemperiem corrigant, simulq; ea roborant.

De Intemperie Intestinorum humida.

Humectant intestina etiam causæ omnes, quæ Ventriculi intemperiem humidam inducere valent. Cognoscitur ex aluo fluidiore & fecibus liquidiorib.

Curatio.

Intemperies humida siccantia requirit: quæ forma liquidiore commodius exhibentur, cum facilius ad

Intestina calefacientia.

Dixta.

Intestinorum intemperies calida. Signa.

Curatio.

Intestina refrigerantia.

Intemperies humida.

Curatio. Intestina siccantia.

Intestina penetrent. Talia sunt *tormentilla, pentaphyllum, plantago, salvia, myrsilli, cydonia, sushach, corallia*, quæ vino cocta, aut ex vino vel aqua chalybeata forma potus exhibeantur. Vtiles etiam sunt; *Conserua rosar. rubr. betonica, salvia, condita cydonia, uespila, syrupus, myrtinus, de rosis siccis*. Vel per clysteres decocta ex his facta iniiciantur: vel extra applicentur forma sacculi ex *milio, rosis, balaustris, myrsillis, sale, auena*, Cataplasmata è *carne cydoniorum, pyrorum syluestrium, cornorum, sorborum in vino rubro coctorum, farina fabarum, lupinorum, lentium*; Inunctiones ex *ol. rosac. myrsino*; Emplastra, vbi in vsu *Diaphanicum calidum & frigidum*. Vicitus etiam ratio sicca sit, potusque paucus.

Diatra.

De Intemperie Intestinorum sicca.

Intemperies sicca. Signa. Curatio. Intestina humectantia.

Sæpè etiam siccantur Intestina à caussis, quæ ventriculorum exiccare valent. Cognosciturque præcipuè ex aluo tardiore, & fecibus siccioribus. Curatur humectantibus cum assumptis, tum præcipuè per clysterem iniectis; decocto scilicet radicum, florum & seminum *maluæ & alib. semine lini, lacte, buryro, ol. amygdal. dalc. passulis*: Quibus & vicitus ratio respondeat.

De Intemperie Intestinorum cum materia.

Intemperies intestinorum cum materia.

Verùm plerùmque humor aliquis & materia coniungitur. Et quidem materia illa, vel in Intestinis ipsis cumulatur paulatim, aut ob prauam vicitus rationem, aut facultatis expultricis debilitatem, aut materiam ipsius crassitiem & multitudinem, aut viarum, per quas expelli debet, angustiam, & quod aliud, quæ expellere debet, non expellit; vel aliunde ad intestina confluit, attracta, aut dolore, aut calore, aut quoddam frequentius accidit dum natura ad intestina, vt partes debiliores & excrementorum euacuationi destinatas, & totius corporis quasi sentinam, humores vitiosos è locis vicinis, imò toto corpore expellit. Nonnunquam è cerebro materia in ventriculorum destillat, & hinc in intestina dimanat. Interdum & à medicamentis purgantibus attrahitur, ibique hæret. Materia autem hæc vel biliosa est, vel pituitosa, vel melancholica, & nunc hæret in tenuibus intestinis, nunc & in crassis, & quidem vel in cauitate intestinorum, vel in eorum tunicis.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur autem materia ex caussis, quæ præcesserunt, & ad eam generandam facere potuerunt, cibo nimirum & potu, qui nunc ad pituitosum, nunc ad biliosum, nunc ad melancholicum humorem generandum dispositus est: ex signis etiam, quæ hunc vel illum humorem in mesenterio, liene, epate, imò toto corpore abundare & ad intestina confluere mōstrant. Deinde ex affectibus, doloribus scilicet & tumoribus ventris, illique, quæ per aluum deiciuntur, & nunc sunt pituitosa, nunc biliosa, nunc melancholica.

Prognostica.

Prognostica.

1. Difficiliùs curatur intemperies cum materia, quàm quæ est sine materia. Et quidem nunc difficiliùs, nunc faciliùs, prout ipsa materia est magis, vel minus contumax, & grauiora vel mitiora symptomata coniuncta habet. De quibus omnibus postea in specie plura dicentur. 2. Faciliùs euacuatur materia quæ in cauitate intestinorum hæret, quàm quæ ipsorum tunicis impacta est.

Indicationes & Curatio.

Curatio. Lenientia. Medicamenta. Quomodo differant à purgantibus.

Ipsa intemperies corrigenda est per contraria, materia verò euacuanda, eiusque generatio vel affluxus, nisi criticus sit, & natura rectè agente fiat, inhibendus. Medicamenta autem, quæ materiam in ventriculo, cauitate intestinorum & orificiis venarum mesaraicarum in intestina dehiscientium præter na-

turam contentam euacuant, dicuntur lenientia, laxantia, *inexpurgantia*. Differunt à purgantibus, quod actione sua, nisi nimia quantitate assumantur, extremitates venarum mesaraicarum non transeunt, neque etiam, vt electiuè purgantia, humorem certum eligunt. Est tamen inter ea quædam differentia. Quædam enim simpliciter obuium quemcunque humorem educunt, vel emolliendo & lubricando, vt oleum & vinctuosa alia, vel irritando, vt salsa, acida, nitrosa, & omnia abstergendi vi prædicta, qualia antiquis sæpè in vsu fuerunt, & pleraque simul alimentosa sunt, vt oleum commune, amygdalar. dulcium, seminis lini, lac, præsertim asinæ, serum lactis cum sale & melle, mel, saccharum, ficus & caricæ, vix recentes & passæ, mustum, pruna, brassica, mercurialis; atriplex, beta, blitum, malua, mora matura, cerasa, terebinthina: alia verò magis ad purgantium naturam accedunt, ac interdum, si copiosius exhibeantur, extremitates venarum mesaraicarum transeunt, & licet electiuè humores non euacuent, vt verè purgantia, tamen sine delectu non exhiberi debent, quod, licet non occulta qualitate humores certos seligant, ob manifestam tamen qualitatem hinc vel illi humori euacuando magis conueniunt. Cassia nimirum, quia non calefacit, bili accommodata est, non verò pituitæ, quia flatu parit; mel rosatum magis conuenit pituitæ, syrupus rosarum solutius magis bili. Cùm ergo vel saltem feces euacuandæ sunt, vel pituitosi, vel melancholici vel cerosi humores, cuiuslibet medicamenta conuenientia eligenda sunt. Fecum deiectioni leniora satisfaciunt, præsertim per clysteres iniecta. Pituitæ euacuandæ satisfaciunt *mel rosatum & anthosatum, terebinthina, hiera simplex, species hiera, pilula alphangina, myrobalani, chebula, bellirica, emblica*. Bilem euacuant, *lac serosum, serum lactis, infusio rosarum, syrupus rosarum solutius, cassia, manna, sebesten, tamarindi, aloë, diaprunis lenitiuum, pilula de aloë rosata, myrobalani citrina*. Melancholiam euacuant, *fumarica, epi, thymum, polypodium, syrupus de polypodio, de epi thymo, elect. lenitiuum*. Serosos humores euacuant *manea*, quæ etiam bilem educit, *syrupus violarum solutius, cassia*. Doses horum medicamentorum in *Instit. lib. 5. part. 3. sect. 1. cap. 5.* traditæ sunt. Medicamenta autem hæc vel ore assumuntur, vel per clysteres immittuntur, vel etiam glandis modo adhibentur. Per os commodius assumuntur, quando simul ex ventriculo & intestinis tenuibus euacuare animus est, aut cum æger clysteres non amittit, vel anus laborat, vt in hæmorrhoidibus. Per clysteres verò iniiciuntur medicamenta, si laboret ventriculus, subita euacuatione opus sit, si intentio sit solas feces euacuare, aut aliud, quod in crassis intestinis continetur, si abhorreat æger ab assumendis medicamentis, vel ad vomitum præcliuus sit. Plerique etiam sunt in ea sententia, clysteres saltem ex intestinis euacuare: cùm verò etiam è venis mesaraicis, vel locis remotioribus euacuare animus est, clysteres non sufficere, sed medicamenta ore assumenda esse. Verùm si clysteres è fortioribus medicamentis componantur, etiam è venis mesaraicis, imò vniuerso corpore euacuare possunt, testaturque id experientia, qua constat, glandibus ex elleboro albo factis applicatis, eadem symptomata excitata fuisse, quæ iis, qui elleborum sumserunt, euenire solent, & vitri antimonij grauis tribus glandi inditis non solum aluum copiosè motam, sed & duos vomitus excitatos fuisse. Neque ratio deest. Cùm enim eolum Intestinum vim medicamenti suscipit, per arterias humores in trunco aortæ mouet, vnde etiam accidit, vt post medicamenta purgantia vmbilico applicata purgatio sequatur; quia per arterias vis

Lenientium differentia.

Feces deiectionis. Pituitam euacuantia.

Bilem euacuantia.

Melancholiam euacuantia. Serosos humores euacuantia.

Modus exhibendi.

An clysteres saltem ex intestinis euacuent?

medica-

Quando lenientia exhibenda? medicamenti purgantis attrahitur. Exhibentur autem talia commodissime hora vna vel duabus ante cibum, non post cibum, & quidem vel ante prandium, vel ante coenam. Materia hoc modo euacuata danda est opera, ne iterum cumuletur, recta victus ratione adhibita & victu parciori exhibitio, quique contrariam habeat humorum peccanti qualitatem.

Si autem in ipsis intestinorum tunicis materia contineatur, & frequentiore euacuatione indiget, & ea medicamenta viurpanda, quae non nihil ad purgantium naturam accedunt, qualia commodissime ex oleo parantur.

Et quidem si aliunde humores ad intestina confluant, ut in aliis partibus & fluxionibus, partis recipientis, & mittentis habenda est ratio. Ideoque si intestina, vel propter dolorem, vel calorem humores attrahant, dolor mitigandus, calor vero temperandus, si vero ob solam imbecillitatem fluxionibus recipiendis obnoxia sunt intestina, roboranda sunt per modicè adstringentia, vel assumpta ore, vel per clysterem iniecta potius, quam extra applicata, quorum usu facile humores ad interiores partes compelluntur. Talia sunt, quae parantur ex rosis, mentha, plantagine, polygono, absinthio. Materia vero, quae in intestina confluit, ab iis auertenda.

Cum autem intestina corporis intimum occupent, fit commodissime auctio venae sectione in cubito. Reuellit etiam ab intestinis vomitus, non tamen per purgantia fortiora institutus; item frictiones brachiorum & crurum, cucurbitulae dorso & scapulis appositae. Repellentia quod attinet, ea cum intus assumantur, & per clysteres iniiciuntur, tum extra applicantur. Quamquam enim externa nonnulli suspecta habentur; ideo, quod ex venis partium externarum humores ad intestina protrudant, tamen quia humores, qui fluunt ad intestina, non fluunt per venas, quae partes externas abdominis perreptant, sed per mesaricis, non sine commodo applicari possunt. Deriuatio fit commodissime per venas haemorrhoidales. Illud vero materiae, quod postea intestinis impactam relinquitur, vel sensibilibus euacuandum, vel insensibilibus discutendum. Sensibilis euacuatio fit per lenientia medicamenta antea proposita cum ore sumpta, tum per clysteres infusa. Insensibiliter vero discutunt digerentia medicamenta, ut oleum chamemelinum, anethinum, rutaceum, laurinum; Cataplasmata etiam à radicibus, floribus, seminibus variis medicamentorum discutientium parata; quibus tamen admisceri debent, quae modicè adstringendo intestinorum robur conseruant, ne fluxionibus aliunde recipiendis fiant opportuna.

Intestina roborantia.

Repellentia materiam ex intestinis.

Deriuantia.

Euacuatio. Sensibiliter. Insensibiliter.

Inflammatio intestinorum.

Causa.

ET si inflammatio sit morbus compositus, & in ea non solum intemperies cum materia, sed & magnitudo aucta reperitur, & proinde post simplices morbos demum de ea agendum videatur: tamen quia in primis intemperies cum materia in ea manifesta est, & maxime actiones laedit: statim post intemperies cum materia de ea agere libet. Inflammari autem possunt omnia intestina, frequentius tamen tenuiora inflammantur, ob venarum copiam & sanguinis abundantiam.

Causa.

Accidit autem intestinorum inflammatio affluente sanguine per venas, quibus intestina, tenuiora Operum Sennerti. Tom. III.

A praecipue abundant. Quod euenit, vel ubi ob tenuitatem sponte ad intestina fluit, id quod in dysenteria saepe accidit, & quidem autumno frequentius, 3. aph. 22. quia aestate geniti humores tenues & mobiles autumni frigore inaequalium profundum corpus ad intestina pelluntur, ubi phlegmonem saepe efficiunt: Vel cum à calore, aut, quod frequentius accidit, à dolore attrahitur, id quod fit post vehementes intestinorum dolores, post percussiones & lapsus, & imprimis, cum intestina è sua sede in scrotum vel umbilicum excidunt, ubi compressa dolorè patiuntur.

Signa Diagnostica.

Dolor fixus, distendens, ingens in parte affecta intus percipitur: in loco autem tumor nonnunquam percipitur, cuius ratione, ut Galenus, 6. de loc. affect. cap. 2. docet, nonnulli hunc morbum *χρόδαξιν* appellarunt, quod in eo tenue intestinum taetè deprehendatur conuolutum instar chordae. Febris & febrilia symptomata adsunt: aluus occluditur, & omnia per os reniciuntur, qui affectus ileus appellatur, ut infra dicitur, vrina supprimitur, quod vesica in consensum trahitur, venter inflatur, respiratio est difficilis, vires omnes languent. Vtrum autem tenuia, vel crassa intestina intiammentur, ita dignoscitur. Si tenuia intestina affecta sint, stomachi distensio adest, & spiritus angustia, & nausea atque vomitus assiduus & vehementes, ita ut nec potus contineri queat, paulò post & stercorum vomitus sequatur: dolor & tormina magis ad superiora vergunt. Si in crassis inflammatio consistat, vomitus non ita continuè durat, dolor ad hypochondria magis pertingit, ac lumborum adest grauitas, vomitus stercoris tardius superuenit.

Prognostica.

1. Inflammatio intestinorum periculosum malum est, & praesertim tenuiorum, ut quae uecum & alia grauia symptomata inducit, & pauci hoc modo affecti euadunt. 2. Malum etiam acutum est, & citò ad statum properat. 3. Saepè inflammatio intestinorum in gangraenam & sphacelum abit. Vidi hoc in femina & iuueni, quibus cum ex hernia intestinali intestina inflammata essent, tandem sphacelo ea correpta sunt, quae putredo superiacenti peritonaeo & abdominis musculis circa inguina communicata eas ipsas partes infecti, ut sphacelo corripereatur, ac via per corruptam partem facta feces alui cum summo foetore per inguen excernerentur, atque ita uterque mortem oppeteret. Plura vide infra de ileo.

Indicationes.

Qui scopi & indicationes in aliarum partium inflammationibus dantur, eadem & hic locum habent. Sanguis nimirum affluens à parte affecta auertendus, eiusdem feruor temperandus, ac id, quod influxit, discutendum. Nam ut ad suppurationem ducatur, minus tutum est, & non sine periculo id fit, ac praecipue si ad interiora abscessus rampatur.

Curatio.

Ideoque mox (lenem tamen clysterem praemittere nihil prohibet) basilica aperiatur, etiam ante topica, & si opus sit, ac vires ferant, etiam repetatur venae sectio. Trallianus in inflammatione ita aucta, ut vrina etiam supprimatur, venam tali aperit, qua ratione & alui & vriuae excretionem saepe securam fuisse ait. Sanguine euacuato statim quae repellunt, refrigerant, & dolorem mitigant, viurpanda. Ideò inunctiones fiant ex oleo rosaceo, aut panni vel lana oleo rosaceo & vino austero imbuita ventri imponantur, quibus aceti aliquid addere non inutile fuerit.

Cataplasmata quoque applicentur ex plantagine, endiua, portulaca, & similibus; è quibus corda

Signa.

Prognostica.

Indicationes.

Curatio.

Venae sectio.

Anodina & refrigerantia.

G

tufis exprimatür succus & oleum rofaceum addatur: vel mala cydonia in posca dilutiore cocta oleoque rofaceo mista applicentur, eaque omnia tepide.

Per alium, & præcipue vbi intestina inferiora inflammata sunt, in morbi principio iniiciantur clysteres ex cremore ptisanæ, oleo rofaceo, succo plantaginis, endiuia, portulacæ, luteis ouorum recentium. Omnia simul reuulsionum genera instituantur, quæ materiam ab internis partibus ad externas reuocent, vt frictiones, ligaturæ, cucurbitulæ scarificatæ, cruribus, & artubus applicatæ, lotiones item extremorum. Per os exhibeantur, quæ citra adstrictionem refrigerant, vt decoctum maluæ, lactucæ, violariæ, ptisanæ. In augmento addantur aliqua, quæ vim discutiendi & leniendi habent, vt oleum chamæmelinum, anethinum, cataplasma ex

Reuellētia.

Discutiētia, & lenientia.

Purgantia præfusa omittenda.

Dolorem lenientia.

Inflammatiō ab Enterocæle.

Ab exomphalo.

Inflammatiō à contusione.

semine lini, sænugræci, chamæmelo, farina fabarum. Vtile est & emplastrum Alexandri, quod fit ex vitellis ouorum sex, farina fabarum, olei rofacei, chamæmel. an. ℥. ij. b. cera ℥. v. mucilaginis seminis lini q. l. ad faciendum emplastrum. Clysteribus verò in progressu morbi addatur oleum chamæmelinum, semen sænugræci, lini, flores chamæmeli. Clysteres autem acres, & suppositoria acria omittenda, ne inflammationem augeant. Quæ verò acria nō sunt, etiã si superiora intestina inflammantur, in progressu morbi ad euacuandum excrementa, quæ in inferioribus intestinis hærent, vtilia sunt. A purgantibus verò planè abstinendum; cum & locum affectum exasperent, & humores vitiosos versus partem affectam deducant, quòd in omni inflammatione interna, ex monitu Hippocratis, 4. de vict. rat. in acut. 1. 22. cauendum. Et licet excrementa retenta purgationem suadere, & exigere videantur: tamen longè malus damnum ex inflammatione à purgantibus aucta accidit, quàm commodum ex purgatione, quæ frustra, renitente & obstante inflammatione, teneatur. In declinatione tamen leuia adhibere vtile fuerit. Si dolor valdè vrgeat, eam lenientia, quæ infra in curatione colicæ proponitur, vsurpanda. Itaque hic vtilis erit emulsiō seminis papaueris albi, vel syrupus papaueris, diacodium, philonium, laudanum opiatum, quæ posteriora tamen viribus iam valdè languentibus non vsurpanda, ne mors acceleretur. Si malum sit ab Enterocæle, danda opera, vt intestina quamprimum in suum locum reponantur. Itaque clyster emolliens præmittatur, & postea focus fiat ex oleo chamæmelino, anethino, & liliorum simul mixtis, quibus locus rupturæ inungatur, vel cataplasmata emollientia eidem imponantur, & tandem intestina prolapsa manu suauiter in suum locum reponantur. Eadem curandi ratio est, si sit ileos ab exomphalo. Paretur ergotalis clyster ℥. Rad. alth. ℥. b. maluæ, althææ, parietariæ, an. M. i. flor. chamæmeli, M. b. Prunorum num. x. Sem. anisi ℥. ij. Coq. in aq. communi, vel iure carnis. Colaturæ ℥. ℥. i. cassia extr ℥. j. b. ol. aneth. chamæmelini an. ℥. j. salis ℥. b. F. Clyster. Focus efficacior erit, si illa emollientia, vt radix althææ, maluæ, flores chamæmeli, meliloti coquantur in lacte, & contundantur, ac contusa, additis oleo amygdal. dulc. chamæmelino, lini, lilior. albor. omnia in vesicam, vt dimidia eius pars repleatur, coniciantur, & venter inferior versus pectinem & circa anum calidè cum constricta bene vesica foueatur.

Per os etiã iusculà pinguis, in quibus malua cocta fuerit, sæpiùs propinentur. Eodem ferè modo procedendum, si inflammatio sit à contusione. Hoc saltem tum obseruandum, & reliquia, quæ inflammationis causa adhibentur, aliquid lenientium, & aliquo modo concoquentium addatur.

Diata.

Vitus in inflammatione intestinorum sit tensis & refrigerans. Idcoque æger sola ptisana sit contentus, vt inflammatio refrigesceret, & ne ob copiam alimentorum excrementa cumulerentur, cui aliquid vini granatorum admiscei potest. A vino planè abstineant, & ab omnibus calefacientibus.

Diata.

CAPVT III.

De angustia intestinorum.

Cum intestina canales quidam sint, per quos chylus in ventriculo coctus distribuitur, aut à vasis mesaraicis exsugitur, & quod inutile est, in feces alui mutatum per ea excernitur, si meatus hic in corpore claudatur, vel angustior fiat, varia mala & symptomata excitantur.

Angustia Intestinorum.

Causa.

Angustiam autem in intestinis variæ causa inducunt. Primò nonnulli à causis exsiccantibus & adstringentibus ea angustiora reddi posse statuunt, vt acerbis, austeris & similibus. Verùm lubricitatem potius intestinorum ab iis plerumque immutari & feces exsiccari credibile est, quàm vt ipsa intestina ab ipsis contrahantur, præsertim cum mutata demum in chylum ad intestina perueniant. Nisi forsitan accidat, vt cruda ad intestina perueniant, atque ibi hæreant, & simul obstruendo angustiam pariant. Tale exemplum habet Fernelius, lib. 6. de part. morb. & symp. cap. 9. Septennis puella, inquit, diarrhæa correpta cum per dies complures subalbidam ac putrem ol. dānque materiam indolenter aluo redderet, diuurnitatis fluxus eiusmodi perisafa eius auia consilium de cohibendo cum aliis mulierculis cepit. In eam rem cydoniato large exhibito sic est eius usu alui repressa, vt eo die & sequenti nocte nil omninò reddiderit, sed excitatus sanissimis ventris doloribus & torsionibus v. que eo intumuerit, vt hydropica de repente euasisse putaretur. Accutus Medicus quid rei esset sufficatus, clysmatis primum lenibus, deinde etiam acrioribus identidem iniectis hære aluo noxiam materiam foras euocare, foci dolores lenire tentat: sed id frustra. In ualescentibus quippe doloribus inmanibus cum crebris animi deliquis, tandemque liquidioris stercoreis vomitione intrabiduum miserabiliter exincta est. Aperto corpore cæcum intestinum coangustatum, constrictumque adeò obhærescente, interiorēque ductum obturante cydoniato deprehensum est, vt illac nullo modo prorsus quisquam posset peruadere: unde accidit, vt acris illa & corrupta materia meatu prohibito obiectaque mora restagnans inusitatum sibi viam in abdominis spatium patefecerit, paulò supra obstruendum locum pefeso perforatoque intestino, quo velut emissario & cuniculo acto excidens abdominis totam cavitatem repleuerat. Hinc acerbissimi dolorum morsus, hinc distentio, hinc animi deflectiones, abortoque facto vomitu crudelissima mors breui consecuta. Creditibilis est, per longam inedia intestina quasi collabi, constringi & angustiora reddi: Sicut aliàs videmus, animalia, quæ voraciora sunt, habere intestina ampliora, quæ minùs comedunt, angustiora. Secundò fiunt intestina angustiora, dum inflammantur, de quo capite precedente dictum. Tertio coalescunt interdum intestina. Ita

Causa.

An exsiccantia & adstringentia intestinorum angustiam pariant.

Intestino-refert Marcellus Donatus, de histor. medic. mirum coalitum. libr. 4. cap. 10. Nobilissimum quendam equitem Carolum Nuualanum anno 1559. ex suppressione alui mortuum, & in dissecti caduere obseruatum fuisse, quòd intestinum rectum in parte supe-

Intestino-refert Marcellus Donatus, de histor. medic. mirum coalitum.

riore ita per digiti transuersi longitudinem coaluerit, ut vix tenuioris funiculi crassitudinem æquaret, utriusque in confinio intestini partibus in tumorem quendam veluti glandulosum eleuatis, à quo factum, quo minus feces in superioribus intestinis genitæ per consuetam viam detruderentur, nec aqua thermalis partem potuerit pertransire, sed in monocolo congregata reperta fuerit. Sorori etiam Rondeletij intestina multis in locis mutuo connexa spatia ferè duorum digitorum, & colicorum dolorum ac mortis causam fuisse testatur Iouertus, *in vita Rondeletij*.

Ani coalitus.

Interdum intestina & parte inferiore, seu in ano coalescunt, compertumque est, quosdam ano clauso natos fuisse, ut testatur Cælius Rhodiginus, *antiqu. lect. lib. 4. cap. 9.* Ani clausi exemplum & curationem etiam descripsit Guilielmus Fabricius, *centar. 1. obser. 43.* vbi refert, infantulum natum fuisse clauso ano, qui cum talis vsque ad sextum ætatis diem maneret, maximo angore & torminibus cruciabatur, & in vitæ periculo versabatur. Venter enim inflatus, extentusque erat, lipothymiz & sudores frigidi aderant, anus obducta erat membranâ prædurâ, in qua nullum ferè indicium, aut vestigium ani, præterquam maculâ nonnihil liuida apparebat. Illic factâ parvâ incisione, (ne sphincter læderetur) nouacula linteis iuxta aciem inuoluta; deinde immisso speculo ani, & quod reliquum dilato, statim eiecta est excrementorum colluies. Hinc venter confestim subsedit, reliquaque symptomata remiserunt. In anum denuum immissa est, per aliquot dies, fistula plumbea inuncta vnguento quodam desiccante: veluti de cerussa, de minio, diapompholygos, & similibus. His facta cicatrice plenissime conualuit. Nonnunquam verò post vlcerâ coalescit, ut Argent. *l. 2. c. 10. de causis morb.* Beuiuenius, *de abdominis sanat. & morb. causis c. 30. & 86.* & alij, quorum obseruationes collegit Schenkus, *l. 2.* referunt. Quartò comprimuntur intestina, præcipuè tenuia, dum conuoluntur & contorquentur, quòd fit, dum è sua sede & abdominis cavitate rupto peritonæo vel in scrotum decidunt, vel per vmbilicum elabuntur. Quintò obstruuntur intestina interdum à fecibus induratis, quæ excludi dicuntur; quòd accidit præsertim eò loci, vbi tenuia desinunt, & in crassa terminantur; nonnunquam & in intestini recti sine idem accidit. Indurantur autem feces, vel quia ex materia crassiore & siccantia generantur, & potu minus diluantur, vel siccantia multa alia miscentur, vel quia partium vicinarum, epatis præcipuè, calore, quicquid est humidum in iis, exsugitur, quòd imprimis accidit, si alui feces ob longam sessionem, vel alias occupationes diu in intestinis detineantur.

Præterea & alia, quàm feces, intestina obstruere possunt. Calculos & vermes in iis generari postea dicitur, quæ angustiam quandam pariunt, at integram obstructionem vix excitant. Ita interdum corpora quædam dura deglutiuntur; sed & ipsa angustiam quidem pariunt, verùm si œsophagum transiunt, rarò etiam intestina integrè obstruere possunt, interdum tamen id accidit, ut antea ex Fernelio dictum.

Quia etiam pituita crassa & viscida in intestinis generata eadem obstruit. Etsi verò sæpè diu ea cum victus, tum debilis in intestinis caloris ratione accumulata rarò integram obstructionem parit: tamen si diu ibi hæreat, ita crassescit, ut intestina prorsus obstruat, & difficilium symptomatum causa fiat. Ita narrat Fernelius, *de part. & morb. & sympt. lib. 6. cap. 9.* Caroli Quinti Imperatoris Legatum quendam dolore, nec non tumore, à dextro

Operata Sennerti. Tom. III.

A hypochondrio per ima ventriculi in sinistrum expositò affectum fuisse. Huic cum sexennio toto remedij genus omne, tanquam emolliendo sciri hoc adhibitum fuisset, inueto tandem acriori clystere durum ac firmum quippiam medio ductu percussum, pedis longitudine detractum est; quòd ille intestini portionem esse metuebat. Sed cum repente leuatus videretur, adhibito consilio iterum ac tertio clystere perlutus est, rursusque simili euulsa materia continuo pristina est valetudini restitutus. Alteri verò cuidam, ut idem Fernelius, *ibid.* refert, similis, sed grauior, affectus aluum prorsus cohibuit, qui tandem ventre supra modum intumescente cessit è viuis, inuentumque est colum intestinum vsque ad eò infarctum pituita concreta, ut solidum prorsus censeretur, nihilque omninò fecis in aluum delabi sineret. Simile quid, quòd Lipsio accidit, videatur infra, *cap. 5.*

Signa Diagnostica.

Ipsa intestinorum angustia in genere ex eo præcipuè cognoscitur, quòd alimentum non rectè per intestina distribuitur, fecesque alui non rectè per aluum excrementur. Causæ autem suis signis discernendæ sunt. Si à siccanibus & adstringentibus assumptis angustia fiat, id ex relatione ægri & adstantium cognoscitur, ut & si inedia præcesserit. Inflammatio è signis *capite precedente* propositis manifesta fit. Coalitus intestinorum vix facis rectè signis cognoscitur, & nonnisi post mortem dissectioneprehenditur. Si verò anus vel à natiuitate, vel ab vlcere clausus sit, tactui & visui patet. Si intestina vel in scrotum prolapsa, vel per vmbilicum elapsa angustiora ex compressione redduntur, nec illud vel medicum, vel ægrum latere potest. A fecibus induratis si intestina obstruantur, nullus adest dolor, nullus tumor, & nihilominus feces alui non redduntur, & causæ, quæ feces exsiccare possunt, præcesserunt. A pituita verò crassa ea obstrui non facile cognoscitur: morborum tamen diuturnorum & difficilium, ut ex historiis supra enumeratis patet, ea causa est, corpus languet & tabescit, cruditas adest, tarda alui deiectione, flatu plurimi, venter friget, nonnunquam & dolore colico vexatur. De vermium tandem & calculorum signis dicitur postea suo loco.

Prognostica.

1. Pro causarum varietate etiam angustia intestinorum plus minusve periculi & difficultatis portendit. 2. Ab assumptis adstringentibus & exiccantibus angustia curatu non est difficilis, & adhibitis emollientibus, & humectantibus remediis non ita difficulter curatur. 3. Inflammatio intestinorum quid periculi portendat *capite precedente* dictum. 4. Coalitus intestinorum incurabilis est. 5. Quantum periculi habeat intestinorum compressio & conuolutio, infra *c. 6.* patebit. 6. Intestinorum obstructio à fecibus induratis non ita difficulter curatur: quæ verò est à pituita crassa viscidaque, longorum latentiumque morborum causa est, & magna cum difficultate tollitur; ut & quæ à vermibus, vel à calculis est. 7. Si anus clausus sit, & totus musculus coluerit, malum incurabile est. Si verò meatus membrana tantum obductus sit, curari potest.

Indicationes.

Si angustia sit ab exiccantibus & adstringentibus assumptis, humectantia & emollientia requiruntur, quæ etiam necessaria sunt, si ab inedia diuturna sit angustia. Inflammatio intestinorum quid indicet & quomodo curanda sit, *capite precedente* dictum. Si ex intestinis è suo loco delapsis & compressis sit angustia, intestina in suum locum restitrenda sunt, de quo infra dicitur. Si à fecibus induratis sit

G ij

obstructio, emolliendæ sunt feces & euacuandæ. Si à pituita crassa & viscida est, incidenda & abstergenda est. Si à vermibus, vel calculis ij tollendi. Anus clausus aperiendus.

Curatio.

Curatio. Ergo si ab adstringentibus & siccantibus assumptis sic angustia, humectantia & emollientia cum assumpta, tum per clysterem iniicienda. Assumenda nimirum caro mollis vitulina, hœdina elixa, pinguis & mucilaginosâ, iuscula pinguis, butyrum, oleum, malua, attriPLEX, lac. E medicamentis sumenda cassia, syrupus violarum solitius, clysteres emollientes passim noti iniiciantur. Si ex diuturna inedia sit angustia, commodissimè cibus emollientibus & humectantibus modò enumeratis tollitur. Cauendum tamen, ne post longam inediã corpus cibo multo oneretur, sed sæpè & parum comedere præstat. Feces induratae emolliendæ sunt, & per medicamenta lenientia suprâ cap. 1. proposita, tum clysteres educendæ.

Vtilia autem hic sunt *iuscula pinguis, prunorum decocta & corninus, passula ficus, spinachia, malua, beta, atriplex comesta, oleum amygd. dulcium.* quod vel solidum sumitur, vel manna additur, vt: *℞. Manna ℥ j. vi. ℥. i. b. dissoluatur in iusculo gallinae, v. l. canis, adde ol. amygd. dulc. ℥. i. b. M.* Aut si opus sit: *ol. amygd. dulc. ℥. ii. addantur diaclydij ḡ. v. vel deur cassia, passula laxativa, & alia medicamenta lenientia suprâ enumerata. Clysteres etiam emollientes ex malua, althæa, parietaria, violaria, branca v. sine mercuriali, sem. lini, fœnugraci, ficibus, passulis, cassia, elect. lenitinos. diacatholico, ol. communi, amygd. dulc. iusculum, violarum, lilior, alborum, vitello oui iniiciantur.*

Exisdem emollientibus modò dictis cataplasmata parari, & ventri imponi possunt. Vel inungatur venter oleis modò enumeratis & vnguento Dialthææ. Emollit etiam feces duras balneum aque dulcis. De quibus etiam de aluo pigra dicitur. Si pituitam crassiorem in intestinis hærere suspicio sit, acrioribus clysteribus, iisque sæpè repetitis opus est, vel medicamentis pituitam incidere, abstergere & euacuare valentibus, de quo *de dolore colico* dicitur. Si anus clausus sit, nullo alio modo, quàm sectione aperiiri potest, quæ tamen ipsa non semper institui potest. Nam si totus musculus coaluerit, frustra & non sine periculo instituitur sectio; vt & si natura aliam viam, vt ad vuluam, cuius rei exemplam habet Mercurialis, *de morb. pueror. lib. 1. cap. 9.* sibi machinata est. Si verò meatus hic saltem membrana obductus sit, aut extrema eius coaluerint, instrumento conueniente via aperienda. Cauendum tamen, ne dum proforatur anus, sphincter lædatur.

CAPVT IV.

De lenitate intestinorum & magnitudine aucta.

Rvgola est interior intestinorum tunica, vt chylum nonnihil renouetur, ne nimis citò per intestina transiens suctionem vasorum mesaraicorum, quorum officia internæ intestinorum tunicæ inserviunt, anteuertat.

Contrà naturam verò interdum læuia sunt intestina, impernis ex cicatrice post vlcera, de quo infra *de Lienia* dicitur. Augetur quoque præter naturam interdum intestinorum magnitudo, & quidem nonnunquam secundum totam substantiam in inflammatione, de qua *suprà cap. 2.* dictam; Nonnunquam verò à flatu solùm distenduntur, & in

Intestino-
rum læui-
tas.

Intestino-
rum magni-
tudo aucta.

A maiorem mollem atolluntur. Ita refert Fernelius, *lib. 6. de part. morb. & sympt. c. 10.* quibusdam flatibus cohibitis intestinum colum ita dilatatum fuisse, vt brachij amplitudinem æquaret, de quo dicitur *de dolore colico.*

CAPVT V.

*De rebus p. n. in intestinis reperitis & in specie.
De Vermibus.*

Res præter naturam in intestinis quandoque generantur & reperiuntur, quas vulgò ad morbos in numero referunt, quod an rectè fiat, iam in controuersiam non vocabo, cum in *Instit.* de eo dictum sit. Eas tamen res omnes hoc capite coniungam & complectar.

Lapides.

Primò autem lapides quandoque in intestinis reperiri compertum. Galeni equidem id non vidit, neque audiuit, vt *lib. 1. de loc. aff. c. 5. & lib. 6. cap. 2.* testatur: Alij tamen viderunt, vt Rhases *lib. 10. continens. cap. 2.* Gentilis, in *comment. ad caput Anicenn. l. 4. fen. 1. tract. de feb. sext.* Et Matthæus de Gradibus vidit à fœmina quadam colica laborante, lenientibus suprâ & infrâ immixtis, insignes tres lapides durissimos excretos, quorum quilibet fuit quantitatis oui gallinæ, vt testatur *in comm. ad 9. Rhasis c. 2. de colica* Et Antonius Gainerus, *c. 1. de calculosa passione* refert à quodam, qui quindecim

Res p. n. in
ventriculo
reperit.

Lapides.

sæpè diebus aluum non reddebat, non vnum, sed plures lapides ad nucis magnitudinem eiectos fuisse. Idem testatur Sauanarola, *tract. 6. c. 16. rubr. 19.* Francisc. Pedemontanus, *c. 3. sum. 1. part. 4. addit. ad Mes. Beniuenius, de abditis sanati. causis, c. 19.* Brassauolus, *comm. ad aph. 79 lib. 4.* Hippocratis. Thom. à Vega, *comm. ad l. 1. de loc. aff. c. 5.* Hieron. Montuus, *l. 4. c. 1. anat. morb.* Iul. Cæsar Scaliger, *text. 108. sect. 3.* Kentmannus, *de calculis.* Trincauellus, *lib. 10. cap. 6. de rat. curandi part. corp. human. affect.* Columbus, *lib. 15. Anat. Mercenialis. lib. 2. cap. 4. de excrement. & lib. 1. cap. 20. variarum lectionum.* Capiuaccius, *lib. 3. pract. cap. 13.* Paræus, *lib. 24. chirurg. cap. 19.* Petrus Sal. Diuersus, *in annot. in Ali. c. 79.* Forestus, *l. 14. obs. 16. in scholio.* Crato, *in epist. ad Thomam Iordanum & alij.*

Non autem facilè calculi & nonnisi coniectura cognoscuntur, vbi nimirum dolor diuturnior in intestinis cum ponderis sensu & sæpè cum duritie percipitur. Euacuantur sæpè spontè; sed commodum est naturam adiuuare lenientibus & lubricantibus sæpè exhibitis, ac per clysteres iniectis.

Pituita.

Pituita etiam lenta interdum in intestinis colligitur, concrefcitque, cuius rei duo exempla ex Fernelio, *lib. 6. de part. morb. ac sympt. cap. 9.* suprâ c. 3. allegauimus, quæ ibi videantur. Notat quoque dignum est id, quod in vita Ioan. Heurnij extat. Cum clarissimus Lipsius terribilissimo malo conflictatus fuerat, febriles insultus varios expertus, stomachus, totumque corpus ei flaccidum & marcidum: contigit quodam die, vt assumpto pharmaco, aluum exoneraret. Sensit autè, dum naturæ necessitati pareret, ingentem se copiam alui effundere, eamque continuam & coherentem. Intuetur quid sit rei, videt attonitus se eiusmodi massam effudisse, quæ formam & characterem intestinorum planè exprimeret. Consternatur, illicoque Heurnium vocat, de vita sua actum dicens, nam omnia se intestina effudisse. Inspicit alui proluuiem Heurnius, & late vultu ad Lipsium versus, Respice, inquit, tropicæ de tuo morbo; hîc focus & sentina totius mali

Pituita.

iacer. Nam erat lenta & viscida pituita, paulatim in tota intestinali fistula coacerdata, à sedentaria & in studiis contabescence vita, eius figuram referens; quæ cum comparuisset & vicinis partibus noxam suam communicasset, sentinam malorum in totum propagauerat. Hoc morbifomite expurgato recreatus est vir Clar. ad pristinam sanitatem rediit. Res etiam aliæ præter naturam in intestinis inueniuntur, de quibus infra de rebus præter naturam per aliam excretis dicitur.

De Lumbricis.

Lumbrici. Et si vermes in pluribus corporis partibus generentur, ut in *Instit.* dictum: tamen cum frequentissimè in intestinis reperiantur, hoc loco de iis agere libet. Et quidem sæpè magna copia vermium in intestinis continetur, ut non solum supra centum, sed & mille excretos fuisse obseruatum sit, de qua re videantur obseruationes Schenckij. Appellantur autem hi vermes Græcis *Lumbrici* in genere. Antiqui quoque *Tania*, id est, feras, ut quæ ferocius in corpus inuadunt, appellauerunt, ut ex Hippocrate, 6. Epidem. sect. 7. text. 6. & 6. Epidem. sect. 1. text. 3. & 4. de morb. Galeno, in libro, quem de Hippocratis antiquorum nominum interpretatione scripsit, apparet. Latini lumbrici dicuntur. Quandoque tamen nomine lumbricorum teretantum significantur. Et si alios etiam hoc nomine accipi volunt, vocem Latini addunt. Plinio, lib. 11. cap. 33. tæniæ quoque lumbrici appellantur. Quamquam enim hic tæneas legant: Marcellus tamen, Virgilius & alij tæniæ legere malunt. Tænia enim Græcis fascia est, hólque vermes ita dici statuerunt, quod fistar fasciarum sint lati & longi, & proinde istos tantum lumbricos hoc nomine significari censent; qui *taenia*, ob similitudinem, quam ad istas habent, dicuntur. Ij verò lumbrici, qui in ima sede procreari solent, *taenia* in specie nominantur.

Lumbricorum genera tria. Lumbricorum verò tria genera Aristoteles, de *hystor. animal. lib. 5. cap. 19.* & prisci medicini scriptores ferè omnes numerant; Teretes, qui frequentissimi; Latos, atque Ascarides. Hippocrates verò, 3. aphor. 26. & Celsus, lib. 4. cap. 17. duo tantum recensent; Ille quidem teretes & Ascarides, hic verò latos & teretes, latumque lumbricum ab Hippocrate omissum censetur, quod nulli determinate ætati conueniat, & omnino rarus sit. Idem tamen, 4. de morb. latorum etiam lumbricorum facit mentionem. Recentiores quidam quartam speciem addunt, cucurbitinos scilicet, sed alij aliter. Quidam enim latos in duas species distinguunt, in longos nimirum & breues; illos Ascarides, hos cucurbitinos nominant. Quidam cucurbitinos pro genere sumunt, quod in distinctas & coniunctas veluti species diuidunt. Sunt & qui latos ad cucurbitinos referunt. Alij quoque dubitant, an reperiantur lumbrici, qui sint cucurbitæ semini similes. Paulus enim lib. 4. c. 38. corpuscula illa cucurbitæ seminibus persimilia non in lumbricorum numero, sed inter lumbrici lati notas recenset, quod proculdubio ex lib. 4. de morb. desumit; ut mox patebit. Verum enim verò ut quomodo se res habeat, & quot lumbricorum sint genera certissimus, in principio quid latum lumbricus sit, dispiciendum, de quo non est quæ apud authores occurrit controuersia, quæ omnino discutienda est, si de generibus lumbricorum certi esse velimus. Hippocrates, seu author lib. 4. de morb. Lumbricos latos nasci in puero, dum adhuc in utero est, ex lacte patrescente, & aucto puero etiam angescere hos lumbricos à cibus, quos assumit editus infans, & intestinis æquales fieri scribit. Latum verò hunc lumbricum parere, & id quod veluti cucurbitæ semin cum stercore excret-

An dentur lumbrici cucurbitini?
Latus lumbricus quid?

A nitur, partum lumbrici esse negat. Paulus Aegineta lib. 4. cap. 57. latum lumbricum mutationem intere intestinorum membranz in quoddam animalium corpus esse dicit, quod quandoque per partes plerumque totum simul excernitur, incredibilem magnitudinis speciem præbens. Aëtius quoque, l. 9 c. 40. Latum lumbricum transmutationem membranz tenuia intestina intus succingentis in animale quoddam corpus esse dicit. Hieron. Gabucinus latum lumbricum nihil aliud esse existimat, quam abrasionem veluti intestinorum albam tota complectentem intestina, intra quam cucurbitæ semini similes animantes procreantur: quæ quidem abrasio rarissimè tota excernatur, frequenter per partes exeat. Atque hæc si excretionem frangatur, seu rumpatur, tum apparere lumbricos illos cucumeris semini similes seorsim excretos, atque interdum complicatos, interdum pauciores, atque ita statuit, non totum illud corpus abrasum, quod latum lumbricus appellatur, viuere, sed solum cucumeris vel cucurbitæ semini similia animalcula intra ipsam viuere. Cum enim talem latum lumbricum se mouere vidisset, diligentissimè eum contemplantem, tandem per eius totam cavitatem cucumeris semini similia animalcula sese mouentia ipsi motum præstare, se animaduertasse scribit, quæ ex eo prodibant, interdum vnum, interdum duo simul complicata, plerumque quatuor plurauè, atque eam abrasionis portionem, quæ vacua ab eiusmodi cucurbitinis segmenti animatis erat, nullo pacto motam fuisse, imò subfuisse. Atque hinc statuit, latum lumbricum nihil aliud esse, quam mucum intra intestina genitum, vel mucosam pituitam intestinum frigiditate densatam, lorica modò intestina intus ambientem, è qua cucurbitæ semini similia animantia conceptus more producantur. Hinc secundum Gabucini sententiam latum illud intestinorum spodium lumbricus latus quidem vulgo vocatur, verum per se non mouetur, nec animal est, sed animalculum illud cucurbitæ semini simile in eo mouetur, quod tamen per se peculiarem & quartam lumbricorum speciem non constituat, nec per se latus lumbricus appellandus, sed nota portus lati lumbrici sit. Et pro sua sententia allegat Aristotelem, qui, lib. 5. *hystor. animal. cap. 19.* scribit, latum solum lumbricum intestino adhaerentem parere simile cucumeris semini, quo indicio id genus lumbrici inesse intelligunt.

E Platerus duo tæniæ intestinorum genera constituit. Vnum quod fasciam quandam referat membraneam, intestinorum tenuiorum substantiæ similem, eorum longitudinem adæquantem, minimè tamen uti illa, cauam, sed digitum transversum latam, quæ rectius tænia intestinorum, quam lumbricus latus appelletur, cum nec viuat, nec loco moueatur, uti lumbricus, nec titillationes, aut rosiones in intestinis efficiat? Alterum verò genus in lumbricorum nomenclaturam admittit, & tæniam illam ex portionibus multis coherentibus, & quæ abscedere in vicera possint, cucurbitæ que semina quadrata non nihil referant, constitui dicit, hocque vermibus propriè cucurbitinum nominari censet, quod rarius integrum, plerumque in frustra diuisum excernitur. Tales omnino vermes fuerunt, quos à semina quadam reiectos fuisse annotauit Antonius Beniuenus, cap. 37. de *abdit. morb. cap. 5. & curat.* quos ita inter se iunctos, & mordicus quasi coherens scribit, ut, cum tra ipsi ferie quatuor cucurbitorum longitudinem excederent, vnum tantum corpus, vnique duntaxat vermepia se ferrent. Verum enim verò si hæc opinioniones omnes diligenter perpendamus, & cum iis, quæ authores de hisce sub-

Lumbricus
latus an sit
animal?

Est nullas
punctiones
in corpore
efficiat?

Cucurbiti-
ni vermes
quid?

Lati lum-
brici duo
genera.

ci; obseruarunt & annotarunt, conferamus, primò omninò statuendum videtur, contrà Gabucinum & Platerum, omninò tæniam, seu fasciam hanc esse animal; ideòque ab Hippocrate, Aristotele, Galeno, & aliis medicis antiquis rectè animal appellari, & inter lumbricos, qui sunt animalia, referri, non verò esse tantùm lumbricorum receptaculum. Idque apparet ex capite, quo hic vermis præditus, quòd verrucosum in eo vidit Amatus Lusitanus; Rondeletius oblongum, paruum; Forestus in mucronem tanquam subulam desuisse. Molliorem tamen hanc partem habet lumbricus latus, vnde punctiones illa, quales à teretibus ægri nonnunquam satis graues in ventre percipiunt, ij, qui laborant lato lumbrico, non experiuntur. Ideòque hinc Platerus parum firmiter concludit, quòd hic vermis nò viuat. Deinde ex motu, qui etsi obscurior & tardior, quàm teretum lumbricorum, tamen aliquis est, vt plurimi authores obseruarunt, vltimque vna eius parte abrupta reliquam in ventrem retractam fuisse; inò quandòque in glomum quasi se totum conuoluisse, vbi medicamentorum vi ex ventre hominis totus propulsus fuit. Atque ad istum motum proculdubio comparatæ sunt illæ incisiones, seu genicula, & intermedia, quibus reliquorum insectorum more per transfuerum distinguitur, quæ à nonnullis vermes cucurbitini, quòd cucurbitæ semina, quando abrumpuntur, singula referunt, sunt nuncupati. Hæ vbi alimento sunt repleta, colorem fulcum, & nigras quasi maculas exhibent, humores verò vacuæ profusus sunt albæ, atque cum in his internodiis motus sit in hoc lumbrico manifestior, id persuasit Gabucino, vt crederet, non lumbricum latum moueri, sed vermes cucurbitinos in eo, cum tamen non peculiare & singuli vermes sint, sed rotius illius longi partes. Cucurbitinos enim vermes quod attinet, nihil aliud sunt, quàm partes lati lumbrici, quæ, quando abrumpuntur, singulæ cucurbitæ semen referre videntur. Sciendum tamen hic diuim generem esse latos lumbricos, vnum quòd communiter autotes describunt, quòdque solùm præcis videtur fuisse notum, & quod Platerus & Gabucinus viuere negant. Hicque lumbricus omninò longissimus est, de quo Plinius, *lib. 11. histor. natur. cap. 33.* scribit, quòd nascantur intra hominem tantæ tricennum pedum, aliquando & plurimam longitudine, id quòd ab aliis quoque est obseruatum, & Platerus aliquot, qui quadraginta pedes longi fuerunt, se vidisse scribit. Galenus quoque seu auctor libri, qui *Introductio*, seu *Medicus* inscribitur, nonnullos hominum vermes tam longos esse, vt in tota porrigantur intestina, scribit. Vnde etiam rectè, seu fasciæ nomen antiqui iis indiderunt, cum fascias illas ex lino & lana intexta constantes, quibus infantes inuoluuntur, exactè referant. Huius lumbrici partes, seu incisuræ non ita exactè semen cucurbitæ integrum referunt, sed vbi abrumpuntur, & moram aliquandiu iam emortua, vel semimortua in corpore trahunt, pars eius quæ ad latera est tenuior, tanquam facilior ad suscipiendum corruptionem putrescit; qui verò in medio, veluti nodus, figuram seminis cucurbitæ, vel cucumeris refert. Alterum tæniæ genus rarissimè est: eius tamen partes in viuente & integro exactius & clarius cucurbitæ semina referunt, qualè descripsit secundo loco Platerus & Cornelius Gemma, *in lib. de occult. natura characteris suis*, quòd lumbrici genus ex partibus multis, quorum singulæ semen cucurbitæ referunt, constar. Neque annotatum est ab autoribus in hoc genere tam longos lumbricos repositos fuisse, sicut in priore. *Videatur Schema.* Talis etiam proculdubio fuit lumbricus, quem Antonius Beniuenius, *loco allegato*,

A vidit, quemque vnicum corpus & vermem vnicum retulisse scribit. Et fuit reuera vnicus vermis vno corpore constans, etsi ille ex multis verminibus sibi inuicem mordicus cohærentibus connexum fuisse dicat. Atque has partes nonnulli partium lumbrici & vermes cucurbitos esse putant, eosque in lato lumbrico, seu tænia generari crediderunt; cum tamen reuera vnus saltem vermis sit ex multis nodis veluti articulis & geniculis cucurbitæ vel cucumeris semen referentibus compositus; & cum alterum lumbrici genus parum à lato lumbrico, quem vulgò describunt, discrepet, pro peculiari specie lumbrici haberi non debet. Lati lumbrici historias quatuor recenset Gulielmus Fabricius, *centur. 2. obseru. 71. 72. 73* quas hic describere non libet: consulantur allegata loca.

B Atque ita cum cucurbitinus vermis nullam peculiarem differentiam constituat, sed lati (cuius tamen duas species esse diximus) saltem pars sit, tres ita lumbricorum erunt differentiæ; Latus, de quo iam pluribus diximus; Rotundus siue teres; Ascarides. Etsi enim vtrumque genus hoc teres sit, tamen illi, qui longi sunt, in specie teretes dicuntur; qui verò breuiiores, Ascarides vocantur, quandòque & tinea ventris, quod tinea, quæ in lanis & vestimentis proueniunt, similes sint. Ab his tamen lumbricorum speciebus, quæ frequentiores sunt, non parum discrepantes vermes in intestinis genitos, & quandòque eiectos fuisse obseruatum est, vermes nimirum cornutos, hirsutos, quadrupedes, centipedes, multipedes, bicipites, tricripites, caudâ bifurcata, præditos, de quibus videatur Schenckius, *Obsér. 211. & seqq. aliquot.*

Alij vermes
in intestinis
geniti.

Causa.

Qua ratione autem in intestinis vermes generentur, à multis prolixè disputatur: quæ mea sit sententia, *l. 3. Institut. pag. 253. & de Chymic. cum Aristot. & Galen. consensu & dissensu, cap. 2.* exposui, quàm iam confidentias tueor, cum pluribus eam defendere videam Philolophum doctissimum Fortunium Licetum, *in libro de spontaneo viuentium ortu.* Quæquam autem melius esset, vermes in homine nunquam generari, & geniti gravissima mala, ac sæpe ipsam mortem homini inferant: tamen in natura cuiusvis individui, potestate non est eiusmodi vitia declinare, sed necessitate materiam vniuersalis naturæ, cuius officium est, eas formas ad vniuersi perfectionem excitare, ad quas suscipiendas quælibet materia apta est, imperio & potentia subicitur & parat. De materia quoque in Institut. diximus: Materiam illis tamen quædam, quæ ex vtu Medico sunt, addamus. Plerique humores excrementitios causas esse statuunt, & quidem Auicenna. *16 cert. tract. 3. cap. 1.* pituitam materiam lumbricorum esse dicit, quando ea incalefcit in intestinis ac putrescit, ibidemque consistit. Idem, *c. 2.* eisdem ex humiditate excrementitia à recoris attractrice facultate imbecilli in excrementis relictæ fieri statuit. Verùm si corporum constitutionem, in quibus lumbrici generantur, consideremus, statuendum videtur, non præcipuè ex humoribus pituitosis excrementitiis, sed alimentariis, & chyli portione iis admixtis vermes generari. In iis enim præcipuè vermes producuntur, à quibus cibi confertim, nullòque ordine, & priore nondum concocto, ingeruntur, vt ita costis cum semicrudis ad intestina descendant, & cum omnes partes alimentij ob copiam à mesentericis vasibus non attrahantur, succus ille alimentarius cum excrementis mixtus in intestinis hæret, & seu patredine, seu calore loci incalescens in animal mixtatur, dum forma, quæ in materia illa delitescerat, verùm officio formæ non fungebatur, iam à calore illo temperato excitata in

Causa.

Materia
lumbrico-
rum.

Præcipua
vermium
causæ.

actum erumpit, & materiam illam informare incipit. Hinc causæ præcipua vermium est voracitas infantium, qui subinde alios cibos, prioribus nondum concoctis, ingerunt, & præcipue si tales cibos assumant, qui facile putrescunt, vel ad vermes producendos dispositionem habent, ut si nimis maturè carnis infantibus vescantur, vel fructibus fugacibus, ac aliis, qui sunt humidioris naturæ. Et cum sit magna differentia ciborum, quibus homines utuntur, non mirum etiam est, in veribus aliquam apparere varietatem, & sæpè monstrari quæ generari, prout in cibo ad hanc vel illam animalia formam suscipiendam disposito est.

Ut enim aliqua, quæ spontè nascuntur animalia, testacea & alia quælibet determinatam materiam requirunt, neque quælibet generantur: ita etiam ex alia fiunt teretes, ex alia lati lumbrici, ex alia rursum ascarides, ex alia iterum monitroia alia. An verò dulcia ad vermes generandos faciant, in dubio est, negatque id Gabucinus, & statuit, dulcia, quæ dulcia sunt, lumbricos non generare, cum dulcia eo consentent temperamento, ut facile in quouis corpore in bilem vertantur. Cum enim à calore temperamento dulcis fiat sapor, & dulcia, si venter ea concoquere & mutare debet, suo calore ea alterate necesse habeat, vltiore coctione saporem adipisci amarum, & hinc facile in bilem commutari, ex qua nec extra, nec intus vllum procreatur animal.

Dulcia an
ad vermes
generandos
faciant?

Dulcia verò in corpore iam prædictos lumbricos saltem commouere, & sursum ad ventriculum ducere statuit. Verùm enim verò negandum, dulcia tale habere temperamentum, ut in quouis corpore in bilem facile vertantur. In iuuenibus quidem, & calido & sicco hoc fit; verùm ut in infantibus, qui calidi & humidi sunt, hoc fiat, non est necessum, in quibus nulla rerum dulcium amplius fit aduictio. Imprimis verò de generatione lati lumbrici anxie Medici disquirunt, modumque generationis inquirunt, saltem tamen in calore hærentes statuunt, mutari pituitam copiosissimam in membranam vermiformem magnitudinis ac formæ talis, qualis ipse vermis cernitur, quæ ita figurata quòd demum animetur. Putantque se rem habere sicut in semine & pane. Ut enim semen, dum in vterum peruenit, in calido loco constitutum extra membranam contrahit, aut panis dum coquitur, tenuis quædam pellicula in superficie excitatur, quæ crusta appellatur: ita etiam pituitam in intestinis copiosam, & rationi loci, & à calore putredinali putrescentem in membranz coriaceæ formam abire.

Lati lumbrici generatio.

Quòd verò struis quibusdam ea membrana prædicta est, id ex inæqualitate subiectæ materiæ provenire. Verùm enim verò & falsa est ista sententia, & falsis nititur præsuppositis. Non enim membrana, quæ fortis includitur, saltem sit à calore semen excitante; sicut crusta panis sit à calore formacis, sed, ut ipse fortis, à facultate formatrice. Ideoque idem etiam de lato lumbrico statuendam, eum scilicet totum à facultate formatrice in materia illa sitente à calore corporis excitata formari, & sicut arbores, & animalia reliqua à parua mole primordia sua habent, ita & lumbricus latus proculdubio ab exigua mole, attracto alimento prægrandis euadit. Neque compertum, vllius animalis corpus primum ea magnitudine, quam habere debet, formari, & postea formatum demum animari. Atque ex his, quæ hæcenus dicta sunt, patet, quæ ætas magis generationi vermium obnoxia sit; nimirum ea, Hippocrate, 3. apb. 26. autore, quæ media est inter illam, in qua pueri dentire incipiunt, atque eam, in qua ij degant, qui pubertati proximi sunt. Et in primis nascuntur tunc in iis teretes & ascarides, quæ

Quæ ætas
vermium
generationi
magis obnoxia sit?

A pueri in ea ætate constituti ob lactis & pulmento- rum frequentiore vsum & nimiam voracitatem, magnam semicoctorum humorum copiam cumulant. Observatum tamen etiam etiam est, in ipso matris vtero lumbricos in infantibus genitis fuisse, & ad editis paulò post excretos; quod annotauit autor, lib. 4. de morb. In senibus tamen quandoque etiam generantur, sicut à vetula annorum 80. maximum lumbricum excretum fuisse, vidit Hercules Saxonia. Latus lumbricus, siue tænia etiam in omni ætate producitur, sicut in puella annorum duorum, in muliere annorum 23. & in sene annorum 80. obseruauit Gabucinus, in matrona vidit Beniuenius, Amatus Lusitanus & Rondelietus; in viro Dodonæus, Valeriola. Atque latus lumbricus in omni ætate generatur; ascarides in ætate, quæ est pubertati proxima, tum in pubertate atque adolescentia. Atque hi frequentius generantur, rarius ascarides, rarissimè lati lumbrici. Quòd de ætate dictum, idem etiam de temperamento accipiendum. Ij nimirum lumbrici magis obnoxij sunt, qui in ventre & intestinis crudum semicoctumque humorem cumulant, calorémque blandum habent. Unde quoque accidit, ut feminæ frequentius lumbricos generent, quàm mares, utpote quæ & maribus frigidiores sunt, & ocio magis deditæ, plûsque talis humoris ad lumbricos generandos apti cumulant. In aliis tamen quoque temperamentis lumbricos generari nihil prohibet, si crassis & lentis cibis copiosius utantur, ocio dediti sunt, & omninò victus rationem tali succo cumulando aptam obseruent. Quantum ad tempus anni plerique quidem potissimum autumno, hinc vere, minimè verò hyeme lumbricos produci statuunt. Verùm si experientiam consulamus, compenemus, frequentissimè vere generari. Et si enim ver sit tempus anni saluberrimum: tamen hyemem cum sequatur, in qua multi crudi succi congeruntur, tempore verno, qui hyeme cumulati sunt humores, moueri ac putrescere incipiunt, ex quorum corruptione tum etiam vermes frequentissimè verè generantur. Circa generationem vermium etiam hoc non prætereundum, an lumbrici geniti alios rursum generent. Autor quidem lib. 4. de morb. tantùm teretes parere dixit, latos verò non. Et sanè latos lumbricos quod atinet, et si nonnulli cucurbitinos eorum partum esse existiment: tamen antea iam monstratum, quæ excernuntur semini cucurbitæ similia, non partum lati lumbrici, sed eiusdem partes abruptas esse. Quamquam enim alij aliis sunt crassiores, alij tenui filo vix persimiles, quorum illos vulgus matres, hos partum appellat: tamen id non accidit, quòd hi illorum partus sunt, cum sæpè tenues tales tot excernantur, ut à maioribus genitos fuisse non credibile sit, sed quòd ex eadem materia alij ante, alij post geniti sint. Neque etiam vlla sexus distinctio in iis apparet, neque vquam lumbricus aliquis prægnans repertus est, quamquam alius alio sit crassior.

In ipso ma-
tris vtero
vermes in
infantibus
geniti.
Latus lum-
bricus cu-
ætat fami-
liaris sit?

Quod tem-
peramen-
tum lum-
bricis ma-
gis obno-
xium sit?

Quod anni
tempus?

An lumbrici
geniti alios
rursum gene-
rent?

E Multorum autem malorum & prauorum symptomatum causæ lumbrici sunt, & sæpè tanta pessimorum symptomatum congeries concurrat, ut Medicos nonnunquam de causâ ancipites reddat, & vix credibile videatur, tot & tanta mala à solis lumbricis provenire. Observatum est, lumbricos aliquando intestina & ventriculum perforasse & per vmbilicum atque inguinâ foras eruisse.

Quòd etiam negat Platerus idè, quòd nec rostro acuto, vel aperto, nec dentibus prædicti esse conspiciantur, & sugendo hoc minimè præstare possunt, atque ideo statuit, si in locis istis vermes prodeant, eos in sedibus eiusmodi exterioribus in ab-

An lumbrici
intestina
& ventri-
culum per-
forare possunt?

scella aliquo facto natos fuisse, & minimè lumbricos esse, sed vermes, quales in vlcibus gignuntur, vel si ab intestinis prodeant, vultus in his locis necessariò præcessisse: tamen à communi sententia planè decedendum esse non putamus. Etsi enim confiteamur, exempla illa, quæ à nonnullis ad probandum, vermes ex intestinis perforatis per cutem abdominis produsse, omnia satis clara non esse, & concedamus, sæpè ex abscessibus in ventre inferiore ruptis vermes tales produsse, qui lumbrici non fuerunt: tamen si omnia illa, quæ Schenckius, *lib. 3. obseru. 205.* collegit, perpendamus, interdum etiam ab intestinis perforatis produsse animaduertemus. Quòd confirmatid, quòd refert Spigelius, quæ anno 1602. in mulieris cuiusdam consistentis ætatis, quæ ad tantam maciem redacta erat, vt vix cute & ossibus hæretet, corpore quatuor lumbricos teretes spithamæ vnus longitudine in ipsum truncum venæ portæ sese insinualle, ac toti corpori alimenti aditum obstruxisse obseruauit. Sæpè à lumbricis vomitus, calidalgia, syncope, singultus, tormina intestinorum & dolores colico affectui similes, capitis dolores, sopor grauis, deliria, mæror, tristitia, concussiones per somnum, febres ardentes, angina pleuritis, atque alia graua symptomata excitantur, & nonnunquam ipsa mors inferitur. Antonius Beniuenius, *de abdit. morb. causis. & curat. cap. 82.* refert, se cutellè puerum, qui ex lumbricis nullo modo quiescere poterat, sed semper hinc inde temerario quodam impetu ac inordinato motu ferebatur, vt etiam stare volens iterum titubaret ac caderet. Gabucinus, *cap. 13.* narrat, se puellum curasse lumbricis laborantem, in quo cuncta symptomata spectabantur, quæ pleuritide correptis solent euenire, de quibus iam plura in *signis* dicentur.

Differentia.

Differentiæ iam antea enumeratæ sunt. Alij nimirum sunt lumbrici teretes, lumbricis terrestribus similes, plerumque tamen longiores, frequentissimi & notissimi. Aicarides sunt vermiculi, iis, qui in carnibus & casco nascuntur, non absimiles, & in intestino recto præcipuè generantur. Lati, de quibus pluribus iam antè diximus, non sunt aggregatum quiddam ex vermibus cohærentibus mordicus, vel etiam membranæ inclusis, sed vnus vermis geniculis quasi quibusdam & nodis distinctus, cuius singulae portiones vermes cucurbitinos, aut semina cucurbitæ referunt. Spigelius à Germanis etiam nominibus has differentias discerni scribit, & teretes appellari *Spuluaerme*, latum *Vnasserkalb*. Verùm quid Belgæ posteriore vocabulo appellent, certò quidem mihi non constat; Sed hoc scio, fæminas nostras eo nomine non appellare quid præter naturam ex intestinis excretum, sed ex vtero, aqueum nimirum humorem vesicæ quasi cuidam inclusum, & molæ instar in vtero generatum, cui etiam ista appellatio satis bene quadrat, cum lumbrico verò lato nullam conuenientiam habet, vtpote in quo nihil ferè aquei cernitur, sed qui corpore quasi membranaceo constat.

Signa Diagnostica.

Si vermes per aluum excernuntur, vel vomitu eiciuntur, aliis signis opus non est. Verùm quia sæpè diu in ventre, antequam excernuntur, delitescunt, signis, vt cognoscantur, opus est. Teretes ergo, qui & frequentiores sunt, & grauiora inducunt symptomata, hæc signa produunt. Morsus & vellicatio in abdomine, dentium stridor præter solitum, præsertim in somno, tussis assidua & sicca, narium pruritus, quas propterea infantes digitis immixtis sæpius scalpunt, facies squalida, & malæ per interualla modò rubentes, modò liuidæ, oculi concaui,

circum quos interdum insueti splendores obseruantur, labiorum & linguæ siccitas nonnunquam, aliis tamen os saliuæ repletur, fætor quidam peculiaris ex ore percipitur, nausea ferè assidua, in quibusdam & vomitus, interdum insatiabilis appetitus; singultus, dolor ac grauitas capitis, ad somnum propensio, conuulsiones quædam & horifica per somnum expurgiscentia, nonnulli in somno tremunt & surgunt, ac rursus sopiuntur, ventris adest distensio, qui pulsatus tympani more resonat, & interdum supprimitur, plerumque tamen plus æquo fluit, & excrementa, quæ emittuntur, bubulum sterces referunt, & corrupta multa excernuntur, reliquum corpus præter rationem decrescit, & alia symptomata concurrunt, quæ supra enumerata sunt. Nonnulli experientiâ constare aiunt, lumbricos esse in ventre cognosci posse, si manè ieiunis pueris supra os ventriculi frigida spargatur. Nam in vnum congregari lumbricos. Et signa ista plus ponderis habent, si ætas sit ea, quæ vermibus generandis aptior est, ac præcesserit ea victus ratio, quæ ad vermes generandos facit. Signa tamen hæc non omnia in omnibus, sed quædam in his, alia in aliis apparent. Latos lumbricos qui habent, appetentiâ cibi nimiam & perpetuam laborant, ac nisi cibus offeratur, dolor & morsus in ventre percipitur, corpus extenuatur & imbecillum redditur. Certissimum ergo signum est, quòd cum alui excrementis corpulcula quædam cucurbitæ seminibus similia excernuntur. Non verò ita facile iis, qui lato lumbrico laborant, accidit epilepsia, deliria, vigilia, febres ardentes & alia, quæ antea enumerauimus, vt iis qui teretibus molestantur, nisi præter latum teretes forsan accesserint. Est enim latus lumbricus ignauior quasi, intestinisque adhærescit, nec vt teretes ita facile de loco in locum mouetur. Neque etiam signa, quibus latus lumbricus deprehenditur, statim cum genitus est, & dum adhuc paruus existit, apparent, sed tum demum, vbi incrementum sumpsit, nisi aut mutauerit locum versus stomachum propter aliquam insolitam inediam, vel medicamentum, aut cibum, vel alia de causa tormina exciet, vel per intestinum rectum pars prodeat, vel in ætate valde tenera generetur, vbi propter loci angustiam nequit diu latere.

Prognostica.

1. Etsi omnes lumbrici mali sint, & grauissima symptomata, vt dictum, quandoque inferant: tamen alij aliis deteriores sunt. Sunt verò ex iis minus noxij atarides parui; quia longius absunt à membris nobilioribus, & facilius expelli possunt. Si verò magi sint, omnibus deteriores sunt. Fiunt enim ex deteriore materia. 2. Lati lumbrici omnium pessimi ea de causa, quòd difficilius curantur. Alias enim teretes grauiora inducunt symptomata. 3. Circa febrium initia geniti lumbrici subsistentiam ex subiecta recipiunt corruptione, circa statum ex morbi malignitate, circa declinationem ex transmutatione ad melius, qui celeriter excernuntur, & natura eos ad exteriora, non secus atque excrementa, expellit. Deteriores verò sunt maiores minoribus; multi, paucis; rubri, albis. Paulus Ægineta, *lib. 4. cap. 28.* & Aëtius, *lib. 9. cap. 39. 4.* Bonum est, lumbricos teretes exire ad crifin eunte morbo. Hippocrates, *lib. prænotion. 5.* Incipientibus acutis morbis, si lumbrici teretes viui deiciantur, pestilentes morbos indicant; inclinantibus autem, mortuum malum signum sunt. 6. Leuius Lemnius, *lib. 1. cap. 22. de occult. nat. mirac.* hæc ita explicat: Si in sanis alioquin lumbrici teretes sursum per os vel rares egrediantur, periculo hoc vacat. Si enim homo diutius ieiunet, cum expleri cupiant, naturali

Latorum.

Prognostica.

instinctu ad partes illas, per quas alimentum in ventriculum dimitti solet, in sublime feruntur, & vel per os, vel per nares egrediuntur. In aegrotantibus verò hoc non absque imminentis mali praesagio euenit. Tanta enim est in eiusmodi corporibus humorum putredo & malignitas, vt exitalem eorum vim perferre nequeant. Itaque erumpunt foras morbi sauitiâ, non naturæ robore expulsi. Cum verò declinante morbo cum reliquis excrementis propelluntur, salutare, id esse Hippocrates statuit. Spontè verò nullòque naturalis facultatis impulsu egredi, quòd in moribundis conspicitur, aegrotanti noxium. Sentiunt enim naturæ quodam instinctu corpus defecturum, seque alimento destitutum iri, ideòque stationem suam deserunt. 7. An mortui si excernantur viuentibus excietis deteriores sint, in dubio est. Aërius viuentes mortuis deteriores esse statuit, *lib. 9. cap. 39.* ea proculdubio de causâ, quòd viuentes, si exeant, amplius in corpore alimentum non inueniant. Rhases verò, quem sequitur Auicennas, si mortui excernantur, deterius esse, quàm si viui egrediantur, putat, quòd id fiat, vel propter alimenti defectum, vel materix malignitatem. Verùm distinctione hîc opus est, & ad symptomata coniuncta, tempus morbi, & medicamenta vsurpata simul respiciendum. Nam viui, dum hærent in corpore, multa maiora mala inferunt, quàm mortui; cum ipsa intestina quandòque perforant, & alia graua symptomata, imò mortem ipsam quandòque inferant, vt supra dictum. Ergo si vel naturæ robore, vel medicamētum vsu excernantur; bonum id est, neque multū refert an viui, an mortui excernantur. Si verò in febre exeant, reliqua symptomata, & tempus morbis considerandum, vt iam antè dictum. 8. Lumbrici sanguine cōspersi deiecti, malum. Intestinatorum enim læsionem indicant. 9. Frequens puellorum anhelitus, ac frigidus, liuescente ad hoc corpore, lethale. Sequenti enim die mortem prænuñciat. 10. Latum lumbricum in specie quòd attinet, scribit autor, *lib. 4. de morb.* habenti latum lumbricum toto tempore nihil admodum graue contingere, & non curetur, sponte exire, mortem tamen non inferre, sed consensescere. Verùm hoc tantum accipiendum est, si nulla occasio accidat, ob quam latus lumbricus moueatur & irriteretur. Nam si æger aut motu aut exercitio delinquat, aut victum lumbrico, contrarium vsurpet, aut medicamenta assumat, aut humor aliquis in intestinis generetur, multa mala, imò ipsam mortem inferre potest. Sicut & nonnullos hydrope & atrophia ab hoc verme mortuos esse, experientia docuit.

Indicationes.

Indicationes. Vermes, cum toto genere sint præter naturam, sui è corpore remotionem indicant; quòd fit, si interficiantur, & per aluum expellantur, ac ea victus ratio instituat, quæ nutritioni & generationi vermium materiam non suppeditet. In primis verò, vt interficiantur, danda opera. Quamdiu enim viuunt, occasionem & vim nocendi habent, ac difficulter expelluntur: Interfecti autem facilius excluduntur. Idèd priùs interficiendi, vel certè stupefaciendi ac ferè exanimandi. Ita enim cum fecibus alui à natura expelluntur, vel à medicamentis purgantibus educuntur. In curatione tamen videndum, an febris absit nec ne, item an aluus sit fluida. Nam si febris absit, & homo alioquin sit sanus, calidiora quoque medicamenta tutè vsurpare licet. Si verò febris adsit, acria, amara, salsa & omninò calidiora tuta non sunt, sed frigidis, vel temperatis opus est. Si aluus non sit fluida, ea medicamenta vsurpanda, quæ simul aluum mouent. Si verò aluus fluida sit, satius est, vermes enecare; aluum verò

A mouere, cum vltro fluida sit, opus non est. In vsu quoque remediorum cauti simus. Nam vehementioribus medicamentis sæpè adeò irritantur, vt conuulsiones, animi deliquia excitent, & sæpè ad ipsam mortem deducant.

Curatio.

Medicamenta autem, quæ vermes interficiunt, alia ainaritudine, acrimonia, salsedine, aciditate, alia etiam peculiari proprietate id præstant. Inter medicamenta autem, quæ vermes enecant, faciliè principatam obtinet *Corallina*, qua præstantissimorum Medicorum testimonio nullum magis præsentaneum contra vermes est remedium, quæ omnibus lumbricis necandis conuenit. Exhibetur autem commodissimè in puluere \mathfrak{z} . j. pondere. In Græcia etiamnum ad omnis generis lumbricos occidendos in magno vsu est, eiuſque puluerem Circumforanei publicè vendunt, per plateas ac vicos, clamantes; $\chi\omicron\lambda\lambda\omicron\gamma\omicron\tau\omicron\nu\omicron\varsigma$ corruptâ voce, quasi $\sigma\kappa\alpha\tau\epsilon\phi\omicron\upsilon\varsigma$ velleit dicere. Vtile & est *Santonici semen*, vt & *semen tannaceti*, & *radix primula veris*, è quibus duobus circumforanei nonnulli puluerem suum contra vermes parant. Item *absinthium*, *abrotanum*, *verbena succus*, *marrubium*, *zedoaria*, *dictamnus Creticus* & *albus*, *gentiana*, *angelica*, *amygdala amara*, *scordium*, *semen citri*, *brassica*, *succus galega*, *farina lupinorum*, vel cum melle linctâ, vel cum posca pota, ipsi quoque lupini macerati & comesti, vel decoctum ipsorum. Laudant nonnulli & puluerem ipsorum lumbricorum ablutorum & siccatorum. Verùm res mihi suspecta videtur. Etsi enim certum fit, post talem puluerem sumtum lumbricos plures deiici: tamen de hoc quæstio est, an antea sî fuerint in corpore præsentés, an verò è puluere lumbricorum geniti. Temperata & frigida sunt, quæ cum febris adest, tutè exhibentur, vt *aqua* & *decoctum radicum graminis*, *auricula muris*, *cornu ceruis*, *rasurae boris*, *succus limonum*, *portulaca*, *plantaginis*, *panicum matum confusum ex tribus vini heminis decoctum ad heminam*, *decoctum radices mari*, *endiuia*, *lactuca agrestis*, *acetum acre*. Infantibus commodissimè dari potest ad dies quatuor aqua graminis cum pauillo aceti ac sacchari ad \mathfrak{z} . j. aut syrupus delimonibus, vel acetositate citri, & cum molesti sunt, grana aliquot salis ori immittantur. Ex chymicis commendatur *Spiritus virioli*, oleum *Sulphuris per campanam*, *elixir proprietatis*. *Brassauolus*, in *exam. simpl. med.* & *Matthioli*, *lib. 5. c. 70.* commendat argentum viuum, quod \mathfrak{z} . j. pondere exhibet, sed viuum, non præcipitatum, aut sublimatum. Verùm etsi viuum argentum præcipitato, & sublimatò longè tutius sit, & in casibus desperatis contulisse atque vtile fuisse negandum non sit: tamen vbi necessitas non viget, & aliis mitioribus medicamentis res peragi potest, iis vtendum, cum aliquam prauam dispositionem corpori faciliè imprimere possit, sicut etiam contactu sensum stupefacere potest. Commendantur etiam quedam ad certum genus lumbricorum. Teretes, inquit Galenus, *absinthium* interimere potest; Lati vehementiora præsidia postulant, qualis est *felix*, cuius radices puluis ad \mathfrak{z} . ij. cum malsa datur. Latos etiam expellunt nuces iuglandes largius assumptæ, & radices mori cortex decoctus in aqua & potus, non solum aluum soluit, verùm etiam latos lumbricos excutit. Et omninò curatio lati lumbrici peculiare quid requirit. Teretes quidem enecari & expelli sine magna difficultate possunt; parui enim sunt, & corpore rotundo, minutque de articulo, nec tam pertinaciter intestinis adherent, & vires medicamentorum exhibitorum facilius admittunt, ac in aluum deuoluuntur, & excluduntur. Lati ve-

Curatio.

Vermes necantia.
Corallina.

An puluis lumbricorum tuto vsurpandus?

An argentum viuum in lumbricis vsurpandum.

Lumbricos teretes necantia.
Latos necantia

Teretes lumbrici facilius enecantur, & expelluntur.

In lato lū-
brico ene-
cando nul-
la purgan-
tia admittenda.
Medicamenta lumbricum de-
bilitantia.

ro & longiore & maiore difficultate excutiuntur. Longissimi enim sunt, & corpore plano ac lato, plurimisque incisuris præditi, atque internæ intestinorum tunicæ validissimè adhærent, & sub mucosa earum interna superficie se se occultantes medicamentorum transeuntium vim non faciliè percipiunt. Ideoque fortioribus medicamentis opus est, ut interficiantur. Quapropter etiam in teretibus purgantia cum interficientibus commodè admisceantur: præstat tamen, in latis nulla iis purgantia primum admiscere, cum purgantia non sinant medicamenta vermes interficientia diu in intestinis hæere, sed ea citò per aluum secum educant. Si verò priùs exhibeantur medicamenta, quæ ipsum debilitant, totus rotundus factus ad pilæ figuram exit, & homo sanus euadit, ut Autor lib. 4. de morb. scribit. Commendatur verò imprimis filix, è qua recentia aqua destillata datur, vel puluis \mathcal{D} . β . pondere, infantibus natu maioribus \mathcal{D} . j . acutis \mathcal{D} . ijj . pondere, cum aqua galegæ, quæ sine vllis molestiis vermem & lentè & citò, si velis, onecat. Commendatur & cortex radices mori. Et corallina duplici pondere, ad \mathcal{D} . ij . scil. datur. Vtilis est & Theriaca aceto, vel succo limonum dissoluta, decoctum centaurij minoris, lupinorum, scordij, sicut & vsus aloës cum croco & myrrha atque vsus Hieræ cum Scammonio. Vermibus interfectis, vel debilitatis, nisi spontè excernantur, ea vsurpentur, quæ aluum movent, aut quæ vim habent & vermes interficienti, & aluum citandi, qualia sunt, aloë, agaricus, ghabarbarum, senna, colocynthis. Præ compositis omnibus ad vermes necandos diaturbith cum rhabarbar. in rotulis commendatur. Inter temperata sebesten expertissimum medicamentum, quorum decoctum infantibus singulis diebus ante cibum propinari potest. Vitale est & Electuarium Diasebesten Vel \mathcal{L} . Cassia, \mathcal{D} . ijj . manna \mathcal{D} . j . β . vel \mathcal{D} . ij . Misce cum Symplo acetos. citri. Vitæ & gratum infantibus medicamentum est. Ex his varia parantur composita. Vini absinth. vsus hîc valdè commendatur. Vel tale paratur vinum: \mathcal{L} . Rad. Zedoar. dictamni Cretic. an. \mathcal{D} . ij . corallin. \mathcal{Z} . β . rad. angelic. \mathcal{D} . ij . fol. absinth. M. β . vel j . Infundantur in mensur. j . vini, de quo mane & vespere detur haustus. Vel \mathcal{L} . Lumbric. terrestr. prepar. \mathcal{D} . i . cornu cerui vsti prepar. corallin. dictamni Cretic. semin. santonici an. \mathcal{D} . β . F. Puluis. Dosis à \mathcal{Z} . j . ad \mathcal{Z} . ij . Vel \mathcal{L} . Corallin. lumbric. terrestr. C. C. vsti prepar. semin. tanaceti an. \mathcal{D} . i . F. Puluis. Vel \mathcal{L} . Semin. lumbricor. (id est, santonici) \mathcal{Z} . vij . rasur. C. C. \mathcal{Z} . ijj . flor. persic. \mathcal{Z} . i . aloës epatic. \mathcal{Z} . β . Redactis in puluerem in vitro affundantur aque silicis, fol. persicor. absinthij an. \mathcal{H} . ij . stent per dies tres in B. M. in digestionè, postea destillantur. Destillatio ter repetatur, semper aquam, quæ extillat: restanti materiæ affundendo. Dosis ab \mathcal{Z} . β . ad \mathcal{Z} . ij . Antidotus lumbricos interficiens præcipuè in febribus malignis talis parari potest. \mathcal{L} . Semin. portulac. oxalidis an. \mathcal{D} . i . coriander, brassic. myrrha. an. \mathcal{Z} . i . dictamni Cretic. \mathcal{D} . β . Coqu. in aceto, in colatura macerentur triduum sem. santonici corallina sem. apij syluest. C. C. vsti an. \mathcal{D} . ij . Postea siccantur, addaturque sem. malor. aurantior. \mathcal{D} . ijj . citri \mathcal{D} . j . Cum sacchar. succo granat. dissoluto omnia excipiantur ac trochisci parentur. Vel \mathcal{L} . Rad. gamin. M. i . dictamni albi, scordij Cretic. an. p. ij . sem. santonici corallina \mathcal{D} . i . Coqu. in aqua simpl. Colaturæ adde sacchar. albi \mathcal{H} . β . Coqu. s. a. ad syrupi consistentiam. Sub finem adde aceti acerri. \mathcal{Z} . i . β . Iulebus de quo mane detur \mathcal{Z} . β vel \mathcal{Z} . i . Composita, quæ simul vermes interficiunt & expellunt, talia parari possunt. \mathcal{L} . Corallina, sem.

A plantagin. C. C. vsti radic. dictamni albi an. \mathcal{Z} . i . rhabarb. agarisci, trochiscati an. \mathcal{Z} . ij . sacchar. q . l . F. Rotulæ. Vel \mathcal{L} . corallin. \mathcal{D} . ij . tanaceti, sem. santonic. dictamni albi an. \mathcal{D} . β . rhabarb. elect. agarici atrochiscati an. \mathcal{D} . j . sacchari in aqua graminis dissoluti. q . l . F. Mortuli, qui dantur à \mathcal{D} . i . ad ij . vel ijj . Vel \mathcal{L} . Aloës \mathcal{Z} . ii . rhabarb. \mathcal{Z} . j . myrrha \mathcal{Z} . β . trochisc. albandal. \mathcal{G} . iii . pulv. corallin. \mathcal{D} . β . Cum succo, vel extract. absinth F. Pilulæ xxi . Pueris \mathcal{Z} . i . sufficit. Efficaces quoque sunt Pilulæ pestilenciales cum extracto absinthij. Vel \mathcal{L} . rhabarb. elect. \mathcal{D} . ii . semin. sancti radic. dictamni \mathcal{Z} . ii . β . c. c. vsti vel ditioribus unicornu \mathcal{Z} . i . sacchari in aqua graminis dissoluti \mathcal{Z} . vi F. Rotulæ vel Mortuli. Vel \mathcal{L} . Sem. santonici, corallina, scordij, Zedoarie, nigella an. \mathcal{D} . i . β . gentiana, centaurij minoris, aloës, agarici an. \mathcal{D} . ii . c. c. vsti semin. acetos. angelic. an. \mathcal{D} . i . Conspergantur succo limonum cum aceto & aqua rosacea. Hoc fiat aliquoties, vltimò adde croci \mathcal{D} . β . moschi, ambræ an. \mathcal{Z} . β . Cum syrupo de corticibus citri. F. Massa pilularum, de qua detur \mathcal{D} . i . vel \mathcal{D} . ij . Vtilis est & syrupus ex foliis persici. Infantibus dari potest cornu cerui cum mechoacanna. Quia verò medicamenta infantes, qui tamen frequentissimè lumbricis laborant, amara præcipuè non admittunt, antiqui instrumentum quoddam habuerunt, quòd ab ipsis *couipons* vocatur, quòd supinis ipsis detentis ori immittebant, & per clysterem validum habentem *αυτιον* inuitis tales liquores infundebant, ut apud Paulum Æginetam, lib. 4. de re medic. cap. 57. videre est. Non solum autem interna medicamenta ad vermes vsurpantur, sed & externa ex farina lupinorum, centaurio minori, foliis persici absynthio, felle tauri, &c. Ut fiat cataplasma ex farina lupinorum, quòd efficacius est, si succus absynthij, marrubij, foliorum persicorum addatur. Vel \mathcal{L} . Succu absinthij, folior. persicor. fellis tauri an. \mathcal{Z} . β . sem. coriandr. aloës an. \mathcal{D} . i . Cum modico ceræ F. Linimentum. Vel \mathcal{L} . Oles absinth. rutacei an. \mathcal{Z} . β . fellis tauri \mathcal{D} . ii . dictamni albi \mathcal{D} . i . petrolei \mathcal{D} . ii . aloës, myrrha an. \mathcal{D} . i . cere q . l . F. Vnguentum. Vel \mathcal{L} . Olei amygdal. amarar. \mathcal{Z} . i . rutacei, petrolei an. \mathcal{Z} . β . fellis tauri \mathcal{D} . iii . aloës \mathcal{D} . ii . cere q . l . F. Linimentum. Vel \mathcal{L} . Pomum aurantium ant citri paruum, excava tantam partem, qua capiat theriaca \mathcal{Z} . ii . aloës \mathcal{Z} . i . croci \mathcal{G} . vi . Assa pomum, & succum exprime quo regio ventriculi & umbilicus inungatur. Vtilis est & theriaca aceto vel succo limonum dissoluta illita. Vel \mathcal{L} . Farin. lupinor. \mathcal{Z} . i . myrrha, aloës an. \mathcal{D} . i . pulvæ colocynth. \mathcal{Z} . iv . croci \mathcal{D} . β . fellis bouis \mathcal{Z} . i . β . aceti \mathcal{Z} . β . M. In teretibus lumbricis clysteres non conueniunt, nisi sint mortui. Nam dum percipiunt vim medicamenti, superiora versus rempunt, & varia mala excitant. Nonnulli tamen clysteribus vtuntur, sed dulcia & pingua satis magnâ copiâ permisceant, quibus alliciantur, & quasi ludificantur vermes. E. G. \mathcal{L} . Lac recens mulctum, eique partem alicuius hieræ addunt. Verùm in latis rectius conueniunt. Non enim ita faciliè ij versus superiora mouentur, sed intestinis pertinaciter adhærent. Fortioribus tamen clysteribus opus est, iique sæpius iniiciendi, & maiore copia. Ut \mathcal{L} . Absinth. scordij, abrotani, corallin. summit. tanacet. dictamni Cretic. an. M. i . semin. santonici \mathcal{Z} . β . centaur. minor. M. β . colocynth. in petia ligati \mathcal{D} . i . β . Coqu. Colat. \mathcal{L} . \mathcal{H} . i . Elect. hiera simpl. \mathcal{D} . ii . mell. ros. colat. \mathcal{Z} . ijj . F. Clyster. Atque eo tempore, quo clyster. iniicitur, simul propinetur aliquod medicamentum vermes necans, & extra quoque ventriculo applicetur. Ascarides quia sunt in intestino recto, quomodo supposititiis rectissimè educuntur, quibus admiscantur.

Instrumentum quo antiqui infantibus medicamentum infundebant.

An in teretibus lumbricis clysteres conueniant?

Ascarides, quomodo educantur.

centur resinz. his enim vermes adherent & educuntur. Fiant quoque clysteres, sed exigua quantitate, ex decocto centaury minoris, ablinthij, corallina, abrotani, dictamni & similitum cum melle rosato. Qui plura huius generis medicamenta cognoscere cupit, sylviam eorum apud Platerum, lib. 3. Practic. reperiet.

Dietæ.

Dietæ.

Cum in curatione vermium eò respiciendum sit, ut non solum vermes tollantur, verum etiam propter generationem & augmentationem materia non suppediretur, cibus ita comparatus esse debet, ut ad generationem vermium non faciat, sed ei potius resistat. Cibus ergo eorum, qui patiuntur lumbricos, ut Paulus Aegineta, lib. 4. cap. 49. tradit, sit boni succi, qui faciliè distribuatur, atque ad membra transeat, nec causam foueat. Quare vinum condecitur aquosum, non dulce, si febris absit; at si febris adsit, detur aqua de tulla gramini, acetosæ, portulacæ cum oxysacchar. simpli. vel Syrupus acetositate citri vel cereuisia pura. Panis non sit ex purissima farina, sed aliquà farina contineat, sicque bene fermentatus, & sale condatur. In cibis etiam lupini, nasturtium, beta, raphani, apium conueniunt. Lac & pisces vitentur, ut legumina. Cibi condiantur aceto, succo aurantior. limonum, citri, acetosæ, lactucæ, portulacæ. Cibus exhibeatur parè, sed frequenter, ne morfu suo molesti sint vermes. Pueris in potu ante omnem cibum decoctum Sebesten detur, ut antea quoque dictum.

CAPVT VI.

De situ intestinorum mutato & de Hernia.

Intestinorum situs mutatus.

Intestinorum conuolutio.

Situm etiam interdum intestina mutant. Ita Cardinalis, lib. 13. Anat. refert in Cardinale Campegio intestina omnia ab hypochondria retracta fuisse, ita ut cavitatis inferior abdominis intestinis destituta esset, & spina detecta. Quamobrem medicoliciuisse abdomen Cardinalis atrectanti magnæ arterie motum & vnà cum illo dignitatem perirent, illa verò durities nihil aliud erat, quam vertebrarum corpora. Conuoluntur etiam interdum tenuia intestina & contorquentur, ut via fecibus & flantibus præcludatur, quòd in Ileo accidit, qui inde etiam conuolutus & voluulus appellatur. Conuolutionis autem causa est plerumque inflammatio, interdum etiam flatus, si tenuia intestina ita impleantur, ut instar faciciminum inflatorum distenta appareant, de quo in Ileo dicitur.

De Hernia.

Hernia.

Hernia vix tantum dux sunt.

Præcipuè verò mutant situm intestina in Hernia dicta. quæ & ramex ac Ruptura & Græcis λέρα dicitur. Quamquam & nomen hoc non solum intestinorum, sed & omenti proci dentur. Vera hernia enim dux tantum dantur, nempe Intestinorum & omenti extra abdomen elapsus. Natura siquidem ut aliarum partium cavitates, ita etiam totum abdominis spatium intus peritonæo circumplepsit, ut nihil ex his, quæ in abdomine continentur, excidere possit. Verum cum testibus in vix extra abdominis spatium locus destinatus sit naturalis; atque ductibus seminariis necessariò per membranam hanc traferendum fuerit, natura in veròque latere non simpliciter peritonæum perforauit, ne quid parentiore via in scrotum descenderet & cavitare abdominis elaboraretur, sed è membrana ista veluti canalem & processum quendam eduxit & produxit per quem hæc vasa sine omni periculo traferunt. Atque in hoc ferè, seu laxato, seu rupto omnis Hernia

A causa posita est. Nam hæc membrana si rumpatur aut laxetur, partes in abdomine descendere, & pondere inferiora verius atque in scrotum recte iocent. Et quidem vbi intestinum ileum maxime excidit, hernia intestinalis, seu *επτοχία* dicitur: Si verò omenti aliqua pars descendat, *επτοχία*, hernia omentalis, vulgo etiam zirbalis nominatur. Alij tertiam addunt, quæ ex vtrâque mixta est, vbi aliquid omenti & simul intestina elapsa sunt. Porro si intestina in ipsum vsque scrotum descendant, completam & perfectam *επτοχίαν* videntur, & in specie, ut dictum, *επτοχία* & *επτοχία*. Si verò eadem partes vitra inguina non descendant, nec in scrotum delabantur; imperfectam ac incompletam herniam ac bubonocolem appellant. In feminis verò tumor hic equidem in inguine suboritur: Interdum tamen eutem valde extendit, & sub eam exporrigitur, magnumque tumorem excitat. Tumor hic si prematur cum in viris, tum in feminis, vel si homo supinis iaceat, plerumque euanescit, rursusque homine ambulante reit. His deinde veris & præcipuis herniæ differentis alijs alias addunt, quæ huius loci non sunt, sed ad tumores sereti pertinent: Si nimirum scrotum à flatu iatumeat, herniam flatusosam, & *αεμαστικήν* ac *επτοχίαν* nominant: si ab aquea materia, aquosam & *επτοχίαν*, quæ infantibus sæpius accidunt, sed proprie ramices non sunt, cum peritonæum nec ruptum, nec laxatum sit. Inter hernias deinde referantur duæ aliz species, quæ in ipso maxime canali incalescunt & vniuersum scrotum replent; quæ videlicet ex varicibus seu venis vario implexu diuaticatis & intertextis intumescuntibus nascuntur, varicosus ramex, seu *αεμαστική* appellatur; quæ ex carnea mole ibidem tuerecente oritur, & *επτοχία* nominatur, carno. a hernia. Sed nec hæc proprie dicitur hernia sunt, cum nihil in eis ex abdomine in scrotum descendat: de quibus infra. *part. 9. cap. 5.* inter morbos seroti dicitur. Ad situm verò intestinorum mutatum rectè refertur *επτοχία*, id est, vmbilici tumor, seu prominètia, seu *επτοχία*, cum luxatus vel ruptus vmbilicus, nunc nucis, nunc porri magnitudine sese ex erit, imò interdum neci instat tumor aliquando excitat. Non tamen solum in vmbilico, sed in vicinia etiam, ibi laxato, vel rupto peritonæo, præcipuè in partu, eiusmodi tumores in feminis quosdam vidi, quæ generali *επτοχία* & hernia nomine appellantur.

Hernia perfecta.

Imperfecta.

Aliz hernia differentia.

C

D

Causa.

Causa.

Generatur autem hernia, si que prolapsus intestinorum in inguina & scrotum, processu illo ex peritonæo producto vel laxato, vel rupto. Sive enim laxetur peritonæum, siue rumpatur, pondere suis intestina præcipuè tumorem omentum, solet in locum patentem, vel inguina, vel etiam proferum scrotum descendere. Causæ autem, quæ peritonæum rumpunt, sunt motus quicunque violentus, casus ex alto, percussio, saltus equitatio in leucisfore equo, vomitus, tussis, oneris grauioris eleuatio, dura alius & quæ cum difficultate red dicitur, conatus in partu, flatus in intestinis, vocis intentio, spiritus retentio, & quocumque, quod spiritum concitare, septoque transuerio & abdominis musculis tensis imperium in inferio em. r. g. em abdominis inferre potest. Tandem etiam vultus in peritonæo alicubi acceptum & quidem *επτοχία* consolidata apertum relictam causa h. n. a. *επτοχία* potest. Eadem etiam omnia, si minorem vim impendant, & non violenter processum illum rumpant, sed sensim & sæpè illum impendant, peritonæum laxare possunt: quòd maxime facit peritonæum & inguina debiles & humiditas. Partes enim debiles ac hu-

midæ faciliè laxantur, vnde pueri in herniam sæpius incidunt. Fernelius processum hunc in interlorem & exteriorem illius tunicam distinguit, & in enterocæle & epiploceæ tunicam interiorem necessariò disrumpi, externam verò duntaxat luxari scribit. Neque absurdum est, hîc idem fieri posse, quòd in aneurismate. Neque etiam *ardiplopa* sit, vtrâque arteriæ tunica rupta, sed interna saltem patente, externa verò dilatata. In fœminis idem accidit, si in inguine peritonæum laxatur, vbi vas quoddam ex vtero per illud in inguina extrorsum fertur. Si verò in umbilico peritonæum laxetur, atque intestina, vel omentum illic sub cutem procident, omphalocæle, seu exomphalon & umbilicæ procidentia nominatur. Si autem alibi circa umbilicum, nomen generis, vt dictum, retinet. Si verò in conatibus magnis, præcipuè in partus difficultate, vbi processus ille umbilico infertur, qui in fœtu vas umbilicalibus viam præbuit, posteaque coalluit, peritonæum distendatur, umbilicus aliquando in tumorem attollitur, qui tamen cessante conatu iterum recedit. Si verò rumpatur, tumor permanet.

Signa Diagnostica.

Signa.

Signa herniæ intestinalis sunt, quòd tumor modò accrescit, modò minuitur, interdum etiam ferè totus evanescit, prout maior, vel minor portio intestini descendit, vel intestina magis, vel minùs replentur, vel etiam planè retrocedunt. Compressio enim tumore aut resupinata ægro relabuntur intestina in abdomen & quidem cum murmure. Sine dolore etiam ferè hîc tumor est, nisi forsan feces delapsæ sint in intestinum, vt repelli non possint. Tum enim vehemens dolor adest. In omentali verò hernia tumor est mollis, laxis & lubricus, & ferè semper idem, cum omentum non ita faciliè reponatur, vt intestina. An verò in inguina sint delapsa intestina, vel omentum, aut in scrotum vsque descenderint, visu dignoscitur. Etenim in hubonocæle tumor rotundus est in inguine, qui pressus faciliè intrò pellitur: in scroti verò herniâ intestina, vel omentum in ipso scroto apparent.

An autem peritonæum ruptum vel laxatum sit, ex eo cognoscitur, quòd rupto peritonæo tumor subito excitatur, qui subito etiam incrementum sumit: laxato verò saltem peritonæo tumor sensim crescit. Laxato quoque peritonæo non descendit, quòd delapsum est ad fundum vsque testiculorum: cum rupto peritonæo ad fundum vsque testiculorum prolabatur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Omnis autem hernia difficulter curatur. Neque enim membrana illa tenuis & nervosa faciliè vnitur, nisi sit ruptura parua, recens, & in corpore puerili: aliàs ferè nunquam perfectè curatur. 2. Præterea etiam magnum periculum in hernia coniunctum est. Nam etsi sæpè sit aded magna ruptura, vt intestinorum magnus acervus in scrotum descendere possit sine magno dolore & vitæ periculo, & propter rupturæ ac loci amplitudinem feces sine periculo ac impedimento liberè transire possint: tamen si feces induratur, aut intestinum elapsum flatibus turgeat, vt reponi non possit, tum nisi mature malo obuiam eatur, æger intestinis inflammatis in præsens vitæ discrimen coniicitur, in ileum & huic supervenientia symptomata. Sæpè etiam accidit, vt intestina inflammata sphacelo lethali corripiantur, vt infra de vlcibus intestinorum dicitur. Rarum est, quod annotavit Guilielmus Fabricius, cent. 1. obs. 55. nobilem quandam fœminam septendecim annis hernia laborasse, & circa annum ætatis 63. torminibus maximis vexatam fuisse, in-

A testinúmque in abdominis rupturam impulsim ac inibi retentum dolores non leues, simul & inflammationem, aliáque grauiora symptomata concitasse. Vocatus ad curam Fabricius inuenit dextrum inguen gangræna affectum. Scarificatorique tumore & cæteris, quæ ad gangræna curationem atinent, adhibitis, caro putida & callositas rupturæ exciderunt: vnde symptomata, dolores, inflammatio, febri, tormina, lipothymia, nausæa & vomitus sedata sunt: sed intestinorum materia nondum penitus excrementosa, velut ilei & cæci, per abdominis rupturam excrebatur, circiter mentes duos. Ægra tamen multum nutantibus & stantibus, fauente numine, sanata & à rupturâ perfectè curata fuit, nullâ reliquâ fistulâ.

Indicationes & Curatio.

Itaque prima cura hîc esse debet, vt intestina reponantur; quòd quidem non difficulter præstare licet, si intestina sint flaccida & vacua. Tum enim resupinato ægro & cruribus eleuatis manu sensim repellenda & superiora versus comprimenda sunt intestina. Si autem turgente, vt reponi non possint, videndum est, an sint flatus in intestino, an verò steruus. Flatus ex eo cognoscuntur, si æger percipiat totum abdomen ferè à flatibus distendi, si flatus emittat & rugitus in intestinis audiantur, dolorque extendens adsit sine grauitate. Feces verò alui si intestina distendant, alius supprimitur per aliquot dies, tumorque sensim crescit & pondus maius, maiorque durities percipitur. A flatibus ergo si intestina repleantur, discutientia vsurpanda, eaque per os exhibenda, vt semen fœniculi, anisi, cumini, galanga & similia, atque eadem per clysteres inicienda, & extra dictis seminibus, item seminibus fœnugraci, foliis lauri, pulegij & similibus fomenta applicanda, quibus, si dolor adsit vehemens, addere licet mitigantia dolorem, ol. rosæ, chamæmelinum, amygdalarum dulcium. Quòd si flatus illi foueantur à cruditatibus & materia pituitosa, difficilis est curatio. Valida enim illa discutientia si adhibeantur, materiam illam per uitolam in flatus vertunt, & tumorem ita augent. Hoc in casu exhibent nonnulli ol. amygdal. ducium, quòd lubricando materiam tollit, aut alia lenientia, quæ illam euacuant. Verùm quamuis hæc, si non magna sit materię copia, adhiberi possint: tamen si maior sit copia, suspecta sunt, & verendum, ne materia illa ad locum affectum præcipitetur. Quare tum danda opera, vt materia illa sensim per clysteres & glandes educatur, & pituita per incidentia attenuetur & eliquetur, non per discutientia in flatum vertatur: quo fine imponi potest oxymel cum medulla panis vel farina triticea, aut oleo antiquo vel chamæmelino. Ipsa verò pars, quantum fieri potest, laxanda iis, quæ iam dicentur, vt dolor minuatur. Si autem feces induratur adsint, longè periculosissimum id est, ideòque mature adhibenda emollientia ex rad. altheæ, liliorum alb. foliis maluæ, parietariæ, semine lini, fœnugraci, vel farina seminis lini, & fœnugraci, butyro recenti sine sale, pinguedine gallinacæ, oleo liliorum, communi, amygdal. dulcium, & similibus, quæ cataplasmatibus modò sunt applicanda. Si cataplasmata non sufficiunt, aut non suffectura videntur, potest balneum aquæ dulcis adhiberi, in quo modo dicta emollientia coqui possunt additis etiam oleis. Nonnulli in solis olei comunis balneo ægrum per tres horas desidere iubent. In omni prolapsu rarò hisce medicamentis opus est; cum in inguine id plerumque subsistat, & ægro resupinato vel spòte, vel manus opera adhibita in locum redeat. Si tamen, quòd interdum accidit, in scrotum vsque prolabatur, eodem modo, vt de intesti-

Curatio

nis iam dictum, reponendum. Cum autem sæpe omnia hæc parum proficiant, atque ægro præsentissima mors imminet; extrema etiam tentanda sunt. Quæ de causa Paræus, *lib. 7. cap. 15.* ad chirurgiam accedere, & ductum illum, per quem intestina elapsa sunt, sectione dilatare suadet, quæ quæ ratione sit instituen- da, ibidem docet. Sed, ut ipse etiam monet, diligenter in tali casu perpendendum est, quid ægri vires perferre possint, & videndum quom- que iam malum processerit. Nam si inflamma- tio intestina iam occupauerit, & alia extren- ta mala adsint, vix hoc modo quisquam proficiat. Præterea, intestina distenta, cuiusque sum- ter incumbencia facile sectione lædi possunt. Et licet non lædantur sectione intestina: tamen nuda minus commodè, quam tute tecta, præ- cipue dolore ex sectione accedente, tractari possunt, & parum ea plerumque præstatur, sed si mors subsequatur, eius à medico, acceperat suspicio præbetur. Si verò in alijs abdominis partibus abdomen ruptum sit, tutius sectio, si opus ea sit, institui potest; cum intestina non adeo ibi distendantur, locisque peritonæi faci- lius inueniri, & digito admotò intestina intus sensim protrudi possint. Vbi iam intestina re- posita fuerint, proximum est, cauere, ne ite- rum excidant. Quæ in re maximi momenti sunt fasciæ, seu subligacula, adeo, ut in iunioribus & recentioribus rupturis tota fere curationis spes in hoc sita sit. Natura enim vel paululam arte adiuta sanæ sæpe morbos, qui insanabi- les existimabantur, & experientia sæpe obser- uatum est, etiam in adultioribus, modo inte- stina suo in loco diligenter retineantur, her- niam curatam fuisse, & si rupturâ vniri non potuit, saltem circa processus foramen quid generasse; quod intestinorum lapsus prohibe- re potuit. Et quamuis integræ sanitatis spes sæpe non sit: tamen ad necessarias actiones, si- ne damno & periculo exercendas plurimum fa- cit fasciæ aptæ vsus. Fasciæ autem parandi commodissima hæc videtur ratio. Paretur sin- gulum, seu fascia ex corio, quæ molliori li- neo vel grossipino panno, atque etiam grossi- pio nonnihil suffulto inducatur, quæ lingula stringi possit. Fascia hæc ventri infra hypo- chondria supra, coxendicem proxime inguina applicetur, ita tamen, ne partes, quæ sunt su- præ ilia & ossa, lædat & atterat. Huic fasciæ, seu cingulo alia fascia cum splenio, seu pului- nari quodam ita adaptari debet, ut quantum opus est, constringi possit, ipsamque splenium rectâ loco affecto, seu illi parti, vbi intestina excidere solent, incumbat, atque in cubitu suo intestinorum prolapsus prohibeat. Præcipua autem curâ esse debet in concinnando & ada- ptando splenio. Hoc verò non pilæ modò to- tundum esse debet, ne protuberantia illa in- terna inguina nimis comprimat, & faciat, ut foramen rupti peritonæi dehiscat; sed sit tri- quetrum, solidum quidem & compactum, in- tus tamen nonnihil cauum, ut inguinum na- turalem cavitatem aptè excipiat, & labia rupti peritonæi contineat, non laxitate nimia inte- stina protuberare permittat, nec compressione efficiat, ut labra dehiscant. Splenium hoc ex- tra obducunt nonnulli lamina argentea; vel fer- rea, vel lignea, vel duplicato aut triplicato corio: Sed idem ex panno grossipino, grossipio bene intertexto & suffulto satis commodè pa-

A rari potest, ut nec premat, nec lædat, intesti- na tamen contineat. Ut autem rectius hoc præ- stet, fasciæ, quæ ventrem ambit, nonnulli geminas habent adaptant, quæ ad humeros adscendunt & collum ambiunt. Pro fasciâ pa- ratur etiam cingulum ferreum cum scuto ter- reo, quod locum, vbi intestina procidunt, ar- ctè tangat, & intestinorum prolapsus prohi- beat. Verum instrumenta hæc parandi ratio commodissime *avbora* docet, & figuræ, quæ ha- bentur apud Paræum, *lib. 7. cap. 15.* & opti- mè apud Platerum, *Pract. tract. 3.* quæ ibi videri possunt. In alijs abdominis partibus, ut umbilico & vicinis locis, si intestina incidant, cingulum parari debet, quod abdomen eò lo- ci, vbi intestina procidunt, ambiat puluino- que locum affectum premat. Et ne cingulum hoc versus inferiora procidat, vel propendeat, fasciæ, quæ humeris sustentantur, cingulo ada- ptandæ, vel pectorali id alligari potest. Hoc modo fasciâ adaptatâ facile intestina, ne rela- bantur, contineri possunt: quod vbi factum, danda opera, ut excrementa potius mollia sint, quam dura; & alius non supprimatur, & in eiiciendis fecibus obseruandum, ut manu in- guina & scrotum contineantur, ne feces emit- tendo intestina extrudantur, deinde cauendum, ne flatus, qui intestina distendunt, ex cibis flatum generantibus assumtis produeantur. Por- rò etiam omnis motus vehemens, saltus, cur- sus, oneris grauioris gestatio, vociferatio, & alia exercitia vehementiora vitentur: & in rus- si, sternutatione idem obseruandum est, quod modo, in egerendis alui fecibus obseruandum esse diximus. Et si manu tum comprimere non liceat, crura saltem comprimenda; aut decus- satim implicanda sunt, ut ruptura contineatur & comprimatur. Frigus etiam constringendo prolapsus intestinorum promouet, & in pri- mis, si prolapsa iam sint intestina, valde iis no- cet, & ut intumescant facit. Ideoque her- niosis cauendum. Repositis hoc modo intesti- nis si malum sit maius & curatu difficilium, at- que in corpore iam adultiore, ut feliciter, ac citius succedat curatio, æger in lecto per dies aliquot se contineat & supinus decumbat. Me- dicamenta autem, quæ adhibentur, duplicia sunt, alia topica, quæ intro assumuntur. To- pica sunt glutinantia, quæ quidem sunt adstrin- gentia, sed non solum siccantia, verum etiam aliquam visciditatem habentia. Non etiam om- nia adstringentia & vulnera consolidantia æquè hîc prodesse, sed peculiariter quædam hîc com- modè adhiberi, obseruatum est. Inter quæ pri- mas tenet *symphytum maius*, seu *consolida maior*, *sanicula*, *iacca alba & nigra*, *herba Trinitatis*, *sigillum Salomonis*, *pentaphyllum*, *tormentilla*, *nu- ces capressi*, *filix*, præcipue *femina*, *hypoglossum*, *pilosella*, *perfoliata*, *herniaria*; quibus alia etiam postea addantur, *galla*, *balaustra*, *bolus Arme- nus*, *terra sigillata*, *sanguis draconis*, *mali- corium*, *ichthycolla*, *thus*, *myrrha*, *masliche*, *bdellium*, *pix Græca*, *resina pini*, *terebinthi- na*, *cera*, ex quibus composita variâ concin- nare licet. Etsi verò peritonæum ruptum vix consolidari amplius potest: tamen horum me- dicamentorum vsu, præsertim si malum recens sit, accrescere solet, quæ foramen claudis. Quod ut rectius fiat, diligenter interim cauendum, ne intestina vilo modo procidant, exi- tumque quærentia foramen iterum aperiant.

Fasciæ pa-
randi ratio.

Medica-
menta in
herniæ
surpanda.
Topica.

Itaque toto curationis tempore, vel æger in lecto supinus decumbere, vel fasciis & subligaculo intestina, neprocidant, continere debet. Quæ omnia si rectè & decenter fiant, sæpe desperatæ herniæ curantur. Refertque Ambrosius Paræus, lib. 7. cap. 15. etiam quadragenarios interdum hoc modo restitui, & à se monachum, quendam integrè restitutum fuisse, qui cum post sexennium pleuritide mortuus, & post mortem apertus esset, inuenta est circa foramen processus peritonæi substantia adiposa oui magnitudine eò loci tenaciter adhærens. Primas autem inter alia tenet emplastrum de pelle arietina dictum Arnoldi de Villanoua, quod describit *Brenarij lib. 2. cap. 44.*

Emplastrum
de pelle
Arietis
Arnoldi de
Villanoua.

℞. *Lithargyr. lapid. hæmatit. sang. draconis, boli Armeni, mastiches, gummi ammoniaci, mumie, galbani, thuris, costi, lumbricor. terrestr. an. ʒ. ʒ. rad. consolid. maioris, mediæ, & minoris, rosarum, myrrhæ, aloës, an. ʒ. iii. paleæ marinæ vstæ, gallarum immaturar. succi hypocistidis, balaustiorum, aristoloch. rotund. an. ʒ. vj. picis naualis, Græcæ, cere alba, rubra, an. ʒ. j. visci querni, terebinthina, an. ʒ. ij. sanguinis humani ʒ. ix.* Coquatur pellis arietinæ cum omnibus pilis per integrum diem, quousque planè dissoluatur & liquore assumpto gluten restet. Eius colati. ℞. ʒ. i. vel q. f. in qua viscum bulliat ad lentum ignem continuò agitando: postea reliqua in puluerem redacta, cera itidem, pix, terebinthina iniicienda, & tam diu coquenda, donec gutta super marmor proiecta coaguletur: sanguis verò humanus ipse etiam prius in furno moderato calore exiccari debet, vt possit in puluerem redigi & cum reliquis inspergi. Plura etiam alia apud Arnoldum de Villanoua loco allegato reperire est. Potest & tale fieri: ℞. *Nucum cupressi, rad. tormentillæ, an. ʒ. i. balaustiorum, cortic. granatorum. an. ʒ. ʒ. rad. consolidæ, perfoliatæ, herniariæ, an. ʒ. i. ʒ. mastich. bdellij, thuris, an. ʒ. i. boli Armeni, ʒ. ij. sang. draconis, ʒ. i. picis Græcæ, ʒ. i. resina pini, picis naualis, an. ʒ. ʒ. ʒ. terebinthina, cera, ol. hyperici compositi Solenandri, an. q. f. F. Emplastrum. Oleum autem hyperici, quòd in hoc affectu & in aliis affectibus, vbi membranæ, aut neruosum genus læsa sunt, valdè commendat Solenander, hoc modo paratur. ℞. *Ol. opt. ʒ. ʒ. i. ʒ. sem. & florum hyperici ʒ. ix. vini maluatici ʒ. viij. rad. tormentill. ʒ. iij. myrrhæ, gummi elemi,**

Oleum hyperici
Solenandri.

A *sarcocolla thuris, aloës epaticæ ʒ. i. f. lumbricorum vino lotorum ʒ. iij.* Conel-
sa & contusa misceantur & bulliant ad
consumtionem humidum in vase duplici
Deinde exprimaturoleum, Cui adde
croci ʒ. iv. olei seu labyrinthæ abietis vel
terebinthina pura ʒ. ʒ. flor. maturorum
hyperici, M. i. Infund. per dies 8. ad So-
lem aut in alio loco calido, deinde ex-
pressis atque abiectis floribus alii recen-
tes iniiciantur, idque quater repetatur.
Simplicius in hernia medicamentum est
hoc: ℞. *Rad. consolid. maioris ʒ. i. ro-
sar. rubr. farina fabar. an. ʒ. ʒ.* Omnia
in puluerem redacta cum pinguedine
capri misceantur in formam linimenti,
aut cera addita, vnguenti, & linteo in-
ducta loco affecto applicentur, singulis
diebus renouentur, & per plures dies
vsurpentur. Potest etiam aliquid addi de
pinguedine vsi. Sed talia passim plu-
rima in lectione autorum occurrunt, &
ex suprâ enumerata materia plura cui-
uis componere licet. Sed antequam ta-
lia applicentur, vel etiam cum medica-
mentum nouum imponendum est, vti-
liter locus affectus foueri potest fomen-
tis ex sequentibus paratis, *rad. consolid.
sanicula, sigillo Salomonis, rosis rubris,
bursa pastoris, plantagine auricula mu-
ris, cauda equina, radice tormentill. alu-
mine, corticibus thuris.* Post fotum inun-
gi pars vel oleo hyperici Solenandri,
vel oleo destillato terebinthina, vel ta-
li, aut simili linimento potest. ℞. *Ol.
mastichini ʒ. vi. myrrini ʒ. iii. absinth.
aloës, myrrhæ an. ʒ. i. axung. cerui ʒ. ii.
succ. radice consolid. ʒ. i.* Bulliant ad con-
sumtionem succi, colentur, atque adda-
tur aliquid de oleo terebinth. & hyperici.
Interna verò medicamenta quod atti-
net, etsi omnia illa, quæ ad vulneraria
potiones adhibentur, hîc etiam non in-
commodè adhiberi possint: tamen &
hoc obseruandum est, alia aliis esse effica-
ciora in hoc affectu, vt sunt illa nuper re-
citata, *symphytum maius, herba Trinitatis,
hippoglossum,* cuius puluis in decocto ra-
dicum consolidæ assumtus mira hîc præ-
stat, *pilosella,* cuius puluerem in cibis ex-
hibitum certò etiam prodesse comper-
tum est, *perfoliata,* quæ per signaturam
externam, vt vulgo loquuntur, seu pecu-
liarem caracterismum in foliis, quæ cau-
libus media perforatur, à natura proposita
ad hunc affectum videtur, atq; experienciâ
teste, quocunque modo assumpta herniâ
curat. Inprimis verò ad affectum hunc cõ-
mendatur *herba,* ab Hollerio in vsu ducta,
idcirco *Holleriana* appellata, & ab hoc

Interna.

Herniaria
aliàs Hol-
leriana di-
cta.

affectu *herniaria*, nominata. De hac enim scribit *Hollerius*, quod ex ea succus expressus vino rubro & per 7. dies potus hernias perfecte sanat. Et *Antonius Valerius*, in exercit. in *Hollerium*, scribit, eius aqua stillata, cum alia remedia non iuuarent, curatum esse adolescentem herniosum. Sunt & alia vitia, vt *radix caryophyllata*, *consolidamedia*, & *minor*, *Sarracenicæ*, *virga aurea*, *plantago*, *ophioglossum*. Ex his similibus vitia, quæ medicamentorum interiorum loco usurari possunt, confici solent. V. g. pulvis talis.

℞. *Herniaria*, *perfoliata*, *radix consolid. maior* an. Scrup. ij. *millefol.* Scrup. j. Fiat Pulvis. Saporis gratioris causa saccharum, vel saccharum rosar. tabulatum addi potest. Vel cum saccharo, additis ventriculo gratis medicamentis, fiant rotulæ. Vel ℞. *Radix consolid. herniar. perfoliata* an. q. s. Et cum succo *herniariæ* vel syrupo de *rosis siccis*. F. Pilulæ. Idem etiam pulvis *placentulis*, *iufculus*, aliisque cibis quocunque modo admisceri potest. Vel etiam talis potus parari potest. ℞. *Consolid. maioris*, *minoris*, *media*, *fol. plantagin. perfoliata*, *herniaria*, *millefolij*, *radix valeriane* an. Vnc. j. *rhabarb.* Scrup. ij. Coqu. in vino bono in vase duplici. Dosis sit Vnc. iij. Vel ℞. *Radix consolidate* Scrup. vi. *sigill. Salomonis* Scrup. iij. *sanicula*, *herniaria*, *fragaria* an. M. j. *sem. anisi*, *fœniculi* an. Scrup. j. b. Coqu. in s. q. aqua pro lb. i. Colatura dulcëretur saccharo cando. Vel ℞. *Rad. consolid. maior. pimpinella* an. Vnc. j. *tormentill.* Vnc. b. *bistingua*, *herniaria* an. Scrup. v. *sem. fœnicul. anisi*, *cinnamonis* an. Scrup. i. *myrrha* Scrup. b. Cum aqua rosarum chalybeatâ, vel syrupo rosarum siccarum. Fiat Electuar. de quò aliquid man. sumatur, & haustus maluatici, vel alienius conuenientis liquoris superhibatur.

Vel ℞. *Conseru. rosar. rubr.* Vnc. ij. *symplytis maior. herniaria*, *tormentilla*, *acori palustris*, an. Vnc. j. *salvia* Vnc. b. *cinamom.* Scrup. ij. Cam *sy. myrsinor. vel corallino.* Fiat Electuar. Si cui pulueres, vel decocta sumere molestum est, plantæ selectiores aridæ vino macerentur, & colatura instar elæcti propinetur, quòd minore cum nausea sumitur. Et omninò hic danda opera, cum medicamentorum continuatione opus sit, nec illorum vsu ventriculo lædatur. Ideoque ventriculo grata addi possunt. Nonnulli hanc curam vt certissimam nec sine ratione, commendant.

1. ℞. *Rad. cichorij flore albo* (circa festum D. Iacobi effodi volunt) *part. iij.* *pulsatille part. ij.* *sem. perfoliata part. j.* Fiat pulvis, de quo in prandio & cœna quantum tribus digitis primoribus capi potest, in iure carnis capiat æger vsque dum integrè restituatur.

2. ℞. *Rad. enula*, *sanicula*, *diapensias consolid. maioris*, *solidaginis Sarracenicæ*, *agrimonie*, an. q. v. Fiat Decoctio in vino & aqua ad consumptionem medietatis. Hoc decocto calido petiæ madefiant, usque quotidie locus affectus sæpiùs fomentetur, & postea sequenti vnguento inungatur.

3. ℞. *Ol. vitell. ouorum*, *pulveris tormentill.* q. s. Fiat vnguentum. Refert etiam *Paræus*, quen-dam chirurgum hoc modo hernia laborantes curasse. Magnetem in tenuissimum puluerem redi-

gebat, & in cibis exhibebat: inde verò locum rupturæ, per quem descendebant intestina, melle inungebat, & ferri limaturam aspergebat, atque id per dies 10. vsurpauit, fascia simul adhibita. Ac si aliqua fuit efficacia, proculdubio ex vi magnetis ferrum attrahentis dependebat. Atque hæc frequentissima sunt, quæ in herniæ intestinali, vel ex rupto, vel ex laxato peritonæo ortum habente, adhibentur. Verùm si ex iis integram sanitatem æger consequi non possit, fascia contentus erit, qui periculosiora medicamenta tentare non cupit. Hac enim sola si rectè contineantur intestina; omnibus vitæ actionibus sinemagno inpedimento vacare poterit. Qui verò his contentus non est,

sectionem admittere poterit, & curationem per chirurgiam, quam describit *Fallopianus*, *Paræus*, *Platerus*, *Fabricius* & alij: cuius is est commodior modus, qui fit sine testium excisione, atque etiam sine vasorum spermaticorum læsione, quòd vulgò empirici parum curant, & dum vnum morbum curant, alium fortassè grauiorem reponunt. Sed antequam alia tententur, omnia diligenter priùs perpendenda sunt, nec nimis citò ad sectionem properandum, sed alia priùs auxiliatentanda, cum sæpè etiam præter omnem spem curentur herniæ. Alium tamen adhuc modum per chirurgiam, sed sine sectione hernias curandi proponit *Platerus*, quem *Gallus* quidam vsurpauit, cui feliciter medicanti spectator *Platerus* adfuit, & ex literis testimonialibus cognouit, eum multos hoc modo sanasse. Quæ ratio cum sine dolore, aut saltem exiguo fiat, citiùsque hæmorrhagiam, est commodissima & tutissima; siquidem vasa sanguine nequaquam tinguntur, ideoque meliùs conspici & tractari queunt, eoque magis optanda in masculis, quòd citra testiculi ablationem & castrationem perficiatur, hoc modo. Cauterium potentiale puld supra testiculi regionem lateris rupti, vbi peritonæi processus saccum subit, collocauit, ea quantitate, vt semidigiti longitudine cutem mortificando escharam inusserit, qua mox discissa, aliud cauterium imposuit, donec cute integrè ablata pinguedo apparuit, quam forcipe discidit eo vsque vt processus vasa seminaria deferens pateret. Quibus biduo peractis vasa illa digitis à processu artificiosè separauit & acu curuata filum subduxit, processumque leuiter strinxit, nullum planè dolorem tunc inferendo. Filo postmodum successu temporis sponte elapso, admotis vnguentis sarcoticis, carnem calli instar sensim illic produxit, quæ eò faciliùs huic processui, cum tunica illa elythrois rubra, carnosa musculosâque sit, accreuit, & sic premendo ac opplendo locum deperditæ substantiæ viam prolapsuris visceribus occlusit, sicque curam integrè & feliciter citra castrationem absoluit. Quæ hæctenus de cura herniæ intestinalis dicta sunt, applicari quoque possunt herniæ ex omenti prolapsu ortæ. Idem etiam in eius curatione sunt scopi. Primò videlicet reducendum est omentum, quod manuini fit opera: deinde prohibendus elapsus, quod fit fascia & medicamentis astringentibus, quæ modò enumerata sunt. Quod si his hernia non curetur, etiam per sectionem curari poterit. Eadem etiam planè ratio est omphalocelen curandi.

Sectio.

Herniam curandi modus chirurgicus sine sectione.

CAPVT VII.

De ani procidentia.

Ani proci-
dentia.

Prolabitur interdum & anus, seu podex ac intestini recti pars exterior ita, vt post consuetam illam, quæ in excrementis alui egerendis accidere solet, eminentiam, rursus in locum suum & intra corpus reduci nequeat, sed extra promineat; quòd malum *ani procidentia* nominatur.

Causa.

Causa.

Accidit autem ani procidentia variis de causis: primò ex magno conatu, si anus ad eò propellatur, vt partem intestini recti secum trahat, eamque à membrana mesenterii, quæ intestina suspensa retinet, non nihil auellat. Et si enim anus musculos oppositos habet, qui eum naturaliter in excrementorum expulsionem exsertum retrahunt: tamen si nimis exseratur, aliisque vinculis non sustineatur, soli id præstare nequeunt. Fit autem hic conatus nimis in fecibus alui duris excernendis, item in partu difficili & laborioso. Præterea sæpè hoc accidit ob magnam irritationem, vnde ani procidentia sæpè in dysenteria & hanc sequente tenesmo contingit. Ex incisione etiam in perinæo iuxta anum pro vesicæ calculi extractione & ob cruciatum illum podicem propulsus fuisse Platerus vidit. Deinde accidit ani procidentia ob musculos, qui post alui egeritionem anum propulsus retrahere solent, imbecillitatem, aut resolutionem. Atque ob hanc causam prolapsus quidem anus extra remanet, verum non nisi magno conatu præcedente prolabitur. Accidit autem hæc imbecillitas musculorum, vel quia ani procidentia frequens & diuturna accidit, vel à refrigeratione eorum & sessione super lapide frigido aut mora in aqua frigida. Quibus nonnulli & molliem nimiam ac hamectationem addunt, qua de causa infantibus hoc malum familiarius est. Resolutio verò, de qua infra suo loco dicitur, à defluxione ex superioribus quidem fieri non potest; cum impossibile sit, vt humor ex superioribus defluens tantum in eos exiles neruos sese infundat, vt non si mal superiores & vicinos afficeret. Verum si nerui circa ossis sacri, aut coxigis regionem contundantur, aut valde refrigerentur, musculos hos resolui & anum inde procidere posse, non impossibile est. Idem etiam fieri potest ab abscessu vel fistula circa musculos sphincteris; vbi tamen etiam irritatio locum habet.

Signa Diagnostica.

Signa.

Malum ipsum per se patet, & visui manifestum est. Causas quod attinet, si magnus feces excernendi conatus, vel partus laboriosus & difficilis causa sit, id ex relatione ægri patet. Si ex irritatione sit, æger dolorem insignem percipit. Si ex debilitate musculorum, frequens fuit hoc malum, aut refrigeratio musculorum ani præcessit. Eadem etiam resolutionem inducere potest, vt & percussio, vel lapsus in eum locum, quòd ex relatione ægri intellet. Et prolapsus ani ex imbecillitate musculorum eum retrahentium hoc habet peculiare, quòd anus non procidit, nisi per conatum prius extrudatur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Difficilius hoc malum curatur in senibus, quàm in iuuenibus. 2. Si ob conatum solùm vehementem, nulla alia causa accedente, podex prolabatur, interdum sponte in locum suum redit, vel manus opera facillè reducit. 3. Si cum fluxu ventris & dysenteria ac tenesmo sit ani procidentia, vix cu-

ratur, nisi causa sublata. 4. Si ab imbecillitate aut resolutione musculorum originem habet & quotiescunque alius excernitur, procidit, vix curatur. 5. Omnium periculosissima, & quæ vix curatur, ani procidentia est, quæ accidit ob auulsionem intestini recti à membranis, quibus retinetur.

Indicationes & Curatio.

Curatio.

Anus prolapsus intra corpus reponendus molli-
ter manu ægri vel Chirurgi. Quòd si intumuerit, & inde repositio impediatur, fouendus decocto maluæ, althææ, florum chamæmel. seminis fenugræci, lini, & iungendus butyro, vel oleo chamæmelino, vel æger collocandus in balneum è modo dictis paratum. Repositus autem anus in suo loco retinendus partim adstringentibus, partim causticis, quæ ani procidentiam excitauerunt, ablatione. Proinde podex repositus fouendus decocto corticum granatorum, flor. rosar. rubrarum, plantaginis, balaustrorum, burse pastoris, baccarum myrti, sumach, thuris, facto vel in aqua calida, vel in vino rubro adstringente: postea locus iungendus oleo rosaceo, myrtino, & inspergendus puluere ethure, mastiche, sanguine Draconis, floribus rosarum rubiarum, balaustris, gallis, sumach, myrtillis. Causa: vt declinentur, & auertantur, si conatus vehemens ob difficultatem egerendi causa sit, danda opera, vt alius laxa sit, ac feces molliores, & ad facti è excernendum apæ reddantur, ne tanto conatu in excernendis is opus sit. Si ab acrimonia humorum, quòd in dysenteria & tenesmo fieri solet, sit ani procidentia, humorum acrimonia temperanda, siquo auferendi, vt de tenesmo dicitur. Si quæ solutio continui facta sit, & membranæ ac vincula illa, quibus intestinum rectum vicinis partibus connectitur, rupta, consolidantia exhibenda, qualia ferè in hernia vsurpari solent. Si ab imbecillitate, vel resolutione musculorum, ea, quæ in paralyti vitia sunt, quæque anum roborant ac firmant, vsurpanda. Vtiles hic imprimis sunt suffitus & fumi *ethure, mastiche, ladano, colophonis, rosis rubris, bdellio, nucis moschata, caryophyllis, macere*. Vel foveatur anus decocto, aut immergatur balneo, quòd vim neruos roborandi, & intempericem frigidam corrigendi habet, parato è *consolida, foliis quercus, millefolio, betonica, salvia chamæpithy, primula veris, stæchade, & similibus*. Vel iungatur oleo nardino, laurino, costino & similibus. Vid. Amatus Lusitanus, *centur. 1. cur. 39*. Guilielmus Fabricius etiam, vt refert *cent. 3. obser. 76*. Vitum quinquageuani, cui, cum in via aliam exonerare vellet intestinum rectum prolapsum erat, & ex aère frigidiore dolor maximus in eo exortus, & intestinum rectum prolapsum ad magnitudinem ouis struthij tumefactum & excrementa continuo, eaque liquida & viscida effluebant, sic curauit. Primò sequens applicauit fomentum. *℞. fol. & flor. verbasci albi, flor. meliloti, chamæmeli, rad. & fol. alth. an. M. j. sem. lini, fenugræci an. ℥. j. anisi ℔. j.* Coqu. in lacte vaccino recenti: in decocto isto linteamina duplicata intinxit, & per horam integram calidè applicuit. Deinde toti intestino sequentem insperxit puluerem. *℞. ros. rubr. cort. granat. nuc. supressi mastich. thuris, croci martis, plumbi vsti an. ℔. j.* F. Puluis. Tandem caput ægri in terram inclinavit, pedes verò vt in alium à duobus fortibus viris eleuarentur, curauit, mox indice manus dextræ hnteo molli inuoluto, & deuocto præscripto intinctò, ac in medium intestini, quod prolapsum fuerat, immisso, id in locum suum facillè reduxit, & postea etiam, quæ necessaria erant, peregit.

CAPVT VIII.

De vulneribus intestinorum.

Causse.

Intestina, vt aliàs corporis partes, à variis telòrum generibus vulnerari interdum, notissimum est. Hoc verò rarum est, intestina à causa interna & flatibus rumpi. Obseruauit tamen id bis Beniuennius, vt de *abdit. sanat. causis cap. 67.* refert, primò in muliere quadam, quæ cum intolerabili ventris dolore modò suprà, modò infrà vmbilicum premeretur, nec vllus spiritus erumperet, scisso ieu rupto tandem intestino vitam finit: Dsinde in rustico, qui cum post longas ventris torsiones diem obiisset, & mortui corpus incideretur, longa in intestino fissura inuenta est, è quâ etiam recentes vix, quas paulò ante comederat, proruperunt. Præterea à vermibus quandoque intestina perforantur, vt annotarunt Paulus Ægineta, *lib. 4. cap. 57.* Auic. *lib. 3. fen. 16. et. 5. cap. 1.* Petrus Apponensis *diff. 10.* Nicolaus Florentinus, *serm. 5. tract. 8 cap. 54.* Paræus, *lib. 19. cap. 13.* Thomas à Vega, *ad cap. 5. lib. 1. de loc. affect. Galeni.* Trincauellius, *lib. 9. de rat. curandi par. iculus corporis humani affectus cap. 11.* Petrus Forestus, *lib. 7. obser. 35. in schol.* Tandem etiam obseruatum, vt in Schenckij obseruat. *lib. 3. obs. 266.* habetur, fracta costa spuria eiusdem particulam palmæ longitudine in abdomen penetrasse, intestinum rectum perforasse, & summo cum cruciatu septima die per aluum excretam fuisse.

Signa Diagnostica.

Si vulnus in abdomine acceptum in cauitatem eius vsque penetret, intestina vulnerata esse suspicio est. Quæ verò vel gracilia, vel crassa vulnerantur, gracilia intestina, & præcipuè ieiunum, vulnerata esse cognoscitur, quòd si cibus, & potus per vulnus exeant, præcordia duriora reddantur, bilis vomituræiciatur, dolores fiant magni, febris adsit. Si crassa vulnerata sint, ex stercoreis per vulnus egressa, vel eius è vulnere odore cognoscitur, alius supprimitur.

Prognostica.

Intestinorum tenuium vulnera habentur lethalia, vt est apud Hippocratem, *6. aph. 18.* & Galenum, *6. method. med. cap. 2.* quia eorum tunica neruosa est, multis vasis referta, bilèmq; recipit, ac ipsa epi propinqua sunt. Quandoque tamen & tenuium intestinorū vulnera sanata fuisse, obseruat. Medicorū passim docent. 2. Crassiorum verò intestinorum vulnera, si sint parua & secundum eorum longitudinem, facilius curantur; eùm quia pauciora & minora vasa habent, tum quia medicamenta per clysteres iniecta facilius penetrare ad locum affectum possunt. Si verò sint magna, & per transversum, sunt periculosa. 3. Si ab aëre alterantur intestina, & liuida reddantur, malum incurabile est.

Indicationes & Curatio.

De Intestinorum vulnerum curatione diligenter agit Galenus, *6. meth. med. cap. 4.* Nimirum primò intestinum vulneratum, si fieri potest, consueudum. Secundò medicamenta ei applicanda. Tertio, si prolapsum sit, in suum locum reponendum. Quarto curandum, ne feces in transitu ipsi noceant; tandemque abdominis vulnus consolidandum. Ne tamen affluxus humorum fiat, venæsectio, si opus, instituenda. Primò ergo si vulnus amplum sit, & intestinum vulneratum sit prolapsum, statim vulnus suen-

Adum, si opus sit, & in suum locum reponendum. Nisi enim id statim fiat, ab aëre ambiente alteratur, ac liuidum euadit, & omnis curationis spes præciditur. Et si verò varij intestina consueudi modi ab Autoribus traduntur: tamen commodissimum est ac subtili breui & rotunda & filo lineo, forti & quali ea consuere, eo ferè modo, quo pelliones pelles & vulgo linreamina consuere solent. Sutura autem facta filum non abscindendum est, sed vtriq; extremitas eius extra vulnus propendere debet, vt postea suo tempore extrahi possit. Postea vino albo tepido, vel in quo rosæ, chamæmelum, absinthium coctum sit, abluendum, & puluere aliquò adstringente & glutinante: ex aloë, mastichæ, thure, sanguine Draconis, mumia conspergendum, ac in locum suum reponendum, & manibus leniter id & blandè intromittendum. Quòd si facillè fieri non possit, & intestina aeris ambientis frigiditate alterata inflata sint, ac intumuerint, statim fouenda spongiâ aqua calida madida, iunctimque vinum calefaciendum, & eò spongia imbuta intestino apponenda. Quòd si nondum satisfecerit, fomententur intestina decocto calefaciente ex floribus chamæmeli, anetho, absinthio, baccis lauri, semine anisi, fœniculi, vel columba aut gallina per medium secetur, & intestino tumenti admoveatur. Vbi iam intestinum detumuerit, inungatur oleo mastichino & chamæmelino, & suo loco reponatur, ægro ita collocato, vt pars abdominis vulnerata sit loco superiore, & in altum attollatur. Quòd si hoc modo intestinum reponi non possit, incidendum tantum cutis & peritonæi, quantum ad intestinum, quòd excidit, reponendum satis est.

Instrumentum verò ad sectionem hanc commodissimum est, quo ad fistulas incidendas, chirurgi vtuntur, & syringotomum appellant, quòd in extremitate, ne viscus aliquod inter secandum lædatur, globulo ferreo, vel plumbeo munitum sit. Sectione facta candela cerea imponenda est, quæ non extrahenda, donec reposita fuerint, intestina. Vbi reposita fuerint, splenis & fasciis munienda, ne iterum excidant, & victus recta ratio ineunda, ne flatibus, qui intestina distendunt, generentur. Tandem etiam abdominis vulnei prospiciendum: quòd qua ratione fieri debeat, infrà suo loco dicetur. Vt verò facilius vulnus intestinorum consolidetur, medicamenta consolidantia vsurpanda, & quidem si vulnus sit in intestinis superioribus, exhibendum decoctum florum rosarum, consolidæ maioris, pilosellæ, equiseti & aliarum plantarū vulnerariarum, vel diatragacanthum frigidum, vel conserua rosarum rubrarum, cum holo Armeno, terra sigillata, vel Diacydonium cum puluere aut conserua rosarum rubrarum. Si verò crassa intestina vulnerata sint, clysteres ex istis medicamentis parati iniiciendi. Cibis quoque admisceantur pulueres ex corallis, bolo Armeno, rosis: in potu mastiche dissoluatur.

CAPVT IX.

De vlcerebus & sthacelo intestinorum.

Exulcerantur quoque sæpè intestina. Id quod fit, cum ab assumtis medicamentis acerbis, tum ob affluxum humorum acrim; id quod imprimis in dysenteria euenire solet. In cuius explicatione cum ea etiam, quæ de vlcerebus intestinorum dici possunt, proponi soleant, hic plura de vlcerebus intestinorum non addimus, sed lectorem ad caput de dysenteria remittimus. Præterea quoque

Sphacelus
intestini

intestina sphacelo interdum corripuntur. Id quod accidere solet in vulneribus abdominis, in quibus intestina extra abdomen prolapsa ab aëre externo alterantur, & luida ac nigra euadunt, & tandem putrescere incipiunt. Imprimis verò id accidit in hernia, ileo, & intestinorum inflammatione, quæ tandem sphacelum degenerare solet, qui incurabilis est, hominiquè mortem adfert. Imò interdum non solum intestina putrescunt, sed & superiacentes partes abdominis putredine corripuntur ita, vt tandem foramine aperto feces per id egrediantur. Id quod bis vidi, primò in fœmina quadam, quæ cum hernia in dextro inguine laboraret, nec de eo quippiam significasset, ac pondus quoddam eleuasset, intestinis, eo loci prolapsis de grauissimis doloribus conqueri cœpit; sed cum quis reuera morbus esset, aperire nollet, tandem intestina prolapsa inflammata sunt, & sphacelo correpta; imò partes intestinis incumbentes eo loci putredine corripere cepunt, vt foramen tandem aperiretur, per quod facces cum summo fœtore exibant. Deinde in iuvene quodam, qui cum herniâ laborans curru velociter vectus intestinorum prolapsus passus esset, nec in pago, quæ ei succurreret, aliquem haberet, intestina inflammata, & tandem sphacelo correpta sunt, à quorum putredine aliquot locis musculi & cutis abdominis putredine & sphacelo correpta sunt. Tandem patiuntur interdum & cancerum intestina, vt infra, *sect. 2. cap. 1.* ex historia, quam Petrus Sal. Diuersus refert, constabit.

CAPVT X.

De intestini recti morbis in specie.

IN specie verò intestinum rectum multis morbis, imprimis tumoribus & vlceribus corripitur. patiturque præter naturam intestinum rectum inflammationes, hæmorrhoides, condylomata, ficus, cristas, rhagades, vlcera, fistulas. Præter naturam etiam clauditur interdum, de quo supra *cap. 3.* dictum.

Inflammatio ani & hæmorrhoides.

Causæ.

Primò autem interdum inflammatio corripit, sanguine per venas ei insertas in eum effuso. Id quod accidit ex longa & dura equitatione, vel percussione aliisque causis violentis, item ab hæmorrhoidibus restrictis, vel à cauteriis & medicamentis corrodentibus dolorem exiccantibus, & sanguinem eò trahentibus.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur ani inflammatio, vt aliarum partium, è tumore calido, dolore acuto, qui premedo irritatur, alius difficulter redditur, & sæpè dies aliquot subsistit, accedit febris.

Prognostica.

1. Inflammatio ani malum est curatu difficilè & periculosum. Afficitur enim pars acuto sensu prædita, quæque medicamentis acrioribus facilè irritatur. Præterea excrementa alui excernenda medicamentorum applicationem impediunt. 2. Ob loci caliditatem & humiditatem inflammationes facilè in vlcera degenerant.

Curatio.

Vt sanguis à loco affecto auertatur, vena primò in cubito aperienda. Postea deriuationis gratia, si opus sit, etiam in talo vena aperiiri potest. Venæ sectione peracta parti affectæ repellentia applicanda, mixtis tamen anodynis. Hinc in augmento aliquid disuentientium addendum, quæ versus statum & in

A statu augenda. Si suppuratio prohiberi non potest, in statu maturantia apponenda. In principio ergo apponantur folia solani aut portulacæ, mica panis aqua rosarum madida, oleum rosaceum cum vitellis ouorum coctorum mistum. In augmento apponatur medulla panis triticeus cum oleo amygdalarum dulcium mista. In statu fiat fomentatio ex decocto maluæ, althææ, florum chamæmeli, meliloti, aut cataplasma ex iisdem, addita farinâ seminis lini. Si ad maturationem tendat, radix althææ & farina tritici addi potest. Et quidem si inflammatio ad suppurationem tendat, statim adiuuanda & abscessus aperiendus, antequam plenam mutationem assecutus sit. Etenim pus diutius retentum intestina & vicina loca corrumpit, & vel gangrænam vel fistulam excitat.

Ad tumores ani etiam *Hæmorrhoides* pertinent. Quandoque enim extremitates venarum in ano intumescunt, quandoque etiam inflammantur & magnum dolorem coniunctum habent. Verùm eadem venæ etiam sanguinem fundere sæpè solent, atque insigne id in multis morbis est symptoma, infra in symptomatibus, quæ intestinis acciderent, explicandum. Quapropter ibidem coniunctim ea, quæ de hæmorrhoidibus à Medicis tradi solent, proponemus.

Condylomata, thymi, ficus, crista.

Vt in aliis corporis partibus varia verrucarum genera oriri solent: ita etiam in ano, quæ in specie condylomata, thymi, ficus & cristæ appellari solent. Ideoque quæ in genere de verrucis dici possunt, huc non afferemus, sed ad suum locum referuabimus; ea verò, quæ suo propria sunt, hic saltem explicabimus. Condyloma tamen nonnulli ad verrucas non referunt, sed pro peculiari tuberculi genere habent. Cùm enim cutis ani sit rugosa, si ruga aliqua intumescat, & indurescat, condyloma appellatur, seu vt Aëtius *cent. 4. ser. 2. cap. 13.* scribit, *Condyloma* est tumor quidam pelliculæ ani; tuberculum nimirum durum & obscalescens, ex humore melancholico eò affluente sensim excrecens, & tædio potius plerumque, quam dolore molestum. Interdum tamen etiam inflammationem coniunctam habet. *Thymi* verò sunt verrucæ asperiores, angustam basin & latam superficiem habentes, & ad rubedinem tendentes, thymique florem referentes, quæ in superiore parte facile sanguinem fundunt. Si thymi multum excrecant *Ficus*, seu *Sycofes* appellantur. Et quidem è thymis aliqui sunt mansueti, aliqui maligni, & ex malignis aliqui cancerosi. *Cristæ* tandem sunt carnis excrecenciæ circa anum pullulantes, & ex præpostera venæ ortæ, ad quarum radices plerumque scissuræ, seu thagades adsunt. In Germania nostra, Deo gratia, rarissimum malum est, sed pueris Romæ agentibus accidere, scribit Amatus Lusitanus, *centur. 2. cur. 87.* morbumque hunc se Romæ & Bononiæ in Nosocomio vidisse refert Forestus, *lib. 23. obs. 7. in schol.*

Signa Diagnostica.

Tumores hi facilè visu cognoscuntur, & ab hæmorrhoidibus discernuntur. In hisce enim affectibus sola cutis afficitur, nulla verò vena, id quod in hæmorrhoidibus accidit. Hæmorrhoides etiam sanguine turgidæ magis nigricant.

Prognostica.

1. Thymi pessimi sunt, & maximè vbi sanguinem effundunt, & si maligni ac cancerosi sint, praua symptomata inducunt, dolores ingentes, inflammationes, febres, & depascentia vlcera. 2. Periculosiores hi morbi sunt, quo sunt diuturniores; præcipuè si malignas luis venereæ coniuncta sit.

Hæmor-
rhoides.Condyloma-
mata.

Thymi

Ficus.

Crista.

Signa.

Prognosti-
ca.

Curatio.

Hæc mala quidem in principio medicamentis curantur: Si verò iam diuturna sint, ad manuum operam confugere oportet. Apponantur autem folia rubi virgata, vel ferrugo cum succo verbaschi imponatur. Vel ℞. Squama æris, ℞. j. auripigmenti, ℞. b. alum. scissil. ℞. ij. Et cum ol. rosaceo in formam ungenti redigatur. Vel ℞. Spuma argenti, cerussa, ammoniaci, bdely, an. ℞. ij. terebinth. ℞. j. cere, ℞. b. Arida cum succo solani conterantur & reliquis miscantur. Ut verò condylomata, ficus & thymi non renascantur.

℞. Cinerem sarmentorem vitis, & cum aceto illinatur, quoddam etiam exstantes tollit, vt Aecius scribit. Plura vide apud Aecium, *scrab. 4. ferm. 2. cap. 4.*

Rhagades ani.

Payda. Græcis, Latinis scissuræ, fissuræ, rimæ, vt in albis corporis partibus accidunt, manibus, pedibus, labiis, vteri ostio: ita etiam in ano, ac recti intestini extremitate, aut sphinctere, seu musculo anum claudente accidere possunt. Sûntque rhagades, seu scissuræ ani oblonga quædam in eo vlcuscula sine tumore, us similia, quæ interdum in manibus à magno frigore excitantur. Sûntque alia superficialia scilicet, alia profundiora: alia sine durtie & callo, alia callosa latera habentia: alia humida & suntem fundentia, alia sicca & cancrrosa. Funt autem talia vlcera vel ex affluxu humorum acrium & erodentium, & lentorem quendam, ob quem partibus adhærent, participantium, bilis scilicet, & salis pituitæ, id quod accidit sæpè in dysenteria & hæmorrhoidum fluxu, vel ob partium harum siccitatem, ob quam anus finditur, & rimas quasi agit. Interdum etiam intemperies sicca acres humores coniunctos habet. Humor affluens quandoque etiam malignus est: id quod in læ venerea accidit. Excitantur & ob condylomatum inflammationem extensionemque. Funt quoque in ano istæ scissuræ ob secum siccitatem & durtiem nimiam, quæ in exitu anum distendendo cutem ibi rumpunt. Idem præstare possunt glandes acres, clysteresque acres iniecti, vel non rectè iniecta clysteris fistula, emplastra item calida & siccantia admota.

Signa Diagnostica.

Morbus hic oculis expresso ano patet. Si ab acris humoribus ortæ sint rhagades, pruritus & dolor acerrimus cum ardore anum infestat. Si humor sit virulentus, ex ardore, tetro odore & sanie praua effluente id cognoscitur. Et vtrum saniosa, callosa, vel cancrrosa sint hæc vlcuscula, etiam visu percipiuntur.

Prognosticum.

1. Importunissima sunt hæc vlcera genera; cum maximos dolores, tenesimum, & ingentes molestias creare solent. 2. Rhagades ani difficulter curantur. Primò cum sint in parte exquisito sensu prædita, & quæ acris medicamentis facillè irritantur: secundò quia ab excrementorum transitu læduntur: tertio quia medicamenta debitum temporis spatium ad vires exferendas non habent; cum sæpè æger inrempestitiè ad feces alui excernendas stimuletur. 3. Malum hoc, si recens sit, medicamentis cedit: ac si diuturnum sit, labra collata sunt, vlcus sit corrodens, vel in fistulam abit, malumque sit pertinax, quoddam remediis amplius non cedit, sed chirurgiam requirit.

Curatio.

Curatio in eo consistit, vt causæ mali, si adhuc præcenses sint, tollantur, deinde ipsum vlcus sanetur. Si ergo ex siccitate nimia sint rhagades, intemperies sicca corrigenda humidantibus, vt ℞. Me-

A dulla crurum vituli, pinguedinis gallina, anatis, butyri recentis, ol. amygd. dulc. papauer. sesamini an. ℞. ij. lithargyri ℞. b. tragacanth. ℞. j. cere q. s.

F. Unguentum. Si ex humorum vitiosorum affluxu malum sit, ij temperandi, alterandi & euacuandi. Fortiora tamen medicamenta vitanda, sed lenia vsurpanda, castia scilicet, manna, syr. ros. solutiuus, thabarbarum, electuar. diacatholicum: & si ab epatis, vel alterius visceris intemperie vitiosi humoris generatio proueniat, ea temperanda & corrigenda, vt alibi dicitur. Si quoque alix causæ sint, quæ vlcera hæc inducunt, tollendæ, vt si dysenteria vel hæmorrhoides fluentes ea excitant, ea mala curanda. Si fæces duræ sint, emolliendæ clysteribus & aliis modis. Vniuersalibus præmissis topica vsurpanda, respectu tamen ad causam habit.

B Si sicca rimæ sint, sequens unguentum vtile est. ℞. Pingued. gallin. anatis, medulla coruin. vitulin. butyris. sale, an. ℞. ij. lithargyri ℞. j. ol. amygd. dulc. ℞. b. Misce. Si humidæ sint, saniosa & virulenta, fomententur sequenti decocto, ℞. Fo. plantag. rubi, flor. ros. rubr. an. M. j. hordei non ex-corticati M. b. alumin. ℞. j. Coqu. in aqua purâ; sub sinem adde vini albi tertiam partem. Post fomentationem sequenti unguento illinantur. ℞. Cerussa loa, lithargyri, aloës, mastiches, thuris, sarcocolla, boli Armeni, an. ℞. ij. Puluerifata subtiliter cum ol. ros. s. q. misceantur in mortario plumbeo, & addendo parum cere fiat unguentum. Vel ℞. Cerussa, plumbi vsti, lithargyri, alumin. thuris an. ℞. i. pingued. gallin. anath. suilla, non salsa, ol. amygd. dulc. papau. an. ℞. i. b. Lento igne misceantur, & cum cere s. q. fiat unguentum. Habentur & apud Galenum, 9. de compos. med. s. loc. cap. 6. plurima medicamenta ad ani vitia ex antiquis descripta. Si feruor adsit & cancri suspicio, ℞. Succu plantaginis portulacæ, selani an. ℞. ij. ol. ros. ℞. j. Agitentur in mortario plumbeo, & addito cere modico fiat unguentum.

Vlcera ani.

Vlcera etiam ani ex affluxu humorum vario ac præcedentibus inflammationibus & abcessibus varia sunt, quædam benigna & simplicia, alia corrosiua, putrida, callosa ac fistulosa.

Causæ.

D Causæ horum vlcera sunt, inflammatio, tubercula varia, hæmorrhoides, vulnera, equitatio longa, alixque externæ læsiones: humorum ad partem hanc effluxus varij.

Signa Diagnostica.

Si vlcera externa sunt, oculis patent: quæ verò intus latent, ea ex emanante sanie & dolore percipiuntur.

Prognosticum.

Externa & benigna vlcera vt facillè deprehenduntur: ita etiam facillè curantur. Quæ verò maligna sunt, & occulta difficulter curantur; cum pars hæc exquisito sensu prædita sit, & medicamentis acrioribus facillè exasperetur, & à transeuntibus excrementis inquinetur. Ideoque talia vlcera, si magna sunt, lethalia sunt.

Curatio.

Medicamentis autem indigent valdè exiccantibus & adstringentibus, quæ tamen citra mordacitatem id præstent. Ideoque primò vlcus abstergere & mundare oportet, vel lacte, si dolor sit, vel decocto hordei, vel vino mulso. Exiccantia autem parantur ex aloë, thure, aristolochiarotunda, charta combusta, pompholyge, quibus si per siphonem iniici debent, additur laccus plantaginis, equiseti, centummodiæ. Vel ℞. Ung. diapompholyg. albi camphorati. an. ℞. j. b. ol. myrtini, rosæ, an. ℞. b.

Rhagades ani.

Differentia

Signa.

Prognosticum.

Curatio.

Fortiora medicamenta in fissuris ani vitanda. Topica.

Vlcera ani.

Causæ.

Signa.

Prognosticum.

Curatio.

manna thuris, aloës, an. ℥. j. B. lithargyri argenti
℥. s. succi solani, verbasci, plantagin. an. q. s.
 Misceantur in mortario plumbeo, & fiat unguen-
 tum. Vel *℥. Cerussa, spuma argenti, an. ℥. s. thuris,*
alum. scissil. an. ℥. iij. aloës ℥. j. croci ℥. ij. ce-
ra, ol. myrtini, an. q. s. Fiat unguent.

Fistula ani.

Fistulæ ani. Si inflammationes, tumores, & vlcera ani vel Medici negligentia, vel ægri morositate non rectè curentur, ex humore corrupto & sanie intus relicta fistulæ excitantur. Humor enim ibi hærens cuniculos quasi agit, vicinâque partes corrumpit.

Differentia.

Differentia Fistulæ autem ani alix vnum sinum habent, alix plures; & alix vel in intestinum rectum vel ad vesicam penetrant, alix ad vicinas partes non penetrant.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscuntur vt alix fistulæ ex figura, vnde & nomen habent, quoddam orificium vlceris est angustum; sinus verò intus latens, & labia eius plerumque intus sunt callosa. Excernitur etiam inde sanies, (modò orificium eius non claudatur. Tum enim nihil excernitur, & vicinæ partes tumidæ fiunt) aliquando aquosa, aliquando virulenta.

Fluxus alui Notandum tamen hic, quod aliquoties obser-
crinus p. uauit, interdum accidere, vt ichor quidam & aqua
fistula ha- citrina, quasi ad nigrum declinans, ex ano per hæ-
bitus, morphoides effluat, cum alius excernitur, aut potius post alui excretionem, aliàs verò non. Quem fluxum à nonnullis pro fistula ani habitum & in explorando eo cum damno hominis, qui fluxum hunc patiebatur, laboratum fuisse memini. Ego talem fluxum pro fistula ani habere non potui, cum sciam ad annos viginti eum interdum durasse sine omni incommodo, & neque etiam alio, quoddam in fistulis accidit, tempore nisi dum excrementa redduntur, effluat, et si per diem vel biduum, æger non excernat; neque quid exulceratum sit, sed ex hæmorrhoidibus saltem ichor effluat. Cum enim natura aliàs sanguineam, eumque sæpè ichorosum, per has vias expellere solet, in quibusdam etiam continuè ichorem quendam melancholicum ad has venas protrudit, qui in extremitate earum hærens, dum excernitur alius, exprimitur. An verò vnus vel plures sinus sint, stylo immisso exploratur. An in intestina fistula penetret, etiam stylo immisso deprehenditur, qui digito in anum immisso tangi potest. Si tamen fistula sit tortuosa, vt stylus in anum facile penetrare non possit, ex excrementis id deprehenditur; cum aliquando per fistulam feces alui reddantur, & liquor in fistulam iniectus per anum exeat, & contra in anum infusus per fistulam egrediatur. Si ad vesicam penetrat fistula, vrina per eam redditur. Interdum ad intestinum rectum & vesicam simul penetrat, ac tum mistione crepitus è pudendo, perinde atque podice, emittitur: deinde puris atque etiam fecis nonnihil mistum vrinx prorupisse obseruatum. Si fistula est in musculo sphincterem claudente, feces alui non retinentur debito modo, sed præter voluntatem exeunt.

Prognostica.

Prognostica. 1. Ani non penetrantes fistulæ penetrantibus minus periculosa sunt, Paulus Ægineta, *lib. 6. cap. 68.* 2. Non penetrantes fistulæ si copioso fluxu, aut fetore, aut alio modo nihil incommodi afferant, sed potius natura superfluos humores è corporibus cacochymicis & cachecticis cum ægri comodo per eas euacuet, curari non debent, sed solum conuenientibus lotionibus & linteis mundandæ sunt. 3. Penetrantes fistulæ omnes difficulter curantur, scribitque de eo Albucasis: Quod si fi-

A stula penetrat ad vesicam, vel ad intestinum rectum, vel ad ossa antherum, vel caudæ, non curatur: quoniam curatio earum non est nisi labor infirmorum, & fatuitas stultorum Medicorum. Ideoque cum curâ palliatuâ, quam appellant, saltem vtendum. 4. Fistulæ, quæ quatuor digitos penetrant, & per musculos progrediuntur, curari non debent. Curando enim fit, vt alius excrementa retinere non possit. 5. Fistulæ antiquæ ani & callosæ, ac quæ canceri naturam referunt, curationem non recipiunt, sed seruari debent. 6. Fistulæ verò, quæ curantur, & sine periculo, sunt simplices, recentes, & quæ per carnem saltem progrediuntur.

Curatio.

B **Curatio.** Fistulas ani non semper curabiles esse modò dictum, & plerumque non sine graui molestia curari. Si ergo incommodum, quoddam affert fistula, non magnum sit, nec multum saniei effluat, nec fetor adit magnus, multi medici suadent, eam non attingendam esse vel fortibus medicamentis, vel chirurgia; cum natura interdum superfluos corporis humores per eam expellat, & vitium hæmorrhoidum suppleat. Mundæ tamen seruandæ sunt fistulæ. Ideoque singulis diebus abluendæ decoctione agrimonix & fol. oliuæ, cui aliquid aluminis vsti addatur, quoddam per syringam immittatur. Si foramen etiam sit nimis angustum, aperiri potest medullâ sambuci, aut radicis gentianæ, ne sanies in ea retineatur, & partes vicinas corrumpat. Si verò curari debent ac possunt fistulæ, vniuersalibus præmissis, bona scilicet dicta instituta, & corpore conuenienter euacuato, danda primò opera est, vt callus absumatur. Eluenda ergo fistula vino & Infide medicamento, aut decocto hordei, cui myrrha, alumen & pauxillum viridis æris admistum sit, & postea turunda cum unguento Ægyptiaco, vel simili imponenda. Imprimis commendatur ab Arabibus collyrium sen sief algarab, quoddam ita paratur.

℥. Aloës, thuris, sarcocolla, sanguinis draconis, balaustiorum, antimonij, aluminis, partes æquales, aruginis æris, quantum est quinta pars vnus. Fiat sief, quod dissolutum in fistulam mittitur. Multum quoque prodest collyrium supra propositum ad fistulam mundandam. Si orificium angustum sit, dilatandum turunda ex radice gentianæ, bryoniæ, vel aristolochiæ. Reliqua curatio postea, vt in aliis vlceribus, peragenda. Si fistula non sit profunda, sed superficialia, ideoque sine periculo incidi possit, ægro supino collocato & firmiter ligato, vt moueri non possit, specillo immisso, fistula angustissimo gladiolo circa cuspidem aliquantisper incuruo incidenda, & postea callus conuenientibus remediis absumendus. Si verò fistula sit antiqua, & quæ medicamentis non cedat, non tamen penetrans, & in parte carnosa, & neque proxima intestino recto aut vesicæ, rectissime actuali cautetio nonnulli curari eam censent. Verùm quia non absque periculo est hæc operatio, ab aliis præteritur, nec à Celso, Paulo Ægineta, Auicenna sit eius mentio, & à

E rò, vt dictum curatur: Hippocrates tamen duobus modis ad curandum vitur medicamentis & incisione. Medicamentis, dum linteum mollissimum, vel turundam, cui filum sit alligatum, vt extrahi possit, succo tithymali imbutam, & flore æris vsti conspersam in fistulam immittit, vt callus absumatur. Ne verò rectum intestinum his medicamentis acerbis offendatur, in anum corneam glandem, creta detergente illitam, immittit, atque ibi relinquit vsque in quintum diem, vel eo vsque, donec callus exedatur, quam, dum alius excernenda est,

Fistulæ in
intestinum
rectum pe-
netrantis
curatio.

detrahit, & rursus immittit. Callo absumpto glandem ex alumine contrito immittit, & relinquit, donec alumen inadeat. Post alumen tandem myrrham imponit, ut citius consolidetur. Incisionem quod attinet, si ea sine periculo, nescilicet musculus ani lædatur, & feces præter voluntatem egrediantur, tentari possit, sic vel filo, seu laqueatione, ut appellant, vel ferro. Filo ita fit: Sumatur filum ex serico, vel seta equina, aut aliud; quod non facile putrescat, id immittendum in extremitatem specilli stannei, vel plumbei, instar acus perforati, & in fistulam intrudendi, digitoque, oleo rosaceo inuncto, in rectum intestinum immisso, filum apprehendendum, specillum extrahendum & duæ extremitates eius connectendæ, & quotidie vel à chirurgo, vel ab ipso ægro arctius constringendæ, donec tota fistula incisa sit. Hinc callus absumendus, & vlcus curandum. Ferro incisio celerius hoc modo fit. In fistulam specillum plumbeum immittendum, vsque in intestinum rectum penetret, & hinc instrumento falcato, digito in anum immisso, secundum ductum styli plumbei fistula incidenda, cavendo tamen, ne hæmorrhoides lædantur & hæmorrhagia excitetur. Incisione peracta, penicillum albumine oui ac pulveribus adstringentibus illitum immittere decet. De sequente Hippocrates æris flore vsto conspergit, & frustulum spongiz melle illitum intradit, ut fistula aperta seruetur. Idque

diebus septem continuat, donec callus absumatur. Interim spongia vino austero madida imponenda, ut humores reprimantur. Videantur Hippocrates, lib. de fistulis. Celsus, lib. 7. cap. 4. Aëtius, *tetrab.* 2. ser. 2. cap. 10. Paulus Ægineta, lib. 6. cap. 78. Valescus de Taranta, lib. 4. cap. 36.

De intertrigine.

Et si intertrigo non ani vitium sit, sed partim vicinarum: quia tamen Practici hoc loco de ea agere solent, nec eam omittam. Est autem intertrigo partium ano vicinarum, seu inter fæmora excoriatio, vel pelliculæ abrasio à motu vehementiori, præcipue equitatione orta. Curatur autem seuo inuncto; imprimis cernino & hircinò. Vulgò candela sebacea vtuntur calefacta, qua intertrigo inungitur. Utiles sunt, & adipēs anseris, gallinæ anatis, ut & oleum rosaceum, myrtinum, vitellorum ouorum, vel argentina herba imponatur & succus eius illinatur. Confert & mucilago tragacantæ cum aqua rosacea parata. Utilis est, & pulvis gallarum cum oleo & vitellis ouorum mixtus. Vel vstitata unguenta de lithargyro, de cerussa vsurpentur, Aëtius, *tetrab.* 4. ser. 2. cap. 11. chalcitide aqua subacta illinit; vel plumbago cum aceto, & vino vsurpetur. Vel ℞. Plumbagin. ℥. j. gallarum ℥. ʒ. alum. ʒ. j. myrrha. ʒ. ij. Fiat pulvis, qui inspergatur.

Intertrigo;

Curatio.





LIBRI TERTII

PARS SECVNDA.

SECTIO SECVNDA.

DE SYMPTOMATIBVS, QVÆ INTESTINIS ACCIDVNT.

CAPVT I.

De Intestinorum actione laesa, & præcipue de motu Intestinorum inuerso & ileo.



Intestinis etiam varia symptomata accidunt, & primò quidem actiones læsas quòd attinet, triplex est intestinorum actio, prima chyli à ventriculo accepti vberior elaboratio & concoctio, secunda eiusdem distributio, tertia fecum expulsio. Primum quòd attinet, habent intestina internam tunicam ventriculo non dissimile, ob quam chylum quem à ventriculo accipiunt amplius elaborant, vt Galenus, 4. de v. part. c. 17. & 18. docet. Læditur autem hæc actio intestinorum, intemperie eorum læsa, de quo supra dictum, & etiam de lenteria dicitur. Idem accidit in diarrhæa & dysenteria, in quibus chylus etiã nò bene in intestinis elaboratur. De fecum expulsionem, tertia intestinorum actione, postea dicitur. Distributio verò chyli equidẽ ab omnibus intestinis perficitur, præcipue tamẽ à tenuibus. Vnde etiam horum intestinorum tunica interna fibras obliquas habet, externa transversas. Obtinent etiam intestina nervos, non solum vt grata arripiant, ac noxia expellant, sed etiam vt moueantur. Habent enim intestina tenuia obscurum quandam motum, quo chylum à partibus superioribus ad inferiora promoueat, qui aptissimè comparatur lumbricorum terrestrium motui, qui partes corporis successiue mouent. Atque hic motus secundum naturam fit, à parte superiore, seu inferiore ventriculi orificio incipiendo, versus inferiora, quo modo & chylus per vniuersum intestinorum ductum distribuitur, & feces corpori alendo ineptæ versus inferiora protruduntur, vt per aluum excernantur. Motus intestinorum fibræ, quæ à superioribus versus inferiora debent contrahi, versus superiora contrahantur, & ita omnia, quæ sunt in intestinis, non versus aluum, sed versus ventriculum protrudantur, quòd melom̃ dicitur Græcis ab ἰλεός id est, conuolueno dicitur, Latinis voluulus, quòd intestina, quæ aliàs obscuro quodam motu mouentur, hic manifestè conuolui, & quidem versus superiora moueri videntur. Nominatur & ἰλεὺς ἀπὸ τοῦ ἰλεῖος ἀπὸ τοῦ ἰλεῖος, quòd qui manum loco dolenti in ventre admouet, quasi chordæ tensæ & duriter conuolutæ speciem sentiat. Hollerius, in comm. 2. in lib. 3. Coac. Hippocr. p. 365. Pythagoricos Medicos hoc malum etiam ἰλεὺς ἀπὸ τοῦ ἰλεῖος appellasse scribit, quia reuera oppilatio quædam, & viæ, quæ intestina ducitur, impedimentum sit: nonnullos & tormentum nominasse. Barbari superioribus seculis Miserere mei, ob insignem, & acutissimum dolorem, &

Ileus.

ἰλεὺς ἀπὸ τοῦ ἰλεῖος.

Miserere mei.

A sædam excrementorum alui per os reiectionem nominarunt, quòd scilicet commiseratione dignum malum sit. Est enim ileos intestinorum motus inuersus, in quo nec chylus rectè distribuitur, & excrementa, quæ per aluum excerni debent, retinentur, & tandem per os reiciuntur, ob motum intestinorum inuersum, ob quem etiam via intestinorum, per quam alui excrementa deorsum feruntur interceptur, ita, vt nec fæces, nec flatus vllus per aluum emittatur, sed per vomitum primò alimenta assumta, & cibi mutati, seu corrupti, tandem procedente malo etiam alui fæces magno ægræ fastidio & tædio per os reiciantur.

Causse.

Oritur autem hoc malum ex vulgata sententia Causse plerumque ab inflammatione intestinorum, quæ lei. vehementer ea comprimendo, atque vndique B constringendo prohibet, ne fæces deorsum descendere valeant; & quia hoc malum plerumque in intestinis tenuibus consistit, communicatur ipsi ventriculo, vnde cibi fastidium, nausea, vomitus oritur. Secundò idem vitium oriiri docetur ex abscessu intestinorum tenuium, qui itidem in iis angustiam pariat. Tertio statuitur, malum hoc provenire à copia fæcum, quæ ad eò obduruerint, vt propterea ineptæ sint ad motum excretionis, sed in ductu intestinorum hæreant, & tandem ad ventriculum regurgitent, ac per os reiciantur. Prouenit & ab hernia quandoque ileus: Sed causa ista ad inflammationem reduci potest; cum non pariat ileum, nisi intestina compressa, & dolentia inflamentur. Addunt nonnulli & venenum haustum: sed & ista causa vel inflammationem, vel exulcerationem inducit. Verum si quis rem diligentius perpendat, in ista vulgata doctrina desumpta ex Galeno, 6. de los. affect. c. 2. 3. aphor. 22. 3. Epidem. comm. 2. text. 6. 3. de nat. fac. cap. 13. aliquid desiderari, eamque veritati non omninò consentaneam esse animaduertit. Nam licet concedimus, ab inflammatione & recentis fæcibus duris ileum accidere posse; tamen causa proxima, & immediata non est, quod vulgo statuitur, magna intestinorum obstructio, & coarctatio, ob quam eorum via occlusa nihil descendere possit. Nam si intestina tenuia planè occlusa & coarctata sunt (etenim in intestinis tenuibus vel semper, vel certè omnium consensu frequentissimè inflammatio ilei causa consistit) quomodo fæces & stercora, quæ in crassis cumulantur, per ea transire & vomitu reici possunt?

An intestinum obstructio à fæcibus facta ileum pariat?

Et quomodo clysteres & glandes vomitu reici possent si intestinorum via plane præclusa est?

Quapropter in ea sunt sententia, proximam huius mali causam esse facultatis distributivæ chyli & expultricis motum inuersum ac præter naturam. Nam cum secundum naturam distributio chyli & expulsio fiat in intestinis, contrahentibus sese per fibras intestinis à superiore parte deorsum, id est, à ventriculo versus intestinum rectum, si motus inuertatur, & circulares intestinorum fibræ à parte inferiore sursum, versus ventriculum contrahantur: quæ per inferiora deici debebant, ad ventriculum ascendunt, & per os reiciuntur. Habent enim se res sicuti in ventriculo in vomitu. Nam dum fibræ oblongæ œsophagi à parte superiore versus ventriculum se contrahunt, sic deglutitio corporum. Cum verò inuerso hoc agendi ordine à parte inferiore versus superiora sese contrahunt, sic vomitus. Ita etiam dum fibræ intestinorum à parte superiore versus inferiora sese contrahunt, sic cibi distributio, & secum; contra dum versus superiora sese contrahunt, malum hoc excitatur. Atque hoc non raro fieri, & veram esse hanc ilei causam, multa testantur. Clysteres enim quandoque vomitu reici ob motum hanc naturæ inuersum, sæpe obseruatum est. Imprimis notabile est, quod

Notabilis ilei historia in puella quadam.

Suppositoria & clysteres vomitu reiecti.

Candela sebacea vomitu reiecta.

Vera ilei causa Galeno nota fuit.

Causa motus intestinorum inuersi triplex.

Mathæus de gradibus in pract. cap. de vomitu, refert, de quadam puella annorum duodecim, quæ ileo laborans non solum nihil per aluum reddidit, sed & fæces postea etiam clysteres iniectos non multò post vomitu per os reiecit. Idque cum totum triduum continuasset, & postea suppositorium longum immisissimum fuisset, & illud intratemporis spatium, quo dicitur Pater noster, & Ave Maria, ut loquitur autor, per intestina ascendit ad stomachum & vomitu fuit reiectam. Postea eum suppositorium aliud filo ad coxam alligaretur, statim rupto filo ascendit sursum ad stomachum, illudque ægra cum parte filii appensi euomit. Et cum tertio suppositorium aliud quatuor filis fortibus alligaretur, & illud paulò post ruptis filis per os cum parte filorum reiectum fuit. Tandem cum Medicus iuberet, ut mater aliud suppositorium inuenteret, tanta violentia sursum attractum fuit, ut mater, ne sursum raperetur, illud extrahere cogereetur. Curata tamen fuit ista puella iusculis pinguis, quæ vitium attrahentem laxant, exhibitis. Quæ quamuis sæpius primò vomitu reicerentur; accidit tamen, ut secunda die iterum per aluum deicere inciperet. Ita narrat Guainerius, tract. 5. cap. 2. suppositorium per os reiectum fuisse: & Doctor Iacobus Optheus obseruauit uxorem cuiusdam fabri ferrarij Toldani, puerperam, partem candelæ sebaceæ, quod loco suppositorij ano immiserat, postera die vomitum reiecit. Quæ omnia satis testantur, in Ileo viam intestinorum non ita oclusam esse, ut vulgò statuitur, sed potius motum facultatis expultricis intestinis inuersum. Tenuit hanc causam Galenus satis clarè 2. de symp. causis cap. 3. ut mirum sit, à Practicis non esse animaduersum: cum tamen non sit parui ad curationem momenti, sed laxatis fibræ, ut ex historia Mathæi de gradibus antea recitata apparet, motus hic remittat, ipsaque experientia testetur, euacuationes tales sæpe per roborantia, & adstringentia augeri; contra prohiberi per laxantia & emollientia. Causas autem cur motus ille intestinorum, ita inuertatur, triplices agnosco. Primò intestinorum inflammationem, siue ea per se accidat, siue ob herniam, aut intestinorum aliquem abscessum, seu alium tumorem. Secundò fecum retentionem, quæ vel distendendo, seu vellicando, & mordendo naturam ad hanc præposteram excretionem irritant. Tertio in-

testinorum exulcerationem, humorisque acres & vellicantes, quæ irritando causam sunt, ut natura hanc deprauatum motum imitatur. Quo proculdubio & venena abluuta pertinent. Secundum quam causam varietatem etiam iam de Ileo agemus. Quotiescunque enim natura ab his causis impeditur, ut deorsum pellere non possit, ad excretionem iam stimulatur, motus ite facultatis expultricis inuertitur. An verò in tenuibus, an verò in crassis intestinis causa hæc consistat, alij aliter sentiunt. Verior est sententia, plerumque in tenuibus consistere, quæ ob venarum copiam & sanguinis abundantiam facilius inflammantur, & natura sua angustiora sunt. Quandoque tamen etiam crassis intestinis hoc malum generari potest; cum causæ omnes, quæ ileum producant, etiam in crassis reperiri possunt. De qua re prolixè agit Petrus Salus Diuersus, de affect. part. cap. 11.

Signa Diagnostica. Signa ilei Galenus, 7. apbar. 10. ita recenset: In Signa ileo nihil descendit per inferiora, atque id affectum huius proprium est, & inseparabile signum, de quo tamen postea in questione dicitur. Vomitus verò non semper adest, sed cum perniciose ægrotant; quod si diutius sum nausea consistunt, sterces ipsam sursum remeant, & singulium. Quidam etiam desipiunt & conuelluntur, neruorum principio in officio ventriculi per consensum affecto. Actius plura addit: (& sunt omnino plura addenda, dolorem in ventre sese conuoluentem, & murmura, ructus nihil inuantes, malo aucto omnia sursum remeant, accidit vomitus bilis & pituitæ, frigiditas totius corporis, dolor plurimus, spirandi difficultas. Moriturus tandem sudor aduenit frigidus, & rina effluens, as, pedes ita adstrictus est, ut neque specilli excrementa admittat, sterces cæcum per os reiecit. Ex quibus non difficile est ileum à colica discernere, Et si enim magna sit horum affectuum cognatio: tamen etiam non parum differunt. Colicæ enim natura præcipue in dolore consistit, & ad colicam satis est insignis intestinorum dolor, et si alia symptomata non adsint: ilei verò imprimis in defectu expulsionis per inferiora, & inuerso naturæ ac facultatis expultricis in intestinis motu. Licet etiam vomitus in colica accidat: tamen non ita violentus est in colica, ut in Ileo, neque omnia alimenta, multò minus excrementa per os reiciuntur, id quod in Ileo accidit, in quo etiam clysteres & glandes ano immissi superiora versus trahuntur, & per os reieciuntur.

Ut autem tenuia, vel crassa afficiantur intestina, ita dignoscitur. Si tenuia intestina affecta sint, stomachi distensio adest, & spiritus angustia ac nausea, atque vomitus assidui & vehementes, ita ut nec potus contineri queat, paulò post & stercoreis vomitus sequitur, dolor & tormina magis ad superiora vergunt. Si in crassis causa consistat, vomitus non ita continuò durat, dolor ad hypochondria magis peruenit, & lomborum adest grauitas, vomitus stercoreis tardus superuenit.

Prognostica. 1. Omnis quidem ileus periculosus est: is tamen, cui etiam stercoreis vomitus succedit, exitialis, & ab eo vix vllus saluatur, ut docet Galenus, 7. de loc. affect. cap. 2. Aliquos tamen conualuisse vidit Petr. Salus Diuersus, qui ex intestinorum in serotum delapsu in hoc malum inciderunt. 2. Ilacus dolor magis periculosus est, si tota intestina afficiantur: minus, si secundum partem, & adhuc minus, si secundum partem inferiorem, à ventriculo & hepate remotiorem. 3. Ilacus affectus est familiaris ætati puerili. Euadunt tamen facilius, cum eandem innatum habeant robustius, & hamores in us ma-

Prognostica. ca.

An causa motus inuersi intestinis in crassis consistat?

Colicæ & ilei differentia.

nus acres & mordaces sint. Senibus verò non valde est familiaris: si tamen iis accidat, ferè nunquam conualescunt. Aëtius *retrab. 3. serm. 1. cap. 28. 4.* Quibus in stranguria Ileos superuenit, intra septem dies moriuntur, nisi febre accedente copiosior vrina fluxerit. Hippocrates, *6. aphor. 44.* Non intelligitur autem iste stranguria, quæ ab inflammatione est, sed quæ ab humore vitioso. Et plerique quidem hic accipiunt humorem frigidum, crassum, pituitosum. Ita enim putant in corpore augeti pituitam, vt in viscica illa abundet, vnde stranguria excitetur, & in intestinis, vnde Ileos, dum scilicet pituita copiosa & lentore suo feces per aluum descendere non sinat. Febre verò superueniente his morbis, cum materia frigida concoquatur, & per vrinam euacuetur, spern esse soluta illa stranguria. Ileum quoque à natura facilius superari posse, vt æger euadat. Verùm enim verò non credibile est, crassam illam pituitam, quæ in intestinis est, per vrinam & tot ambages euacuari; nec necessum est, vt si quid abundet in intestinis, simul etiam abundet in venis, cuius tamen euacuatio è venis, id quod in intestinis est, non tollit. Itaque verò magis consentaneum esse puto, talem Ileum, qui post stranguriam superuenit, provenire ex humoribus acris, qui etiam stranguriam excitare possunt, quorum euacuationem & expulsionem si natura per vrinam tentet & non perficere possit, atque hinc in intestina tenuia mittatur, ibi non solum dolorem colicum, sed inflammationem atque ileum excitare potest, qui lethalis esse solet ob copiam & acrimoniam humoris ac materiam, nisi ea rursus ad venas regurgitet, & hinc per vrinam copiose euacuetur, qui motus vix sine calore aliquo febrili absolui potest, vt in talibus naturæ motibus sæpè obseruatur. 5. Ab ileo vomitus, aut singultus, aut conuulsio, aut desipientia, malum. 7. *aphor. 10. & 6. de loc. affect. cap. 2.* Singultus accidit, quando stercus ventriculi attingens motu illum fatigat, aut etiam dum orificium ventriculi à motu illo intestinorum peruerso in consensum trahitur. Delirium verò superuenit propter consensum oris ventriculi cum cerebro. 6. Ex voluulis r. olentibus cum febre acuta, hypochondriacæ sublimi diutius perseverante parotides exurgentes perimant. Hippocrates. 3. *prognost. text. 66.* Galenus ibi voluulum *svris*, seu male olentem intelligit, in quo primò stercus euomitur, quodd signum est maximè lethale, deinde in quo respiratio, ructus, flatu, & totum corpus male olet. Vbi igitur præter hæc ad febrem acutam parotides accesserint, lethale magis malum efficitur, quoniam indicio est, malum esse cum febre maligna (proculdubio primaria, quàm intestinorum inflammatio & parotides comitantur) & caput in extremo quasi naturæ conatu in consensum trahitur. 7. Ileo laborantibus vomitus & surditas malum. Hippocrates, *in coac.* Intelligit autem vomitum malum & grauiter olentem stercoribus simul excretis. Aliquando surditas accedit, materia ad caput conuersa, quod ferè indicio est, febrem seu acutam, seu malignam coniunctam esse, cui ileus coniungatur. 8. Arabes quinque gradus quasi ilei conuenerunt. Periculosissimus is est, cum stercus vomitur: secundus, si sudor è toto sit fatidus: tertius, cum spiritus, qui respiratione emittitur, fatidus est: quartus, cum ructus est fatidus: quintus, cum per aluum crepitus fatidus exit.

Indicationes.

Indicationes.

Cum expultricis facultatis motus inuersus sit, danda opera, vt naturalis motus restitatur, & fæces rursus per inferiora expellantur. Reliqua in specie patebunt. Si dolor valde vrgeat, ei occurrendum, vt de dolore colico & iliaco dicitur:

A iocis Curatio.

Itaque podex cum spongia in decocto aliquo emolliente imbuta foueatur, si natura adstrictus sit, vt glans melius subici possit. Aëtius inditam glandem fouet spongia sacco calente cyclaminis madida. Venti postea emollientia & humentantia adhibeantur, quæ ita comparata sint, vt causam non augeant, sed potius tollant. Obseruatum enim est, cum interdum plures clysteres & satis fortes infusi nihil profecissent, externas alui emollientes per foci, inunctiones, cataplasmata, balnea ex humentantibus, vel ex oleo communi calente plurimum profuisse. Venter ergo inungatur oleo amygdalarum dulcium, chamæmelino, anethino, aut balneum fiat ex oleo communi tepido. Foci adhibeantur ex decoctis foliis althææ, maluæ, flor. chamæm. melil. fenic. anethi, lini, fœnugr. & similibus. Aut contusis in se addatur farina hordei, sem. lini, fœnugr. & cum oleis chamæm. amygdal. dulc. fiat cataplasma. Clysteres etiam emollientes iniici possunt. Neque inutile fuerit talia emollientia, vt ol. amygdal. dulc. & iuscula pingua, in quibus malua & althæa cocta fuerint, ore sumenda exhibere, cum puella illa apud Marchzum de gradibus, frustra aliis medicamentis adhibitis, iusculis pinguibus eurata fuerit. Et quamuis fœmel atque itoruntalia vomitu reiciantur, continuandus tamen eorum vsus. Ita enim fibris intestinorum laxatis peruersus intestinorum motus sedatur. Verùm in genere plura de curatione ilei dici non possunt: reliqua in differentiis patebunt.

De ileo ab inflammatione.

Ileus ab inflammatione, quæ quidem frequentissima eius causa est, accidit, cum per venas, quibus præcipuè intestina tenuia copiosioribus prædita sunt; sanguis in membranas intestinorum exit, teste Galeno, 3. *Epidem. comm. 2. r. 6. & 6. de loc. affect. cap. 2. & 6. aph. 44.* Et autumnno quidem potissimum ilei generantur. 3. *aph. 22.* Quia ætate geniti humores tenuis & mobiles autumnifrigore inæquali in profundum corporis ad intestina pelluntur, vbi phlegmonem sæpè efficiunt, atque hinc ileum. Quæ ratione autem inflammatio intestinorum generetur, supra de inflammatione intestinorum dictum.

Signa Diagnostica.

Si ab inflammatione sit ileus, malum est acutissimum, citò ad statum properans, cum febris & vehementissimis fixisque doloribus; vires omnes languent, nec cibum nec potum continere possunt ægri, singultunt, sudant, aliquando conuelluntur, in loco dolente nonnunquam tumor apparet, cuius ratione, vt docet Galenus, 6. *de loc. affect. cap. 2.* nonnulli hoc malum *χρῆσις* appellarunt, quod in eo tenuis intestinum tactu deprehenditur conuolutum instar chordæ; vrina supprimitur, quia vesica comprimatur, & in consensum trahitur, venter inflatur, respiratio difficilis & velox efficitur. Procellerunt causæ calefacientes, vsus aromatum nimius, cibi acres, & cruditates nidorose, vini generosi potus nimius, item medicamenta calida, lapsus, percussio, intestinorum in serotum delapsus, venena.

Prognosticum.

Vt aliæ internæ inflammationes periculose sunt: ita & ileos ex hac causa, vt pauci hoc modo affecti euadant. Et quantum in specie ileos ex inflammatione ortus periculi coniunctum habeat, etiam Prognostica antea in genere proposita docent.

Indicationes & Curatio.

Eadem hic sunt indicationes, quæ in aliis inflammationibus internis. De quo cum supra cap. 2. de inflammatione intestinorum dictum sit, non opus est, ea hic repetere: videantur loco allegato.

De

Quinque ilei gradus ab Arabibus constituti.

Curatio.

Ileus ab inflammatione.

Signa.

Prognosticum.

Curatio.

De Ileo ab aliis Tumoribus, & ab exulceratione.

Ileos ab aliis tumoribus, & exulceratione. Non solum autem ab inflammatione, sed & ab abscessu, aliisque tumoribus, & ab exulceratione natura ita irritari potest, ut inuersum motum in intestinis instituat, & omnia sursum versus moueat, ut docet Galenus, 6. aph. 44. Ilei à cancro exemplum habent Petr. Saluius Diuersus, de affect. paric. cap. 11. ubi scribit, fabrum quendam ferrarium, qui cum in colo per plures menses cancrum passus fuisset, ex quo in transitu fecum quotidie vehementi cruciabatur dolore, maximas perferens punctiones, perinde à siacubus perforaretur, factum tandem esse iliacum, & præcedentibus stercoreis vomitibus miserè vitam functum esse.

Signa Diagnostica.

Signa. Si sit ab abscessu aliquo, dolor adest, solètg; cum ad suppurationem tendit, febris superuenire, tumor tactu percipitur, & præcessere ea, quæ inflammationem præcedere solent. Si sit tumor scirrhusus, præcessit diuturna intestini durities. Neque enim à scirrho subito hoc malum excitari potest, & durities illa tactu deprehendi potest, si in intestinis exterius sita sit: Si autem sit in interioribus, licet tactu ita facile non deprehendatur, tamen semper grauitas percepta fuit, quæ intestina infra quasi detrahi, præcipuè cum æger stat, videntur, & ad detrudenda excrementa æger ob intestinorum angustiam non ita promptus est. Si cancer sit causa, durities ad tactum percipitur, punctiones & dolores sunt continui, qui à fecibus transeuntibus valdè exacerbantur, malumque fuit diuturnum. Si à veneno exulcerante & erodente sit ileos, id assumtum fuisse, æger vel adstantes docebunt.

Prognostica.

Prognostica. 1. Qui à scirrho, cancro vel simili tumore excitatur ileus, incurabilis est. Morbi enim hi vel ipsi incurabiles sunt, vel si curationem admitterent, ea non nisi longo tempore perfici posset. Ileos verò malum acutum tam longam moram non fert. 2. Qui à veneno est ileus, periculosus omninò est; cum malo, alias periculoso venenum coniungatur.

Curatio.

Curatio. Qui à cancro, scirrho est ileus, vix, ut dictum, curabilis est. Eius, qui à veneno ortum habet, eadem ferè curandi ratio est, quæ Ilei ab inflammatione: nisi quòd venæ sectione opus non est, & medicamentis cum internis, tum externis alexiph. maca, & quæ veneno peculiari modo resistunt, admiscenda.

De Ileo à fecibus induratis.

Ileos à fecibus induratis. Si feces induratae intestina occludant & excrementa in intestinis tam diu cumulentur, ut natura amplius ea ferre nequeat, hunc peruersum motum instituit: id quod ab omnibus causis, quæ aluum obstruere & feces retinere possunt, fieri potest.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur id ex eo, quòd præcessit diuturna alui obstructio, dolor in principio non adest, sed postea accedit, nec tamen est adeò acutus & vehemens, ut in inflammatione, sed potius adest grauitas ventris, & abdominis tensio, intestina ad tactum stercore duro turgida sunt, flatus frequenter supra erumpunt, febris ferè abest, vomunt biliosa & pituitosa, & tandem morbo crescente ipsas alui faeces. Præcesserunt causæ alui adstrictæ, & fecum diutius retentatum, de quibus infra, cap. 4.

Prognosticum.

Prognostica. Minutus periculosus est hic ileos, quàm qui ab inflammatione vel aliis tumoribus, vel intestinorum exulceratione prouenit.

Curatio.

Curatio. Fæces induratae emolliendæ sunt, postea emolliatæ educendæ. Et eadem curandi ratio est, quæ colicæ à Opus Seannerti Tom. III.

A fecibus induratis. Extra nimirum inunctiones, fomenta, cataplasmata, clystères, balnea ex emollientibus vsurpanda: Inter quæ ab antiquis imprimis commendatur balneum ex oleo dulci, clystere emolliente præmissio. Post balnea & humectantia talia applicata acriores paulò clystères iniici oportet, quò irritata natura id, quod emollitum est, faciliùs excludat. Sedes veidè semper foueatur spongia calida decocto emolliente imbuta. Intèdè assumenda iura pinguis, oleum amygdalarum dulcium, lini, sesaminum ad ℥. ij. vel iij. butyrum recens, decoctum althææ, maluæ & similia. Vel sumatur hora vna ante cænam, vel prandium cassiæ extracta ℥. j. vel ℥. j. β. Si Hippocratis in ileo remedium. B postea in curatione colicæ proponetur, accedendum censent autores, ut scilicet folle intestina inflata à stercoreibus separentur, & postea clyster ad ea dissoluenda & extirpanda iniiciatur. Observaui adhuc Nouum ilei genus. neque ab inflammatione, neq; enumeratarum causarum vlla ortum habuit, sed simpliciter ex vniuersi humorum in quodam viro hypochondriaci. In eo enim ita humores sursum ex hypochondriis vergebant, ut non solum epilepticus, & cæcus fieret, sed ut etiam clysterem vomitu reiceret. Posset forsitan causam hic quis referre ad multitudinem crudorum & crassorum humorum, vna cum vehementi refrigeratione, cuius Galenus, 6. aphor. 44. mentionem facit, qui etiam supra prognostic. 4. adductus est, (& abundauit ille vir multis crudis humoribus.) Non tamen facile dixerò, ab illis, quatenus refrigerant, malum hoc induci, sed potius, quamuis peculiarem aliquam corruptionem acquisuerunt (epilepticus enim etiam fiebat) vel acres alios humores admixtos habuerunt.

Q V Æ S T I O.

An in ileo nihil per aluum excernatur?

In ileo nihil per aluum excerni, atque id eius inseparabile signum esse, docet Galenus, 7. aphor. 10. vbi præ dictum. Hippocrates tamen contrarium testatur, lib. 3. epid. sect. 3. text. 7. in historia mulieris voluuloxæ, quæ apud Tasiuenum decumbebat, dicens: defecationes tenues, crudæ paucæ. De quo loco Petrus Saluius Diuersus, de affect. paric. 11. Verba hæc sicut Galenus in comment. neglexit, ita posteritas conuenientibus oculis pertransit, & tamen hæc in iliaca passione aliquid descendere affirmant. Ergo diu locum hunc consideravi, remque ipsam obseruaui, tandem experientia & ratio me docuit, in ileo aliquid descendere posse. Vidi enim plures iliacos, in quibus nonnulla, licet pauca, excernebantur, hocque tantum, dum generaretur morbus, animaduerti fieri; factò autem, & completo morbo, nihil postea descendisse vidi. Hoc autem non sine ratione factum iudicauis: quoniam dum fieret ileos, infra locum affectum descenderant excrementa, quæ vel à natura, vel ab arte excludi poterant, antequam omnia intestina in consensum affecti ducta essent, propriamque naturam & facultatem omnem amisissent. Hinc Hippocrat. lib. de morb. cap. 3, in ileo ex inflammatione genito, ad extrudendas faeces infra locum affectum contextas, suppositorium ex melle, taurino felle oblitum, decem digitorum longitudine imperabat, quæ non post morbum factum, sed ante in inferioribus intestinis congesta erant. Cum autem oppositum Galenus scripserit, intelligatur de morbo completo locutum esse, & in eo casu, in quo omnia intestina in consensum loci affecti deducta adeo aliquando angustata redduntur, ut nec amplius flatum, nec stercore, nec podex etiã specilli acumen admittat. Quæ cõciliatio omninò clarior erit, si proximã ilei causam, ut supra dictum,

Statuamus non intestinorum obstructionem, sed motum inuersum.

DE INTESTINORVM DOLORIBVS.

CAPVT II.

De Colico dolore.

Dolor colicus intesti-
norum. Intestina quoque varia symptomata patiuntur, inter quæ satis frequens & grauis est dolor intestinorum, qui nonnunquam adeo acerbus est, vt nonnulli eum perferre non valentes, necem sibi ipsi intulerint, vt refert Galenus, 2. de comp. med. sec. loc. cap. 7. Atque is cum frequentius intestinum colum, vt pote in quo natura sua longo & anfractuoso materia dolorem excitans diutius moratur, nomen accepit, & dolor κοιλίης, ac κοιλίης δόλων appellatur, vulgò colica passio. Nomen huic malo inditum est à parte affecta, quòd intestinum colum præcipuè hoc malo afficitur. Et si enim negandum non sit, quandoque etiam tenuia intestina affici: tamen à parte præcipuè affecta dolor ille denominatur. Et iliaca affectio non solum tenuium intestinorum nomen est, sed & peculiare malum plerumque denotat, in quo excrementa alui retinentur, & difficiles vomitiones adsunt. Celfo hoc malum, lib. 4. cap. 14. morbus intestini plenioris est.

Causæ.

Causæ. Cum aliàs dictum sit, subiectum doloris & tactus proximum esse membranas: etiam hic intestina secundum membranas, tam internas, quam externas dolorem patiuntur. Causæ verò doloris colici etsi plurimæ sint: tamen omnes in eo conueniunt, atque ea ratione dolorem excitant, quatenus continuum soluant. Causæ, quæ continuum soluant, faciunt id distendendo, rodendo & mordendo. Addunt quidem nonnulli intemperiem. Verùm enim verò tantum dolorem ab intemperie, quatenus tali, induci posse, credibile non est. Et licet pituita vitrea, sanguis in inflammatione, sicut & bilis, colicos dolores excitent: tamen id non præstant saltem alterando, sed

Subiectum
causæ co-
licæ doloris. distendendo, vt pestea *quæst.* 2. dicitur. Materia autem, quæ continuum soluit, vel intestinorum cavitate consistit, atque est aut flatus, seu excrementa, quæ ibi retinentur ob angustiam intestinorum, quæ sit ab obstructione à fecibus induratis, aut à calculo, aut à vermibus, aut ab intestinorum compressione, aut contorsione, vt in hernia; vel consistit in intestinorum tunica, seu rodatur, seu distendatur, seu utrumque faciat; atque id sit ab humoribus nunc frigidis vel crassis, nunc calidis, nunc sine, nunc cum inflammatione: quandoque etiam materia, quæ colicam excitat, est venenata & maligna, sicut Paulus Aegineta, lib. 3. cap. 43. refert, colicam pestilentem in Italia exortam multas Romanorum prouincias afflixisse. Neque etiam prætereundum illud, quod Platerus obseruauit, & lib. 3. *observ. sub finem* inseruit, nimirum præfectum quendam colicis eruciatis diu vexatum conuulsionibusque laborantem post clysmatum vsu casei concreti indurati que magnam per aluum copiam eiecisse, quamdiu in intestinorum anfractibus hæsisse & latuisse ex eo colligebat, quòd nullum longo tempore, ob interdictum à Medicis illius vsu, caseum comederat, priùs verò antequam ægrotaret, immoderatè se eo sæpè repleuerat.

Differentia.

Differen-
tia. Et si doloris colici differentie plures, secundum dolorum differentias, in genere, de quibus Galenus, lib. 2. de loc. affect. capitibus aliquot agit, recenseri possent: tamen maximi momenti sunt illæ differentie, quæ sumuntur à subiecto & causa efficiente.

A Subiecti ratione dolor intestina afficit, vel omnia, quod rarius accidit, vel aliqua, eaque vel tenuia, vel crassa. Si sit in tenuibus, proprie iliacus; si in colico, colicus dolor appellatur. Nonnunquam tamen & Colicæ nomen utrique dolori tribuitur. Deinde causarum ratione, doloris colici non parua est differentia, quæ *suprà* explicatæ sunt.

Signa Diagnostica in genere.

Dolor generatim abdomine circa intestinorum regionem percipitur, qui aliàs in vno loco fixus, maxime sub umbilico, pali infixi, vel terebræ perforantis speciem præ se fert; nunc instabilis, & vagus; *suprà* verò umbilicum de latere in latus, vel etiam infra de loco in locum vagatur, doloremque colicum situs ipse doloris ostendit. Incipit enim cum colo à sede dextri renis, vbi & dolor sæpè figitur, & ascendit ad iecoris gibbum, hincque secundum ventriculi fundum ad lienem, & sinistrum renem quasi zona tendit, atque ibi deorsum flectitur vsque ad intestinum rectum, & ita nunc iuxta splenem, & sinistrum renem, nunc & frequentius in dextro dolor percipitur. Trahitur autem in dolore colico plerumque in consensum ventriculus, vnde appetitus deiectus, nausea & vomitus sæpè excitatur, quo pituitosa, cruda, nonnunquam biliosa, porracea & æruginosa reiciuntur. Plurimi inter signa colicæ & hoc referunt, quòd aluus ita adstricta sit, vt nec flatus excludatur; & si quid excludatur, illud esse durum ac cum flatibus externi. Verùm hoc signum non omni dolori colico competit, sed cuidam saltem, & qui à fecum obstructione ortum habet, vt postea dicitur. Cum au-

Signa colicæ in genere.

B tem plures in ab omni parte continentur, quæ doloris & dolorem pati possunt, accurata opus est distinctione. Et primò quidem ventriculi dolorem à colico distinguere, non adeo difficile est. Ventriculi enim dolor sæpè à umbilicum semper consistit, & non rarò ad spinam quoque inter scapulas pertingit; cum ad nonam vertebram ventriculus spinæ alligetur; præterea ructibus & vomitibus leuatur, & per os assumptis lenitur facitè, quòd in dolore colico similiter non accidit. Deinde etiam non adeo difficile est dolorem, qui est in abdominis musculis, aut peritonæo, ab intestinorum dolore discernere ex doloris sublimitate & profunditate. Præterea hi dolores leniores sunt, minus periculosi, nec hinc inde vagantur. Difficilius verò est, dolorem colicum à nephritico discernere, ita vt Galenus ipse se in hoc deceptum fateatur, 2. de loc. affect. cap. 5. & 6. de loc. affect. cap. 2. Communia enim sunt quædam utrique dolori, nimirum dolor abdominis, nausea, vomitus, alui constipatio, dolor dorsii, impotentia corpus flectendi; quæ tamen ipsa utroque dolore differunt, & præterea signa quædam utrique affertui propria sunt. Dolor enim in intestinis est punitiuus & intensior: in renibus grauius & remissior. Deinde colicus dolor amplum spatium occupat, nephriticus angustum. Tertio, dolor colicus ductum intestini coli sequitur, vt in modò dictum. Nephriticus autem semper in eadem parte permanet, & qui calculo à renibus promotus accedit, à superioribus ad inferiora descendit versus pubem secundum ductum vtererum, & semper à dorso incipit, & ad posteriores potius partes circa spinam vergit, sicut colicus magis ad anteriores, qui & in loco renibus alteriore consistit. Quarto, dolor colicus cibo assumpto intenditur; quia ventriculus repletus colum comprimit; nephriticus verò augetur cibo ad inferiora descendente, intestinis renes prementibus. Quinto Colicus dolor non in vno loco fixus est, sed vagabundus; nephriticus in vno loco stabilis, donec calculus secundum vtereris ductum in vesicam delabitur. Vomitus quoque, nausea, alui adstrictio in dolore colico vehementiora sunt, citiusque adue-

Ventriculi doloris & colicæ differentia.

Doloris colici & nephritici discrimen.

niunt; in nephritide grauius affligit dolor dorsi & crurum, ac flectendi & erigendi corpus impotentia, propterea quod intestina magis cum ventriculo sunt coniuncta; renes cum dorso ac cruribus. Propria vero nephritici doloris signa sunt arenule & calculi excreti; vrina in substantiæ colore & contentis mutatio, stupor femoris è directo affectu renis. Hæc ergo signa si absint, dolor colicus indicatur. Deinde dolor nephriticus lenitur arenularum, calculi, vrina crassa & sabulosa mistione; Colicus vero vomitu vel alui deiectione. Nephritici initio aqueas & puras vrinas reddunt, postea inæquale quid in iis subsidet, tandem arenosum. Colici vero flatulosum quid per aluum deiciunt. Est etiam cognatus colico dolori vteri dolor, solentq; mulieres à partu, vel cum mensum fluxus instat vel supprimitur, dolore torqueri colico non absimili. Verum in guinibus & coxis communicatur, ac supra ilia non ascendit; præcessit etiam partus, vel instant menses, aut iidem retinentur. Interdum vteri suffocatio accedit, quæ symptomata in colicis non apparent. Dysenteriam quoque à colica fluxus alui coniunctus facillè discernit. An autem colum vel ileum afficiatur discernitur, quòd dolor colicus magis extensius & grauius est, & rei perforantis speciem exhibet, magisque infra vmbilicum affligit, cui & membra superiora minus consentiunt, atque iis, quæ per sedem eiciuntur, valdè lenitur. Iliacus magis purgitiuus est, & supra vmbilicum fertur in hypochondriis, & membra superiora in consensum trahit, cum plerumque ab inflammatione ortum habeat, de cuius signis plura dicentur, *capite sequente*. De loco vero in colo affecto sciendum quòd si totum dolore detinetur, ille circa vtrumque ilium & infra ventriculi regionem propè vmbilicum percipitur. Cum autem pars tantum afficitur, & quidem principium, dolor ilium dextrum occupat; si medium sinistrum; si finem, vmbilici regionem à sinistro proximam, vt ex coli intestini situ manifestum est.

Prognostica.

Prognostica. 1. Dolor intestinorum malum non contentendum est; quoniam dolores omnes vires ac spiritus dissoluit ac dissipat, & partes principes in consensum trahit. Et quamquam plerumque ad salutem, & quidem breui temporis spatio terminatur: tamen quandoque dolor vehementissimus est, & vires valdè deiecit; atque vbi ad salutem malum terminatur, dolores sunt remissiones, nec constantes, neque vno in loco pertinaciter hærent, sed quandoque intermittunt, & excrementa non prorsus retinentur. Contrà si malum lethale futurum sit, dolores sunt acerbissimi, vno loco fixi, perpetui & constantes, excrementa planè detinentur, præterea vrgenti vigilæ, sequitur singultus, vomitus, extremorum refrigeratio, sudores frigidi, syncope. 2. Periculosus est, si totum eolum afficiatur dolore, quàm si pars saltem; & minimum periculum est, si secundum vmbilicum colique finem dolor consistat, quòd clysterum vis magis peruenire potest: maius, si in eius medio & in sinistro ilio: adhuc maius, si in coli principio & in ilio dextro; quoniam inde difficilior materiæ exitus patet, & clysterum virtus huic ægri penetrat. 3. Colica nonnunquam in dorsi dolores mutatur, materia, quæ in hypochondriis continebatur, fusa & in spinam delata: nonnunquam in arthritidem, materia ad articulos transmissa: sæpius in paralytin. De via autem, per quam materia ad ista loca fertur, dictum in Institut. lib. 2. part. 3. sect. 2. c. 5. & dicitur etià de scorbuto. Atque hoc malum quandoque epidemiam esse solet, vt Agineta meminit, lib. 3. cap. 28. & 43. Quòd si materia illa, præsertim biliosa & tenuis, progressu temporis acrimoniam & malignitatem aliquam acquisierit, epilepsia gignitur. Et addit Agineta, eos,

Opus Sennerti Tom. III.

A qui ex tali colica in epilepsiam delapsi fuissent, plerisque periisse, qui in paralytin, plerisque sanatos fuisset, critica quasi materiæ ex alto corpore translatione, & tandem discussione. Verum Prognosticum hoc et in specie dolori colico cõpetit, qui ab humore acri & scorbutico est, de quo infra. 4. Prauus est colicus & iliacus dolor, vbi vomitus crebrior adest, ac potus retineri nequit, & nihil vel parum infra excernitur, extrema refrigerantur, atque alia signa doloris colici lethalis antea enumerata adsint. 5. Colicus etiam dolor nonnunquam in abscessum coli intestini lethalem mutatur. Sic refert Guilielmus Fabricius, cent. 2. obser. 74. fœminam quandam grauissimo dolore colico cum ventris constipatione ac vomitu correptam fuisse, indeque febrem exortam, neglectoque morbo dolorem ita auctum, præcipuè in sinistro latere sub costis nothis, vt per octiduum nullum somnum capessere potuerit. Ventrem fuisse tumidum instar tympani extensum, & neque flatum, neque excrementa toto octiduo eiecisse, tandèmq; ruptum esse abscessum in sinistro hypochondrio, ea scilicet coli parte, vbi est angustius, (id quod Fabricius inde cognouit, quòd non parum puris per aluum excreuit) & superueniente sudore frigido ac syncope ægram mortuam fuisse.

Indicationes.

In colica curanda duo scopi Medico proposti sunt; primus quidem, vt causam, quæ dolorem hunc excitat, amoueatur; quæ cum multiplex, quælibet pro sua natura sui amotionem indicat, vt postea de singulis in specie dicitur; atque hæc curatio maximè regularis est. Quia vero dolor interdum ita vehementis est, vt ad se curam trahat; nonnunquam ad tempus dilata curatione, quæ causam debetur, si ægrum seruatum velit Medicus, dolori primum occurrendum est, qui alter in colica curanda scopus.

Curatio.

Ad dolorem autem vehementem tollendum opus est anodynis, & interdum etiam narcoticis. Anodyna sunt, quæ temperata sua qualitate & humiditate partes, dolore afflictas suauiter demolcent laxantque, de quibus in Institut. lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 7. Narcotica vero sunt, quæ peculiari vi stuporem parti inducunt, vt dolorem non sentiat, causa doloris relicta. Anodyna autem nunc assumenda exhibentur, nunc per clysterem infunduntur, nunc extra applicantur. Intus sumitur oleum amygdalarum dulcium recens ab ℥. iij. ad ℥. v. cum sacchari albi ℥. ℞. Si calor adsit, aliquid syrupi violacei, aut etiam specierum diarrhodi abbatris modicum addi potest. In materia frigida oleo amygdalarum dulcium dimidia pars olei amygdalarum amararum addatur; quidam & vini maluatici aliquid addunt. Decoctum quoque chamæmeli præstantissimum est anodynum. Vtile est & decoctum anethi. Si hæc æger abhorreat, clysteres, quorum alias etiam semper in colica magnus vfus est; cum dolores hic plerumque in crassis intestinis consistant, ex anodynis, seu iis, quæ calida & humida, parentur, chamæmelo, anetho, malua, althea, branca, rosa, parietaria, semine lini, fœnugraci, caricis pinguibus, butyro recenti, adipe vitulino, gallinacco, oleo communi dulci, & similibus, vt: ℞. Malua, parietaria, flor. chamæmeli an. ℥. j. sumantur. anethi M. j. sem. lini, fœnugraci an. ℥. ℞. Coquantur in ℥. ij. aquæ. Colaturæ ℥. j. ol. amygdalarum dulcium recentis ℥. ij. pinguedinis gallinæ vel anserinæ. ℥. j. Fiat clyster. licet & clysteres ex solis oleis, puta amygdalarum dulcium, chamæmelino, anethino inmiscere, quibus & portio aliqua adipis gathinæ, vel anseris æmulsæ ceri potest. Exterà, post alui lenitionem, conuenient fomenta ex iisdem parata, quæ vel in vesica. Vel sporigia, vel lana, vel linco applicantur. In causa frigida

Indicationes.

Curatio. Anodyna quid sint?

Narcotica quid?

Interna.

Externa.

conueniunt oleum lini, amygdalarum amararum, chamamelinum, anethinum, aut horum decocta. In calida oleum violarum, rosaceum cum vitello oui, hydrelantia, lacubulum, ouillum, mucilago feminis, althaa, malua, omentum castrati in oleo rosaceo calefactum emplastrum ex mucilagine feminis psyllij, oleo rosaceo & vitellis ouorum. Commodus etiã vsus balnei, quod & ipsum dolores valdè lenit, & vt efficacius sit, herbae modò enumeratæ priùs in aqua coqui possunt. Internis autem illis vtimur semel atque iterum pro doloris violentia: modò dolor colicus non sit ab inflammatione. Tum enim, vt postea dicitur, mox adhibenda est phlebotomia. Externorũ vsus frequentior esse potest: sed præcedat aliqua euacuatio. In horum tamen etiam vsu hoc notandum, ne valdè calefacientia, vbi saltem dolorem sopire animus, vsurpentur. Insigniter enim calefacientia anodyna non sunt, sed potius causam respiciunt, de quo suo loco. Ei verò anodyna nihil proficiant, & dolor vehemens admodum sit, vt syncope, vel vitæ periculum imminet, ad narcotica accedendum, & vsurpantur commodius in mordaci & acri hamore, non quod refrigerent, vt vulgò creditur, sed quòd humoris acrimoniam mitigandi, eum in crassandi morsumque & motum eius inhibendi etiam vim habent. Et quamuis aliqua intemperies vel stupor inducatur: tamen melius est, intemperiem ex narcoticis relicta longiore tempore curare, quàm breui deiectis viribus ægrum mori. In frigidis autem & crassis ac lentis humoribus narcotica, & opiata ita commoda nõ sunt, cum causam motificam deteriore & curatu difficiliorem reddant. Et quamuis qui à frigidis humoribus colicam patiuntur initio aliquid commodi è narcoticis percipere, & dolores leniri videantur tamen postea maiores fiunt, humores ipso crassiore, & ad motum magis inepto reddito, tunicisque intestinorum magis addensatis.

In qua colica narcotica conueniunt.

Narcotica simplicia. Composita.

Narcotica tribus modis hic vsurpari solent.

Cautela in vsu narcoticorum.

Sunt autem talia remedia varia, simplicia, vt opiũ, radix mandragoræ, semen hyoscyami & alia composita, theriaca & mithridaticum recens, requies Nicolai, philonium Persicum, philonium Romanum, laudanum opiatum & similia. Simplicibus tãdò vel nunquam solis, ob vehementiam, quam habent, vtimur. Compositis tutius & frequentius, de quorum recto vsu, & compositione videatur Galenus, lib. 9. de compos. medic. sec. loc. cap. 4. Aëtius, tetrab. 3. serm. 1. cap. 32. & suprã lib. 1. part. 2. cap. 1.

Narcotica autem illa tribus modis vsurpari solent, ac vel ore assumuntur, vel per clysteres iniiciuntur, vel extra applicantur. Et rarius quidem ore sumenda exhibentur; tutius per alium infunduntur eum iure vel decocto conueniente. Inter interna, vbi necessitas exigit, exhiberi possunt, requies magna, philonium Romanum, aut Athanasia, ð. j. pondere cum decoctis floram chamamelii ð. iij. & syrups papaueris ð. ß. Et quidem antiquis vltatissimũ & laudatissimum medicamentum est philonium. Hodie in vsu est laudanum opiatum, quod ij. vel iij. g. pondere exhibetur. Hoc tamen etiam circa narcoticorum vsu, tum in hoc, tum in aliis morbis, in quibus vsurpanda, monendum, vt, cum iis opus est, adhibeantur, dum vires adhuc constant. Nam si viribus iam prostratis, & vbi ferè morti vicinum est æger, vsurpentur, non solum non proficiunt, sed ægro etiam interitum accelerant, & cum sensu vitam auferunt, dum spiritus iam antea languetes, aut deficientes sopiunt quasi & calori nativo obsunt. Deinde per clysteres talia iniiciuntur cum decocto conueniente, & clystere infuso æger in latus dolens recumbat. Exempli gratia patetur clyster ex decocto hordei & capitibus papaueris. Vel ℞. Decocti flor. chamamelii, vel alterius ð. j. philonij Romani, aut requies Nicolai ð. j. ß. ol.

amygdal. dulcium. Fiat clyster. Tandem eadem extra applicantur, vt: ℞. Fol. parietaria, hyoscyami an. M. j. Coquantur & contundantur. Contusis adde. Pulv. floram chamamelii, fari, a feminis lini, fenugraci an. ð. ß. croci ð. ß. opij ð. ß. vel ð. j. vitellorum ouorum num. iij. ol. de papauer. ð. ij. chamamel. anethini an. ð. j. Fiat cataplasma. Cum materia dolorem exetans in cauitate intestinorum continetur, Rhases necessitate vt gente opiatis vtitur, addito scammonio in causa calida, vt bile prouocata simul aliquid è ventre educatur. Vel patetur talis clyster. ℞. Parietaria, malua, althaa, flor. chamamelii an. M. j. sem. lini, fenugraci an. ð. iij. Coquantur in aqua simplici. Colaturæ ℞. lb. j. Benedicta laxatiua ð. ß. diaphanici ð. ij. philoni Romani ð. j. ol. chamamelini, lini ð. j. ß. F. clyster. Commendantur ab antiquis & à recentioribus quædam quæ occulta proprietate dolores colicos lenire creduntur. Inter ea imprimis laudatur stercus lupinum album, quod in spinis repertum in terram non cecidit. Datur à ð. ß. ad ð. j. cum pauco sale, vel pipere in vino albo tenui, vel etiam aqua. Phlegmonem tamen abesse oportet. Imò laudatur etiam foris sibus suspensum, vt videre est apud Galenum, lib. 10. de simpl. medic. facult. cap. de stercoribus. Commendatur & intellũ lapi ex analogia fortasse membri. Galenus galeritã autem, seu alauidam, quæ apicem in capite gellat in iure elixam dat. Dioscorides assam probat: alij tostæ pulueri ex aqua propinant. Rhasis, Auicennas & alij cornu cerui ð. j. in potu exhibent. Dantur & lumbrici terrestres, & talus scillus, & intestina gallinæ tosta & trita à ð. j. ad ð. j. in vino vel aqua, prout materia frigida vel calida id admittit. Lylius quidam Medicus stercus gallinaceum vtiliter præbuit ex œnomelite vel aceto, vel vino aqua diluto, teste Galeno, lib. 10. de simpl. med. fac. e. 10. Rodericus Fonseca, consult. 57. remedium singulare, tanquã maximè secretum ad dolores colicos tam curandos, quàm præcauendos, & quòd à proprietate totius suæ stantia operetur, & in seipso & in aliis multis expertus fuerit, commendat testiculos equorum. Lauat eos vino generoso, deinde in taleolas incidit & in furno exsiccat lento calore, atque vsui seruat, & cum opus ð. j. in puluerem reducit cum ð. ß. seminis anisi, & post euacuationem per clysteres, vel lenne aliquod medicamentum in iure vel vino exhibet, & ægrum tribus horis à cibo & potu abstinere iubet. Plura videantur apud Aëtium, tetr. 3. serm. 1. l. 3. c. 31. & apud Trallianum, l. 1. c. 1. sub titulo. vlt. de annuletis, vbi tamen & superstitiosa quædam enumerat. Verum enim verò cum colica sit malum à causis manifestis ortum (etsi causæ distendendo, vel mordendo colicam excitanti malignitas etiam quandoque inesse possit) non sine causa dubitatur, an dentur medicamenta, quæ peculiari & occulta proprietate dolores colicos sanent. Etsi ex iis quædam iuuant sumta (nam de extra appensis maior adhuc videtur esse dubitatio, & pleraque ex his videntur esse superstitiosa) effectus illius causa ex qualitatibus notis reddi potest; qualia sunt stercus lupi, gallinarum, lumbrici terrestres, quæ facultatem attenuandi abstergendique & nitrosi quid habent, omnemque vim suam à sale obtinent. Alia verò que occulta omninò proprietate iuuare videntur, vt intestina lapi, gallinæ & similia vim potius intestina confortandi ob similitudinem quandam habent, atque ita non immediatè Colicæ profunt; ideoque ista medicamenta non sine iudicio in omni colica à quacunque causa orta adhibenda, sed prius diligenter dispiciendum, an causa, cur profunt talia, si profint, reddi possit. De Diata in genere dici nihil potest, cum pro causarum diuersitate varia sit.

Dolorem colicum occulta proprietate leniunt.

Equorum testiculi, miris modis ad colicam leniendam commendantur.

An dentur reuera medicamenta quæ occulta proprietate dolores colicos lenire aut tollere possint.

Dixit.

De colica à flatibus & excrementorum copia, in canitate intestinorum retentis & distendendo dolorem excitantibus.

Colica à flatibus, & intestinis colliguntur, & cumulantur, eaq; distendunt & dolorem excitat. Quibus si exitus liber pateat, dolor non diu durat, sed materia per aluum excernitur, eaque excreta dolor cessat: id quod post purgantia medicamenta sumpta, post vsum fructuum fugacium, potum multum, cereuisiæ recentis, cruditatēsq; & omnino post eorum vsum, quæ corrumpuntur, & quasi fermentationem quandam in humoribus & intestinis excitare volent, accidit. Vulgò cruditatis nomine istud in Colicis vitium nominatur; & est omnino in coctione quoddam vitium, sed tale, quod non fixum aliquem & quietum humorem generat, sed flatuosum; & tale omnino quidem, quod aliàs à medicamentis purgantibus, multo & similibus excitari solet.

Neque enim sola obstructio & fecum retentio ad colicam generosam sufficit, sed talis fermentatio, & ut sic dicā, flatuositas humorum necessaria est. Sæpius enim accidit, ut multis diebus aluus obstruatur, & nulla colica sequatur, sicut Brassauolus, cap. 6. tract. de remed. purgat. narrat, se iuuenem sæpè per spatium nouem dierum, imò per spatium duodecim dierum nihil per aluū excreuisse, & tamen sani hominis muniis perfunctum fuisse: qualia exempla alia etiam Schenexius, lib. 3. de alui suppress. annotauit. Contra verò etsi aluus pateat, imò, quod sæpè accidit, etsi frequentius, quam par est, excernat: tamen si crudi eiusmodi & corrupti ac flatulenti humores adsunt, colica generatur. Id quod iis accidit, qui ventriculum & intestina debilia habent. Hi enim si vel cereuisiam feculentam bibant, vel cibum coctum difficilem, aut corruptioni obnoxium capiant, ut brassicam, intestina bubala, carnem porcinā, vel aliam pinguem, & cereuisiam frigidam deinde bibant, cibus is non in chylum conuenienti modò mutatur, sed corrumpitur, & in humorem acrem ac flatulentum conuertitur, qui colicam postea excitat, quæ non cessat, nisi humore hoc vel vomitu, vel per aluum euacuat. Multò tamen facilius hoc accidit, si materiæ isti flatuosa & excrementis exitum querentibus exitus denegetur & hæreant cumulenturque in intestinis, eaque distendant, obseruauitque Fernelius & alij, à flatibus colum nonnunquam ita distensum fuisse, ut brachij, vel femoris magnitudinem æquaret, nonnunquam etiam flatuum vehementiā & copia ruptum fuisse. Accidit autem hoc frequentius in coli intestini anfractibus, & flexu illo eius, quem descendens in latere sinistro in initio facit: quo loco sæpè, dum excrementa exitum ad latus querunt, quasi perterebrari, & in tumorem, qui tactu deprehendi potest, eluari videtur. Denegatur verò flatibus & excrementis transitus, dum ipsa excrementa copia vias has coli anfractuosa subito replent & occludunt; vel ob siccitatem, duritiem & tenacitatem ibi subsistant, reliquisque, quæ in dies aceruantur, flatibus, & excrementis transitum denegant. Idem & ab alijs corporibus duris accidere potest, ut à nucleis copiose comestis, caseo duro, pituita concreta, calculis, quæ tamen & ipsa per se distendendo dolorem parere valent, obseruatumque est, lapides in intestinis genitos homines ad eò excruciasse, ut breui expiraturi viderentur, nisi vel sponte vel artis operæ excreti morbum soluisent, cuius rei exempla in obseruat. Schenexij, lib. 3. obseru. 245. videantur. In tenuibus etiam intestinis quandoq; hoc impedimentum est, dum scilicet, precipue in meatu illo angustiore ad initium intestinorum crassorum, iuxta renem dextrum obstruuntur, ibique dolor Iliacus grauissimus, qui tamen etiam vulgò colicus appellatur, excitatur, & circa dextrum

Varia corpora dura & concreta in intestinis dolorem colicum parere possunt.

latus fixus est, & propter retenta in intestinis tenuibus excrementa circa vmbilicum percipitur cum alui suppressione. Fitque hæc obstructio in intestinis tenuibus nonnunquam à causis externis, rebúsque crassioribus assumptis; sicut Fernelius à cydoniato meatum illum iuxta cæcum obstruente dolorem iliacum grauissimum & lethalem excitatum fuisse, fœcēsq; in abdomen decidisse obseruauit. Præter obstructionem etiam à contorsione, & conuolutione ac compressione intestina tenuia occludi, dolorque in intestinis tenuibus excitari potest. Cuius conuolutionis causa non saltem esse potest inflammatio; de qua postea dicitur, sed & flatus, qui vel soli, vel cum excrementis tenuia intestina ad eò implent, ut instar sarciminum inflatorum contorqueantur; quod tamen facilius accidit, si obstructio aliqua præcessit, & flatus retinentur. Eadem contorsio, & conuolutio, ac hinc sequentia reliqua symptomata, ex situ intestinorum mutato exoritur, sine ab externa vi accidat, ob rupta vel tensa eorum ligamenta, siue ob ruptum peritonæum, id quod in hernia; & intestinorum extra abdominis cavitatem in serotum delapsu non raro accidere solet. Tandem & intestina nonnunquam coalescunt, de qua re supra, sect. 7. cap. 3. de angustia intestinor. dictum.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem dolor hic ex fecum duritie, aluique suppressione, ex ventris tensione, rugitu & murmure, & imprimis si præcesserunt causæ flatus generantes, & cibi vel potus assumpti sint, qui talem fermentationem humorum, de qua antea diximus, producere apti nati sunt, quales sunt fructus fugaces, vix multum, cereuisia recens vel feculenta, & omnino cibi, qui facile corrumpuntur; refrigeratio item ventris, vnde cruditates oriri. Ex talibus enim omnibus, si exitus pateat, Diarrhæa vel cholera excitari solent. Si verò occludatur aluus, colicus dolor. Quæ verò causa intestina occludat, etiam suis signis discernendum. Si feces alui causa sint, dolor est compressius, & alui adstrictio adfuit, diuturniorque fecum in intestinis mora, seu ægri calidioris & siccioris, seu diætæ vitio, id est, ciborum excrementitiorum & aridorum, adstringentium, exercitiorum & laborum magnitudine id contingat. Quod si calculus in intestinis contineatur, dolor est contusus & fixus, ac diu durans, & signa materiæ calculum generantis adfuerunt, collectaque ibi est picuita vitrea, & humores alij tartarei. Hernia & inflammatio etiam suis signis cognoscuntur.

Prognostica.

1. Obstructio, quæ in crassis intestinis fit, facilius tollitur, colicusque dolor inde ortus facilius sanatur; ca. difficilior verò, si meatus intestinorum tenuium obstructi sint, & continuo excrementa cumulentur. 2. Lenius malum significatur, si excrementa sponte, & per lenes clysteres natura irritata deiciantur, & excrementa liquida, flatusque multi per aluum excernantur, dolorque locum mutat. Si verò remedijs non cedat malum, periculosus morbus est, qui interdum in hydropem siccum vel ileum mutatur. 3. Calculus difficilior educitur, quàm feces indurata. 4. Si intestina coaluerint, malum incurabile est. 5. Si ab intestinorum in serotum prolapsu dolor excitetur, nisi intestina reponantur, antequam inflammantur, periculosum & sæpè lethale malum est.

Indicationes.

In colica à quacunque causa obstruente orta primus scopus est, obstructionem tollere, feces nimirum emollire, aluum laxare, humores educere, flatus discutere, calculum tollere, intestina suo loco mota & contorta naturali sedi restituere, & quæ communis est omni colicæ indicatio, dolorem lenire.

Ab intestinorum contorsione, conuolutione & compressione etiam colica induci potest.

Signa:

Indicatio:

Curatio.

Curatio. Et si verò flatus proxima doloris causa sunt, & proinde in leuiori colica flatus discutientibus finem optatum sæpe attingere liceat: tamen in colica grauiore tantùm abest, vt prorsus ea primò administrata, vt etiam plurimum nocere possint, cum pituita in intestinis contenta in flatus dissoluant, & hoc modo dolorem augeant: Itaque antequam flatus discutientia vsurpentur, necesse est, vias inferiores aperiri, fecesque alui induratas educi. Ac proinde rectissime à clysteribus cura plerumque inchoatur eùm causa mali plerumque in intestino colo hæreat, ad quod clysteres facile penetrant; paraturque illi ex emollientibus & aluum lenientibus, ac fluidam reddentibus; materiam viscidam, si adsit, incidentibus, & abstergentibus, quibus interdum, eùm summa adest alui constipatio, humorisque tenaces in intestinis adherent, flatus discutientia ac calefacientia in causa frigida adiuuuntur. Anodyna quoque iisdem admiscete, & clysterem pluribus scopis inseruientem parare licet. Neque protinus si vnus clyster successu careat, desistendum, sed continuandus clyster vnus, donec obstructio à retentione fecum orta tollatur, vt: ℞. *Parietaria, malua, alibæ* an. M. j. rad. *althææ, lilior. albor.* an. ℥. ss. *fenuum* num. v. Coqu. in aqua simplici. Colatura ℞. lb. j. *castie pro clysteribus* ℥. j. *olei violar. aneth.* an. ℥. j. *vielli oni* num. j. F. Clyster emolliens. Vel ℞. *Radic. althææ* ℥. j. *parietar. violar. branc. vrsin.* an. M. j. *flor. chamemel. M. s. sem. lini, fenugraci* an. ℥. iij. Coquantur in aqua simplici. Colatura ℞. lb. j. *castie pro clysteribus* ℥. j. *olei amygdal. dulcium chamaemeli.* an. ℥. j. *vielli. ouor. num. ij.* F. Clyster emolliens ad dolorem leniendum. Vel ℞. *Parietaria M. j. veronica M. ij. flor. sambuci* M. j. Colatura ℞. lb. j. *sacchari* ℥. ij. *olei amygdal. dulc.* ℥. j. *atòs* ℥. iij. F. Clyster dolorem leniens & abstergens. Alius, qui emoluit, dolorem lenit, simulque flatus discutit & materiam euacuat. ℞. *Mercurialis, parietaria, malua, alibæ* an. M. j. *ruta, flor. chamemel, meliloti* an. M. s. *sem. anethi, carui, baccar. lauri* an. ℥. ij. Coquantur in aqua simplici. Colatura ℞. lb. j. *electuar. diaphanici, bene dict. laxatin.* an. ℥. ss. *de baccis lauri* an. ℥. iij. *olei rutacei,* an. ℥. j. ss. Fiat Clyster. Et si maxima sit alui constipatio, ea, quæ magis intestina irritant, addenda, vt agaricus, electuarium hieræ simplicis, Indum, Episcopi, diaphanici, Benedictæ laxatinæ. Si autem Clysteres, quod sæpe accidit, nihil proficiant, & materia in superioribus intestinis hæreat, in clysterum vsu diu non persistendam, eùm facultatem expultricem seuiorem reddant, & intestinorum temperiem sæpe lædant; sed satius est, leni aliquo aluum laxante medicamento vti, quod tamen reliquum corpus non moueat. Obseruatum est, eùm æger quidam triginta clysteres sine fructu accepisset, alium Medicum manna ℥. j. ss. cum olei amygdal. dulc. ℥. ij. in iusculo gallinæ pingui exhibuisse, & ægrum à dolore liberasse. Vel oleum amygdalarum dulcium loco butyri iusculis admiscetur; additur quandoque oleo amygdal. dulcium & sperma Ceti. Si flatus imprimis urgeant, qui interdum sua copia sibi ipsi exitum præcludunt, duo imprimis agenda, primò vt pars tensa laxetur, deinde vt flatus dissipentur; Quæ tamen expediti non possunt, nisi simul causa, à qua flatus proueniunt, ablata fuerit. Generantur autem flatus vel oblentam & crassam pituitam, à qua leui de causa, seu externa, seu interna, quæ materiam agit, flatus generantur; vel ob calorem debilem, qui flatus, quos eleuat, discutere nequit. Primò ergo emollientibus clysteribus vtendum, quæ tensam partem laxant, postea discutientibus cum internis, tum externis. Ideo

A que si flatus discutere imprimis animus sit, talis paratur clyster: ℞. *Origani ruta, veronice* an. M. j. *flor. chamemel, meliloti* an. M. s. *baccar. lauri, inniperi* an. ℥. ss. Coqu. in aqua simplici. Colatura ℞. lb. j. *Electuar. Hieræ pieræ simplicis, diaphanici.* an. ℥. ss. *de baccis lauri* ℥. iij. *olei anethini, rutacei* an. ℥. j. ss. F. Clyster. Ad intestina calefacienda, flatusque discutendos nonnunquam vini Maluatici, vel alterius potentis, aut atomatici lb. j. vel etiam plus iniicitur. Et si simul detergere ac lenire velimus, vino olei communis, chamæmelini, anethini, amygdalar. dulcium ℥. iij. mellis ℥. j. adici possunt. Galen. 2. ad *Glaucan. cap. 6.* in oleo communi ebullire sinit, quæ, eùm tenuitate partium, calefaciendi vim habent, vt semen cumini, apij, petrosolini, leuistici, seseleos; & in frigida partis dolentis constitutione, rutam, baccas lauri, & ipsum oleum laurinum per clysteres iniicit. Vbi verò calor coniunctus est, temperatis potius vitur resoluentibus, vt anetho & similibus. Clysteres autem tum flatus discutientes, tum anodynos non semper ad integras libras infundere opus est, sed sufficiunt ℥. ix. vel ℥. x. vt diutius subsistentes efficacius vim suam in intestina exerant, modò ea sit liquoris mensura, vt ad locum effectum perueniat. Vsurpantur & interna ad flatus discutendos; Et sunt in causa frigida ad aluum solvendam, & apertam seruandam, dolores leniendos, flatus discutendos vtilia vina purgantia. Vt

℞. *Radic. faniculi, acori veri, helenij, imperatoria* an. ℥. ss. *absinthij.* ℥. v. *calaminth. origani, rorismarini, flor. chamemel, sambuci* an. ℥. ij. *corric. maior. aurantior. citrior.* an. ℥. iij. *sem. faniculi, carui* an. ℥. ij. *baccar. lauri, inniperi* an. ℥. ij. *folior. fenicele.* ℥. j. *bragari trochiscati* ℥. ss. *turbith.* ℥. ij. Conquassatis affundatur vini q. s. de quo, cum aluum constipatur, æger bibat haustum. Exhibetur quoque decoctum florum chamæmeli in ceruicia vel vino albo tenui ad ℥. iij. quod ad dolores leniendos, & flatus in colicis discutendos præsentissimum est remedium; sicut & aqua florum chamæmeli. Decoctum tamen efficacius est. Vtile est & decoctum seminis cumini, folius, vel cum floribus chamæmeli: vt & ius galli repleti iis, quæ flatus discutendi vim habent.

D Castoreum quoque vtile est ℥. j. vel ℥. ss. pondere, dissolutum in vino cum pauco cinamomo & croco. Commendatur valde ad colicam etiam veronica, que simul ita à proprietate colicis vtilis à Cratone in colica commendatur, quæ non solum decocta clysterè iniicitur, sed & in vino decocta cum myrrha ℥. ss. bibidatur. Idem Crato commendat radicem Imperatorie, seu cardopatæ, quam in vino maceravit, & per triduum ante cœnam haustum propinavit. Quæ cum aliquo maliguitatis, præsertim humida, habeat, potest & ℥. ss. myrrhæ cum vino, & tantandem Theriacæ cum extracto calami aromatici exhibuit. Idem tenera cernorum cornua in taleolas secat & in puluerem redigit. Huius pulueris ℥. ij. addit myrrhæ ℥. ij. piperis albi ℥. j. Dosis ℥. j. Vtilis est & decoctio pulvis à ℥. j. ad ℥. j. vt & aqua eiusdem cum veronice aqua destillata, vt & extractum calami aromatici ad ℥. j. cum syrupo conueniente. Aqua contra colicam. ℞. *Cinamomi* ℥. ss. *sem. anisi* lb. ss. *dauci siluestris* ℥. ij. *rad. mei* ℥. iij. *caryoph. macis, nuc. mosch.* an. ℥. j. Macerentur per dies aliquot in spiritibus vini *Rhenani* lb. ij. ℥. iij. Destillatum dulcoretur syrupo cinamomi vel saccharo. Rhases probat confectioem de baccis lauri; Datur cum ℥. j. vel ij. vini calefacti. Auicennas efficax medicamentum parat ex equalib. partibus castorei, piperis & anisi. Vtilis sunt & species diacumini, dianisi, diacalaminthæ, diagalangæ, diatriopipericon, theriacæ, & Misbridati antiquum; item oleum destillatum carni, cumini;

Veronica in colica commendata.

Radix Imperatorie

fœniculi, anisi, radicis angelica, caryophyllor. sigutta
 vna vel altera in iure, vel vino vel cereuisia exhibetur.
 Vel sicut cum saccharo, rotule, vt: ℞. Olei anisi vel carui
 gutt. vij. vel z. ℞. sacchari in aqua cinamomi dissoluti
 ℞. j. ℞. F. Rotule. Vtilis est & hic puluis: ℞. Cinamo-
 ni optimi, coriœ, aurantior. flau. an. ℞. ij. galange,
 calami aromatici an. ℞. j. baccarum lauri ℞. j. baccarum
 minis cumini ℞. ij. cornu cerni vsi preparati ℞. j. ℞.
 seminis carui ℞. ℞. avisi, fœniculi an. z. iv. caryo-
 phyllor. zedaria an. ℞. j. Puluerisatis adde spec.
 dianisi ℞. j. ℞. F. Puluis, de quo datur ℞. j. circiter
 Extra quoque ad flatum discurrentis vsurpari pos-
 sunt sacculi de floribus chamæmeli, summitatibus
 anethi, foliis calaminthæ, rutæ, millo, sale leniter
 cõrtectis parati, qui vino valente irrorati calidi
 ventri applicentur. Vel F. tale Emplastrum: ℞. Em-
 plastrum de baccis lauri ℞. iij. de meliloti ℞. j. Misce
 cum oleo chamæmelino & rutaceo F. Emplastrum,
 quod abdomini imponatur. Vel ℞. Emplastrum de
 baccis lauri ℞. j. ℞. vnguenti Agrippæ ℞. ℞. Misce-
 antur & ventri imponantur. Nonnulli regulam la-
 teritiam ad ignem calefactam, & linteo vino mada-
 facta inuolutam ventri imponunt: alij asserem quer-
 num calefactum, alij panem de furno calentem. In
 vulgari vsu est & Lapis ophites calefactus; quem
 vulgò serpentarium appellant. Commendatur &
 gummis tracamahacæ & carannæ vmbilico imposita,
 imprimis si postea cucurbita maior vmbilico, vel pari-
 dolenti affigatur. Efficax est & Galbanum, quod
 in Maluatico dissolutum & cum castoreo mixtum
 vmbilico imponatur. Eidem & olea addi possunt, vt:
 ℞. Galbani in aqua vitæ dissoluti ℞. ij. olei nardini,
 rutæ an. ℞. j. croci ℞. vj. Misce F. Linimentum.
 Vel eidem oleum destillatum rutæ addatur. Efficax
 eius adhuc est oleum ex Galbano, vt & quod ex sa-
 pone destillatur, & in Institutionibus describitur.
 Verùm non semper illa ipsa materia (vt & hoc do-
 ctrix causâ addimus) quæ dolorem excitat, etiam
 obstructionem parit, sed quandoque alia materia
 est, quæ dolorem parit, alia quæ obstructionem.
 Flatus enim copiosus cum excrementorum retentio-
 ne affluens & continuum soluit, doloremque parit,
 & obstructionem generat. Dum verò flatus non est
 ita copiosus, feces verò sunt indurata; aliud est quòd
 dolorem parit, aliud quòd obstructionem excitat.
 Compertum enim est sæpissimè aluum ad multos
 dies fuisse obstructam, & feces retentas sine dolore
 colico; accedentibus postea flatibus demum colicam
 excitatam fuisse. Si ergo à fecibus alui induratis
 reliquis fecibus & flatibus exitum præcludentibus
 fiat colica, vsurpanda sunt emollientia, & postea
 acia, expultricem irritantia. Abstinentium verò in
 hoc casu principio ab omnibus purgantibus per su-
 periora exhibitis. Cùm enim talia versus aluum ex-
 erementa moueant; exitus verò à fecibus induratis
 sit præclusus; augebunt potius malum, quàm mi-
 nuent. Sed à clysteribus emollientibus, & pingui-
 bus curatio inchoanda, paratis scilicet ex iuribus pin-
 guibus, oleo communi dulci, amygdalar. dulcium,
 butyro, mucilagine althææ, maluæ, seminis lini, fœ-
 nugraci, ficibus & similibus. Extra simul eadem
 emollientia adhibenda, vt vnguentum Agrippæ &
 similia. Exhibenda quoque emollientia, vt ius galli
 decrepiti, præcipitè cum anetho, polypodio, quan-
 doque & carthamo paratum; prunorum, spinachij,
 violariæ, betæ, oleum amygdal. dulc. deglutitis
 prius granis i. diagydiij. Postea succedant clyste-
 res aciores, quibus feces dissoluantur atque eua-
 cuentur. Quidam ægrum in balneum collocant adu-
 calidum ex oleo, aut ex aqua, in qua herbe emol-
 lientes coctæ sint, vnguendo prius eius ventrem oleo
 amygdalarum dulcium, butyro pinguedinibus hu-

medicamentibus. Deinde clysterem mediocriter acrem
 iniiciunt, atque ita aluum proritant. Nonnulli in
 malo desperato argentum viuum exhibent, quod pô-
 dere suo descendens feces simul protrudat; alij
 plumbum in eundem finem exhibent. Narratque
 Ambrosius Patavus, lib. 16. cap. 28. quendam, cum
 nullis remedijs à dolore colico liberari potuisset,
 tandem haustus olei amygdal. dulcium ℞. iv. cum vi-
 no albo, aqua parietariæ mixtis, deinde deuorata
 glande plumbea argento viuo illita, eademque alio
 reddita, cruciatu colico mox liberatum fuisse. Teal-
 lianus Hippocratis remedium vsurpat. Follis enim
 ano adaptatur, atque intestina ad eum inflantur, vsq;
 stercoretibus interna sua superficie separentur, postea
 clyster immititur, qui feces alui solutas vna secum
 educit. Videtur Hippocrates, in lib. de affectu, vbi
 ileum extremo hoc quasi remedio sanari docet. Et
 Teallianus, lib. 10. cap. 1. de colica ex stercoreis duris
 obstructione. In colica à calculo in intestinis con-
 cluso lubricantia & expultricem irritantia requiruntur.
 Eius, quæ à vermibus, curatio ad vermes necandos
 & euadendos dirigenda. Dolor colicus ex intestino-
 rum transpositione & conuolutione, & qui ex rupto
 peritonæo, & intestinorum in serotum descensu or-
 tum habet, curationem hæcne postulat, de qua
 supra.

Argentum viuum quo- modo vsurperunt colica?

Hippocra- tis in colica remedium per intesti- norum in- flationem.

Curatio co- lica à ver- mibus. Ex intesti- norum con- uolutione & transpo- sitione.

Dieta.

Dixta in omni dolore colico ab humore frigido &
 crasso sit attenuans & parca, cibique attenuantibus
 & discurrentibus condiantur. Galenus maximè ali-
 lium commendat, quia flatus discutit, & scim non
 infert, nisi in ventriculo bilioso. Datur robustis cru-
 dum, cæteris coctum. Vitentur oua assa & dura, py-
 ra, cydonia, & similia. Potus sit vinum album, po-
 tens, tenuium partium, non adstringens, hydromel
 cum pipere paratum vtile in hoc casu videatur apud
 Rhazium, l. 9. ad Almanfor. c. 22.

Dieta.

De Colica à vermibus.

Colicæ modò explicatæ non incommodè subiun-
 gi potest ea, quæ sit à vermibus, cuius mentionem
 facit Guilielmus Fabricius, centur. 1. obseru. 57. vbi
 refert puellam 12. annos natam grauissimis dolori-
 bus colicis vexatam fuisse, cum febre continua & syn-
 cope. Ad quam ille vocatu senemata aliquot anody-
 na & flatus discurrentia adhibuit exterius fomenta-
 tionem ex floribus chamæmeli, meliloti, semine
 carui, anisi, fœnicoli, fœnugraci, foliis & radici-
 bus maluæ, althææ, & similibus applicauit. Sequen-
 ti die infusionem rhabarbari ex aqua absinthij, pa-
 rumque benedictæ laxatiuæ propinauit: quibus ta-
 men dolor non cessauit. Tandem exhibito clystere
 ex lacte recens mulcto, globulum vermium pugni
 magnitudine, vltra septuaginta lumbricos ad eum in-
 tricatos & conglomeratos complectentem, vt sepa-
 rari vix potuerint, aluum exonerando excreuit. Quo
 facto, dolor, reliquaque symptomata, quibus antea
 vexabatur, illico sedata sunt, & breui post tempore
 pristinae sanitati restituta sunt.

Colica à vermibus.

Exemplum in puella.

De Colica ab humoribus crassis, & viscidis in iunioribus intestinorum hærentibus.

Frequenter etiam dolor colicus grauissimus exci-
 tatur à pituita & humoribus crassis ac viscidis, nõ vt
 plurimi existimant, in cõhitate intestinorum, sed in-
 tra coli tunicas contentis, vt testatur Galenus, 12.
 m. m. cap. 7. Non enim credibile est dolorem, à quo
 perforari quasi intestina videntur, excitari tantum à
 pituita, intus cavitati intestinorum adhærescente, ea-
 que refrigerante. Et causâ ista non in tenuibus, sed
 crassis intestinis consistit. Nam tenuium intestino-
 rum tonicæ rarâ tenuique substantia constant, vt non
 diu eiusmodi causas continere possit. Sed probabile
 est, frigidis eiusmodi & viscidis humoribus, ac fla-

Colica ab humoribus crassis & viscidis.

Aniaca uitate inte- stinorum, nõ verò in ipsis intesti- norum ru- nicis humor in colica causâ hæ- reat.

Externa medica- menta.

Non semper materia colicum doloris parit obstructionem etiam inducit.

In colica à fecibus induratis per superiora non exhibentur purgantia.

tuolum spiritum in corpore crasso densoque genitum, sed egredi nequeuntem, dolorem excitare, vehementem quidem ob maximam partem, in qua continetur, tensionem; longum verò, seu stabilem, quia difficulter euacuatur ex corporis ambientis crassitiem & densitatem, Galenus, *6. de loc. affect. cap. 2.* Colligitur autem eiusmodi pituita in iis, qui crapulæ dediti sunt, ociosis item, & in quibus bilis, quæ expultricis stimulis est, ad ea loca non defluit. Quæ quidem fatidii hæret, antequam dolorem excitet, potest: Vbi verò ad quantitatem notatu dignam peruenit, & flatus ex diminuto partis calore excitari incipiunt, vel ab externa aliqua occasione, quæ vel calefaciat vel refrigeret, vel quocumque modo moueat, agitetur, flatusque excitentur (hi enim in dolore colico ab hac causa orto ferè præsentibus sunt) subito grauissimi dolores, dum tunicæ intestinorū distenduntur & diuelluntur, excitantur. Vnde & humore hoc euacuato, dolor cessat; alterantibus verò non cedit; quòd fieri tamen deberet, si à pituita in cauitate intestinorum hærente, eaque refrigerante, solum hic dolor excitaretur.

Signa Diagnostica.

Signa.

Causa hæc ex eo præcipuè cognoscitur, quòd dolor pali infixi, vel terebræ perforantis speciem exhibeat, ob tunicarum violentam eò loci, vbi pituita ista hæret, distensionem: quòd à reliquis causis non accidit. Licet enim dolores utunque graues vel acuti existant, non tamen ij fixi & perforantes quasi sunt.

Prognosticum.

Prognosticum.

Colica à pituita & humore crasso intra tunicas coli concluso pertinax est: ob partem, in qua humor continetur, crassitiem & densitatem, & humorum visciditatem.

Indicationes.

Indicationes.

In colica à pituita crassa & lenta vtendum est, aluo prius aperta, pituitam attenuantibus, fundentibus, discutientibus, iustamen non insigniter calidis, ne materia subito resoluta flatus multiplicentur; & materiam ad excretionem parantibus, ac denique euacuantibus.

Curatio.

Curatio.

Initio itaque clyster paretur ex emollientibus cum beta & ruta, ac semine carni, decoctis in iure carnis pingui, & dissolutis in hoc electuarij diacatholici, hieræ simplicis an. ℥. s. benedictæ laxatiuæ ℥. ij. cum oleis lenientibus & salis ℥. j. Vel ℥. Herb. emollientiar. an. M. j. flor. chamameli, meliloti an. M. s. sem. fœnugreci ℥. s. Coquantur in aqua simplici. Colaturæ ℥. lb. j. Adde olei chamam. rutacei. an. ℥. j. Misce F. Clyster. Clysteres verò fortiores à principio iniecti & præcipuè sæpius iterati nocent potius; quam profunt; cum materiam quidem agitent, sed, ob eius ineptitudinem, non euacuent, naturamque non parum labefactent. Per os quoque initio leniora exhibeantur, vt mel rosat. solutium hiera simplex. Ab agarico Auicennas abstinere iubet ob metum vomitionis; quæ in cholica cum alui suppressione minimè cura esset. Vtilis est & syrupus è spina insectoriâ, vulgò Domesticus appellatus, descriptionis Matthioli, in 1. Dioscorid. cap. 102. Materiam attenuant mel rosatum colatum, syrupus de drabus & quinque radicibus, de hyssopo, oxymel compositum & similia. Materiam non nihil attenuata & præparatâ, ad fortiores clysteres, qui etiam vim abstergendi habent, ascendendum, adiiciendo cæteris foeta calamintæ, centaurii minoris, semen cathami contusum, electuarium benedictæ laxatiuæ in maiore quantitate, oleum rutaceum. Licet & theiacæ vel Mitridatij ℥. j. addere. Et si malum per-

Attenuantia.

Fomenta.

Fomenta.

tinax sit, post horas sex vel octo alius iniiciatur, in quo agarici albi ℥. j. s. & pulpæ colocynthidis in nodulo ligatæ ℥. s. coctæ sint, & in colaturâ electuarij diaphœnici, hieræ simplicis, benedictæ laxatiuæ an. ℥. s. dissoluatur. Purgant per os sumpta hiera cum agarico, diacatholici curahabarbaro, pilulæ mastichina, elect. diaphœnicum, Indum, episcopi, benedictæ laxatiuæ. Maximè etiam confert terebinthina cum aliis purgantibus mixta. Fortiora verò purgantia rarò in hoc affectu vsurpanda: Si tamen mitiora non profint, dictis medicamentis diacrydij ℥. iij. vel iv. vel hieræ diacolocynthido ℥. j. adicere licet. Fortior etiam est hiera Logadii decript. Aëtij, retrab. 1. ferm. 3. cap. 3. Idem pomum colocynthidis excauat, semina eximit, post vino dulci veteri replet, & per noctem relinquit, mane vinum per linteum exprimit & diligenter colat, cauendo, ne quid de medulla in vino remaneat, vinum calefactum propinat ægrumque deambulare iubet, retrab. 3. ferm. 1. cap. 31. Idque aliqui pro secreto habent in colica ex pituita crassa vitrea. Sed fortius est medicamentum, quàm vt omnes ferre possint. Atque in hoc causæ genere copiatâ vix conueniunt, & licet in principio iuuare videantur, tamen dolor postea maior fit, humore ad motum ineptiore reddito, tunicisque intestinorum magis addensatis, flatum discussione prohibetâ. Itaque succi isti frigidi & crassi intra tunicas intestinorū conclusi incidendi & conoquendi sunt, & quidem eiusmodi medicamentis calidis, quæ non plus resoluunt, quàm digerant, sed quæ simul flatus discutendi vi polleant; in quorum censu etiam Galenus Allium habet. Et si enim nonnulli putant flatus gignere allium: tamen rectissime scribit Galenus, 12. meth. med. cap. 8. Allium inquit, omnium planè eduliorum flatus maxime discutit. Itaque ipse rusticorum theriacam id appellat. Habet enim manifestè excedentem calorem, & qui pituitosum humorem non gignat, sed manifestè ei le repugnet. Et omninò hic defectu calefacientium opus est, quæ talia sint, vt etiam vehementer digerant, qualia sunt attenuantia non vehementer calida. Atque, vt loco allegato vbi diligenter de colico dolore ex humoribus crassis orto tractat, Galenus scribit; A nullo in eiusmodi succis tam est metuentum, quàm à calore, qui eos liquet atque in flatum vertat, sed digerere non valeat. Attenuandi & discutendi vi etiam valet marrubium album in vino coctum exhibitum, & summitates thymi in aqua ad tertias coctæ, si colaturæ mellis despumati aliquid addatur. Aëtius inter alia commendat decoctum verbenacæ rectæ per nouem dies bibitum, decoctum item menthæ viridis per tres dies continuatum. Castorei etiam ℥. j. datur in hydromelite optimi cyatho vel ℥. iv. vel ℥. v. circiter. Vel ℥. Castorei ℥. iij. sem. amnios, fœniculi, an. ℥. j. Pulueriscentur, & detur ℥. j. in hydromelite. Aut ℥. Cumini ℥. s. piperis albi, summitat. thymi, fol. ruta, nitri an. ℥. j. Tritis iis cum aceto fiant trochisci pondere ℥. j. Detur vnus cum hydromelite. Vel ℥. Fol. absinthij pulegii, piperis albi, sem. cumini baccarum lauri an. p. x. Pulueriscentur Dosis ℥. j. Interea dum incidentia & attenuantia vsurpantur, clysteribus, fomentis, balneis, & aliis externis vtendum, quæ partem laxant, ne extensa doleat, & flatus facilius erumpant, ac pituita viscida facilius & cum minore dolore ad cauitatem intestinorum transeat. Tota ergo abdominis regio inungenda oleo amygdal. dulcium, chamamelino, anetino, laurino, liliorum alborum, fomenta item humida ex decocto floram chamameli, meliloti, semine fœnugreci, lini, ruta, origano, calamintæ & similibus adhibenda, quæ sic calidiora, expetantur in vino coqui possunt. Si dolor perseveret, ad sicca

Purgantia.

Opjata.

Calefacientia.

Allium in colica vtitur.

Fomenta sicca.

fomenta transeundum, quibus id, quòd liquatum & attenuatum fuerat, exsicceetur & dileuiatur sacculus nimirum ex *milio, sale, furfure, pulvere chamamelii, ruxa, anethi, lanri*, cui vsui etiam inferuiunt *vasa testacea calefacta*, & pannis inuoluta vulgò, vt & familiariter vsurpatur lapis ophites, serpentinus vulgò dictus, de quibus autea dictum. Extrà etiam adhibeantur discutiencia & enacuantia, vt *Unguentum de arnica, Agrippa & alia*, quæ in curatione hydropis tympanicæ proponuntur. De fomentis monet Trallianus, quod nisi eorum ope dolor mitescat, non transeundum sit ad fortiora: quia materię copia prohibeat. Eius ergo partem maximam priùs euacuandam esse, reliquam postea fomentis dissolvendam.

Dieta.

Dieta. Victus primò sit parcior ad excrementa absorbenda, & pituitam extenuandam; postea cibus exhibeatur, qui sit boni succi, & coctus facilis, admittis iis, quæ incidendi & extenuandi vim habent. In quem vsura & vinum exhiberelicet.

De Colica ab humore acro, & scorbutico.

Colica ab humore acro & scorbutico. Oritur & colica ab humore bilioso & calido, non illo quidem in cauitate intestinorum hærente, vel per eam moto, sed per tunicas & vasa eorundem. Nam si intestinorum cauitate redundaret, potius diarrhœam vel choleram, vel intestinorum tunicis adhærēs, & dysenteriam excitaret. Atque id velex quoque patet, quod ex biliosis & acris humoribus non solum colica, sed si aliò conuertantur, etiam iſterus, febres, conuulsio, paralysis & alia grauià symptomata oriri solent. Atque ex hac causâ, humoribus nimirum non frigidis & crassis, sed tenuibus, acris, quos omnes vulgò biliosos appellare solent, cum tamè magna sit eorum differentia, ortam habet colica, quæ Morauicæ, Austriacæ, Franconicæ & aliis quibusdam locis, vbi vina fortia, sulphurea & tartarea in vsu sunt, familiaris est, & frequenter in paralysis, arthritidem, epilepsiam transit. Siue enim causas, quæ præcesserunt, siue signa ipsorum humorum spectes, vtraque humorem non pituitosum & crassum, sed tenuem & acrem indicant. Nam vina quod attinet, *lib. 2. Inſtit.* dictum, quæ in terra calcaria vel lapide calcario, sulphureo, vel simili aliqua materia minerali abundante crescunt, cum partes tales multas in se contineant, quæ ad corpus alendum ineptæ sunt, tandem in corpore cumulate variorum morborum & inter eos etiam colicæ causæ sunt. Humores enim tales cum à natura vt inuiles protrudantur ad intestina, Venas & membranas eorum præter naturam distendunt, atque ita non solum doloris, sed & alui suppressionis causa sunt. Fibre enim si hoc modo distenduntur præter naturam, officium suum facere & feces protrudere non possunt. Atque non solum obstructionem secum retenturam causam esse, sed potius intestinorum distensionem, & fibrarum motum quasi contrarium, vel ex eo apparet; quod omnia euomuntur. Clysteres enim infusi rarò aliquid educunt; & quamuis aliquid educatur: aluus tamen statim iterum clauditur, & dolores perseverant: imò clysteres, vt & glandes, sursum atrahuntur, & vomitu euiciuntur, vt sepiùs annotatum; quòd fieri non possit, si obstructa essent à fecibus intestina. Perpendendum tamen hic etiam hoc relinquo, an illi humores salsi & acres aliquam qualitatem adstringentem & mordicantem, qualis in vitriolo & alumine reperitur, habere possint, à qua siccitas intestinorum & suppressio alui originem habeant, atque hi humores cum sæpè ad intestinorum cauitatem penetrare non possint, & vel copia sibi exitum præcludant, vel ob partis distensionem permeare non possint, ad venas regurgitant, & vel ad

A caput ruunt, & epilepsiam vel conuulsionem excitant; vel ad extrema corporis, & paralysis, arthritidem, aliosque dolores vagos procreant. Signa quoque, quæ præsentem humorem arguunt, non frigidus & crassus, sed tenuis & acris humor indicant. Appetitus enim perit, sitis crescit; vrinæ rubicundiores apparent, facies colore etiam citrino tingitur, vomuntur non solum pituitosa, sed & æugiosa ac porracea, dolores vagi in toto corpore percipiuntur. Atque hoc malum quandoque epidemium esse solet atque contagiosum, vt *Egineta, lib. 2. cap. 18. & 43. & Auicenna lib. 3. fen. 16. cap. 6.* testatur, ortumque ex humoribus acris, malignis & contagiosis habet. Talis colica an. 1621. ineunte vere in Silesia, in ducatu Teschinensi grassata est, cuius historia ita ad me per scripta. Primò morbus cum dolore capitis inuasit; hinc dolores colici acerbissimi oborti sunt; postea iidem dolores dorsum, pedes, & hinc omnia exteriora occuparunt: Quamprimum dolor inuadebat, aluus obstruebatur, vt nec fortibus medicamentis laxari posset: & licet laxaretur, sequenti tamen die iterum obstruebatur, appetitus deiciebatur, & quicquid vel cibi vel potus assumbatur, vomitu reiciebatur: atque hoc malum contagione in alios translatum fuit, vt paucæ ædes ab hoc malo immunes essent.

Signa Diagnostica.

C Antecesserunt causæ humores acres & biliosos generantes, dolor est acutus, adest sitis, oris amaritudo, vigilia, vomitus & singultus nonnumquam, aluus ferè adstringitur. Et licet à primo clystere feces euiciuntur, postea tamen nihil ferè euacuatur, vrinæ ardor & rubor adest; læditur æger ab hac causâ colicam patiens ab iis, quæ alias in colica à flatu & pituita prodesse solent, contra profunt refrigerantia, sæpè coniunguntur febres tertianæ continuæ, duplices, noctæ.

Prognostica.

D i. Dolor colicus ab hac causâ nonnumquam in dorsum dolores, materia; quæ ad intestina confluabat, eò delata, interdum in arthritidem, materia ad articulos transmissa; sæpius in paralysis definit, nonnumquam epilepsiam excitat, materia ad caput delata: Et quidem eos, qui ex tali colica in epilepsiam delapsi fuissent, plerique periisse Paulus *Egineta* testatur, qui in paralysis, plerisque fuisse sanatos, critica quasi materię ad ambitum corporis translatione, & tandem discussione. 2. Satis periculose laborant, quibus infra nihil, vomitu verò corrupti & vitiosi humores euiciuntur, imprimis si epilepsia & conuulsiones accedant. 3. Morbus etiam diuturnus est, & crebris recidiuis ægrum affligere solet, ita vt ægri sæpè multis annis in lecto decumbant, modò cum febre, modò sine febre, doloribus singulis ferè mensibus, vel longiore etiam intervallo, recurrentibus.

Indicationes.

E In colica ab humoribus calidis & acris refrigerantia & humectantia requiruntur, & si malignitas coniuncta sit, & illi resistendum. Aluus si subsistat, aperienda; cum nisi aluus aperta sit, reliqua medicamenta parum profunt, id quod humectantibus & laxantibus rectissime perficitur.

Curatio.

Curatio. Trallianus frigida potum laudat, vbi vires robustæ sint & partes internæ non læsæ. Inicit etiam copiose oleum rosaceum cum adipe anserino, aut cum vitellis ouorum, vel cremorem pituitæ cum oleo chamamelino. *Egineta, lib. 3. cap. 43.* de Italo quodam Medico scribit, quod contagiosam colicam ex acris & mordacibus humoribus curauerit victa & medicamentis frigidis, etiam aqua frigida propi-

natū qui *allegato loco* consulatur, Et secuti hoc nonnulli ex recentioribus, Amatus Lusitanus, *cent. 1. curat. 48. centur. 7. cur. 21.* & Forestus, *lib. 21. obseru. 12.* qui in colica ex humorib. acris & biliosis calidis medicamentis non solum non iuuantib. sed & lædētib. non tantūm frigidam proprinatunt, sed & lineta in frigida intincta & expressa vmbilico admoventur; aut Epithematis frigidis vsi sunt successū non infelici. Aquam tamen colica affectione laboranti dare, non cuiusuis trivialis Medici est vt scribit *loco allegato*, Amatus Lusitanus. Aluo non fluente refrigerantibus euacuantia addantur, cuiusmodi sunt Syrupi rosarum & violarum solutiui, tamarindi, manna, rhabarbarum, vt: *℞. Syrupi rosarum solutiui ℥. ij. seri lactis ℥. iij. vel iv. Misce.* Et sæpē cum felici successū in hac colicā vsurpauit & alij etiam vsurparunt *ol. amygdal. dulcium.* Dissoluantur nimirum in iuris pulli, in quo flor. chamæmeli P. j. ebullient, s. q. manna ℥. j. vel ℥. ℞. Coletur & addatur ol amygdal. dulcium recenter expressū ℥. j. ℞. vel ℥. ij. Vel detur ol. oliuar. recens, in quo flor. rosarum solutiarum infusi fuerint cum iure mercurialis & radie. althææ. Si tamen in colica biliosa ventriculus biliosus, humidus & laxus sit, melior est hieræ pieræ vsus, qua mordaces humores in intestinis absterguntur, cum calidiorib. aliis medicamentis exhibitis dolor potius irriteretur, sicut exemplis aliquot docet Galenus, *12. meth. med. cap. vlt.* Ne caliditate sua hiera noceat, cum refrigerante aliquo detur. Clysteribus quoque Galenus, *6. epid. comm. 6. text. 5.* vitur, quia mordaces humores in intestinis eluunt, quorum materia esse potest melicratum, & cremor ptisanæ. Vel *℞. Decocti hordei lb. j. mellis rosar. vel violar. sacchari rubri an. ℥. j. vitell. oui num. j. F. Clyster.* Vel *℞. Rad. althææ ℥. ℞. parietaire, mercurialis, violarum, flor. chamamel. an. M. j. sem. lini, fanugraci an. ℞. ij. caricarum pinguium num. iij. Coq. in s. q. seri lactis Colat. ℞. ℥. x. Elect. diacathol. ℥. j. hiera l. ℞. ij. mell. ros. solut. ℥. ij. ol. violacei ℥. iii. stercoris canini albi ℞. ij. Misce. F. Clyster.* His excretis, iniicit per sedem, quæ melius mitigant, & quæ in intestinis adhaerentia; eorumque tunicas aperientia eadem à mordacibus humorib. ex supernis in illa descendētib. tuentur. Cibō quoque boni succi, & quidem coctū facilem offert, vt ita probo alimēto humorum in corpore praugitate m & acrimoniam temperet, paulatimque corrigat. In hunc finem lac calidum cum saccharo iniici potest. In *2. de simpl. med. fac. c. 12.* Si dolor intestinorum à bile, aut salsa pituita sit, clysteres infundit ex cera liquefacta cum oleo rosaceo & adipe hircino, aut ex solo oleo dulci. Serum lactis quoque per sedem iniectum mordaces humores abstergit. Et si colica talis ex humoribus tartareis ortum habeat, quæ notitiam in ipsis intestinorum cavitatibus. quam eorum valis & tunicis consistat, eaque distendat, atque motus naturæ inuersus sit, ita vt omnia sursum propellant, & intestina calida & sicca intemperie laborent, fecesque retentæ exsiccantur, clysteres humectantes, emollientes iniiciendi sunt, qui simul atque vna opera, vt dolorem leniant, parari possunt. In quō vsus lac caprinum cum cassia iniici, & aliquid olei communis addi potest.

Quandoque tamen plus profunt, & tensa ac sicca intestina magis laxant per os assumpta, quam in aluum infusa; vt oleum amygdalarum dulcium, & similia humectantia, non verò fortiter purgantia. Obseruaturque, quosdam his doloribus, & alui obstructione detentis ex magna prunorum recentium comestione copia solutos fuisse, eum antea nullis etiam velentioribus purgantibus solui possent, aliisque idem exunarum recentium larga comestione accidit,

A se. Tutius id præstat manna cum oleo amygdalar. dulc. recenter sumta, vt antea dictum. Ad dolores verò leniendos vtile est decoctum fl. chamæmeli cum iure carnis vel cereuisia ad ℥. iv. datum, cuna spec. Diacymini ℞. ℞. & butyri recent. vel ol. amygdal. dulc. recent. ℥. ij. Possunt & alia vsurpari, quæ supra de colicæ curatione in genere sunt proposita. Et eum non sufficiat semel ægrum à malo liberasse, sed opus etiam sit præcauere, ne redeat, ea medicamenta adhibenda, quæ venarum obstructions aperiant, humoresque vitiosos è corpore euacuent. Vbi alius est liquida, vt dysenteria metuenda sit Galenus, *12. m. m. cap. 7.* alicam in aqua additis granis mali puniceo coctam exhibet, aut decoctum rhois obsoniorum præbet, aut fructus austeros. Si dolor valde vrgens, imprimis in hoc causæ genere, ad narcotica accedendum. Extrà quoque, aluo laxatâ, ventrem inungere oportet oleo violarum, amygdalarum dulcium, rosarum malux, althææ. Videatur etiam infra *part. 3. c. 7.* de colica ab humore acii & scorbutico, vt & A. Dr. Spigelius de febr. semiter. c. 4. & 13. vbi pluribus de hac colicæ specie agit.

Dieta.

In colica ab humore calido vtilis est victus tenuis & refrigerans: media tamen cauenda, cum acriorera reddat materiam, & plus bilis generet, vnde omnia symptomata ingrauescunt & augentur. Danda ergo ptisana, cui interdum aliquid vini granatorum admiscetur, præcipue si aluus non adstricta. Cucurbitæ fructus naturali quadam proprietate colo aduersatur, teste Tralliano. Vinum parçè bibatur, & tale, quod malum hoc exasperare non possit. Videatur etiam Galenus de curatione colicæ ex humore calido acii, *loco antea allegato 12. meth. med. cap. 7.*

De Colico dolore ab Inflammatione Intestinorum.

Quandoque etiam sanguis è loci, seu ob copiam, seu ob tenuitatem effusus, plerumque verò ad dolorem grauem, qui præcessit, è attractus, aut ab alia læsione intestinorum è concitatus inflammationem in colo excitat, quæ & ipsa distendendo, & fecibus alui ac flatibus viam præcludendo dolorem excitat.

Signa Diagnostica.

Dolor fixus distendens, pulsansque in parte affecta intus percipitur, febrilisque & febrilia symptomata adsunt, aluus ocluditur, licet adsit inane deiciendi desiderium. Quòd si tenuia intestina inflamentur, illis oclusis & conuolutis nihil per inferiora descendit, sed omnia per os, reiciuntur & inflammationis signa alia supra proposita adsunt.

Prognostica.

Dolor colicus ab inflammatione maximè periculosus est; quia materia est impacta, & transitum in Ileum minatur. Et quanquam qui in ileo est, periculosior sit: tamen nec ille, qui in colo est, periculo caret, præsertim si inflammatio tanta sit; vt vrina supprimatur.

Indicationes.

Qui scopi in aliis inflammationibus, iisdem & his sunt propositi, sanguis nimirum affluens à parte affecta auertendus, eiusdem feruor temperandus, ac id, quod influxit, discutendum. Nam vt ad suppurationem ducatur, minus tutum est, & non sine periculo id fit, ac præcipue si ad interna abscessus rumpatur.

Curatio.

Curatio supra *sect. 1. cap. 2.* proposita est, quæ ibi videatur. Præter dictam intestinorum inflammationem *φλόγης* cuiusdam, seu feruoris intestinorum, qui in tenuibus præcipue intestinis accidat, mentio-

Dico.

Colica ab inflammatione intestinorum.

Signa.

Prognostica.

Indicationes.

Curatio φλόγης intestinorum.

rem facit Platerus, qui grauem & diu durantem dolorem inferat, atque oriatur ex bile nondum in intestinorum cavitare contenta, sed in ipsorum substantiam sese insinuante, eaque vellicante ac rodente. Cum enim bilis in intestinis hæreat, vel continuò de nouo affluat, dolores adedò pertinaces & diuturnos generari, qui licet mitigentur, mox tamen redeant atque eò sint sauiiores, quò bilis, quæ illas efficit, deterior est, atque hanc bilem à vesicula fellis intercedum prouenire docet, plerumque ex vitioso chylogenicam, in venis mesaraicis sanguini adhuc confusam, nec ab eo propter illius copiam, vel obstructiones sufficienter in vesiculam fellis expurgatam, vñ cum sanguine per ramos venarum mesaraicarum intestina amplexantes illorum substantiæ infundi, & nisi per oscula venarum in spatium illorum exsudet & diarrhæam excitet, in ipsis hærentem hunc dolorem excitare. Et cum magna eius est copia, non solum ad intestina delata Colicum & Iliacum dolorem, sed & in aliis partibus alios morbos; sæpè etiam febres excitare, scribit. Verùm enim verò nulla peculiaris colicæ hæc est species, sed illa ipsa, quam antea à bile ac humore scorbutico prouenire diximus, & in iis locis, vbi vina tartarea & impura bibuntur, est familiaris, qualis quoque scorbutico sæpè infestare solet. His enim, quòd antea etiam factum est, iterum monendum, hunc humorem salum & acrem vulgò quidem bilem nominari, non parum tamen à bile illa flaua, quæ in vesicula fellis colligitur, differre, & omnem colluuiem humorum acruarum aduulorum & serosorum hoc nomine accipi.

Q V Æ S T I O I.

An Colica antiquis nota fuerit?

An colica antiquis nota fuerit? De malo hoc illud primùm in controuersiam venit, an Antiquis notum fuerit? Etsi enim causæ, quæ hoc malum excitant, semper in corporibus humanis inuentæ sint, atque hinc probabile videatur, hoc malum semper homines afflixisse; & apud Celsum iam medicamenti colici Cassij mentio fiat: tamen dubitandi occasionem præbet Plinius, qui lib. 27. cap. 1. scribit: Colicum morbum primò omnium expertum esse Tiberium imperatorem, & nomen huius mali populo fuisse incognitum; & quòd apud Hippocratem & antiquos Medicos nomen colici doloris non occurrit. Verùm enim verò, cum, vt antea dictum, causæ huius mali etiam apud antiquos reperta sit, pro morbo nouo, & qui Tiberi tantum tempore innotuerit, non habendus. Nomen tamen hoc antiquis vsitatum non fuit, sed eum vchin genere doloris intestinorum nomine, vel iliaci doloris nomine expresserunt, vt ex 3. Epidem. agror. 9. & lib. de morbis & epidem. apparet sicut & Diocles Caristius apud Celsum plenioris intestini morbi ileum vocat. Postea verò mutata nominis significatione, & colici & iliaci doloris nomina distincta sunt, & iliaci mali nomen saltem intestinorum tenuium affectioni; colici verò dolori colicæ passionis nomen tribuitur. Ita enim Celsus, lib. 4. cap. 13. Diocles Caristius tenuioris intestini morbum *χολικὸν*, plenioris *ιλικὸν* nominauit. A plerisque video nunc illum priorem *ιλικὸν*, hunc *χολικὸν* nominari. Ideoque cum Diocles Caristij tempore morbus hic notus fuerit, etsi ilei nomine appellatus, non primùm Tiberij tempore innotescere potuit. Hoc forsitan accidit Tiberij tempore, vt colica quædam pestilens & epidemia in multis Romanæ Reipublicæ locis grassata sit, & ab Italiæ regionibus initium cepit, vt scribit Paulus Ægineta, lib. 3. c. 43. Simul etiam dubium est, quem morbum intelligat Plinius, cum non colicum nomi-

net, sed colum. *Seqq. pertinent ad post p. 254. lin. 10.* Etsi verò colum intestinum totum huius doloris subiectum esse potest: tamen hic monet Guil. Fabricius centur. 1. obseru. 58. dolores colicos vt plerimum in sinistro latere obseruari, idque accidere propter coli in ea parte angustiam. Cum enim excrementa in superiori & capacissima coli intestini parte in globos magnos, prout capacitas intestini ferebat, indurata, à flatu versus hanc angustiam magna cum violentia pellantur; accidit, vt non nisi iummo cum dolore permeare possint. Id quòd diligenter animaduertendum, ne huiusmodi dolores colici cum dolore splenico, nephritico, & agrotantium damno confundantur.

Q V Æ S T I O II.

An sola intemperies dolorem colicum inducere possit?

Qui id affirmant, primò pituitam vitream producunt, eamque acerbissimos dolores colicos excitare, ita vt perforari intestinum quasi terebra videatur, in cavitare intestinorum tunicis adhærescentem frigiditate proximè tales dolores parere putant. Verùm etsi negandum non sit, in corpore ex cruditate humorem frigidum crassum & viscidum generari posse, qualis quandoque etiam euacuatur: tamen hoc probabile non est, primo humorem hunc tantam frigiditatem in corpore humano actu obtinere posse, vt actuali frigiditate dolorem tam acutum generet. Deinde nec hoc verò consentaneum est, cum in cavitatibus intestinorum ipsis adhærendo hunc dolorem, & quidem frigiditate, tantùm excitare. Nam si sola frigiditas causæ doloris esset, non tam subito inuaderet, & tam subito cessaret. Et cur tum demum doloris causæ est, & non antea etiam fuit, cum diu ibidem (ex ipsorum etiam sententia) hæserit & frigidus fuerit? Etsi sola frigiditas causæ est, calefacientibus medicamentis dolor sedaretur, quòd tamen non accidit, sed calefacientibus solis adhibitis magis intenditur, & non priùs cessat, quàm hic humore euacuatur.

Verò proinde magis consentaneum est, non solum frigiditate dolorem à pituita vitrea excitari, cum dum quiescit, nullum dolorem excitet, sed dum mouetur, distendendo, dum scilicet humor hic per venas in tunicas intestinorum penetrat, easque distendit, aut status à se emittit, qui itidem distendendo dolorem excitant. Vnde accidit, vt dum humor hic crassus & viscidus membranas ita distendit, vt dolorem quasi infixi pali, vel terebræ perforantis speciem præferat, quòd in reliquis intestinorum doloribus, vbi humor per ea transit, non euenit. Eadem ferè inflammationis & humorum biliosorum ratio est, quibus etiam nonnulli probare volunt, à sola intemperie colicam produci posse. Neque enim vel sanguis in inflammatione, vel bilis solum calefaciendo tantos dolores excitare valent; sed dolor ille grauissimus oritur, dum in inflammationibus sanguis tunicas intestinorum distendit, aut dum bilis non per intestinorum cavitatem, sed per eorum venas & tunicas mouetur, easque distendit. Inflammatio tamen alio etiam modo dolorem colicum excitare potest dum angustiam pariendo excrementorum euacuationem impedit. Refrigerationem tandem intestinorum quòd attinet, quæ sit ab aère externo, vel ab assumptis frigidis, sunt quidem nonnulli in ea opinione, quòd & ab eà, cum frigida partibus neruosis & membranosis inimica sint, dolor colicus excitari possit. Verùm probabile non est, frigus externum, & quidem sæpè non adedò magnum, ita ad intestina per pinguedinem & musculos penetrare posse, vt tantùm dolo-

rumque in sinistro latere. Dolor colicus cum splenico & nephritico non confundendus.

An sola intemperies colicam inducere possit.

Pituita vitrea non frigiditate solum dolorem excitat.

Inflammatio quomodo colicam excitat? Quomodo refrigeratio intestinorum colicam excitat?

rem frigiditate sua nisi inducere valeat: sicut nec abrupta ita inalterata ad colum descendunt, ut frigiditate sua tam vehementem dolorem excitare queant. Cum verò id negandum non sit, à refrigeratione quandoque dolorem colicum induci, causam aliam intercedere necesse est. Mercurialis putat, duplici de causa à frigiditate dolorem colicum induci, primum quoniam indurentur feces à frigiditate; deinde quia propter frigiditatem corrugentur intestina, quæ corrugata dolorem inducant. Verum non credibile est, frigus tantum in vivente corpore induci posse, quod ita contrahat intestina, ut inde dolor excitetur: neque frigus tam subito excitare potest feces, sicut sæpè subito à frigore dolorem induci videmus. Probabilius ergo est, frigida, dum frigidam intemperiem inducunt, & calorem naturalem debilitant, coctioni obesse, quæ debilitata, cum flatibus, tum alii crudi & corrupti humores generantur; qui cum aliis moribus, tum etiam dolorem colicum excitare valent.

CAPVT III.

De Dolore Iliaco.

Ileus.

Vleinum colicæ ab inflammatione malum est Ileus, utpote in quem non raro colica ab inflammatione degenerare solet. Nomen autem vel à parte affecta accepit, Ileo scilicet, hoc est, intestino tenui, vel à symptomate, quod in hoc malo intestina tenentur, id est, conuolui videntur. Appellatur & Iliaca passio. Potest tamen distingui inter Ileum & Iliacam passionem, ut Iliaca passio sit dolor intestinorum tenuium, qui tamen, ut *capite precedente* dictum sæpè etiam colicus dolor appellatur; cum frequentius intestinorum dolor in colo contingere solet; ileus verò is affectus, in quo excrementa, quæ per anum excerni debent, retinentur, & per os reiciuntur, ob inflammationem in primis intestinorum & plerumque quidem tenuium, quandoque tamen & coli. Et quidem non necessarium est, ut semper intestinorum dolori motus ille intestinorum inuersus coniungatur, ac feces per os reiciantur: & tunc proprie dolor Iliacus, vel Iliaca passio appellatur. Vbi verò motui intestinorum inuerso etiam magnus dolor coniungitur, sine discrimine & Ileus & Iliaca passio appellari potest. Verum cum quæ de dolore hoc Iliaco dici possunt, iam explicata sint partim *cap. 1.* de ileo, partim *capite precedente* de dolore colico nihil de eo hic amplius addimus. Pertinet ad intestinorum dolorem & tenesmus. Verum cum dolor is intestini recti & ani proprius sit, de eo *infra* de ani symptomatibus dicemus.

CAPVT IV.

De Alui retentione.

Alui retentio.

Quicquid in cibo superfluum & alendo corpori ineptum est, idque crassius (nam aquosum per vicem excernitur) per anum eici debet. Fitque id rectè dum omnia naturaliter sese habent, & aluum homines sani alii bis, alij semel singulis diebus deiciunt. Verum non multis modis hæc actio vitatur. Aliquando enim aluus tardè; & non nisi tertio, vel quarto die redditur; aliquando plures dies planè supprimitur. Et contra aluus interdum sæpius, quam par est, deicitur; id quod in variis alui fluxibus accidit. Interdum feces alui per aliena loca excernuntur; aliquando alia præter feces per anum eiciuntur,

Atur de quibus ordine dicemus. Aluus primò interdum vel rarius, quàm par est, vel minus, quàm par est, vel magno cum conatu excernit. Reperiri aliquos, quibus aluus ita segnis est, ut non nisi tertio, quarto, septimo, vel decimo, aut duodecimo die excernant, etiam si bene comedant, neque aliàs malè habeant, sæpè obseruatum. Ita refert Brasauolus de *medicin. purgantib. cap. 6.* se anno 1335. iter equitando fecisse, & cum esset apud D. Virginem Lauretanam, semel excreuisse postea Romam profectum dies duodecim in itinere consumsisse, & Romæ demum iterum excreuisse, atque interim se maximè sanum vixisse. Similiter se Ferrariâ Venetias profectum, in accessu & recessu, & morâ, qua Venetiis fuit, nouem scilicet dierum spatio nihil excreuisse. Idem aliis interdum accidit, eiusque rei exempla annotata ab Alexand. Benedicto, *lib. 19. de curand. morb. rar. cap. 36.* Fernelio, *lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 10.* Hieronymo Triuero, *comm. ad aphor. 20. lib. 2. Hipp.* Petro Foresto, *lib. 2. obseru. 34. in schol.* Præterea Schenckius, *lib. 3. obseru.* exemplum habet Melancholicæ puellæ, quæ tribus mensibus nihil alui excreuit, & virginis cuiusdam nobilis quæ annis amplius octo aluum, vrinam, menses & sudores cum periculosissimis symptomatibus suppressa habens vitam, tertio quoque die aluum clystere proluendo, duxit.

Causæ.

Cum autem ad naturalem fecum excretionem necessarium sit, primò vt adsint feces, quæ sui cum copia, tum qualitate intestinorum expultricem irriterent, exque ad excernendum aptæ sint; secundò vt irritatio, seu stimulus hic ab intestinis percipiatur; tertio vt facultas naturalis irritata ad expellendum insurgat; quartò vt facultas animalis beneficio musculorum abdominis expulsionem hanc adiuuet: Si horum aliquod desit, fecum excretio, vel imminuitur & tardior fit, vel planè cessat. Primò feces non stimulant, vel quia nullæ adsunt, vel paucae adsunt, vel hec adsint mordacitatis & acrimonix sint expertes. Cum autem irritatio ista fieri debeat in intestino recto, licet in reliquis intestinis feces adsint, tamen si ad intestinum rectum non descendunt, nulla fit irritatio. Ita si intestina ore reiciantur, id quod fit in ileo, vel per alium locum, ut *infra* dicetur, excernantur, vel intestina superiora occludantur aut obstruantur, feces ad intestinum rectum non descendunt. Idem accidit, si intestini recti pars superior coalescat, id quod nobili cuidam Equiti Carolo Nouolano accidisse refert Marcellus Donatus, *de hist. med. mirabili lib. 4. cap. 10.* Huic enim cum aluus supprimeretur, nec alius modis aperiri posset, vnde die mortuus est. Corpore aperto intestinum rectum ita in parte superiore per digiti transversus longitudinem coiuisset & coaluisset inuentum est, ut vix tenuioris funiculi crassitiem æquaret, utrinque in confinio intestini partibus in tumorem quendam veluti glandulosum eleuatis. Paucae feces sicut dum paucus cibus assumitur. Secundò expertes acrimonix sunt feces, vel dum frigida sunt & ex cibo frigido genitæ, vel; quod frequentius accidit, dum bilis flaua, quæ ad intestina transmissa & excrementis admixta ea ad excretionem stimulat, deest, vel alio fertur, id quod fit in iſtericis, vel enacuata est. Vnde post purgationem ac clysteres aluus subsistere sæpè ad diem vnum, vel alterum solet. Quod tamen etiam eâ de causa accidere potest, quod intestina omnibus excrementis euacuata ad excretionem non stimulantur, donec iterum repleta sint. Tertio irritationem non sentiunt intestina, dum vel se cibus quasi assueſcunt, ob diuturniorem earum retentionem, ut *his* accidit, qui propter forensia vel alia negotia feces præter debitum retinent,

retinent, vel quia stupore laborant intestina, de quo infra, de stupore ac paralyfi ani, dicitur. Quartò et si facultas irritatur, & irritationem sentit, tamen excretio non sequitur, vel læsa facultate, vel ob errorem externum. Facultas vel labefactatur vel impeditur. Labefactatur ob intemperiem intestinorū, imprimis frigidam & siccam. Pertinet ad læsam facultatem & id vitium, cum musculi abdominis opem expultrici facultati non ferunt, quia vel in ipsis, vel in vicinis abdominis partibus affectus aliquis est, qui dolorem parit, ob quem ipsorum motus impeditur. Facultas impeditur in excretionem vel ob viarum angustiam, dum tumore aliquo intestina crassiora aut comprimuntur, aut constipantur, aut conuoluuntur, aut picuita viscida obstruuntur; vel ob retentricis facultatis robur, qua de causa excrementa diutius retenta sicciora fiunt. Pendet autem retentricis robur à siccitate moderata, quam propterea etiam augent adstringentia & retentricem roborantia, vt mespila, cydonia, præsertim si prima mensa sumuntur. Pertinet huc locus Galeni, dum Hippocratis verba, 6. Epidem. comm. 5. text. 27. Refrigeratio, qua in ventre sunt, durat, ita explicat: Refrigerationem exteriorum semper ventrem siccare cognoscimus, interiorum autem contra humectare atque lenire, qua cæliacos etiam, qui vocantur affectus, id est, ventris profusio interiorum membrorum corpora, duriora fieri contingit, humores autem cibis non rectè concoctis neque distributis descendere. Quòd autem, cum caliam nos ambiens frigidius fuerit, qua in ventre sunt, diutius ibi morantur, euenit, quòd imis partibus musculi sedem elaudentes impositi sunt, qui per frigus coguntur, constriungunturque. Hæc Galenus. Ob errorem autem externum, seu obiecti, quòd expelli debet, fecum scilicet ratione alui deiectionis læditur, dum feces alui nimis sunt crassæ, viscidæ, aut duræ. Generantur autem feces crassæ & viscidæ è cibis crassis & viscidis: duræ autem fiunt, quia nimis exiccantur; quod accidit, quia aut cibi, vnde generantur, nimis siccis sunt, aut paucis nimis potu diluuntur, aut humiditas ipsorū in transitu per intestina omnis exhauritur, id quòd fit aut propter epatis & lienis caliditatem, aut propter vehementem motum, imprimis equitationem, & in curru unctionem velocem, aut propter diurnam in intestinis moram, aut propter habitum corporis calidiorem, ob quem multum per ambitum corporis distribuitur, & discutitur. Quòd pertinet etiam inedia, qua intestina & feces alui exsiccantur, & ob quam etiam postea, dum eam amplius non patitur æger, sed cibum rursus assumit, nihilominus feces exiccantur, dum natura famelica quicquid humoris in chylo est, per venas mesaraicas exugit, vnde feces exiccantur. Atque hac de causa accidit, vt qui post morbos acutos conualescunt, et si auidè comedant, nihilominus aluum sicciorem habeant; quod & iis interdum, qui bonè nutriuntur, accidit. Fecum autem hæc exsiccatio & durities, quæ alui suppressæ causa est, præcipuè accidit in intestino recto, & eo loci, vbi tenuia intestina in crassa definiunt. In hac autem causarum explicatione non prætereundi Aphorismi Hippocratis, 20. sect. 2. Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, iis senescentibus, exsiccat. Quibus verò iuuenibus adhuc aluus sicca est, iis senescentibus humectatur; & 23. eiusd. sect. Quicumque aluus humidus haberi, melius degunt iis, qui siccas habent, ad senectutem verò deterius. Nam senescentibus magna ex parte exsiccat. Hi enim Aphorismi eatenus saltem veri sunt, si eadem victus ratio seruetur. Si verò victus ratio, quam quis iuuenis obseruauit, in senectute mutetur, non mirū etiam, id, quod Hippocrates scribit, non fieri. Variantur autem alui deiectiones secundum ætates ob eam, quæ

A in illis sit, corporis dispositionis mutationem. De qua re prolixè Galenus, in comm. in aphorismos allegatos, & alij interpretes. Neque etiam inter causas alui tardioris prætereunda videtur pituita illa crassior, vniuersum intestinorum ductum obducens, qualem Lipsius aliquando & alij quidam excreuerunt, vt supra, sect. 1. cap. 3. & 5. dictum. Hæc enim pluribus modis alui tardioris causa esse potest, dum & internam intestinorum tunicam oblinendo facit, vt stimulus fecum ab iis non percipiatur, & visciditate sua feces quasi detinet, ne facillè versus aluum moueantur. Vt ita si causas has omnes, quas per diuisionem inuenimus, in numerum redigere velimus, alui retentione sunt hæc causa. Fecum in intestino recto defectus, dum illæ vel ore, vel per aliam viam eiiciuntur, vel via ex superioribus intestinis ad rectum iis non patet. Fecum paucitas; vel eæ acrimonie exportes, ob bilis, quæ admiscetur aliis, defectum: fecum diutina retentio: stupor ani, intestinorum frigiditas & siccitas, musculorum abdominis vitium, intestinorum angustia; facultatis retentricis robur, fecum crassities, visciditas vel durities.

Signa Diagnostica.

Cum autem causæ, à quibus alui retentio provenire potest, plurimæ sint, vt modò dictum, atque ob curationem eas discernere & vitæ & necessarium sit, danda opera, vt quæ mali huius causa sit, manifestum fiat. Primò ergo inquirendum, an causa aliqua externa præcesserit, & an cibus, potus, ær, æquitatio, unctionio & similes causæ alui suppressioni occasionem præbuerint. Si nihil horum præcesserit, causæ internæ perpendendæ sunt; an nimirum morbus aliquis in intestinis superioribus adsit; feces alui per os vel aliam viam reiiciantur; an icterus adsit, vel ani stupor, in musculis abdominis vel vicinis partibus morbus aliquis dolorem patiens, vel calidioris epatis indicia sint conspicua, vel feces duræ & crassæ in intestino recto hæreant, aut si quæ alia huiusmodi causæ adsint.

Prognostica.

1. Aluus tardior vel intercepta semper capitis symptomata auget. Vapor enim è fecibus retentis capite repletur, corpus ingrauescit, ventriculi coctio læditur, atque etiam reliquæ coctiones malè se habent. Præstat propterea tam in sanis, quam in ægris aluum quotidie suum officium facere, quam adstrictam esse. 2. Alui autem tarditas vel retentio nunc periculosa, nunc minùs periculosa est, pro causarum, quæ eam excitant, varietate. Si enim ab intestinorum inflammatione fiat, grauissimum & plerumque lethale malum est. Satis etiam sæpè pertinax est alui obstructio, è fecibus induratis, quæ colicos dolores diuturnos parit. Vt enim ex obseruationibus Doctoris Oethri refert Schenexius, lib. 3. et si interdum purgantibus aluus probè euacuata videtur, & excrementa liquida egeruntur: tamen excrementa alui sicca & dura plurima nihilominus in iis subsistunt, & nouas obstructions, aut dolores pariunt. Excrementa enim liquidiora præterfluunt, & sicca ac dura hærent. Ideoque in tali casu primò clysterem vnum atque alterum ad feces emolliendas iniicere vitæ est, & postea purgantia exhibere, quæ si vel operari tardius videantur, vel panca educere, denuo clysteres iniicere conuenit. Eadem etiam aliarum causarum ratio est.

Indicationes.

Causæ externæ omnes, occasionesque, quæ aluum tardiores reddunt, tollendæ sunt. Deinde & causæ internæ; atque hæc cum variæ sint, quælibet conuenienti modo amouendæ. Si nimirum adsit intestinorum inflammatio, si icterus; si ani stupor, & similes causæ, tollendæ. Quod qua ratione fieri debeat, ex iis,

quæ hæcenus dicta sunt, & dicentur, patet. Neque enim rationem tot & tam varias causas tollendi vno hoc loco explicare conuenit. Vt pauca ex Galeno, 1. *de tuenda sanitate. cap. 14.* saltem afferamus, retentionis causæ contrariam semper causam adiuuere oportet. Si enim ciborum paucitate & siccitate aluus sit restricta, cibi plures & humidiores exhibendi. Si siccitate, humidiora: Si austeritate & acerbitate, dulcibus & pinguis cibandi erunt ægri. Si in ordine ciborum erratum sit, & primò sicca, adstringentiâq; sumplerint, humida, pinguis & dulcia secundo loco, error corrigendus. Si cum bis edendum erat, semel comederunt, non bis modò, sed etiam amplius pascedandi. Eodem modo & recès contractas intemperies contrariis remediis tollere oportet, scilicet, quod siccatum est, humectando, quod refrigeratum est, calefaciendo, & reliquos affectus simili ratione corrigendo. Quæ tamen ætatis mutatione remoueri possunt, iis vel nullum, vel leuè auxilium adhibeatur, aluusq; interim cibis lubricantibus laxa per vices seruetur, & omnia cõtraria & adstringentia vitentur. Tertio ipsa aluus ad excretionem stimulanda aut viæ lubricæ reddendæ, ac feces, seu duræ fiant, quia diutius retinentur, seu diutius retineantur, quia sicca & duræ sunt, emolliantur. Vbi notandum, ad hæc rem commodiores esse cibos, & ea, quæ cibis admiscerentur medicamenta, aut quæ paulò ante cibum sumuntur, Medicamenta verò purgantia & præcipuè fortiora ad hanc rem inutilia esse; cum posteriorum vsum aluus sisti & adstringi soleat, ob causam supra propositam.

Curatio.

Curatio. Exhibendi ergo cibi aluum lubricantes, vt atriplex, malua, spinachia, blitum, oleo vel butyro condita, passula, ficus, oleum, butyrum, & quæ simul acria ac nitrosa sunt, vt brassicæ succus, beta, mercurialis. Et si verò & fructus pluri sunt, qui emolliant ac laxent: tamen quia facile corrumpuntur, præsertim si diu in ventre retineantur, ab iis abstinendum. Ideoq; tutius est oleosis & pinguis feces emolliere, & nisi sponte exeant, per lenes planè & humectantes clysteres educere. Pessimum verò est, naturam ita asluefacere, vt nisi fortioribus & acerbis clysteribus ac glandibus irritata officium suum faciat. Vtile est & teru lactis, cui tantum mellis, quantum ad suauem saporem citra stomachi subuersionem sufficit, addendum; & quia Hippocrates, 4. *aphor. ult.* scribit, mictio noctu plurima facta paruum deiectionem significat, documentum nobis hoc præbet, vt iis, quibus aluus siccior est, plus potus demus, & quantum possibile, distributionem eius inhibeamus, quod fiet, si non nisi cibi iam bona parte sumpta bibatur. Inter medicamenta vtilissima est aloë, & species hieræ cum octoginta partibus aloës confectæ, quæ ð. ß. ad ð. j. exhibendæ horæ vna ante cœnam. Nam vt Galenus, 2. *de compos. med. sec. loc. in fine* scribit, intestina & ventriculorum roborat, & eorum expulsionem ac sensum vegetiorem reddunt, pituitam iis substratam abstergunt, & vim expultricem irritant. Earum tamen vsus frequens, præsertim in iis, qui intestina sicciora habent, vitandus. Nam neque etiam aloë sensibus propter siccitatem satis conuenit, sed potius cibus mollientibus & lubricantibus in prima mensa sumtis aluus iis laxanda. Et præstat in eorum vsu subsistere, etsi biduo saltem aluus soluat, quàm valentioribus, nisi necessitas valdè urgeat, medicamentis vti. Neque etiam lenientia hæc copiosè exhibenda. Nam si copiosè sumantur, & aluus valdè laxetur, sequentibus diebus adstringitur. Quæ de causâ etiam acria per aluum infundenda non lent, sed humectantia & pinguis solùm sufficiant, quale est oleum. In infantibus & tenellis ventrem oleo, adipe, vel vnguento Agrippæ inungere vtile est. Rari præterea quidam alui du-

Rari alui
duccenda
modi.

pendæ modi apud Autores occurrunt, qui non prætereundi. Hieronymus Thrinetus, *comm. in aph. 20. sect. 2.* Hippocratis scribit, rusticos iam dudum nosse experientia, quòd si nudis pedibus humi obambulent, ventrem pertinacem solui. Atque eius rei historiam refert Brasauolus, *cap. 6. tract. de medicinis purgant.* dum scribit, Ferrariensium Ducem Borsium in alui duritiem incidisse & per triduum nihil excreuisse, & consultum ea de re Medicum eo tempore insignem Michaëlem Sauonarolam suasisse clysterem iniici, quo nihil proficiente iussit pauimentum, quod erat marmoreum, frigida aqua copiosiore conspergi, & Ducem lecto surgere, ac nudis pedibus ambulare. Non quinquaginta passus perrexit Dux, & per ventrem dolorem ac *εσπερυσμὸν* sentire cepit, sedem petiit, & potentissimè excreuit; quo factò iussit Sauonarola aqua, in qua herbæ calidæ essent decocta, Ducis pedes ac crura abluere, quòd consilium Dux centum aureis remunerari iussit. Quod proculdubio accidit ob pedum, quem cum partibus nervosis & membranosis, qualia etiam sunt intestina, habent, consensum, atque hoc intestinorum refrigerationem; sicut aliàs etiam, si ventrem frigidum exponatur, dolor colicus & alui excretio copiosior excitari solet. Verùm Brasauolus hoc periculosum auxilium esse putat, & non tentandum; cum tormina inducere possit, & alui profluuium, quod aliàs etiam accidit, si illa & partes inferiores detecta sint. Nonnulli scribunt ouis sumtis ventrem solui refert Brasauolus, *eodem tractatu,* & Marcellus Donatus, *de Mecho-canna;* quod proculdubio euenit, cum in cruditate nidorosa oua, quod in quibusdam accidere solet, degenerant, quàm natura per aluum eiicit. Pilulis compressis & altera parte salua madefactis, atque ventriculo extra appositis Abbatissam quandam sufficienter purgari solitam refert Fallopius, *cap. 2. tract. de purgant.* Sed supra iam dictum, purgantia etiam extra applicata, dum se per orificia venarum & artenarum in corpus insinuant, ventrem mouere possunt, de qua re etiam in Institut. *lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 11.* dictum. Nonnullis quoque ex solo purgantium odore aluus laxatur, cuius rei exemplum habet Alex. Benedictus, *in præf. in lib. de peste.* Barthol. Maranta, *meth. cognoscendi simplicia, lib. 3. c. 15.* & alij. Noui etiam Medicum, cui, si in vola manus pomum colocynthidis contineret, donec incalefceat, aluus laxabatur. F. Platerus, *lib. 1. obseru.* scribit, se in quibusdam excrementa alui, quæ ob duritiem excerni non poterant, tussi & sternutatione concitata eiecisse.

CAPVT V.

De Alui fluxibus in genere, & de Coliaca affectione ac Lienteria.

VT præter naturam est, si excrementa alui longiore, quàm par est, tempore retineantur: ita æquè præter naturam est, si citius & frequentius, imò copiosius, quàm par est, excernantur, quæ præter naturam excretio alui fluxus appellantur.

Differentiæ.

Cum autem variaz alui fluxus sint differentiaz, ratione materiæ, quæ excernitur; partis & loci, à quo in intestina materia confluit; causæ efficientis: atque ob differentiam hanc varia curandi ratio exigatur; priùs differentię alui fluxuum explicandæ, & alui fluxus in suas species distinguendus. Materiæ ratione alui fluxus varij sunt. Aliquando enim cibi nondum concocti, aut imperfectè cocti per aluum deiciuntur, qui fluxus Lienteria, & Lientericus, item Cæliacus appellatur. Aliquando chylus per aluum

Lienteria
& fluxus
Cæliacus.

Diarthæa.
Dysenteria.

excernitur; aliquando humores excrementitij, bilis, pituita, melancholia per aluum excernuntur. qui fluxus cum sine exulceratione intestinorum est, Diarthæa dicitur: si cum exulceratione, dysenteria. Aliquando etiam sanguis sine intestinorum exulceratione excernitur. Ad materię considerationem pertinet & motus eius, qui vel symptomaticus est, vel criticus. Symptomaticus est, cum natura à copia vel prauitate materię stimulata impestiue & preposterè materiam expellit. Criticus verò est vilis, cum consueto, vel opportuno tempore materia euacuat. Quæ de re Galenus, in fine libri de sympt. different. scribit, quædam etsi toto genere sint præter naturam, vt hæmorrhagia narium, vomitus, sanguinis per aluum deiectio, hæmorrhoids, aut aliud huius generis, præter naturam simpliciter non sunt, modò in xij. id est, tempore, quando id, quod molestum est, expellitur. Et 7. meth. med. cap. 11. Sunt, inquit, quibus diarthæa & Cholera certis interuallis omnem corporis redundantiam educit. Ratione loci, à quo materia confluit, fluxus alius à toto est, qui colliquatiuus dicitur, & familiaris est febribus pestilentibus, causso, hecticæ, phthisi, atrophie, nonnunquam & viscerum inflammationibus: alius à ventriculo, epate, liene, mesenterio, cerebro, intestinis, vel etiam toto venoso genere; raro à pulmone, & thoracis cauitate fluxus oritur, vt phthisicis, & empyicis ante mortem accidere solet. Tandem ratione causse efficientis fluxus differunt, quæ est vel interna, vel externa. Internæ causse ratione fluxus differunt, quòd vel intestina magis, quàm par est, stimulantur, vel retinere nequeunt, vel paralyti affectus est sphincter. Externæ causse sunt omnia, quæ ad producendos humores vitiosos faciunt. Quòd pertinent & venena ac fortia medicamenta purgantia adsumpta, quæ in ægypto excitant. Verùm commodissimè, & ad methodum curandi instituendam rectissimè fluxus alui ita distinguuntur, quòd alius est, quando cibus nondum planè concoctus excernitur, qui Lienteria, & Lientericus appellatur, à quo Cæliacus tantùm ratione minoris cruditatis differt; alius, cum humores alij quicumque sine exulceratione intestinorum excernuntur, qui diarrhæa appellatur; alius, cum humores cum ventris dolore & torsione ac intestinorum exulceratione excernuntur, & proinde deiectiones cruentæ sunt, qui fluxus dysenteria nominatur; alius cum sine dolore ac intestinorum exulceratione sanguis effluit: de quibus ordine dicendum, & cæliaco fluxu ac lienteria, de diarrhæa, de dysenteria, de sanguinis per aluum profluio agendum.

De Lienteria & Cæliaca affectione.

Cæliaca affectio & lienteria.

Cæliaca affectio & Lienteria tantùm ratione minoris & maioris differunt, eandemque curationem postulant. Lienteria enim dicitur, cum alimenta prorsus cruda statim, vt assumpta fuerunt, per aluum excernuntur, vt alimenti assumpti genus apertè agnosci possit. In cæliaca verò affectione diutius nonnihil in ventriculo alimenta morantur, neque tam citò per aluum descendunt, & iam aliquam coctionem adeptæ sunt, nondum tamen perfectam. *Κωλύει* autem à parte affecta, hoc est, ventriculo nomen accepit, tanquam peculia sic ventriculi affectio. *Δυσεντερία* verò quasi *λυόμενος* interpretatur, quòd qui primi hanc appellationem huic malo indiderunt, id à laxitate, seu glabritie intestinorum superficie fieri existimauerunt, perdita illorum naturali asperitate. Verùm Galenus id reprehendit, 6. aphor. 1. quia intestina ingestos cibos non asperitate quadam retineant, sed amplexu suauis, arcto tamen, quo effluere illos intestina, cum naturaliter habent, prius non sinant, quàm

A legitimè sint concocti, atque ita tempus completi cibum cum concoquendi tempore exæquetur, vt loquitur Galenus, de sympt. diff. cap. 4. Attamen hanc causam inter alias quoque causas admittit Aëtius, vt postea dicitur, & *λίαν* lubricum etiam significat. Neque affectio semper nomen à proprio symptomate, sed frequenter à manifestiore & vulgò notiore accipit. Hoc tamen verum est, non tantùm intestinorum, sed simul, & præcipuè, ventriculi affectionem esse lienteriam, quorum facultas retentrix læditur, vt patet ex Galeno, 4. aph. 1. 6. aph. 7. 3: aph. 22. Est nimirum Lienteria, vt Galenus, de diff. ferent. sympt. cap. 4. definit, celer per ventriculum ad intestina esculentorum potulentorumque, transitus, quo talia eiiciuntur, qualia fuere assumpta.

Lienteria definitio.

Causse.

Cæliacæ affectionis & Lienteriæ causse proxima est retentrix facultatis ventriculi, atque intestinorum læsio, ob quam cibi, antequam cocti sunt, per intestina descendunt, atque per aluum deiiciuntur. Vt enim coctio fiat, necessum est, cibos aliquandiu in ventriculo retineri; quòd si non fiat, cibi crudi ad intestina descendunt, & per aluum excernuntur: atque ita non quia incocti permanent cibi, idèò deiiciuntur, sed quia citò & ante tempus debitum deiiciuntur, idèò coqui & immutari non possunt. Quia tamen diu homo sine alimento viuere non potest, non omne alimentum, quod assumitur, per aluum deiicitur, sed breui illo, quo retinetur, tempore tenuiores & subtiliores esculentorum & potulentorum partes alterantur & coquantur, quæ corpori in alimentum cedunt. Etsi verò quandoque etiam coctrix facultatis vitio cibi incocti & crudi deiiciuntur, dum ventriculus, vel ob calorem debilem innatum, vel quia omentum, aut epas, aut vicinæ partes frigidæ ventriculum refrigerant, cibos cõcoquere non valet: tamen tùm proprie dicta lienteria non generatur, si retentrix adhuc se bene habet. Non enim celeriter & paulò post, quam assumpta sunt, alimenta deiiciuntur, id quod in lienteria proprie dicta accidit, sed satis diu in ventriculo morantur; ob caloris tamen ventriculi debilitatem, etiam in diuturniore mora, & quæ, si calor ventriculi se rectè haberet, ac coctionem sufficeret, coqui non possunt. Et quidem quandoque retentrix tam ventriculi, quàm intestinorum læditur: quandoque tamen vel solius ventriculi, vel solum intestinorum retentrix læsa cæliacæ affectionis vel lienterie causse esse potest. Cùm enim intestina vim habeant chylum in ventriculo genitum amplius elaborandi, si intestinorum vis retentrix læditur, etsi ventriculus bene sese habeat, tamen quia non tam diu, quàm par est, alimentum in intestinis retinetur, illam, quam debet, elaborationem, & perfectionem non suscipit, sed crudum quodammodo per aluum deiicitur, atq; Cæliaca affectio oritur. Si verò intestina bene sese habeant: ventriculus tamen cibum satis diu non retineat, præpropere ad intestina descendit, atque coctionem quam debebat in ventriculo accipere, in solis intestinis recipere non potest, atque ita crudus, & impestiue per intestina descendit, lienteria oritur. Læditur autè retentrix facultas vel per se, vel per accidens. Per se, dum vel labefactatur ab insigni intemperie frigida & humida, qua instrumenta retentionis laxantur, & ad retentionem parum apta redduntur: eaq; aut sola aut cum humore pituitoso coniuncta, qui nonnunquam è cerebro in intestina, & ventriculum decumbit, sicut & pinguium & lubricorum immoderato vsu mollis & laxior factus ventriculus cibum retinere non potest. Hinc etiam dysenterie superuenit lienteria, 7. aphor. 76. & 1. de morb.

Causse.

An læsa solum coctrix, facultate ventriculi lienteria generari possit?

Causse externæ alui fluxuum.

Fluxus lientericus & cæliacus quomodo differant?

D Cùm enim intestina vim habeant chylum in ventriculo genitum amplius elaborandi, si intestinorum vis retentrix læditur, etsi ventriculus bene sese habeat, tamen quia non tam diu, quàm par est, alimentum in intestinis retinetur, illam, quam debet, elaborationem, & perfectionem non suscipit, sed crudum quodammodo per aluum deiicitur, atq; Cæliaca affectio oritur. Si verò intestina bene sese habeant: ventriculus tamen cibum satis diu non retineat, præpropere ad intestina descendit, atque coctionem quam debebat in ventriculo accipere, in solis intestinis recipere non potest, atque ita crudus, & impestiue per intestina descendit, lienteria oritur. Læditur autè retentrix facultas vel per se, vel per accidens. Per se, dum vel labefactatur ab insigni intemperie frigida & humida, qua instrumenta retentionis laxantur, & ad retentionem parum apta redduntur: eaq; aut sola aut cum humore pituitoso coniuncta, qui nonnunquam è cerebro in intestina, & ventriculum decumbit, sicut & pinguium & lubricorum immoderato vsu mollis & laxior factus ventriculus cibum retinere non potest. Hinc etiam dysenterie superuenit lienteria, 7. aphor. 76. & 1. de morb.

E Cur dysenterie humorum transitu affliguntur, & calor tertia super-natiuus ac tonus eorum labefactatur: Hinc quoque

An oblectamentum intestinorum p. n. fiat lienteria.

lienteria & hydrops ferè reliquis morbis desinentibus superueniunt, cum non queat facilè ventriculus ab accepta humiditate exsiccari. Hippocrates *in lib. de aere, aquis & locis*. Impeditur retentrix à cicatrice densa & læui, vt loquitur Aëtius, quæ dysenterie magnæ, & exulcerationi profundæ succedere solet; vbi ob densitatem cicatricis ciborum per corpus distributio impeditur, osculis venarum mesaraicarum obturatis, ob læuorem verò cibus ad perfectam coctionem retineri non potest; Sicut idem docet, *tetrab. 3. serm. 1. cap. ult.* Rarò tamen hanc ob causam lienteria accidere videtur. Non enim credibile est, viuentem hominem, ita posse intestina exulcerari, vt omnia, aut maiora ex parte vasorum oscula obturentur. Et quamuis post dysenteriam interdum lienteria sequitur: vero tamen consentaneum est, eam fieri ob insignem ventriculi & intestinorum labefactionem. A pituita lienteriam fieri posse, magis credibile est, quæ cum intestina lubrica & laxa redderet, tum oscula venarum mesaraicarum obturaret, tum calorem obtundere potest. Per accidens verò læditur retentrix, dum expultrix vaine irritata cibos nondum concoctos mox deorsum propellit. Citius enim, quam par est, expultricem excitari, est retentricem lædi. Fit hoc ab vlcerata ventriculi, aut intestinorum ex acribus & mordacibus humoribus dispositione, eo modo in superficie illorum membrorum facta, sicut apthæ in ore puerorum fieri consueuerunt, teste Galeno, 3. *aph. 21.* Atque hæc vlcerosa dispositio, si longo tempore perseveret, in dysenteriam abit. Galen. 6. *aph. 1.* Interdum & ab occulta alienaque qualitate ventriculorum, & fructuum putrescentium, ex veneno, ex praua aëris constitutione, à quorum postremo epidemiarum lienterie originem ducunt. Atque hæc causæ, præcipue frigida & humida intemperies & pituitosus humor, vel vlcerosa intestinorum dispositio, si sint remissiores, cæliacam affectionem generant, quæ est minus velox cibi & potus, & quidem non nihil mutati excretio; quibus affectio cæliaca à lienteria differt. Hinc Lienteria & Dysenteria autumnò maxime fiunt, 3. *aph. 22.* Cum enim lienteria fiat, vel retentrice ventriculi & intestinorum læsa ab intemperie frigida & humida, vel ob eorum exulcerationem ab humoribus mordacibus, hæc duo, viscerum scilicet intemperies, & humorum acrimonia, autumnò potissimum ex inæquali aëris constitutione gigni possunt. Eandem ob causam in ætate consistente lienteria frequentius accidit, 3. *aph. 30.* Causæ enim lienterie magis in iis, qui ultra iuuentutem sunt proeucti, reperiuntur. Fernelio non solum cibi semicocti, sed chyli etiam absolui imperfecta est distributio, ob spatii, lienis & mesenterij obstructionem, aut ob trahentis in hisce partibus facultatis imbecillitatem, aut ob alimentorum, præsertim cacochymicorum, & potus quoque copiam & corruptionem. Atque ita ipse cæliacam à ventriculi vitio non fieri statuit. Galenustamen, 6. *de loc. affect. cap. 2.* vt lienteriam, ita & cæliacam, tam ventriculi, tum intestinorum vitio fieri scribit, & *retrab. 3. serm. 1. cap. 32.* scribit, cæliacam affectionem fieri, quando humida excrementa egeruntur ventre præ imbecillitate nequeant digerere. Et fluxum istum, qui fit à chylone non distributo, aut alimentis corruptis alij autotes malunt ad diarrhæam, quam ad cæliacam affectionem referre. Bauderonius adhuc vnam lienterie causam addit, atque ex frigore & resolutione neruorum sextæ coniugationis lienteriam fieri posse, & neminem eorum, qui tempore hyemis per Alpes iter faciunt, id negare scribit. Veruntamen hoc rarum esse ait.

Lienteria & Dysenteria, quando & in quæ ætate frequentius fiunt?

A Quod si accidat, ad diarrhæam potius, quam lienteriam pertinere videtur. Cum autem secundum has causas curatio cæliacæ affectionis & lienterie variet, dicendum erit de lienteria ob læsam retentricem ab intemperie frigida & humida, & humore pituitoso: deinde de lienteria ab expultricis irritatione, seu vlcerosa dispositione, & vlcere ventriculi: Si prius, quæ de lienteria in genere dicenda restant, expediuerimus.

Signa Diagnostica.

Et quidem cognoscuntur hæc materia, quod per alium continenter cibi crudi, hoc est, nihil aut parum ab assumptorum consistentia, colore, odore, aliisque qualitatibus immutari excernuntur, & colore impurissimum sub alba & cinerea sunt, liquida, spumosa, æger ex cibo assumpto non nutritur, corpus contabescit, adsunt rugitus inflammationes. Et quidem in cæliaca affectione post 6. vel 7. horas cibus assumptus deiecitur, aliquo modo quidem mutatus, sed non perfecte coctus. Et plerumque cæliaca est præuia ad lienteriam dispositio, eamque sæpissimè antecedit. Debilitata enim aliquo modo facultate retentrice, & propterea concoctrice officium suum præstare non valente, crudiora, molliora & humidiora excrementa per alium eici incipiunt, quæ & interdum factorem aliquem habent, dum pro coctione putredinis initium contrahunt, hominèsq; sunt nauseabundi, extenuantur, quæ vitia in dies magis augentur; & tandem res ad Lienteriam peruenit. Quandoque tamen sine præuia cæliaca affectione Lienteria excitari potest. In Lienteria cibi, paulò postquam sunt assumpti, tales quales sunt assumpti, deiciuntur, ita vt cibus ipse cognosci possit.

Prognostica.

1. Lienteria & cæliaca mala sunt non contemnenda, quia vniuerso corpori nutrimentum subtrahunt, vnde atrophia vel cachexia & hydrops, præsertim tympanites, sequuntur. Lienteria tamen periculosa malum est, quam cæliaca; siquidem à maiore caloris nativæ prostratione, & toni ventriculi debilitatione prouenit. 2. Lienteria, quæ acutis, & chronicis morbis superuenit, difficilem curationem admittit, ob virium deiectionem. 3. In cæliaca res ferè desperata est si morbus diutius duret, ægris ad conuenientem dietam pigrescentibus. Si itaque morbus autumnò incipiens ad hyemem se extendat, difficilior omninò duratur. Aëtius, *tetrab. 3. serm. 1. cap. 37. 4.* Cæliaca si absque manifesta causa defuisse videtur, iterum inuadit, vbi ex leui errore iam denuò suboritur.

Curatio.

Cæliacæ & Lienterie curatio duobus perficitur, auferendo causam, quæ curatio maxime regularis est; & symptomata, quod fit celeriori, & propterea copiosiori, crudiori & humidiori deiectioni occurrendo: quorum posterius, cum omni Lienterie commune sit, de eo in genere dicemus, & quomodo huic symptomati, si valde vrgeat, sit occurrendum, simul dicemus. Commodissimum tamen est, si vna opera & medicamento & causæ & symptomati occurrere possit. Vt autem fluxus hic sistatur, requiruntur, quæ intestina & ventriculum foborant, & adstringendo prohibent, ne tam citò cibus per alium descendat. Itaque inter interna vtiles sunt fructus adstringentes, tam per se sumpti in prima mensa, quam cum aliis cibis cocti, vt *cydonia, pyra austera, sorba, mespila, corna: item syrupus de rosis siccis, ribes, dementha, de absinthio, diacydonium, rob ribes, berberis, coriandrum, terra sigillata, corallia, trochisci de carabe, semen oxylapathi; species diarrhodi, sp. vitrioli, salis; ex calidioribus, aromaticum rosatum, theriaca.* Extrà vtiles sunt inunctiones ventris, quæ fiunt oleo *maslichino, absinthij, nardino; & Vnguenta & Emplastra è nuce moschata, mastiche, galanga, sica, nantho, calamo aromatico, mæci, absinthio; Empla-*

Signa

Prognostica.

Curatio.

Interna medicamenta.

Externæ

strum de crusta panis, cui aliqua pars Emplastri de A...
lactis lauri addi potest. Vel 2. Absinth. menth. an. M. j. rosar. rubr. p. ij. medulla panis torrefacta & macerata in vino 3. ij. cinamomi, galanga, ligni aloes an. 3. j. nucis mosch. mastichei, boli Armeni an. 3. B. medulle cydoniorum in vino colorum 3. ij. vini in quo cydonia cocta fuerunt q. s. F. Cataplasma, quod actu calidum ventriculo applicetur. Fomenta quoque conueniunt per spongiam, vel pannum vino rubro madidum, in qua cocta fuerint rosa rubra, mentha, absinthium, cyperus, galanga, schabananthum, &c. Er postea inungatur venter oleo nardino, in quo mastiche dissoluta sit vel cerotum inungatur cum pulueribus aromaticis.

Verum cum ista medicamenta ita moderanda sint, vt caussam non augeant, & commodissimum sit, talia parare, quae simul & caussam & symptomata respiciunt, iam qua ratione caussis occurrendum sit, dicendum.

De Lienteria a retertrice labefactata.

Lienteria & Coeliaca a retertrice labefactata fit, vt dictum, ob intemperiem frigidam & humidam, cum vel sine materia, & omnino cum totius fibrarum retertrici facultati seruientium in ventriculo & intestinis laxatur. Id quod fit ex errore victus, vt si quis longo tempore vtiatur oleosis & pinguibus, multa aqua, vel si pituita ventriculum laxans e cerebro in eum destillet vel alius etiam de caussis in eo colligatur. His caussis Banderonius, vt dictum, addit resolutionem sexti paris neruorum a frigore.

Signa Diagnostica.

Si Retentrice labefactata Lienteria accidat, Coeliaca antecedit; quod non fit, quando per accidens expultrice irritata laeditur, sed Lienteria mox excitatur; nullus etiam dolor percipitur.

Prognostica.

1. Difficilius curatur Lienteria, quae ab intemperie hectica ortum habet; facilius quae a materia pituitosa. 2. Lienteria, quae acutus & chronicos morbos sequitur, difficiliter curationem admittit ob virium debilitatem. 3. In diurnis Lienteriis, si ructus acidus superueniat, qui prius non aderat, bonum signum est. 6. aphor. 1. & 2. Epid. sect. 2. Significatur enim, naturam antea labefactatam ad concoctionem cibium excitari, atque ita operis sui reminisci: vel, vt Aëtius loquitur, ventriculum atque intestina non veluti inanissima cibum sinere pertransire, vnde paulo post Lienteria cessabit. Qui vero ructus acidi inter initia mox accidunt, nullum praesagium edunt, sed tantum indicia sunt intemperie frigidae, aut etiam pituitae frigidae, ac imprimitis acidae ventriculum obsidentis.

Judicationes.

Intemperies frigida & humida contrariis alteranda: materia, si adsit, praeparanda & euacuanda, & laxatus ventriculus ac intestina roboranda, & adstringenda.

Curatio.

Materia ergo, si adsit, praeparatur, Symploche de betonica, de absinthio, de mentha, melle rosato, cum aquis vel decocto foliorum betonicae, salviae, menthae, seminis feniculi & similibus. Decoctorum tamen sit minor quantitas, ne fluxus augeatur. Vomitus ad materiam pituitosam, quae ventriculi facultatem retertricem labefactat, & tunicis ventriculi adhaerens cum lubricum reddat, excludendam utilis est, praesertim si aeger sit nauseabundus & ad vomitum facilis. Per alium vero lenem purgans tale paratur. 2. Cortic. myrobalarum, chebulorum. an. 3. ij. sem. fenic. 3. j. Zingiber. 3. B. agarici albi 3. j. syr. rosar. rubr. absinth. Romani an. p. j. Coqu. in l. q. aquae communis. Colaturae expressae 2. 3. ij. syrupi vel mellis rosar. solutiu. 3. j. M. vel 2. Agarici trochiscati 3. j. hiera simp. pilul. alaphangin. an. 3. B. F. Pilulae. Euacuata materia vsurpentur medicamenta interna, quae simul intemperiem ventriculi corrigant, eumque adstringendo roborent, qualia sunt, mentha, absinthium, mastiche, garyophylli, calamus aromaticus, galanga, quibus tamen & alia adstringentia supra proposita, quae non sunt calida, admiscere licet, modo ita temperentur, vt non frigida in hoc casu, sed calida potius excedant, a frigidis tamen adstrictionem accipiant. Ex internis est hoc. 2. Conferu. rosar. 3. ij. theriac. opt. 3. ij. spiritus vitrioli gutt. viij. Cum mella cydoniorum aromatica F. Electuarium, de quo mane detur portio, quae nucem iuglandae aequat. Vel 2. Conferu. rosar. antiqu. 3. j. diacydonij cum speciebus cortic. curi condit. an. 3. ij. specier. aromar. rosar. 3. j. diarrhodi abbatis, trochiscor. de spodio, de carabe, corall. rubror. prepar. an. 3. B. tunica interna stomachi gallinae preparat. 3. j. Cum syrupo myrsino & de mentha F. Electuar. Vel 2. Myrobalarum, emblicor. conditor. carnis cydonior. condita, cortic. curi an. 3. j. specier. aromar. rosar. diarrhod. Abbas. corallior. rubror. prepar. 3. j. Zinziberis in China conditi 3. B. Cum syrupo cydoniorum. F. Electuarium Ad ventriculum roborandam, ita tamen, vt pituita ei non impingatur, efficaces sunt sales, vt menthae, absinthij, cinamomum & similes, quae vel soli vel cum Zingibere, cinamomo, galanga & similibus exhiberi possunt, vt & sales Theriacales. Efficax est & Elixir proprietatis, vt & spiritus vitrioli. A proprietate processu tradantur interiores ventriculi gallinae tunicae, sicut & Coagulatum leporis vel haedi siccatum & 3. j. pondere cum liquore idoneo exhibitum. Extra inungatur ventriculus oleo absinthij, menthae, nardino, quibus admisceri possunt pulueres aromatici, vt: 2. Olii absinth. nardini, menthae an. 3. B. puluer. caryophyll. mastich. menthae an. 3. j. ligni aloes, corall. rubror. prepar. syr. rosar. rubr. an. 3. B. cera parum. F. Linimentum. Vbi intemperies habitum contraxit, Aëtius, capite proprio, ad sinapismos & Dropaces ascendit, quos ventriculi regioni applicat, corpore prius expurgato & cauendo regionem Epatis. Exempli gratia talis fieri potest. 2. Myrrhae, thuris, aloes, schabanant. an. 3. j. mastich. 3. B. ammoniaci aceto dissolati 3. j. sinapis, euphorby, piperis, pyrethris an. 3. j. B. cera & picis q. s.

Dieta.

Cibus sit paucus, & aeger in ediam, quantum potest, ferat. Cibustamen sit, boni succi & facilis coctionis & siccor. Ideoque carnes assae elixis praeferranda, vitentur omnia frigida, humida, lenta, vt & iura pingua. Cibi condiantur nucem moschata, zingibere, caryophyll. salua. Potus sit vinum rubium aut cereuisia bona. Reliqua petantur ex his, quae supra, part. 1. cap. 9. de intemperie ventriculi frigida & humida dicta sunt.

De Lienteria a facultate expultrice irritata.

A laxa expultrice fit Lienteria, cum vlcerosa adest dispositio in ventriculo & intestinis, vt antea dictum, propter humores acres, cibos tales, medicamenta venenata, praesertim si crasso modo contusa fuerint. Et cum vlcerosa dispositio hoc praestare possit, ipsa vlcera ventriculi id non minus praestabunt.

Signa Diagnostica.

Si ab vlcerosa dispositione & irritata expultrice fit Lienteria, coeliaca non praecessit, & sensus morsus, & dolor ventriculo inest.

Prognostica.

1. Quae ab humoribus acibus fit Lienteria, si longiore tempore duret, in dysenteriam transit, teste Galieno, 6. aph. 1. 2. Lienterica vitia cum difficili spiritu & lateris punctura in tabem desinunt Hippocrates, in Coacis. Loquitur autem de Lienteria, quae catarrhus excitauit, ex humore acro, bilioso, aut talia pituita.

Huius enim humoris parte quadam in thoracem decumbente fit spiratio difficilis, & lateris punctura, quæ tantum præludia sunt phthiſeos; parte altera in ventrem influente, Lienteria exiſtit. Quod ſi non ſimul hæc tria inuadant, ſed Lienteria prioribus ſuperueniat, ſignificatur, quod interna in thorace ſuppurationis nondum rupta ſit, ichor autem quidam tenuis è parte excidat, qui in ventrem deſcendens in teſtina mordeat, vnde Lienteria ſequitur. Mala autem eiſmodi Lienteria eſt, quia diuturna eſt, & alleuationem ægro nullam affert. Nam in Lienteria malis Hippocrates etiam eaſ numerat, quæ continuæ & diuturnæ ſunt, excrementis exuentibus crudis ac nigris aut græuolentibus. 2. *Prorrh.* 30. 3. Qui in longis Lienteriis cum lumbricis torminibus & doloribus malè afficiuntur, ſolutis iis intumefcunt, atque hic incidens rigor malus eſt. Hippocrates in *Coacis*. Particularis autem eſt hæc obſeruatione & non admodum frequens, præſertim quod lumbrici in Lienteria appareant. Ergo quidam per hæc malignam aliquam cauſam in ventre intelligunt, vel habitualementem intemperiem, phlegmonem, vlcus, è quibus Lienteria exiſtit. Proinde mala eſt Lienteria, quæ diuturna eſt, ob cauſæ efficientis pertinaciam; quæ maligna eſt, ob humorem talem, aut phlegmonem; aut exulcerationem ventriculi vel inteſtinorum; quæ cum torminibus coniuncta eſt, ob concluſos flatus, aut morſum; quæ denique cum doloribus eſt ab aeribile aut pituita falſa, non à frigida intemperie. Solutis iſtdoloribus, quod videlicet calore naturali debilitato paulatim tot flatus amplius non procreantur, æger intumefcit, hydropi imprimis ſiccæ, & acidiſſis tandem rigor, retracto ad interiora exiguo etiam illo calore naturali, non criticus eſt, ſed lethalis, vt pote in ægro iam debili, & viribus omnibus extinctis.

Indicationes.

Indicationes. Humor acris temperandus & educendus, & tandem humorum prauitate ceſſante adſtringentibus fluxus curandus.

Curatio.

Curatio. Imprimis autem conſiderandum, an locus affectus ſit ventriculus vel inteſtina. Si vlceroſa diſpoſitio ſit in ventriculo, vomitoria vitentur, ne materia per locum affectum euacuetur: Sed ad aluum leniendum detur Syrupus roſarum ſolutiuus cum decocto tamarindorum, vel hordei, aut ſero lactis. ℞. *Myrobolan. citrinor.* Drach. j. *rhobarb. opi.* Drach. j. *ſ. tamarindor.* Vnc. j. Infundantur in decocto hordei & ſucci roſar. an. q. ſ. Colaturæ expreſſæ adde ſyrupi roſarum ſolutiuus Vnc. j. vel manna Vnc. ſ. aut Vnc. j. Pingua etiam in hoc morbo non conueniunt, ne vlcus ſordidum reddatur, ſed abſtergendum, mox exſiccandum & adſtringendum. Si in inteſtiniſ ſit vlceroſa diſpoſitio, vomitoria in ægro ad vomitum prono vtilia ſunt, ratione reuulſionis: quæ autem per os conueniant, in curatione Dyſenteria dicetur. Si malum diu perſeueret, rhabarbarum, præſertim aqua roſatum præparatum, magnæ efficacitæ eſt. Materie alteratio & præparatio, vbi opus eſt, perſicitur hordeo, cichoraceis, & ſimilibus refrigerantibus, additis, quæ parum adſtringunt, vt cauſa efficiens compeſcatur & frænctur, vt: ℞. *Aqua acetofa, endiuiæ, cichorij an.* Vnc. j. *Syrupi granator. de portulaca an.* Vnc. j. M. Vel ℞. *Conſeru. roſar. rubr.* Vnc. ij. *cichorij* Vnc. ſ. *corall. rubr. præpar. ſpécier. diarrhod. abbat. boli Armeni. an.* Scrup. j. Cum ſyrupo cydoniorum F. Electuarium. Diaretica etiam vtilia ſunt, quia fluxionem deriuant. Extra admoveantur fomenta, vnguenta, Cataplafmata & emplaftra ex medicinis frigidis adſtringentibus compeſta, vt: ℞. *Olei myrtini roſacei an.* Vnc. ij. *maſti-*

ches, ſemin. coriandræ, ſanguinis draconis, boli Armeni, abſinthij an. Scrup. j. *Cera parum.* F. Vnguentum. Si exulceratus planè ſit ventriculus, eius curatio ſupra tradita eſt. Si à veneno ſit fluxus, Alexipharmaca admiscenda; & commendatur imprimis ſuccus dictamni cum ſyrupo acetofitatis citri.

Dieta.

Aër ad temperatum frigus declinet, cibus refrigerantibus adſtringens aliquid addatur, vt pyra, cydonia, meſpila. Potus ſit vinum tenue, aquoſum, ſub abringens, vt lac chalybeatum, vel hydromel cum ſyrupo cydoniorum vel granatorum. Potus ſit paucus. Nam, vt Aëtius ſcribit, multus potus fluxionibus ventris inſeſtiſſimus eſt. Somnus more ſolito ſit longior. Plura de hac re in doctrina de Dyſenteria dicentur.

Cæliaca affectio.

Eadem curandi ratio eſt Cæliacæ affectio, vt pote quæ ſecundum maius & minus ſaltem à Lienteria, ex plerorumque medicorum ſententia, diſſert. Quia tamen aliter paulò ex Aretæi, lib. 2. de cauſ. morbor. diutur. c. 7. de Cæliaca ſentit Mercatus, & illud breuiter addendum Ita autem Aretæus: *Cæliacus*, inquit, *morbus ſit ob coquentis caloris imbecillitatem, frigusque ventriculi, cum liqueſcit quidem à calore alimentum, ſed non concoquit calor, neque in ſuccum proprium vertit, ſemicoctum imperfectumque relinquens, cum perfectionem aſſequi non poſſit. Id verò coctione deſtitutum ad primum mutatur & colore & odore & conſiſtentiæ: Albus enim eſt bile priuatus color, olidum excernitur & luclentum, liquidum & inconfiſtens ob proſtigatam coctionem ſubſtantia eſt.*

Hinc Mercatus non ſolum retentioſi vitio cæliacum malum fieri docet, ſed omnibus potentiſ læſis, ob frigidam cum ſordida humiditate totius ventriculi intemperiem cum innati calidi & humidii proprii immixtione. Hinc pluribus modis cæliacam à Lienteria diſſerre ſcribit. Primò quod in Lienteria retentionis debitum tempus non obſeruetur, in cæliacis verò ſolus complexus ſibi non rectè fiat; atque ita in Lienteria cibi immutati exeant, quia ſatis diu in ventriculo retenti non ſunt. In cæliaca verò licet diu ibi morati ſunt, formam tamen chyli non adepti ſunt, quia ventriculus non valuit eam indocere. Secundò; quia in Lienteria ſolum excernuntur alimenta immutata: in Cæliaca v. mutata, humidiora, corrupta & variis vitiiſ conſpurcata. Tertio, quia in Lienteria reliquæ potentiaſ ætui priuentur, deſectu temporis non vitio ſui: in Cæliaca verò omnes potentiaſ læſæ ſunt, & propterea non faciunt officium, quamuis diu moretur in ventre alimentum, ita vt etiam ventriculus impedire non poſſit, quo minus putreſcat, vicieturque alimentum, ſed potius ob deſectum diſtributionis corruptionem maiorè ſuſcipiat. Quarto, quod in Lienteria ſaltem internæ tunicaſ ſuperficiæ afficiatur; in Cæliaca verò vniuerſa ventriculi ſubſtantia. Quintò, quod Lienteria ſit fluxus continuus; Cæliacus autem per interualla fiat; ſicut & diſtribuens fac ultas læſa ſit, & propterea ſingulis diebus non excernat: vnde copioſa excrementa congregentur, quæ poſtea facultatem expultricem læſant, & copioſam alui deiectionem excitent: verum enim verò cum alij autores Cæliacam & Lienteriam ſolum ratione maioris & minoris diſſerre ſtatuunt, vt dictum; iſta, quæ prolixè de Cæliaca ſcribit Mercatus potius ad Diarrhœam, quæ ſit è ciborum in ventriculo corruptione, pertinere videntur.

Dieta.

Cæliacæ affectioſis curatio.

Cæliacæ & Lienteriaſ diſſerimen.

CAPVT VI.

De Diarrhœa.

Diarrhœa. **E**tsi in genere omne alui profluuium Diarrhœæ nomine appellari possit: tamen propriè & in specie Diarrhœa is alui fluxus est, quem immoderata humoris alicuius, præter alimentum erudum & sanguinem, sine exulceratione intestinorum per aluum excretio excitat.

Causa quidem in genere Diarrhœæ est copia humorum, vel prauitas, quæ naturam ad expellendum immoderatè stimulat. Verum humorum ad excretionem istam præter naturam stimulantium magna est varietas, ratione materiæ, loci, modi ac causæ efficiētis, quæ rectè distinguere ad curationem magis omnino momenti est.

Primò ratione materiæ, aliàs chylus excernitur, qui non rectè distribuitur, sed in intestinis hæret, aliàs humor alicuius excrementus, nunc pituitosus, crassus, mucosus, nunc biliosus, nunc melancholicus, ater, nunc serosus, nunc pinguis & oleosus quasi. Secundò ratione loci, vnde profluit materia, nunc diarrhœa ortum habet à ventriculo, quando in eo corrupti & vitiosi humores cumulantur, nunc à splene, nunc ab epate, nunc à mesenterio, nunc à cerebro, nunc, sed rarius, à thorace, nunc ab utero, nunc à venis & toto corpore. Ideoque in Diarrhœa non solum ad ventriculum & intestina respiciendum, sed diligenter inquirendum, vnde materia suppediteat, aliàs curatio rectè institui non potest. Tertio, modi & causæ efficientis ratione, alia diarrhœa est critica, & fit naturæ rectè agente, quando scilicet ea de salute hominis sollicita vitiosos humores, & quod sibi molestum est, virtutis robore & hominis commodo expellit, & quidem *in vna*, id est, tempore, quod fit in febribus apparentibus signis coctionis, & in die decretorio, & quam ægri faciliè tolerant, atque inde commodum percipiunt; Alia symptomatica, quæ contra rationem accidit, & à qua nulla utilitas ad ægrum redit. His ergo ita se habentibus, agendum erit in specie 1. de fluxu chyloso, seu diarrhœa, in qua chylus excernitur: 2. de diarrhœa, quæ fit à toto, & quidem cum vel sine febre, vbi etiam de fluxu colliquatiuo dicendum: 3. de diarrhœa à ventriculo: 4. de diarrhœa à vermibus: 5. de diarrhœa à venis mesaraicis: 6. de diarrhœa ab epate: 7. de diarrhœa à liene: 8. de diarrhœa ab utero: 9. de diarrhœa, quæ accidit à catarrho seu fluxu cerebri vulgo dicto: 10. de diarrhœa, quæ accidit in infantibus, dum dentes erumpunt: 11. de diarrhœa à pharmacofortiori, item à veneno assumpto. Prius tamen, quæ in genere de diarrhœa dici possunt, proponentur.

Causæ.

Causæ. Causam diarrhœæ in genere diximus esse humorem quemcunque, & vbiunque in corpore cumulatam, quem natura ab eo molestata immoderatè excernit. Ad eumulandos autem tales humores faciunt causæ Externæ, cibus & potus copiosus vel vitiosus, & omnino errores in victu commissi, aëris intemperies, ommissa corporis exercitatio, cutis in toto corpore adstricta. Hinc ut Hippocrates, 3. aph. 17. scribit, quotidianæ austeritatis constitutiones tum corpora solvunt & laxant, tum aluum humectant.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur Diarrhœa in genere ex frequenti & copiosiore, quam pro humore & modo naturæ, alui humida deiectione, absque manifesto dolore, & intestinorum exulceratione, & hinc sine sanguinis permistione.

Prognostica.

A 1. In turbationibus alui, & vomitibus, quæ sponte sunt, si qualia oportet, purgantur, confert, & facile ferunt; si minus, conueta. 1. aph. 2. Etsi enim, ut supra dictum ex Galenò, *in fine libri de symp. diff.* toto genere præter naturam sint hæmorrhagiarum, vomitus, sanguinis per aluum deiectio, hæmorrhœis & alia huius generis; tamen præter naturam simpliciter non sunt, modo *in vna* fiant, & id, quod molestum est, expellatur. Ità aliquibus diarrhœa & cholera certis intervallis omnem humorum redundantiam educunt. Quando autem tales evacuationes bonæ vel malæ sint, dictum est in Institutionibus; lib. 3. part. 3. cap. 10. 2. Vno die fluere aluum, sæpe pro valetudine est, atque etiam pluribus, dum febris absit, & intra septimum diem id conquiescat. Purgatur enim corpus, & quod læsum erat, viliter effunditur. Verum spatium periculosum est. Interdum enim tormina ac febriculas excitat, viresque consumit Celsus, lib. 4. cap. 19. 3. Longa diarrhœa laboranti sponte superueniens vomitus, malum soluit; 6. aphor. 15. Reuulsio enim fit materiæ ab inferioribus ad superiora. 4. Ophthalmiâ laborantem alui profluuium corripit, bonum. 6. aphor. 17. Reuulsio enim materiæ morbi ad inferiora fit, & euacuatio: Id, cum sponte sua aliquando faciat natura; Medicus eam imitari debet, deorsum euacuando per pharmaca & clysteres. 5. Si Leucophlegmatia detentio fortis diarrhœa superuenerit, malum soluit. 7. aph. 29. Nam materiæ morbum facientis à toto habitu per aluum fit euacuatio. Id autem verum est, si morbi initio & integris viribus, ac salnis visceribus accidit: Aliàs profluuium alui non morbum tollit, sed ægrum. 6. Mulieri uterum gerenti si aluus multum fluat, periculosa est, ne abortiat. 5. aphor. 24. Cum enim pauca fiat alimenti ob fluxum in corpore distributio, fœtus alimento suo defraudatur, & ob frequentes deiectiones vires magis exsoluuntur, vincula uteritæbra illa agitatione corporis laxantur, fœtus & uterus tetro vapore excrementorum continenter deiectionum, præsertim biliosorum, offenditur. Magnam etiam causam adesse oportet, quæ profluuium hoc in grauidis excitet; cum ea alioquin aluo duriore esse solent.

Indicationes.

Ut diarrhœa quæuis rectè curetur, causa, à qua **Indicatio** provenit, spectanda est. Si enim proficitur à copia **nes.** vel prauitate humorum, siue in ventriculo & intestinis genitorum, siue aliunde sfluentium; partim illatum affectibus occurrendum est. Externæ quoque causæ removendæ sunt; de quibus plura in specie dicentur. Deinde in omni diarrhœa motus materiæ fluentis considerandus. Si enim ille est criticus & bonus, quò vel totum corpus; vel pars aliqua cum ægri tolerantia & vilitate expurgatur, sistendus non est ne materia in aliam partem conuersa febrem, pleuritidem, aut visceris alicuius, periculosam inflammationem excitet: imò si imperfectus sit motus, adiuvandus blandis purgantibus, ne relicta materia nouum morbum generet. Quæ enim in morbis post crisi sin relinquuntur, recidivam facere consueverunt; 2. aphor. 12. Nec symptomatibus tempore mox coercendus, dum æger faciliè fert; nec qui diuersorum colorum est, dum vires constant, secundum Hippocrates. 1. aphor. 2. Si verbò immodicus est, & diutius perseueret, viresque deiciat, transacto primo impetu sistendus & compescendus est. Ita etiam qui ex hypercatharsi ortum habet, sistendus statim; cum insigniter vires debilitet: Sicut & colliquatius in febribus ardentibus & malignis. Videantur Institutiones, loco antea allegato, libro 3. part. 3. cap. 10 10.

Curatio.

Curatio. Cohibetur attem fluxus materiam euacuando, reuellendo, & sistendo fluxum. Si aliqua sanguinis euacuatio suppressa materiam fluxui suppeditet, vel alias sanguis peccet, quandoque venam itecare licet. Purgantia medicamenta huic negotio apta sunt, quæ simul adstringunt & roborant, vt rhabarbarum, præcipue in substantia sumptum, myrobalani, tamarindi syrupus & succus rolarum. Reuellit non solum venæ sectio, sed & vomitus, frictions, ligaturæ, euacuationes per vrinas, sudores. Sistent fluxum roborantia & adstringentia *capite procedenti* propolita.

Purgantia. Si fluxus vehemens sit planè, & vigilæ ac dolores urgèant, neque aliis remediis tolli possint, ad narcotica veniendum, sed cautè nec vniuersim valde deiectis, ne æger sopitis spiritibus planè extinguatur.

Reuellentia. *De diarrhæa in specie, & primò de Fluxu Chyloso.*

Narcotica. Si Chyli distributio non fiat, & chylus à venis mesaraicis aut potius lacteis, ac epate non attrahatur, coactuatus in intestinis copia sua, & sæpe etiam acrimonia, cum corrumpitur prauitque humoribus miscetur, intestina stimulat, & per aluum eicitur, ac diarrhæam excitat. Non distribuitur autem chylus, vel ob venarum, à quibus ad epat defertur & epatis obstructionem, vel ob viscerum sanguificationis indicatorum imbecillitatem, dum chylum ad se non trahunt.

Fluxus chylosus.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur hæc diarrhæa species, cum materia liquida, aliquo modo tamen crassa quali pusiana, sine fœtore per aluum excernitur. An autem ex venarum obstructione, an verò ex debilitate epatis chylum attrahere non valentis oritur, ita distinguitur; quod cum à venarum obstructione fit diarrhæa, chylus excretur albus, cum non recipiatur in venas. Cum verò in venas recipitur, sed ab epate non attrahitur, colore subrufo non nihil tinctus est, & signa etiam epatis debilis adiunt.

Prognosticum.

Prognosticum. Malum hoc non est contemnendum, sed quàm primùm curandum; cum, si diutius duret, ægrum ad atrophiam deducat, & si ob epatis imbecillitatem euenit, facillè in cachexiam & hydropem degenerare possit.

Curatio.

Curatio. Si ab obstructione venarum mesaraicarum, seu lactearum & epatis etiam obstructione, ab humore lento & pituitoso, proueniat diarrhæa hæc, primus scopus sit, obstructiones aperire, iis imprimis medicamentis, quæ simul epati utilia sunt, aluum tamen non irritant. Vitentur & adstringentia, tam in medicamentis, quàm in cibis, nisi apertis obstructionibus alia diarrhæa subsequatur. ℞. Rad. aperientium acetopreparat. ℥. ij. agrimon. endiu capill. veneris an. M. j. absinthij M. s. sem. anisi, fœniculi an. ℥. j. passular. ℥. j. Coq. in aq. simpl. Colaturæ ℞. ℥. j. syr. de duabus radicibus, byzantini simplic. an. ℥. ij. F. Potio pro quatuor dosibus. Vel ℞. Rad. aperient. an. ℥. ij. cichorij ℥. s. sem. endiu. fœniculi an. ℥. j. passular. ℥. s. Coqu. in aq. simpl. Colaturæ ℞. ℥. vj. syr. byzantini ℥. ij. Miscelpro 2. dosibus Utilis est & in hunc finem spiritus salis. Hinc fiat purgatio. ℞. Rhabarb. ℥. j. s. agarici trochif. ℥. j. cinamomi, ℥. s. spice, schœnanth. an. ℥. j. Cum succo endiuæ vel absinthij. F. Pilulæ medicæ, quarum dosis ℥. j. Vel ℞. Agarici albiss. ℥. j. rhabarb. ℥. s. spice, schœnanth. cinamomi an. ℥. j. Infundantur in aqua absinthij, agrimonia & endiuæ. Colaturæ ℞. ℥. iij. mellis rosat. colat. ℥. j. Miscel. F. Haustus. Vel ℞. Rad. fœnicul. cichorij an. ℥. s. agrimonia, absinthij, capillor. Veneris an. M. s. myrobalanorum chebularum ℥. ij. sem. anisi, fœniculi an.

A ℥. j. Coq. in aq. simpl. In colaturæ s. q. infundantur, agarici alb. ℥. ij. rhabarb. ℥. j. zingiber. ℥. s. schœnant. ℥. j. Colaturæ ℞. ℥. vj. syr. byzantini simpl. de cichorio cum rhabarb. an. ℥. j. spiritus salis gutt. iv. vel v. Miscelpro duabus dosibus. Postea si opus sit, iterum aperientia vsurpentur. vt ℞. Rad. fœniculi, cichorii, petroseleni, eryngij an. ℥. s. endiuæ, capill. veneris an. M. s. cicerum rubr. P. ij. sem. coriand. petroseleni an. ℥. j. Coq. in aq. simpl. Colaturæ ℞. ℥. x. syr. endiu. compos. byzantin. simpl. an. ℥. j. s. F. Potus pro tribus dosibus. Vel infundantur in vino Rad. fœniculi, eryngij, raphanistici, rubia an. ℥. j. absinth. agrimon. capillor. veneris an. ℥. s. De quo æger bibat. Post patet tale Electuarium.

B ℞. Conseru. cichorii, capill. veneris an. ℥. s. Rad. condit. cichor. eryngij an. ℥. vj. spec. diarrhod. abbat. ℥. j. Cum syrupo byzantino simpl. F. Electuarium. Post sumptum Electuarium, si libet, bibatur haustus aquæ fœniculi, cichorii, petroseleni, aut decocti harum radicum. Dentur etiam rotulæ diarrhod. abbatis. Similiter quæ extra ventri adhibentur, non adstringant, sed aperiant. Vt ℞. Ol. amygdal. amar. charamel. anethi an. ℥. j. s. M. Cum quibus succus apij, vel fœniculi coqui potest: aut iis puluis radicum avari, schœnanthi addi & cum cereæ pauca quantitate vnguentum parari. Vel applicetur emplastrum diarrhydon. simplex cum puluere radic. asari, schœnanthi & similibus mistum. Si ab obstructione epatis, & quidem simæ partis proneniat, remediis, quæ in venarum mesaraicarum obstructione conueniunt; Si gibba, diureticis vtendum, & quidem nunc temperatis, nunc frigidioribus, nunc calidioribus, prout ægri constitutio requirit. Si verò ab imbecillitate epatis ortum habeat hic fluxus, roborandum epat, vel vepæ mesaraicæ iis quæ calefaciunt, simulque aperiunt; cum debilitas attractionis vt plurimum fiat ab obstructione; & epat debile facillè in obstructiones incidat, vt sunt spica, sclœnantium, absinthium, cinamomum, cyperus, iubia, tinctorum, agrimonia spec. diarrhod. abbatis, diarrhon santalon, aromatici rosati, trochisci de rhabarbaro, de absinth. de rosas, de curcuma, syrups byzantinus, crocus martis. A valde tamen calefacientibus abstinendum, cum vis epatis potius in moderato, quam nimio calore cõsistat. Interea etiam frictions totius corporis fiant, quibus alimentum ad id attrahitur. Imprimis verò magnam hic habent efficaciam, & cum minore periculo adhibentur medicamenta externa, vt emplastrum de farina lupinorum cum oleo nardino & similibus. Sunt & alia causæ quæ faciunt, vt alimentum ad epat non perueniat, sed chylus cum aliis excrementis eiciatur: Verùm pertinet ille fluxus ad diarrhæam è cibis corruptis, de quo postea.

De Diarrhæa, qua fit à toto, & primò de ea, qua est cum febre.

Diarrhæa Sæpe in febribus Diarrhæa accidunt, quæ tamen à toto cum aliàs Criticæ aliàs symptomaticæ sunt, & propterea diligenter distinguendæ. Si Criticus sit fluxus, & naturæ opus, deiciuntur qualia oportet, id est, humores peccantes iam cocti, & victi à natura, ac signis coctionis præcedentibus. Vnde sequitur tolerantia & utilitas; aut sine insigni virium deiectione & molestia, quæ vires prosternat, vitiosi humoris euacuatio perficitur, & eam sequitur morbi, qui hominem affligit, solutio. Hæc verò conditiones si desiderentur, aut potius contrariæ adsint, symptomaticam esse euacuationem concludendum est, præsertim si cruda admodum, humida & aquosa, vel frequenter & paulatim, siue etiam multum & confertim cum stridore per aluum deiciantur, & alia mala signa, de quibus iam dicitur, adsint.

Prognostica.

Ex quibus, quid de futuro morbi euentu conicienda.

Nimum calefactionis epatis noxia.

Diarrhæa à toto cum febre.

Prognostica.

dum sit, manifestum euadit. 1. In turbationibus alui, & vomitionibus, quæ sponte fiunt, si, qualia oportet, purgentur, confert, & facillè ferunt, sin minus, contra, vt sæpius ex 2. *aph. sect. 1.* dictum. 2. Humida inter initia alui deiectio, morbo ad crisin tranſeunte, craſſior duriorque reddatur, oportet. Hippocrates & Galenus, 22. *Prognost. aph. 16.* Significatur enim concoſtricem facultatem validiorem redditam eſſe. 3. In fluctionibus alui mutationes excrementorum, non tamen in deteriora, iuuant; quia iis mutationibus corpus exactius expurgatur, niſi colliquationis aut putredinis ſigna habeat. Mala enim eſt excrementorum mutatio, cum nimis liquida illa ſunt, albicantia, pallida, ſpumantia, nigra, exigua, glutinoſa, liuentia, rubra, pinguis & valde olida. De quibus Hippocrates 2. *Prognost. 4.* In morbo diuturno cibi ſtadium, & ſincere deiectiones malæ, 7. *aph. 6.* *Α'κρῆμι* autem *καρρυφῆμι* Galeno ſunt, quæ nullam humiditatem aquoſam permixtam habent, ſolo humore, qui euacuatur, per inteſtina tranſeunte. Nam eiufmodi deiectiones exuſtam & conſumptam humiditatem natiuam à febrili calore indicant. 5. Deiectio alui nimia ex uſu eſt, ſi nec ſtrideat, neque crebrè & paulatim verò excernatur. Frequens enim deſidendi labor inſomniam facit. At ſi vniuerſim & ſæpe deiciatur, periculum deiectionis animi imminet. Hippocrates, 2. *Progn. 14.* Stridor enim deiectionem ſymptomaticam, & crudam vitioſorum humorum indicat, per quam epar, lien, aut totum corpus inutiliter expurgatur, præſertim ſi crebrè & conſertim id fiat. Vigilæ enim & deliqua animi ſequuntur. 6. Si cralla admodum, aut alba, aut vitidia, vel crocea aut ſpumantia deiciantur, hæc omnia mala ſunt. Indicant enim vel cruditatem vel impeditum fluxum bilis in inteſtina, vel copiam æruginofæ aut flauæ bilis, aut commixti cum humore ſpiritus flatulenti Hippocrates & Galenus, 2. *Prognost. 10.* 7. Mala eſt deiectio pauca, glutinoſa, alba, ſub pallida, lubrica. Exitioſa verò eſt nigra, pinguis, liuida, æruginofa, foetida. Verſicolor quidem diuturnior eſt, ſed nihilominus exitialis. Hippocrates, 2. *prognost. aphor. 21. 22. 23.* Cauſæ *ibidem* apud Galenum videantur. De *αιμικθῆσι* ſeu variis coloris deiectionibus ait: omnes eas ſignum eſſe, quod multæ adſint affectiones malæ quæ multum tempori ad concoctionem requirant, aut cum quibus natura tanquam cum vitis pluribus pugnatur a multum temporis conſumat.

Curatio.

Ut curatio rectè inſtituatur perpendendum eſt, an critica, an verò ſymptomatica ſit euacuatio. Si ſit critica, & die critico, apparentibus ſignis coctionis accidat, totum negotium naturæ committendum, ſecundum Hippocratem, 1. *aphor. 20.* *Quæ excernuntur, decretaue ſunt iuſte nec mouere conuenit, nec aliud quippiam nouare, ſeu medicamentis, ſeu aliis irritationibus fiat, ſed omittere.* Nam ſi ſiſtere talem fluxum vtilem Medicus conetur, humores vitioſi, quos natura rectè expellere incœpit, corpore retenti recidivam, eryſipelata, & viſcerum inflammationes, & ac alia mala excitare ſolent. Ideoque ſolum conuenientem victum Medicus ægro præſcribat; & ſi quæ adhuc ſuperſint in corpore vel humoribus intemperies, eam alterantibus, ægrumque roborantibus tollat, donec æger integram ſanitatem recuperet. Si verò natura opus integrè non abſoluerit, non ſolum non ſiſtendus fluxus, ſed natura etiam iuuanda, ne relicta materia recidivam pariat, 2. *aphor. 12.* In quo caſu talis inſtitui poteſt purgatio. *℞. Tamarindor. ʒ. ſ. radicum ſichorij, ſpec. decoct. flor. & fruēt. an. ʒ. iij. myrobalanor. citrinor. (Si adſit pituita) chebulor. an. ʒ. ij. rhabarb. ʒ. j. ſpica ʒ. ſ. ſchœnanth. cinamom. an. ʒ. j. Coqu. an. aqua ſimpl. ʒ. iij.* In iis diſſolue

A manna ʒ. ſ. vel ʒ. vj. Iterum colentur. Adde *ſyrupum roſarum ſolutum ʒ. ſ.* Miſce. Si autem fluxus nimius ſit, viresque deiciat, humor abſtergendus, temperandus, & fluxus ſiſtendus iis medicamentis, quæ poſtea in fluxu ſymptomatico proponuntur. Et ſi n. natura tales motus inchoat, & rectè quidem: tamen materia mota, ſi ob copiam, ſeu prauitatem & acrimoniam effrenis quaſi reddita, à natura regi non poteſt, & reliquos humores ad fluxum concitat, & vires deicit. Nullus verò criticus fluxus, qui rectè ſit, vires nimium deicere, ſed ab ægro facillè tolerari debet 1. *aphor. 2.* Ideoque, ſi vires deiciat, ſiſtendus Symptomaticum fluxum quod attinet, diſtinctione quadam opus eſt. Quidam enim tempore ſolum talis eſt, quem natura quidem à materiæ copia, vel qualitate ſtimulata ante coctionem abſolutam inſtituit, cum virtutis tamen robore, quique criticus q. eſt, ac crisin imitatur, ac quem ægri facillè tolerant, imò ex eo commodum percipiunt; qui fluxus non ſiſtendus eſt. Non tamen adiuuandus vel promouendus, neque etiam ſemper naturæ planè permittendus, ſed naturæ ſuccurrere oportet, materiam euacuando, reuellendo, alterando. Ideoque vt materia minuatur & reuelleretur, præcipuè ſi febris id ſimul poſtulet, & vires permittant, venam aperire in tali fluxione, quæ in principio morbi accidit, non inuile fuerit. Deinde ne fluxus nimius fiat, abſtergentia, humores alterantia, eorumque acrimoniam temperantia exhibenda, quæ etiam clyſteribus inſundi poſſunt. vt: *℞. Decocti hordei ʒ. iv. ſyr. roſar. ſimpl. infuſionis vel etiam ſolutini ʒ. j. Miſce. Vel ʒ. Myrobalan. citrinor. ʒ. ij. rhabarbari elect. ʒ. j. ſpica ʒ. ſ. ſpec. diarrhod. abbat. ʒ. j. Inſundantur in aqua acetofa; & endiuia. Colaturæ ʒ. ʒ. iij. ſ. ſyr. roſar. ſolutini ʒ. ſ. vel ʒ. Miſce. Vel ʒ. Decocti hordei ʒ. j. ſacchar. rubri, mellis roſati colati an. ʒ. j. ol. roſacci ʒ. j. ſ. F. Clyſter. Poſtea detur ſyrupus de ſucco ribes, granatorum, acetofella, oxyſacchara cum aqua acetofa, endiuia, ſichorij, plantaginis, tormentilla, perulaca. Vbi fluxus perſerauerit, magis adſtringentia uſurpare oportet, vt ſunt conſerua roſarum rubrarum antiqua, Robribes, berberis; ſyrupus myrtinus, granatorum, cydoniorum, vt: *℞. Syr. granator. ſucci ribes, inlebi roſar. an. ʒ. j. aqua plantaginis, endiuia, acetofa an. ʒ. j. Miſce pro duabus doſibus. Vel ʒ. Conſeru. roſar. antiqu. ʒ. j. ſ. robribes ʒ. vj. boli Armeni, corall. præpar. an. ʒ. ſ. Cum ſyrupo cydoniorum F. Electuarium. Extra quoq; venter inungatur oleo cydoniorum, myrtino, maſtichino, abſinthij; aut imponatur emplaſtrum ex ceroto ſtomachali, & tantalino, mixtis cum oleo cydoniorum. Si verò fluxus planè ſymptomaticus ſit, & ſaltem à facultate, & cauſa morbifica irritata, fiat, eaque quaſi in via, & quicquid excernitur, ſymptomatiſtatione fiat, nullo cum naturæ robore, nec ægri inopia aut incommodo; talis fluxus omnino prauæ diſpoſitionis ſignum eſt. Ideoque nec iuuandus, neque etiam naturæ, vt pote cuius ferè in expellendo nullæ partes & vires ſunt, permittendus, ſed cohibendus. Quare ſi ferant vires vena aperienda eſt, vt, qui humores ad aluum confluunt, reuellantur & euacuentur, atque ita alui profluuium ſiſtatur. Non tanta tamen ſanguinis copia euacuanda, quanta, ſi abſque fluxu alui eſſet, euacuari poſſet. Aliis quoque diuerſionibus, vt friktionibus, ligaturis vtendum. Poſtea medicamenta materiam alterantia & temperantia, abſtergentia, fluxumque ſiſtentia modò propoſita uſurpanda, & cum exhibenda, tum per clyſteres inſundenda, atque extra apponenda.**

De Fluxu colliquatiuo.

In febris ardentibus & malignis ac peſtilentibus, vt & febri hectica, & phthiſi, & nunquam in eis.

Fluxus

colliquati-

viscerum inflammationibus, à calore vehementi non solum humores in venis, sed & corpus, seu id, quod proximum partium alimentum est, colliquatur, & cum tenuius est, vel per ἀλαργὸν διακρίσει, aut sudorem discutitur, vel per renes & urinam euacuatur; vel, præcipue si id, quod liquatur, est crassius, in ventrem conluit, & fluxum alui, qui οὐρμηλὸς, id est, colliquatius vulgo dicitur, excitat, vt *lib. 4. de febribus cap. 13.* dictum. Calor autem hic nunc pinguedinem solum, nunc ipsas quoque carnes seu proximum partium alimentum colliquat. Et quidem in febribus malignis & pestilentibus humores non solum colliquantur, sed & corrumpuntur, & ad pravam dispositionem & putredinem ac malignitatem deducuntur; vnde quæ deiciuntur factorem coniunctum habent, aliisque etiam pravis qualitatibus prædita sunt.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur hæc diarrhœa ex eo, quod id, quod eiicitur, plerumque est vario colore præditum, aliquando flauum, aliquando liuidum, plerumque fetidum, aliquando pingue & viscosum; adest febris vel ardens, vel maligna, vel hæctica; corpus statim præter modum extenuatur, nares fiunt acutæ, oculi concaui, tempora collabuntur, & alia, quæ in facie Hippocratica, *initio prædictionum*, enumerantur, adfunt.

Prognostica.

Prognostica.

1. Periculosus hic fluxus est, vt qui non solum corpori omnia alimenta subtrahit, sed & spiritus dissipat; & cum à vehementi causa, quæ ita facile expugnari non potest, dependeat, plerumque lethalis. Cum enim calor ille febrilis ardens, & malignitas aliâ ad hominem iugulandum sint potentes, multò facilis id prestabunt, si fluxus talis vires valde deiciens accedat. 2. In Hæctis, & marasmo fluxus colliquatius plerumque lethalis. 3. Quibus phthisicis capilli defluunt, iis Diarrhœa superueniente, in propinquo mors est, 2. *aph. 12. & 13.* Capilli enim defluunt ipsi ob alimentum defectum in partibus solidis. Superueniens autem fluxus non humoris morbum efficiens, sed humoris alimentarij, ac pinguedinis partium solidarum præ nimia siccitate colliquatarum mortem in propinquo esse significat.

Curatio.

Curatio.

Curationem istarum febrium tradit Galenus, 10. *meth. med. cap. ult.* Et est opus auxilijs, quæ corporis dispositionem & consumptionem impediunt, nimirum refrigerantibus & humectantibus, & nonnihil simul adstringentibus, & fluxum sistentibus. Medicamenta autem ista non tam extra sunt adhibenda, ne caloris præter naturam effluxus impediatur, quam assumenda, vt partes roborentur & firmetur, ne facile causa præter naturam cedant. Cordi tamen & epati talia adhibere nihil prohibet. Hippocrati duo

Aqua in fluxu colliquatuo agris præbenda. Medica-menta interna.

imprimis auxilia in vsu fuerunt, cremor ptisanæ & aqua frigida. Aqua potest assuetis dari, & vbi potius ab æstu vehementi, quam à malignitate est iste fluxus, tantamque eius necessitatem esse scribit Galenus, 5. *meth. med. cap. 6.* vt sine hac ægri labantur in marasimum. Huius loco, & vbi ab aqua potu aliquid mali meruitur, dari potest aqua hordei, serum lactis, aqua acerosa, endiuia, cum syrupo de ribes, de agresta granatorum, acetositate citri, acetosa, acetosella, de nymphaea, de persulaca, cydoniorum. Vel ℞. Conseru. rosar. acetosæ an. ℥. j. diacydonij sine speciebus ℥. iij. robribium, terra sigillata, C. C. vsti præparat. 3. ij. Cum syrupo cydoniorum F. Electuarium. Nonnulli lac acetosum demto butyro cum folijs acetosæ coctum exhibent. Et cum æger nutrimento indigeat, ius gallinæ vel pulli dari potest, quod medicamen-

tis talibus alteratum sit. Et quia aliquando acrimonia excrementorum intestina exulcerari solent, clysteres iniicere vtile fuerit, quæ refrigerant, humectant, leniunt, de quibus in capite sequenti, *de dysenteria*, dicitur. Epithemata refrigerantia cordi & epati vtiliter applicantur ex aqua rosacea, acetosa, borraginis & similibus.

Externa.

Dieta.

Aër ad frigidum declinet; Cibi refrigerent, humectent, & nonnihil adstringant. Dantur ergo hordeata, amygdalata additis seminibus quatuor frigidis maioribus, & semine papaueris, quibus & corallia & margaritas præparatas admiscere lice.

Dieta.

De diarrhœa à toto corpore sine febre.

Sæpe etiam diarrhœa accidit citra febrim, cum venter quidem ab affectu & vitio omni liber est, per eum tamen totum corpus expurgatur, & natura vitiosos humores è venis, & toto corpore euacuat, atque ita sæpe certis interuallis in quibusdam omnem corporis redundantiam per talem diarrhœam educit, vt Galenus, 7. *meth. med. cap. 11.* docet. Atque talis fluxus ab omnibus humoribus, seu copia seu qualitate prauâ naturam irritantibus, prouenire quidem potest: raro tamen accidit, vt non membrum aliquod particulare, vt epas, lien, affectum sit, & materiam vitiosam suppeditet, epasque bilem, lien humorem melancholicum, caput sæpe pituitam suggerat. Proinde pauca de diarrhœa à toto sine febre dicentur, reliqua ex reliquis, quæ de fluxibus à ventriculo, epate, liene, cerebro dicentur petenda erunt. Nonnunquam & serosi humores, qui Leucophlegmaticam pariunt, per aluum euacuantur, 7. *aphor. 29.* De seroso tamen humore notandum in specie, ab eo non solum diarrhœam in Leucophlegmaticâ accidere, sed etiam hominibus aliâs sanis, quibus tamen serum in venis plurimum redundat, tempore autumnali frequenter contingere. Frigus enim autumnus nocturnum vel matutinum apertos à calore meridiano, vel repero lecti poros offendens, & propterea altius sese in corpus penetrans à vasibus exterioribus serosos humores, qui facile à sanguine separantur, & ad fluxum proni sunt, versus interiora & in maiores venæ caue meatus repellit, qui tandem ad viscera delati, & ad mesenterij ramos repentes in intestinorum cavitatem confluunt, atque ita præterfluentes, si bile abundantes eas offendant, vt ferè offendunt, bilem secum ad aluum rapiunt, & in intestinis pinguedinem, ac omnino obuios in mesenterio humores abstergunt, & secum ducunt: vnde diarrhœa tales serosæ & aquæ sunt maxima ex parte tamen etiam biliosæ, pituitosæ, pingues, limosæ. Atque ita omnia, quæ cacochymiam in corpore producere possunt, talis Diarrhœa causa esse valent. Quia tamen epatis & viscerum vitiosa constitutio ferè cacochymiam generat, vix citra eorum vitium talis diarrhœa accidere potest.

Diarrhœa à toto corpore sine febre.

Diarrhœa ab humore seroso quomodo producat.

Signa Diagnostica.

Si à toto confluunt humores, signa cacochymie in toto adfunt, quæ tradit Galenus, in *lib. de plenitud. & 4. de sanit. tuend.* Præcessit vita otiosa, aut crapulæ dedita, signa verò quæ partem aliquam in specie affectum significant, absunt. Et vbi à toto corpore conluit humor, raro sub propria forma, sed mutatus excernitur; neque vlla etiam signa sese offerunt, quæ à nimis, & multis alimentis ingestis, & corruptis facultatem imitari testentur.

Signa diagnostica.

Prognostica.

1. In turbationibus alui & vomitibus, qui sponte fiunt, si qualia oportet, purgentur, confert, & facile ferunt; sin minus, contra, 1. *aphor. 2.* Et vno die aluum fluere, sæpe pro valetudine est, atque etiam

Prognostica.

pluribus, dum febris absit, & intra diem septimum id quiescat. Purgatur enim totum corpus, & quod intus læsum erat, vtiliter effunditur. Verum ipatium periculosum est. Inter enim tormina & febriculas excitat, viresque consumit, vt supra ex Celsi, *lib. 4. cap. 14.* dictum. 2. Si Leucophlegmatia detento fortis diarrhœa superuenerit, malum soluit 7. *aphor. 39.* Nam materię morbum facientis à toto habitu per aluum fit euacuatio.

Indicationes.

Indicatio.

Si fluxus consuetus sit, quo sana aliàs corpora certis temporibus cum vtilitate corripiuntur, isque sit moderatus, non sistendus, nec etiam augendus: Si vero diminutus, blandis purgantibus adiuuandus: Si nimius, compescendus. Si non conuetus sit, nec is statim sistendus. Humores enim vitiosi in corpore contenti euacuantur, & proinde talis fluxus in nondum ægrotantibus ad plurimos morbos præcauendos facit. In morbis verò à cacochymia dependentibus: ad eos tollendos plurimum valet, habetque & hic locum sæpius allégatus aphorismus 2. *sect. 1.* Si verò nimius sit, & vires prosterнат, compescendus; quod fit, si humorum acrimonia obtundatur, humoresque leni pharmaco educantur, vel etiam vena aperiatur, si plethora simul adsit. Imminutã enim materiã grauantem, natura ad expellendum amplius non irritat. Postea, si perscueret fluxus, sistatur, semper respectu ad peccantis humoris naturam habito. Etsi enim, vt supra in *signis* dictum, in diarrhœa, quæ fit à toto, materia excreta nullius humoris naturam exactè referat, sed variis modis corrupta excernatur: tamen nunc huius humoris, nunc illius naturam magis emulatur, & aliã etiam humoris peccantis signa apparent.

Curatio.

Curatio.

Euacuantiã per os sumpta lenia sint, & quæ roborandi simul vim habeant; vt in fluxu bilioso, *tamarindi, myrobalani citrini, rhabarb. syrupus rosar. solut. Diaprun. lenitiuum sine scammonio*, quæ cum sãntalis, rosis aut corallii rubris dari possunt. E. G. 2. *Pulpa tamarindor. ʒ. j. conferua rosarum recentis ʒ. iij. F. Bolus.* Vel aissoluta in decocto vel aqua: endiuiz vel plantaginis cum corallior. rubror. scrup. j. propinentur. Rectius tamen in forma solida exhibentur, ne in liquida fluxum augeant. vt: 2. *Pulpa tamarindor. ʒ. ʒ. diaprunis lenitiui ʒ. ij. puluer. rosar. rubr. ʒ. j. rhabarb. ʒ. ʒ. F. Bolus.* Si magis adstringere & roborare animus sit, quæ euacuare, 2. *Rhabarb. leuiter siccat. ʒ. j. conferua rosar. antiqua ʒ. ij. F. Bolus.* In materia pituitosa conueniunt, mel rosatum solutiuum, cum decocto menthæ, myrobalani chebuli, agaticus. In materia melancholica vtile est serum lactis caprinum, flores cassiæ cum conferua rosarum, vel diacatholicon, vel folia fenicis & myrobalani. Attemperantiã materiam in fluxu bilioso sunt rosæ, sonchus, & cichoracea, corallia, smaragdus. In pituitosa, betonica, mentha, syrupus Byzantinus simplex, de lupulis, borraginis, oxy-sacchara composita. Quod ad reuelliã impetum fluentis materię, si ille magnus, vomitoria ex vsu erunt. Abstinentium tamen ab oleo. Postquam his ita facta reuulsiõ, tutius ad diuretica, quæ ab alio deriuant, descenditur. Sunt hæc alia frigida, vt semina melonum, alia temperata, vt ceterach, asplenium, betonica, è quibus nunc his, nunc illis pro natura humoris peccantis vtendum. Si non solum febris, sed & feruor materię, aut calor epatis absit, calidis potius vtendum, quæ etiam chyli distributionem adiuuant. Sudor etiam mouetur diuersionis causã. Denique iis, quæ increassando & abstergendo iuuant, vtendum, & quidem fortioribus, vbi magnus est materię impetus; aliis lenioribus, ne vitiosi humores,

Materiam imperantia.

Diuretica.

quos natura expellere coatur, intempestiue in corpore retineantur. Leniora sunt, *rosæ, spodium, conferua rosarum rubr. primo recens, postea antiqua, cui tandem puluis boli Armeni, terra sigillata, corall. rubror. prepar. myrsi* addi potest, ad singulas vncias conferuæ rosar. sumendo puluerem Drach. ʒ. Magis etiam adstringit conferua rosarum vitriolata. Et possunt hæc misceri cum Syrupo de rosis siccis, myrtino, vel cydoniorum. In frigidiore materia puluis menthæ admiscetur, aut vsurpatur absinthium. Validiora sunt, *balauisia, myrilli, acacia, hypocistis, ibus obsomorum, malicorum, mespila, & alia*, quæ videantur apud Platerum, *part. 3. pag. 129. & seq.* & alios. Si à secoso humore frigore ambiens aëris ad interiora repulso fiat diarrhœa, non statim sistenda. Nam & ipsum serum, munere suo defurctum, in corpore vtilie amplius non est; & humores, quin eius defluxu ac refluxu abstergantur, excimentitij & inutiles sunt. Quia tamen talis fluxus alimenti & chyli distributionem & perfectionem interturbat, danda opera, vt quamprimum talis fluxus absoluitur, quod fiet, si corpus ab iniuria externi aëris vindicetur, & homo potius in tepido, quam in frigidoloco sese contineat. Deinde materia fluxura, id est, serosus humor subtrahatur sicca victus ratione, & feri per renes & vesicam deriuatione, & partium, quæ serum affluis recipiunt, roboratione. In quam rem vtile est vinum absinthites dilutum decocto cichorij, aut aqua chalybeata, conferua rosarum. Abdomen unguatur oleo chamamelino, mastichino, rosarum, absinthij: vel imponatur Emplastrum de crusta panis.

De diarrhœa à Ventriculo & cibis corruptis.

In ventriculo occasio Diarrhœæ detur, dum vel cibi, qui facillè corrumpuntur, assumuntur, vt, melones, cucurbitæ, fructus fugaces, lac post cibum sumptum, fungi; aut in copia vel modo sumendi aliquis error adsit, ob quem cibi non rectè coquuntur, sed corrumpuntur; vel ob ventriculi intemperiem, dum is debilis est, vt cibos concoquere non possit, sed semicoctos relinquat, qui longiore in eo mora corrumpuntur, & alienam ac prauam naturam induunt, aut dum idem alimentum adurit, aut alio modo corrumpit. Qui humores ex vitiosa coctione geniti, cum non solum ab epate, vtpote ad alendum corpus inepti, non satis attrahantur, & hoc modo in intestinis cumulentur, sed & acrimonia, & prauis, quibus præditi sunt, qualitibus, expultricem ad expellendum stimulent, hoc modo diarrhœam excitant. Itaque omnia, quæ coctionem vitare valent, seu ventriculi temperiem immutent, & talem in eo dispositionem inducant, vt non bonum chylum, sed prauos succos generet; seu cibi prauis sint; seu quicunque in cibis sumendis error, ob quem coctio vitatur, diarrhœæ causa esse possunt dum humorem vitiosum suppeditant, qui facultatem intestinorum expultricem ad immoderatam excretionem stimulat.

Signa Diagnostica.

Vt autem de causa certi simus, principio dispiendum, an humores illi in ventriculo generentur (de quo causæ genere solum iam agimus) an verò aliunde in ventriculum confluant. Nonnunquam enim ex venis mesaraicis, vel epate, vel liena, vel ex capite materię ad ventriculum affluit, quæ vel copia vel acrimonia facultatem expultricem irritat, vt & ipsam & simul chylum ante tempus per aluum expellat; etsi alias in ventriculo vitium nullum sit, neque etiam in cibis error commissus sit. Itaque diligenter primò inquirendum, an aliarum partium affectuum signa adsint, quæ indicent, aliunde humorem in ventriculum affluere. Si enim hæc absint, in ipso ventriculo vitiosos humores generari, argumento est, quod

Diarrhœa à Ventriculo.

Signa.

& alia signa indicant. A ciborum quidem prauitate vel errore in victu commisso diarrhœam oriri facile cognoscit Medicus, si inquirat, quibus cibis, & quo victus genere vsus sit æger. Si enim cibos prauos, & qui facile corruptioni obnoxii sunt, sumpserit æger, vel aliquem errorem in victu commiserit, argumento est, à ciborum copia fluxum hunc oriri, & mutato victus genere, fluxus talis non ita difficulter cessat.

Si verò à facultatis concoctricis vitio id fiat, signa intemperiei ventriculi supra, p. 1. c. 4. de intemper. ventriculi, proposita adsunt, & quidè ob frigiditatem excrementa alui sunt liquida & aquosa, non grauo-leucia & potius ad album, quam ad croceum vergentia.

Prognostica.

Prognostica.

1. Si diarrhœa à nimia ciborum ingestorum quantitate accidat periculosa non est; siquidem illa coctâ, & à natura deuicta, facile fluxus sedatur. 2. Periculosa verò est, quæ ob prauos cibos accidit. Nam naturam valde irritare, & reliquos in corpore humores concitare, imò malam dispositionem ventriculo & intestinis inducere, ac in Dysenteriam degenerare potest.

Curatio.

Curatio.

A quacunque autem causâ diarrhœa ista proueniat hæc generalis curandi ratio omnibus conuenit, vt quod causæ diarrhœam concitantis adhuc restat, tollatur & euacuetur; materiæ vitium ad excretionem stimulans emendetur; & ventriculus ac intestina roborentur, vel temperatis, vel calidis, vel frigidis, prout humoris & affectus natura id requirit. Itaque non statim fluxus sistendus, sed primo ventriculus, & intestina ab humore vitioso expurganda, sed lenioribus medicamentis, ne aliunde attracta materia fluxus augeatur. Ergò si humor sit pituitosus, vtendum pilulis stomacho vtilibus, & quæ mastichen recipiunt, vt mastichinis, assaiereth, de hiera simplici, de hiera cum agarico: Si biliosus, rhabarbaro, pilulis de rhabarbaro, myrobalanis citrinis. Et quidem si à ciuis prauis, & errore in victu commisso sit diarrhœa, ac eorum costio frustra expectetur, statim eos educere conuenit. Aptissima autem via est vomitus, quo non solum humores vitiosi euacuantur, sed & materia fluxura renellitur. Si verò homo ad vomitum aptus non sit, per aluum eos euacuare oportet, sed pharmaco, vt dictum, leni, & quod nullam violentiam habeat, aut clystere iniecto. Vtile ad hos humores euacuandos est rhabarbarum, cum humores hi ex cibis prauis & corruptis arti aciores plerumque sint, & biliosorum humorum naturam æmulentur. Cibi quoque tales, è quibus humores corrupti orti sunt, vitari, & ij exhiberi debent, qui qualitate & quantitate iis opponuntur. Postea adstringentibus ventriculum roborare cum internis, tum externis conuenit. Si verò à ventriculi intemperie, & quidem à debilitate, à frigiditate & humiditate orta proueniat diarrhœa, ventriculus roborandus iis, quæ supra in Capite de intemperie ventriculi frigida & humida curanda, & de Apepsia sunt proposita. Si tamen à natura sola cruditas vinci non possit, euacuandi humores iis, quæ simul ventriculum roborant, vt pilulis aleophanginis, mastichinis, stomachicis; postea quæ coctionem adiuuant, tum interna tum externa adhibenda. Dieta etiam talis instituenda, qualis supra de Intemperie ventriculi curanda proposita est. Imprimis inedia, quiete & somno cruditates coquendæ. Potus quoque sit paucus; cum à potu abstinentia ad fluxum alui curandos multum faciat.

De Diarrhœa à Vermibus.

Quandoque, sed rarius, diarrhœa ex vermibus à vermibus excitatur, cum scilicet multi prauis humores cum ver-

minibus in intestinis cumulantur, & tandem natura ad excretionem stimulant. Cognoscitur ex signis verminum, cardialgia nimirum, dolore ventris, pruritu narium cum dentium stridore in somno, tussi sicca, & aliis, quæ in capite de vermibus traduntur. Curatur autem remediis, quæ vermes necant, & per aluum expellunt & postea iis quæ intestina roborant, quæ videantur supra, de vermibus.

De Diarrhœa ab epate, ac bilioso Humore.

Supra quidem alui fluxum à mesenterio propositum verum cum ille fiat, vel quia venæ mesaraicæ obstructæ sunt, ob quam causam chylus distribui non potest, atque de hoc fluxu, & eius causis iam supra dictum sit; vel quia in eo vitiosi humores cumulati à natura per aluum effunduntur, hi verò vel ab epate, vel à liene, vel à toto ad mesaraicas confluant: in specie de diarrhœa ex mesenterio agere vix opus erit; ideoque recta ad diarrhœam ab epate ac humore bilioso accedimus. Nam cum bilis in epate colligatur, vna opera de diarrhœa ab epate ac bilioso humore dicemus, vt etiam sequenti capite de diarrhœa à liene & humore melancholico agemus. Cum epar vel nimium, bilis generat, vel meatus expurgandæ bili dicati obstructi sunt, bilis in epate retinetur, & tandem à natura ad intestina expellitur, vnde fit diarrhœa biliosa ab epate. Præcipua tamen hic causâ est intemperies calida & sicca epatis, ob quam calidi & acres humores generantur, qui cum naturæ molesti sint, quandoque per ventrem expelluntur; id quod etiam in epatis inflammatione accidere potest. Atque huc pertinet Aphorismus 20. sect. 2. *Quibus in iuuentute aluus est humecta, iis in senectute siccatur; quibus verò adstricta est iuuenibus, iis senibus humecta laxaque redditur.* Aluus enim laxior in iuuenibus à bilis stimulantis copia est, & ob virtutis expultricis robur, senescentibus iis aluus exsiccatur, bilis videlicet copia deficiente, & expultrice non parum labefactata. Contrà aluus sicca est iuuenibus ob corporis & cutis raritatem, & ob calidam etiam intemperiem, & ob motum bilis ad superiora; si iisdem senescant, aluus humectatur, habitu corporis addensato, quo humores intro coguntur, & calore epatis diminuto motuque bilis deorsum conuerso.

Signa Diagnostica.

Quia verò epar vt Galenus, 2. Prognost. 13. scribit non solum sui ipsius excrementa, ichoresque & humores præter naturam demittit in ventrem, sed etiam totius corporis; & per hepar venter omnibus corporis partibus copulatur, ac per id excrementa illa partium recipit: quod supra de ventriculo dictum, etiam hic monendum, vt diligenter attendamus, an humor, quem epar ad intestina demittit in ipso generetur, vel aliunde affluat. Nimirum si ab epate solum proueniat diarrhœa, aliarum partium affectarum signa aberunt, epatis verò vel intemperati vel obstructi signa aderunt, ob quam Intemperiem humores in eo corrumpuntur, vel ob obstructionem bilis à sanguine rectè separari non potest, quæ signa in affectibus epatis explicabuntur, & humor, qui diarrhœam excitat, biliosus est.

Prognosticum.

Non sine periculo est diarrhœa, quæ ad magnas & graues epatis affectiones sequitur. Materiæ tamen conditio etiam attendenda, quæ quo peior vel mitior est, eò periculosior, vel minore cum periculo coniuncta est diarrhœa, vt supra de diarrhœa in genere dictum.

Indicationes.

Cum causâ omnium primum tollenda sit, ideo si intemperies epatis calida sit in causâ, illa alteranda bilis in temperandis & euacuanda, ac ad alias partes deriuanda:

Diarrhœa ab epate & bilioso humore.

Signa diagnostica.

Prognosticum.

Indicationes.

deriuanda; tandemque fluxus sistendus, & epas roborandum. Et cum alteratio commodè fieri non possit, nisi humor prius tollatur, primò ab euacuatione inchoandum, & quidem maturè euacuatione instituenda, ne bilis suà acrimoniam dyenteriam excitet. Inflammatio quo modo sananda sit, suo loco dicitur. Si obstructio epatis adsit, & ea aperienda.

Curatio.

Curatio.

Ad euacuandam bilem hinc utile est rhabarbarum, myrobalani citrinæ, syrupus rosarum & violarum solutius, clysteres abstergentes cum commodo ægri iniiciuntur. ℞. *Decocti hordei non excocti* lb. i. *scab. rubri* ℥. ij. *mellis rosati colati* ℥. s. *olei rosar.* ℥. j. *Vitell. onorum* num. ij. M. F. Clyster. Vel ℞. *Decocti hordei, iuris pulli* an. lb. s. *sacchar. rubri, syrup. rosar. simplicis infusionis* an. ℥. i. *vitell. onor.* ij. F. Clyster. Aut ℞. *Decocti hordei* ℥. iv. *syrupi rosar. simplicis infusionis* ℥. j. F. Potus abstergens. Contemperant bilem, *syrupus de cichorio, de endiuia, de succo acetosa, de agrestia, acetositaris citri, granat.* vt & horum simplicium decocta vel aquæ. vt ℞. *Rad. acetosa, fragariae, eichorij* an. ℥. ij. *endiuie* M. j. *sem. endiuie* ℥. j. *portulacæ* ℥. s. *passul. maior. exacinarum* ℥. vi. Coq. in decocto hordei. Colaturæ ℞. lb. j. *syr. de cichor. simpl. acetosa* an. ℥. ii. Misc. F. potus pro 4. dosibus. Vel ℞. *Aq. endiuie, cichorij, plantag.* an. ℥. ij. *syr. endiuie simplicis* ℥. j. *acetos. portulacæ* an. ℥. s. *spir. vitrioli* gutt. iv. Misc. F. Potus pro 2. dosibus. Lene euacuans hoc est. ℞. *Myrobalanor. citrinar.* ℥. ij. *rhabarb.* ℥. j. *spica* ℥. s. Infundatur in s. q. aquæ cichor. & plantaginis. Colaturæ ℞. ℥. ij. *syr. de cichorio simpl. ver. ros. simpl. infus.* ℥. s. M. Aut detur rhabarbarum in substantia cum conferua rosar. vt supra dictum. Si post purgationem fluxus alui perseveret, alterantibus & adstringentibus ei est resistendum. Adstringit hoc. ℞. *Conferu. rosar. antiq.* ℥. j. *pulu. corallior. rubr.* ℥. s. *bol. Armeni, terra sigillata* an. ℥. s. *robribes* ℥. s. Cum syrupo granat. F. Electuarium. Vel ℞. *Rad. acetosa, tormentilla, consolide maioris, plantag.* an. ℥. s. *rosar. rubr.* M. s. *passularum non exacinarum* ℥. s. *sem. portulacæ* ℥. i. Coq. in aq. simpl. Colaturæ ℞. ℥. x. *syr. myrsini, ribes, granator.* an. ℥. j. Misc. F. Potus pro 3. dosibus. Vel omittantur rosæ in decocto, & in colatura dissoluantur *conferua rosarum rubr. antiq.* ℥. ij. iterumque coquantur, F. Potus. Vel ℞. *Sem. acetosa, corallior. rubror. prepar. terr. sigillat. spec. diarrhod. abbat. flor. rosar. rubr.* an. ℥. s. F. Pulvis. Utiles sunt & trochisci de terra sigillata & de spodio. Plurimi commendant caseum antiquum preparatum. Preparatur autem, si comminutus sæpius abluatur aqua aliqua refrigerante & adstringente, vt rosarum, plantaginis, portulacæ, postea diligenter in satragine exticcetur, & in puluerem redigatur, cuius ℥. j. vel cum cibo, vel cum aqua aliqua conueniente exhiberi potest. Extra quoque imponi possunt epithemata ex succo vel aqua plantaginis, acetosa, portulacæ, endiuie, rosarum, cum santalis, coralliis, rosis rubris vel ceruicium, santalinum eidem admoueri. Neque præter rem fuerit, materiam aliò deriuare, siue promouendo sudores; cum sudores & cutis raritas aluum siccent, materia, quæ ad aluum impetum faciebat, ad ambitum corporis conuersâ, siue ad renes & vesicam, medicamentis, quæ urinam mouent: è quibus eligenda sunt minimè acra & mordacia, qualia sunt radices graminis, asparagi, scæiaculi, petroselinæ recentis, semina melonum, capilli veneris, &c.

De diarrhœa à liene & humore melancholico,

Diarrhœa
liene &
humore
melancholico.

Quandoque humor melancholicus in liene & vicinis vasibus cumalatus à naturâ copiosus in aluum effunditur, & diarrhœam excitat. Interdum etiam deiectio adeo atra apparet, vt picem liquafactam & dilutam repræsentet, quæ tamen à sanguine est ex aperto aliquo in hypochondriis vase in intestina effusa, ibique in nigredinem illam exalto, aut cum humore atro mixto. Nam sanguis is non purus est, sed plerumque melancholicus, in liene & vicinis vasibus præter naturam cumalatus: qui quidem rectius per hæmorrhoides euacuari solet, quandoque tamen à natura ad ventriculum atque intestina expellitur, & vomitum ac alui profluuium excitat. Vt enim in febribus, ubi natura hæmorrhagiam naturam instituit, primariò quidem humores prauos euacuare intendit, id tamen obtinere non potest, quin simul sanguinem bonum effundat; ita hinc etiam naturæ scopus est humorem atrum & melancholicum exturbare: cum verò id fieri non possit commodè, nisi sanguis, cui permissus est, simul euacuetur, hunc sanguinis atrum vomitum & fluxum instituit.

Signa Diagnostica.

In hac diarrhœa præcesserunt signa lienis affecti, tensio & grauitas in sinistro hypochondrio, & alia, quæ in hypochondriacis morbis apparere solent, detectiones sunt nigre. Si est à sanguine, intincta lintea rehent, & cruenta vomitio comitatur vel præcessit.

Signa.

Prognostica.

1. Et si periculo hæc diarrhœa non careat, ob prauitatem humoris, & sanguinis copiosa per aluum deiectio ad malam habitum & hydropem deducere solet, & natura irritata talibus prauis & adustis humoribus sæpe bonos simul profundat, virèque valde deiciat: tamen sæpe etiam à multis morbis, si tantum modum non excedat, huiusmodi diarrhœa præseruat. 2. Si materia, quæ excernitur, nullum fœtorem habeat, maior salutis spes est: Si fœtreat, & ex atro colore in viridem vergat, exigua salutis spes est.

Prognostica.

Curatio.

Imprimis hinc respiciendum ad causam, humorem scilicet melancholicum & atrum, siue is calore epatis genitus sit, siue ab obstructione ac vitio lienis cumalatus. Itaque, præmissâ tamen, si opus sit, venæ sectione, primò humor melancholicus euacuetur *polypodio, episthymo, myrobalanis Indis, foliis senæ, syrupo rosar. solutio, diacatholico cum decocto florum & fruct.* vel alio conueniente liquore. Non verò statim fluxus sedandus, ne materia retenta deterior reddatur. Deinde quæ humorem atrum temperent, eiusque generationem prohibeant, vsurpanda, *syrupus nimirum de pomis, de borragine, de buglossa, de endiuia, de lupul. byzantinus simplex, de fumaris*: simulque obstructiones in liene, si adsint, aperiendæ, *radic. aperientibus, corticibus radic. capparum, tamariscis, ceterach, capillis veneris, semine agni casti, syrupo byzantino.* Et ne intestina humor mordax in transitu exulceret, vtile est, sæpius clysteres iniicere ex iis, quæ leniter deterunt, & humoris acrimoniam temperant, vt decocto hordei, cremore ptisani, iure carnis, lacte cum melle rosaceo & violaceo. Adstringentia tandem, si fluxus non cessat, adhibenda, conferua rosarum, absinthij cum terra sigillata, vel bolo armeno aut corallis. Dieta quoque instituat, qualis in melancholicis, & hypochondriacis affectionibus conuenit, & vitentur omnia, quæ crassum, scæulentum & adustum sanguinem generant. Si verò diarrhœa sit à sanguine atro, quam vomitus sanguinis comitatur, nec is statim sistendus. Nã si sanguis ille ater, & præcipuè iam extra vasa sua elapsus & concretus ac corruptus, sistatur, lipochymiam & alia gra-

Curatio.

Humorem
melancholicum purgantia.

uia mala excitat. Itaque potest statim exhibere hic puluis: ℞. *Rhabarbari* ℥. i. *cinamomi*, *myrobalanor. citrinor.* an. ℥. β. *succini albi* gr. vi. F. Puluis. Detur in *vini albi* ℥. iii. *aque plantaginis* ℥. i. *syr. rosarum simplicis infusionis* ℥. β. Hinc dentur adstringentia, vt: ℞. *Trochiscor. de carabe* ℥. i. β. *lapid. hematit.* ℥. i. C. C. *vsti preparati, boli Armeni* an. ℥. β. F. Puluis. Dosis ℥. i. Potest exhiberi cum sequenti liquore. ℞. *Vini granator. acidorum* ℥. i. *succi citri* ℥. β. *inlebi rosarum* ℥. i. *aq. plantaginis, tormenill. cauda equina* an. ℥. iv. Misce. ℞. *Conseru. rosar. antiq.* ℥. i. *tormenilla* ℥. β. *puluer. radicem consolida maioris* ℥. ii. *philony Persici* ℥. i. *trochiscor. de carabe* ℥. i. β. Cum *syr. de rosis siccis, vel cydoniorum* F. Electuarium. Cum vero tales diarrhœæ statim temporibus, vel singulis annis, vel semestribus recurrere soleant, vt illæ præcaueantur, curatio præseruatoria, qualis affectibus hypochondriacis conuenit, instituenda, nimirum certis interuallis, & præsertim imminente tempore, quo vomitus & fluxus ille sanguinis accidere solet, sanguis, si opus, mittendus, & corpus ab humoribus vitiosis liberandum, ac ne ij in corpore cumulentur, præcauendum, obstructionesque in liene & venis mesaraicis aperiendæ. Quandoque in diarrhœa ab humore melancholico vitium quoque scorbuticum concurrat. Ideoque in diarrhœa ab humore melancholico semper diligenter considerandum, an dispositio scorbutica adsit, actum medicamenta scorbuto propria admisceantur.

De diarrhœa ab utero.

Diarrhœa ab utero.

Vt interdum ob menses retentos, & vitiosos humores inde cumulos vomitus forminx patiuntur: ita interdum & diarrhœa excitatur in iis, humoribus per venas, quibus vterus nutritur, ad epar, & hinc ad intestina effusis. Cognoscitur hoc malum ex eo, quod symptomata vteri affecti adsunt, & plerumque tales alui fluxus periodos quasdam obseruant, & eo tempore magis affligere solent, quo menses fluere consueverunt. Curatur iis medicamentis, quæ venas vteri, si obstructæ sint, aperiunt, & vitiosos humores, qui in vtero, & vicinis locis cumulantur, euacuant. Nisi enim illi prius tollantur, frustra adstringentia & fluxum sistentia adhibentur: cum materia retenta aliò regurgitet, & mala sæpe periculosa excitet; de quibus in morbis vteri, & mensium suppressione dicitur. Materiam euacuata, ea, quæ robur ventriculo, intestinis & vtero addunt, vsurpanda, non facile affluentes ex aliquo corpore humores excipiant.

De diarrhœa à cerebro.

Diarrhœa à cerebro.

In alui fluxu, vt vocant, cerebrali vel catarrhali materia è cerebro imbecillo, pituita multa seu insipida, seu salsa abundante per fauces in stomachum & intestina defluit, præsertim noctu, & ægro supino dormiente. Materia illa vel reddit lubricam ventriculi & intestinorum tunicam, vnde retentrix debilitatur, vel cibum inquinando concoctionem labefactat, vel molestæ qualitate sua expultricem stimulat. Excitatur hic fluxus magis abstinentia (nam tùm benignior succus, quò humoris malitia temperatur deest) quàm cibo; contra atque in lienteria fieri solet. Præcessit debilitas cerebri, & sputum multum, excrementa sunt spumosa & pituitosa, teste Hippocrate, *sect. 6. Balbi alui pro fluuiio maxime corripisuntur.* Causa est, quod plerique ii humidius habent cerebrum, vnde excrementa humida in ventriculum decumbentia diarrhœam efficiunt, eamque diuturnam, ob hæsticam quasi illam cerebri intemperiem. Atque hanc intemperiem etiam balbaties arguit, quæ ex linguæ nimia humectatione & emollitione, vel quasi qua-

Cur balbi alui profluuiio corripantur?

dam paralyti oritur; quamquam etiam aliis de causis nasci possit. Solet autem hic fluxus à capite descendens satis diuturnus esse, & longo tempore durare. Curatio instituat, vt supra de catharro traditum, præparando & euacuando materiam. Diuersiones etiam fiant perfrictiones, ligaturas, cucurbitulas in scapulis. Iuuant etiam erethina & sæculi capiti impositi. A masticatoriis & gargarismis abstinendum, ne materia catharri in stomachum & intestina trahatur. Vitandus somnus supinus, nec à cœna mox dormiendum. Non solum autem cerebri & membri mandantis ratio habenda, sed etiam ventriculi, vt recipientis, qui internis & externis medicamentis conseruandus ac roborandus est. Si hæc diarrhœa sæpe recurrat, ceruici inter primam & secundam vertebram admoueat, vt vesicatorium & cauterium potentiale, vel setaceum, vt humores catarrhum excitantes deriuentur; vel fonticulus in brachio aperiatur. In eundem vsu, si ætas & alia ferant, theriaca, Mithridatium, decoctum ligni guaiaci, sassafras, sassaeparilla per plures dies vsurpandum, vt corpus exsiccecur, & materia catarrhum generans per sudores discutatur.

De diarrhœa, quæ accidit infantibus, dum dentes erumpunt.

Interdum etiam infantibus diarrhœa accidit, dum dentes ipsis erumpunt; quod euenit, vel pituita salsa in ventriculum defluente, vel lacte per febrem, quæ tum temporis infantes plerumque affligere solet, in ventriculo corrupto. Vtra autem causa locum habeat, ex iis, quæ excernuntur, facile iudicare est. Hic fluxus non statim sistendus, ne materia retenta peiore cadat, & febrem, quæ ex dolore excitatur, auget, aut cerebrum nervosque in consensum trahat, & conuulsionem excitet: Sed si à pituita salsa sit hæc diarrhœa, syrupus rosarum solutius, vel mel rosatum, vel syrupus de cichorio cum rhabarbaro, cochlearis vini aut alterius quantitate exhibendus. Deinde ventriculus & venter inungendus oleo masticino, cydoniorum, rosarum, absinthii, vel imponendum cerotum stomachale, aut emplastrum de crusta panis. Si à lacte corrupto diarrhœa hæc accidat, illud, vitiosusque humor inde genitus, è ventriculo dictis modò syrupis deturbandus, dandaque opera, vt nutritrix bonum lac infanti suppeditet, quæ idè exquisita, & cibus boni succi alenda. Infantis gingiuarum butyro cum melle mixto, vel cerebro leporis fricentur.

Diarrhœa infantium dentium.

De diarrhœa ab hypercatharsi & veneno sumpto.

Tandem interdum etiam profluuium alui excitatur post nimis fortium purgantium vsu, aut venenum assumptum. Vtraque enim intestinis inhaerendo naturam continuè ad excretionem stimulat, & è toto corpore humores ad aluum proritant, & humores etiam bonos corrumpunt, ac vt ad aluum moueantur, faciunt. Præcessisse autem talem causam, facile ex ægri, vel adstantium relatione cognoscitur. In tali fluxu primò omnium abstergens ex decocto hordei cum pauco saccharo conuenit, siue bibitum, siue per clysterem iniectum. Vt ℞. *Decocti hordei* ℥. iv. *sacchari rub.* ℥. vi. Vel *syr. ros. simplicis infusionis.* ℥. i. Misce. Dolorem lenit lac chalybeatu, itidem vel bibitum vel per clysterem infusum, & lac coctum cum radic. althææ, & iniectum. Simul ligaturæ & frictions, & fotus extremorū instituantur, & cucurbitulæ siccæ inter scapulas & ad hypochondria, vel inter vmbilicum & stomachum apponantur. Postea dentur adstringentia; vt: ℞. *Conseru. rosar. antiquæ* ℥. i. *diacydonij sine speciebus* ℥. β. *Pulu. sem. plantaginis, sanguinaria, sumach. hypocistidis, acacia, C. C. vsti.* an. ℥. i. *Fragmentorum lapidum pretiosorum* ℥. β. Cum l. q. *syr. rib. vel cydoniorum*

Diarrhœa ab hypercatharsi & veneno.

F. Electuarium. Quidam radicem filipendulæ d. i. vt expertum dant in vino, aut cum vitello oui. Vel *3℔. Succo plantaginis, decocti rosarum, mespili, sorbi, rad. tormentille an. ℔. B. albanasia 3℔. F. Clyster.* Cui etiam vitellum oui vini vel alterius, seu hircini, sanguinis draconis, tragacanthi, gummi arabici an. 3. j. addere licet. Si fluxus non cesset; ad opiata confugiendum, & propterea exhibenda theiaca recens, laudanum opiatum. Cibi & potus quoque facultatem adstringendi habeant. Si à veneno assumpto sit fluxus; primo itidem abstergentibus tam sumptis; quam per clysterem Iniectis opus est. Deinde si venenum notum sit, proprium alexipharmacum illi opponendum; Si verò ignoretur, ad vniuersalia antidota confugiendum; qualia sunt, theiaca, mithridatum, lapis bezoar. Commendatur hinc etiam smaragdus, cuius grana vi j. in conueniente liquore dentur, vel succus dictamni cum pari vini quantitate exhibitus. Extra quoque cordi medicamenta cordialia applicentur.

CAPVT VII.

De dysenteria, nomen & natura dysenteria.

Nomen dysenteria.

Dysenteria, quam Celsus, lib. 4. c. 15. Tormina, & vulgo intestinorum difficultatem nominat, à parte affecta, intestinis scilicet, quæ Græcis *ἰσπία* sunt, nomen habet, teste Galeno, *meth. med. cap. 2.* Et quidem generale hoc nomen est, nihilque aliud per se, quam intestinorum difficultatem significat, & hoc modo pluribus affectibus, in quibus intestina torquentur & affliguntur, attribui possit. Vt tamen obtinuit, vt vocabulum dysenteria proprie & in specie tantum accipiatur pro intestinorum exulceratione cum dolore & deiectione alui frequenti ac cruenta. Cælio Aureliano est intestinorum *ἰσπία* cum vlcere: Paracelso morbus dissolutus: Germanis *die rote Ruhr, Darm, Blut, Ruhr, oder rote Vêhe.* Malum plerumque Epidemium est, in iuvenes maximè, nonnunquam tamen in senes etiam grassans: Interdum & ceteræ temperaturæ ac constitutionis homines tantum invadens, quo qui laborant, per alium interdum copiosa, interdum pauca, eaque non naturaliter, verum præter naturalem modum sese habentia, sæpe, ac cum frequenti conatu, cum ventris dolore ac torminibus deiciunt, & quidem cum sanguine, nunc pauco, nunc copioso, permixta. Præter sanguinem, & cum sanguine, ac fæcibus illis præternaturalibus in morbi progressu etiam mucosum quiddam excernitur, nunc copiosum, nunc paucum, quod, si sanguis copia superet, Germani in specie *die rote Ruhr* nominant. Si verò plus mucii illius albi, quam sanguinis eiiciatur, appellant *die vaeisse Ruhr.* Quid autem illud mucosum sit, inter medicos non conuenit, vt postea dicitur. Nonnunquam & bilis, & præcipue in principio, cum à fluxu bilioso ferè dysenteria incipiat, & quidem frequenter flaua, interdum & viridis ac atra admiscetur; sæpe & pituita. Est nimirum dysenteria *deiectione alui frequens & cruenta cum dolore ventris & intestinorum exulceratione; seu intestinorum exulceratio cum deiectione frequenti, cruenta & purulenta, ac ventris dolore & torminibus, à materia acri & intestinis peculiariter aduersa, eaque erodente ortum habens.* Quæ definitione ab omnibus aliis alui fluxibus, vt & sanguinis per aluum excretionum differentiis discernitur. Equidem, vt apud Galenum, 3. *de sympt. causi, cap. 2. & 2. de loc. affect. cap. 5.* videre est, apud Medicos quatuor cruentarum alui deiectionum occurrunt differen-

Dysenteria etiamque epidemia.

Dysenteria quid.

Cruentarum alui deiectionum differentia.

tiæ, quibus omnibus nomen dysenteria interdum attribuitur. 1. Cum per aluum sanguis euacuatur, in iis, quibus membrum aliquod abscissum est, & cum sanguis, qui in nutrimentum partis abscissæ absumi debebat, ad fontem suum recurrit, & vt superfluum à natura ad aluum depellitur & ibi euacuatur. Quod & iis interdum accidit, qui consueta exercitia subito dimiserunt, non immutata interim quantitate alimentorum, quæ, cum validius exercerentur, vt solebant: aut quibus consueta aut familiaris hæmorrhagia narium supprimitur, cuius exemplum habetur apud Borellum, lib. 2. *observat. 40.* vt & mulieribus, quibus menstrua supprimitur, vt docet Galenus; 5. *de loc. affect. cap. vlt.* Sanguis n. per vterum euacuari solitus, per venam caavam reurgit, & hinc per venas mesaraicas ad intestina profunditur. Nonnulli & hæmorrhoides addunt; cum, iis præter naturam suppressis, sanguis vel immediate & ab hæmorrhoidibus internis, vel epate mediante & ab externis ad venæ portæ ramos remeare, & inde ad intestina effundi possit. 2. Cum ob epatis debilitatem aquosus sanguis, instar loturæ catnium, excernitur, qui alui fluxus epaticus nominatur; Traliano, lib. 13. *cap. 3.* est dysenteria epatica. 3. Quæ melancholica appellatur, cum sanguis propter longiorem moram in epate vel circa lienem adustus & cum humore melancholico mixtus per venas mesaraicas ad intestina à natura protruditur, & niger atque splendens per aluum, sæpe etiam per vomitum simul eiicitur. Accidit præterea interdum, vt iis, qui ex alto deciderunt, vel in hypochondriis ac lumbis grauiter percussi sunt, sanguis, & quidem sæpe longo tempore, retentus, postea per aluum excernatur, isque nigricans, interdum & graueolens, qui proculdubio in venis loci conuulsi collectus est & hæsit. Verum hæc cruenta deiectionis differentiæ improprie dysenteria dicuntur: Ea verò sanguinis deiectionis species, quam modò descripsimus, solum proprie *ἰσπία* dicitur: is scilicet alui fluxus, in quo cruenta cum intestinorum dolore ac torminibus eiiciuntur. In dysenteria ergo adest soluta vnitas, seu vlcus, plerumque & intemperies ac mala intestinorum constitutio, & quidem cum affluxu materię. Pars affecta sunt intestina, nunc tenuia, nunc crassa, nunc vtraque. An tamen omnia simul exulcerari possint, in dubium à nonnullis vocatur. Equidem impossibile non videretur, vt omnia intestina, si non tota, tamen singulorum partes exulceratio corripiat. Verum si hoc accidat, grauissimum id malum est, ex quo æger vix conualefcit. Nonnunquam tamen & vicinæ partes vt epiploon, ventriculus, thorax & pulmones in consensum trahuntur, cuius rei exemplum Scholiastes apud Hollerium recitat. Symptomata, quæ hinc præcipue vrgent, sunt intestinorum læsæ functiones, alimenti scilicet concoctio & chyli ac secum debita elaboratio, alimenti, cui inseruunt etiam suo modo intestina, distributio; frequens deiectio ac excretio, & quidem sanguinis simul; tandemque dolor. Quibus accedunt interdum & alia, de quibus postea *de signis* dicemus.

lib. 2. observat. 40.

n. 2.

Pars affecta in dysenteria.

Causæ & generatio dysenteria.

Vt verò natura huius mali clarior fiat, causæ & generationis modus, & quæ in illo accidunt, consideranda sunt. Et quidem fluxus huius præternaturalis causæ proxima est intestinorum irritatio, facultatisque in iis excreticis stimulatio, vt continuo, quod molestum est, excernere nitatur, quam excitant acres humores, siue in ventriculo & intestinis geniti sint, siue à toto, siue à parte aliqua ad intestina confluant, eaque ad excretionem stimu-

Causa proxima dysenteria.

lent. Nimirum bilis flava, à qua plerumque dysenteria incipit: Bilis atra, quæ ferè lethalem dysenteriam excitat: Pituita falsa, quæ secundum Galen. 3. *aph.* 12. aliquando gignitur in capite à caliditate maiore, aliquando talis efficitur putredine in ventre, vnde ad intestina delata, & lentore suo diutius inhiærens, assidue extergendo tandem illa exulcerat, quemadmodum docet Galenus, 3. *Epid. comm.* 3. *aph.* 70. Sanies quoque acris & purulenta & humores maligni ac pestilentes. Quod etiam pertinent purgantia fortiora, vel etiam lenia intestina nimium vellicantia & stimulantia. De omnibus autem humoribus, qui dysenteriam excitare solent, non sine causa hoc dubium mouetur, quod etiam Ludouicus Mercatus & alii animaduertunt, qui fiat, quod humores mordacissimi, feruidi, æruginosi, prasini, & omnino summam malignitatem præ se ferentes, & diarrhœam sæpe saltem pariant, & non dysenteriam; & qui fiat, quod diarrhœa etiam ab humoribus acris sæpe longo tempore durans in dysenteriam non mutetur: Contra vero sæpe humores minus mordaces dysenteriam, & quidem paruo temporis spatio fluxu durantes, excitent. Et quidem alij aliam huius rei causam reddere conantur, & eam vel à circumuolutione intestinorum, quæ humores detineat, petunt; Vel quod omnibus simul venis mesaraicis humor communetur, eum detineri putant. Verum cum hæc omnibus aliis fluxibus communia esse possint, non sufficiunt. Ludovic. Mercatus ad hoc dubium respondet, solam acrimoniam & mordacitatem humorum per se (licet ad dysenteriam necessaria sit) ad dysenteriam gignendam non sufficere, sed insuper requiri visciditatem & lentorem, ob quem intestinis adhæreant, eaque continuo rodant. Atque ita proximam & adæquatam causam ponit humorem acrem, lentum & viscidum intestinis adhærentem, eaque abradentem & exulcerantem. Verum etsi hæc opinio satis probabilis videatur: hoc tamen in ea nihil dubium adhuc videtur, quod sæpe alui fluxus dantur, qui ab humoribus hisce qualitibus præditis fiunt, & tamen dysenteria non excitatur: imò sæpe illa visciditas & lentor abest in biliosis & aliis humoribus, qui dysenteriam pariunt. Ergo mihi probabile videtur, humores, qui dysenteriam excitant, peculiarem & occultam qualitatem habere, quæ peculiariter intestinis infestis sunt eaque exulcerant; Sicut pulmo marines pulmoni, & cantharides vesicæ infestæ sunt, eaque, non verò alias partes, exulcerant, qualis quidem vis in colocynthide, cucumere asinino, esula, euphorbio, laureola & aliis purgantibus occurrit. In quorum quibusdam si acrimoniam examinemus, vel etiam visciditatem consideremus, longè minor est in iis, quam in aliis multis, quæ *διεργεῖται*, tandemque alui fluxum & dysenteriam excitant. Imò compertum est, leniora etiam, vt mannâ, cassiam, Syrup. rosar. solut. in quibusdam *διεργεῖται* excitasse, ob vim, quam habent, intestina vellicandi, & humores ad aluum commouendi. Atque ita rem se habere facilius credit, qui, qua ratione contagium dysenteriam inducat, & quomodo medicamenta purgantia vim suam exerant, perpenderit. Etenim cum *μικροῦς*, siue ex fecibus & excrementis dysentericorum, siue ex corpore eorundem exspirantia, seu per cibum & pocula communia communicata, seu per pulmones & inspirationem, seu per œsophagum, seu per anum, aut quocumque modo admissa, fluxum similem excitent: non video, quomodo alia ratione id præstare possint, quam quæ purgantia medicamenta suam operationem efficiunt. Etsi verò vulgò dicatur & doceatur, medicamenta purgantia humores ad se

Humores
dysenteriam
excitantes
quales.

Sola acrimonia
humorum
dysenteriam
non facit.

Humorum
dysenteriam
excitantium
natura.

Contagium
quomodo
dysenteriam
excitat.

Purgantia
qua ratione
opus suum
perficiant.

A trahere: tamen id rectè explicandum est. Cum enim purgantia medicamenta, non solum ore sumpta, sed & umbilico applicata, manibus tractata, imò naribus admota & olfacta, aluum mouere & purgare soleant: aliter statuere non possum, quàm medicamenta ista per umbilicalia vasa, vel per poros cutis & vasorum extremitates in venas vel arterias penetrantia fermentationem quandam & agitationem in humoribus ibi excitare, qua vitiosi humores à bonis separantur, à quibus postea natura stimulata eos ad consuetas euacuationis vias pellit; adiuuante procul dubio vi medicamenti purgantia, quod non ad ambitum corporis tendit, sicut sudores mouentia, neque ad vesicam, sicut Diuretica, vel imò solum ad intestina: sicut & cantharides non solum intus sumptæ, sed & extra applicatæ vrinam mouere, & vesicam exulcerare feruntur. Eodem ergo procul dubio modo cõtadium & *μικροῦς* dysentericum quocumque modo & loco intra corpus admissum, quandam fermentationem in humoribus efficit, & similem sibi dispositionem (qui omnium venenorum seu contagiosorum inquinamentorum mos est) imprimit. Humores verò moti, & peculiarem hanc malignitatem adepti vna cum *μικροῦς* ad intestina, quibus peculiariter infensa sunt, ruentes, non solum purgantium medicamentorum more fluxum alui concitant, & naturam ad crebram excretionem stimulant, sed & ea exulcerant, ac prauam dispositionem iis imprimunt, & ita cum intestinorum unitatem soluendo, tum naturale temperamentum & familiarem constitutionem lædendo, concoctricem facultatem in iis lædunt, vt neque chylus affluens illam, quam debet, in intestinis & vasis mesaraicis, dispositionem seu accipiat, seu retineat, sed in humorem vitiosum mutetur; neque excrementa, & feces alui naturalem elaborationem & qualitates in iis accipiant, sed & ipsæ in præternaturale quid mutantur. Vnde frequenti fluxui materia suppeditatur, & natura ad frequentem excretionem stimulat. Neque mirum alicui videatur, quod hi humores peculiariter intestinis infensi sunt, cum idem in aliis morbis Epidemiis eueniat, in quibus certæ corporis partes infestantur. Ita quandoque anginæ, pleuritides, tussis & catarrhi Epidemici ac contagiosi grassantur: Imò obseruatum est, Podagram Epidemiam fuisse, vt apud Athenæum, in *Dypnosoph. lib.* 2. videre est. Atque hoc modo cum à contagio introducatur dysenteria, procul dubio & reliqui humores, qui intra corpus generantur, eodem modo dysenteriam efficient; cum necessarium sit, vt cum plura eundem effectum producant, ad vnum & communem agendi modum reducantur. Et ita proxima causa dysentericæ sunt humores quicunque peculiarem hanc qualitatem & vim adepti, vt instar medicamentorum purgantium humores in toto corpore mouere, eos ad intestina concitare & ipsa intestina peculiariter lædere valeant. Et licet hic humor non semper malignus sit: (proprie malignitatem sumendo) tamen peculiarem qualitatem & dispositionem obtinet, qua differt ab aliis humoribus biliosis diarrhœam sæpe longam facientibus.

E Et hic, quem modò exposuimus, generationis dysentericæ modus est. Circa quem tamen hoc adhuc explicandum restat. Quidam sit illud mucosum & album, quod sæpe vna cum sanguine excernitur, & non raro ita copiosè, vt sanguinem copia excedat, de quo *questione* 1. dicitur. Atque hæc de causa proxima & generationis dysentericæ modo, & de iis quæ circa eam accidunt, dicta sint. Causas vero antecedentes & remotas externas & internas quod attinet, omnes ferè humores in corpore hunc corruptionis gradum

Generatio-
nis dysen-
tericæ mo-
dus.

Proxima
dysentericæ
causa.

Quid sit
mucosum
illud, quod
in dysente-
ria excernit-
tur.

Causæ an-
tecedentes
& remotæ
dysentericæ.

inducere poſſant, vt in teſtina exulcerent, & Dyſen-
 teria excitent. Frequentiſſimè ſarſe humor Dyſen-
 teriam excitans eſt bilioſus, à quo etiam plerumque
 fluxus Dyſenteticus incipit: vnde etiam ætate ma-
 gis & in principio autumnii, quam hyberno tempo-
 re, graſſatur Dyſenteria. Bilioſus autem ille humor
 nunc in ventriculo & in teſtina gignitur, nunc è ve-
 ſicâ fellis, aut venis meſaraicis, nunc à toto corpo-
 re, quod in febris ſæpè fieri ſolet, ad in teſtina et-
 funditur, & vel venarum melancolicarum oriſicia pate-
 faciendò, vel exodendo, & inſtimationem, aut exul-
 cerationem excitando, fluxus languinolenti & Dyſ-
 enteria cauſa eſt. A bile præſina & æruginola e-
 quidem Sauanarola, tract. 6. cap. 16. Dyſenteriam
 fieri poſſe negat; cum tam præuatic, vt ſtatim à na-
 tura è corpore expellatur, vel corpus corrumpat;
 quod ante ipſum etiam ſtatim Conciliator, qui diff.
 201. ſcribit: Non reperio aliquem autorem autenti-
 cum ſcribentem ex bile præſina & æruginola Dyſ-
 enteriam cauſari. Verum Aetius, retrab. 2. ſerm.
 1. cap. 42. Dyſenteriam à bile præſina admittit, etiã
 periculola eam eſſe ſtatuit. Et Solenander, ſect. 4.
 conſil. 9. refert, quod ipſe aliquando dyſenteria
 grauiter decumbens æruginolaſi bilem bile vitelli-
 na, mucò ſanguinèque permixtam copioſè deſce-
 rit. Et licet, quod obicit Sauanarola, natura bilem
 æruginolaſi, vt valde præuatic, ſtatim è corpore eu-
 cere conatur: tamen eadem vires etiam erga alios
 humores vitioſos, vt & medicamenta cathartica ex-
 ſent. Interim id non ſemper tam velociter peragere
 poteſt, vt non ſum in tranſitu corpori damnum infer-
 rat, præcipuè in iſta in teſtina circumuolutione,
 quæ humores, quos natura expellere conatur, non
 parum remoratur. Quibus accedit & hoc, quod hu-
 mores non quatenus tales, ſed quatenus peculiarem
 corruptionis gradum accipiunt, dyſenteria cauſa
 ſunt, quæ non acquiſuerunt, ſtatim dyſenteriam
 inducere poſſunt. Eodem modo & alij humores præ-
 uici in corpore diutius detenti, præcipuè aliqua cauſa
 externa accedente, tandem illam actionem, ma-
 lignitatem & dyſenteriam diſpoſitionem, quam
 diximus, inducunt, & vel non vel cum bile mixti dyſ-
 enteriam excitant. Vnde ij præcipuè; qui præuis
 humoribus ſequent, facilius dyſenteriam incurrunt,
 & ad præſeruationem à dyſenteria præuatiſi hu-
 morum è corpore euacuatio neceſſaria eſt. Et non
 raro in febribus malignis & peſtilentibus, viſus
 eiufmodi humoribus ad in teſtina vel in natura præ-
 trullis, vel ſponte ſua ruenas, dyſenteria eaque
 ſæpe Epidemia excitari ſolet. Hinc omnia, quæ ad
 generationem vitioſorum humorum faciunt, vel
 gentis præuatic illam diſpoſitionem Dyſenteria pe-
 culiarem impugnant, & vt ad in teſtina continent,
 faciunt, inter Dyſenteria cauſas remotas numerantur.
 Inter quæ eſt I. Ciborum & aſumptorum talis
 natura, vt faciliè in acres & mordaces eiufmodi hu-
 mores conuertantur, facilièque putredini & corrup-
 tionem tali ſint obnoxij. Quo in genere reſententur
 vulgo Fructus Autumnales, qui in fine æſtatis ma-
 tureſcentes à præuatic vocantur, auidèque ingeſti facile
 putreſcunt. E quorum vſu pueros frequentius Dyſ-
 enteriam incurrere vulgata ſententia eſt; præcipuè
 ſi non ſatis maturi comedantur: qui, vt nonnulli
 cenſent, non ideo ſolum Dyſenteria cauſa ſunt,
 quia facile corrumpuntur, ſed etiam quia eos, qui,
 quod facile corrumpuntur, ſtatim excerni debebant,
 in corpore adſtrictione ſua retinent. Quod vt re-
 gandum non eſt; cum Experientia doceat, multos
 ab eſu fructuum vt prunorum, nucum, auellanatum
 & ſimilium, præcipuè non ſatis maturorum in dyſ-
 enteriam inciditſe (ſic Cuiſpinianus refert imperato-
 rem Romanorum Albertum Auſtriacum, cum ca-

A lore feruenti Auguſti menſis inſolito vexatus federe
 ælitum paponibus elaboraret, in dyſenteriam ſerha-
 lem inciditſe: Cui ſimile quod idem Cuiſpinianus
 de Frederico III. refert.) Ita Dyſenteria cauſa
 non ſemper in talium fructuum etiam referenda,
 cum obſeruatum ſit, etiam pueros, lactentèſ-
 que infantès, & eos, qui à talibus fructibus pla-
 nè abſtinuerant, nihilominus in dyſenteriam inci-
 diſſe: Sicut & quæ anno 1624. paſſim graſſa-
 batur dyſenteria epidemia ſoli fructuum etiam ad-
 ſcribenda non eſt: cum & ipſe infantès lactentès
 & alios, qui fructus nullos comederant, labo-
 rantes dyſenteria curauerim, & tum menſe Maio
 in vicinis oppidis, antequam vlli fructus ma-
 tureſcerent; graſſari cœperit dyſenteria, & de-
 mum ſub finem Autumnii, cum omnes fructus
 maturi & in quotidiano vſu ſunt, vel miſce-
 ret, vel ceſſaret, quæ propterea ænis conſtitu-
 tionem potius, de qua mox dicemus, quam fructi-
 bus adſcribenda eſt. Ad hoc cauſæ genis etiam
 referri poteſt vuarum eſus & multi potus. Nam
 non ſolum fermentationem in humoribus exci-
 tant; verum ſæpe etiam ex nebulis, rubigine &
 carbunculo, araneis, aliisque vermibus multa in-
 quinamenta vuis & multis inſent, quæ humores
 inſiciunt & concitant, vt diathæſis & hinc dyſ-
 enteria cauſæ ſint, præſertim in corpus hypo-
 ſitum ſit. Exempla dyſenteria ex eſu vuarum &
 multi potu habentur apud Foreſtum l. 22. obſer. 3.
 Non ſolum autem fructuum eſus, ſed & alio-
 rum ciborum minus commodorum & corruptionem
 obnoxiorum vel inſuetorum vſus Dyſenteriam in-
 ducere poteſt. Vnde in exercitiis dyſenteria ſæ-
 pe familiaris eſt, vt ex hiſtoris paſſim notum, &
 nulla ſerè in vngaria expeditio ſuſcepta eſt, in qua
 non ex inſera & incauta victus ratione plures ſere
 dyſenteria, quam ferro perierint. Reſeruo quoque
 Æthiopus lib. 5. varia hiſtor. cap. 1. quod Tachus
 Ægyptius, donec vſus eſt verraculo victa & fru-
 galiter vixit, omnium hominum fuit ſaniſſimus:
 poſtquam verò ad Perſas venit, & in illorum lu-
 xum dilapſus, cum non poſſet ferre inſolentiam ci-
 borum, vitam dyſenteria finiuit. Et Amatus Lu-
 ſitanus, cent. 2. curat. 45. in ſchul. cur in India &
 Ægypto dyſenteria frequens ſit, cauſam eſſe ſcri-
 bit, quod homines eò loci carnibus veltentur ani-
 malium, quibus caſſia ſtularis purgatoria pro
 paſtu & cibo eſt. Nutrimetum enim è carnibus
 eiufmodi purgatoriam vim habentibus humorem
 torridum & acrem ad in teſtina deriuare & diuer-
 tere; vnde homines plerumque dyſenterici ſunt,
 raro phrenitici aut pleuritici. Pertinet hæc & ve-
 nenatorum pharmacorum potus, colocynthis
 & antimoniij: vt & acetum in plumbeo vale aſſer-
 uatum. Imò aquæ, quæ per plumbeos canales de-
 fluunt, ſuſpectæ nonnullis habentur. Experien-
 tiam tamen contrarium teſtari alij putant. Neque
 enim aqua pura & quæ acidi & ſalſi nihil in ſe
 continet, faciliè aliquid à plumbo abluat. Vnde
 Renodæus, Anſidoſarij lib. 1. ſect. 1. cap. 7. ſcri-
 bit, aquarum per plumbeos canales deductarum
 vſum Lutetia ſatis eſſe frequentem, nec tamen
 inſalubrem. Si tamen canales plumbeiſi vetuſta-
 teiam corrupti ſint, aut aquæ ita comparatæ, vt
 à canalibus aquæ aliquid de ſubſtancia plumbi
 communicari poſſit, tales aquæ innoxie planè
 non ſunt. Vnde Aetius, retrab. 3. ſer. 1. cap. 45.
 ea de cauſa aquam illam plumbeam damnat, quæ
 defluxit per teſta plumbea. Baccius, lib. 21. cap. 9.
 aquas qualis, quæ per regulas metallicas de-
 fluunt, vituperat; additque, ipſam aquam plumbeam,
 quæ per tonitrua decidit, ea de cauſa, quod aqua hæc plu-

079A
 B
 C
 D
 E
 Cibi & po-
 tus dyſen-
 teriam exci-
 tant.
 Fructus au-
 tumnales
 Fructus au-
 tumnales
 in ſemper
 dyſenteria
 cauſa ſunt.

Vuarum
 eſus & mu-
 lti potus
 cauſa dyſ-
 enteria.
 Cibi præuati
 & inſoliti
 cauſa dyſ-
 enteria.
 Venenata
 pharmaca
 cauſa dyſ-
 enteria.
 Aqua per
 plumbeos
 canales
 fluentes au-
 tumnales
 cauſa dyſ-
 enteria.

ualis acrem quandam & prauam quantitatem concipiat, stomacho & intestinis præcipue, noxiam. Idem Baccius, loco allegato, vsum aquarum medicatarum, quæ metallorum & mineralium vires obtinent, cum cibis valde damnat, & prolixè contendit, aquas illas parcius sumptas è corpore rursus non excerni, sed vnà cum alimentis ad interna viscera transire, ibique hæere, ac mora sua vel corrumpi & in vitiosos humores transire, vel metallica sua natura partium naturalium dispositionem euertere: vnde postea prauis humoribus generentur, & insperatè nonnunquam dysenteria periculosa & alij perniciosi morbi excitentur. Verum non in omnibus aquis medicatis talem noxam metuendam esse, cum rationibus tum experientia suâ & aliorum probat Ioan. Bauhinus, lib. 2. de aquis medicat. cap. 6. Cuspinianus etiam ex Zonara refert, Theophilum Imperatorem ex aquæ frigidissimæ continuato potu in dysenteriam lapsum, & morbi illius vehementia mortuû fuisse. Referunt huc plurimi & adamantè, quem vt alias venenatum, ita quoque eius puluerem dysenteriam excitate statuunt, de quo *quæstione* 2. dicetur. Pertinent huc & vehementiora, vt dictum, purgantia, imò etiam mitiora maiori dosi exhibitâ. Et non solùm medicamenta talia ore sumpta, sed hydrargyrum etiam extra illitum, teste Nicolao Massa, de lue venerea tract. 4. cap. 4. humores ad intestina (quod aliàs ad fauces facere solet) concitate, & dysenteriam introducere posse, à nonnullis statuitur. Deinde satis frequens causa dysenteria est Aer, de quo Hippocrates 3. aphor. 11. *Inter anni partes, si hyems sicca & Aquilonia, vel pluuiosum & Australe fuerit, necesse est, æstate febres acutas fieri & ophthalmias & dysenterias, mulieribus præsertim & visus natura humidioribus.* Quia, vt Galenus, in *semio.* habet, ambientis aeris humiditas, humores in corpore redundantes desiccari prohibet, eaque ratione adiuuat vim putrefacientem, & materia putrida in corpore manente febres fiunt; si eadem per ventrem euacuetur, dysenteria. Et reuera aer humidus & calidus Vernus ad humores in corporibus nostris corrupendos & ad putredinem inducendam maximè dispositus est. Non tamen solam verni aeris humiditatem & caliditatem, sed etiam caliditatem & siccitatem ad dysenteriam generandam facere, testatur ipsa experientia. Plerumque enim in fine æstatis ac autumnii initio morbus huc excitatur, & potissimum in regionibus calidis, vt in Ægypto, Arabia, Africa, India, in quibus torridus, acris & exsiccatus sanguis gignitur. Testatur idem Dysenteria, quæ anno 1624. populariter in multis locis grassabatur. Ea enim caliditas & siccitas aeris Verni fuit, qualem vix vllus hominum hinc meminit, cum post vltimam niuem, quæ circa Paschatos festum delapsa est, per menses sepe tres subsequentes exigua, imò ferè nulla pluuia decideret, sed perpetuus æstus, qualis sepe vix est in Canicularibus, in hisce regionibus vigeret. Cuius causa proculdubio fuerunt magis illæ & frequentes Planetarum coniunctiones, quæ ea æstate inciderunt, de quo est Astrologorum iudicare, qui alias etiam in plumbum & coniuentionem dysenteria, & Epidemiae causam reiciunt. Cum iergo à Calido & Humido & Calido & Sicco aere, imò vt ex Hippocrate, 1. Epid. com. 2. 1. 1. & seqq. & præcipuè 7. patet, etiam post frigidam & humidam aeris constitutionem dysenteria excitari possit: in qualitatibus primis solum causa dysenteria querenda non est, sed in iis, quæ ab astrorum influxibus, administrantibus tamen istis qualitatibus primarum excessibus, producuntur. Et hinc, quæ de fructibus Astrorum Chymici quidam scribunt, non præ-

Hydrargyrum dysenteriam excitat.

Aer dysenteria causa.

Constitutio anni 1624.

benus, neque iis assentiamur, qui ab iis, quæ Hippocrates, 3. aphor. de morbis, qui ab anni temporum mutationibus prouenire solent, scribit, qualitates primas planè excludunt: tamen hoc interm non negamus, in qualitatibus primis subsistendum non esse, sed etiam in aere & diuino, seu malignitatem & venenositatem, & omnino qualitatibus primis quid potentius in morbis producendis ponendum esse. Neque enim in eadem aeris constitutione secundum qualitates primas iidem morbi grassantur, sed nunc dysenteria, nunc Pleuritis, nunc Angina, nunc Carbunculi, nunc variolæ & Morbilli; qui diuersi morbi proculdubio ex diuersis & occultis ac malignis aeris constitutionibus ortum habent. Et dysenteriam epidemiam quod attinet, oritur ea proculdubio ex astrorum influxu & aeris constitutione tali, quæ in corporibus nostris seu generat seu iis communicat tale quid, quod cum colocynthide, esula, helleboro, scammonio & similibus cognatam aliquam vim obtinet. Et ita se hæc habere, quæ modò diximus, deprehendunt ij, qui quæ quouidè in natura fiunt, diligenter perpendunt. Vidimus anno 1624. mense Maio auram malignam arbores aspirasse, vnde vnica die (caliditati & siccitati id adscribi non potest, cum in æquali, vel etiam maiori æstu sæpius idem non fiat, nec in omnibus locis id simul acciderit) in quibusdam locis, arborum & quidem non omnium folia ita exsiccata & emortua fuere, ac si igne combusta fuissent, vt postea ipso Iulij mense deciderent, ac arborum cortices q. flauo puluere aut Auripigmento conspersa fuissent. Vnde proculdubio rubiginis nomen, de qua Plinius, lib. 18. cap. 1. *Cæleste frugum vitæarumque malum, nullo minus noxium est Rubigo.* Appellatur & eadem de causa Vredo ac Carbunculus, teste eodem Plinio, lib. eod. cap. 28. Omnia enim hæc nomina frugum & arborum huic vitio indita sunt, quod fruges, vites & arborum folia q. comburat. Videatur etiam Plinius lib. 17. cap. 24. Disputat quidem Plinius lib. 18. cap. 8. An à Luna vel Sole hoc vitium proueniat, scribitque pleròsque dixisse, rorem inustum sole acris frugibus rubiginis causam esse & carbunculi vitibus: quod ipse ex parte falsum arbitratur, omnemque vredinem frigore tantum constare Sole innoxio statuit, idque ex eo manifestum putat, quod non nisi noctibus & ante Solis ardorem deprehendatur. Verum & hoc falsum, atque experientia testatur, sæpe circa meridiem talia aeris inquinamenta, in fruges, vites ac arbores decidere, & causam esse Rubiginis & Vredinis. Plinius etiam saltem interlunio & O plena decidere putat, quod an ita sese habeat, experientia docebit. Nebulas etiam maligni & venenati quid sæpe obtinere vel vulgus & rustici norunt Ideoque malo in hisce & alijs morbis eorumque causis ad necessarium illud in hac humanæ mentis caligine ignorantia aylum, occultas qualitates, confugere, & causas veras saltem nominare, si eas non satis explicare possum, quam falsas ac fictas afferre, quod nonnulli hodie faciunt, qui vt Antiquitatis egregij Patroni & defensores videantur, vanissimo & irrito conatu omnia ad qualitates prima deducere, & incerta per æquè incerta probare conantur. Non mirum ergo est, si cæleste illud malum, quod Plinius appellat, & aeris inquinamentum in arbores, fruges, prata, fructus, aquas decidat, imò cum aere inspirando attrahatur, & bruta & homines infici. Hinc proculdubio factum, vt boues prata illa depascentes, passim perierint. Hinc etiam dysenteria ista proculdubio ortum habet & cum homo aerem continuè respirando attrahat, & oleribus, fructibus, aquis ab huiusmodi causa inquinatis necessariorè vtatur. Eius-

Astrorum influxus causa dysenteria.

Rubigo

Vredo. Carbunculus.

Ocultas qualitates causa dysenteria.

modi enim inquinamenta, seu cum aere attracta, seu cum cibo ac potu assumpta, cum à corpore nostro aliena sint, aliquandiu quidem in eo latent, & reliquos humores inficiunt, donec tandem coaceruata ita fuerit materia, vt natura ab ea stimulata per aluum & humores vitiosos & venenum illud eiiciat, à quibus intestina, quibus inimica sunt, exulcerantur. Quod verò non omnes æquè dysenteria corripiuntur, causa est, quod inquinamento isto non totus aer inficitur, sed sparsim saltem & certis tractibus. Cui accedit & illud, quod corpora alia puriora, alia impuriora, & ad corruptionem hanc suscipiendam magis idonea sunt, & proinde ad resistendum vel minus resistendum magis vel minus disposita. Imò etiam absque his, occulto modo, occultas illas astrorum influentias in corporibus nostris humores tali modo corrumpere posse, patet inde, quod etiam infantes lactentes, qui aliis cibis, quàm lacte materno aut nutricis non videntur, & in aërem liberum nunquam venerunt, sed in cubilibus suis conclusi à primo ortu manserunt, nihilominus dysenteria correpti fuerunt; quod & ipse supra dicto anno semel atque iterum factum vidi. Occultum autem hoc humorum vitium, quod dysenteria causa est, si quis antimoniale, vel helleborinum, vel tichymallinum, vel alio nomine appellare velit, ob cognatas vires & effectus, quos cum hisce habet, per me licet. Eadem de causa vel aloëticum vel colocynthinum non incommodè etiam appellari posset. Chymici quidem & Paracelsus ex principis Chymicis causam huius mali reddere conantur, & dysenteriam morbum ex sale resoluto appellant. Et verum est, saltem, dum à reliquis humoribus secernitur, & seorsim, vt Hippocrates, de *prisca Medicina* docet, consistit, plurimorum morborum causam existere, & ad fluxum etiam alui facere. Verùm cum iidem omnes alui fluxus à sale resoluto deducant, nihil, quod dysenteria proprium sit, asserunt, neque docent quomodo alij alui fluxus, qui etiam ab humoribus salis & acris fiunt, nec tamen dysenteria sunt, à dysenteria differant; neque quomodo sal resolutus in dysenteria à sale resoluto in aliis diarrhœis discernendus sit, monstrant. Tandem inter dysenteria causas meritò numeratur contagium, cum, & antea sepius, & in illa ipsa dysenteria quæ anno 1624. hic grassabatur compertum sit, vnum ab altero infici, & hinc totas familias dysenteria corripit. Maximè verò illud communicatur per excrementa alui. Etenim hoc commune omnibus morbis contagiosis, vt excrementa eius partis, quæ maximè laborat, præcipuam vim contagium propagandi habeant, & vt illa pars maximè inficiatur, à qua excrementum contagiosum separatum est. Ita in ophthalmia excrementa & effluvia oculorum aspicentium oculos inficiunt, non alias partes. Et in phthisi exulceratorum pulmonum contagiosa exspiratio pulmones, non vero alias partes inficit. Hinc etiam dysenteria tum maximè contrahitur, si quis in loco, in quo dysentericorum excrementa iacent, aluum exoneret, & halitus ac vapores contagiosos ex iis per gutturem inferiorem admittat. Quia tamen in dysenteria non solum aluus afficitur, vt in ophthalmia & phthisi pars vna reliquis saluis afficitur, sed sæpe tota massa sanguinea inquinata est (vnde etiam febres dysentericæ sæpe coniunguntur) nec conuersationem cum dysentericis satis tutam putat, & dysenteriam ex lecto dysenterico communi vel communibus poculis aut patinis aut aere inspirato attrahi posse existimo; cum experientia doceat, non paucos ex conuersatione cum dysentericis in dysenteriam incidisse, qui nunquam in locum commu-

nem aluum exonerarunt.

Gradus & differentia dysenteria.

Galenus, 4. *aph.* 26. & 6. *de loc. affect.* cap. 2. gradus quosdam dysenteria, secundum quos differentia eiusdem constituuntur, proponit, docetque, abradi primò & excerni adiposa quædam & pingua corpora, exiguo cruore perfusa, atque hunc primum dysenteria gradum esse. Deinde superficiem internam intestinorum tenuem, quæ membranosorum ramentorum speciem præ se ferat, cum excrementis excerni; secundumque hunc dysenteria gradum esse. Tandem ipsam intestinorum substantiam, ex vtrâque tunica constantem, & carunculas quasi de intestinis; atque hunc tertium dysenteria gradum esse, de quo Hippocrates, 4. *aph.* 26.

Si dysenteria laborans veluti caruncula deiciatur.

teshale. Illam Galenus *γινώσκω*, fientem dysenteriam, hanc *γινώσκω* & *καταρραδαίσεως*, factam & consummatam nominat. Quæ sententia vulgata & communis omnium fere Medicorum est: consideratione tamen & explicatione indiget; cum quædam in ea occurrant, quæ experientia magistra hodie à doctissimis Medicis non saltem pro dubiis, sed & falsis habentur: de quo postea, *quest.* 3. in specie dicemus. Hoc iam vt certum habeamus, intestina nunc magis, nunc minus exulcerari, & ita quidem interdum, vt etiam perforentur. Imò scribit Aui-cennas, *lib. 3. fen. 16. 11. 1. cap. 2.* non solum intestina perforari interdum, sed & mirach seu ventrem è regione vlcis & foraminis ob communicatam illi putrefactionem, ita vt stercus per abdomen excernatur, & nihilominus hominem viuere posse. Ad-ditque etiam, quamuis sit possibile, esse tamen de possibilibus, quæ raro accidunt. Matthæus de Gra-dibus tamen, 2. *part. præct. cap. 12.* scribit, se vidisse Papia quendam, qui hoc acciderit, & feces per vlcus excreta fuerint, qui tamen annos 20. postea vixit; Et non esse impossibile, vt ex vlcere intestinorum etiam abdomen putredinem concipiat & perforetur, ex historia morbi supra etiam, *sect. 1. cap. 9.* allegata, quo hinc fœmina quædam extincta est, patet. Laborauerat ea iam aliquot annos heruia intestinali, quæ cum pondus grauius ele-uasset, & inde in inguen intestinalia prolapsa esset; nec rem alicui detegere vellet, intestina prolapsa inflammata sunt, tandemque gangrænâ correpta: à qua pars abdominis ad inguinis regionem posita & ipsa putredinem concepit, similique malo correpta est, vt foramine ex putredine aperto ipsæ feces alui per illud cum maximo fetore excernerentur, quo malo intra paucos dies extincta est. Præ-ter hanc, quæ à gradibus hisce sumitur, differentia alia adhuc est; quod intestina nunc crassa, nunc tenuia, nunc vtraque afficiuntur: Interdum & ven-triculus aut partes vicinæ in consensum trahuntur ac eodem morbo corripiuntur; cuius rei exemplum est in obseru. Schenkij. Plerumque tamen crassa intestina afficiuntur. Natura enim hoc seò obseruat, quod diligenter notandum, vt humores, quos ex corpore per venas mesaraicas in intestina effundit, non per omnes æquè expellat, sed plerumque per inferiores, & quæ in intestinis crassis inferuntur. Hinc etiam tenesimus tam frequens dysenteria comes est. Sunt & alia dysenteria differentia, quod nunc est epidemia, nunc ex morborum *ωρίσθη* numero; nunc cum febre, nunc sine febre. Quæ epidemia est, plerumque maligna etiam est, seu malignitatem, vt & febrem, coniunctam habet.

Signa Diagnostica.

Dysenteria in genere cognoscitur ex frequenti alui deiectione, dolore ventris ac torminibus, præsertim excernendi tempore, & paulò ante excre-

Gradus & differentia dysenteria.

Dysenteria fient & facta.

Signa dysenteria.

Cur non omnes dysenteria epidemia corripiantur.

Chymicorum de dysenteria opinio.

Contagium causa dysenteria.

tionem. Quæ excernuntur, sunt toto ferè genere à naturali excrementorum alui constitutione & modo aliena, biliosa ac varia, mucosa ac cruenta simul. Quæ signa diligenter enumerat Galenus, 6. de loc. aff. cap. 2. Plerumque dysenteria febris iungitur. Hippocrates tamen eam interdum sine febre vidit. Holleus, comment. in aph. 3. sect. 6. Docet etiam Fernelius, lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 10. non omnem dysenteriam statim & necessario febrem comitari, sed eam tantum, cuius humor est acerrimus, isque è visceribus aut è venis magna corporis perturbatione profusus. Annotant etiam alii, quamvis dysenteria febris iungatur, non semper in principio id fieri, sed ubi per aliquot dies duravit affectio, propter inquietudinem & putredinem. Quandoque tamen cum dysenteria statim febris coniungitur, vel etiam eam præcedit, ubi scilicet in febre natura hanc excretionem instituit. Dysenteria sitis quoque, inquietudo, singultus, quandoque & lipothymia coniungitur, ut & interdum convulsio. Plerumque prostratus appetitus, frequentissime verò, Actio teste, tenesmus; non raro intestini recti prociencia. Fluxus etiam hic est plerumque sit continuus, Diomedes Coronarius tamen, consil. 2. observavit fluxum dysentericum periodice redeuntem de tertio die in tertium; additque id sæpe fieri, ac diligenter notandum esse, ne deceptamur, cum & hæc sint veræ dysenteria. Quamvis verò cruenta in aliis alui fluxibus etiam deiciantur: tamen in eo differunt, quod in illis sanguis solus; copia & qualitate peccans copiose excernitur: in dysenteria verò humorum reliquorum copia plerumque maior enitur, sanguis verò minus copiosus. Et licet interdum in dysenteria etiam copiose excernatur: tamen id non fit sine aliis humoribus & in totum mibus, quod non accidit in reliquis alui fluxibus. Et in fluxu epatico, qui etiam dysenteria quandoque sed improprie dicitur, repressa vna vel altera die evacuatio postea iterum redit. In dysenteria v. parum, & per brevia intervalla excernitur, & plerumque aliquid puris ab intestinis exulceratis redditur, & quidem cum frequenti ac sæpe redeunte conatu emicandi, cum ventris torminibus ac torminibus, sanguisque excrementis & fecibus permixtis redditur. Deinde cum sanguine etiam mucos quidam excernitur, interdum adeo copiose, ut plerumque eius quam sanguinis reddatur, atque cum vulgò appellatur *die vuicisse Ruhr*, ut supra dictum. Certe cum abscessus etiam in intestinis aliquando oboriuntur, ut Aetius, *teorab. 2. serm. 1. cap. 42.* docet, ad eorum eruptionem eliquationes quasi puris consequuntur; quo vitio ignari decipiuntur, dysenteriam hanc affectionem esse putantes. Et sanè, ut hæc de re Aetius porro scribit, si post eruptionem diuturna sit exulceratio & perseverans, eo modo, quo dysenteria, curatur, verum in principio nequitiam. Affectiones ergo hæc modo distinguere docet Aetius. In abscessu semper præcedit dolor pulsatilis iuxta affectum locum innitens, neque morsus neque decursus ad sunt, quales in dysenteria præcedere consueverunt. Deinde mutatione in suppurationem incipiente, rigores inæquales consequuntur, febresque circa vesperam maxime irruentes; postea ubi perfecta mutatio humidi fuerit facta, omnes molestiæ minores fiunt, vehementesque dolores remittunt, deinde eruptionis tempore accidentem rursus dolores intenduntur; aliquando autem perfecta ventris adest adstrictio. Post eruptionem verò humor qualem prædiximus excernitur; cum nihil tale in dysenteria oboriatur. Curationem *ibidem* ponit Aetius. Et omnino licet aliquod vlcus aut abscessus sit in intestinis, cum al-

Dysenteria ab aliis cruentis alui fluxibus differencia

Abscessus in intestinis à dysenteria differencia.

ui fluxu, modo materia fluxus causa intestina non exulceret, non est dysenteria, sed diarrhoea solum. Quantum ad signa causarum, sumuntur ea ab excrementis, quæ aliquando sunt citrina & biliosa, aliquando albicantia, & pituitosa, interdum viridia, interdum nigricantia & atrabiliana, saniosa, cruenta, purulenta. Hisce adiungenda sunt signa abundantiam in corpore humorum, sumpta ab aetate, temperamento, tempore anni, vita genere. Imprius verò consideranda, & quaerenda sunt. An maligna & pestilentialis sit dysenteria nec ne. Cognoscitur autem id ex præcedenti anni temporum statu. Si enim is, præter solitum ad excessum aliquem deflexerit, & humores in corpore conturperit, malignam dysenteriam id indicat. Symptomata quoque sunt peiora & graviora, sæpe accedit angina, delirium, exulceratio circa anum & excrementa valde fetent, ac varios colores habent. Plures etiam eodem tempore dysenteria corripuntur & moriuntur. An tenuia, an verò crassa intestina affecta sint, quod ad curationem recte instituendam non parum facit, etiam cognoscendum. Plurimi quidem statuunt, si dolor supra umbilicum percipiatur, tenuia intestina, si intra, crassa affici. Verum cum tenuia intestina & supra & infra umbilicam sint, & colon etiam statim sub umbilico ducatur, eoque illic affecto dolor quoque supra umbilicum percipiatur, non solum ad hæc respiciendum, an dolor supra vel infra umbilicum sit, sed totus intestinorum ductus & circuitus considerandus, & reliqua etiam signa, quæ mox dicentur, coniungenda. Plerique etiam, si tenuia intestina affecta sint, ramenta minuta & tenuiora esse, si verò crassa, ramenta maiora ac crassiora cum copiosiore pinguedine excerni docent, de quo quid sentiendam sit, antea dictum. Hoc tamen non inficior, illud quod ex intestinis crassis excernitur, distent ab eo, quod à tenuibus provenit. Sunt enim intestina crassa carnosissima magis, quam tenuia, & extra pinguedine copiosiori obducuntur. Ideoque his exulceratis valde carni simile quid excerni potest, de quo Hippocrates, 4. aph. 26. Dysenteria laboranti si veluti caruncula exeant, lethale. Potest nam carni simile quid ab intestinorum crassorum substantia exulcerata valde excerni, eut, quod Cardanus, *in com. huius aphorismi* existimat, tota substantia intestinorum exesa, partes mesenterij absumuntur, & quæ extra intestina sunt, & caro & corpus glandulosum, cui colon insidet, & pinguedo excerni possunt. Ut ergo rectè cognoscatur, An intestina crassa, an tenuia affecta sint, consideranda sunt, dolor, locus doloris, tempus exitus excrementorum, & mixtio sanguinis ac purulentæ materiæ cum excrementis alui. Si enim tenuia affecta sint, dolor est acutissimus, ita ut ægri qui aciculis ventrem compungi sibi conquerantur. Intestina enim tenuia sunt magis membranosa, & sensu exquisitiore prædita. Alui non statim post dolorem aut tormina ventris excernitur, cruor cum stercoribus vniuersis mixtus est. Atque eò euidetior erit cruoris & ab vlcere excretorum mixtura, quò locus affectus altior est. Etenim cum via illa ab intestinis superioribus ad anum longior sit, sanguis & purulenta materia antequam per aluum excernantur, diutius in eo commorantur, atque ita facilius & exactius stercoribus permiscetur. Aetius addit, biliosa & porracea ac omnino variegata eiici, stercore commixto, cum torminibus & virium exsolutione, ægrotumque febri & si iustestari. Si ieiunium intestinorum exulceratum sit, quod raro accidit, dolor est maximus, Ieiunii inter- excrimenta crassiora apparent, sanguinem nigro-rem valde immixtum habentia, ob longam transi-

Signa causarum.

Dysenteria malignæ ac pestilentialis signa.

An tenuia, an crassa intestina afficiantur.

Tenuium intestinorum affectionum signa.

Ieiunii inter- excrimenta crassiora apparent, sanguinem nigrorem valde immixtum habentia, ob longam transi-

tum per vniversa intestina, bilem item abunde flauam: adest nausea & cibi fastidium, interdum & vomitus, ardor linguæ & vigilæ; quandoque & febris acuta. Vires ita deiciuntur, vt non procul ab interitu ægri esse videantur, & signa alia concurrunt, quæ apud Aëtium, *teirab. 3. serm. 1. cap. 43.* reperiuntur. Vbi verò intestina crassa afficiuntur, dolor magis infra vmbilicum percipitur, isque non ita vehemens ac diuturnus. Intestina n. crassa tenuibus sunt magis suo modo carnosâ, atque ideo sensu minus exquisito prædita, sicut id ex differentia doloris in colica & iliaca passione videre est. Nam etsi in colica dolor etiam satis vehemens est: in iliaca tamen longè acerbior est. A torminibus & cruciatu ventris statim fit excretio: Ctuor & purulenta materia, alui excrementis supernatât, aut tantum iis extra hæret. In maiori exulceratione veluti carunculae excernuntur, vt modò dictum. Vlcus constituto & tempora etiam ex deiectionibus colliguntur. Primò enim biliosa, hinc sanguis, postea mucus vel etiam quasi carunculae excernuntur. Vbi putrida & malè olentia deiciuntur, vlcus corrosiuum & malignum indicatur. Hoc tamen etiam hic non prætereundum, interdum mox in principio, & cum diarrhææ potius, quam dysenterix nomen affectus meretur, sanguinem sæpe satis copiosum, rarius purum, frequentius concretum & nigrum excerni, ob irritationem validam, sicut & interdum fit in *teirab. 3. serm. 1. cap. 43.*, nondum exulceratis intestinis, cum id statim in principio diarrhææ accidat, sed osculis venarum melsaricarum saltem referatis.

Tum ergo & alia signa dysenterix etiam consideranda sunt, de quorum absentia, & quod mox in principio alui fluxus cum excrementis reliquis sanguis excernitur, non dysenteriam, sed diarrhæam saltem esse, colligi potest, curaturque talis fluxus longè facilius, quam vera dysenteria. Potest tamen in dysenteriam degenerare. De signis omnium dysenterix differentiarum secundum vlcera varietatem & loca affecta agit Aretæus, *de sign. morb. diu. tur. lib. 2. cap. 9.* Quomodo gradus dysenterix cognosci possit, ex superioribus satis patet. De temporibus eius cognoscendis vt aliquid addamus, cognoscuntur ea ex materia, quæ excernitur, cruditate & coctione. Principium quidem facillè cognoscitur, cum excrementa alui sunt fluidiora, sanguinisque aliquid admiscetur. Augmentum, quando feces iam planè à naturali suo statu recedunt, & maiora iam exulcerationis signa adsunt. Quæ vbi summa sunt, status est. Declinatio tandem, quando feces alui iterum ad statum naturalem redire incipiunt, nec æger toties aluum deponere cogitur, appetitûsque redit. Signis tandem ex Polybij *lib. 6. stratag.* addimus, Amphiretum à pyratibus, vt magnum ab ipso *teirab. 3. serm. 1. cap. 43.* extorquerent in Lemno detentum, à cibo abstinuisset & rubricam aquæ marinæ permixtam bibisset. Itaque cum sanguinis fluxu eum laborare crederent, ne moreretur, à vinculis eum liberarunt: atque is fugâ elapsus est.

Prognostica.

Vt in aliis morbis de euentu præsagium sumitur ex naturæ robore & morbi vehementia, eorumque inter se collatione: ita idem in dysenterix euentu præsagiendo obseruandum. Colligitur autem magnitudo morbi & naturæ robur ex loco affecto, causis, effectis & vlcera constitutione ac ægri natura & dispositione. 1. Periculosior est dysenteria, & difficilior curatur, in qua intestina superiora afficiuntur. Grauiora enim symptomata accidunt superioribus intestinis affectis, nempe fastidium cibi vehemens, nausea, vomitus, vigilæ cum dolore, & virium deiectione: sicut & vulnera intestinorum

A gracilium difficilior curantur, præsertim ieiuni, cuius vulnera lethalia sunt, secundum Hippocratem, *6. aphor. 18.* Galenum, *6. m. m. cap. 4.* cum propter magnitudinem multitudinèque vasorum, tum quod tunica eorum neruosa est, tum denique quod intestinum illud bilem sinceram excipit, ac medicamenta non diu retinet, epaticque proximum est. Facilius autem curantur vulnera & vlcera intestinorum crassorum & inferiorum. Aëtius, *teirab. 3. serm. 1. cap. 43. 2.* A sincera deiectione dysenteria malum, *7. aphor. 23.* Sinceras autem deiectiones Galenus interpretatur nulla aquosa humiditate permixtas, solumque eum habentes purum & simplicem humorem, qui per inferiora deicitur, siue sit flaua bilis siue atra. Per tales enim deiectiones intestina exulcerantur. 3. Pessimæ sunt dysenterix, in quibus quæ excernuntur porri speciem habent, suntque nigra, plurima, varia, graueolentia. Aëtius, *teirab. 3. serm. 3. cap. 43. 4.* Dysenteria si ab atra bile incipiat, exitiosa est. Hippocrates, *4. aphor. 24.* quod *ibidem* etiam, *aphor. 22.* docet. Quia nihil differt à cancro exulcerato, qui cum in exterioribus corporis partibus rarè curationem admittat, multò minus in intimo intestinorum curabitur, vt Galenus, *in comm. alleg. aphor.* explicat: Qui etiam videatur in *l. de atra bile cap. 5.* Seu, vt Aëtius, *loco allegato*, ista proponit. Si ab acris cibis aut flaua bile dysenteria oboriatur, ferè in totum ipsam curamus. Si verò ab atra bile initium sumat, siquidem ratione *teirab. 3. serm. 1. cap. 43.* febrilium morborum bilis ista excernatur, etiam hanc sanare non desperamus. Si verò suâ sponte, nullo præcedente febrili morbo, neque coctione bona apparente, atra bilis excernatur, immedicabilis dysenteria ea existit, nihilque à cancro exulcerato differt. Nimirum bilis atra sincera & absque signis coctionis semper lethaliter excernitur: Si autem præcedentibus signis coctiones excernatur non pura & sincera atra bilis erit. Hercules quoque Saxon. *panth. lib. 3. cap. 23.* quendam curatum vidit laborantem dysenteria primò ex flaua, postea ex atra bile cum singultu & vomitu. 5. Dysenteria à pituita salsa proveniens crudelissima est; quoniam biliosus humor transeundo quidem affligit: Hic autem cum sit lentus, moram trahit, & cunctatione sua amplius exulcerat. Galenus, *in comment. ad aphor. 12. sect. 3. 6.* Lienosis dysenteria superueniens bona est, *6. aphor. 48.* Humores enim crassi & melancholici, qui lieni erant infarcti, transponuntur & euacuantur. Non verò propriè dicta atra bilis intelligitur, cuius antea facta est mentio, sed humor melancholicus, à quo dysenteria salutaris existere potest, nisi dysenteria illa diutius duret, vbi hydrops aut lenteria superueniente ægri moriuntur, teste Hippocrate, *6. aph. 43.* Itaque in dysenteria discernendus est humor melancholicus; sanguis item in intestinis concretus, qui pici similis eiicitur, ab eo, qui verè atra bilis nominatur. Quoniam ab humoris melancholici & sanguinistalis excretionem multi euaserunt, quemadmodum eius rei exempla. siue cum febre, siue absque ea ægri fuerint. Holl. assert. *1. de int. mor. scho. in cap. 43.* in c. de dysenteria, & nos aliquot eius rei exempla obseruauimus. 7. A mania dysenteria aut hydrops, aut ecstasis bonum. *7. aphor. 5.* Nam dysenteria aut hydrops manie superueniens remedio est, ratione translationis materiae à capite ad inferiora corporis. De proximis tamen duobus prognosticis hoc etiam notandum, dysenterix vocabulum interdum non propriè accipi, sed diarrhææ quoque tribui, in qua humores, qui excernuntur, ita prauis sunt, vt tormina & difficultates intestinorum, quod vox dysenterix exprimit, insistant, licet exulceratio

Crassorum
intestinorum
affectorum
signa.

Vlcus in
dysenteria
constitutum
vt cognoscatur.

Signa temporum.

Dysenteria
vt simulari
possint.

Prognostica.

Dysenteria
affectis superioribus
intestinis.

Dysenteria
ab atra bile.

Dysenteria
à pituita
salsa.

Dysenteria
lienosis accedens.

Dysenteria
post maniam
& hydrope.

nulla adhuc adsit. Nam si exulcerata essent ab humore atro intestina, tantum abest, ut à tali alui fluxu mala melancholica prædicta sanarentur, ut potius insanabile malum introduceretur. Et licet in tali dysenteria quandoque sanguis vnâ excernatur, potius ex reseratione venarum mesaraicarum id accidit, quam ab intestinorum exulceratione, quæ omnino lethalis esset. Per venam enim dysenteriam ab atro humore nullus morbus, feliciter solui potest. 8. In profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant; nisi in praua commutentur. 2. *Aphor.* 14. 9. Si dysenterix ructus vel crepitus ventris superueniat, bonum. Indicio enim est, naturam iterum in cibum iam agere & coctionem incipere. 10. Effusio puri sanguinis dysenterix adueniens mala. Venas enim maiores erosas indicat. 11. Convulsiones & rationis perturbatio dysenterix superuenientes mortem significant. 12. Quæ post abscissum eruptiones sunt dysenterix, graues sunt propterea quod vires deiectionis iam sint, per coincidentes inflammationibus febres ac dolores. Graues quoque sunt, quæ cum vehementi inflammatione oboriuntur, quæque cum febre ac amisso appetitu. Aëtius, *loco allegato*. Irritatur enim febris assiduo dolore ac vigiliis, & corporis agitatione per frequentem alui deiectionem, & propter humoris prauitatem febris mali moris significatur. 13. Si dysenteriam laboranti veluti carunculae deiciuntur, lethale est. 4. *Aphor.* 46. Cum enim id magnam exulcerationem significet, substantia intestinorum neque regigni, neque cicatrix tam magna exulcerationi obduci potest. Parit ergo æger vel breui tempore, si cum acuto morbo dysenteria coniungatur, vel longiore, cum malum aut in marasum definit, aut in vlcera profunda & serpentina. Et communiter interpretet id, quod Hippocrates veluti carnes appellat interpretantur de tertia intestinorum tunica, quæ excernatur, eamque dysenteriam insanabilem pronunciat Hippocrates: licet Brasauolus, *in comm.* etiam eam se sanasse dicat. Cardanus tamen, *in comm.* id, quod simile est carni in dysenteria, à mesenterio & vicinis partibus erosis intestinis, excerni statuit. 14. In longis dysenteris cibi fastidium inale, & cum febre peius, 6. *Aphor.* 3. Ventriculo enim per consensum cum intestinis affecto labefactatur concoctio, ut *ἐρόπητος* æger fiat. Quod si febris simul coniungatur, vel vlcerosa aliqua in intestinis putredo aderit, vel inflammatio, vel febris mali moris. 15. Dysentericis vomitus biliosus initio malum. Hippocrates *in Coac.* Magna enim vis bilis æstantis indicatur, quæ ventrem superiorem & inferiorem turbat. Præterea symptomata est illa excretio; siquidem initio nihil bene planè euacuatur à natura, & semper prauum, est stomachum per sympathiam intestinorum in dysenteria affici. 16. Periculosa est dysenteria cum continua alui deiectione, aut si cessante deiectione cruenta nouus fluxus dilutus cruentus, instar epatici, aut alia fœda Diarrhœa subsequitur, in qua excrementa fœtida sunt valde, & cadaverosum humorem præ se ferunt. Significat enim hoc intestina valde exulcerata & corrupta esse. 17. Si dysenteria sit symptoma febris malignæ, pestilentis & contagiosæ, periculosa ea est, & plurimi ea intereunt. 18. Dysenteria, si cum febre inuasent, aut variis alui deiectionibus, aut cum epatis inflammatione, aut hypochondrij aut ventris, aut quæ dolorosa fuerint, aut quæ cibos intercipiunt, sitimque inducunt, hæc omnes malæ sunt. Videantur, quæ sequuntur. 2. *Prorrh.* 2. 29. 19. Si dysenterix febris accesserit, quæ antea non aderat, aut si, quæ exigua aderat, intendatur, vel putredinem circa vlcera maiorem factam, vel

A inflammationem aliquam accessisse significat, quorum vtrumque periculosum est; & imprimis si ad cibi fastidium febris accesserit, res desperata est. 20. Si quis ex morbo aliquo acuto releuatus dysenteriam corripitur, ut plurimum breui moritur. Vires enim primo morbo absumptæ morbo tam graui sustinendo non sufficiunt. 21. Dysenterix superuenit Lienteria. 7. *Aphor.* 76. Læsis enim transitu humorum vitiosorum intestinis, ventriculi etiam temperies naturalis per consensum debilitatur, vnde chylus crudus deicitur, ipsorumque temperie à dysenteria læsâ chylus in ventriculo elaboratur amplius, ut par est, ea retinere & elaborare non possunt. 22. Singultus dysenterix superueniens plerumque lethalis est. In principio tamen morbi minus periculosus est, quam si in morbi progressu accidat. 23. Circumfertur etiam passim hoc prognosticum. Si in dysenteria pustula nigra post aurem appareat sinistram, similis orobe, cum siti magna, mortem in vigesimo futuram significat. Cuius tamen quæ sit ratio, non ita planum est. Nisi fortasse sit à malignitate, ob quam interdum parotides & tumores post aures erumpere solent. Et omnino, quò plura signa praua, quæ in morbis aliis acutis mortem prælagunt, adunt, eò dysenteria periculosior est. 24. Dysenteria, quæ in ardentibus febribus à critico naturæ motu fit, intempestiuus suppressa inflammationes aut abscessus gignit in lateribus, visceribus, & articulis, via inferiore præclusa, & materia ad interiores partes regurgitante; quandoque etiam in hydropem & alios grauissimos affectus degenerat. Imò in quacunque dysenteria, si intempestiuè suppressatur, talia vel similia mala metuenda sunt; cum materia tam praua nunquam in corpore sine detrimento detineri possit. Hippoc. *in Coac.* *aph.* 462. 465. *de vult. rat. in acut. sect.* 4. *sec. cod. Foesij pag.* 73. Gal. *de ven. sect. aduer. Erasist.* 6. 25. Mulieres, quam viri, senes & pueri, quam iuuenes, & in ætatis vigore consistentes, difficilius curantur in dysenteria. Aëtius, *loco allegato*. Mulieribus & pueris hoc accidit, quia ob molliorem vires citò deiciuntur, minusque præceptis medicis obtemperant. Præterea ipsorum intestina humidiora sunt, & propterea putredini aptiora: siue, ut loquitur Aëtius, ad vlcera serpentina longe proniora. In senibus verò magnitudo causæ significatur, ob quam in corpore minus disposito tam biliosa & acria excrementa generantur & cumulantur: Cui accedit virium & caloris natui imbecillitas, quæ causæ morbificæ minus resistere potest. Dysenteria infantium, quæ cum vomitu & vermibus est, plerumque lethalis est, præcipuè si coniungatur febris acuta. Maximam enim humorum corruptionem & putredinem, atque intestina superiora affici significat. 26. Mulieri vterum gerenti si alius plurimum profluat, periculum ne abortiat, quoniam non solum prauis humoribus euacuatur, sed simul chylus & succi ad alendum vitales cum iis abripiuntur & excernuntur: atque ita fœtus nutrimento suo defraudatur, vnde in vtero emoritur, vel etiã viuus erumpit. Et præterea irritatio expultricis facultatis intestinorum in consensum trahit expultricem vteri. 27. Mulieres grauidæ dysenteriam laborantes post partum plerumque dysenteriam liberantur. Ita Epicharmi vxori ante partum dysenteria, dolor & alui deiectiones superuentæ, mucosæ fuerunt, vbi peperisset, statim sanata fuit. Hippocrat. *l. c. & 5. Epid.* 1. 33. & 7. *Epid.* 49. Eius rei exempla etiam duo obseruauimus in duabus fœminis nobilibus, quarum vna anno 1624. mense Augusto, iam partui vicina dysenteria correpta fuit, quæ cum peperisset, statim à dysenteria liberata fuit. Verum, quod

Post abscissum eruptiones dysenteria.

Caruncula in dysenteria excreta.

Vomitus biliosus in dysenteria

Dysenteria cum febre maligna.

Febris dysenterix accedens.

Dysenteria post morbum acutum.

Lienteria dysenterix superueniens.

Singultus in dysenteria. Pustula nigra post aurem in dysenteria.

Dysenteria intempestiuè suppressa incommoda.

Mulieres pueri & senes cur in dysenteria grauius decumbant.

Grauidæ dysenteria laborantes.

Mulieres grauidæ post partum dysenteria liberantur.

mirum, infans, quem edidit, sequenti anno, eodem mense & septimana, quo ante annum mater, dysenteria correptus & mortuus fuit; cum tamen nemo in ea familia dysenteria tum ægrotasset. Altera verò anno 1625. mense Augusto, dysenteria correpta, cum à pariendi tempore adhuc abesset longius, abortiit & fœtum mortuum edidit, sed & ipsa à dysenteria liberata est. Si verò post fœtus & secundinæ exclusionem tormina eodem die aut non multò post non remiserint, puerperæ periculum denunciat, Hippoc. 2. *prad.* 27. Mors nunc citius, septimana prima vel secunda, nunc tardius, tertia septimana superuenire solet, si dysenteria sit lethalis. Quod si in vlcus sordidum desinat, tunc cessante dysenteria ægri diu postea puulenta deiectione laborantes consumuntur, & tandem extinguuntur.

Indicationes.

Cum in dysenteria sit intestinorum exulceratio, seu soluta vntas, solutam continuitatem vniendam, & id, quod abrasum seu erosum, & amissum est, quantum fieri potest, reponendum & instaurandum esse indicatur. Verum cum id feliciter expediri non possit, nisi prius causla tollatur, humor erodens & abradens euacuandus & abstergendus, simulque eius acrimonia & prauitas mitiganda ac corrigenda est; sanguis & alii humores ad intestina confluentes reuellendi & deriuandi sunt; fluxusque adstringendus sicutendus. Dolor, si vehemens sit, leniendus & tollendus. Et quidem in principio, & dum vires adhuc constant, maximè legitima dysenteriam curandi ratio est, causlæ primùm rationem habere, postea vlceri & dolori prouidere. Nam si causla in principio dysenteria negligatur, & fluxum sistencia adhibeantur, vlceria & dolor magis exasperantur, & malum incurabile redditur. Et si dysenteria à maligno & contagio humore proueniat, aut cum febre maligna coniuncta sit, malignitatis maxima habenda ratio est, & alexipharmacis ei resistendum. Ideoque vt hæc in pauca contrahamus, & curandi scopos in dysenteria breuiter complectamur, cum id, quod primum est in indicatione, sit vltimam in executione, & contrà; acres & vitiosi humores euacuandi sunt, eorumque acrimonia temperanda est, & si maligni simul sint, malignitas alexipharmacis expugnanda, ab intestinis auocandi, fluxusque sistendus, dolores mitigandi, vlcus mundandum & consolidandum: de quibus iam ordine dicemus.

Curatio venæ sectio.

Primo autem loco dispiciendum, an venæ sectione in dysenteria opus sit. Estque aliqua inter Medicos hac de re controuersia. Sunt enim nonnulli, qui venæ sectionem nec necessariam esse, nec locum habere existimant: Cum in dysenteria bilis potius, quæ purgationem, non venæ sectionem requirit, quam sanguis peccet, & ad vlceris curationem nihil facere venæ sectio, sed vires potius assidua deiectione & vigilis ac febribus sæpe debilitatas deicere videatur. Et Galen. 1. *ad Glanc.* cap. 14. *et* 1. *de rat. vltus in acuris* r. 16. Aluo fluente sanguinem detrahare prohibeat. Verùm Aetius, Al. Trallianus & alij plurimi Medici venæ sectionem probant, neque sine ratione, cum & indicationes sanguinis euacuationis, & permittens in dysenteria adesse possit. Sanguis mirum copia, motu aut qualitate, vel etiam hisce modis omnibus vel pluribus peccans viris que satis fortes. Si igitur magna sanguinis adsit copia, aut humori peccanti sanguis admixtus sit, aut vehemens eius ad intestina sit impetus, aut magna adsit, vel metuenda sit inflammatio intestinorum, aut dysenteria ex phlegmone intestinorum dispositione ortum habeat, dolorque

fit vehemens, aut febris continua sit coniuncta, aut epar malè affectum vel valde calidum materiam fluxioni suppeditet, aut cõsuetu aliqua euacuatio sic suppressa: omnino venæ sectione opus est, modò vires eam permittant. Potest enim omnibus hisce requisitis & scopis satisfacere venæ sectio, sanguinisque copiam, si quæ adsit, imminuere, inflammationem, si adsit, tollere vel imminuere, si immineat, præcauere, epatis calorem temperare, febrem mitigare, dolores demulcere: seu vt Aetius ait, etiam paucus sanguis per vices emissus, inflammationes mitigat, eius impetum ad intestina reuellit, eiusdemque ac epatis calorem superantem sensim refrigerat, somnum affert, qui optimum dysentericis remedium est. Testaturque experientia, venæ sectionem sæpe profuisse in dysenteria, annotauitque aliquot venæ sectionis in dysenteria feliciter administratæ exempla Antonius Donatus ab Alto man, *de mend. corp. hum. mal. cap.* 24. & Iulius Cæsar Claudinus, *Respons.* 6. scribit, se iurato affirmare posse, se in dysenteria sui temporis Epidemia complures hoc præsidij genere seruasse, & citius sanitati restituisse. Et quamvis Galenus aluo fluente venæ sectionem prohibeat, & æger duas euacuationes simul sustinere posse non videatur: tamen id tantum de eo fluxu intelligendum est, ad cuius amolitionem nihil conferre potest venæ sectio, & qui vires iam valde deiecit. Cum ergo multis de causis necessaria sit venæ sectio, vbi ea opus, non omittenda: maturè tamen, vt mox dicetur, dum vires adhuc constant, instituenda. Euacuandus autem sanguis neque copiosè, neque confertim, sed paulatim & potius per vices. Ita enim commodior sit reuulsio, nec vires ita deiciuntur. Atque aperienda est in cubito vena mediana, vel epatica, & quidem angusto foramine, vt paulatim sanguis emittatur. Si tamen suppressa sit aliqua sanguinis euacuatio, vt hæmorrhoides, potius vena in talo aperiatur, nisi forsitan copiosam vniuerso corpore sanguinis redundantiam basilicam aperire iusserit. Et quidem mox in initio & intra primos dies vena aperienda est, dum vires adhuc constant, vt prohibeatur sanguinis ad partem affectam affluxus, intestinorumque inflammatio, atque acriorum humorum generatio. Si quid prohibeat venæ sectionem, cucurbitulæ cum scarificatione scapulis affigendæ.

Purgatio.

Dysentericum fluxum non statim supprimendum esse, iam antea dictum. Vt enim Galenus, *de venæ sectione aduersus Erasistratum cap.* 6. docet, Ex dysenteria, vt & aliis fluxibus intempertuè suppressis, melancholia, infans, pleuritis, dolor renum, sanguinis vomitus, epilepsia, hydrops orni possunt. Et Hollerius, *comm.* 1. *ad aphor.* 30. *lib.* 6. *sect.* 2. *Coac.* refert, ex dysenteria, materiã ad manum conuersa, scædam densamque scædiem lepræ persimilem excitatam fuisse. Et Hercul. Saxon. *prælect. part.* 2. *6.* 20. §. 8. narrat, se duos curasse, qui in ophthalmiã & articulorum dolorem inciderant ex importuno remedij adstrictorij vsu in dysenteria ex pituita falsa. Et Fœsius, *in comm.* *Coac.* p. 180. refert, se vidisse quendam ex suppressa dysenteria insanum factum, & mulieri in reliqua vita ita aluū fuisse adstrictam, vt non nisi septimo quoque die egeret. Vt ergo humor, qui intestinis adhæret, eaque erodit & exulcerat, abstergetur, & qui aliunde nonnunquam affluit, euacuetur, Purgatione opus est, de qua tamen cum Medici dissentiant, de ea *questione* 4. dicetur. Quibus autem medicamentis purgatio instituenda sit, porrò disquirendum. Neque enim eadem planè omnium hac de re videtur esse sententia. Alij quidem, quando humorum vitiosorum adsit

Purgatio:

An purgatio exhibenda sint in dysenteria.

Qualis purgatio in dysenteria vltima vltima.

Indicationes.

Venæ sectio.

E

magna copia & ad intestina confluit, statim, & quidem copiosiore ac sabita euacuatione humorem vitiosum expurgandum existimant, cum, ut modò diximus, in ea, quæ lentè ac paulatim fit, expurgatione, longiore ac lento humorum vitiosorum per intestina transitu, ac diuturniore in iis mora, maior intestinorum exulceratio facillè fieri possit. Plerique verò medicamentis lenioribus vtuntur. Inter leniora tamen laxantia non conueniunt, quia aluum iam antè laxam & lubricam offendunt, & laxiorem efficiunt; vnde cassia à plerisque improbat: sed potius mitioribus electiue purgantibus, & quæ simul adstringendi aliquam vim habent, qualia sunt syrupus rosarum, solutiuum, rhabarbarum, myrobalani & similia purgationem absoluendam statuunt: Fortiora verò prohibent. Verum vtraque sententia, si rectè explicetur & distinctio adhibeatur, admitti potest. Etenim hoc omnino verum est, fortiora medicamenta purgantia, qualia sunt colocynthis, scammonium & similia, hic locum non habere; cum non solum humores copiosius ad intestina moueant, ipsosque ferocios reddant, verum etiam ea de causa hic admitti non possint, quod, ut supra de causis dictum, ipsi humores dysenteriam excitantes qualitatem quandam & dispositionem hisce medicamentis cognatam habent. quæ talibus medicamentis non augenda, sed potius infringenda est. Itaque solum mitioribus illis & lenioribus purgantibus vtendum. Imò si humorum prauorum pauca omnino est quantitas, satis interdum esse potest, eorum acrimoniam obtundere, & medicamenta purgantia omittere, ac naturæ opus relinquere. Interim tamen iisdem medicamentis mitioribus nunc copiosior nunc parciore purgatio institui potest, prout opus. Nam si humor vitiosus multo est in toto corpore, & ad intestina quasi tuagens affluit ac dysenteriam excitare incipit, non incommodum videtur, mox in principio vna copiosiore euacuatione maiorem humoris peccantis partem euacuare. Postea verò statim ea, quæ simul purgandi & adstringendi vim habent, sed in minore quantitate exhibere conuenit. Si verò alia causa dysenterie sit, neque ea à critico quasi fluxu originem habeat, parciore purgatio institutenda, atque ea, quæ leniter purgant, simulque roborant, statim vturpanda. Neque etiam copiosius purgandum, cum humores prauis, atrabilarij & maligna aliqua qualitate præditi sunt. Hi enim prius temperandi, & cum aliis succis miscendi sunt, vt miscantur, & postea medicamento leniore expurgandi. Inter purgantia autem, quæ in dysenteria locum habent, est primò syrupus rosarum ex infusione rosarum pallidarum paratus, cum simplicis, tum multiplicis infusionis. De vsu rosarum enim in dysenteria hoc monendum, in principio rosas pallidas seu Prouinciales dictas vturpandas, quarum succus alnum mouendi vim habet, non rubras, quæ magis adstringunt, & postea in progressu morbi, vbi adstrictione opus est, vturpari possunt. Et quidem simplex, & ex vnica infusione paratus syrupus mitissimus est, & ferè saltem abstergit; Fortior verò est ex multiplici. Datur autem vel solus vel cum pulpa tamar. aut diaprano simpl. in decocto hordei, vel sero lactis, aut decocto, vel aqua destillata conuenienti. Myrobalani deinde in omnibus humoribus vturpari possunt, quæ non solum humores peccantes euacuant, sed etiam adstrictionem relinquunt, ac intestina roborant, è quibus decoctum in dysenteria vtillissimum paratur, de quo infra de potionibus.

Tamarindi Foresto in dysenteria suspecti sunt: Hearnius tamen, l. 2. meth. ad prax. cap. 11. eosdem laudat. Et cum insignem humores acres & calidos

A temperandi vim habeant, non sunt reiciendi. Vtillissimum verò est rhabarbarum, eoque in dysenteria ferè nihil præstantius est. Ludouicus Septalius equidem, in animad. Med. lib. 7. num. 92. planè rhabarbari vsum improbat, quod igneas partes habeat, & quod in substantia sumptum tunicis intestinorum & vlcerebus adhærescens dolores pariat implacabiles, id quod sæpe obseruari. Verum enim verò nullus vnquam Medicorum rhabarbarum idè suspectum habuit, quod intestinorum tunicis adhærescat: & partes illæ igneæ, quas metuit, sunt in succulenta eius parte, quæ facillè à substantia separatur, si inde aliquid incommodi metuatur. Atque existimò, dolores illos implacabiles, quos ammaduetit Septalius, potius à bilis acrimonia, quam à rhabarbaro excitatos fuisse; neque in hoc ipsi assentior, quod scribit, rhabarbarum mediocriter torrefactum vehementius & minore dosi purgare, quam integrum; cum certum sit, vim purgantem in subtili & volatili parte subsistere, quæ etiam tritura aliqua ex parte dissipatur. Verum cum ille experientiam testem citet, cuiuslibet eam consulere facillè est. De rhabarbaro verò, vt & myrobalanis, hic notandum, nonnunquam in substantia dari, nonnunquam infundi, & macerari vel decoqui, vel etiam ex eo parari extractum. Cum verò rhabarbarum duplicem habeat substantiam; Vnam tenuem & subtilem, in qua vis est purgandi, alteram crassiorem, in qua vis est adstringendi: in infusione & decocto, vt & extracto, vis purgandi præualet, adstrictio verò pauca est: in substantia verò maior est vis adstringendi. Ideoque infusum vel decoctum vel extractum exhibetur, cum ferè solum purgare animus est, quod in principio statim fieri debet. Vbi verò simul adstringere volumus, in substantia exhibendum. Nonnulli vt vim purgandi minuant & adstringentem augeant, rhabarbarum tortere iubent. Inter quos Matthiol qui, in Apologet. aduers. Amatum Zusitanum, disputat, & fusè cum experientia, & Mesues autoritate, tum etiam rationibus adductis comprobatur, rhabarbarum tostum non solum non nocere dysentericis, sed potius iis plurimum prodesse, additque se scire sexcentos homines rhabarbari tosti potu fuisse seruatos. Sic etiam Forest. lib. 22. obs. 9. rhabarbarum parum torret, vt parte subtili & acri dissoluta acrimoniam exuat. Verum tostitio cautè institutenda, & cum purgare volumus, ea non nisi leuis esse debet. Ideoque cum facillè fieri possit, vt tostum omnem vim purgandi, quæ in tenuibus ac volatilibus partibus consistit, amittat rhabarbarum, vel tostitio aliquam acrimoniam acquirat, vtillissimum est, imprimis in principio, cum materiam euacuare animus est, rhabarbarum sine tostitio exhibere. Et si omnino maior aliqua adstrictio requiritur, possunt myrobalani, quæ satis adstringunt, in maiore quantitate admisceri, vel rhabarbarum in aqua plantaginis, tormentillæ vel alio conueniente liquore exhiberi; vel in hisce aquis & liquoribus rhabarbarum macerari & infundi, atque infusione abiecta substantia cum syrupo vel confertua rosarum exhiberi. Ita enim vis purgandi maxima ex parte separatur & remanet adstrictoria. Vel, quod valdè commodum est, rhabarbarum aqua rosarum humectatur & conspergitur, iterumque lento calore exsiccat, idque aliquoties repetitur. Locum in dysenteria etiam habeat Mechoacanna, quæ ob saporem, quem ferè nullum obtinet, infantibus, ac delicatioribus, qui rhabarbarum abhorrent, vt & aliis, exhiberi potest, purgatque sine noxa, & serosos humores leniter educit, atque adstrictionem etiam quandam post se relinquit & aluum siccatur, quod Ioan. Crato, consil. 57. monet; Mechoacanna vsum,

Vfus purgantium in dysenteria.

Rhabarbarum quomodo in dysenteria exhibendum

Rhabarbarum antetostum.

Mechoacanna

bus quibusdam apparentibus ad abstergentia consurgunt, ne adhærescente diutius tunicis intestinorum cuiusmodi hæmorrhæo falso, ut putant, exulcerentur intestina, in maximo errore versari. Mucositatem enim eiusmodi non adventitiam esse, neque præternaturalem, sed naturalem, quæ à natura intestinis indita sit, ut muniantur à bile, quæ cum fecibus in dies evacuat, ne intestinorum interna pars abradatur. Quæ cum in diarrhæa ab acerbis humoribus commota & abrasa exire incipiat, si clysmatibus magis abstergatur, denudatam tunicam eo, quo munitur, facilius exulcerari posse putat. Ideoque diligenter curam adhibendam esse monet, ut mucosi & vitiosi humores à capite aut ventriculo defluentes ad intestina à naturali mucositate discernantur: quod licet difficile sit, eo tamen hanc mucositatem naturalem à præternaturali discerni putat, quod hæc frequentius cum pinguedine coniuncta esse soleat, & cum rasura aliqua interioris tunice: atque tunc non solum esse abstergendam, sed potius inerasandum pinguibus & viscidioribus iniectis. Verum enim verò quod admixtionem pinguedinis & rasuram internæ tunicæ attinet, quid de eo sentientium sit, iam supra dictam. Cum enim nulla infus sit in intestinis pinguedo, falsum hoc est signum, quo mucositatem naturalem à pituita præternaturali discernere iubet. Et ratio mucus ille naturalis copiosus excernitur, ne ita crassus est, ut pituita vel pus, quod in dysenteria deicitur, ut supra dictam. Et abstergentes clysteres qui initio iniiciuntur, ratio tam acres sunt, ut intestina abradere, & naturalem illam mucositatem ab eis abstergere possint, sed abluendo potius intestina ac detergendo bilem præcauent, ne ab ea intestina abradantur. Non inutile tamen fuerit, post abstergentes clysteres eos, qui emplasticis medicamentis componuntur, quique internam intestinorum superficiem contra affluentis humoris morbum & acrimoniam oblinunt, usurpare. Quomodo omnia ea, quæ meminit Septalius, pericula præcauent. Ut *℞. Decoct. bord. lb. i. album onor. conquass. mam. ii. gum. Arabic. ℥. ii. tragacanth. ℥. iii. alip. caprin. ℥. s. ol. rosat. ℥. ii. bol. Armen. ℥. j. F. Clyster.* Et ne talibus clysteribus materia mordax affluens in intestinis detineatur, clysteres abstergentes atque hos per vices iniicere utile est. Purgantia autem mitia, & clysteres statim initio usurpari debent, antequam à caussa morbifica intestina grauius lædantur & maior exulceratio excitetur. Neque solum semel purgandum, sed aliquoties hoc faciendum, donec humor vitiosus maxima ex parte sublatus sit. Etsi tutum non videtur, ut æger continuis diebus purgetur, alternis id fieri potest, & interim clystere iniici possunt, quos vel vno die repetere licet. Si enim prius desistatur, antequam materia euacuata sit, ac fluxus intempestive sistatur, & supra enumerata mala sequuntur, & materia detenta deterior redditur, ac maiore cum impetu & periculo fluxus redit. Et quamuis satis ante excernere videatur æger: tamen hoc non sufficit. Hæret enim subinde aliquid de materia in intestinis; unde, quicquid æger vel cibum vel potus etiam boni assumpsit, corrumpitur, & in vitiosam materiam conuertitur unde nulla excrementa naturalia redduntur.

Vomitoria.

Vomitoria quod attinet, habent illa quidem locum quando à pharmaco maligno vel veneno dysenteria ortum habet, & cum materia venenata portio aliqua adhuc in ventriculo hæret. Verum si ab aliis caussis dysenteria proveniat, cautè hæc agendum, Materiam equidem ab intestinis auerit vomitus, eamque, quæ sæpe pertinaciter in vasis mesaraicis & splene hæret, ac sensim ad intestina affluit, confertim edacit, ipsumque fluxum sistit, secundum

Hippocratem, 6. aph. 15. *A long oalvi prestuio habito spontaneus vomitus superueniens malum soluit.* Verum cum dysenteria alia, quam diarrhæa sit ratio, & periculosus in laborent, quibus superiora intestina afficiuntur, & ventriculus in consensum trahitur: non facile iua serim, ut vomitoria proijciuntur, ne materia versus intestina superiora & ventriculum trahatur, isque lædatur, & naturæ motus intervertatur, quæ per loca magis connexione vitiosorum humorum euacuationem instituere solet.

Diuretica.

Postquam maxima materia pars per aluum euacuata fuerit, etiam ea, quæ reliquias ad vias vrinæ ducunt & deriuant; conueniunt, diuretica scilicet, parata ex decocto vel emulsione 4. frigid. maior. ex sero lact. rad. fenic. & petrosel. in iusculo carnis coctis, additis iis, quæ robor ventriculi tuentur. Nullo vero modo in principio & antequam corpus purgatum sit diuretica exhibenda, ne materia, dum ad renes tendens epas tranfit, ei aliquid damnum afferat. Monet quoque Celsus, iis tantum diuretica in hoc casu conuenire, quibus alioquin faciliè prodelle solent. Si vero effectum suum non faciliè consequantur, malum potius augetur.

Sudorifera.

Sudorifera quoque non inutilia sunt in iis, qui alias ad sudandum faciles sunt, & præsertim si adsit malignitas. Quia de caussa æger, quantum potest, in lecto se continet, & ab æri, externi iniuriis sese defendat, ut acres vapores qui in venis extremis continentur, liberè expirare possint, & ad intima corporis non repellantur, & natura potius adulescat per aluum materiam euacuet. Ideoque, ut Saonarola hac de re scribit, cum intus admittantur frigida stiptica, extra adhibenda, quæ poros dilatant ac sudare faciunt. Et compertum est sudore copiosiore materia euacuata, & malignitate per sudorifera & bezoartica expugnata dysenteriam cessasse. Ita refert Guilielmus Fabricius, de dysenteria cap. 10. Principissam quandam, cum post esum fungorum dysenteria aliisque symptomatibus tam grauius laboraret, ut in agone versari videretur, sumptis lapidis bezoar. gr. 40. in sudorem calidum vniuersalem incidisse, & mox secutum somnum esse, ipsamque intra paucos dies sanitati fuisse restitutam.

Alexipharmaca & acrimoniam humoris mitigantia.

Ideoque mox in principio, & dum reliqua sunt attendenda, humiliter diligenter, quænam sit humoris dysenteriam excitantis natura. Si enim is malignus sit, quæsi in epidemia dysenteria esse solet, frustra laboratur in dysenteria curanda reliquis medicamentis, nisi simul, & quidem statim in principio alexipharmaca, malignitatem humoris expugnantia, simul exhibeantur. Imò interdum purgantibus omissis ad alexipharmaca statim confugiendum; cum aliquando fluxus hic dysentericus symptoma saltem sit quasi morbi primarij, febris scilicet malignæ & pestilentis, quæ tandem etiam in veram pestem degenerat. Habent hæc locum omnia ferè, quæ in febribus malignis & pestilentibus contra malignitatem usurpari solent, ut C. C. terra sigillata, bolus Armenus, vnicornu, corallia, smaragdus, sapphirus, qui teste Fernelio, s. meth. med. cap. 21. intestinorum vlcerationes sanare crederentur; scerdium, quod teste Dioscoride, ad intestinorum tormina bibitur plantago, tormentilla, pimpinella, sanguisorba. Locum etiam hic habent puluis noster bezoardicus, qui pro hoc affectu, paucis mutatis, ita parari potest. *℞. C. C. s. ust. preparat. ℥. i. s. terr. sigillat. Silës. oculor. cancri preparat. bol. Armen. tormentill. succin. preparat. margaritar. preparat. corallior. rubr. preparat.*

Purgantia quæ do vlt. expanda.

Diuretica.

Sudorifera.

Alexipharmaca.

Puluis bezoardicus.

an. 3. j. offis de cord. corini. 3. b. smaragd. prepar. A
Sabbis. propper. lap. h& par. verian. 3. j. fol. arti
nui. 3. j. F. Pulvis. Dolis 3. j. vel 3. b. Allas. D.
Andrea Doreti, qui Desidz in ysu est. 2. Tormen
illa, zedaria. C. C. vfi prepar. an. 3. b. margat
re. prepar. off. de cord. corini. 3. j. rasura
cranij humani. maris vel fominie. an. 3. ij. fol. am
yrum. xij. sacch. candi. albiss. 3. ij. F. Pulvis. In q
purgantibus ipis. C. C. corall. Margarite. terra
ligill. bol. Armen. smaragd. prepar. sp. diamargar.
frigid. el. de gemm. frigid. admisceri possunt. Epatis
quoque in dysenteria semper habenda ratio est; de eo
que post purgantia & alias etiam sp. diarrhod. abbat.
diatriq. santal. & similia usurpanda. Vel tale eler
ctarium parandum. 2. Conseru. cichor. rosar. an.
3. j. spec. diarrhod. sabbat. diatriq. santal. dia
marg. frigid. C. C. vst. prepar. an. 3. ij. Cum syrupo
cydoniar. vel granat. F. Electuarium. Si vero hu
mor. malignitate careat, & saltem acrimonia pec
cet, ea mitiganda plantagine, portulaca, endiuija,
acetosa, rosis, succo granatorum, ribes berberis &
aliis, quæ postea de fluxu sistenda proponuntur. Ple
riquis etiam humorum acrimoniam temperare
possunt.

Dolorem lenientia.

Quia vero dolor saepe vehementer urget, ex quo
inquietudo, vigilie, febres, lipothymia, & alia gra
uia symptomata oriri solent, danda opera, ut is sede
tur. Et si vero id rectissime fit, si causa auferatur, &
acrimonia ac malignitas humorem temperetur; tam
men quia dolor tam diu saepe non dat inducias, dor
necia fieri possit, dolorem mitigantia & anodyna
usurpanda, sed non quæ simpliciter laxandi vim ha
bent, verum quæ simul moderate frigida & viscidia
sunt, atque acrimoniam materiem dolorem efficiens
obtrundunt. Talia exiis, quæ assumuntur, sunt lac
yaccinum & caprinum coctum, de quo postea dice
tur; modo corpus prius purgatum sit: febricitanti
bus vero, vt Trallianus, lib. 8. cap. 8. ait, lac non
facile dandum, quod in ventriculo acescat & cor
rumpatur, ac ex calore in casuum coalescat, & ma
iores cruciatus, viscerum tensiones, capitis dolorem
ac cibi fastidium, excitet, Item inscula pingua car
nium, vel alia butyro recenti, vel ol. oliuar. recentij,
aut quod melius est, amygdalar. dulc. recentij,
aut, etiam ol. rosar. omphacino non rancido con
dita: possuntque olea ista ad Vnc. iij. vel iij. in ius
culis usurpari. Vtile est & hoc Electuarium, 2. Ol.
oliuar. recent. Aut, quod commodius, ol. amygdal.
dulc. recent. nullo vero modo rancidi. Admiscetur
sacchar. tantum, vt acquirat. Electuarij consisten
tiam, de quo sapius eger aliquid lingat. Lenit dolo
res, & intestinorum excretionem sanat. Quia ve
ro nonnulli ol. oliu. vt & amygdal. dulc. auertantur,
potest ex butyro recenti sine sale cum saccharo eod
dem modo parari Electuarium. Guainerius, tract. 4.
de flux. cap. 3. C. C. vstum preparatum commen
dat, doloresque internos mirabiliter sedare scribit;
item ptyllium vstum, spodium, ac plantaginis semen.

Per clysteres vero dolorem lenienti inieci adipis
gallin. anserin. in primis hircinus, ac qui magis obli
nit & adstringit, caprinis, seu de hirco caltrato
sumptus, foillus denique in magno dolore cum ali
quo adstringente mixtus. Anticennas butyrum cum
sanguine draconis miscet. Nonnulli & vnguentum
rosaceum vel infrigidans Drach. vj. vel Vnc. j. pon
dere insundunt. Parantur etiam clysteres anodynij ex
solo lacte vaccino vel ouillo, in quo sapius lapides
ignici extracti sunt, additis vitellis ouorum, vel mu
cilag. sem. cydon. aut fœnugræci, aut psyllij. Fiunt
quoque clysteres ex decocto capitis veruecis aut in
testinorū cū M. ij. hordei additis vetell. ou. num. ij.

Non diu tamen clysteres tales ex pinguibus conti
nuandi sunt, ne vlcus sordidum & curatu difficilius
efficiant, Ideoque abstergentes intericiendi. 2.
Rad. & fol. althea an. M. j. flor. verbasco. melilot.
chamem. an. M. b. sem. fœnugrac. lini an. 3. b.
Coqu. in lacte vaccino. Colatura 2. 3. r. vel lb. j.
ol. rosar. butyr. f. sale an. 3. j. b. vitell. ouor. num.
ij. F. Clyster. Nonnunquam vna opera leniens &
abstergens clyster parari potest, vel etiam nonnihil
adstringens. Vt 2. Juris decoction. intestinor. 3.
vij. seu hircini, sacch. rubr. an. 3. j. F. Clyster.
Vel 2. Decocti hordei lb. j. sacch. rubr. 3. j. ol. ro
sar. omphacin. adipis renu. caprea. 3. ij. vitell.
ou. vnius. F. Clyster, qui lenit & simul adstringit.
2. Lact. vaccin. in quo lapides ignici extracti sunt,
3. vij. succ. plantag. 3. iij. ol. rosar. omphacin. 3.
ij. vitellor. ouor. num. ij. F. Clyster, qui simul ab
stergendi & dolorem leniendi vim habet. Vel 3.
Rad. althea, plantag. an. 3. j. flor. verbasco, cha
memel. rosar. an. M. b. sem. fœnugrac. cydon. an.
3. b. Coqu. in lacte vaccino. adconsumpt. scintilla par
is. In Col. dissolu. vitell. ouor. ij. ol. rosar. recent. bu
tyr. sine sale recent. an. 3. ij. F. Clyster, qui dolo
rem lenit, & nonnihil simul adstringit. E recentiori
bus quidam hunc clysterem miris modis commen
dat & miraculosum appellat. 2. Caput ouinum cru
dum per medium dissectum, linguaque exempta cum
cerebro, bulliat in s. g. aq. donec caro ab ossib. ab
scedat. Furi colato adde summit. hyperic. M. ij. vel
ij. rad. tormentill. crasso modopulueris. 3. j. vel ij.
Insundantur per horas 4. in cineribus calidis. Colar.
agros bisterne clysteris loco iniiciatur. Neque solū
interna exhibenda vel clysteres ad dolores lenien
dos iniiciendi, verum etiam externa dolores lenien
tia, usurpari possunt. Vt 2. absintij, mentha, plant.
raginis, summitatum ymbi, cauda equine, centum
modia, an. M. j. flor. verbasco, chamem. melilot.
rosar. rubrarum an. M. b. myrtil. siccor. 3. j. sem.
sumach. plantag. cariantri an. 3. vj. carophyll. nu
cis moschat. an. 3. b. fœnugrac. M. b. sem. cydonior.
lini an. 3. b. Coquantur in vino rubro & aqua, &
decocto calido venter ante cibum foueatur ad dolo
rem leniendum & fluxū sistendum. Vel venter inun
gatur ol. rosaceo & cydon. & postea imponatur
omentum veruecis in oleo rosaceo calefactum. Hip
pocrates, lib. de affect. si dolor in dysenteria urget,
partes sub vmbilico calida multa lauare iubet. Quod
si dolor valde urget, vt animi deliquium & vinum
dissolutio imminere videatur, vsurpentur ea, quæ
vim quandam narcoticam habent, parata ex lactuta,
nymphea, papaueris albi seminibus & capitibus,
aut succo papaueris erratico, mandragora, hyoscya
mo & solano. Dum igitur malum est in intestinis su
perioribus, potest fieri talis emalio. 2. Sem. melo
num excoriat. papau. albi an. 3. b. amygdal. dulc.
3. vj. decocti hordei lb. j. F. Emulio. Vel 2. Aq.
lactuc. nymphe. plantagin. an. 3. ij. syr. papau. albi
3. j. b. cydonior. 3. b. spec. diamarg. frigid. 3. j.
b. Misce. Aut paratur decoctum ex plantag. lactuc.
nymphea, in quo conferua nymphea dissoluatur. Opiata.
Tandem ad opiata veniendum, ad philonium, pilul.
de cynoglossa, laudan. opiat. quæ recedē exhibita sæ
pe magnam utilitatem afferunt; cum non solum
dolorem leniant, & somnum prouocent, sed & fluxum
sistant. Vt 2. Pbilon. Persic 3. b. theriac. re
cent. 3. j. spec. diamarg. frig. 3. b. syr. ros. cyd. an.
3. b. lap. bezoar. g. iv. vel pro pauperibus C. C. 3. j.
Misce. Vel 2. Laudan. opiat. g. iij. Dentur cū sy
rupu cydonior. vel formetur inde pilule tres. Si in
crassis intestinis dolor sit, clysteres fiant, ex lactuc.
nymphe. decoctis, capitibus papau. præsertim nigri,
mand. additis opij g. v. vel vj. Vt 2. Rad. plantag.

Epatis robo
rancia.

Acrimonia
humorum
mitigantia.

Dolorem
lenientia.

Clyster
miraculo
sus.

Fomentum
dolorem
leniens.

Narcotica.

Opiata.

Clysteres
dolorem
lenientes.

consol. maior. an. 3. j. flor. verbasc. melilot. an. M. j. ros. rub. M. s. sem. papau. albi 3. vj. hyoscyā. 3. vj. Coqu. in lacte. Colaturā 2. 3. viii. vel x. Phylon. Roman. 3. j. vel 3. j. s. ol. ros. vel amygd. dulc. 3. ij. M. F. Clyster. qui dolores lenit & simul consolidat. Commendantur etiam, ut in sanguinis deiectione, ita in dysenteria, pro doloris lenitione & fluxus adstrictione, pastilli quidam Andromachi, quibus Galenus ipse usus est, & pastilli de succino, & confectio Clysterium appellata, & quæ Paulina dicitur: quorum medicamentorum aliorumque huc facientium descriptio videatur 7. de comp. med. secundum loca cap. 4. & 5. & in 9. eiusd. operis cap. 5. Inter narcotica etiam nonnulli commemorant suppositorium Rhasis de lycio, quod is, lib. 9. ad Almarfar. describit. Verum monent ultra dimidiam horam in ano relinquendum non esse, & propterea filo alligari debere, ut ad libitum extrahi possit. Monet præterea etiam Guainerius, de flux. tr. 5. cap. 2. nimiam opij quantitatem in eo supposito esse & tr. 4. de flux. cap. 7. narrat, quendam tenesmo laborantem ex usu suppositorii opij mortuum fuisse. Post opiatorum usum inest inavino usus vel decocto aliquo ablutur, ut noxa ex opio corrigatur. Semper autem hoc notandum, opiatum non utendum esse, nisi dolor valde urgeat, & in corpore delicato, rara textura, sensusque exquisitoris. Dicit tamen in opiatorum usu non persistendum, neque iis nimis fidendum. Etsi enim somnus ab eis conciliatur, fluxus sistatur, dolor minuatur, & hoc modo morbus iam victus videatur: tamen nisi malignitas expugnata, vlcusque sanatum sit, morbus recrudescit, & nouo dolore superueniente noua fluxio excitatur. Imò, quod alibi etiam monuimus, ubi virtus est debilis, quod ex pulsu; corporis infrigidatione & aliis cognoscitur, nullo modo narcoticis est utendum. Alia etiam quædam vtilia in exhibitione narcoticorum obseruanda habet Guainerius, tract. 4. de fluxib. cap. 7.

Fluxum sedantia.

Fluxum sedantia.

Postquam dies quatuor aut quinque circiter elapsi sunt, atque euacuationes necessariz præcesserunt, dolorque ex parte sedatus est, febrisque, si adest, remittit, (nam quamdiu febris aut dolor adhuc vehemens est, significatur materiam non planè euacuatam, & propterea fluxum non subito, nec omnino comprimendum esse) ad ea, quæ vim adstringendi, aluumque sistendi habent accedendum, & cum pleaque ex iis, quæ modò enumerauerimus, vim malignitati resistendi habeant, ea potissimum eligenda. Ideoque seqq. diebus tum exhibeantur, tum ventri iniiciantur, aut etiam ventri extra imponantur, quæ vim adstringendi maiorem, simulque acrimoniam humoris temperandi & corrigendi habent. *Simplicia.*

Simplicia.

RADICES. *Tomentilla*, quas plurimi & merito, ut peculiare secretum commendant; *Plantaginis*, *Consolidæ maioris*, quæ etsi vim adstringendi manifestam non habent, lentore tamen suo ad omnem sanguinis fluxum sistendum viles sunt; *Nymphaeæ exsiccata*, *acetosa*, *alcea*, *filipendula*, *paonia*, quas aluum sistere scribit Galenus, 6. de sirap. med. facult. quæ si in cereuisia coquantur, decoctumque butyro condiatur, & manè ac vesperi bibatur, tormina ac fluxum in dysenteria sistere, non neglectis abstergentibus, & in dysenteria quadam Epidemia superiorum annorum reliquis non inuuantibus, multis profuisse amicus quidam retulit. *Caryophyllata*, *pseudoacori* seu *gladioli lutei*, *fragaria*, *bistorre*, *raphanici veri*, *raphaniciis vulgaris*, seu *centaur. maioris*, quæ conmendatur à Fuchsio, lib. 1. comp. med. cap. 84. Radices etiam *graminis* profunt dysentericis siccando, & per urinam diuertendo, teste Dionede Cornario, *consil. 1.*

A **FOLIA**; *Plantaginis*, quæ non solum, ut & radices, adstringendi & siccandi vim habent, verum etiam venenis resistunt, & plonice ad dysenteriam valde profunt, teste Dioscorid. lib. 2. cap. 73. *Centummodia*, *gnaphalij*, *actusa*, *lysimachia*, cuius succus & decoctum exhibitum seu cysterè injectum in dysenteria prodest, teste Dioscorid. lib. 4. cap. 3. *Conyza*, cuius decoctum, vniutrque in lèr d'libid coctum sit, efficacè ad curandam dysenteriam esse scribit Dioscorid. lib. 3. cap. 113. *Asphithij*, *mentha*, *quercus*, *pimpinella sanguisuga*, & *felæque* plantæ vulnerariæ, *millesotium*, *santale*, *virga aurea*, *solidago virgaque*, *pyrola*, *psilofella*, *consolidæ media*, *ophyoglossum bellidiflor*, *ophris*, *umbellaria*, *per leonis*, *geranium bairathiedei*, *demiania*, *potentilla*, quæ etiam Mathiolus, lib. 4. in Dioscorid. cap. 37. recentem nudis pedibus applicat, *fragaria*, *ruta lunaria*, *lagopus*, *muscus arbores*, *acetosella*, *salix* præsertim in clysteribus *artemisia puluis* Drach. j. pondere cum aqua propria vel alia conueniente, *verbena puluis* Drach. i. vel ii. pondere præcipue in Epidemia; *rubi felia*.

B **FLORIS**; *Rosar. rubr. granator. seu balaustia*, *hedera*, *cisti*, *palma Christi* puluerisati, ex aqua thalybeata vel propria sumpti Mathiol. lib. 3. in Dioscorid. cap. 127. *Malua maioris*, iult *steth corili*, præsertim in dysenteria alba.

C **SEMINA**; *Plantaginis*, *acetosa*, *porulaca*, *oxylapathi rosar papau*, *oxyza*, *alcea*, *nasurrrij*, quod à plurimis valde commendatur, quia tamen acre est torrendum nonnihil, vel alia adicienda, *Aquilegia* cum æquali parte *seminis plantaginis*, *perfoliata*, *Sanguinaria*, quod à plurimis valde commendatur, nec immeritò; alii *Sophia Chyrurg.* vsurpant.

D **FRUCTVS**; *Cydonia mala*, *mespila*, quibus solis dysenteriam & alios alui fluxus, qui aliis remediis curari non poterant, curatos fuisse refert Forestus, lib. 22. obseru. 1. *Berberis*, *forba*, de quibus Bruerynus lib. 8. de re cib. cap. 22. scribit, se desperatâ dysenteria laborantem, de anus eiusdam consilio forba cruda largissimè deuorasse, indeque sanitati restitutum fuisse; mala punica integra cocta, *pyra poma austerâ*, quæ tamen cocta potius, quam cruda vsurpanda, eum cruda facillè corrumpantur & aluum turbent; *Corna castaneæ*, *auellana rubra tunica inuestita*, quas Lombardicas vulgò vocant, *glandium quernarum nuclei assi*, *tribuli aquatici fructus*, *myrtilli*, *mora immaturata siccata*.

E **LIGNA & CORTICES**; *Santalum rubrum*, *macer. cortex puluerisatus* Dioscorid. libro 1. capite 94. & Galenus, 7. de simpli. mad. facult. *Cortices mori*, *interior castanearum tunica*, quæ albicans pulpa circumuestitur. *Spongiola* item illa quæ *rosarum syluestrium fructicæ* solet adnasci, si puluerisetur, & ex vino detur, in quo summitates quercus, vel simile quid coctum fuerit.

VUA item *quercina*, cuius puluere nihil præsentius in dysenteria & omni sanguinis fluxu esse, refert Martinus Rulandus in *lexico Alchymie*, scribitque esse concretium quiddam in forma vuz ad radices quercuum sub terra tempore veris, saporis stiptici, colore foris purpureo, intus candido, & quasi lactifero, quæ in æstate pereat, & quasi fiat lignea, ideoque tempore verno debeat exsiccari in umbra, & deinde puluerisari. De eadem scribit Encelius, lib. 3. de lap. cap. 21. citante Casp. Bauhino, in *Pinac. theatr. Botan. p. 422.* *Vua quercina* à me inuenta, quæ nihil præstantius in Dysenteria etiam deplorata. Et Schenckius, *Filius lib. 3. obs.* refert, hanc vuz experimentum esse contra carnes hæmorrhagias, cum primis alui proflua, etiam euenta, propter venenum laxatiuum imperdentia.

Vua quercina.

Succi; *Plantaginis*, ꝑ. iij. vel iv. exhibitus, præcipuè si inflammatio adsit, vel per clysteres infusus, *Lyssimacha*, *hedera terrestris*, quo plurimòs à morte liberatos fuisse scribit Hollerius.

AROMATA; *Nuxmoschata*, quæ ob diuersas facultates in hoc malo vtilis valdè commendatur. Terrestris enim substantia adstringit, roborat, vlcera exsiccat, cicatricem inducit: oleosa substantia dolores lenit, intestina oblitit, ne ab humorum acrimonia lædantur: Aromatica qualitate epas & ventriculorum ac eius orificium roborat, flatu discutit. Vbi ob febrilem calorem aliquid mali ab eius caliditate mouitur, stuppis cannabinis inuoluta sub cineribus calidis leniter torrenda, vel potius assanda; non verò, vel vulgo fieri solet, in lamina ferri candente torrefacienda; cum non solum oleosa pars hoc modo pereat, sed adustione quoque acrimoniam facile acquirere possit: Item *spica nardi*, *Zedoaria*, *Caryophylli*.

GUMMI & LACHRYMÆ; *Thus*, *myrrba*, *mastiche*, *gummi Arabicum*, *tragacanth*. Arabico tamen uti maualt Mattheus de Gradibus, scribitque, tragacanthum etiam si glutinet, fluxum augere, & ex mente Rhasis non nisi tosto vtendum censet.

LAPIDES, GEMMÆ, TERRÆ: *Bolus Armenus*, *Terra sigillata*, *Lapis hematites*; *smaragdus*, *sapphirus*, *Lapis Bezoar*, qui simul & malignitati resistit, scribitque Calpar. Bauhinus, cap. 32. de *Lapide Bezoar*, in Dysenteria Epidemia Lugdunensi feliciter eo vsu esse Philibertum Saracenum; & supra ex Guilielmo Fabricio historia allata sceminæ illustris, quæ Dysenteria lethaliter decumbens lapidis Bezoar largo vsu sanitati breuiter restituta fuit; *Crystallus* item tenuissimè tritus seu præparatus, & in aqua conueniente Drach. Sem. pondere sumptus singulate est in dysenteria, præsertim à porracea ex flaua bile orta, remedium. Langius, lib. 3. *Epist.* 1. cap. 4. Sic & alabastrum candidum in puluerem redactum, & cum lacte bibitum, ꝑ. j. pondere, dysenteriam certo experimento sanare, cum vehementer adstringat, scribit Anthelm. Boëtius, lib. 4. c. 270. Præterea Hollerius in ouo sorbin Drach. j. *aluminis* porrigit, quod medicamentum Aëtius etiam laudat ad diuinas dysenterias, in quibus cruenta excrementa, & monet post assumptum alumen aquam superbibendam esse. Gabelkonerus & Mindererus, *medic. militar.* cap. 7. *rubricam fabrilium factitiam*, quam *Rostelstein* vulgò appellant, in vino rubro præscribunt. Iohan. Theodor. Tabernæmontanus etiam *argillam rubram fornacum combustam* in portione exhibet, vt postea de potionibus dicetur.

ANIMALIA & ab animalibus sumpta, C. C. *prepar. spodium*, *genitale cerui exsiccatum* & lima aut scalpro casum, *ebur vstrum*, *turturis in olla clausa in furno combusti puluis*, *vi & caro*, quæ imprimis commendatur, si deplumatus infarciatur granorum myrti & cere an. Drach. ij. & coctus vel assus potius tribus diebus continuis comedendus detur: *Leporis combusti puluis*, *cochlea tota cum testis vstra*, *interiores tunica ventriculi gallinarum*, *cera*, de qua postea in fine horum medicamentorum dicetur; *Lumbricorum terrestrum decoctum*; *Coagula*, de quibus dantur infantibus ꝑ. xv. cum liquore conuenienti, adultis Drach. j. hædinimirum & imprimis leporis, de quo Auicennas, *de cara fluxus in genere*, scribit; quod statim ventrem sistat; *sanguis cerui*, *hirri*, *capra*, *leporinus* imprimis exsiccat: *Stercus canis*, de quo Galen. 10. *de simpl. med. facult.* ita scribit; *Sanè memini mirandum in modum me canini stercore facultatem expertum fuisse, quo vi consuevit quidam Præceptorum nostrorum, qui sola ossa cani edenda exhibebat biduum, è quibus durum,*

*candidum ac minimè fetens sterces colligebatur, quod tum ille desiccabat, vt in puluerem facile redigi possit: Ille autem utebatur cum ad alia, tum ad dysenteriam lacti illud immiscens, in quo ferrum antea & lapides igniti extincti essent: Atque ille Medicus eiusmodi medicamentum clam iniiciebat, & id solum generosiores quosque discipulos docebat. A nonnullis etiam vsurpantur dentes lucij, onorum putamina & anserinorum cum prunis, notante Galeo, de remediis fac. cap. 20. *canceri vstri, ossa humana combusta, Epar arietinum, vituli lactantis*, vel alterius animalis, quod prius in aceto coquatur, & Drach. j. pondere detur. Epar lutra præparatum commendat Heurnius; lib. 2. *method. ad prax. esp.* 11. Præparatur autem ita: dies ferè 13. aceto acerrimo maceretur, hinc in furno supra tegula siccat. E Chymicis commendantur, *Troscus* & adstringens & *tinctura ac magisterium coralliorum*, *Tinctura Smaragdi*. De his omnibus tamen notandum, alia esse calida, alia frigida, aut certè caloris excessum nullum habentia: è quibus, nunc hæc nunc illa eligenda, prout calor vel febris coniuncta id admittit. Etiam medicamenta ista, quæ ad fluxum sedandum adhibentur, non sunt planè eiusdem generis. Quædam enim sunt propriè adstringentia, quæ sunt frigida & sicca, & substantiam habent crassam, mordacitatis expertem, vnde venarum orificia, omnesque ductus angustiores reddunt, vt materia tenuis affluens sistatur, & reprimatur. Inter quæ sunt radices tormentillæ, bistortæ, rosæ rubræ, balanstia, mespila, sorba. Quædam sunt Emplastica, quæ glutinosa substantia partibus adherent, humoribusque sese admiscunt, & eos ad fluxum ineptiores reddunt, vt gummi Arabic. tragacanth. mastiche, althæa, malua, cera. Incrassantia sunt, quæ substantiæ crassitie humores tenuiores, quibus se permiscunt, crassiores, & ad fluxum ineptiores reddunt, vt bolus Armenus, terra sigillata, cornu cerui, lapis hematites, sterces caninum, ostrearum & cancorum testæ. Sunt etiam quædam, quæ feruorem humorum mitigant & compefcunt, vt mala cydonia, ribes, berberis. Sunt tamen, quæ ad has classes facile non rediguntur, sed quæ procul dubio peculiarem vim habeant humorem dysenteriam excitantem alterandi, & prauam qualitatem, quæ intestinis inimica est, tollendi. De posterioribus nullum dubium est, quin in Dysenteria sine omni periculo exhiberi possint. De adstringentibus verò nonnulli dubitant, & putant, eorum vsu fluxum humorum nimis subito sisti, & ex humoribus retentis ea mala, quæ supra recensuimus, sequi, intestina quoque eorum vsu exsicari, vt postea perpetua ferè alui adstrictio & siccitas continua remaneat. Verum enim verò ista tantum de intempestiuo, præproprio & nimio adstringentium vsu vera sunt. Etenim, quod supra dictum, hoc omninò attendendum, vt ante septimum diem, & priusquam intestinorum vlcera probè abstergantur, adstringentia, præcipuè fortiora, non vsurpentur præmissis verò abstergentibus suo tempore etiam adstringentia, tunc vsurpari possunt. Præterea in vsu omnium horum medicamentorum obseruandum, Primò, Vt aliàs calida, aliàs frigida eligantur, prout natura humoris id requirit, vt antea etiam dictum. Secundò, Vt refrigerantibus aliquid subinde calidorum, & quæ concoctionem iuuant, addatur, qualia sunt, mentha, absinthium, nuxmoschata, macis, spica nardi, cinamomum, mastiche, thus & similia. Nam cum assiduo fluxu ventriculi & intestinorum calor debilitetur, id quod excrementorum cruditas demonstrat, valdè refrigerantia sola adhibenda non sunt, & imprimis clysteres valdè refrigerantes & astringentes crebrò non iniiciendi. 3. Medicamenta ista in parua*

Medicamentorum fluxum sedantium differentia.

Astringentia an in dysenteria conueniant.

Nota in vsu fluxum generum.

quantitate & sepius exhibenda sunt. Parum dandum, ne fluxus subito sistatur, & natura medicamenta facilius in actum deducere possit: sepius autem, cum ob alui fluxum frequentem medicamenta diu in intestinis non hæreant.

Composita.

Ex his parantur varia medicamenta; Pulveres, Conferuz, Syrupi, Rob, Potiones & Clareta, Electuaria, Aquæ, Emulsiones, Tincturæ, Extracta & alia.

Pulveres.

1. ℞. Terre sigillat. ℥. iij. boli Armeni ℥. j. rasura C. C. C. C. vsti prepar. an. ℥. s. sem. plantag. acetosa, macis an. ℥. j. croci ℥. iv. Fiat Pulvis, etiam infantibus conveniens. 2. ℞. Terre sigill. ℥. j. corall. rubr. prap. ℥. s. margar. prap. boli Armen. an. ℥. j. C. C. sine vstione prap. ℥. j. lapidis bezoar. smaragdi prap. an. ℥. s. F. Pulvis. 3. ℞. Mastiches, thuris, corall. rubr. prap. C. C. vsti prepar. an. ℥. s. lapid. hamatita prap. ℥. ij. F. Pulvis. Dosis à ℥. j. ad ℥. s. 4. ℞. Rad. tormentill. ℥. j. croci & trochisc. de charabe an. ℥. j. sem. plantag. acetos. an. ℥. ij. sanguinar. ℥. j. santali rubri, boli Armeni, C. C. prap. an. ℥. s. F. Pulvis. 5. Vel ℞. tragacanth. ℥. s. nucis moschat. ℥. s. rad. torment. ℥. j. F. Pulvis. Laudatur & pulvis turturis, quo Nicolaum de Metru, olim, Sigismundi Archiducis Austria Medicum & Chirurcum, multos dysenteria laborantes curasse refert Guilielmus Fabricius, de Dysenteria cap. 10. qui paratur, si turtur cum pennis & visceribus in furno comburatur. Huius pulveris ℞. ℥. j. Radicum tormentill. ℥. s. F. Pulvis, de quo singulis diebus mane, aliquando vero etiam vesperi Drach. j. cum aqua tormentillæ exhibeatur. Arnoldus de Villa Nova Turturum pennis mandat, viscera eximit, & mistura ex pulvere boli Armeni, sanguinis Draconis, mumix cum aceto & vitellorum sufficiente quantitate confecta ventrem implet, & in olla nova in fornace sigulina comburit, & eius pulveris aliquid cum succo plantaginis vel aqua aut saccharo rosarum exhibet. Laudatur & leporis combusti pulvis, qui hoc modo paratur: Lepus detracta pelle & intestinis exemptis in frustra confcinditur, & illotus in vase fictili bene clauso in clibano siccat, donec in pulverem redigi possit, cuius Drach. j. exhibetur. Nonnulli malum punicum fictili vase conclusum in fumo combustum laudant. Hercul. Saxon. prælect. part. 2. cap. 20. §. 9. hunc pulverem valde laudat, polliceturque, eo omnes recentes Dysenterias, nisi fluxio admodum vrgeat, statim & certo sanari posse. ℞. Ossis sepia vsta & pulverisat. ℥. ij. spongie pice imbua & in ollula vsta & in pulverem redacta, cortic. ouorum induratur. ablata pellicula interiore, & pulverisator. an. ℥. s. margarit. prap. boli Armeni an. Drach. j. F. Pulvis: detur eiusdem ℥. j. in liquore conveniente. Crolius hunc pulverem commendat. ℞. Succini sanguinis Draconis, lapidis hamati, corall. rubror. prap. semin. portulac. plantag. anthera rosarum, radicum tormentill. terre sigill. Strigensis an. ℥. s. balanst. ℥. ij. nuc. mosch. nu. j. cinamomi ℥. j. croci & calci calcinati, matris perlarum, ossium humanorum combust. an. ℥. ij. F. Pulvis. Dosis à ℥. s. ad ℥. j. s. Commendatur & à multis pulvis ex pane & succo baccarum sambuci paratus, quem tragæam granorum actes nonnulli nominant. ℞. Lucis baccarum sambuci, ex quo & farina secalina conficiatur massa, è qua panis formetur, qui bis in fornace ad duritiem coquatur, ut in pulverem redigi possit. Ex pulvere isto cum succo baccarum sambuci iterum formetur panis, & priori modo coquatur, idque ter repetatur, & tandem fiat pulvis. Vel ℞. Panem secalinum è furno calentem, eumque succo baccarum sambuci imbue, iterumque

Leporis combusti pulvis.

Tragæa granorum actes.

A in furno sicca, siccatum rursus succo sambuci imbue, idque quater vel quinque repete: tandem panis hic in pulverem redigatur, cuius vel solius Drach. j. vel dimidia cum nucis moschatæ æquali parte exhibeatur. Placenta quoque, quæ post aq. rosar. in Balneo Mariæ destillatam in cacabo remanet, exsiccata in pulverem redigitur & commodè exhibetur.

Vel ℞. Genitalis Cerui Drach. ij. C. C. vsti. boli Armeni, sem. oxylapath. plantag. an. Drach. j. F. pulvis. Vel ℞. Radicum tormentill. ℥. s. nucis mosch. Drach. ij. sem. plantag. terre sigill. an. ℥. j. F. Pulvis.

Conferuz.

Et si saccharo condita, quod faciliè bilescant, Dysenteria non ita conveniant: tamen quia infantibus sepe alia, quam saccharo condita & dulcia, exhiberi non possunt, necessariò interdum ad conferuzas, syrupos, rotulas, & similia confugimus. E Conferuis vtilis sunt, Conferu. rosarum rubr. antiqua, imprimis verò tormentillæ, cuius componendi ratio à Tabernamotano in Herbario traditur, Rob berberis, ribes.

Conferuz.

Syrupi.

De Syrupis hoc notandum, quod modo de conferuis etiam dictum, cum omnia dulcia faciliè, vbi epatis caliditas adest, in bilem conuertantur, eautè eos, & non nisi parè ac dilutos vsurpandos esse, magis verò convenire de octo. Sunt verò vtilis, de rosis siccis, cydonior. de succo portulac. plantaginis, myrtinus, ribes, berberis & corallinus à Quercetano descriptus; item acetosa, de agresta. In hinc dysenteria valde confert succus absinthij & menthæ bene purificatus, & cum saccharo in syrupum redactus. Habet enim mentha cum absinthio mixta miram vim corroborandi ventriculum & discutiendi flatus. Diomed. Cornar. consil. 1. Vel ℞. conf. Alchermes de hyacintho an. ℥. j. trochisc. de charabe. ℥. j. Aqu. plant. ℥. ij. Syrup. de rosis siccis ℥. j. F. Mistura, quæ fluxum sistit, malignitati adversatur, dolorem lenit. Vel ℞. Succ. plantag. ℥. ij. centummod. pentaphyll. an. ℥. j. sacchar. ℥. ij. F. Syrupus. Vel ℞. Rad. tormentill. oxylapath. acetosa an. ℥. ij. arcae ℥. ij. centummod. veronic. plantag. an. M. j. flor. rosar. rubr. prunor. sylvestr. balanstiorum, malve arboreæ an. M. s. Coq. in aq. s. addatur sacchar. q. s. F. Syrupus. Syrupum & adstringentem & consolidantem describit Ioan. Langius, lib. 3. epist. 4.

Syrupi.

Potiones & Clareta.

℞. Fol. plantag. veron. agrimon. an. M. j. sem. 4. frigid. maior. ℥. s. portul. acetos. an. ℥. s. Coq. in aq. hord. simpl. Colat. ℞. ℥. ix. Adde syrup. de succo portul. ribes, cydonior. an. ℥. j. M. F. Potio pro tribus Dosibus. Vel ℞. Rad. torment. plantag. an. ℥. ij. rosar. rubr. M. s. sumach. balanstior. an. ℥. s. sem. oxylapath. acetos. plantag. an. ℥. j. myrrillor. ℥. s. anthera ros. ℥. s. Coqu. in Balneo vase clauso in aq. plantag. flor. acacia & torment. an. ℥. vj. Postea stent. in infusione horis octo vel to. Colat. add. succ. planta. depurat. ℥. ij. sacchar. ℥. ij. F. Iulebus, qui condiatur pulv. nuc. moschat. Drach. j. Vel ℞. Consolid. maior. plantag. polygon. virentium an. M. ij. Minutissimè contendantur affusis lact. caprin. ℥. ij. & succus exprimat, in quo ebulliant. sem. plantag. acetos. myrill. an. ℥. ij. rad. tormentill. ℥. j. s. veronic. M. j. Coquantur. F. Potio clara. Vel ℞. Rad. tormentill. plantag. bistors. an. ℥. j. agrimon. veronic. sanicul. plantag. flor. rosar. rubr. an. M. s. rasur. C. C. vsti an. ℥. ij. santal. rubr. ℥. s. nuc. moschat. n. ij. Crasso modo contusa infundantur in vini rubri ℥. vj. Postea add. sacchar. ℥. s. Coletur & porro addatur succ. cydonior. ℥. s. & per manicam Hipp. traiciantur. Vel ℞. Succ. cydon. ℥. ij. in eo infundantur conferu. rosar. rubr. ℥. j. s. vel rosar. rubr. siccar. M. s. cinam. ℥. ij. macis ℥. j. confer. torment. ℥. j.

Potiones & Clareta.

E

Per manicam Hipp. traiciantur. Vel *℞. Conseru. tormentill. rosar. rubr. antiqu. an. ℥. j. b. rad. bistort. santal. rubr. an. ℥. iij. nuc. moschat. num. ij. myrtill. succ. ℥. j.* Infundantur in vini rubri lb. iv. horis 24. Hinc per manicam Hippocr. traiciantur. Commodè etiam addere licet veronic. sanic. alchymil. an. M. b. Potest & hic locum habere potus, qui ut Prosp. Alpinus. *de med. Egypt. lib. 4. cap. 1.* refert in febribus pestilentialibus & alui fluxibus, qui hisce febribus accidunt, *Ægyptiis familiaris est. ℞. Fr. Berber. lb. j. aq. lb. xij.* Adde aliquid *sem. fenic. & frustum panis, & horis xxiv.* macerentur, deinde *sacchar. rosar. rubr. vel syrup. acetosi citri.* M. & eolentur. Referunt quidam in sæuissima dysenteria profuisse aquam; in qua scilicet extincti fuerunt, vel vinum rubellum, in quo ichtyocollæ frustum duabus vel tribus ebullitionibus coctum fuerit. Tabernamontanus, *lib. 2. T. bisaur. aquar. cap. 74.* hanc positionem commendat. *℞. Argille rubra fornacum combusta lb. j. confus. opt. affunde mensur. iv. aqua fontan.* Bulliant parum. Deinde extingue chalybem ignitum quater vel quinquies. Postquam subleat, cola per pannum lineum vel manicam Hippocratis. Bibat de ista aqua æger ad suum restinguendam pro lubitu. Vitale est etiam decoctum gnaphalii; vinum etiam, in quo illud coctum sit efficax ad dysenteriam curandam esse, scribit Dioscorides, *libro 3. capite 150.*

Aque destillata.

Aquam dysentericam descripsit Quercetanus, in *Pharmacop. restit. lib. 1. cap. 7.* quæ simul est Narcotica. Dornceil. *in suo dispensar.* Potest & talis parari. *℞. Rad. tormentill. acetos. pimpinell. bistort. pentaphyll. an. ℥. j. vincetox. zedoar. an. ℥. ij. fol. acetos. plantag. millefol. burs. pastor. veronic. scabios. mentha crisp. an. M. j. sem. acetos. oxylapat. plantag. portulac. endiu. coriand. prepar. papau. albi an. ℥. vj. citri ℥. b. flor. rosar. rubr. malu. arbor. verbasc. an. M. j. corr. thur. citri macis an. ℥. ij. nuc. mosch. num. iv. succ. prunor. sylvestr. ℥. iij.* Puluerisanda pulueriscentur, incidenda incidantur, & infundantur in aqua fol. quercus, plantag. tormentill. rosar. an. l. q. Stent in infusione per aliquot dies, hinc destillentur. Dos. Vnc. iv. vel per se, vel cum syrupo conueniente. Aquam contradynteriam vel restrictiuam D. Doringij vide infra de Trochiscis. Idem Johannes Theodorus Tabernamontanus laudat aquam destillatam à mica panis secalini lb. iij. nucis mosch. num. viij. quibus superfundatur pyrormo sylvestrium succi q. s. & post xxiv. horas in balneo destillentur. Dos infantum ℥. b. vel ℥. j. adultis ℥. ij. vel iij.

Emulsiones.

℞. Sem. papau. alb. ℥. j. b. acetos. ℥. iij. amygdal. dulc. excortic. ℥. j. aq. dysenter. ℥. xiv. F. Emulsio, cui adde rotulas manus Christi perlat. vel diamargarit. frigid.

Electuaria.

Commendatur Micleta Nicol. ℥. j. vel ℥. j. b. pondere exhibita cum aqua plantaginis. Electuarium de sorbis Mesue, in *Antidotar. dist. 1.* cuius dosis ℥. j. vel ℥. b. mane & vespere ante cibum. Ad cuius modum etiam electuarium de mespilis parari potest. Theriacal Galeno & aliis Medicis commendatur, præcipue recens, cum idoneo liquore exhibita, imprimis vbi intestina inflammatione carent. Vim enim habet, ut Galenus, *de theriac. ad Pison. cap. 12.* docet, etiam purgantium medicamentorum vim supprimendi. Præterea dolorem lenit & somnum inducit. Imprimis magno eum emolumento exhibetur in dysenteria epidemia & maligna, teste Valefco de Tarranta, *lib. 4. cap. 2.* Vel *℞. Conseru. rosar. antiq. ℥. ij. tormentill. ℥. vj. nuc. mosch. ℥. b.* Cum syrupo cy-

donior. F. Electuarium. Si simul fluxum sistere & dolorem lenire velimus & roborare, tale paratur. *℞. Theriac. recens. vel medie ætatis, confect. alcermes, an. ℥. b. trochisc. de charab. vel terra sigillata ℥. j. syrup. de rosis siccis & ribes an. q. s. M.* Vel *℞. Conseru. rosar. ℥. j. b. citr. ℥. j. tormentill. cortic. citr. condit. an. ℥. b. margarit. preparat. corall. rubr. prepar. an. ℥. j. smaragd. prep. ℥. b. sem. acetos. ℥. b. boli Armen. terr. sigill. C. C. vsti prepar. an. ℥. ij. Cum syr. acetosell. granat. vel cydon. F. Electuarium quod fluxum sistit, & simul malignitati aduersatur. Electuarium sequens naturam viuificat; æ omnia membra, & esse bezoardicum fluxus dysenterici, eosque, qui iam morti destinati erant, seruari re, scribit Sauonarola. *℞. Pulpa cydonior. medull. panis madefacti in aqua, vel pluviali vel fontana, vel chalybeata, cortic. citri an. ℥. j. sapphiri, lycimih. sardi, granat. fenugraci (ego malim smaragdilegere) an. ℥. j. zedoar. ℥. ij. tragacanth. macis corallor. rubror. ligni aloës, anisi, cinamomi, rasura eboris, calami arom. sanguin. draconis an. ℥. j. b. ambra ℥. b. auri ℥. b. argenti ℥. v. moschi ℥. ij. myrrh. ℥. iij. Cum saccharo & aqua zedoar. F. Electuarium Dos ℥. ij.**

Morsuli & rotula.

*℞. Rad. symphit. sub cineribus coltar. Morsuli: & per cribr. traiectar. pulp. turtur. vel perdic. assat. an. ℥. j. amygdal. dulcium, sem. papau. alb. an. ℥. b. plantag. acetos. an. ℥. ij. corall. ℥. j. spec. diamarg. frig. ℥. b. sacch. albi in aq. rosar. diss. ℥. vj. F. Morsuli. Vel *℞. Corall. rubr. prepar. margarit. prepar. an. ℥. ij. boli Armeni prepar. ℥. iv. spec. rosar. nouell. diamarg. frigid. diarihod. abbat. an. ℥. Sem. conseru. symphit. rosar. cort. citr. condit. an. ℥. j. sacch. in aq. rosar. dissol. q. s. F. Morsuli. ℞. Corall. rubr. prepar. ℥. j. margar. prepar. ℥. b. spec. rosar. nouell. rad. tormentill. boli Armen. an. ℥. b. smaragd. prep. ℥. vj. sacchar. alb. ℥. ij. F. Rotula.**

Pilule.

*℞. Trochisc. de terra sigill. de charabe. spod. an. Pilulæ: ℥. ij. gran. myrt. sem. acetos. an. ℥. b. Cuius syr. cydon. F. Pilulæ. Vel *℞. Gummi Arabici mastich. thur. succini, sanguinis draconis, lapidis hemat. sem. plantaginis, coaguli leporis vel hedi an. ℥. b. Cum syrupo de rosis F. pil. mediocres, quarum ℥. b. sumat æger bis in die horis duabus ante cibum.**

Trochisci.

Trochisci de berberis, de charabe, de spodio, de Trochiscis terra sigillata. *℞. Rad. tormentill. Drach. ij. C. C. prepar. Drach. j. sem. plantag. Drach. j. b. nuc. mosch. num. j. amyli, ℥. b. croci martis ℥. ij. F. Massa, cui add. boli Armen. terr. sigill. an. ℥. j. F. Trochisci ℥. ij. pondere; qui in furno vel patina calida exsiccantur, de quibus singulis diebus tres exhibeantur per dies sex. Valde etiam commendatur pulmentum paratum ex pinguedine veruecis, quæ circa renes est, rubro vino, ouis recentibus, farina triticea & nuce moschata; quod & dolores valde lenit, & si nux moschata addatur, fluxum sistit. Dn. D. Doringii trochiscor. extracti & aquæ contra dysenteriam seu restrictiuæ hæ sunt formulæ. *℞. Herbi. centannodie, summitat. rubi, globulor. riliæ, suæ quercina an. ℥. b. rad. tormentill. bistort. pentaphyll. fragaria. rhapsontici veri, cortic. myrobalaror. chebulor. thuris an. Drach. ii. nucis moschat. opij Thebaici, santal. rubri flor. rosar. rubr. an. Drach. i. b. sem. coriandri, anisi, hyperici, an. ℥. iv. plantaginis, acetose, bursa pastoris, urtic. mortua an. Drach. i. cupular. glandiam, nuc. cupress. styracis calamit. cort. granator. an. ℥. ii. aurantiorum, citri, tunicarum rubrarum anellanarum an. Drach. Sem. croci ℥. j. Incisa minutissimè & conuassata infundantur in**

que primorum germinum quercus octies chalybeate & sp. Vitriol. acidula facta f. q. ita vt imminuat tribus transversis digitis: Stent in loco calido ad maturatam tincturam extractionem, agitentur que quotidie. Vbi aqua affusa colorari desierit, coletur per chartam imporeticam duplicem; affundatur recens alia, & relinquatur ad perfectam tincturam residua inbibitionem. Postea tinctura omnes commisceantur, & abstrahitur humiditas in balneo Mariæ ad iustam extracti consistentiam. Aqua extracta seruetur seorsim in vitro pro aqua restrictiva: In pixide autem terrea extractum Trochisci sic conficiantur. ℞. *Spondiæ chore. preparati, terra sigill. Silif. an. ℥. j. C. C. vsti, prepar. bol. Oriental. veri, corall. rubror. prepar. an. ℥. ℞. lapidis hamatis. preparati, croci maris. per simplicem venerberationem preparati an. ℥. ij. gummi Arabici, tragacanth. an. ℥. j. Pulveritatis subtilissimè, & commixtis diligentiss. affundatur tinctura præcedens vniuersa. Stent simul in loco calido diebus septem & agitentur quotidie. Postea in balneo abstrahatur aquositas ad iustam consistentiam. Massa relicta subigatur in mortario marmoreo, cum pistillo ligneo, consquo, donec exquisitè & æqualiter omnia vniantur. Hinc formentur trochisci, qui lento calore siccantur. Seruentur in pixide terrea. Aquositas ponatur cum prioro pro aqua restrictiva.*

Extracta.

Extrac^{ta} Huc pertinent & alia extracta, tam simplicia, quam composita, vt extractum radic. tormentillæ, pentaphylli, bisboræ, &c. Cera quoque in pomum albo vltus multum in dysenteria laudatur, & medicamentum hoc hodie non infrequens è Valeriol. *lib. 3. obs. 4.* innotuisse puto. Is enim cum virum desperata dysenteria laborantem, & qui iam moriturus credebatur, curaret, ac medicamenta multa frustra tentaret, tandem ægrum medicamento hoc à muliere suggesto sanatum fuisse refert. Iussit nimirum mulier pomum integrum excavare, & cauum cera alba vel citrina mundissima replere, & in dito operculo prunis admoueri, donec cera liqueceret, & pomi substantiæ admisceretur, idque ante omnem cibum ægrum esitare mandauit. Quod medicamentum nec Valeriola improbat, & à multis hæcenus felici cum successu vsurpatum est. Etsi enim Serapio, *lib. simpl. part. 2. cap. 10.* de cera scribat: Ceram non esse ex medicamentis, quæ corpus ingrediuntur, sed tantum quæ extra imponuntur: tamen si moderatè somatur, vim habet emplasticam, quæ agglutinare vlcera intestinorum, & lentore suo lenire potest. Et iam olim Dioscorid. *lib. 2. cap. 76.* de cera scripsit, eam dysentericis in sorbitione dari. Et Galenus, *2. de simpl. medic. fac. cap. 12.* Ceram interdum intestinis infundi posse concedit, vt humores mordaces temperet. Etsi verò putat Valeriola, vim ceræ ad intestina vlcerata pertingere non posse, quod crassitie suæ & emplastica vi in primis hæreat partibus, glutinis modo sese affigens: tamen quò minus id fiat, pomum asatum facit, cuius substantiæ per minima permisceatur, quæ ipsi loco vehiculi est: quod ipsum etiam fatetur & agnoscit Valeriola. Mauult tamen in malum cydonium ceram liquandam imponere, quam intra pomum, vt simul adstrictoriam & glutinatoriam vim idem medicamentum habeat, quod facillè concedimus. Nisi forsitan pomum ideo conuenientius sit, quod aptissimum vehiculum est, ad ceram per intestinorum gyrum deducendam. Alii non tantum ceram sumunt, sed quidam gummi Arabici & ceræ alb. an. ℥. ℞. vel ℥. j. pomum vel cydonio superiore parte excavato includunt, & sub cineribus pomum stipula canabina involutum assant, vt mollescat, idque manè & vesperi exhibent. Quidam ce-

A ram albam & mastich. ℥. iij. vel iij. sumunt. Solenander, *lib. 4. cons. 9.* turturem ceræ ℥. j. infarcit, in aqua coquit, & postea cum carni edendam, tum iusculum cum pane sumendum porrigit. Non tamen statim in principio hoc medicamentum vsurpandum, sed in contumaci dysenteria, vbi vlcus satis abstersum est.

Aqua Thermales.

Commendantur & aquæ thermales cum petu ^{Aqua thermales.} sumpta, tum per clysteres micetæ; testanturque plures Medici Itali, multos dysenteria laborantes, cum constante ætate, tum pueros & senes decrepitos, qui innumera alia remedia frustra experti fuerant, re penè iam desperata, hoc vno auxilio euasisse. Commendant autem imprimis Villenses, Calderianas, Teuccianas, B. Virginis. Videatur Andreas Baccius, Vidus Vidius, Fallopius, Hercul. Saxon. Fonseca, *tom. 2. cons. 91.* Refert etiam Ioh. Bauhin. ex Rulando, dysenteriam sanare aquas plumbarias, Cellenses, Verdingenses. Idem *lib. 3. de aqu. medic. cap. 44.* ex Ranzio ad dysenteriam valde commendat fontem quandam Narbonensem appellatum, qui totus argillaceus sit, nec aliud, quam argillam exhibeat, & proinde huic affectioni ferè totus & vnicè dicatus sit. Et ipse Bauhinus, *loco citato & lib. 2. cap. 21.* fontem suum Bolleussem, quod item argillæ sit particeps, nec non ob bitumen, salem & alia admixta purgandi non nihil & abstergendi vi polleat; præmissis præmittendis, in dysenteria prædicat. Nec mirum thermas in dysenteria multum præstare; cum vna opera pluribus scopis satisfaciant, acres scilicet humores diluant & deturbent, sordes vlcerum detergant, & vlcera ipsa egregie consolident.

Clysteres.

Si malum sit in intestinis inferioribus, etiam clysteres adstringentes parari & iniici possunt. ℞. *Flord. pagum, sorresacti, fol. plantag. myrti, verbasci, an. M. j. flor. rosar. rubr. M. ℞. Coq. in aqua simpl. Colati ℞. lb. j. vel ℥. xv. Ad succi plantag. ℥. ij. pingued. hircini ℥. j. F. Clyster. Vel ℞. Centumnodia, plantag. an. M. i. verbasci, burs. pastor. flor. rosar. rubr. an. M. Sem. Coqu. in aqua hordei simplic. Colat. ℞. lb. i. mell. ros. colat. ℥. ii. F. Clyster. Vel ℞. Rad. tormentill. consol. maior. an. ℥. Sem. plantag. centumnodia an. M. i. rosar. rub. M. Sem. Coq. in lacte, in quo lapides igniti extincti sunt. Colaturæ ℞. lb. i. macilag. sem. cydon. ℥. Sem. succi plantag. ℥. i. seu hircini ℥. Sem. F. Clyster. Oportior est hic, quem Amatus Lusitanus, *cent. 2. curat. 44.* habet, quem ideo propono, quia omnia ferè medicamenta continet, è quibus tales clysteres parantur. ℞. *Rad. tormentill. rosar. rub. siccar. fol. symph. plantag. polygon. verbasc. an. M. i. sumach. bursa pastor. coriic. granat. balast. gallar. oryza tosta an. P. i. rad. sphy. ℥. Sem. Coq. in aq. pleu. chalybeata ad consumpt. tertie partis. Colaturæ express. ℞. lb. i. succ. plantag. ℥. i. acacia hypocist. an. ℥. ii. sang. dracon. bol. Armen. terra Lemn. an. ℥. Sem. seu hirc. ℥. i. ol. rosac. myrtillor. an. ℥. Sem. F. Clyster. Tales v. clysteres sæpius iniicere vtile est, solisque interdum clysteribus morbus hic curatur: & possunt clysteres abstergentes cum adstringentibus permutari & per vices nunc hi, nunc illi iniici.**

Topica.

Non solum autem assumenda, vel per clysteres ^{Topica an} iniicienda talia medicamenta, sed & extra ventricu- ^{in dysente-} lo & toti ventri applicanda. Sunt quidem nonnulli, ^{ria vtilia.} qui putant topica frustra vsurari; cum per cutem, musculos abdominis, peritonæum, omentum, facillè ad intestina penetrare non possint. Imò sunt, qui eadem nocere existimant, vt pote quæ ex venis partium externa rum humores exprimant, & ad intestina

protrudant; atque citant Galen. qui *x. ad Glau.* capite 14. scribit, quod eo magis fluxus augetur, quo quis magis cutem densauerit. Verum recte Aëtius, *retrahibil. 3. ferm. 1. cap. 45.* scribit, si tormi-
 na augetur, ad cataplasmata confugendum esse, quæ multis non dolorum modo, verum etiã totius mali obliationem induxerint. Et postea, mirificè etiam emplastra, quæ eruentis vulneribus adaptata sunt, conducere scribit, postquam quieuerint in-
 flammationes, ventri ac lumbis totis, vsque ad dor- sum imposita; qualia sunt Barbara appellata, & quæ ad fracturas apparantur. Vnde bene Alexand. Massariasis illis, qui topica improbant; experientiam opponit, quæ seponuntero demonstrat, huiusmodi externa medicamenta ad partes etiam penitiores de-
 ferri, atque inde dolorem lenitum, & intestina roborata fuisse. Neque metuendum est, vt maior ad-
 iustina affluxus eorum vsu concilietur. Etenim humores, qui ad intestina feruntur, non fluunt per venas; quæ ad externas abdominis partes pertin-
 gunt, sed per venas melaricas: quæ cum ab ad-
 stringentiũ vsu etiam contrahantur, fluxus hoc etiam modo nititur. Galenusque, *allegato loco*, ni-
 hil aliud docet, quam vbi ex toto corpore humores ad intestina confluunt, poros cuti non ocludendos esse, sed sanãdam operari, vt ij pateant, vt postea quoque de dicta dicitur. De cataplasmati tamen & omentis idem Aëtius, *loc. allegat.* hoc monet, ea in dysenteria à bilis acridi e, vt & in cancriosis & malignis vlceribus non conuenire; cum aquosam partem absorbant, mordacitatem verò relinquunt. Adstringentia quod attinet, *Gentilis in Auicenn. lib. 3. fen. 16. tr. 4.* monet, adstringentia extra applicata in obesis quidem non conuenire, cum penetrare non possint. Concedit verò in macilentis & pueris. Monent quoque perique de adstringenti-
 bus, iis acutum vel vinum album tenue admiscendum esse, quò medicamentorum facultas facilius pene-
 tret, eaque eligenda esse, quæ nec facultate nec actu admodum sunt frigida. Applicantur forma linimen-
 torum, vnguentorum, cataplasmatum, emplastrò-
 rum fomentorum; quò & infellus pertinent. Em-
 plastra tamen maiorem habent efficaciam, quam cerota: Cerota rursus, quam vnguenta, vt habet Sauonarola.

Linimenta & vnguenta.

Venter nimirum iungatur oleo mastichino, cy-
 donior, myrtino, rosaceo, absinth. menth. & postea ceratum aliquod vel emplastrum conueniens impo-
 natur; vt vnguentum Comitissæ, Varignanx, item vnguentum de corticibus castanearum, quod Mont-
 aganna, *Antidotar. cap. 1.* describit. Vel *L. Ol. cydon. rosac. mastich.* an. ʒ. j. seu hircini ʒ. ʒ. ol. nucis mosch. express. ʒ. j. corall. rubr. prepar. ʒ. ʒ. F. Linimentum.
 Vel *L. Ol. rosac. omphac. myrtin.* an. ʒ. j. men-
 the, absinth. an. ʒ. ij. flor. rosar. rubr. mastich. nuc. mosch. corall. rubr. an. ʒ. ʒ. Cum modico Cera F. Vnguentum.

Cataplasmata.

*L. Panis alb. lb. j. carn. cydon. lb. ʒ. absinth. sic-
 cat. menth.* an. M. j. balauft ʒ. ʒ. Coqu. in vino rubro ad mollitiem, contendantur minutim & per setaceum traiciantur, addaturque pulu. nuc. mos-
 chat ʒ. j. mastich. ʒ. j. ʒ. galang. caryophyll. an. ʒ. ʒ. Cum ol. absinth. & mastich. F. Cataplasma.
 Vel *L. Diacydon. crassius (grob Quittenbroit)* Coqu. in ol. rosar. & vino rubro chalybeat. quod toti ventri imponatur.
 Vel *L. Ros. rubr. santal. omnium, myrtill.* an. ʒ. ʒ. ʒ. bol. Armen. sangu. dracon. aut rad. tormentill. an. ʒ. ij. puluerisata misceantur cum sacco plantag. cydon. &

*paucis aceto. F. Cataplasma. Laudatur & Cataplas-
 ma ex theriaca & terra sigillata ventri impositum.*

Emplastra.

Inter reliqua præcipue hic celebre est Emplastrum
 Diaphneticum Mesue, frigidum imprimis; quo ta-
 lente totus venter obtegatur. Vel *Carnis Cydon.
 subcineribus coltor. ʒ. iv. radic. consolid. maior. si-
 militer coltar. contraj. & per cribrum traicturum,
 hypocistid. acacia, bol. Armen. tragacanth. mastich.
 an. ʒ. j. ʒ. ol. cydon. myrtin. an. ʒ. j. ʒ. succ. cydon.
 plantag. aces. rosacis & passular. an. ʒ. vj. farin.
 mullij q. s. Addatur cera, & fiat Emplastrum, quod
 à Cratone commendatur. *L. Menth. absinth.* an.
 M. j. rosar. rubr. balauft. an. M. ʒ. granor. & fol.
 myrtill. an. ʒ. j. ʒ. sumach. nuc. moschat. rad. pen-
 taphyll. serpentar. an. Drach. ij. gallar. acacia an.
 ʒ. j. ʒ. hypocist. coric. thar. mastich. an. Drach. j.
 lapis hamat. ʒ. ʒ. ol. myrtin. mastichin. resin. cera
 an. q. s. F. Ceratum. Reinerius Solinander, *sect. 4.
 consil. 9.* Emplastrum sequens in omni fluxu tam he-
 patico, quam dysenterico excoriatioo, antiqua
 Diarrhœa & similibus mirè profuisse scribit, neque
 ob adstringentia formidandum esse, cum eadem sint
 multis epaticis & roborantibus temperata. *L. Eu-
 patorij, schœnanth.* an. M. j. spica Indic. pug. ʒ. ʒ.
 mastich. macis an. ʒ. ʒ. ligni aloës opr. ʒ. ij. myro-
 balan. Chibular. Enblicar. torrefact. an. ʒ. j. boli
 Armeni terra sigillata, lapis. hamatite an. ʒ. vj. co-
 riandri preparat. ʒ. j. ʒ. spodij ʒ. ij. rosar. ʒ. j. spec.
 diatriansanal. sine camphora. ʒ. ʒ. scoriar ferri pre-
 par. ʒ. j. farine hordei ʒ. ij. olei mastich. myrt. an. q. s.
 ad impingandum, cum modico aceti F. Emplastrum,
 quo totus venter tegatur, à cartilagine sceti formi ad
 os pectinis. Emplastra plurima describuntur à Sauo-
 narola.*

Sacculi & Fomenta.

L. Rosar. M. ij. absinth. menth. an. M. j. nucis
 moschat. rad. cyperi, mastich. galang. an. ʒ. j. Cum
 linico albo F. Sacculus iustæ magnitudinis, qui vel
 siccus vel in vino calefactus ventri imponatur. Aut
L. Centumnod. verbasco. plantag. rosarum an. M. j.
 Coq. in aqua fabrorum & vino rubro pro fotu ven-
 tris. Aut *L. Absinth. menth. plantag. fol. quercus,
 summit. rubi caud. equin. centumnod.* an. M. j. flor.
 chamam. P. ij. rosar. rubr. M. ʒ. gran. myrtill. ʒ. j.
 sem. sumach. plantag. coriandr. an. ʒ. vj. nuc. mos-
 chat. num. ij. F. Decoctum in aqua chalybeata &
 vino rubro, quo venter foueatur. Vel *L. Crusta
 panis parum torrefact. & affund. acer. vini q. s.* atque
 inspergatur pulvis conueniens & ventri imponatur.
 Vel *L. omentum veruecis calefact. in ol. hyperici* &
 ventri imponatur, quod simul dolorem lenit, & flu-
 xum sistit. Vel *L. Emplastri contra rupturam, dia-
 phnetic. cerot. stomachal.* an. ʒ. ij. mastich. thur. boli
 Armen. sangu. dracon. an. ʒ. j. lap. hamatit. ʒ. ij.
 succi plantag. ʒ. ij. ol. myrtill. cydon. an. ʒ. j. ʒ. ce-
 ra, cerebinth. an. q. s. F. Emplastrum.

Infessus.

Nonnulli & infessione vtuntur: inter quos est
 Leonhar. Tacch. qui in 9. *Rhasis c. 58.* hanc commen-
 dat. *L. tenera germ. querc. baccas cupress. virid. nuc.
 pin. virid. vel pini fol. & cortic. Coq. in aq. ad infess.*
 quam secretum maximum ad pueros esse dicit, & se-
 primum vsu esse; ac calore actuali quidem auertere
 non nihil ad cutem, qualitate verò medicamentorum
 strictiua, quæ per annum penetrat vsque ad vlcus, cõ-
 stringere scribit. Vtitur etiam balneo in alui fluxu,
 qui ex medicamento purgante ortum habet, Iohan.
 Anglicus, in *Practica*. Et quidem id facit autoritate
 Auicennæ, qui in *Avicennæ balneum præcipit, l. 1.
 fen. 4. doct. 5. c. 7.* Et Galeni, qui in 4. *aph. 5.* cali-
 da balnea purgationibus aduersari docet. Suo etiam

Linimenta & vnguent.

Cataplas-
mata.

Emplastra

Infessus

tempore infessus in decocto florum verbasci, foli-
 quereus & aliorum adstringentium in vlu fuisse do-
 cet. Sauvonarola. Matth. quoque de Gradibus infes-
 sionem, usque ad umbilicum ut decocto plantarum
 stipticarum commedat, ad fluxum sistendum, mem-
 bra confortanda, acrimoniam materiam mitigandam,
 & dolorem leniendum. Quamvis vero Hippocra-
 tes, *de diet. rat. in acut. text. 59.* fluente aluo bal-
 neum prohibeat: tamen id intelligendum est, ubi
 excrementis adhuc corpus abundat, aque, alius sua
 sponte fluit, & natura humores vitiosos proleu-
 dit. Tum enim balneis humores superflui ad aluum
 fluentes non sunt ad universum corpus revocandi, ne
 vel ibi retenti & deteriores redditi postea maiori
 cum impetu & periculo ad intestina ruant; vel alium
 morbum graviores excitent. Vbi vero corpus ma-
 xima ex parte evacuatum est, & ex nimio fluxu pe-
 riculum imminet (quod etiam in dysenteria accidit,
 in qua vitales quoque humores ob dolorem & irrita-
 tionem ad intestina confluere solent) sine periculo
 humores ad intestina fluentes ad ambitum corporis
 revocari possunt. Et cum Hippoc. *de affect. si dolor*
in dysenteria vigeat, partes sub umbilico calida
multa lavare iubeat: triplicem usum balneum à
Iacchino propositum, vel aliud simile habere potest, do-
lore lenire, humores ad ambitum corporis ab inte-
stinis, calore actuali revocare, & tandem ad strictio-
nia vi fluxum sistere. Neque metus est, ut ex cutis
deulatione fluxus versus interiora augeatur. Si frigi-
da acta adhiberentur ista medicamenta, metuendum
quidem aliquo modo hoc esset: ac calor aquae a-
ctualis omnem istum metum adimir. Et quamquam
Iacchius putet, ista medicamenta vim suam sal-
tem per anum exferere: ego tamen existimo, per ip-
sam quoque cutem penetrare; quo modo felici cum
succellu sæpe alia topica ex talibus medicamentis
composita & in dysenteria & in aliis alui fluxibus,
sistendis ventri adhibentur. Et omnia eadem fere
ratio est infessuum, quæ fomentorum, sacculorum,
cataplasmatum, linimentorum, ungentorum, em-
plastrorum, quæ omnia tum ad dolores leniendos,
tum ad fluxum sedandum usurpari solent, de quibus
suprà in genere de Topicis dictum. Hoc ratiõ de
infessibus monendum, si fomenta, cataplasmata &
reliqua topica non sufficere videantur, & propterea
ad infessus accedendam quis putet, non temere hoc
faciendum, sed naturam dysenteria & totius morbi
constitutionem, ægri vires & alias circumstantias
diligenter considerandas esse. Si enim corpus humo-
ribus vitiosis plenum sit, dysenteria sit maligna, fe-
bre inne cõiunctam habeat: quivis facillè intelligit, ex
balneo eiusmodi tum plus damni, quam commodi
esperandum esse. Sauvonarola & Matth. de Gradibus
cum Avicenna 16. tert. de cura flux. absolut. exper-
tum esse dicit, quod cucurbitula supra ventrem po-
sita fluxum sistunt, & ipse quidem magnam super
umbilicum, & si fluxus fuerit vehemens, duas alias
in lateribus ponit. Verum forsitan hoc in aliis potius
fluxionibus, quam dysenteria locum habet. Non-
nulli & suffumigia ano excepta commendant, & in-
ter ea præcipuè ex anguillis vstis, ut & corticibus
pini. Benedict. Videt. Faurentinus, in Empir. valde
commendat hoc; Si æger per tres vel quatuor dies
manè & vesperi sedeat super lamellam ignitam, cui
terebinth. opt. vel resinæ pini Vnc j. sit imposita.
Mirabile porro, præsertim in dysenteria puerorum,
docet esse si singulis diebus mane & vesperi ægri
anus suffumigetur pulvere stercoreis asini iuenculi,
in fumo camæ siccati, ne aduratur, carbonibus igni-
tis inperso. Laudat etiam acetum ignitæ ferri lami-
ne inpersum & ano exceptum. Possunt quoque fo-
menta ipsamet ano subinde imponi. Quale hoc est,

A quod idem Faurentinus valde laudat. *2. M. dist. 2.*
lib. j. verbasc. M. j. Includantur sacculi oblongo,
qui postea in vini rubri spiritus & aceti fortissimi an-
l. q. coquantur ad tertias, & postea calidus ano im-
ponatur. Nonnulli ad Dysenteriam sistendam la-
uant pedes ex decocto radic. & fol. tormentill. Alij
iubeant pedes imponere per horæ quadrantem in ace-
tum, in quo scorria ferri sunt calcada. Gattinaria
& Benedict. Videt. Faurentinus eiusmodi decoctis &
manus & pedes lavant. Benedict. Videt. Faurentinus
2. scorie ferri aceto prepar. limam. chalybis aceto
prepar. an lb. j. ebullire sunt in lb. ij. aceti fortissimi
ad consumpt. mediet. at. Diebus singulis mane & ves-
peri per dimidiam horam plantas pedum, & volas
manuum in aceto hoc ægri detinere iubet, scribitur
que esse hoc secretum ad sistendum fluxum dysen-
tericum.

Lotiones
pedum &
manuum

Mundificantiæ vlcus.
 Est vero sapissime ista, quæ hæcenus propo-
 sumus ad fluxum sistendum, medicamenta etiam
 ad vlcus sanandum sufficiant, si morbus nihil aliud
 mali adjunctum habeat, quam vitium humoris af-
 fluentis, & intestina abradentis; & propterea eo ab-
 sterfo, evacuato, eiusque fluxu sedato vlcus facile
 sanetur; tamen si dysen. tena perseveret, & vlcus sit
 profundius vel solidius, vel putridum, terrens, vel
 phlegmonodes, alia medicamenta porro adhibenda,
 atque ea usurpanda, quæ non solum absterunt, sed
 & mundificant vlcus, implent & agglutinant. Qua
 C quam ex superioribus multa sunt, quæ scopis hæc
 satisfacere possunt, & abstergentia antea enumerata
 plerumque sufficiunt. Medicamenta mundificantia
 leniora sunt; *Decoctum hordei, surfuus, paretaria,*
lypior. amygdal. amar. additio saccharo rubro, se-
rum lactis, hydromel, quæ per os tuto abidentur.
 Valentiora sunt: *Decoctum prassij, gentiana, aristo-*
loch. miris oliuar. urina hominis; atque hæc per
 clysterem iniiciuntur. Vehementissima sunt, quæ à
 Galenò proponuntur *9. de compos. medic. secundum*
loc. cap. 5. charia combusta, cadmia, sandaracha,
cala vna, squama aris. et vstum, sulphur. Et inter
 composita *rockisci de charra combusta,* quorum
 D descriptio ibi circa finem reperitur. Iniiciantur hæc
 veteres per clysteres, & quidem in solidis & pu-
 tridis intestinorū vlcibus ad pondus ℥. j. vel circiter,
 in suff. *quaxi. seri lactis chalybeati.* Sed miora
 semper usurpare præstat; præsertim ubi exulcera-
 tio exigua est, ne fortiorum usu humores sua natura
 mordaces actiores ac deteriores reddantur, & tem-
 peries ac calidum nativum intestinorum lædatur. In
 exulceratione etiam magna corrosiva, quæ intes-
 tina superiora occupavit, mediocribus, in ea, quæ in-
 feriora, vehementioribus in minore doli utendum.
 Verum desperata prope modum res est, ubi ad talia
 confugere necessitas postulat. De omnibus autem
 mundificantibus & detergentibus hoc obseruan-
 dum, cum eorum usu dolor exasperetur, reddito
 E clystere, aliam ex lacte iniiciendum esse, qui intes-
 tina oblinat & dolorem leniat.

Mun-
difican-
tia vlcus.

Implentia cauum vlcus.
 Vbi vlcus mundatum fuerit, plerique auctores
 etiam implentia cauum vlcus, & consolidantia præ-
 scribunt. Non tamen male monet Gattinaria, *de cu-*
rat. agritud. corp. cap. proprio, medicū semper magis
 sollicitum esse debere de abstertione & mundifica-
 tione, quam consolidatiõne: quia post abstertentia
 bene adhibita Natura ex se possit incarnare; etiam
 non adhibitis consolidantibus. Implentia cõm vlcus
 implent
cauum v
 diaton. C. C. vno, loli. Antrio, terra sig. cus.

Vfus bal-
nei in dy-
senteria.

Infessus
qua cum
cautione
usurpandi.

Cucurbitu-
la ventri
applicata.

Suffumigia
ano exce-
pta.

Implent
cauum v

Quibus & per os sumptis plerisque; villicet ad 5. ij. vel 3. j. cum vino adstringente vel conferu. rosar. & per inferiora iniectis cum lacte chalybear. 5. vij. vel viij. à 3. ij ad 3. ij. vel iv. E. g. Clyster talis fiat. ℞. Hord. ex cortic. fol. plantag. burf. pasfor. sanguinar. equiset. an. M. j. fl. rosar. rubr. M. ʒ. Coq. in s. q. aque, vel lact. chalybear. pro ʒ. viij. vel x. Colat. add. pulv. bol. Armen. sangu. dracon. mastich. thur. gummi. Arabic. tragacanth. an. ʒ. ij. sacc. plantag. ʒ. j. vitell. oxii assai. F. Clyster.

Agglutinantia & cicatricem inducentia.

Ad agglutinandam et si ferè ea, quæ supra ad fluxum sistendum proposita sunt; sufficere possunt: tamen quædam repetere & iis adhuc addere libet. Inseruiunt huic vsui. Spica nard. myrrh. thus, cortic. thur. iris, aristoloch. rad. cyperi, caryophyllur. tormentill. acetos. bisfor. consolida, solidag. verbasc. polygon. equiset. sanicula, fragar. pilosell. syzola, potentilla, lysimachia, virga aar. veronica. Vt ℞. Rad. Consolid. maior. ʒ. vj. fol. plantag. alcyon. fragar. an. M. ij. balast. myrrill an. ʒ. ij. rosar. rubr. M. ʒ. Coq. in aq. s. ʒ. j. ad consumpt. tertie partis. Colat. add. syrup. de rosis siccis, myrrill. vini cydon. an. ʒ. j. M. pro ʒ. vel 4. dosibus. Clysteribus etiam addi potest ʒ. j. vel ij. trochisc. de shara. bo. de sp. & seui hircini ʒ. j. & similia. Tempore æstiuo & cum copia est recentiu herbarum, ℞. Succ. plantag. polygon. equiset. seui hircin. an. ʒ. ij. Mixtus adde boli Armen. sangu. dracon. vel lapid. hamatis. mastich. an. ʒ. ij. F. Clyster. Galepus, in Ediphor. cap. 20. plantaginem cum oryza exactè coctam dat in cibo. Eius quoque succum adiecto adipi hircino pro clytere iniecit, & myrti biccas cum vino coquit, vbi febris abest, præterite verò ea cum aqua. Videantur plura ibid. & in 9. de compos. medicament. secundum loca, cap. 5. & apud Aëtium, qui diligenter hæc perfectus est, tetrah. 3. ferm. 1. c. 45. Lang. lib. 3. Epistol. Plat. in alt. 3. Præf.

Curatio Dysenteria à medicamento purgante & veneno.

Et si qua ratione Dysenteria à medicamento purgante vehementiore, aut veneno hausto concitata curanda sit, ex superioribus patere possit: tamen ut quædam in specie de iis dicamus, si à medicamento purgante vehementiore, ut scammonio, colocynthide vel simili sit dysenteria, primò abstergentia exhibenda, ut Decoct. hordei, cum syrupo rosar. solutiuo vel simpl. infusio. Deinde exhibenda Theriacal, quæ non solum, quatenus vim habet narcoticam, & humoribus contrarium motum, à centro scilicet ad circumferentiam conciliat, prædest; sed etiam, quatenus malignorum medicamentorum & venenorum est antidotum. Prodest & lactis tepidi potus. Extra inungendus venter oleo mastich. cydonior. ablinthij, menthæ, vel cerotum stomachale aut simile imponendum. Si à veneno hausto sit dysenteria, primò, quod in omnibus etiam aliis venenis ore sumptis primum esse debet, danda opera, ut statim vomitu reiiciatur. Secundo cum pleraque simul acrimoniam habeant, & intestina veherent, ea quæ eam obtundunt, exhibenda, iuscula pingua, lac, oryza, amyllum, pulana. Tertio simul exhibenda Antidota, vt Theriaca vel alia. Impunitis hic commendatur Smaragdus cuius præparati g. vj. exhibeantur, & decem horis æger à cibo abstineat. Sudor enim solet paulò post sequi, quo erumpente ægri inuocantur. Tinctura eiusdem etiam hic efficax est. Extra quoque ventri applicari potest. Atque Auenzoar. cum in itinere in Siciliam herbam quandam ignotam comedisset, atque inde in dysenteriam incidisset, supra ventrem Smaragdum apposuit, quo

A mo. o à dysenteria liberatus est. Vidus etiam est Crytallus.

Diaia.

Medicamentis Diaria respondeat. Aër sic temperatus, & potius ad caliditatem, quam frigiditatem declinet. Et si enim sæpe causa morbi calida sit: tamen ægrum in aère frigido vertari non conuenit. Et cum acrimonia quædam humorum, & piculique etiam malignitas in dysenteria adit: vtilis est, corporis poros temperate patentes seruare, vt maligni atque acres vapores exhalare possint; quod nisi fiat, & pori constringantur, humores vaporisque magis ad interiora corporis pelluntur, malumque augetur. Ideo que tempore paulò frigidiore præcipue in locis hinc septentrionalibus, cubiesium ægri caliditate vtile est, commodumque, vt æger in lecto lectus se contineat. Et cum aliu dencientia gratia sæpe ægrum è lecto surgere necessum sit, cubite, in quo æger decumbit, non sit frigidum. Cibum & Potum quoque ad frigidum is declinet, cum morbus est à causa calida, simulque vim adstringendi in morbi progressu, atque intestina & ventriculum reborandi habeat, omni verò acrimonia, saliedine, & nimia aciditate careat. Initio victus sit tenuis, quantum vires permittant, præferunt si febris sit conuulsa. Non solum enim ob febreum facultas animalis læditur, sed imprimis in ventriculo & intestinis vis concoctrix & retentrix est labefactata. Auctiana equidem famem biadanani præcipit: cuius tamen loco hoc præparatum diariam tenuiorem adhibere.

C Hinc Galen. libr. 2. de med. facil. pa. ub. cap. 20. ait, optimum dysenteria remedium esse cibi paucitatem. Cibi ipsi sint simplices, facilis coctionis. Hæcque iis, qui delectatè viuere conueuerunt, non facile cibi duriores & cocta difficiliore exhibendi, quantum adstringendi vim habeant, ob facultatem coctricem ventriculi & intestinorum languentem, quæ tales non facile concoquere potest. Quia in re vultu sæpe peccat, qui Dysentericis cibos durissimos & difficilis coctionis exhibet, modo vim adstringendi habere videantur, atque ita cruditates committunt & malum auget. Imprimis verò ij peccant, qui oua in durata aceto cocta ægris exhibent. Nã & ipsa oua in durata difficilis coctionis sunt, ac in ventriculo debili facile corumpantur; & acetum intestina mordicat ac vehecat. Hinc etiam ientes, fabæ, pisa, panem, panis bis coctus ater, & castoreum, non omnino conuenire videntur; cum sint difficilis coctionis, sed iis tantum, qui iis iura assueti, & venter eorum adhuc robustum habent. Exhibenda præterea iuscula ex hordeo & pulana hordeacea vel auro ræccat item iuscula ex pane albo in vino cocto adacto heryo & vitellis onorum. Nec iniuciles sunt fructus cynobolati, cerasa acida siccata, myrrillinosi. Et imprimis ij cibi vtilis sunt, qui visciditatem & vim aliquam emplasticeam ac humorum acrimoniam obtundendi habent, quales sunt ex oryza, amylo, &c. Commendatur & lac vaccinum, si febris abest, & nihil aliud eius usum prohibeat, de quo postea quædam dicetur. Si acior sit fluxus, aqua vel simpliciter vel destillat. aliqua temporari potest. Vtile est & lac mulieris boni habitus, victusque bonam rationem seruantis, refertque Guiliel. Fabricius, de Dysenteria cap. 7. secum puerum tuum anagram euocet longo alui fluxu modo dysenterico, modo henterico curandum haberet, & medicamentis nihil proficeret, authorem fuisse matrem, quæ denuo pepererat, vt puerum ablactatam iterum lactaret, idque feliciter successisse, pueramque hoc modo bonam salutudinem & vires recuperasse. Dum vicius abstergendum est, exhibeat aqua hord. aut hydromel. vel ferum lactis. Dum adstringendū & conf. dandū est,

Agglutinantia & cicatricem inducentia.

Dysenteria à medicamento & veneno.

Dysenteria à veneno.

Smaragdi vis.

Aër.

Cibi

Lumbrici
terrestres
quomodo
dysenteri-
cis exhi-
bendi.

POTUS.

etiam similis victus conuenit. Ideoque usurpatur oryza vel sola vel cum lacte cocta. Non solum enim nutrit, sed & consolidat: potestque ubi magis adstringere animus est, C. C. vltum, corall. terra sigillata, genitale cerui siccatum, tormentilla addi, vt & amyllum. Vtile est etiam plantaginem cum oryza coquere. Conueniunt quoque cydon. pyra, poma acida sub cineribus assata, mespila, lentes biscoctæ, abiecta priore aqua. Præstans etiam in hoc morbo auxilium lac amygdal. dulc. cum aqu. plantag. vel tormentill. & rosar. paratum, & parua sacchari quantitate adiecta. Lumbricos terrestres lotos concisos, & cum carne castratorum coctos, si eorum iusculum ægro exhibeatur, mirum in modum dysentericis prodesse sapissime se experitum esse scribit Guilielmus Fabricius: dolores enim lenire, & quæ in intestinis sunt, vlcera & vulnera facultate quadam specifica consolidare, teste etiam Vviero de Schorb. Sed quia simul vrinam potenter mouent, non nisi expurgato corpore & ante cibum tales exhibendos monet. Carnes in hoc morbo secundum Serap. non ita vtilis sunt, si tamen morbus protrahatur, iis quoque vti licet. Velendum autem potius animalibus syluestribus, quam domesticis, & volatilibus potius, quam quadrupedibus. Commendatur hic caro turtur. perdic. turdor. gallin. leporis, capreoli, cerui, præcipue epar gallin. splen. capre afflatus vt & epar veruecis in dysenteria commendatur. Aëtius carnes ebullire sinit in posca additis myrti baccis, quas deinde assat. In virium lapsu ius consummatum conuenit, cui modo dicta adstringentia addi possunt. Pinguedo castratorum iusculis admista dolores valde lenit, & vlcera intestinorum sanat. Parantur etiam ex cydon. pomis acidis, pyris varia edulia huic morbo conuenientia. In principio patius æger semper aliquid styprici assumat: vt conferu. rosar. diacydon. s. vel simile quid. Vtilis est & panis bis coctus albus. A iusculis & sorbitionibus absteineat æger, nisi facultate adstringendi sint prædita. Vitentur pisces, caro suilla, & omnia, quæ humectant & difficulter coquantur, cibi item peregrini & quibus æger non est assuetus. Cibi item calidi & multis aromatibus conditi. Sacchari & mellis vsus multis noxius est: cum facile in bilem mutantur, & humoribus admisti eos aciores reddant, & sua acrimonia intestina ad excretionem incitent. De saccharo in specie hoc notandum; Non solum illius vsus in dysenteria parum esse debere, sed quoque farinam sacchari potius usurpandam esse, quam saccharum finum dictum; Cum in clarificatione & depuratione lixiuum è calce viua adhibeatur: vnde sacchar. aliquid acrimoniae acquirit. Quantum ad potum: Parcè bibere præcipuum auxilium est. Paulus & Aëtius aqua pluuialem præbent, in qua fructus adstringentes sint decocti, præsertim sumach. acetos. plantag. sed hæc non nisi assuetis conuenit. In nostris regionibus vtilis est cereuisia pura. Amatus Lusitanus, cent. 2. cur. 46. refert, Iuuenem biliosum, cum biliosis deiectionibus vigente estate dysenteria affligi cœpisset, cumque Medicorū cōsilio destitueretur, copiosiore aqua frigida vsus, atque inde sanitati restitutum fuisse. Quod tamen non nisi in regionibus calidis, tempore calido & bile valde abundante, alios imitari decet. Vinum etiam, in quo gnaphalium coctum sit, efficax ad dysenteriam curandam esse scribit Dioscorid. lib. 3. cap. 115. Posset etiam hic locus habere potus Tabernemontani, cuius supra facta est mentio, ex argilla foïnacum: ego tamen malim ex terra, vel bolo Armeno talem potum parari. De lacte iam antea diximus. Vbi hoc dare non licet, talis potus pare-

A tur: ℞. Hord. M. j. malor. cydon. exiccet. prun. sylu. exiccet. an. ℥. j. glycyrrh. possular. an. ℥. ℞. sem. papau. albi ℥. ij. Coq. in aq. lb. vj. ad remanentiam lb. iv. Postea adiectis cinamomi ℥. vj. vase tecto calens adhuc delectum aliquandiu asseruetur, & postea per manicam Hippocratis traiciatur. Vel fiat talis Emulsio ℞. Amygdal. dulc. exortic. ℥. j. sem. melom. excort. papau. albi an. ℥. ℞. aq. hord. sem. lb. j. s. fragor. s. vino, tormentill. plantag. an. ℥. ij. ℞. Emulsio, quæ & dolores lenit & acres humores temperat. Vbi vires deficiunt, vinum ac stringens rubrum aqua fontana, si opus sit, in qua chilibs vel aurum ignium extinctum sit, dilutum, aut in qua plantago cocta sit, vel macerata, commendatur. Et cum facultas coctrix hic laboret, vni vsus sæpe vtilis & necessarius est, eumque hæc ipsa dysenteria epidemia aliquot bene cessisse obseruauit.

B Imprimis vtile est vnum, in quo pruna syluestria exsiccata infusa sint; addi etiam potest vino succus vel syrupus mali punici, citri, ribes, berberis. Quis maximè probatur: motus vitetur, ne magis fluxus irriteretur. Indulgeat somno æger seu noctu seu interdium, quando potest: cum somnus & quies omnes fluxus sedet, dolores sopiat, viresque reficiat. Ideoque ne æger obalui deiectionem sæpe è lecto sese mouere, & proinde etiam æni frigidiori sese exponere necesse habeat, commodum est, peluum ægro in lecto subicere, cuius generis aptissimam descripsit Guilielmus Fabricius, de dysenteria cap. 7. Cauet immo-dicos affectus animi, quibus humores in corpore agitantur & perturbantur. Excrementa ægrorum statim remoueantur, ne aliis molesta sint, & contagio eos inficiant. Et propterea vel in profluentem abicienda, vel defodienda & calce viua tegenda. Stragula lecti subinde mutantur.

Q V Æ S T I O I.

Quidnam illud mucosum & album sit, quod in dysenteria excernitur?

Mucosum & album quid cum sanguine sæpe in magna copia in dysenteria excerni, notissimum est. Quid autem illud sit, dubium. Nonnulli quidem existimant, esse pinguedinem intestinorum abrafam: sed maximè falluntur, decepti eo, quod viderunt intestina animalium mactatorum cocta pinguedine intus induta; cum tamen intestina à lanii inuersa sint, & pinguedo, si quæ adest, extra intestinis illis obducatur, intus vero omni pinguedine intestina destituantur. Alij mucū illum, quo intestina ad excrementorum faciliorem transitum oblinuntur, esse statuunt. Verum tanta copia, tanta crassitie & tam diu etsi ex omnibus intestinis abraderetur, excerni non posse, cuius hanc rem diligentius perpendenti facile patebit. Alij pituitam esse putant. Verum & id falsum; cum dysenteria à pituita frequenter non oriatur, & si admisceatur, non tamen tanta copia admisceri posset, quæta hic eicitur. Platærus verò pus esse statuit, quod ab vlcerata intestinorum substantia veniat, quæ cum membranosa sit, pus eiusmodi viscosum, vt & in vesicæ vlcere fieri solet, proferat, quæ ab initio, dum recens est vlcus, sanguinis notas, mox mucū illum tinctum adhuc, post vbi vlcus sordescere incipit, album magis producat. Quam sententiam vt planè non improbamus, ita rectè explicandâ & ampliandâ censemus, vt nimirum per pus intelligatur id, quod non solum ex intestinorum & membranarum eorum corruptione & exulceratione, sed etiam ex affluente humore & sanguine prouenit.

Quid sit mucosum illud quod in dysenteria excernitur?

Si

Si enim mucosum illud solum pus esset, quod ex membranis intestinorum intus exulceratis proueniret, sine omni dolore & torminibus, ut in aliis partibus, efflueret. Quia verò cum torminibus & summo ventris cruciatu excernitur, è venis effluere simul, & membranas in transitu distendendo dolorem hunc excitare indicio est. Habent nimirum partes quælibet non solum vim sanguinem & nutrimentum affluens in sibi similem substantiam mutandi, sed & pus atque excrementa & humores præter naturam affluentes aliter atque aliter mutandi. Hinc aliud pus ex læsa carne, aliud ex læso nervo, membrana, tendine, ligamento redditur, atque illud sæpe satis copiosum, & nunc aliter atque aliter sese habens, prout pars bene vel malè constituta est, & plus vel minus humoris affluit. Ita ex nervis læsis & malè se habentibus magna sæpe copia saniei profluit, quam vulgò *das Gliedunasser* noniunt, quod nihil aliud est, quam sanies, quæ ex partibus nervosis læsis & calore præternaturali præditis, & affluentes humores copiosos concoquere non valentibus prouenit. Ita ex articulorum iuncturis, tendinibus & ligamentis vulneratis magnam interdum puris copiam instar muci vel albuminis oui promanare videmus. Sic in pleuritide & peripneumonia, qui per pulmonem & tussim expurgatur sanguis, in principio quidem interdum sub sua forma, in progressu verò morbi & coctione apparet, forma sputi albi, tussi reficitur. Idem accidit in veterino fluore, seu mensibus albis, cum sanguis, qui menstruo tempore confertim effluere solet, post tempus illud in venis iisdem, per quas antea euacuabatur, hæret; ibique mutatur & alteratur, & in mucosum illud, quod per vterum postea euacuatur, conuertitur, nunc album, nunc flavescens, nunc virescens, nunc inodorum, nunc foetidum, pro natura sanguinis & humorum sanguini permistorum, ac ipsa vteri dispositione, & per easdem vias, per quas aliàs sanguis solet, eiicitur. Hæc enim duo puris & excrementorum varietatem faciunt, humores scilicet seu sanguis affluens, & ipsa partis dispositio, quibus aliter atque aliter sese habentibus etiam illud, quod excernitur, aliter atque aliter sese habet, & nunc tenue, nunc crassum, nunc alium, nunc flauum, nunc viride, nunc varium, nunc inodorum, nunc foetidum redditur, id quod manifestè etiam in dysentericorum ecretis apparet. Si quem tamen vocabulum puris, quo Platerus vitur, offendit, fateor & ipse atque antea eam monui, non ita propriè & non nisi lata quadam significatione vocabulum puris excremento huic mucoso tribui posse. Veri enim puris alia est natura, quod etiam quandoque ex intestinibus exulceratis excernitur: mucus verò hic sæpe statim in principio dysentericæ & quidem satis copiosè excernitur; & non tam ab intestinorum substantia in pus mutata, quam ex sanguine & humoribus ab intestina affluentibus, & ibi ab intestinorum *peritoniæ dicitur* habentium, temperie euerfa originem ducit. Eandem enim originem & generationis modum, ut modò dictum, habet hic mucus, quem sputum in pleuritide, aut peripneumonia; aut *si illa* in ophthalmia sæpe tam copiosè proueniens, ut ab ea palpebræ conglutinentur; vbitamen nulla adhuc vera est exulceratio. Et rectè monet Fernelius, *lib. 6. de part. morb. & sym. cap. 10.* interdum mucosam quandam sortem subalbidam, & veluti linum fecesque sanguinis melancholici, podicis venas exspuere, atque multo interdum tempore eructare, post diurnos ferè morbos melancholicos, duramque & laboriosam equitationem, quæ tamen pus non sit, nec ab intestinorum vlcere proueniat, multos tamen puris specie fefelle-

Operum Sennerti Tom. III.

Ar. Non tamen propriam appellationem nuenit hoc intestinorum malè affectorum excrementum, sicut in aliis partibus, cum in peripneumonia & pleuritide sputi, in ophthalmia *si pus* nomine appellatur. Vnde forsitan ob commodioris vocabuli defectum Platerus pus id appellauit.

Q V Æ S T I O II.

An Adamas venenum & causa dysenteria est?

Adamantem venenatum esse, pulueremque eius dysenteriam excitare plurimi statouunt. Ita Sant. Ardoyn. *l. 2. de venenis*, peculiare caput, quod dicitur 23. est, proponit, in quo modum docet curandi dysenteriam ab adamantis scobe assumpti excitatam; quin etiam opobalsamum ex Auentorè hic præcipit laudat. Sic Philippus Camerarius, *cent. 1. hor. succ. cap. 7.* ex Ioh. Ant. Monastij, *hist. Turcic. libr. 2. cap. 22.* refert, Baizerem patrem Selimi Turcarum Imperatoris veneno ex Adamante contrito à Medico quodam Iudæo esse interfectum. Et Auentina, *lib. 7. annotat.* venenum illud, quo Henricus VII. Lutzburgius, Imperator Romanorum, à predicatore eius ordinis Monacho in Eucharistia interfectus est, fuisse ex Adamantis polline paratum. Ita Paracelsi discipuli Paracelsum, cui omnes desperatos morbos curandi peritiam tribuunt, adamantis puluere, ut incurabili veneno, ab aduersariis necatum narrant. Alij contra vtrumque negant. Inter quos est Anshelmus Boëtius *de gemm. lib. 2. cap. 4.* qui ex Garcia ab Horto, *lib. 1. histor. arom. cap. 47.* refert, mancipia quædam plurima adamantes, ut furtum tegerent, deuorasse, quos postea integros, absque iactura valetudinis, egresserunt: Mulierem etiam quandam marito antiqua dysenteria laboranti adamantis scobem per multos dies propinasse, absque vlllo detrimento. Et Hieronymus Cardanus (et si postea *lib. 3. de venen. cap. 23.* eundem inter venena referat) *contradict. medic. lib. 2. tract. 9. contrad. 9.* scobem adamantis venenum esse negat, imò potius egregium & singulare cuiusdam difficilis morbi medicamentum esse affirmat. Atque hanc suam assertionem duabus historiis ei improbat. Scio, inquit, *Gemmarium quendam, qui mihi f. f. f. est, se pluribus vicibus eundem adamantem, drachma vnius pondere, sub forma pulueris seu scobis dedisse, non tamen magis obsuisse, quam si panem comedisset. Alijs paucis nomine Franciscus Todechirus cum insani- ret, plures acies & frusta adamantis deuorauit, ne quicquam passus est.* Hæc Cardanus. Ioh. Ant. Saracenus, in *Comm. de pest. cap. 7.* scribit, adamantem adeo Lugdunensibus in medico vtu efficacem haberi, ut seu haustus, seu sinistro brachio aligatus, venena omnia irrita facere, & pestiferis causis exitum resisteret credatur. Imò iam olim Plinius, *libr. 37. cap. 4.* adamantem Cypriam in medicina efficacissimum esse scripsit. Andreas Cæsalpinus, *libr. 3. Spec. medic. cap. 32.* negat & ipse, adamantem venenum esse, putatque, communem illi errorem nunc excoriri, quod ea, quæ de Argyrodamante veterum, seu Talco dicta sunt, verò & genuino adamanti malè tribuantur.

Verum cum teste Auicenna, *lib. 2. tr. 2. cap. 697.* talcum non erodendo & dysenteriam excitando, sed potius strangulando sanctum noceat, & quidem in lamellis exhibitum, puluis verò vixit contra sputum sanguinis & dysenteriam exhibeatur: nec illa vis venenica Argyrodamanti (si modo Talcum est Argyrodamas) tribui potest. Ideoque cum de vero adamante hic controuersia esse videatur, omnino experientia amplius consilium est.

N

An Adamas venenum sit & causa dysenteria est?

Historiæ tamen, quæ adamantem venenatum non esse probant, & numero plures, & euidentiæ facti fide digniores esse: quæ verò in contrarium adducuntur, non extra dubitationis aleam positæ videntur. Interim tamen hoc etiam monendum est, rationes, quibus probare conatur Anshelmus Boëtius, adamantem non esse venenatum, non satis firmas esse. Ut de reliquis non dicam, occulta qualitate homini noxiom esse non posse ideo putat, quia à calore nostro alterari & in actum deduci non possit, sicut & aurum & alij lapides. Verùm illa in actum deductio saltem necessaria est in iis, quæ manifestis qualitatibus agunt. Cum enim, vt Zabarella, *lib. 2. de mist. gener. & inter cap. 9.* docet, in actum deduci sit, cum qualitates, quæ in mixtione contrariorum contemperatione atque amicitia quasi absconditæ latebant, mixtione soluta sensibiles fiunt: Id saltem imprimis ab his pendentibus elementorum qualitatibus necessarium est. Qualitates verò occultæ corpore, cui insunt, etiam integro manente, nihil omnino sese exferere, & in alia agere possunt, vt in magnetem, vitro & iij, & similibus manifestum. Vnde, vt hoc obiter attingam, eorum ratio firma non est, qui aurum nullam in corpus nostrum habere efficaciam statuunt, ideo quod à calore nostro solui non possit.

Q V Æ S T I O III.

An pinguedo & ramenta intestinorum tanta, vt vulgo fertur, in dysenteria excernantur?

Vulgata quidem, vt supra diximus, est ea sententia, non paucis tamen dubiis inuoluta. Inter quæ primò est, quod de pinguedine dicitur quam in primo dysentericæ gradu excerni, eamque ipsam esse statuunt, quâ interior intestinorum tunica oblinatur: quod tamen falsum est, vt iam etiam antea dictum. Etsi magni etiam viri hunc errorem errarint, & intestina intus pinguedine obducta esse crediderint; cum tamen nulla intus in intestinorum cauitate sit pinguedo; sed extra ipsis saltem obducatur, vt culibet, qui experientiam & oculos suos consulere vult, cognoscere facile est. Et si forsitan initio pinguedo quædam excernitur, est ea procul dubio ex colligatione pinguedinis, quæ extra intestinis inhaeret.

Deinde, quod ramenta Intestinorum atinet, illa in secundo dysentericæ gradu excerni vulgo dicuntur, eaque sæpe satis magna, vt Medicus quidam, *in obseru. Schench. lib. 3. obseru. 152.* ramenta intestinorum spichamæ longitudine in dysenteria etiam non lethali excreta se vidisse scribat. Imo refert Hercules Saxonia, *lib. 3. panth. cap. 23.* Venetiis excretam fuisse membranam longitudine vlnæ cum maxima puris copia; item alibi portionem similem. Præterea se sanasse mulierem, quæ ab ulcerato intestino recto membranam itidem vlnæ longitudine excreuerit. Idem Hercules Saxonia, *part. 2. sect. 20. §. 2.* narrat, se quatuor vidisse dysentericos, qui singulis diebus excreuerint portiones tunicarum intestinorum tam magnas, vt sæpe excederent mensuram duorum vel quatuor digitorum, è quibus duæ sceminæ sanatæ sunt, duo verò viri mortui. Ego quidem ea, quæ alij viderunt in dubium non voco, cum multa fieri possint, quæ ego non viderim, tamen quia illud, quod modo de pinguedine dixi, & quod plerique se vidisse affirmant, plerumque falsum est: fit, vt de reliquis dubitare incipiam; imprimis cum ramenta talia & membranas quas describunt, hæctenus videre non potuerim, neque ab iis, qui ipsi dysenteria laborarunt, vel labo-

rantibus dysenteria ministrarunt, visa esse audire potuerim. Sicut & I. Crato, dum, *consilio 201.* ægroti proculdubio dysenteria laborantis historiam describit, refert, se talia ramenta videre non potuisse. Præterea rationes quædam obstare videntur. Etenim etsi plurimi internam intestinorum tunicam crusta quædam, vt loquuntur, quam epidermidicò parant, obduci docuerint: tamen an crusta illa epidermidi, quæ cuti obducitur, respondeat, non satis certum. Talis enim si esset, quatuor essent tunice intestinorum. 1. (Si à cauitate eas incipiamus enumerare) Epidermis ista; 2. Interior tunica. 3. Externa, & 4. quarta quam vulgo communem vocant. Quam vero crustam nonnulli vocant, eam rectè describit Fallopius, *Instit. Anat. cap. de Intest.* docetque, quod tunica interior fibris quibusdam in profundum tendentibus contextatur, eo modo, vt in linteis sericis villi spissi admodum tanquam ab inferiore superficiem nati, exteriorem superficiem afficiunt, vt in panno serico villosa videre est, & quale quid etiam in lingua apparet. Qui villi, vel crusta, si ita appellare libet, data est ob longiorem retentionem coctionis & distributionis gratia, seu vt Hieronymus Fabricius ab Aquap. *de intestinis* hac de re scribit, ad chylum detinendum, quò minus ocyus deorsum descendat & elabatur, sed cum vasis diutius versari cogatur, & ita in venas assumatur; sicut eundem ob finem linguæ tales villi quoque insunt & asperitatem in ea afficiunt, ad retentionem perpetuam humoris, ad gustum & sermonem necessarium. Hi ergo villi abradi cum nulla ramenta effigere possunt, necessum esset, vt ab ipsa interna intestinorum tunica decidantur, quod etiam Medici vulgò docent, vt cum ex aliis, tum ex Brassauola, *in comm. 26. aphor. sect. 4.* patet, dum ibi scribit; diu ægrotantibus, magnam intestinorū partē putrescere, vt multis partibus tota interna depereat tunica, etsi ægri conualecant. Verum nec hoc satis probabile videtur. Etenim si vlcera aliarum partium contempleremur, videmus quidem in partibus ulceratis multa excerni, veu sanæ & pus, in quod partis exulceratæ substantia mutatur. Et quanquam in musculosis partibus, in femore, crure, brachiis, in magnis abscessibus, membranosa quædam musculorum partes vt pote quæ putredini longius resistunt, à chirurgis extrahantur, putredine à reliquis separatæ: tamen intestinorum longè alia est constitutio, quam vt tale quid in iis fieri possit. Vbi enim membrum ex carnosa substantia, membranis, neruis, venis & arteriis constituitur, caro ipsa, vt mollior, facilius putrescit, partibus reliquis siccioribus saluis adhuc manentibus, vt in gangrena interdum fieri videmus, in qua sæpe caro subito putrescit, vt nerui, tendines & aliæ partes duriores nudæ relinquantur. Intestina verò cum talem partium diuersitatem, & talem mollem carnem non habeant, sed ipsæ tunice intestinorum substantiam constituent, non video, qua de causa vna earum pars in pus mutari & putrescere, alia salua relinqui, & inde tam longæ partes tunicarum liberari, & à reliqua earum substantia separari possint: præsertim cum quæ narrantur, sæpe minus credibilia sint, vt dum Hercules Saxonia refert, se vidisse ab exulcerato intestino recto membranam vlnam longam excretam fuisse; cum tamen intestinum rectum vix vlnam, sed saltem, vt Bauhinus, *theatr. Anatom. lib. 1. cap. 17.* habet, palmum vnum & semissum longum sit. Deinde quia intestinorum tunica interior etiam suas fibras habet, quæ si semel erosa sint, restitui non possunt, non video, quomodo tanta fibrarum parte erosa & excreta, qui ex dysenteria conualuerunt, satis commodè valere possint, cum tunica illa inte-

Intestina
iacus pin-
guedine
non obdu-
cuntur.

Ramenta
an ex inte-
stinis in dy-
senteria ex-
cernantur.

rior, ad fibræ in ea, æquè neceſſaria ſit ac exterior. Quod vel illa hiſtoria docet, quam habet Schenckius, *lib. obſeru. 142.* ex Beniuenio, *de abdit. morbor. cauſis, cap. 95.* de quodam, qui poſtquam per 40. dies dyſenteria vexatus eſſet, ſublatis doloribus, & deiiciendi cupiditate nihilominus aluum liquidorem ſemper habuit, ac ſæpius excreuit, quam diu vixit, nec viliſ auxiliis curari potuit, ſed vbicunque eum cupiditas deiiciendi viſit, ibidem excrementa depoſuit, eroſis villis, quibus viſ retinendi fulcitur. Quanquam enim quis ſuſpicari poſſet, hoc ſphincterem ani. laſo acciditſe: tamen Beniuenius expreſſè ſcribit, eroſis villis, quibus viſ retinendi fulcitur, hoc acciditſe, nullam verò tenefmi vel læſionis ſphincteris, facit mentionem. Hinc etiam lientia poſt dyſenteriam periculola eſt, quod interuam inteſtinorum tunicam corruptam indicat. Ex quibus colligi poteſt, in iis, qui conualeſcunt, tantæ magnitudinis ramenta ab interna tunica abradi & excerni vix poſſe; & ſi quid tale excernatur, eſſe mucoſum illud excrementum, quod in inteſtiniſ hanc formam accipit. Etenim cum procul dubio humores vitioſi in inteſtina confluentes ſecum chylum omnem obuium & crudiorem ſanguinem ſecum abripiant, non neceſſe eſt, vt ipſi ſeu ſua, ſeu ſanguinis forma ſemper excernantur, ſed poſſunt aliam induere; & videmus quotidie fibræ ſanguinis, in aquam calidam effuſas albeſcere. Pituitoſos etiam & viſcidos humores diu in inteſtiniſ coaceruari & iſtorum formam æmulari & tandem per purgantia inde euacuari, vel in alui fluxibus excerni, Medicorum obſervationes docent: Vt etiam Hier. Gabucinus & Felix Platerus in eam venerint ſententiam, vt crederent, lumbricos latos, qui ita dicuntur, non viua animalia eſſe, ſed mucolaſam pituitam in inteſtinorum ſubſtantia denſatam, eamque intus ambientem & inde abraſam. Illuſtre huius rei exemplum exſtat *in vita Job. Heurnij*, quod ſupra ſeſtione 1. cap. 5. propoſui. Neque ea probatio pinguedinis ac ramentorum in excretis, quæ vulgò habetur, ſatis firma eſt, quod ſc. pinguedo, ſi in aquam proiciatur, ei innatet, in carbonibus coniecta, pinguedinis aſſatæ odorem præ ſe ferat; tunicarum verò particulæ in prunas coniectæ, pellicularum & membranarum inſtar contrahantur. Supernatant enim & pituita ſæpe; neque ex odore rei combuſtæ ſatis ſemper ea cognoſci poteſt, qualis ſit; Et pituita etiam vel paſ lentum, ſi exſiccetur, contrahitur. Iſta tamen de ramentis inteſtinorum circa vulgatam opinionem dubia eo ſaltem ſine propoſui, vt Lectori hac de re diligentius cogitandi occaſionem præberem, & monſtrarem, non ſemper tutum eſſe è libris quæcunque obuia deſcribere, ſed experientiam ſæpius conſulendam eſſe, quod niſi fiat, facilis in errorem lapſus eſt, quod iis accidit, qui experientia neglecta è libris ſua de pinguedine inteſtinorum tranſcripſerunt.

QVÆSTIO IV.

An purgantia exhibenda ſint in Dyſenteria?

An purgantia in Dyſenteria exhibenda. Vulgus quidem, & homines rerum medicarum imperiti mirantur non raro, in Dyſenteria à Medicis purgantia exhiberi, vel clyſteres iniici; cum alias plus iuſto ægri deiiciant. Nonnulli etiam Medici ex Auicenna, *fen. 4. lib. 1. cap. 4.* illud allegant: *ventrem in ventris ſolutione ſoluere plenum eſt timore.* & Valleſius, *comm. 4. in 4. Epid. text. 96.* Hipp. exponens caſum Lamblij ſcribit; *Purgare in Dyſenteria nihil aliud eſt, quam maiorem humorum colluuiem ad locum antea affectum & inteſtina do-* Operum Semerti. Tom. III.

A. *lentia attrahere & periculum augete.* Imprimis vero contra purgantium vſum prolixè diſputat L. Fuchsius, *lib. 2. paradox. cap. 13. & lib. 1. de comp. med. cap. 84.* purgationemque hodie à Medicis inſtitui & contra autoritatem antiquorum & contra rationem puſat. Hippocratem enim, *in lib. de morb. vt & Al. Trallianum, lib. 3. cap. 21.* non purgantia, ſed lac decoctum exhibuiſſe, Galenum etiam, *vb. 9. de comp. med. lib. 1. cap. 5.* prolixè agit de curatione dyſenteria, nullam purgationis mentionem feciſſe. Imò *13. m. m. cap. 3.* cum circa ſedem vel aliquam huic vicinam partem ſit initium inflammationis, purgationem prohibuiſſe. Errandi autem occaſionem fuiſſe Recentioribus, quod malè Rhabarbarum pro Rheo Græcorum ſeu Pontico, quod adſtringendi vi prædiſam, vſurpauerint. Eodem modo Alexand. Maſſaria prolixè contra vſum purgantium in Dyſenteria diſputat, & imprimis autoritatem Galeni vrgit, qui cum in aliis methodi medendi locis, tunc præcipuè, *3. meth. medend. cap. 11.* pluribus docet, & exemplis demonſtrat; ad partem affectam non eſſe trahendum, neque per eam euacuandum. Cum ergo in Dyſenteria inteſtina cum fluxione, tum vlcere, ſæpe etiam inflammatione laborent, non licere putat, purgantia exhibere, quæ fluentes humores ad illa magis attrahant, doloremque vlcis & alia ſymptomata augeant. Neque etiam Galenum vel vllum alium probatum Medicum purgantibus in curanda Dyſenteria vſum ſtatuit. Et quanquam Galenum, Dioſcoridem & alios Medicos Rhabarbaro vſos fuiſſe legamus: tamen id non rhabarbarum, quo hodie vtimur, ſed rhaponticum fuiſſe docet, quod non ſolum nullam ducendi aluum facultatem habeat; ſed contra etiam non leuem adſtringendi vim, vt quoque exſpuentibus ſanguinem, phtificis, Dyſentericis conferat; reprehenditque Trincavelium, quod ſcripſerit, Medicos antiquos in curanda Dyſenteria omnes rhabarbaro vſos fuiſſe. Verum enimvero eorum ſententia probabilior eſt, quam & experientia confirmat, qui purgantibus in Dyſenteria vtuntur. Etenim præſtat, paucioribus vicibus medicamento humorem euacuare, quam permittere, vt pluribus vicibus à natura expellatur, & diuturniore tranſitu ac mora in inteſtiniſ ea lædat & maiorum damnum afferat. Præterea ſi humorum vitioſorum copia medicamento minuat, reliquos facilius temperare & coquere poteſt & medicus & natura, vt inter exeundum poſtea minus nocere poſſint. Inſuper ſi Medicamenta humores temperantia & dolorem lenientia vſurpentur, antequam corpus purgatum ſit, corrumpuntur & parum proderunt. Atque ipſe Galenus, *2. de ſimpl. med. facult. cap. 12. & 14.* docet, non eſſe exhibenda medicamenta, quæ acrimoniam humorum mordicantium temperant, niſi prius humores medicamentis abſterſi atque euacuati fuerint. Et quamvis ipſe melle ſolum loco allegato ad abſtergendum vtatur: tamen procul dubio etiam rhabarbaro & myrobalanis vſus fuiſſet; ſi eo tempore cognita fuiſſent. Neque dum probauit Maſſarias, quod Antiqui Medici præclari omnes ſine purgantibus medicamentis Dyſenteriam feliciter curauerint. Etenim Hippocrates, Galenus, & Al. Trallianus abſtergentibus vſi ſunt, & inter reliqua lacte, de quo infra dicitur, & Auicennas, *3. Can. fen. 16. tr. 2. cap. 7.* purgantibus vtitur, etſi cum cautione. Quamvis verò per locum affectum, quod in methodo medendi prohibitum, euacuari hoc modo, atque aliquid damni inteſtiniſ tranſitu humorum vitioſorum per ea inferri videatur: tamen danum illud exiguum eſt; commodum verò, euacuatio ſcilicet humoris vitioſi, longè maior; cum in poſſibile ſit Dyſenteriam curare, marento, quæ eam facit &

nuget, caussa. Et quidem si Medicus alias vias ha-
beret, per quas humorem vitiosum, qui omnino
euacuandus est, euacuare posset, esset sanè id com-
mòdum; verùm aliud commodior locus non datur.
Neque enim tuto per vomitum licet omnem illam
materiam euacuare, neque id fieri potest: neque
etiã nisi purgatio præcellerit, commodè per vri-
nam euacuare licet, & medicamenta diuretica for-
tiora caliditate & siccitate sua acrimoniam humoris
dysenteriam excitantis potius augebunt. Neque in
principio sine periculo humores ad intestina ruentes
ad alia loca ducuntur; cum incommoda, quæ ex in-
tempestiuè suppressa Dysenteria ingruere solent, no-
ta sint. Neque insigne aliquod incommodum me-
tuendum ex ista ad partem affectam attractione.
Tum enim humorum ad partem affectam attractio
periculosa & noxia est, cum humores ad partem af-
fectam attrahuntur, ibique subsistant; quod hinc non
accidit. Neque vlcus intestinorum simpliciter à
fluxione, & quatenus ea talis, ortam habet, cum sæ-
pe Diarrhœa fiat, & fluxio ad intestina, quam ta-
men nulla exulceratio sequitur. Hæc enim ab ero-
sione solum prouenit, quæ accidit, si humores simul
acres sunt, & in intestinis moram trahant. Quod
cum in purgatione rectè instituta non solum non
fiat, sed potius prohibeatur, incommodum etiã
nullum ex ea metuendam. Mitioribus tamen, vt
modo dictum, medicamentis purgatio peragenda,
non fortioribus, quæ à valde remotis fortiter attra-
hant. Videatur etiã Horat. Augenius, *libr. 10. epist. 3.* Si tamen maligna febris coniungatur, mali-
gnitatis etiã habenda ratio est. Ideoque, si ea vr-
geat, parè vsurpatis vel etiã posthabitis purgan-
tibus ad medicamenta properandum, quæ humorum
acrimoniam & malignitatem temperant.

Q V Æ S T I O V.

An lactis vsus in Dysenteria conueniat?

An lac in
Dysenteria
conueniat?

Lac non solum in diætã Dysentericorum præscri-
bi, sed & loco medicamenti vsurpari, & cum solum
exhiberi, tum alia medicamenta in eo coqui, tum
per clysterem inuici, è libris Medicorum notissimum
est. Contra tamen non semper tuto exhiberi etiã
certum, in d, vt Amatus Lusitanus, *centur. 2. cu-
rat. 44.* scribit, interdum si detur, instar veneni se
habet, & Hippocrates, *5. aphor. 64.* capite dolenti-
bus, febriculosis, & quibus hypochondria elata sunt,
siticulosi, quibus item biliosæ alui deiectiones sunt,
aut febres acutæ, lac præbere malum esse scribit.

Lac tribus
substantiis
constat.

Quapropter de recto eius vsu in specie quædam sub-
nectere libet. Lac tribus substantiis constat, ca-
seosa, quæ præcipuè nutrit, & quæ vlcerata sunt in-
testina sanat; pingui & butyrofa, quæ dolorem len-
nit, digerit, & intestina oblinat, quo minus ab acris
humoribus lædantur; & tandem serosa, quæ abster-
git & mundificat; omnino pluribus de caussis in dy-
senteria vtile est, locumque habet non solum vt nu-
trimentum, sed etiã vt medicamentum, aut certè
vt nutrimentum medicamentosum. Ideoque Anti-
qui frequenter lacte vsi sunt; non tamen in eun-
dem semper vsu. Primò quidem cum illi lenio-
ribus purgantibus ita instructi, vt hodie sumus, non
essent, ad abluendos, & euacuandos humores mor-
daces, eosque temperandos eo vsi sunt: Deinde
etiã ad fluxum sedandum vsurparunt, vt & ad do-
lorem leniendum. Patet id ex Aëtio, qui, *retra-
bibl. 3. serm. 1. cap. 45.* ita scribit: *In principio
igitur post tertiam diem, permittentibus febribus,
lacte recens multo adhuc calido vsendum est,
melle tepido ei admixto, atque in eius vsu ad tres*

Antiqui
quomodo
lacte vsi
sunt?

*die perseverandum, quantum nutriendo corpori suf-
fecerit: sequentibus deinde diebus melle adempto, &
modica aqua (quarta nimirum lactis partis mensu-
ra.) affusa paulum decoquimus & exhibemus: De-
inde post alias tres ad dimidium decoquimus, & post
alias tres ad tertias, similiter per tres dies, atque ita
eis præbemus. Primum enim lac purgat simul ea,
quæ in corpore sunt, contemperando: postremum ve-
ro aluum sistit. Alexander verò Trallianus, *libr. 8.
cap. 8.* ita scribit: *Imprimis lactis calefacti & inter
coquendum sæpius agitati exanthos tres exhibemus, &
post horas duas tantundem rursus potui damus, qui-
busdam etiã tertio offerimus, vt integra hemina
absumat: & si eo die repletus eger videatur, cibo
eum abstinere iubemus. Hoc igitur modo bilis edu-
citur, & humores corrupti modicè purgantur miti-
ganturque, &c.* Veruntamen in eius vsu aliqua
cautione opus est. Nam primo, quia serum aluum
mouere solet, Lac crudum & recens multum pri-
mis diebus ad aluum mouendam & bilem educen-
dam exhibuerunt antiqui, vt ex Aëtij *allegato loco*
patet. Vbi verò iam fluxum sistere animus est,
præparatione opus est, & serum decoctione vel cha-
lybis, aut, quod aliis commodius videtur, aurii vel si-
licum in eo extinctione, maxima ex parte abflumen-
dum, & vt lac ad aluum sistendam commodius fiat,
præstandum. Nam, vt Dioscor. *lib. 2. cap. 75.* &
Aëtius, *terrab. 1. serm. 2. cap. 95.* habet: si lac co-
quatur, serumque consumatur, omnino ventrem non
subducit. Secundò, quia Hippocr. *5. aphor. 64.*
capite dolentibus, febriculosis, & quibus hypo-
chondria elata sunt, siticulosi, quibus item biliosæ
alui deiectiones sunt, aut febres acutæ, lac præbe-
re malum esse scribit; in Dysenteria verò febres
plerumque coniunguntur, & humor dysentericæ
caussa ferè biliosus est: caute lac exhibendum, & si
quid tale adsit, quod eius vsu prohibet, omitten-
dum: neque semper, quod nonnulli faciunt, sine vl-
lo discrimine tanquam securissimum remedium vel
exhibendum, vel per clysteres iniiciendum, de quo
pluribus Amatus Lusitanus, *cent. 2. curat. 44.* qui
lac, si febris adsit, tanquam præsens venenum dam-
nat, neque in dysentericis biliosas deiectiones ha-
bentibus admittit.*

D

Duo verò Lac præparandi modi sunt, vt docet
Aëtius, *loco modo allegat.* Vel enim coquitur; vel
chalybs, aurum aut silices igniti in eo extinguuntur.
Ita enim serosa substantia absimitur, & pingues etiã
ac igne partes dissipantur, ne vel aluum mouere,
vel in bilem facillè verti possit, & caseosa ac increas-
cans relinquatur; & præterea à lapidibus & ferro ad-
stringentem facultatem nanciscitur. Etsi verò Aëtii
præparationem, quæ per coctionem fit, præfert,
cum ob alias, tum hanc ob causam, quod cuius ex
ignis lapidibus lacti commisceatur: tamen hoc in-
commodum facile euitari potest: neque credo so-
lum ad feri consumptionem hanc præparationem
institui, ad quam coctio non minus esset commoda,
sed vt aliquam adstringendi vim à silicibus & cha-
lybe accipiat, & aliquæ partes pingues abflumantur,
vt modò dictum. Potest & sacchar. rosar. lacti com-
modè addi. Antiqui tamen, præsertim si febris vrgeret,
neque tamen lacte facillè carere possent, vt
eius incommoda vitarent, quartam partem aquæ
addebant. Et omnino si lac chalybeatum sit in-
grati saporis, potius decocto vtendum. Vnde
Hercules Saxon. *prælect. part. 2. cap. 20. §. 7.* in-
terdum sine aqua coquit lac, interdum recipit lb. j.
lactis, aquæ plantag. vel sonchi ʒ. vj. & coquit ad
consumptionem mediæ partis: quo ipso se non mo-
do dolores sustulisse, sed & incipientes dysenterias
sine alio auxilio sanasse testatur. Est verò inter lactis

Lactis præ-
parandi
modi.

E

genera vaccinum conuenientissimum, quod crassatum est partium. Mulieris tamen boni habitus & bona victus ratione vtentis naturæ humanæ adhuc conuenientius, vt postea in *diata* dicitur.

Q V Æ S T I O VI.

An Chalybis usus in Dysenteria conueniat?

Maior verò longè difficultas occurrit, de Chalybis in dysenteria usu. Equidem non solum in potu, sed & in lacte & aliis medicamentis, quæ cum exhibentur, cum per clysteres iniiciuntur, chalybem extinguere plerique Medici iubent. Verùm suspectum hodie multis reddidit usum chalybeatorum medicamentorum in Dysenteria Ioan. Crato, dum, *Consil. 201.* scribit: *In recta victus ratione nihil præmittatur, nec deur potus chalybeatus, vt fieri solet. Non enim adstringit, vt falso existimant Medici, sed surbat aluum.* Platerus etiam in Practica aqua & vino chalybeato vtatur: tamen, in *Epistola ad Gallielm. Fabricium*, quam is *cap. 7. tit. de dysenteria*, inseruit, Cratonis sententiam non plane improbat. Est enim, quod ipsa experientia testatur, in chalybe vis quædam aluum turbandi, imò si paulò copiosius sumatur, etiam vomitum mouendi. Hoc verò incommodum vt euitetur, ipse quidem, vt crudæ partes in aqua & serosæ absumantur, chalybem in iis extinguere commodum putat, verum non sepius hoc fieri vult, ne vis illa vomitum vel aluum ciendi in aquam transeat, & aqua saltem leuiter chalybeata vtendum, aut plane omittendam censet. Forestus quoque etiam in dysenteria chalybeatis medicamentis vtatur: tamen crocum martis probare non videtur, dum, *lib. 4. de febr. obseru. 4. in schol.* paucum quandam nouem annorum, cum Empirici cumdam consilio crocum martis accepisset, postea nigra per superiora euomisset, & nihil continere potuisse ac mortuum esse scribit. Metallica enim eiusmodi ventriculum lancinare. Verùm si in Antiquorum Medicorum sententiam inquiramus, & facultatem aluum sistendi & aluum mouendi ac aperiendi chalybi & ferro tribuunt. Dioscorid. *lib. 5. cap. 53.* rubiginem ferri sistere sceminatum profluxum, vinum, & aquam, in aqua candens ferrum sit extinctum, potu cæliacis, dysentericis, cholera laborantibus & diuolutis stomacho prodesse scribit. Galeus, *lib. 11. de s. m. fac. cap. de Lacte*, Lac desiccantem facultatem accipere, & omnes alui fluxiones sistere, si lapides igniti aut ferrum candens in eo extingatur. Quod ex eo repetit Paulus Ægineta, *de re medic. lib. 7. §. 104. & ibidem §. 105.* vbi scribit, quod ferri squama magnam adstrictionem habeat. Aëtius, *retrab. 3. ferro. 1. cap. 48.* vinum, in quo chalybs ignitus sit, dysentericis exhibet. Auicennas, *lib. 2. tit. 2. cap. 253.* ferrum stipticum esse scribit. Antiquos secuti sunt posteriores Medici ferre omnes, Valescus de Taranta, Gattinaria, Fuchsius, Rondeletius, Donatus ab Alto mari, *de med. hum. corpor. malis cap. de Diarrhæa*, Amatus Lusitanus, *cent. 6. curat. 2. & 11.*

Plurimi tamen etiam medici ferro & chalybi non solum adstringendi & fluxus alui sistendi vim, sed & aperiendi, imò etiam aluum & vomitum mouendi facultatem attribuerunt. Aëtius, *retr. 2. sect. 2. cap. 11.* scribit, Aquæ, in qua chalybs extinguitur, præclare splenem liquefacit, vt pote quæ contumendi facultatem habeat. Orban. *Medic. collect. lib. 15.*

Chalybs & Aëtius, *retrab. 1. sect. 2. cap. 59. §. 104.* docent, quod omnes squamæ multum mordaces sint. Cornelius Celsus, *lib. 4. cap. 9.* aquam à ferrario fabro, in qua candens ferrum subinde extinctum sit, lienem

coercere, & animaduertum esse scribit; animalias quæ apud hos fabros educata sunt, exiguas habere lienes. Auicennas, *lib. 2. tract. 2. cap. 251.* in scotia ferri vim soluentem aliquam esse ait, & vinum, in quo extinguitur ferrum, fluxum alui antiquum & dysenteriam sanare scribit. Item Haliabbas & alij Arabes statuunt. Idem sentiunt posteriores Medici, Ioan. Langius, *lib. 1. epist. 48.* Antonius Beniuenius, *obseruat. medic. cap. 5.* Ioanni Baptista Moutanus, *consil. 249.* Mercatus, *de morbis mulierum lib. 2. cap. 18. & lib. 2. de indication. cap. 7.* Remerus Solenander, *sect. 3. consil. 6. §. 21. 22. sect. 4. consil. 9.* & alij plurimi. Imò chalybem etiam vomitum mouere experientia docet, annotauitque id de vino chalybeato Platerus, *lib. 7. obseru. pag. 225.* Vnde Casalpinus, *lib. 3. de metall. cap. 6.* rubiginem, in quam ferrum conuertitur, maleficam esse scribit, & *ibidem, cap. 13.* ferruginem in multa quantitate sumptam vomitum prouocare, & ad necem ducere. Vnde Auicennas, *lib. 4. fen. 6. tit. 2. cap. 8.* ferri limaturam & scoriam inter venenâ refert. Cum ergo tot Medici ferro & chalybi vim etiam adstringentem tribuant, ac vinum & aquam, in qua chalybs extinctus est, cum dysenteriam, tum alios alui fluxus sanare scribant: nolim ego tot Medicis simplicitè contradicere. Quia tamen Dioscorides & Auicennas & alij præclari Medici vim quandam aluum mouendi ferro & chalybi etiam tribuunt, atque experientia ipsa id testatur, & præterea ad obstructions viscerum & lienis aperiendas feliciter cum successu à Medicis vsurpatur, qua ratione hæc conciliari possint, videntum.

Ludouicus Mercatus, *de morb. mulier. lib. 2. cap. 18.* vt hæc conciliet, ferrum & chalybem adstringendi & meatus obstructos aperiendi, item vim purgandi habere scribit, eamque obtinere ob maximam copiam sulphuris & Phosphori, quam habeat: purgandi tamen vim non talem esse docet, qualls est in aliis medicamentis purgantibus; sed quia liquandi, fundendi, & attenuandi maximam vim & efficaciam obtineat, accidere, vt si copiosius id faciat, vomitum & aluum purget: si verò partes illæ sulphureæ & mercuriales absumantur, id quod sic igne fortius & sepius adhibito in creci & tis præparatione, medicamentum adstringendis fluxibus idoneum parari scribit. His addit & hoc: Sulphur & Mercurium in ferro duobus modis contineri; Vno, quatenus iam sunt in ferri substantiam mutata; Altero, cum veluti futura sunt ferri alimentum. Priori modo, quatenus scilicet iam cocta & in ferri naturam mutata sunt, vim purgandi habere; Posteriore verò, vt pote crudiora & quasi excrementitia nocere, corrumpere & perniciose esse. Hinc porro concludit: Alio modo ferrum præparandum esse, vt aluum sistat, alio vt obstructions liberet & purget. Ad aluum sistendam sulphurem & Phosphur auter eundem & separandum esse, quod fiat vel igne valido, vel aqua valida, dum in crocum & tis dictum mutatur. Hoc enim modo præparatum fluxus quosuis validissimè sistere & hæccidas partes roborare scribit; si verò meatus aperire & purgare animus sit, partem illam, in qua vis illa est, propriè vsurpandam, scilicet sulphur & Phosphur coctum, separata parte illa cruda excrementitia & extranea. Atque ita triplicem chalybis præparandi modum esse docet. Primus est, si in alio medicamento pars purgans citrà aliam chalybis substantiam colligatur, chalybis limatura vel lemidis candentibus, sepius in aqua vel liquorem alium immixtis, à quo liquor vim purgandi fortietur. Ideoq; cum fluxum alui sistere volumus, primam aquam, in qua chalybs extinctus est, abicere iubet. Secundo modo, secundum Mercatum præparatur sine igne chaly-

lybs, comminuta, liquata & separata récrementitia illa parte aqua vitæ aut aceto, donec ex toto vniuersa limaturæ substantia comminatur. Acetum enim totum illud, quod extraneum est, ocysimè conterere scribit, relicta parte nativa. Nec obstare rubiginem, quæ acquiritur, quæ facillè igne, aqua feruentissima vel oleo separari possit. Tertius est, cum igne sæpissimè comburente pars illa superflua separatur, manente puriore & vtiliore. Rodericus à Castro id hoc modo exprimit: cocta & vtilia principia in eius substantia inueniri, ac in eius partibus penitioribus cruda & excrementitia naturam ad superficiem trussisse. Et Mercatum in eo recentiores alij etiam sequuntur, quod primam aquam, in qua chalybs ignitas sit, extinctus, abicere iubent, ut pote quæ aluum moueat, & postea in noua aqua sæpius eundem chalybem extinguere volunt. Verum enim verò quædam circa hanc Mercati opinionem monenda sunt. Primum enim illud non cœdendi potest, in stomomate seu chalybe esse duas partes, vnam coctam & chalybi iam propriam factam, alteram crudam, alienam, & excrementitiam, quæ separanda sit. Etenim sit sanè, ut in ferro tale quid reperitur: tamen chalybs ita puræ & homogeneæ naturæ est, ut tale nihil in eo reperitur, sed tota eius substantia vnius naturæ est. Itaque effectus quicumque à chalybe proueniunt, ab ipsius substantia proficiscuntur. Ex quo deinde sequitur falsum & illud esse, quod putat, aqua vitæ aut aceto, dum ab iis vniuersa limaturæ substantia comminuitur, illud quod extraneum & excrementitium est, conteri & absumi, relicta parte nativa, & æruginem etiam, quæ relinquitur, facillè separari igne aut aqua feruentissima. Nam aquam vitæ seu Sp. vini quod attinet, ille non sufficit ad ferrum corroendum aut soluendum, nisi alia calcinatio vel solutio præcesserit. Acetum verò quidem hoc præstat, sed nihil separat, sed totam chalybis substantiam comminuit & soluit, imò sal aceti sese chalybi vnit, ut ita facillè separari non possit. Rubigo quoque non alterius naturæ est, sed ipsa chalybis substantia in hanc formam redacta. An verò in chalybe duæ partes sint, vna adstringens, altera liquans, fundens, & attenuans humores, aluumque mouens, de eo, mox dicetur. Cornelius Celsus certe, *loco allegato*, aqua fabrorum ferrariorum ad lienem coërcendum vititur, à qua nihil abiicitur, & in qua ferrum candens non vnum, sed varium, idque sæpissimè extinguitur. Iulius Cæsar Claudinus, *in append. lib. de ingr. ad infirm. sect. 2.* & ipse admittit, in chalybe esse vim adstringentem, ac præterea attenuantem & obstructions aperientem, imò aluum mouentem. Has autem diuersas qualitates & facultates pendere à diuersis partibus, quibus chalybs constat, aliis frigidis, aliis calidis; chalybem verò aluum soluere non trahendo, sed irritando statuit. Chymici Recentiores etiam non vnius opinionis sunt, sed alij duplicem crocum σ statuunt; vnum adstringentem, & alui atque alios fluxus sistentem, qui fiat per fortes calcinationes, & ignem reuerberij, qua vis sulphuris & mercurij separatur: alterum aperientem, qui sit baculis ferri vel chalybis ignitis sulphuri admotis, aut aquarum acutarum vel sp. vitrioli vel sulphuri aspersione & illitione. Libanius verò hic distinguere non videtur, *sed comment. alchym. part. 2. lib. 1. cap. 10.* crocum martis reuerberatione factum non solum ad hæmorrhagias, sed & lienis morbos vtilem esse docet. Ita & Crolius croci martis essentiam, quam describit, tam sistendis fluxibus, quam epatis & lienis obstructionibus aperientis vtilem esse tradit. Idem à Chymicis aliis plerisque docetur. Ex hac ergo difficultate & controuersia, ut ex iis, quæ hætenus dicta sunt, patet,

A nondum satis explicata, ut nos expediamus, & nostram etiam sententiam tandem subiungamus. Primum hoc omnino præsupponendum, quod non solum tot Medicorum scripta docent, sed & ipsa experientia approbat, ferrum & chalybem atque ex iis parata medicamenta vim habere sanguinis & alios fluxus sistendi; præterea obstructions epatis, lienis & venarum hæmorrhæarum aperienti, imò aluum turbandi, & nonnunquam etiam vomitum ciendi. Secundò sciendum: notas illas qualitates, adstringendi, liquandi, fundendi, attenuandique vim, imo aluum turbandi & vomitum ciendi non prouenire à ferro & chalybe integro, sed resoluto. Ferrum enim & chalybs, ut & alia metalla, tam compactæ & solidæ naturæ sunt, ut integra nullo modo notis qualitatibus aliquid in corpus nostrum agere possint: Resoluta verò id præstant, quod præstant, ut mox dicetur. Estque hoc verum non solum de ferro, sed & aliis metallis, imò de ipso auro. Fulminans etiam aurum dictum aluum mouet, quod integrum non facit. Tertio, An tamen occulto modo aliquid etiam integrum, præcipuè ignitum, agere possit, Chymicis considerandum relinquo. Cum enim omnia metalla suam soliditatem & compactionem ab interno principio, spiritūque quodam coagulante obtineant: non planè absurdum videtur, etiam integra, præcipuè si incandescent, occulto modo & per spiritum quandam coagulandi vi præditum, alia liquida compingere & coagulare, & proinde etiam fluida sistere posse. Documenta huius rei Chymicis non pauca nota sunt. Si plumbum liquefiat, & in liquefactum fouea aliqua imprimatur, & mercurius viuis in eam fundatur, mox ille fluiditatem amittit, & instar plumbi coagulatur. Talem ergo figendi, & humores fluidos sistendi vim à ferro ignito, vino, aquæ, lacti, in quibus extinguitur, communicari posse, ut credam, id persuadere videtur, quod non solum chalybs, sed & silices igniti, imò aurum eundem in finem vsurpetur: Cum tamen certum sit, auri substantiæ ignitione nihil decedere. Neque est, ut aliquis dicat, ignitionem hanc, & in lacte extinctionem eo fine institui, ut ferrosa pars absumatur. Nam si hic saltem finis esset huius extinctionionis, posset idem coctione fieri: Et quid in aqua absumet aurum ignitum? Verum hæc de re cuique suum iudicium liberum esto. Quarto præparationem & resolutionem chalybis quod attinet, Etsi ferrum & chalybem resoluendi plures modi sint, scilicet per solum ignem & reuerberationem, per aquarum fortium, spir. vitrioli, sulphuris, aceti affusionem vel aspersiōem, sulphuris affricationem, quæ ignito adhibetur: tamen omnium harum solutionum fundamentum in mutatione in vitriolum aut vitriolatam naturam consistere videtur. Vt enim Chymici quidam docent, vitriolum est proxima metallorum materia, & in eam tanquam proximam naturæ metallicæ omnia metalla recurrere possunt, ut in cupro & ferro est notissimum: de quo iam non disputo. Hoc certum est, saltem quandam vitriolatam omnibus metallis inesse, & ut ex omnibus metallis crystalli, seu quoddam vitrioli genus: ita etiam ex omni ferro & chalybe quocumque modo calcinato vitriolum martis dictū iterum fieri potest. A quo crocus martis non multum differt. Ergo siue substantia, quæ à chalybe ignito liquori communiscatur, siue scoria ferri, siue ferrugo, siue crocus martis, siue chalybs præparatus sumatur, omnis horum vis à vitriolo pendet, omniaque hæc vitriolata esse vel gustus docet. Verum eum vitriolum qualitates diuersas habeat, secundum diuersas partes, quibus constat, astringit, calorem & efferuescentiam humorum restringit, calcfacit, desecat, vlcera claudit, vomitum excitat, vomitum sistit. Seu, ut

Vitrioli
facultates.

Galenus, 9. de simpl. med. facultat. hac de re scribit, *At irari subis de hoc medicamento, quo pacto vehementissima adstrictioni admixta est caliditas non infrenua. Constat ergo, quod maximè condire & seruare carnes humidas potest, nimirum caliditatem humiditate absumens, atque adstrictione substantiam contrahens & constipans. Hoc enim opere non nihil etiam humiditatis ipsius exprimit. Constringit verò, desiccatur, atque contrahit in se substantiam carnis.* Resoluitur enim vitriolum in phlegma, spiritum & oleum rubicundum, colcothar, salem, tetram, quæ ut singula peculiarem qualitates obtinent, ita & inuicem variè mista.

Quintò & hoc monendum, chalybem & ferrum & medicamenta ex iis parata, ut & vitriolum, equidem multis morbis, etiam hausta, vtilia esse: tamen quia omnia metalla naturam corpori nostro aduersam obtinent, omnino dosin certam in iis exhibendis diligenter obseruandam, quæ si transcendatur, id quod medicamentum loco esse poterat; venenum euadit. Ita, ut antea diximus, ferrum & scoriâ ferri (maiori scilicet copia sumpta) inter venena refert Auicennas, & Cæsalpinus, lib. 3. de metall. cap. 13. ferruginem, quam iusto pondere inter medicamenta admittit, in nimia quantitate vomitum prouocare, & ad necem ducere scribit. Aduersa tamen illa nostro corpori vis nunc magis, nunc minus sese exferit, pro vario præparandi modo. Dum enim ferrum à natura sua adhuc parum recessit, minus stimulat; magis vero, ubi iam ad ferruginis & vitrioli naturam tendit. Ita scoriâ ferri tutius medicamentum est, quam rubigo ferri, quod etiam Cæsalpinus monet, lib. 3. cap.

19. Ex quibus omnibus tandem conclusionem huius quæstionis hanc colligimus. Aquam, lac & vinum chalybeatum non planè reicienda esse; cum seu spiritus aliquis coagulans & humores fluidos sistens, seu scoriâ quædam adstringens liquori communicetur. Extinctionem tamen hanc cum Platero moderatam esse volumus, neque nimis sæpè fieri; cum certum sit, si multum de ferri substantia assumatur, aluum turbari, imò si copiosius sumatur, vomitum quoque citari. Et omnino parcius chalybs in dysenteria exhibendus est, quam in cachexia vel viscerum obstructione; cum adstrictione solum aliqua, non aliis chalybis effectibus hic opus sit. Neque distinctio inter chalybem recentem & sæpius ignitum locum habet aut partes ferri, quæ in prima ignitione liquori communicantur, saltem vim aluum mouendi habent, sed quia chalybs homogeneæ naturæ est omnes eius partes eandem vim habent, & quò plus de eius substantia liquori communicatur, eò magis aluum vel vomitum mouet. Neque etiam aquam primam abicere opus est: nisi forsitan chalybs non purus sit, sed quandam rubiginem extra contraxerit. Hæc enim cum aqua in extinctione communicetur, eam abicere non incommodum est. Monendum & hoc puto, liquores illos chalybeatos recenter paratos vsurpandos esse, præcipuè si chalybs ignitus sæpius in iis extinctus sit. Chalybis enim substantia principio & statim ab extinctione saltem scoriarum naturam retinet; si verò diutius in liquore illo maneat, in rubiginem quasi mutatur, & tùm vim potius aluum turbandi, vomitumque ciendi ac humores fundendi, quam sistendi habet. Cuius rei indicium præbent vina chalybeata, quæ ad obstructiones epatis & lienis exhibentur, & si copiosius sumantur, & aluum & vomitum mouent. Non enim statim postquam chalybs in vinum iniectus est, exhibentur, sed in Sole vel loco calido aliquot diebus agitantur, ut chalybs melius resoluatur.

Si autem quærat de croco martis & chalybe præparato in dysenteria exhibendo, cum martis crocum vsurpandum potius censeo, qui solius ignis & reuer-

berationis beneficio paratus est. Is enim nondum adeo vitriolatam naturam adeptus est, sed ut eam acquirat, aliâ adhuc resolutione opus habet, ideoque adstringendi potius, quam alia vi pollet. Reliquæ præparaciones chalybis omnes, siue sint chalybis præparati in vino vel alio liquore infusiones, siue per aqu. fortem, spir. vitrioli, sulphuris, acetum destillatum, solutiones, omnes iam vitriolatam naturam magis sapiunt, & croci hoc modo præparati aliquid deliquore solvente participant, facilemque aceti & aquarum fortium sibi vniuerunt; & proinde etsi quandam adstrictionem habeant, & propterea in cachecticis viscerum laxorum tonum roborent: tamen quia vis aperiendi, humores fundendi & liquandi, ac si copiosius sumantur, aluum turbandi & vomitum ciendi in iis prævalent, in dysenteria locum non habent, sed potius in viscerum obstructionibus, & cachexia. Cum enim præparacionibus istis partes omnes in quas aliâs vitriolum resolui potest, separatæ non sint, sed instar vitrioli à terra crassiore separati & parum calcinati sese habeant, & propterea in iis adhuc spir. vitrioli cum sale mistus sit, non mirum est, si & aperiatur, interdum etiam vomitum ac aluum moueant; cum salis vitrioli maximè proprium sit vomitum mouere. Etsi omnino crocum martis hoc modo præparatum exhibere libeat, dosis omninò sit minor, ne acrimoniâ, quam obtinet, intestina vellecet, aut vomitum cieat, ac aluum turbet, quod Empirico illi apud Forestum, lib. 4. obseru. 4. in scholio, accidit. Quæ verò de chalybe, qui a pertionis viscerum gratiâ exhibetur, dici possent, hæc, cum huius loci non sint, prætermittimus & in alium locum commodiorem reiciimus. Tandem vnum hoc circa vsus medicamentorum chalybeatorum monendum censeo, accidere plerumque & post vsus medicamentorum talium, sicut & post potum acidularum & theriacarum vitriolarum accidere solet, ut nigra per aluum deiciantur; quæ vulgus, imò & sæpe Medici incautiores pro humore melancholico & atro, quam talia medicamenta educant, habeant: cum tamen sæpe color ille saltem sit à vitriolo, & vulgo etiam notum sit, ex ferri rubigine atramenta & tincturas nigras fieri.

CAPVT VIII.

De Fluxu alui sanguineo & hepatico.

Quandoque sanguis per aluum, etiam sine intestinorum exulceratione, & plerumque nullo cum dolore excernitur, cui sanguinis fluxui à veteribus dysenteriz nomen quoque attribuitur; ut capite præcedente dictum, ubi cruentarum alui deiectionum quatuor differentias explicauimus. Illis tamen addi posse videntur & aliæ sanguinis excretiones, ut quando ruptâ aliquâ in epate venâ sanguis & per aluum & vomitum excernitur: item sanguinis per hæmorrhoides euacuatio.

Causæ.

Emititur autem sanguis per intestina, quia vel expellitur siue à toto, siue ab epate per mesaraicas obcopiâ aut acrimoniâ, vel exit apertâ seu ruptâ venâ; vel non retinetur iusto tempore in epate ob imbecillam eius facultatem. Modus, quo vasa aperiuntur est, à rupturis, nonnumquam & ruptura. Quidam & per hæmorrhoides in epatis imbecillitate fieri volunt, ubi sanguis serofus ob tenuitatem in epate egreditur per rarefactas vasorum tunicas, aut certe reseratis exilium vasorum osculis. Fluxus sanguinis, qui ab epatis imbecillitate prouenit, propriè & in specie Hepaticus dici solet: reliqui in genere fluxus san-

Chalybs
a dysente-
ris conue-
nit.

Fæces alui
nigra.

Fluxus alui
sanguineus.

Causæ.

loci mar-
tina dysen-
teriz vsus.

guinolenti dicuntur. Qui fluxus cum causis & curatione differant, seorsim tractandi.

De Fluxu sanguinis à copia eius.

Fluxus sanguinis à copia eius.

Primo quidem quandoque sanguis profluit rupta aut aperta aliqua vena in epate, atque tum non solum per aluum, sed & per vomitum sanguis effunditur. Et cognoscitur hæc causa ex relatione ægri, qui an percussus vel lapsus fuerit, aut aliud aliquid graue onus eleuauerit, vel simile quid passus fuerit, referet. Verum pauci ab hoc profluvio sanguinis euadunt, partim ob copiosum sanguinis fluxum, partim quia ex concreto sanguine in ventriculo in hypochondrium incidunt, partim in hydropem. Si quæ tamen salutis spes sit, ea cura adhibenda, quæ supra in sputo sanguinis proposita est. Deinde sanguinis per aluum fluxui occasionem præbet. Primo Intemperies epatis nativa calida. Hæc enim cum naturalis sit, alimentum attractum totum ferè in sanguinem vertit, cuius copiam cum natura absorbere non possit, superflua sæpe per hæmorrhagiam narium euacuat, quandoque ad intestina effundit. Secundò defectus alicuius membri. Cum enim ea pars sanguinis, quæ membro deficienti alimentum præbere debeat, abundet, natura eam ad intestina ablegat. Tertio consuetæ alicuius euacuationis suppressio, ut si menses, hæmorrhoides, hæmorrhagia narium consuetæ substituerit.

Signa Diagnostica.

Signa.

Si sanguis à toto prodeat, & sola quantitate peccet, repente illo & copiose per intervalla mediocriter egreditur, & profusus illico concreuit, exitque sine notabili in ventre & intestinis molestia, & sine vitium aliqua deiectione, & ferè etiam sine coloris in facie mutatione; & præcesserunt causæ, de quibus antea diximus. Ideoque ægrotus interrogandus, an euacuatio aliqua consuetæ suppressa sit, an membrum aliquod amissum sit; quorum si nihil acciderit in Epate causa hæret.

Prognostica.

Prognostica.

1. Si sanguis sola copia peccet, minus periculosus est eius fluxus, quam si simul qualitate, tenuitate scilicet atque acrimonia, quia talis longius à naturali statu recedit.

2. Difficilius toleratur, cæteris paribus, fluxus sanguinis, si materia in vias intestinorum superiorum prodeat: quia digniora illa & distributioni chyli destinata sunt, doloresque ibi vehementiores existunt ob consensum cum partibus principibus.

Curatio.

Curatio.

Si ex sanguinis copia, aut suppressa euacuatione fluxus eius accidat, non sistendus est adstringentibus & iis, quæ sanguinem condensant, ne suppressus aliò tendat, & grauiorem aliquem affectum excitet: sed videtur parcius imperandus, & frictionibus, cucurbitulis; lauacris ad crura & brachia retrahendus & distrahendus, ut natura auara quasi facta sanguinem auidius postea retineat. Eodem modo curatur fluxus qui ex redundantia sanguinis ob membrum aliquod amputatum ortum habet. Neque enim ille fluxus sistendus, sed sanguis minuendus victu parciore, & fluxus præcauendus statis temporibus bis vel ter in anno, sanguine emisso, prout eius redundantia postulare videretur. Si verò solum ex epate nimiam sanguinis copiam generante proveniat, & æger bene toleret, non sistendus fluxus, sed sinendus; cum sæpe cum valetudinis commodo fiat, & ætatis progressu sponte quiescat. Si verò immodicus sit, venæ sectione euacuatio & deriuatio fiat. Interim epar paulatim temperate, & victum nonnihil minuire conuenit, ne nimia sanguinis copia generetur. Prodest & serum lactis chalybeatum, aut in quo semina mediana cocta sint. Succus item aut decoctum endiuizæ

vel plantaginis cum puluere rosar. rubrar. & corall. rubror. Clysteres quoque ex sero chalybeato cum adstringentibus cocto vtiliter iniici possunt. Si sanguinibilis, quæ cum acrem & ad fluxum promptiorem reddere solet, sit admixta, hæc prius leniter euacuetur, quæ simul adstringendi vim quandam obtinent. ut: ℞. Myrobalanor. citrinar. ℥. ij. rosar. rubr. ʒ. ʒ. sem. acetosa ℥. j. Coq. in aqua plantaginis. Dosis sint ʒ. iij. quibus habar. ʒ. ij. addi possunt. Postea adstrictio fiat cum trochiscis de spodio, terra sigill. syrupo de rosis siccis, &c.

Dieta.

Qui plethorici sanguinem deiciunt, iis consulit Galenus, 4. de articul. ut minus comedant, quam prius, & cibos quidem pauci alimenti, frequenter aluum ducant, quantum possunt exercentur, frictionibus vtantur: ante cibum sæpe, post nunquam lauentur. Si qui aquis vti possunt digerendi vim habentibus, id vel maximè faciant, abstineant à vino.

Dieta.

De Fluxu hepatico.

Fluxus hepaticus ab imbecillitate epatis sanguinem rectè generare non valentis originem habet. Ut autem virtus epatis, sicut & aliarum partium, non consistit tantum in temperie, sed in calido & humido innato, spirituque insito, qui est præcipuum instrumentum omnium facultatum: ita imbecillitas epatis non consistit tantum in temperie mutatione, sed in defectu calidi innati. Calidum autem innatum extinguitur vel à causa frigida, ut in temperie frigida vicinarum partium, puta mesenterii, intestinorum, ventriculi, aqua frigida pota, medicamentis frigidis; vel absorbitur & dissipatur à calore vehementi, seu in epate, seu in partibus vicinis excitato, ut in febribus ardentibus: vel absorbitur à causis siccantibus ex temperie scilicet sicca, fluxionibus & euacuationibus immodicis: vel suffocatur ab humida totius corporis constitutione. Platerus aliam adhuc causam ponit, caliditatem scilicet epatis & sanguinis mesaraici summam tenuitatem, quæ oscula venarum aperiat, de quo infra in *quæstione* dicitur. Ut autem causæ, quæ imbecillitatem epatis inducunt, eiusque naturalem constitutionem vitiant, non sunt eiusdem generis: ita ipse fluxus non semper est eiusmodi. Nam aliquando solum sanguis serosus crudus & semicoctus excernitur, qui legitimus est fluxus hepaticus. Fluxus enim hepaticus legitimus provenit ab imbecillitate epatis, ob quam sanguificatio non rectè perficitur, seu ab intemperie ipsam facultatem & calidum ac humidum nativum vitiantem: Spuria verò ab intemperie non lædente facultatem, sed corruptente eius opus, sanguinem scilicet: ita ut loco puri sanguinis impurus & corruptus proveniat; cum in legitimo fluxu sanguinis nunquam bonus & perfectus sanguis in epate generetur. Atque hic spurius hepaticus fluxus sit, dum sanguis acrimoniam & mordacitatem acquirit ob bilem flauam, aut atram permixtam, vel dum ex diuturna in epate, & locis vicinis mora crassus redditur, & adurit, sæpe etiam putrescit; vel dum epar limosum feculentum sanguinem generat lienis vitio, quod quod feculentum est, ad se non trahit. Atque ita quamuis epar varias dispositiones pati, & variè alterari possit; tamen sola temperamenti & qualitatum in epate mutatio fluxum hepaticum propriè dictum & legitimum non producit, sed saltem spurium. Cum verò sanguis non nisi crudus & imperfectus generatur, id non accidit, nisi vi sanguificatrice epatis læsa ob calidum & humidum epatis innatum immixtum: Atque hinc accidit, quod febres ardentes, immodicæ euacuationes, & aliæ causæ calidum, humidumque innatum epatis ab-

Virtus epatis in quo consistat, & quomodo debilitetur

Fluxus hepaticus legitimus.

Spurius.

mentes & dissoluentes, hydropem, & hunc hepaticum fluxum excitent, reliquæ alterationes non item.

Signa Diagnostica.

Fluxus hepaticus ab imbecillo epate, & præcipue legitimus, facillè cognoscitur. Id enim, quod exit, dilute rubet, vt lotura carnis animalis recens maectati, neque concrefcit & frequentius effluit, ob læsam simul epatis retertricem, sine aliqua mordicatione, nisi plus bilis simul efferatur. Distinguiturque hic fluxus à diarrhœa, quod in diarrhœa nulla adsit imbecillitas epatis; in fluxu verò hepatico signa epatis imbecillitatis manifesta adsint. Nam cum epar est frigidum, color totius corporis est pallidus, palpebræ sunt quasi inflatæ, pedes tument, excrementa sunt cruda & aquosa, abest sitis & cibi appetentia. Et cum incipiente tali fluxu notum habere vtile sit, à qua causa originem duxerit, facillè ex antecedentibus morbis id cognoscere licet.

Prognostica.

1. Omnis fluxus hepaticus malus. Ducit enim ad cachectiam, hydropem, tabem, & tandem mortem. Hippocrates & Galenus, 2. *Prognost. text. 17. & seqq.*

2. Incipiens, & in iuuenibus difficulter curatur: inueteratus & in senibus ferè nunquam.

3. Quibus hepaticis sputum cruentum siue subpallidum siue biliolum meracum, statim lethale. Hippocrates, 6. *Coac. text. 21.* Magnum enim affectum indicat, in quo neque epar per loca conuenientia expurgari potest, sed partes supra septum transfusum in consensum trahit.

Curatio.

In legitimo sanguinis hepatico fluxu ab euacuantibus abstinendum, sed epar roborare, & calidum innatum reficere oportet, vt aucta calidi innati substantia ad pristinam constitutionem epar reducat. In hunc vsum nec calefacientia, nec refrigerantia per se satisfaciunt, sed potius ea requiruntur, quæ epatis substantiam reficiunt, simulq; moderatè calefaciunt; vt & in atrophia & tabe, ita & in hoc affectu calidi innati substantiam potius augere, quam in qualitativis mutandis solum occupari conuenit. Atque ita cum ista sese habeant, tutissimum est, alimenta medicamentis, & medicamenta alimentis ita temperare & miscere, vt facillè in epatis substantiam vertantur, iecurque maiorem caloris naturalis copiam acquirat; quo aucto postea alimenta facilius concoquere possit. Ideoque inter cibos perpetuò vnus exhibendus, qui epatis substantiæ sit simillimus, isque condiendus medicamentis, quæ intemperiem epatis corrigere valent; qua in re etiam ad causas, quæ præcesserunt, respectum habere non inutile est. Commendatur ad hunc vsum epar & sanguis anseris, anatis, gallinarum, testudinum, pullorum testes, è quibus varia ciborum genera parari possunt, quæ aromatibus, cinamomo, caryophyllis, macere, croco & similibus condire vtile est. Imprimis commendatur epar lupi præparatum. Ludonicus Mercatus hanc aquam commendat, eamque omnibus cibis admiscere iubet.

℞. Epatis lupi recentis, aqua vita & sale abluat ℥. iv. sanguinis testudinum ℥. ij. pulu. santal. omnium ℥. j. schœnanth. ℥. j. eupatory viridis M. ij. rosarum P. j. pulu. cinamom. cassia lignea, nardi iuncti odorati, calami arom. croci, myrra an. ℥. ij. rasura eboris, cornu cerui an. ℥. ij. passular. Corinthiac. ℥. vj. theriaca magna, Misbridatiy, confectiois alchermes, dissolutor. in spiritu vini an. ℥. ℥. terebinthina abietis ℥. j. mellis, sacchari an. ℥. v. vini albi & rubri odorati, aqua eupatory an. lb. ij. Macerentur per triduum & postea destillentur. Atque ita in prima mensa semper aliquid cibi medicamentosi offerendum,

postea is, quem æger avidius appetit, modò non sit crassæ & prauæ substantiæ. Exhibeatur quoq; pulvis epatis lupi præparati cum conferua rosarum, cinamomo & passulis. Vel *℞. Pulpa passular. Corinthiacar. cum vino veteri & generoso extra. lb. ℥. coriic. citri conditor. ℥. ℥. specier. aromatici rosati ℥. j. diarrhodi abbatis, diatragacanthi an. ℥. ℥. diamargar. frigidi ℥. ij. puluer. corallior. ℥. j. ℥. epatis lupi præparati ℥. ij. santalorum omnium ℥. j. M. Vel fiat talis pulvis. ℞. Epatis lupi præparati ℥. ij. spec. diarrhod. abbat. sine camphora aromatici rosati an. ℥. ℥. rhabarbari ℥. j. corticem thuris ℥. ℥. spodij, spica an. ℥. ℥. F. Puluis. Possunt etiam hinc aquæ, aut potius decocta epatis vitulini, cum herbis epaticis, additis quibusdam moderatè adstringentibus, vsurpari. Si epar serosa humiditate abundare videatur, vtile fuerit rhabarbarum aqua rosarum & cinamomo præparatum in substantia sumere vel solum vel cum conferua rosarum. Extra quoque epati roborantia adhibeantur.*

Dieta.

Victus ad calidum vergat, cibique sint *ἰσχυροὶ & ἰσπανοί*, passulæ imprimis vtilis sunt; quoniam epar confortant, & si vitiosum aliquid in eo contineatur, id in benignum commutant, teste Tralliano. Videatur etiam infra *part. 6. sect. 2. cap. 1. de Imbecillitate epatis.*

Q V Æ S T I O.

Quanam fluxus hepatici causa proxima sit?

Calidi innati defectum proximam fluxus sanguinei causam esse, supra dictum. Verùm à vulgata illa doctrina dissentire videtur Platerus, qui sanguificationis defectum ad fluxum hepaticum gignendum sufficere non putat, sed causam aliam adhuc in epate & illi annexis venis melsaraicis, eamque insolitam, addendam censet, statuitque, eam esse sanguinis melsaraici summam tenuitatem, seu ipsius ichorem, hoc est, tenuiorum partium copiam, osculorumque venarum amplitudinem & dilatationem, cuius causam esse statuit epatis caliditatem potius, quàm frigiditatem, à qua, accedente insuper sanguinis constitutione tali, venarumque *ἀνασπασίσι* eueniat, vt serum rursus per hanc viam exiguis guttis sanguinis tinctum in intestina relabatur, nuncque fluxum serosum & cruentum efficiat. Verùm enim uerò si non de spurio, sed de legitimo fluxu hepatico loquitur Platerus, res ferè eodem redire videtur. De hoc enim ipso quæstio est, vnde illa tenuitas sanguinis melsaraici sit, quæ oscula venarum dilatat ac aperit. Atque hæc procul dubio à peculiari epatis vitiosa constitutione & calidi innati in eo defectu ortum habet, quæ pro sanguine bono, & suo modo crasso hunc serosum generat: sicut idem in hydropse euenit; imò & in aliis partibus euenire videtur, præcipue in nerui & nervosis partibus affectis, quæ dum sanguinem affluentem rectè mutare & sibi assimilare non possunt, is in serosam quandam naturam & ichorem quasi degenerat, quem vulgo *das Glimwasser* appellant. Atque ista constitutio non solum in qualitatum primarum mutatione, sed & in calidi innati diminutione consistit. Ideoque cum causam huius morbi statuit esse Platerus potius caliditatem, quam frigiditatem, id de incipiente potius, quam iam confirmato fluxu verum est. Est enim calor in febribus ardentibus malum hoc quandoque excitet: tamen id non fit, nisi per calorem illum calidum innatum dissipetur, & absumatur. Quo absumpto epar etiam refrigerari necesse est, idque tale euadere, ex facie & aliis epatis notis apparet.

CAPVT IX.

De Fecum alui per aliena loca excretionem.

Excrementorum alui reiectio per os.

Feces alui, quæ secundum naturam per intestinum rectum & anum euacuatur, quandoque præter naturam per alia loca excernuntur. In ileo ore ea reieci supra dictum, quod malum plerumque lethale est. Sed & hoc obseruatum, quosdam toto vitæ tempore excrementa alui per os reddidisse: id quod Romæ à quodam factum narrat Mercurialis, *lib. 2. de excrem. cap. 4.* & Schenckius, *ex obseruationibus D. Vvoßij*, refert, Constantiæ circa annum 1530. quendam fuisse, qui viginti annos excrementa sicca omnia euomit, aluo nihil reddens, interim mediocriter sanus & suo officio fungens vsque ad multam senectam. Et idem ex obseruat. D. Ioh. Posthij refert anno Domini 1579. Colonia puellam fuisse viginti annorum, quæ ferè tertio quoque die alui excrementa per os reieciere solebat, idque iam ultra triennium continuabat, clysteribus & aliis medicamentis frustra adhibitis. Decumbere autem illa perpetuò, quod crura habebat omnia contracta, interim satis bene colorata, ingeniosa admodum & facunda. Et Thomas à Vega, *comm. ad cap. 2. lib. 6. Gal. de loc. affect.* refert virginem quandam retentione excrementi in integram perpetuamque omnis excrementi & humidi & sicci retentionem incidisse, & exiguum alimentum sumuisse, per os crebro reieciisse, & vixisse epilepticam.

Causa huius grauissimi symptomatis fuit motus fibrarum intestinorum inuersus. Cum enim secundum naturam motus & contractio incipiat à parte superiore, & versus inferiora progrediatur, donec excrementum per aluum reiciatur: Si ex voluntaria fecum retentione vel alia de causa natura semel atque iterum frustra hunc motum tentet, inuerso ordine eum aggreditur, & ab ano inchoat, & versus ventriculum tendit, idque sæpe tanta vi, vt anum planè occludat & constringat, & quæ in eum intraduntur, vel infunduntur, versus superiora protrudat, vt supra etiam de Ileo dictum. Cui malo nisi maturè succurratur, medicamentis lenientibus & laxantibus, vt eodem loco dictum, malum plerumque incurabile manet. Per umbilicum post abscessum interpectinem & umbilicum ruptum puero cuidam Mediolanensi octo annorum feces alui egredias, puerumque tamen ab hoc malo liberatum fuisse, refert Cardanus, *lib. 18. de subtil.* Et Alex. Benedictus, *Prælix. lib. 20. cap. 34.* narrat, cuidam Veneto puero ex abscessu intestina perforata fuisse, vt per umbilicum magnam excrementorum partem singulis diebus emitteret; sanotamen similem per domum ambulasse, Per alia etiam loca perforatis intestinis & excitatis fistulis feces alui sæpe longo tempore excretas fuisse obseruatum, vt referunt Auicennas, Rhafes, in 13. continentis. Matth. de gradibus, de fluxu ventris, Fernelius, de part. morb. & sympt. lib. 6. cap. 4. Marcell. Donatus, de histor. medic. mirab. lib. 5. cap. 4. Fallopius, de cap. vulnerib. cap. 12. Pläterus, lib. 3. obseru. sub finem. Refert etiam Guil. Fabricius, *cent. 1. obseru. 51.* se vidisse adolescentem, duodecim annos natum, qui tumore musculorum rectorum abdominis laborabat. quo rupto excrementa per quatuor aut quinque hebdomades per eum locam, nil verò per aluum egressit. Quæ in eius cadauere inuenta sint, ibidem videntur. Quomodo autem hoc accedat, & quomodo fiat, vt feces in cavitatem abdominis non excidant, si causa queratur, vero consentaneum est id fieri, si Intestinorum vul-

Per alia loca diuersa.

Cur feces intestinis perforatis non in cavitatem abdominis excidant.

nera eo in loco incidant, vbi carne musculorum abdominis portiones existunt, & intestinorum, ac musculosa carnis labia mutuo conglutinantur, & ita via paratur, per quam feces extra corpus educi possint. Talia autem mala omnino incurabilia sunt. Refert etiam Schenckius ex obseru. D. Iohann. Hessi, quandam Salomen Sueuam, cum incidisset in colicam, & à mulierculis applicarentur multa calida, contraxisse abscessum in intestinis, quo rupto materia defluxit ad partem femoris superiorempedis dextri, per quatuor digitos à peritonæo infra, & ibi fecit saccum, quo aperto effluxit pura sanies, deinde per multos menses quoties egerebat feces, tenuiores per illum locum effluebant. Curata tamen fuit perfectè, corpore purgato, & exhibitis primo decoctis ad vulnera consolidanda vitibus per multos dies, & imposito emplastro ad rupturam, vt tamen in lecto iaceret, & tandem decocto ligni propinato. Refert etiam Guil. Fabricius, *cent. 1. obseru. 74.* iuuenem quandam per inguen excrementa alui egressisse. Cui enim ex alto in terram cecidisset, atque eo casu cuspidè gali abdominis musculos peritonæumque vulnere in cavitatem abdominis penetrante confodisset, intestina per vulnus exciderunt, quæ cum nec reponi commode nec retineri potuissent excrementa ab eo tempore nunquam per aluum, sed per intestinum hoc exoneravit iuuenis, atque variorum Medicorum, Chirurgorumque consilia & medicamenta frustra adhibuit. Vide *loc. allegat.* Per penem quoque cum vrina feces euacuatas fuisse refert Ferrandus Senior, *libell. de nephritide.* Scribit quoque Guil. Fabricius, *cent. 1. obseru. 75.* Honestam quandam matronam Geneuensem peperisse filium, qui clauso ano excrementa per ductum vrinarium simul & vrinam excernebat. Accersitum fuit Chirurgorum & Medicorum collegium, sed nullus in ea fuit opinione, vt de ani incisione quicquam tentaretur. Tandem cum excrementa indurescerent, nec per ductum illum angustum amplius permeare possent, inflatus est venter, exorta est febris, aliaque symptomata, ita vt decimo septimo ætatis die è vita discesserit. Aperto cadauere, inuentum est intestinum rectorum adnatum fundo vesicæ. Obseruatum etiam in multis discissione vesicæ exempto calculo, aut alio modo vlcere contracto, læso quoque intestino recto feces & vrinam per vlcus defluxisse, vt scribit Desid. Iacotius, *comm. ad aph. 15. lib. 2. sect. 3. Coaccar. Hippocratis.* Tandem etiam fœminis quibusdam per pudenda muliebria feces alui redditas fuisse obseruatum & annotatum à Beniuenio, *de abditis Janæ. causis cap. 36.* Dodonæo, in annot. ad cap. 11. Beniuenij. Amato Lusitano, *cent. 2. cur. 10.* Mercuriali, *lib. 3. de morb. pueror. cap. 9.* Marfil. Cognato, *lib. 1. cap. 1. Var. obseru.* Schenckio, *lib. 3. ex obseru. D. Ioh. Hessij.*

CAPVT X.

De rebus variis, alienis & monstruosis per aluum excretis, & ventris murmure.

Via ista per aluum eo fine à natura facta, vt superflua à cibo feces per eam euacuentur. Res alienæ per aluum excreta. Accidit tamen aliquando, vt præter naturam res aliæ etiam, etque non vitii generis, per eam excernantur.

Nigra deiectiones.

Accidit interdum, vt planè nigra deiciantur per aluum. De quo quidem Hippocrates, 4: aph. 21. Nigra deiectiones nigra sanguini atro similes spontè produnt, siue cum febre, siue sine febre, pessima sunt.

Petrus Salius Diuersus tamen monet medicos, ne **A** semper nigras deiectiones cum sepius omni periculo vacent, timeant. Sed rectissime addit: si vitæ excretiones contingant in morbis acutis, & materia educta non sit atra bilis, sed verè melancholicus humor, qui est ex sanguinis, quandoque eueniunt, omni carere discrimine, ad bonumque terminari, exoneratâ per has à graui materia naturâ ipsâ. Si enim splen præter naturam sese habeat, limosa hæc materia plurima accumulatur circa viscera, in venisque illis cõmuniibus, & si abundantior colligitur, etiam in mesenterio & circa pancreas, quæ totius corporis veluti altera sentina est, aggregatur, eam tandem cum grauis admodum naturæ fuerit, insurgente virtute expultrice, natura eius excretionem tentat, hincque deiectiones fiunt nigerrimæ, quibus aliquando & simul connectitur eiusdem superfluitatis vomitus, ita vt species Cholera videatur. Super enim & infra eandem materiam nigram excreunt ægri.

Sunt nimirum deiectiones nigræ triplices. Prima est ex sanguine, qui è venis excidens in grumos concrefcit, aterque fit, quam Hippocrates *μύκρον αίμα*, Galenus *μακρόν* appellat. Secunda est ex humore melancholico naturali, seu fece illa sanguinis, quæ circa lienem colligitur, & fusa liquataque manet nec in grumos concrefcit. Tertia est ex bile atra, quæ colore nigra est, splendens, atque acris. Primi generis deiectio non ita periculosa est, nisi forsân sanguis putrescat, atque veneni naturam induat, aut causa sit magna, vnde illa sanguinis collectio prouenit. Secunda equidem sæpe fit cum ægri commodo, vt dictum: lienistamen & vasorum splenicorum debilitatem arguit. Ideoque videndum, an talis euacuatio fiat per crisin, & à naturæ robore, an verò symptomaticè. Tertia pessima est, vt pote quæ accidit ab humore pessimo. Etsi verò ex secundi generis illa deiectione vires nonnihil languidiores reddantur: tamen materiâ euacuatâ æger in meliorem statum deducitur. Medici ergo officium tunc est, in ipso paroxysmo intestina saltem clysteribus abstergere & munire, ne à materia transeunte offendantur, Abstergentia etiam exhibere, & si vomitu simul materia reiciatur, cum lenioribus medicamentis faciliorem reddere; ab oxymelite verò & omnibus acidis, ac quæ acetum recipiunt, abstinere, simul verò vitare ventriculum roborantia & adstringentia, siue intus exhibita siue extra applicata, ne materia detineatur. Postea autem **A**lispicere, an alimentorum ratione, an verò lienis vitio hoc accidat. Si alimentorum vitio id fiat, meliores præbendi. Si vitio lienis id contingat, videndum, an ob eius imbecillitatem vel obstructionem id accidat, vitiumque id corrigendum, vt postea *delienis præter naturam affectibus* dicitur. Si quid etiam materiæ eiusmodi reliquum sit, id per interualla euacuandum. Etenim si materia tota non euacuatur, vel etiam causæ eam generantes non tollantur, recidua fieri solet, ægerque tandem vel in hÿ dropem vel malas ventriculi affectiones conuicitur, vel materia detenta acrimoniam acquirès, & in atram bilem degenerans naturam ad excretionem vehementer stimulare, ægrumque vnica enormi euacuatione de medio tollere solet, quod iis præcipuè accidit, qui vina generosiora & aromata multa in continuo vsu habent.

Pus.

Pus etiam interdum per aluum deieitur. Idque ex partibus vicinis, vt capso epatis, vel abscessu aliquo in mesenterio latente facile fieri potest. Hoc verò admiratione dignum est, quod etiam à partibus remotis, vt artubus, materia per aluum euacuatur, id quod Comiti Mansfeldiano tormento muali ad fini-

stri cubiti, articulum vulnerato accidisse refert Ambros. Paræus, *lib. 10. cap. 12.* Egro enim diarrhœa superuenit, qua purulentam & fœtidam sanieam à barchio & vulnere manantem reddebat. Idem aliis etiam duobus accidisse testatur, *lib. 16. cap. 49.* Neque hoc impossibile est. Si enim in febribus natura sponte sæpè, tum etiam medicamentis irritata in aliis membris vitiosos humores in vena caua passim latitantes à bonis humoribus separare, eosque per ventrem euacuare potest: Cur non etiam sanieam à magnis vulneribus in proximas venas sese insinuantem per aluum expellere possit?

Vermes.

Vermes quoque per aluum aliquando euacuatim notum est, de quo supra *sect. 1. cap. 5 de vermibus* dictum. Imò etiam lacertas per aluum excretas fuisse refert Gemma Cosmocratica *l. 1. c. 6.* Et Anguillam viuam cubiti longitudine, quam instar fetus nouem mensibus gestarat, puellam annorum 14. per sedem excreuisse idem *l. 2. c. 2.* narrat. Scarabæi genus omne comutum per aluum excretum fuisse ab anu pleurica, Gesnerus, *lib. 3. epistol.*

Lapides & Tophi.

Lapidum & tophorum varia genera per aluum excreta fuisse testantur Gentilis, *comm. ad Can. Auicenn. lib. 4. fen. 1. tra. de febre sextiana* Gordonijs, *part. 5. cap. 18. Pract. Matth. de gradibus, ad 9. Rhas. cap. de colica.* Sauianorola, *tr. 6. cap. 16. rubr. 17.* Guainer *cap. 1. tract. de calculosa passione.* Thom. à Vega, *comm. ad cap. 5. lib. 1. de loc. aff. Galeni.* Beniuen. *de abdit. sanar. causis cap. 14.* & alij plurimi, quorum obseruationes collegit Ioh. Schenckius, *lib. 3. obseru.* Retulit mihi etiam vir nobilis, se in acidulis Egranis aliquot calculos nigros excreuisse. Monstrauit mihi idem aliquot magnitudine pisii, colore terræ sigillatæ Strigensis, sed duriores, quos excreuerat. Globum tophaceum tunicâ inuolutum suberis substantia à scœmna quadam excretum fuisse testatur Scholiographus, *ad cap. 56. lib. 2. Hollerij de morb. internis.* D. Iacobus Oethæus refert filium suum tres menses natum, cum grauissimis & continuis doloribus vexaretur, post exhibitam tribus diebus continuis cassiam cum betonica syrupo mixtam excreuisse globulos plurimos, intus putrida & saniosa materia repletos, extra vero membrana quadam obductos.

Ossa.

Mirum tandem hoc est, quod è Christophori Rumbaumij Medici quondam Vratislaviensis obseruationibus refert Schenckius, *lib. 3. obseru. Anno 1577.* anum quandam Lipsiæ in ædibus D. Simonis Simonii cum latus a fluxisset, particulam costæ spuriz palmæ vnus longitudine satis acutam ab integra effractam per abdominis cavitatem in ad intestinum rectum delapsam, eo perforato, per aluum eieisse. intestino breui consolidato. Ossicula parua è pedibus galinarum, quæ aliquot annis in intestinis hæserant, per aluum reddita fuisse, refert Platerus, *in sine lib. 3. obseruat.* Cæci etiam concreti indurati que & diu in intestinis retenti magnam copiam quædam post diurnos cruciatus per aluum reddidisse supra ex Platero dictum.

Murmura & rugitus Ventris.

Tandem etiam inter symptomata intestinorum, & quidem quæ auditui occurrunt, sunt ventris murmura & rugitus. Qui sanè virginibus sunt frequentiores & molesti etiam; aliis tamen quoque accidunt & morborum quorundam ventriculi & intestinorum sunt symptomata. Habent enim ortum à flatibus in intestinorum cavitatae conclusis, & hinc inde discurrentibus, nec exitum inuenientibus, præcipuè verò circa sinistrum hypochondrium & in colo, vt &

Vermes per aluum excreti.
Lacerta.
Anguilla viua.
Scarabæi comuti.

Lapides & tophi per aluum excreti.

Ossa per aluum excreta.

Cæcus concretus & induratus.

Murmura ventris & rugitus.

Causæ.

circā umbilicū, quod eò loci intestina tenuia maxime conuoluantur. Occasionem etiā huic malo præbent virgines interdū, dum ventrem nimis atctē constringunt, vt graciles sint. Ita enim flatus in intestinis compressis retinentur. Ipsam hoc symptoma nihil per se periculi habet; nisi quod, præcipue in virginibus, turpitudinem quandam parit. Si quid verò periculi portendit, id est à caussis, à quibus flatus pendent, de quo supra dictum. Tolluntur autem ista taumura caussis à quibus pendent, ablati: cruditates scilicet amouenda, flatusque discutiendi, cum exhibitis tum extra applicatis medicamentis, de quibus *de imbecillitate ventriculi & colica ex flatu* dictum, quæ hic repetere opus non est.

Prognosticum.

Curatio.

DE SYMPTOMATIBVS ANI.

CAPVT XI.

De Ani Paralyfi, stupore & dolore.

ANUS musculo suo, qui sphincter ani appellatur, clauditur, necesse quouis tempore excidant, sed pro arbitrio hominis, vbi stimulum excretionis sentit, excernantur. Sensu etiam exquisito anus est præditus, vt stimulum excrementorum sentiat, ne ea iusto diutius retineantur. Interdum autem vtraque hæc actio leditur. Paterus equidem hoc negat, & licet in Apoplexia adsit omnium partium resolutio, vt & si in alia paralyfi partes inferiores omnes resolutæ sint, nihilominus necesse alui reiici, podicemque sponte retrahi posse patat. Verum memini aliquoties in Apoplecticis musculum hunc ita resolutum fuisse, vt anus planè hiarit; vnde etiam clysteres iniekti retineri non potuerunt. Verum accidit hoc saltem in Apoplexia grauissima, & Apoplexiæ plerumque lethalis indicium est. Interdum etiam sensum, quo præditus est, anus perdit, vt stimulum excrementorum non sentiat. Vtraque affectio ortum habet neruo sexti paris, à quo intestina neruos accipiunt, affecto, & quidem quod spiritus animalis in eum vel non influit, idque ideo, quia aut in cerebro aut neruo sexti paris est angustia, vt in apoplexia & paralyfi accidit; vel licet influat, non recipitur, idque aut ob intemperiem frigidam & humidam, aut etiam vim narcoticam; quod fieri potest, si quis in lapide frigido sedeat, aut opiatum medicamentum ano sit inditum. Curatur autem hæc paralyfis & stupor eodem modo, vt aliarum partium paralyfis & stupor.

Ani Paralyfis & Stupor.

Num in Apoplecticis ani sphincter resoluatur?

Causæ.

Curatio.

De ani Pruritu.

Vt anus sensum interdum amittit: ita contrà quandoque pruritu & dolore corripitur. Pruritus atque ani assidua mordicatio ab iisdem ferè caussis ortum habet, à quibus tenesmus. Primò nimirum ab humore salso, viscido & mordaci sphincteri inhaerente: deinde à fecibus acris sibi relictis & adherentibus: tertio à vermibus in intestino recto, ascaridibus puta: quarto ab vlcere in ano. Curatio pro caussarum diuersitate instituenda. Nam si cum tenesmo sit conuinctus pruritus, curatio eodem modo peragenda, vt mox de tenesmo dicetur. Si ab humore salso sit pruritus, eadem ferè curandi ratio est. humor nimirum salsus & acris euacuandus, podex abluendus vel fouendus decocto foliorum maluar, violariæ, salicis, florum verbasci, rosarum, vel aquâ plantaginis, cui parum aluminis sit admixtum, vel succo ebulli.

Eius curatio.

Si à sordibus & fecibus relictis, ea abluenda de-

cocto verbasci. Si à vermibus, curatio instituenda, vt de ascaridibus dictum, vermesque expellendi clysteribus & glandibus conuenientibus, vel gossypio terobinthina illito extrahendi. Si eb vlcere sit pruritus, curatio ad vlcus dirigenda, vlcusque mundum semper conseruandum. Vtile est tum hoc unguentum. ℞. *Tragacanth. sulphur. citr. litharg. an. ʒ. j.* Terantur & cum aceto atque oleo rosac. F. Linimentum.

De ani dolore.

Interdum etiam anus insigni dolore corripitur: id quod accidit præcipue in hæmorrhoidibus, inflammatione, erysipelate, aliisque tumoribus & vlcerebus. Causæ etiam externæ eundem dolorem excitare valent. Ita refert Plerus, *lib. 2. obseru.* Medicinæ quendam studiosum, cum chartâ, quâ capsi semina assueuerat, nates abstergeret, subito tantum ardorem & dolorem sentire cepisse, vt nullibi quiescere posset, & præ dolore ferè maneret. Idem alij cuidam, qui podicem charta, in quâ piper contentum erat, abstergeret, accidisse idem refert. Idem scribit, rusticum quendam talpam viuam in sacculo lineo caligis infuto inclusisse. Cum autem ille in mensa apud sodales moram traheret, talpam exitum quærentem pundo panem, quem tum in sacco gestabat, mox & sacco perterebat, & in clurum intestinum se ingerentem ad podicem vlque progressam pedibus anterioribus, quibus terram fodere solet, anum dilatasse, & in eum irepisse, magnumque dolorem ibi excitasse, quam cum adstantes extrahere niterentur, talpa contranitente, pedibusque & acutis vnguibus intestino infixis sese firmante, cruciatus summus excitatus est, vt ab opere desistere cogentur, donec tandem æger exagitatus dolore posteriora supra scammum sæpe & valide conueniendo talpam attonitam redderet, ita vt ulterius in podicem tota se non ingereret, sed viribus amissis extrahi posset. Periculosum malum ani dolor est, & quod vires valde deicit ægroque interdum mortem offert. Curatur autem rectissime, caussis, à quibus dolor pendet, sublatis, de quo suo loco. Et si à rei alicuius externæ acris contactu dolor excitetur, locus aqua tepida vellacte abluendus, vel æger balneo aquæ dulcis tepidæ insideat. Ad dolorem autem leniendum anodyna, & si opus sit, etiam narcotica, adhibenda, vt ℞. *Pingued. gallin. recor. buryri recent. an. ʒ. j. vitell. oui num. j. mucilag. sem. psyll. ʒ. iij. croci ʒ. ʒ. cera parum. F. Linim. Vel ℞. Mucilag. sem. psyll. ʒ. j. cremor. lact. ʒ. iij. emuls. sem. 4. frig. maior. ʒ. j. vitell. ouor. num. ij. Misce. Vel ℞. *Thuris, myrrha, croci, opij an. ʒ. j.* Puluerisata excipiantur mucilagine sem. psyllij & vitello oui ac pomata. Fiant suppositoria mollia. Si dolor valde vrget, etiam laudanum opiatum vel alia opiata exhiberi possunt.*

Ani dolor & eius causæ.

Prognosticum & Curatio.

CAPVT XII.

De Tenesmo.

Peculiaris verò doloris ani species est Tenesmus, qui dysenteria sæpe accidit, inò à Galeno, *3. de caus. sympt. cap. 2.* inter dysenteria species refertur. Dicitur à Græcis *τενεσμός* (quam vocem & Latini imitati tenesimum & tenasimum dixerunt) à tensione; cum in eo assidua & molesta tensio in podice percipiatur. Est enim tenesmus nihil aliud, quam assidua per aluum deiciendi cupiditas cum dolore, in qua vel nihil, vel pauca mucosa & cruenta deiciuntur.

Tenesmus.

Causa.

Causa.

Causa continens huius mali & proxima est, quicquid facultatem expultricem in intestini recti extremitate stimulare potest. Propria enim huius intestini actio est excreto, & præcipue in extremitate eius vis illa viget. Hinc pars affecta in hoc malo est podex, seu extremitas recti intestini. Hanc enim solâ, non verò quavis intestini recti parte affectâ hoc malum excitatur. Nam fissuræ ani non inferunt tenesimum, nisi insint huic parti, cui egerendi cupiditas naturaliter insita est. Quotiescunque igitur vis illa in hac parte stimuletur à quacunque causa, deiciendi desiderium, ac conatus excitatur, et si sæpe inanis. Sed ut hoc fiat, causâ illa intestino adherere & quasi affigi debet. Nam si facile præterlabatur, consuetam saltem egerendi cupiditatem excitat, non verò præternaturalem. Ac hinc accidit, ut licet bilis flava maximam stimulan- di vim habeat: quia tamen præterlabitur facile, & ob tenuitatem parti non adhæret, raro tenesimum excitet, & non nisi cum osculis vasorum ad intestinum hoc tendentium adhæret; id quod interdum ex nimio conatu excernendi accidit, referatis præter naturam osculis. In dysenteria quidem vel exulceratio eiusdem intestini, vel humor acris, mordax, & salis inferiori intestini, recti parti adhærensæque vellicans huius mali causa est. Præter has causas etiam expultricem stimulare valent calculi vesicæ, præcipue in collo vesicæ hærens, tumor partium vicinarum, ut vteri, quod grauidis sæpe accidit, hæmorrhoidum, vasorum seminalium; vermes, vlcus musculi vesicæ claudentis. Intemperies quoque frigida contracta ex sessione super lapide frigido, aut mora in aqua frigida. Nonnulli quidem cum tenesimum, qui citra exulcerationem sit, nothum tenesimum dicendum putant, verum sine causa. Nam etsi secundum causas, & mali gravitatem non exigua sit differentia: tamen quia tenesimi natura & ratio in assiduo & ferè inani deiciendi conatu consistit; quandoque causa aliqua adest, quæ hoc reiciendi desiderium excitat, tenesimus merito appellari potest.

Signa Diagnostica.

Signa.

Facile hoc malum cognoscitur. Assidua enim adest deiciendi cupiditas cum dolore, etsi sæpe nihil deiciatur, interdum verò pauca, mucosa & subcruenta. Prolabitur nonnunquam & intestinum rectum ex nimio excernendi conatu, & vrinæ difficultas ac stillicidium accidit, propter vicinitatem ac consensum harum partium. De quo Hippocrates, 5. aph. 58. Ad recti intestini & vteri inflammationem, purulentosque renes accidit stranguria. Causæ discernuntur ex iis, quæ excernuntur, & affectibus coniunctis. Etenim si à dysenteria causam habet, pituitosus & salis humor visus, & ex maiori conatu ac paucis excrementis colligitur, biliosus ex maiori mordicatione & pruritu: reliquæ causæ ex affectibus coniunctis cognoscuntur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Tenesimus facile tollitur, neque vnquam per se iugulat. Celsus, lib. 4. cap. 18. 2. Quia tamen non leuia symptomata & mala sæpe secum trahit, tum satis periculosus est. Nam, ut Hippocrates, 7. aph. 27. scribit, Si pragnanti tenesimus supervenerit, abortus causa est: siquidem contentione seu sollicitatione assidua ac molesta cum totum corpus, tum maxime vterus laborat, utpote recto intestino cognatus & affinis: vnde non mirum, si frequentius exurgendo desidendoque, & vehementius conitendo abortus fiat, ut Galenus, in comment. ait. 3. Quid causâ, à qua oritur, grauior, eò periculosior tenesimus, vnde qui ab atra bile excitatur te-

A nesimus omnino periculosus est, cum quasi cancer exulceratus sit. 4. Sæpe ex neglecto tenesimo vlcus relinquitur sordidum, idque in fistulam transit, quæ ægrè curatur.

Curatio.

Curatio.

Curandi ratio varia est pro causarum varietate. Si ab eadem cum dysenteria causa oritur tenesimus, & dysenteria succedit, eadem ferè curandi ratio est, quæ dysenteria, & propterea vniuersales euacuationes, prout opus, instituendæ. Postea parti affectæ succurrendum, humores stimulantés abstergendi; vlcus, si adsit, sanandum, pars roboranda, dolorque leniendus. Ideoque talis clyster paratur. ℞. Hordei, flor. verbasci an. M. j. rosar. rubrar. M. ℞. lumbricor. lotor. & incisar ℞. j. sem. psyllij, cydonior. fenugraci an. ℞. j. Coq. in lacte recentis. Colaturæ ℞. ℞. b. Adde olei rosacci ℞. ij. vitellos ouorum ij. F. Clyster, qui abstergit & dolorem lenit. Quantitas clysteris parua sit, cum saltem intestinum rectum abluere debeat: frequentius tamen iniiciatur. Fouentur & vicina partes circa os sacrum, & interfemineum decocto violar. althæe, verbasci, flor. chamamel. meliloti, sem. fenugrac. lini, anethi, & inungatur oleo rosaceo, chamæmelino, anethino, lumbricorum, vel communi, in quo sem. dauci, cumini, angelica cocta fuerint. Si dolor sit vehemens, & vigiliæ ægrum vexent, aliquid laudani opiatum cum syrupo de papauere exhibeatur. Dolore sedato, si vlcus restet in intestino recto, illud abluendum & consolidandum, ut: ℞. Hordei M. j. rad. consolida ℞. ij. plantaginis, sanicula, rosar. rubr. an. M. ℞. Coq. in aqua simpl. Colaturæ ℞. ℞. b. Adde mellis rosati ℞. ij. vitellos ouorum ij. F. Clyster. Abluto vlcere, semel acque iterum vel etiam ter de die talis clyster iniiciatur. ℞. Decocti modò parati ℞. v. boli Armeni, thuris, myrrha, sanguinis draconis an. ℞. b. Misce. Commodiora adhuc sunt suppositoria; cum ipsi loco affecto rectius & diutius adherere possint, sicutque ex seuo hircino cum puluere thuris, tutia & similibus. Et si vehemens dolor adsit ℞. ij. vel iij. opii vel laudani opiatum admisceri possunt. Vel paratur tale suffimigium: ℞. Mastichis ℞. i. thuris, styracis calamita an. ℞. b. flor. verbasci, rosar. rubrar. an. ℞. ii. F. Puluis pro suffimigio. Aut paratur suffimigium ex pice cum semine rutæ, anisi, feniculi, thure. Vel fiat tale Linimentum. ℞. Mucilaginis, sem. psyllij, cydonior. extract. cum decocto florum verbasci, & plantaginis an. ℞. i. seni hircini ℞. b. vitellam oui, boli Armeni ℞. b. thuris ℞. j. F. Linimentum. Si absque dysenteria tenesimus accidat, causa eius tollenda. Quapropter si absque dysenteria à lentis & salis humoribus intestino adhærentibus excitetur, abstergendi ij decocto hordei, malua, melle rosato. Si à biliosis humoribus, iidem abstergendi decocto hordei, lacte, iure carniū, addito saccharo rubro. Si à calculo, vel etiam à fecibus induratis, (quam causam etiam quidam ponunt) fiat tenesimus, primò clysteres emollientes infundendi, qui feces emolliant & vias laxent, postea acres, qui emollitas feces & calculos educant. Si à vermibus intestino recto adhærentibus, idque mordentibus accidat tenesimus; clysteres, qui vermes necent, ex foliis persici, absinthio, prassio, hyssopo, hiera simplici & similibus iniiciendi. Si à refrigeratione nimia intestini recti oriatur, calefaciendum id est mentha, semine lini, anethi in sacculum inclusis, coctis & ano appositis. Vel fomentetur anus decocto horum, vel vapor ex decocto talium ano excipiat, vel infusus ex decocto isto parentur: vel sedeat æger super tabula ex ligno cupressi, vel iuglandis calefacta & seuo hircino illita. Si à partium vicinarum

affectibus per consensum exciteretur tenesmus, iis A
 sublati & ipse tollitur.

CAPVT XIII.

De hæmorrhoidibus.

Hæmor-
rhoides.

TAndem hanc de intestinorum affectibus tra-
 ctationem claudant hæmorrhoides, earumque
 præter naturam affectiones. *Aspissis* equidem quan-
 doque pro omni sanguinis ex quacunque parte ef-
 fusione & fluxu accipitur, & dum Hippocrates, 2.
Prorrh. scribit, *ἡ αἱμορροΐδης ἵχθυος*, Celsus locum il-
 lum exprimens, sanguinem aliqua parte protum-
 pentem dixit, *lib. 2. cap. 8.* In specie tamen saltem
 de sanguine è venis ani & vteri effusione vsurpa-
 tur, vt ex eodem Celso, *lib. 6. cap. 18.* videre est.
 Imò vsus obtinuit, vt specialissimè pro eo sangui-
 nis fluxu, qui fit è venis ani accipiatur. Nec solum
 de sanguinis fluxu ex hinc venis, sed & de iis ipsis
 venis vocabulum hæmorrhoidiù vsurpatur. Patiuntur
 autem hæ venæ varios p. n. affectus. Aliquando n.
 intumescunt, aliquando quoque inflammantur, do-
 loremque patiuntur, aliquando verò sanguinem
 fundunt, qui fluxus hæmorrhoidum nominatur.
 Vnde hæmorrhoidum varæ sunt differentiæ. Pri-
 mò enim sunt hæmorrhoides duplices, aliæ inter-
 næ, quæ è ramo splenicò venæ portæ oriuntur, &
 per mesenterium circa colum & intestinum rectum
 extensæ terminantur in musculis ani & intestino
 interiore. Eaque est vnica, sociamque habet arte-
 riam à mesenterica infra ramos producentem. Ex-
 ternæ verò à ramo venæ caux epigastrico oriuntur,
 & in externas recti intestini partes, ani musculos
 scilicet disseminantur. Suntque duplices, vtrinque
 vna, & vtraque habet comitem arteriam ab hypo-
 gastrica deriuatam. Et hæmorrhoides à porta ortæ
 solum intestinum rectum nutriunt; quæ verò mus-
 culos nutriunt, à caua venæ oriuntur. Et quia par-
 tes, quæ hoc loco à caua nutriuntur, plures sunt,
 quatuor scilicet musculi, vnus sphincter, qui in or-
 bem intestinum rectum cingit, & alij duo intesti-
 num attollentes & quartus cutaneus anum adstrin-
 gens, hinc etiam, vt modò dictum, hæmorrhoides
 à caua deductæ duæ sunt, à porta verò vna tantum.
 Et propter hanc diuersam hæmorrhoidum origi-
 nem internæ quidem sanguinem & humores ex ve-
 na portæ & visceribus, ad quæ illæ pertingunt; ex-
 ternæ verò sanguinem in vena caua redundantem
 euacuant. Quia tamen eidem intestino recto in-
 feruntur, communionem quandam horum vasor-
 um esse, & osculis sibi mutuo occurrere, & ex
 hæmorrhoidibus internis humores vitiosos externis
 etiam communicari & per eas effundi, probabile
 videtur. De qua re pluribus infra, *de affect. hypoc.*
cap. 1. dicitur. Videatur etiam Hieronymus Fa-
 bricius ab Aquapendente, *de operat. chirurg. cap.*
de hæmorrhoidibus.

Hæmor-
rhoides
cæcæ & a-
pertæ.

Deinde quia sanguis ad hæmorrhoidas affluens
 modo per earum orificia effluit, modo in iis substi-
 stens eas in tumorem attollit, duplices inde hæ-
 morrhoides constituuntur, cæcæ & apertæ. Cæ-
 cæ (clausas vel dolentes rectius dici putat Plate-
 rus) illæ dicuntur, quæ tantum tument & nihil ex-
 cernunt; apertæ verò sunt, quæ suo tempore san-
 guinem effundunt. Et cæcæ quidem sæpè magno
 cum dolore intumescunt, dolorque cum excre-
 menta excernantur, exacerbatur, imò interdum à
 dolore & sanguine effluente, neque exitum inue-
 niente inflammatio excitatur. Galenus, *in lib. defi-
 nit. medicar.* quinque adhuc proponit differenti-
 as,

à magnitudine, numero, figura, loco & constitu-
 tione desumptas. A magnitudine, quod aliæ sunt
 magnæ, aliæ parvæ, aliæ mediocres: à figura, quam
 intumescentes acquirunt, & inde etiam varia no-
 mina sortiuntur, & à verrucis, acinis vuarum, mor-
 ris, ficibus, quæ repræsentant figura, dicuntur
 verrucales, vuæ, mora, *ουχιά* seu ficus, Latinis
 mariscæ, vnde Martialis; *Caduntur iunida Me-
 dico ridente marisca.* A loco, quod aliæ in ano sunt,
 aliæ in sphinctere, aliæ in intestino recto: A con-
 stitutione, quod aliæ mites sunt, aliæ malignæ, can-
 crodes, gangrenosæ. Hæmorrhoides autem qua-
 tenus tument, pertinent ad morbos magnitudinis
 præter naturam auctæ: Si verò sanguinem præter
 naturam fundunt, pertinent, vt Galenus, 3. *de sympt.*
caus. c. 6. scribit, ad symptomata in genere excreto-
 rum toto genere præter naturam. Neque enim om-
 nium hominum est, sanguinem ex his venis effun-
 dere, sed quorundam, atque aliis etiam regionibus,
 vt meridionalibus, magis sunt familiares, aliis mi-
 nus, vt septentrionalibus; quod illarum incolæ
 sanguinem calidiorem & magis adustum, harum
 frigidiorē habent. Et quibus hoc accidit, à causâ
 præter naturam accidit. Neque enim solum tum-
 p. naturales sunt, cum præter modum fluunt, sed
 etiam cum moderatè fluunt. Etenim quanquam, cū
 moderatè fluunt, vtilis sunt, & à multis morbis præ-
 ferunt: tamen humor, qui ad excretionem natu-
 ram stimulat, naturali modo se non habet, neque
 sanguis vnquam, nisi in scæminis, secundum natu-
 ram excernitur. Accidit autem fluxus hic præcipuè
 maribus, & quidem maximè in virili ætate consti-
 tutis: nonnunquam & scæminis. Et noui ipse nobi-
 lem scæminam, corporis constitutione sanguineam,
 affectioni tamen hypochondriacæ obnoxiam, quæ
 singulis menses ordinariè, & quidem die post men-
 struum fluxum decimoquarto hæmorrhoides patie-
 batur. Rarò vero ita ordinatè singulis mensibus
 fluunt hæmorrhoides, vt menstrua, sed quibusdam
 duorum vel trium mensium spatio, nonnullis sin-
 gulis annis semel vel bis, prout humorum naturam
 stimulantium maior vel minor copia est. Excitatur
 vero in hæmorrhoidibus cæcis dolor, non ob ipsam
 venam affectam, quæ sensu prædita non est, sed ob
 partes neruosas & membranosas exquisito sensu
 præditas, quibus intexta est, idque eò magis accidit,
 si inflammatio accedat. Tum enim sanguis vt ex-
 cernatur, in extremitatem venæ delatus, nec exitum
 inueniens extremitatem huius venæ, simulque
 partes, quibus inserta est, distendit. Accidit hoc
 etiam interdum iis, quibus hæmorrhoides nunquam
 fluxerunt, & primum fluere incipiunt, cum oscula
 venenam nondum satis pateant.

Causæ.

Causæ.

Causa proxima, quam insequitur hoc sympto-
 ma, est morbus compositionis, seu vasorum horum
 apertio & *ἀνοσμία*. Fit autem ista hæmorrhoidum
 apertio à sanguine vitioso & imprimis adusto, vt
 postea, *questione prima*, dicitur. A quibus autem
 causis humor melancholicus & ater atque adustus
 generetur, alibi dictum. Mouentur verò hæmor-
 rhoides ferè sponte & naturæ beneficio; & qui-
 dem aliæ statum tempus obseruant, & fluunt vel
 singulis mensibus, vel singulis anni quadrantibus,
 vel alia periodo, aliæ verò sine vlllo certo ordi-
 ne mouentur. Interdum verò mouentur à causâ
 aliqua externa, præcipuè fortium purgantium vsu,
 vt colocynthidis, scammonij, vt & aloës, quæ
 hæmorrhoides aperiendi vim habet, vt ipsa experi-
 entia id testatur, quod qui negant, inter quos
 est Leonhardus Fuchsius, *lib. 1. paradox. cap. 1.*

Quinque
hæmor-
rhoidum
differentiæ
sec. Galen.Hæmor-
rhoides ad
quam rerū
p. n. clas-
sem refe-
renda?Quibus re-
gionibus
fluxus hæ-
morrhoidi-
magis sit
familiaris.Cui sexui
potissimum
accidat fluxus hæmor-
rhoidum?
qua perio-
do fluxant
hæmor-
rhoides?
Curia hæ-
morrhoidi-
bus cæcis
dolor exci-
tetur?

experientiz scutico digni sunt, vt Iulius Cæsar Scalliger, *exerç.* 160. *sect.* 3. loquitur.

Signa Diagnostica.

Affectus ipse per se manifestus est, siue fluant hæmorrhoides, siue non fluant, & saltem intumescant, siue etiam doleant. Ita enim facillè agnoscitur, an hæmorrhoides sint internæ vel externæ. Externæ enim & tactui, & visui sunt obuiæ. Internæ verò non patent, nisi in ani expressione, vel si anus speculo ani aperiatur. Figura magnitudo & numerus visu quoquò deprehenditur. Quæ autem sanguinis, qui euacuatur, qualitas & dispositio sit, è signis humorum alibi propositis patet.

Prognostica.

1. Hæmorrhoides moderatè & conuenienti tempore fluentes à multis morbis hominem præseruant, & à præsentibus liberant. Vt docet Hippocrates, dum, 6. *aph.* 11. scribit, *Melancholicis & nephriticis hæmorrhoides superuenientes bonæ sunt, & ibid. aph.* 21. *Infantis si varices & hæmorrhoides superuenierint, morbi fit solutio, & 6. epid. com.* 3. t. 37. *Sanguinis venis laborantes, neque morbo laterali, neque pulmonario, neque phagedana, neque inflammatoriunculis, quæ dothiones vocantur, neque iis, quæ sermehi, fortasse verò neque lepra, fortasse neque aliis morbis corripuntur.* Et 6. *aphor.* 12. *Diuturnus curanti hæmorrhoides nisi vna aperta feruatur, periculum aque inter cutem vel tabis impendet.* Idè docet Galenus, 6. *epid. comm.* 5. *text.* 25. 3. *de naturalib. facultatib. cap.* 3. & 1. *ad Glaucon. cap.* 14.

Observatum quoque est, vt testatur Scholiographus, *ad cap.* 55. *lib.* 1. *Hollerij de morb. internis, grauidis quibusdam quatuor menses in vtero habentibus hæmorrhoides vtiliter fluxisse, iisque subsistentibus peius habuisse.* Habent & hoc commodi hæmorrhoides, docente id Hieronym. Fabricio ab Aquapendente, quod menses prouocant & facilliores ad fluxum reddunt, id quòd de operat. *chirurg. capite de hæmorrhoidib. exemplis probat, & ista ratione, quod in venis vteri sanguinem propter copiam & crassitiem infarctum & impactum quasi ad ora venarum sedis vi vacuitrahunt, aut potius deriuant, vt ita vteri venas ab infarcta liberent.*

2. Ex iisdem tamen patet, hæmorrhoides corporis constitutionem non planè perfectam arguere, sed talem, quæ vitiosos simul, præcipuè melancholicos & adustos humores, generat, quos ad corporis æconomiam in statu naturali conseruandam cum sanguine per hæmorrhoides natura euacuare solet. 3. Habent contra, hoc incommodi hæmorrhoides, quod si supprimantur vel immodicè fluant, ægrum in hydropem, phthisin, & alios morbos præcipitant, de quo Galenus, 3. *de naturalib. fac. cap.* 8. *Ex hæmorrhoidibus diuini suppressis vel immodicè profluentibus ad extremam frigiditatem denonientes ægri saepe in aquam interuentem incidunt: & 4. aph.* 25. scribit, euacuacioni per hæmorrhoides non esse naturam assuescendam, quoniam periculosus est excessus, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur. Acrius, *tetrab.* 4. *serm.* 2. c. 3. inquit, *Hæc affectio malorum plurimorum hominibus causa existit. Nam & deformatatè & miseram vitam hominibus inducunt; multos verò etiam vitam priuant. Et deformatatè quidem propter coloris totius vitiationem ex euacuacione succedentem; miseram verò vitam propter corporis debilitatem. Quandoque autem de vita periclitantur sic affecti, cum ob exceedentem euacuacionem perfrigeratum epar, aquam interuentem operatur.* Idem docet Paulus Ægineta, *lib.* 1. *cap.* 59. Quæ tamen omnia intelligenda sunt, si affluxus modum accedat. Et vt hæc omnia paucis complectamur, si aperiuntur hæmorrhoi-

Operum Sennerti Tom. III.

des, quando sanguis in corpore vitiosus, & forsitan etiam copiosus adest, viles sunt, & corpus sanum conseruant. Contrarium si fiat. contrarium etiam accidit. Similiter si, cum morbus adest vel imminet, aperiuntur, sanitatem promittunt. Si verumtum occludantur, morbum certo ingruere, vel præsentem auctum iri significant. 4. Diuturnas curanti hæmorrhoides, nisi vna quæpiam seruetur aperta, periculum aque inter cutem vel tabis imminet, 6. *aphor.* 11. Non tamen tantum hydropem & tabem, sed & alios morbos retentæ hæmorrhoides excitare possunt, atque interdum repente materia & atra bile ad caput mania excitatur, vt Alcippus, 4. *Epid.* accidit. Interdum etiam dysenteria inde oritur. Generatur autem hydrops ex suppressis hæmorrhoidibus, vitioso & feculento sanguine, hac via interclusa, ad epar ruente, eiusque calorem natium suffocante. Phthisis verò humore adusto, falso & acti ad pulmones conuerso, eiusque vasa erodente, vnde sputum sanguinis, & tandem phthisis oritur. Ita Amatus Lulitanus, *curat.* 3. *cent.* 5. narrat, virum quendam annos 45. singulis mensibus euacuacionem sanguinis per hæmorrhoides passum esse, quæ cum illi obstruerentur, sanguinem subflauum & rubrum & coaceruatim per os sine febre & tussi eiecisse, cui cum quatuor hirudines illico hæmorrhoidibus apponi iussisset, & syrupum ex endiuia, sumaria ac lupulo earundem herbarum, decocto dilutum exhibuisset, hinc purgans ex manna, rhabbaro & particula elect. diaphænic. propinasset, tandemque conseruam fumarie ieiuno superbibita aqua cichorij dedisset, conseruam fluxum hæmorrhoidum rediisse & bene valuisse. 5. In hæmorrhoidibus valde dolentibus nisi maturè succurratur, metuendum est, ne ratione magnæ attractionis & humorum confluxus inflammatio & apostema, vel vlcus, vel fistula, vel aliquod aliud graue malum excitetur. 6. Cæcæ hæmorrhoides internæ si versus virgam tendunt, periculosæ sunt, quia inflammata plerumque v. inæ viam constringunt, & stranguriam excitant. 7. Cæcæ hæmorrhoides, nisi maximè tumeant, & magnum dolorem inferant, potius naturæ committere, quam aperire præstat. 8. Insignes & maiores sanguinis effusiones sunt sub hæmorrhoidibus à vena caua ortis: quia maiores & plures sunt, & propterea etiam maiori cum periculo accidunt.

Indicationes.

Hæmorrhoides cæcæ, vt fluant, opera danda; quod si obtineri non possit, sanguis ad eas fluens aliò reuellendus & deriuandus, ac inflammatio prohibenda, & dolor mitigandus. Si verò fluant hæmorrhoides, & quidem moderatè, naturæ totum negotium committendum, & fluxus nullo modo impediendus; si verò parcius fluant, motus naturæ promouendus; si nimium fluant, aut fluxus diutius, quâ par est, durèt, aut sæpius redeat, fluxus sistendus.

Curatio.

Si ergo hæmorrhoides saltem tumeant, non verò sanguinem fundant, danda est opera, vt aperiiri possint, frictione facta foliis mercutialis, palietariæ, borraginis, ficus vel illitione succi betæ, cyclaminis, centauryi minoris & similibus, quibus, ne dolor excitetur, anodyna addi possunt, quæ Galenus, 6. *de comp. med. ses. loc. cap.* 7. describit. Si verò magnus adsit humorum affluxus & dolor vehemens, & inflammatio metuenda sit, humores in contraria reuellendi; quod commodissimè fit sectione in brachio, quæ nisi suffecerit, venam in poplite vel malleolo secare licet. Quibus euacuacionibus nisi dolor & tumor minuatur, hirudines applicari possunt, vt sanguini exitus detur. Ante vero euac-

O ij

Signa.

Prognostica.

B

C

D

E

Indicationes.

Curatio.

Quo loco
hirudines
applicandi?

cuarionem hirudines applicandæ non sunt, ne maior humorum affluxus concitetur. Verum de hirudinum ad hæmorrhoides applicatione dicitur infra, *quæst.* 3. Locum autem applicandi hirudines cum ad dolorem eorum leniendum, tum ad varios morbos præcauendos & curandos quod attinet, prout euacuare superfluos humores à vena caua aut porta volumus, etiam in ano locus eligendus est, aut extra & ad latera, aut intus & retro. Idcirco Hieronymus Fabricius ad Aquap. in lienis, vitiis tum intrinsecus tum posterius coccygem versus, tum nonnihil ad sinistram affigere iubet. In obstructionibus autem cum in sima, tum in gibba epatis parte, cum interius, tum posterius, tum ad latera, atque vndique ad podicem applicat. In renum verò affectionibus, nec non pleuritide, peripneumonia, vt & in externis affectionibus exterius magis, tum verò & ad podicis latera hirudines applicat. In febrilibus cum exterius, tum interius, atque vnde affigit. In mania cum exterius, tum interius, si adusti humores in toto redundant, in melancholia similiter. In phrenitide exterius magis & ad latera, vt eius verbis vtar. Modum applicandi quod attinet, triplex modus est euntis sanguinis ab ano ex hirudinibus repletis, vbi turgidæ factæ vel ex se deciderunt, vel salismomento admoto decidere coactæ sunt. Primus est, vt delapsis hirudinibus sinamus sanguinem fluere, donec sponte sistatur: secundus modus est, vt æger supra balneum aquæ calidæ desideat, cuius vapore sanguis mouetur, vasculo aquæ innatante, quod sanguinem effluentem excipiat: tertius est, vt si æger non possit surgere, corniculo instar cucurbitæ sanguis extrahatur.

Modus applicandi
hirudines.

Aluus quoque laxa & mollis seruanda, ne feces duræ in transitu dolorem augeant, id quod fiet exhibitis in iusculo oleribus emollientibus, cassia item & manna.

Ad dolorem verò leniendum, simulque calorem, qui plerumque adest, temperandum, inflammationem prohibendam, refrigerantia & anodyna medicamenta applicanda, quæ vel saltem illinuntur, vel cum bombace aut linteo imponuntur, vel etiam, si ferre possit æger, ano per fistulam infunduntur. Fiunt verò ex lacte, pane, oleo rutaceo & vitello oui, vel ex recenti butyro, croco & oui albumine, vel vnguentum rosaceum, refrigerans Galeni & populeum inungendum, vel oleum commune aut amygdalarum dulcium, in quo momordicæ poma, aut herbæ Paradis baccæ coctæ sint. Vel *℞. Mucilag. sem. psyllij aqu. ros. extract. ℥. ℞. ol. rosac. violac. an. ℥. ℞. Misce.* Vel *℞. Butyri recentis ol. rosac. ℥. j. cernissalota ℥. ℞.* Diu in mortario plumbeo agitentur. F. Linimentum. Si dolor sit vehemens, vlturpetur oleum expressum è semine cucurbitæ, papaueris, aut hyoscyami. Vel tale adhibeatur vnguentum. *℞. Fol. malus, lactuca, violaria, flor. verbasci an. M. j. fol. mandragora flor. chamomilla an. M. sem. sem. lini ℥. sem.* Fiat decoctum pro fomento. Post fomentationem tale vnguentum adhibeatur. *℞. ol. papau. ℥. i. rosac. ℥. sem. succi solani ℥. ii.* Misceantur in plumbeo mortario. Vel apponatur hoc cataplasma. *℞. Fol. malua, violaria, an. M. j. solani flor. verbasci an. M. sem. Coqu. in lactis l. q. Contundantur minutim, & addatur farina tritici, hordei an. ℥. ii. vitellum oui j. olei rosac. q. s. Fiat Cataplasma.* Folia etiam portulacæ, solani & hyoscyami recentia contusa & parum sub cineribus cocta, vel in patella cum oleo frixa, & in cataplasmatibus formam redacta dolorem leniunt. Si dolor valde vrgeat, opium addi potest. Vt *℞. Vnguenti populei ℥. sem. olei papau. ℥. i. opij ℥. i. croci ℥. sem. Misce.* Cum uno

A *integro.* Si verò nunquam fluere consuetæ sint hæmorrhoides, nec spes sit eas fluxuras, danda opera, vt exiccantur, ne iterum intumescant, adhibitis digerentibus & siccantibus, citra morsum tamen, quibus & dolore lenientia semper admittenda sunt. Medicamenta autem in hanc rem vtilia parantur ex *acacia, bolo Armeno, ligno guajaco, sulphure, alumine, item è verbasco, scrophularia, plantagine, millefolio, hyperico, scabiosa, cynoglossa, porri foliis,* è quibus fucus & infusus fieri possunt, vel etiam vapor coctarum herbarum ano excipi. Vtile est & vnguentum è scrophularia paratum, quod & à Matthiolo commendatur, & ab aliis etiam ob signaturam radicum laudatur. Vel *℞. Radic. lilior. alb. scrophular. an. ℥. i. flor. verbasco M. j. chamameli M. sem. hyperici P. j. dactylor. num. vj. Coq. in aqua ad mollitiem & contundantur.* Adde *farina sem. lini, fanugraci an. ℥. i. myrrha, thuris an. ℥. ij. croci ℥. i. vitell. ouorum num. iv. butyris. sale ℥. ij. F. Cataplasma.* Vel bulbi caparum aut porri sub cineribus coquantur, vt acrimoniam amittant, & cum oleo rosaceo fiat cataplasma, quod fortius erit, si radices dracunculi & ari similiter coctæ addantur. Vel *℞. Mastich. thuris, myrrha, an. ℥. ij. bdellij hypocyssidis an. ℥. i. croci ℥. i. mucilag. sem. lini, gummi tragacanth. an. ℥. sem. vitellum oui num. i. olei rosacei verbasco. an. q. s. F. Vnguentum.* Possunt eidem lithargyrum, tutia, cerussa addi. Fumus etiam è lolio, verbasco, scrophularia, quibus sulphur addi potest, super carbones vel ferrum candens proiectis, ano exceptus hæmorrhoides sanat & absumit. Ore quoque sumenda quædam exhibentur ad hæmorrhoides tumentes absumentas. Dioscorides decoctum ononidis probat. Verbasco etiam puluis cum lacte vel alio liquore conueniente exhibitus, ad hæmorrhoides tumentes absumentas vtilis est. Ex eo cum æquali portione farinæ tritici, atque vitello oui & butyro placenta fieri potest, cuius portio singulis diebus exhibeatur, vel succus verbasco propinetur, vel ex eo cum saccharo fiat syrupus, vel cum puluere glycyrrhizæ Electuarium. Bdellium quoque cum succo verbasco emollitum & in pulueris formam redactum ℥. j. pondere exhiberi potest. Apertæ vero hæmorrhoides si minus, quàm par est, sanguinis fundant, & quidem cum dolore, motus naturæ iuuandus, quod sit fomentis & suffumigiis paratis è foliis malux, altixæ, chamameli, meliloti, semine lini, fanugraci. Aloë etiam sumta hæmorrhoides promouet, vt & vinum generosius haustum. Si verò nimium fluant apertæ hæmorrhoides, aut fluxus diutius duret, aut frequentius redeat, fluxus is suppressendus & sistendus. Si ergò magna adsit sanguinis copia, vena in cubito apertienda. Et licet hæmorrhoides internæ cum venis, quæ in cutem desinunt, per se nullam communionem habeant: tamen vena caua sanguine aliquo modo euacuata ex epate, & epate è mesaraicis sanguinem rapit, atque hoc pacto ab hæmorrhoidibus fit reuulsio. Si verò vires venæ sectionem non ferant, cucurbitulæ scapulis, lumbis & hypochondriis affigendæ, ac partes superiores fricandæ, & vinculis fortiter constringendæ. Sanguinis verò acrimonia & tenuitas medicamentis refrigerantibus & incrassantibus corrigenda, vt syrupo portulacæ, è rosis siccis, cydoniorum, acetosæ, ribes, myrtino & similibus, ac aquis ex iisdem plantis destillatis. Fortiora sunt lapis hæmatites, terra sigillata, trochis. de spodio, de carabe, & alia medicamenta de dysenteria, ad fluxum sanguinis sistendum proposita. Et si fluxus sit nimius, etiam opiata exhibenda, vt theriaca recens, philonium, requies Nicolai, ladanum opiatum Si

vires ferunt, primò humores serosi & acres, qui sanguinis sunt vehiculum & stimulus, vt natura hanc sanguinis euacuationem instituat, euacuandi, & hoc modo simul deriuandi, & lenibus medicamentis humores, qui ad hæmorrhoides fluxuri erant, ad intestina diuertendi. Talia sunt syrupus rosar. solitiuus, de spina ceruina, manna, myrobalani, triphera perlica. A fortioribus verò medicamentis planè abstinendum, ne humores agitari ad partem affectam ruant. Ad præcautionem tamen, antequam fluxus ingruat, medicamenta bilem flauam & atram purgantia commodè exhibentur iis, qui immoderato hæmorrhoidum fluxui sunt obnoxij, ne tales vitiosi humores cumulentur, naturamque ad excretionem stimulent. Topica sint, quæ vim adstringendi, venâque claudendi habent, cuiusmodi sunt *collyria* & quæ alias in vulneribus ad sanguinem sistendum adhibentur, ac nisi hæc sufficiant, tandem medicamenta caustica, & ipse ignis actualis, semper incipiendo à mitioribus, & cauendo, ne sphincteri, qui exquisito sensu est præditus, acria medicamenta, vt nec ignis applicetur, ne dolor & conuulsiones excitentur. Primò ergo medicamenta è foliis plantaginis, quercus, rosis rubris, bolo Armeno, thure, sanguine Draconis, balaustris, aloë & similibus applicanda. Vt: *℞. Fol. verbasci*, quæ peculiarem vim in fluxu & dolore hæmorrhoidum habent, M. ij. *quercus, solani* an. M. i. *flor. ros. rubr.* M. β. Coq. in vino rubro, & fomenti loco applicentur: Vel confusis adde ol. amygdalar. d. fiat Cataplasma. Ex vnguentis vtile est vnguentum Comitilla.

Vel *℞. Boli Armeni* ℥. j. *β. radis. bistortæ, nuc. cupressi, flor. ros. rubr.* an. ℥. iv. *balaustris, baccar. myrti, hypocythidis* an. ℥. i. *sang. Draconis* ℥. β. *corall. rubr.* ℥. i. *thuris* ℥. ii. *ol. rosac.* q. s. ad incorporandum, *cera* q. s. Fiat vnguentum. Pinguedo etiam anguillæ, quæ, dum affatur, extillat, proprietate quadam hic prodesse scribitur, & propterea etiam vnguentis admisceri potest. Inter emplastra vtile est emplastrum contra rupturam vel sequens, *℞. Aloës, thuris, boli* an. ℥. β. *sang. draconis* ℥. ij. puluerisata excipiuntur *oui albumine vel macilagine gummi tragacantha facta in aq. plantag.* Emplastrum autem hoc antequam planè sicceatur, amouendum est, cum exiccatum sine dolore auelli non possit. Vel *℞. Thuris solophonia* an. ℥. iij. *boli* ℥. β. *cerussa, plumbi vsti* an. ℥. i. *acacia* ℥. β. Trita excipiuntur oui albumine, vel tragacantha & cera, ac fiat suppositorium. Vt verò ad sanguinem è vulneribus fluentem sistendum vtilissimus est fungus ille, qui crepitus lupi appellatur: ita & in podicem indicis hæmorrhoides fluentes sistit. Hæc si non sufficiant, caustica vsurpanda, *es vsutum, chalcantihum, misy, sory*, quibus admisceri possunt: Vnguentum de lithargyro, de tutia & cerussa, & glandium calice, vel alia capsula, ne vicinæ partes simul adurantur, hæmorrhoidibus apponi debent, deinde escharæ casus modo aliàs vsitato procurandus. Quod si his omnibus nihil proficiatur, & fluxus pertinaciter perseueret, tum etiam si hæmorrhoides exiccare & earum fluxum impedire animus esset, antiqui ad manus operam deueniebant, & ægro recte collocato ac vineto hæmorrhoides scalpello vel alio conuenienti instrumento liberabant, deinde acu filum trahente hæmorrhoides perforabant, & arctè vinciebant, tandem hæmorrhoidum caput absceidebant, & ferro ignito vrebant, ac postea escharæ casum & vlceris curationem consueto modo peragebant; vel etiam sine incisione eas statim vrebant, de qua re pluribus agit Hippocrates, Operum Sennerti. Tom. III.

A lib. 2. de hæmorrhoidibus, vbi etiam scribit: rectum intestinum & secans & resecans & consuens & vrens & putrefaciens etiam si grauissima hæc sint, nihil læseris. Verum non sine causâ scribit Hieronymus Fabricius ab Aquapend. se experientia non potuisse vnquam hæc comprobare, neque à ple-risque hæc tolerari & sustineri cum pars hæc, si quæ alia sit sensu exquisitissimo prædita. Ideoque ipse maualt hæmorrhoides tumentes medicamentis, quam chirurgiâ curari, vt infessione in aquis thermalibus, & spongiis ex aqua thermalis expressis & arctè supra anum ligatis; item radicibus porri, in olo communi vel myrtino decoctis, scrophulariæ radice in aqua decocta, confusa & imposita, spongia ex aqua calcis expressa. In ista autem intentione peragenda non negligendum monitum Hippocratis, *6. aphor. 12. diuturnas curant hæmorrhoides nisi vna quapiam aperta seruetur, periculam aqua inter entem vel tabis impendet.* Vt etiam alij Authores docent. Aetiustamen *teirab. 4. ferm. 2. cap. 3.* dissentit, statuitque omnes hæmorrhoides sanandas, nullamque apertam seruandam esse, nihilque ægro inde periculi imminere; modò æger conuenienti diætâ vtatur & venæ sectio & purgatio suo tempore instituat. Imò ipse etiam Hippocrates idem sensisse videtur, dum *libro de hæmorrhoidibus* omnes vrere iubet, veratque vlla citra vitionem relinquere. Verùm corpora, quæ ita disposita sunt, vt humores tales vitiosos, qui naturam ad hanc excretionem stimulent, generant, vix tam exactè diætâ regi possunt, vt non aliquid vitiosus humores generent, neque etiam illud omne venæ sectione vel purgatione tolli potest, imò antequam sanguinis missio vel purgatio instituat, de improuito homini aliquid damni afferri potest. Ideoque Hippocratis consilium allegato aphorismo sequitius est. In libro vero de hæmorrhoidibus cum contrarium sentire videatur, procul dubio loquitur de hæmorrhoidibus recentibus, non verò diuturnis.

Diætâ.

In cæcis hæmorrhoidibus diætâ sit tenuis ad humidum declinans, & aluum laxam seruandi vim habens, ne feces indurentur, & indurate in excretionem dolorem excitent. Cum cibus ergo sumi possunt horrago blitum, spinachia, malua, passulæ. Cassiam etiam fistularem lumere vtile est. Aromata verò dulcia & acria vitentur. Potus sit aqua hordei, vel cereuisia conueniens, vinum dilutum, generosa vero vina vitentur. Si feces duriores sint, ne in excretionem earum dolor excitetur, clystere ex iure pingui vel decocto emolliente cum oleo communi eas emollire vtile est. Si nimium fluant hæmorrhoides, cibus sit incrasans ex oryza, similagine & similibus in aqua chalybeata coctis, quibus bolus Armenus, corallia admisceantur. Conueniunt etiam malacydomia, pyra, & similia. Vinum sit austerum stipticum. Quies vtilis est, omnis vero motus animi & corporis nimis vitandus.

QVÆSTIO I.

Qualis sit sanguis qui per hæmorrhoides euacuatur?

Qualis sanguis sit, quem natura per hæmorrhoides euacuare solet, Authores non plane consentiunt. Galen. *6. aphor. 11. & 12.* hæmorrhoides fieri statuit à sanguine melancholico, & institui hanc euacuationem à natura succum melancholicum purgante. Hippocrates tamen, *6. Epid. comm. 3. aph. 37.* dum morbos recenset, à quibus ij, qui

Qualis sanguis per hæmorrhoides euacuatur?

hæmorrhoidibus laborant, immunes sunt, etiam A cidit, qui simul sanguinem calidiorem habent.

cos recentet, qui non à sanguine melancholico, sed & aliis humoribus proueniunt. Et res ipsa id testatur. Neque enim semper sanguis crassus ac ater, sed sæpe etiam floridus ac rubens per hæmorrhoides excernitur. Arianus Spigelius quoque de *humani corp. fabr. lib. 5. cap. 3.* Galenum reprehendit, quod solum humore melancholico hæmorrhoidum causam esse statuit, atque à bile & pituita hæmorrhoides quoque excitari posse docet, idque probare vult autoritate Hippocratis & ratione. Autoritate quidem Hippocratis, qui *in libro de hæmorrhoidibus*, hæmorrhoidum morbum fieri testatur, cum bilis aut pituita ad venas intestini recti decubuerit, sanguinemque qui in venis est, calefacit. Ratione verò, quod infantæ etiam B fiant à bile & pituita, teste Hippocrate, *lib. de morbo sacro* qui tamen *6. aph. 21.* scribit, hæmorrhoidibus proueniuntibus infantiam solui, refertque se in Germania vidisse molestatos à catarrho falso sanatos fuisse hæmorrhoidum longa fluxione. Verum enim vero sciendam hic per sanguinem melancholicum accipiendam esse non solum sanguinem, frigidum & siccam, aut qui melancholicum humorem frigidum & siccum admistum habet, sed etiam adustum, & qui sero melancholico abundat, unde etiam floridus, ubi excernitur, apparet. Et solentia ~~venæ~~ *mesentericis* imprimis humores adusti & bilioli cumulat, qui febres intermittentes excitare solent, quos natura interdum per hæmorrhoides internas expellit. Atque idem, si in eam venam penetrerent, per hæmorrhoides externas euacuari solent. Et omnino ij magis sunt hæmorrhoidibus obnoxij, qui sanguinem adustum habent, & qui in iuuentute fuerit sanguinei, quibusque in adulta ætate sanguis aduritur, quique affectioni hypochoaditiacæ sunt obnoxij. Talis vero Spigelius in eo, quod à pituita etiam infantiam fieri posse putat. *φλίμα* enim vocabulum non solum humorem frigidum, sed & calidum (quæ etiam genuina eius significatio est) significat, & Hippocrati quoque sæpe pro humore calido & retorrido, qualis infantiam inducit, accipitur, vt ex libro *εὐφροσύνης παύσης*. & aliis locis Hippocratis plurimis patet, de quibus videatur Annius Fæsius, in *æconom. Hippocratis ad vocem φλίμα*. Et in illo loco Hippocratis, ex libro de hæmorrhoidibus à Spigelio allegato *φλίμα* non sumi pro humore frigido ex eo patet, quod ex eo sanguinem, qui in venis est, calefieri Hippocrates scribit.

Non tamen hoc prætereundum, quod Fernellius, *lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 10.* annotauit, atque ego etiam aliquoties obseruaui, interdum è podice sine dolore & sine sanguine prodire, mucosâs quasdam & subalbidâs toides, quas falso nonnulli pro pure habent, quas ille veluti limbum fecemque sanguinis melancholici esse putat, quam podicis venæ eructent interdum multo tempore, post diurnos ferè morbos melancholicos duramque & laboriosam equitationem; Platerus verò sicut hoc eadem ratione scribit, vt in albis vterinis fluoribus, vt sicut in illis per venas menstruas, sic hic per hæmorrhoidales natura ab alba illa materia, menstruis albis tenacibus non ab simili, se repurgat. Et omnino non pus est illa materia alba, cum in iis etiam prodeat, qui nullo vlcere eò loci laborant, sed sanguis quidam crassior, in materiam talem albam & viscosam albumini oui non ab similem mutatus. Quanquam verò Galenus, *6. Epid. comm. 5. text. 25.* naturam etiam sanguinis plenitudinem per hæmorrhoides euacuare scribat, atque id negandum non sit; tamen hoc iis ferè ac-

QVÆSTIO II.

An aloë venarum ora aperias, & hæmorrhoides cieas?

Affirmat id Serapio, *cap. 201. de med. simp. Me- sue, lib. de simp. med. facult. cap. 1.* & Arabes plerique. Leonhardus Fuchsius vero Arabibus parum æquus, *lib. 1. paradoxorum cap. 1.* id negat, & primo quidem autoritate Græcorum setuetur, Dioscoridis puta, qui *lib. 3. cap. 24.* Aloën *ἀλοῦν* vim adstringentem habere, & cum aqua frigida potam sanguinis excretionem cohibere, & hæmorrhagias hæmorrhoidum sistere scribit; Galeni, qui *lib. 6. de simp. med. facult.* docet, aloën esse *ἐκφυακτικὴν καὶ κλεῖστικὴν* seu glutinare, & clarius, *lib. 5. meth. med. cap. 4.* optimum, quod nouerit, ad sanguinis, etiam membranarum cerebri, eruptiones esse remedium, quod paratur ex thuris parte vna & aloës parte dimidia; Plinij, qui *lib. 27. cap. 4.* scribit, aloën sanguinis excreationes, si modicæ sint, drachmæ pondere ex aqua sedare, vulnium quoque sanguinem, & vndecunque fluentem sistere, inio ipsius Auicennæ, qui *cap. 67. canon. 2.* scribat, aloën, quando ponitur cum vino supra hæmorrhoides & rimas ani, tunc sanguinem ex iis manantem resistere. Experientiam vero cum negare non possit, certumque sit, quod interdum aloës assumta hæmorrhoides aperiat, putat id fieri non per se, sed & accidenti, quia videlicet acres humores, qui suâ acrimoniâ ani venas aperiunt, commouet, quod etiam Galenus docet, *6. aph. 47.* Verum vno verbo hæc controversia componi potest, si dicamus, aloën extra admotam venarum ostificia claudere, & ita sanguinem vndecunque fluentem sistere, intus verò sumtam, vt in venas penetraret, sanguinem cære. Habet enim extra admota vim quandam densandi, adstringendi & glutinandi. Eadem etiam quia valde attenuat, sanguinemque feruidiorem reddit, & quasi fundit, illique eam quasi qualitatem inducit, quam aliâs sanguis obtinet in iis, qui ad hæmorrhoidum fluxum sunt dispositi, accidit, vt inde venæ ani aperiantur. Frustra verò hanc huius controuersie conciliationem impugnat Fuchsius, & quidem solum autoritatibus, dum scribit, Dioscoridem & Plinium statuere, aloën etiam in potu sumtam sanguinem profluentem compescere. Etenim & Dioscorides & Plinius non loquuntur de hæmorrhoidibus, sed de sanguinis expuitione, quæ fit venâ aliqua aperta. Tunc enim aloë hausta externi medicamenti loco est, quæ ostificio venæ aperto pota affluens illud claudit, non minus vt extra vulnere alicui applicata.

QVÆSTIO III.

An hirudines hæmorrhoidibus applicanda sint?

Victor Trincauellius, *de rat. cur. part. corp. hum. præter natur. affectus lib. 9. cap. 14.* apertionem hæmorrhoidum per hirudines dissuadere videtur, idè quod primo ea consuetudo licet, frequens in præsentia sit, tam Patavij & Venetiis, quam in reliquis ferè totius Italix ciuitatibus; nouum sit inuentum iuniorum Medicorum, nec meminerit eius esse mentionem factam ab aliquo Græcorum aut Arabum Medicorum. Deinde quod Galenus, *4. aph. 25.* apertissimè consult, non esse affluendum euacuationi per hæmorrhoides,

φλίμα quid significet Hippocrati?

An interdum pus per hæmorrhoides euacuetur?

An aloë venarum ora aperiat?

An hirudines hæmorrhoidibus applicanda sint?

quoniam periculo ea consuetudo non vacet: cum A
 lingua fluat, vtilis quidem sit ea euacuatio, si verò
 vel clarior & tenuior sanguis, vel copiosior excre-
 natur, eadem vtilis non sit. Obseruasse vero scri-
 bit, quod sanguis per hirudines detractus, præter-
 tum quando hæmorrhoides sponte non intumue-
 rint, aut doluerint, effusus clarus sic non nigrit.
 Contra Hieronymus Fabricius ab Aquapendente,
de operat. chirurg. cap. de hæmorrhoidibus statuit,
 etiam in iis, quibus nunquam sanguis per venas au-
 fluxerit, neque ex tumida fuerint, nihilominus
 per hirudines appositas tentari euacuationem de-
 bere in morbis curandis, vt pote in melancholia,
 pleuricida, peripneumonia, capitis dolore, febris-
 bus, liene affecto, renum passionibus, & aliis affe-
 ctionibus ab Hippocrate & Galeno commemorat-
 tis. Et primo quidem id probat autoritate Galeni,
 qui 4. *apbor. 25.* scribit, sanguis supra, id est, per
 os excretus, qualicumque fuerit, malum: infra
 vero, id est, per hæmorrhoides bonum, quando
 hominis natura multam talem accumulauerit san-
 guinem. Alter autem non esse assuefaciendum ei,
 quæ sit per hæmorrhoides, euacuatio, vt quæ
 periculotam habeat vtramque immoderationem,
 siue supra modum sanguis excrenatur, siue ex toto
 suppressatur. Deinde multis rationibus id probat,
 quarum prima est, quod natura, cum per hæmor-
 rhoides sanguinem exuacuat, hominem à multis
 morbis liberat, ideoque naturam in hac euacua-
 tione esse imitandam & adiuuandam. Secunda, quia
 natura in hunc usum hæc vasa construxit, & pro-
 pterea, vbi munere suo non fungitur, esse aperienda,
 si nimirum materia noxia in corpore abundat:
 Tertia, quia euacuationes, quæ fiunt à natura aut
 à Medicis, quotiescunque adest materia noxia,
 sunt bonæ, quia morbos tollunt: Quarta, quia si non
 licet sanguinem melancholicum per hæmorrhoi-
 des euacuare, etiam in aliis morbis nec secandam

venam esse, nec purgandum: Quarto, quia natu-
 ra, quæ est morborum medicatrix, est instanda,
 quæ raro alias, quam hæc venas ad superflua eua-
 cuanda aperit. Imo existimat Hieronymus Fabri-
 cius ab Aquapendente, euacuationem sanguinis
 ex hæmorrhoidibus à vena cava plus confere in
 febribus malignis, quam venæsectionem in cubi-
 tu. Cum enim in febribus malignis putredo sit in
 vena cava; hæmorrhoides sunt viciniores venæ ca-
 uæ, vbi maximæ est in lumbis, quàm venæ in bra-
 chis. Et omnino satis probabiles sunt rationes Hie-
 ronymi Fabricij ab Aquapendente, neque dissentit
 ab eo Hippocrates & Galenus. Hæc saltem atten-
 denda, primò, quæ hæmorrhoides aperiendæ sint
 applicatis hirudinibus, deinde qui humores & vbi
 peccent. Quo pertinet etiam natura & regionum
 varia consuetudo. Etenim si in vena cava humores
 peccent, externæ hæmorrhoides, etiam fluere non
 consuetæ, modo tumeant, aperiiri possunt; cum
 magno venæ cavæ tronco in brachis proximæ sint.
 Eadem tamen externæ etiam aperiiri possunt, si tu-
 meant, vel fluere consuetæ sint, vbi humores vi-
 tiosi sunt in ramis venæ portæ, ob consensum &
anastomosis hæmorrhoidum internarum & externa-
 rum, vt infra pag. 5. *sect. 1. cap. 2. de aff. hypochond.*
 dicitur. Si verò humores vitiosi sint in venæ por-
 tæ ramis, internæ, modo id commode fieri possit,
 aperiantur, siue turgeant, siue non turgeant, ob
 rationes ab Aquapendente adueltas; externæ vero,
 si non tumeant, non debent, cum naturæ conatus
 tum desit. Ipso tamen fatente Fabricio, ista hæ-
 morrhoidum aperiitio maiorè cum commodo sit in
 Italis & meridionalibus, vt pote qui sanguinem
 magis calidam & adustum habent, & propterea
 fluxui hæmorrhoidum magis sunt obnoxij, quam
 Septentrionalibus, quorum sanguis est frigidior,
 quibusque hæmorrhoides propterea minus sunt fa-
 miliares.



LIBRI TERTII

PARTIS TERTIAE.

DE MORBIS MESENTERII, PANCREATIS, ET OMENTI.

CAPVT I.

De Mesenterio & vasis mesaraicis venisque lacteis.

Mesenterium
vnde dictum?



Vasa mesaraica
quocumque
Lactea venae, nouum
eorum genus
quando & a quo
inuentum?

Qua occasione
inuenta sint?

Modus illud
inquirendi.
Nouum hoc
vasorum
genus cur
venarum
lactearum
nomen ad-
deputum sit?

Mesenterium quasi *μῆντρον* & *ἰντρον*, Ciceroni, 2. *denat. Deor.* & Macrobio, *in for. Scipion. cap. 6. circa finem*, medium intestinum, id est, medium viscerum & intertraneorum. (Ita enim antiqui Romani nomen intestinorum accipiebant) dictum, nonnullis & *μῆντρον* nominatum, interpretibus Latinis aliquibus lactes, sed male appellatum, quasi ligamentum & vinculum quoddam intestina connectit, & vasa ad intestina excurrentia tunc deducit. De cuius naturali constitutione figura, situ, magnitudine, ex variis partibus compositione, connexione, & similibus Anatomici consulantur, qui de eis diligenter tractant. Non tamen abs re facturi videmur, si de vasis mesaraicis, vt parte mesenterij praecipua, & quorum gratia mesenterium factum quaedam, antequam morbos mesenterij explicemus, proponamus. Vasa mesaraica Antiqui, imò ad hoc vsque tempus omnes Anatomici & Medici triplicia constituerunt & descripserunt, venas, arterias, & nervos, etsi de eorum vsu & actione non omnes idem docuerint, vt postea dicetur. Primus hoc seculo nouum vasorum mesaraicorum genus propalauit & descripsit Caspar. Asellius Cremonensis, Anatomicus Ticinensis, *in libro posthumo de lactibus, sine lacteis venis*, quod 1622. primum inuenit. Cum enim forte fortunata venae lacteae in carne, quem viuum secandum sumperat, ipsi occurrissent, totum se postea earum inuestigationi dedit, vt nulla ferè hebdomada, nullus certè mensis abierit, sine viuâ vna & altera sectione non canum tantùm, sed & brutorum aliorum plurimorum, felium, agnorum, porcorum, vacarum, imò equorum. Ex eo ergò quaedam, quae de hoc quarto vasorum genere ex eius libello primò percepimus, & postea *avblix* confirmauimus, proferemus. Quomodo is ad vasorum horum inuentionem peruenit, *cap. 9. docet.* Easdem tamen venas cuius inuenire ac videre promptum ac facile, si canem vel aliud brutum ad satietatem vsque pascat, & horis 5. vel 6. post ventrem eius statim aperiat. Tum enim in animali adhuc viuente venae lacteae ita dictae, quod colorem lacteum referant, & humorem lacteum contineant, à reliquis tribus vasorum mesaraicorum generibus distinctae, eo modo quo eas depinxit Asellius, eaeque albissimae, apparebunt, in animali verò ieiuno, aut vbi chylus iam distributus est, vt & in mortuo non apparent. Appellat autem

Asellius hoc vasorum genus albas & lacteas venas, quod, vt dictum, colore praeditae sint albo & lacteo, ac succum lacti similem in se contineant. Idem quoque lactes nominat, de quo vocabulo prolixè & eruditè, *cap. 10. agit.* Dari autem ea, & dispergi ramulos candentium vasorum per omnem mesenterij ab vsque centro eius regionem, inde in intestina deferri, ad ipsa scindi in propagines penè infinitas, his propaginibus vndique intestina ambitu ac comprehendi, & quidem à reliquis vasis mesaraicis distingui, cavitatè à nervis, tenuitate tunicarum ab arteriis, à venis candore, ab omnibus simul succo, quem includunt, qui nervis nullus, in venis & arteriis colore & tota substantia dispar est, ad ipsam oculorum fidem rectè prouocat. Neque hic facile aliquis ei contradicet, qui visum suum consuluerit & oculis suis fidem habere voluerit, quod in Anatomicis & operibus naturae contemplandis omnino faciendum, vt monet Galenus, 2. *de usu part. cap. 3. in fine.*

Quod verò tandem & ad hoc vsque tempus vasa haec latuerint, & ante annos paucos primum in notitiam hominum peruenerint, causa proculdubio est haec, quod in demortuis animalibus, in quibus venae haec non apparent, plerique anatomiam exercuerint. Sed quod & eos, qui etiam viuâ animalia secuerunt, & ipsum Galenum, qui tamen sexcentas viuas sectiones se administrasse gloriatur, & plurima animalia à pastu saepe secuit, latuerint, praorsus se ignorare scribit Asellius, *c. 14.* Verum & huius rei ratio reddi potest. Etenim causa, ob quam animalia viuâ secuerunt Antiqui, est, vt vel motum cordis, vel diaphragmatis, vel vocis instrumenta, vel motum cerebri, & sensum membranarum eius viderent & inuestigarent, vel, quomodo cibus in ventriculo mutaretur, agnoscerent: quae dum fiunt, interim animal moritur, & postea lacteae venae non apparent. Neque etiam mox à pastu conspiciuntur, sed vbi chylus confectus est. Qui verò obvenarum lactearum inuestigationem sectionem viuorum primariò instituerit, nemo fuit ante Asellium. Erasistratum tamen eiusque sectatores venas istas vidisse, verum non agnouisse, sed pro arteriis habuisse, patet à Galeni *lib. an sanguis contineatur in arteriis cap. 5. & 7. de administrat. anat. cap. ult.* vbi scribit Galenus, Erasistrati asseclas statuere, simul ac mesenterium denudatum fuerit, arterias aeri similes apparere, postea lacteo succo repletas conspici. Qui autem fiat, quod moriente animali succus ille lacteus mox evanescit, atque venae istae non amplius apparent, dicere non ita

Venae lacteae vt à reliquis vasis mesaraicis distinguantur?

Cur venae lacteae tantum latuerint?

Cur veteres viuâ animalia secuerint?

Erasistratus venae lacteae notae fuerunt.

Cur moriente animali succus venarum lactearum evanescit? Structum venarum lactearum.

facile est, habetque suas coniecturas Afellius. Mihi vero consentaneum videtur, quod ex ingenti dolore, qui fit ex sectione, spiritus dissipantur, ad quarum infraurationem materiam nouam ex epate corripit, epas rursum ex hisce vasis lacteam illum alimentarem succum attrahit. Habent autem hæ venæ suam structuram & compositionem, vt reliquæ venæ. In qua illud admiratione dignum esse scribit Afellius, *cap. 18.* quod pluribus valvulis siue ostiis intertinetæ sunt, quas valvulas sæpius, euanescente iam chylo, instar minutissimorum veluti marsupiorum, aut concretarum guttularum stultitiam dependere ex illis, non modo quæ committuntur intestinis, sed etiam in reliquo dictu animadvertitur; quales etiam Columbus in extremitatibus aliarum venarum mesaraicarum constituit. Hanc

tamen differentiam esse docet Afellius, quod illæ Columbi valvulæ foris intro ferantur, illæ vero contra intus foras spectent. Cuius diuersitatis ratio est, quod venæ lacteæ chylum ex intestinis sugunt, quæ in intestina remeare non debent; venæ vero vulgata mesaraicæ sanguinem, & interdum quoque humores excrementitios, ad intestina ferunt, quæ reflere non debent. Sunt verò hæ venæ ab aliis venis & arteriis seionctæ, & sunt partes vnius trunci, vt venæ alteæ & arteriæ. Magnitudine quidem à vulgaribus, siue truncum siue ramos spectes, superantur, sed numero illas excedunt, adeo vt iis ferè duplo plures videantur; quod idcirco factum, quia plus chyli ad totius prouidentiam epati, quam sanguinis intestinis ad priuatam nutritionem debetur. Plures tamen tendunt ad intestina tenuia, pauciores aut ferè nullæ ad crassa; cum intestina tenuia alibilem succum, crassa verò excrementa potius contineant, & illa potius chyli distributioni, hæc excretioni inserviant. Insetio earum in intestina lætis manifesta est. Vbi autem origo & principium *pancreas*, seu truncus & caudex sit, non ita planum. Quia tamen omnes inferuntur pancreati & in eo coeunt, & mixtis anfractibus ac gyris toto eius corpore sunt intextæ, indeque tunc deorsum tunc sursum ad epas porrigi apparent, rationi consentaneum putat Afellius, earum originem esse in pancreate. Atque ita longe nobilior vltus esse pancreatis, quam vulgo creditur. Quamquam enim Afellius sæpe opinionem hoc obitare putat, quod venæ lacteæ videantur iecoris gratiæ factæ, cuius manus sint: tamen nihil obstat, quin prius in pancreas inferantur, atque inde chylum aliquam alterationem suscipiant. Vnde quæ de vltis pancreatis respectu venarum portæ scribit Varolius, illud rectè mihi ad venas lacteas accommodari posse videtur. Nimirum quemadmodum sanguis maternus, antequam epas ingreditur, sordes suas ac viscosam humiditatem deponit in molem carneam innumeris venis & arteriis umbilicalibus refertam, quæ Placenta dicitur: ita in natis perfectisque corporibus, ante epatis & lienis portas pancreas factum, vt chylus per venas lacteas subintrans, cœnosa humiditate repurgatus purior in epas influat. Neque enim pancreas solum glandula, sed peculiare parenchyma, quod nobiliorem vim habet, esse videtur, & proculdubio peculiarem aliquam chyli coctionem & alterationem præstat, de quo etiam postea, *cap. 7. de pancreatis morbis*, dicitur.

Inferuntur autem venæ lacteæ in omnia intestina, etiam duodenum, & plurimum in gracilia intestina, præsertim in ieiunium, nulla verò in ventriculum. Hanc verò hæ venæ in intestina instar hirudinum spongiosis capitibus, quæ radicem officiam obtinent, quæ in ipsa intestinorum capacitatem sese penetrant. Desinunt autem in crustam, qua

interior intestinorum gracilium tunica oblinatur, rugosam.

Progressus earum, vt eum quidem diligenter descripsit Afellius, hic est. Ab intestinis per mesenterium obliquo ductu inter duas eius tunicas, partim seorsim à vasis reliquis, partim cum illis vna, modo recto ductu, modo eadem transcendentibus & veluti decussantes per plures glandulas in pancreas usque perferuntur; In pancreate variè, cancellorum in modum vel speciem retium aut capreolorum, implexæ sibi inter se, & corpore confusæ in plurimos eoque inexplicabiles gyros anfractusque hac illac intorquentur. Ab eo rursum maioribus iam ramis per portæ latera, quam quibusdam locis corollæ instar siue annuli incingunt ambiuntque, missis quandoque etiam in eam propaginibus, in iecoris caua subeunt. Inde illatæ in epas ipsam, & discissæ in minutissimas fibras, veluti capillamenta quædam in eius carnem quaqua versus tam diu disseminantur dispergunturque, dum prorsus obliterantur.

Actio venarum harum propria (præter communem, quæ est nutritio) est chyli ad epas distributio, quod ex ipso sensu patet, qui chylo eos scaterere docet. Simul tamen vt reliquæ venæ sanguinem: ita hæ chylum conseruandi, ne corrumpatur, vim habent. Seruiunt huic actioni & valvulæ, quas habent, quæ impediunt, ne quod semel attraxerunt, refluat in intestina, quod hic adeo exactè præstant, vt nec digitorum compressu chylum semel hauritum in intestina remeare sinant. Atque his vasis ita inuentis facile illa controuersia componi potest, quæ tot ingenia exercuit, nec tamen, sine vasorum horum cognitione, hæcenus ita decidi potuit, vt animus veritatis audis acquiesceret, per quam viam nimirum chylus ad epas, & rursum sanguis ab epate & liene ad intestina & vicina viscera nutrienda feratur? Octo enim certè, nisi plures, hæc de re discrepantes sunt sententiæ.

Alii enim per solas ventriculi venas ad epas chylum deferri, per mesaraicas verò nutriti intestina statuunt. Alii vtrisque vtrumque munus attribuunt, numero saltem eas discernunt. Alii de mesaraicis saltem disputant, & tamen quatuor sectatum sunt: Alii solum chylum ferre venas mesaraicas putant. Alii & chylum & sanguinem, ita tamen, vt alie venæ mesaraicæ sint, quæ sanguinem, alie, quæ chylum ferant. Alii vtrumque munus omnibus assignant; sed diuersis temporibus, nunc huic nunc illi officio vacare statuunt. Alii eodem tempore omnes vtroque officio fungi existimant. Et quidem alii præcipuè chylo deferendo, secundariò sanguini destinatos esse putant. Tandem sunt, qui disputant, an toto venarum horum ductu vterque humor feratur, an in parte & latere vno chylus, in reliquo & dimidio sanguis.

Quæ opiniones tamen omnes maximis premuntur difficultatibus, vt videre est apud Meccatum, *lib. 3. part. 4. class. 3. art. 8.* Laurentium, *lib. 4. Hist. anatom. quest. 5.* Petrum Lancrembetgium, *in Procestr. Anatom. cap. 18.* Hisce verò vasis inuentis controuersia hæc facile componi potest. Lacteæ enim venæ chylum vehunt, reliquæ mesaraicæ sanguinem; id quod oculi testantur, qui docent, lacteas chylum vehere, vulgates verò mesaraicas nutritioni destinatas esse, siue siccum spectes, quem intra se continent, siue in ipsa intestina in sectionem. Et quam absurdum naturam vna parte ad operationem tam aduersas & repugantes vti, cuius etiam nullum aliud exemplum in toto corpore humano existat? Et cum natura distributionis opus, quod omnes consentent, fibrarum opera perficiat, quomodo eadem sibi motibus contrariis inseruire po-

Venarum lactearum progressus.

Actio venarum.

Per quam viam chylus ad epas, & sanguis ab epate & liene ad intestina feratur? Autorum discrepantia.

Decisio.

Cur venarum lactearum valvulæ foras spectent? Ab aliis venis & arteriis quomodo differant venæ lacteæ? Ad quæ intestina magis tendant venæ lacteæ? Illarum in intestina insetio & origo.

Pancreatis vltus nobilior.

terunt? Et si hæc de venis lacteis ita se habent, ut
habere puto, & diligens inquisitio clarius docebit,
multa in Physicorum & Medicorum scriptis (quæ
& me secutum fateor) vel mutanda vel explicanda
rectius erunt. Inter quæ primò sunt illa, quæ de ve-
narum mesaraicarum sanguificatrice vulgo docen-
tur, quasi primum rudimentum sanguinis in venis
mesaraicis chylus accipiat. Inuentis enim venis lac-
teis hoc docere opus non est, sed quicquid est san-
guinis in mesaraicis, id ab epate & liene est.

Venarum
lactearum
vilitas in
indaganda
sanguinis
generatio-
ne, & aliis
dubiis deci-
dendis.

Lucem etiam harum venarum inuentio affert in-
tricate illi quæstioni de sanguinis generationi, an
ea scilicet in epate & ab epatis substantia & vi in-
nata, an verò in venis fiat? Cum enim hæc venæ lac-
teæ in ipsam epatis carnem disseminentur, atque
in ea obliterentur, nullaque earum cum aliis venis
communio deprehendatur, atque ita chylus in ip-
sam epatis substantiam ab eis effundatur, in ipso
etiam epate sanguinem mutari, qui postea à venis
excipiatur, vero maximè consentaneum est. Sanguis
autem in epate generati crassio rem partem
à ramis venæ portæ, subtiliorem à cana radicibus
excipi itatur Afellius, cap. 31. Et inde, cap. 32.
Galenus de officio lienis sententiam defendit, nihil-
que e ventriculo ad lienem proximè peruenire, cap.
33. statuit. Verum etsi Afellio concedatur, crassio-
rem & impuriorem chyli partem à vena porta at-
trahi: tamen hinc nondum concludi potest, lienem
nullam sanguificationem obire, & solum excre-
mento melancholico excipiendo destinatum esse, ut
postea, parte 4. cap. 1. dicitur. An verò lien saltem
sanguinem ad ventriculum mittat, & nihil ab ea ex-
cipiat, altioris est indaginis.

Dubia quæ-
dam circa
vasa lactea.

Et omnino sunt dubia quædam, quæ adhuc circa
vasa hæc lactea occurrunt non pauca, inter quæ ista
præcipua: primum, quod truncus venarum lactea-
rum non apparet, ut mesaraicarum truncus vena
portæ. Cum enim epati chylum omnes afferant, in
truncum quandam coire eas necesse est, quem cer-
tè sat conspicuum esse oportet. Sit enim ut succus
ille lacteus evanescat: tamen quia hic truncus è va-
forum numero est, suam cavitatem, & suam tuni-
cam habere oportet, quæ certè evanescere non pos-
sunt. Ut mirum sit, quomodo tot laboriosissimos
& exercitatissimos anatomicos qui omnia epatis
vasa diligenter rimati sunt, hæc vasa latere potue-
runt. Sit enim, ut liquorem illum lacteum in eo
non inuenerint, & usum eius propterea ignorave-
rint, vas ipsum tamen videre debuerunt. Quod
certè adeò exile esse non potest. Cum enim venæ
lacteæ tot numero sint, certè si ex in vnum trun-
cum cœunt, is non adeò exilis erit. Alterum, quod
inter venam cauam & truncum hunc proportio esse
debet. Cùm enim truncus venæ caue, qui sangui-
nem confectum toti corpori distribuit, tam amplius
sit, certè truncum venarum lactearum, qui epati
chylum, è quo sanguis fit, aduehit, proportionè
ei respondere debet. Verùm forsitan dies ista tan-
dem etiam docebit, & in lucem protrahet. Interim
sua laus debetur Afellio, cuius diligentia factum, ut
etiam hic illud Comici locum habeat,

*Nunquam ita quisquam bene subducta ratione
ad vitam fuit,*

*Quin res, atas, vsu semper aliquid apportet noni,
Aliquid moneat; ut illa, qua te scire credas,
nescias.*

Et qua tibi pataris prima, in experiendo repudies.

DE MORBIS MESENTERII.

CAPVT II.

De intemperie mesenterij.

MVltis autem morbis obnoxium est mesente-
rium, multorumque morborum & sympto-
matum causæ in hoc latent. Hæc enim sentina qua-
si est corporis, in quam nobiliora infini ventris
membra sua excrementa deponunt: Suntque hæc
partes ignobiliores, & habent multas glandulas,
quarum substantia est *μυροδίσια* & humores prom-
ptè imbibit, ac, ut Hippocrates libro de glandulis,
docet, *μίστρος ἐν ἀνοδίῳ τῷ σώματι, ἐν τῷ κοίτι αὐτῷ
ἐν τῷ ἐντέροι ἐκαστῷ ἐπιπέσει τὸν ἀνάδον*, id est, *glandula
verò ad intestina maiores sunt quam alia cor-
poris parte, & expressam ex intestinis redundan-
tem humiditatem depascuntur & imbibunt.* Et præ-
terea sensu nullo vel exquisito præditæ sunt, vnde
diu humorum colluuiem tolerare sine molestiæ sen-
su aliquo possunt.

Mesente-
rium multis
morbis est
obnoxium.

Vnde à nonnullis non immeritò mesenterium
Medicorum nutricula appellatur, cum ab eo infi-
niti penè morbi orientur, utpote quod sentina qua-
si corporis est, ad quam totius corporis coluuiæ
confluit per venas & arterias, quibus innumeris
contexta est, ut rectè Fernelius, 6. de part. morb.
ac sympt. cap. 7. scripserit, se cholera, melanco-
liæ, diarrhææ, dysentericæ, cachexiæ, atrophiciæ,
languoris, lentarum errantiumque febrium, laten-
tium denique morborum, melancholiciæ hypochon-
driacæ, vomitionum crebrarum, dolorum colico-
rum, tumorum, abscessuum causas in hisce plerum-
que sedibus adinuenisse. Commota tandem mate-
ria solet grauissimorum symptomatum, conuulsio-
nis, epilepsiæ, lipothymiciæ imò mortis sæpe causa
existere. Id quod in praxi sæpissime obseruare est,
& id superiori anno in nobili quodam in vicinia ac-
cidisse memini, qui cum annos aliquot langueret,
& non satis benè haberet, intemperanter tamen
viveret, subito tandem per aluum, proculdubio ex
his sedibus, nigra & fetidissima magnâ copiâ eii-
cere cepit & intra horam exspirauit. Idem etiam
aliis accidisse memini. Ut verò morbi hisat fre-
quentes sunt: ita obscuri & ab antiquis, si ferè
Hippocratem excipias, seu incogniti, seu non ex-
plicati.

Mesenterij
cur medi-
corum di-
catur nutri-
cula.

Intemperies mesenterij.

Sunt autem morbi mesenterij varii, inter quos
primò sunt morbi intemperiei: Et pertinet huc,
ἀναστικτὸς ἐν τῷ ἐντέροι, ut exponit Galenus in exe-
gesi, morbus siccatorius seu calida & sicca intem-
peries vasorum mesaraicorum, quem morbum des-
cripsit Hippocrates 2. de morb. quique affectionis
hypochondriacæ autor est, cuius propterea etiam
mentionem faciemus, infra de affect. hypochon.
part. 3. sect. 1. cap. 1. Solet autem ista intemperies
raro esse sola, sed cum materia coniuncta, quæ ta-
men non facile cognoscitur. Et sæpe in signis tanta
est obscuritas & confusio, ut *ἄσκιον* Medici etiam
solertis eludat & fallat. Et hæc ipsa causa esse vi-
detur, quod de hisce morbis ab antiquis parum aut
nihil scriptum est.

Intemperies
mesenterij.

Solet verò materia, quæ intemperiei & aliorum
morborum mesenterij causa est, vel in eo colligi
vel aliunde eò transmitti. Cum enim chylus per
vasa mesaraica, & secundum Afellii inuentionem,
per venas lacteas ad epar mittatur. Si chylus ob er-
rores in victu non bene sese habeat, facile tum in

ipſis venis lacteis, tum in glandulis, quibus fulciuntur, vicioſi humores ſenſim colligi poſſunt.

Deinde iidem etiam ab epate & liene & venarum portarum ramis, imo & vniuerſo corpore ad vaſa meſenterij mitti poſſunt. Solet enim natura per venas meſaraicas non ſolum alimentum in teſtinalis & meſenterio tranſmittere, ſed etiam vaſis abuti ad vicioſos humores euacuandos. Vnde per eaſdem venas meſaraicas humores in purgatione arte inſtituta ad in teſtina confluere ſolent.

Non ſolum autem venarum, ſed & arteriarum meſaraicarum, vt rectè Adrianus Spigellius, *lib. 6. de hum. corp. fabr. cap. 4.* monet, vbi homo à ſanitati limite declinat, vicioſos humores & excrementa corporis ſuſcipiunt, vt ad in teſtina deponant; & multorum morborum ac ſymptomatum cauſarum in hiſce arteriis hærent. Eſt enim procul dubio arteriarum harum præcipuus vſus, vt calorem partium per ſe imbecillum & ignobilium atque excrementis multis ſcatentium, coctioni tamen dicatarum, foueant & augeant: vnde non ſolum ſunt tot numero, ſed etiam vt aliarum arteriarum, quæ in externas corporis partes terminantur, aerem frigidum non attrahunt. Quod ſi non præſent, omnes illas coctiones turbant & viciari neceſſe eſt. Fit autem hoc, cum quæ ſpiritu vitali repleti & calore abundare debent, vicioſis humoribus ſcatent, qui ſuam quam habent, intemperiem, partibus per quas diſſeminantur, imprimunt. Vnde calor natiuus partium debilitatur, eaque ad officia ſua & coctiones perficiendas ineptæ redduntur, vt multi crudi & vicioſi humores generentur: Et bile quidem frequenter in continuis & intermittentibus febribus bilioſis, quarum criſis interdum per alui fluxum accidit: nonnunquam etiam pituita & melancholia, vnde Andr. Spigelius, *lib. 6. de fabr. corp. hum. cap. 4.* ſcribit, ſplenicam arteriam, ſi duos ramos meſentericos addas, melancholiarum hypocondriacæ ſedem eſſe. Qui humores poſtea sæpe per hæmorrhoides excrementantur. Vnde etiam Hippocrates, *6. Epidem.* ſcribit, qui hæmorrhoides habet, neque dolore lateris, neque pulmonis inflammatione, neque furunculis, neque terminthis pariter, neque lepra, cancro & aliis morbis corripuntur.

Pectoriſque omnino maximus cum hæmorrhoidalibus arteria conſenſus eſt, quod truncus ex qua arteria oritur, à corde deſcendens in primo ſtatim exortu intercoſtales ramos propagat. Vnde accidit, vt qui hypochondriacæ affectioni & ſcorbutico ſunt obnoxii, sæpè de acerbiffimis pectoris doloribus iis tamen non diuturnis, vt & pectoris conſtrictione conquerantur, materia flatulenta, ſeſoſa, tenui & acri per dictas vias in muſculos thoracis effuſa, membranæque ibi vellicante & diſtendente. Atque has ipſas arterias eſſe ſtatuit Spigelius, per quas colici dolores in Arthritidem, & contra Arthritidis in colicam permutatur, vt eſt apud Hippocratem, *6. Epidem. ſect. 4.* dicentem, *Qui articulari morbo detentus in teſtinali dolore dextra parte vexabatur, leuius habebat, vbi verò hic morbus curatus fuit, magis dolebat.* Quod ex translatione materiae fit, dum ex arteriis cruralibus in truncum & ex hoc in meſentericos ramos & tandem ab hiſ ad in teſtina deſertur. Idem etiam cauſam cur dolores colici in paralyſin mutantur, ex hiſ arteriis petit, idque fieri docet materia ad meſentericas arterias tranſmiſſa ad lumbares, à quibus facilè, cum ad ſpinalis medullam, tum porro ad cerebrum mitti poſſe. Lumbares enim arteriæ in lumborum vertebraſ per communia foramina & ipſarum medullam excurrunt; quin & ad medullæ latera, dum vertebraſ ingreſſæ ſunt, vtrinque ad cerebrum vna cum

venis lumbariſ aſcendunt. Solet autem intemperies meſenterij hydropem ſiccum præcedere & ſi hæctica ſit, incurabilis eſt, neque vilo præſidiorum genere tolli poſſe.

Curationem quod attinet, patet ea ex iis, quæ de in teſtinalium intemperiebus dicta ſunt.

Et quia iſta intemperies vix eſt ſine materia, etiam è capite ſequenti, qua ratione curanda ſit, manifeſtum fiet.

Circa curationem autem horum affectuum monet idem Spigellius; per dictas arterias non ſolum primas vias, ſed & vniuerſum corpus, & quidem non tantum per purgantia ſumpta, ſed & per clyſteres inſuſas euacuari poſſe. Cum enim totum colicum materiam clyſteris ſuſcipiat, vis medicamenti purgantis per arterias ex trunco aorta noxiſ humores trahit. Vnde etiam rationem licet reddere, cur ex helleboro albo facta ſuppoſitoria aut antimonij clyſteribus admixtum eadem inducat ſymptomata, quæ ſolent eos inuadere, qui helleborum album vel antimonium ore hauerunt. Hinc quoque cauſa peti poſſe cur medicamenta purgantia vmbilico applicata aluum moueant. Per arterias enim medicamenti purgantis vis attrahitur, humoresque in iis commouet.

Intemperieſ meſenterij curatio.

Cur helleborus albus in ſuppoſitoriis aut antimonij in clyſteribus eadem quæ ore ſumpta ſymptomata inducât? Cur medicamenta purgantia vmbilico applicata aluum moueant?

CAPVT III.

De meſenterij vaſorum anguſtia & obſtructionibus.

FRæquentiſſimus quoque meſenterij morbus eſt vaſorum eius anguſtia, vnde multi alij morbi oriuntur. Eſt autem vel in vaſis lacteis, vnde chyli diſtributio impeditur, vel in venis meſaraicis.

Fit autem venarum lactearum anguſtia vel ab earum obſtructione vel compreſſione. Obſtruntur venæ lacteæ à chylo craſſo, crudo, lento, viſcido è ſimilibus cibis genito. Quod facit motus intempetiſſimus vel balneum poſt cibum, quæ alimentum adhuc crudum in hæc vaſa rapiunt. Comprimuntur à glandularum tumore, vel aliis meſenterij tumoribus. Venæ meſaraicæ etiam obſtruntur ab humoribus craſſis & viſcidis cum ſanguine ad eas effuſis, quales ſunt pituita bilisque diu ibi hærens, & incretaſata. Comprimuntur à tumoribus in teſtinalium.

Meſenterij vaſorum anguſtia & obſtructio, Cauſæ.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur venarum lactearum anguſtia ex chyli diſtributione, quæ ipſorum officium eſt, læſa, ad quam duo ſymptomata imprimis ori ſolent: alui fluxus chyloſus & albus, & totius atrophia. Si enim venarum harum officia obſtruantur, planè chylum ex in teſtinalis ſugere non poſſunt; Si verò in medio canali ſit anguſtia, vi petruptis valvulis & dilatatis ofculis in in teſtina chylus reſunditur. Atrophia verò ſequitur, vtili & neceſſaria ad alendum corpus materia denegata, atque chyli commenceatu intercluſo, quod ob ſciritro obſeſſas meſenterij glandulas sæpe accidiffe medicorum obſervationes docent.

Signa.

Venarum autem meſaraicarum obſtructiones ſi accidant, multa inde mala & ſymptomata accidere ſolent. Humores enim coëcti & flatuſ inde excitati diſtenſionis & grauitatis ſenſum excitant, vapores in caput attolluntur, vnde capitis grauitas dolorque circa dorſum excitatur, murmura ac tormina ventris concitantur, ructus & rugitus febrileſque generantur, & alia mala de quibus de affectione hypochondriaca dicitur.

Prognosticum.

Periculofum autem & pertinax sæpe hoc malum eſt, & multorum malorum fomes. Cum enim hæc

Prognosticum.

Humores in purgatione arte inſtituta per venas meſaraicas ad in teſtina confluunt. Vſus arteriarum in meſenterio.

Peſtoris cum hæmorrhoidalibus arteria conſenſus.

Per quas materiam feratur, cum dolor colicus in Arthritidem, rursus in ilium tranſcurratur? Cur dolor colicus in paralyſin vertatur?

pars sensu exquisito destitatur, vitiosi humores diu ibi latere pertinacisque obstructions parere possunt.

Curatio.

Curatio.

Curatio perficitur caussarum angustiz ablatione. Proinde si accidat obstructio, aperientia requiruntur. Si compressio, tumor comprimens tollendus. Aperientia autem sint moderata in primis qualitatibus, ne, si nimis calefaciant, calorem augeant, & humores acriores reddant, bilemque cumulent. Purgantia quoque non sint fortia, ne humores vitiosos plures ad partem affectam commoueant, sed per epicrasin purgatio fiat medicamentis lenioribus, quæ venarum mesaraicarum orificia exerugunt, numerosque leniter educunt, humoribus prius ad euacuationem præparatis & idoneis redditis. Nisi enim humores prius præparentur & ad fluxum apti reddantur, flatos excitantur, materiæque non educitur, ægrique valde affliguntur. Ad obstructions aperiendas & humores attenuandos vitiles sunt.

Aperientia & humores attenuantia.

Radices aperientes dictæ, *Polypodij querni, cichorij, taraxaci, ari, chelid. maioris gentiane. Cortices rad. capparum, tamarisci. Folia cichorij, fumarie, scariola, endiuia, cuscute, chamædryos, agrimonia, ceterach, centaurij minoris, carduibenedicti, absinthij. Flores geniste, cichorij, borraginis. Sem. endiuia, scariola, genista, quatuor, frigida maiora. Tartarum.*

Et ex his preparata & composita varia.

Syrupus byzant. simpl. & compos. de duabus radicibus, de cichorio, de endinia, simpl. & composit. de cichor. cum rhabarb. Conseruæ. cichorij, fumarie, carduiben. chamædryos. Essentia. absinthij, chamædryos, centaurij minoris, carduibenedicti. Extractum cichorij, centaurij minoris, carduibenedicti, gentiana. Ex tartaro medicamenta, cremor & crystalli tartari, tartarum vitriolatum. Spiritus salis, vitrioli. Trochisci de capparibus, de rhabarbaro, de absinth. de eupator.

Equibus cuique morbo & humori peccanti conuenientia eligenda. Dulcia & saccharo multo condita hic non sunt commoda: Contra amara maxime vitilia. Quæ quia gustui non sunt grata, commodissime in pilulas formantur. Vt tamen facilius penetrent, post eas assumtas liquor aliquis conueniens hauriri potest. Et vsu talium sæpe pertinaces nothæ tertianæ tolluntur. Vt ℞. Trochisc. de cappar. absinth. an. ℥. i. extract. gentiana, carduiben. centaurij minoris an. ℥. i. F. Pilulæ. Vel ℞. Rad. taraxaci, graminis, cichor. fenicul. polypod. querni an. ℥. ℞. folior. endiuia, cichorij, agrimonia, cuscute an. M. j. fumar. centaur. minor. an. M. ℞. sem. frigid. maior. ℥. ℞. feniculi, genista an. ℥. j. flor. cichorij, buglossæ an. p. i. tartari albi ℥. ij. passul. minor. ℥. j. Concisa infundantur in vase clauso in seri lactis, aqu. cichor. & fumarie an. q. s. donec vis omnis extracta sit. Hinc colitur. Colaturæ adde sacchari quantum satis & stent iterum in vase clauso in loco calido per diem, postea iterum colentur. Dosis ℥. iv. Fortiora sunt oxymel. compos. quorum formulæ passim extant. E. G. tale parari potest: ℞. Rad. aperient. an. ℥. ℞. cichorij, ari, cortic. fraxini, tamarisci, cappar. an. ℥. iij. fol. endiuia, fumarie, agrimonia, ceterach. an. M. j. carduibenedict. centaurij minoris an. M. ℞. flor. cichorij, hepatica alba, borraginis, an. p. ij. Concisa infundantur in vase clauso in aceti passulati & aqu. cichorij an. q. s. Addito spir. salis ℥. j. per triduum in balneo Mariæ. Colaturæ expressæ adde melle despumati vel sacchari q. s. Iterum per diem in balneo digerantur, vt fiat oxymel vel oxyfacchara.

A Quibus medicamenta ista ingrata sunt, iis vinum vel cereuisia medicata parari potest è corticibus tamarisci, absinth. carduibenedict. centaur. min. chamædry. Hoc loco non sine causa aliquid de medicamentis ex tartaro paratis monendum. Adeo enim hodie cremor & crystalli tartari & tartarum vitriolatum sunt vulgaria, vt à non paucis vix vlla medicamenta præscribantur, quibus hæc non admisceantur: Imò à Grollio tartarum vitriolatum vniuersale digestium appellatur.

Et fateor sanè, è tartaro parata medicamenta in humoribus melancholicis crassisque incidendis & attenuandis, ideoque obstructionibus aperiendis magnam vim habere. Cum vero sæpe accidat, vt in affectione hypochondriaca bilis atra, humoresque falsi & acerbi, atque omnino aeres, & qui ignis quasi seminaria in se continent, reperiantur: talibus certè humoribus tartarum vitriolatum & huiusmodi acria medicamenta non conueniunt, cum eorum acrimoniam non retundent, sed ea potius vsurpanda, quæ prauas qualitates talium humorum temperent: & omnino contrariæ qualitates contrariis opponendæ.

Humoribus ita præparatis eorum euacuatio instituenda. Et commodum hic omnino est, si venæ ani à natura aperiantur vel si natura sit segnior, hirudinibus appositis prouocentur. Purgationem quod attinet, ea instituenda pro peccantis humoris ratione & natura. Et extant passim talia composita plurima, vt Syrupus de cichorio cum rhabarb. diascereos, de fol. sene, oxymel. prepar. Gesneri, pilul. tartarea, extracta purgantia composita & panchymagoga varia. ℞. Absinth. sicci M. ℞. carduibenedict. M. j. centaur. minor. flor. prunor. syluest. an. M. ℞. fol. sene elect. ℥. ij. agarici albi, turbit. elect. an. ℥. ij. rad. helletbori nigri preparati ℥. j. ℞. cortic. citri ℥. ℞. 2 in Ziberis, galanga, caryophyll. an. ℥. i. sem. anisi feniculi an. ℥. ℞. Herba concidantur, aromata & semina crasso modo contundantur, & affundantur in vitro vel vase fictili vini Rhenani q. s. Vomitus verò planè vitilis est (modò nihil absit, quod eum prohibeat, de quo alibi dictum.) Solet enim humores, qui pertinaces in mesenterio obstructions excitant, exturbare, quos purgantia medicamenta educere non valuerunt.

Purgantia.

C Materia autem vomitoria alibi proposita est. Reliquæ, si quæ supersint, continuatis aperientibus supra propositis & diureticis exhibitis extirpanda. In quem etiam finem commodè exhibetur radix & semen spatulæ fetidæ, & radix centaurij maioris seu rapontici vulgaris. Vel ℞. Extracti absinthij, centaurij minoris, carduibenedicti, gentiana an. ℥. i. trochiscor. de capparibus ℥. i. spica nardi, schœnantibi, sem. apij, petroselini, an. ℥. i. Cui succo endiuia. F. Pilulæ. Et imprimis hic sunt efficacia medicamenta è chalybe parata, interdum & acidulæ, de quibus plura infra de affectione hypochondriaca, dicentur. De vasorum in mesenterio obstructione curanda dictum est etiam supra, part.

Vomitoria.

D Diuretica. E 2. sect. 2. cap. 6. de fluxu chyloso.

Diuretica.

Chalybs. Acidulæ.

CAPVT IV.

De mesenterij inflammatione Causæ.

S I verò humores & præcipue calidi cum sanguine, quo mesenterium & partes vicinæ nutriuntur, non solum in cavitatibus venarum & arteriarum mesaraicarum subsistant, sed & ex earum orificiis in mesenterij spatia effluant, quibus vel inflammationem excitare solent. Non verò hoc facile fieri

Mesenterij inflammationis Causæ.

fieri potest, quin simul in intestina, in quæ vasorum horum officia dehiscunt, excidant, & in iis simul inflammationem pariant. Etsi verò de intestinorum inflammatione, & qui hanc sequitur dolore colico supra de intestinorum præter naturam affectibus, *part. 2. sect. 1. cap. 2.* dictam sit, tamen; & hinc quædam addere libet. Neque enim tam rarus hic est affectus, ut nonnulli forsitan opinantur, sed iatis frequens, & ut existimo, non malè febrium semiterianarum originem hinc deduxi, *lib. 2. de febribus. cap. 21.* & non nescio quæ religio impediret, mortuorum cadauera sæpius aperire, inuenimus in iis talium inflammationum vestigia. Quibus licuit id facere, certè sæpe inueniunt. Inter quos est Adrianus Spigelius, qui *lib. 1. de semiteriana. cap. 13. & 16.* tales historias recenset, & *lib. 4. cap. 13.* ubi de colicis doloribus ex his inflammationibus ortis agit, ita scribit; In omnibus, quotquot vnquam aperire potui, veram inflammationem contempimus, qui modo ileon vel reium intestini partem aliquam, modò verò colon tantum occupauit. Vidi etiam, quibus omnia intestina & ventriculus erant inflammata cum omento, & mesenterium tantum inflammatum cum leui tenuium intestinorum inflammatione, &c. Nimirum cum natura aliàs vitiosos humores ad hanc quasi corporis sentinam à partibus nobilioribus depellere soleat, iidem nunc sentina cum fecibus alui excernuntur, nunc varii alii fluxus excitantur: Si vero via illa ad intestina præcludatur, ut in ea vitiosi humores effundi non possint; hærent in mesenterio & venis mesaraicis, vnde mesenterium & plerumque etiam intestina, nunc hæc, nunc illa, prout per hunc vel illum tantum mesentericum humores affluunt, inflammantur.

Occluduntur autem venarum mesaraicarum officia à causis nunc internis nunc externis. Causæ internæ sunt humores crassi & lenti, vel etiam copiosi; qui confertim ad intestina ruentes exitum non inueniunt. Causæ externæ sunt, potus & cibus ac medicamenta adstringentia, ut vinum austerum & crudum, obseruatumque post dysenteriam intempestiue curatam vitiosos humores detentos in mesenterio inflammationes excitasse. Fieri etiam potest, ut humores vitiosi in glandulis altius impacti externo calore accedente putrescant, caloremque concipiant, febribusque variis, nec non abscessibus causam præbeant. Tandem & causæ externæ, ut percussio, lapsus, vulnera humorum affluxum concitare valent.

Signa Diagnostica.

Ut autem malum hoc maturè cognoscatur, operæ pretium est. Medicus enim non raro fallit, & in fœminis pro veterinis doloribus; in viris pro dolore ventriculi, colico & nephretico (cum nausea & vomitus accedere soleant) habetur. Verum ab iisdiscernitur, quod in iis dolor modò infra vmbilicum, modò supra eum vel circa ipsum; vel in lateribus tantum percipitur; modò per totum ventrem extenditur; hic verò dolent lumbi nunc ex parte vtræque nunc in dextra, qui dolor se postea extendit ad anteriorem regionem ventris supra & circa ventriculum. Excrementa per aluum non redduntur; aut ægrè redduntur, & si clysteres inficiantur, post primas feces nihil nisi clyster excernitur. Urina est rubra bilis portione ad renes transmissa. Adest oris amaritudo, inappetentia, sitis, vigilix, febris, si intestina simul occupantur, est continua, plerumque semiteriana, de quo de febribus, *lib. 2. c. 21.* egimus. Sitamen profundius & circa glandulas ac loca mesenterii ignobiliora materia putrescat, febres sunt lentæ, sine siti & grauibus symptomatibus, & tensionis ac grauitatis saltem sensus infra ventricu-

Operum Sennerti. Tom. III.

lum percipitur. Quò enim locus, qui inflammatur, & in quo materia putrescit, est epari maioribusque arteriis vicinior, eò febris est ardentior, & symptomata sunt grauiora; quò verò ab eis est remotior, eò febris & symptomata sunt mitiora.

Nonnullis motus conuulsui, epilepsia, apoplexia, paralysis accidere solet, humoribus vitiosis ad spinalem medullam & cerebrum delatis, per vias, quas antea, *cap. 2.* expoluimus, & de scorbuto, postea explicabimus. Principio etiam sanies quædam rubra deinde factò abscessu pus album defluit ex aluo, & quidem modò permixtum fecibus, modò seorsim & sincerum, cum scilicet inflammatio est in intestinis inferioribus.

Prognostica.

1. Malum hoc periculosum, & sæpe etiam longum. Si enim inflammatio sit maior, febris etiam magna excitatur, & intestinis vel mesenterio corrupto & putrescente æger moritur, nonnunquam in abscessum periculosum inflammatio mutatur. Et sæpe malum tunc ad quadragesimum diem, interdum & ad octuagesimum extenditur; Si verò febris sit lenta, æger contabescit, & lenta morte enecatur.

2. Sæpe verò materia à natura aliò tranfueritur, non tamen planè tollitur, vnde malum recrudescit, & sæpe per multos annos, imò totum vitæ tempus durat, nunc febre redeunte, nunc eadem in colicos dolores permutata, ac cessante febre singulis mensibus, vel alio interuallo colica redeunte, & si non inflammatione, tamen *quædam* excitata.

Indicationes.

Ut in aliis inflammationibus, ita & in hac humorum affluxus inhibendus, iique reuellendi, repellendi, deriuandi, & expurgandi ac discutendi, eorumque intemperies & acrimonia temperanda & corrigenda; dolor, si sit magnus, mitigandus.

Curatio.

Principio ergo, si sanguinis aliqua copia adsit, viresque ferant, vena in cubito aperienda, ne maior humorum confluxus fiat, imprimis si epar vicinior ab inflammatione incalescat, aut si causa externa, ut lapsus vel percussio malo causam dederit. Si autem ex suppressione menstruum vel hæmorrhoidum malum originem habeat, etiam venam in talo aperire licet.

Etsi vero refrigerantia exhibere tutum non sit, ne materia magis impingatur: ad maiorem tamen affluxum prohibendum, & calorem temperandum, refrigerantia modicè cum ore sumi, tum per clysterem iniici possunt, parata ex hordeo, violaria, malua, violis, rosis, sero lactis & similibus. Purgantia

in principio locum non habent; cum facillè plus materix ad locum affectum attrahere possint: inflammatione tamen ad coctionem tendente lenia purgantia locum habent parata ex syrupo rosarum solutiuo; manna, rhabarbaro, (quibus & sena addi potest,) cum sero lactis, vel alio conveniente liquore exhibita, myrobalani verò & tamarindi, atque alia adstringendi vim habentia non vsurpanda, clysteres etiam ex malua, mercuriali, parietaria, oleo violarum, rosaceo, electuario lenitiuo simplici & aliis vsurpari possunt. Tandem declinante inflammatione, quæ reliquias materix abstergant, & per urinas educant, exhibenda, qualia *capite præcedente de obstructione vasorum* sunt proposita. Si dolor valde urgeat, is leniendus, quòd qua ratione fieri debeat, supra *part. 2. sect. 2. cap. 2.* de colica ex humoribus calidis dictum, & postea *cap. 6.* dicetur.

Dieta.

Victus sit tenuis, & feruorem sanguinis mitigandi vim habens, simulque abstergendi & aperiendi vt

Prognostica.

Indicationes.

Curatio.

Refrigerantia.

Purgantia.

Dipterica & abstergentia. Dolorem lenientia.

Dieta.

pollens. Itaque conueniunt pilsana & cremor hordei, iuscula gallinæ cichorio vel eudiuia alterata, emulsionēs seminum quatuor frigidorum maiorum, & cibi, qui nec crassum chylum suppeditant, nec calefaciunt. Potus sit aqua hordei vel cereuisia hordeacea tenuis, & in declinatione vinum *de 296-300*. Quies utilis est, vt & somnus ad iuuandam coctionem. Animi *ad 300* nimia vitentur. Aluus sit laxa.

CAPVT V.

De mesenterij alijs tumoribus, abscessibus, suppuratione & corruptione.

Mesenterij
tumores
alij.
Causæ.

NON solum autem inflammatur mesenterium, sed & alij tumores ex humoribus crassis & tartareis in eo oriuntur, qui vel in scirrhos & topophos ac calculos degenerant, vel in abscessus, sed lentè ac tardè mutantur. Si enim ex ingluuie nimia atque erratis in victu magna bilis, pituita, crudorumque ac crassorum & tartarorum humorum copia proueniat, neque maturè euacuetur, ea in hisce locis cumulat, & à laxa glandularum substantia imbibitur, vnde facilè exitum non inuenit, sed ibi congesta primum molles tumores excitat, postea humoribus sicciscentibus & concretescentibus, scirrhos, topophos, imò lapides in eo generantur. Ita refert Beniuenius, *de abdit. morb. & sanat. causis cap. 37.* cuiusdam Petri Altimarij filium octauum annum agentem incidisse in corruptum appetitum, & calculos ac rudera comedisse, ac postea in lentam febrem incidisse, tandemque malo procedente, & vomitu ac fluxu alui accedente puerum è vita discessisse, atque in eius cadauere aperto reperit callum inter venas mesaraicas. Ambrosius Paræus, *lib. 23 cap. 36.* narrat, (locum integrum adscribere libet, cum plurima notatu digna contineat) Anno 1572. Lutetiæ sceminam quandam Isabellam Rolandi è vita migrasse, & cum semper in mesenterio morbi causam delitescere medici suspicari essent, dissecto cadauere Doctorem Miletium mesenterium in suas ædes deferri iussisse vt id cum alijs Medicis diligenter contempleretur. Inuentum autem est mesenterium, & cum eo pancreas tumore miro, prope incredibili, turgens, adeo vt libras decem & dimidiam penderet, scirrhosum omnino extrinsecus, solisque postica parte lumborum vertebris adhærescens, antica autem peritonæo scirrhoso pariter ac penitus cartilaginoso. Suberant infiniti in eodem mesenterio abscessus sua quique cysti inclusi, alij quidem oleoso, alij melleo, alij sebaceo, alij albugineo, alij aquoso humore & liquore differti, quorum conclusa materia pulicula similis esset: demique quot ferè abscessus erant, tot erant materierum contentarum species & idem. Octauus iam annus agebatur, ex quo tumor ille inceperat sensim ac sine sensu & dolore ad tantam magnitudinem progredi, quod mesenterium ipsum doloris fere sit expertus. Agræ interim ipsi, perinde fere ac sanæ, licebat naturæ, animæ, ac vitæ munera omnia obire, nisi quod duobus antequam moreretur mensibus, coacta fuit lecto se tradere, quod febris continua, quæ illi ad extremum vsque vitæ diem perpetua fuit, superuenisset: & quod præ tumore pondere mesenterium suis velut radicibus & sedibus diuisum fluctuaret, non sine molesto onere & doloris sensu. Nam, vt prædiximus, lumbis modo vertebris ac peritonæo adhærebat, nullatenus autem intestinis & alijs partibus, quibus velut connatum alli-

A gatur. Itaque sua id mole & corpore vesicam premebat & coarctans difficilem mictionem faciebat: intestinis verò incumbens, vt aluus pignior esset, in causa erat: adeo, vt nisi deuorato laxante aut purgante medicamento, fæces non deicerent. Nam quod ad clysteres spectat, subire illi in intestina tumoris vias coarctantis magnitudine prohibebantur, intrusæ verò glandes nihil proficiebant. Respiratio ob diaphragmatis à tumore compressionem difficilis erat. Ita Ioan. Philippus Ingrassias, *tract. 1. de tumor. præter naturam cap. 1.* refert, Anno 1539. Panormi seruum quendam nigium ob fuitum suspensum dissectum fuisse, in cuius mesenterio stumæ circiter quadraginta inuentæ, præter quas in glandulis existentes totidem ferè externæ intestinorum, præcipue crassiorum, tunica adhaerentes tumores, prope singuli membranula, cuiusdam vesiculæ instar, conferti, & vniuersique quidem generis tumores varia quantitate, atque inter extremos, qui ad oui gallinacei magnitudinem perueniebant, & minimi ciceris paruitatem, quam plurimi intermediæ quantitatis visi sunt. Continebant autem nonnulli lapideum gypsum, nonnulli vero glutinosam, mucosamque substantiam. In reliquis corporis partibus salubria omnia deprehensa, atque ab iis, qui eum viuum cognouerunt, vnanimiter relatum, sanissimum donec suspenderetur, extitisse. Quod inde procul dubio factum, quod natura ad eas partes vniuersi corporis excrementa transmittendo reliquorum, maximèque naturalium viscerum sanitatem conseruauit. Guilielmus Fabricius etiam *Centur. 1. obseru. 70.* refert, puellam quandam Colonensem anno ætatis decimo paulatim in tabem incidisse, & quatuor sequentibus annis penitus extabefactam fuisse, appetitu tantum eius vix vnquam imminuto. Nam comedebat & bibebat non parcius, quam si sana fuisset, & exercitia sua puerilia vt plurimum peragebat, neque lecto decumbebat, nisi per sex aut septem hebdomadas ante obitum. Febricula tamen & tussi vexabatur continua. Cum autem anno 1600. ætatis 14. mortua esset, & mortuæ corpus aperiretur, mesenterium inuentum fuit repletum tumoribus duris, scirrhosis atque steatematibus, præcipue autem circa vasa & venas, quæ ad portam tendunt, circumcirca portam tumores scirrhosi inueniebantur multi, quorum nonnulli oui gallinacei, alij nucis & castanæ magnitudinem excedebant. Plateus etiam *lib. 3. obseru.* refert, in Anatome in mesenterio quodam deprehensos fuisse tumores glandulosos albos, duros, nucis magnitudine, hinc inde in diuersis locis intestinorum mediæ sedi adedò connatos; vt intestina eo in loco sic intumuisse viderentur, atque indurata: quam duritiem in ventre, dum viuebat adhuc æger, prominentem tactu deprehendere potuit, præsertim quando excrementa dura & sceuala in ea sede, vbi tumores hi angustiam in intestinis pariebant, diutius subsistebant, atque intestina amplius in tumorem eleuabant, vnde, aluus illi constipabatur, colicique dolores illum excruciabant, quibus tandem euictus, occubuit.

Fuit etiam in vicinia hic Quæstor quidam à multis annis valerudinarius, qui ventrem crassum habebat, crura inflata, & in eis sæpe vlcera *duobus*, cum viram debilitate & appetitu læso. Is et si varijs medicamentis atque inter ea etiam thermis vsus esset, nil tamen melius habuit, sed res eò deuenit, vt humoribus serosis ad crura descendentibus ipse ad ambulandum planè impotens redderetur, & sella gestandus esset. Accidit tandem vt supra dextrum inguen in abdomine tumor emergeret,

atque in vlcus gangranosum abiret, imò ad manus A latitudinem eadem gangrænâ musculos & cutem abdominis eo loci occuparet. Vnde etiam mors tandem secuta est: Cuius morbi causa procul dubio fuit tumor aliquis durus & diuturnus in mesenterio: qui postquam tandem exulceratus fuit, putredine partes superiacentes vsque ad cutem corripit, & eam gangrænâ ibi excitauit.

Lapides in mesenterio reperti. Abscessus. Imò lapides etiam in mesenterio repertos fuisse, Medicorum obseruationes docent.

Quandoque tamen materia, sed tarde ac lente; in pus mutatur, atque abscessus generantur in mesenterio. Antonius Beniuen. *de abd. morb. & san. caus. cap. 13* refert, iuuenem quendam diuturnis alui torminibus vexatum, & tandem iis extinctum fuisse; in cuius cadauere aperto remotis intestinis abscessus magnus in mesenterio repertus est, quo præciso materia multa nigra fetensque profluxit encausto iutorio similis. Et supra retuli nobilem quendam in vicinia cuius diu malo habuisset, & nescio de quo languore conquestus esset, tandem rupto abscessu, qui procul dubio in mesenterio latuerat, subito per aluum nigram & fetidissimam materiam magna copia eiecisse, & intra horam expirasse. Narrat quoque Marcellus Donatus, *de histor. med. mirabili lib. 4. cap. 7.* viuum quendam febre valida correptum per aluum sanguinem nigerrimum corruptum, pessimè olentem ac quindecim librarum pondus excreuisse, in cuius cadauere aperto in eius mesenterio ea parte superiore, qua intestino recto connectitur, vlcus fordidum ad sphatham longitudinem inuentum fuisse; cum tamen æger nunquam, nisi extremo vitæ die, quo illi venter intumuit, de illius partis dolore conquestus esset. Ita Volcherus Coiter, *in obser. anat. & chirurg.* refert, in patricij cuiusdam Noribergensis, qui affectione, hypochondriacæ non absimili, laborarat, & tumorem in sinistro genu & abdominis parte habuerat, cadauere aperto magnam colluuiem materiæ purulentæ ac fetidæ inter duas mesenterij tunicas, quæ maiorem inferioris ventris partem occupauerat, & epar sua putredine infecerat, repertum fuisse.

gangrana. Imò mesenterium gangrænâ vitiatum repertum fuit in Rondeletij vxore, vt refert Ioubertus, *in vlt. ca Rondeletij.*

Et procul dubio tales mesenterij abscessus in multis reperirentur, qui lentis ac diuturnis morbis, variisque symptomatibus, quorum causas reperire non facile est, quæque medicos sæpe suspensos & dubios habent, exercentur, & moriuntur, si eorum cadauera aperire liceret. Sed obstat plerumque præpostera quædam erga mortuos reuerentia, quæ tamen impediri non potest, ne eadem cadauera putrescant, & vermium esca fiant; interim rei medicæ incrementum hoc modo non parum impeditur.

Signa Diagnostica.

Cognitu autem omnino difficiles sunt isti mesenterij tumores & abscessus, & quamuis suspicionem aliquam de se præbeant, quales tamen sint, vix integre, nisi post mortem, cognoscuntur. Interim danda opera, vt quantum licet in eorum notitiam veniamus. Quæ ratione autem cognosci possint, Fernelij verbis proponere libet. Ita autem ille *lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 7.* Si ampla & vasta mole venter totus præter naturam prominat, idque circa fluctuationem, citra alij suppressionem diutinam, citra hydropis suspicionem, vnde & quæ id ex causa obtigerit, tactu ita quidem discernendum. Cum adipis copia venter prominat, quoniam cuti summæ is inhærescit, manu totus comprehen-

di, secernique potest à musculis abdominis, ac præterea reliquus corporis habitus obesior existit. Cum tumor insertus est musculis abdominis, primò is contactui occurrit, & cum premitur, plerumque etiam citra eius pressum, dolore afficit, quod pars ea sensu prædita sit: intestina non coarctat, neque alui deiectionem remoratur. Mesenterij vero tumor, quoniam alè sepultus est, non nisi pressu animaduertitur, nullo dolore affligit, quod pars ipsa sit doloris experta. Quin etiam sua is mole intestina premens atque coarctans, sæpe efficit, vt alius pigrior sit, tardiusque fæces descendant. Vtrum præterea tumor vniuersum mesenterium, an partem duntaxat, & quamnam occupet, mollisne sit an durus, tactu etiam interoscendum. Cæterum quoniam in mesenterio humor exsuperet, iam non tactu, sed iis ipsis notis, quibus in iecore aut liene proditum est, cognoscitur, sed quæ tamen tum obscuriores, tum leuiiores existunt. Hæc autem obscuritas multis fuit causa ignorantia, cur harum partium affectus prætermitti fuerint, nec veterum scriptis celebrati. Hæc Fernelius. Et omnino sæpè tam occultis & alè sepulti latent isti tumores, vt nec tactu etiam deprehendi possint; & sensus adeò hebes est huius membri, vt nec insigniori aliquo dolore sese hi tumores prodant, ideòque etiam alia symptomata perpendenda. Adest enim interdum nausea & vomitus, sine ventriculi affecti signis, alui cruentæ vel fetidæ deiectiones, vigilæ, febres lentæ, inordinatæ, tussis, virium languor. Et quidem tumores indurati & abscessus delitescentes ob sensum hebetem, mesenterij vix animaduertuntur, vbi vero rumpuntur, euidenter sese produnt, vt postea in *Prognosticis* dicetur, & pus vel sincerum, vel fecibus permixtum, citra dolorem tamen insignem, excernitur, id quod in ventriculi, epatis, lienis inflammatione, in quibus dolor & grauias symptomata urgent, non accidit. Et si quis omnino signa inflammationis, epatis, lienis, diaphragmatis, musculorum abdominis diligenter perpendere velit, ea in hisce tumoribus locum non habere animaduertet, etsi vel tumor vel grauitatis sensus, aut dolor percipiatur, aut febris etiam adsit.

Prognostica.

1. Affectus hi diuturni sunt, & tandem in tabem vel hydropem ægrum præcipitant, ac vix curantur. *Prognosticis ca.*

2. Abscessus ruptus per aluum plerumque euacuat. Si verò aliò, quàm in aluum vomica rupta fuerit, neque exitum materia repererit, colicæ similis dolor excitatur. Si vero in abdominis cauitatem eruperit, seu inter medium membranarum mesenterij spatium, humor putridus vicina corrumpit, & sæpe sphaceli auctor est.

3. Nonnulli quidem pure per aluum euacuato sanantur: accidit tamen etiam, vt si materia valde praua sit, ægri paucarum horarum spatio moriantur. Pro natura enim humoris & affecti loci conditione, ac viscerum vicinorum, quæ à putridâ materiâ motâ ac vaporibus inde eleuatis afficiuntur, diuersitate & nobilitate varia oriuntur symptomata, ac miri naturæ in expellenda materia conatus animaduertuntur, & variè vitæ à natura in expellenda materia queruntur. Nonnunquam enim pus per proximam venam in coli aut recti intestini cauitatem effunditur, nonnunquam quasi per cuniculos per umbilicum pus erumpit, nonnunquam etiam per renes expurgatur.

Curatio.

Tumores duri, scirrhi & calculi in mesenterio curari vix possunt. Si tamen quid tentari liceat, ea medicamenta, quæ ad pertinaces obstructions adhibentur, & quæ etiam de affectione hypochon-

diaca proponuntur, in hisce affectibus usurpari possunt. Vbi autem in abscessus mutantur, naturæ etiam primariæ partes sunt, quæ nisi aliquid in euacuando pure tentauerit, vix æger seruetur. Ars tamen naturæ succurrit, dum materiam detergit, & quod reliquum est dilucit, tandemque vicus conuoluit. Partes quoque, quæ per pustulant, & in partibus tenes, munitendæ, ne pure transeunte lædantur, quod diligenter præstandum. Solent enim interdum, nisi cura rectè instituat, postliminò quasi reuertì. Velis est hic terebinthina cypria, quæ vel in bolum cum modico rhubarbari confortanda, vel cum vitello out in lacteum liquorem redigenda, vt in Instu. dictum.

Exhibenda sunt & alia exiccantia & consolidantia, vt decoctum radicum sarizæ parillæ cum radice fragariæ tactum: Vel hoc ℞. Rad. sa. saporilla, china, an. ℥ i. B. caryophyllata, fragaria an. ℥ i. fol. scabio. a. alchimilla, veronica, hederæ terrestris an. M. j. ligni rhody. ℥. v. passularum minorum lotarum ℥ ij. In vase clauo bulliant in j. q. iuris palli vel serui lactis, vel aquæ chalybeatæ, & postea per manicam Hippocratis tranciantur. Vel ℞. Rad. sa. saporilla & lb. china, acrisa an. ℥ i. j. fragaria ℥ j. veronica, alchimilla, scabiosa, persicaria an. M. ij. salua, flor. verbasci, chamemeli, hyperici, sem. coriandri, feniculi, an. ℥ ij. melonum ℥. B. Concisa infundantur per triduum in vini albi, aquæ veronica, flor. chamemeli Romani, cardui Maria ana parte vna, brodi caponis partib. iij. postea destillentur. Dosis ℥ iij. Si libet addatur aliquid syr. rupi veronica, scabiose, granarum, cinamomi, inlebi rosarum. Vitale est & hoc Eleæuarium. ℞. Conf. ros. rubr. veronica, cichor. an. ℥ ij. scabiosa ℥ j. roobiumperi ℥ j. pulu. radic. sa. saporilla, china, ligni aloës, rhodij an. ℥ ij. margar. præp. corall. rubr. præp. an. ℥ ii. Cum syr. de cinamomo F. Eleæuarium.

Dieta.

Cibus sit boni sacci & facili coctionis, ac temperatus, non crassus, non viscidus, non acidus, non dulcis, sed potius sine acrimonia, tamen moderatè abstergens. Potus sit vinum tenuè vel cœceniua tenuior. Potest & decoctum china, cum glycyrriza & passulis usurpari, nec inuile est hac alinum exhibere.

CAPVT VI.

De Symptomatibus ex humoribus in mesenterio conuulatis oris & p. acipnè dolore.

Mesenterij
symptoma-
ta.

Atque hæc de morbis mesenterij. Symptomata inde orta quod attinet, sunt ea varia. Nā etsi dicitur apud humores in hisce locis latent, antequam sese prodant: tamen vel tandem commoti quacūque de causâ varia symptomata excitant, & pro varia inclinatione, nunc vomitu per superiora eiciuntur, nunc deorsum tendentes per aluum euacuantur, nunc ad vicinas membranas delati dolores, eosque pertinaces & sæpe recurrentes excitant; vel suis sedibus conclusi & cœrciti & à calore partium vicinarum putredinem concipientes febres vagas & erraticas pariunt; vel glandulas implentes, & vicina vasa aut comprimentes aut obstruentes cachexiam, atrophiam, languorem giugunt, aut partes in timorem attollunt, & omnia omnino symptomata, quæ affectione hypochondriaca & scorbuto laborantes experiantur plurimam, de quibus postea de affect. hypoch. & scorbuto dicitur, ex hisce sedibus ortum habent. Egregium ve-

Mesenterij
dolor.

ro symptomata, quæ ex materia in mesenterio contenta proficiunt, est doloris illa peculiaris species, quam supra, part. 2. sect. 2. cap. 2. explicauimus. Pauca saltem hic addemus.

Mentionem autem mali huius facit Hippocrates & nō nisi, vltimè, morbus reuoluitur ab eo nominatus, & ita describitur. Dolor acutus prehenasit, vehementerque dolet & ipse se ipsum iactat, & vociferatur, frequenter eructat, ac ubi eructauerit, in illis habere videtur. Plerumque vero paucam hanc vomitione reiecit, poculi parui mensura, dolor ex visceribus ad sinum ventris & laterum mollioribus peringit, cumque contigerit, melius habere videtur, venter inflatur & indurefcit, sonitum edit, neque flatus, neque steruus dimittitur.

Materiam autem huius doloris & reliquorum, quæ postea dicentur symptomatum causam, in mesenterio contineri multa docent. Solent enim hi dolores febribus diuturnis succedere, cum natura humores prauos, frustra eorum per aluum euacuatione tentata, in membranas has detrudat. Accidunt etiam iis, qui Ictero sunt, obnoxij, & ad cachexiam dispositi. Et cum mesenterium nihil fere aliud sit, quam peritonæum ad lumbos duplicatum, iisque affixum, aut certe oriatur à ligamentis vertebrarum lumborum, iisque validissime alligetur: doloris huius, & omnium, quæ ipsi coniunguntur symptomatum, causa recèssime ex mesenterio reddi potest.

Ob hanc enim mesenterij cum lumbis connexionem doloribus istis dolores lumborum perpetuo sunt coniuncti, imo interdum in vniuersum abdomen extenduntur. Hinc etiam, paraly. eos & Epilepsia causa reddi potest, dum scilicet materia, ab arteriis mesentericis ad lumbares transmittitur. Habent autem hi dolores originem ab humoribus calidis siccis & acibus in hac corporis sentina collectis ob causas, quas hætenus exposuimus.

Signa Diagnostica.

Signa huius doloris supra part. 2. cap. 2. proposuimus. Instant tamen etiam doloris, vt præcaueri possit, signa animaduertere vitale est. Arguit autem instans hoc malum icterica quasi in opochondriarum, & luridus faciei color, grauitas hypochondriorum, situs aucta, vinctæ rubicundiores, alui suppressio, in lumbis dolor.

Hinc dolor ventris & lumborum oboritur, qui in yno loco fere fixus est, venter nisi inflatus, ad interiora & dorsum quasi retrahitur, medicamenta vomitu reiciuntur, ac dolor postea per vniuersum ventrem diffunditur, dolorque lumborum perpetuo est coniunctus, quod citra comunem causam, qualis est venarum & arteriarum quæ per totum ventrem inferiorem diffunduntur, structura, fieri non potest. Habet enim hic dolor hoc proprium, quod subinde per interualla recurrit, & sæpe multis annis ægrum affligit, & toties, quoties in hisce locis, noua materia collecta est, id quod sine certis interuallis accidit, nonnullis post menstruum spatium; nonnullis post semestre, nonnullis post annum, tempore tamen autumnali plerumque magis affligere solet. Tandem materia per intestina exitum non inueniente ad lumbos & hinc in caput, & artus distribuitur, vnde paraly. sis, conuulsiones, epilepsia, deliria sequuntur, & ubi humores prauis viscera debilitant, sanguinemque per totum corpus inquinant, in toto, & præcipue in brachijs ac eruribus atrophiam sequitur, quæ sæpe vix vlla arte & non nisi longo tempore curatur.

Proprium
doloris
mesenterij
signum.

Prognostica.

Dolores hi vt diuturni & pertinaces esse solent: ita sæpissime etiam ægrum in grauissima mala

Prognostica.

malo enumerata, tandemque mortem ipsam precipitant. 2. Diuturnis circa lumbos, tenent intestinalium, ac praecordia coloribus virgibus si aegri cibos auterentur vni cum febre, nis dolor niteius ad caput progrediens repente illos occidit eductio- nis modo Hippocrat. in crasis 3. Quibus tormi- na adhaerent, & circa umbilicum cruciatus, & lumborum dolor, qui neque medicamento neque aliter tolluntur, in sicca hydropetia hincantur. 4. aph. 11. 4. Post multorum annorum tormina succedat vel haecica & incurabilis interperies, vel peritonaei ac partium vicinarum abscessus.

Cura.

De curatione supra, part. 2. sect. 2. cap. 2. dictum. Ut quaedam addamus, curatio in duobus consistit, in crasse ablatione & dolis lenitione. De caulis & humorum viciis foris, qui in mesenterio collu- gantur, ablatione, haec sunt dictum, & quibus par- tet, ubi doloris huius immanens signa adiunt, dandam operam, ut materia doloris causa euacuetur. Ideo que clysteres credi inueniunt, ut mate- ria ad intestina transiret & exitus pareretur. Plus ta- men aliquoties vomitum ab ipsa natura prouoca- tum, quo acida, amara, humoresque acres praeui ad aliquot libras reiecti sunt, profuisse & inde a dolo- ribus breui temporis spatio aegrum liberatem fuisse memini. Neque caret res ista ratione. Etenim cum materia ista praeter unquam circa lienem & in vena por- ta colligitur magna copia solet, ubi per omnes va- forum, qui mesenterium & intestina disperguntur, ramos diffunditur, grauios & diuturnos dolores excitare solet. Imo ubi exitum non inuenit, & natu- ra de ea per intestina euacueda desperat, repurgat, naturaque eam ad alias partes detrudit; unde con- uulsiones, paralysis & alia mala excitantur. Si vero natura hos labores per viam compendiarum, quae est per vas breue, in ventriculum effundit, ut vomitu reiciantur, omnes isti dolores & reliqua mala euacuantur.

Si autem natura eo non vergat, & praecipue si motus intestinalium inuersus sit, ac metuendum, ne vomitu concitato natura magis ac magis motui versus superiora assuescat, danda opera, ut intestinalium fibrae tensae laxentur, vasorum mesaraicorum orificia aperiantur, atque ita materiae exitus pareretur. Clysteres ergo inueniuntur ex lacte caprino, vel decocto maluz, altheae, parietariae, biancae vrsinae mercurialis, florum chamemeli, vel decocto galli eum cassia, melle rosato & violato solutiuo, Syrupu de cichor. cu Rhabarb dialereos, oleo amygdal. dul- cium, liliorum alborum, violar. chamemeli, vitello oui, quibus maioris absterisionis gratia hiera sim- plex addi potest. Potandum vero exhibeatur oleum amygdalarum dulcium recens expressum cum man- na, ut supra loco allegato dictum. Venter extra inungatur eo amygd. dulcium, violarum, liliorum alborum, chamemeli, & cataplasmata ac alia loco allegato proposita applicentur. Atque ista cum simul anodyna sint, dolorem etiam mitigare possunt. Si vero is valde urgeat, narcotica addenda. Quapro- pter semen papaueris dictis medicamentis addere vtile erit. Quod si non sufficiat, ad narcotica acce- dendum, de quibus loco allegato dictum.

CAPVT VII.

De morbis Pancreatis.

Pancreatis usum plerique anatomici eum sal- tem esse statuunt, ut vasa lacteifera, ne rup- tionis periculo sint exposita, & ut ventriculo sub- sternatur, ne repletus doritue vertebrarum laeda- Operum Sennerti Tom. III.

Atur Verum cum pancreas non simpliciter glandula sit, sed peculiare parenchyma & suam carnem, unde & nomen obtinet, habeat, & praeterea vasa supra cap. 1. dictum, vena haecque omnes in pancreas tendunt, atque in eo minus antraeibus dileuuantur: nobiliorum proculdubio usum habet, atque ideo factum, ut quicquid coenae in chylo est ad se tra- hat, ut ita chylus purior fiat, & foetam etiam chylum aliquo modo alteret. Unde etiam Clarissimus Rorarius Anropog. lib. 2. cap. 16. in morborum & melancholicis corporibus laudanda in lienem seu lienis viciniam vicus appellat pancreas, quod scilicet lienis vicem suppleat, quando vitatur hoc vitus mar- cetis. Neque minus natura sua & corporis habitu melancholicis se obseruasse scribit, in quibus, eam viuere, lien nec timebat, nec dolebat, sed pancreas epatis molem aequabat, atque cohercet etiam huius. vni Augustini Thuanus exen. plo qui habitu corporis melancholico conuertebatur, per quadringentum de dolore colico circa regionem coli intestina cum sensu potius ad regionem stomachi, cum statet excretus vel ambularet: hypochondria vero ei non tumentant, nec florebant etiam dicitur atrectata vel percussa. Tandem repentina & inopinata gangrena correptus pede dextero ad stuprem a celeriter septime cum oris cruciatibus inter sex horas expirauit. Aperto cada- uere, deprehensum iecur incuratum, rotundum in- star sphaerae factum & transixum gyplea pitecia seuum referente, pancreas vero anipitudine sua & ponderis ipsius epatis aequabat, totum testiculorum multis globulis specie oui columbini distentum: Lien adeo exilis erat, ut vix vnciam ponderasset.

Habet autem pancreas, ut iam ex his, quae modo dicta sunt, patet; etiam suos morbos, & praecipue tumores & abscessus. De tumore enim Exemptum in Thuanus R olano modo adductum est. Abt. eius historiam habet Aubertus, Progn. ad libr. abdit. Fernel. ex c. 44. in mercatore quodam Legdu- nensi, qui nihil dormire poteret, & tunc dormire conaretur, in Lipothymiam & totius corporis ingi- dum sudorem incidebat, donec tandem mortuus est. Corpore aperto pancreas, integro saluoque vitae principio & stomacho, duntaxat reperiuntur est ab- cessu putrefactam. Gualterus Fabric etiam cent. 1. obs. 71. in fabro quodam, qui biennio variis per interualla morbis dolere experiat, vitae in obitu- tionibus & cachexia laeo, aut in mortuo inter ex- tera reperit tumorem semiholum, suppuratum, in- star steatomatis magnitudine duorum pugnorum ortum ab inferiore parte pancreatis, qui intestinum duodenum circumdederat, sic, ut peritonaeo tectus alterum quasi ventriculum menteretur. Possunt au- tem varia ex pancreate obstructo & tumefacto oriri symptomata. Venter enim ob viciniam affi- ci potest, dolores & pondens sensus circa regionem ventriculi, & in dorso excitari, ut & pallationes ob compressionem arteriae coeliacae, & facili respiratio ob coensum diaphragmatis. Curatio ideo edica- Eorum Curatio. mētis perficitur, quibus lienis obstructions & scir- rhi curantur. Nec est in commodum emplastra ista, quae lienem applicari solent, dorso ad regionem pan- creatis imponere.

CAPVT VIII.

De morbis Omenti.

Omentum tandem etiam suis morbis obno- xium: Cui enim venas a porta vena capiat, morbi & quidem superior membrana vitaeque gastro epiploidem dextra & sinistram, inferior epiplo-

dem dextram & posticam arterias totidem à cœliaco & mesenterico ramos; facile humores vitiosi omnis generationis in id confluere possunt. Et cum omentum instantiam partibus adhærebat, ad quos rami plenè furculi perueniunt, facile etiam à liene humores vitiosos & feculentos suscipere potest, & præcipue ea in parte omenti humores vitiosi multæ sæpe cumulantur, quæ est inter lienem, septum & ventriculum, imprimis in cavitate illa omenti in sinistro hypochondrio sub Diaphragmate ex ventriculi, omenti, coli & viscerum connexu orta, & exitum non habens, sed ita conclusa, ut aquam continere possit, quam Doctor Salomon Albertus Antecessor meus p. m. de *Scorbuto ihes.* 71. stagnare aquam vidit, & postea etiam diligenter descripsit Hieronymus Fabricius in *historia seu structura omenti*. De quo accipiendus aphorismus Hippocratis 54. *sect.* 7. quibus *inter ventriculum & septum transversum phlegma clauditur & dolorem affert, in aliterurum ventrem viam non habens, iis per renes in vesicam verso phlegmate morbi fit solutio*. Et non raro accidit, ut humoribus, imo & flatibus in hisce locis cumulatis lien frustra accusetur, materiã in omento consistente & sæpe abdomen in sinistra parte versus umbilicum in tumorem attollente. Accidit etiam nonnullis, ut dum ventrem attollunt vel comprimunt, aut moventur, sonum & strepitum quendam in ventre audiant; quod evenit ob humores & flatum in hac omenti cavitate conclusos; hosque nonnulli *ispasmodici* appellari putant, de quo postea de *affect. hypochondr.* dicetur.

Et per hanc viam humores etiam in abdominis cavitate irumpere possunt, ut docet Hippocr. 7. *aphor.* 57. & *lib.* 4. de *morbis*, & *lib.* 1. de *morb. mulierum*. De qua re *infra de hydrope* dicetur.

Tumores
omenti.

Sæpe vero intumescit omentum ex humoribus affluentibus. Vesalius omentum quinque librarum pondus æquasse vidit: cum naturaliter sese habens vix semilibræ pondus excedat. Riolanus *Anthropog.* *lib.* 2. *cap.* 11. in nobili adolescente annos 17. nato omentum vidit versus umbilicum ad formam orbiculi latitudine palmi conglobatum, multis glandulis differtum, quod totam illuviem exceperat, liene penè consumto & mesenterio ac pan-

create putrefacto ex abscessu. Lutetia in corpore secto inuentum fuit in epiplois ad vesicam vix pendens membraneo quodam veluti sacco apostema, pure ibidem coacta distentum. Rousselus de *part. Casareo*.

Omentum abdominis musculis & peritonæo adnexam vidit Columbus, *lib.* 15. *Anatom.*

Nonnunquam etiam locum mutat, & prolabitur omentum, viditque Columbus, ut *loco allegato* refert, in seroto omenti libram & amplius. Et sæpe in hernia accidit, ut non solum intestina, sed & omentum in serotum delabatur, delapsumque ventriculum deorsum trahat, & singultus ac aliorum symptomatum causa sit.

Extra umbilicum quoque prolapsum fuisse omentum, Columbus, ut *loco allegato* testatur, observavit.

Putrescit etiam interdum omentum, viditque in studio quodam scorbuto & hydropo laborante & in Nosocomio Academix mortuo totum ferè omentum putredine absumtum fuisse.

Vulneratur tandem etiam interdum, imo abscinditur omentum.

Difficiliter autem humores vitiosi in omenti venas & substantiam effusi euacuantur. Neque enim venarum illarum orificia in locum euacuationi convenientem dehiscunt, ut venæ mesaraicæ, & si euacuari debent, necesse est ut regurgitent ad loca, per quæ sunt illapsa, quod raro fit, cum expultrix huius partis sit valde debilis. Ideoque non tolluntur humores ex omento, nisi continuato thermarum vel acidularum potu.

Vulnera vero omenti non semper sunt lethalia, imo etsi pars eius abscindatur, mortem non affert. Ita refert Galenus 4. de *usu part.* *cap.* 9. se euidam gladiatorio vulnerato fere totum omentum abscessisse, & hominem nihilominus sanatum fuisse, qui tamen facile postea lædebatur à frigore externo, ut non sustineret nudum habere ventrem, sed lanis assidue esset obvolutus.

Si vero putrescat vel abscessum patiat, mala vix sunt sanabilia. Verum de hisce, quæ de morbis mesenterij, pancreatis & omenti dici possunt, etiam quædam *infra de affectione hypochondr. & de scorbuto* dicentur.

Omentum
peritonæo
adnexam.
Eius situ
mutatus

Omenti
putredine

Vulnera



LIBRI TERTII

PARS QUARTA.

DE LIENIS PRAETER NATURAM AFFECTIBVS.

CAPVT I.

De vsu Lienis & Natura humoris melancholici.

Postquam chylus in venticulo genitus per intestina & vasa mesaraica ad lienem transmittitur, inde sanguis generatur pro partium in ventre inferiore nutritione. Etsi enim antiqui plerique saltem pro humoris melancholici receptaculo lienem habuerint; tamen doctiores Medici plerique hodie cum etiam sanguificationis organum esse statuunt vt in *Instit. lib. 1. cap. 9.* dictum, quæ huc transferantur.

Deum mirum ibi lienem primum sanguificationis organum esse, quod partem chyli crassiorem per splenicam ramum, & procul dubio etiam arteria cœliacæ sinistra seu splenicam arteriam attrahit (nam duo vasorum genera in liene per anastomoses coeunt, vt humor, qui crassior est, facinus coquatur) & inde sanguinem quidem bonum, sed respectu sanguinis, qui in epate ex reliqua chyli parte puriore generatur, crassiorem paulò generat, pro viscerum in ventre inferiore nutritione, atque per venæ portæ ramos deferatur. Quapropter etiam, cum chylus prius ad lienem, quam epate deferatur, primo de lienis morbis dicemus. Vt autem comitodius id fiat, iis, quæ in *Institut. loco allegato* de vtu lienis, & *lib. 2. part. 2. cap. 6. & 8.* de natura humoris melancholici docuimus, & hic repetenda non censemus, quædam addemus. Et quidem vtu lienis quod attinet, ansam aliquid adhuc addendi nobis præbent Viri doctissimi. Carolus Piso in *libro de morbis à serosa collaue ortis*, & Galparus Asellius in *libro de Venis lacteis* Est autem Carolus Piso in ea sententia, cor minime esse officinam sanguinis arteriosi, sed lienem esse officinam sanguinis tenuis, & calidi, qui in arteriis continetur, quem sanguinem ex tenuiore chyli portione attracta gignat, gemitumque pulsu in vniuersum corpus distribuat, respondentem in nobis carnosæ substantiæ; simulque docet lienem esse principium radicationis venarum gastricarum, & epiploicarum, nec non radicationis aorticarum, fontemque alterum, eumque præcipuum, seri in corpore necessarij.

Et primo quidem lienem etiam aquosa attrahere, antiquum dogma est Auctoris *lib. 4. de morb.* & Aristotelis, qui *3. de part. animal. cap. 7.* scribit: *οτι το αλιωδον εν τω σπληνι: τα ενυδατα τα δευτερα* vt & Hippocrates *lib. 1. de morb. in libr. scribit: αρα οτι το αλιωδον εν τω σπληνι: τα ενυδατα τα δευτερα*. Conuenit verò id cum ipsa experientia. Nam vt quæ alibi diximus, hic non reperimus, patet hoc primum ex eo, quod obseruatur, eos, qui plurimum bibunt, præsertim vinum, & cereuisiam tenuem, vix hausto potu primum à mensa surgentes aqueam potus partem mingere; quod fieri vix potest, potu ad intestina transmissio, & à mesaraicis attracto (cum pylorus

tunc clausus sit, & per viam tam longam, ac perplexam tam breui tempore potus transire non possit) sed immediatè ventriculo per vasa gastrica, & breue imprimi fieri necesse est, potu ad lienem transmissio, & amentaria eius parte in liene restitente, aquæ ad renes transmissa. Vnde quoque accidit, vt splenicis, postquam seu aquam seu cereuisiam copiosius biberunt, non ita multò post murrura, & rugitus circa lienem oboriantur. Deinde liquidioris alimenti partem statim ad lienem trahi, vel ipsa famis sedatio, quæ fere statim sumto cibo, præsertim liquido, accidit, testatur. Nam cum fame, non aliter sedetur, nisi vbi venarum ad ventriculum pertingentium suctio quiescit & sedatur, quod euenit, cum pars alimenti liquida à vasis trahentibus in viscera deferatur, & ita tractioni eorum satisfacit: at verò tractioni venarum mesaraicarum, & quæ ex intestinis immediatè chylum alliciunt, statim sumto cibo satis fieri non possit; cum sumto cibo orificium ventriculi inferius per p. usculas horas arctè claudatur, nihilque à ventriculo ad intestina statim sumto cibo descendat: sequitur famem, quæ sumto cibo sedatur statim, non à suctione & tractione venarum mesaraicarum ortum habuisse, sed à venarum, quæ ipsi ventriculo inseruntur, tractione. Hæ autem sunt venæ gastricæ, & epiploicæ, atque imprimis vas breue, ex porta splenica propagata, & ventriculo immediatè inserta.

Deinde crassa etiam attrahere lienem satis, *lib. 2. Instit.* monstratum opinor. Neque ad contrarium probandum illud satis efficax est, quod dicitur, in prima, quæ fit in ventriculo, coctione terrenas partes inutiles in se separari, vt in secunda coctione non nisi igneas, & aqueas separari necesse sit, cum per vasa angusta chylus non nisi defæcatus, & liber prorsus à partibus crassis distribui, & transire queat, vt pote quæ admodum sunt angusta, & puncti cuiusdam instar exigua. Etenim si coctiones in corpore humano consideremus, satis apparet, naturam per gradus quasi, & pedetentim ad perfectionem tendere, neque in prima coctione omnia crassa plane separari: id quod vel ex eo apparet, quod non ita facile obstructionibus, & scirrhis obnoxius est; quod non fieret, si tantum tenues humores attraheret. Et quam crassæ partes sæpe ad officinas secundæ coctionis perueniant, vel ex vrinis satis apparet. Imò ipsi, qui contrarium statuunt, affirmant, chylum esse mixtum quiddam ex quatuor diuersis substantiis, totidem elementis primis respondentibus, ut que imperfectè coalescentibus, ac vnicis aggregatum. Nec diffiteri possunt, sed ex iis, quæ ipsi admittunt, fundamentis concedere necesse habent, lienem, quia celeritorem epate facit

Idem etiam crassa attrahit.

attractionem, & ex ipso ventriculo chylum statim atrahit, multa terrena, & lutosa cum aqua chyli parte, per vas breue quidem, sed amplum aliquo, attrahere; quod si intemperantius fiat, obstructions in liene excitantur. Et quamuis vix illa in cadaueribus ferè conuiscant, & puncti instar angustia sint: tamen in viuentibus longè patentiores esse, extra dubium est; ut id vel calculorum è renibus in vesicam transiit docet, etsi in cadaueribus vix multò minus, quàm in mesariais apparent. Et quam patula sint vasa in corporibus viuentibus, quæ in demortuis planè conclusa cernuntur, vel historia docere potest, quam Ioan. Langius, in *epist. de morb. nouis*, recitat, de iuuenula quadam in Principis cuiusdam Germani gynæceo, quæ cum sese ad speculum adornaret, detentis in ore aliquot acubus, quibus peplum affigeret, ab amasio à teigo clanculum accedente intra scapulas percussa, acus deglutit, quas post biduum illæsis vteribus emixit.

Acus deglutita & per vrinam reddita.

Lien non est officina sanguinis arteriosi.

Magnum verò valdè postulatum est, statuere, officinam sanguinis arteriosi non cor esse, sed lienem, eundemque principium radicationis arteriarum, cum sensibus satis manifestum sit, quod sicut circa epar, quod principium est radicationis venæ caux, maximus venæ caux truncus est: ita etiam ad cor maximus arteriæ, à quo omnes arteriæ, quæ in lienem tendunt ortum habent. Ductusque ipsi etiam, è quibus sanguis ex epate ad sinistram cordis ventriculum transfertur, satis manifesti sint; ut dubiare de materia (quod illi faciunt) è qua in corde possit sanguis generari, nullo modo opus sit. Ex epate enim sanguis per venam cauam in dextrum ventriculum cordis; ex hoc per venam arteriosam in pulmones; è pulmonibus cum aère per arteriam venosam in sinistram ventriculum cordis transfertur. Neque illud sufficit ad probandum, lienem esse officinam sanguinis arteriosi; quod flexibiliorum chyli partem attrahit. Ipsis enim concedentibus etiam aqueas attrahit: vnde & Hippocrates aquæ sedem esse affirmat, & hinc sæpe tumores aquosos incidit. Quid v. aqua ad sanguinis arteriosi generationem facere potest? Hoc probabilior est, aqueas chyli partes ad lienem eo sine transire, ut crassiores diluant, ne illæ faciliè obstructions pariant.

Asellij sententia.

Casparus Asellius verò de *venis lacteis cap. 32.* planè, sententiam Galeni defendit, & tam eos reprehendit, qui statuunt, lienem melancholicam chyli portionem, antequàm ad epar perueniat, per ramum splenicum attrahere, quàm illos, qui chyli portionem crassiorem à ramo splenico attrahi & in sanguinem in liene mutari existimant, ea de causa, quod nulla vel minima venarum lactearum ad lienem penetret, à qua chyli aliquam partem capere possit. Ipse verò ita statuit, totum chylum in epatis carnem exonerari, ibique in sanguinis formam elaborari, vnde crassiorem eius partem in ramos portæ, subtiliorem verò vtilioremque in caux radices excipi, atque ita lienem crassam & terrestrem sanguinis partem ad se rapere, eandemque in sui alimentum mutare, & quod eius edomari non potest, per constituta ei rei vasa abicere.

An vasa à liene prodeuntia nihil è ventriculo trahant?

Verum an vasa à liene prodeuntia nihil è ventriculo trahant, quod vult Asellius, adhuc in controuersa est, ideoque, quæ ea de re cum aliis doctissimis Medicis docui, nondum reuocare volo: cum venarum lactearum natura & officium nondum satis exploratum sit. Interim etsi concederem hoc Asellio, sanguinis partem crassiorem à liene ex epate trahi; tamen nondum hoc sequitur, eum saltem pro sui nutritione eam attrahere, & reliquam, ut excrementum, abicere. Structura enim lienis &

tot vasa ad eum tendentia & egredientia aliud docent. Neque enim vasa, quæ à liene ad ventriculum & vicinas partes prodeunt, excrementum melancholicum, sed reueta sanguinem continent.

Ideoque si iis, quæ de vly lienis apud dixerimus, aliquid addendum est, hoc saltem; Lienem non solum sanguinem venosum (sive cum in epate elaboratum, sive à vena portæ in epar tendentem accipiat) sed & arteriosum attrahere. (Habet enim lien arterias plurimas à celiacæ ramo sinistro, & quidem quintuplo plures, quàm venas.) Et ex sanguine arterioso & venoso mixto (vnde etiam antequàm arteria lienem ingreditur, inferior ramus cum inferiore ramo venæ insignem anastomosis facit) in liene peculiare sanguinis genus ad partes quasdam ventris inferiori nutriendas necessarium generari. Omnia enim nutritioni dicata viscera, præter mesenterium & intestina nutrit ramus splenicus, & quidem ventriculum eius surculus pyloricus, & gasticus, vti quæ gastro epiplois & vas breue. Neque id sine ratione factum. Cum enim viscerum in ventre inferiore substantia hec ignobilior iis partibus, quæ à sanguine venæ caux nutriuntur, merito etiam sanguine crassiore nutiri debent. At cum eadem partes membra hoscæ sint, ventriculus verò cibum & potum, qui sæpe frigidi ingeruntur, concoquere & in chylum mutare debeat, eorum intestinum crassa excrementa contineat, omentum etiam crassam illuuiem excipiat, nisi partes hæc sanguine feruidiore & ex venoso & arterioso mixto nutrentur, officio suo rectè fungi non possent.

Alterum verò quod attinet, nimirum naturam humoris melancholici, diximus de eo satis, *lib. 2. Instit. part. 2. cap. 8.* Hic saltem hoc addimus, posse fieri, ut quandoque crassæ partes præcipuè abundant, qui humor tunc propriè melancholicus appellatur, id quod sæpe in corporibus siccis, scabie sicca & similibus morbis ex humore melancholico laborantibus, accidit.

De naturæ humoris melancholici.

Frequenter verò multo sero diluitur, utpote quod simul à liene attrahitur; & quidem tanto maiore copia, quanto humor melancholicus crassior est, & ut multum diluatur, necesse habet. Humor tamen ille crassus, multa aqua, seu sero dilutus etiam melancholici nomine appellari potest: sicut & Hippocrates per aquam procul dubio hunc morem melancholicum intelligit. Si quis verò è seroso humore peculiarem, & quartam cacochymiam speciem constitucere velit, cum eo non contendero. Etenim serosi humoris abundantia etiam sine humore crasso reperiri potest, ut in hydrope, & similibus morbis videre est. Carolo Pisoni equidem religio est, plenitudinem, seu colluuiem serosam, aut aqueam cacochymiam appellare, ea de causa, quod aqua pura, quæ non nutrit, succi sive χυμῶν, alibilis scilicet substantiæ, nomen sibi vindicare non possit. Verum enim verò fallitur. Neque enim serum pura aqua est, ut postea dicitur: neque chymi nomen alibili saltem substantiæ comperit, sed humor è, tam nutriendo corpori aptum, quàm incommodum significat: vnde & τὸ δαχμῶν & γαροχόμου nomina deducta, & cacochymiam nomine vitiosi humoris alendo corpori inepti veniunt. Quid autem si serum sit, rectè explicandum est, de quo *Instit. lib. 2. part. 2. cap. 7.* dictum, Carolus Pison puram putam aquam, seu aqueam humiditatem, sive cum cibo, & potu ingestam, sive chyli partem aqueam serum esse dicit, idque ab ichore discernit, qui scilicet sit cuiusque coloris, & naturæ cum propriis humoribus. Verum etsi quandoque Auctores has voces discernant, ut *serum sit vel sanguis crudus & imperfectus,*

De cacochymia serosa.

Quid sit serum & ichor.

An serum & ichor differant.

vel tenuior pars massæ sanguineæ corruptæ, & colli-
 liquata, seu serum, & tamen
 sæpè nomine seri, & serum nomine ichoris ap-
 pellatur, & frequenter ista duo vocabula sunt sy-
 nonyma, vt monstrat doctiss. Caspar Hoffmannus,
 in Collect. de Ichorib. numer. 12. & 13. Qui idem
 non male ichorem in mitem, & acrem distinguit,
 illumque sanguinem ab ære diluatiorem esse dicit,
 qualis in hepaticis conspicitur: acrem vero illud
 teque, quod ex sanguinis, & humorum seu colli-
 quatione, seu corruptione oritur. Vt ita tria sint,
 que nunc seri, nunc ichoris nomine veniunt: Pri-
 mo illud aqueum, quod potui, & cibus inest; se-
 cundo sanguis aquosior, & diluati; tertio tenuis
 humor, sed acrior, qui ex colligatione, vel cor-
 ruptione sanguinis, vel etiam ex prauis cibus, & ma-
 la coctione provenit. Verum cum serum illud pri-
 mum, seu pura pura aqua in corpore solum vix re-
 peritur, neque symptomata, & morbi, quos Euga-
 lenus, & Piso recensent, plurimi à pura pura aqua
 possint provenire, sed, quod ipse Piso, in præfatio-
 ne, fatetur, serum inter decurrendum per vasa ab-
 stergat, diluatque, & sibi necessario immisceat
 partem aliquam ex iis ichoribus, qui in sanguine
 redundant, eamque sibi affusam secum deuehat, ac
 transportet, quocumque fertur: rectissime collu-
 uici, & abundantia seu serosa, seu ichorosa duo
 genera constituere licet, vti dictum: Vnum mite,
 quod est sanguis aqueus, & diluati; alterum acre,
 & salum, quod suam acrimoniam ex humoribus
 seu colligatis, seu corruptis, seu quacumque de
 causa salis, & acris acquirat. Vt ita serum pro-
 prie dictum sit aquosus humor, salcedinis, & acri-
 monia particeps: vt pluribus hæc de re, lib. 2. In-
 stituit, part. 2. cap. 7. dictum.

CAPVT II.

De intemperie lienis.

His ita de vsu lienis & natura humoris melan-
 cholici præmissis, iam ad morbos lienis ac-
 cedimus. Et si vero plurimi Medici lienis morbos
 quasi neglectos reliquerint; tamen multi etiam
 sunt: & non immota, quam in ipso epate, mala in
 toto corpore hinc originem habent. Patitur nimi-
 rum lieni morbos intemperie, angustiam vasorum
 & obstructionem, morbos numeri, figuræ, magni-
 tudinis, inflammationes, scirrhus, vulnera vlcera.
 E symptomatibus vero, coctionem & expulsionem
 læsam, dolorem, & insuper icteri nigri causa ad
 eum refertur. Et si enim icterus niger non lienis pro-
 prie, sed totius corporis p. n. affectio, & coloris
 eius mutatio sit; tamen quia à liene ortum habet,
 eius etiam hæc mentionem faciemus.

Primo autem morbos intemperie lienis quod at-
 tinet, etsi raro ab autoribus explicantur; tamen
 non negligendi sunt; cum procul dubio affectionis
 hypochondriacæ & pluriim aliorum morborum
 origo ab intemperie lienis pendeat. Lien autem la-
 borat intemperie nunc calida, nunc frigida, nunc
 humida, nunc sicca, & quidem cum & sine mate-
 ria; plerumque tamen cum materia. Nam etsi in-
 terdum intemperie lienis nuda etiam adesse possit;
 tamen vix se se prodit, nisi cum materia accedit, &
 quidem cum lieni sanguinem crassorem generet,
 & excrementum melancholicum ibi proveniat,
 etiam melancholia & atia bilis plerumque in
 eo colligitur. Quandoque tamen etiam pituita
 è cruditate ventriculi genita ad eum transmi-
 ttitur.

Causa.

Contrahit autem lien intemperiem à causis, à
 quibus par intemperiem suam accipit, calefacien-
 tibus nimis, frigefacientibus, & humidantibus &
 siccantibus. Imprimis à cibo & potu & medica-
 mentis hæc qualitatibus præditis, seu intus exhibi-
 tibus seu extra appositis. Et imprimis, vt modo di-
 ctum, intemperie cum humore crasso & feculento,
 & melancholico atque atro corrumpitur, ob cibum,
 qui chylum eiusmodi humori generando aptum
 suppeditat; vel vasorum obstructionem, ob quam
 non debito modo euacuatur. Si enim cibus ita com-
 paratus sit, vt talem chylum suppeditet, qui plus
 quam par est, excrementi melancholici copia con-
 tineat, magna excrementi melancholici copia pro-
 uenit, & plus, quam per vias consuetas euacuari
 possit. Vel etsi mediocri copia id generetur, si ta-
 men vix expurgando huic excremento dicata non
 pateant, id in liene subsistit, eique similem intem-
 periem imprimit.

Quales autem causæ sint, quæ ad excrementi hu-
 ius generationem faciunt, de scorbutio cap. 3. dice-
 mus. Hic vt paucis rem complectar, lieni nocet
 aer crassus, & qui est circa paludes & stagna, & in
 locis subterraneis, cibi crassi & feculenti, terrestris-
 que substantiæ, imprimis sale vel aceto conditi &
 fumo indurati, vt caro bubula vetus, hircina, cer-
 uina, suilla, leporum, vetulorum, anserum, anatum,
 pisces palustres, lacustres, maritimi grandiores,
 aere vel fumo exiccati vel sale conditi, legumina,

lentes, fabæ, pisa, mylium, panis non bene fermentatus,
 castaneæ, fructus acerbi, cibi dulces, & melle ac
 saccharo valde conditi. Mustum item & vinum
 austerrum ac feculentum, vt & cereuisia similes. A-
 quæ potus, & præcipue post motum & laborem ni-
 mium, imprimis impura & non limpida vel valde
 frigida, nivalis, & quæ tempore æstiuo nix refrige-
 rata est. Ebrietas & crapula. Animi etiam pathe-
 mata, imprimis timor & incertitudo continuata, vt &
 ira: Quod quomodo fiat, consideratione dignum est,
 quæ de re pauca ex Hippocratis epistolis afferre li-
 bet. Cum Democritus Philosophus sapientissimus,
 omnium & imprimis sui oblitus videretur, & vigi-
 lans noctu & interdium, singulæque parua & magna
 deridens, ac pro nihilo reputans vitam traheret,

Senatus Populûsque Abderitanus, in huius viri sa-
 lute suam vrbem periclitantem existimans, ad Hip-
 pocratem literas dedit, eumque rogauit, vt non so-
 lum Democritum, quem mente captum ita metue-
 bant, sed & patriam suo consilio seruarët. Venit
 Abderam Hippocrates, sed, vt ad Damagerum scri-
 bit, Democritum offendit non delirantem, sed om-
 nino sapientem & quidem isto modo, Compositè
 admodum librum supra genua habebat, & alij qui-
 dem vitæque ex parte, si adiacebant. Crebra autem
 animalium cadauera per totum dissecta accumula-
 ta erant. Hic autem contemplato studio interdum
 scriptioni incumbebat, interdum multum substi-
 stens & apud se anxie cogitans quiescebat; Deinde
 non multo post his peractis exurgens deambula-
 bat, & animalium viscera attentè adspiciebat, his-
 que depositis rursus desidebat. Quem cum Hippo-
 crates allocutus esset, & data acerbaque salute
 quæsuisset, quod scriberet; De infania, respondit.

Hippocrates eum rursus rogasset, quid de infania
 scriberet; quidam verò, inquit, aliud, quam
 quid sit, quomodo hominibus innascatur, & qua ra-
 tione alleuetur. Hæc enim, inquit, quæ vides ani-
 mantia huius ceterè gratia refecto, minimè Dei opera
 odio prosequens, sed bilis naturam & sedem inqui-
 rens, Nosti enim, quod hæc ubi redu, dant, vt pluri-
 mum hominib. infania causa est. In omni equidem

Bilis & in-
 fania sedes
 à Demo-
 crito quæ-
 sita.

Serum
 quotuplex.

Lien quos
 orbos pa-
 tiatur?
 quæ sym-
 ptomata?

Lienis in-
 temperie.

natura inest, sed in aliis quidem minus, in aliis copiosius. Fetus autem *ἀμείριος* morbi existunt, velut materia partim quidem bona, partim verò mala subiecta.

Quam bilem quasi-uerit Democritus?

Melancholici ingeniosi.

Ira causa.

Cur animi pathemata lieni nocent?

Non verò crediderim, tantum Philosophum tanto animi studio, vt etiam à ciuibus suis pro infano haberetur, in bilis flauæ naturam & sedem inquisiuisse. Hæc enim omnibus ita obuia est, vt neminem facillè latere possit, sed in illius naturam & sedem; quæ melancholiz & insaniz causa est, humoris videlicet melancholici & atrii inquisiuit. Nam hic humor, vt ex Hippocrate modò dictum, est *ὁ κίρκινος, ὅτι κίρκινος*; quod tamen explicatione indiget. Etenim languis melancholicus & melancholicum & atrum excrementum speciei differunt, & ab illo bona, ab hoc mala proficiscuntur. Sanguis tamen melancholicus facillè in atram bilem degerat. Melancholicos enim ingeniosos esse, vulgatum est, & omnes, qui ingenio claruerunt, vel in studiis Philosophicis vel in Republica administranda, vel in carmine fingendo, vel in artibus exercendis, melancholicos omnes fuisse docet Aristoteles, *sect. 3. problem. 1. Quod quomodo accipiendum sit, lib. 3. Institut. part. 1. sect. 2. c. 2.* dictum. Si verò excrementum melancholicum & humor ater præternaturalisque abundet, multorum grauium morborum & symptomatum autor est, & vix alius humor est, qui plures & deteriores morbos ac symptomata excitet. Ab hoc humore, vt insaniam, ita & iram, quæ furor breuis est, prouenire statuimus, non à bile flaua, in vesicula fellis collectâ, eoque circa lienem commoto. Cum enim in animi affectibus humores in corde primum agitentur, illic humorum motus arteriis communicetur. Lien verò arteriis plurimis abundet, vesicula fellis autem exiguam cum corde communionem habeat: manifestum est, illam agitationem humorum in animi affectibus magis in liene quam epate fieri, & ille ipse humor, qui in liene quasi fermentum est, quod in humoribus reliquis feruorem excitat, si in animi affectibus moueatur, magnam in humoribus agitationem efficit. Et rem rem ita se habere, quilibet in seipso experiri potest, cum in ira humorum commotio in sinistro latere potius circa lienem, quam in dextro percipiatur.

Non tamen solum ex rerum naturalium vsu non conueniente lien male affici potest, sed & à corde & epate eius intemperies mutari, & ab iis humores vitiosi ipsi communicari possunt. Etenim cum lien multas arterias habeat, easque omnes à corde oriundas, si sanguis arteriosus se non bene habeat, lien inde afficitur, atque hinc euenit, vt modò dictum, vt animi pathemata, imprimis timor, mæror, & tristitia ac iræ mælorum morborum lieni causa esse possint. Epar quoque si non bene se habeat, per ramos venæ portæ facillè aliquid mali lieni communicare potest.

Signa Diagnostica.

Lien etsi morbos multos pati possit; tamen cum sensu exiguo præditus sit, sæpe diu ibi latent, & demum; vbi iam incrementum tumpserunt, & alie partes afficiuntur, patefunt. Quapropter utile est, signa, quibus lienis morbi dignoscantur, diligenter perspecta & cognita habere. Ideoque etiam in genere aliquid de lienis morbis cognoscendis, dicemus. Cognoscuntur autem rectissimè, vt alij affectus, suis causis, quas modò enumerauimus; quæ si præcesserint, & imprimis si in victu errores, à quibus humor melancholicus generari potest, commisi sunt, lienem affici indicio est. Deinde idem arguunt effectus, vt actiones eius læsæ, de quibus postea in specie dicetur, vt & ea, quæ actiones eius læsas sequi solent, hinc inde in corpore symptomata

A & morbi. In specie morbos intemperiei quod attinet, ex causarum, quæ præcesserunt, naturâ imprimis patefunt. Si enim causa calefaciens præcesserit, similem intemperiem adesse indicio est, si frigida frigidam. Indicant & effectus, qualis sit Intemperies. Nam si lien sit calidior adest sitis, lingua est sicciore, ardoris & caloris alicuius sensus in sinistro hypochondrio percipitur; lien nimis cito cibum & potum attrahit, rubor aliquis & *πρόσωπο*, ac calor subito euanescent in facie, & præcipue in maxilla sinistra percipitur: Cibi appetitus non est magnus. Frigidam verò intemperiem indicant multa murmura & rugitus, ructus & vomitus acidi. Sicca intemperies cognoscitur ex aliqua sinistri lateris duritie & vrina tenui. Tandem à iuuantibus & nocentibus de intemperie lienis iudicare licet. Nam si calida fuerit intemperies, à calidioribus cibis & potu, ac motu nimio læditur. Contra si frigida fuerit, frigida lædunt. Qui verò etiam vitiosos humores in liene cumularunt, si currant, vel vehementius exercentur, dolorem sinistri hypochondrii percipiunt. Cumularum verò plerumque in eo excrementum melancholicum. Quia enim in liene sanguis crassior generatur & ibi prouenit excrementum melancholicum, in eo facillè cumularum. Idque cognoscitur ex vrina tenui, si in eo subsistat, crassa verò & feculenta, si cum vrina excernatur. Et tandem si incrementum sumat, in totum corpus diffunditur, & multa mala generat, vt postea de obstructione lienis dicetur.

Prognostica.

1. Lienis morbi in initio facillè sanantur: Verum si protrahantur, vt inde fiant obstructiones, vel tumores duri, difficulter curantur. 2. E lienis morbis neglectis grauissima sequuntur mala, scabies, melancholia, scorbutus, & plurima alia. Est enim viscus hoc etiam publicæ coctionis officina. 3. Lienis intemperies sine materia rarè eo deueniunt, vt homini mortem inferant; nisi ita magna sint, vt eius actio planè euertatur, qua ablata vel diminuta vel deprauata, humor melancholicus & feculentus cumularum & graua inde mala excitantur. 4. Intemperies cum materia grauior est & tardius curatur, cum humor melancholicus, qui plerumque peccat in liene, crassus sit, eiusque motus tardus, & inde pertinaces lienis obstructiones & scirrhii incurabiles excitentur.

Prognostica.

Indicationes.

Intemperies si sola sit sine materia indicat alterantia contraria; quæ verò cum materia est, simul humoris vitiosi euacuationem postulat; Et cum humor melancholicus plerumque in liene tolligatur, is præparandus & euacuandus est.

Indicationes.

Curatio.

In curatione autem lienis in genere quædam obseruanda. 1. Cum lien publicum officium gerat, & ipse etiam sanguinem gignat, eius robur est conseruandum, & propterea non nimis & solum relaxantia vsurpanda, sed moderatè adstringentia admittenda, qualia sunt absinthium, nardus & similia. Vallide tamen adstringentium vsus nimis etiam vitandus, ne humores crassi lieni impisgantur. 2. Dulcia in morbis lienis nec in cibo nec in potu conueniunt, & spleni *ὀφθαλμοὶ & δριμύτης & πικρὰ*; *ἔδα γὰρ οὐκ ἔστιν ἰσχυρὰ*. 3. Nec acetum, nec abida lieni amica sunt, & vt Hippocrates, 3. *derat. vit. in acut. 1. 30.* habet, acida biliosis potius, quam melancholicis conueniunt, & melancholia, dum ab acido fermentatur, multiplicatur. Exaltat enim melancholiam acetum. 4. Lien exiguum sensum habet, eiusque substantia est durior, & humor, qui in eo generatur, est crassior. Quapropter etiam acria satis, & fortiora medicamenta fert, quam epar. 5. Ca-

Curatio lienis in genere.

uendum tamen, ne vicinum eparâ fortioribus medicamentis aliquid damni patiatur. 6. Quia meatus & vasa satis angusta habet lien, ne ea obstruantur, omnia ea vitanda, quæ illa obstruere possunt. 7. Euacuatur autem lien per hæmorrhoides; de quo de aff. hypochondriaca, part. 5. f. 1. cap. 1. dicitur, vomitu, cum per vas breue satis commoda via in ventriculū sit, per aluum, & per vrinas, vt ibidem dicitur, quæ videantur, ne idem bis repetere opus sit. 8. Et hoc notandum, si lien per consensum à ventriculo, epate, corde, vel toto afficiatur, curationem ad ista membra affecta præcipue dirigendam esse, & materia, quæ ad lienem confluit, alio auerendam, & quæ iam influxit euacuandam esse. Et quia interdum à toto materia ad lienem confluit, etiam sanguis quandoque mitti potest. Et miratur Galenus, libro de curandi ratione per sangu. miss. c. 16. quod antiqui in curando liene sanguinem mittere neglexerint; cum tamen ipse eiusmodi præsidium sæpe tutissimum expertus fuerit. Medicamenta ergo lieni accommodata sunt amara & nitrosa & aliquam acerbiteriam & adstrictionem coniunctam habentia. Qualia sunt, Radices & cortices tamarisci, cappari, scilla, filicis, polypodij, querni, asari, fraxini, raphani rusticani, cichorij, buglossi, scorzonera. Folia; Asplenij, vulgo scolopendrij & ceterach, quod omnibus ferè præferunt, chamæpithyos, chamædryos, agrimonia, centaur minor, tamarisci, lingua ceruina, nasturij aquatici, coshlearia, fumarie, hexabunge, absinthij, capill. ♀ Flores. Genista, cichorii, borraginis. Semina. Portulacæ, viticis, planaginis, geniste, cichorij, pastinacæ sylvestr. urtica. Fructus: Cappares. Gummi; Ammoniacum. Ex animalibus vt occulta qualitate iuuantia commendantur; Lien asini preparatus ad ʒ. j. hædinus, hircinus, bubulus cum liquore conueniente datus. Non tamen qualibet ex his cuilibet morbo lienis conueniunt. Sed cuilibet sua eligendâ remedia, vt iam in specie dicitur.

Et quidem intemperiem lienis contrariis emendari notissimum est: At ipsa intemperies per se purgationem non indicat, & si interdum in nuda intemperie purgantia exhibentur, id ideo fit, ne humores vitiosi è vicinis locis confluant, molemq; augeant, vel alium in liene affectum excitent. Verum intemperies lienis raro sine materia in eo excitatur, & vix animaduertitur, antequam aliquam materiam sibi adsciscat, quod vbi factum, materia præparanda & per conuenientes vias euacuanda. Commodissimè autem per hæmorrhoides euacuatur, vt etiam de aff. hypochondriaca dicitur, si natura vel sponte eas aperiat, aut si hirudines illis applicentur. Vt autem per aluum euacuetur, primò talis præparatio fieri potest, præcipue si caliditas adsit. ℞. Rad. cichor. polypod. querni an. ʒ. ʒ. cortic. tamarisci, rad. cappar. an. ʒ. ij. scolopend. capill. ♀ an. M. j. flor. genist. borrag. bugloss. an. p. j. sem. portulac. ʒ. i. agnicasti ʒ. ʒ. passul. ʒ. ʒ. Coqu. in aqua simpl. Colatura dulcoretur pauillo sacchari. Vel addatur syrupi de pomis vel vini simplicis an. q. s. Vel ℞. Aqua fumar. cichor. an. ʒ. ij. syr. bysant. ʒ. de pomis an. ʒ. i. spirit. vitrioli ʒ. g. vi. Misce. Materia præparata per aluum euacuetur falsis sene, Epithymi, rad. galapa, helleboro nigre, lapide Lazuli. E compositis vtilia sunt, syrup. de pomis Regis Sabor. & de pomis cum helleboro, pilul. tartarea. de ammoniaco. Syrupi è succo pomor. purgantis: descriptio Cratonis hæc est. ℞. Succ. pomor. dulc. borrag. meliss. an. lb. ʒ. flor. borrag. viol. an. p. i. fol. sene, epithymi hellebori nigri prepar. an. ʒ. ʒ. F. f. a. Syrupus, qui aromatizetur. cinamomi, caryophyll. croci, specierum aromar. rosar. diamofeb.

A dulc. an. ʒ. ʒ. Dos. ʒ. ij. cum mann. ʒ. vj. vel ʒ. i. & superbibatur in fculum gallina. Pilulæ Tartarea describuntur in phar. rest. Quercetan. cap. 18. Mihi sic commodius fieri posse videntur. ℞. Polypod. querni ʒ. ij. cortic. tamarisc. rad. capp. rad. bugloss. an. ʒ. ʒ. passul. corinthiac. contusar. ʒ. i. ʒ. myrobalan. indar. ʒ. i. flor. genist. M. ʒ. sem. aquilegia, genist. an. ʒ. ij. Infundantur in vase vitreo clauo in suffic. quant. aqua fumarie & scolopendr. additâ salis tartar. i. ʒ. i. Colaturæ. ℞. ʒ. ij. succi pomor. odorat. ʒ. j. In iis in balneo Mar. per quattiduum digerantur vase clauo, cremor. tartari ʒ. j. ʒ. fol. sene ʒ. ij. follicul. sen. ʒ. i. turbit. elect. ʒ. vi. rad. galiapæ ʒ. ʒ. hellebori nigri ʒ. j. ʒ. myrrh. elect. ʒ. j. flor. cord. an. P. ij. epithymi. ʒ. vi. macis cinam. caryophyll. an. ʒ. ʒ. Postea colentur & exprimantur. Colatura in B. per diem adhuc digeratur, postea quod clarum est effundatur, cui adde aloës preparata ʒ. ij. M. Et coagulentur igne lento, sub finem adde spec. diarrh. abbat. laesicant. Galeni trochisc. de lacca de cappar. an. ʒ. ij. croci ʒ. j. salis folior. sene, fraxini an. ʒ. ʒ. ol. anisi g. vj. citri g. ij. Misce. F. Massa. Si libet possunt acui extracto scammonij. Plura huiusmodi medicamenta proponuntur capite sequente. Tandem danda opera, vt reliquæ materiæ absumentur, & quod reitit, insensibiliter discutatur, aut sensim cum vrina euacuetur. Vtiles sunt hæc trochisci de capparibus, de lacca & similes, qui vel in pilulas formari, vel in puluerem redigi, & cum conueniente liquore exhiberi possunt. Non solum autem interna medicamenta, sed & externa applicari possunt. Et quidem in externis medicamentis in intemperie calida adhibendis notandum, omnia cum posca conficienda esse, vt facilius penetrent. Imò etiam in aliis intemperiebus penetrationis gratia acetum admisceatur. Ad reliquias materiæ absumentas vtilia sunt oleum de capparibus, nardinum, irinum, liliorum alborum, vnguentum agrippa, de arthania, emplastrum de meliloto, diachylum ireatum, de quibus de tumoribus lienis dicitur. Sunt etiam nonnulli, qui supra sinistram hypochondrium cucurbitam cum scarificatione & multâ flammâ applicant, vt de materia tenuius & flatulentum euocetur. Sed tutius est à tali scarificatione abstinere, & digerentibus modò propositis rem peragere.

Dietæ.

Dietæ medicamentis respondeat. Et quia plerumque humor melancholicus abundat, aer crassus fugiendus, & puro ac claro vtendum. A cibis crudis, viscidis, salis, sale ac fumo conditis, vt & dulcibus, abstinendum. Vinum sit purum, tenuis, clarum, ac non admodum potens, vel cereuisia defecata. Animi affectus moderandi, & imprimis mortificia, timor, ac ira fugienda, de quibus de scorbutis dicitur.

Dietæ.

CAPVT III.

De lienis morbis organicis & præcipue obstructione.

Variis quoque morbis ex organicorum numero lien corripitur, & sæpissimè aliqua vel in figura, vel magnitudine, vel similibus variatio occurrit. Interdum enim bipartitus ferè totus deprehensus est lien, vt obseruauit Riolanus. Idem, vt lib. 2. Antropogr. cap. 23. refert, In quodam vidit lienem exactè quadratum trium palmorum latitudine, & æquali longitudine, crassitie 4. digitos æquantem, & vndiquaque cartilaginosa substantiâ incrustatum. Geminos lienes inuentos

Lienis morbi organici.

interna.

Intemperie lienis ratio.

testatur Aristoteles, *lib. 4. de gen. animal. cap. 4.* & Gemma, *Cosmoerit. lib. 1. cap. 6.* Tres inuenit Fallopius, vt refert *in obseru. Anatom.* Contra liencin interdum planè defuisse obseruauit Hollerius, *in obseru. lib. 5.* Gibbæ lienis parti adipem intar cãdidissimi & clarissimi lapidis annatam fuisse obseruauit Vesalius, *lib. 15. de corpor. hum. fabr. cap. 9.* Lapides in liene repertos fuisse refert Scholiographus Hollerij *ad c. 48. lib. 1.* Fallopius *in obseru. Anatom.* Vesicam aquã plenam duorum pugnorum magnitudine sub liene inuenit Coiter, vt refert *in lib. obser. Anatom. & Chirurg.* Nonnunquam situm commutat cum epate, sed prodigiose, vt refert Aristoteles, *hisor. animal. lib. 2. cap. 13.* Ruptis ligamentis etiam visus fuit in muliere ad hypogastrium prolapsus supra vterum, qui per biennium molæ specie medicos fecellit. Tandem fato functâ ægrâ tumoris illius causâ patefacta fuit aperto caduere, vt *cod. loco* Riolanus refert. In nobili viro eodem modo prolapsum lienem ad hypogastrium annotauit Capreolus. Verum cum istumorbi partim à prima conformatione sint: partim ita lateant, vt non nisi post mortem deprehendi possint, & omnes incurabiles sint, saltem eorum mentionem fecisse sufficiat. Eos verò qui & signis deprehendi possunt, & curationem aliquam suscipiunt, hic explicãdos sumemus. Et primò de obstructione lienis agemus. Et si enim angustia vasorum in liene etiam à compressione, quæ fit à tumoribus, fieri possit: tamen de eo postea, vbi de tumoribus lienis agemus, dicetur.

Causa.

Causa.

Causæ autem obstructionis vasorum lienis sunt humores crassi, terrestres ac feculenti & tartarei, vt hodie appellantur, & imprimis humor melancholicus. Generantur autem tales humores è cibo & potu, qualis *capite præcedenti* propolitus est. Ad cumulandos hosce vitiosos in liene humores faciunt consuetæ hæmorrhoidum vel mensium euacuaciones suppressæ. Vt autem familiaris tales obstructiones excitentur, facit etiam lienis caliditas, ob quam is chylum nondum satis in ventriculo coctum & elaboratum, vt & potum ad se trahit, de quo Hippocrates, *lib. 4. de morbis*: dum lien ægrotat, inquit, vel humores spontè feruntur ad ipsum, vel trahit per venas, quas habet cum epate communes, vt etiam *lib. 1. de morbis mulier.* docet. Exercitatio quoque vehemens statim à cibo idem præstat, vt & decubitus continuus in latus sinistrum.

Signa.

Signa Diagnostica.

Cognoscuntur obstructiones lienis è causis, quæ præcesserunt & effectis, iisque, quæ sequuntur. Nam si causæ, quæ antea enumeratæ sunt, præcesserint, mali huius suspicionem præbent, quod postea confirmant ea, quæ sequuntur. In principio quidem solum grauitas quædam in sinistro hypochondrio percipitur, postea etiam dolor aliquis, præsertim in cursu & concitatore ac longa ambulatione, malo tandem incrementum sumente, cum nec crassior chyli pars ob vias obstructas à liene attrahi, nec melancholicum excrementum per conueniētes vias expurgari possit; Et chylus crassior ac feculentus simul ad epat transit, vnde melancholicus sanguis generatur, & excrementum melancholicum ad epat deriuatur, atque hinc in totum corpus diffunditur: vnde totius corporis color floridus & natiuus in liuidum mutatur, corporis grauitas percipitur, spirandi difficultas excitatur, præsertim post exercitium vehemens, tussis sicca interdum adest, quandoque cordis palpitatio, scabies, affectio hypochondriaca, canina appetentia & similia mala oriuntur. Interdum humor ille melancholicus ad

A ventriculum effunditur, vnde ructus acidi, humorumque acidorum vomitus sequitur; interdum etiam ad aluum effunditur, vnde diarrhœa & dysenteria excitatur, de quo Hippocrates, *6. aph. 43.* qui lienosi difficultate intestinorum corripuntur, is superuenientem dysenteriam longam aqua inter cutem & intestinorum læuitas excipit ac moriuntur. Vrina sæpe sanorum similis est, quæ si æger paulisper mouetur, crassa & obscura redditur, & interdum quasi sanguinea: Aluus plerumque est adstrictior, & alia signa, quæ in hypochondriacis & scorbuticis adsunt, conspiciuntur.

Prognostica.

1. Affectus hic plerumque pertinax est & diuturnus, ob humoris, à quo pendet, naturam. 2. In principio hoc malum curatu facilius est: Si vero diutius protrahatur, difficilior curatur, & sæpe in scirrhum lienis abit.

Indicationes & Curatio.

Obstructio apertionem indicat: aperitur autem obstructio, si humor, qui eam parit, è vas illis amoueat, quod fit per medicamenta attenuantia & incidentia, quibus postea subiungenda euacuantia. Vniuersalibus itaque præmissis exhibeantur attenuantia & incidentia, non tamen nimium calefacientia, ne humore tenuiore discusso crassior relinquantur, ac malum grauius & pertinacius reddatur. Vtilia hinc sunt medicamenta *capite antecedenti* proposita: vt & tartarum & ex eo parata medicamenta, cremor tartari, spiritus tartari simplex & compositus, tartarum vitriolatum, medicamenta ex chalybe parata, vt: *℞. Cortic. rad. cappar. tamar. an. ʒ. ʒ. rad. aperient. ʒ. vi. bugloss. ʒ. iii. chamadr. ceterach. an. M. i. sem. agni casti ʒ. j. flor. genista, borrag. an. M. ʒ. Infundantur in vino, vel coqu. in aqua pura. Colaturæ ʒ. ʒ. v. syrup. borrag. ʒ. ij. oxymel. scillit. ʒ. i. Misce pro tribus dosibus. Vel ʒ. Rad. filicis, polypod. querni, cort. tamar. an. ʒ. ʒ. chamadryos M. i. passul. minor. ʒ. i. Coqu. in aqua simpl. Colaturæ ʒ. ʒ. x. syrupi de scolopendr. ʒ. iij. tartari vitriolati ʒ. i. Milice. Vel fiattalis syrupus. ʒ. Rad. eryng. rubia tinctor. glycyrrh. polypod. quern. cort. tamarise. rad. cappar. an. ʒ. ʒ. rad. asari ʒ. ii. ceterach. chamadr. an. M. i. flor. genist. borrag. bugloss. an. M. ʒ. cinamom. cortic. aurant. an. ʒ. ij. passul. minor. ʒ. ij. F. s. a. Syrupus, cuius ʒ. ii. cum aqua fumar. vel alia conueniente vel vino absinthij exhibeantur. Potest etiã oxymel scillitic. vel tartari vitriolatus addi. Efficacissimi etiam in obstructionibus tollendis sunt trochisci de capparibus, vt & trochisci de scolopendr. qui hoc modo parantur: ʒ. Scolopendr. seu ceterach. hyssop. prassij, fructus tamarasci; cortic. rad. capp. an. ʒ. ii. sem. agni casti, ruta, gentiana, aristoloch. rotund. flor. genista an. ʒ. i. ʒ. ammoniaci aceto dissoluti. q. s. F. Trochisci. Si humores calidi admixti sint, tales fieri possunt. ʒ. Sem. porulac. scarirole, agni casti, fructum tamarisci, capill. ʒ. scolopendr. an. ʒ. ii. spec. diatrion. santal. cort. rad. cappar. an. ʒ. i. ʒ. Cum oxymel. scyllitico vel aqua tamarasci in qua gummi aliquod dissolutum sit. F. Trochisci. Vel ʒ. Trochisc. de capparibus ʒ. i. croci & puluer. vel extract. gentian. an. ʒ. i. extract. absinth. ʒ. ʒ. Cum oxymel. scillis. F. Pilulæ mediocres. Verum cum ista paulò fortiora sint, & pleraque simul vrinam moueant, prius corpus expurgare conuenit. Post leniter ergo aperiendum vsus purgatio instituenda est, vt: ʒ. Pil. tartar. ʒ. i. extract. scammon. g. iij. F. Pilulæ mediocres. Vel ʒ. Pil. de fumar. tartarearum an. ʒ. i. de ammon. g. vi. extract. hellebor. nigri g. iii. F. Pilulæ mediocres. ʒ. Rad. cicchor. polypod. quern. filicis, cortic. tamarisci an.*

Prognostica.

Indicationes & Curatio. Medicamenta attenuantia & incidentia

Purgant

CAPVT IV.

De lienis magnitudine vitiosa & inflatione.

Quandoque etiam lienis magnitudo vitiat. Et quidem interdum à prima conformatione lienis magnus est. Interdum postea ob causas morificas talis euadit. Vescalius, *lib. 5. de corpor. hum. fabr. cap. 9.* refert, se in quodam suspensio, qui candidissimam & glabram cutē habebat, & sanus erat, adeo grandem inuenisse lienem, ut parum e pati mole cederet. Scribit etiam Marcellus Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 6. cap. 8.* se in nobili femina vidisse lienem adeo magnum, ut vniuersum abdominis spatium occuparet, quæ tamen plures liberos genuit. Columbus, *vt lib. 15. Anat.* refert, lienem ad quæ magnos vidit, ut viginti librar. pondus vniuersique excederet. Refert quoque Schenckius, *lib. 3. obs.* historiam lienis, qui totum fere abdomen impleuit, ponderis librarum viginti trium. Refert etiam Guilielmus Fabricius, *cent. 2. obs. 45.* in femina quadam (quæ sibi persuaserat, factum mortuum post partum alterius per menses 14. in utero remansisse, atque ideo, quod in latere sinistro duritiem oblongam, atque ex inferiore parte rotundam percipiebat, caput infanti representantem, quæ ad ilia usque sese extendebat, comprehendebatque simul regionem umbilici vna cum dextri lateris costis notis) epar tantæ magnitudinis fuisse repertum, ut lobus stomachum versus sub costis sinistri lateris spuria transgrediretur. Splen quoque imensa magnitudinis durus & inferiori parte versus ilium rotundus, sanguine adulto plenus, epatis lobo adnatis, conspiciebatur. Venæ eius, cum arteriis mesaricis pollicis magnitudinem excedebant. Vas vero breue exiguum & obstructum erat. Contra interdum plane parvus reperitur. Ita scribit Vidus Vidius, *lib. 10. de curat. membratim. cap. 10.* se vidisse lienem adeo exiguum, ut columbini oui magnitudinem non excederet, adeo durum & compactum ut feri lapidis duritiem imitaretur. Verum cum talia vitia in prima conformatione contracta emendari non possint, de tribus saltem magnitudinis auctæ vitiiis, quæ curationem suscipiunt, dicemus. De inflatione, inflammatione, & tumoribus frigidis ac scirrho. Et primo inflationem quod attinet, cum lienis substantiæ sit raxæ & spongiosa, interdum à flatu distenditur, & cum dolore sine vlla granitate in tumorem tollitur, ac cum manu premitur, mugmur intus percipitur.

Causse.

Generantur autem illi flatus ex usu ciborum flatulentorum, castaneorum, fabarum, bulborum, mellis & ciborum dulcium, atque aliorum flatulentorum. Aqua quoque præsertim frigida pota ad malum hoc inducendum facit. Humores tamen flatibus generandis apti in primis viis cumulati, etiam sine ciborum flatulentorum usu, malum hoc inducere possunt. Intemperies præterea frigida æris ad flatus eiusmodi generandos facit.

Signa Diagnostica.

Tumor & distensio quædam in sinistro hypochondrio percipitur, atque inde ortus dolor aliquis, sed sine vilo grauitatis aut ponderis sensu, ac lien compressus non nihil cedit, & murmur ibi auditur. Quandoque & ructus accidunt. Si à cibis flatulentis malum ortum habeat, id ex relatione ægri cognoscitur. Quod si nil tale præcesserit, ad humores vitiosos antea cumulatos mali causa referenda.

Q

an. 5. s. scolopendr. chamadr. præstij an. M. j. card. A. bened. cent. minor. an. M. s. sem. genist. aquileg. an. 3. ij. glycyrrh. 3. s. passular. min. 3. ij. Coq. in aqua. In colatura intunde fol. senæ elect. 3. ij. follic. senæ 3. s. rad. gualap. bellebor. nigr. prepar. an. 3. s. zingiber. Zedoania, cortic. citri an. 3. ij. flor. cordials P. iij. Coq. in vase clauso. Colaturæ adde sacchar. q. s. F. s. a. Syrupus liquidior, qui aromatizetur aquæ cinamomi 3. s. Dosis 3. ij. Potest etiam euacuatio per vomitum institui, cum recta via sit à liene ad ventericulum per vas breue. Euacuatio per acta ad extenuantium & incidentium usum, & præcipue trochiscorum redeundum, quæ reliquias absumunt, & simul vrinas mouere possunt; cibus etiam vtiliter per vrinas euacuetur, vt de affect. hypochond. dicitur. Exhiberi quoque potest pro morbi ratione theriaca cum decocto vel aqua buglossi, quæ etiam vesicas, quæ lieni adnascuntur, absumunt. Si his omnibus morbo non satisfiat, acidulas vel theriomas æger vsurpet, vel chalybis usum, qui pertinacissimas etiam lienis obstructions tollit, sese accingat, de quo de affect. hypochondriaca dicitur, quæ huc transferri possunt. Tandem etiam roborantia lienem, & quæ reliquias, quæ adsunt, humorum absumunt vsurpanda, vt: ℞. Scolopendr. M. ij. hyssopi, chamadr. ros. roris marini, centaur. minor. an. M. j. cort. tamarisci, ligni sassafras an. 3. ij. cortic. citri. 3. s. cinamom. masis, caryophyll. an. 3. ij. Insuantur sacculo ex serico vel linteo albo, & affund. vini mentis dux. Vel ℞. Chamadr. centaur. minor. an. M. s. cortic. tamarisci 3. s. Affunde vini q. s. Vel ℞. conferv. borrag. cichor. flor. genist. an. 3. j. rad. condit. helenij, cort. citri condit. an. 3. s. pulu. cortic. tamarisci, cinamomi an. 3. j. spice 3. s. Cum syrupo borrag. F. Electuarium. Si libet, potest chalybis præparati 3. s. addi. Dum hæc ita exhibentur, extrâ topica simul adhibenda sunt, vt: ℞. rad. alth. cortic. tamarisci an. 3. s. scolopendr. marrubij, chamæpith. ruta an. M. j. flor. genist. chamem. faribuci an. M. s. Coq. in aqua & aceto, & decoctum cum spongia vel linteo fomenti loco imponatur. Vel fiat ex iisdem cataplasma. Laudantur & folia hyoscyami in aceto & oleo de capparibus cocta & fomenti loco imposita. Post fomentum vnguentum vel emplastrum imponatur, vt: ℞. Flor. genist. M. iij. Coq. in vase clauso & contundantur. Adde vnguenti dialth. 3. ij. ammoniac. aceto dissolut. 3. s. Misce. ℞. Flor. genist. 3. ij. butyri sine sale, axung. porci an. lb. s. cera parum. F. s. a. Vnguentum. Vtile est & oleum de capparibus, cheirinum, rutaceum, amygdal. amarar. Imprimis lienem extenuat ammoniacum aceto dissolutum. Vel ℞. mucilag. rad. alth. sem. lini, fennigræ. an. 3. j. vnguent. dialth. adipis galline an. 3. s. ol. de cappar. rutacei, cheirini an. 3. j. aceti rutacei 3. ij. Coq. ad aceti consumptionem. Adde ammoniaci aceto dissoluti 3. ij. Misce.

Dieta.

Cibi omnes, qui obstructions lienis parere possunt, & supra enumerati sunt, crassi, viscosi, terrestres, pinguis, dulcia, ex lacte, & fatina vitandi. Panis sit bene fermentatus. Cappares ini frequenti vsu sunt. Cibi condiantur hyssopo, salua, roremarino, cinamomo, croco, sem. fennic. & anisi, quibus & panis condiri potest. Sinapi etiam vtile est, & beta ac raphanus, asparagus, petroselinam, asparagi lupuli salictarij, endiuia, Cichorium. Acetum ad cibos condiendos, vel pro intinctu tale parari potest. ℞. Aceti sextarios duos, summit. tamarisc. fanicul. an. q. v. Macerentur per triduum, & acetum colatum vsui seruetur. Vtile etiam est bibere de vase à tamarisco parato. Vel si tale desit, ligni tamarisci aliquid potui imponi debet.

Operum Sennetti Tom. III.

omitus.

oboritia.

Dieta.

Lienis magnitudo vitiosa.

Lienis vitiosa.

Lienis vitiosa.

Causse.

Signa.

Prognosticum.

Prognosticum. Cum status sit loco mobilis, facilius, quam alia lienis mala, inflatio eius curatur.

Indicationes & Curatio.

Indicatio- nes & Curatio. Flatus discutiendus est, & causa, à qua ille provenit, tollenda. Evacuaciones ergo, si opus sit, præmittendæ, postea flatus discutiencia intus & extra adhibenda. Exhiberi etiam potest decoctum flor. chamamel: veronica, in vino generoso, diacyminum; diaspoliicon, diacalaminth. trochisc. de cappar. aqua zedoaria. Vel ℞. Sem. agni casti, ammeos, apij, cumini, aristol. rot. centaur. minor. coriic. radic. cappar. tamarisci partes æquales, & cum vino vel aceto in qua per noctem ammoniacum infusum fuerit. F. Trochisci. Extra verò instituatufomentatio, ex cort. rad. cappar. flor. tamarisci, fol. ruta, calaminth. flor. chamam. meliloti, sem. agni casti, anethi, cumini, baccis lauri in aqua & aceto coctis. Postea instituatufunctio ex oleo rutaceo, irino, laurino, uardino, de capparibus. Vel ℞. Fol. ruta, absinth. calaminth. an. M. B. rad. aristol. rot. gentian. iridis an. ℥. B. flor. chamamel. melilot. genista an. M. B. baccar. lauri ℥. sem. Coq. in vase duplici, in vini optimi part. ii. & ol. costini ac anethini p. i. ad vini consumptionem; oleum expressum vlui seruari potest. Cucurbita quoque lienis regioni apposta flatus in eo discutit.

CAPVT V.

De Lienis inflammatione.

Lienis inflammatione. Et si lien, utpote qui crassiore chyli partem attrahit, rarius phlegmone corrumpitur: Aliquando tamen hoc accidit, ut ex Galeno 6. de loc. affect. & 13. meth. med. atque ipsa experientia patet. Cum enim venæ & arteriæ satis copiosæ in liene inveniuntur, si eas vel obstruantur ab humoribus calidis, vel si quis in regione lienis percussus sit, aut ex lapsu eò loci læsus, aut hæmorrhoides vel menes suppre si regurgitent, inflammatio inde excitari potest. Et eadem causæ, quæ epatis inflammationem, de qua postea dicetur, excitant, ferè etiam in liene locum habent. Sanguis autem, qui inflammationem excitat, nunc purus est, nunc bilem, vel, quod plerumque fit, humorem melancholicum admistum habet, ut Alexand. Trallianus, lib. 8. cap. 10. docet.

Signa Diagnostica.

Signa. Cum lien inflammatur, feruor, dolor & tumor in sinistro hypochondrio apparet. Etsi vero ren sinister, ut dextro elatior, lieni propinquus est; & propterea doloris situs in inflammatione renis sinistri, & inflammationis lienis valde similis est: tamen lien, ubi intumescit, versus anteriora magis protuberat & hominem medium quasi cingit, & ut Alex. Trallianus habet, non solum ventrem & stomachum, sed etiam dextram hypochondriorum partem lienis tumor interdum occupat, atque aliis etiam signis lienis & renis sinistri inflammatio distinguuntur. Nam liene affecto præfatio magis percipitur, ob arterias copiosas, quibus lien abundat; & apposta regioni lienis manu palpiratio quædam percipitur. Febris adest continua, quartanæ periodum plerumque obseruans. Difficultas respirandi sequitur ex diaphragmatis compressione. Pedes & genua interdum rubicunda apparent; nares autem & aures exsanguis pallefcunt.

Variant autem signa pro humoris varietate. Nam si sanguis solâ copiâ peccet, dolor & tensio vehementer vrget, cum magna grauitate. Si bilis

A admista sit, vires sunt coloratiores, iuba & acres, stit: vrget, os est amantius, cibi fastidium, vigiliæ oriuntur; quandoque ægri delirant, febrisque tertio die magis affligit. Si sit admista pituita, color est pallidus, æger non admodum situr, dolor est mitior, febrisque quotidie affligit. Si humor melancholicus (quod plerumque fit) admixtus sit; durities maior est, color corporis est nigrior, vrina etiam nigricat, adestque mæstitia, & alia humoris melancholici signa. Plura videantur de his apud Alexand. Trallianum, lib. 17. cap. 16.

Prognostica.

1. Inflammatio lienis quidem rarior est. Si tamen Prognos- eueniat, diligenter curanda, cum faciliè in scirrhum ca- abeat, & multorum malorum causa esse possit. 2. Inflammatio à sanguine minus periculosa est, quam quæ bilem, aut melancholiam admixtam habet. 3. Inflammatio, quæ totum lienem occupat, mala, & quo durior, eò peior est. 4. Inflammationem epatis in liene conuertit melius est, quam si lienis ad epat conuertatur. 5. Ex nare sinistra sanguinis profluuium vel alui fluxus si die critico accidant, & signa coctionis præcesserint, bonum. 6. Soluitur lienis inflammatio, vel quia discutitur, vel aliò transfertur, vel hæmorrhagiâ natum aut vrinæ profluuium aut alui fluxu sanatur, vel in pus mutatur, vel indurefcit.

Indicationes.

Quæ in aliis inflammationibus indicationes dantur, & hic locum habent. Sanguis nimirum à liene reuellendus, & auerrendus, repellendus, detruendus, quod influxit, discutiendum; ipsaque intemperies calida alteranda. Indica- nes.

Curatio.

Statim igitur ab initio vena in sinistro cubitu Curatio aperienda. Ipsa etiam vena in talo, præsertim si à suppressa aliqua sanguinis euacuatione malum ortum habeat, tandem etiam deriuationis gratia hæmorrhoides aperiri possunt. Plurimi saluattellæ sectionem in affectibus lienis, & præcipue eius in inflammatione commendant. Verum nondum monitatum, cur cæteris præferenda sit, de qua re de Febribus, lib. 2. cap. 20. dictum, quæ huc referantur. Postquam vena secta est, statim repellens aliquod lienis regioni apponendum, sed non valdè frigidum & adstringens, ne humor condensetur, aut lieni magis impingatur & is induretur, sed aliquid ex incidentibus admiscendum, quale est acetum. Inungatur quoque & foueatur lien in principio oleo rosaceo & aceto mistis. Vel ℞. Ol. rosar. cydonior. an. ℥. j. vini austeri lb. v. aceti ℥. j. Et cum lana imponatur.

Postea humores præparandi & euacuandi sunt, ne à vicinis locis ad lienem confluant, de quo antea de intemperie lienis cum materia dictum. ℞ Rad. taraxac. ℥. j. cichor. polypod. querni an. ℥. B. fumar. scolopendr. an. M. v. flor. borrag. b. g. off. an. P. j. passular. ℥. B. Coqu. in aqua hordei. Colaturæ ℞. ℥. ix Adde oxyfach. simpl. syr. byzant. simpl. an. ℥. j. B. Misc. pro tribus dosibus. Vel ℞. Aq. fumar. cichor. an. ℥. iij. syr. violar. oxyfach. simpl. fumar. an. ℥. vj. Misc. Postea purgatio instituatufunctio cum elect. lenit. simpl. vel diacatholico cum syr. rosar. solutio. Vel ℞. Rad. taraxac. ℥. B. endiuia, fumar. flor. cichor. borrag. violar. an. P. j. fol. senæ elect. ℥. B. rhabarb. ℥. j. spica ℥. B. cinamom. ℥. B. passular. ℥. B. Infund. in aqua simpl. Colaturæ ℞. ℥. iij elect. diacathol. vel de succo rosar. ℥. ij. syr. de cichor. cum rhabarb. ℥. vj. cremoris tart. ℥. B. Purgatio verò semper pro peccantis humoris natura institueda

de quo de intemperibus lienis dictum. A purgatione potius largior non dandus, sed potius sitis ferenda, ne humor ad substantiam epatis feratur. Deinde imponatur tale cataplasma *℞. Far. bord. fab. pulu. rosar. rubr. chamamel. absinth. an. ℥. β.* Cum oleo rosar. & exiguo croci. *℞.* Cataplasma. Et si caliditas maior sit, addatur succus portulacæ. Hinc, & ubi feruor remittit, resolutentia repellentibus addenda. *℞. Ol. rosac. ℥. ij. chamamel. lilior. albor. de capparibus an. ℥. j.* Mille. *℞. Flor. chamamel. abrotani, meliloti, lilior. albor.* Coq. ad molliem, addatur oleum rosarum, & fiat cataplasma *℞. Farin. bord. fabar. sem. lini, pulu. flor. chamam. absinth. abrotani an. ℥. β.* Coq. in s. q. aqu. & aceti. Add. *ol. de capparibus ℥. ij.* *F.* Cataplasma. Tandem in statu ac declinatione solis resolutentibus utendum, *ceterach. schœnanth. flor. genist. chamamel. meliloti, puleg. absinth. origano.* Cauendum autem ne nimis discutientibus tenuior pars discutiat, & crassior relinquatur, ac tumor induret. Itaque si indurationis metus sit, id quod cognoscitur ex eo, quod dolor & calor remittunt, durities verò remanet, imò augetur, tale cataplasma applicetur: *℞. Farin. sem. lini fœnugrec. bord. an. ℥. j. caricar. aceto macerat. num. vj. adip. anser. ol. lilior. albor. de capparibus. an. q. l. f.* Cataplasma. Ad reliquias autem materiæ absumendas medicamenta de obstructione lienis propo- sita vsurpanda.

Sit tandem, quod tamen rarius accidit, ad suppurationem tendat inflammatio, idque ex dolore maiori & horrore cognoscitur, & ea præcaueri non potest adiuuanda, ne plures partes putrescant. Ergo: *℞. Pulu. rad. alb. ℥. j. fario. bord. sem. lini, fœnu- grec. tritici an. ℥. β. ficuum num. iij.* Coq. add. *ol. lilior. albor. ℥. j. β. f.* Cataplasma. Vel imponatur emplastrum diachylon. Post ulceris apertionem id detergendum, & postea consolidandum, ut de inflammatione epatis dicitur.

Diatæ.

Eger in aëre temperato degat, & victu in aliis viscerum inflammationibus conuenit. Abstineat in principio à vino, in declinatione tamen aquosum concedi potest.

CAPVT VII.

De scirrho, & duris lienis tumoribus.

Requenter verò lien, utpote qui crassiorum sanguinem conficit, & eo nutritur, tumore duro sine scirrho corripitur, & qui id patiuntur, *καλινος* seu lienosi nominantur. Etsi enim *καλινος* in genere nominari possunt omnes, qui liene laborant: in specie tamen veteres eos lienosos appellarunt, quibus lien à copia humorum melancholicorum & crassorum infarctus est, & imprimis, quibus lien ex humorum infarctu induruit. Estque scirrhus lienis tumor eius durus, ab humore crasso & indurato ortum habens.

Causa.

Causa autem istius tumoris est crassus humor in liene cumulat, ac retentus & induratus, plerumque melancholicus, quandoque tamen etiam pituitam admixtam habens, & ut chymici hodie appellant vno nomine, tartareus. Melancholicus generatur ob prauum & crassum, ad succum melancholicum generandum aptum cibum, labores, vigiliæ, curas, quæ spiritualem humorum partem absumere solent, & crassam relinquere, febres item diurnas, vel ipsius lienis vitium, qui ob debilitatem rectè Operum Sennerti Tom. III.

concoquere vel crassum expellere nequit. Vnde fit, ut crassi & excrementi humores in liene subsistant, eam obstruant, & tandem tumorem pariant, in coque indurentur. Pituitosi humores cumulantur in iis, qui è frigidis & diurnis morbis non integrè euaserunt, qui in palustribus locis degunt, de quibus Hippocrates, *in libro de aëre, aquis & locis:* qui aquas bibunt palustres & stabiles, iis lienés magni fiunt & pleni, ac ventres duri, quod etiam accidit iis, qui in febribus, ubi sitis viget, aquam auidius bibunt. Fit autem hictumor durus, quando tenuiores humorum partes exsiccantur & abluuntur, crassæ verò emanant & indurantur. Mercans quidem duobus modis duritiem hanc quasi lapideam contrahit, cum scilicet vel tenuior humorum pars exhalat, crassior verò relinquatur; vel dum ipse humor crassior sit & veluti congelatur ob frigiditatem. Verum non credibile est, in corpore humano tantam posse esse frigiditatem, quæ humorem congelare possit. Itaque vel prima cautè solum admittenda, quæ tantò facilius duritiem inducere valet, si ipse humor natura sua crassior est, vel alterum etiam fieri potest, si in ipso humore ad duritiem contrahendam, dispositio concurrat, quæ nil aliud est, quam vis illa lapidescendi humori tartareo & crasso natua & propria.

Differentia.

Differunt autem hi tumores, primò; quia alius est incipiens, alius inueteratus; atque ille est cum sensu, hic sine sensu. Secundò quod alius est in toto liene, alius in aliqua eius parte, & aliquando intumescit lien secundum longitudinem, ut teres quasi reddatur, aliquando secundum latitudinem; aliquando totus secundum omnes dimensiones.

Signa Diagnostica.

In tumore duro & scirrho lienis tactu manifestè tumor & durities lienis deprehenditur, sicut & Leno ille Cappadox, *in Plauti Cureulione act. 2.* con- queritur:

*Nunc iam quasi Zona Liene circumdatus ambulo,
Geminos in ventre habere videor filios.*

Nihil metuo, nisi ne medius disruppar miser.

Etsi inueteratus sit & confirmatus tumor, nullus, etsi digitis fortius comprimatur, dolor percipitur, color in facie est luidus & quasi plumbeus, & ut ex Hippocrate, *de locis in homine*, & Galeno 2. *de natura. facult. cap. 9.* dici solet, quibus corpus floret, his lien diminuitur, & contra, quibus lien magnus & tumidus est, iis corpus imminuitur, & cacochymicum & male coloratum redditur. Vnde comparatio illa lienis fisco Regio olim à Traiano vsurpata profecta est, ut refert Dion, quia sicut cum fisco Regio crescente singulorum priuatæ opes imminuuntur, sic amplificatio liene priuatæ opes singularum partium corporis decrescere dicuntur. Vbi tamen notandum, hoc de magnitudine lienis præternaturali solum accipiendum esse. Nam ut supra cap. 3. dictum, inuentus est lien satis magnus in quibusdam sanis, & qui corpore fuerunt florido. Et si officium suum sanguificationis rectè peragat, corpori reliquo, etsi magnus sit, nihil damni affert. Verum si præter naturam humoribus vitiosis repletus intumescat, officium suum facere rectè non potest: Vnde vitiosi & melancholici humores circa lienem primò cumulantur, & deinde in totum corpus diffunduntur, vnde illud floridum & naturalem suum colorem amittit, & bono alimento destitutum contabescit. Adest præterea quædam spirandi difficultas, & sensus ponderis iugulum sinistram quasi infra trahentis. Si ventriculus repleatur, potè imprimis aquoso liquore, statim angustia circa lienem percipitur, plerumque etiam pedes inflantur, &

ulcera in cruribus curatu difficilia excitantur, & alia sæpe Symptomata accidunt, quæ de scorbutico sunt numerata.

Et si verò, ut supra dictum, & tumor flatuosus quandoque lienem corripit: tamen ex modo dictis, & supra capite 3. de inflatione lienis propositis signis hæc duo tumorum genera facile discernuntur. Nam in scirrholo tumore maior est gravitas, quam in flatuoso; Flatuosus quoque tumor compressus cedit, scirrholus non cedit: Flatuosus compressus murmur & sonum edit, qualis in scirrholo non percipitur. Quamvis verò ab humore melancholico plerumque sit hic tumor: Si tamen Pituita admixta sit, cognoscitur id ex cachexia pituitosa totius corporis.

Pregnostica.

Prognosticum.

1. Quidam Spleneici nihil à pharmacorum vsu utilitatis percipiunt, neque à reliqua curatione, quamquam gracilior ipsi splen euadit: sed quæ adhibentur, à magnitudine morbi superantur; progressu vero temporis aliquibus in hydropem morbus degenerat & intereunt; aliquibus splen suppuratur, & ubi restreuntur; cum quibusdam verò consenscit durus & magnus existens, & diuturna est affectio, non tamen lethalis, Hippocrates, libro de affectibus. §. 20. Omnis enim scirrhus confirmatus cum lienis, cum aliarum partium est incurabilis. Non dum verò inueteratus, curari quidem potest, sed difficulter.

2. In lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum est, 6. aph. 48.

3. Qui lienosi difficultate intestinorum corripuntur, eos superuenientem longam Dysenteriam aqua inter cutem ac leuitas intestinorum excipit, & moriuntur, ibidem aphor. 43. Nimirum, ut Galenus explicat, quibus longo tempore lien inducit; iis superueniens dysenteria malum soluit, ratione translationis & euacuationis humorum crassorum melancholicorum qui in liene infixi erant: Si tamen immoderatio sit dysenteria, labefactatus prauorum humorum transitu intestinis cum vires ipsorum, tum calidi innati in venis & visceribus perit, unde Hydrops & Lienteria sequitur.

4. Melancholicum morbum incipientem hæmorrhoids plerumque prohibet, & iam effectum remouet, immoderatum etiam lienem sanat, Galenus, 6. Epid. com. 6. aph. 8.

In scirrholo lienis inueterato, si epar non trahatur in consensum, homo diutius superesse potest, scribitque Forestus, se matronam nouisse, quæ 30. annos doborienis laborauit, & tamen consuetas functiones sine dolore obierat.

Indicationes.

Indicationes.

Tumor hic, quia durus & frigidus est, postquam toto corpori prospectum, emollientibus & calefacientibus curandus, ut Galenus, 2. ad Glaucon. cap. 4. docet; ideoque adhibenda medicamenta, quæ calorem habent tepidum, humiditatemque medicrem. Vehementer enim calefacientia & exiccantia tenuioribus partibus discussis, id quod remanet, tanquam lapidosam concretionem relinquunt, teste Galeno, 14. meth. med. cap. 4.

Curatio.

Curatio.

Vniuersalibus igitur, de quibus supra de Intemperiebus lienis dictum, præmissis, ubi curationis spes superest, emollientia, attenuantia & aperientia medicamenta paulò valentiora vsurpanda, quæ tamen citra insignem validitatem id præstent, ne dissipata tenuiore parte crassus humor vehementius aduratur. Talia sunt amara præcipuè, quibus vehiculi loco & penetrationis gratia acetum & oxymel

A addi potest, de quo Galenus, 13. meth. med. cap. 17. Et 14. meth. med. cap. 5. & 2. ad Glaucon. cap. 5. Quibus adhibitis per interualla purgantia intericienda, inter quæ præcipuè utilia sunt folia senæ helleborus niger & eius extractum, extractu panchymagogum, quibus Chymici Quum dulcem, ut & Qu vite gr. aliquod admiscere solent. Conueniunt ergo hic ea, quæ supra de obstructione lienis sunt proposita, quæ etiam incipientes duros lienis tumores sanant. Et quidem alia sunt calida, ut *chama-drys, chamapithys, ceterach, thymus, epithymus, funaria, agnus castus, lupulus, centaur. min. calaminth. rad. aperientes, filicis*, cuius radicis magna & peculiaris in affectibus lienis est efficacia, *radic. polypod. sem. genist. cortices & fructus capparum. Cortices tamarisci, fraxini, sambuci, scylla, ammoniacum, bdellium, galbanum*. Alia frigida vel temperata, ut *cichoracca, & intybacea omnia, sem. 4. frigid. maior. & minor. flor. borragin. bugloss. capill. Qu lingua cernua*. E quibus varia sunt medicamenta: E compositis sunt: *syrup de scolopendr. byzant. s. & compos. syrup. de fumar. cochlear. trochisci de capparibus, de eupatorio, de scolopendrio*. Extra applicentur *ol. lilior. alb. sambucin. de cappar. amygd. amar. rutac. nardinum, unguent. dialib. Agrippa, de arcanita empl. diachyl de meliloto*. Præmissa ergo primarum viarum euacuatione talis potus præparatur. *℞. Raic. aperientium aceto maceratar an. ℞. ij. cichor. polyd. quern. an. ℞. ss. cortic. rad. cappar. tamarisc. an. ℞. ij. flor. genist. borrag. bugl. an. P. j. sem. anisi, agni casti, melonum an. ℞. ij. passular. maior. exacinar. ℞. j. si uum num. iv. Coqu. in aq. chalybeata Colaturæ ℞. lb. j. syr. byzant. s. de scolopendr. oxy acchar. compo. an. ℞. j. I. Potus pro 4. dosibus. Hinc paratur talis purgatio *℞. Rad. filicis, polyd. l. an. ℞. ss. ceterach. M. j. chama-drys M. ss. fol. senæ elect. ℞. j. hellebor. nigri præp. ℞. j. rad. gialapa ℞. j. galang. cortic. citri. mejni fasciculi an. ℞. ij.* Infundantur in sufficiente quantitate aquæ simpl. Colaturæ *℞. ℞. x. syrup. de scolopendr. de quinque radicibus an. ℞. j. ss. F. Potus pro 3. vel 4. dosibus. Vel vsurpentur Pilul. tartareæ supra descriptæ. Vel *℞. Ammoniacy aceto dissoluti & percolati ℞. j. aloës ros. ℞. ij. pil. de tribus ℞. j. salis absinth. fraxini an. ℞. j. ol. anisi gr. iv. F. Massa, detur ℞. j. vel ℞. ij. Hinc prior aperientis potio repetatur, vel talis exhibeatur. *℞. Decocti aperientis maioris ℞. viij. oxymel. helleborat. ℞. ij. syrupi de scolopendr. ℞. j. B. aqu. cinamom. ℞. ij. spiritus salis ℞. ss. vel spir. tartari compos. ℞. j. Misce pro 3. dosibus. Vel exhibeantur trochisci de capparibus & scolopendrio supra propositi: Forestus hoc arcanum sui Præceptoris Benedicti Fanentini esse scribit: *℞. Rad. filic. ℞. j. cuscuta ℞. ij. Coqu. in vini potentis ℞. viij. ad tertiam partem consumptionem. Colatura propinetur. Vel *℞. Conserv. fumar. chamapithyos, cochlear. borrag. bugloss. fl. gemista an. ℞. j. rad. condit. pimpinell. ℞. ss. trochisc. de capparibus ℞. j. spec. diarrh. abbat. ℞. j. Cum syrupo byzant. s. F. Eleuarium, de quo mane & vespere detur Vnc. ss. vel Diach. vj. Efficacissimum etiam est remedium decoctum Ligni tamarisci, eo modo paratum & exhibitum, quo decoctum ligni Guaiacy parari & exhiberi solet. Ut *℞. Rad. vel ligni tamarisci lb. j. Coqu. ad consumptionem dimidie partis, cui & alia lienis accommodata addi possint. Efficacius autem erit medicamentum, si in aqua chalybeata coquatur. Est & valde utilis Oxysacchara scyllitica hæc: *℞. Cort. rad. cappa- ℞. vj. tamarisc. ℞. ss. spica, alarischor-nanth an. ℞. j. scolopendr. sem. anisi, fenic. cumini, zoris marini an. ℞. ℞. Infundantur aliquot diebus in acerbis scyllitici lb. ss. vel suff. c. quant. Deinde colentur********

laturæ adde *facch. albiss. q. s.* Coqu. ad syrapi consistentiam. Veteres vt peculiari proprietate iuans commendarunt splenem asini syluestris & equi, ac epar lupi, quæ puluerisata dentur ad Drach. j. cum liquore conueniente. Galenus, 9. *de composis. medic. secundum, loca capite 2.* vt & Aëtius ex Asclepiade, qui id primum potcello per triduum exhibuit, & dissectum postea sine Liene inuenisse dixit, hoc repetunt. *℞. Amarisci Drach. ij. piper. albi spic. nardin. ammoniaci thymiamatis scolopend. an. Drach. j.*

Arida tundantur & cribentur, ammoniacum aceto dissoluatur, reliquitque addatur, & trochisci formentur, quorum dosis Drach. i. cum oxymelite vel aliquo liquore. Et habet Galenus *allegato loco* plura alia ex antiquis medicamenta huic affectui accommodata, quæ ibi videri possunt. Vtilis est & succus allii syluestris, cum decocto aliquo splenetico. Radicem quoque filicis peculiari proprietate affectibus Lienis prodesse supra diximus. Commendatur etiam ad Lienis affectus Galyopsis s. Lamium, cuius puluis cum cibo datur. Cellus, *lib. 4. cap. 9.* pro minuendo Liene dat ieiuno absinth. decoct. post cibum verò aquam, in qua candens ferrum subinde est extinctum: Ita enim coerceri Lienem, quod animadvertensum sit in animalibus quæ apud fabros ferraries educata exiguos lienis habent. Et omnino ferrum ac chalybs in obstructionibus & tumoribus duris Lienis magnæ efficaciz est, qui ab ipso viscere humores crassos potenter abstergit. Iddeoque reliquis medicamentis, quæ vim habent melancholicos & crassos humores purgandi, & duritiem Lienis emolliendi aduiscendus est, de quo *de aff. Hypochondriac.* dicitur. Exhibetur vero variis modis, vt ibidem dicitur. Potest v. g. eius vicia vna eum cinamomi \mathcal{D} . iii. in vini \mathcal{L} . i. infundi & vinum exhiberi. Vel \mathcal{L} . Rad. polyod. quern. filicis, corr. rad. cappar. an. \mathcal{Z} . j. \mathcal{S} . ceterach, chamadryos an. M. \mathcal{S} . Coqu. in \mathcal{L} . q. aqu. simpl. Colaturæ \mathcal{L} . \mathcal{L} . \mathcal{L} . j. Mellis vel *facch.* \mathcal{D} . iv. *chalybis prepar.* \mathcal{Z} . j. \mathcal{S} . F. Syrupus. Vel paratur tale Electuarium. \mathcal{L} . Cortic. amarisc. rad. cappar. rad. glycyrrh. sem. eruca, agnicasti, ceterach, sem. cadia. an. \mathcal{D} . j. croci \mathcal{D} . \mathcal{S} . Pulueris. subtilissimè; puluerisatis adde *chalybis prepar.* \mathcal{Z} . ii. Cum melle vel *facch.* vel syrupo de scolopendr. F. Electuarium, cuius dosis \mathcal{Z} . \mathcal{S} . Si libet hoc Electuarium parare vt simul purget: \mathcal{L} . Fol. sene elect. \mathcal{Z} . iii. epithym. polyod. quern. an. \mathcal{Z} . i. hellebor. nigri \mathcal{Z} . \mathcal{S} . cortic. curi, semin. fanic. caryoph. an. \mathcal{Z} . i. flor. borrag. bugloss. genist. an. M. \mathcal{S} . Coqu. in \mathcal{L} . q. aque Colaturæ add. *facch.* q. f. Coqu. ad syrapi consistentiam, cui addantur species modò dictæ, & F. Electuarium. Electuaria etiam tria chalybeata extant apud Vid. Vidium *de curatioue membratim, lib. 10. cap. 11.* quorum præparandi ratio hæc est. 1. \mathcal{L} . Pip. \mathcal{Z} in \mathcal{Z} \mathcal{L} . an. \mathcal{D} . iv. cardamomi, caryophyllorum, doronicoriam croci an. \mathcal{D} . ii. ramaricis rad. sapparum an. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . sem. anisi basilici an. \mathcal{D} . i. marrubij asplenij utrinque in rennem pulucrem redacti an. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . scobis chalybis tenuissima preparata ex aceto \mathcal{Z} . x. mellis despumati \mathcal{L} . \mathcal{L} . iv. Miscantur omnia simul, antea diligentissimè contusa, ac conficiatur Electuarium, cuius 4. vel 5. drachmæ per integrum mensem quolibet mane ieiuno stomacho assumenda. 2. Huic simile est (licet adhuc validius) quod \mathcal{L} . Betonice. \mathcal{Z} . viii. croci \mathcal{D} . iv. mastiches scobis eboris glycyrrhizæ, sem. fenigræci, anisi, feniculi, cymini, sileris montani, melanthij, apij, urticæ lactuca, fol. capill. ♀. marrubij, asplenij an. \mathcal{Z} . j. ramaricis, sem. portulacæ, nuc. moschar. cinamomi, zingib. caryophyll. an. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . semin. lini, ammoniaci an. \mathcal{D} . j. eupatorij \mathcal{Z} . \mathcal{S} . spica nardi \mathcal{D} . ij. schænanth. \mathcal{D} . j. scobis chalybis tenuissima prep. \mathcal{L} . j.

Operum Seueri Tom. III.

mell. despumati q. s. Terantur terenda subtil. & cum melle miscantur, & F. s. a. Elect. eadem ratione, qua præcedens exhibendum. 3. \mathcal{L} . *Confrad. apij* \mathcal{Z} . i. scolopend. \mathcal{Z} . ii. trochisc. de capparib. de agno casto an. \mathcal{D} . i. \mathcal{S} . specier. diarrh. abb. ai acurcuma an. \mathcal{D} . ii. Terantur diligentiss. quæ teri possunt, ac simul miscantur & cum serapio ex scolopendrio fiat Electuarium. Cuius æger capiat quolibet mane quatuor horis ante cibum Drach. iii. vel iv. & superbibat aliquid aque cuscuta, vel scolopendr. aut calamintib. vel etiam vini albi odorati, in quo ignita chalybis lamina sæpius fuerint extincta. Externa medicamenta sint mixta ex emollientibus & digerentibus, vel emollientia & digerentia per vices adhibeantur, ne partibus tenuibus discussis & crassis relictis tumor denior reddatur. Primò nimicum adhibeantur emollientia, post emollientia vsurpentur digerentia, hinc iterum emollientia, post rursus digerentia. Emolliunt, *Althæa, malua, lilij radix, semin. lini, carica.* Digerunt hic & attenuant, *flores chamamel. melilot. genist. sem. agni casti, cortic. radic. cappar. amarisci, rad. asari, cyclamini, foliaruta, ceterach, sem. sinapi, myrrha,* & alia huiusmodi Lienis dicata. Vtilia sunt & ammoniacum, bdellium, galbanum, Emplastrum diachylum simplex, Jreacrum & compositum, de meloso, oleum lilior. albor. de cappar. amygdal. dulc. & amarar. adipis & medulla. vt: \mathcal{L} . Fol. & rad. althæa, rad. bryonia, cortic. rad. capparum, amarisc. an. \mathcal{Z} . i. ceterach, flor. genist. an. M. i. sem. agnicasti \mathcal{Z} . \mathcal{S} . Coqu. in \mathcal{L} . q. aque & aceti, & decoctum calidum cum lana, aut spongia lienis regioni applicetur. Forestus, *lib. 10. obs. 8.* hoc vitur. \mathcal{L} . olii de cappar. lil. alb. buryr. sine sale recearis an. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . succi bryon. cyclam. an. \mathcal{D} . v. Coq. ad succorum consumptionem. Postea addantur ammoniaci aceto dissoluti \mathcal{D} . ii. \mathcal{S} . pinguedinis gallinæ medulla crurum vituli, aspi humiæ an. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . pulu. corr. rad. cappar. amarisci, ceterach, rad. filicis an. \mathcal{D} . \mathcal{S} . semin. genistæ, agni casti an. \mathcal{Z} . i. cera parum F. Vnguentum. Efficacissimum medicamentum paratur ex succo flores sambuci misto cum decocto maluæ & oxycrato. Vel \mathcal{L} . Vnguent. dialth. succi summit. sambuci an. \mathcal{Z} . j. ol. de cappar. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . Cera parum, F. Vnguentum. Vel \mathcal{L} . Ol. lilior. albor. amygd. amarar. de cappar. ruia, chamem. vini albi an. \mathcal{Z} . ij. pulu. rad. al. h. maluæ filicis an. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . Coq. ad vini consumptionem & colentur cum forti expressione. Colaturæ adde aceti \mathcal{Z} . j. \mathcal{S} . pulu. rad. cyclam. bryonia, Nicotiana, an. \mathcal{D} . ij. Coqu. ad aceti consumptionem, iterumque colentur & exprimentur. Tandem addatur ammoniaci & bdellii aceto dissoluti an. \mathcal{D} . ij. F. Vnguentum. Vel \mathcal{L} . Ol. chamemel. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . de cappar. \mathcal{D} . vi. ruta \mathcal{D} . ij. medulla crurum vituli \mathcal{D} . ij. croci \mathcal{Z} . \mathcal{S} . aceti \mathcal{D} . ij. cera q. s. F. Vnguentum. Vel applicetur tale cataplasma: \mathcal{L} . Sem. malu. alth. fenugr. an. \mathcal{D} . j. lini \mathcal{D} . ij. fol. maluæ, alth. parietar. an. M. j. rad. cucumer. asinini, bryonia an. \mathcal{Z} . j. betæ: lilior. albor. an. \mathcal{Z} . \mathcal{S} . syl-lam. num. j. Coqu. in aqu. chalybeata cum aceti parte sexta, F. Cataplasma, cui si libet, oleum de capparibus addi potest. Hieronym. Fabric. ab Aquapend. ad induratum lienem hoc cataplasma valde commendat, quod fit ex duabus partibus ammoniaci aceto dissoluti, una succi Nicotiana, dimidia resine & serebinthina, & succi ebuli cum oleo de capparibus & cera sufficiente quantitate mistis, eoque induratos Lienes le curasse refert.

Emplastrum efficacissimum ex cicuta & ammoniaci aceto dissoluto habet Heurnius, method. ad praxim libro 2 capite 10. quod ita paratur: \mathcal{L} . cicuta M. iv. ammoniaci \mathcal{L} . \mathcal{S} . Infunde aceto acerrimo dies octo: dein bulliant, dum ammoniacum soluat.

Q iij

hinc per pannum fortem lineam validè exprimantur, iterumque expressus liquor ebulliat quinquies, & adiecta cera cum oleo amygdalar. dulc. Fiat Emplastrum. Idem quendam hydropicum ex Scirrho Lœnis laborantem spongiâ aquâ calcis vitæ madida, vsuque eius continuato & hydrope & scirrho Lœnis liberatum fuisse testatur. Historia curati in milite quodam Liœnis indurati, est apud Trallianum, lib. 8. cap. 73. talis.

Historia
curati li-
œnis indura-
ti.

Cum ad eum veniret miles totam liœnis regionem barbaricis ferriamentis inustam habens, duobus tribusve diebus medicamentis per os datis ipsam purgabat, & deinde diligentem ei curam in singulis convenientibus remediis offerendis adhibebat. In cibo piscinæ cremorem quotidie porrigebat oxymelice condicium, & pisces taxatiles. Ex auibus autem gallinas, perdices, aliaque concoctu facilia, boni succi & probè macerata. Prohibebat ei quæcunque viscosos & crassos humores generant; similiter & carnes bouillas, suillas, ouillas, caprinas, & hædinas: item aues, quæ in aquis palustribus degunt, omnesque pisces palustres & pelagios, præsertim qui duras & crassas, non albas carnes obtinent: adhuc polypos, malos, sepias, orphos, ostrea, conchas, bulbos, placentas ex melle & chidro, & quæcunque instant, duraque & crassa, vel cruda sunt. Vinum improbatum crassum, nigrum & adstringens: dandum autem est quale Hippocrates præcipit, quod neque crassum, neque valde frigidum, neque calidum existat.

Potui verò dabat vinum, in quo capparidis radicem, scolopendrium, & myricæ radicem corticem decoxerat: initio quidem singulas herbas per se exhibebat, deinde ex posca, aut oxymelite, aut solo aceto coctas interdum: etiam in pulverem redactas cum supra dictis liquoribus citrà coctionem per internalla dabat, idque non plus, quàm duobus vel ternis diebus. Qui & oxymeli purum per totam hyemem propinabat: nonnumquam cum aqua calida, in qua prædictæ herbe decoctæ fuerant, ante & post cibum, die & noctu, quodcumque volebat æger, potui offerebat.

Postea vere prius in eum, cum æger multum se recollegisset, fortiora medicamenta exhibebat. Ac mox inter initia veris sanguinem ex brachio sinistro copiose detrahebat & post dies viginti quinque hoc medicamentum, quod sequitur, utebatur. ℞. Spicæ nardi, cort. rad. cappar. fol. myricæ. heba splenij, squame ferri an. ℞. xvij. myrobal. ℞. x. ammoniaci suffiminis ℞. xvij. polytrichi ℞. vj. stæchad. ℞. ʒ. scolopend. ℞. iij. Ex oxymelite fingantur patilli pendentes singuli drachmam unam, quorum unum oxymelite dilutum potui dabat. Postea verò eum liœnis probè esset explicatus, medicamenta ad ciendam aluum dabat, ac otioso, humores validioribus, nempe hieræ colocynthidos drachmis tribus euacuabat. Inchoante iam æstate non tres drachmas, sed quatuor exhibebat, ita ut à prædictis medicamentis nullo die cederet. Vbi sanitati propemodum esset restitutus, cyclaminis radicis drachmam ex mulla deinceps, semel aut bis, post singulas potiones offerebat. Antiqui cæteris nil iuuantibus ad vitionem liœnis accedebant; sed eam ut crudelem non immeritò improbat Hieronymus Fabricius ad Aquapend. de oper. chirurg. abdom. ubi & aliam chirurgorum quorundam de liœne curando opinionem recitat. Cardanus etiam 8. de rerum varietate cap. 44. & in arte parua, mirabilem liœnis duri curandi rationem habet; liœni nimirum scirrhoso lineum vel chartam, & quidem in formam crucis imponit, hinc secernit apponit, quam ligneo malleo, vel claua ferrea sex vel septem ictibus percutit, atque hoc modo liœnem

A dūm, cute non diuisa sanari existimat. Verum enim verò sunt hæc rationi nullo modo consona. Refertque allegato loco idem Fabricius, accidisse semel, ut securis acies sub vehementi percussione & chartam & abdomen, & liœnem unico ictu præcedente cum morte ipsius ægri.

Dieta.

Ær sit purus & temperatus, non crassus, cibi sint boni succi, & vi attenuandi præditi, cuiusmodi lerumque acris sunt, ideoque condiantur thymo, hyssopo, bacis iuniperi, & similibus. A carnibus duris, lacticinis, à casco veteri, à placentis & dulciariis & à dulcibus omnibus, quibus liœnis facit intumescere solet, à piscibus viscidis æger abstinere, frequenter utatur capparibus & floribus genstæ acetæ conditis: nec bibat mustum, quod liœnem inflat; bibat verò vinam mediocri ætatis, non austera; quod si potentius sit, aqua chalybeata diluatur, vel paretur vinum aut cercuisia medicata à ligno tamarisci, lingua cœcina, ceterach, absinthio, aut bibat æger à poculis à ligno tamarisci paratis. Exerceatur & ambulet ante cibum; uras & animi motorem vitet.

Dieta.

Calculis Liœni.

Non solum autem liœnis indurescit, sed quandoque etiam lapides à materia tartarea in eo generantur, eodem modo, quo in aliis partibus, quod malum plerumque incurabile est, & non nisi post mortem sectione deprehenditur. Si tamen latius minus durus est, medicamenta hæcenus proposita attenuantia, & quæ calculum frangunt, vsurpari possunt.

Calculi
liœnis.

CAPVT VII.

De Liœnis Vulneribus.

Signa Diagnostica.

Interdum etiam liœnis vulneratur, cuius equidem vulneris suspicio est, si gladius, vel telum à regione liœnis abdomen penetrauit. Quia tamen tela talia etsi abdomen penetrent, liœnem semper non attingunt, signis aliis præterea opus est. Cognoscitur autem liœnem vulneratum esse ex eo, quod sanguis niger à vulnere erumpit, sæpe etiam vomitu vel per aluum eicitur; plerumque unâ dolet ventriculus, sitis excitatur, & dolor à iugulum vsque ascendit.

Vulnus
liœnis.
Signa

Prognosticum.

Vulnera autem ista periculosa, imò sæpe lethalia sunt, si non alia de causa, certè ob sanguinis effusionem; cum liœnis multas arterias & venas habeat. Unde de periculo vulneris iudicandum è loco in quem vulnus inflatum. Si enim solum substantia liœnis & eius superficies vulnerata est vulnus tale non necessarîo lethale est. Si verò ipsa liœnis magna vasa sint vulnerata, vulnus lethale habendum. Plinius quidem, lib. 11. nat. hist. cap. 37. & ex eo alij liœnem cursoribus, cum impedimentum iis afferat; eximi posse scribit: verum rectè Cœlius Aurelianus, lib. 3. chronic. pass. scribit, liœnem excindendum vel vrendum esse, voce quidem dictum fuisse non officio completum. Cum enim tot insignes arterias habeat, id sine periculo fieri non posse, manifestum est.

Prognosticum.

An liœnis
excisio
ta sit.

Curatio.

Curantur verò liœnis ut aliorum viscerum vulnera. Et quidem naturæ præcipiæ hic partes sunt. Ut tamen Medicus eam adiuet, potiones vulnerarias exhibere potest. ut. ℞. Rad. consolid. maior. ℞. ʒ. b.

Curatio

Veron. M. j. agrimon. ceterach; hyperici an. M. s. sanicula, pyrola an. P. j. flor. rosar. rnbr. M. s. passul. ʒ. j. Coq. in. s. q. aquæ in vase clauso, Colatura aromatizetur cinamomi ʒ. iij. Potest tamen prius, ne affluxus fiat, materiæ ad lienem, clyster iniici. Interdum in vulneribus lienis pus per urinam expurgatur, quod si animaduertat Medicus, medicamenta urinam mouentia, ex radic. fœniculi, sem. frigid. 4. maioribus, ciceribus rubris & similibus exhibere potest. Per quas autem vias rectè euacuatio fiat, alii aliter docent. Quidam per ramum splenicum ad venam portæ, hinc ad epat, & per epat ad venam cauam, & tandem ad emulgentes pus peruenire statuant. Verum via hæc nimis longa est, & per multas ambages. Breuior longè via est per cœliacam arteriam ad arteriæ magnæ truncum, & hinc ad emulgentes arterias.

CAPVT VIII.

De Vlcibus Lienis.

Causa.

Post vulnera malè curata interdum vlcus in liene relinquitur; præcipuè verò post tumores & inflammationes lienis vlcera eiusdem sequuntur.

Signa Diagnostica.

Præcesserunt vulnera vel tumores & inflammationes lienis, & sedata inflammatione & symptomatibus, quæ ei coniunguntur, nihilominus dolor in sinistro latere percipitur, præcipuè si homo moueatur & exerceatur, & interdum pus vel vomitu vel per aluum vel per urinam exermitur, nunc purum & coctum, interdum feculentum, nigum, liuidum ac saniosum, quibusdam etiam integræ lienis particula.

Prognosticum.

Si malum recens sit, curationem suscipit; sin diuturnum, incurabile est, & plerumque hominem lenta morte enecat. Refertque Franciscus Roussetus, de partu Casareo sect. 4. cap. 5. in quibusdam lienis parenchyma adeo absumptum repertum fuisse, vt sola membrana remanserit, quod sæpe in renibus accidit.

Curatio.

Curationis autem ratio in eo consistit, vt pus expurgetur, & vlcus abstergetur, tandemque consolidetur. Quapropter si pus vomitu vel per aluum eiciatur, hydromel exhibendum. Si per urinam, cum eodem hydromelite emulsio ex seminibus quat. frigid. maior. paranda & exhibenda, & radicum asparagi, glycyrrhizæ in hydromelite vel sero lactis coctar. potio exhibenda. Ad consolidandum verò exhibeatur thus, mastiche, spica cum aqu. mellis, veronicæ, plantaginis vel harum decocta, vel decoctum capite precedente propositum.

CAPVT IX.

De Actione Lienis propria laesa.

At que hæcenus morbos lienis absolvimus, iam de symptomatibus, quæ eidem accidunt, agendum. Et quidem actiones lienis quod attinet, antiqui equidem, vt aliquoties iam dictum, lienis officium id saltem esse putarunt, vt excrementum melancholicum reciperet. Verum non sine causa, & multis rationibus moti recentiores ipsi etiam sanguificandi munus tribuerunt, vt in Institut. & su-

pra cap. 1. id explicatum. Hæc ergo eius actio variis modis lædi potest. 1. Primò enim cum crassior chyli partem pro sanguine visceribus in ventre inferiore nutriendis apto generando attrahere debeat. Hæc eius functio læditur, enim vel non attrahit aut diminituè attrahit, vnde crassior chyli pars ad epat transit & sanguis feculentus ac minus laudabilis inde generatur, vel citius ac auidius quam par est, & quidem chylum ac potum crudum ad se trahit, vnde obstructions in eo generantur. Prius accidit, primò vel ob lienis imbecillitatem ex aliqua intempeite, vel ob viarum angustiam, cuius causa est vel compressio à tumore aliquo, vel obstructio à crasso humore aut calculo, de quo supra dictum. Posterius euenit, B lienque nimis auidè attrahit, ob calidam intemperiem præcipuè.

2. Attractus ad lienem chylus in sanguinem sui generis mutari debet, quod non bene fit vel læsa facultate & ob eius imbecillitatem, vel ob errorem externum. Prius quod attinet, cum in omni coctione alimentum attenuari & ita præparari debeat, vt corpori alendo aptum sit, si lien est imbecillus, hoc non rectè expeditur, sed sanguis feculentus & crassus inde generatur, qui partibus ventris inferioris, quæ eo nutriuntur, non parùm incommodi affert. Ob errorem externum verò actio lienis læditur, cum ob cibos mali succi chylus crassus & humore melancholico ac tartareo generando aptus ad lienem transmittitur, è quo sanguinem bonum generari impossibile est. Et plerumque acida cruditas in lienis coctione accedit, & sicut vinum in acetum degenerat; ita etiam cum chylus in liene non bene elaboratur, in acidum humorem vertitur, qui interdum magnâ copiâ in ventriculum effunditur, & hinc vomitu reicitur, ac dentes acore suo stupidos reddit. De quo etiam dicitur, part. 5. sect. 1. de affection. hypochond. & sect. 2. de scorbuto cap. 3. & seq. Quæ ibi videntur.

3. Cum in omni coctione quædam excrementa proueniant, in lienis quoque coctione idem euenit, & duo proueniunt, vnum tenuius, & serosus scilicet humor, alterum crassum, & propriè melancholicum dictum, quæ per conuenientes vias, partim per aluum, partim per urinam euacuari debent. Quod interdum non fit ob valorum angustiam, cum vel tumores ea comprimunt, vel humores crassi & viscosi obstruunt.

Signa Diagnostica.

Vt autem aliæ actiones læsæ, quæ circa viscera nutritioni dicata accidunt, non seipsas manifestant, sed non nisi ex iis, quæ præcesserunt, & præcipuè sequuntur, cognoscuntur idem etiam in lienis actionibus euenit. Primò quæ nimirum si diætæ ea ratio, quam locis modo allegatis proposuimus, præcesserit, lienis actiones inde vitari credibile est. Neque enim errata primæ coctionis corriguntur in secunda.

Deinde verò siue attractio, siue coctio, siue expulsio excrementorum in liene lædatur, varia in corpore incommoda inde percipiuntur. Etenim si chylus primò ille crassior à liene non attrahatur, ad epat cum reliquo transmittitur, & sanguis ex eo feculentus, crassus & vitiosus generatur. Qui in venas postea diffusus, & in his putrescens varia mala excitat. Extra verò venas protensus, si adustus non sit, nec credens, iterum nigrum, aut certè corporis colorem liuidum ac plumbeum progenerat. Si verò adustus sit & acris, scabiem, vlcera, cancrum, scorbutum & similes affectus excitat. Si verò nimis auidè & citò cibum & potum lien ad se trahat, cognoscitur id ex vrina post potum nimis citò reiecta, vnde obstructions & tumores lienis excitantur.

Si autem sanguificatio in liene non bene perficiatur, sanguis inde crassus atque excrementi melancholici maior copia generatur, unde omnia viscera in ventre inferiore malè nutriuntur & ob excrementi melancholici copiam nausea & vomitus humoris acidi prouenit, vel sitetineatur, caninam appetentiam excitat, aut æstu ebulliens & euaporans delirium melancholicum & melancholiam hypochondriacam parit. Si in intestina extrudatur, colicam, & pertinaces ventris dolores, vel alui profluuium & dysenteriam, eamque sæpe lethalem procreat, & alia mala plurima, quæ de scorbuto, & affectione hypochondr. enumerabuntur. Eadem ferè accidunt, cum excrementum melancholicum per conuenientes vias non euacuatur.

Curatio.

Curatio: Cum autem actiones lætæ hæc omnes vel ab errore externo vel à morbis actionem lienis lædentibus oriuntur, præter ea, quæ supra de morbis lienis dicta sunt, plura afferre opus non est, sed tota curandi ratio exiis, quæ ibi dicta sunt, & de scorbuto & affectione hypochondriaca dicentur, patet.

CAPVT X.

De Lienis doloribus.

Causæ.

Lienis dolores.
Causæ.

Inter actiones lienis læsas est etiam dolor eiusdem, qui, vt alij dolores, oritur à solutione continui, & quidem membranæ, qua lien tegitur. Fit autem solutio continui, quando membrana illa distenditur. Quod accidit in inflammatione lienis, eiusdem inflatione, obstructione, & tumoribus, vlcibus, vt & causis externis, lapsu scilicet & percussione.

Signa Diagnostica.

Signa: Dolor ipse per se manifestus est, & in hypochondrio sinistro percipitur. Quia tamen etiam in muscularis, lienis regioni incumbentibus, & peritonæo, eò loci, vt & colo intestino, dolor esse potest, quæ ratione hi dolores à dolore lienis discernendi sunt, dicendum. Et imprimis cauendum, ne dolores illi puncturij, qui in lateribus, plerumque verò sinistro (Germani *das Milzstucken* nominant, quasi à liene oriuntur) percipiuntur, & à peritonæo proueniunt, pro lienis doloribus habeantur. Sæpe enim evenit, & præsertim post cibum sumptum, vt si homo equitet, curru vehatur, vel alio modo corpus vehementius exerceat, dolor quidam puncturij in lateribus, præsertim sinistro, percipitur. Qui accidit, quod peritonæum eo loci à partibus, quarum tunicis pertinaciter adhæret, trahitur & quasi auellitur, idque fit à flatibus vel etiam humoribus serosis, qui in hæc spatia peritonæi & musculorum irumpentes membranas distendunt, eo ferè modo, vt in alijs partibus spasmus flatulentus excitatur. Muscularum autem dolor per tactum externum dignoscitur, & si locus extra parum prematur, dolor percipitur, quod in dolore lienis non accidit, qui profundior est, præterea in dolore lienis alia etiam symptomata, vt color in corpore mutatus, vtina mutata, & similia adiunt, quæ non conspiciuntur muscularis vel peritonæo affectis. Eodem modo etiam in colico dolore signa doloris colici adsunt, & dolor, qui in colo est, non semper vno loco fixus hæret, sed secundum coli ductum vagatur. A qua causâ etiam dolor lienis proueniat, ex iis, quæ hæcenus de lienis obstructione, inflatione & inflammatione dicta sunt, satis patet. In inflammatione enim dolor non

est grauians, vt in obstructione & dolore. In obstructione & tumore exercitium & motus dolorem auget; contra in inflatione dolor motu sedatur, flatibus à motu discussis. In inflammatione adest rugitus murmur & reclusus, quæ non percipiuntur in obstructione & tumoribus: præterea in inflammatione febris adest.

Prognostica.

Dolor ex se nihil periculi habet. Cum enim lien non sit exquisiti sensus, & exili latem membranâ inuestiatur, etiam dolorem magnum non patitur. E causis verò potius, à quibus dolor pendet, periculum æstimandum; cum alix sint grauiiores, alix leuiiores.

Curatio.

Curatio: Vt in alijs partibus: ita etiam hæc dolor tollitur vel causâ, à qua pendet, ablata, vel anodynis aut narcoticis. Quomodo causæ ablatione tolli possit, patet ex iis, quæ supra de morbor. lienis curatione dicta sunt. Hoc saltem addendum. Si dolor sit à causâ externa, vt lapsu, ictu, sæpe necessarium est, vt venæsectio instituat, vel etiam leuis primarum viatum euacuatio, ne scilicet sanguis vel alij humores ad lienem dolentem magis confluant. Repellens etiam moderatum lienis regioni applicati potest. Anodyna quod auinet, vtendum, vt alibi etiam hæc chamamelo, meliloro, semine anethi, althea, & similibus passim notis. Causæ tamen semper ratio etiam habenda, ne augeatur, & propterea in causâ calida commodè etiam imponantur folia salicis vel succus eorum.

Ad narcotica ascendere vix opus est; cum sensu adeo exquisito lien non sit præditus.

CAPVT XI.

De Ictero nigro.

Tandem hic etiam icterum nigrum explicare libet. Et si enim non lienis propriè, sed totius corporis externi & cutis affectus sit: tamen quia à liene proficiscitur, vt vulgata sententia est eum hic explicare placet. Est autem icterus niger cutis totius corporis in nigrum mutatio.

Causæ.

Nisi verò icterus à veneno prouenit, quod interdum accidit, ortum eum à liene habere vulgo statuitur. Si enim à liene chylus crassior & melancholicus non attrahitur, in totum corpus diffunditur. Non autem attrahitur vel ob lienis imbecillitatem, vel ob visum, quæ à porta ad lienem tendunt, obstructionem. Secundo vitium hoc generari potest, cum excrementum hoc per conuenientes vias non expellitur. Id quod fit, vel ob viatum obstructionem, vel excrementi melancholici copiam, quod cumulat ob errores in victu, & cibos ad hoc excrementum generandum aptos.

Placeret verò, *tract. 3. lib. 1. cap. 2.* aliam de ictero nigro sententiam habere, statuitque, non à liene icterum nigrum proficisci, neque humorem melancholicum causam esse, sed bilem, quæ in vesicula fellis colligitur, & quidem præternaturaliter, quæque in venis mesaraicis corrupta est, & viridem vel nigrum colorem ex corruptione acquisiuit. Idque ea de causâ, quod in liene eiusmodi bilis nullibi, nec sinus aut vesicula aliqua, in qua recipi deberet, deprehenditur, atque inde ea prodire minime possit, neque etsi adesset, in venam cauam deferri possit, quæ nullo ramo in lierem pertingit.

Et omnino sunt hæc non planè de nihilo: Etenim cum humor ater in nullo receptaculo amplo conti-

Prognostica.

Curatio.

Icterus niger.

Causæ.

An icterus niger à liene proficiscatur?

neatur, sed sensim vt generatur, ita euacuetur, si vt **A**
 icterus flauus, ita etiam niger hominem subito inua-
 dit, omnino à vesicula fellis, & bile, quæ nigrum
 istum colorem acquisiuit, icterum nigrum prouenire
 statuendum est. Interim nec hoc negandum, ex hu-
 more etiam atro lienis vitio cumulado, totius corpo-
 ris calorem mutari posse, etiam si id lentè fiat & sen-
 sim; ac consentiunt de eo omnes Medici, de quo
 etiam infra de scorb. p. 5. sect. 2. cap. 1. dicitur. Ver-
 um Antiqui, præter Hippocratem, lib. 2. de morb.
 & Paul. Æginet. lib. 3. cap. 49. hanc humoris nigri
 per totum corpus suffusionem proprio nomine non
 appellauerunt, vt etiam Bald. Ronseus, de scorb.
 cap. 3. testatur. Si quis ergo hanc totius corporis ex-
 terni in nigrum colorem mutationem, & illam, quæ **B**
 fit à bile corrupta, è vesicula fellis in corpus diffusa,
 nomine etiam distinguere velit, per me licet. Pos-
 sent autem istæ opiniones ita etiam conciliari, si sta-
 tuatur, bilem atram, cum in ventis mesaraicis copio-
 sè colligitur, vbi ad epat peruenit, cum bile flaua
 misceri, & in vesicula fellis colligi, bilisque flauæ
 colorem nigrum inde mutari, quæ nisi per conue-
 nientes vias euacuari possit, in totum corpus cum
 sanguine diffundatur, & icterum nigrum pariat. Et li-
 enim, quod obiicit Platerus, nullus ramus à liene ad
 venam cauam pertingit: tamen cum chylo, qui per
 venam portæ ad epat fertur etiam humores prauis
 circa liene cumulati ad epat peruenire, & hinc in
 totum corpus diffundi posse, manifestum est.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur hoc malum ex colore nigro, quo to-
 tum corpus tingitur. Causis autem quod attinet, si
 venenum aliquod corpus infecit, ex relatione ægri
 vel adstantium cognoscitur. Quod si absit, ab inter-
 na causa prouenit. Quæ an in vesicula fellis vel in
 liene consistat, inquitendum. Si in vesicula fellis,
 epatis antea affecti, & bilis flauæ corruptæ indicia
 adsunt. Si à liene, eius quoque affecti notæ aderunt.
 Et quidem si tumor aliquis, tensio, grauitas aut du-
 rities in sinistro hypochondrio percipiatur, ob lienis
 obstructions humorem melancholicum à sanguine
 separari argumento est: Si verò nihil tale apparet,
 frigida intemperies, ob quam lien non attrahit,
 causa est.

Prognosticum.

Icterus niger flauo semper periculosior est. Siue **Prognosticum**
 enim à vesicula fellis proueniat icterus niger, cum ^{etiam}
 tum maior adsit bilis corruptio, maius etiam pericu-
 lum portenditur; Siue sit à liene, etiam difficilius,
 cæteris partibus, curatur, ob humoris contuma-
 ciam, & si diutius durat, nec idoneis remediis tolli-
 tur, tandem hydrops succedit.

Indicationes & Curatio.

Si à vesicula fellis & bile flaua corrupta proueniat
 hoc vitium, curandum vt icterus flauus: nisi quod
 medicamenta simul humorem melancholicum respi-
 cere debent. Si vero à vitio lienis proueniat, vel eius
 intemperies corrigenda vel obstructio aperienda, &
 humor melancholicus euacuandus, vt antea dictum.
 Et cum viæ, quæ ad epat & lienem perungunt,
 communes sint, nimirum venæ portæ, cõmuni-
 ferè curandi ratio est, in vtrò etiam viscere vitium
 hæreat, modò ad humorem nigrum præcipuè cura
 dirigatur, de qua iam satis de morbis Lienis dictum.
 Imprimis vtilia sunt hic medicamenta è chalybe pa-
 rata antea proposita, vt: *℞. Chalyb. præp. ʒ. ij. p. assul. minor. ʒ. j. ʒ. Infundantur per dies tres in aqua cuscute & fumarie an. ʒ. j. in vasa clauso. Aqua inde separetur & addatur rad. oxyl. polyp. q. cori. rad. cap. an. ʒ. ʒ. ceter. euscute an. M. ʒ. sem. aquil. genist. an. ʒ. j. Iterum coquantur & sub finem addatur fol. sena ʒ. j. Colaturæ add. syrup. de scolop. byzant. simpl. an. ʒ. j. sacchar. q. s. F. Syrupus.* Tandem si materia, quod tamen plerumque fit, quæ in cute est, non sponte euanescat, ea, quæ in visceribus & venis est, sublata, discutienda est sudorem prouocantibus & diaphoreticis, vt decoct. flor. chamæm scordij, rad. fæniculi, cicer. rubr. & similibus. Vtile est quoque balneum aquæ dulcis, in quo sit cocta malua, ruta, beta, pariet. flor. chamæm. Commodum etiam est Balneum siccum seu Laconicum, & post balneum corpus abstergere a mulsiõne sem. cannabis. Facies, quæ maximè in conspectum venit, abluenda sæpius decocto illarum plantarum, vel aqua florum fabarum cum vino mixta vel farina fabarum & lupinorum. Nonnulli tineam piscem per dorsum delfectum applicant abdomini; alij plantis pedum, qui humorem flauum & nigrum ad se trahit.



LIBRI TERTII

PARS QUINTA.

De Affectione hypochondriaca & Scorbuto.

SECTIO PRIMA.

DE HYPOCHONDRIACA
AFFECTIONE.

CAPVT I.

*De Natura affectionis Hypochondriacæ.*Natura af-
fectionis
hypochon-
driacæ.

V M corpora nostra, vt & A aliorum animalium, in perpetuo fluxu sint, alimentis, quibus indies reficiantur, opus habent. Cum autem nullum alimentum sit, quod totum corpori apponi possit, sed omnia *in modis* quid, & quod corpori apto aptum non est, contineant, cum alia plus, alia minus: quicquid corpori alendo aptum non est, excerni oportet. Fit autem ista inutilium secretio in coctionibus & in ciborum in alimentum mutatione. Vt verò alimenti perfecti elaboratio vnicæ coctione non absolvitur: ita & excrementa non statim tota, sed sensim separantur. In prima enim coctione illud, quod crassius est, & superficialiter quasi alimento coheret, per aluum excernitur. Hinc chylus ab excremento hoc liberatus in venis melaireis primum sanguinis rudimentum suscipit. Ab his quod crassius est, hinc ad se trahit, & inde sui generis sanguinem paulò crassiorem, vicinis tamen partibus alendis idoneum, parat, quod verò feculentum est in hac coctione, & nulli parti alendæ aptum, secretum per conuenientes vias euacuat. Ex puriore verò chyli parte reliqua epar sanguinem nobiliorem pro totius corporis reliqui nutritione conficit, atque iterum quod excrementitium est in vesicularum fellis & ad renes amandatur, & hinc è corpore excernitur.

Hæc itaque omnia si rectè atque ordine fiunt, omnia etiam in corpore rectè sese habent. Si verò quid peccatur, plurima excrementa circa primæ & secundæ coctionis organa colliguntur, è quibus postea varij morbi excitantur, adeò vt rectè Fernelius, lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 7. scripserit, *Ego hoc affirmit & profiteor, cholere, melancholia, diarrhæa, dysenteria, cachexia, atrophia, languoris, lentarum, errentiumque febrium, latentium denique morborum causas me his in sedibus plerumque adinuenisse.* Et omnino pauci morbi sunt, qui non ex hisce locis habeant originem, vt etiam supra de morbis mesenterij & pancreaticis dictum. Etenim vitiosi humores in his cumulati non semper hic quiescunt & hærent, sed per venas & arterias, cum ipsi, tum vapores ab his eleuati, in totum corpus disper-

guntur, & varios morbos & symptomata hinc inde excitant.

Et quidem vitiosi humores in hisce locis cumulati aliquando, vbi putrescere incipiunt, per febres absumuntur, aliquando vomitu, & fluxu alui concitato euacuantur; aliquando ibi subsistentes affectionem hypochondriacam dictam excitant. Quæ etsi hoc præsertim seculo magis audiat, & in omnium ore & scriptis sit, & pro communi quadam calamitate, & seminatio quodam omnium penè morborum habeatur: tamen nec antiquos latuit. Diocles Catiystius, ab Hippocrate tan à & autoritate secundus, & Antigonis Asie Regis Medicus, affectionem hanc non obturè descripsit, vt verba eius citat Galenus, 3. d. loc. aff. cap. 7. *Oritur, inquit, alius à ventriculo morbus, qui ab aliis melancholicus, ab aliis flatuosus nominatur, quem sumto cibo maximè coeli difficili & caustico sputum humidum, idemque multum comitatur, item in ætus acidissimi, status, ætus in hypochondriis, fluctuatio non ilico, sed cum retinuerint, interdum ventriculi quoque vehementes dolores, qui nonnullis ad dorsum usque procedunt, concoctis deinde cibis quiescunt: mox aliis cibis ingestis eadem reuertuntur accidentia, qua interdum ieiunos, interdum etiam à cæna molestant, atque euomunt crudos cibos & phlegmata subamara & calida, adeò vt dentes & pedine afficiantur.* Causas vero huius mali his verbis recenset: *Flatuosas vocatas affectiones suspicandum est, plus caloris, quam decet, habere inuenis, qua alimentum à ventriculo excipiunt, sanguinemque in ipsis crassiorem factum. Quippè constat, his venas obstructas esse, vel hoc argumento, quod alimentum corpori non distribuitur, sed ventriculo manet incoctum, cum ipsum meatus prius susciperent, magnamque ipsius partem in iratam ventrem excernant, tum quod postero die vomitu reiciatur, ut potè non digesti per corpus cibus, sed quod calor id, quod secundum naturam est, excedat, facile intelliges, tum ab ætu, qui ipsis accidit, tum ab his, qua ingeruntur: si quidem iuuari videntur à refrigerantibus cibis, qui videlicet calorem refrigerare extinguereque solent.* Quibus & aliam causam addit his verbis; *Alium nonnulli, os ventriculi, quod in testinis continuatur, in huiusmodi passionibus inflammari, ac ob inflammationem ipsam & obstrui & prohibere,*

ne alimenta statim o tempore ad intestina descendant. Quamobrem diutius, quam decet, in ventriculo morantur, & tumores & æstus ac reliqua, quæ prædicta sunt, efficiunt.

Etsi verò Galenus, loco allegato, reprehendat Dioclem; quasi præcipua, & quæ melancholicam & flatuosam hypochondriacamque affectionem tanquam caractere designant, metum & mæstitiam omiserit: tamen forsitan Diocli non propositum fuit, melancholiâ hypochondriacam in specie, sed hypochondriacam affectionem in genere describere. Etenim notandum, affectionem hypochondriacam multo latius extendi, quam melancholiam hypochondriacam, atque experientia constat, plurimos hoc malo laborare, qui tamen melancholiâ non afficiuntur. Et sunt non pauci, qui melancholiâ laborant, & tamen hypochondriacâ affectione non detinentur.

Neque hoc malum Hippocrati planè ignotum fuisse, ætatis, id est, morbi relictorij, de morbo, propositum aut certe species eius aliqua ibi descripta videtur. Non in ediam, inquit, non cibum sicutum ferre potest, sed ieiuna quidem viscera rugitum edunt, & ventriculi os mouetur, & alias varia vomis, bilem, salivam & acutum, ac post vomitionem aliquantisper melius habere videntur. Vbi autem cibum sumis, ructus ei contingunt, cum rubore incenditur, semper se copiosum alui recrementum deiectionum existimat: cum verò deiecerit, flatus infra demittitur, caput dolere vexatur, totum corpus huc & illuc velut acu pungi videtur, crura grauantur, debilitantur & minuantur, debilisque euadit.

Accepti autem affectio hæc nomen à loco affecto, hypochondrii scilicet, ἀρχή, verò est pars ea corporis, quæ sub nothis costis ad illa vsque vtriusque protenditur, non solum musculos, sed & interna viscera complectens, sic dicta, quod ἡ ἀρχὴ τῆς ἀσθενείας, id est, cartilaginibus notharum costarum tubiæcet. Barbari Mirachiam vocant, quod Abdomen Arabibus Mirach sit, vel potius mesenterium. Imò sunt, qui Aueiennæ Mirach nihil aliud esse, quam pancreas statuunt. Chymici Tartarum hypochondriorum appellant, de quo postea dicetur. Diocles, vt Aëtius, terrab. 4. ferm. 2. cap. 9. etiam ἀσθενείαν, affectum flatulentum, seu flatuosum nominant. Describi verò potest hæc affectio, quod sit celluies viscosorum humorum, imprimis melancholicorum, sæpe etiam pituitosorum & biliosorum, in vena porta, & arteria cæliaca ac mesenterica ramis, in hypochondriis, præcipuè sinistro inter ventriculum & lienem, maximè iis locis, ubi plures maioresque vena porta & arteria huic coniunctæ ramis sunt, præcipuè oblesam lienis coctionem collecta, absque putredine; è qua vapores horum naturam obtinentes, vt & ipsius humoris aliquid ad alias partes transmissis varia symptomata excitant.

A extendere libet, omnes morbi, qui partibus in hypochondriis sitis accidunt, affectus hypochondriaci nominari possent: verum cum per hypochondriacam affectionem id saltem ἀσθενείαν accipiamus, quod Diocles & Aëtius ἀσθενείαν seu flatuosum appellant, peculiaris etiam locus, in quo causa huius mali resideat, quærendus. Equidem, vt postea dicetur, etiam in mesenterio magna vitiosorum humorum colluies, tumores, abscessus, vlcera, atque eadem mala etiam in pancreate reperiuntur: ita gnare etiam humoribus omentum, & flatus in eo concludi, supra dictum & de seorbuto dicetur. Veruntamen si vitia ista ita extra vasa consistunt, vt in ea facile effendi, & proinde in corpus hinc inde diffundi non possint, tot

B symptomatum, quot in affectione hypochondriacâ animaduertuntur, causæ esse non possunt. Imò plerumque non nisi in mortuis cognoscuntur, cum in partibus ignobilibus consistant. Et obseruationes Medicorum docent, plurimos, qui talia mesenterij, pancreatis, omenti mala passi sunt, de affectione hypochondriacâ conquestos non esse. Itaque locus, in quo affectionis hypochondriacæ causa contineatur, talis constituendus, è quo humores hinc inde fluere possint. Atque ipsum statuimus esse ramos vena portæ, & arteriæ cæliacæ ac mesentericæ, qui ab Epate & Liene ad ventriculum & vicina loca tendunt: & certè ea mesenterij, omenti, & pancreatis loca, è quibus in hæc vasa humores vitiosi facile recurrere possunt. Ex ipso nimirum vena portæ trunco

C ventriculus habet ramum vulgò Gastricum dictum, quem Adrianus Spigelius Pytoricū appellat. Postquam verò truncus in duos insignes ramos, alterum sinistram splenicum dictum, alterum dextrum mesentericum nominatum dispelcitur; à splenico quidem ramo accipit Gastricum, è quo Coronaria nascitur, Gastro epiploidem sinistram, & vas breue aut venosum dictum. A ramo verò mesenterico Gastro epiploicè dextram. Arterias autem accipit ventriculus ab arteriæ magnæ ramo cæliacæ dicto, quod ἀσθενείαν, id est, ventriculum ramos transmittit, ramos pyloricum, gastroepiploidem sinistram, & vas breue arteriosum. Ab eadem vena portæ, & arteria cæliaca etiam vasa accipiunt lien, epate, omentum,

D mesenterium, vt ita facilis inter has partes consensus & humorum communicatio esse possit, vt merito in ramis vena portæ & arteriæ cæliacæ maioribus sedem causæ mali hypochondriaci consistere statuendum sit. Cum enim vasorum horum officium sit ad ventriculum vicinas partes sanguinem, quo nutriuntur, deferre, & præterea hisce vasibus natura abutatur quasi ad humorum vitiosorum è toto corpore expurgationem, siue illa spontè, siue medicamentorum operâ instituat, & ad intestina, quæ inter loca conferentia 1. aphor. 20. nominantur, humores vitiosi peruenire non possint, nisi prius hæc vasa transeant: patet hinc, quicquid superflui & vitiosi in liene, epate, imò toto corpore colligitur, in his locis cumulari posse.

E Et imprimis in vase breui, tam venoso, quam arterioso, maximam sæpe vitiosi humoris copiam contineri, & hinc maximum ventriculi & lienis consensus esse, certum est. Id enim satis amplum est, ac sæpe calami scriptori crassitiem habet, imò vt Iohannes Riolanus, Anthropographia libr. 2. capite 7. testatur, in Senatore quodam, qui reiectione sanguinis per superiora & inferiora è liene prodeuntis laborauerat, deprehensum est vas breue minimi digiti magnitudine latum & in ventriculum apertum. Et ista omninò via est, per quam hypochondriacis sanguis interdum per vomitum & alium reiiicitur. Ita refert Adrian. Spigelius, Anat. lib. 6. c. 5. historiam Cardinalis Cibonis, qui sanguinis vo-

CAPVT II.

De Loco affecto.

VI autem affectionis huius natura clarior fiat, tria explicanda sunt: 1. Locum, in quo vitiosi isti humores continentur; 2. Humorum natura & cause, à quibus generantur; 3. Affectiones quæ hinc inde in corpore ab illis excitantur. Primò locum, in quo colluies ista vitiosorum humorum continetur quod attinet, eum merito ramos vena portæ & arteriæ cæliacæ ac mesentericæ esse statuimus. Et quidem si hypochondriacæ affectionis, nomen latè

Affectio
Hypochon-
driacæ
vnde
est?

Affectio
affectio
hypochon-
driacæ.

Sæctam
affectio
hypochon-
driacæ.

Lus 2f.
fius in
hoc aff.

in situ extinctus erat; in cuius cadauere compresso ventriculo viderunt lienem turgescere, rursus liene compresso ad ventriculum copiosum sanguinem per vas breue effundi. Imò per eandem viam humorem instar atramenti nigricantem, qualis etiam in viuente adhuc vomitu reiectus fuerat, in vitro nobili effundi, vidimus. Hisce vasis tamen meritò addimus & omentum, quod venas amplas à vena portæ habet (superior scilicet eius membrana utranque Gastro epiploidem, dextram & sinistram; inferior verò dextram epiploidem, & posticam, arterias totidem à ramo cœliaco & mesenterico) & præcipuè in eo cavitatem illam in sinistro hypochondrio sub diaphragmate, è ventriculo, omenti, coli & viscerum conuexo ortam, & exitum non habentem, sed ita conclusam, vt aquam quoque & flatum continere possit. In hac enim cavitare interdum colliguntur è vicinis visceribus humores pituitosi, crassi, immosi, serosi, aquosi, melancholici, acri. Imò & flatus, ob quos, si abdomen vel manu comprimitur, vel corpus mouetur, vel diaphragma paulò vehementius auollitur, sonitus manifestus percipitur. Quod qui patiuntur *ἰσχυρῶς* appellari censent. Verum *ἰσχυρῶς* dicitur antiquis mulieres illæ Pythiæ, seu vaticinantes, quæ Demonè ex quo responsa faciunt, ventre concepturunt, & tenui voce, ac lono ex ventro edite oracula fundunt, quasi ventriloquæ. Hinc Hippocrates 5. & 7. Epid. hanc vocem iis accommodauit, qui ex pectore similem sonum edunt, de quâ se videatur Scaliger, exerc. 258. sect. 3. & Anut. Fæsius, in *Oeconomia Hippocratis*. Atque accidit sæpe, vt lien, vel colon vicinum eo nomine incusetur, cum tamen iis saluis in hac cavitare humores vitiosi hæreant. Nec ignota videtur fuisse Hippocrati hæc cavitatis; dum 7. aph. 54. sic scribit: *Quibus inter ventriculum & septum transversum pituita intercluditur, & dolorem affert, in alterutrum ventrem viam non habens, iis per venas & vesicam versa pituita morbi fit solutio*. Atque pertinacissimè in hac cavitare humores sæpè hærent, & frustra purgationibus tentantur, ac non nisi fortioribus vomitoriis, vel theriacis, ac acicularum vsu euacuantur. Ex quâ tamen si quid in venas & arterias regurgitet, mali hypochondriaci id etiam causa dici potest. Aliis quidem homines diu ventris rugitibus molestari possunt ex hac causa, qui tamen alia, qualia hypochondriaci, symptomata non patiuntur. Nonnulli etiam membranæ cuiusdam crassioris mentionem faciunt, quæ à iecore ad lienem subtus ventriculum extensa & colo intestino incumbens, post chronicas febres ac melancholicos morbos magnam prauorum humorum copiam contineat, quæ doloribus variis, intestinorum difficultatibus ac vomitionibus continuis causa præbeat. Verù ea procul dubio nihil aliud est, quam omentum, ibi humoribus repletum. Atque ratione loci, in quo materia affectionis hypochondriaci continetur, differentia quædam affectionis hypochondriacæ constituitur. Præcipua enim differentia est, quod materia hæc nunc in vasis dextri hypochondrii, nunc in sinistri, quod frequentius accidit, nunc in utroque hypochondrio continetur. Et quidem nunc in vasis tantum extra viscera, nunc verò simul in ipsis visceribus. Mercatus quidem tribus modis affectionem hypochondriacam fieri posse docet, primò obstructis splenis venis ac mesaraicis à iecore in ventriculum aut à mesaraico in splenem, vel in vicinis partibus: Secundo propter Ventriculi frigiditatem, quæ in acorem commutat alimenta: Tertio Ventriculi & iecoris contra operantia, cum Ventriculus frigidus est, & non potest concoquere, iecur vero calidum nimis auidè attrahit alimenta. Verùm primus modus saltem perfectam, & vt ipse

postea fatetur, legitimam & exquisitam affectionem hypochondriacam excitat, cum in vasis istis huiusmodi mali huius causa continentur; et obstructiorem in iis esse non sit necessarium, vt postea dicitur. Nam, quam secundo loco ponit, frigiditas Ventriculi affectionem hypochondriacam non absolum; cum multi sint, acida cruditate laborantes, qui tamen non sunt hypochondriaci, sed vt affectio hypochondriaca generetur, necesse est, ciudos illos huiusmodi in venis mesaraicis prius cumulati, atque ibi aduri, vt ipse etiam fatetur. Tertius modus à primo non est diuersus, cum utrinque viscus & Ventriculus ac Epar ad huius mali generationem suam symbolam conferre possint.

Alij plures etiam affectionis hypochondriacæ differentias constituunt, mesentericam, quæ fit à vasis mesaraicis inter ventriculum & epas; stomachicam, quæ fit à ventriculo, pyloro, venisque ventriculo colligentibus; epaticam, quæ fit ab epate; splenicam, quæ fit à splene; cardiacam, quæ fit cum humoribus adultis & acris in venis & arteriis maioribus aut pericardio cumulanti; hysteriam seu utericam, cum mentes aut quævis vt eri purgamenta subsistunt; hæmorrhoidalem, quæ fit ab hæmorrhoidibus subsistentibus; phantasticam seu melancholicam, quæ fit ex prædictarum specierum complexu, ex humorum nimirum in sinistro præcipuè hypochondrio collectione. Verum huiusmodi affectionis hypochondriacæ nimis latè extendere videntur. Nam vt ab vltima differentia incipiamus, quam phantasticam, seu melancholicam nominant, non peculiaris ea est differentia, sed accidit quibusdam hoc morbo laborantibus, vt delirent, quod fit, cum vapores opaci & tenebricosi ex hypochondriis accendant, spiritibusque animalibus miscentur, eosque inquinant, vt lib. 1. pract. de melancholia hypochondriaca dictum. Hæmorrhoidalis est differentia à causa, ob quam sanguis melancholicus in corpore colligitur, neque tamen sola affectio hypochondriaca, sed & alij morbi plures inde ortum habent. Eadem ratio est hysteriæ. Cardiacæ verò nullo modo ad hypochondriacam affectionem pertinet; cum corcum venis & arteriis vicinis non in hypochondriis, sed in thorace situm sit. Et melancholiæ per consensum, quæ sæpè in maniam degenerat, hæc est differentia potius, quam affectionis hypochondriacæ. Reliquæ differentie à loco, in quo subsistunt vitiosi humores petite sunt, quod scilicet nunc in vasis dextri, nunc sinistri hypochondrii saltem, nunc vero simul etiam in ipso liene & epate cumulantur.

CAPVT III.

De Causis affectionis hypochondriacæ.

Secundò autem quæ sit humoris, qui huius mali causa est, natura, & quibus de causis in his locis generetur, nec id satis planum est. Primò enim ipsum humorem huius mali causam quod attinet, est ille non vnius generis, sed varius, calidus, biliosus, amarus & adustus, melancholicus, pituitosus, acidus & ponticus, & proinde tum frigidæ, tum calidæ intemperie indicia adsunt. Ructus enim acidi, fluctuationes, flatus plurimi, coctionis tarditas, plurima spura, vomitus pituitosi, arguunt humorem frigidum: cerebri verò & cordis affectiones potius ab humore adusto proueniunt, quem & æstus in hypochondriis arguit. Verum cum causæ, quæ ad mali huius generationem faciunt, varie sint, vt postea dicitur, neque in omnibus corporibus eodem modo

Causa :
fectioni
hypoch
driacæ.

sele habeant, non mirum est, etiam varios humores generari. Chymici dum causam huius mali explicare conantur, tartari nomine eas comprehendunt, atque inde tartarum hypochondriorum hoc malum nominant. Verum plerique quia sibi tartari nomine velint, non satis declarant, cum diversissimis rebus id tribuant: topis illis, qui dentibus adhaerent; humoribus excrementitiis in intestinis, qui dolores, diarrhæas, obstructions, hydropem excitant; excrementis, quæ ex pulmombus, naribus, siccantur, & per urinam & sudores excernuntur, imò flatibus, & vaporibus, qui palpitationem cordis excitant. Quomodo; cum per tartarum nihil aliud, quam excrementum, quod in qualibet coctione seceratur, intelligere videantur, rem istam non explicant; cum diversarum partium diversa sint excrementa. Cautius ij loquuntur, qui tartarum generari statuant, cum in humorum muco-laginosam & viscosam spiritus salis incidit, cumque coagulat, tartarumque appellant, muco-laginosum excrementum cibi, & potus à spiritu salis coagulatum. Sunt enim pleaque; quæ evomuntur, amara vel salsa.

Quapropter non negamus quidem partes quasdam colligi hinc humorum melle, quas Chymici merito tartareas appellare possunt, crassiores parta, feculentas, luculentas, & fixiores, quæ ad mali huius diuturnitatem faciunt. Nam cum animalia ex plantis alantur, plantæ ex terra solum alimentum attrahant, hæc autem in se mafferæ salsuginosæ non parum, minoresque partes, aut spiritus in se continent, facile hinc apparet, alimenta, quibus vescimur, præcipua, & fixiora, ut appellat Hippocrates, de præca Medicina, multa in se continere, quæ cum nullo modo in alimentum corporis abire possint, maturè, ac si fieri possit, mox in primâ coctione secerari debent. Quod nisi fiat, & in primis vis relinquatur, & ab aliis postea secerata fuerint & per se exalterint, non solum secundum primas qualitates homini nocent, sed & secundum diuturnitatem, & iniquitatem, ut ibid. Hippocrates nominat, quatenus scilicet amara, salsa, acida, aut acerba sunt, aut similes qualitates habent. Hinc frequens est hypochondriacis, ut amara, salsa, acida vomant, quibus etiam dentes obtusecant. Atque has ipsas qualitates simul acceptas volumus, cum humoris melancholici vel atrii mentionem facimus. His enim eius natura absolvitur, non solum qualitibus primis.

Atque ob hos ipsos humores feculentos, adustos, fixos, qui mali huius præcipua causa sunt, si quis malum hoc tartarum hypochondriorum appellare velit, per me id sanè licet: modò causæ huius mali proximæ humoris nomen non derogat, neque hoc neget, in hac colluie non solum adesse humores fixos, & qui ad coagulationem tendunt, sed & vapores & flatulentos, unde tot cerebri & cordis per consensum affectus in hoc malo excitantur. Verum quæ humorum, qui mali huius causa, diversitas sit, ex iis, quæ de partibus, in quibus generantur, dicenda iam sunt, magis patebit.

Secundo ergo partes, in quibus generantur humores, huius mali causa, & morbos ac dispositiones earum, ob quam vitiosi humores generantur, quod attinet, nec de eo omnes idem docent. Diocles, ut ex loco supra allegato patet, præcipuam huius mali causam obstructionem venarum mesentericarum & calorem, ea de causa ortum, statuit, quibus ex aliorum sententia addit, oris ventriculi inferioris inflammationem. Et sunt multi, qui in hoc & in aliis morbis nihil, nisi obstructions accusant. Verum equidem non negamus, in Operum Sennerti. Tom. III.

aliquibus vasis humores quasi impèctos esse, ita quidem, ut vasa ista veluti varicosa & canerosa hær interdum scribat Mercatus, lib. 1. de cur. morb. int. cap. 17. Etenim si natura vitiosos humores in vena caua per ramos eius in certas partes depellere potest, ut in cruribus varices, in aliis etiam partibus vena canerosa humore atro turgeat: cur non idem in ramis vena portæ accidere possit? Atque id ubi accidit, malum ferè desperatum est; & medicamentis facile exaccibatur. Inacrim tamen quod hoc semper fiat, non est necessarium, sed in veinis & arteriis multos prauos humores sine obstructione colligi posse, neque hic obstructio nem pammariam huius mali causam esse, etsi quancòque concurrere possit, vel ex eo patet, quod in hoc morbo manifestus sit ex liene in ventriculo & contra commeatûs. Et ipse Galenus, 5. de loc. aff. cap. 5. plures ex hypochondriacis splenicis illis, & ex hoc etiam viscosis muco-laginosam in vena caua. Neque ab obstructionibus venarum hoc malum hær id satis argumenti est, quod adfert Diocles, quod alimentum corpori non distribuitur, sed in ventriculo maneat in octum, & postero die vomitu reiciatur. Nam hoc si fieret, alimentum in toto corpore deesset, neque corpus ita nutrirî, quod tamen plerumque fit, posset; sed idè hoc evenit, quod ea cibi pars, quæ in ventriculo cruda manet, & in pituitam mutatur, à partibus aliis non attrahitur, cum ut alimentum corpori præbeat inepta sit, ut infra dicetur.

Paulus Aegineta, lib. 3. de re medicâ cap. 14. & ipse melancholiam hypochondriacam ex inflammatione circa stomachum oriri scribit. Verum si inflammatione non veram, sed æstus seu calorem, & æstum intelligit, facile tolerari eius sententia potest, quæ autem propriè dicta admitti non potest; cum hæc sine febre, quæ in hoc affectu raro apparet, excitari non possit.

Auicennas, lib. 3. fen. 13. tract. 2. cap. 1. & ab epate, & à liene malo huic materiam subministrari scribit. Ait enim, esse quosdam, quibus accidit dolor stomachi cum comedunt, & sedatur post concoctionem, & eorum plurimos esse melancholicos, & pati melancholiam hypochondriacam: esse quosdam quibus accidit dolor in sine sparij comprehensionis cibi, ut loquitur interpret, in stomacho, & horum quibusdam dolorem non sedari, donec evomerunt humorem aceto similem, ex quo evullit terra, quo vomitu reiecto sedatur dolor. Alios verò esse, quorum dolor sedatur cum descensione cibi, non cum vomitu; & causam quidem primi esse effusionem melancholia ad stomachum; secundis verò esse effusionem bilis ad ipsum ex epate: qui tamen duo humores non mox ledant, quoniam in profundum ventriculi effunduntur, verum cum cibo permiscantur, eo commoventur & ascendunt ad os stomachi, illudque vellicant. Quæ sententia, si rectè explicetur, satis commoda est. Etenim ut nec vnus humor, ita nec vna intemperies in hypochondriacâ affectione adest. Ex æstu enim circa præcordia, ex vomitu bilioso & æruginoso, delectatione ex frigidis, calidam intemperiem adesse colligitur: contra flatus, ructus acidi, iputum copiosum, coctionis debilitas, crudorum succorum vomitus, frigidam intemperiem arguere videntur. Rondelecius, method. curandi morbos cap. 42. Malum hoc ab intemperie sicca cum aliqua caliditate sin affluxu, sed cum obstructione potius à sanguine crassiore fieri statuit. Cum Rondeleuo ferè consentiunt ij, qui in hac affectione ventriculum & intestina calida & sicca intemperie laborare putant, eaque calidiorum & succiorum chylum producere, venâque etiam

An ab obstructionibus venarum malum hær id satis argumenti est, quod adfert Diocles, quod alimentum corpori non distribuitur, sed in ventriculo maneat in octum, & postero die vomitu reiciatur.

An ex inflammatione circa stomachum

An ab intemperie sicca

mesenterii intemperie sicca & calida laborare, eam-
que foueri chylo crasso & coctura calidore.

Generatio
affect. hy-
pochond.

Verum, ut, quid nobis hac de re videatur, dica-
mus, & modum generationis affectionis hypochon-
driacae proponamus: primo monendum, Autores,
dum in hoc obscuro, & multis symptomatibus im-
plicato affecta explicando laborarunt, alios ad alia
respexisse, & alios quidem partes tantum, quarum
lesione sese maximè prodit, alios eas præcipuè, in
quibus mali quasi scaturigo est, considerasse. Ideo-
que discernendum esse inter partes, quæ per con-
sensum in hoc malo afficiuntur, & inter locum,
in quibus materia mali causa primaria generatur
& colligitur. Deinde sciendum etsi ventriculus af-
ficiatur, adsint vomitus & alia ventriculi malè af-
fecti indicia: tamen satis multa testantur, istos hu-
mores non omnes in ventriculo generari, sed aliunde
transmitti. Et licet in ventriculo generentur: ta-
men saltem symptomatum, quæ circa ventriculum,
non verò in genere affectionis hypochondriacæ
causam esse; Locum verò, ut iam a te dictum, in
quo continetur causa huius mali, esse vasa, quæ ad
ventriculum à liene & epate tendunt, & præcipuè
quæ à liene, antea dictum. Quibus & maiores ve-
næ portæ ramos, & quæ hos comitantur, arterias,
quæ mesenterio & omento inseruntur, addere pos-
sumus.

Causa ge-
nerationis
affect. hy-
pochond.

Causam autem generationis horum humorum
quod attinet, aliter aui hac de re sentiunt. Humo-
res quidem illos crassos pituitosos, & sæpe instar
guttinis viscidos, qui vomitu reiciuntur, à ventri-
culi debilitate generari satis manifestum esse puta-
mus; quæ ex eo præcipuè ortum habet, etsi causa
hæc à paucis attenditur, quod ventriculus vitioso
sanguine à liene transmissio nutriatur, ut infra in
symptomatum explicauione dicetur. Membrum
enim si vitioso sanguine alatur, bene sese habere,
& rectè suum officium exequi non potest. Vasa au-
tem illa inter ventriculum & lienem quod attinet,
hoc quidem extra controuersiam est, humores hu-
ius mali causam in iis contineri: sed de hoc quæ-
stio est, an sua, an alterius visceris culpa humores
cumulent hæc vasa. Equidem venæ ipsæ à plurimis
accusantur, quod calida & sicca intemperie labo-
rent; neque id negandum Interim si omnia dili-
genter perpendamus, animaduertimus, vasa hæc
eam ipsam intemperiem à vitiosis, quibus scaturit,
humoribus, & vicinis visceribus malè sese habenti-
bus, accipere.

Alii ventriculum caloris & siccitatis arguunt, ut
supra dictum, similemque chylum in eo generari
statuunt. Verum tantum abest, ut ventriculus sit
calidior & siccior, ut etiam à plerisque frigidior
statuatur: Id quod ex saluæ copia, rustibus aci-
dis, tarda & difficili coctione, aliisque ventriculi
frigidi signis cognoscitur, & cruditas nidorosa,
quod fieri deberet, si intemperie calida & sicca
ventriculus laboraret, minus, sed acida potius hy-
pochondriacis familiaris est, ac si quam bilem rei-
ciant, ea non in ventriculo generatur, sed ex vici-
no epate effunditur: Et ipsi concedunt, in hypo-
chondriacis generari chylum crassum & viscosum,
qui pituitosus potius est, quam melancholicus, & pi-
tuita etiam vomitu reicitur. Neque id ventriculi ca-
lorem arguit, quod præcesserunt febres ardentes, vel
diuturnæ. Nam id non semper accidit; & ubi acci-
dit, febres tales potius calorem ventriculi dissipant,
& imminuunt, quàm augment. Et omnia alia, quæ
pro afferenda ventriculi temperie calida, & sicca af-
ferunt, ea potius, ut etiam Diocles docet, vasis, quæ
alimentum ex ventriculo excipiunt, competunt,
quam ea à vitiosis humoribus accipiunt.

A Atque ita ἀνοραξία potius est inter ventriculum
ac venam portæ, ac lienem & epar. Et sunt istæ
contrariæ intemperies tam manifestæ, ut plurimi
Medici dubitarint, vtram huius mali causam con-
stituere debuerint. Et si quæ est caliditas & siccitas
in venæ portæ ramis, quam etiam Diocles agnouit,
eam potius acceperunt à liene & sanguine in eo
elaborato, & mali si quid patiuntur ventriculus &
venæ portæ rami, id acceptum ferunt lieni, qui
sanguinem incommodum pro istis nutriendis ela-
borat, ut postea dicetur. Neque status calidam &
siccam intemperiem ventriculi satis arguunt, do-
quorum generatione postea dicetur. Et quamuis in
curatione mali adhibeantur, quæ primas vias de-
tergunt, humectant, & modicè refrigerant: tamen
hoc non fit ratione ipsius ventriculi, sed ratione va-
B, sorum, quæ sunt inter ventriculum & lienem. Et
omnino ista ἀνοραξία viscerum curationem diffici-
lem reddit, dum audacter ventriculum calefacere
non licet.

Quapropter si rem hanc hinc inde pensitemus, &
humores ipsos, à quibus affectio hypochondriacæ
prouenit, ac causas, quæ præcesserunt, diligen-
ter consideremus, commodissimum videtur statuere,
præcipuam, à qua vitiosi humores, proxima
huius mali causa, generantur, causam esse lienem:
etsi quandoque & epar non extra culpam sit:
Ventriculum verò, etsi quoque ad mali huius ge-
nerationem facere possit, tamen non causam
C proximam esse, sed remotam, quatenus scilicet chy-
lum prauum suppeditat. Cum enim lien, ut *Institu-
tur. lib. 1. cap. 9. & supra part. 4. cap. 1.* satis mon-
stratum est, & à doctissimis hodiè Medicis appro-
batur, etiam sanguificandi organum sit, & crassio-
rem chyli partem ad se trahat (quod etiam concedunt,
qui tenuem sanguinem in eo elaborari sta-
tuunt) ac sanguinem crassorem pro alestis in ven-
tre inferiore visceribus, ventriculo, intestinis, me-
senterio, omento elaborat, & ita prima sanguifica-
tio fiat in liene ac quod impurum adhuc est, in lie-
ne, primum, ne ad epar perueniat, separari de-
beat: non mirum, si vel is debilis sit, & malè sese
habeat, vel erratum aliquod in prima coctione
commissum sit, quod in secunda hac corrigi non
potest, vitiosum sanguinem in liene generari. Ut
D enim alia membra coctioni & officiis publicis de-
stinata, ubi in actionibus suis sine suo frustrantur,
vitiosos humores generant: ita idem in liene fieri
necessarium est. Et sicut ventriculus frigidus cru-
ditatis acidæ, calidus nidorosæ causa est, epar dum
se malè habet, nunc sanguinem biliosum, nunc
crudum, nunc aquosum generat: ita etiam lien ma-
lè dispositus vitiosum sanguinem generat, & præ-
cipuè in hac affectione acidum. Atque ita in affe-
ctione hypochondriacæ lien semper laborat. Hinc
potro patet, si lien sanguinem pro sui officii ratio-
ne non bonum generet, partes modò enumeratas
etiam bonum nutrimentum ab eo non accipere, &
eas ipsas inde debilitari, ac multos vitiosos humores
necessariò circa illas partes cumulari, imprimis si
E per convenientes vias non euacuentur. Et si enim
lien natura sua sanguinem crassorem generat, at-
que etiam in eius coctione quædam excrementa
proveniunt: tamen ea in homine sano non sunt
plura, quàm quæ quotidie per convenientes vias
iterum euacuari possunt. Si verò plura ea proue-
niunt, quàm euacuari possunt, ad mali huius gene-
rationem faciunt.

Sunt quidem nonnulli, qui lienem huius mali
causam, esse negant, & culpam in hac affectione in
eum immeritò transferri censent. Nuntur autem
ea præcipuè ratione, quod lien, ut ex eius tota

An lien
causa sit
collectio-
nis humo-
rum viti-
for. in af-
fect. hyp
cond?

constitutione satis patet, non melancholici excrementi sit receptaculum, sed sanguinis, & quidem tenuioris officina. Verum in priore equidem, quod scilicet non sit humoris melancholici receptaculum lien, ipsis facile assentiunt.

Deinde lienem sanguinem quendam feruidiorem ex crassiore chyli parte & sanguine arterioso mixtis generare, supra *part. 4. cap. 1.* dictum. Quod vero lien simpliciter tenuiorem sanguinem generet, facile ipsis assentiri non possumus. Neque enim credibile, intestina & inferioris ventris membra, nobiliore sanguine, quam reliquas corporis partes, aliis & ipsum lienis parenchyma, quod rubore & puritate ab epatis parenchymate multum distat, & quodammodo nigretur, crassiorem etiam sanguinem in eo generari docet. Et quocumque se vertant ij, qui tenuem in liene sanguinem generari statuunt: hoc tamen fieri necesse habent, crassiorem chyli partem ad lienem, antequam ad epat proueniat, deferri; neque monstrare possunt, inde sanguinem in liene nobiliorem, quam in epate generari: utpote qui, ut dictum, partibus ignobilioribus alendis dicatus est; & ex crassiore materia, quam sanguis in epate generatus, constat. Sit sanè, ut multo sero diluatur, non ob id tamen præstantior est: hoc ipsum potius eius crassitiem arguit, quæ, ut diluatur, multo sero opus habet. Vnde ipse etiam Aristoteles non epati prætulit lienem, sed *σπλῆν* appellauit. Sit etiam, ut hoc faceret lien; tamen rectè agens saltem id præstaret, ubi scilicet succum aquolo humore dilutum & rectè coctum ad se trahit: ubi uerò tenue quod est primò ad se trahit, & forsitan etiam reiecit, quod per urinam fieri ipsa experientia testatur, antequam crassior pars succedat, non nisi vitiosum & crassum sanguinem, inde fieri posse, manifestum est. Itaque ipsi concedant necesse est, dum lien aberrat in suo opere, crassum gignere sanguinem, qui multo sero ad motum indiget, quo si destituatur, illudque præpostere aliò rapiatur, multorum morborum causa esse potest. Nemo uerò opinor est, qui in lienem bene se habentem & sanum vel affectionis hypochondriacæ, vel alterius mali causam referre uelit. Quamuis uerò omnia symptomata, quæ hypochondriacis accidunt, proximè ex ipso liene deduci non possint, sed facile concedamus, in uasis & locis propositis materiam horum malorum causam hæere. tamen hinc non sequitur, quod lien nihil ad horum generationem faciat: sicut non sequitur, quod sanguificationis organum, licet non sit scabolum, sanguinem vitiosum non generet. Si enim lien seu suo vitio, seu ob errorem externum, sanguinem excremento melancholico præter naturam scatentem generet, illud in locis modo dictis & in partibus, ad quas nutriendas is mittitur, cumularur. Vnde obseruatum est sæpissime, lienem & vicinas lienis uenas nigro humore fuisse oppletas & distentas. Verum quod Marcellus Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 4. c. 8.* optat, id omnibus Medicis, præsertim in Germaniâ optandum est, ut cadauera eorum, qui hoc morbo pereunt, inspiciendi potestas sæpe detur. Ita enim multæ controuersix facile componi, & multis rectius consuli possent. Sed nescio quæ superstitio obtinuit, ut piaculum uulgus habeat, cadauera hominum, aliàs uermium escam, anatomix debetæ committere, cum tamen summorum Imperatorum, Regum, & Principum autoritati id nihil deroget.

Quod autem lien sanguinem bonum non generat, accidit, vel ipsius, vel chyli, quem è uentriculo accipit, vitio. Lienis vitium, quod plerumque prima huius mali causa est, principio est eius intemperies calidior, quam par est; cui sæpe & caliditas

epatis accedit. Hinc enim accidit, ut lien, sicut & epas, ob caliditatem cibum & potum sæpe adhuc crudum ad se trahant, & quidem tenuem & aquosam chyli partem maturius, et aliam tardius, unde postea crassior uentriculo destituta, in metaracis subsistit, atque ibi hærens ulterius incrassatur, sæpe etiam adurit, & postea ad lienem perueniens non rectè coquitur. Reliqua quod attinet, quæ lienis sanguificationem lædunt, & ob quæ is suis actionibus frustratur, quæ omnia erroris extenuatione ueniunt, sunt primò cibi prauis succi, difficilis coctionis, & omnia, quæ humorem crudum, crassum, melancholicum generare solent. Quales sunt panis fufuraceus, non bene fermentatus, crusta eius, præcipuè legumina & lacticia, oua indurata & fixa, aues in paludibus & stagnis degentes, carnes fetinæ, plei que, bubula, & omnes tale & fumo indurata, pisces palustres & uiscasi exsiccati & sale conuati, brassicæ & similia, dulcia etiam omnia. Nam *πρὸς ἀσθματικὸν τὸ μὲν σπυρία ἐστὶν πρὸς ἀσθματικὸν τὸ δὲ γλυκὺ βλαβερὸν*. Vnde tamen intemperies illa calida non temper datat, sed ubi defebuit, ut fieri solet, siccitas plerumque relinquitur. Imò non solum ad qualitates hæc respiciendum, sed & modus substantiæ attendendus. Ut enim ubi epas substantiæ suæ modum integrum obtinet, & succulentum, rubicundum ac floridum quasi est, rectè sanguificat: ita & lien, si naturalem illam *σπλῆν* & substantiæ modum habeat, rectè etiam sui generis sanguinem generat, si uerò sit siccior, durior, aut etiam scirrhosus, officium suum rectè exequi non potest. Hinc etiam accidit, ut non pueros vel adolescentes hoc malum affligat, sed circa annum ætatis trigesimum plerumque inuadat, ubi iam temperamentum lienis sit siccus, etiamque substantia durior, simulque humores, qui in iuuentute à calore aciore aduruntur, postea, ubi calor ille defebuit, tenuioresque & calidiores partes exhalant. crassiores & melancholici fiunt, melancholicusque ex lienis natura tum sanguis generatur. Et omninò omnes diætæ errores & *πρὸς ἀσθματικὸν τὸ δὲ γλυκὺ βλαβερὸν* huc pertinet, & ob solos diætæ errores, nullo ante, in uentriculo vel liene, vitio existente hoc malum generari potest. Existimantque præstantissimi Medici, hanc ipsam in diætâ peccandi hodie licentiam, causam esse, cur pauci ab hoc malo immunes sint.

Non solum autem cibi prauis chyli vitiosi causa sunt, sed etiam ex bono cibo & potu uentriculus, si uel natura debilior sit, ut diætæ errores tolerare non possit, uel diætæ erroribus, uel etiam à liene prauum alimentum submittente debilitatus sit, prauum chylum generat; cum membrum, quod prauè nutritur, officium suum rectè exsequi non possit. Quas ob causas omnes uentriculus plerumque cruditatis acidæ causa est, si tamen calidior sit, & cruditatem nidorofam pariat, ea quoque, si sæpius continetur, ad hoc malum generandum facere potest. Siue igitur ciborum, siue uentriculi vitio crudus & vitiosus chylus generetur, ubi ad lienem & epas transiturus propter crassitiem in uia subsistit, & moram trahit. flatibus originem præbet, hypochondriâ distendit, atque ubi calorem concipit, adurit, & ueriores postea melancholico humori materiam suppeditat.

Deinde etiam animi affectus, & præcipuè ira & curæ ac mœstitiæ, malo hinc causam præbent; ac uulgò etiam notum est, maximè incommodum esse, si quis iratus, uel perterritus edat uel bibat. Et quidem duplici de causa hoc accidit. Primò enim ab eiusmodi affectibus spiritus, ut omnibus actionibus, ita & coctioni ciborum necessarij, ad alias partes

Cur pueros & adolescentes non affligat affect. hypochondriaca.

Lien quam sanguinem generet?

ut lien sanguinem generet?

audcantur. Vnde coctio in ventriculo labefactatur, crudulque & prauus chylus inde generatur. Deinde ut in irabilis commouetur aliisque humoribus permiscetur, eosque corrumpit; ita etiam melancholicum, pituitosum & atrum humorem, si ira & mœror coniungantur, commoueri credibile est; qui cum chylo non bene cocto commiscetur, eumque amplius corrumpunt, vnde sanguis laudabilis gigni nequit, sed humor chylo qualitibus respondens, partim biliosus, partim melancholicus, partim ater gignitur, & hinc rursum pro alendis visceribus infimi ventris transmittitur, & in hypochondrii prauos humores cumulantur. Quibus accedit & hoc, quod in animi affectibus imprimis in arteriis humores mouentur & afficiuntur: cum verò lien arterius multis abundet, easque quintuplo plures, quam venas obtineat, in animi talibus affectibus, & eius actionem turbari necesse est. Hisce de causis omnibus ob ventriculi scilicet debilitatem & in victu errores, cum bonus chylus non generatur; vitium hoc coctionis primæ in secundâ non corrigitur: & quod peccatum est, nec in vena porta, nec in lieno, nec epate emendatur; imò si hæc viscera non bene sese habeant, in iis amplius corrumpitur. Deinde cum in ista, quæ in liene fit, sanguificatione etiam sua excrementa generentur, si ea non rectè excreantur, sed in dictis locis cumulentur, ad mali huius generationem plurimum facere possunt. Fit verò hoc, cum ea plura, quam par est, generantur, ut omnia debito modo excerni non possint. Faciunt huc quies & otium, ob quæ multa excrementa in corpore retinentur, imprimis si excedunt meditationes & lucubrationes crebriores. Vnde literati, & ii, qui vitam sedentariâ agunt, maximè huic affectui sunt obnoxii. Imprimis vita sedentaria, ut in genere ad excrementa in corpore retinenda multum facit, ita in specie ad accumulandos in dictis locis humores hocce multum potest. Cum enim glandulæ crebræ in mesenterio & pancreate hæc etiam de causâ factæ sint, ne à ventriculo & intestinis repletis, vel corporis inflexione, & abdominis compressione ea vasa comprimantur, & distributio humorum impediatur: certe in vita sedentaria continua, vix fieri potest, quin vasa ista non aliquo modo comprimantur, ut etiam glandulæ istam compressionem satis prohibere non possint. Neque etiam necessarium est, ut in mortuis lien semper vel durus, vel scirrhosus, vel tumidus, vel alio modo ad sensum malè affectus reperiat, sufficit, si vel eius temperies, vbi occultæ proprietates non sunt excludendæ, vel substantiæ modus sit læsus, ob quæ vitia non recta fiat in eo sanguificatio: quæ tamen sensibus deprehendi non possunt.

Quò faciunt & ipsæ glandulæ, quæ in mesenterio plurimæ sunt. Cum enim glandulæ non solum vasis, quæ per mesenterium plurima disseminantur, fulcimentum & firmamentum sint, sed & obstant, ne vasorum ductus vel à repletis intestinis, vel alia de causâ comprimantur: si ipsa præter modum intumescant, ipsa vasa comprimunt: & imprimis hoc præstare potest glandula illa insignior in centro mesenterii, quæ primæ vasorum distributioni addita est, & qua tumore laborante totius corporis marcorem, ob impeditam chyli distributionem secretam fuisse, obseruatum est.

Tandem etiam suppressæ consuetæ mensium & hæmorrhoidum euacuationes in causâ sunt, ut talia excrementa in primis viis cumulentur. Nam cum per hæmorrhoides naturæ instituto hamores melancholici, adusti & salsi purgari soleant, si euacuationes istæ in iis, quibus consuetæ sunt, subsistant, aut si in sceminis sanguis, qui ad vterum descendere debebat, & vitiosi humores, qui cum eo solent excer-

ni, subsistant, in hypochondria decumbunt, & malo huic materiam suppeditant. Et sæpe in sceminis affectiones hypochondriacæ & vterinæ ita similes sunt, ut vix discerni possint, imò interdum coniungantur. Et nihil est omninò de rebus non naturalibus dictis, in cuius vtu si peccetur, ut inde vel hæmorrhæis vel aliam materiam datur, quod non etiam ad huius malignationem facere possit; cum quicquid vitiosum in hisce coctionibus generatur, maximam partem in hisce locis cumulari soleat.

CAPVT IV.

Signa Diagnostica & symptomata, quæ affectionem hypochondriacam comitari solent.

Tertium, quod explicandum iam est, sunt symptomata, quæ in affectione hypochondriacâ occurrunt, atque ita vna opera signa diagnostica simul explicabuntur. Etenim, ut de causis, quæ antecesserunt, quæ etiam signorum fontem præbent, nihil amplius dicamus, cum supra explicatæ sint, ad sunt cruditas & aeris ventriculi flatu, rugitus ventris, inctus acidi, talua multa, aluus est adstrictior, æstus in hypochondriis, lien in quibusdam inflatur & intumescit, vrina varia est, nunc tenuis, nunc crassa, turbida, feculenta, rubicunda: animi anxietas, arteriarum in sinistro hypochondrio pulsatio, respiratio difficilis, cordis palpitatio, pectoris dolor, lassitudo spontanea, dolor curum, vertigo & oculis obuersans caligo, aurium sonitus, in quibusdam metus, tristitia, delirium, & alia. Non tamen in omnibus eadem, sicut & in aliis plura, in aliis pauciora apparent.

Primo in pleiisque hypochondriacis ventriculus malè se habet, & multa circa eum apparent symptomata, adeo quidem ut nonnulli interdum hoc morbo affecti saltem ventriculo sese male habere putent, eumque solum accusent. Neque mirum, hoc accidere. Longè enim alia est partium, quæ sibi saltem nutriendis laborant, ratio, quam earum, quæ toti corpori prospiciunt. Nam licet musculo alicui malum nutrimentum apponatur, toti corpori id parum nocet: at si membrum toti corpori inserviens non bene sese habet, toti corpori damnum infertur. Res manifesta est in epate, quod dum sanguinem non bonum generat, cachexiæ, hydropis, scabiei, & aliorum malorum causâ est. Idem in ventriculo accidit. Nam si sanguis pro nutritione ventriculi è venæ portæ ramis affluens non bene se habeat, ipse etiam malè nutritus debilitatur, & malè coquit, & cibum in alienam ac vitiosam planè substantiam conuertit; imò cibos quosdam ex peculiari vitio planè non aiterat, ut licet cibi reliqui mutentur, hi tamen postea planè crudi vomitu reiciantur.

Atque ita reciproca quædam malorum generatio est, dum lien prauum sanguinem nutriendo ventriculo suppeditat, atque adeo rursum malum chylum accipit. Nimirum plerique hypochondriaci malè cibos coquunt, & non in chylum bonum, sed in materiam nunc aqueam, acidam, acerbam, ponticam, nunc viscidam mutant, quæ cum nec ab intestinis, nec vasis mesaraicis, utpote ingrata & corpori alendo inepta, attrahatur, atque ita in ventriculo hæreat, nunc sursum repit & linguam ac os salia & humiditate aquea copiosa replet, ut continuè ægri saliuam & pituitam exspuere cogantur, sæpe etiam vomitu reicitur. Antequam verò id fiat, maxima sæpe præcedit in ventriculo humoris huius ebullitio & inde flatuum copia excitatur, qui

Signa Diagnostica Symptomata, quæ affectionem hypochondriacam comitari solent.

non solum ventriculum, sed & vicinas partes distendunt, & tantam circa præcordia angustiam atque anxietatem excitant, ut ægri in lipothymiam interdum incidant. Quæ symptomata non prius cessant, quam quod crassius est vomitu reiciatur, quod verò tenuius & vaporosum, per poros & ætheria-ria discutatur, quod interdum cum horrore febrili accedit, quem etiam calor quidam sequitur, qui postea sudore evanescit. Nonnulli quidem hæc omnia idèò accidere putant, quod crassiores chyli partes propter obstructionem venarum non possint descendere & distribui. Verùm obstructio sæpe nulla adest, & propterea nobis, ut dictum, probabilius videtur, id idèò accidere, quia cibus & potus non in chylum bonum mutatur, sed in materiam alienam & naturæ inutilem conuertitur, unde eam reliquæ corporis partes à ventriculo nec attrahere nec recipere cupiunt. Interim tamen hoc hic notandum, cum ægri cum talibus vomitibus continuis sæpè diu vivant (sicut monialem illam, quæ, ut refert Guil. Fabricius *cent. 4. observ. 32.* ab ætatis anno decimo tertio ad quadragesimum quartum singulis diebus materiam pituitosam, ac instar glutinis viscidam euomit, hypochondriacam fuisse putamus, ut & aliam feminam nouimus, quæ à multis iam annis sæpissimè acida & salsa euomit, ut etiam dentes ipsi stupescant, interim sua munia sat benè obit,) & excrementa alui etiam reddant, necesse est, aliquid cibi in bonum chylum mutari, idque etiam à natura retineri & attrahi, inde accidit, ut, quod miseris, dam ægri illam pituitosam & aquosam materiam, in quam cibus corruptus est, vel inter edendum etiam, continuò exspuunt, vel mox post cibum sumtum euomunt, nihilominus cibus modò assumptus non simul reddatur & euomatur, utpote ex quo natura adhuc aliquid valis alimentis elaborare conatur.

Monendum tamen hoc, ea quæ à ventriculo euomentur, non omnia in eo generari, sed interdum etiam à liene & locis vicinis transmitti. Ita vero tam acida à quibusdam euomuntur, ut etiam dentes, ut modò dixi, ab illis stupescant, quæ procul dubio in liene vitiosè coquente generantur, quæ atræ bilis nomine vulgo veniunt, etsi atrum colorem non semper habeant. In quibusdam vitiosis humores per vas breue cum sanguine in ventriculum à liene effunduntur, atque sanguis iste per vomitum postea reicitur, in quibusdam etiam per aluum euacuat. Flatus deinde huic malo ita sunt familiares, ut etiam olim etiam, teste Diocle, flatuosa hæc affectio sit appellata. Cum enim flatus duas habeant causas, calorem imbecillum & materiam humidam, ex & hic locum habent. Frigus enim nimium cum resoluerè materiam non possit, vix illum flatum excitat; sicca etiam materia, utpote non resolvable, materiam flatibus non præbet. Verùm sciendum est, non solum eum calorem dici debilem, qui natura sua talis est, & qui materiam aliàs commodam coquere, vincere & subigere non possit, sed & cum hic intelligendum esse, qui aliàs quidem satis fortis est, aut sæpè naturali maior, non tamen tantus, ut materiam, quæ vel nimis copiosa est, vel viscida, aut omnino talis; ut resoluta multos vapores excitet, omnem discutere possit. Utro-

flatus & rhus quorido generatur in affect. hypochondriaca?

que modo in hypochondriaca affectione flatus, & inde prouenientes ructus, rugitus & murmura generari possunt. Primò enim cum ventriculus & intestina (nam plerumque labe illis communis est) cibum non rectè concoquere possint, multi flatus inde generantur: Deinde cum calor in vasis illis, quæ sunt inter ventriculum & lienem, vicinisque in locis sit validior, & materia ibi flatulenta hæreat

multa, & quotidie ex coctione ventriculi debili chylus crudus, crassus & flatulentus ad venæ portæ ramos transmittatur, non mirum etiam est, multos flatus inde generari. Vnde rectissimè scripsit Fernellius, *lib. 6. de part. morb. ac sympt. cap. 3.* tunc præsertim ructus & flatus generari, cum bilis flaua vel atra ventriculo subternitur.

Vbi autem flatus illi hæreant, dubium. Equidem in ventriculo & intestinis etiam flatus eiusmodi hæere non negamus: verum imprimis in sinistro hypochondrio fluctuatio percipitur. Cuius rei causam nonnulli constituunt colon intestinum, quod cò loci sit arctius, vbi facilius flatus sedem figere, quàm exire possint: tamen quia & inde exitus aliquomodo patet, hic locus esse non potest. Scribit enim Marcellus Donatus, *de historia medica, mirab. lib. 4. cap. 8.* se semper obseruasse, quamuis repetitis euacuationibus cætera symptomata quiescant, nunquam tamen fluctuationem tolli, neque imminui etiam, idque argumento esse, aquositates eiusmodi (addo etiam flatus) aliquo loco contineri, à quo nullo pacto possint vel saltem difficile dimoueri. Ipse verò statuit, hunc locum esse inter binas tunicas seu membranas mesenterij. Calore enim absumpta pinguedine inter binas illas membranas vacuum locum relinqui, qui postmodum paulatim ichoroso humore à venis mesenterij resudante repleatur, qui compressis intestinis moueatur & hanc fluctuationem edat. Verùm si causa esset hæc absumptio pinguedinis in mesenterio, in omnibus eius partibus æquè hæc fluctuatio perciperetur. At verò in sinistro saltem hypochondrio in vno loco percipitur, & non quosdam, qui quoties sinistram hypochondrium, & quidem vno saltem in loco comprimerent, sonitus ab adstantibus audiretur. Vero ergo magis consentaneum est, istos flatus contineri in illa cavitare in sinistro hypochondrio sub diaphragmate, ex ventriculi, omenti, coli & viscerum connexu orta, & exitum non habente, sed ita conclusa, ut aquam & flatus contineri possit, ab Hieronymo Fabr. ab Aquap. in historia seu structura omenti luculenter descripta, de qua *supra* etiam dictum.

Vbi flatus hæreant?

Ventriculi quoque dolores vehementes adsunt, qui nonnullis ad dorsum vsque procedunt, ut ab ægris, imò incautis etiam Medicis, sæpe pro Nephriticis habeantur; concoctis deinde cibus quiescunt, mox alius cibus ingestis eodem modo reuertuntur, qui interdum ieiunos, interdum etiam à cœna molestant, & non cessant, prius quam ægri euomant cibos crudos & phlegmata subamara & calida & acida, adèò ut dentes stupore inficiantur, ut Diocles, *loco apud Galenum antea allegato*, habet. Cum enim, ut supra dictum, ventriculi tunicæ præcis humoribus à liene & epate eò effulsis infectæ sint, non mirum, si is non bene coquat, cibisque & potus vel crudus vel parum mutatus maximas anxietates & dolores excitet. Cum enim in chylum mutatus non sit, ab intestinis nec attrahitur, nec admittitur, in ventriculo moram trahit & in flatus mutatus grauissimorum symptomatum causa est. Ita vir quidam nobilis, horà à cibo sumto quartâ, vel quintâ, quotidie grauissimos dolores patiebatur, qui à ventriculo in dextro latere versus dorsum & scapulas vsque extendebantur. Quâ de causa pro Nephritico curatus fuerat, cum simul redderet vrinam rubram, crassam, hypochondriacis & scorbuticis familiarem, quæ vbi turbabatur, sedimentum rubrum, instar farinæ vel pulueris laterum, copiosum deponebat, quod pro calculo resolutum malè habitum fuerat. Non verò mirum, ventriculum malè affectum partes vicinas, imò ipsos renes in con-

sensum trahere. Etenim si renes malè affecti ob membranæ communionem ventriculum in consensum trahere possunt: quidni reciproco modo ventriculus dolens renes in consensum trahere possit? Quamprimum verò Nobilis is cibum & potum, qui ita crudus adhuc erat, ut potus odor etiam post horam quintam perciperetur, vomitu reiciebat, confestim dolore & anxietate illa liberabatur & bene se habebat, quasi nihil mali passus esset. Euomebat verò simul pituitam viscidam sibi coherentem spithamæ sæpe longitudine; per aluum verò, quam, nisi medicamenti irritaretur, nunquam reddebat, eadem sine fecibus etiam reiciebatur, sæpe vlnæ & sesquialtræ longitudine sibi cohærens, ut famulus eam adspiceret, serpentem ab herò per aluum deiectum esse exclamaret. Vide etiam supra *sect. 1. cap. 4.*

Aluus adstricta est ob vasorum sæpe, in utròque latere & utriusque visceris, Lienis & Epatis, siccitatem, ob quam alui obstructionem & flatum retinentur qui hypochondria tendunt, & tandem fecibus permixtas bubuli stercoreis similes reddunt. Accedit hæc & hoc, quod cibus sæpe saltem in pituitam quandam & humorem viscidum & flatuosum mutatur, ut modò dictum, qui cum corpori alendo ineptus sit, in intestinis non promouetur, & ut viscidus & glutinosus pertinacius is adhærens, alui continuo adstrictæ causa est. Neque enim facultas expultrix humorem tam viscidum, nisi medicamenti adiuuetur, reicere potest. Interdum tamen, si humores aciores reddantur & exasperentur, fluxus alui excitatur, nunc biliosus, nunc melancholicus & nigrum humorem admixtum habens.

Æstus etiam in hypochondriis & quasi inflammatorius quidam affectus molesto ardore & feruore interno, nunc in vno, nunc in utròque hypochondrio ægros affligere solet, ex humoribus calidis & feruidis eò loci conclusis. Et solet iste calor ac æstus sese magis exferere, ubi vel cibi aut potus caliditate vel aliâ causâ humores agitati fuerint. Solentque tunc calidis vaporibus sursum ascendentes malæ & tota facies rubescere. Interdum etiam, & quando vapor ex largiore potu præcipuè, per corpus vniuersum dispergitur, ephemera febris quasi excitatur, quæ vaporibus illi sudore discussis intra paucas horas euanescit.

Vrina est nunc tenuis, cum scilicet humores crassi vrinæ vias obsident, quæ simul paroxyismi, ob statum & materiæ retentionem & caloris augmentum instantis, sunt indicium. Plerumque turbida, crassa, rubra & acris, ob materiæ admixtionem, imò interdum & fœtida. Quia verò plerumque cum talibus vrinis materia multa adusta salis paticeps, quam tartaream appellant copiosè excernitur, accidere solet, ut vel, ubi vrina turbatur, subsideat, vel copiosè, instar arenularum rubrarum, matularum parietibus vndiquaque adhærescat, ægrisque calculi metum, qui tamen sæpe nullus adest, affert. Est enim & à renum caliditate sæpe ista sabulosa materia proueniat: tamen & epate ac venis crassiores & tartareæ sanguinis partes in materiam eiusmodi coagulantur, quæ continuè per vrinam redduntur; sine vlla calculi molestia.

Adest etiam anxietas, quæ accidit, non solum dum vapores ad eor adscendunt, idque affligunt, sed & dum ventriculus afficitur. Dum enim cibus semicrudus in eò moram trahit, & in flatum resoluitur, anxietatem ventriculi parit. Si verò ad vasa vicina intemperie calida laborantia peruenit, fit à calore igneo quasi quedam ebullitio, partè que chyli plurimæ in flatum abeunt, qui non solum ventriculum, sed & hypochondria extendunt, & in par-

tibus iis, quæ sensum à neruis sextæ coniugationis accipiunt, angustiam ibi producunt atque anxietatem, cui sæpe lipothymia accedit. Idque eò facilius accidit, quod ipsa hæc vasa, ut & lien intempestuè, quod tenuius est, ad se primò rapiunt, crassior verò pars chyli seorsim reiecta diutius moram in hisce vasis trahens corrumpitur, naturæque aduersam qualitatem accipit & in excrementum potius, quam alimentum abit. Neque hæc symptomata prius cessant, quam natura quod crassum est, vomitu reiecerit; quod verò tenuius est per poros cutis vel sensibiliter forma sudoris, vel insensibiliter discussit. Acciditque hoc sæpe cum horrore quasi febrili.

Affligit etiam sæpe ægros cordis palpitatio & animi deliquium, quæ sunt partim ob ventriculi consensum, partim quod ab humoribus prauis similes vapores ad cor adscendunt, quos dum cor depellere & à se amoliri conatur, hunc celerem, velocem & inordinatum cordis & arteriarum pulsum excitat. Atque tum plerumque ægri de vita desperare & auxilium omni modo postulare solent. Idem vapores pulsus variè causati sunt.

Pulsatio præterea in sinistro hypochondrio fit ab intemperie calida. Ut enim artenæ temporum pulsant magis, si corpus vel à vini potu, vel calore solis incaleat: ita etiam si calor maior sit in cœliaco ramo, qui in hæc loca distribuitur, fit inde pulsatio, idque præcipuè post vehementiorem motum & iram accidit. Ad quam rem etiam faciunt glandulæ in mesenterio plurimæ, & præcipuè magna illa, quæ in centro eius primæ vasorum distributioni addita est. Cum enim glandularum harum & hic usus sit, ne vasorum ductus comprimantur, si illa multo crasso & melancholico humore turgent, arterias comprimunt, unde in arteria cœliaca sinistram partem perreptante maior pulsatio excitatur.

Dum autem vapores illi resoluuntur, & per œsophagum vel asperam arteriam adscendunt, palatum, linguam, & os exiccant, & sitim leuem excitant. Respiratio difficilis sæpe redditur, & quidam dolor & constrictio in pectore per sentitur, cum ob nervos musculis pectoris dicatos affectos, ut postea dicitur, tum quia per venas & arterias vapores à materia praua in hypochondriis stabulante in musculorum spatia effunduntur, vicinâque membra afficiunt, ut supra dictum. Quibus accidit & hoc, quod flatus &

vapores partim ex crudis humoribus in ventriculo, partim ex prauis humoribus in hypochondriis collectis excitati diaphragma comprimunt. Dum verò, ut dictum, lien aquosam ac tenuem chyli partem maturius ad se trahit, eam in vaporibus tenues & acres resoluit, qui ad caput eleuantur, illud replent, cerebrumque perturbant. Et aliàs etiam humores melancholici & adusti in hypochondriorum venis & arteriis hærentes vapores multos de se emittunt, qui ad caput per venas & arterias adscendunt, unde varii affectus ac symptomata in capite ac nervoso genere ortum habent. Etenim dum panniculos cerebri peruadunt, illos lancinant, doloremque excitant, ita ut nonnulli cerebrum è cranio quasi euelli sibi conquerantur: dum cerebrum perstrunt; spiritus perturbant, oculis caliginem suffundunt; aurium tinnitum excitant. Nonnullis vertigo oboritur & caligo oculis obseruatur; aliis aurium sonitus, in nonnullis tristitia, metus, falsa imaginatio & deliria melancholica sunt vitio spirituum, qui à vaporibus illis inquinantur, ut *lib. 1. Practica de melancholia hypochondriaca* dictum. Nonnulli enim continuè sibi in apoplexia, alii ab epilepsia, alii à subita morte metunt, alii se fœditatos esse credunt, alii alios morbos imaginantur. Hinc nonnulli perpetua tristitia, alii etiam fletu & eiulatu se macerant. Tan-

dem verò, si que diu malum duret, in melancholiam abit; si que vapor vel humor cerebro communicatus sit atra bilis ex bile adusta, maniam excitat. Si vapores sunt acres, epilepsiam quandòque pariunt. Ita memini, virum hypochondriacum epilepticum factum & tandem etiam cæcum euasisse. Idem antea Somnambulo fuerat. Quandòque etiam malum in apoplexiam terminatur.

Dum vero nervos vapor ille occupat, prout vim vel narcoticam vel nervos vellicandi habet, symptomata paralyfi & convulsioni similia in iis excitat. Hinc si in nervos linguæ feratur, sermonem difficilem reddit, aut musculos laryngis constringit. Si ad nervos thoracem mouentes feratur, difficilem respirationem excitat vt præcordia & thorax quasi contrahantur. Si nervos brachiorum & crurum peruadat, membra hæc ad motum pigra reddidit & lassitudinem in iis excitat. Ad lassitudinem tamen excitantiam etiam facere possunt humores serosi, quando cum sanguine per venas & arterias in ambitum corporis distribuuntur, & præcipuè ad crurum musculos descendunt, eosque grauant, vt tendi membra & pondere quasi appento grauiora putentur. Imò interdum in iisdem partibus dolor excitatur, cum iisdem humoribus serosis, vel etiam vaporibus membranarum ac nervis sese insinuant, easque tendunt & vellicant. Ad extremos digitos cum manuum tum pedum tandem delati fornicationis sensum, vel stuporem in iis, nunc hoc vel illo excitant. Vapores iisdem cum sint calidi & sicci ac melancholici, spiritus animales perturbant, cerebrum exciccant, & ita vigilias molestas, aut somnos perturbatos, ac insomnia terroris plena pariunt. Imprius verò vigilias post mediam noctem pleròque molestare solent. Et si enim post cœnam ad mediam noctem aut horam primam noctis satis bene dormiunt: tamen postea euigilant, & alij quidem duabus vel tribus horis vigilant, & demum manè circa horam tertiam vel quartam iterum dormire incipiunt, alij verò planè iterum dormire non possunt. Quod accidit procul dubio, dum chylus distribuitur, & ad secundam coctionem ac lienem & vicina vasa peruenit. Tum enim humores vitiosi in iis latententes agitantur, & ex agitatibus vapores eleuantur, qui per venas & arterias ad caput delati vigilias excitant, quæ in nonnullis ad diem vsque durant, in quibusdam verò, iis discussis, iterum somnus succedit.

Non tamen ista symptomata omnia in omnibus, sed alia in aliis apparent, nunc pauciora, nunc plura, pro humorum varietate, & prout hæc vel illæ partes magis læduntur. Aliquando enim, vt & antea dictum, nunc in vniustantum hypochondrij vasis vitiosi humores contempant, nunc in vtriusque; nunc etiam lien, nunc epas, nunc vtrumque viscus simul ab humoribus vitiosis obsidentur. Non verò est de essentia mali hypochondriaci, vt in hypochondriis tensio, durities, dolor, & tumor percipiatur, cum plerumque fomes mali saltem in ramis venæ portæ & arteriis vicinis hæreat, & inde vapores ad cor & cerebrum transmittantur. Et si verò hypochondriaca affectione laborantes subinde aliquid mali, de quo conquerantur, habeant: tamen, qui eo grauius laborant, vehementioribus interdum paroxysmis infestantur. Etenim si quacunque de causa, seu interna seu externa, Camarina illa & colluies vitiosorum humorum in hypochondriis mouetur, vapor ille flatulentus ex materia commota excitatus nunc ad ventriculum, nunc ad cor, nunc vtrumque viscus viam affectat. Et quidem dum ventriculum petit, eum distendit, ac rictus excitat, & acrimonia orificium ventriculi afficit, indeque cerebrum in consensum trahit, atque anxietatem lipothymie simi-

lem circa præcordia inducit, per gulam verò porrò ascendens nervos linguæ afficit, vnde lingua quasi rigere & ad loquendum immobilis reddi incipit, vt de apoplexia sibi ægri metuunt. Eadem de causa nonnulli de obstructione œsophagi & suffocationis periculo conqueruntur, id quod præcipuè cibum sumturis accidit, vt de Scorbuto postea, sect. 2. cap. 5. dicitur, ob vapores stipticos & adstringentes ascendentes & vel œsophagum distendentes ac vicinam arteriam comprimentes, vel musculos laryngis & asperam arteriam contrahentes & strangulantes quasi. Dum per cœliacum arteriæ ramum in arteriâ magnam & hinc ad cor ascendit, eius palpitacionem & difficilem respirationem ac dolorem in parte pectoris anteriore excitat. Per vtramque verò viam dum ad cerebrum peruenit, spiritus perturbat, & oculis caliginem suffundit, & dum panniculos cerebri peruadit, illos lancinat, ita vt nonnulli cerebrum quasi è cranio sibi euelli conquerantur. Dum porrò isti vapores è cerebro secundum ductum nervorum deorsum feruntur, interdum stupor quidam & motus formicans nunc in dextro, nunc in sinistro brachio, nunc in hoc, nunc in illo digito percipitur, ac dum tandem nervos ex osse sacro prodeuntes attingit, atque in iis eundem affectum excitat, ægri, ne concidant, metuunt, & locum quieti quærunt. Interim sudore frigido madescunt, tandemque calore cordis sese exteferente & vaporibus discussis, ægri se redeunt, nec amplius quid mali sentiunt, nisi quod de morbo grauiore, epilepsia, apoplexia & subita morte sibi metuunt, & hac tristitia & metu se continuo macerant.

Atque ex his, quæ hæcenus recensuimus, symptomatibus satis malum hoc cognosci potest, vt signis diagnosticis aliis opus non sit. Signa tamen partium præcipuè affectarum & caussarum addere vtile fuerit. Si in ipso liene humor contineatur tensio & durities in regione lienis percipitur, facies est malè colorata: Si in epate contineatur humor, è regione epatis tensio percipitur. Si in vasis solum inter ventriculum, lienem & epas, post cibum, & cœnam, præcipuè horis circiter 6. vel 7. flatus, rugitus, & dolores percipiuntur, nec tumor vel durities in alterutro vel vtròque latere percipitur. Si etiam ventriculus valdè laboret, è coctionis vitio id cognoscitur. Vterus si malo originem dederit, mensium suppressio adest, & frequens in ventre inferiore rugitus percipitur.

Et quia *ἀναπαξία* viscerum, ventriculi & epatis, in hoc affectu plerumque adest, & curationem difficilem reddit, eam signis cognitam habere vtile est. Iecoris autem intemperies è suis signis cognoscitur, maxillarum rubore, manuum & pedum calore, vrinæ robore, ac siti. Intemperies verò ventriculi frigida ex cruditate acida cognoscitur, cui si quandoque accedit nidorosa, fit hoc ob epatis calorem, atque hoc non accidit, nisi vtraque causa adsit, & tum adiunt flatus multi, dum calor epatis nimius in crassioram materiam agit.

Signa partium affectarum.

CAPVT V.

Prognostica.

I. Difficilis omninò hic affectus est, & quo vix alius tanta symptomatum varietate & ægro & Medico plus negotij facessit. Idque cum ipsius humoris ratione, qui contumacissimus est, tum ob viscerum *ἀναπαξία*, & contrariam eorum, tum humorum intemperiem. Etenim ventriculus plerumque frigidus est, contra humores in hypochon-

driis & ipsa vasa, quibus continentur, calida. 2. A Quibus accedit, quod malum hoc plerumque in habitu degeneravit. Cum enim prauum alimentum visceribus hisce nutriendis à liene transmittatur, inde illarum dispositionem everti necesse est. 3. Curationem etiam difficilem reddit, quod materia, quæ sæpissimè in cavitae illa omenti continetur, non facile exitum habet & ibi conclusa detinetur. 4. Tandem cum malum hoc sit pertinax, & quod curatio non semper ex voto succedit, causa non minima est, quod ægri rarò in continuandis medicamentis obediunt, plerumque & Medicos sæpe mutant. 5. Lenius malum est, cum in dextro hypochondrio mali causa colligitur, cum humor sit mitior: grauius autè, cum in sinistro grauissimum est, si in veròque hypochondrio mali causa hæret, & vehementiora habet symptomata: quæ eò sunt grauiora, quò humor magis ad atræ bilis naturam accedit. Et si saltem in vasis, nullo verò in viscere humores continentur, mitius malum est. Contumacissimum malum est, cum materia in omenti cavitae continetur; cum vix purgantibus medicamentis inde exturbari possit. 6. Hæmorrhoides, varices, & sæpe in mulieribus menses malum hypochondriacum solunt. Si tamen sint moderata; si verò diutius durant, periculum portendant. Hæmorrhagia quoque naris sinistre interdum prodest. 7. Mares equidem quàm feminæ, facilius hoc malo corripiuntur; cum feminæ humidiores sint, & cum mensibus sæpe prauis humores euacuentur: Si tamen ex corripiuntur, difficulter vel rarò curantur, cum & causam vehementem præcessisse necessarium fuerit, & plerumque veterini affectus sese huic malo associant, idque grauius reddant. 8. Urina crassior melior est in hoc morbo, quàm aquosa & tenuis, quæ crassos humores in corpore detineri arguit. Nigræ quoque urinae sine febre sæpe hunc inorbum solunt. 9. Aluum in hoc morbo laxam habere bonum; contrarium, malum vomitus quoque cum *Apoplexia* sæpe utilis. 10. Vertigo & diurnus capitis dolor in hypochondriacâ affectione in epilepsiam & conuulsiones vel cæcitatem, interdum in vtrumque abit, nonnunquam in apoplexiam mutatur. 11. Affectio hypochondriaca sæpe quoque scorbutum comitem sibi adsciscit, interdum etiam in hydropem degenerat. 12. Hypochondriaci sæpe nauseabundi vomentes, assumpta malè concoquentes, vel in febres, *hecticæ* non absimiles incidentes, tabidi moriuntur.

CAPVT VI.

Indicationes & Curatio.

Indicatio-
nes & Curatio.

Curationem quod attinet, cum causa, è quâ symptomata & mala antea enumerata in hac affectione ortum habent, sit colluies illa humorum vitiosorum in hypochondriorum locis supra explicatis hærens, facile hinc patet, primariam indicationem esse, vt illi humores euacuentur, & vapores, qui ab iis eleuantur, & varioium symptomatum causa sunt, diseuantur. Quod vt commodè fiat, non solum viæ illæ, per quas euacuandi sunt, lenientibus medicamentis expurgandi, sed & cum humores illi crassiores sint, & ob ventriculi coctionem læsam pituitosi & viscosi humores admisceantur, incidentibus, attenuantibus, aperientibus ac detergentibus opus est. Verùm cum & humores mali huius præcipua causa sint calidi, & vasa illa, in quibus continentur, sint calidiora & sicciora, quàm par est, & inflammatoriam quasi dispositionem habeant, non solum citra insignem calefactionem hæc peragèda,

sed & moderatè refrigerantibus & humectantibus, illamque intemperiem corrigentibus opus est. Postea danda opera, ne humores hi vitiosi iterum generentur; & proinde partium, quarum vitio generati sunt, intemperies & debilitas corrigenda, naturalis verò constitutio conseruanda & roboranda, atque ita humorum vitiosorum generatio præcauenda. Tandem partes, quæ humores & vapores illos suscipiunt, atque ab iis afficiuntur, roborandæ, & ab insultu humorum & vaporum defendendæ; vaporesque à partibus principibus auertendi, ac symptomata tollenda. Verùm hæc omnia expedire difficilimum est. Etenim cum indicationes dētur contrariæ, & quidem ventriculus plerumque debilis calida requirit, attenuantia etiam & incidentia, aperientia, ac detergentia medicamenta plerumque calida sint, contrà inflammatoria illa vaporum dispositio & humorum calida intemperies refrigerantia requirat: cautè agendum, ne dum vni prodesse studemus, alteri noceamus.

Venæ sectione quod attinet, cum humores morbi causa in venæ portæ ramis cōsistant, si ex eodem modo, vt venæ cauæ rami, passim in corpore aperiri possent, commodissimè per eas cum sanguine vitiosi humores euacuerentur. Verùm ea commoditas non datur, nec vllis venæ portæ ramus ad extrema corporis pertingit, nisi hæmorrhoidalis ad intestinum rectum pertingens. Hic ergo si aperiat, affectum hunc felicissimè curat, cum vitiosos humores in venæ portæ ramis collectos euacuet. Verùm hoc vix vnquam feliciter accidit, nisi natura sponte hæmorrhoides eas aperiat, aut certè humores eò protrudat, & per eas vitiosos humores euacuare cōsueuerit. Hoc si fiat, & externæ hæmorrhoides arte aperiantur, tunc id, quod Riolanus monet, accidit, & sanguis, qui peccat in vena portæ, non euacuatur, sed bonus è vena caua, qui non peccat. Hæmorrhoides verò internæ, modò commodè id fieri possit, etiã in iis aperiri possunt, quibus nunquam fluxerūt, vel tumuerūt, vt lactes in vicinia vitiosi humores per eas euacuentur, & natura sanguinem vitiosum per hanc viam euacuate adsuescat, quæ sæpe etiam sponte per hanc viam humores vitiosos in venæ portæ ramis collectos cum ægri comodo euacuare solet.

Cum autem hæmorrhoides duplices sint, interne, à venâ porta, & externæ à vena caua ortæ: non sine causa queritur, an vtræque, seu à natura seu arte apertæ, idem in hypochondriaca affectione commodè præstent. Plerique hæmorrhoides externas; cum à ramo hypogastrico proueniant, parum commodi in hac affectione afferre posse statuunt. Etenim Hieron. Fabr. ab Aquapendente, *de operat. chirurg. cap. de hæmorrhoidib.* in quo prolixè & diligenter ea, quæ de hæmorrhoidibus dici possunt, explicat, statuit (& res ita se habet) dari duplices hæmorrhoides, alias à vena lienis, alias à vena caua, quarum illas alij internas, has externas nominant. A magno enim venæ portæ ramo, qui ad lienem fertur, quasi ab eius medietate oriri propaginem effatu dignam, & recta per mesenterium ad intestinum rectum descendere, eique retro magis versus coccycem inferi, & tandem oris sui in intestini huius sinem desinere, atque has esse hæmorrhoides à portæ seu lienis vena scribit. Similiter à venæ cauæ & arteriæ magnæ propaginibus, quæ in magna cauitate ab ossè sacro & coxendice efformata producantur, duos effatu dignos ramos ad anum seu musculum, intestinum rectum cingentem, sphinctera dictum, descendere, & vnum in dextra, alterum in sinistra parte, & ita illas retrò potius & parti posteriori intestini, has verò potius ad latera inferi docet. Atque venas illas à porta antiquis notas, has verò à caua incognitas esse

Venæ secti

Hæmorrhoides duplices.

scribit, ea de causa quod cum hæmorrhoides, quæ à porta proueniunt, sanguinem crassum, nigrum & feculentum euacuent, quæ verò à caua, plerumque tenuiorem & serosiorè, antiqui saltem hæmorrhoidum, quæ crassum sanguinem euacuant, morbisque melancholicis & à liene ac vena portæ ortis proueniunt, mentionem faciant, vt ex Galeno, 3. aph. 4. 6. aph. 11. 12. 21. 47. 48. 2. ad Glanc. 6. epid. comin. 3. & comm. 6. r. 8. videre est. Hieron. Fabr. sequitur Ioan. Riolanus, *Anthropographia lib. 2. c. 17.* qui similiter statuit, hæmorrhoidas internas prouenire à ramo venæ portæ hæmorrhoidali, externas verò ab hypogastrico, illasque recti intestini partibus internis inferi, has in partes externas, ani musculos scilicet disseminari; hæmorrhoidalem portam esse vnicam, sociamque habere arteriam à mesenterica infra ramos producentem, hæmorrhoidalem verò cauæ esse duplicem, vtrinque vnam, & vtramque communiem habere arteriam ab hypogastrica derivatam: ac proinde per illam portæ cacochymiam per has venæ cauæ plethoram euacuari. Propterea medicos reprehendit hæmorrhoidibus addictos, quod dum externas hæmorrhoides aperiunt, purum ac tenuem sanguinem extrahunt, crassum & impurum intus relinquant. Atque hoc discrimen itidem antiquis incognitum esse existimat. Verum enim verò etsi que de historia hæmorrhoidum diligenter à doctissimis hisce Viris scripta sunt, verissima esse concedimus, atque hoc etiam admittimus, externas non satis commodè aperiiri ad humorem melancholicum euacuandum, nisi spontè à natura aperiuntur: sunt tamen quædam, quæ in hisce opinionibus desideramus. Sit n. sanè, vt originem externarum hæmorrhoidum à vena caua prodeuntium antiqui ignorauerint, quod tamen in medio relinquimus: ipsi tamen externas nullo modo ignorare potuerunt, vt pote quas oculis obuias habuerunt, qualesque sæpe viderunt.

Ex quo sequitur alterum, per hæmorrhoidas externas etiam atros & alios vitiosos humores, qui circa lienem & epar colliguntur, euacuari. Cùm n. antiqui has hæmorrhoidas non ignorauerint, interim affirmè, vt ex locis antea allegatis apparet, per hæmorrhoidas euacuari hepatis materiam feculentem, bilem atram, hæmorrhoidas esse maximè melancholicæ remedium, & ab atra bile vexatis esse bonas, lienem induratum sanare: facile hinc patet, experientiam ipsam eos edocuisse, atros & alios vitiosos humores circa lienem & epar in venæ portæ ramis collectos per eas euacuari. Idque ita se habere quilibet, qui volet, in praxi quotidie obseruare poterit. Si n. in eos, qui ex hæmorrhoidibus commodum percipiunt, inquirat, omnes ferè hypochondriacos esse animaduertet. Si porro quærat, vtræ hæmorrhoides fluant, externæ vel internæ: in plerisque externas fluere, agrisque etiam hypochondriacis commodum afferre; internas verò rarius aperiiri: & proinde per illas non solum plethoram, sed & cacochymiam & vitiosos humores euacuari intelliget. Licet verò etiam interdum tenues quidam humores & sanguis rubicundior per eas euacuari videatur: tamen is non purus est, sed serosus & falsus, ac ichor etiam sine sanguine profluit. Colliguntur verò in venæ portæ ramis non solum humores crassi & nigri, sed etiam sæpe serosi & falsi.

Etsi verò à diuersis venis hæmorrhoides internæ & externæ ortum habeant: tamen quia eidem intestino recto inseruntur, communicationem quandam horum vasorum esse, & osculis sibi mutuo occurrere, & ex hæmorrhoidibus internis humores vitiosos externis etiam communicari, & per eas effundi, res ipsa, & quæ quotidie circa ægros accidunt, loquitur, cum videamus, affectibus hypochondriacis labo-

rantibus hæmorrhoidas etiam externas fluentes plurimum prodelle.

Cæterum reliquos venæ cauæ ramos incidendi est nulla necessitas; nisi fortan plethora simul vrgeat, & magna pars materiæ vitiosæ venæ cauæ iam sit communicata, & circa epar, *quædam* aliqua adsit. Tum n. venam in brachio aperire vtile est. Si verò à mensibus suppressis malum originem habeat vel augeatur, venas in pedibus aperire, vt & menstrua pronocare, vtile est. Quod & in iis facere non incòmodum erit, quibus hæmorrhoides suppressæ sunt. Purgationem quod attinet, vt primæ viæ primum euacuentur, primò omnino lenioribus medicamentis vtendum: à purgantibus verò fortioribus abstinendum, cum metuendum sit, ne fortioribus à longinquo & toto corpore vitiosi humores versus primas vias trahantur, & ibi cumulentur, atque à calidioribus & siccis medicamentis vasorum & viscerum intemperies augeatur. Vtilissimi sunt hunc in finem clysteres leniores, vt & medicamenta lenientia, syr. violar. solutiuis, mercurialis, aloë, cassia, cui tamè, quia flatulenta est, semen anisi vel species hieræ addendæ sunt, polypodium, fo. ia senæ electuarium lenitiuum, diacatholicum. Nec inutile fuerit, vomitum mox in principio, sed lenioribus misementis, ciere, vt si quid pituitosæ & excrementitiæ materiæ in ventriculo hæreat, reiciatur, ne post aliorum medicamentorum vsum ad penitiores corporis partes deducatur. Hinc ad præparantia accedendum. Etsi enim humores hi coctionem propriè non requirant, vt pote qui putridi non sunt, nec sanguini in vena caua permixti: præparatione tamen indigent, & crassi ac viscosi attenuandi, incidendi & detergendi atque adusti temperandi.

Vtiles hinc sunt *radic. gram. asparagi, borraginis, bnglossi, fœniculi, scorzonera, polypodij glycyrrhizæ, filicis, eichorij, endinæ, capilli veneris, oeterach, lingua ceruina, chamædrys, fumararia, agrimonia, centauryum minus, absinthium, sem. genista, fœniculi, succus pomorum odoratorum*, qui humori melancholico valde aduersatur. Ex his verò nunc mitiora, nunc fortiora eligenda, pro natura humoris, & loco, in quo subsistit. Nam cum ipsi lieni humores impacti sunt, fortioribus medicamentis opus est. Imprimis verò in vsum horum medicamentorum perpendendum, an acida, an verò nidorosa cruditas plus ægro molesta sit, & ad hoc malum conferrat. Etsi enim ex vtrâque generari possit: tamen secundum hanc vel illam vt accidentia variant, ita etiam curandi ratio variat. Etenim in acida cruditate calidioribus vt licet, in nidorosa verò, & vbi insignis adest *cruditatis*, temperatioribus vtendum, cichorio, borragine, quibus aliquid oxymelii addi potest. De tartaro & medicamentis è tartaro paratis dictum supra, *part. 3. cap. 3.*

Humoribus præparatis ad purgationem accedendum. Vbi tamen à fortioribus abstinendū, ob causam antea dictam, & ne ventriculus, qui in hypochondriacis ferè debilis est, fortioribus medicamentis purgantibus debilitetur. Et de hac imprimis melancholicæ specie, quæ ex hypochondriis ortum habet, verum esse putamus, quod Crato, *conf. 24.* scribit, se multos melancholicos curasse, licet verè affirmare possit, se nunquam lapide lazuli vel scammonio vsum fuisse. Talia medicamenta sunt, *polypodium, fumararia, epithymum, sena, radix gialapa, myrobolani Indæ, electuarium diacatholicum, syrup. de polypod. de pomis Regis Sabor, de epithymis Mesue.* Quibus interdum & helleborum nigri admiscere licet. Vbi tamen idem, quod de præparantibus dictum, attendendum. Nam si cruditas acida adsit, & humor aliquis pituitosus ac viscidior admiscea-

Lenientia.

Vomitus.

Præparantia.

Purgantia.

tur, paulò fortiora & pituitam etiam purgantia, vt agaricuni, turbiti, spec. diaturbith, episcopi, & similes admiscere licet: cã tamen lege, vt ægri sumto medicamento vltra duas vel tres horas non ieiunent, ne vis fortions medicamenti vltra epar, & lienem ad remotiores partes penetrat, sed solam id, quod circa ventriculum & epar ac lienem est, euacuet. Si vero nidorosa cruditas præcesserit, lenientibus vtendum, vt manna, syrup. rosar. vel violar. solutio, rhubarb. foliis fenæ. Et ne calor viscerum purgantium vsu quocunq; modo augeatur, vtile est, post sumtum purgans paulò aute cibum haustum bonum seri lactis caprini sumere, quod & purgans abstergit, & calorem illum in visceribus temperat.

Quibus debilis calor inuatus. ij non sæpè purgandi.

Simul tamen in purgantibus exhibendis ad causas generantes vitiosos humores respiciendum. Et enim si crudi, frigidi humores in ventriculo generentur ex solo caloris innati defectu, id quod in literatis & studio nimio deditis ferè accidit, (& tum ructus ac flatus, qui emittuntur, & aciditatis & nidoris expertes sunt) à frequentibus purgationibus abstinendum; cum ab iis calor natius amplius debilitetur: Sed calor natius augendus & fouendus, & bona diæta ordinanda. Si verò à causis refrigerantibus ortum habeat malum, humoremque frigidum, & acidam cruditatem comitem, frequentius purgandum, neque vna vice facilè vitiosi humores euacuantur. Ita si ex calore viscerum insigniore humores adusti generati sint, ac ab eo adhuc fouentur, omnino à valentioribus medicamentis, quæ illam intemperiem augent, abstinendum, & leniora potius vsurpanda. Si verò humor crassior sit, & viscerum intemperies calida minor, fortiora tutius vsurpantur.

Et cum, qualiscunq; etiam sit humor, viscera siccitate non careant, à valdè calefacientibus & siccantibus abstinendum; contra semper vtile est, medicamenta humectantia, & quæ alterandi vim habent, admiscere. Vndè & medicamenta in formâ liquidâ commodius exhibentur. Si tamen ea pilularum forma exhibere libet, si humidi quid postea bibatur, incommodum hoc præcauetur. Hac ipsa de causa aloës frequentior vsus non satis commodus est, præsertim si copiosius sumatur, ita vt ad vasa illa, calida & sicca intemperie laborantia, & epar penetrare possit. Interim si minore quantitate & paulò ante cibum sumatur aloë & ex ea composita medicamenta, pituitosos humores è ventriculo & intestinis abstergere potest.

Et cum humor huius mali causa pertinax sit, vna vice non tollitur, sed necessarium est, purgationem aliquoties repetere, & per *insinuationem* sensim materiam euacuare.

Vtilissimum quoque fuerit alterantia præparantia purgantibus miscere & inde idonea humori præparando & euacuando medicamenta præparare, eaque sæpius exhibere. Formulas proposuimus *lib. 1. pract. part. 1. c. 11.* & extant tales passim plurimæ: inter quas est & decoctum galli veteris, cuius descriptio est in dispensatorio Augustano, & apud Quercetanus, in *pharmac. dogmat. restitut. cap. 8.* item pilulæ tartareæ, & de ammoniaco.

Maluæ fœmen.

Post omnem purgationem maluæ semen lenissimè tritum duarum drachmarum pondere exhibere iubet Aëtius, *1. serm. 2. cap. 10.* Humectat enim exsiccata aluum. Ad abstergendum etiam vias primas vtilis est cremor tartari, tartarum vitriol. & alia ex tartaro composita medicamenta.

In malo pertinaci etiam vomitu repetitus non inutilis fuerit. Sæpe enim vomitu eos humores è primis viis reiectos fuisse obseruatum est, qui purgantibus euacuari non potuerunt. Ratio tamen hic ventriculi habenda. Si n. is sit debilis, vix habent

locum vomitoria, & ventriculo ex morbo afflicto æremnam addere non licet, vt scribit Aëtius, *1. serm. 2. c. 10.* Proprietea etiam à fortioribus vomitoriis ventriculum valdè debilitantibus abstinendum.

Si post purgantium vsum medicamentorum reliquæ aliqua, vel intemperies aliqua supersit, refrigerantium, attenuantium, apertiuum, & detergentium vsu ex absumenda & tollenda, ac vena & viscera alteranda. Huic scopo inseruit imprimis serum lactis caprini, si 14. diebus vel pluribus, cum succo purificato cichorij, fumariæ, caruiben. veronic. chamædr. ceterach, vel horum essentis, vt hodiè vocant, vel extractis & confertis vsurpetur. Vtile est & absinthium, centaure. minus & gentiana: Cum, vt supra dictum, omnia amara leni amica sint, sicut dulcia mimica. Vt autem medicamenta ista sine nausea assumantur, extracta in pilul. redigi, confertur seorsim vsurpari, & hinc haultus seri lactis caprini metuatur, semen coriandij, vel paucillum ligni cassiæ in eo coqui potest. Hocn. modo quod restat humoris vitiosi in vasis hypochondriaci abstergitur & eluitur, & frigiditate seri lactis caprini caliditas & siccitas eorundem valorum temperatur, atq; ipsis pristina & naturalis temperies restituitur.

Vtinam quoque prouocare per convenientia medicamenta, quæ tamen non nimis calefaciant & siccant, vtile est. Quamuis enim Hollenius, in *scholio inc. 40.* nullam viam esse à liene ad renes putet, nisi

multiplici tractu in venam eavam regurgitans humor eò perueniat: tamen res longè aliter sese habet, & expedita satis, nec ita longa via est à liene per arteriam cœliacam ad arterias euulgentes, & ab his ad renes. Hinc etiam Galen. 2. ad *Glauc. c. 2.* renes & lienem per vrinas expurgari docet. Testatur id etiam experientia, ac sæpe obseruauimus, ab hypochondriacis & licnolis nigerimus vrinas, & quidem cum commodo redditas fuisse. Quod etiam Antonius Valetius obseruauit, qui in *exercit. in modo allegat. caput Hollery*, refert, se nouisse virum religiosum, cui ter aut quater in anno, maximè vere aut autumno ineuntibus, intumescere lien, qui que dolore hypochondriaci tum infestabatur, & subliuidus fiebat toto corpore, tandem verò nigricantibus vrinis atramento simillimis erumpentibus per quinque aut septem dies pristinam sanitatem recuperabat.

Si etiam hæmorrhoides vel menses suppressi sint, danda opera, vt convenientibus medicamentis, de quibus alibi dictum, referentur. Et si verò quandoque purgantibus & hæcenus propolis medicamentis sæpe repetitis malum hoc tollitur: tamen si paulò contumacius & diuturnius sit, iis non semper cedit. Vbi ad tria efficacissima remedia tandem confugiendum est, chalybem, acidulas, & thermas.

Et primò quidem chalybem quod attinet, statuit quidem nonnulli, chalybem esse temperatum, alij frigidum. Verum si eius resolutionem spectemus, & effectus attendamus, manifestum euadit, cum calidum & siccissimum esse. Quapropter à nonnullis dubium hic mouetur, an affectioni hypochondriacæ conueniat. Cum enim ea ab humore sicco, & si ater sit succus, etiam calido proueniat, ei domando ineptus videtur chalybs. Præterea etiam vim adstringendi & sistendi aluum habet, de quo supra. *part. 2. cap. de Dysenteria quest. 6.* dictum. Verum etsi ista ita sese habeant: tamen experientia diuturna & multa constat, chalybem ad affectionem hypochondriacam, cachexiam in mulieribus ex mensium obstructione, aliòsq; è pertinacibus lienis & venarum mesaraicarum obstructionibus ortos morbos esse probatum remedium, & meritò ob id magnificandum. Plinius, *natural. histor. lib.*

Refrigerantia, attenuantia & aperientia

Diuretica

An chalybs in hac affectu vtilis sit.

34. cap. 15. inter alia de Chalybis vsu scribit. *Propinatur contra lienis vitia. Absumit enim illa.* Paulus Aegineta, de remed. lib. 3. cap. 49. *Aquam, in qua extinctum candens ferrum, epotam splenicis cōpetere* scribit Dioscorides, lib. 5. c. 33. *lienosis auxiliari.* Aëtius, retrab. 3. ferm. 2. c. 11. *Lienosis praestantissimum esse remedium, ait, aquam, vinum, aut poscans; in quibus ferrum extinctum fuerit per multos dies sumtam.* Oribasius, Synop. lib. 9. c. 24. *Cœliaci, & lienosis multum conferre* auctor est. Rhafis *lien is tumoribus visilem esse* scribit, quem Serapio, Auicennas; & Halyabbas sequitur. Quæ omnia & posteriores Medici confirmant & omnes vno ore ferrum & chalybem lienis obstructionibus prodesse testantur. Atque inter eos Iulius Cæsar Claudinus, respons. 29. scribit, *proprium melancholia hypochondriacæ alexipharmacum esse Chalybem; quoniam conuulsus illic vsus seraper felicem finem in agris sit affectibus: siquidem in referendis obstructionibus, in quibus omnis melancholicæ curanda cardo verratur, nulli medicamento cedat.* Et de ingressu ad infirm. in appendice scilicet. 2. scribit, *in curatione melancholia hypochondriacæ medicamentis chalybeatis sibi nullum par habere.* Mercatus etiam, de morb. mul. lib. 2. c. 6. refert, *ianam esse Chalybis naturam & efficaciam, ut magnos etiam lienis & vitii scirrhi per sanasse visum sit.* Et de intern. morb. curat. lib. 1. c. 17. *incredibili efficacia affectioni hypochondriacæ chalybem prodesse & experimento esse confirmatum, in omnibus ferè affectionis hypochondriacæ causis vsu chalybis commodum esse, siue in feminis ex vitio, siue in eis, ac viris ex ventriculo, mesenterio, iccore, aut splene obstructis, aut quomodo libet humore obfessis, malum oriatur.*

Qua ratione verò in dysenteria commodè exhiberi queat chalybs, supra loco alleg. dictum. De modo autem, quo ferrum & chalybs in hoc affectu proficit, sunt variorum autorum variæ sententiæ, dum alij pondere partes obstructas permeare & ita ab infarctu liberare, alij abstergeri & aperiendi, alij & purgandi vim habere statuunt, quos suo loco relinquimus. Omnes tamen concedunt, quod verum quoque est, non electiue purgando, vt alia purgantia, id, quod præstat, præstare. Nobis probabile videtur, ferrum & chalybem peculiarem cum humoribus melancholicis, & adultis habere cognationem, atque idcirco eos seu attrahere, seu imbiberè, ac cū iis vberi. Et atram bilem, vt & ipsam melancholiam, vitriolatæ naturæ participem, aut certè ei cognatam esse, & ferruginei quid sapere, nemo facillè negauerit. Quique analogiam Macrocosmi & Microcosmi explicant, scribunt, quod Mars metallicus maioris mundi respondet Marti Microcosmi, eiusque seratio delinetur, & custos sit valetudinis eius membri, cui cœlitus videtur esse destinatus.

Cum verò chalybs naturæ sit metallicæ, & in alimentum conuerti non possit, sit etiam crassioris substantiæ, quam vt in penitiores corporis partes penetrare valeat, natura cum per aluum maturè iterum exturbat; atque ita vnà humor melancholicus cum eo euacuatur. Atque hoc ipsum esse videtur, quod Mercatus, de recto præsid. vsu lib. 2. c. 7. scribit: *chalybem absterfione humores abradere, ac à parte, cui adhærent, separare & secum deferre.* Cū verò Chalybs per aluum deicitur, feces nigre redduntur, & id nisi fiat, parum felix est vsus chalybis, & ab eo desistendum. Ex quo patet, non saltem ipsum aperire, sed secum etiam vitiosos humores educere. Hinc quoque Auctores non semper chalybem subtilissimè præparatum rudiori modo & crassiori parato præferunt, sed monet Mercatus, de morb. mul. lib. 2. c. 6. ex Aëtio, chalybem crassiori modo præparatū sple-

A ne obstructo, humoribus melancholicis & crassioribus abundantibus exhibendum esse, procul dubio, ne penitus in corpus penetret, sed in primis viis hærens humores itos crassos imbibat, iterumque facilius per aluum descendat. Scribitque idem Mercatus, loco alleg. *chalybem si nimis exquisitè puluerifetur, & comminuetur, vomitum ciere, & aluum turbare: non quidem, vt ille putat, quod in argenti viui naturam abeat, sed quod, quo magis resoluitur, magis in vitrioli naturam abit; vt & de dysenteria demonstratum, & maiorem vomitum ciendi & aluum turbandi vim acquirit: in crassiore autem substantiâ satis quidem vitiosos humores imbibat, verum naturæ non ita molestus est, aluumque non ita turbat. Et licet chalybs calidæ & siccæ naturæ sit, atque hoc modo humorem atrum ferociorem reddere videatur: tamen non alterandi causâ exhibetur, sed vt obstructiones aperiantur, & humor ater educatur; atque commodum, quod ex eius vsu prouenit, longè maius est, quam incommodum, sicut etiam rhubarbarum in euacuanda bile, elleborus niger in humore melancholico euacuando commodè exhibentur, etsi in primis qualitibus cum hisce humoribus aliquam conuenientiam habeant.*

Fit etiam efficacissimum extractum ex helleboro nigro, si chalybs spiritu vitrioli soluitur, solutioni aqua aliqua splenitica addatur, & liquore illo, vt moris, extractum ex radicibus hellebori nigri paratur. Ex quo patet, vix locum habere posse, quod Iul. Cæsar Claudinus, loco alleg. scribit, *aurum & argentum eundem vsu pro adimplendis scopis illis, quos adimplemus vsu chalybis, habere posse.* Sunt enim ista metalla diuersæ naturæ, neque eadem cum hisce humoribus cognationem habent. Exhibetur etiam chalybs variis modis. Alij n. eū saltè limatum subtiliter exhibent; alij calcinatum, alij prius præparatū, quod sit limatura chalybis in aceto macerata, hunc siccata & trita. Alij ex eo vina chalybeata, syrupos, oxymel, electuaria parant, quorum formulæ apud Mercatum, & Iul. Cæsarem Claudinum, loco alleg. & alios extat. Fiunt etiā de chalybè croci & tincturæ, de quib. de constitut. chymia c. 19. tractatus de conf. & diffus. Chymic. cum Genelic. annexo egimus.

Quocunque autem modo exhibeatur, cum certum sit, vires, quas exserit in hypochondriacis curandis, ab eius sulphure, quo abundat, præcipuè pendere, attendendum in præparando & exhibendo hinc chalybe, ne eius sulphur perdat, quod fit, si vel chalybs crudus valde igne vratur, & vt Chymici loquuntur, reuerberetur, vel etsi alio modo solutus sit, si reuervatione partes eius sulphuræ & volatiles dissipentur, & fixæ salinæ relinquuntur, quæ potius adstringendi, quam aperiendi vim habent. Datur autem in substantia vel in conferu. rosar. violar. borragin. quæ in hac affectione commodissima est, vel alia conueniente, aut cum syrupo aliquo, vel in pilulas cum syrup. aliquo, aut succo cichorij & agrimonie, redactus. Ne autem ventriculus offendatur, alij caryoph. alij cinamom. alij spec. diarrhod. dimidiam partem, alij conferu. rosar. cichorij admiscunt. Possunt etiam cum cinamomo & saccharo inde rotulæ, vel orbiculi fieri; si scilicet chalybis præp. ʒ. ʒ. cinamomi ʒ. i. sac char. albil. ʒ. j. addantur.

Possunt & alia medicamenta scopo Medici inferuentia addi: vt cortic. rad. cappar. tamarisci, fraxini, filicis, fol. chamædryos, ceterach, chamæpityos, flor. genistæ, & similia.

Antequam verò exhibeatur, primæ viæ euacuandæ sunt. In substantia si detur, mediæ ætati exhibeatur ʒ. j. Dos tamen, vt Nicolaus Monardes, dialogo de ferro, scribit, neque infra binos scrupulos, neque supra drachmam cum semisse esto. Oxymel

Extracl. hellebori nigri.

Chalybs quo modo exhibenda?

comodo sit in affectu?

& syrupus datur ad ℥. ij. vel ℥. iij. Vinum ad ℥. iv. ad ℥. vj. Sumto chalybe in substantia hauendum poculum vini albi, neque nimis tenuis, neque nimis generosi. Abstemijs aquam, in qua cinamomum coctum sit, vel ius galli bibant.

Chalybs
quando
vsurpan-
dus.

Exhibetur autem chalybs commodissime vere & autumno. Hyems enim frigore, æstas calore obstat. Sumendus verò chalybs manè, ieiuno stomacho, & sumato eo æger vna atque altera hora obambulet vel exerceatur, ut facilius medicamentum distribuatur, postea quiescat. Si tamen vires sint debiles, exercitium omitti potest; cum etiam in lecto decubentes vsu chalybis sanatos fuisse compertum sit. Horis autem à sumto medicamento quatuor elapsis, & cum è ventriculo iam medicamentum descendisse animaduertet, prandium æger sumat. Dieta sit frugalis, & omnino cibis boni succi vtendum. Initio autem sufficit tertio quoque die chalybem sumere: cui si æger postea assucit, morbusque id postulat, singulis diebus exhiberi debet. Quidam primis diebus eum cum multâ bile & vitiosis humoribus vomitu reiiciunt; sed cum commodo & *deopin.* Inid censer Mercatus, *de morb. m. l. lib. 2. cap. 6.* us, quibus mælarum & venæ ventriculo proximæ obstructæ sunt (aut vitiosis humoribus scatent) primis diebus chalybem admiscendum esse iis, quæ vomitum quoque prouocant. Duobus vel tribus diebus elapsis, vbi chalybi adsueverint, amplius non vomunt, nonnulli etiam planè non vomunt. Exhibetur etiam diebus pluribus vel paucioribus, pro ægri & morboratione. Aliis n. dies quindecim sufficiunt, aliis 20. aliis etiam 30. necessarij sunt. Videndum autem, vt chalybs descendat & per aluum euacuetur, quod ex fecibus nigris cognoscitur, quod nisi fiat, quarto die vel clystere iniecto, vel pilulis ex aloë rosata, vel de tribus, alius cienda. Non inutile quoque fuerit, post decimum vel duodecimum diem leni purgatione vt, deinde à purgatione bi-duo quiescere, & hinc ad vsu chalybis redire. Vt verò chalybs facilius descendat, & non retineatur, potest pulueris Drach. addi spec. diaroch. Abbat. aloes an. Drach. j. & cum syrup. capill. ♀ vel fumariz pilulæ inde formari. Purgantia tamen pro humorum peccantium natura variari possunt. Si n. pituita admisceatur, agaricus & semen carthami; si bilis, rhubarbarum addi potest; melancholia potissimum abundante folia senæ vsurpentur.

Thermæ &
acidulæ.

Ut chalybis, ita & acidularum & ac thermarum vsu supra malum hypochondriacum, quod purgantibus expugnari non potuit, curatur. Quæ procul dubio eadè ratione, qua chalybs, hoc malum tollunt, dum nimirum partes & spiritus minerales, quibus acidulæ & thermæ abundant, secum humores vitiosos è corpore rapiunt, & deferunt. Atque hinc qui acidulas & thermas bibunt, nigra per aluum deiciunt, magna quantitate, qui color non semper ab humoribus atvis est, sed à ferro & vitriolo; sicut & vulgo notum est, è vitriolo, quod idcirco atramentum sutorium appellatur, & ferri rubigine tinturas nigras fieri. Cum autem non cuiuslibet facultates, & rationes ferant, vt quasuis acidulas vel thermas adeat, eas quilibet in vsu trahere potest, quas in vicinia ad hunc affectum vtiliores esse, publica fama & longa experientia constat. In Germania commendantur acidulæ Schvvalbacenses, Griesbacenses, Egranæ. E thermis Badenses Marchionis, Carolinæ. In Italia Aponenses in agro Patauino, Sancti Cassiani & aliz plurimæ.

Non hic prætereundum videtur, esse quosdam ehymericos, qui acidularum compendium quoddam promittunt, & se id, quod acidulæ magna copia potæ præstant, salino quodam puluere paucorum gra-

A norum pondere exhibitio, aut liquore exiguo idem effecturos pollicentur: & sui institori hanc rationem proferunt, quod magna aquæ copia ventriculum offendat, id quod exiguus puluis facere non possit. Verum errant illi, me quidem iudice, sed saluo aliorum iudicio, non parum. Nam hæc ipsa acidularum & thermarum est prerogatiua, quod etiam in magna copia potæ corpus non offendunt, sicut alia medicamenta purgantia, dum mox iterum euacuantur; interim omnia ventris inferioris vasa penetrant, & quicquid ibi vitiosi offendunt, abstergunt & abluunt, quod puluis aliquis salinus granorum non ita multorum pondere exhibitus præstare non potest. Si enim perpendatur, quantus sit vasorum mælaricorum numerus, nulla paucorum granorum ad ea est proportio, vt ille in omnia distribui, hærentesque hinc inde humores educere possit. Vt nihil dicam de illa singulari missione à Natura facta, quam Ars imitari non potest, vt & de eo, quod vis thermarum & acidularum non tam in sale quodam fixo consistit, quam in spiritu volatili, qui faciliè euanescit.

B Simul verò toto curationis tempore leni cum externis tum internis medicamentis prospiciendum. Cum enim, vt supra dictum, ab hoc præcipuè mali huius origo pendeat, & nisi is sese bene habeat, nec epati pro sanguine generando idonea materia, nec ventriculo & alijs ventris inferioris visceribus alimentum probum suppeditetur: omnino danda operta, vt saluus conseruetur, aut si à statu naturali lapsus sit, in eum restituatur, quod sit medicamentis, quæ terrenum ipsius humorem leniter emolliunt, attenuant, & detergunt: qualia supra proposita sunt de affectibus lienis.

C Habenda quoque aliarum partium, quæ ad mali huius generationem aliquid conferunt, ratio. Ventriculus roborandus iis, quæ calorem eius fouent, concoctionem adiuuant, & status discutunt, de quibus in affectionibus ventriculi dictam: quæ ita moderanda, ne nimis calidorum vsu intemperiem, quæ est in vicinis visceribus, augeamus, humoresque amplius exsicceamus & aduramus. Commodum hic est absinthium, quod non solum stomacho & ventri vtile, sed & neque flatum in ventre multum fieri permittit, neque aluum exsiccare penitus, & vrinas ciet, & concoctionem probè adiuuat, vt scribit Aetius, *retrab. 2. ferm. 2. cap. 10* qui etiam huius solius vsu quosdam à melancholia liberatos esse testatur. Nec negligendum est epati. Imprimis vero vbi *anæsthesia* est & contraria intemperies viscerum, ventriculi scil. & epati, cautè agendum, ne dum vni succurrimus, alteri noceamus. Fit autem hoc, dum vel ventriculo sua medicamenta extra, epati intus, aut contra adhibemus; vel alternatim nunc ventriculo, nunc epati prospicimus. prout huius vel illius affectus & symptomata magis vel minus vrgent, vel dum medicamenta vtrique visceri conuenientia miscemus. Commodissimum verò semper fuerit, primò ventriculum vel vomitu, vel leni medicamento euacuare: interim extra epati prospicere. Quia tamen humores ex vtriusque visceris intemperie generantur, tandem aduruntur, temperata medicamenta adhibere vtilissimum est, quæ simul aperiant & attenuant, ex cichor. agrimon. fumar. cum oxymelite & sero lactis.

D Cæterum quia & cordi & capiti vapores molesti sunt, qui ex illuue illa humorum in hypochondriis eleuantur, ij à capite & corde auertendi, dissipandi, eorumque prauitas corrigenda. Auertunt à capite & corde vapores extremorum frictions, lotiones, scarificationes, fonticuli in cruribus excitati. Vapores discutunt, eorumque prauitatem corrigunt, flo-

radic. helenij, scorzonera, sem. coriandri, anisi. ze- A doaria, ambra, quæ in calore nativo etiam & spiri- tibus ac membris principalibus roborâdis facile pri- mas tenet; margaritæ; corallia, lapid. preciosi vilitati, bezoar, è quibus plurima medicameta passim obuia parari possunt. Vulgaria sunt Confectio de hya- cintho, Alchermes. Tandem, quod Aëtius, *tetrab. 2. serm. 2. cap. 10.* de curatione melancholice mon- et, id in genere de affectione hypochondriaca locum habere potest, nimirum naturæ remissionem interdum dandam, & à medicamentis aliquandiu absti- nendum est: Cum in curatione videatur assiligi, quie- te verò inualescere, & superate morbosiam antea attenuatos, vt observatum sit, multos sic aggro- tantes tempore curationis nihil commodi percepisse, dimissa verò curatione restitutos fuisse. Quod B interdum etiam in thermarum & acidularum usu euenit.

bis cap. 7. subingestum lecti melancholicis acetum acerrimum cochlearis mensuram propinant. Verum non aliter hoc admitti potest, nisi in melancholia, vt vapores, præcipue ex humore adusto ad caput tendentes, supprimantur: non verò simpliciter in affectione hypochondriaca. Alias enim Hippocra- tis intentio vetissima est, acetumque humores mel- ancholicos & lienis ac ventriculi constitutionem viciolam, ob quam aliâs humores acidi generantur, auget. Si tamen ob vim incidendi cibus admisceri liber, vt & medicamentis, parca manu fiat: & aliis, quæ lieni profunt, additis. E leguminibus ad- mitteri potest hordeum & avena. E plantis asparagus, cichor. endiuia, petroselinum: reliquæ plerique parum viles, imprimis brassica muria condita. Panis sit è frumento puro, fermentatus & bene coctus.

Circa cibostamen monendum, vnicè dandum esse operam, ne cruditas vho modo generetur. Quis in re imprimis ad ventriculum respiciendum, quia in omnibus hac affectione laborantibus non semper eodem modo sese habet; & ob vitiosum, quo nutritur, alimentum nonnullos cibos sæpe peculiariter auer- satur. Ideoque non semper commodiores sunt cibi tenuiores, & qui facile alterantur; cum in iis, qui- bus cruditas nidorosa familiaris est, tales cibi facile contumpanantur, qui propterea iis non sunt exhibendi; sicut contra iis, qui cruditati acidæ sunt obnoxij, ci- bi frigidi non conueniunt. Imprimis verò ad pecu- liarem cibi naturam respiciendum. Itaque cibi ij ex- hibendi, quos ægrum optimè tolerare, concoquere, & citra vllam molestiam distribuere animaduerti- mus. Neque enim tam refert, quàm boni cibi ex- hibentur, quamquam bene coquantur: siquidem cibi etiam boni, si non bene coquantur in ventricu- lo, plus nocent, quam deteriores, si benè coquan- tur.

Circa cibos quid notaandum?

CAPVT VII.

Diata.

Vltimò Diatam quod attinet, si vilo alio in morbo ea exquisita & accurata opus est, in hoc morbo maximè necessaria est: cum à diatæ erroribus originem habeat, & foueatur, ac sine ea pa- rum medicamenta profunt: si verò accurata institua- tur, non parum ad hunc morbum expugnandum mo- menti habeat.

Aër ergo sit temperatus & putus: cibi sint boni succi, facili coctionis, temperati, non calidi, non ficci, non viscosi, lenti, crassi, non acres, qui in- temperiem viscerum augere, humores amplius adu- rere, & meatus obstruere possint. Conueniunt ergo carnes agnina, vitulina, vetuecina, bubulæ saltem iuniores & teneræ, non pingues aut frixæ: suillæ verò, hircinæ, caprina, bubulæ vetustiores, cer- uina, asatum, anserum, columbarum & similes du- riores noxiæ sunt. A carnibus etiam sale conditis, vel fumo induratis & exsiccatis planè abstinentum. Sal cum densandi, constringendi, & coagulandi vim habeat, facit, vt humores in hypochondriis fa- cilis cumulentur & decineantur. Pedes etiam & viscera animalium in usum non veniât. Oua tremu- la non sunt inutilia; nec iuscula gallorum & galli- narum, carnis bubulæ, mediocritamen quantitate sumta; cum æstum hypochondriorum temperate possint. Nimiâ verò quantitate sumta fluctuatio- nes pariunt. Lactis visus non est commodus, vt nec casei. Pisces sint saxatiles & ex puris aquis, funduli, lupi, perca: Carpiones verò, anguilla, cochleæ, cancri, pisces duri, maritimi plerique, imprimis ex- siccati, vt & alij sale conditi, vel fumo indurati no- cent. Fructus etiam plerique reiciendi, cum vt plu- rimû dulces sint, ac præterea flatulenti, & facile cor- rumpantur, præter poma Borsdorffiana & similia, passulas, amygdalas, pineas. Cappares quidem lau- dantur vulgò; virum rectè usurpandi. Nam non so- lum difficilis coctionis sunt, sed & acetum, quo con- diuntur, humorem melancholicum fermentat & exaltat. Commodissimè præparantur, si condiantur addita tertia parte passularum Corinthiacarum, sac- chari eadem quantitate & momento acetii.

Potus sit vinum album tenue, benè maturum, be- nè defecatum, non austerum, vel quod in lapide cal- cario, & aliis locis materiam tartaream suppeditan- tibus crescit. Conditi potest vinum flor. & radic. hortaginis, vt & ex aliis plantis huic affectioni con- uementibus supra enumeratis. Nec inutile est vinum absinthites è multo paratum, cui, si liber, pars tertia rad. borrag. vel buglossi. addi potest. Cereuisia, quæ in nostris regionibus vsitata est, sit pura & bene de- fecata. Hydromeli è succo pomorum describit Paulus Ægineta, *lib. 7. de remed. cap. 5.* Aëtius, *tetrab. 2. serm. 3. cap. 138.* quod etiam pro naturarum & circumstantiarum ratione locum habere potest. Quod verò de cibo monuimus, idem de potu monendum, vt videamus, quem potum sine vlla eru- ditate ac incommodo æger melius ferat. Aliis enim vinum, aliis cereuisia, & quidem hæc vel illa ma- gis conuenit: ac sæpè obseruatum, nonnullos cibos in hac affectione bene retinere, quam primum verò cereuisiam bibunt, vomere, & post horarum etiam aliquot intervalla cereuisiam parum alteratam reici- cere. Circa cibum & potum & hoc monendum, ne nimiâ varietate peccetur, aut copiâ ventriculus ob- bruatur: aut alij cibi assumantur, antequam priores concocti sint, & in ventrem descenderint.

Potus.

Hydromeli è succo pomorum.


Somnus sit mediocris & tempestinus, nec statim à cœna ineatur. Vigiliæ nimix multum hæc in affe- ctione nocent. Exercitia & motus corporis sit mode- ratus, vita sedentaria incommoda est. Animi nimia intentio & lucubrationes, præsertim à cœna, valdè in hoc affectu noxiæ. Præcipue verò grauiora ani- mi pathemata, ira & metror, quæ vel sola affectum hunc producere valent, præsentemque miris modis fouent & augent, vitanda.

Diata.

ibi.

Acetum an coteniatur?

De aceto Autores non consentire videntur. Hip- pocrates, *3. de vict. rat. in acut. text. 38.* scribit, quod ab aceto τὰ μὲν αἰα ζυμῶσι, & μεταρρίζωσι, & πικρα- λασιοῦται: Galen. *in comment.* acetum melancholi- cis aduersissimum esse addit. Aëtius tamen, *tetrab. 2. sermon 2. cap. 10.* & Paulus Ægineta ex Posidonio & ex his Donatus Altimatus, *de medendis mor-*



LIBRI TERTII

PARS QUINTA.

SECTIO SECUNDA.


DE SCORBUTO.

CAPVT I.

De Scorbuti nominibus & natura.

Scorbuti
Nomina.

Scorbutus.

Schor-
mundt.
Schorbeck.
Schorbein.
Blav-
schunt.
Gingipe-
dium.
An fuerit
antiquis
cognitus.An sit Of-
cedo.An Stoma-
cacæ & Scel-
otyrbæ.

ORBI huius, hoc loco meritò tractandi, vulgatum nomen apud Medicos est Scorbutus, seu Schorbutus, mutata appellatione à Saxonie inferioris incolis, qui eum *Schorbock*, aut *Scorbock*, & Hollandis, qui *Sclarbunck*, ab effectu, cruciatibus sc.

& torminibus ventris, nominant. Quia tamen non solum venter, sed & alix partes in eo afficiuntur, ab iis alia quoque nomina accepit, & *Schurmundt*, Danis etiam *Schorbeck*, ab oris vitio, vacillantibus dentibus, & laxis, ac sepe exulceratis gingiuis; & *Schorbein*, à languidis eruris, & à blavis glactinis, seu puniceis maculis *Blavschunt*, appellatur. Nonnulli (quod cuidam Regnereio Sney, celebri sui temporis Practico, tribuitur, vt apud Forrestum, *libr. 20. obs. 11.* videre est) à læsis gingiuis, & pedibus Gingipedij nomen (crassa & pingui minerua, vt Clariss. Salomon Albertus ait) slexerunt.

Quibus nominibus antiquis fuerit appellatus hic morbus, imò an antiquis cognitus fuerit, in controuersiam vocatur. Iunius, in *nomenclator.* à Marcello, qui Gratiani & Theodosij Imperator. ætate floruit, hoc malum appellari scribit *Ofcedinem*. Et si verò nonnulli, vt Balduinus Ronssæus, *lib. de magn. lienib. Hippocrat. cap. 2.* hoc malè fieri dicant; cum *Ofcedo* vitium sit apud Gellium, *libr. 4. cap. 20.* quo qui tenentur, sæpius oscitant: tamen cum remedia, quæ Marcel. *de re Medic. cap. 11.* contra *Ofcedinem* proponit, non oscitationis vitio, sed scorbuto, & gingiuarum exulcerationi conueniant: omnino oris vitium scorbuticis familiare per *Ofcedinè* eo loco apud Marcellum intelligi debet. Quod verò Gellius, *loc. alleg.* describit vitium, ab hoc planè diuersum est, & ita saltem nomine, nullo verò modo re *ofcedo* Gellij & Marcelli conueniunt.

Plinius morbi cuiusdam, quem *Stomacacæ*, & *Scelotyrbæ* appellauit, mentionem facit, *libr. 25. histor. natur. cap. 3.* his verbis. *Non bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed interim aquarum quoque, & locorum. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Casare promotis marino tractu fons erat aque dulcis solas, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus dissoluerentur, Stomacacæ Medici vocarunt, & Scelotyrbæ, &c.* Atque hunc morbū plerique Medici Scorbutum esse existimant. Quibus & ego assentior, & *Stomacacæ*, ac *Scelotyrbæ*. Plinij ipsissimū scorbutum esse puto; cum in iis locis, in quæ Cæsar Germanicus trans Rhenum castra prouexit, malum ho-

die etiam sit frequens, & præcipuè in castris, iis maximè in locis, facile contrahi possit. Nomen autem hoc non à Fisiis & Germanis, qui procul dubio Medicis tum temporis doctis, & linguarum peregrinarū peritis desituebantur, huic malo inditū, sed Medici vel Græci, qui apud Romanos erāt, vel Latini Græcæ linguæ periti, qui exercitū Romanum sequebantur, ex symptomatis, quæ maximè in ore, & tibiis apparebāt, id slexerūt, & indiderūt, ac *σχορβυλλω* quasi *σίματις ἔχλω* vel *ἔχλω* (Barbari *Stomacaciam* nominant) ab oris vitio, quod Germanis etiam *dic Mundtsenle*, *σχιλστίς κλω*, seu *σχιλστίς κλω* (vtrumque enim nomen apud probatos autores occurrit: prius tamen analogiæ magis conuenit) à tibiariū seu crurū læsione appellatū; aut certè antiqua nomina, & iam tum apud Medicos obuia & vsitata iis accommodauerunt. Nā etiam, in *lib. de defin. Med.* qui sub nomine Galeni circūferunt, *scelotyrbes* fit mentio. Verum ea *scelotyrbæ* Scorbutus non est, sed *paralyseos* quædā species, qua qui laborant, rectè incedere nequeunt, sed nunc in læuā, nunc in dextrā partē contorquent corpus, interdū crus post se trahunt, non secus, ac ad accliuos locos ascendētes faciūt. Quia ergo Græci, vel Romani, quibus primū Scorbutus offerebatur, in eo quoque crurum quandā resolutionē animaduertebāt, atque aliud cōmodius nomē nō habebant, propter affinitatem & ipsum *scelotyrbæ* nominarunt.

Verum hoc nomen non primū Scorbutus accepit in castris Cæsaris Germanici, quæ trans Rhenū duxerat, vt plerique existimant: verum iam apud Strabonē, *circa finem lib. 6. Geograph.* qui sub Augusto vixit, hæc nomina occurrunt, qui morbum hunc, qui in exercitu Ælij Galli, iussu Augusti in Arabiam ducto, exortus est, *Stomacacæ* & *scelotyrbæ* nominat. Vt ita nomen hoc Medicis Romanis iam notum facilius morbo in castris Germanicis exorto imponi potuerit. Hic non prætereundum, in Strabone non *σχορβυλλω*, sed *σχορβυλλω* legi, quam lectionē si quis sequi volet, deriuabitur hoc nomen à *ἔχλω*, quod est mæda: neque planè inconcinne. Scorbuticis enim, qui hoc vitio oris laborant, *os ἔχλω* olet.

Neque hoc hîc silentio prætere posse, me dubitare, an Plinius causam, quod militibus dentes deciderint, compagesque in genibus dissoluta esset, in potum aquæ dulcis cuiusdam fontis rectè retulerit. Nam cum hodie omnia illa loca trans Rhenum cognitissima sint, neque tamen quisquam de tali fonte aliquid referat, quod ego sciam; neque Plinius id statim, sed post biennium demum accidisse scribat: credibilis est, id seu ex cibi pua-

Quare
hoc no
accepe

σχορβυ

talem Indiam nauigando inuenerant, cum in promontorio quodam aquam fluminis cuiusdam bibissent, gingiuas ita intumuisse, ut os eas vix caperet. Nisi forsitan Scorbutum ex victu nautico contraxerunt, qui se in promontorio illo primò timore gingiuarum detexit. Ut ita quocumque in loco causa huic malo generando, & præcipue victus ratio suppetit, ibi generari possit Scorbutus. Sicut & hodie non solum in Germania inferiore, sed & in Misnia, Bohemia, Morauia, Silesia, Borussia, Hassia, & locis finitimis non rarò reperitur: Imò quandoque etiam in Italia, Gallia, Lotharingia, & aliis regionibus, ut ex Engaleno, P. Foresto, Roderico Fonseca, Carolo Pisone videre est: cum nusquam non in diæta peccetur, & in primis in diæta, ut ille ait περιλάρομα pariat, & si ratio diæta sit φάλα, ή φλάουρα, cum alij morbi, tum pro errati ratione etiam Scorbutus generari possit. De Scorbuto in Misnia grassante ita scribit Georg. Fabricius, lib. 2. annot. Urbis Misne, sub historia anni 1486. grassatus est, inquit, hoc anno nouus & inauditus in his terris morbus, quem naturæ Saxoniz vocant den Scharboeck, qui est inflammatio (alij legunt inflatio) in membris partium carnosarum, cui quò celerius adhibetur medicina, eò citius malum restingitur. Sin mora accedit paulò tardior, sequitur membri affecti mortificatio, quam siderationem nostri Græci σφάλλω dicunt; vltimum gangrænae malum. Nam caro ob ossibus defluit & contigua quoque de hinc corumpuntur. Fuit idem morbus contagiosus multorum mortalium graui periculo.

Neque hic ad aliquam singularem regionis proprietatem ab astris, aut Natura impetram confingere opus est. Sufficiant causæ illæ, quæ mox enūmerabuntur, victus ratio, & similes. Quæ enim in terris Balthici accolis, & Germaniz inferioris incolis sint vernacula, & omnes in his concurrant, mirum non est, quod hic morbus maximè est familiaris. Aliis verò in locis, quibus Scorbutus ignotus, nisi vna harum causarum competere videatur, alia tamen deest. Veneti quidem in stagnis & paludibus maris Adriatici habitant: verum victu longè alio, quam Saxones vtuntur. Tartari quidem, & Arabiz montanæ incolæ, alijque multi victu præuò, & inordinato vtuntur: verum tamen non eo, quo maris Balthici, & vicinarum regionum accolæ, quibus carbescit, & fumo indurata, pisces salsi, vel fumo suffragore exsiccati victu familiarem præbent, neque aëre simili, neque aquiseiusmodi paludosis vtuntur.

Atque ita Germanici, & Suecici Oceani, Balthicique sinus accolis, & finitimis populis Septentrionalibus Endemius quidem est & in primis hic morbus: aliis verò in locis, vbi rarius, & non ex communi, sed sua cuque, & priuata quadam victus ratione contrahitur, in numerum 7 περιλάου referri potest. Imò quandoque inter Epidemios morbos referendus; cum seu ex victu præuò communi, seu ex aëris constitutione humida & vlginosa plurimos simul in eadem regione inuadit, aut multò frequentius, quàm aliàs conuenit, grassatur: id quòd Rombert. Dodoñ. in obseru. med. cap. 33. anno 1556. apud Brabantos accidisse scribit. Nam cum propter validam famam fecalis corrupti ex Borussia aduerti vñs esset, non pauci à Scorbuto male habere cœperunt. Idem annotauit Forestus, & simile quid anno 1562. accidisse refert, lib. 10. obs. 12.

Esti autem malum hoc hodie satis cognitum, & plurimis locis familiare quali est: tamen in quocuius natura consistat, non ita planam est; cum maxima morborum, & symptomatum in eo concurrat congeries. Adest enim sæpe Lienis intemperies, eiusdem, & venarum portæ obstructio, soluta

A vinitas; & vlcera crurum; magnitudo modò aucta, modò imminuta: symptomata plurima in facultatibus penè omnibus læsis, & qualitibus mutatis, ipsisque excretis non bene se habentibus. Et tanta omnino morborum, & symptomatum varietas in hoc affectu concursit, ut vix alius sit tam multorum & qui sub tot morborum speciebus latet, ac Medicos, etiam cum cauillè maximè videntur, læpe decipiat & deludat. Neque enim gingiuarum vlcera, & oris sœtor, dentium vacillatio, & crurum maculæ, atque vlcera, vel illa σκαλοτόβου statim, ac semper apparent, neque vbi apparent, solum conspiciuntur, sed & dolores in cruribus δσσώπι, nausea, ac vomitus, περιόξα, alui nunc consuptio, nunc

B fluor, & dysenteria, sputum copiosum & perpetuum, dolores vagi, cardialgia, & anxietas, hypothyria, febrium varia genera, deliria, conuulsiones, paralysis, hydrops; arthritides, plucitis, heijsi pelata, varia vlcera, & alia. Non tamen idem morborum, & symptomatum in omnibus concursus, sed in hoc ista, in illo alia, in hoc plura, in alio pauciora apparent, quæ tamen omnia ab vna causa variè disposita, & ad hanc, vel illam partem ruente ortum habent. De quibus omnibus præ cæteris diligenter egit Seuerinus Eugalenus, in suo de Scorbuto tractatu, qui prolixè omnes morbos, & symptomata, quæ Scorbuto coniungi solent, descripsit, & Scorbutum ita depinxit, ac in lucem produxit, ut iam amplius latere facile non possit. Et dicentur de

C hisce plura postea de signis. Itaque cum ex tam multis, usque diuersi generis, & diuersas partes occupantibus morbis, & symptomatibus quasi cõponatur Scorbutus; humoris verò, qui proxima omnium causa est, natura planè cognita non sit, vna, & perfecta definitione naturam eius exprimere si non impossibile, tamen difficile est. Ne tamen sine definitionis luce in hoc tractatu versemur, qualem possumus, afferemus, & ita commodissimè Scorbutum describi posse putamus. Scorbutus est praua & occulta qualitas, seu dispositio, toti corpori, præcipue verò visceribus nutritioni dicatis impressa, ab humore melancholico crasso, seroso seu ichoroso, peculiari modo corrupto orta; cum spontanea lassitudinis, & grauitatis, in cruribus præcipue, sensu, pectoris angustia, & respirationis difficultate, gingiuarum corruptione, & oris graueole nua, ac maculis purpureis in cruribus in primis, aliisque morbis, ac symptomatibus plurimis ab eadem causa pendentibus, coniuncta. Seu praua quadam corporis nutritio vel cachexia, ab humore melancholico peculiari modo corrupto orta, coniunctam habens crurum debilitatem, maculas, gingiuas imidas & sanguinolentas, dentium laxitatem, & plura alia symptomata.

Scorbuti definitio.

CAPVT II.

De Subiecto & causa Scorbuti.

E Sed vt ista clariora fiant, & Natura Scorbuti penitus, quantum possibile, cognoscatur; duo in primis declaranda sunt: Humoriscorbutum producentis natura, & generationis modus; ac morbi, & symptomata, quæ Scorbutum comitari solent.

Et prius quidem vt rectè expediatur, natura humoriscorbutici à prima origine inquirenda.

E cibo in ventriculo chylus fit: chylus in ventriculo elaboratus per venam portæ dictam ad Epiploon, & Lienem deducitur, vt ibi in sanguinem totius corporis alimentum conuertatur. In quibus sanè coctionibus si omnia se rectè habeant, id ex totius

In primis vñs collu. uic vñs collu. rum hie morum multorum morborum causa conuenitur.

Quando quæ sit sporadicus. Quando Epidemicus.

Morborum & symptomatum in Scorbuto congeries.

corporis commodo est. Verum quia plerumque cum ob errata, quæ in victu committuntur, tum ob partium debilitatem coctiones hæ, & quæ iis coniunctæ sunt, excrementorum separationes non rectè perficiuntur, humorum vitiosorum sæpe colluies tanta cumulat, ut à destinatis à Natura receptaculis tota capiri non possit. Ac tum humores superflui & vitiosi in partes vicinas, mesenterium & pancreas protruduntur. Partes enim hæ non solum laxiores sunt, sed & plurimas glandulas, quarum caro *σπυρμα* *σπυρμα*, & bibula, obtinent, & totius corporis qualitatina sunt. Recipit eosdem & Omentum, ac cavitata illa in sinistro hypochondrio sub diaphragmate, ex ventriculi, omenti, coli & viscerum connexu orta, & exitum non habens, sed ita conclusa, ut aquam quoque & flatum continere possit, ab Hier. Fabricio de Aquapendente, in *historia seu structura omenti*, luculenter descripta, nec Hippocrati ignota, qui 7. *Aph. 54.* scribit: *Quibus inter ventriculum & septum transversum pituita concluditur, & dolorem adferre, in alterutrum ventrem viam non habens, in per venas in vesicam versa pituita morbi sic solutio.* Atque hoc in loco ut morbi hypochondriaci sedes sæpe hæret, ita non rarò Scorbutus ex illius morbi causa peculiarem corruptionem ulterius sortita inde oritur. Cavitata enim illa natura interdum simul vititur ad recipiendos superfluos humores, pituitosos, crassos, limosos, serolos & aquosos, melancholicos, atros, flatuque etiam. Et quidem ex tribus membris in illam cavitatem excrementa ista transmittuntur, ex liene, epate, ventriculo. Ac sæpe in Anatomia observatum, marsupium & hanc omenti cavitatem nunc atro humore refertam fuisse. Flatus etiam in ea contineri extra dubium est, ob quos, cum abdomen comprimitur, aut venter attollitur vel deprimitur, sonus in manifestus percipitur. Nouique studiosum, qui quoties manu sinistram hypochondrium comprimit, manifestus sonus etiam ab adstantibus percipitur. In his nimirum locis cholerae, melancholice, diarrhae, dysenterice, cachexice, atrophice, languoris, lentarum, crantiumque febrium, latentium denique morborum causas se deprehendisse, rectissime Fernellius, *lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 7.* scribit. Imò ex vitiosis humoribus in hisce locis cumulatis, præter enumerata mala, alia plurima, ut pote scabies, maculae, ulcera, & tumores varij, arthritidis, paralytis, convulsiones, ventris tormina, dolores varij, & vagi in corpore ortum habent, ut ferè nihil morborum in corpore sit, quod non ab excrementis in hisce locis cumulatis provenire possit. Cum enim sentina ista corporis plena est, pars vitiosorum humorum non pauca venæ caux, & arteriæ magnæ communicatur, per quatum ramos postea in totum corpus distribuitur, & prout constituta, ac disposita est, ac in hanc, vel illam partem à Natura protruditur, nunc hoc, nunc illud mali ac morbi genus excitat. Atque ita rem se habere experientia confirmat, ac in demortuis sæpe (cumin viventibus causa mali satis deprehendi non potuerit) in mesenterio ulcera sordida & abscessus deprehensi sunt, è quibus nunc febres acutæ cum sanguinis nigerimi vomitu, & per aluum excretionem copiosa, cum animi deliquiis, nunc epate, liene, & intestinis salvis ventris tormina intolerabilia, & tandem mors; nunc nausea, vomitus, melancholia, cachexia, atrophia; nunc dolores Colicis similes, vrina purulenta; nunc perpetua vigilæ, lipothymia, sudores frigidi, & similia mala originem habuerunt.

Facit ad istorum in mesenterio vitiosorum humorum coactionem, imprimis Lien, dum suum officium non facit; lienque generationis horum pravorum humorum plerumque præcipua causa est,

A mesenterium ac vicina loca receptaculum & sedes, ac in hisce locis morborum & symptomatum, quæ scorbutum comitantur, causa querenda est. De quo *parte 4. cap. 5.* dictum. Sed ut ad Scorbuti naturam explicandam propius accedamus, quænam sit humoris Scorbutum producentis natura, quo in loco & quomodo generetur, explicandum. Primò autem hoc præsupponendum, coctiones, quibus alimentum corpori nostro alendo idoneum elaboratur, idque ab inutilibus, & excrementis partibus seceratur, quadam quasi fermentatione, & *πυρρα* (licet hæc vocabulis uti) perfici, quibus, quæ antea erant crassa, & fixa, rarefiunt, spiritualiscunt, ut sic dicam, & ut Chymicorū termino utar, volatilia redduntur, B perficiuntur, & ab excrementis suis liberantur, ut eò facilius corpori nostro non solum assimilari, eique utile, & purum alimentum suppeditare, sed & spiritibus materiam præbere possint. Apparet hoc etiam in alterationibus fructuum. In maturatione enim, quæ primò erant austera, & acerbata, ac omnino fixa, & spirituosifere nihil obtinebant, omnia dulcescunt, & partes illæ longe subtiliorem, & spirituosiore, ut sic dicam, naturam induunt, ut ex iis spiritus etiam *πνεύμα* elici possit, qui ex immaturis non poterat. Multò verò magis apparet hoc in fermentatione ea, quæ in musto, cereuisia, & succis è piris, & pomis, aliisque fructibus expressis accidit, è quibus ante fermentationem nihil fere spiritus, post fermentationem verò is satis copiosus elici potest. Eademque omnia ante fermentationem cruda, ac impura, ac proinde minus salubria sunt, scilicet nimirum adhuc permixta, & in quibus calori nostro plurimum laborandum est: Vbi autem fermentantur, cum excrementis suis quasi pugnam ineunt, spiritualiscunt, *πνεύμα* ut Hippocrates 3. *de vit. rat. in acut. 17.* loquitur, rarefiunt, & in maiorem molem accolluntur, atque exaltantur, ac finita fermentatione, quibus subsidentibus longe subtiliora, puriora, & spirituosiora redduntur. Idem in pane videre est, qui si fermentetur bene, & ipse rarior redditur, atque ad coctionem longe aptior est, quam non fermentatus. Et quidem cibus, dum coquantur, & ut alimentum corpori fiant, elaborantur, attenuantur, rarefiunt, & (licet sic loqui) spiritualiscere quasi, ita euidens est, ut doctiss. Planerus in eam venerit sententiam, *lib. 2. meth. med. cap. 4. p. 72.* cibum, & potum in ventriculo in halitus resoluti, qui in venas mesaraicas subeant & inhalet, ibique in speciem sanguinis concretionem quadam mutantur: id quod disputatione quadam peculiari se demonstrasse scribit. Neque solum aliæ alimenti & potus partes hoc modo rare & volatiles quasi in corpore nostro redduntur, sed & ipse sal, qui alimentis inest, & cum iis assumitur, ex fixo volatilis, spiritualis quasi, & animalis redditur. Atque his quibus, qui saltem volatiles è cornibus, & ossibus animalium, ex sanguine, & vrina destilando elici vidit, non ita difficulter fidem habebit.

Itaque dum omnia sese rectè in corpore habent, alimenta in ventriculo resoluuntur, partesque ad alendum inutiles secerantur, & per aluum excernuntur: quæ verò ad alendum utiles sunt, propria ventriculi, & intestinorum vi elaborantur, & naturæ humanæ consentaneæ redduntur. Cum verò eam formam, & similitudinem, quam cum corpore alendo habere debent, in ventriculo, & intestinis adipisci non possint, ad iecur, tanquam sanguinis officinam, amplius elaborandæ mittuntur. Ut autem sanguis purior in epate elaboretur, crassiores chyli partes, mediante sero copioso, quod diluuntur, & ad fluxum ac motum aptiores redduntur, à liene auertuntur, & attrahuntur; qui tamen & ip-

Cibi in coctione rarefiunt & spiritualiscunt.

In totum corpus per venas & arterias distribuitur.

Crassiores chyli partes à se attrahuntur.

Et crassum illum chylum pro sanguificandi facultate qua præditus est, quantum potest, elaborat, & in sanguinem sibi, & vicinis partibus valem, & commodam mutat: quod verò planè corpori alendo inutile est, per destinatas à natura vias expellit, vt *lib. 1. Inst. cap. 9.* pluribus hac de re egimus.

Atque hæc omnia si rectè, & decenter in corpore perficiantur, homo bene valet: si verò (vt generationis Scorbuti modum breuibus comprehendam) ob viuendirationem incommodam, & crudum, crassum, ac prauum victum multa alimenta à natura, vt appellat Hippocrates, tanta copia assumantur, vt à corpore, alias etiam sano, & forti, ac vt coctrice pro viribus in eis conficiendis laborante, omnia satis concoqui, & ab excrementitiis partibus liberari non possint, & chylus multis partibus crassis, ac tartareis, vt à Chymicis appellantur, abundans, ad viscera secundæ coctioni destinata perueniat, accidit vt partes illæ crassæ, salæ, fixæ, nec omnes à liene attrahi, nec satis elaborari possint. Atque ita coctio, & *αὐτὸματὸς* illa, qua omnia alimenta fermentari, & quasi spiritualescere debent, impeditur, & partes cibi crassæ, salæ, & fixæ esculentus, & fixus tartareus copiosè cum eibis ingestus crassam suam, & fixam naturam deponere, ac rarefieri, volatilis, ac animalis reddi, vt debebat, non potest, & partes impuræ, inutiles, ac tartareæ ab vtilibus, & puris probè separari nequeunt. Vnde viscerum coctioni secundæ dicorum facultas tandem oneri & copiæ humorum istorum crassiorum succumbit, paulatimque debilitatur, ac in dies ad alimentorum coctionem, & elaborationem ineptior redditur, vt nimiam humorum crassitiam & deficientem *πρωματὸς* corrigere non possit. Quod vitium atque id, quod in rarefactione & attenuatione humorum deficit, quomodo vnica voce exprimi possit, non planum est: & proinde de nomine, modo de re constat, cum nomine litigabimus. Remb. Dodonæus, in *praxi Med. de magn. lien* & eam eo Cl. Dn. D. Gr. Hoastius *μίσχων* siue cruditatem appellat, & eam proximam huius morbi causam esse dicit.

Sal ergo ille fixus, ac tartareus, & partes chyli crassiores, cum omnes à liene attrahi, & elaborari, atque ab Epate sine incommodo attrahi non possint, vt pote quod subtiliores tantum chyli partes, tanquam sibi familiares, & sanguini bono generando aptiores naturaliter appetit; neque etiam ob copia, & ineptitudinem à Natura omnes expelli possint; in primis viis hærent, & in venarum mesaricarum, ac portæ ramis, adeoque ipso mesenterio, pancreate ac omento subsistunt, ac propter causæ, quæ talibus humoribus materiam suppeditare solet, continuationem, quotidie augentur, hisque salis, crassis, & fixis humoribus alij crudi, & vitiosi humores quibus coniunguntur, & permiscuntur, & ab iis hisce in locis deungunt; atque ita tartareorum, vt Chymici appellant, humorum colluies in primis viis coaceruatur.

Detenti autem hi humores in hisce locis, & hac quasi corporis sentina diutius, vltius corruptuntur, & variis hypochondriacis affectibus causam præbent, vsque dum tandem prauam, ac contagiosam, & Scorbuto peculiarem dispositionem acquirant. Humores hoc modo corrupti, & Scorbuticam dispositionem adepti, etsi aliquandiu in primis viis delitescant: tamen vbi tandem magna eorum copia coaceruatur, adiuante imprimis, & motum promouente seroso humore, quo diluuntur, ad Epate deferuntur, eiusque *αὐτὸματὸς* sæpe vitiant, & in venas, ac arterias effunduntur, ac cum sanguine permiscuntur, eumque inquinant, & cum eo in varias

corporis partes, etiam in musculos, tendines & articulos diffunduntur, ac varios morbos, & symptomata, pro partium, à quibus recipiuntur, varietatè excitant.

Extra enim in habitu corporis extra venas effusi, cum neque corpori assimilari, & apponi, neque exire commode queant, ibi detenti partium nutritionem impediunt, corpus grauant, ac lassum reddunt, vel hinc inde moti dolores vagos excitant. Ad gingiuas salis huius & corrupti humoris portio missa mollem eorum, & teneram carnem in laxum tumorem attollit, tandemque acrimonia sua eas arrodit, vnde pruritus in gingiuis sequitur, earumque caro leui suctione, & æterito sanguinem effundit, hæscit, exulceratur, ac putrescens à dentibus abscedit, & grauem odorem de se emittit, ipsique dentes vacillant, & ex ore excidunt. Quæ verò pars ad inferiora corporis per venæ caux crurales ramos à natura propellitur, per capillares venas, mediante sero, ad superficiem cutis cum sanguine detrusa, maculas nunc rubras, nunc purpureas, aut liuemes excitat, vel ad tendines, & ligamenta, ipsosque musculos delata crurum grauitatem, lassitudinem, & imbecillitatem excitat, & partes has vel laxat, vel ibi diutius hærens à sero, quo diluebatur, deserta, exsiccatur, & induratur, vnde tendines rigidi redduntur, cruraque motu priuantur & ambulandi impotentia, paralyseos quandam speciem mentiens, excitatur. Ad alias quoque partes delata dolores, tumores, erosiones, & sexcenta alia, quæ Eugalenus omnia diligenter enumerat, producit, de quibus postea plura dicentur.

E quibus etsi colligere facile sit, & quod Scorbuti subiectum, seu locus potius sit, vel sedes materia Scorbutum excitatis, & quis humor sit, à quo Scorbutus habet originem, & quomodo generetur: tamen vt Scorbuti natura manifestior fiat, de singulis in specie dicendum. Et primo quidem Scorbuti subiectum quod attinet, dum de subiecto Scorbuti agimus, non intelligimus hic partes corporis humani, quæ symptomata, & morbos Scorbuticis familiares patiuntur, cum nulla ferè corporis pars sit, quæ non malialiquid in Scorbuto pati possit; etsi nunc plures, nunc pauciores afficiantur, prout malum vel recens vel antiquum est: sed colluiei illius Scorbuticæ, & humorum vitiosorum, qui symptomatum & morborum in Scorbuto causa sunt, fontem & sedem inquirimus. Atque subiectum duplex statuimus, fontem & locum, in quo generatur, & sedem, in qua generata continetur.

Fontem primò huius colluiei quod attinet, hæc nisi è contagio contrahatur, mesenterium, & primas corporis vias, seu venæ portæ ramos, quæ illas perreptant, sedes esse statuimus. Etsi enim rarò accidat, vt sine lienis actione læsa Scorbutus excitetur, & plerumque humorum vicinorum prauorum & corruptorum contactu & ipse afficiatur, & labem contrahat: tamen quandoque saluus est; & ipse in cadauere Scorbuto extincti aperto omentum quidem totum ferè putridum, & corruptum, in liene vero nihil, quod, quantum ad sensum, culpam posset, deprehendi; & in quodam Hollandiæ Præside, Scorbuto laborante, magis Epate, quam Lienem affectum fuisse Forestus, *lib. 20. obseru.* 11. anotauit. Etenim licet Lien sanus, ac saluus sit: tamen si chylus sæculentus salis, ac tartareis excrementis, & superfluitatibus scateat, lien omnes illas nec attrahere, nec elaborare potest, atque ita in agendo sine suo frustratur ob errorem externum; eodem modo sicut actio ventriculi alias bene constituti sæpe læditur, si materia concoquenda aut nimis multa, aut aliena, & vitiosis qualitatibus infecta ipsi of-

Morborum & symptomatum Scorbuticorum generatio.

Scorbuticæ colluies vbi generatur.

Subiectum scorbuti.

eratur. Si tamen Lien ipse debilis, vel obstru-
ctus, vel quocumque modo male constitutus sit, mal-
to magis in agendo officio suo non satisfacit. Po-
testque utrumque fieri, scilicet vel ut primo à
crassis humoribus Lien obstruatur, eoque pro-
pterea officium suum non faciente, in mesenterio, &
primis viis humores Melancholici cumulentur; vel
ut primo in venarum portarum ramis ob alimentorum
vitiis tales humores cumulentur, & deinde lie-
nem obstruant, vel debilitati qui obstruuntur,
vel debilitati ad copiam eorum in dictis locis
augendam faciunt, & ut humores vitiosi longè co-
piosius, quam antea cumulentur, in causa est. Ut
ita sedes, & fons primus colluicis Scorbucicæ ex vi-
ctu contractæ sit in mesenterio, omento, & pri-
mis viis, locisque inter ventriculum, Epar &
Lienem mediis, & vtrique visceri vicinis, supra
descriptis.

Vbi conti-
neatur col-
luies
Scorbuti-
ca.

Esti verò hæc locis primam originem debeat
colluies Scorbucicæ, & in recenti morbo etiam
ius fere concludatur: tamen si malum iam diutius
duraverit, & materia ista vitiosa copiosior sit, non so-
lum hæc locis coëctetur, sed per venas, & arte-
rias in totum corpus diffunditur; unde totum
venosum genus, tam venas portarum, quam cauæ con-
plectens, sedes colluicis scorbucicæ dici potest. Et
chylus, dum è ventriculo per loca huiusmodi vi-
tiosis humoribus repleta transit, inquinatur: ipsum
præterea epar & lien à vicina & affluente eius-
modi colluie, eiusque vaporibus debilitatur. Ita
cum prava, & occulta dispositio non intra humo-
res semper se continet, sed vicinis visceribus, tum
humorum ipsorum corruptorum contactu, tum
vaporibus & fumis eorum imprimitur. Ventricu-
lus, quidem sæpe etiam afficitur, & labem à vicin-
is pravis humoribus contrahit: sapissime tamen
appetitus satis validus, & tantum non integer per-
manet: & si quæ circa ventriculi actiones appa-
rent symptomata, potius per consensum vicinorum
viscerum, quam per primum ventriculi affectum
fiunt. Viscera posteaquam dispositionem illam pra-
uam receperunt, eam rursus alimentis affluentibus
& elaborandis imprimunt: sicut idem in lue
venerea, & elephantiasi accidere solet. Atque
ita cum alimentum corumpatur, potius morbificæ
causæ accedit, eamque auget, quam ut corpo-
ri alimentum præbeat; & hoc modo totum cor-
pus cacochymia scorbucicæ inficitur. Idque ex san-
guinis venâ sectâ emisso apparet, qui manifestas
corruptionis notas exhibet, & plerumque parte
superiore pituita, aut mucore potius flavescente,
aut virescente quasi pelle obducitur. Imò vbi per
contagium extra admissum contrahitur scorbutus,
primo sanguis in vena caua corumpitur, etsi in
primis viis nullum sit vitium.

Secundò causam scorbuti, & eorum, quæ scor-
buto laborantibus p. n. accidunt, quod attinet,
antecedens equidem causa est humor melancholi-
cus, crudus, simulque ichorosus seu serosus, cui
interdum & alij humores crudi & corrupti permiscen-
tur, id quod vel vinarum varietas & crebra permuta-
tio ostendit. Ut autem is proximæ causæ naturam
hinc induat, peculiarem & huic morbi propriam cor-
ruptionem induat, necesse est. Esse melancholicum
non solum victus præcedens ratio, quæ ad nullum
alium humorem, quam melancholicum procrean-
dum inclinat, tum effectus, morbi scilicet, & sym-
ptomata, quæ in scorbucicis apparent, pleraque hu-
moris melancholici soboles, testantur, ut postea pa-
tebit. Et inesse talem succum sanguini, quia à liene
attrahitur, Galenus ex colore, qui quam epatis, ipso
visu teste, nigricantior est, & sapore acerbior, qui ear-

Causa
scorbuti est
humor me-
lancholi-
cus.

A ni etiam elix eius inesse deprehenditur, *lib. de atra
bile cap. 6. & 7.* rectè demonstrat.

Neque hic assentiri possumus Hieronymo Reuf-
nero, qui, *de Scorbuto, exerc. 4.* prolixè, & ope-
rosè probare conatur, scorbutum nullo modo fieri à
melancholico & crasso, sed ab aqueo solido, & ce-
nui humore. Hoc enim eius dogma nullo modo cum
iis, quæ de causis scorbuti externis habet, consen-
tit. Etenim si victus rationem, & aërem, ac omnia,
quæ ad scorbuti generationem concurrere prolixè do-
cer, diligenter examinemus, omnia ad humoris melan-
cholici, & crassi generationem faciunt. Neque ta-
men hic per humorem melancholicum glutinosum
quid, quod ille, *pag. 173.* ipsi adscribit, intelligen-
mus, neque id quisquam Medicorum doctiorum as-
ferit, quifeci vini, & amurcæ illum comparant, non
glutini, quod & in vrinis sensibus sæpe patet. Esti
nihil prohibeat, quin, ut diximus, humores pitui-
tosi, & vitiosi huic colluicis sese associare possint.
Idque sæpe accidere in sanguine, vena aperta emis-
so, apparet, qui plerumque in scorbucicis quasi glu-
tine albo virescente, vel flavescente, ut modò di-
ctum, obducitur.

Non solus
aqueus.

Esti verò humor melancholicus scorbuti causa
crassus esse rectè statuitur: tamen non tantum cras-
sus est, sed sero multo dilutus. Neque enim solum
crassa, sicut vesicula fellis puram pituitam, bilem,
liena trahit, sed chyli partem respectu illius, quæ
ab epate attrahitur, crassiorem, quæ tamen aquosa,
& potulentam materiâ, ut facilius, quò debet, pe-
netret, neque obstructions pariat, diluitur. Ita-
que ut in statu naturali crassior illa chyli pars multa
aqua diluitur: ita & in præternaturali idè accidit.
Atque ita humor scorbuti causa non solum crassus
est, sed & ichore, ac sero multo diluitur, ut sit in-
star lixiuij, quod ex aqua, & salsis, ac feculentis, &
adultis partibus constat, ut, *lib. 2. Instit. part. 3.
cap. 8.* docuimus, idque ex præcedente victus ratio-
ne, quæ talibus partibus abundat, & effectibus, do-
loribus vagis, gingivarum, & crurum ulceribus, ac
similibus patet, quæ omnia à salsis, & serosis hu-
moribus proueniunt.

Nec etiam
crassus
tamen, sed
sero dilu-
tus.

Talis cum sit, ut multis serosis partibus diluatur,
& instar lixiuij, quod ex sale, terrenis partibus, &
aqua constat, sese habeat, facile ad lienem cum
chylo penetrare potest. Neque enim, quod modò
diximus, & diligenter notandum, sincerus, & so-
lus, sed aliis humoribus mixtus ad lienem peruenit,
ideoque etiam ut sincerus, & solus ibi deprehenda-
tur, opus non est.

Verum cum in quartanis, hypochondriacis ac
melancholicis affectibus, vbi similis causa adesse
videtur, non eadem planè symptomata, qualia in
scorbuto conspiciuntur, appareant; etsi tandem hi
affectus sapissime in scorbuto degenerent: pecu-
liarem ætatem, & occultam corruptionem, ac depra-
uationem suscipere necesse est illam humorum me-
lancholicorum, serosorum, ac tartareorum collu-
uicem, diutius in locis illis detentam, si scorbutum
producere debet; quod cum ex aliis symptomatibus,
quæ ipsum comitantur, tum & præcipue ex conta-
gio apparet, quò alij morbi melancholici, & hy-
pochondriaci destituuntur. Scorbutus verò prædi-
ctus est, ut facile aliis communicari possit; quod
evidens peculiaris corruptionis argumentum est.
Quod & hoc enincere videtur, quod, ut in Prognos-
ticis dicitur, vbi humor scorbucicus similem epatis,
aut lieni dispositionem impressit, vix vnquam inte-
gè curatur scorbutus: quod indicium est impressio-
nis longè fortioris, quam quæ qualitatibus primis
competit, sed talis, quæ venenorem naturam æmul-
latur, quorum implexiones tam fortes sunt, ut dif-

Humor
scorbuti-
cus pecu-
liari modo
corruptus
est.

positiones ab his relictæ sæpe toto vitæ tempore aboliri non possint. Idèoque à splenis obstructione, & humore melancholico, & atro tantùm, ac simpliciter scorbutus deduci non potest; cum multi splenis obstructione laborent, & humore melancholico, vel atro abundant, nec tamen scorbuto afficiantur: in illis regionibus, quibus humoris atrii ex aëris, qui humores torret, fetore collectio est familiaris, scorbutus sit planè ignotus. Maloque etiam hic fieri, nos in communibus humano generi ignorantia tenebris versari, & corruptionis huius modum non satis explicare, & non nisi ex affectu diagnosticare posse, quàm ea, quæ fundamento nullo nituntur, ad ignorantiam nostram palliandam proferte.

quomodo generetur. Tertio generationem huius humoris quod attinet, et si, quæ hic alij tradunt, me non lateat, & alios aliter sentire sciam: tamen paulò altius huius humoris natura investiganda, & quomodo generetur, indagandum videtur, quod plurimum ad curationem rectè instituendam facit. Principio autem hic non in qualitatibus primis subsistendum, sed ad illas *divinæ*, & *incompositas* humorum, ab Hippocrate, in lib. de *prisc. Medic.* perpolitatis recurrendum, & ad ea, quæ Hippocrates, 3. de *vitt. rat. in acut. tract.* 38. de acido, amaro, ac fermentatione humorum salforum in corpore nostro tradit, respiciendum videtur.

Diximus autem antea, humorem hunc generari ex deficiente salis, qui cibi inest, & cum iis assumitur, potiusque, ac cibi crassioris coctione & *omni*. Cum enim natura intendat per coctionem cum primam, tum secundam alimenta assumta ita attenuare, rarefacere, & omnino præparare, ut corpori nostro affinia, & ei alendo sint vitia, atque ea de caussa in ventriculo ea primum resoluat, ac coquat, & excrementitias partes crassissimas per alium excernat; postea verò chylum ad epar, tanquam sanguinis, qui totius corporis alimentum, officinam mittat, aueris prius, & attractis à liene crassioribus, & serosis plerisque chyli partibus, ad sanguinis pro liene, & vicinarum partium nutritione generationem destinatis: si hoc non fiat, & vel in prima coctione sæculenta ac tartarea omnia, quæ debebant, non secerantur, & ad lienem in maiori copia affluant, quàm ut ab eo omnes atrahi, vel elaborari possint; vel lien seu debilis seu obstructus partes illas chyli sæculentas, ut debet, ad se non attrahat: in primis viis, & circa lienem & locis antea dictis, ea hærent, & hoc modo humor crassus, salsus, fixus, & quæ omnia Chymici vno vocabulo complectuntur, tartareus, multo tamen sero dilutus, coaceruatur, ibique diutius hærens, tandem peculiarem, specificam, & scorbuto propriam corruptionem induit.

scorbuto generando ag s. Atque rem ita se habere plura sunt, quæ docent. Nam primò si consideremus vitium, qui scorbutum generare solet, omnes in eo consentiunt, cibos sale, & fumo induratos scorbuto producendo aptissimos esse, & in maritimis locis, ubi omnes non solum aëre crasso, marinis, salsis, ac palustribus vaporibus inquinato utuntur, sed aquas etiam feculentas, & corruptas bibunt, & alimentis in tali aëre crescentibus; ac quæ eiusmodi aquis nutriuntur, vescuntur, hunc morbum familiarem esse. Cum enim cibi eiusmodi siccis, duris, salsis, aquisque feculentis & corruptis, succi humidioris, rationis, & spirituosius, & qui corpori probè alimentum præbere possit, & ut Chymici non ineptè loquuntur, volatilis, vel partum inest, vel quod in eo fuit, sale, quo condiantur, multo corruptum, aut fumo absumtum, & exsiccatum, aut putredine corruptum sit, ut nihil ferè, nisi

A partes crassæ, faculentæ, terrestres, excrementitiae, salsæ, & fixæ plurimæ insint, & omnino, ut Hippocrates, de *prisc. Medic.* loquitur, *ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς* in tali cibo abundet, id omne à natura attenuari, rareferi, volatile, ac spirituosius reddi, & elaborari, ac vini non potest. Ac proinde ei respondens, & congener cacochymia colligitur, & crassus, feculentus, salsus, ac fixus humor in primis viis coaceruatur.

Deinde curandi ratio, & medicamenta, quæ hunc morbum expugnant, euidenter idem demonstrant. Nam si medicamenta, quæ hunc morbum curare experientia longa docuit, consideremus, non sunt ea quævis aperientia, aut humori melancholico simpliciter opposita, sed omnia sale volatili abundant; qualia sunt cochlearia, nasturtium, beccabunga, chelidon. minus, fumaris, raphanus rustic. sinapi, sedum minus, &c. Quæ omnia & gustata, & trita vaporem subilem, acrem, & citò euanescentem spirant, qui est à sale volatili Chymicis dicto. Nam medicamenta, quæ in aliis quidem affectibus, qui maximam cum scorbuto cognationem habere videntur, profunt, & aliàs aperienti vim habent: tamen si sale volatili hoc defutuantur, in scorbuto curando non sufficiunt: monentque aliquoties non præter rem Severinus Evgalenus, doctissimos aliàs Medicos scorbuticorum curâ quidem suscepisse, sed cum illa solum, quæ aliàs in hypochondriacis affectibus usurpari solent, medicamenta adhiberent, nullo ad specificam huius humoris naturam, & corruptionem respectu habito, nihil profecisse; se verò postea idoneis, & appropriatis, ut appellant, medicamentis feliciter eodem lenitati restituisse.

Imò illa ipsa medicamenta antiscorbutica, si sale illum volatilem auerant, id quod exsiccatione, & coctura sit sæpe, parum efficacia deprehendantur: & longè plus virtutum, & efficaciz succis, & conferuis harum plantarum, quàm exsiccatis inest, utpote in quibus partes illæ volatiles ibi igne dissipantur, aut cum humido in exsiccatione euanescent. Idèoque sali volatili harum plantarum meritò maximam vini scorbutum curandi adscribimus, utpote quo præsentè & operante malum pellitur, absente non tollitur.

Si quis tamen hæc medicamenta etiam oculum quid, quod oculæ, & specificæ humoris corruptioni aduertitur, habere statuatur, ei non repugnemus. Et videntur inter ista medicamenta quædam præ aliis habere peculiarem prærogatiuam. Et licet nonnulli apud externos reperiantur, qui putant sine caussa à Germanis nouum morbi genus hic afferri, cum ista cænia, quæ scorbuticis accidere dicuntur, symptomata adultæ & ichoribus acris contaminatæ melancholice adscribi possint: tamen humorem illum melancholicum peculiarem habere corruptionem ex medicamentis, quibus curatur, præter. Cum enim cochlearia, beccabunga, nasturtij genera & sinapi rectè usurpentur, emnia acerrima, & pleraque tertium caliditatis gradum attingentia, si ad primas solum qualitates in humore melancholico respiciendum esset, ab istis medicamentis intemperies humoris melancholici potius aueretur, quam tolleretur.

Quia verò secundum Hippocratem curatio morbum indicat, & omnis actio est inter contraria, & à contrariis, ut habet Aristoteles, lib. 1. de gener. cap. 7. tract. 50. & 51. & agens, quatenus in partibus agit, ei contrarium est: sequitur, etiam saltem volatilem, cuius in curatione scorbuti primæ partes, & vires sunt, in id, quod sub eodem genere proximo est ipsi contrarium, agere. Opponitur autem inter sa-

Medicamenta scorbutum curantia.

Medicamenta contra scorbutum recentia usurpanda.

Oculæ in medicamentis scorbuticis.

les fixus volatili. Et cum omne fixum à volatili red-
datur volatile, fiet contra volatilia à fixis figantur,
& fixa redduntur, vt Chymicis notum est, & om-
nibus Physicis (cum ad plurimarum rerum explica-
tionem multum faciat) magis notum esse debet, vt
de Consens. Chymicor. cap. 12. in fines dictum est:
Fit etiam, vt à plantis, quæ sale isto volatili abund-
ant, humores, qui in sale isto fixo abundant, atte-
nuentur, rarefiant, & vt vno verbo dicam, vola-
tiles reddantur, & à natura facilius loco moueantur,
& dissecantur.

Neque hæc à Galeni & antiquorum doctrina alie-
na sunt, sed potius eam explicant. Notum enim est
ex Gal. 8. meth. med. cap. 5. duplicem dari crudita-
tem, uidorosam & acidam. Acidam esse in quartana &
humoribus melancholicis, extra controuersiam esse
puto: cum ipse Galenus, 3. de sympt. caus. cap. 2.
non aliter fieri de vino acetum, quam de sanguine me-
lancholiam docet, atque ea de causa Hippocrates,
3. de vit. rat. in acut. t. 38. melancholicis acetum
noxium esse, & ἀκαρπία μύρω δέξι, id est, exaltare
nigra acetum (ira enim vertendum; non verò, edu-
cere nigra, vt de febr. lib. 2. cap. 17. docuimus)
scribat. Iam ergo si quomodo acetum de vino gene-
retur explicauerimus, non paruam ea res huic ma-
terie & doctrinæ de morbis hypochondriacis lucem
afferet, & quid sit illa deficiens ἀκαρπία, quæque
sint prima scorbuti initia, declarabit.

Et ne ambagibus utamur, acetum de vino fieri spi-
ritus & salis volatilis, quæ in vino sunt, fixatione, vt
Chymici loquuntur, putamus. Neque enim spiri-
tus de vino separatione sic acetum: cum de vino, à quo
spiritus separatus est, aut quod corruptum est, spi-
ritumque amisit, nullum fiat acetum, sed quod gene-
rosius vinum est, ed fortius ex eo fiat acetum: ex
vino quoque ex vniis immaturis expressio, & quod
omni ferè spiritu destituitur, nullum sæpe fiat ace-
tum. Neque solum ex vino, verum etiam ex ce-
reuisia, hydromelite, & fructuum nonnullorum
succis, spiritu abundantibus, atque de quibus spiritus,
spiritui vini similis, destillando elici potest, fit ace-
tum: Ex aliis verò, quæ tali spiritu destituuntur,
non fit. Sal enim & humor, qui est in talibus, quan-
doque est fixus, quandoque volatilis. In immatu-
ris, acidis & austeris fructibus fixus est: vbi verò ij
maturuerunt, & dulciores fiunt, succique inde ex-
pressi fermentantur, quæ antea eruda & fixa erant,
volatilia fiunt, vt ex iis copiosius spiritus elici possit,
vt id de cerasis, baccis sambuci, & similibus notis-
simum est. Idem spiritus & sal dum in iis rursum fi-
gitur, ex iis fit acetum. Et quod per spiritus & salis
volatilis fixationem, non verò separationem, fiat
acetum, ex sequentibus satis patet. Primò quod post
destillationem vini nihil vel parum salis in phleg-
mate deprehenditur; post acetum verò destillationem
salis acerrimi plurimum relinquitur. Deinde quod
in vini destillatione primò spiritus ascendit, vt pote
volatilis; phlegma verò post spiritum: in aceto ve-
rò primò phlegma destillat, post phlegma demum
spiritus acidus, fixior scilicet & ad euaporandum
minus aptus iam, quam ipsum phlegma. Nimirum
spiritus & sal, qui in vino est volatilis, ad lenem ignem,
(quæ natura est volatiliū Chymicis ita di-
ctorum) euaporat, in alembicum attollitur, & à
phlegmate separatur: in aceto verò spiritus & sal,
quæ in vino volatilia erant, digestionem per lentum
calorem, quo acetum generatur, fixa iam reddita,
non statim à calore eleuantur, & ascendant; (quæ
fixiorum natura est) sed vt spiritus acetum ascendat &
destillet, maiori calore opus est: imò magna pars
salis acidi fixi in phlegmate relinquitur & in altum
non eleuatur. Tertio spiritus vini est φλογίς & sa-

cilp flammam accipit: acetum verò spiritus nullo modo,
sed etiam, ne alia faciliè accendantur, prohibet.

Quod ergo in generatione acetum accidit, tale quid
etiam in melancholici humoris generatione fieri, &
hæc esse prima scorbuti initia, satis probabile est,
atque ex iis, quæ modò dicta sunt, patet. Et cum
Chymicorum axioma sit experientie respondens;
Omne volatile figi à fixo, & contra fixum reddi vo-
latile à volatili; cibi verò scorbutico generando apti
sile fixo plurimum abundant: non mirum est; ab iis
etiam volatiles in cibo & potu partes figi, id est, im-
pediari, ne rarefiant & attenuentur.

Non tamen ista cruditate, seu ἀκαρπία dete-
gata scorbuti generatio planè abstrahitur, cum ea
proculdubio aliis morbis melancholicis & hypo-
chondriacis sit communis: sed humor iste crudus
porò corruptitur. Etenim, quod cum ex nature
operibus plurimis, tum operatiōibus Chymicis pa-
tat, calor nunquam otiosus est, sed in subiectam ma-
teriam continuò agit eamque afficit. Ideòque post-
quam crudi isti humores in primis viis multiplican-
tur & hærent, ac cum us aliorum vitiosorum collu-
uies miscetur, & corporis nostri calor continuò in
eos agit; ipsi verò ad alendum corpus inepti sunt,
nec in alimentum verti possunt: indies magis cor-
rumpuntur, donec tandem istam specificam & scor-
buto propriam corruptionem ac naturam induunt:
id quod in aliorum malignorum ac venenatorum
humorum in corpore generatione quoque accidere
solet, qui, quò diutius in corpore hærent, eò dete-
rioriores redduntur.

C A P V T III.

De Causis Scorbuti remotis, procatar-
eticis, & externis.

Hæc cum sint causæ Scorbuti proximæ, vt & an-
tecedentis, natura, ac generationis modus, ad
eas omnes causæ reliquæ remotiores, euidentes &
extrinsecus aduenientes, quocumque nomine ve-
niant, reducendæ sunt, vt pote quæ omnes ad gene-
rationem scorbuticæ cacochymie faciunt. Causæ
verò hæc omnes in duas classes redigi possunt. Vel
enim humor melancholicus ex dictæ vitio, & rerum
non naturalium vitioso vsu contrahitur; quo etiã
faciunt febres, & viscerum mala dispositio: Vel san-
guis in corpore, etsi bonus sit, à contagio scorbutico
inquinatur & corrumpitur.

Et primò quidem videtur rationem quod attinet,
potest in hoc morbo producendo plurimum cibus,
qualis iis regionibus, quibus scorbutus domesticus,
& vernaculus est, scilicet aquilonarium regionum
incolis, maris accolis, nauis que familiaris est. Ni-
mirum caro bubula, caprina, hucina, aprugna, &
in primis sal fagine & muria aut aceto macerata, &
fumo siccata, ac indurata, lardum rancidum, aut
crudum deuoratum: pisces lacustres, & maritimi, &
ipsi cocti difficiles, ac mali succi, & sale, aut muria
conditi, vel fumo, aut calore Solis, aut frigore sic-
cati, induratique, quales sunt aselli, passerres, ha-
leces, & huius generis alij; ac in aquis stagnanti-
bus, & locis paludosis degentes, & edulia ex san-
guine, carne, & aruina simul mistis, sale conditis,
& fumo exsiccatis, quæ sarcimina vulgò vocant, &
alia sale, atque aceto condita, qualia nauis fami-
liaria sunt. Vtrumque enim horum vim siccandi ob-
tinet. Sal quidem cum fixus sit, si copiosius affu-
matur, à natura omnis volatilis reddi faciliè non po-
test, ideòque in primis viis hæret, & scorbuticæ ma-
terie congerendæ occasionem præbet: Acetum ve-

Crudititas duplex.

Aceti generatio.

Fixum & volatile.

Melan-
lici hum-
oris gene-
tio.

Scorbuti
generatio.

Causæ
scorbuticæ
remotæ

Cibi sco-
butico ge-
nerando
apti.

id, vt coletur mors, ita melancholix vita est; seu, vt Hippocrates, 3. in acut. de viſt. rat. tract. 38. habet: Αἰ ἀπὸ δέξις ὀξύτητος πικροχολικῆς μάστις ἢ μελαγχολικῆς ἐμοιόμοσος. Ταῦτα δὲ ἴσχυρά ἐξελύσσεται, ἔκ τινος μακροῦται μετῴρωσθαι ἢ αὐτῶν. Τα δὲ μάλιστα ἰσχυρότατα, Ἐμπειροῦται, ἔκ πολλὰ πικροχολικῆς καὶ ἀσθενῆς ἰδὲ μελάχολος, quorum sentus hic est: *Acida biliosis potius, quam melancholicis conveniunt. Amara enim dum ab acidis fermentantur, quasi dissolviuntur, & in aquentem humorum convertuntur. Melancholia vero, dum ab acidis fermentantur, multiplicatur. Exaltat enim melancholiam acetum.* Faciunt quoque ad mali huius generationem frumentum corruptum, tempore pluvix collectum, & non probe asseruatam, panis bis coctas, submucidas, vel ad perennitatem infamatus, nauticus, & præcipuè è frumento corrupto paratus, brassica, cæpa, lentes, fabæ, & legumina alia, de quibus Galenus, 1. de alim. facult. cap. 16. & 18. 2. de facult. aliment. cap. 44. & in lib. de cibis bon. & mal. succi 1. præsertim negligentius recõdita, & corrupta. Observavitque Hippocrates, 6. epid. sect. 4. 1. 11. quod in Aëno, qui continenter leguminibus vescerantur, crurum impotentia afflicti fuerint, in eaque persisterauerint; & qui crum in cibum utebantur; ex genium dolore laborauerint. Galeus item antiquus. Omnia enim hæc vt pauci sunt alimenti; ita excrementitio humore crasso plurimam abundant. Et in summa omnia huc pertinent, quæ humore crasso, siccum, & melancholicum generare possunt, quorum longum catalogum recenset Galenus, 3. de loc. affect. cap. 7. Quod ij ipsi, qui à liene solum tenentes, & aquosos humores attrahi, & hinc scorbutum generari statuunt, inuiti concedere, & fateri coguntur. Debet verò inter causas externas, & internas esse quædam analogia; & internæ ab externis, præcipuè cibus, habet suâ originẽ.

Quamquam verò non semper à cibus crassis, & melancholicis generetur scorbutus: tamen si talis victus ratio continuetur diu, talisque humores diu in corpore hæreant, & ær, ac aliæ causæ accedant, tandem corruptionem scorbuto propriam & specificam induant.

Talis verò victus ratio cum nautis, iisque qui mare Balthicum aecolunt, vel ei vicini sunt, familiaris sit, non mirum est, tot scorbuticos ibi reperiri. Nam vt hac de re Balduinus Ronſſeus, qui iis in locis vixit, & Medicum egit, de scorbuto cap. 5. scribit, satis superque notum est, eos cibus nimis quam melancholici succi vesci. Nam præter aquaticas volucres, quarum apud illos quotidianus vñs est, etiam tumum, si dicere liceat, deglutiunt, dum bubulas carnes sale prius conditas fumo exponunt, atque easdem vsu exigente comedunt, ferculũ si quod aliud, melancholico succo materiam suppeditans. Nam etiam quàm maxime boni succi sit, quod fumo asseruatur, per fumationem tamen alienã quandam naturam induit, atque innato succo orbam attri humoris causã efficitur. Aliis tamen quoque in locis scorbutus quandoque generatur, vbi vel annonæ caritate homines ad prauum victum adiguntur, vel etiam quacunque de causã cruditati vel cacochymix tali causã præbent.

Post cibum proximum locum obtinet potus, & primo aquæ corruptæ, & sæpe verminosæ, quarum in nauibus, in dulcium & purarum defectu sæpe necessarius vsus est, præsertim in aère calido, à quo facilius corrumpuntur; item aquæ crassæ, crudæ, impuræ, graues, fossilis, & quæ ex fontibus, qui ex locis abstrusis, & conclusis, non perspirabilibus, & liberiori aëti, & radiis Solis inaccessis scaturiunt, de quibus Hippocr. lib. de aër. ag. & loc. cap. 3. siue ex bibantur, siue cibi in iis coquantur, siue cereuisia,

aut iuscula ex iis parentur. Referendum huc & vitium nimum, si non probe in ventriculo coquatur, sed acetescat, imprimis vbi pendulum sit, & corrumpi incipit: Cereuisia item feculenta, ex aquis modo dictis, vel corruptis parata, & quæ vitium aquarum retinet, & præcipuè paucò lupulo condita, & minus recte cocta est. De tali enim cereuisia, verum est, quod Dioscorid. lib. 2. cap. 80. scribit inflationem parere, & vitiosum succum creare: lupulus verò admixtus huc vitium corrigit, dum abitergit, obstructions aperit, sanguinem mandat, & crassa venarum, renisque excrementa educit. Maltum (Maltum) quoque præparatio, qua, vt Hippocratis vocabulo utat frumentum ἰσχυρότατα, ἔκ μακροῦται, non parua ad digestionem in corpore facilius peragendam disponit, & præparat, dum partes flatulentæ separantur, & partes nutrientes ratiore, ac spirituosiores redduntur, & ab excrementis partibus aliquo modo liberari incipiunt. Plurimum verò postea in recta cereuisiæ fermentatione situm est, quæ ipsa non solum spirituosiora redditur, sed & defecatur, & ab excrementis purgatur: quod nisi fiat, non solum coctum distillatior, & flatulentior cereuisia redditur, sed & faciliè obstructi mes parit, & feculenta, ac tartarea excrementa multa suppeditat.

Tota nimirum, quam modo enumerauimus, victus ratio, ac ciborum, & potus materia comparata est, vt feculentis, crassis, melancholicis, & tartareis humoribus in corpore materiam præbeat, & illam, quæ in coctione alimenti fieri debet, ἰσχυρότατα, ἔκ μακροῦται, aut αἰσχυρότατα, sita appellare libet, impediatur. Ex qua quomodo saltim aquosam, ichorosam, & tenuem cacochymiam deducere possit Rousnerus, ipse videtur.

Post cibum, & potum ad scorbutum generandum Aër rputum facit Aër, calidus, regionum situs, & locorum continuo humida, frigida, crassa, & saluginosa, ac impura. Qualis Aër est Aquilonius, frigidus, humidus, crassus, saluginosus, maris vaporibus, & exhalationibus, quæ ab inquinamentis, ab æstia maris & fluminum inundatione relictis, aut ex locis viginosis, palustribus, & lacustibus attolluntur, inquinatur, qui inspirando attractus, & per pores cutis intra corpus admixtus, sanguinem & spiritus inficit ac inquinat, calorem natium obruit & suffocat, & ad cruditates generandas facit. Angetur hæc constitutio aëris austro & pluvioso celo. Et ipsa experientia testatur, locis paludosis, viginosis, lacustribus, maritimis, Scorbutum maxime familiarem esse, aridis ignotum. Et ea ipsa de causã accidit, vt in Belgio, & Germania inferiore, vbi eadem omnes victus ratione vtuntur, in quibusdam tamen locis, quàm aliis frequentior, & grauior sit Scorbutus, quæ scilicet magis paludosa, & palustris sunt. Ita Ronſſeus, vt in epistola ad Hadr. Juarum testatur, obseruauit, in Hollandiã multo periculosius & frequentius scorbuto affici illos, qui Alentiam, Amsterodamum & vicina loca inhabitant: minus verò & rarius, qui Goudam & Roterdamum incolunt, quamuis eodem victu vtantur. Et Clarſi. Dr. D. Greg. Hortſius, in tract. de Scorbut. annotat, in Saxonia veterique Marchia Brandeburgensi in aliis locis malum hoc rarius & leuius, in aliis verò frequentius & periculosius esse, iis scilicet, quæ sunt palustris & viginosa, quorumque incolæ cereuisiã minus pura & defecata vtantur. Excitatur quoque, & fouetur Scorbutus à domesticis humectis & situ obſitis, subterraneis, frigida & humida murorum exhalatione; atque ea de causã in carceribus viginosis detenti sæpe Scorbuto corripiuntur: quò tamen victus ratio praua, & motus priuatio facere potest. Et Olaus Magnus, in septi-

gent. histor. lib. 26. cap. 51. scribit, frigida muro-
rum exhalatione morbum hunc foueri, intra tabula-
ta mitescere.

Vere etiam, & Autumnno magis affligit, & gra-
uius infesta Scorbutus. Vere quidem, quod humo-
res vitiosi tempore hyberno collecti tum fundi, &
agitari incipiunt: Autumnno vero, quod aëris inæ-
qualitas, & iam incipiens frigiditas humori melan-
cholico generando sit aptissima.

Pulmones in scorbuto non primò afficiuntur. Atque aëris hanc constitutionem nonnulli inter
causas remotas, vel solam vel præcipuam ponunt,
statuuntque, Spiritus salinos, & vapores à sulphure
suo destitutos iuxta mare ab astris eleuatos, sed non
perocetos, à maritimis & nauigantium turba inspi-
rando attrahi, qui attracti pulmonem primò infici-
ant, indè ipsum Epar & venam portæ, tandemque
hepatis, quæ partes tales tartareas impuritates eò
deriuatas quasi sibi cognatas ad se recipiunt. Verum,
vt aërem talem ad Scorbutum facere non negamus,
sed adiuuantem causam esse modò diximus: ita seu
unicam, seu præcipuam causam esse inficiamur, nec
istum generationis Scorbuti modum admittere possi-
mus. Neque enim in Scorbuto, qui frequentissimè
ex victu contrahitur, primò pulmones inficiuntur,
sed in primis vis humor Scorbuticus primum cumu-
latur. Ac multis locis Scorbutus satis familiaris est,
qui à mari falso satis distant; & contra multis in lo-
cis maritimis Scorbutus planè incognitus est.

Vitæ genus etiam ad Scorbutum generandum
conferre potest, nimirum otium, & vitæ genus deses,
atque iners, exercitium, & motus intermissus; vnde
calor, quo coctio omnis perficitur, debilitatur, &
suffocatur, & coctiones, excrementorumque secretio-
nes, & euacuationes non rectè perficiuntur. Hinc ij,
qui in otio viuunt, magis Scorbuto obnoxij sunt,
quam qui laboribus exercentur; fæminæ, viris; vr-
bani, agricolis.

Vt & euacuationum consuetarum, puta mensium,
& hæmorrhoidum præcipuè, suppressio. Somnus iti-
dem, ac vigilia; ille quidem crudos in corpore suc-
cos augendo, teste Galeno, in meth. med. cap. 3. hæ-
autem cruditates augendo, & calidum natuum absum-
endo. Inter animi motus, vt aliàs ad humorem
melancholicum generandum multum facit tristitia:
ita & hic eundem cumulare, & Scorbutum materiam
præbere potest, adeò vt scribat Seuerin. Eugalenus,
p. 3. quos cum crassiore victus ratione diuturnior
mœstitia exercuit, de his ægrotantibus se constanter
semper prædicere ausum fuisse, eos à scorbutum mor-
bo vel solo, vel alijs permixto teneri.

Faciunt ad Scorbutum generationem sæpe etiam fe-
bres, cum per eas humor Melancholicus facile cum-
muletur, vt Galenus, de loc. aff. lib. 3. cap. 7. scri-
bit. Nam humores calore febrili aduruntur, & quod
debile quodammodo restinctum est, in atrum humorem
vertitur: id quod maximè accidit circa status finem, vbi
& continuæ, & intermittentes febres biliosæ in quar-
tanas, & hinc in Scorbutum degenerant. Et præcipuè
quartana in Scorbutum degenerare solet; nonnunquam
tamen & tertianæ diuturnæ. Febris etiam tertianæ,
quæ tempore verno incipiunt, & post septimam paro-
xysmum quotidie infestant, maxima ex parte sunt
diuturnæ, & tandem in scorbutum abeunt.

Verum causæ istæ omnes eò facilius, & promptius
malum hoc excitant, si viscerum, & imprimis lienis,
intèperies, debilitas, vel obstructio adsit, siue natiua,
& primigenia, siue ex colluue, & contactu vitiosorum
humorum contracta, ob quæ humores affluentes, &
melancholicam redundantiam sequestrare, elaborare,
atque excrementa excludere non potest. Et in pri-
mis magni momenti hic est idiosyncrasia, & peculiaris
cuique corpori natura, venarum item in visceri-

bus hisce angustia, ob quam crassi, & feculentissimi
humores facilius in iis hærent.

Et si verò etiam absit viscerum natiua constitutio
non recta: tamen si actio vitiosorum humorum diu-
turnior sit & continua, à violentia eorum viscera diu
se defendere non possunt, sed humores prauis, pro-
pria & peculiarem huic malo corruptionis formam
addepti, adiacentia & vicina viscera vel sua substan-
tia & contactu, vel fumis deprauant, eorumque natu-
ralem temperiem, & constitutionem corrumpunt, do-
nec eandem labem suscipiant, & infecta, & debili-
tata alimentis ingestis similem corruptionis formam
imprimant, eaque inquinant, & corrumpant.

Quibus causis omnibus tandem merito Contagium, alterum causarum genus, addimus, quod etiã
absentibus causis modò enumeratis, ad scorbutum
excitandum satis efficax est, quo vel à patre, vel à ma-
tre vel utroque parente eo malo infecto in sobolem
per semen & sanguinem maternum, generationis
principia impura & inquinata deriuati, & ita malum
hereditarium, siue *επιγονο*, & *συνγονο* excitari, vel à
matre, aut nutrice cum lacte instillari, vel alio mo-
do per contactum, & conuersionem pocula scilicet
ægrotantium vsu, in bibendo præcipuè, inqui-
nata, oscula etiam, vt nonnullis placet, aut aërem
exhalationibus, expirationibus, & fetidis halitibus
ægrotantium infectum inspiratione attractum commu-
nicari potest. Quæ ipsa causa non parum facit, quod
in Saxonia infestior Scorbutus tam frequens sit. Nam
cui raro fiat, vt inter conuictores plures vnus mensis
omnes à scorbutum immunes sint: nihilominus mos in
plerisque locis inualuit, vt pocula sint communia,
eaque satis magna, & capacia, in quæ inter bibendum
sæpius abijs, qui gingiuas laxas, cruetas, & os graueo-
lens habent, contagium deponitur, & commensali-
bus facile communicatur. Consent etiam nonnulli per
Venere comunitari posse scorbutum, si scilicet vir cum
fæmina scorbutica, fluxu albo laborante, concubat.

Ex halitibus quoque & fælore cadaverum scorbu-
to extinctorum scorbutus contrahi potest. Cuius
rei notabile exemplum obseruauimus in viro illo, cuius
supra, cap. 1. memini, & cap. seq. mentio fiet.

Qua ratione autem per contagium malum hoc
comunicetur, equidem non ita planum est. Vide-
tur tamen eadem esse ratio, quæ in lue Venerea. Vt
enim illud contagium quidem per diuersas partes
corporis admitti potest: in corpus tamen admissum
sensim in vniuersum sese penetrat, & non solum spi-
ritus, ac humores inquinat, sed & similem disposi-
tionem partibus solidis imprimat: Ita & contagium
Scorbuticum siue per saliuam, siue per halitum, siue
per lac, siue per cutem in corpus admissum sangui-
nem inficit, ac inquinat, & visceribus nutritionis di-
catis similem dispositionem imprimat, & ea debili-
tat, vt & ipsa postea non sanguinem probum, sed
vitiosum, & scorbuticum generent. Et quamuis vnum
per varias corporis partes admitti potest: tamen
non omnibus æque aduersum est, sed vt omnia
venena ac contagij seminaria determinatis in corpo-
re partibus aduersa sunt, alia cordi, alia pulmoni, alia
alijs partibus, ac præcipuè iis in quibus generata
sunt, atque ex oculis effluantia *μίσματα* tantum *μίσματα*
inducunt, non phthisin; contra halitus contagiosi
phthisicorum pulmoni, non oculis nocent: ita etiam
in scorbutum sese res habet. Cum enim illud conta-
giosum in eo circa lienem generatum sit, ac prauam
dispositionem ibi acquisierit, facultati etiam natu-
rali in liene & vicinis partibus maximè aduer-
satur.

Quomo-
per con-
tagium, se-
corbutus ex
municet

CAPVT IV.

De signis Scorbuti, ac de morbis, ac Symptomatibus, que Scorbutum comitantur.

A Perpendenda etiã iuuantia. Etenim si medicamenta, quæ aliàs videntur commoda, scorbutu verò in specie non aduersantur, parum proliu; contra ex vsu medicamentorum huic morbo accommodatorum æger melius sese habeat: & illud scorbuti indicium est; ideòque in illorum medicamentorum vsu persistendum, nec ad alia transeundum, de consilio Hippocratis. 2. aph. 52.

Pertinet huc & istud, quod interdum vomitus, & alui deiectiones copiosæ, & frequentes accidunt, & quibus tamen nihil leuaminis, vel commodi æger percipit, & anxietas, & symptomata non remittunt.

Incipientem autem scorbutum, eiusque prima quasi rudimenta, ac principia produnt, lassitudo spontanea, in abdomine & cruribus grauitatis sensus, crurum debilitas, ac dolor obtusus, pectoris angustia, ac respiratio difficilis, & anhelatio, quæ tamen à minus attentis non animaduertitur, nisi à validiore corporis motu: homo plerumque præter solum sit corpulentior, & quasi pinguior, cum viuidi corporis coloris ad liuidum mutatione. Hinc paulò post subsequitur rebedo, & pruritus quidam in gingiuis, facies fit pallida, & ex violaceo non nihil liuescens; vrina sæpe tenuis est, nunc turbida. Pulsus est paruus, debilis, & inæqualis, ac sæpe vermicularis. vel magnus, & durus absque inflammatione. Quæ si adsint, non leuem de scorbutu suspicionem faciunt; quæ magis confirmatur, si, vti modò dictum, victus ratio scorbutu generanda apta, vel alia causã scorbutum generans præcesserit.

Incipientis scorbuti signa.

Augmentum sumens signa.

Malo incrementum sumente symptomata modò dicta augentur, & grauiora redduntur, & alia accidunt, vt iam de scorbutu amplius dubitare opus non sit. Anhelitus difficultas sæpe ita augetur, vt dum se mouent, & erigunt ægri, aut aliquandiu erecti sedere conantur, animi deliquio tententur, decumbentes rursus resiciantur, & respirent liberius, ac se melius habere, ac sanos esse dicant. Ventris tormina, ac torsiones accidunt, gingiuarum intumescunt, & laxæ ac flaccidæ redduntur, & ad attractum sanguinem serolum effundunt, graueolent, & corumpuntur, & caro ad dentium radices absumitur, dentes vacillant, vt absque negotio & dolore ex alueolis suis eximi possint. Crura ad ambulandum, & corporis onus portandum impotentia fiunt, & quasi paralytin quandam patientur: Maculæ, ac lituræ varicæ, rubræ, purpureæ, fuscæ, non solum in cruribus, sed & in dorso, ac lumbis efflorescunt, & tota crura interdum eiusmodi colore pinguntur. Crura sæpe etiam ætæpiæ laborant, sæpe intumescunt, & sæpe ita exulcerantur, vt Elephantiasin Arabum æmulentur, cuius rei exemplum ante paucos annos & hic vidi. Varices etiam sub lingua (quæ venæ aliàs caninæ dicuntur) & inferioribus labiis visuntur.

Ingrauescens signa.

Quibus mala alia sæpe accedunt, sensusque grauitatis, dum malum augetur, incrementum sumit; percipiturque in pluribus quarto, in aliquibus tertio, & quibusdam, sed rarius, singulis diebus. Et quidẽ plerumque sine febre, quandoque tamen etiã cum febre. Febres autem, quæ scorbutum comitantur, non vnus generis, sed varicæ omnino sunt. & nonnunquam intermittentium, inordinatarum, quotidianarum, tertianarum, quartanarum, quinto, vel sexto die redeuntium, nonnunquam continuarum, imò & malignarum naturam æmulantur. Quibusdã alius toto morbi tempore est adstricta, alij contra ventris fluxu laborant, qui nonnunquam in periculosam, & sæpe lethalem dysenteriam mutatur: sæpe accidit vomitus, vel inanis vomendi conatus, paralytis, motus conuulsui, epilepsia, deliria, carus, lethargus.

Magnam in Scorbutu esse morborum, & symptomatum *ausp. popul.*, & farraginem, supra diximus, quæ hic, vt eius effectus, ex quibus cognoscitur, perpendenda. Neque enim, quod non solum è vulgo homines, sed & Medici interdum, quibus hic morbus parum cognitus est, facere solent, ij saltem Scorbutu laborare dicendi sunt, quibus cruræ maculis pinguntur, gingiuarum corumpuntur, dentes vacillant: Sunt enim hæc iam ingrauescentis tantum mali signa, & homo malum hoc diu circumferre potest, etsi nihil tale appareat. Et non raro accidit, vt homo prius hoc morbo è medio tollatur, quam ipsi gingiuarum exulcerentur, aut maculæ in cruribus emergant. Neque eadem, vt supra cap. 1. dictam, in omnibus apparent symptomata. Nonnullis dentes & gingiuarum tantum afficiuntur, partibus inferioribus saluis: aliis contrarium euenit. In aliquibus nullæ erumpunt maculæ, aliis tota crura colore violaceo pinguntur, vt tibi alia eius coloris super inducta iurares.

Sunt verò morbi huius quidam quasi gradus. Et quidem vbi adoleuit, facilis cognitu est: in principio verò, quod satis longum plerumque, difficiliter cognoscitur: cum signa eius, vt corporis totius grauitas, & spontanea lassitudo, cum aliis morbis sint communia. Artificiofam tamen coniuncturam si Medicus adhibeat, ita planè latere non poterit, quin agnoscat. Si nimirum non ad vnum, vel alterum symptoma tantum respiciat Medicus, sed totam symptomatum, & signorum *ausp. popul.* vno intuitu diligentius consideret. Pathognomonicum n. vnum signum aliquod, quod soli, & omni competat, non reperitur, præsertim in initio. Et licet vbi iam incrementum sumit, latere non possit, si diligenter in eius naturam inquiratur: tamen sæpissime alios morbos simulat, incautosque decipit; cum nullus ferè morbus sit, sub quo non latere, aut cui non associari Scorbutus possit, vt ex sequentibus patebit.

Principio igitur considerandum, si de scorbutu suspicio incidat, an in ea regione viuat æger, cui scorbutus aliàs est familiaris, & omnino an diæta scorbutu generanda apta vsus sit. Vnde Eugalenus scribit, si quos cum crassiore victus ratione diuturnior mæstitia exercuit, de iis ægrotantibus se constanter semper prædicare ausum fuisse, eos scorbutu vel solo, vel aliis morbis permisso laborare. An parentes habuerit Scorbuticos; an sit splenicus, & morbo aliquo melancholico, & hypochondriaco, quem sequi scorbutus solet, antea laborauerit, ex quo non satis restitutus fuerit.

Huic ipsa symptomata præsentia, quæ mox exponentur, consideranda. In quibus & hoc notandum, quod per quasdam periodos, & circuitum recurringunt, aliàs tertianum, aliàs quartanum, aliàs quintanum, aliàs septenarium; aliquos etiam quotidie, pro humoris ipsius qualitate, & conditione, infestent. Et si in regione aliqua, cui scorbutus familiaris est, occurrat aliquis morbus rarus, aut antiquis non satis cognitus, aut qui cum descriptione & signis, quæ in antiquorum libris extant, non satis congruit, scorbutum sub schemate & specie alterius morbi latere, suspicandum, ideoque in eum diligenter inquirendum, & ex causis, quæ præcesserunt, vrina, pulsu, & symptomatibus, an scorbutus adsit, indagandum.

gus, lipothymia, dolores vagi, dentium dolor, pleuritis, dolor articularum, erysipelata, hydrops, *ἀρροφία*, gangræna; vt ista omnia annotauit, & historus illustrauit Euegalenus, vti antea diximus.

Rara & noua de scorbuticis obseruatio.

Imò plura adhuc ex eodem humore mala excitari posse, obseruare in praxi promptum est. Et in primis scabiæ sæpe coniungitur scorbutus, & tùm ex humorum viciosorum ad interiora recursum grauissima symptomata excitantur. Memini Anno Christi 1615. studiosum quendam Sueuum, cum humores tales adustus multos cumulasset, & natura eos ad ambitum corporis protrulisset, scabiæque inde excitata fuisset, iisdem ad interiora recurrentibus subitò cæcum euasisse, & per triduum nihil vidisse, nullo extra in oculo apparente vitio, & reliquis sensibus integris. Idem de summa pectoris angustia, & difficili respiratione conquerebatur; vrinæ nigrae reddebantur, turbidae, ac subrufa, quæ cum quiescerent, superiore parte clara non nihil euadebant, nigro sedimento subsidente. Per aluum idoneis, & leuibus medicamentis purgatus, ac iis adhibitis, quæ humori huic contraria sunt, simulque per vrinas expellunt, (quò natura vergebat) sumaria, cochlearia, & similibus, intra quatrimum visum recuperauit, paulò post sanitati restitutus est. Item quadriennio post eodem ferè morbo correptus est: conquerebatur de pectoris angustia, & difficili respiratione, ac tenebras sæpe oculis offundi referebat. Visu tamen tunc priuatus non est, sed semel circa vesperam epilepsia correptus, à qua tamen clystere, & aliis medicamentis idoneis adhibitis liberatus est, & paulò post conualuit, atque etiamnum viuunt.

Eodem ferè morbo ante paucos annos corripiebatur puer annor. 12. ex intempestiua contra scabiem inunctione, qui vrinas reddebat nigras, visu priuabatur, & accedente, ac recurrente sæpe epilepsia exstinguiebatur.

Dolores, ac punctiones pectoris, ac nothas pleuritides ex iisdem humoribus, & scabiæ intempestiue curata sæpius obseruam; vt & febres tertianas, quartanas, quæ scabiæ erumpente cessarent facile, eadem euanescente iedirent. Obseruaui & hæmorrhagias narium frequentes, & copiosas in scorbuticis, cruentitas alui deiectiones copiosas, sanguinis è venam cruribus sponte aperta effusionem, Ictericum cum cardialgia, de quibus omnibus postea in specie dicitur.

Obseruaui etiam notatu digna, & rariora in scorbuticis vir Cl. Dn. D. Doringius, Medicus Vratislauenus, affinis meus honorandus, Ictericum scilicet, cui successit hydrops Ascites, Asthma, Fauum, qui non tantum vniuersum caput, sed & totam frontem occupauit; Herpetem brachij sinistri; Gãgrænam in indice digito, Hæmorrhagias narium frequentes, Hæmorrhagias è labiis non conspicuo venæ ostio, palpitationem cordis, ardorem, & dolorem intolerabilem in plantis pedum cum maculis subliuidis in cruribus, putridæ, & putidæ materiæ ex vtero effluxum. Ita Clariss. Dn. D. Timotheus Vlricus, Medicus Magdeburgensis, amicus meus honorandus, præter genua retracta ad faciem, totumque corpus quasi contractum, obseruaui, carnem in oculis sub palpebris luxuriantem & crescentem, sanguinis colore, oculi albo icterici faciem, palpebris verò iridis colorem referentibus, ex cæruleo, puniceo, & flauo mixtum: in aliquibus, sed rarius, ad quosuis articularum motus & inflexiones sonitus exactissimos & manifestos, ac si digiti comprimerentur fortius, vel quales ex confractis ossibus aut nucibus euenire solent: Cuidam hydropicæ habitæ, dentes vna nocte omnes vacillare cæ-

A pisse, vt vniuersorum casum metueret, qui tamen altero die firmiter alueolis suis hærebant: Nobili cuidam nullas maculas, etiam medicamentorum ope, erupisse, sed sudoriferis adhibitis sparsim musculosas brachiorum partes ardore corieptas fuisse, sensu guttularum feruentissimarum aquarum adurentis aspersarum, nullo interim externo apparente vestigio: Viduam quandam in febre continua toto corpore maculis nigris, violis obscurioribus, satis magnis scædatam fuisse, raro aspectu: cui tota facies (albis tantum circa oculos & nasum circulis ac lineis puerilis digiti crassitie remanentibus,) cum colorem contraxit, quem exactè sulli petalonis fumo indurati & cocti corium repræsentat, pustulæ insuper elatae & atræ magnitudinem fabaræ æquantes in malis frequentes aderant, sanguineam merum aliquatenus nigrum ac serosum effundentes.

B Et omninò tanta est morborum, ac symptomatum varietas in scorbuto, vt non solum è vulgo homines, sed & Medici, quibus hic morbus cognitus non est, eam vix satis mirari queant, & sæpe in eam opinionem veniât, ægros veneno infectos esse.

Neque verò quis miretur, tantam malorum varietatem ab vna causa prouenire posse. Nam etsi primò circa lienem præcipuè, & intermediis inter epas, lienem, & ventriculum spatii hic humor cumuletur: tamen vbi magna huius copia coaceruatur, tandem ad epas redundat, & in venam cauam, vt & arterias sese penetrat, ac sanguini in iis vasis permiscetur, eumque inquinat & per hæc vasa nunc in hanc, nunc in illam partem, nunc etiam in totum corpus distribuitur, & varios affectus in variis partibus excitat. Ad quod non parum facit propria illa, & peculiaris humorum corruptio multifariam nocere prompta.

In primis verò ad istam varietatem malorum producendam apta est natura humoris serosi, & salis, qui plures alterationes, & mutationes suscipere aptus natus est, vt nunc forma aquæ, nunc vaporis subtilis, & leuis, nunc lapidis siccitatem, crassitiam, & durtiæ referat; atque hinc inde facile in omnes corporis partes penetrat, & moueri aptus est. Etenim cum in venis, & arteriis suam sedem habeat, ex eorum vasibus maioribus in minora, quorum extremitates in singula membra tam interna, quàm externa propagantur, deiuatur, & huc illuc moueri, & in vniuersas corporis, cuius ob hanc vasorum communionem *ἐξάρσις* & *ἐξέπρωσις* est, partes fluere, atque ab internis ad externas, ab externis ad internas, è supernis ad infernas, ab infernis ad supernas, à latere ad latus variè moueri potest, id quod sæpe in doloribus corporis vagis animaduertitur. Ad quam motus proeliuitatem & illud facit, quod salis, & serosi hi humores non perfectè cum sanguine permiscuntur, sed ab eo facile separantur, & reliquo sanguine ita non commoto, quotiescunque effluunt, vel aliam ad motum occasionem accipiunt, hinc inde mouentur, & præcipuè si totus sanguis effluat, ipsi fluxibilitatem præstant. Quò tandem facit & hoc, quod hic humor peculiariter modo neruis, & neruoso generi infestus est, vnde non tantum conuulsio, paralysis, sed & tot dolores in membranosis partibus oriri solent.

E Multum etiam ad serosi huius humoris in plurima membra distributionem, & deriuationem caput facit. Cum enim caput cum intra, tum extra cranium innumerabiles venæ, & arteriæ percurrant, & sanguis quidem, qui in iis est, ad nutritionem capitis absumatur. Serum autem, quod cum sanguine in hisce vasibus continetur, alendis illis partibus aptum non sit, neque tamen per iter, vnde af-

Multitudinis morborum & symptomatum in scorbuticis causis.

Serosus humor ad plurima membra excitandi aptus.

Humor scorbuticus neruosis infestus.

Caput a sero in reliquum corpus distributionem facit.

fluxit, facile refluere, neque per cranij densitatem; A vt in alijs partibus, excidere sensibilibus, neque etiam insensibilibus, ob loci teporem & calorem remissionem, discuti possit: emulatur, & cum loco declinat contineri nequeat; de capite secundum ductam membranarum & neruorum internam membra destillat.

Verum ut hæc clariora fiant, de singulis in specie dicemus: cum multa de plurimorum morborum, ac symptomatum generatione vtilia cogitanda suppeditent. Et si verò non multum referat, quo ordine ista symptomata, & morbi proponantur: ea tamen primo loco ponemus, quæ huic malo magis familiaria sũnt; nimirum lassitudinem spontaneam, grauitatem in cruribus, pectoris angustiam, respiratoris difficultatem, gingiuarum corruptionem, & oris graueolentiam, maculas in cruribus purpureas, vrinæ, pulsum: Quibus reliqua postea subiungemus.

Lassitudo spontanea grauitas corporis. Lassitudo primum spontanea, & grauitas corporis, præcipue crurum *æmi modus* Galeno, 3. de *sanit. inerm.* cap. 5. & 2. aph. 5. cum tendi membra, & pondere quasi appenso grauiora videntur, excitatur, cum humores terosi, & vitiosi cum sanguine per venas in ambitum corporis distribuuntur, & ad musculos ipsos penetrant. Quia verò vt corpus nutriant, eique assimilentur, inepti sunt, ibi hærent, & vires grauant, ac hanc lassitudinem excitant, ita, vt ægri in principio huius mali se languere magis, quam ægroare conquerantur, cum vix sensibili virium decremento, & circa aliquam euidentem morbum. Senatur etiam hic grauitatis sensus in abdomine, cum ibi, & in primis vis materia primò colligatur.

Difficilis respiratio pectoris angustia. Difficilis respiratio, & pectoris angustia si frequens huius mali symptoma est, quæ plerumque quidem excitatur, cum vapores maligni, & prauis ventre inferiote, præcipue circa lienem, excitati in ventriculo, & circa septum transversum procul dubio etiam in cavitare illa omenti supra, cap. 2. num. 1. descripta, collecti hærent aliquamdiu, illiusque liberum motum, qui in respiratione necessarius est, impediunt, aut ipsi etiam humores vitiosi, lienem, & vicinas partes distendentes, diaphragma comprimunt: eodem modo, quo hydropici aut vterum gestantes, aut alia de causa ventrem turgidum habentes difficiliter respirant. Vnde etiam ægri nihil de thorace conqueruntur, sed locum affectum, vbi grauitatem sentiunt, & cuius causa cum difficultate respirare coguntur, sub diaphragmate ad ventriculi regionem monstrant, teste Eugaleno, pag. 10. & ipsa experientia. Quo signo etiam hæc scorbuticis familiaris difficilis respiratio à respirationis difficultate, quæ causam primariam in thorace habet, facile discernitur. Conqueruntur etiam ægri magis de angustia (*es sen ibnen bange, vñ angst*) quam respiratoris difficultate, eamque tolli vnicè petunt; quæ angustia interdum aded augeatur, vt lipothymiam minetur, & caligo oculis offundatur, at nisi tollatur, ægri statim animam reddiduri videantur. His accedit, quod respirationis hæc difficultas, seu potius angustia non est perpetua, neque eadem vehementia molestat, sed breuibus interualis vel cessat, vel remittit, ac postea recurrit, vel augeatur. Nulla tamen in hac respirationis difficultate, sicut in thoracis affectibus, adest tussis, stertor, sibilus, or-hopnæa, & similia. Non crediderim tamen impossibile esse, vapores illos prauos, ac malignos etiam per venas, & arterias pulmone, & cordi communicari, atque hinc istam angustiam excitari posse; quod vel ex eo patet, quod non solum per interualla vaporibus sursum adscendenti-

bus oculi obscurantur, & caligant, vt ægri adstantes agnoscere non possint, sed etiam lipothymia sæpe accedit. Imprimis verò post validum exercitium, & vehementiorem corporis motum malum hoc augeatur, humoribus in hypochondrijs commotis, & aliquomodo excalescentis, & vaporibus inde, quasi camarina mota, excitatis. Huius angustia inuenit Scuetinus Eugaleno, *observ.* 6. 7. 8. 11. 19. 20. 37. 40. 43. 69.

Porro cum natura adhuc causam morbi superat, quam longissimè humorem vitiosum à partibus non-honibus amouere conatur, partim versus superiora, & in gingiuas, partim in pedes; vnde gingiuarum robur, pruritus, ac putrefactio, & crurum maculae exoriuntur: quæ signa vbi apparent, tam certò scorbutum iudicant, vt lipothymiam scorbutum inde agnoscere possint. Primò enim ex materia parte acriore & subtiliore, quæ vel à natura sursum mouetur, vel à calore eò attollitur, rubor, pruritus & erosio ac putrefactio gingiuarum excitatur. Etenim cum caro gingiuarum sit mollior, tenera, & laxa, facilius à salis, & serosis eiusmodi humoribus afficitur, quam aliæ partes, quarum caro durior est, & solidior. Hinc primum in gingiuis rubor, & pruritus excitatur, caro earum intumescit, & contretata sanguinem ichorosum fundit, postea flaccescit, intumescit, putrescit, & odorem fetidissimum de se exspirat. Inde carne, qua dentes teguntur, abscedente, prauoque humore alucolos, & partes, quibus dentes in locis suis continentur, occupante, omnibusque hisce partibus laxis redditis, dentium compages soluitur, vt vacillare incipiant, nullòque negotio ex alueolis suis eximi possunt. Et quidem vt ista dentium vacillatio sæpe subitò accidit, ita subitò etiam euanescit, obseruatumque, vt supra dictum, ægris vna nocte dentes omnes vacillare cepisse, vt vniuersorum casus metueretur; altero verò statim die rursum firmiter in alueolis suis hæsisse. Quod procul dubio ob variam affluxum & refluxum terosi & scorbutici humoris accidit. Dentes ipsi sæpe nigrescant, & quasi siderationem patiuntur, sola tamen superficies tali colore tincta est. Quanquam verò simili vitio interdum in lue Venerea os afficiatur: tamen à scorbutico id facile discernitur, cum alijs signis hi morbi multum dissideant; ac præterea oris hoc vitium lue Venereæ non sit perpetuum, sed post vsum hydrargyri accidat, cuius vi dum venenatus humor serosus per saluationem expurgatur, facies, & os simul afficiuntur.

Gingiuarum oris & dentium vitia.

Quod autem crassum & grauius est, ad crura de-

Maculae. cumbit, ibique maculas varias excitat, quæ in principio rubicundæ, illis, quæ à pulicum moribus relinquantur, non absimiles, hinc purpureæ, & subliuidæ etumpunt, tandemque ad nigrum colorem inclinant. Nonnunquam tibiarum magno spatio, vel etiam vndique liuidæ, vel cum nigrore, aut liuore purpureæ euadunt. Vnde nonnulli maculas scorbuticas distinguunt in amplas, & maiores (Germani *Flecke* appellant) & minores pulicum moribus similes. Videnturque hæc maculae non multum differre ab iis, quas Paracelsus, *lib. 4. chirurg. von offener Schaden*, cap. 16. sub nomine Cancrenz describit. Vbi hoc notandum, quod scribit, maculas istas sine exulceratione ad annum 30. vel 40. durare: cui experientia respondet. Novi enim in vicinia virium hypochondriacum, & arthritidi obnoxium, qui iam ab annis 30. crura eiusmodi maculis colorata habet, de dolore tamen insigni non conqueritur. Cum enim serosæ, & ichorosæ in sanguine partes ad corpus alendum inutiles sint, extra venas in cutem à natura protruduntur, & per inter-

εν, & γαστήρας ἔχει, vt Hippocrates, *lib. de fractur. comm.* 2. loquitur, ibi has maculas excitant. Et quidem frequentius hoc accidit in erutibus; cum natura viciosos humores soleat ad partes ignobiliores, & remotas depeilere: quandoque tamen, & vbi maior est eorum copia, & dorso, & in brachijs huiusmodi maculæ conspiciuntur, æque non solum minores, sed & maiores, de quibus infra. Imò interdum etiam circa pectus, & in collo, & facie efflorescunt, modò euanescentes, modò iterum erumpentes, vt obseruauit Eugalenus, *obseru.* 59. Vidi nuper puerum nobilem biennem, cui primum in præputio hæ maculæ apparuerunt, post menses verò aliquot in toto corpore, imò etiam facie efflorescunt. Hæ licet nonnumquam in qualdam quasi squamis resoluantur, quæ à reliqua cute non secns, ac in erysipelate separantur. Salomon Albert. *thef.* 119. Quandoque subitò ante mortem maculæ euanescent, & rursum post mortem efflorescunt, aut quæ pauca, & spatium apparebant, copiosè erumpunt, & continuo inuore tota ferè erura pinguntur.

Vrinæ
scorbutico-
rum.

Vrinæ quoque non paruam ad demonstrandum scorbutum vim habent, & quantoque solæ ad patefaciendam cum sufficiunt. Sunt autem eæ non vnus generis, sed pro ægri corporis constitutione, & humorum natura varia variæ. In initio quidem, & cum humorum corruptio nondum magna est, urinx nunc tenues, & citrinæ, materia tartarea in viis subsistente, nunc crassæ, & albæ, conspiciuntur, ex quibus, vt pote cum alijs morbis, in quibus cruditas humorum adest, communibus certum nihil prædici potest. Si verò corruptione humorum incrementum sumente, urinx sint quidem claræ, verum rubræ, & intensæ, rubedinis, & ad fuscum declinantis, & cum splendore quodam instar lixiuij claræ appareant, similes iis, quæ in febribus ardentibus, vel quartanis à sudore redduntur, non leue scorbuti argumentum sunt. Et sæpe in talibus urinis multæ rubræ arenulæ parietibus matulæ adhærent: cum quibus si nulla, aut nullius momentis sitis, putrefactionis, quas vrina exhibet, nouis non respondens adfuerit, certissimum scorbuti sunt indicium, & ab humoribus falsis multis admistis, originem habent, maxime verò si obâbulantibus, & omnia vitæ munia sine offensione administrantibus tales reddantur. Vt enim lixiuij colorem eò magis ad quandam rubedinem vergere videmus, quò plures falsæ, & adultæ partes ei insunt: ita etiam quò plus falsi, & adulti humoris urinis admiscetur, eò colorem rubicundiorum acquirunt.

Nonnunquam verò, & frequenter apparent crassæ, rubræ, & vel turbidæ minguntur, vel statim turbantur, quæ aut tales permanent, aut crassum, & rubrum sedimentum, quod farinam laterum refert, ad fundum deponunt, & clarescunt; sæpe etiam multa cruda, & pituitosa excrementa supra istud sedimentum quasi suspensa hærent, eisdem tamen non permiscetur, atque ita totam urinx partem superiorem turbidâ reddunt. Et cum hæ urinx calore aquæ, vel ignis iterum claræ redduntur: color tamen ex fusco rubescens est, atque instar lixiuij sese habent hæ urinx. Atque istæ urinx certum scorbuti signum sunt, si sitis, & oris siccitas adstet modica, aut nulla, & quæ modica liquidum assumptione sedatur, febris non adstet, aut nullum typum obseruet, adstet totius corporis languor, & æger paulatim sine euidenti causa contabescat. Et, vt Eugalenus scribit, in quorum urinis maiora putrefactionis indicia adstunt, quàm quæ foris ex calore, & siti apparent, morbo lento existente, & ad nullam veteribus cognitæ febris typum accedente, de his certo tecum statuere po-

Ates, ac debes, à scorbuto tales detineri. Causamque huius rei hanc reddit, quod humor melancholicus huius mali causa putrefactus & accensus suæ quidem putrefactionis notas in vrina exhibeat, sæpe febribus ardentibus pares, aut non multò dissimiles, sed quia crassas, frigidus, ac terreus sit, neque facile accendatur, neque accensus, vt cæteri humores, vrat; inde etsi labiorum, orisque siccitatem inducere possit, non tamen idem semper bibendi desiderium afferat, neque talem inquietudinem, ac molestiam excitet, ac febris continua, & ardens, vt pote qui fumosis suis vaporibus magis, quam igneo calore, cor ferit. Aliquando crassa, & alba est vrina, quæ statim conturbatur, & licet sæpe plura corpora rotunda & alba, arenarum instar, vel factæ polentæ similia subsideant, quæ à fundo matulæ non nisi fortiore matulæ motu eleuantur: tamen clarior vrina non sit, sed turbida permanens substantiâ sua crassâ matulæ parietibus adhærens, Eugalenus, *pag.* 34. & nec à cathartico, nec attenuantibus clarescit, & attenuatur, sed magis conturbatur. Eorum, qui intemperantius vixerunt, & crassiore victu vsi sunt, ac curis anguntur, urinx, vt Eugalenus docet, sunt crissæ, nigræ, turbidæ, quæ vel tales permanent, vel turbidum, ac nigrum sedimentum in fundum deponunt. Cum his urinis plerumque sitis grauior, & oris ac labiorum siccitas molesta coniungitur, quæ tamen modica liquidum assumptione facillè sedatur, sed non ita multò post recurrit.

Malòque hic assentiri Eugaleno, qui iis in locis, vbi familiarissimus est scorbutus, Medicinam fecit, præsertim cum experientia idem me edoceat, quam Hieronymo Reulnero, qui iis in locis vixit, vbi scorbutus non adeo familiaris, neganti, vrinam in scorbuto esse turbidam, rubicundam, crassam, feculentam, ad modum vini rubri recentis, aut qualis feruente quartana, potissimum à sudore, solet apparere, aut ceterè rarius hoc euenire concedenti, contrà verò affirmanti, sæpius in scorbuto vrinas tenues, aquosas, subspicuas, subpallidas, sine sedimentum, carnis semicrudæ iusculo, vel aquæ bilis mediocri infusione dilutæ similes mingi. Falsæ enim, hypothesi ista omnia superstruit, nimirum ab aquosa, & tenui humore tantum oriri scorbutum. Contrarium enim experientia docet, & vt diximus, initio quidem tales urinx minguntur, tamen vix aliquod certum signum scorbuti exhibent. Et ipse concedit, vrinam scorbuticorum frequentissimè putere, & fætere, quod certè urinis crassis, & turbidis magis, quam tenuibus, aquosis, subspicuis, ipsa experientia teste, conuenit.

Obseruatum quoque est, præcipuè in iis, quibus hæmorrhoides suppressæ malo hoc originem dede-
dor.
runt, materiam tartaream, vt appellant, quandoque cum vrina, quæ cum summo dolore, & ardore, plerumque guttatim emittitur, copiosè euacuari, eamque turbidam mingi: quæ vbi subsidet, sæpe tertia, vel quarta pars matulæ materia eiusmodi tartarea, mucosa, falsa, nonnunquam nigricante repletur, quæ incautionibus vel calculi, vel exulceratæ vesicæ suspicionem mouet. Solèturque ista materiæ euacuatio inuadere cum horrore quodam, quem calor præter naturam, sub noctem præcipuè, sequitur.

Sæpissime variant urinx, & in eodem ægro sine causa aliqua euidenti permutantur, & hodie turbidæ, ac crassæ, postridie aqueæ, & tenues, hinc rursum citrinæ, aureæ, rubræ, vel crassæ redduntur, sæpe etiam sanorum similes sunt; quod variorum humorum permissorum, & plurium affectionum, quæ nec eandem curationem, neque solutionem & fi-

finem habent, indicium est: Solentque tales vrinæ A
tenues sumtis medicamentis antiscorbuticis posttri-
die in crassas mutari; crasso sedimento subidente.

Pulsus est varius, nunc debilis, & inæqualis, ac
sæpe vermicularis, vt repete magis, quam pulsare
videatur, vt Italum Medicum harum rerum igna-
rum miratutum scribit Eugalenus, *observ. 35.* cum
tali pulsu hominem non solum vivere, sed & obam-
bulare, & domi sua officia obire posse; nunc ma-
gnus, & datus absque inflammatione. In pulsu
etiam hoc notatu dignum in scorbuto accipit, quod
in animi deliquio imminente, & summis istis angu-
stis pulsus maior, ac fortior est, fortiusque terit
digitos, quam reliquo morbi tempore, aut vbi de-
liquium cessat. Cum enim reliquo morbi tempore
pulsus sit parvus, & inæqualis, vbi deliquium ani-
mi, & illa anxietas ad præcordia infestat, quæ sæ-
pe tanta est, vt æger statim expiraturus videatur,
pulsus fortior est, & magis, quam antè percipitur:
proculdubio propter summam eius necessitatem, &
quod cor vapores prauos, quibus molestat, ex-
pellere conatur. Est verò huius exemplum apud
Eugalenum, *observ. 69.* quale, & simile planè nu-
per etiam mihi in agro quodam occurrit.

Præter hæc symptomata adhuc alia multa, vt &
morbi quidam scorbuto coniungi solent, alia tamen
in his, alia in illis; de quibus etiam dicendum. Et
primò quidem actiones lætas quod attinet, varia
dolorum genera scorbuticos infestare solent: Inter
quæ est satis frequens dolor crurum obtusus, ali-
quando tensius, plerumque *inæqualis*, quod scilicet
in profundo, & circa os afficiuntur ægri, qua-
lis etiam in quartanis, & morbo Gallico depre-
henditur, & præcipuè sub noctem affligit, ac adèd
ingrauescit aliquando, vt ne horam in lecto ægri
quiescere possint, & crura sibi quasi malleo con-
tundi conquerantur. Excitatur autem, cum serosi
humores, vel etiam vapores à capite via decliui
descendentes circa ossium membranas hærent, vel
etiam è sede colluiciei scorbuticæ per venæ cauz
ramos crurales extra venas effunduntur, & crurum
musculis, membranis, & ac nervis sese insinuant.
Suntque idèd hi dolores non continui, sed per in-
terualla affligunt, præcipuè, vt i dictum, sub no-
ctem, quod eo tempore humor melancholicus mo-
ueri solet.

Alij de surarum dolore conqueruntur, præcipuè
inter eundem, cuius exempla sunt apud Eugalenū,
obs. 41. 59. Non rarò dolor excitatur circa talos, &
iuncturas, & plantas pedum, qui etiam scorbuti
prodromus est, cumque sequuntur maculæ, & gin-
giuarum corruptio. Dolor mordicans est, & ob-
tenuitatem materiæ quasi penetrare videtur partes, *es
scheust, und sticht drinnen.* Post triduum sequun-
tur maculæ, quas vocant *die Machtgrieff*, propter
vestigia digitorum, quibus quasi prehensi videntur.
Silesij *Albflecke* nominant. Augescente malo au-
getur cruciatus iste intolerabilis, nec cessat, prius-
quam maculæ, quæ sæpe dimidium femur occupant,
maxima autem ex parte amplitudinem vnus manus
æquant; prorumpunt. Quosdam dolor vexat circa
manuum, & digitorum extremitates, qui sub noctem, vt
& crurum dolor solet, grauior est: alijs post vespe-
ram aduenit, alios post mediam noctem affligit, spe-
ciem morbi Gallici præ se ferens. Eugalenus, *pag.
18.* Detegit tamen hunc pulsus parvus, & inæqua-
lis, de quo Eugalenus, *observ. 41.* Quidam conti-
nuis, & grauibus coxendicis doloribus infestantur.
Eugalenus, *pag. 141. observ. 13. 14. 15.* Nonnul-
lis genua dolent. Eugalenus, *observ. 47.* Quidam
etiam, Eugaleno, *pag. 82.* teste, grauissimis nuchæ
doloribus, sique tensius, & prementibus afficiuntur.

Opera Sennerti. Tom. III.

Nonnulli variatum corporis partium vellicatio-
nem, & lancinationem percipiunt, & carnes sibi
quasi diuelli, & dilacerari conqueruntur, alij tales
dolores se percipere dicunt, ac si digitis carnes eucl-
lerentur, alij de pungentibus doloribus conquerun-
tur; alij ne quidem eos explicare possunt. Qui ta-
men omnes accidunt, cum membranæ partium à se-
rosis humoribus, & acris vapotibus vellicantur.
Idem dolores varias corporis partes, brachia, dor-
sum, genua interdum occupant; interdum vagi sunt,
& modò hanc, modò illam corporis partem affli-
gunt. De quo Eugalenus, *pag. 214. observ. 45.*

Est & ventris dolor huius malo familiaris, vt etiam
ab eo nomen acceperit, & *Schærbuck* quasi ventris
ruptura nominetur. Tanta verò in scorbuticis ven-
tris tormina, & lancinationes adsunt, vt diuelli si-
bi, & dilacerari omnia exclament ægri, & præ do-
loris vehementia, quò se vertant, nesciant, vt hac
de re scribit Eugalenus, *obs. 69.* Imò vt quandoque
distentionibus istis & cruciatibus in peritonæi ru-
pturam incidant, vt idem Eugalenus, *pag. 86.* an-
notauit. Sed vexant hi dolores non continuò, sed
per interualla quædam, estque pulsus plerumque
paruus, & inæqualis, ac vrina, qualè in scorbuticis
esse supra diximus, atque alia notæ scorbuti adsunt.

Atque cum hisce doloribus scorbuticis eum pla-
nè conuenire videantur ea, quæ Carolus Piso, *in*
lib. de morb. à colluic serosa ortis, habet, & de
doloribus ventris inferioris, ac de rebus vtilibus
cogitandi & differendi ansam præbeant: ea nul-
lo modo sicco pede hic prætercunda videntur. Nam
cruciatus illi abdominis, quibus *obs. 74. 75. & seq.*
Monachos quosdam torqueri vidit, planè cum iis,
vt supra dictum, quæ Eugalenus passim de scorbuto
tradidit, conueniunt, & euincunt, Septentrionali-
bus quibusdam locis, scorbutum esse familiarissi-
mum, alibi tamen etiam, vbiunque eadem scili-
cet caussa datur, generari posse. Refert enim, dolo-
res illos cum tali alui stupore coniunctos fuisse, vt
nihil profus emitterent infernè, atque cum crebris
vomitus, ructibusque, & id genus alijs sympto-
matibus, & præterea cum febre, eaque mediocri
quidem, sed pertinaci coniunctos fuisse. Alios au-
tem hisce ventris doloribus iam liberatos fuisse, sed
quosdam ex iis inueterata paralyti emortua penè
brachia quasi inutile pondus traxisse; quosdam epi-
leptiæ insultibus ex interuallo vehementer con-
cussos; nonnullos lethargo, & ineuitabili sopore
oppressos. Egros autem illos fuisse fusco corporis
colore, squalido, strigosòque corporis habitu, ad
calidam, siccam, & atrabilariam constitutionem
declinante, vfos fuisse pleno victu, & in otio vi-
xisse, ædesque syluis vndique cinctas, & in loco
viginoso sitas inhabitasse. His addit, dolores hos
plerumque febribus, modò tertianis, modò quar-
tanis, modò septenarium circuitum habentibus,
modò continuis successisse, quales etiam Eugalenus
describit: hisque paralytin sæpius superuenisse, qui-
busdam quoque alium longo tempore fluidam
fuisse, vrinæ varias mutationes suscepisse ex bre-
uibus interuallis, & ex claris in turbidas, & ex tur-
bidis in perspicuas fuisse mutatas.

Dolores autem hi etsi cognationem aliquam cum
dolore colico, qui à flatibus intestina distendentibus
ortum habent, obtinent: tamen multis ab eo
differunt. Ille enim non ita pertinax est, & diutur-
nus, sed soluta aluo, & flatibus exentibus, breui
evanescere solet, doloresque illi situ intestini coli
circumscribuntur, ventèrque solet intumescere, &
attolli: Hi verò dolores sæpe satis diuturni sunt,
& quandoque ad 40. diem, & vltra extenduntur,
dolorque non solum coli ducta circumscribitur,

Ventris do-
lor.

Carol. Pi-
sonis ob-
seruationes
ad scorbu-
tum rete-
renda.

Doloris
ventris
scorbutici
à colico
differentia.

sed modò illæ abdominis partes, imò sæpe vniuersum abdomen dolore corripitur, venterque non attolitur, sed deprimitur potius, & cum umbilico introrsum reuellit, vt umbilicus lumbis quasi videatur esse annexus, venterque excavatus quasi. Distensio etiam potius secundum longitudinem, quàm latitudinem percipitur, intestinumque reuellit, vt non solum exitum fecibus intercludat, sed & adiu glandes, ac clysteres prohibeat, vt non nisi viuentis adigi possint. Tandem dolores ventris à flatu non in tam grauia symptomata, & mala commutantur, sicut dolor ventris scorbuticus.

De ortu doloris ventris scorbutici.

Quia ratione autem dolores hi generentur, consideratione omnino dignum est. Nam ab intestinorum non secundum latitudinem, sed potius longitudinem distensione fieri, ex iis, quæ iam diximus, patere videtur. Quomodo autem ista conuulsio, & cont. actio fiat, potè inquirendum. Duobus autem modis eam fieri posse putamus.

Primus est, quem in *Instir. lib. 2. part. 3. f. 2. cap. 5.* proposuimus, quando nimirum materia ista acris, & corrupta per venas melsaraicas, quæ inter duas intestinorum tunicas feruntur, & ad intestinorum cavitates non hiant, mouetur, & inter duas istas intestinorum tunicas effunditur, easque distendit, vel licet, & sæpe etiam conuulsionem & motum excitat, vel etiam in membranas effunditur, easque distendit: vbi cum exitum non inueniat, non mirum est, dolores hos esse diurnos, & breuibus intervallis redire, tandemque in venas regurgitantem materiam in alias partes effundi, & sæpe paralytin excitare.

Alterum modum proponit Carolus Piso, qui putat, materiam hanc non per venas melsaraicas effundi, sed à capite descendere, hõsque dolores fieri non tam ob diuulsionem intestinorum propriam, sed partis alicuius communis intestinis cum cæteris omnibus membranæ in ventre inferiore contentis, peritonæi puta, quod in mesenterium propagatum omnium omnino viscerum, & partium in ventre inferiore contentarum est commune vinculum, imò communis membrana, quæ eas inuestit, inuoluitque vndiquaque, & deinde nerui sextæ coniugationis è thorace egressi, omnibus omnino partibus inferioris ventris sese communicantis, & ad omnes propagines mittentis. Contractis enim, & conuulsis vel ramis sexti paris, vel peritonæo; adnatas iis partes necessario conuelli, contrahique censet.

Quod vt non negamus, & fieri posse concedimus: ita illud, quod ipse etiam vltro fatetur, omnino addendum censemus, dolores huiusmodi ventris non solum à conuulsione, & distractione peritonæi, vel ramis nerui sextæ coniugationis fieri posse: sed quascunque partes in ventre inferiore membranosas affectas in sui consensum reliquas in abdomine partes trahere. Id quod in doloribus nephriticis apparet, in quibus & vniuersum peritonæum, cæteræque ei colligatæ partes in consensum trahuntur, & testiculus affecto vteri directè respondens ita retrahitur, vt in abdomen totus recondatur, & in ani affectibus, & doloribus vesicæ in consensum & contra trahitur. Itaque materia ista siue ad intestina, siue ad quascunque membranas in ventre inferiore detrudatur, graues dolores excitat; sicut & si ad membranam costas succingentem effundatur, dolores acerbissimos, pleuritidem æmulantes, absque earum tamen partium inflammatione, excitare solet, vt testatur Euegalenus, & ipsa experientia. Sicut verò dolores in pleuritidi similes non solum quantitas, seu copia humorum, sed potius acrimonia excitat: ita & humor, qui dolores hosce in

A ventre inferiore parit, non pura pura aqua est, sed falsus, & acris humor, vt antea docuimus.

Per quas autem vias humor hic ad hæc loca feratur, & quomodo dolor hic in paralytin degeneret, non ita planum est. Per venas in fieri *lib. 2. Instir. f. 2. cap. 5.* docuimus, atque puto rem satis manifestam esse, & frequenissimè id accidere. Ex colotamen etiam per mesentericas arterias humor iste regredi potest, & in arteriæ magnæ truncum transferri, atque inde ad lumbares arterias peruenire, quæ non solum sanguine turgescentes vicinis comprimere nervos, sed & aliquid serosi humoris ad eos affundere possunt. Carolus Piso à capite, tanquam seri receptaculo, humorem hunc in inferiora descendere statuit, docetque serum, quod vi caloris febrilis, aut vitalis, sed ab externo, siue ambiente per mutationem constitutionis eius commoti ebulliens sub sudoris, vel vrinæ forma confertim erupturum erat, in caput eleuatum per vasa soporaria ex eorum sinibus extremis exsudare, & efferuescere, & partim quidem extorsum, partim introrsum ferri: ac extrorsum quidem circa membranas, aut inter eas effusum, irruere, ac impetere vel principium neruorum spinalis medullæ, vel principium sexti, septimiue partium, atque alterutrum implere, ac distendere copiâ, & feruore, & secum tum neruos appendices, tum verò pariter membranas adnatas, aut feruore deposito descendens, & decurrens sisti in lumbis, atque neruos inferioris ventris, & maximè originem mesenterij, & peritonæi opplere, corrugare, & secum reuellere, & distrahere, quæ sinibus adnascuntur membra, id est, in quibus terminantur, & implantantur, intestina scilicet, & reliqua in alio contenta, eaque violenta contractione dolorem in iis excitari.

Verum enim verò vt hæc pleraque ita fieri quandoque non negamus, & præcipuè dolores illos vagos, qui in brachiis, lumbis, & aliis externis partibus percipiuntur, ex sero à capite, nocturno præsertim tempore, descendente originem habere concedimus: ita hosce dolores in ventre inferiore semper hoc modo excitari necessarium non putamus. Nam cum hi dolores præcipuè febrilibus superueniant, vt ipse testatur Carolus Piso, quarum focus in viscerum, partiumque vicinarum vasibus hæret: certè ex iis vasibus longè propior via est ad intestina, & membranas vicinas. Præterea cum dolores hos non præcedant affectus capitis, epilepsia, lethargus, paralytis, sed sequantur eos: credibile est, non ex capite materiam ad ventrem inferiorem descendere, sed potius, si in ventre inferiore exitum non inueniat, ad superiora regurgitare.

Multò minus credibile videtur, quod idem Piso statuit, serum adhuc neruorum principium obfudens per eorum corrugationem longè distitas, sed tamen adnatas partes conuellere. Quomodo enim probabile sit, extremos neruos conuelli, vt medijs non conuellantur? Sed probabilius mihi videtur, secundum ductum neruorum illam materiam in capite collectam descendere, & vel eos madefaciendo, emolliendo, aut stupefaciendo paralytin, vel vellicando dolorem, & conuulsionem excitare. Neque obstat, aut Caroli Pisonis opinionem satis confirmat, quod & capitis affecti signa cum dolore ventris in viuentibus animaduertuntur, & in cadaueribus sero caput ac principium neruorum obfudum deprehensum est. Etenim idem serum in corpore abundans diuersa loca corporis occupare potest. Neque sequitur, si seri in capite abundantis adsint indicia, vel in cadauere id reperitur, quod etiam dolor colicus, qui cum capitis & neruosi generis symptomatibus coniunctus fuerat, ab illo ipso

Per quas vias humor hic ad ventrem feratur.

tero prouenerit. Sed facile serum in ventre inferiore simul abundans ibi quoque dolores excitare potest. Præterea serum est mobile, & nunc versus interiora, nunc versus superiora facile mouetur. Quid n. prohibet, ut eiusdem Caroli Pisonis uerbis utar, seri in uasis ebullientis unam partem quidem rapi in caput, & ibi dolores vel alia symptomata excitare, reliquam ad renes vel etiam ad intestina, & ibi vias, per quas labitur, distendendo, & membranas vicinas in consensum trahendo dolorem excitare?

Quandoque & hypochondriorum nunc unum, nunc alterum dolore obicuro afficitur à delitescensibus intus flatibus, & exitum non habentibus; qui dolor non vno loco circumscriptus hæret, sed modò in lumbos, & inferiora corporis, modò per uniuersum corpus oberrat.

Excitatur & in lumbis sæpe dolor à sanguine vitioso in venis eò loci contento. Ut enim ex nimia sanguinis abundantia, vel humoribus prauis in vena magna lumbari contentis ante variolarum & morbillorum exortum, in sæminis in suppressione mensium, & ante mensium fluxum, in uiris in hæmorrhoidum suppressione, dolores in lumbis excitari solent: ita & in hoc malo sanguine vitioso in eadem vena hærentes dolores in lumbis excitantur, & homines quasi elumbes redduntur. Quod malum, quia eo affecti vix progredi, & se de loco mouere possunt, Græcis *ἰσχυρὸς*, Latinis Lumbago appellatur. Potest tamen & originem habere hoc malum per modum catarchi à capite per venas in spinalem medullam descendentes, & proinde sæpe à scapulis incipit, & sensim ad lumbos serpit, & interdum etiam ad os coxendicis descendit. Dolorque hic æstate, ut quartana, est breuior; autumno longior, & præcipuè si usque ad hyemem extendatur. Et si hæmor acrior sit, qui à capite defluit non solum in spinam, verum etiam in acetabula ossis coxendicis, tabem dorsalem, & grauissimos dolores, qui nullum requiei tempus concedunt, excitat, ægerque marcescit, & contabescit, lentaque morte enecat.

Dolores quoque Nephriticis similes Scorbuticos quandoque infestant, dum materia Scorbutica, circa lienem & vicina loca hærens, per arterias emulgentes confertum ad renes & vias vrinx tendit; aut dum serum scorbuticum in corpore quacunque de causa congestum, accedente in primis causa aliqua externa, ut aquilonis flatu, ad maiora vasa, & hinc ad renes confluit, & quicquid ibi vel in viis, sabulose, arenose & tartareæ vel etiam calculose materie reperit, secum ad easdem vias rapit. Quæ materia dum in transitu vasa & meatus vrinx euandæ destinatis distendit & velliat, dolores è regione pubis, circa os sacrum, lumbos, vel etiam umbilicem sentiuntur, partibus huic ob communem è peritonæo membranam in consensum tractis. Et tum plerumque vrinx impensè rubræ aut potius atræ eminguntur, quæque, nisi diligenter considerentur, pro cruentis habentur, & è renibus à calculo præsentè læsis prouenire creduntur: cum tamen tales vrinx turbidæ & ex rubro nigricantes ac multam tartaream materiam secum vehentes, reddi possint, calculo non præsentè, & sine renum vulnere vel vlcere. Quanquam hoc negandum non sit, si materia talis sæpius ad renes confluat, ibique eius aliquid subsistat, tandem calculum inde generari posse.

Nonnullos etiam, atque eos præcipuè, qui ex hæmorrhoidum suppressione hoc malum contraxerunt, circa vesperam dolor, & calor in capite infestat, ex vaporibus illis ad caput ascendentibus, & tota postea nocte calor quidem præter naturam, in-

star febrilis in toto corpore percipitur, qui sudationibus matutinis euanescit.

Dentium præterea dolor frequens, & præter rationem recurrens, nonnunquam & continuus, hoc malum sæpe comitatur, & non raro Scorbuti præludium est, qui non eodem loco persistit, sed vagus est, interdum dentem nunc hunc, nunc illum relaxat, qui rursus sponte firmantur, dolore, & tumore discussis, ut obseruauit Eugalenus, *obs.* 40.

Affligit & Scorbuticos interdum pleuritis quædam falsa, à vera pleuritide non parum differens. Etsi enim dolor non minus gravis sit, quam in vera pleuritide, ut æger, quò se vertat, nesciat, & ne momentum in loco eodem quiescere possit: tamen dolores hi sunt sine omni inflammatione, ortumque habent saltem à vapore acri, vel seroso humore ad membranas externas effuso. Ideòque ægri neque tussunt, neque quid exspuunt: nisi quid à capite destillet; dolor quoque non est continuus, sed per interualla recurrit: pulsus non, ut in vera pleuritide, datus, sed paruus, mollis, & inæqualis est; vrinx scorbuticorum propriæ; febris etiam, si coniungatur, non acuta est, ut in vera pleuritide, sed lenta, cum in vera pleuritide sit magna, & acuta. Respiratione insuper non admodum læditur.

Eodem modo & Arthritis quædam Scorbutum sæpe comitatur; quæ tamen & ipsa non in vno loco ad morbi solutionem subsistit, sed vaga est, & subinde in alium atque alium eiusdem, vel etiam oppositi lateris locum transit, præcipuè si topica frigida, vel repellentia adhibeantur; ita quidem, ut qui iam integre sanitati restitutus, & dolore omni liber videbatur, præter spem & improviso iterum dolore, cum & sine tumore, corripiatur: cum Arthritis ab antiquis descripta locum raro mutet, sed ad solutionem vsque membrum, quod primò apprehendit, obstat. Est etiam huic Arthritidi hoc peculiare, quod plerumque cum leui paralyti coniuncta est, ob quam membrum affectum loco mouere non possunt, quæ cum dolore cessat, & cum dolore redit, & in eandem partem, in quam dolor migrat. Ad sunt præterea alia signa & symptomata scorbuto propria. Ortum autem habet ab humoribus serosis, tenuibus; & acris ad motum promis, & ad locum mutandum aptis. Exempla sunt apud Eugalen. *obs.* 10. 11. 12.

Multa etiam symptomata in capite & neruoso genere accidunt, dum materia serosa ebulliens in caput ruit, aut vapores ex materia praua agitata in caput ascendunt, vel neruos & neruosum genus quocunque modo occupant. Hinc enim paralytis, tremor, conuulsiones & conuulsui motus, apoplexia, sopor profundus, deliria accidunt. Et præcipuè hoc euenit in principio paroxysmorum in febris, cum à calore febrili serum effervescent, & vapores multi è materia agitata in totum corpus distribuuntur, præcipuè verò in caput eleuantur: atque hinc etiam cessante febre symptomata ista vel mitigantur vel terminantur.

Primò sæpe crura ad motum impotentia, ineptæ, ac resoluta redduntur, imò nonnunquam alter utrum latus totum resolui, & subito quasi paralyti affici videtur. Sanguis enim ille ichorosus & vitiosus cum & naturaliter deorsum vergat, & à natura ad extrema ac ignobiles corporis partes amandetur, ac præterea ligamenta & tendines ac ossa naturali quadam inclinatione crassiorem sanguinem ad se trahant; accidit, ut ligamenta, tendines, & musculorum substantia tali ichoroso sanguine imbuantur, atque inde crura debilia & ad ambulandum imbecillia reddantur, ac malo procedente & ingravescente tandem resoluantur, & ad motum impo-

Dentium

Pleuritis

Arthritis

Stupor & paralytis

rentia fiant: quod malum *παρεσβια* dicitur; quæ species quædam *παρεσβια* est, aut, vt Langius, *lib. 1. epist. 42.* nominat, crurum enervatio. Differt tamen non parum hæc resolutio à paralyfi vera: ab antiquis descripta. Nam primò, et si, vt Engalenus hæc de re scribit, vt in veterum paralyfi, pedes transferendi, figendique robur, ac firmitas pereat: in plerisque tamen decumbentibus aliquis motus remanet, quo resoluta membra mouere, & ad musculorum capita leuiter ea attrahere conspiciuntur; id quod in paralyfi antiquorum non accidit. Deinde à paralyfi antiquorum differt, quod ea permanens, ac continuus affectus est, neque interuallum habet: in paralyfi verò scorbutica sæpe accidit, vt qui pridem pedem vix loco mouere poterat, cruribus insistet, & leui adminiculo nixus ambulet, paulò post verò omni motu iterum priuetur. Sicut & eo à reliqua paralyfi differt, quod illa ferè subito inuadit; hæc paulatim verò prius tentat, antequam sedem figit, & nunc partem apprehendit, nunc remittit. Sicut & nonnunquam & momentaneus stupor, ac leuis post somnum resolutio, hanc Paralyfin antecedere solet. Atque in eo quidem cum antiquorum Paralyfi conuenit, quod stuporem imminuentis mali quasi initium habet: in eo verò differt, quod stupor hic non ita fixus, & diuturnus est, sicut ille, qui paralyfin à veteribus descriptam antecedit, sed momentaneus, nunc remittens, nunc subito apprehendens. Accidit huic paralyfi quandoque etiam Arthritis, & dolor, qui omnis ab antiquorum paralyfi abesse solet. Tandem etiam longè facilius, adhibitis idoneis medicamentis, & sæpe intra paucos dies hæc resolutio crurum curatur; cum antiquorum paralyfis obstinatissimus morbus sit.

Paralyfis
ex colica
scorbutica.

Solet autem colica quandoque, & dolores ventris grauissimi hoc malum præcedere, qui vbi desinunt, paralyfis ista succedit, de quo Engalenus, *p. 114.* Quas ob causas omnes affectionem hanc non tam paralyfin, quam paralyticam passionem nominandam censent. Engalenus, *part. 98.*

Causa autem huius rei est, quod in antiquorum paralyfi causa mali in ipsis neruis hæret; & peccinacior est, hæc autem à vapore potius, qui ab humoribus corruptis attollitur, aut certè ab humoribus tenui, ac ichoroso attollitur, habet. Atque hæc paralyfis, vt diximus, non vni tantum membro quandoque accidit, sed sæpe alterutrum latus totum resoluitur. Vbi tamen ante perfectam eius inuasionem aliud atque aliud membrum prius tremor, & stupor tentat, sed is non constans, verum qui ægrum subito apprehendit, & subito remittit: & post apprehensionem, ac vbi æger iam decumbit, alie partes sponte conualescunt, alie resolutæ manent, & in dies magis resoluuntur, vel etiam ad conuulsionem disponuntur, & partes quædam, in quarum neruos vaporosa, vel ichorosa materia decubuit, his contractis, conuelluntur. Quæ omnia magis confirmat antegressa victus ratio, & vrina, ac pulsus scorbuto propria. Quandoque & totum neruosum genus ita debilitatur, & si curatio vel negligitur, vel non rectè instituitur, adeo ad omnem motum impotentes ægri redduntur, vt nec manus admouere ori possint, sed ab aliis cibum ingestum sumere necesse esseant, & toto vitæ tempore domi claudi desiderant.

Paralyfin hanc antecedere quandoque solent, vt postea etiam aicetur, tumores quavis parte erumpentes, qui eadem facilitate, qua erumpunt, euanescent, & cum ortus sui principio partem affectam lenem & momentaneam paralyfin inferunt, vt testatur Engalenus, *pag. 109.*

Qua ratione autem paralyfis scorbutica excutitur, & præcipue quomodo de dolor ventris scorbuticus in paralyfin mutetur, vix ab autoribus disputatur. Hoc quidem verum est, & facillè concedimus, paralyfin in scorbutica a materia ad cerebrum, atque inde ad neruosum genus transmissa, vt & tremores, conuulsiones ac conuulsivos motus excitari posse. Verum si de paralyfi, quæ dolores illos ventris in scorbutico lequi solet, quærat, non necessarium esse semper, vt materia primùm ex intestinis ad cerebrum, & hinc in neruos feratur, sed propiores vias esse putamus, vt in *Instit. lib. 2. part. 3. sect. 2. cap. 5.* dictum. Hoc saltem his addimus, aliam adhuc viam, per quam materia ista ad spinalem medullam deferri, & paralyfin efficere possit, monstrare recentiores Anatomicos, nimirum ramum quendam, qui ab arteria aorta, non longè à ramo mesenterico porrigatur, & serpat in spinam, eiusque vertebrae. Ab intestinis enim per arteriam mesentericam in arteriam aortam, tandemque per ramum hunc in spinalem medullam materia transferri, paralyfinque efficere potest.

Neque ab ista sententia nos illud dimouet, quod cerebrum motus omnis animalis est principium, quodque, si per venas vel arterias materia transportetur, in totum corporis habitum æquabiliter, non tantum ad artuum musculos diffundi deberet; quòdque humores isti neruis communicari non posse videntur. Etenim solum cerebrum ad motum non sufficit, sed nerui & musculi etiam requiruntur. Deinde et si materia ista sæpe ad varias partes pellitur: tamen à natura ad ignobiliores solet depelli, & peculiariter neruoso generi eam intestam esse, antea diximus. Sicut & hoc dictum, quod paralyfis ista non est tam contumax, vt vera paralyfis, & proinde vt ipsis neruis inhæreat opus non est, sed sufficit, si tali ichore scorbutico ligamenta, tendines & musculorum substantia imbuatur, & partes neruosa ad motum ineptæ reddantur. Videatur Engal. *observ. 17. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 42. 50.*

Tremorem etiam paralyfin quandoque antecedere modò dictum, & aliis quoque quam plurimis scorbutico laborantibus familiaritatem esse scribit Engalenus, *pag. 219.*

Conuulsiones præterea sæpe totius corporis, aut potius conuulsivi motus, & epilepsia huic malo accidunt, vaporosa aut serosa materia, quæ ab humore maligno, ac peculiari modo, & specificè corrupto attollitur, ad caput eleuata, quæ discussa sæpe quasdam inducias concedit, paulò post tamen iterum collecta & in caput eleuata idem malum excitat. Et hi conuulsivi motus plerumque cum febre coniuncti sunt, & eadem facilitate, quaprehendunt, remittunt, iterumque recurrunt. Et solent istas conuulsiones præcedere, vel totius corporis conuulsio, vel tremor, vel paralyfis, vel brachia & manus obrigescunt quasi, sed breui tempore, & sæpe præter omnem rationem subito in alium morbum, cataphoram, paralyfin, modò euanescentem, modò præter expectationem redeuntem transeunt. Quæ signa, in primis verò vrina turbida, & crassa huic malo propria, hanc conuulsionem à conuulsione ab antiquis descripta discernunt. Engalenus, *observ. 50. 54. 63. 69.*

Nonnunquam tamen particulares conuulsiones excitantur, vapore isto prauo peculiarem aliquem musculum, vel neruum occupante, eumque vel acrimonia, vel peculiari proprietate vellicante. Particulares autem istæ conuulsiones nonnunquam absque febre sunt, nonnunquam cum febris indicis, & nonnunquam post grauissimos dolores. Accidit interdum & tristis membrorum omnium ia-

Tremor.

Conuulsivi
motus, et
epilepsia.

E

ctatio, & concussio, cum leui resolutione conian-
cta. Pulsus in hac aliquando est magnus, quando-
que durus, & rursum paulo post molis, semper ve-
ro in vno, ac plumbus pulsibus inæqualis, vrinæ in-
constantes, vti obseruauit Eugalenus, *obseru.* 58.

Contractio
membrorum.

Quandoque membrorum ad mouendum impo-
tentia ita, & quidem paulatim, incrementa sumit,
vt crura planè rigida euadant, tendinibus ad crus
mouendum destinatis rigidis, planè, & duris in po-
plices euadentibus. Quandoque malum ita inuales-
cit, vt ægi nullum amplius membrum, vel articu-
lum habeant, quem extendere possint, & quasi in
orbem, vel globum contrahantur: quo morbo nau-
tas ex longis, & molestis peregrinationibus redeun-
tes affectos, & contractos (hoc enim nomine po-
tius tamen, quam conuulsi, appellari solent) vidit
Eugalenus, atque istud sæpe iacis diuturnum fuisse
testatur. Idem etiam tali ad poplitem retractionem
obseruauit, *pag.* 94. *obseru.* 13. 16. Non credibile
verò est, illud à vapore solum, vel totam nervosi
generis principium, vel partialem aliquem neruum
occupante, sed potius à rigiditate tendinum proue-
nire. Cum enim, vt suprà diximus, tartareus ille,
sed sero dilutus, humor etiam nervos, & tendines
occupare soleat, si aqueus ille humor absumatur, &
discutiatur, ac crassas partes deferat, ex ibi relictæ
exsiccantur; vnde tendines indurantur, & rigidi red-
duntur; quod præcipuè in cruribus, & tendinibus
crus contrahentibus in scorbuto laborantibus vel ta-
ctu deprehendi potest.

enerum
ritas.

His resolutionibus, conuulsionibus, & contra-
ctionibus accedit quandoque symptoma, rarius
quidem, sed quod obseruauit semel atque iterum
D. Salomon Albertus, & descripsit, *thes.* 112. *de*
Scorbut. quod scilicet nonnullis cardo oris, in quo
gena inferior sub via audiendi vertitur, non aliter,
atque compago genarum obitæ, in eademque os
strictius conuulset, quo minus in rectum queat dis-
pandi; squalido, terrenoque humore in iuncturam
illam, & huius vincula, quibus maxilla inferior au-
rium radicibus affirmata est, quæque motum libe-
rum, & expeditum cardinis modo maxilla largitur,
altius imbibito, atque infarcto. Idque non sine ten-
su doloris fieri docet, quem ipsa *Genis* in articulo, &
nervæ acis corporibus ipsium circumadantibus excitat,
quique inter manducandum, & oscitandum exacer-
batur.

Aplexia.

Apoplexia quandoque etiam, materia ad caput &
cerebrum adscendente, excitatur. Quam apople-
xiam etsi se nunquam vidisse scribat Eugalenus, *pag.*
123. testatur tamen ab amicis obseruatam fuisse. Et
ipse memini, virum illum Nobilem, de quo infra
dicetur, cuius gangræna scorbutica digitos pedum
apprehenderat, apoplexia ista extinctum fuisse,
quod euenturum prædixeram. Videantur etiam de
his, quæ in *Istis. lib. 2. part. 3. s. 2. cap. 5.* ha-
bentur.

Cæcitas
substantia.

Cæcitate subitanæ, cæteris sensibus integris,
vapore proculdubio crasso arthumore seroso prin-
cipium nervorum opticorum occupante, in studio-
so quodam excitatum fuisse, suprà dixi. Neque enim
credibile est, humorem aliquem etiam istam ob-
structionem parere potuisse. Aliàs tam facilè, & ci-
tò cæcitas illa non remississet.

Sopor pro-
fundus &
g.

Sopor quoque profundus nonnullos occupat, ple-
rumque cum febre lenta continua, nonnunquam
etiam intermittente, à vaporibus ad caput exhalan-
tibus excitatus: sed qui continuus non est, verum
cum paroxysmo aduenit, eodemque recedente &
ipse cessat. Alii contrà ob salios, & acres vapores
ad caput adscendentes vigilis infestantur, & si dor-
miant, terrentur.

A Ægri sæpe sunt tristes, ob defectum spirituum Tristitia.
purorum, ac lucidorum, & abundantiam vaporum
melancholicorum, quibus spiritus inquinantur.

Ex istem vaporibus ad caput eleuatis non raro Deliria.
deliria excitantur, quæ vt inopinatò inuadunt, ita
sæpe facilè remittunt: quæ non à calidis vaporibus,
vt in morbis acutis accisit, ortum habent, sed à va-
poribus melancholicis, & malignis, spiritus turbantibus,
ideoque non cum morbis acutis, sed lentis
coniunguntur: quibus signis ab aliis deliriis discernuntur,
vt & vrinis scorbuto propriis, crassis, ru-
bris, absque multa siti, pulsu item & victu, quo vsus
est æger. Quale delirium & hic aliquando vidi in
scorbuto cum paralyti coniuncto, quod scæda cru-
rum scabies, & vlcera præcesserant: vt & in altero,
cui venam in crure apertam sanguinem copiosum
fadisse, suprà *cap.* 1. dixi; cui & in dorso maculæ ef-
florecebant, quique malum hoc ex fœtere cadaueris
scorbuto extincti contraxerat. Quod de deliriis
dictum, idem de læsa memoria accipiendum. Læditur
enim illa quandoque in scorbuto, & istdem si-
gnis cognoscitur. Neque cor ab hoc malo semper
immune est. Primò enim palpitatio cordis per in-
terualla recurrens à vaporibus hisce prauis & mali-
gnis ad cor exhalantibus interdum excitatur; vti id
in quadam fœmina obseruauit Eugalenus, *obseru.* 3.
& ipse aliquoties annotauit.

Memoria
læsa.

Cordis pal-
pitaui.

Lipothymia deinde sæpe hoc malum comitatur, Lipothymia.
qua nonnulli, teste Eugaleno, *pag.* 321. subitò ex-
stincti fuerunt, vaporibus hisce ad cor exhalantibus.

Vnde lipothymiam pro certo signo habet Eugale-
nus, adeò, vt scribat, *pag.* 321. Qui in paruo, quan-
tum ad sensum, morbo, ac febre, à qua decum-
bentes parum, aut nihil pati videntur, subitò, ac
præter rationem animo linquntur; aut ad animi
deliquium proni sunt, hos scorbuto laborare, certò
tibi persuadere debes. Solet autem lipothymia hæc
maximè ægros corripere, cum in lecto se erigunt,
vel è lecto surgunt; motu procul dubio prauis illis
& malignis vaporibus commotis. Estque illa inter-
dum tanta, vt ægri subitò & inopinatò extinguan-
tur; cuius rei notabilia exempla habet Eugalenus,
obseru. 38.

Pluribus quoque accidit, vt de obstructione ven- Strangula-
tionis me-
tis.
triculi ad os vsque instar pali totum œsophagi me-
atum obserante, & suffocationem minante, grauiter
conquerantur, vt refert Eugalenus, *obseru.* 11. 41.

Et id in primis cibum sumturis accidit, qui cum pri-
mum bolum deglutituri sunt, in præsentissimo suffo-
cationis periculo versantur; vti id ipse in duobus vi-
ris obseruauit, quorum alter hoc malo ita periculosè
affligebatur, vt sæpe affirmaret, se cibum sumtu-
rum non minus metuere, quam eos, quibus carni-
fex laqueo ad suffocandum paratus adlat. Neque
idem liberè, & absque suffocationis periculo cibum
capere poterat, antequam dimidium cereuisiæ can-
tharum exhausisset. Is plerumque, vt suffocationis
periculo sese liberaret, ianæ parte superiore mani-
bus prehensa, pedibus pendulis totum corpus con-
cutere necesse habebat. Quod proculdubio accidit,
vaporibus adstringentibus, & stipticis adscendenti-
bus, & vel œsophagum distendentibus, & vicinam
tracheam comprimentibus, vel tale quid inferenti-
bus, quale pyra, & alii fractus austeri solent. Vidi
alium, cui loquendi potentia aufertur, nonnullis
apoplecticum quid esse existimantibus; cum potius
partium linguam mouentium à vapore, vel seroso
humore contractio, & quasi quædam conuulsio ef-
fet, cum æger ipse postea referret, se è loci dolo-
rem, & contractionem quandam sensisse.

Appetitus quidem etiam sæpe in scorbuto deiici Appetitus
deiectus.
solet. Sed habet hoc cum aliis morbis commune, ne-

que ipse peculiare aliquod indicium exhibet: Non raro tamen etiam appetitus integer est: quod accidit pro diuersa humoris ex epate, liene ac vicinis partibus in ventriculum confluentis conditione.

Sitis. Sitis verò hoc peculiare habet, quod sit nulla, aut nullius momenti, insignis verò corruptionis notas vix exhibeat, præcipuè si ab obambulantibus, & omnia vitæ mania sine offensione administrantibus tales reddantur, certissimum signum scorbuti sit, vt hac de re Eugalenus, pag. 33. scribit.

Ructus. Ructus perpetui quandoque hoc malum comitantur, vt Eugalenus, *obseru.* 2. docet. Et noui virum, qui hypochondriaca cum non leuibus scorbuti suspicionibus laborabat, qui continua sputatione, & ructibus ita molestabatur, vt sæpe intra horam vnam atque alteram vel centies ructaret.

Vomitus & vomendi conatus. Quandoque cum hoc morbo coniungitur vomitus, imò humores sæpe, vt in cholera, supra, & infra deiciuntur, cum ventris doloribus, & torminibus: quandoque tamen nihil conatu illo dignum reieitur, sed potius est inanis vomendi conatus. Talis autem vomitus ab aliis vomitibus dignoscitur, quod præter alia scorbuti signa, nulla ventriculi grauitas, dolor, intemperies, aut aliud quid eorum, quæ vomitum præcedere solent, antecessit; quodque æger etiam difficilis coctionis cibos & auidè appetuerit, & facillè concoxerit: ac vomitus interdum præter rationem, & spem remittit, rursus tamen, atque ex improviso recurrit: neque ventriculum roborantia medicamenta aliquid auxilij afferunt; cum vi adstringendi materiam circa præcordia detineant, eamque altius imprimant. Et notat hoc etiam Eugalenus, pag. 22. & seqq. vbi pluribus de hoc symptomate agit, quod à lacte, & lacticiiniis, à quibus aliàs in simili affectione læduntur ægri, sæpe melius hic habeant, quàm ab omnibus ventriculum corroborantibus medicamentis; proculdubio, quod à lacte acrimonia & prauitas humoris ventriculum vellicantis demulceatur, & mitigetur. Eugalenus, *obseru.* 33. 35. 39. 43. 44. 45. 46. 49.

Sputatio continua & saliuatio. Est & scorbuticis familiaris, copiosa, & continua salua & sputi reiectio; quod generatur cum ex vaporibus, qui ex humoribus in locis ventriculo vicinis hærentibus ad os eleuantur; tum ex cibis maxima sui parte in ventriculo corruptis, & in eandem substantiam mutatis, & secundum ductum membranæ œsophagum inuestientis in os euectis; vnde etiam corpus ob alimenti defectum paulatim extenuatur. In primis verò saliuationis huius copiosæ causa est, quod serum & aqua illa, quæ partibus crassis vehiculum præbebat, è liene ad ventriculum effunditur, præcipuè quidem per vas breue, sed & alia vicina vasa. Vnde & alij quidam melancholici creatores & saliuatores sunt. Et hæc illa est, pituita, quam nonnulli in melancholicis ponunt. Et si enim fieri possit quandoque, vt in morbi progressu, ac ventriculo iam valde debilitato, pituita aliqua generetur in ventriculo: tamen illud, quod à plurimis pro pituita habetur in melancholicis, est illa aquosa humoris melancholici pars, quæ è liene in ventriculum effunditur. Annotauit tales sputationis copiosæ historias Eugalenus, 41 pag. 205. *obseru.* 58. Idemque obseruauit in viro, cuius antea mentionem feci, qui inter edendum continuè, & copiosissimè exspuebat, & frequentissimè ructabat.

Alui fluxus. Nonnunquam alui fluxus, & diarrhœa quædam in scorbuto infestat, qua fæces nunc quidem compactæ, sed copia ingestum cibum excedentes, coloris varij, nunc herbacei, nunc cinerij excernuntur, nunc liquide conferunt, & magna copia eiciuntur. Differt hic fluxus à lienteria, quod in lienteria cibus crudus, & incoctus deicitur; à diarrhœa ve-

ro vulgari, quod in ea deiciuntur humores liquidi copiosi, & varij coloris, hic verò vel feces compactæ sunt, sed copia cibum ingestum excedunt, coloris nunc herbacei, nunc cinerij, aut si sint liquida, maiori quantitate, & magis conferunt, quàm in diarrhœa, fluunt, & nocturno ac diuturno pariter tempore durant, cum in diarrhœa deiectiones interdum magis fieri soleant, sicut in viscerum obstructions vesperi, & noctu.

Fluxus autem huius causa plerumque est debilitas epatis, & venarum, quæ alimentum, vi debent, non attrahunt, quod in primis viis relictum corrumpitur, & cum aliis humoribus miscetur, atque ita per aluum excernitur. Deinde ipse etiam lien (sæpissimè causa est huius fluxus, seu, vt Aristoteles, 3. de part. animal. cap. 7. loquitur (sicut hunc locum corrigi Cl. D. Hofmannus, de usu lienis cap. 14.) διὰ τὸ ἐν τῷ ἐντρίπιον τῆς ὑπέρθερος, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὑγρὰ γίνονται τῆς ἀνωτέρου, ὅσα ἐπιρραὶ τῆς λίαν ὑπέρθερος διὰ τὸ ἀποστρωσάσθαι τὰ ὑπερθερος: id est, ob humoris, qui ab intestinis ad lienem iuit, ad intestina refluxum, quibusdam aluus humida est. Cum enim lien plurimum aquæ attrahat, eandem ad aluum quandoque remittit, vnde fit aluus fluidior. Quod docet etiam Hippocrates, 6. aphor. 43. 48. & 1. de morbis, de leucophlegmatia loquens.

Potest tamen etiam huc facere serosi humoris copia, si accedat aliqua causa externa eum commouens, qualis est constitutio aëris autumnalis. Frigus enim cum poros cutis denset, facit, vt serum per eos, seu sudoris seu halitus forma, amplius euadere nequeat, & proinde ad intestina, quasi corporis sentinam, confluat. Imò frigus per corporis poros, qui adhuc à constitutione æstiva & calore meridiano ac tepore lecti patent, altius sese insinuat, & è vasis extremis serum, quod sanguini exactè commistum non est, versus maiora vasa repellit. Quod dum per vias, quibus in ambitum corporis fluxit, refluit, & viscera ac ramos meseraicos & gastricos perfluit, quicquid ibi bilis & aliorum excrementorum inuenit, abstergit, ad intestina secum rapit, vnde deiectiones aquosæ & ex parte biliosæ vel limosæ sunt. Nec à vero absolum, eisdem alui fluxus provenire posse à febre, dum scilicet à calore febrili serosus humor effluens, neque tamen per poros cutis clausos exhalare vel exiudare potest, vnde ad intestina confluit. Quacunque autem de causa, & quocunque modo generetur fluxus alui in scorbuto, hoc peculiare habet, quod adstringentia medicamenta planè noxia in eo sunt, & summam angustiam, spirandi difficultatem, ac animi deliquij & suffocationis periculum inducunt; cum materiam viciosa in venis detineant, & in viscera magis impingant.

Sæpe quoque fluxus alui sanguinolenti accedunt, Alui fluxus dynteriam æmulantes, qui accidunt, cum sanguis crassus, & feculentus in venis abundans per extremitates earum in intestina desinentes in ea effunditur, & hinc per aluum non excrementis permixtus, sed ab his separatim, & ferè plerumque sine omni dolore, ac torminibus excernitur: qua ratione à dynteria differt, & alia etiam scorbuti signa, angustiam, difficilem respirationem, &c. coniuncta habet. Cuius rei notabile exemplum superiore anno in studioso quodam hic obseruauit, qui cum febre continua, & malignam æmulante laboraret, non tamen obscura scorbuti signa haberet, & victus ratione scorbuto generando apta vsus esset, vrinæ scorbuticas, pulsum paruum, ac debilem, summam angustiam, febrem lentam, & malignam longè diuturniorem, sitim ferè nullam, etsi lingua fissuras etiam contraheret, haberet: in morbi progressu

copiosissima sanguinis siccari per aluum deiectione secuta est; quæ proculdubio accidit, quod cum natura humorum vitiosum per aluum dancere conaretur, officium venarum apertis simul sanguis effluit, sicut sæpe in hæmorrhagiis narium criticis natura vitiosos humores sine sanguine euacuate non potest. Post hunc sanguinis fluxum in dies quidem melius habere cepit, sed longè tardius, quàm post crises, quæ in acutis, & malignis febribus contingunt, accidere solet. Tandem febre cessante ipsa stomacace scorbutum apertissimè prodidit, quæ febrem hanc cum insigni oris fœtore secuta est grauiissima; quæ tamen & ipsa tandem idoneis remediis adhibitis cessauit.

Alius contra in scorbuticis sæpe adstringitur, vt annotauit Eualenus, pag. 20. & Forestus, lib. 20. obseru. 11. vt etiam in aliis melancholicis & hypochondriacis fieri solet, qui peramque sunt alui siccissimæ, vt vix post tertium aut quartum diem semel deiciant. Cuius rei causa est, quod aquea illa humiditas, quibus feces dilui debent, aliò, ad lienem scilicet & renes, transfertur: & melancholici illi ac scorbutici, quibus aluus siccior est, aut plurimum mingunt, aut plurimum sudant, quod aliàs etiam fieri consuevit, vt ex 4. aph. 83. patet. Quandoque tamen alui illam pertinacem, & quæ sæpe nulli medicamentis cedit, adstrictionem prouenire putamus ab intestinorum reuulsione & retractione sursum facta, de qua supra, de dolore intestinorum, diximus. Quod vel ex eo patet, quod nullam præsentis huius doloris, & alui adstrictæ est remedium, quam diuulsionem, & retractionem membranosi generis relaxare, & potenter humectare.

Vt in quartanarum declinatione sudores copiosissimi sunt: ita & in scorbuto sæpe sudores copiosissimi fluunt, qui etiam media hyeme sub leuissimis tegumentis erumpunt. Aquosus enim humor, quem lien copiosius attrahit, non solum per vrinam, sed & per sudores sæpissime euacuat: cum sit eadem sudoris & vrinæ materia. Et cum illa anxietates plurimos affligere soleant, non cessant, nisi vapores illi prauis per sudores discutiantur. Sequiturque plerumque sudores istos copiosos *ἀπορία*.

Hæmorrhagiæ quandoque etiam in scorbuto accidunt, procul dubio sanguine seroso, & salso, imò prauo, & corrupto naturam ad excretionem stimulant. Et quidem narium hæmorrhagia frequentior esse solet, & sæpe scorbuticos affligere. Rarius est, quod à me obseruatum, supra etiam relatam, venam in cruce apertam copiosius sanguinem per aliquot dies fuisse, et si vix officii vestigium apparet. Idem in labiis accidisse, obseruauit Clariss. Dn. D. Doringius, vt supra dictam.

Fœminis menses subsistunt, & pro menstruis fluxu albo, salso, & acri laborant, quo viri facillè inficiuntur. Viri etiam ad generandum inepti redduntur, cum semen aquosum, & vitiosum in iis generetur.

Facies fit pallida, & liuida quasi, aut ex pallido in fuscum vergit, & maximè interdum labia, & palpebræ, attestante id Eualeno, obseru. 8. 18. 19. Etenim cum quales sint humores in corpore, talis sit color in cute, sanguisque in scorbuticis non purus sit, sed nigris, & ichorosis humoribus inquinatus: talem colorem in facie excitari, mirum non est. Nonnunquam tamen, & per interualla quædam, facies rubore, & calore quodam, sed subito iterum euanescente perfunditur: Germani appellant, *ein fliegende Hitze*, ex vaporibus calidis è collaue humorum, qui in hypochondriis, præcipuè circa epas, hærent, eleuatis.

Quandoque icterus scorbuto coniungitur. Anno

A superiore oblata est mihi fœmina curanda, quæ febris continua cum ictero, & grauiissima catarrhalgia laborabat, cuius corporis constitutionem cum diligenter perpendetem, subelle ex vrina & angustia pectoris scorbutum suspicatus sum. Neque fœfelle me opinio. Paulò post enim macula copiosæ in tibis & pedibus eruperunt. Habuit ille icterus ortum non ex obstructione vesiculæ fellis, sed ex flauo humore in epate, à collaue scorbutica læso, copiosius genito, & totum corpus effuso. Quæ facillè, atque intra paucos dies curata est, medicamentis antiscorbuticis cum epaticis moderatè frigidis mistis. Curauit & aliam fœminam, quæ cum quartana laborasset, & scorbuti non leuia indicia haberet, faciei, & corporis totius color, qui in sana erat floridus, in liuidum, & nigrum mutatus est, & non absimilis nigro ictero euasit. Solet interdum totum corpus odorem grauem, præcipuè sudantibus, spirare. Et halitus oris ferè omnibus scorbuticis fœter, vt adstantes eum vix ferre possint, & nates auertere cogantur, vt qui sæpius cum scorbuticis conuersatus est, non leue hinc scorbuti indicium capere queat. Horrores præterea frequentes, quos nullus, aut quam minimus calor sequi solet, interdum scorbuticos inuadunt, & eodem die interdum bis, vel etiam sæpius inuadunt. Eualenus, obseru. 1. 48.

Accidit etiam interdum calor p. n. febris non absimilis, qui nocturno tempore plerumque inuadit sine illo horrore, frigore, vel rigore, duratque vsque ad tempus matutinum, & plerumque sudore superueniente discutitur. Distinguiturque à febrili calore, tum quod sine rigore, aut frigore inuadit, tum quod certa interualla more quotidianæ obseruat, nectamen proprietates quotidianæ habet. Accidit quoque procul dubio, cum vapores, & serosæ humoris melancholici partes nocturno tempore commouentur. Et frequentissimè accidit, cum chylus in ventriculo elaboratus ad lienem & viuas metatarsicas defertur.

Non raro, & fortasse frequentius, quam multi opinantur, febres scorbuto coniunguntur; sicut & quandoque in scorbutum degenerant. Plurimæ enim febres, qui hic ægros inestant, omnes notas febrium, à Grecis & Arabibus descriptas non obtinent, & proinde suspicionem non leuem de latente scorbuto, vel dispositione ad scorbutum sæpe præbent. Sunt autem febres ex varij generis.

Quandoque enim sunt lentæ, & continuæ, quandoque intermittentes, sed quæ signis & notis intermittentium febrium ab antiquis descriptarum destituuntur, nisi quod typum quandam quotidianæ, vel tertianæ, vel quartanæ referunt. Quandoque etiam nullum typum obseruant, & interdum bis de die, aliquando ter, quateruè inuadunt; interdum post 3. 4. 5. 6. 7. diem frigore, & horripilationibus quibusdam, vt appellant, ægrum molestant, nullo ferè calore subsequente, vt annotauit Eualenus, obseru. 1. 48. 49. Interdum tamen, eodem teste, pag. 42. æstuans calor subsequitur, cum multa ad præcordia anxietate coniunctus non infido mali huius symptomate. Ideoque omnia febrium signa & symptomata diligenter perpendenda, & cum signis febrium ab antiquis descriptarum conferenda, neque febres istæ diu in numero & accessionibus, sed signorum proprietate æstimandæ sunt. Tum enim in frigoris sensu, & duratione, caloris qualitate, & duratione, & superuenientibus raris, ac à veteribus non enumeratis malis & symptomatibus, magna inter has febres, & à veteribus descriptas intermittentes apparebit differentia.

Nam primò frigoris tenuis, præter aliarum febrium morem, satis diu sæpe a tæx vel septem horas extenditur, antequam calor febrilis erumpat.

Odor corporis & anhelus.

Horrores.

Calor nocturnus.

Febres.

Febrium scorbuticorum ab aliis differentia.

adstri-

Stor copiosus.

mor-

Menses.

Corfa-

Ann-

Deinde pulsus præter rationem febris est tardus, debilis, & inæqualis, in declinatione præcipuè, alias circa vigorem magnus, & durus est: vrina, qualem in scorbuto esse diximus. Ideoque si in loco, vbi aliàs scorbutus non rarus est, vel præcedentibus causis scorbutum generare aptus, qui cum vrinis crassis, rubris, & fuscis febricitare cæperit, pluribus subsidentibus fundo apparentibus, à quibus tamen vrina supereminens nihilo clarior redditur, sed crassa, turbida, & subalbida vel rubra manet, non leuem scorbuti suspicionem suggerit, & non vnus, sed plurium humorum simul corruptorum talis vrina indicium est. Mutationes etiam vrinarum varix latentem scorbutum denotant. Saepè enim in febribus hisce vrinx varix sunt, modò tenues, & citrinæ, modò crassæ, turbidæ, aliquandò rubræ, & post iterum tenues, iterumque crassæ, & conturbatæ. De quibus Galenus, 4. *de rat. vult. in acut.* docet; variam, & facilem vrinarum permutationem plures affectiones denotare, quæ nec eandem curationem, nec idem solutionis tempus habent. Cum talibus ergo vrinis si pulsus parvus, debilis, & inæqualis, vel magnus, durus, & ferratilis, absque membranæ alicuius ossibus adhærentis inflammatione, percipiatur, non leue etiam scorbuticæ febris indicium est.

Præterea initio accessionum plerumque tantæ sunt membranarum, crurum, aliarumque partium vellicationes, vt diuelli, & dilacerari carnes sibi conquerantur. Eugalenus, pag. 214. *observ.* 45. Dolores isti si in pedibus absunt, adsunt tamen in dorso. Ita in quibusdam frigoris sensum, ac si frigida intus ad spinalem medullam effunderetur, in quodam retrò ad dorsum sensum caloris, in anteriore corporis parte sensum frigoris obseruauit Eugalenus, pag. 43.

Rara quoque, & à febribus ab antiquis descriptis, & quæ in locis, vbi scorbutus notus non est, conspiciuntur, planè aliena symptomata in febribus hisce scorbuticis animaduertuntur, motus nimirum conuulsiuus, lethargus, varij & vagi dolores, & febrium harum in alios morbos præter rationem mutationes.

Febres tertiana.

Frequentissimè autem cum scorbuto coniunguntur febres tertianæ; quæ licet nothæ sint: tamen signa tertianarum ab antiquis descriptarum non habeat omnia, sed istis, quibus diximus modò, notis ab iis discrepant, tum etiam hoc, quod sine alternis, siue singulis diebus inuadant, tertianarum simplicium, aut duplicium modo, nullus vel horror, vel rigor, imò sæpe nec frigus vllum in iis sentitur. In primis verò vrinis ab aliis tertianis facillè differunt: quod in veris tertianis febribus vrinx in initio sunt tenues, citrinæ, & ad monstrandam iam incipientem humorum coctionem nonnunquam nubecula sufficit: in febribus verò hisce scorbuticis vrina crassa est, & diuersarum partium. Et quamuis in tertiana notha etiam vrinx crassescant, & crassum sedimentum tandem subsideat: tamen id fit in febris declinatione, & coctionem significat; cum in scorbuticis hisce febribus tales vrinx crassæ in principio appareant, & extremam humorum cruditatem significant. Ita etiam Hippocrates, 2. *prognost.* 27. & Galenus, 4. *aphor.* 71. cum vrinas rubras cum rubro sedimento ad fundum matulæ subsidente longiores quidem morbos designare, sed sine periculo esse dicit, id saltem de vrinis intelligendum, cum sedimento subsidente re vrina planè clara, & pellucida euadit, & propterea coctionem, & naturæ contra materiam morbificam victoriam significat: in hisce scorbuticis vrinis etiam quid subsideat, rubræ tamen partes crudæ, & incoctæ su-

pereminentes vrinam turbidam reddunt; Idque summam cruditatem indicat, & morbum, qui non absque periculo est, eiusque incrementum significat: obseruatumque, plures cum talibus vrinis scorbuto laborantes præter medicorum expectationem extinctos fuisse. Tertianæ scorbuticæ exempla sunt apud Eugalen. *observ.* 51. 52. 53. 54. Neque ab hisce febribus discrepare videntur, quas describit Carol. Piso, *de morb. à colluvie serosa, observ.* 66. 67. 68. 69. Et tales febres scorbuti suspicionem coniunctam habentes sunt plerumque tertianæ, quæ sub tempus verum inuadunt, & post septimum paroxysmum quotidie assilunt: id quod ex pulsu & vrina apparet.

Quartanæ vt aliquando in scorbutum degenerare solent: ita sæpe cum eo coniunguntur. Quæ etsi typum quartanarum obseruant: signis tamen aliis plurimis ab iis discrepant. Neque horrore, atque calore quartanæ respondent, sicut nec pulsu, qui etiam in ipso paroxysmi vigore paruitatem, ac inæqualitatem retinet. Et ipsæ vrinx tales, quales scorbuto propriæ, apparent. Vide Eugalen. *observ.* 56. & Carol. Pisonem, *de morb. à colluvie serosa observ.* 91. 92. 93. Neque enim febres hæc à Pifone descriptæ Scorbuticis dissimiles sunt.

Occurrunt quandoque quotidianæ febres, quæ tamen neque tertianæ duplicis, neque quotidianæ ab antiquis descriptæ notas & symptomata habent. Frigus enim plerumque est lentum, & longum ad sex, septem, vel plures horas durans, in vigore sitis magna, vrinx varix, pulsus parvus & inæqualis in accessionis initio & extra accessionem, in vigore magnus, & durus. Adest procliuuitas ad lipothymiam, quories se æger mouet, angustia ad præcordia, & alia scorbuti signa. De quibus Eugalenus, *observ.* 57.

Cum verò materia scorbuti causa non semper primis viis coërceatur, & includatur, sed non raro in venam cauam, & arteriam magnam effundatur, atque ibi corrumpatur, ac putrescat, id quod sæpe ex sanguine, venæ sectione emisso, apparet, qui lividus, & viridis quasi conspicitur: etiam febres continuæ excitantur, & scorbuto coniunguntur, quæ tamen & ipsæ ab aliis continuis non parum differunt. Nam febres hæc continuæ scorbuticæ mitiorem calorem habent, & minori cum siti, ac inquietudine sunt coniunctæ, aut si hæc sint grauiora, tamen anxietas per interualla recurrens, & ad præcordia molesta, & pulsus tardus, ac inæqualis febres has facillè ab aliis febribus continuis discernit. Quibus si accedant vrinx crassæ, & subrubræ, cum crasso, subrubro, ac graui, & inæquali sedimento, & sitis minor sit, quam pro putredinis magnitudine, signum hoc multò firmiter est. Vid. Eugalen. *observ.* 62. 63.

Frequentissima autem ferè est febris ex continuæ & tertianæ intermittentis typo mysta. Neque enim tales febres, etiam hic locorum satis frequentes, tertianæ intermittentes vel puræ vel nothæ sunt, vt pote quæ ad puram *ἀσπιζία* nunquam deueniunt, neque etiam tertianæ continuæ, cum hæc sine omni frigore, rigore aut horrore exacerbentur, in istis verò vel singulis vel alternis diebus frigus percipiatur, aliæque symptomata conspiciantur, quæ modò enarrauimus, & neque in continuis, neque in intermittentibus tertianis apparere solent.

Imò interdum & pestilenciales, & malignas febres hæc scorbuticæ amulantur, & maculæ illæ purpureæ, & nigre, sicut & tumores in inguinibus erumpentes, incautis imponunt. Verum qui causas, quæ præcesserunt, & omnia symptomata diligenter considerat, has febres à pestilentibus, & malignis

malignis discernet. Nam & symptomata sunt mitiora, & facile vrina, & pulsus antè descripti à pestilentibus febribus eas discernunt; & sunt diuturniores hæc febres, quam veræ pestilentes, atque accedunt alia signa, quæ scorbuto magis propria sunt, quam pesti, vt neruorum resolutio, & anxietas summa circa præcordia. Quæ etiam in pestilentibus febribus quandoque etiam animaduertatur: tamen non ita, vt in peste, illa est continua, sed interrupta, ob vapores non continuo adscendentes ex hypochondriis. Atque hæc febres quoque non sunt Epidemice, sed Sporadice, & longius, quam pestilentes, extenduntur. Neque mirum est, quod febres scorbuticæ pestilentes æmulentur. Humor enim melancholicus, præcipuè si putrescat, est pessimus, & varia, pro humorum admixtione, symptomata & morbos inducere solet. De quibus Eualenus.

Tumores Scibi. Variæ quoque tumorum differentiæ, materia ad ambitum corporis protrusa, vel ruente excitari solent. Quandoque enim facies intumescere, & inflari subito solet; qui tamen tumor itidem facile euanescit.

Flum. Sæpe impetu quodam serosa materia deorsum ruit, quæ cum à calore partium illarum, vt pote a fonte caloris reuolutorum, debiliore discuti non possit, pedes intumescunt, & tumore œdematoso corripuntur. Quibus humore crasso hypochondria repleta sũt, in iis hmostræ ac crassæ humoris huius partes in hinc locis tumorem durum & renitentem efficiunt.

inguinis & glandis, in miculis. Rusticis, & nautis, ac qui simili iis victus ratione vtuntur, tubercula dura in toto corpore erumpunt, nonnunquam & tumores magni, & profundi cum in inguine, & glandulosis corporis partibus, tum alibi, & in mediis musculorum spatiis, doloris quicquid, dum ægri quiescunt, au crus super scamno, vel puerinari reponunt, expertia, inter eundem verò, & cruribus pendentibus grauiter ægros excruciantia, tumores Gallicos æmulantia, quæ à materia melancholica, & tartarea, vt Chymici appellant, in ambitum corporis à natura detrusa, & iis in locis hærente, & indurata proueniunt. Ortum enim habent hi tumores ex humoribus scorbuticis corruptis, dum tenuior pars humorum, à natura ad ambitum corporis depulsa, discutitur, vel à calore febrili absumitur, crassa verò relinquitur. Discernuntur autem à Gallicis tumoribus, quod in his aperta materia pinguis lardo similis reperitur; quale nihil in tumoribus Scorbuticis apparet: præterea tumores scorbutici sequuntur vitam tristem, & calamitosam Gallici luxuriosam, vt hac de re scribit Eualenus. p. 92. *num.* 18. *observ.* 20. Nonnunquam hinc inde subito in corpore tumores erumpunt, qui eadem facilitate & promptitudine qua orti sunt, euanescent, & cum ortus sui principio parci affectu leuem & momentaneam resolutionem inferunt, Paralyticus antecedere solent. Eualenus. p. 109. Imo interdum tumores renitentes, duri, sububri vel nigri & crustosi in inguine & cruribus erumpunt, bubonibus pestilentibus non ab similes, verum signis scorbuti ab iis distinctes.

E. sifelas dic. ose. Est & scorbuto laborantibus, vel ad scorbutum dispositis satis familiaris illa phlegmores species, quæ, quod rubeo, roseoque colore cutem tingit, vulgo *dic. Rose* appellatur quæque sanguineos non solum, & plethoricos, sed & ab hac constitutione longissimè remotos infestat, & nonnullos singulis ferè septimanis, alios singulis mensibus, alios longiore interuallo, pro causarum, cum internarum tum externarum atque adiuuantium, magnitudine & varietate, cum horrore, magno languore & anxietate, nonnunquam leuibus animi deliquiis, inuadit, & nunc hanc, nunc illam partem, pro vt hæc vel illa imbecillis est, apprehendit; quod indi-

A cium est, potius ab humoribus ichorosis peculiari modo corruptis, aut vaporibus ab eiusmodi humoribus corruptis et solutis, quam sanguinis copia prouenire; præsertim cum alia signa, quæ ex vrina, & pulsu, ac morbi huius motu, & quod facile de loco in locum, sicut de arthritide diximus, migrat, continentur: sicut etiam horrores aliquot diebus eius eruptionem præcedere quandoque solent. Eualenus. *obj.* 49.

B Interdum non solum crura, sed & si morbus protrahatur, venter intumescit, vbi simul Epar, & Lien plerumque humoribus crassis ita infatigantur, vt tumor manifestus, & tensio in eis appareat. Id quod non mirum. Nam cum colluies humoris scorbutici præcipuè circa Epar, & Lien hæreat, cum à substantia, tum à vaporibus eius facultas horum viscerum debilitatur, & praua inde in eis dispositio contrahitur, quam iterum alimentis elaborandis imprimant; unde vitiosorum humorum, præcipuè terrosorum, colluies cumulat, & tandem ad curia descendit; si materia sit copiosior, vt tota ab eis recipi non possit, quod reliquum est intra viscera hæret, & tum naturæ robore in abdomen protrudit, tum pondere suo eo ruit, & ventrem in tumorem attollit. Laborant autem hydropici isti longè maiore respirandi difficultate, quàm aliis in hydrope fieri solet, nondum scilicet valde tumore diaphragma premente, & plerique horum respirationem sibi precludi, & de angustia circa officium ventriculi conqueruntur. Quæ cum à crassis vaporibus, & flatibus proueniat, vt supra dictum, iis discussis hæc respirandi difficultas, & anxietas remittit, quod aliàs in hydrope fieri non solet, & rursum iis collectis redit, ac præcipuè pesti purgantium usum difficultas respirandi, & angustia augetur. Et si in corporibus plethoricis hoc malum excitetur, facies statim huida apparet, peccantisque humoris indicium exhibet: tumor quoque multò durior, & tensior est, quam aliàs in hydrope fieri solet, ideoque neque alitè, neque faciliè digitorum impressionem admittit, vt aliàs in hydrope fieri consuevit, & impressus digitus in aliquibus nullum, in aliquibus exiguum vestigium relinquit.

D Præter hanc hydropis speciem alia adhuc occurrit, quam à vesicatum toto corpore, & qualibet eius parte extubantium forma, Belgica *Lingua Bencxvater*, appellant. Cognoscitur, quod iis præcipuè accidit, qui victus minus melancholico vsuntur, humoresque tenues, & aquosos cum multis flatibus cumularunt, & quod antequam sedem figit certam, aliam atque aliam corporis partem momento nec tumore ac inflatione hic morbus attollit & distendit. Quibus verò humores minus nichiles sunt, pedes primùm, postea totum corpus duro & inæquali tumore paulatim assurgit, variis tuberculis, sua subinde quasi cute circumscriptis, extra reliquum tumorem exstantibus; præcipuè quidem in inguine, & seroto, quandoque tamen etiam in brachijs, scapulis, dorso, reliquisque corporis partibus. Accidit pulsus huic malo proprius, vrinæ modò crassæ, turbæ, & huidæ modò variæ, & inconstantes, præcedente tamen morbo crudæ, & tenues; præcesseruntque plerumque alia symptomata, nauisæ, alui detractiones, languor, oris siccitas perpetua, & alia. Eualenus. p. 152. *observ.* 20.

V Quandoque non solum maculæ in cruribus apparent, sed & vlcerum in eis excitantur, sicca ferè, & neque pus neque saniem ex se fundantia, vt rectè Eualenus scribit, a cuius partibus magis est experientia, quam Hieronymi Reulneri, qui vlcerum scorbuticorum tenoi sanie perpetuò madere scribit. Vlcerum autem hæc eos magis infestant, qui tempera-

mento bilioso sunt. de quo Hippocrates, *lib. de in-* A
tern. affect. Quicumque, inquit. *splicem habent ma-*
gnum, siquidem biliosi sunt, hi mali coloris sunt, &

Vlcera Tele-
lephia

malis vlceribus sciant. Vlcera hæc cum maligna
sunt, ea ad Telephia communissimè referri cense-
Balduin. Ronsseus, *de scor. cap. 7.* Cum enim Tele-
lephia dicantur ea vlcera, quæ in tali vlcere Tele-
lephus Myxæ res conueniunt. Aegineta, *libr. 4. cap.*
46. nomen hoc scorbuticis vlceribus non in mentè
tribui putat. Cum enim Telephus omnem operam
impenderit, vt pro diuturno vlcere aliquod medica-
mentum reperiret: tandem sermo confectus reperit
herbam, quam sibi cognominem esse voluit, & ea

Telephiu.

sanitatem recuperavit: censeatque viri quidam do-
cti, Telephium esse plantam vulgò cochleariam di-
ctam: alij tamen fabariam esse censent, & satis mul-
tis probat Vvicerus, telephium non esse cochlea-
riam. Verum non multum refert, siue Telephia, si-
ue alio nomine appellentur hæc vlcera: hoc certum
est, maligna, & curatu difficilia esse ob humorem
Melancholicum, & prauum. Sine causâ verò hoc
loco inuehitur in Ronsseum Reusnerus, qui hæc vl-
cera maligna esse statuit, quod ab atra bile proueniât.
Ipse enim nititur falsâ hypothesi, quod saltem ab
humore aquoso ortam habeant. Et si enim hoc ve-
rum sit, quod Melancholia, quæ, vt supra dixi, in
scorbuto etiam concurrit, non tamen adusta sit, vt
ea, quæ cancrum excitat, tamen humor melancholi-
cus quicumque contumax est, neque facillè cura-
tioni cedit, & in scorbuto peculiarem corruptionem
ac prauitatem sortitus est. Ipse tamen distiteri non
posset, humorem salsum Scorbuticis vlceribus ines-
se. Vlcera hæc interdum ita gangrenosa sunt, vt ne
quidem ferrum inflatum, vel admotum pyroticum
sentiant. Imò ex tali vlcere crustoso sepe mortifica-
tio totius cruris aduenire potest, nisi maturè crusta à
reliquo vlcere separetur. Eugalen. p. 406. *obs. 8.*

Naque solum cura, sed & alias corporis partes
vlcera hæc interdum occupant. Ita obseruauit Eu-
galenus vlcere scorbuticum, quod cum tumore in-
genti ad Elephantiasin accedente præter dimidiam
faciem, & magnam ceruicis partem, nasum, & la-
bia occupabat. Præter dictam faciem inflationem na-
sus liuidus erat, labia prætumida, & nigra. oculi
prominentes, & fusco colore palpebræ tinctæ, & va-
rius pustulis variegatæ: hæc serpendo quotidie labijs
per totam ferè faciem dispergebantur, subiectas car-
nes exedentes, & circa tempora in vlcus nigrum, ter-
trum, malignum, & glomerosum, quod Carcinoma
Græci vocant, desinentes.

Penis.

Refert idem Eugalenus, p. 221. *num. 48.* penem
quandoque exulcerari, cum praua ista materia, dum
per penem cum serosa sanguinis substantia defertur,
inter transeundum malignitate & acrimonia sua te-
neram penis carnem erodit.

Gangrana
scorbutica.

Imò non solum vlcera scorbuticos corripunt, sed
& grauissimum, etsi vulgò non satis cognitum & ra-
rius, malum scorbuto quandoque accedit, mortifi-
catio scilicet, & gangræna vel vnius, vel plurium
corporis partium, præcipuè digitorum pedum. Inci-
pit hoc malum plerumque circa pedis extremum cum
nigris, & purpureis maculis, & lituris quasi, & hinc
paulò post vlcus crustosum, & gâgrenosum, sicum,
neque sanium, neque pus reddens apparet, digitus-
que vnus vel alter pedis emori incipit, & linea ru-
bræ, ac purpureæ lituræ supra iniuncturam pedis se-
cundum tibiam longitudinem apparent. Id quod Eu-
galenus etiam annotauit, atque ego ipsemet exem-
pla eius rei duo vidi, vnum in vtro quodam Nobili-
ssimo, alterum in Padagogo. Est verò huius gan-
græne, ac Sphaceli à gangræna & Sphacelo vulgo
descriptis magna differentia. Etsi enim in vtraque

gangræna pars emoriatur, ac serpi in circummarit-
tat, ac malum in dies latius serpat: in vno tamen pau-
cis discepan. Gangræna enim illa vulgò nota ferè
ex causis manifestis & notis ortum habet, & in
membro tali Sphacelo emortuo factus, ac aque-
sus humor effluit, membrum molle, ac putridum
redditur, & grauem, ac cadaverosum de se fetori-
em emittit, multumque breui tempore serpit, &
plerumque hominem citò iugulat. Gangræna ve-
rò scorbutica ferè sine causâ manifesta inuadit, &
lentè, ac tardè serpit, ac non nisi longo tempore
hominem iugulat. Nobilis enim ille, cuius modò
mentionem feci, vltra menses tres; padagogus ve-
rò vltra sex menses cum malo hoc vitam protraxit,
sicut Eugalenus ad duodecimam hebdomadam ma-
lum hoc protrahum fuisse testatur. Pars planè sicca
est, nihilque effluit, & cum cum præter ferro aufer-
tur, licet caro rubra offeratur, color tamen ille ru-
ber paulò nigrior est, & sequenti die & ipsa planè
emortua deprehenditur: nullus quoque fetor per-
cipitur. Præterea vbi primò malum vnum solum
pedem apprehendit, postea, absque omni causâ
manifesta, in altero etiam crure, & pede maculae,
ac lituræ rubræ, vel purpureæ apparere incipiunt,
& paulò etiam post illius pedis dignus vnus, vel al-
ter liuidus redditur, & planè emortuit; tan-
demque homo plerumque Apoplexia, quod No-
bili illi accidit, vel Epilepsia accedente mori-
tur.

Atrophi

Tandem etiam Atrophia hoc malum interdum se-
quitur. Quibusdam crura atrophia laborant, & ita
gracilia redduntur, vt vix ossibus hæere videantur:
Interdum & totum corpus ita emaciatur, vt vix cu-
te, & ossibus homines hæreant, & sceleti formam
referant. Quod accidit, quod partes vel etiam to-
tum corpus bono alimento destituitur, & à vitio-
sis humoribus, qui affluunt, calor natiuus & vis nu-
trix partium ita debilitatur, vt nutritionem rectè
promouere non possint. Et in principio quidem
atrophia accidit, quod ob vitiosum nutrimentum
facultas in nutritione frustratur ob errorem exter-
num: vbi verò temporis progressu ipsas partes ab
humoribus continuo affluentibus vitiosa dispositio
imprimatur, non aliter ac in leucophlegmatia &
scabie praua, læsa etiam facultate nutritio læditur.
Et licet à variis etiam causis aliis Atrophia generari
possit, vt ab vlcere pulmonis, aut alicuius alterius
visceris abscessu, à febribus, præcipuè hæctica: ta-
men hic hæc causæ omnes, earumque propria signa
absunt; contra pulsus, vrina, aliaque, cum quæ
præcesserunt, tum quæ adsunt, Scorbutum arguunt,
quæ hæctenus sæpius sunt enumerata, nec toties re-
petere opus est: agiturque de his Eugalen. *num. 33. p.*
159. & seqq. obs. 35. 36. 40. 46. Cor tamen à vapo-
ribus putridis continuo afflictum etiam calorem &
siccitatem præter naturam contrahere potest,
atque inde tabes & atrophia in toto corpore ex-
citari.

Atque ita morbos, & symptomata, quæ Scor-
butum comitari solent, pleraque recensimus, du-
ctum in primis Severini Eugaleni, quid de hisce omni-
bus accuratè & prolixè egit, & si curationem scorbu-
ti eadem ratione adiecisset, omnibus, qui de Scor-
buto scripserunt, palmam præripuisset, & de arte
Medica optimè mereri potuisset. Etsi autem ex his
signis omnia apud nos non ita semper sunt euidentia,
vt iis in locis, quibus scorbutus quasi patrius &
vernaculus est: tamen qui ea, quæ circa ægros etiam
in his & vicinis locis sunt, diligenter considerau-
erit, istis signis satis sepe manifestis latentem
sub aliis morbis scorbutum, aut certè eius initia
deprehendere poterit. Si quis verò est, qui putet, mo-

nunū in recensendis morbis & symptomatibus scorbuticis fuisse, is sciat, me equidem cum iis non facere, quibus nullus ferè morbus offertur, quem non ad scorbutum reducere conentur: interim qui experientiam diligenter consulat, animaduertet, & hæc quæ enumerata sunt, & forsitan plura cum scorbuto mala coniungi posse.

CAPVT V.

Prognostica.

1. **I**N Prognostico instituendo Medicus cautus sit, & omnes facultates principes earumque læsiones diligenter perpendat. Etsi enim pulsus plerumque in hoc morbo valde debilis, languidus & paruus sit, ita quidem, vt medicis morbi huius ignaris mirum videri possit, cum tali pulsu hominem viuere posse: tamen inde mortem prælagire non licet; cum non morbi lethalis, sed morbi peculiari modo facultati vitali aduersantis signum sit. Etenim vitali cordis facultati, vt & nervoso generi aduersam qualitatem habet colluies scorbutica. Vnde illæ cordis anxietates, conuulsui motus, paralysis, varij dolores, & similes affectus scorbuto tam familiares sunt.

2. Malum hoc in principio ferè curatu facilè est, & idoneis medicamentis adhibitis facilè cedit; cum vitium saltem in humoribus consistat, nec praua aliqua dispositio visceribus communicata sit, & sæpe sola diæta, ac præcipuè aëris mutatio ad curationem sufficiat.

3. Si verò radices agat, diuturnum malum est, & quod multa curatione indiget, & vix vnquam radicitus tollitur. Nam & humor melancholicus, à quo hic morbus ortum habet, natura sua contumax est ac tardè mouetur, & morbos pertinaces ac diuturnos parit; & postquam humor scorbuticus semel similem Epati, & Lienis dispositionem impressit, vix ea planè extirpari potest; atque ob eam vel singulis annis, vel longiore interuallo, pro vixtus ratione, & aliis circumstantiis, malum recurrit, nunc iisdem, nunc aliis stipatum symptomatibus: virique cum eo sæpe in annum nonum, decimum, vel plures; sæmînæ in vigesimum vel plures vitam protrahunt; proculdubio ea de causa, quod in sæminis per menses vitiosæ colluiei pars aliqua euacuetur: donec tandem perpetuo languore contabescunt, ægrique, aliis atque aliis symptomatibus subinde superuenientibus, grauius affecti, & diu afflicti tandem sæpe improuiso moriuntur: Sicut in Islandia mensæ assidentes, aut aliud quid agentes repente concidere, & moti quandoque hoc morbo laborantes se ex oculatis, & fide dignis testibus audiuisse, refert Dodonæus, in *prax. Medic.* Humor enim contumax est, & vt non nisi longo tempore in corpore & coaceruatur, ita etiam non nisi longo tempore tollitur, & optimis etiam remediis resistit. 4. Qui diæta se adstringi non patiuntur, quique in assumendis medicamentis difficiles & morosi sunt, rarè integre ab hoc morbo liberantur, ideoque etsi quandoque symptomata demulceantur, & scorbutus aliquomodo deuictus videatur: tamen si æger ab vsa medicamentorum desistat, paulò post eadem vehementia morbus reuadescere solet, interdum cum iisdem, interdum cum aliis, sed æque grauibus symptomatibus.

5. Plerumque scorbutus in cachexiam vel hydropem, nonnunquam & in dysenteriam, sæpissimè verò in tabem & atrophiam transit, & hominem lenta morte iugulat. Cum enim, vt supra dictum, ha-

A mores Scorbutici prauam & similem dispositionem visceribus, in primis lieni & epati, imprimant, sit, vt læsa horum viscerum facultate sanguificatio lædatur, & serosorum humorum ac flatuum copia producat. Cum verò vitiosi humoris colluies ad ventrem protruditur, diarrhœam diuturnam, tandemque hydropem inducit. Cum etiam humores prauis circa viscera & in primis vias collecti cum sanguine infœcantur & cum eo in totum corpus distribuuntur, eum ad corpus nutriendum ineptum efficiunt: vitiosique humores cum sua substantia, tum prauis exhalationibus omnibus corporis partibus similibus vitiosam dispositionem imprimant, facultatemque nutrientem lædunt: cor etiam à vaporibus putridis continuò afflictum intemperiem calidam & siccam contrahit, atque inde tabes & atrophia in toto corpore excitatur.

6. Respiratio difficilis, & pectoris angustia periculosum malum est, ob quam, si & Medicus, & adstantes suum officium non faciunt, sæpe ægri syncope præter expectationem percunt. Si verò natura fortior morbum diutius tolerare possit, plerumque in hydropem ægri incurrunt, præcipuè ij, qui cathartics fortioribus sæpe vtuntur. 7. Crurum maculæ quò magis ad liuidum, & atrum colorem tendunt, eò peiores sunt; & si in vlcera aperta abeant, difficulter ea sanantur. Indicat enim talis color latentem humorem atrum, & malignum, à quo excitata vlcera periculosa sunt, & difficulter curantur.

8. Scorbutus hæreditarius, & à parentibus propagatus, vt & qui à pueris quasi adoleuit, difficulter admodum curatur, & vix quam extirpatur, & ferè semper aliquæ eius reliquæ remanent, quæ facili de causa repullulant. Habent enim tales secum congenitam scorbuti causam, & natiam lienis imbecillitatem, quæ ope medicamentorū vix vnquam tollitur. 9. Pueris sæpius crebrius, & rarioribus accidit. 10. Periculosius senes iuuenibus, & mulieres viris laborant, si scorbuto afficiantur. Senes enim calorem debilem habent, & cruditatibus obuoxij sunt; ideoque morbi malitiam facilè superare non possunt. Eadem de causa & femina magis periclitantur, præsertim eo tempore, quo fluxus mensium cessat, aut ante tempus subsistit; sanguinis motu ad viscera nutritionis conuerso, humoribusque vitiosis, qui cum mensibus euacuari solebant, in corpore retentis, & viscera debilitantibus. 11. Quibus tormina ventris, & circum umbilicum contorsiones continuæ adsunt, rarè euadunt. 12. Tumores in variis corporis partibus subito erumpentes, iterumque euanescentes, paralysis prælagunt. 13. Post paralysis curatam nerui quidam, in quos serosa, vel vaporosa materia decumbit, contrahuntur, & conuulsionem illorum excitant. 14. Conuulsio scorbutica sæpe subitò in paralysis, cataphoram, vel tumorem, nunc euanescentem, nunc rursus emergentem transit, prò vt materia scorbutica nunc huc, nunc illuc mouetur.

E 15. Gingiuarum tumor, atque erosio, nisi mature sanetur, carnem ad ossa vsque absumit, & os tandem dentibus priuat. Quandoque liuor partem oris superiorem, & palati partes penitiores apprehendit, & superuenit putredo palati ac faucium insignis, quod symptoma aliquibus impulsit, vt scorbutum proluè Venerea haberent, vt pote in qua nihil frequentius accidit, quam oris fauciumque corruptio, quod malum & plerumque lethale signum est, & caloris natui extinctionem significat. 16. Vlcera crurum curatu difficilia sunt, & periculo non vacant; cum ab iis totum erus interdum gangræna corripatur, quam tandem sphacelus sub-

sequitur, unde totum corpus in periculum adducitur. A
 17. Vomitus, & humorum vitiosorum supra & infra reiectio parum ægris prodest, sed potius ventris, & intestinorum doloribus plurimos longiore mora conficit. 18. Febres cum scorbuto non curantur integre, si scorbuti curatio negligatur. Imò si indicationes, quas febris suppeditat, solum attendantur, æger sæpe non parum læditur. Quæ res ipsa facit, ut febres hodie sæpe tam diuturnæ sint, quod latens sub iis scorbutus non semper attenditur & cognoscitur. Febrésque tales diuturniores vires sæpe deiciunt, ægruamque interficiunt, aut alium grauiorem morbum accersunt.

19. In febribus scorbuticis intermittentibus quandoque conuulsui motus, vel earum in singulorum paroxysmorum initio accidunt, qui tamen sponte remittunt.

20. Febres continuæ scorbuticæ, si purgantibus medicamentis initio fortioribus, aut crasso potu, aut medicamentorum calidorum usu exasperentur, plurimos subito animi deliquio ac suffocatione enecant, atque occidunt.

21. Tumores crurum œdematosi in hoc morbo diuturniores esse solent, minusque promptè discutuntur; cum & sanguis crassior sit ratione ad hæc loca tendat, & ob caloris in hisce partibus à fonte caloris vitalis longè distantibus debilitatem discuti non possit.

22. In magnis lienibus sanguis à dextra nare fluens, malum.

23. Cum etiam quandoque liuida maculæ in cruribus delitescere, quandoque confortim efflorescere soleant, dubiam hæc naturæ cum morbo pugnam indicat, & ubi morbus iam incrementum sumit, utrumque iam mortis instantis indicium est. Evanescent maculæ, cum calor natiuus extinguitur, & qui restat exiguus, ad suum fontem refugit, & cum eo sanguis partes exteriores deserit. Cum vero in morientibus vberim hæc maculæ efflorescent, materiæ prauitatis, & copix argumentum est, quæ calore natiuo iam succumbente, neque amplius humores regente, iugo quasi excusso, liberè diffunditur.

CAPVT VI.

De curatione Scorbuti in genere, Indicationes.

Indicatio. **C**um omnia, quæ Scorbuticos infestant, mala & symptomata ab humore melancholico, crudo, seroso, falso, & peculiari modo corrupto originem habeant: danda opera, ut illa eius cruditas & prauitas emendetur medicamentis cum manifesta, tum occulta qualitate cum corrigere valentibus; ipse ex primis viis, ubi præcipua eius sedes, ut & toto corpore, tollatur; obstructions, in liene in primis, & vicinis venis, aperiatur; praua dispositio viscerum, lienis maximè, emendetur, & defectus ille in coctione & immixtione satis, & humorum crassorum corrigatur; ac scorbuticorum eiusmodi humorum crassorum generatio, remouendo causas ad eorum generationem facientes, præcaueatur. Seu, ut Forestus hæc de re loquitur, quatuor intentiones sunt curandi scorbutum; aperiatio, euacuatio, alteratio, & confortatio. Nisi enim plenitudo sit amota, obstructio aperta, & intemperies ablata, ac lien roboratus, æger nunquam curabitur; & quatuor istis adhibitis infinitos scorbuticos se curasse refert Forestus. Quod verum esse ut facile credimus: ita curationis ab eo institutæ historiam docent, eum semper talia elegisse vel adhibuisse medicamen-

ta, quæ peculiari vi scorbuto aduersantur. Dicitur etiam si ita comparata, ut ad generationem, & augmentum humoris scorbutici non solum non conferat, sed etiam ei sit contraria.

Curatio.

Et primò quidem sanguinis euacuationem quod Sanguinis
 attinet, si natura eius per hæmorrhoides euacuatio-
 nem sponte tentaret, id aptissimum esset. Et si per
 hanc viam natura aliis vitiosos humores euacuare
 consuevit, danda est opera omnibus modis, ut hæ-
 morrhoides prouocentur.

Quod si de hæmorrhoidum fluxu nulla spes sit, & sanguinis sit aliqua abundantia, ipsæmet si febris coniungatur, primis viis vel clystere, vel leni aliquo medicamento prius euacuatis, vena, si vires id permittunt, aperienda, ut ita vitiosi humores simul euacuentur, & natura reliquos facilius superare possit, sanguisque ventiletur: cum videamus, naturæ ipsius ductu non rarò in principio huius morbi sanguinem è naribus effundi.

Aperienda autem vena, vbi opus, in cubito, seu Quæ ven
 mediana, seu basilica, & quidem lato scalpello, ut aperiend
 monet Vuerus, ut non solum tenues sanguinis, sed
 & crassiores partes euacuentur. Sitamen vires ali-
 quomodo iam sint debiles, latam sectionem dilua-
 det Forestus, ne multum spirituum exhalet, & vi-
 res amplius debilitentur. Plurique sectionem in sin-
 stro brachio instituendam censent. Equidem, ut
 lib. 5. Instit. part. 2. f. 1. cap. 17. dictum, venæ bra-
 chij sinistri maiorem aliquam cum liene cognatio-
 nem non habent, quàm venæ brachij dextri: *non est*
 tamen, *ob hæmorrhoides & hæmorrhoides* illam occul-
 tam, & consensum partium dextrarum cum dex-
 tris, sinistrarum cum sinistris, etiam hæc obscurare
 forsann non inutile fuerit. Forestus etiam saluætellæ
 in sinistra manu aperiendæ in scorbuto prodest se
 experientia didicisse scribit: qua de re experientia
 consulenda. Nam ratio eius rei nulla reddi potest.
 Postea, & præcipuè si melancholicus sanguis ad in-
 feriores deflauerit, ut non sine causa suadet Rous-
 seus, vena poplitis, aut malleoli aperiatur, ut ma-
 teria ibi fixa quoque euacuetur. Et omnino commo-
 dum est, ut sanguis peccans non semel, & vna vice
 detrahatur, nec vna tantum in vna parte vena ape-
 riatur, sed aliquoties id fiat, interiectis interuallis.

Ita enim qui per varia corporis loca sparsus est san-
 guis vitiosus, commodius euacuari potest. Parcius
 autem sanguis euacuetur; cum largiorem sanguinis
 missionem hic morbus respuat, ut Eugalenus scri-
 bit. Si vero morbus iam radices egerit, & sanguinis
 iam adsit magna corruptio, ac cacochymia, cum nulla
 sanguinis abundantia, eaque ita totum corpus occu-
 pauerit, ut iam maculæ efflorescant, & alia externa
 signa in corpore hinc inde appareant, vix venæ sectio
 tentanda, ne puriore, & subtiliore sanguine effluente,
 & crassiore illo, ac viscido in venis subsistente, vires
 ægri debilitentur: sed tunc potius ad cacochymicæ scor-
 buticæ præparationem, & euacuationem, primis viis
 tamen & ventre prius euacuatis, accedendum.

Præparationem ergo, & purgationem quod atti-
 net, cum scorbutus fortia purgantia non ferat, sed
 iis exasperetur potius, ut aliquoties monet Se-
 uerinus Eugalenus, omnesque eruditi Medici ipsa
 experientia edocti testantur; neque vna vice hu-
 mores vitiosi euacuari possint: purgatio per
 rectissimè instituitur, ita scilicet, ut materia pri-
 mum præparetur, & coquat, & corruptio, ac pu-
 trefactio humorum superetur, & cohibeatur, dein-
 de purgatio lenis instituat, & cum materia scor-
 butica non sit eiusdem substantiæ, sed ex diuersis hu-
 moribus mixta, iterum ad præparationem ac-

Quæ
 sangui-
 euacua-
 dum.

Præpar-
 humor

cedatur, & hinc, si opus sit, medicamentis idoneis humores præparati rursus euacuentur. Quod nisi obleruetur, & materiâ adhuc crudâ, & specificâ humorum corruptione nondum superatâ, purgantia exhibeantur, materia mota & conturbata anxietates multas parit. Imò obseruatum, non paucos citiâ purgantium vsum conualuisse, vsurpatis medicamentis attenuantibus, incidentibus & peculiari vi scorbuto aduasantibus.

Itaque primò, vt experientissimi medici Salomonis Alberti, antecessoris olim mei, verbis utar, ea vsurpanda medicamenta, quæ terretum, & feculentum humorem colligunt, attenuent, incident, dissipandòque abstergant, vt soluta obstructione, quod crassius est, facilius in aluum, corporisque sentinam excidat, quod tenuius, & seriosius, ad vias vrinæ deriuetur, & vtrumque ad eò, quò vergit natura, per conferentia loca euacuetur. Nam & caliores sæpe huius humoris partes cum vrina excernuntur, & cum ægri commodo vrinæ ferè nigrae, & turbidae, quæque nigrum sedimentum deponunt, emittuntur.

Monendum tamen de istis: Primò ad vniuersalem methodum semper hic respiciendum, & naturam humoris, ac corporis constitutionem considerandam esse. Vbi enim frigidi, & crassi humoris sunt, & in iis, qui in frigido, humido, ac crasso aëre viuunt, attenuantibus, & incidentibus fortioribus vtendum: in aliis mitiora adhibenda. Deinde si morbus radices altius egerit, & diu iam durauerit, fortioribus remediis, & magis attenuantibus, & internis, quàm externis, sudoriferis, balneis, ac aliis. Tutissimum tamen est, semper à mitioribus incipere, & paulatim ad fortiora progredi. Et si morbus curationi non cedat, & cum laudabilibus vrinis incrementum sumat, signum est, medicamenta debiliora esse, quàm morbi, & caulæ magnitudo requirit, & propterea ad fortiora progrediendum. Tertio aperientibus & attenuantibus medicamentis, quæ in aliis morbis vsurpantur, solis fidendum non esse, sed ea addenda, quæ peculiari proprietate hunc morbo aduersantur. Non enim est de nihilo, quod aliquoties monet Euegalenus, Medicos aliàs doctos frustra in hoc morbo, quem non rectè cognitum habuerant, curando laborasse, qui proculdubio & aperientia ac euacuantia, & alterantia, atque confortantia vsurparunt; sed frustra: cum cacochymiam scorbuticam cognitam non haberent. Neque enim qualibet aperientia, vel humorem melancholicum alterantia hic sufficiunt, sed semper ea vsurpanda, & admiscenda, quæ humoris huius naturam respiciunt. Ideoque et si quæ obstructiones eratis, lienis, ac vicinorum valorum aperiant, & intemperies eorum corrigunt, quæque in aliis melancholicis affectibus vitia sunt, & hic locum habeant, vt radices aperientes, scorzonera, caryophyllata, heleny, cichori, polypodij, gentiana, rhapsontici, aristolochie rotunda, scilla; cortices tamarisci, capparum, folia chamadryos, chamapithyos, cuscute, agrimonie, fumarie, hyssopi, lupuli, ceterach, scolopendrij, betonica, origani; flores genista, cichorij; & fructibus amygdala amara, bacca lauri, iuniperi, & similia: ea tamen quæ huius humoris propriū vitium peculiari vi corrigere possunt, semper addenda.

Poterit ergo primò talis potio parari. ℞. Rad. cichor. feniculi. polypod. q. an. ℥. j. cer. tamarisc. rad. cappar. an. ℥. ℥. cochlear. becaburg. fumarie, omnium recens. an. M. j. ceterach, chamadryos, hyssop. capil. veneris, lingua ceruina an. M. ℥. passular. ℥. j. Coq. s. a. Colaturæ clarificatæ ℞. ℥. xx. duleoretur sacchar. cando, & add. cinamom. ℥. ij. F. potio pro 4. vel 5. dosibus: vel addatur sac-

char. q. s. & fiat syrupus, cuius ℥. j. ℥. detur cum aq. scolopendr. fumar. cochlear. nasturti. aquatic. becaburga. Vel ℞. Aq. scol. fum. cham. an. ℥. ℥. ℥. syr. de scolopendr. de fumar. byzantin. s. an. ℥. j. spir. vitrioli ℥. ℥. Fiat potio pro 3. dosibus. D. Salomon Albertus hoc digestiuum præscribit. ℞. Passular. minor. succo acerisa imbutar. ℥. j. rad. polypod. querr. ℥. ℥. asari ℥. ℥. bistori. ℥. ℥. glycyrrh. oxylapathi an. ℥. ℥. corr. rad. cappar. ℥. ℥. tamarisci, sem. anisi, feniculi an. ℥. j. ℥. agricasti ℥. j. vitica ℥. ℥. iv. herb. cuscute, acerisa, capill. veneris, lichen. petrei, ceterach, lingua ceruina an. M. ℥. thymi, epulymi an. P. ℥. flor. borrag. bugloss. viol. an. P. j. cinamom. ℥. ℥. Coq. in aq. pura ad ℥. j. In colatura clarificata dissolve sacchar. q. s. Coq. ad syrapi consistentiâ: Cuius ℥. j. ℥. detur quotidie cum aq. scolopendr. capill. veneris, lupuli an. ℥. j. Poterit & spiritus salis, cremor. tartari, tartarum vitriolatum, vel spiritus tartari, conuolutus, quem vulgo misturâ simplicè nominant, in misculo carnis vel alio convenienti liquore exhiberi.

Materia hæc vel similibus medicamentis præparata, & viis apertis, ad purgantia accedendi m. Licet etiam præparantibus quæ ad vim purgantia admiscere, vt aluus non nihil laxetur, & humores ad aluum sensim deducantur. Eligantur autem, vt etiam supra dictum, leniora purgantia; cum fortiori m. & vehementiorum purgantium via, ipsa experientia teste, ægri in hoc morbo in præsentissimum dilectamen adducantur, & vitæ periculum sæpe conueniantur. Ideoque consistentionem Ham ech plerique delecti abhorrent. Sitamen infundatur vel coquatur, mitior fit.

Vt ℞. Decoct. fol. sera sec. August. ℥. ℥. iv. confect. Ham ech. ℥. j. ℥. el. diaphanis. rosar. Mes. an. ℥. ℥. Bulliant in el. atque iterum, & colentur. Colaturæ add. manna. ℥. ℥. Iterum colentur. F. haultus. Vel ℞. Rad. polypod. q. ℥. ℥. corr. rad. cappar. fraxini an. ℥. ℥. absinth. centaury minor. chamadr. ceterach, an. M. ℥. thymi. epulymi an. P. j. sem. anisi, feniculi an. ℥. ℥. ℥. bellebor. nigri. præp. fol. sera el. an. ℥. ℥. ℥. rhabarb. ℥. ℥. cinamom. ℥. ℥. ℥. confert. fumar. cochlear. borrag. an. ℥. ℥. ℥. Co-tundenda contundantur, & affundantur aq. vel vini, vel seri lactis ℥. ℥. ℥. in vase duplici coq. in baln. per horas ij. Colaturæ exhibeantur ℥. ℥. ℥. manè, & horis duabus ante cœnam.

Vtile est etiam hoc medicamentum. ℞. Passular. polyp. q. an. ℥. ℥. ℥. sinubar. setest. an. numi. vj. Coq. in aq. Colatur. ℞. ℥. viij. In iis infund. fol. sera el. ℥. ℥. epithym. Crer. ℥. ℥. turbit. elect. belleb. nigr. præpar. an. ℥. ℥. ℥. zingib. caryophyll. an. ℥. ℥. j. In colaturâ dissoluatur manna ℥. ℥. ℥. Iterum coletur. F. haultus. Vel paretur talis potio. ℞. Rad. polypod. q. ℥. ℥. vj. auri, corr. tamarisc. rad. cappar. an. ℥. ℥. chamadr. cap. vener. an. M. j. epithym. ℥. ℥. flor. borrag. bugloss. cichor. an. ℥. ℥. fil. sera el. ℥. ℥. j. sem. anisi, fen. an. ℥. j. passular. euacuantiar. ℥. ℥. vj. Infund. in s. q. seri lactis. In colatur. Vnc. vj. dissolu. el. Indi, vel rosar. Mesue, prout humoris natura postulat, ℥. ℥. ℥. Iterum colentur. Add. syr. de fumar. compos. vel de cichor. cum rhabarb. ℥. ℥. vj. Misce F. potio purgans pro 2. dosibus. ℞. Rad. polypod. q. scorzonera an. ℥. ℥. ℥. fumarie, cochlear. an. M. ℥. sem. endinæ, anisi, feniculi; carui an. ℥. j. corr. rad. cappar. ℥. ℥. ceterach, capill. vener. borraginis an. M. ℥. fol. sera ℥. j. agar. trochiscati ℥. ℥. rhabarb. ℥. ℥. j. flor. cord. P. j. stice Indica, cinamom. an. ℥. ℥. j. schœnãthi ℥. ℥. ℥. Coq. in sero lactis. Colaturæ ℞. ℥. ℥. j. Add. syr. de cichor. cū rhab. ros. sol. an. ℥. ℥. j. succi cochlearia vel scoloryb. alionius ℥. ℥. j. M. Pro duabus vel tribus dosibus.

Vel ℞. Rad. cichor. petroselin. polypod. q. an. ℥. A
 B. cort. tamarisc. rad. cappar. an. ℥. ij. helleb. nigr.
 prap. ℥. j. B. cochlear. nasturt. aq. becabung. an.
 M. j. ceterach, agrim. an. M. B. sem. anisi, fœni-
 culi, agni casti an. ℥. j. passular. ℥. j. C. oq. inf. q.
 feri lactis caprini. In colatur. infund. fol. sene el. ℥.
 j. rhabarb. elect. ℥. j. flor. borrag. bugloss. genista
 an. P. j. cinanom. caryophyll. an. ℥. B. Colaturæ
 ℞. ℥. ix. syr. de fol. sene ℥. j. fumar. comp. ℥. vj.
 cremor. tartari ℥. j. M. Fiat potio pro 3. dosibus.
 Vel ℞. Electuar. diacatholic. ℥. j. confect. Ha-
 mech. ℥. iij. Infund. in decocto, vel aq. becabung.
 & cochlear. Vnc. iij. Postea colentur: Adde syr. de
 fol. sene ℥. B.

Pilule.

℞. Pilular. tartarear. Quercetan. ℥. j. F. Pilulæ
 mediocres. Vel ℞. Pilular. aggregat. ℥. ij. tartar-
 ear. ℥. j. Extrakt. hellebor. nigr. g. vj. Fiant pilu-
 læ xxj. Vel ℞. Pulv. rad. galapa ℥. B. pilular.
 tartarear. ℥. j. tartari vitriolati, pulv. sem. sinapi,
 nasturtij an. ℥. B. Cum succo absinthij, vel fumar.
 vel oxymel. scillit. F. pilulæ, quarum ℥. B. sapius
 ante cœnam exhiberi potest.

Pulveres.

℞. Fol. sene ℥. B. epithymi, cremor tartari an. ℥.
 ij. cinanom. caryophyll. galanga, sem. anisi an. ℥.
 j. diagryd. ℥. B. F. pulvis: Dosis ℥. j. Vel infundatur
 ℥. B. in sero lactis. Nec incommodè exhibetur
 pulvis sene nostræ descriptionis. ℞. Fol. sene el. ℥. j.
 B. cremor tartari ℥. vj. cinanom. ℥. iij. caryo-
 phyll. galang. an. ℥. B. diaglyd. ℥. j. Possunt quo-
 que huius pulveris ℥. ij. vel iij. pro ratione virium,
 inf. q. feri lactis per noctem infundi, & colatura
 manè exhiberi. Commendatur etiam ad scorbaticum
 extirpandum hic pulvis. ℞. Aloës, croci orientalis,
 an. ℥. ij. myrrha ℥. j. Elect. de succo rosar. in ta-
 bul. ℥. B. Fiat paulvis, cuius Drach. j. exhibeatur
 mane, & iterum Drach. j. horis duabus ante cœ-
 nam, in lacte caprino, aut sero lactis caprini, aut
 in lacte, in quo nasturtium aquaticum coctum sit.
 Si propter aloës amaritatem pulvis hic alicui minus
 arridet, pro tabulis de succo rosar. ipsum electuar.
 fumatur, & F. pilulæ. Vel ℞. Fol. sene ℥. B. epi-
 thymi, polypod. q. cremor tartari, rad. rhab. mo-
 nach. an. ℥. B. sem. anisi, fœnic. an. ℥. ij. F. pulvis
 ℥. Laudatur & hic pulvis, cum pituitosus humor ad-
 mistus est. ℞. Fol. sene, agar. troch. croci, epithymi
 an. ℥. ij. F. pulvis. Dosis ℥. j. vel ij

Passule purgantes.

Vel parentur hæ passule purgantes. ℞. Fol. sene
 elect. ℥. j. mechoacann. albiss. polypod. q. an. ℥. vj.
 flor. cordial. an. P. j. cinam. ℥. B. sem. fœniculi ℥.
 j. glycyrrhiz. rasa ℥. j. B. Ebulliant in f. q. aq. vel
 vini, & macerentur per noctem in infusione. Co-
 laturæ leniter expressæ. ℞. lb. j. cui adde sacchar.
 alb. ℥. ij. māna ℥. iij. Coq. ad spissitudinē iulebi, cui
 sub finem adde succi cochlear. ℥. ij. Rursum semel
 atque iterum ebulliant. Tandem add. crem. tartari
 ℥. vj. passular. minor. lotar. ℥. x. M. Et maneant
 passulæ in infusione, de quibus datur Vnc. B. vel j.
 vel Vnc. j. B. pro ætatis & virium ratione. Si opus
 est, possunt, dum fumuntur, g. j. vel ij. extract.
 scammonij a cui.

Bolus.

Vel ℞. Electuar. diacatholic. ℥. B. confect. Ha-
 mech. ℥. B. pulv. fol. sene, crem. tartari an. Scrup.
 B. vel ℥. j. Cum saccharo F. Bolus.

Antiscor-
 butica me-
 dicamenta.

Corpore hoc modo euacuato ad fortiora aperien-
 tia, & ea imprimis, quæ morbo huic propria esse
 diximus, accedendum, & medicamenta, quæ sale
 volatili abundant, ac humorum cruditatem, & de-

ficientem coctione, ac fermentationem corrigere, &
 vt Vvieni loquuntur, crassos & crudos humores pe-
 netrare, eosque subtiles, & tenues reddere, obstu-
 ctiones aperire, & vitiosos humores hinc inde per
 corpus dispersos discutere, vel per vias educere, &
 peculiarem illam humorum corruptionem in medi-
 camentis possint, vsurpanda.

Cum enim, vt supra diximus, humor hic ex defi-
 ciente coctione & immixtione salis, ac ciborum cras-
 sorum primam originem habeat, ea semper medi-
 camenta, quæ defectam illum suppleant, & quæ sale
 volatili abundant, ac humorem istum crassum & fi-
 xum, volatilem reddere, & crassis spirituosam qua-
 sitarritatem inducere, ea suo loco mouere, vt ab utri-
 libus facilius separari, & ex corpore per cõuientes
 vias euacuari possint, apta reddere valent, quæque
 occultum illud vitium, & peculiarem huius humoris
 corruptionem corrigere valent, vsurpanda.

Medicamenta autem, quæ hæc præstant, sale vo-
 latili abundant, & acrimoniam quandam cum ama-
 ritate coniunctam habent; atque insuper longa expe-
 rientia ad hoc malum profligandum plurimum posse
 comprobata sunt, qualia sunt, Cochlearia, quæ faci-
 lè prima inter ista medicamenta tenet, & maiore huic
 peculiari iter aduertatur, vt longa experientia docuit,
 siue cruda comedatur, siue cum saccharo in confer-
 uam redigatur, siue succus eius exhibeatur, vel etiam
 aqua inde destilletur. Sale enim volatili acris, cum
 amaritudine quadam coniuncto, abundat: vnde aperit,
 penetrat, crudos illos ac crassos humores vola-
 tiles reddit, vt Chymici loquuntur, auertit, per
 vrinam & sudores expurgat, vitæ roborat. Non-
 nullis Britannica dicta patatur, quod in littore Bri-
 tanniæ opposito copiosè proueniat, vt & in aliis re-
 gionibus, quibus hic morbus Endemius. Creatoris
 enim optimi sapientia factum, vt, vbi ob loci natu-
 ram morbi aliqui quasi vernaculi sunt, domestica
 etiam remedia copiosius crescant. Britannicam primò
 à Frisus Romanis militibus monstratam fuisse,
 refert Plinius. Nasturtium, eiusque species omnes, &
 in primis aquaticum, quod ad hunc morbum inter
 cætera vtilius est. Becabunga, cuius vltimum quidem
 nonnulli, si sola vsurpetur, improbant, metuunt-
 que, ne sua humiditate exerescentia lienis potius ma-
 teriam suppeditet. Verùm etsi hoc ita facillimè me-
 tuendum non sit, & sale volatili, quem obinet, eo-
 dem modo, vt alia antiscorbatica medicamenta, in
 hoc malo efficax sit: tamen hoc etiam fatendum, sa-
 lem illum volatilem in cochlearialongè esse copio-
 sorem, quàm in becabunga, & becabungam plus
 humoris aquei obtinere, ideoque ex his duabus plan-
 tis mistis optimum. experientia teste, emergit re-
 medium, & cum becabunga inuis sit calida, quàm
 reliquæ illæ plantæ, commodissimè non solum ad
 ipsum scorbaticum, sed etiam vbi febris, ac calor præ-
 ter naturam adest, exhiberi, eiusque dimidia pars
 reliquis addi potest. Raphanus rusticanus, nonnul-
 lis Armoracia, Chelidonium minus, quod à Ger-
 manis peculiari nomine Scharbuncx xrentlein appel-
 latur; sedum minus, quod illecebram vocant, sed
 cum acrius sit, minus tutum plerisque putatur. Scri-
 psit tamen ad me nuper vir Excell. Dn. D. Ioh. Die-
 terus, Illustriss. Elect. Brandeburg. Viduæ & Bero-
 linensis Medicus, in Suetia Sereniss. Suetiæ Regis
 Chirurgum sibi retulisse, se in promptu habere pro
 copiis naualibus in maxima copia. Aquam stilla-
 tiam ex stilla minoris, quæ ibi vberimè in superfi-
 cie rupium serpit, à cuius vsu ægrotantes, qui scor-
 buto, vrgentur, initio valde languerent, tandem
 tamen mirè conualescerent, & tantam morbi vim
 potione hæc simplici se leuaturum largè promississe.
 Numularia, sinapi, vnde vsus obtinuit, & com-

Cochle-
 ria.

Britani-

Nastur-
 tium.
 Becabu-
 ga.

Rapha-
 nus
 Cheli-
 donium
 minus.
 Sedum
 minus.

mode fit, vt falſis, ac fumo exſiccatis carnis, & piſcibus condimentilo loco ſinapi apponatur; raphanus, trifolium aquaticum, arum; Ferunt etiam in Norvegia, prope Bergas, celebre ob pitces venales Emporium, terram quandam rubram, ſigillatæ ſimilem, effodi, quæ ſit certum, & efficaciæ huius morbi remedium.

Alij referunt in eadem Norvegia ad hunc morbum proſtigandum feliciffimè vſurpari fructum chamæmori cauſidæ, qui ſub nomine Chamæmori Norvegiæ à Carolo Cluſio, in *hiſtoria plantar. rarior. lib. 1. cap. 5.* deſcribitur. Cum autem quæ hac de re notatu digna ſunt, ex epiſtola D. Henrici Hoieri Medici recenſeat, ea hic inferere libet: *Ex ipſo fructu, inquit, Electuarium, vnde Muxerua, conſciunt quotannis Norvegiæ, atque Finmarchij, in hunc ferme modum. Baccas in ſitili aut abeno per ſe ad mediocrem conſiſtentiam coquunt, nullo alio addito liquore: cum enim ſucci plena ſint, molles, alieno humore irrigari non experunt: quanquam in delicatioribus ſunt nonnulli, qui melicrati Fionenſis, (quo ſumme delectantur Septentrionales iſti) aliquid aſfundunt. Hanc conſectionem idoneis vaſis exceptâ, & ne corrumpatur ab ambiente aëre, butyro diſſoluto obductam, vſui ſtudioſiſſimè reſervant: nobile ſane, & probatiſſimum illis aduerſus ſcorbutum remedium. Etenim non facile credas, quæ miracula iſta gens ſola hac medicinâ faciat quotidie: vt omnino fatendum ſit, nihil ad hanc eſſe vel cochleariam illam, tot encemiis hætenus celebratam, vel becabungam, vel ſi ſymbrium cardaminen & id genus alia, quibus Germani ſeſe efferunt. Et merito admiranda ſingularis Dei benignitas, quod Nordlandia longius ad ſeptentrionem remota, & fœdiſſimis morbis ob calidumque inclementiam miſerabiliter ſcærenti, indigenis remediis proſpicere viderit. Enimvero morborum crudorum, putridorum, melancholicorum mira hic ubique ſeges. Idcirco neceſſitas miſeros ruſticos varia auxilia edocuit, vt nunc vel in graniffimis caſibus pauperculus aliquis accommodare ſibi ſuique mederi ſciat. Ita nonnulli ſcorbuticos, quamvis ridicule, tamen bene, atque vtiliter hunc in modum curant: In vicinam aliquam inſulam maris abundantem exponunt, ibidemque ſolos reliquos damnæ non transferunt, priuſquam ſanitati ſane reſtituti. Tunc enim illi, quaſi ab omni humanitate excluſi, vitæ tamè (quod credibile eſt) cupidi, moris veſci coguntur, ſive vt extremo remedio promiſſam ſanitatem recuperare tentent, ſive, vt ſitim, qua vt plurimum ſorquentur, extinguant. Dumque hoc ad ſatietatem agunt, ſine dubio intra paucos dies oppiæ conualeſcunt. Hyeme verò, quando id non licet, electuario ſuo non minus feliciter vtuntur, ſine certa doſi aut cuſtodia. Alioqui toto curationis tempore nullo alio alimento vtuntur. Hætenus Hoierus.*

Ideum Dn. Doctorem Iohan. Dietetus ad me perſcripſit, in Finlandia ad morbum hunc ſive debellandum ſive præcauendum in vſu eſſe Rangiferorum ſanguinem, quem, dum macerantur, manu exceptam hauriunt: An quia hoc animal abundantia paſtione chamæmori, cuius fertilis, vt fertur, eſt iſta regio, qualitatè huic morbo aduerſam ſibi conciliat. Sunt præterea & alia quædam, quæ eſſi cum prioribus æqualem efficaciam non habent, & ipſa tamè ad hoc malum ſatis vtilia ſunt; vt *ſumaria, abſinthium, idque vulgare potius, quam Romanum, ſeu Ponticum; cum non ſolum aperiat, & detergat, ſed & roboret, carduus benediſtus, culenta, ceteraco, ſcolopendrium, hyſſopus, capillus q̄is, chamædry, betonica, agrimonia, polypod. quernum, bugloſſum, borrago, radices helenij, oxylapathi, aſari, cortic. tamaricij, capparum, flores & ſemen geniffæ, flores*

ſambuci, ſem. agri caſti, epithymum: & vti febris ac calor ad eſt, *cichorum, endinia, acetosa, acetofella, ſuccus citri, limonum, aurantiorum: Quorum loco etiam Spiritus S̄is, vitrioli, ſulphuris, exhiberi poſſunt.*

Hoc enim in omnino etiam notandum, cautione quadam in exhibendis illis antiſcorbuticis medicamentis, quæ omnia ferè ſunt calida, & acuta, opus eſſe. Nam cum iſti humores crudi, & craſſo varij alij humores in corpore bundantes admiſceri poſſint, iique ſæpe biliſi & calidi, ac humores in hypochondriis detenti afferueſcant quaſi, & calorem quereã concipiunt, cauendum ne medicamentis nimium calidis malum exaſperetur. Itaque non inconmodè cum ſero lactis talia medicamenta exhibentur. Rectè autem de medicamentis ſcorbuto propriis movent auctores, in ſuccis maiorem efficaciam eſſe, quam in decoctis; & teſtatur id experientia. Cuius rei cauſa eſt, quod maximam efficaciam habeant hæc medicamenta à ſale volatili, qui coctione diſſipatur, vt & in exſiccatione plerumque euaneſcit: in ſuccis verò vt & in conferuis, ferè integer manet. Ideo raphanus ruſticanus in conueniente liquore macerandus, ex cochlearia, naſturtio, becabunga ſuccus exprimendus, vel conferua paranda.

Multò minus hic locum habent, aut alius præſentanda ſunt, extracta cochleariæ, naſturtij, quæ quædam, ne non chymici eſſe videantur, præ alijs commendant. Eſi enim è quibuſdam plantis vtilia ad ſcorbutum extracta parari poſſe, non negem: tamen ex iſtis plantis, quatum vis maxime in ſale volatili conſtat, hoc fieri non poceſt; cum talis iſte volatilis cum ſpiritu vini, vel quocunque alio, qui ad extrahendam adhibetur, liquore ſeſe vniat, & auolet, & corpus ita ſale hoc deſtitutum maxima ex parte inefficax ad hunc morbum curandum relinquatur. Ex his varia composita parantur, quorum aliqua recenſere libet.

Decoſta & præparaciones.

Pauperibus propinari poteſt cocentia, in qua naſturt. aquat. cochlearia & becabunga cocta ſint. Vel eadem in lacte coquantur. Paratu facile, & nulli ferè deſiciens medicamentum eſt hoc: *℞. Naſturtij aquat. M. iij. & cum haberi poteſt, acetose minoris in agris naſcentis cum toto M. ij.*

Concidantur craſſo modo, & per noctem macerentur in lacte caprini lb. viij. Poſtea coquantur ad lb. ij. conſumtionem, & colentur. Colaturæ Vnc. vj. bibat æger mane, & horis duabus ante cœnã, & medioamētū huius vſum continuet, donec melius ſe habere animaduertat. Vel coquatur cochlearia, & becabunga in lacte dolci, ſi febris abiit; vel ſi febris adſit, in lacte ſero, & decoctum exhibeatur; quo ſolo multos ſcorbuticos ſe curariſſe teſtatur Eugalenus. Verum cum, vt ſuprà dictum, plantæ iſtæ coctionem fortem non ferant, in vaſe duplici, & clauſo coquende, aut in fundenæ potius, ne ſal volatilis, à quo omnis vis, diſſipetur, aut, quod commodius videtur, detur ſuccus harum plantarum in lacte, vel ſero lactis. Quo modo hiſce medicamentis vltimus in Friſia, Hollandia, & alijs locis lacti aſſuetum, quo acrimonia eorum nonnihil obſtunditur, vti ſolet. Serum tamen lacte commodius eſt; cum ab eo caſeofte partes, quæ obſtunditiones parere poſſunt, ſeparatæ ſint. Et teſtatur Eugalenus, imò ipſa experientia, longè maiorem efficaciam eſſe in ſuccis, quam in decoctis. Ne verò ſucci valdè ventriculum offendant, aliquid ſacchari, & pulueris cinamomi, ac aniſi addi poteſt, atque ea ipſa de cauſa etiam conferuarum cochleariæ, & ſimilium plantarum vſus commodiſſimus eſt. Vel *℞. Cochlear naſturt. aquat. part. aq. becabung. dimid. part.* Contundantur in mortario lapideo, & in lacte caprino,

in sero coquantur. Succus tamen præstat, & ob id non magna liquoris copia affundenda. Commendatur & decoctum absinthij, atque hoc plurimos, qui paralyti scorbutica citra febrem laborant, se lassalle, testatur Eugeleus.

Et omnino *μαυροπρόνυξ*, & longo vsu probatum est medicamentum, quod fit è succo cochlear. nasturt. aquat. silymbrij cardamin. & becabunge. Exprimitur ex his plantis succus vel per se, vel affuso lacte, & sero lactis, & ζ . iv. vel Vnc. vj. exhibentur. Potest etiam aliquid aquæ cinamomi & sacchari albißimi adici. Vel \mathcal{L} . Succor. expressor. ζ . ij. seri lactis caprini ζ . iij. Si adsit calor, addatur succus acetosæ. Vel \mathcal{L} . Becabung. cochlear. nasturt. aq. an. M. j. Contundantur, & infundantur in viro Rhenano, postea colentur cum expressione. In colatura infundatur nodulus sequens. \mathcal{L} . Sem. nasturt. ζ . s. cinamom. garyophyll. macis. an. \mathcal{D} . j. Detur quotidie haustus. Vel \mathcal{L} . Rad. raphani agr. ζ . j. cochlear. nasturt. aq. becabung. an. M. j. fumarie M. s. Contatis in mortario marmoreo affunde lactis vel seri lactis caprini lb. j. s. Stent in loco calido hor. 12. postea colentur. Colaturæ add. croci ζ . j. cinamom. \mathcal{D} . j. s. vel aq. cinamom. \mathcal{D} . s. Milt. Vel puretur hoc decoctum. \mathcal{L} . Rad. cichor. fenicul. raphani rustic. an. ζ . j. ari prepar. \mathcal{D} . s. cochlear. nasturt. aq. becabung. an. M. ij. cardii benedict. fumar. centaur. minor. absinth. an. M. s. In vase clauso coquantur in seri lactis capr. vel vini Rhenani lb. iv. Vel \mathcal{L} . Nasturt. aq. cochlear. an. M. ij. radic. raphan. agrest. ζ . s. galange, cinamom. an. \mathcal{D} . ij. Conquass. omnia in mortario lapideo, & affusa s. q. seri lactis stent in loco calido per noctem, mane colentur. Et de talibus potionibus mane, & horis duabus ante cænam haustus exhibeatur; commodumque est, si æger post haustum matutinum somnum in lecto sudare possit. Vel \mathcal{L} . succi herb. cochlear. nasturtij aquat. an. cochlear. ij. chelid. minor. acetos. an. cochl. j. absinthij cochl. s. Milt. cum haustu seri lactis, Aq. cinamomi. parum. Utatur æger quotidie manè supersudando per horam, vel quantum vires ferunt. Vel \mathcal{L} . Cochl. M. j. s. acetos. recent. M. j. seri lactis caprini vel vaccini q. s. Efferveant in vase duplici clauso, & stent infusa, donec refrigerentur. Colaturæ \mathcal{L} . pro singulis dosibus ζ . iv. syr. è succo cochlear. ζ . j. aq. cinamomi \mathcal{D} . ij. Misce. Pro vnica dosi, & sic singulis diebus, quamdiu opus erit. Vel \mathcal{L} . Succi sedi medij seu vermicularis becabunge, nasturtij aq. cochlear. an. ζ . s. seri lactis caprill. ζ . ij. croci, macis, cardamomi an. ζ . s. aq. cinamomi \mathcal{D} . j. Misce pro haustu. Vel \mathcal{L} . Becabungæ, nasturt. aquat. cochlear. an. M. iij. Contusis adde seminis Eruca, rad. Iridis nostratis hortensis an. ζ . s. Zingiber. garyophyll. an. \mathcal{D} . j. Coq. cum vini rabri lb. ij. Colaturæ per aliquot dies mane detur cyathus vnus, ægerque ad sudorem se componat. In iis, qui frigidioris sunt constitutionis, \mathcal{L} . becabunge, nasturtij, cochlear. an. M. j. cinamom. galange, croci an. ζ . ij. spica Indica \mathcal{D} . s. Macerentur in vini albi sextariis ij. Factaque leni ebullitione colentur. Colaturæ manè & vespere haustus sumatur. Vel \mathcal{L} . Cochlear. becabung. nasturt. aquat. an. M. j. rad. raphan. agrest. ζ . j. s. Contundantur in mortario marmoreo, & affund. lactis cap. q. s. & bene misceantur. Stent in infusione horis xij. postea Coq. horæ semisse in vase duplici. Coletur, & exhibeatur. Dosis ζ . vj. mane, & horis duabus ante cænam. Si ventriculus sit debilis, aliquid cinamom. vel zinziber. addi potest. Et si corpus sit frigidius & œdematosum, maceratio & coctio in Vino Rhenano fieri potest. Semen erucæ contusum, & in nodulo ligatum, ac

in vino tracciatum etiam ad curandam scilicet in utile est. Vel \mathcal{L} . Rad. polypod. q. cochlear. ζ . j. rheponti, raphani rustic. an. ζ . s. radic. ari prepar. \mathcal{D} . ij. nasturt. aquat. fumar. absinth. ceterach. an. M. j. Coq. in sero lactis in vase duplici, & Colatura lacchato, si placet, dulcoretur. Vel \mathcal{L} . sem. eruca \mathcal{D} . ij. nasturtij, aq. absinth. an. \mathcal{D} . j. ceterach, M. ij. lingua cervina M. s. croci ζ . j. cinamom. \mathcal{D} . j. Affundatur vini q. s. Nonnulli & cortices radicis iuglantis cum nasturtio copiosiore etiam commendant. Recentet Vvicius & alij quadam medicamenta, quæ in locis, ubi Scorbutus familiaris est, vulgè vsurari solent. Hoc remedio infinitos curatos scribit: \mathcal{L} . Absinth. vulgari, granor. iuniper contusor. an. M. j. lactis caprini nasturt. j. vel lb. iv. Coq. ad tertiam vel quartam partem contumtionem, post colentur cum forti expressione. Colatura add. croci \mathcal{D} . s. vel \mathcal{D} . j. & semel, atque iterum rorsum ebulliant, & de vno colentur. Decocti huius haustus tepidus ter de die propinetur. mane, hora 3. pomeridiana, & cubitimituro. Alij hoc vsurpant: \mathcal{L} . Becabung. nasturt. aq. an. M. ij. Contusis adde seminis eruca. radic. iridis caelestis an. ζ . s. zingiber \mathcal{D} . ij. piper. longi \mathcal{D} . j. Postea affunde mensur. dimid. vini rubr. & coentur. De quo mare detur haustus, ægerque in lecto tectus iudet, idem continuetur 9. diebus. Idem Vvicius in Frisia Orientali hunc potum ingratum, & abominabilem in vsu esse dicit: \mathcal{L} . Vini Rhen. mensur. vj. deinde \mathcal{L} . rad. raphani agr. ζ . iij. Quæ contur dantur, & contusis affundatur pars vini, & hora 1. macerentur, postea colentur, & Colatura cum vino reliquo miscetur. In huius vini parte aliqua dissolue stercoreis rannini, & anserini (pro quibus malim ouibum substitui, quoniam in sero lactis dissoluto, & colato febris in locis, proculdubio scorbuticas, à quibusdam curari audio) ana partem, quas res nucis iuglandis aquæ: dissolutum coletur cum forti expressione, & Colatura cum reliquo vino miscetur, in quo suspendatur in nodulo hor. 24. pulueris nucis moschat. & garyophyll. an. \mathcal{D} . ij. Hunc potum, quoties sitis, ægro exhibent, & nullum alium potum præbent. Vbi febris & calor conuulsiuæ sit, lac butyratum, ut appellant, in quo cochlearia & becabunga cocta sint, vel cum succo earum, exhibeatur.

Syrupi.

Syrupus scelerij bicus Foresti hic est. Recipe succi cochl. becabunge an. lb. ij. sacchar. opimi lb. ij. Coq. simul, & s. a. F. Syrupus. Syrupus cochlearia compositus. Vratu launæ vsitatus, & olim à Reipub. illius Medicæ ordinario, D. Casp. Paccitichio præscriptus. \mathcal{L} . herb. cochlear. nasturt. aq. agrimonis Sij aquat. aspleni, hemionid. salvia. capill. q. chamædryos, prassij, fumarie, veronica, pentaphylli, fol. ebuli, an. M. j. sem. anisi, feniculi, nasturtij, apij, peroselini, pulpa sem. brusci, asparagi, an. \mathcal{D} . j. melon. \mathcal{D} . ij. rad. siticis cenaribæ, asparagi, pimpinelle, borraginis bugloss. polypod tussilaginis, glycyrrh. taraxaci, cortic. radic. cappar. an. \mathcal{D} . j. s. flor. hepatica, borrag. an. M. s. Horum omnium s. a. decoctio in s. q. Aq. nasturt. aquat. ad remanentiam ζ . xl. Stent in decoctione vsque ad infrigidationem. Coletur cum forti expressione. Colatura adde sacch. rubr. opr. lb. iij. Bulliant lentissimo igne ad spissitudinem Syrupi. Clarificentur & aromatizentur cum subscripto nodulo, qui \mathcal{L} . pulu. rhabarb. \mathcal{D} . iij. cinamom. \mathcal{D} . j. garyophyll. macis an. ζ . ij.

Aque destillata.

Quibus decocta non ardent, iis aqua destillata cochlearia, nasturtij aquat. vel aquæ compositæ Scorbuticæ exhibeantur. Et semper danda est ope-

ra, vt ad talia medicamenta ager sudet. Aqua scorbutica à Quecetano, cap. 7. Pharmacop. descripta hæc est. ℞. Cort. Capparium, fraxini, tamarisci, rad. polypodij querni an. ℥. ij. herb. cochlearia, nasturtij aquatici, summitatum melissa, eupatorij mesue, ceterach, chamadr. chamapit. an. M. ij. sem. feniculi, anisi, carduibened. an. ℥. j. ℞. flor. genista, centaurij minoris, hyperici, sambuci, epithymi an. P. ij. Omnia macerentur per tres dies in aq. fumaria, serilactis an. lb. iij. vini albi generosi lb. iv. oxymelitis scillitici lb. j. Deinde colentur & exprimantur: expressioni adde trochiscorum de capparis, dialacæ an. ℥. vj. Postea destillentur per cineres ad siccitatem. Dosis Vnc. ij. manetribus horis antecibum, continuando per aliquot dies secundum morbi magnitudinem. Aqua scorbutica Tobiz Dorncreilij hæc est. ℞. Rad. raphani sylvestris accerrimi lb. iv. polypod. querni mundi ℥. j. ℞. cort. rad. cappar. ℥. ℞. sem. feniculi ℥. j. cardamomi ℥. ij. croci Orientalis ℥. j. Radices raphani incidantur in orbiculos tenuissimos; reliqua verò puluerizentur subtilissimè, & simul infundantur in vini Rhenani albi lb. xvj. & stent in infusione in loco calido per octiduum, vase quotidie semel atque iterum agitato. Deinde adde aquæ cochlearia, becabunga, nasturtij aquatici an. lb. j. ℞. chamædryos vera, fumaria cōposita an. lb. j. serilactis caprini lb. j. ℞. Misce & destillentur in balneo Mariæ igne lentissimo. Nota aquæ scorbuticæ hæc est descriptio. ℞. Cortic. tamarisci, fraxini, rad. cappar. rad. polypod. q. aperient. an. ℥. j. gentiane ℥. vj. helenij, ari, cortic. citri an. ℥. ℞. chamædryos, chamæpitios, carduibenedictis an. M. j. trochisc. de absinthio, de cappariibus an. ℥. j. sem. eruca ℥. ℞. Contundantur. Contusis adde Rad. raphan. sylvestr. accerr. lb. j. ℞. nasturtij aquat. cochlear. becabung. fumar. an. lb. iij. Et cum prioribus contundendo misceantur, & s. a. digerantur, & affusa vini Rhenan. aq. cuscute. carduibened. an. s. q. Destillentur. Aqua antiscorbutica Dn. D. Michaëlis Döringij Physici Vratislaviensis. ℞. Herb. cochlearia, nasturtij aq. becabunga, nummularia, chelidonij minor. (vel in defectu rad. eius) barbarca siue accipitr. an. M. j. flor. cordial. an. ℥. ij. calend. ℥. ℞. rad. gentiane ℥. j. ℞. calami arom. ℥. vj. helena, ari an. ℥. ℞. cortic. citrifcor. auranti sic. an. ℥. iij. trochisc. de eupator. ℥. vj. sem. cuscute. ℥. ℞. cochlearia, nasturtij aq. anisi, feniculi an. ℥. ij. Infundatur per triduum in aq. fumaria, cuscute, carduibened. an. lb. iij. vini albi generosi lb. ij. aq. nostra melissa comp. lb. ℞. F. s. a. in vasis vitreis per B. M. destillatio, suspendendo in alembico nodulum specierum diambr ℥. ij. Aqua melissa composita, qua potissimum apud feminas, ad cor & vterum roborandum, flatu dispollendos, & id genus affectus vititur, hæc est. ℞. Herbe melissa vera M. vj. carduibened. flor. calendule an. M. ℞. cortic. citrifcor. ℥. vj. cizanom. acutiss. ℥. ℞. rad. angelica, calam. aromas. pimpinella an. ℥. ij. croci integri ℥. j. Infundantur in vini Pngarici opt. quart. iij. vini destillati rectificati ℥. iij. Stent in infusione per dies quatuor, quotidie agitando. Postea destillentur per B. M. in vase titreo. Alia eiusdem. ℞. Herbe cochlearia, becabunga, nasturtij aq. fumaria, verbena, chamadr. an. M. j. flor. genista, hyperic. borrag. bugloss. an. M. ℞. rad. helenij, chelidonij maior. (de quo se verè affirmare posse testatur, se eius solius succo expresso cum vino vel cereuisia exhibito apud pauperes semel atque iterum lienem tumentem ac dolentem persanasse) an. ℥. vj. cortic. citri ℥. ℞. trochisc. de rhabarb. ℥. v. sem. cuscute ℥. j. anisi, feniculi an. ℥. ℞. galange ℥. vj. Infundantur per triduum in aq. fumar.

A cuscute, carduibened. vini albi generosi, maluatic an. lb. j. ℞. F. s. a. in vasis vitreis destillatio, suspendendo in alembico nodulum ex specierum diambr ℥. ij. Vel ℞. Succis sedi med. lb. j. ℞. cochlear. lb. j. Vermicularis seu sedi minor. ℥. iij. anagallid. aquat. sen becabung. nasturtij aquat. an. lb. ℞. nummularia ℥. iij. Sacci hi optimi depurentur per digestionem in balneo toris, deinde digerantur cum rad. acori vulg. ℥. iv. benè incis. per duos dies naturales, postea exprimantur. Colentur optimè. Adde sacchari parum vel q. s. Destillentur in balneo vaporoso, vasis bene oclusis, ad consistentiam mellis. Aqua per se setuetur, scorbutum etiam extractum. Ex capite mortuo seu herbis residuis sal aut extractis & ipse setuetur. Vel ℞. Rad. scorzonera, sarsa parilla an. ℥. ij. cort. tamarisci, fraxini an. ℥. j. ℞. cochlear. recentis, nasturtij aquat. becabunga, nummularia, agerati, chamæditos, chamæpitios, ceterach, melissa an. M. ij. sem. cardni Mar. aquileg. carduib. an. ℥. ℞. fenic. ℥. ij. flor. genista, hyperici, sambuci, centaur. minor. an. M. j. Infundantur in serilactis, aq. fumaria vel nasturtij aquat. vini albi an. lb. iv. Destillentur per cineres. Liqueus mane ℥. ij. exhibeantur. Vel ℞. Cochlear. nasturt. aquat. becabung. an. M. iv. nummularia, absinth. fumaria scordij, persicaria, meliss. chamædryos chamæpit M. j. sarsa parilla, ligniguaiaci an. ℥. iij. aq. nasturtij aquat. agrimon. vini albi an. quart. trimsatis. Destillentur. Vel ℞. nasturt. aquat. cochlear. an. M. iij. absinth sedi mixoris an. M. ij. rad. raphani agrest. in orbiculos concis lb. iv. scorzonera ℥. j. cort. rad. cappar. tamarisci an. ℥. iij. sem. feniculi ℥. vj. granor. paradisi. cardamomi, croci an. ℥. j. Affunde Rhenani vini lb. xvj. aq. cochlear. fumar. an. lb. j. serilactis lb. ij. Stent in balneo tepido per diem, postea destillentur. Detur destillatum continuis diebus ad ℥. iij. Vel ℞. Cochlear. becabung. nasturt. aquat. persicaria, nummular. an. M. j. chamædryos, chamæpit. scordij an. M. ℞. rad. helenij, filicis, ireos, asari, scorzonera, sarsa parilla an. ℥. j. cort. tamarisci, cappar. fraxini an. ℥. ij. flor. sambuci. borrag. an. M. i. gran. taniperi contusor. ℥. iij. cort. citri, cinam. an. ℥. ij. croci. spica Indica an. ℥. ij. sem. eruca, urtica, fenic. an. ℥. j. ℞. Aff. aq. bugloss. melissa, nasturt. aq. an. part. iij. succi limonum, aceti tunic. sambuci an. part. j. Digerantur diebus aliquot in vase clauso. Postea exprimantur succus; Expressus in B. ad saporem consistentiam destilletur. Remanentia affundatur aqua destillata, oxymel. scillit. lb. j. vini lb. iij. Diebus aliquot digerantur, iterumque destillentur.

Spiritus.

Efficacior est spiritus harum plantarum, id est, Spiritus: quot ex viridi planta extillans, per crebram destillationem ab humore aquo maxima ex parte separatus, qui totam ferè vim, quæ in magna mole est plantæ, huic affectui conueniens, complectitur. Potest enim ex cochlearia, nasturtio, centaur. minor. aliisque plantis æquè ardens spiritus ac ex vino elici, quod qui non expertus est, vix credit. Totum autem artificium in fermentatione & digestionem consistit.

Extracta liquida, seu essentie.

Commentat. Ronseus absinthij, cochlearia, fumaria, chamædr. tincturam, aut essentiam, eamque in morbis melancholicis, & qui iam radices multos annos fixerant, plurimum potuisse, se comperit habere scribit; & Nobilem quendam, qui multos annos flatibus hypochondriacis laborasset, ac vere, & autumno variis, multisque pharmacis se macerasset, tandem sola fumaria, & chamædryos quinta essentia, vt appellat, mihi negotio resti-

Extracta liquida & essentia.

tum fuisse, & hoc ceu domestico, ac familiari medicamento ad annos plus minus 12. ad morbi precautionem felici successu usum fuisse, refert.

Paratur autem hæc tinctura, ut & lib. 5. Instit. part. 3. f. 3. cap. 9. docuimus, si spiritu vini ofumo herbæ macerentur, donec tincturam, seu viriditatem herbarum imbibat, deinde reiectis iis herbis, nouisque additis infusio repetatur, idque ter, vel quater, donec spiritus vini tinctura, & essentia plantarum saturatus sit; cuius tincturæ ægro manè paruum cochlearo propinetur. His tincturis cognati sunt liquores, quos nonnulli essentias nominant. Ex plantis conuenientibus, cochlearia, fumarica & similibus exprimitur succus, qui in Baln. digeritur, donec sedimentum crassum subsideat, & reliquus saccus clarescere & rubescere incipiat. Tum quod clarum est per inclinationem à fecibus separatur, atque iterum digeritur, donec feces nullæ amplius subsideant. Ut diutius asseruari possit hic liquor, eius libræ vni sacch. Vnc. ij. addi, & Baln. calore ad syrapi liquidum consistentiam coqui possunt.

Mixtura.

Potest & ad hoc malum debellandum mixtura talis parari. ℞. Spir. tartari compos. quem vulg. misturam simp. nominant, ℥. ij. extr. gran. iuniperi ℥. ij. pimpinell. calami arom. an. Drach. ℥. croci ℥. ℥. essentia, spiritus, vel in defectu, succi vel syrapi cochlearia, nasturtij aquat. an. Drach. ij. syrapi cinamomi. ℥. ℥. fumarica, acetos. citri an. ℥. j. Misceantur omnia exactè, digerantur, colentur, Dosis à Drach. j. ad Drach. ij.

Electuaria.

Vel ℞. Conseru. cochlearia ℥. ij. chamedr. acetosa, cichory, rad. condit. heleny an. ℥. ℥. Cum syr. acetos. citri, & endiuia, vel byzant. F. Electuarium. Vel ℞. Conseru. fumar. cochlear. an. ℥. j. absinth. borrag rad. condit. pimpinellæ, cichorij an. ℥. ℥. spec. diarrhod. abbat. diapliris an. Drach. ℥. Cum syr. acetos. citri F. Electuarium. Vel ℞. Conf. cochlearia ℥. ij. fumarica flor. genista, borragin. meliss. an. ℥. j. ℥. cortic. citri condit. nucis Indica. condit. an. Vnc. j. extr. grau. iuniperi Drach. ij. confect. alchem. Drach. j. Cum syr. cochlear. vel sceletyrb. F. Electuar.

Pulueres.

In corporibus frigidioribus hic puluis usurpari potest. ℞. Cubebar. macis, granor. paradisi. an. ℥. ℥. sem. eruca, ℥. iv. croci ℥. ij. F. puluis. Dosis ℥. j. cum lact. caprini ℥. iv. mane & vespere. Laudatur & hic puluis. ℞. Cinamomi optimi nuc. mosch. sem. nasturt. an. ℥. ij. croci ℥. ij. F. puluis. Dosis Drach. j. cum aq. cochlear. vel fum. dulcoratis syr. fumar. vel cochlear.

Non sine fructu etiam in scorbuto exhibetur puluis ille D. Birckmanni, quem, eiusque vires Quercetan. pharmacop. dogm. rest. lib. 1. cap. 20. descripsit, qui, si libet, additione salis nasturt. cochlearia, sem. eruca, croco & aliis huic morbo accommodatior reddi potest. Paratur autem hoc modo. ℞. Rad. ari preparat. ut Quercetanus ibi docet ℥. ij. acori vulg. (forsan acori veri, vulgò calami aromatici dicti) pimpin. an. ℥. j. oculor. cancri prep. ℥. ℥. cinamom. ℥. ij. salis absinthij, iuniperi an. ℥. j. sacch. ros. q. s. F. puluis. Vel ℞. Rad. ari prepar. ℥. ij. pimpinella, calami arom. liqui rhodij an. ℥. ℥. nummular. flor. genista, sem. nasturt. eruca, fœnic. carui an. ℥. ij. caryophyll. cubeb. zingib. an. Scrup. j. cinam. ℥. ij. salis fraxini, tamarisci, absinthij an. Scrup. ℥. Rotulæ diarrhod. vel diapliris ad pondus omnium. F. puluis.

Rotula & morsuli.

Possunt ex pulueribus rotulæ & morsuli formari, Rotulæ additis speciebus diapliris, diarrhod. diatricionfantal. morsuli. confect. de hyacintho, cordial. temper. trochisc. de capparibus. Postquam aliquoties hæc medicamenta usurpata fuerint, vtile est, si moribus non cedat, purgationes supra præscriptæ repetere, præcipuè si alius officium non facit, & deinde iterum ad horum medicamentorum usum redire, quæ tum insensibiliter, tum sensibiliter per vrinas, & sudores vitiosorum humerum reliquias euacuare, & discutere valent; qua in re quò natura vergat, videndum, eiusque conatui à Medico succuriendum, ut mox dicetur.

Non etiam incommodus est vsus acidularum, Acidularum & illarum potus materiam scorbuticam euacuare, & absumere possit, præcipuè ferratarum, cum aliàs chalybis in obstructionibus lienis summum sit remedium; de qua re videatur Epistola Rosleri, quam de quæstione, An acidulæ scorbutico conueniant, scripsit. Si verò fontium acidulorum copia non detur, chalybis præparatus, & crocus martis aperientillorum loco usurpari possunt. Vim enim & obstructiones viscerum, præcipuè lienis aperiendi, & aluum mouendi in chalybe esse, non solum recentiores, Fallopius, Crato, Platerus, Guilhelmus Fabricius, & alij deprehenderunt. sed & iam olim Dioscorides, lib. 5. cap. 50. vim aluum mouendi squamæ stomomatis inesse annotauit.

Ut reliquæ à corpore exterminentur, videndum, quò natura vergat. Quæ circa primas vias & lienem est materia, sæpe satis commodè per vrinas, quæ crassæ & nigrae tum redduntur, euacuatur. Itaque si materiam ad vias vrinae vergere videmus, idoneis medicamentis ea adiuuandas quem in usum pleræque medicamenta contra scorbutum pugnantiæ vtilia sunt, & inter ea fumarica. Et omnino diuretica, præcipuè ex scorbuticis illis, habent magnam vim hunc morbum curandi. Vnde Hippocrates, de internis affect. lienosis diuretica dare præcipit. Et Galenus, 1. ad Glauc. cap. 17. in omni quartana iubet uti diureticis, & 2. ad Glauc. 11. lienem per vrinas purgat, & 7. de simp. med. fac. cappare lienem per vrinas purgare scribit. De via ut solliciti & anxij simus, opus non est. Est ea satis manifesta & compendiosa per arterias. Habet enim lien illas copiosas, per quas breuina via ad vias vrinarias superflua è liene euacuari possunt. Vellelius, ad Hollerium lib. 1. cap. 40. recitat historiam religiosi cuiusdam, cui ter, aut quater in anno intumescerebat lien, cum dolore eius lateris totiusque abdominis tumore incipiente. Hic tandem nigris erumpentibus vrinis, atramento similibus per quinque aut septem dies continuantibus, pristinam recipere solitus est incolumitatem. Præter alia autem hic etiam vtilia sunt, sem. quatuor frigida maiora, eruca, rad. valerianæ, cortic. radic. cappar. & tamarisci, leuistic. baccæ iuniperi.

Quæ vero in ambitu corporis hærent reliquæ, cum insensibiliter, tum insensibiliter discutiendæ sunt. Adeas sensibiliter discutiendæ balneum & Laconicum institui potest; in aqua autem balnei coquantur folia & radices maluæ, branæ vrsinae, becabungæ, nasturt. aquat. artemisia, flores meliloti, chamæmeli, betonica, absinth. grana iuniperi, sem. lini, baccæ lauri; ægerque in balneum, vel laconicum descensurus sumat decoctum, vel saccum vel aq. acetosæ, becabungæ, nasturt. cochleariæ, fumaricæ cum vino, cui salis absinthij, vel carduibenedict. ℥. j. addere commodum est: vel sumat rob. sambuci Drach. ij. salis absinthij vel carduiben. Scrup. j. cum aqua fumaricæ, cochleariæ, nasturtij, cardui;

ben. pimpinellæ; vel pulueris pimpinell. Drach. j. cum aq. fumaricæ, vel etiam aliquid theriacæ, aut Mithridatij. Postea decocto herbarum modò enumeratarum totum corpus abluitur, & herbis ipsi coctis fricetur. Eadem etiam extra balneum, & æger in lecto sudet, exhiberi possunt, atque eum in finem vsurpari etiam decoctum guaiac. tartæ parillæ, chinæ, & diaphoret bezoarticum minerale.

Salomon Albertus ad sudorem ciendum hoc pharmacum exhibet. ℞. *Gentiana* ʒ. j. rad. *asari* ʒ. ʒ. *cinamom.* ʒ. j. *piperis*, *zingiber.* an. ʒ. ʒ. *myrrha* ʒ. j. *croci* ʒ. iij. Cuius pars vna detur in balneum te demittenti, altera è balneo exeunti cum ʒ. iij. huius potiuncule. ℞. *Acetosell.* *becabung.* *fumaria*, *nasturt. aq.* an. M. ʒ. Contusa in mortario marmoreo macerentur in vini albi lb. j. Exprimatur succus. ℞. *Gentiana* ʒ. ij. *calami aromati.* *piperis* *zingib.* an. ʒ. j. ʒ. *myrrh. rubra* ʒ. ʒ. *croci* ʒ. ʒ. Detur ʒ. j. ingredienti balneum & tantundem egredienti cum liquoris sequentis ʒ. iij. ℞. *Becabung.* *silybrij cardamias.* *fumaria acetosa* an. M. j. Contundantur in mortario lapideo, & cum vim Rhenani lb. j. exprimatur succus. Ad sudorem etiam mistura simpl. exhiberi potest, vel aq. theriacalis. Vel vico Laconici aut balnei in lecto æger stragulis operatus sudet, iisdem vel hac potione assumta: ℞. *Nasturt. aq. becabung. cochlear.* an. M. j. Contundantur in mortario marmoreo, & succus exprimatur, Adde *piperis longi*, *zingiber. sem. enca.* *sinapis* an. ʒ. ʒ. Affundatur vini sextarius, vel paulo plus. Succo expressi calcfacti exhibentur Vnc. v. mane per dies aliquot. Et plerumque plus sudationibus, quam purgationibus, ac venæ sectione perficitur. Si venter, & crura intumuerunt, tale decoctum ad sudandum parari potest. ℞. *Absinth. ruta.* *matricaria.* *chelidoni min.* *leuistici cum toto* an. M. ij. *flor. chamamel.* M. j. *sem. enca* M. j. ʒ. *sulphuris* ʒ. j. Coq. in l. q. vini, quo lapides igniti perfundantur, vel fumus membris tumidis excipiat. Aut si æger ob debilitatem balneum tolerare non possit, paretur hoc decoctum, quo linteamina imbuantur, iisque calidis corpus sæpius abstergatur. ℞. *Ligniguaiaci.* *cort. berber.* *sambuci. sem. cruca.* an. lb. ʒ. *matricaria* lb. ij. *nitri.* *aluminis* an. ʒ. ij. *vini q. s.*

Tandem cum à colluue prauorum humorum eorumque vaporibus viscera, in primis lien, epar, ventriculus, & vt cor, pulmones, cerebrum labefactari, iisque praua dispositio imprimi soleat, necessarium est, vt contra has iniurias viscera roborentur, & licet prauitas humorum deuicta sit, humoresque prauè corpore exturbati, membris, quæ labefactata & à naturali constitutione delecta sunt, succurratur his remediis, quæ labem impressam eluere, spiritus instaurare, viscerumque tonum restituere valent. In hoc vero negotio expediendo obseruandum, quæ pars præcipuè in consensum trahatur, quamque in primis humores vitiosi occuparint; ideoque ex antiscorbuticis medicamentis ea eligenda, vel iisdem miscenda, quæ viscera, & coctioni publicè dicatas partes roborare valent. Itaque ne nausea aliqua à medicamentorum vsu concilietur, & ventriculus à vitiosis humoribus, quo sin eum Lien, & vicinæ partes eructant, & flatibus, ac vaporibus, quæ aluo, & vicinis locis in eum ascendunt, flaccescat, & in suo officio deficiat, roborandus absinthio, cuius vel summities in potu macerandæ, vel confusa exhibenda, *conserva rosar. s. vel vitriol. myrobal. cbebulis condit. Zingiber. & cortic. citri conditis nuce Indica condita.* *syr. de cinamomo.* *rob. iuniperi.* *spec. aromati rosar. diambre.* *elixir. proprietat.* Neque externa negligenda, cerotum sto-

A machale, ol. menthæ, mastiches, macis, garyophyll. absinthij, balsamum Indicum, succulitoma-chales & similia.

Ad epar roborandum vsurpari possunt, *agrimo.* *Iparriz.* *ageratum.* *chamisdrys.* *epatica.* *syrca nardi.* *absinthium.* *spec. diapliris.* *electuar. de vico Holle-* *rij.* *diapassulorum eiusdem.* *Aque epatica & ex v-* *rate vituli destillata.* & vbi aliquis calor coniungitur, *cichorium.* *spec. dia. hod. diatrion. santal.*

Extra etiam fomenta, linimenta, emplastra applicentur, quæ epar roborant, eiusque tonum conferunt.

Ad lienem ceterach, lingua cernina, chamæpitys, Lienem. *torric. cappar. tamarisci.* *syr. de pomis.* *de fumarica.* *de scelopend. crocus & tintura &.* *exiractum sple-* *netic. Quercæ an. Aq. splenetic. compos. aqua sel æ-* *nanibi Tabernamontani.* *trochisci de cappar. puluis* *diacappar. Rondeletij.* *exymel. splenetic. eiusdem.* *el. de chalybe.* Extra etiam conuenientia medicamēta vsurpentur. Ad cor roborandum *conservatio alcher-* *mes.* *conserva borraginis.* *biogloss. fl. iuniceis.* *melis-* *sa.* *cortic. citri.* *condit. fl. citri condit. nux Indic.* *condita.* *syr. de cortic. citri.* *iuniceis.* *de cinamom.* *spec. cordial. temper. confect. de hyacintho. el. de* *gemm. diamarg.* quibus omnibus admisceatur cor- *chlearia.* Foris; ol. citri, cortic. aucant. lenices, *macis.* *garyophyll.* *cinanem.* *balsamum Indic. &* *idonea vnguenta.* *linimenta.* *ac sacculi.* Ad pulmo-

nes, *Hyssopus.* *capill. ♀.* *radic. heleni.* *conserva* *ros. veronica.* *flor. tridis.* *radic. condit. he' erij.* *spec.* *diatreos.* *rob. iuniperi.* *aqua & exiract. pectoralia.* *Ex ʒ. ad Epar, & Lienem* *paretur hoc electuarium.* *℞. Conserva cochlearie* ʒ. j. ʒ. *chamadrys.* *cordij.* *cichorij* an. ʒ. j. *rad. condit. heleni.* ʒ. ʒ. *spec.* *diarrhod. abb. diapliris* an. Drach. ʒ. C. m tyrup. *acetosell.* F. Electuarium. Vel hæ rotæ parentur: *℞. Spec. diarrhod. abbat.* ʒ. iv. *diatrion. santal.* *trochiscor. de cappar.* an. ʒ. j. *sacchari in aq. nasturt.* *& agrimen. dissolut.* ʒ. ij. F. Rotæ Lien fomen- *retur decocto flor. geniste.* *tamarisc. iure.* *urtice.* *nasturt. aq. & similitum.* Postea inungatur tali, vel simili vnguento. ℞. *Ol. de cappar. rutæ.* *amygdal.* *amarar. sambuciv.* an. ʒ. ʒ. *succi b yonia.* *sili-* *cis.* *Nicotiana vera* an. ʒ. vj. Coq. ad succorum *consumtion.* add. *pulu. subtilis radic. asari.* *cycla-* *min. cort. rad. cappar. sem. agni casti* an. ʒ. ij. *ceræ* ʒ. f. F. Linimentum.

Vel paretur cataplasma ex radice b yoniæ cocta in vino ad mollitiem, contusa, & cum farina lupinorem & hordei, ac oleo de cappar. in formam cataplasmatiss mista. Et si tumor, ac durities aliqua lienis adsit, debito modo curetur.

CAPVT VII.

De Curatione speciali aliquot affectuum, qui Scorbutu coniunguntur.

ET si verò plerumque si legitima, & modò iam præscripto curatio instituat, symptomata, ad morbi, qui scorbutu coniunguntur, euanescere solent sponte, idque maxime in scorbutu nondum inueterato accidat: si tamen malam radices iam egerit, & humores vitiosi partem aliquam altius oblederint, peculiaribus interdum ad aliquos morbos, ac symptomata proffiganda remediis opus est. Idcoque aliqui de quorundam affectuum, qui cum scorbutu coniungi solent, curatione addemus.

Et quidem generalis lex curandi hosce morbos est, vt adhibeantur medicamenta, quæ alias morbi isti vel symptomata, quando vrgent, postulant: his verò admisceantur, quæ peculiari vt huic morbo

Remedia generalis curati affectus scorbutici

aduerfatur. Nullus enim morbus, qui cum febricitate coniungitur, integre curatur, nisi simul febricitatus curetur, & medicamenta febricitata admisceantur, testaturque experientia, medicos saepe in tertianis, quartanis, hydrope, ictero & aliis morbis, qui latentem febricitatem coniunctam habent, curandis frustra laborare nisi solum medicamentis, quibus aliis morbi tolli solent, nisi simul antifebricitata exhibeantur. Hæc autem cum capite præcedente proposuerimus, illa passim è prædicari in libris præteant, & plura sunt, quam ut hic recenseri vel possint vel debeant, paucis hæc tractabimus.

De Curanda difficili respiratione & pectoris angustia.

Difficilis respiratio- nis & pectoris angustia curatio. Difficilem primò respiracionem, & angustiam illam quod attinet, non tollitur illa solum thoracis, sed adhibenda sunt, quæ febricitate in primis resistit, & in primis cochlearia. Et cum plerumque febres, ac obstructions cum ea coniungantur, admiscenda, quæ febrilem calorem temperant; de quibus postea aperientia item, capillus ♀, cuscutha, ceterach, carduus benedict. fumaria, betonica. Eugalenus species pliris archontic. commendat. Vtilis etiam est confectio alchermes, crocus & alia cordialia.

De gingivarum corruptione, dentium & oris vitio.

Gingivarum, dentium & oris vitiorum. Gingivarum laxitas, putredo & fæcor, quod vitium Plinius, & Strabo vno nomine Stomacacen nominant, curatur medicamentis abstergentibus, putredinem inhibentibus, partim adstringentibus, & siccantibus, qualia sunt *aquilegia*, quæ commune nomen cum hoc malo, quod Germanis *Agelen* dicitur, habet, *salvia*, *rosmarinus*, *hyssopus*, *bistorta*, *balaustra*, *nux moscata*, *rose rubra*, *equisetum*, *fol. quercus*, *coriic. granator. cortic. prunor. sylvest. oxyacantha*, *berber. sumach. rad. aristoloch. bistorta*, *myrrha*, *alumen*, *vitriolum*, *mel rosatum*, *diamor. mel & oximel. scilliticum*, & qui efficacissimus hic est, *Spiritus vitrioli*: quibus & ex his aliqua addenda, quæ contra febricitatum peculiarem vim habent, vt *cochlear. nasturt. aquat. numularia*.

Collutiones oris.

Possunt ergò tales plantæ in vino austero, vel aqua coqui, & decocto mel rosatum, & alumen addi, coque gingivæ frequenter abluantur. Vt *℞. Tormenthilla, bistorta cum radicib. an. M. j. malico ij. j. sumach. ℥. ℞. Coq. in aq. lb. ij. ad lb. j. remanentiam. Colaturæ add. aluminis ℞. ij. mellis optim. ℥. ij. Misc. Vel ℞. Cortic. rad. prunor. sylvest. fol. & cortic. berber. an. ℥. j. fol. rubi M. j. rad. pyrethr. aristoloch. rot. filicis, pentaphyll. an. ℥. ℞. thuris ℞. j. Coq. in vino, & Aqua: decocto add. mel. ros. & diamori an. ℥. j. Eoque sæpius os colluatur. Commendatur etiam hæc, vt vltro probata, oris collutio: *℞. Fol. nasturt. aq. mentha, satureia, ros. rubr. immatur. an. M. ℞. sem. aquileg. ℞. ij. balaustr. ℞. ℞. Coq. in aqua ferrata. Colatur. ℞. ℥. viij. adde alumin. ℥. ij. mell. ros. col. ℥. ℞. F. Collutio oris. Vel ℞. Cochlearia, sifymb. cardamin. nasturt. aq. rosar. rubr. an. M. j. Coq. in aqua ferrata. Colat. ℞. ℥. x. add. mell. crudi ℥. vj. alumin. ℞. j. F. oris collutio. Vel ℞. Cortic. prunor. sylvest. ℥. j. cochlear. nasturt. aq. an. M. j. rosar. rubr. M. ℞. balaustr. ℞. ij. Coq. in f. q. aque chalybeata, Colaturæ adde aliquid aluminis, mell. rosar. colati, & diamori. Misc. Vel ℞. Cortic. interior. prunor. sylvest. oxyacantha. rosarum rubr. an. M. j. Coq. in aq. lb. ij. ad lb. j. ℞. Colatura vsurpetur pro oris collutione. Vel ℞. Aq. plantagin. prunell. an. ℥. iv. salvia mellis rosat. colat. an. ℥. j. spiritus vitrioli ℥. ℞. M. pro oris collutione. Vel ℞. Salvia M. ℞. aristolochia, pyrethri, aluminis an.**

℞. ij. camphora ℞. ℞. Coq. in vini lb. j. ℞. Colentur. Vel ℞. Salis, alumin. an. ℞. ij. Aqua lb. j. Coq. parum. Vel ℞. balaustr. sumach. rosar. rubr. an. ℥. ℞. Coq. in aq. lb. iv. ad lb. ij. add. mellis rosati ℥. ij. alumin. ℞. ij. Misc. Vel ℞. Plantaginis cum radice. fol. peruvinc. aquilegia, cinarum rubri, sambuci an. M. j. fl. rosar. rubr. balaustr. an. Vnc. ℞. Coq. in aq. & vini rubri adstringent. an. lb. j. ℞. ad dimid. parte absorptionem. C. il. adde mell. ros. ℥. ij. M.

Aqua destillata.

Sæpe sola cochlearia, aut becabungæ, nasturtij vel Nicotianæ aqua sufficere potest, si nos colluatur. Vel ℞. fol. salvia betonica, aquilegia an. M. ij. ruta, flor. rosar. rubr. an. M. ij. rad. bistorta, pyrethri, sarsa parilla an. ℥. ℞. creos Fl. ℞. vj. ligni Rhody ℥. ℞. nucis mosch. cinam. myrrh. mastiches, cor. ic. citri an. ℞. ij. camphora ℥. ℞. vini Rhenan. lb. ij. succi cochlear. nasturtij aq. an. lb. ℞.

Stent per dies 7. in infusione in vase bene clauso, quotidie agitentur, hinc destillentur. Vtile est & plantas quasdam, vt saluam, cochleariam, nasturtium, numulariam frequenter masticare, vel us gingivæ fricare, vel cortices citri succulentos frequenter gingivæ affricare.

Linimenta.

Vel ℞. mellis rosat. col. ℥. j. oxymel. scillit. ℥. ℞. alumin. vsti ℞. ℞. Misc. pro Linimento Vel ℞. mell. ros. col. ℥. j. pyr. de ros siccis ℥. ℞. spir. vitriol. q. s. ad gratam aciditatem. Misc. & multo bis de die gingivæ illinantur. Vel ℞. alumin. vsti ℞. ℞. nuc. mosch. an. M. ij. mell. ℥. ℞. Misc. super igne. Vel ℞. Mellis scillit. ℥. j. spiritus vitrioli q. s. ad aciditatem conciliandam. Vel ℞. pulu. rad. bistorta ℥. ℞. fol. aquileg. ℞. ij. salis ℥. j. Cum diamoro redigantur in formam linimenti. Efficax est hoc linimentum. ℞. fl. malva arbor fol. salvia min. aquileg. an. ℞. ℞. myrrha, nucis moschat. iheriac. an. ℞. j. aluminis vsti ℥. ij. Pulverisata subigantur cum melle. F. Linimentum. Fortius est hoc, & conveniens gingivæ putrescentibus. ℞. Mellis ℥. ij. aceti vini ℥. j. fl. aris ℞. j. alumin. ℥. j. Coquantur, donec rubescant. Deinde adde pulu. salvia, nucis moschat. C. C. prepar. an. ℞. ℞. F. Linimentum. Potest etiam addi pulu. salvia. Vel fricentur singulis diebus manè, ac vespere gingivæ sale & aceto, donec sanguis ex gingivis profuatur: aut colluatur os decocto sedi minoris, seu vermicularis. Vltro longo expertum est hoc Linimentum: ℞. Pulu. fol. aquileg. meniba crispa, salvia, nucis moschat. myrrha (quam tamen quidam omittunt) an. ℞. ij. aluminis vsti ℥. ℞. (alij ℞. x.) mellis virginei ℥. iv. ℞. vel q. s. Mel calefiat ad ignem & despumetur, deinde calenti pulveres sensim inspergantur & Misc. F. Linimentum. Alij mellis virginei loco mel rosatum, vel scilliticum, vel etiam oxymel scilliticum sumunt, vel aliquid de melle, vel oxymelite addunt scillitico. Hoc linimento gingivæ bis, vel ter quotidie illinantur, deinde abluantur vino rubio, vel simi; Ici, vel in quo cochlearia, a nasturtium infusum fuerit, vel decocto summitatum rubi, vel aqua prunellæ, plantagin. rosar. quæ efficaciores erunt, si aliquot guttæ spiritus vitrioli, quot nimirum ad aliquam acetositatem sufficiunt, admisceantur, quod medicamentum valde efficax est in hoc genere.

Alij ovum coquant ad duritiem, per medium dissecant, vitellumque eximunt, & locum pulvere vitrioli replent, eumque iterum coagulant, & in loco subteraneo in vitro sepeliunt, vel in vitro suspendunt, vt vitriolum in liquorem per deliquium solvatur. Quo liquore si spongiola imbuetur, eaque laxæ, & cruentæ gingivæ fricentur, magnam us ad sanandas eas vim habet. Vel ℞. Pulv. abrasioni,

abrosioni, cauda eqnina, salvia, hyssopi, ruta, boli armen. alumin. vsti, aquilegia, an. 3. ij. mellis 3. ij. F. Linimentum. Vel 2. Macis, nucis moschat. an. 3. ij. myrrha, fol. aquileg. salvia, ruta an. 3. 8. alumin. vsti 3. ij. 8. Misceantur cum f. q. mellis feruentis, mista & refrigerata vsui feruentur. Vngantur hoc linimento bis de die gingiuarum, & postea aqua prunellæ vel plantagin. abluantur. Vel 2. Theriac. 3. 8. mellis crudi 3. j. oxymelis. simpl. 3. ij. aluminis vsti 3. 8. Coquantur, & misceantur.

Pulveres & dentifricia.

2. Salis sorrefact. alumin. vsti. testar. cochlear. crematar. cineris samentor. vitis, rosar. rubr. radic. bistorta, fol. aquileg. salvia an. q. f. F. Pulvis, quo dentes fricentur. Vel 2. Alumin. vsti 3. ij. salis sorrefact. 3. j. balauftior. C. C. vsti prepar. an. 3. ij. macis 3. j. fol. salvia num. iij. F. Pulvis, quo dentes fricentur. Vel cum succo cochlear. aut nasturt. aquat. aut melle an. q. f. F. Mistura. Aut paratur talis pulvis, quo gingiuarum flaccidæ, & sanguinolentæ fricentur: 2. Salis vsti 3. 8. balauftior. 3. j. 8. F. Pulvis. Vel 2. Cineris samentor. vitis, testarum ostrear. vstarum. part. eq. F. Pulvis. In istorum non verò medicamentorum vsu obseruandum, vt id, quod ex laxis, & sanguinolentis gingiuis effluit, & in ore colligitur, continuè expuatur, & excreeatur, & non diu in ore retineatur, multò minus deglutatur. Si putredo sit vehemens, talis oris colutio parari potest: 2. Rosar. rubr. plantagin. an. M. i. ruta, salvia an. M. 8. viridis aris 3. i. thuris, mastiches an. 3. i. 8. alumin. 3. i. Concisa & confusa Coquant. in Ad. & aceti an. lb. ii. ad dimidie partis consumptionem. Colaturæ addatur mell. ros. 3. j. M. F. Collutio oris.

Nonnulli in magna carnis gingiuarum corruptione & putredine manuum opera vtuntur, & carnem corruptam præcidunt. Verum rarò hoc factò opus, cum medicamenta enumerata, præcipuè, quibus alumen & oleum vitrioli adduntur, tam efficacia sint, vt etiam satis sædam Stomacacem emendare possint. In quem vsum eriam inserunt vnguentum Ægyptiacum, magna necessitate id postulante. In extremis casibus, & summa corruptione efficax est hoc medicamentum. 2. Mercurij sublimati 3. ii. Aluminis vsti 3. ij. 8. Puluerisata coquantur in aqua plantagin. lb. i. in vitro, in vase duplici. In aqua ista spongiola intingatur, & ea gingiua putrida a claxe illinantur. Vbi omnino monendum videtur, cum in Germanico libello Vvieri de scorbuto in hoc medicamento absolutè legatur Sublimatum, qua voce sine additione posita Chymici 2. sublimatum intelligunt, non rectè in libellum eius Latinum irrepsisse Arsenicum sublimatum, quod ex libello Latino Vvieri in sua scripta alij transfulerunt. Ad vlcera enim maligna & putrida vsurpari cum commodo à Chirurgis Mercur. sublimatum notum est; Arsenicum verò sublimatum, præcipuè in vlceribus oris, longè maiore cum periculo vsurpari, extra dubium est, licet Dioscor. *Euporist. l. i. cap. 82 & 83.* Arsenico cum charta combusta ad serpentia oris vlcera vtatur. Quia verò postquam caro putredine absumpta est, dentes carne nudari solent, vt id, quod abest, restituatur, opera danda. Etsi verò carnem amissam reparare solius Naturæ opus sit: tamen ars Naturæ subsidio venire potest. In quem vsum hoc habet Sal. Albertus: 2. Sem. rosar. 3. i. calam. aromatic. 3. 8. Fiat Pulvis, qui dentibus aspergatur. Vel 2. Farina crui. flor. rosar. an. 3. 8. calam. aromatic. 3. ii. 8. aluminis scissilis, manna thuris, cyperi an. 3. 8. F. Pulvis, qui dentibus inspergatur, vel cum melle misceatur, & iis illinatur.

Operum Sennerti Tom. III.

Faucium exulcerationes.

Si fauces ex vicinæ putredinis contagio lædantur, collutiones parentur ex Aq. cochleariæ, castorei, nummulariæ, Nicotianæ, &c. Vi 2. Aq. p. v. u. n. e. plantagin. cochleariæ an. 3. iij. Nicotiana 3. ij. spir. vitriol. 3. i. mell. ros. col. 3. i. M. Eadem medicamenta cum vitiosos succos, quibus dentium radices laxantur, abluant & abstergant, dentes vacillantes firmare, & carnem gingiuarum roborare valent.

De maculis.

Crurum, vel etiam aliarum partium maculae sponte euanelcere solent, modò internis prospiciantur. Si tamen & earum causa medicamenta adhibere placet, ad eas tollendas ex resoluentibus, discutientibus, & emollientibus fomenta, & balnea vsurpentur, ex bacis iuniperi, nasturtio, cochlearia, chamamelo, artemisia, absinthio, roremarino, hyssopo, lauendula, persicaria &c. vel aqua cochleariæ lauentur. Vt 2. Baccar. iuniper. contusar. silybr. cardamin. nasturtij aquat. cochlear. an. M. ii. flor. chamamel. M. iij. artemisia, betonic. absinthij, orisinarin. maioran. thymi, hyssop. an. M. i. Coq. in Aq. f. & vapore decocti calidi crura foveantur, vel decocto spongia madefiat, & calida tibiis applicetur. Vel fiat tale vnguentum. 2. Butyri maialis 3. ii. 8. baccar. iuniper. contusar. 3. vi. vini 3. ii. Coq. ad vini consumptionem, & colentur. Vel coquatur in lacte nasturtium aq. absinth. & bacc. iuniper. contusæ, & cum lactis illius flore crura inungantur. Salom. Albertus hoc parat. 2. Nasturt. viridisque, cochlear. an. M. ii. chamamel. melilot. alb. an. M. 8. thymi, satyria, pulegij an. M. i. rorismar. M. 8. rad. dauci 3. 8. fol. lawi M. j. baccar. iuniper. contusar. 3. j. 8. Coq. ad consumptionem tertie partis, & vapore decocti calidi crura foveantur, vel lintamina, aut spongia decocto calido madida cruribus imponantur. Nonnulli decocto viminearum genistæ virgarum vtuntur. Post fomentationem partes maculose conuenienti aliquo linimento inungantur. Vt 2. nasturtij aquat. bscabungæ, silybr. cardamin. baccar. iuniperi contusar. absinthij an. M. j. Aq. bscabungæ, chamameli, melilot. nasturt. aq. an. 3. iv. fl. lactis & butyr. recent. insulsi q. f. Coq. in Balneo & exprimantur, ac pinguedo linimenti loco vsurpetur. Vel coquatur nasturt. aq. in lacte, & contundatur, ac subigatur in mortario, contuso addatur adeps suillus. Vel 2. Butyri maialis insulsi 3. i. comarum absinth. M. i. Vermicularis P. ij. baccar. iuniperi contusar. 3. 8. vini 3. iij. Coq. ad vini consumptionem, & colentur, ac pinguedo vnguenti loco vsurpetur. Vtile quoque fuerit crura saepius panno, vel linteo calente fricare, vt spiracula cutis aperiantur, & vitiosi humores discutiantur.

De doloribus.

Dolores interdum etiam, præcipuè in cruribus, ægros cruciant, vt ad eos tollendos Medici operam maximè requirant. Vsurpentur autem ad illos tollendos, præter interna ad scorbutum medicamenta, anodyna, & resoluentia, ac discutientia per sudorem.

Adhibeatur ergo fomentatio, ex decocto al. lac. fumar. abrotani, cochlear. bscabung. nasturt. pulegij, hyssopi, salvia, artemisia flor. chamamel. bacc. iuniperi. H. r. b. ista decoquantur, & vapor à decocto partibus dolentibus excipiat, donec sudor erumpat, vel crura linteis duplicatis decocto hoc calido imbutis moueantur. Quo modo dolor mitigatur. Nonnunquam tamen solet dolor recrudescere, quod pars frigida & crassa non planè sint discussa. Ideoque spongiâ decocto calido

Dolorum in cruribus

madidâ partes dolentes fouendâ, vel cataplasma ex enumeratis modò herbis paratum imponendum. Aut paretur cataplasma ex lacte coagulato (*Quarex*) flor. chamæmel. nasturt. aq. & baccis iuniperi in lacte coctis, quod in hisce doloribus mitigandis, ac tollendis efficacissimum est.

A pinguibus verò ante macularum eruptionem abstinendum; cum ab his dolor exasperari solet. Quandoque dolor in plantis pedum, & extremitatibus digitorum excitatur, qui hoc medicamento tollendus: ℞. *Flor. sambuci* M. ij. Coq. in vino, additis saponis ℥. ij. quo pannus imbuatur, & loco dolenti applicetur. Dolorem ventris quod attinet, qui ventriculum & intestina ac totum sæpe abdomen affligit, regia quidem eum curandi via est, causam eius tollere, quod qua ratione fieri debeat, hætenus satis dictum: rectèque id fit medicamentis scorbuto aduersantibus, quæ si febris absit, cum vino, vel cum sero lactis, si febris & calor adsit, exhibeantur. In doloribus ventriculi etiam commodè vsurpatur elixir proprietatis dictum. Quia autem sæpe dolor urget, is mitigandus: quod commodissimè fit, si laxantibus conuulsioni & tensioni, quæ proxima eius causa, hic occurratur. Itaque elypteres emollientes iniiciendi ex iis, qui humectant cum moderato calore. Et cum ob motum & conuulsione sæpe nihil infra excernatur, sed omnia sursum tendant, non quæ sensum obtundunt, admiscenda, sed potius quæ excretionem nonnihil stimulant. Ex decocto cilicet anethi, chamæmeli, alihæ, feni græci cum ol. communi, amygdalarum dulc. lini, anethino, chamæmel. melle rosaceo, fiant elypteres. Extra etiam adhibeantur linimenta ex iisdem oleis, & pinguedinibus, aut cataplasmata ex herbis emollientibus, & flor. chamæmeli cum iisdem oleis, aut omentum venetis inde in oleis imbutum applicetur. Vtilis est in illis seu bal. et in aqua, in qua herbæ modò enumeratæ coctæ sunt.

De Arthritide.

Arthritidis.

De Arthritide sic obstat curatione refert Euegenus, pag. 142. se obseruatione comperisse; nonnullo in prima morbi inuasionem solo ablinthio in vino, seu cereuisia suspento feliciter in quotidiano potu usos fuisse, per semel itus vnus spaciū vsus eius continuantes. Et quidem solo illius decocto in vino, vel cereuisia, vel aqua facta feliciter se vsus scribit. Si verò cum febre, sit, & obstructionibus manifestis coniuncta fuerit, neque tum se eius vsus abhorruisse, nisi quod febrem in ingantia obstructiones fortius aperientia, & quæ scorbuto peculiari proprietate aduersantur, admisceant, puta cuscutam, scolopendrium, ceterach, betonicam, hyssopum, & si febris patiat, carduum benedict. raphani, & helenij radices, cochleariam, nasturtium. Extra cum alia topica in arthritide vsitata adhibentur, tum etiam *radix raphani agrestis* comminuta & cocta vtiliter apponitur.

De stupore, tremore, paralyse, & conuulsione.

Stuporis, tremoris, conuulsionis.

Stupor, tremor, paralyse, conuulsio, membrorum iactatio eandem fere curandi rationem obtinent. Sceleribus quidem cum ortum habeat ex vitiosis humoribus, qui sese in tendines, & musculos insinuarunt, quorumque pars crassa, postquam tenuior exhalauit, tendines duros reddit, emollientia, resoluentia & discutientia requirit, quibus ea semper admisceantur, quæ humori, scorbuti causæ, peculiari vi resistunt, quæque suo sale volatili, quod crassum & fixum, volatile reddere, attenuare, & ad discussionem aptum reddere valent. Eadem verò etiam, vt assumantur, exhibenda. Et quidem si recens sit, quæ à seroso humore saltem sese in mus-

culos insinuante, ortum habet, tendinibus non induratis, interius adhibitis medicamentis breui, sæpe intra dies 4. vel 5. sine omni topico in vltimo solum crurum, sed & brachiorum, ac manuum paralyse curatur, vt testatur Euegenus. Idque ita se habere ipse comperit habere, cum non paucos tali paralyse scorbutica laborantes, plerumque cum sicca scabie, corpore semel, atque iterum leniter purgato, cochleariæ, & fumarie in primis vsu paucis diebus restituerim. Si verò malum sit diuturnius, vt tendines duri, & rigidi quasi redditi sint, topicis etiam opus est. In paralyse ergo iniis non admodum grauibus sequens profuisse testatur Seuegenus Euegenus, pag. 70 ℞. *Betonic.* M. iv. *granor. iuniper. conuulser.* Coq. in aq. lb. viij. ad pultis modum. Colentur, & exprimantur, & addantur *sacchari* lb. ij. iterumque coquantur ad syrupi consistentiam, cui ab igne remoto addantur *zinziber.* ℥. ij. *maicis, calam. aromatic. cubibar. fol. fena.* an. ℥. ℞. F. Electuarium, cuius ante, & post cibum cochlear. j. quotidie semel, aut bis sumatur.

Quod si grauius, & pertinacius malum sit propter viscerum obstructiones concurrentes, hæc non sufficiunt, sed aperientia, & peculiari vi contra hunc morbum pugnancia admiscenda. Extrâ verò adhibeantur fomentationes, & lotiones ex aqua siue simplici, siue salsa, in qua cocta sint *fol. saluia, betonic. artemisia, serpilli, rorismarin. flores sambucus, chamamel. melilori, bacca iuniperi.* Nimirum vapore harum herbarum decoctarum crura rigida, vel singulis, vel alternis diebus fomententur, donec bene sudent. Vbi satis sudauerint, ipso decocto pedes, & crura lauentur, ipsisque herbis pedes, crura, ac tendines, & ligamenta rigida fricentur, & postea conueniente vnguento illinantur.

Si tamen adsit durior tumor, emollientia præmittantur, vel admisceantur. Salomon Albertus tale parat: ℞. *Pulv. flor. chamamel. c. marum absinth.* an. ℥. ij. *rad. bryonia, consolid. maior.* an. ℥. ℞. *farin. tritici, fabarum, orobi* an. Drach. iij. *medull. panis siliginei ex lacte cocti* lb. j. F. Cataplasma, quod tumori applicetur.

De contractione & rigiditate membrorum.

Si genua vel alia membra sunt rigida, & ad motum impotentia, non neglectis medicamentis interius eadem emollientia & discutientia per vices vsu panda. Fouetur nimirum pars affecta decocto *lilior. albor. althæa, malua, violaria, brucea vrsina, sem. lini, fœnigræci, chamamel. ficum aridarum,* quibus *nasturtium, & b. c. bruga* addantur. Vt ℞. *Rad. althæa, malua* an. ℥. j. *iridi* ℥. ℞. *sem. lini, fœnigræci.* an. ℥. i. *violaria, fl. r. chamamel. melilot.* an. M. j. *absinth. cochlear. becabung. nasturt. aq.* an. M. ℞. Coq. pro fomento. Vel ℞. *Rad. alihæa,* ℥. ij. *part. ar. cochlear. becabung. nasturt. aq. absinth. flor. chamamel. melilot.* an. M. ij. *sem. lini, fœnigræci.* an. ℞. vj. Coq. in aqua, cuius vapor calidus crure excipitur. Vel ℞. *Flor. chamamel. melilot. sem. anisi, fœniculi, cumini* an. ℥. i. *farina. sem. lini, fœnigræci.* an. ℞. ij. Cum decocto *fol. ebuli, artemisia, cochlear.* F. Cataplasma, cui potest addi butyrum recens. Vel ℞. *Rad. alihæa, lilior. albor. hermodactylor.* an. ℥. ℞. *caricar. pinguium* num. vii. *flor. melilori, chamamel. parietar.* an. M. i. ℞. *fol. alihæa* M. i. *rosar. rubr.* ℞. iii. *vermium terrest. prep.* ℞. ii. ℞. *farina tritici.* ℞. ii. *farin. bordei* ℥. i. ℞. *orobi lenium, fabar.* an. ℥. ℞. *medulla panis tritici* ℥. i. Terantur terenda, & Coq. in aq. ad formam pultis. Add. *ol. lilior albor. chamamel. anethin. rosac.* an. ℥. i. *castia* ℥. ℞. *medulla crurum bubul.* ℞. iii. *ad. pis gallinac.* ℞. ii. ℞. *suilli* ℥. ℞. *boli Armeni* ℞. i. *croci* ℞. ℞. F. Cataplasma.

Rigidit & contractionis membrorum.

quæ febris, eiusque causa requirunt, miscenda, corporisque constitutionis, anni temporis, & aliorum, quæ ex generali methodo medendi patent, ratio habenda. Itaque præbenda scorbutica medicamenta moderatè calida, & humorem melancholicum incidentia, ac digerentia; *cuscuta, capill. vener. cetrach. polypod. q.* & pro crassorum humorum incisione, *hyssopus, betonica,* & pro calore febrili temperando, *cichorium, endiua, acetosa,* ac cum his miscenda scorbutica medicamenta, prout præsens ægri constitutio id postulat, & nunc de his, nunc de illis plus sumendum. Nam si corpus sit biliosum & bile abundet, pluresque febris tertianæ notæ adsint, pauciores scorbuti, maior eorum copia, quæ bilem temperant, & humectandi ac refrigerandi vi prædita sunt, sumenda; minore verò quantitate ea, quæ scorbutum spectant, & ex his minus calida eligenda. Itaque tum conueniunt *becabunga, & acetosa,* & in primis earum succus, quibus aliquid cochleariæ addi potest. Si humores sint crassiores, cum vrinis crudis vel crassis, sitis magna non adsit, corpusque ipsum sit crassius & melancholico crasso succo abundet, cochlearia usurpanda, & ea admiscenda, quæ fortius attenuant, & incidunt, vt *carduus benedictus, absinth. radic. helenij.* Si etiam aer, in quo æger degit, sit tenuis ac subtilis, mitioribus & minus incidentibus ac attenuantibus vtendum: Fortioribus verò in aere crasso & humido.

Si angustia illæ ad præcordia grauius & frequentius infestent, in ipso quoque paroxysmo medicamenta contra scorbutum & febrem facientia exhibenda. Si motus sit diurnior, & ob accessionum inordinatum recursum cibandi necessitas medicamentorum exhibitionem impediatur, liberiori aeri, præsertim tempore verno æger committendus, aliusque interdum leniter subducenda. Sæpe enim aeris mutatione, præter spem, tales febres euanuisse, obseruauit.

De Tumoribus duris.

Tumorum durorum.

Ad tumores duros fiat cataplasma ex *radic. consolidida maior. althæa bryonia, absinthio, chelidoni. mai. farina fabarum, aut lupinorum, & medulla panis albi in lacte coctis.* Ad tumorem crurum œdematosum conueniunt fomenta ex *salvia, foliis & flor. sambuci, rosmarino, serpyllo, becabunga, nasturiso aquas. baccis iuniperi.* Si quid de frigido & terreno humore quasi concretum sit, emollientia & discutientia usurpanda, quæ supra, proposita sunt. Vt *℞. Pulu. rad. bryonia, althæa an. ℥. β. flor. chamamel. fumar. absinthij an. ℥. iiij. farina fabar. orobi an. ℥. β. medulla panis iriis. siligin. an. lb. β. Cum lacte caprino F. cataplasma.*

De Erysipelate.

Erysipelatis.

Erysipelatis curationem de tumoribus proposuimus: eam vt hic paucis attingamus, naturæ conatus in expellendo humore vitioso promouendus & adiuuandus. Ad quam rem vulgus apud nos, & quidem non infeliciter, aqua flor. sambuci vtitur. Potest & rob. sambuci usurpari, vel aqua carduibenedicti aut scabiosæ, iisque addi elect. vel puluis aliquis bezoarticus, aut terra sigillata, aut g. vj. bezoartici mineralis, & sudor prouocari.

Parti affectæ applicetur pannus lineus imbutus lacte, quod vocant aureo, (quod paratur ex lixiuio communi & oleo samb. ci vel rosaceo bene simul agitatis, vt lactis colorem acquirant,) iterumque expressus & non nihil exsiccat, vel aqua flor. sambuci madefactus & expressus. Pinguia verò & repellentia, & quæ poros cutis obstruunt, ac materiam detinere possunt, vitentur.

Ne malum recurrat, ea usurpanda, quæ seross

A istius humoris generationem & corruptionem ac ebullitionem præcauent.

De Hydrops.

Hydrops scorbuticus purgationes fortes, maxime à principio, non fert, sed medicamentis incidendi, attenuandique vi præditis curatur, quibus admiscenda ea, quæ peculiari vi contra scorbutum valent: quo curationis modo se plures sanasse citra purgantium opem, refert Eugalenus. Sublatis enim obstructionibus, venisque reueratis, & vitio humorum Scorbutico propriis medicamentis emendato, sæpe præter opinionem hic tumor euanescit. Quod si non fiat, curato maxima ex parte Scorbuto, tum demum medicamentis purgantibus vtendum, & iis præcipuè, quæ humorem melancholicum purgant. Semper tamen admiscenda ea, quæ peculiari vi huic morbo aduersantur. Si crassior sanguis in venis redundet, aut consueta euacuatio suppressa sit, sanguis pro eius copia, & viribus ægri mittendus. Multum verò prodest hæmorrhoidum apertio, quæ sponte facta, nigro sanguine profuso, quoddam ab hoc malo liberauit. Si sponte non aperiantur, hirudines iis apponi, vel in talo vena aperiri potest. A larga tamen sanguinis missione, præcipuè in locis frigidis, cauendum, vt supra in genere dictum. Hydrops vesicalis, vt prior hydrops curatur. Quod si præter interna etiam externis opus sit, iis, quæ discutendi, dissoluendique vim habent, vtendum, *absinthio, ruta, chamamelo, farina lupinorum, fabarum cum oxymelite in cataplasma redactis.* Ad tumores pestilentibus simile Eugalenus, pag. 190. hoc experimentum habet. *℞. pulu. absinthij comm. q. s.* qui cum ouis recentibus eadem die exclusis cum albumine vitello & testis contusis ad puluis consistentiam miscetur & frigide tumoribus applicetur. Idem pag. 408. Cataplasma parat ex chamamelo, meliloto, patietaria, malua, althæa, mercuriali ad mollium coctis, additis farinæ sem. lini, sænigræci, hordei, cum mell. rosac. & ol. rosac. l. q. Atque si accidat, vt vlcus illud erodatur, & nigrum fiat, quod non sine periculo accidit, cum integram crurum corruptionem & gangranam inferre possit, statim quod corruptum est, à reliqua cute & carne sana separandum, & vlcus mundandum, consolidandum, more consueto.

De Ulceribus.

Si humores prauis, & acres crura etiam exulcerent, primò videndum, an aliqua adhuc intemperies parti exulceratæ coniuncta sit, aut humorum vitiosorum affluxus vlcus foueat. Tum enim primò humores vitiosi, qui affluunt, è corpore euacuandi, & intemperies partis emendanda. Attendendum quoque hic consilium Hippocratis, cum *in initio lib. de vlcere.* tuadet, vt ab inueteratis vlcerebus crebrò sanguis effluat, prout opportunè videbitur, tam ab ipsis vlcerebus, quàm à circumstantibus vlcus partibus, tum præcipuè si in crure, aut pedis, vel manus digito vlcus sit, magis, quàm in alia corporis parte. Nam exhausto sanguinis affluxu, sicciora, & mitiora euadunt. Eiusmodi enim vlcera præcipuè quidem sanescere prohibet, tum verò reliqua etiam omnia, sanguinis putredo, & quod ex sanguinis mutatione est ortum.

Primò ergo vniuersi corporis ratio habenda est, illudque euacuandum, & partis intemperies postea corrigenda, ac medicamenta, quæ facultatem digerendi habent, ac non nihil adstringendi, exsiccandi, & extergendi, usurpanda: non verò asperius tractanda hæc vlcera, sed citra vllam mordicationem, & dolorem sananda. Ideoque quod in aliorum vlcere curatione obseruatur, & hic obseruandum, vt postquam primum vlcus solutus fuerit,

consideretur, quantum humiditatum primum phar-
macum ab ulcere deficiat, aut si sordidum fuerit,
quantum sordidum deterferit; idque tertium, aut
quartum experiendum est, donec purum vlcus, &
siccum fuerit. Quod ubi animaduertitur, eligen-
dam quidem medicamentum aliud eiusdem gene-
ris, sed debilius priore usurpandum. Ronseus ex
Auenenna, lib. 4. sen. 4. tract. 3. cap. 10 & Tagau-
tio, lib. 3. cap. 15 hoc commendat. ℞. *Cadmea, alu-
min. chrysocolla singulor. pars. viij. aris floris, viri-
dis aris singulor. part. j. gummi expressi part. 10. ce-
ra. & olei rosac. an. q. l. F.* Unguentum. Sed & uti-
le est medicamenta scorbutica admiscere. Fiat ergo
unguentum ex succo cochlearia, absinth. apij cum
melle coctis, addito puluere aristolochia, & aluminis.

In vlcere minus prauis facis efficax est vng-
entum diapompholygos, quo sapissime feliciter vlus
sum. Unguentum e Nicotiana, saccharum Saturni,
& cum eo parata linimenta. Nec inutile est empla-
strum diapalma. Beccabungâ solâ in cereuisia co-
cta & bis de die apposita vlcus ingens cruris totam
ferè tibiam occupans & ad os vlque profundum, à
quodam curatum fuisse, obseruatum est. Vel pare-
tu vnguentum de apio dictum: ℞. *Sacc. apij, me-
liss. phyt. cochlearia an. ʒ. B. ch. ulonia ʒ. v. mel-
lis crudi q. s. Coq. ad satum consistentiam, Ad-
duntur aliquot thuris, aloës, myrrhe.* Vel fiat vnguen-
tum ex resina, thure, & oleo rosac. Commendatur
& hoc: ℞. *Aq. pulosell. mense Septembri destillat.
ʒ. j. mellis ro. atij ʒ. ij. myrrha, lithargyri an. ʒ. j. B.
camphora parum.* In Sole, vel calido loco per tri-
duum seruentur. Colaturâ crura abluantur. Vel
abluantur vlcera decocto sedi minoris. Efficacius
erit medicamentum, si aliquid cochlear. vel na-
sturt. addatur. Ita & linimenta efficaciora sunt, si
saccharum Saturni addatur. Est & vtile vnguen-
tum Montagnanæ de plumbo. ℞. *Plumbi vsti ʒ.
j. cerussa lota ʒ. ij. vitell. anorum ij. lithargyri ʒ.
ʒ. B. olei rosacii ʒ. i. B. myrrhe ʒ. ij. cera q. s. F.* Li-
nimentum, quo vlcera prius vino, in quo aristolo-
chia rotunda cocta sit, abluta perungantur. Si pu-
tredo magna sit, aliquid ꝑ precipitati, vel olei
vitrioli addatur, vel usurpetur aqua illa ex Mercurio
sublimato & alumine, ac aqua plantagin. pa-
rata, & suprâ in Stomacace proposita. Ad consoli-
dationem tandem vitupandum *Emplastrum dia-
calcisib. deminio, de iutia.*

De Atrophia.

Atrophia. Cum membrum non tantum riget, sed etiam
contabescit, vnguento resumptiuo inungendum
est. In vniuersali verò atrophia, vt in scorbuto re-
liquo curatio instituenda, & bona diæta vtendum.
Commendatur hic lac caprinum, in primis si ca-
pra herbis contra scorbutum pugnantis alatur,
aut lacti pauillum croci, & aliquid mellis, vel sac-
chari addatur, & vinum Gallicum rubrum, quod
plus nutrit, quam Rhenanum. Summa, vt hæc con-
cludamus, & quidem cum eo, quo capimus, gene-
ralis lex curandi scorbutum cum alijs morbis, &
symptomatibus copulatum hæc est: vt misceamus
cum medicamentis contra morbum illum, vel sym-
ptoma directis medicamenta peculiari vi contra
scorbutum pugnantis, & quidem ea ratione, vt
nunc horum, nunc illorum plus sumamus, prout
magis vel scorbutus, vel morbus ille scorbuto con-
iunctus præualeat.

A

CAPVT VIII.

Diæta.

Mvlum verò momenti ad scorbutum curan-
dum in diæta ratione situm est. Respondeat
autem ea medicamentis, & cacochymia scorbuticæ
aduerfetur, ita vt non solum nihil ad scorbuticæ ca-
cochymia generationem faciat, sed etiam vitium hu-
morum corrigat; quod alimenta medicamentosa
commodissime præstant. Aer ergo frigus humidus
& impurus, qualem ventu Aquilonares & occiden-
tales, ac loca subterranea, concluda & ventilatio-
ni nulli exposita, suppeditant; & qui paludum, sta-
gnantium aquarum, cloacarum aut aliarum rerum
putridarum hauribus infectus est, ac proinde humores
ac spiritus inquinare, lique vitiosam, quam obtinet,
dispositionem imprimere tolet, vitetur. Contra mo-
deratè calidus, siccus, tenuis, purus patens ac liber
eligatur; aut si talis natura non detur, arte concie-
tur, accenso ligno iuniperi, rosmarino, & fumo
ex baccis iuniperi, lauri; thure, succino, trochiscis,
& candelis pro fumo, & similibus. In cibo, & potu

Diæta.

Aer.

Cibus & potus.

B

C

D

E

vitentur omnia, quæ humorum melancholicum, cras-
sum, & tartarum præbere possunt; earum nimium
suillæ, & alia sale, ac fumo exsiccatæ; crassa, vis-
cida, dura, difficilis coctionis, vetustate exsucca,
rancida, lardum rancidum, pitces sale conditi, & tu-
mo exsiccati, ac omnes cibi, quos supra ad scorbu-
tum generandum aptos esse diximus. Contra verò in
vfu quotidiano sint cibi boni tucci, facili coctionis,
attenuandi, incidendi, aperendi, detergendique vi
præditi, & qui ad coctionem bonam & fermen-
tationem, ac *supradictis* satisfaciunt, nullo verò modo
eam impediunt, & cibos reliquos incrassant. Ita-
que exhibeatur pitana, iutua gallinatum, &
carnis bubulæ, animalium carnes, & pitces,
qui bonum succum præbent, & facitè coquun-
tur; vix item passæ. Imprimis commendatur lac
caprinum, quod boni succi est, & facitè coqui-
tur, aleum quoque nonnihil laxat, ad benignum
epatis succum vi morbi absumptum instaurandum,
viscerumque robur conseruandum aptissimum. Ac
multi largo folius lactis vfu, in quo nasturt. aq.
cochlearia, becabunga cocta fuere, conualuerunt;
atque in primis iis id vtile est, qui atrophiam labo-
rant, neque euacuationes facitè ferunt. Cum enim
vnicè danda opera sit, vt pro vitioso bonus san-
guis substituat: lac & bonum sanguinem suppe-
ditat; & si admisceantur medicamenta scorbuti-
ca, praua qualitas simul aboletur. Vtilia quoque
sunt poma aurantia, refertque Balduinus Ronse-
seus; *epistol. 2.* se nouisse nonnullos, qui solo eo-
rum vna cum corticibus vfu sanitatem recupera-
runt. Cibi condiantur hyssopo, roremarino,
thymo, satuteia, croeo, cinnamomo, macere:
Embammata siant cochlearia, nasturtio, radic.
raphani agrest. capparibus sine sale vel à sale
ablutis, limonibus, malo citrio, acetosa, flor.
borraginis, sinapi, qua in longinquis nauigatio-
nibus magno cum sanitatis commodo nauæ se-
se tanquam præsentissimo prophylactico aduer-
sus hunc morbum muniunt. Sali admisceantur,
vel salis loco cum cibus usurpetur puluis ex sale
iuniperi, radic. ari, speciebus diapliris archont.
aromatici rosati. Gravidarum tamen hæc in re
etiam habenda est ratio, ne fatui aliquid damnum
attrahatur. In febribus vtilis est acetosa, acetosel-
la, trifolium acetosum, quibus aliquid cochleariæ
vel nasturtij addi potest. Acida verò, quatenus alia,

& in primis acetum simplex, fugiendum; cum coctionem & rarefactionem alimentorum impediatur, humores figat, melancholiam augeat, & ut Hippocr. 3. *de rat. vrbt. in acut. t. 38.* loquitur, sit ἀγαστῶν μιλάνων. Condire tamen interdum acidiusculus cibos licet, ut & deiecta appetentia exciteretur, & putredo humorum inlubeatur, ac calor & fevor humorum temperetur. Dulcium, & sacchari vltus parcus sit, cum glutinosum quiddam, & obstructions pariendi vim habeat. Et de splenicis verum est illud antiquum: *Τῶν σπληνικῶν τῶ μὲν δριμύτι, ἃ ἔχει πρὸς ἀφίλιμα, τῶ δὲ γλυκύτι βαβερὰ.* Semper quoque simplicitas ciborum varietati est præferenda, in primis vbi diversi cibi diuersas obtinet substantias: & πικρίων τῆς διαίτης πικύλα νοσήματα parere supra diximus. Potus sit vinum bonum, Rhenanum in primis, vel cereuisia tenuior, & bene defecata, ac lupulo satis condita, & quidem cum vinum tum cereuisia, vel simplex vel absinthio, chamædr. lingua ceruina, carduo benedict. hyssopo, veronica, roremarino medicata. Vel paretur tale vinum. *℞. Radic. sarsa parilla, Chine, ligni sassafras an. ℥. ij. radic. rhodia, garyophyllata, scorzonera an. ℥. j. lingua ceruina, chamædryos, cochlearia, absinthij an. M. ij. cinam. opt. ℥. vj. passular. confusar. lb. j.* Affundantur vini, vel quod commodius, musti amphora dimidia. F. vinum medicatum. Aut paretur hæc aqua ad vinum diluendum. *℞. Cochlearia rec. M. vj. nasturtij aquat. lingua ceruina an. M. ij. sarsa parilla ℥. ij. passul. confusar. lb. ℥. succi becabung. lb. vi. acetosa lb. iij.* Destillentur in B. ad vinum diluendum.

Hydropotæ vtantur aqua, in qua ferrum, chalybs ignitus aliquoties extinctus sit. Si acidularum copia datur, ex in frequenti vltu sint. Caprini etiam lactis, aut si desit, vaccini potus admittitur; cum bene nutriat, & amaciatis vtile sit: vel potetur serum lactis, præcipue caprini. Commodior tamen & lactis, & feri vltus est, si nasturtij, vel cochleariæ aliquidi in iis coctum, vel conferuæ earum dissolutæ sint

Motus & quies. Corpus moderatè exerceatur, ante cibum: Ambulare enim, vt apud Plautum, in *Curculion act. 2.* lieni optimum est, & exercitium concoquentem calorem exulscitat: contra otium, & quies hoc malum augent.

Somnus & vigilia. Somnus, & vigiliæ sint moderatæ. Et somnus quidem ita se habeat, vt ad caloris natiui instaurationem ac tutelam, horumorūque crudorum coctionem sufficiat. Sit quoque nocturnus: meridianus tamen iis, qui ob vehementiam dolorum, animi affectus & melancholicas cogitationes noctes in somnes transegerunt, concedi potest. Vigiliæ verò calorem & spiritus excitent, non absument, aut corpus exsiccent, & tabefaciant.

Consuetæ euacuaciones non supprimantur. Balneum aquæ dulcis, cum poros cutis laxet, reliquias humorum discutiat, & sordes in ambitu corporis hærentes dissipet, si moderatè, & suo tempore vsurpetur, vtile est. Absit tandem tristitia, & mæror.

CAPVT IX.

De Præseruatione.

E Adem, quæ modò proposita est, victus ratione obseruata, qui promi ad scorbutum sunt, vt & alij, eundem præcauere possunt. Nimirum, qui à scorbutu sibi metuunt, victus rationem corporis naturali constitutioni conuenientem, & obibito verò contrariam, qualis modo descripta est, obseruent.

In eo saltem est differentia, quod eorum, qui scorbutu iam laborant, diætæ ita comparata esse debet, vt scorbutu manifestè sit contraria. In præseruatione verò satis est, si corpori nostro sit similis, & causæ præternaturali moderatè aduersatur.

Et quia omnes errores diætæ semper præcaueri non possunt, si quid humorum vitiosorum cumulatatum est, verno & autumnali tempore euacuandum. Et quidem in primis autumnno multo maiore cura opus, vt pote qui ad morbos melancholicos generandos aptissimus est. Ideoque humor melancholicus & bilis adusta per ætatem tali vel simili medicamento educenda.

℞. Radic. polypod. q. ℥. j. buglossa, cichorij an. ℥. ℥. cererach, fumaris, cuscuta, capill. ♀. chamædryos an. M. j. sem. frigid. maior. an. ℥. i. flor. borragin. bugloss. genista an. M. ℥. fol. sene ℥. ij. ℥. rhabarbar. ℥. i. sem. anisi, fenicul. an. ℥. ij. passul. ex ac. ℥. j. Coquat. in aqua pura. Colatura adde syr. rosar. sol. ℥. ij. byzant. syr. de pomis, de epithymo an. ℥. j. Dentur pro Dosi ℥. iv. In primis verò, qui à scorbutu liber esse cupit, omnes modos, quibus contagij scorbutici seminaria communicari possunt, caueat pocula cum ægris communia, helitum ex ore fortentem, oscula & similia. Et omnino vapores ex corporibus scorbutu infectis, seu viuentibus, seu mortuis vitandi sunt, cum noxij sint, & idem malum inducere possint. Curauit circa finem Anni 1629. nobilem quandam, qui diu affectione hypochondriaca laborauerat, tum quartana continua, verè tamen scorbutica laborantem: cui cum iam quarta morbi septimana syrupus laxatiuus esset exhibitus, alium cum tanto fœtore deiecit, vt alter famulorum in terram concideret, atque ibi per integram horam quasi Apoplecticus iaceret, alter sæuissimo capitis dolore cum horrore corripere. Feci quoque supra, *cap. 1. & 4.* mentionem viri cuiusdam, cui scorbutu corcepto inter cætera symptomata suaue delirium accessit, & hæmorrhagia è crure, nullo vestigio post fluxum apparente. Is malum hoc ita contraxerat. Vir quidam, cuius etiam supra facta mentio est, scorbutu extinctus fuerat, cuius cadauer cum è loculo tetrum vaporem exhalaret, rimas loculi obstruendi ei datum erat negotium, in quo expediendo semimortuus concidit, & morbum hunc cum symptomatibus antea enumeratis contraxit.

Ærem quoque vliginosum, cibos, & alia, quæ supra inter causas scorbuti recensuimus, vitet, qui à scorbutu liber esse cupit.

Præseruatio.

LIBRI TERTII

PARS SEXTA.

DE EPATIS MORBIS AC SYMPTOMATIBVS.

SECTIO PRIMA.

DE MORBIS EPATIS.

PROOEMIUM.



RECTE Hippocrates, lib. de alim. Τροφή ἔν τροφῆς εἶδος, μία ἔν πολλῶν. Alimentum & alimenti species, vnum & multæ. Qui locus non saltem eum sensum habere potest, ut sanguinem, qui vnus est, totius corporis esse alimentum, ex eo vero quamlibet partem, quod sibi conueniens est, neruos, Venas, artetias, musculos, membranam, carnem, cerebrum & reliquas, ut ibid. habet Hippocrates, attrahere dicitur: Verum etiam, ut ibid. subiungit: Τροφῆς ἢ κίτριον τῆτο τροφή ἔν τὸ οἶον τροφή ἔν τὸ μέλλον τροφή, In alimentorum genere id quod alit, alimentum est, & quod alimentum proximum, & quod alimentum futurum est. Ac proinde etsi vnus est sanguis, quo corporis nostri partes aluntur: tamen cibi, è quibus fit sanguis, plane multi & varij sunt. Et cum id, quod corporis alimentum futurum est, à corporis nostri substantia multum distet, varijs mutationibus opus est, ut in corporis nostri alimentum, & hinc eius substantiam abeat. Hæc autem mutatio in vna coctione fieri non potest, sed varijs opus est. In ventriculo nimirum fit prima cibi coctio seu digestio, qua cibus, qui etiam homogeneus videbatur, ita resoluitur, ut in heterogeneas partes separari possit. Hinc quod corpori alendo inutile & crassius est, mox in intestinis separatur, & per aluum eicitur. Chylus postea reliquus à vasis mesaraicis ad epar transfertur, ut inde purior sanguis totius corporis futurum alimentum gigni possit. Id ut commodius fiat, lien chylis crassiorem partem ad se trahit, & inde sanguinem alendis partibus in ventre inferiore idoneum generat; ex reliqua vero chylis parte puriore sanguis optimus in epate generatur. Cum autem istæ cibi mutationes, & distributiones, quæ sunt in ventriculo, intestinis, mesenterio & liene, maxima & operosissima sint, & plerumque in cibo tantum sit partium inutilium & excrementiarum, imò etiam plus, quam sanguini bono generando aptarum, facile fieri potest, ut in primis hisce coctionibus & viis aliquid excrementi colligatur, quod in hac corporis quasi sentina cumulatum variorum postea morborum causa existit, quos hætenus explicauimus. Actum enim non solum de morbis & symptomatibus, quæ ventriculo, intestinis, mesenterio, pancreati, omento & lieni accidunt, verum etiam, quia ex eodem fonte & humoribus in hisce partibus genitis & cumulatis affectio hypochondriaca & scorbutus originem habent, de iisdem quoque dictum. Proximum est, ut iam epatis; in quo chylus in hisce partibus generatus, & ab excrementis maximam partem liberatus in sanguinem mutatur, morbos, & symptomata, quæ circa sanguificationem accidunt, explicemus. Dicendum ergo erit de epatis intemperie, obstructione, & eius vasorum aperitione, inflatione, inflammatione, & alijs epatis tumoribus, calculis, vermibus & hydatidibus in eo genitis, vulneribus, & lacerationibus.

bus & sphaelo. De vesicula fellis morbis. Idem de sanguificatione lasa & cachexia, de hydrope & eius speciebus, de dolore epatis & ictero: Quae iam ordine proponemus.

CAPVT I.

DE INTEMPERIE EPATIS.

De Intemperie in genere.

Intemperie epatis.



Ffici autem potest epas omnis generis intemperie, & simplici & composita, & sine materia ac cum materia. Plerumque verò intemperies Epatis cum materia est coniuncta; quia breui tempore intemperies calida calidos ac biliosos humores cumulat; frigida crudos, crassos pituitosos; sicca terrestres; humida tenues & aquosos.

Causa.

Causa. Intemperierum autem causae sunt cibus & potus, medicamenta & res non naturales dietae, humores in corpore à naturali temperie & mediocritate recedentes, intemperies inliges partium, quibus per vasa connectitur, aut quibus alia vicinum est. Ita in febribus, vbi caloris fons praecipue in corde est, epas quoque incalescit. Eodem modo ob frigidam intemperiem ventriculi, lienis, pulmonis, renum, diaphragmatis, mesenterij, intestinorum similem intemperiem contrahere potest. Intemperies autem epatis cum materia excitatur, cum ea in epate vel ob chyli prauitatem generatur, vel ob expultricis facultatis imbecillitatem aut vasorum angustiam cumulat, vel ab alijs partibus transmittitur, id quod accidit nunc à toto corpore, nunc à certis partibus.

Signa Diagnostica.

Signa. Intemperies epatis praecipue ex actionis eius laesione cognoscitur. Quae autem intemperies cuiusque signa sint, in specie dicitur.

Prognostica.

Prognostica. Grauior est intemperies epatis, quam ventriculi; quia epas praestantius est ventriculo, & maiora ex eius laesione proueniunt incommoda. Remedia quoque propter situm eius remotiorem ita integris viribus ad ipsum non perueniunt, quemadmodum ad ventriculum. Deinde quia saepe remedia, quae ipsi intemperies profligandae sunt utilia, à contraria intemperie ventriculi prohibentur, quibus de causis curatio difficilior redditur.

Indicationes.

Indicationes.

In intemperie epatis curanda indicatio communis est, alterandum esse per contraria. Remedia tamen interna, quia epas loco profundiore siti est, quam ventriculus, efficaciora hic esse debent. Quia etiam membrum principale & nobilius est epas, eius crasin & proprietatem naturalem per similia, calorem verò naturalem, ne dissoluatur, per adstringentia mediocria conseruare oportet.

Remedia.

Medicamenta epatis specifice.

Quae autem medicamenta alterent epas in specie poltea proponuntur. Hic saltem ea recensibimus, quae epati tota substantia & peculiari proprietate conferunt. E cibis talia sunt. Epata animalium; vituli, gallinarum, anserum; in primis epas lupi praeparatum, cuius puluis cibus & alijs medicamentis admiscendus. Viles sunt & passulae, epatique valde grauae. E medicamentis; si calidae intemperies indicia adsint, peculiari vi epati praesunt, Cichoracea, rosae, santali species: Si frigidae, agrimonia, absinthium. Adstringentia autem sunt moderata, cum

A epas obstructionibus facile obnoxium sit.

De intemperie calida.

Calidam intemperiem contrahit epas primò à partium vicinarum caliditate, sicut in febribus ardentibus epas à calore cordis & ipsum incalescit, quod & à vicinarum partium erysipelate & inflammatione accidere potest. Deinde è rebus non naturalibus assumenda, retinenda, expellenda & foris incidentia, quae calefaciendi vim habent, epas calefaciunt. Inter ea autem praecipue alimenta & medicamenta vi calefaciendi praedita epas calefaciunt, vt nimius vini generosi & aromatum vsus.

Signa Diagnostica.

Calidam intemperiem epatis indicant. 1. Causae, quae praecesserunt. 2. Effectus, vt cibi & potissimum canis inappetentia, deiectiones biliosae, vomitus bilis, vrina flaua, febris, quae saepe coniungitur, pulsus velox & frequens, mordax in toto, & praecipue in volis manuum & plantis pedum, calor, color faciei citrinus, corporis totius grauitas, lingua asperitas. Inuant frigida, nocent calida, quemadmodum odum haec pleraque explicat Galenus, 6. de loc. affect. cap. 7. & 8. de comp. med. sec. loc. cap. 6. Quod si intemperies epatis calida plurimum excellit, sequuntur excretionis biliosae foetida, sanguinolentae, & tandem vis visus epatis sphaelo (corruptio substantiae epatis) & carnis epatis quasi colliquatio, & per cruentam deiectionem excretio.

Prognosticum

Excessus caloris, nisi summus sit, non ita periculosus est; cum epatis constitutioni non ita repugnet. Non tamen ita facile curatur, praesertim, vt plerumque contingit, si ventriculus simul sit frigidus, & flatus vel in eo, vel in intestinis adsit. Cum enim quae ad epas refrigerandum faciunt medicamenta, prius recipi debeant in ventriculo, hunc prius offendunt, cuiusque frigus intendunt.

Indicationes & Curatio.

Epatis intemperies calida refrigerantia indicat, quam si contraxit à vicinis partibus calidis, ex imprimis alterandae. Earum enim intemperie sublata facile quoque calor epatis euanescit. Quod etiam faciendum, si intemperiem à calidis humoribus contraxerit. Si ergo sanguis abundet & calidior sit, & vires, etas ac caetera permittant, vena aperienda, quae & sanguinem abundantem euacuat & simul refrigerat.

Medicamenta verò epas refrigerantia sunt; Radices; Cichor. taraxac. fragar. acetosa. Folia: Cichorij, endiuia scariola, acetos. fontici, lactuca. Flores: Rosarum, violarum, nymphaea. Semina: Frigida maiora (scilicet melon. cucumer. cucurbit. citrulli) minora (lactuca. endiuia scariola. portulaca) hordei. Fructus, Fraga, cerasa, ribes, cucumeres, cucurbita & similes. Ligna: Santali species. Succis: Citri, ribes, granator. cerasorum, serum lactis. Et imprimis cichorax. & intybacea omnia hic valde profunt, & epas roborant, & ob amaritudinem abstergunt & aperiant, nec ventriculum frigidum laedunt. Vt &

Intemperies epatis calida.

Signa.

Prognosticum.

Indicationes & Curatio.

Medicamenta refrigerantia.

Medicamenta epas calefacientia.

Radice cichor. ʒ. ʒ. fol. endiu. cichor. an. M. i. sem. melon. endiu. an. ʒ. ij. passular. mundar. ʒ. j. Coq. in aq. hord. simpl. Colaturæ ʒ. ʒ. j. adde syr. endinia simpl. ʒ. ij. acetos. ʒ. j. b. Milce pro ʒ. vel 4. dosibus. Vel ʒ. Aq. hord. cum sacchar. & cinamom. ʒ. ʒ. fragor sine vino, endisie an. ʒ. ij. sem. 4. frigid. maio. excor. an. ʒ. ij. F. Emulto, cui adde salebi rosacei ʒ. j. Milce. Vel ʒ. Aq. pure ʒ. i. b. sacch. cand. ʒ. vj. Bulliant leniter & colentur. Colaturæ adhuc calidæ adde santal. rubr. an. ʒ. ij. citrin. ʒ. j. b. flor. ros. rubr. ʒ. j. spir. vitrioli ʒ. ʒ. Stent in infusione cæta hor. vj. Colentur. Adde salebi violar. syr. upisibes, ucci citri an. ʒ. vj. spir. vitriol. q. s. ad aliquam acucositatem F. Iulebus. Si libet, possunt aqua cinamomi aliquot gutta addi. Vel ʒ. Conseru. cichor. rosar. violar. an. ʒ. j. rad. condit. cichorij ʒ. ʒ. b. spec. diarrhod. abb. ʒ. ʒ. Cum oxy sacchar. . . t. Electuarium. Extra verò vlturpanda sunt Vnguentum rosarum, refrigerans Galeni, cerotum Santalinum, succi & aqua herbarum epaticar. frigidarum, vt rosarum, viola um, endisie, cichorij, scaiola, lactuca, item succus cuminum & cucurbita. E. g. Paretur tale epithema. ʒ. Sacci vel aq. endiu. lactuc. scariola an. ʒ. iij. rosar. ʒ. j. b. spec. diarrion Santalon puluer. Santali citrini an. ʒ. ʒ. trochisc. de spodio ʒ. j. pica Intice ʒ. ʒ. acetis rosarum ʒ. ʒ. M. Vel ʒ. Vnguenti refrigerantis Galeni, rosati Mesue an. ʒ. ʒ. puluer. rosar. rubr. Santali citrini an. ʒ. j. camphora ʒ. x. ol. ros. parum. F. Vnguentum.

Dieta.

Aër ad frigidum vergat. Cibi refrigerent, sed non obstruant. Valis est imprimis pitiana & eius cremor, quæ magis refrigerat, si termina frigida maiora addantur. Vlturpetur etiam lactea, acetosa, cichorium, intybum. Cibi condiantur succo citri, limon. granat. ribes, cerasor. acetosorum. Potus sit cereuisia tenuis, vel vinum aqua dilutum, vel aqua hordei aut simpl. aut cum melle rosar. aut serum lactis. Acidulæ quoque magnam calorem epatis temperandi vim habent. Vident ægeritiam, & corporis exercitationem nimiam.

De epatis intemperie frigida.

Causæ.

Intemperiem epatis frigidam pariunt vicinorum viscerum frigiditas, vt supra dictum, res non naturales refrigerandi vim habentes, imprimis vsus rerum frigidarum, vt frigidæ potus, & medicamenta nimis frigida, sanguinis item nimia euacuatio.

Signa Diagnostica.

Præcesserunt causæ modò dictæ. Plerumque sic satis appetant cibum ægri; sitis adest nulla, pulsus est paruus, tardus, rarus, rotius corporis frigiditas & albedo, excrementa pituitosa, cruda, sæpe liquidiora, non mordicantia, vrinæ albæ, aliàs tenues, aliàs crassæ. Sanguis generatur aquosus & crudus. Quæ refrigerant, nocent; quæ calefaciunt, profunt.

Prognosticon.

Epatis frigiditas modò periculosior est, quam caliditas eiusdem; cum naturæ visceris magis repugnet, & functioni eius, quæ in calore consistit, aduersetur. Ideoque quò maior est frigiditas, eò periculosior est, & præcipuè si eò vique progressa sit, vt sanguificationem lædat, & iam cachexiam inducat. Nisi enim maturè ei occurratur, ad hydropem deducit.

Indicationes & Curatio.

Intemperies frigida indicat curationem per calida; quæ vt tutò adhiberi queat, si sanguinis aliqua copia adsit. ex suppressione mensium, vena saphenæ primùm aperienda, aut si hæmorrhoides

A suppressæ sint, ipsæ prouocandæ. Medicamenta autem epas calefacientia sunt. Radices, fœniculi, petroselinij, apij pimpli edæ acci veri. Tota Agrimonia agerati, cucurbitæ, absinthij, lupuli, chamædrys, be onica, fumaria. Jabina, capillorum veneris. Flores, schænantis, sambuci, jemen fœniculi, anisi. Aromata cinamomum, spica Indica Coitices, curi, aurantiorum. Et quæ ex his fiunt. Conseruæ, flor. betonic. salu. fumaria, chamæpityos, sambuci, absinthij. Syrupi, de eupatorio, byzantinis, de duabus & quinque radicibus. Species, diacacca, diacurcuma, diacynamomi. Trochisci, de rhubarbaro, de absinthio, de eupatorio, de lacca. Vel ʒ. Rad. fœnicul. petroselinij an. ʒ. ʒ. agrimon. chamædrys, capillor. vener. an. M. j. summum lupuli. fumarie an. M. ʒ. sem. fœniculi, anisi an. ʒ. j. Coq. in aq. l. Colaturæ ʒ. ʒ. x. syr. de duabus radicibus ʒ. ij. de eu. aio io, ozymel. f. an. ʒ. ʒ. M. pro tribus dosibus. Vel ʒ. Aqu. fœnic. petroselinij agrimon. an. ʒ. ii. syr. de duabus vel quinque radicibus byzantin. compo. an. ʒ. ʒ. M. Aroma isentis speciebus diacynamomi: vel aromat. rosar. Vel ʒ. Rad. fœnic. petroselinij. asparagi an. ʒ. ʒ. agrimonia, capill. vener. marubij an. M. ʒ. centaur minor. P. j. schænantis rad. cyperi an. ʒ. ij. Coq. in aq. simpl. Colaturæ ʒ. ʒ. j. syr. de duabus radicibus byzantin. de eupatorio an. ʒ. j. F. Potus pro tribus dosibus Galeni, & de comp. medic. pec. cc. c. 8. ex Archigene hoc effert. ʒ. Sem. anisi apij. ful. asar. absinth. amygal. amaran. an. ʒ. ij. R. ʒ. cantur in pastillos, quos opte amarus nominat. D. si ʒ. j. cù vini diluti ʒ. iij. si febris absit, si febris est, cum melle crato. Moderate calefaciunt & alitergunt ac meatus aperiunt. Nam cum intemperie, præsertim frigida, semper fere obstruunt a materia cruda factæ coniungantur. Vel ʒ. Conseru. anthos beton. cort. citricontis. an. ʒ. ʒ. epatis lepi preparati. pec. aromat. rosar. di. v. g. calid. an. ʒ. i. Cum syr. betonic. vel de eupatorio F. Electuarium. Vel ʒ. Pulpa passu. ʒ. j. myrbalan. chebulor. conditor ʒ. ij. pec. arom. rosar. ʒ. i. schænantis, puluer. epatis lupisepar. an. ʒ. ʒ. Cum melle anihosato F. Electuarium. Extraunctiones fiant vel focus ex oleo absinthij. nardino, mastice, maicis, caryophyll. ligno aloes, spica, & plantis antè enumeratis vt. ʒ. Ol. absinthij nardini an. ʒ. ʒ. amygdal. amaran. mastich. an. ʒ. ij. fol. agerati, absinth. schænantis an. ʒ. i. sem. apij, petroselinian. ʒ. ʒ. cere q. s. F. Vnguentum. Vel tale epithema paretur. ʒ. Agrimon. M. j. rad. cyperi ʒ. j. sem. fœnicul. anisi, schænantis. an. ʒ. ʒ. Coq. in aqua, sub finem affunde vini ʒ. iij. acetis ʒ. ʒ. Colentur pro epithemate. Vel ʒ. Aq. agrimon. absinth. an. ʒ. ʒ. vini Cretici ʒ. ij. pec. aromas rosar. diacacca an. ʒ. j. F. Epithema.

Dieta.

Aër sit calidior. Cibi boni succi & natura sua calidi, condiantur quæ aromatisibus. Potus sit vinum vetus, imotimis Creticum, vt & Hispanicum, ac quod aromatisibus conditur & Hippocraticum vocatur. Corpus moderatè exerceatur.

De epatis intemperie humida.

Causæ.

Causæ præcipuè sunt alimenta admodum humidida, medicamenta humectantia, & aquæ dulcis balneum sæpe vsurpatum.

Signa Diagnostica.

Præcesserunt causæ modò dictæ; nulla adest sitis; pulsus est mollis; sanguis multus & q. tolu excrementa multa liquida, vrina spurca. Iuuant sicca, lædunt humida.

Intemperies epatis humida. Causæ.

Signa;

Exa.

Intemperies frigida. Causæ.

Signa.

Prognosticon.

Intemperies frigida. Curatio.

Prognosticum.
Prognosticum. Humida intemperies epatis minus periculosa est; cum epatis naturali constitutioni minus sit contraria, & curationi minus sit contraria, & curationi minus resistat, modò ea non sit summa, & cum visceris corruptione, aut alia praua qualitate, vel cum summo frigoris excessu.

Curatio.
Curatio. Humida intemperies indicat siccantia, vtiurque Galenus in humida epatis intemperie adstringentibus cum mistura calefacientium, si frigida qualitas prædominetur, refrigerantium, si calida. Ideoque ex calefacientibus hic conueniunt, absinth. agrimon. mastiche. Ex frigidis rosæ, santalum, spec. diatrionfantalon, diarrhod. Abbat. Atque iisdem etiam extra vti licet.

Intemperies epatis sicca.
Caussa. **Caussa.** sunt res omnes non naturales, quæ vim exiccandi habent, præcipuè cibus, potus & medicamenta siccantia, vt & media.

Signa.
Signa Diagnostica. Præcesserunt caussæ iam dictæ, adest naturalis ad eam propensio, habitus corporis est gracilis, siccus durus venæ sunt duriores, sitis adest assidua, sanguis est paucus, deiectiones alui sunt siccæ & duræ. Iuuant humectantia, nocent siccantia.

Prognostica.
Prognostica. 1. Sicca intemperies epatis facillè in tabem & marasimum totius corporis transit; cum vniuersum corpus alimento defraudet. 2. Eadem satis periculosa est; cum temperamento epatis multum repugnet. 3. Si calida intemperies siccitatem coniunctam habeat, difficulter curatur; cum humectantia debilia sint, & siccitas remediis valdè resistat.

Curatio.
Curatio. Sicca intemperies epatis humectantia indicat. Quapropter profunt syrapi & conseruæ *borrag. bugloss. violar. amygdala dulces, semina melonum, & eorum emulso, passula, succus carniæ, viselli ouorum*, aliæque, quæ in intemperie ventriculi sicca sunt proposita. Extra explicanda sunt *ol. amygdal. dulc. violar. unguentum dialth. & similia.*

Intemperies epatis compositæ.
Caussa. Intemperies compositæ caussas habent compositas modò enumeratas.

Signa.
Signa Diagnostica. Eadem ex signis complicatis cognoscuntur, vt excrementa loturæ carnis similia humiditatem cum frigiditate vel caliditate coniunctam indicat. Si frigiditas coniuncta sit, refrigerantia alimenta & medicamenta, vel alix caussæ refrigerantes præcesserunt, profunt ægris calida, deiectiones humidæ sunt, sine mordacitas sensu, sequitur serè cachexia & hydrops. Si verò caliditas sit coniuncta, præcesserunt caussæ calefacientes, profunt frigida, in excrementis mordacitatis & acrimonia percipitur; Progressu morbi deiectiones fiunt biliosæ & fatentes, & tandem atrabiliaræ redduntur. Quando sicca intemperies cum actiuis qualitatibus copulatur, excrementa crassiora & sicciora sunt, humida iuuant, ac qualitates actiue hanc vel illam passiuam frequenter adsciscere solent. Intemperies enim calida paulò post sibi adiungit sicca, frigida humidam.

Curatio.
Curatio. Composita intemperies compositam & duplicem vim habentibus remediis curatur: Calida humida, frigidis, siccis, calida sicca, frigidis humectantibus, frigida humida, calefacientibus & siccantibus, frigida sicca, calidis humectantibus, tam in victus ratione, quàm medicamentorum loco, seu intus,

A seu extra adhibitis. Ideoque quando caliditati iungitur humiditas, conueniunt rosæ, santali species, succus ribes, diatrionfantalon, diamargar. frigidum, conseru. rosar. cichorij, quibus C. C. bolus Armenus, terra sigillata addi potest. Si siccitas coniungatur caliditati, cum sero caprino fiat emulsiõ amygdalar. dulc. Vtile est, si decoctis & aquis refrigerantibus addantur nuclei pini, amyllum, tragacantha.

De intemperie epatis cum materia.
De intemperie epatis cum materia. Rarò autem epatis intemperies sola diu durat, sed humorem sibi adsciscit, vel bilem, vel pituitam, vel melancholiam, sæpe & sanguis abundat. Continetur autem humor vel in substantia seu paræchymate epatis: quod si distendat, tumor excitatur; si erodat, vlcus, vel in vasis, vbi obstractionem seu morbum in via plerumque parit, de quibus postea dicetur. Calida autem intemperies calidos humores, sanguinem & bilem, frigida crudos, crassos, pituitolos, sicca terrestres, humida aquosos cumulat.

Caussa.
Caussa. Intemperies epatis cum materia, vt in aliis quoque partibus gignitur, quod vel in ipso paulatim humor cumulat, seu ob expultricis facultatis debilitatem, seu ob vasorum angustiam, seu quod vesicula fellis sanguinem ab humore bilioso non expurgat, vel ab aliis partibus seu toto corpore ad epat transmittitur, vel tertio, quod humor in ipso epate ob eius intemperiem aut errata in victu cumulat, vt totus ab expultrice facultate, etiam robusta, expelli non possit.

Signa Diagnostica.
Signa Diagnostica. Intemperies cum materia cognoscitur & ipsa è signis intemperierum antè enumeratis, quibus ea coniunguntur, quæ materiam præsentem arguunt, ex antecedentibus, præsentibus ac effectis petita. Calidi humoris in epate præsentis indicia sunt caussæ calidos humores generare valentes, quæ præcesserunt, bilis vomitu vel per aluum reddita, primò tenuis, & pallida, deinde crassa, flaua & fatida, oris amator, cibi fastidium, sitis vehemens & sæpe febris, iuuant frigida, nocent calida. Frigidi humoris contraria sunt indicia, præcesserunt caussæ, quæ humores frigidos cumulate solent, faciei & totius corporis calor est albus, & habitus corporis euadit mollis & humidus, deiectiones sunt pituitosæ, febris nulla adest, nisi ex obstractione humores putrescant, atque cum grauitas in dextro hypochondrio percipitur.

Prognosticon.
Prognosticon. Intemperies cum materia citius curatur, quàm intemperies nuda & sine materia, & quò plus substantiam epatis labefactat humor, eò morbus periculosior est.

Indicationes & Curatio.
Indicationes & Curatio. Perpendendum autem, an materia aliunde affluat; aut in ipso epate colligatur. Si aliunde affluit, reuellenda, repellenda, & epat, ne eam recipiat, roborandum. Materia autem cum intemperie peccans & præsens in epate conueniente modo euacuanda, & si opus, alteranda, & quidem euacuanda leni medicamento, & per intervalla iterato, ob partis affectæ officium & dignitatem. Ipsa verò intemperies alteranda, vt modò dictum. Considerandum autem, quæ præcipuè epatis pars laboret, & humorem vitiosum contineat. Nam cauum epatis commodius per aluum euacuantur; gibbum per vrinam. Si tamèn etiam in gibba epatis parte magna humorum copia adsit, prius per aluum purgatio instituenda. Itaque si materia aliunde affluat, siue à toto, siue à parte, auertenda est ab epate, modo.

quod fit, si sanguis affluat, commodissimè venâ in brachio sectâ: purgationes vero hîc parum commo-
 mox sunt; cum versus epar è reliquo corpore hu-
 mores trahant. Potius tum, si materia sit acris &
 calida, & naturam ad expulsionem irritet, tempe-
 randa ea & alteranda sis medicamentis, quæ antea
 sunt proposita. Reuellunt etiam ab epate fructiones
 brachiorum & crurum & cucurbitulæ teapalis cum
 scarificatione appositæ. Epar vero roborant; ne af-
 fluentem materiam recipiat, & quodammodo re-
 pellunt, inunctio regionis epatis facta oleo masti-
 chino, rosaceo, myrcino, absinthij, emplastrum dia-
 phanicum frigidum, cerocum santalinum, cataplas-
 mata & epithemata ex refrigerantibus & adtrin-
 gentibus antea propositis applicata. Ad deriuatio-
 nem autem commodam est venam internam in
 brachio secare, quæ quidem venâ tectio à princi-
 pio instituta ab epate reuellit, si autem reperatur,
 etiam deuiat. Possunt etiam hîrudines hæmor-
 rhoidibus applicari. Vbi autem materiæ influxus
 iam prohibitus est, vel in ipso epate ob caussas su-
 pra dictas materia cumulata est, ad ipsius materiæ
 euacuationem curatio dirigenda. Fit autem illa
 materiæ euacutio vel sensibilibiter, vel insensibiliter,
 Sensibilibiter euacuant, quæ vel aluum vel urinam
 mouent. Ideoque si calidi, acres & biliosi humores
 adsint, venæ sectione præmissâ, ij euacuandi sunt
 syrupo rosarum solutio, tamirindis, manna, rha-
 barb. electuario de succo rosar. rosato Mesue, de
 psyllis. Frigidi verò humores euacuandi sunt melle
 rosato solutio, agarico, electuario diaphanico, In-
 do & similibus. Urinam mouent, in caussa calida;
 sem. & frigid. maiora, cum sero lactis, v. & radices
 graminis. Fortiora sunt; Radices asparagi, feniculi,
 petroselinis, brusci, schœnanth. asarum, quæ in
 caussa frigida locum habent. Insensibiliter verò
 discutunt & reliquias absumunt; linimenta, un-
 guenta, cataplasmata & emplastra è discutientibus
 parata, de quibus postea de obstructione & tumori-
 bus epatis dicetur: Quibus tamen semper aliquid
 adstringentium addendum, ne tonus epatis laxetur.
 Ne verò noua materia cumuletur, præstat, si
 prohibeatur primò, ne noua coaceruetur, quod fit,
 si ea victus ratio instituat, quæ ad humoris, qui
 peccat, generationem non facit. Deinde si adsit ali-
 qua intemperies, ob quam viciosi humores gene-
 rantur, vel non rectè expelluntur, si illa tollatur, &
 tandem si obstructiones adsint, si ex aperiuntur.
 Aliquot morborum epatis ab humoribus facit men-
 tionem Hippocrates libro de internis affectionibus.

CAPVT II.

De obstructione epatis & vasorum eius præter naturam aperiens.

Organicos verò morbos epatis quod attinet,
 iunt inter eos primò morbi meatum. Cum
 enim epar per ramos venæ portæ, qui in eius sub-
 stantiam disperguntur, chylum recipere, & san-
 guinem gentium per venam cauam in totum cor-
 pus distribuere debeant, pateant, quantum satis, hi
 meatus necesse est. Quod si non fiat, morbi mea-
 tum oriuntur, qui hic duplices sunt, obstructio ni-
 mirum vasorum in epate, & nimia eorumdem aper-
 tio. Et primò obstructio epatis satis familiare ma-
 lum est, testis Galeno, de caus. morbor. cap. 7. &
 de diff. morbor. cap. 7. Nam venæ à portâ expor-
 tæ transmissis quibusdam osculis cauæ ramis com-
 mittuntur in ipsa epatis substantia, vel in ipsam epatis
 substantiam terminantur, per quas cum alimen-

tum traduci & disportari oporteat, obstructiones
 facile accidere possunt; cum ob meatum illorum
 angustiam, tum ob materiæ transeuntis crassiem
 & lentorem, interdum & copiam. Itaque epatis
 obstructio est angustia vasorum in epate alimenti
 distributionem impediens à materia ipsorum cau-
 tatem implente, producta. Subiectum est totum
 epar, quod tanquam organum generationis & di-
 stributionis sanguinis afficitur: liquidem actio, quæ
 læditur, totius Epatis est, vt membri organici. Est
 enim obstructio quæ in venulis, aut arteriis per
 epar dispersis est, sit notissima, & vulgò in Medi-
 corum scriptis celebrata: tamen quæ & ipsa epatis
 substantia suos poros ac meatus habet, non mi-
 nus ac musculosa in habitu corporis substantia, &
 illa à crassiore, feculenta & limosa sanguinis parte
 continuò præter labente obstrui & occludi possunt,
 quibus occlusis nec epatis calor natius ventilari,
 nec halituosa & tenuiora excrementa euacuari pos-
 sunt. Atque materia ista per substantiam epatis dif-
 fusa nisi maturè tollatur tandem induratur & scir-
 rhum epatis generat.

Causæ.

Causa efficiens proxima est materia cavitatem
 vasorum vel etiam ipsam epatis substantiam im-
 plens. Estque materia hæc interdum humor, inter-
 dum flatus, aliquando vtrumque mixtum, inter-
 dum & calculus.

Peccat autem humor vel copia vel qualitate, vt
 si crassus sit, qualis, melancholia, pituita & san-
 guis, item bilis interdum crassa, aut viticicus; vt pi-
 tuita, quæ lentorem acquirit. Nonnunquam ma-
 teria toto genere præter naturam est, vt sanguis
 corruptus & putridus. Crassius igitur humor cum
 calidus, tum frigidus esse potest. Nam & bilis fla-
 ua interdum diutius in epate hærens crassecit, &
 perniciosas obstructiones in eo gignit: Imò in cal-
 culum interdum degenerat. Facilius verò genera-
 tur obstructio in epate à materia etiam non admo-
 dum crassa & copiosa, cum vasa eius aut à primo
 ortu angustiora sunt, aut à stipticorum vtu diutur-
 no talia affecta sunt. Materia hæc, vt cap. præced.
 de intemp. epatis cura materia dictum, vel in epate
 generatur, vel aliunde ad id confluit. Generatur in
 epate vel eius facultate & actione læta ob intem-
 periem præcipuè, vel ob errorem externum, dum
 etiam epati bene constituto chylus vitiosus offer-
 tur, è quo bonum sanguinem generare nequit. Con-
 fluit aliunde humores ad epar, vel à toto, dum il-
 lud copiosâ vel crassâ & viticiâ materia repletum
 est, vel à parte aliqua, vt à ventriculo, liene, vte-
 ro, vel etiam à capite. Vt autem materia ad epar
 feratur, fit hoc, quia vel ob imbecillitatem mate-
 riam facile suscipit, vel ob angustiam vasorum fa-
 cile retinet, vel vi caloris attrahit, vel dum medi-
 camenta aperientia & diuretica exhibentur ventri-
 culo ciudis humoribus repleto. Externæ causæ sunt
 errores in victu, vt si quis cibos copiosos aut cras-
 sos, frigidos, adstringentes frequenter ingerat, aut
 vino dulci crasso, vel saccharo frequentius utatur.
 Eiusmodi cibos epar facile obstruente Galenus
 enumerat, 1. de med. facult. cap. 4. §. 6. & 3. eiu-
 dem operis cap. 15. Accidit hoc quoque, quando
 quis mox à sumpto cibo exiret vehementius,
 aut balneum ingreditur. Tunc enim caudæ chylus
 in exiles epatis venas rapitur & impellitur.

Differentiæ.

Obstructio epatis alia maior & pertinacior est,
 alia minor & mitior. Inueterata item alia, alia re-
 cens. Quædam etiam cum intemperie est, quæ hu-
 morem obstruente producit aut fouet. Occupat
 tandem obstructio partem vel gibbam vel cauam.

Differen-
 tiæ.

trion. Linet. ̄. j. F. Porus pro tribus vel quatuor
dulibus. Si in his mechocan. ̄. ̄. b. rhubarb. el. ̄. ̄.
̄. ij. spic. ̄. xj. cinain. ̄. ̄. b. vitata facit, mode-
rate simul aliquid per aliam educitur.

Syrupus aperiens noster.

Rad. aperient. ̄. i. cichor. pimpinell. ari. an.
̄. ̄. b. cortis. f. angula janthuci an. ̄. v. herbar. cus-
cua, capill. ̄. ̄. agerati, agrimonia an. M. i. lina-
rie, carduibouel. chamadr. centaure. minor. flor. ge-
nist. an. M. ̄. b. sem. canthami, genista, aquileg. an.
̄. ̄. b. Incisa & conquatata infundantur in vate ar-
de clau. ̄. in f. q. aq. & acet. scilicet ̄. i. per dies
tres in P. M. Postea colentur & addatur succi endi-
uie fumar. an. ̄. ̄. b. Eperitum addito albomine oui
per dies 3. digerantur & colentur. Tandem adde
sacchari clarificati, & ad iustam consistentiam co-
cti q. s. Fiat Syrupus.

Syrupus de cuscuta D. Scholez ij.

Herb. cuscuta odor. M. ij. famuria, scolo-
pendr. ceterach, epatica capill. ̄. an. M. ̄. b. Rad.
fenic. asparag. tarax. an. ̄. ̄. cichor. ̄. ̄. b. sem.
cuscute ̄. vi. fenic. ̄. ij. Coq. lento igne in. f. q. aq.
ad const. p̄sionem medietatis. Post horas duas F.
fortis expressi. Cui adde succi en diu. fumar. lupuli
an. ̄. ̄. b. rhubarb. el. ̄. ̄. cinam. el. ̄. ̄. b. Coq. la-
cum q. sacch. F. Symp. Galen. in Exposit. c. 16.

Sem. anisi, apij, rad. avari, amygd. amara. fol.
absinth. an. ̄. ̄. b. Formateque trochiscos ̄. i. pon-
der. exhibetque febricitantibus cum hydromelite,
non febricitantibus eū vino diluto. Vel ̄. amygd.
amarar. mundar. ̄. i. b. sem. curain. apij an. ̄. ̄. b.
Datur cochlear vnum ex vino. Vel ̄. Baccar. iuni-
peri ̄. i. sem. eruce ̄. i. sem. prassij ̄. ̄. b. Excipian-
tur melle crudo, datur cochlear vnum. In 8. de cōp.
indic. sec. loc. c. 8. paskillis epaticis amarum Alce-
platis vitur. Videantur utrobique plura. Vtilis est
& ista aqua acetens. ̄. Rad. dulo-amar. ̄. ij. ̄. ̄. ̄.
summit. lupuli, eupator. an. M. ij. cuscute. hepatic.
cichor. cum toto an. M. j. ̄. b. Infundantur in sero la-
ctis ad prominentiam 4. digitor. per dies 3. Hinc
destillentur. Dantur ̄. ̄. ̄. cum syr. rad. quinque ̄. ̄. ̄.
ij. Galen. ad magnas obstructiones epatis ex matre-
ria admodum crassi vitur cortic. rad. cappar. ta-
marisc. scelop. Et si obstructio pertinacior sit, etiā
ea, que ad lienem aliās vitia sunt, vitur pari possunt.

V. de duntax henis suspicio est, addantur passula,
cortic. glycyrrh baglossi malu amygdal. dule. In
causa gausa. ̄. Rad. cichor. gaminis an. ̄. ̄. b. fol.
enlinia. cichor. scariol. cuscute, an. M. i. agrimon.
absinth. an. p. j. sem. endiu. cichor. melon. an. ̄. ii.
fructus akkeengi nu. vij. passul. mundar. ̄. ̄. b. Coq.
in f. q. aq. ad 3. parte. consumpt. pro ̄. i. Colaturæ
adde syr. cichor. simpl. de duabus radicibus, acetosi
simpl. an. ̄. i. Aromatizentur spec. diatrion. santal.
F. Porus pro 3. dosib. Vtilis est & hinc quoque con-
serua rad. cichor. recentium coctarum & minutim
contusarum, cum f. q. sacch. parata. Si obstructio
pertinacior sit, etiā hinc ea, que ad humores frigi-
dos vitia sunt, vitur pari possunt. Post illorum tamē
vsam decoctam cichorij sumendum. In causa tam
calida quam frigida vitia sunt medicamenta de tar-
taro parata, & tartar. vitriolat. vt & aqua illa de vi-
triolo & tartaro, que descripta est in Inst. In causa
frigida vtilis est spiritus vini tartarifat. seu de essen-
tia tartari. In omnib. quoque epatis obstructio-
nibus, præcipuè ab humore frigido, vitia sunt medi-
camenta de chalybe parata, de quibus de obstructioe
lienis dictum. Inter reliqua etiam puluis cachecti-
cus dicitur. ̄. Chalyb. præpar. part. j. castie lign.
part. j. sacch. albiss. part. iv. F. Puluis. cuius mane
& vesperi Scrup. j. datur. Vel ̄. Chalyb. præpar.
̄. ii. sacch. albiss. in aqua agrimon. dissolut. ̄. ̄. b. F.

Operum Sennerti Tom. III.

A f. a. Rotule, quibus sub finem addantur guttula vna
atque altera olei cinamom. vel caryophyl. Vel ̄.
linatura chalyb. q. v. irroretur aq. absinthij, fra-
xini, in quibus proprii sales dissoluti sint. Relinque
tamdiu, donec contrahat rubiginem. ̄. Huius cro-
ci ̄. ij. secul. ari ̄. ii. magist. perlar. corallor. an. ̄. ̄. ̄.
i. ciuamom. ̄. iii. sacch. q. s. ad dulcedinem. F. pul-
uis. Dosis ̄. i. Vel ̄. secul. ari. ocul. caner. præp.
crystall. tartar. an. ̄. i. croci maris resolat. ̄. ̄. b. sa-
lis absinth. cichor. tartari vitriolati an. ̄. i. ciuam-
om. diuina santal. an. ̄. ̄. b. F. puluis. Inter alias au-
tē chalybis præparaciones hinc vtilis est. ̄. Lin-
atur. chalyb. sulphur. part. qual. ponantur in cruci-
bulo in ignem circulatorum donec sulphur exhalet.

Iterum sulphuris partem æqualem adde, que in
igne planè exhalet, ne sulphuris odor amplius per-
cipiatur. Chalybem hunc, ostrea inde lactagin fer-
ret, & affunde acetum acerrimum ad eminentiam
digiti vnius & ponantur super ignem carbonum, &
perque agitentur, donec acetum exhalet, quod vbi
factam, nouum acetum affundatur, iterumque igni
admoventur, qui fortissimas adhibeatur, donec ma-
teria rubeat, que refrigerata subtilissima puluerise-
tur. Diligenter autem attendendum, vt semper vis,
que obstructiones solunt & attenuant, nonnulla
adstringentia admisceantur, substantia vitæis ro-
boretur, & aperientia diutius hic detenta efficacius
agant. Eiusmodi sunt inter calida absinthium, men-
tha, inter frigida, rosa, cichor. endiu. Comperitum
verò est ex nimio & diuturno vsu aperientium me-
dicamentorum epas non parùm laudum fuisse. Post
vsu aperientium horum æger per diuidiam hor-
ram in dextrum latus decumbat, vt promptius ad
venas melaricas & epas ferantur. Extra autem in
obstructione à causa frigida vtilis est iuccus vel de-
coctam absinthij, fumariz, rad. filicis, sem. securi-
dæ, cum pauca aceto, si epithematis forma re-
gioni epatis calefacta imponantur. Aut ̄. Fol. ab-
sinth. abrotan. agrimon. cuscute an. M. i. rad. cypri.
̄. ̄. b. flor. chamemel. M. ̄. b. cinamom. spice an. ̄. i.
cumini ̄. ij. Coqu. in f. q. vini albi ad tertie part.
consumptionē. Colatura vsurpetur pro epithema-
te. Si eadem medicamenta ad mollitiem coquantur
& contendantur, & olei amygdalo. amarar. suffi-
ciens quantitas addatur, cataplasma formati potest.

Vel pareretur tale vnguentum: ̄. Ol. nard. amyg-
dal. an. ̄. ̄. b. spic. Indic. celtic. schananth. an. ̄. i. i.
cyper. sem. apij an. ̄. ̄. b. cere q. s. F. Vnguentum.
In obstructione à causa calida. ̄. Aq. cichor. en-
diu. absint. an. ̄. ̄. ̄. ̄. ̄. ̄. b. spes. diarrhod.
abbat. diarrion. vitriol. an. ̄. ̄. ̄. ̄. ̄. ̄. i. F. Epithe-
ma. Expediatis obstructionibus intemperies epatis
emendaanda est iis medicamentis, que cap. præced.
sunt proposita, ipsamque epas roborari dum. Vt si
obstructio fuerit à causa frigida, tale pareretur Elect.
̄. Conf. capill. ̄. b. tron. absinth. an. ̄. ̄. i. trochiso.
derhabarb. ̄. ii. epatis lupi præpar. ̄. ii. spec. diarry-
dalois ̄. i. cinamom. ̄. i. schananth. ̄. ̄. b. Cum syr.
decurvor. F. Electuarium. Vel ̄. Epas. lupi præ-
par. ̄. ̄. b. Mithrida ̄. ij. confer. absinth. agrimon.
an. ̄. ̄. i. Cum syr. de eupator. F. Electuar. Si obstru-
ctio sit à causa calida. ̄. Conferu. flor. vel rad. ci-
chor. ̄. ̄. b. ro ̄. vi. spec. diarrhod. abbat. diarrion.
santal. an. ̄. ̄. b. Cum syr. de cicher. simpl. F. Elect.

Dieta.

Victus ratio sit attenuans, vt præcipit Galenus, Dicitur
in art. med. cap 87. & 6. de uend. san. c. 7. Et si
obstructio sit à crassa & vitiosa materia non tantum
attenuans victus sit, sed & abstergens. Inter abster-
gentis probatur pissina hordæ, i. de rat. vitæ.
in acnt. 1. 18. que distributionem à cano in glan-
dam epatis adiurat. Condiantur etiam si cibis vel

Y

calida intemperies adsit, aceto, alijs aromatibus, sed modicè, aut baccis iuniperi. Prostant quoque cappare acetò conditi. Pistacia quoque epat aperit & roborant. Vitentur in cibus omnia crassa, lenta, adstringentia, & edulia è tritico, farina & lacte, ac caseus, præsertim vetus, caro suilla & duræ carnes, ac difficilis coctionis. Item anguilla, aliæque, quæ Galenus enumerat, 5. *de tuend. sanis. c. 7. & de succor. bonis. & vitio. c. 4.* Nocet quoque vehemens à cibo exercitatio & balneum, & cibi assumptio corpore adhuc ab exercitio præcedente calente. Vbi verò quis post exercitium à cibo dolorem & tensionem epatis sentit, quiescat, & in potu sumat aliquid, quod urinam cieat, & epat obstructione liberet, sicut consulit Galenus, *in lib. de salubr. diæt. aph. 12. & 32.* In iusculis quoque coq. radic. fœniculi, petroselini, asparagi. Copia ferulorum vitetur, & cibus sumatur priore iam concocto. In potu improbantur vina dulcia, crassa, austera & ceruisia crassa. Detur verò prisana hordeacea diluta & hydromel dilutum, vel ceruisia tenuis & bene defecata. Vbi vinum locum habet, sit illud tenue ac vetus.

De apertione vasorum epatis.

Apertio
vasorum
epatis.

Contrarium obstructionis epatis vitium est vasorum eius nimia apertio. Aperuntur a. epatis vasa vel à caloris aut humiditatis excessu, à qua præcipuè laxatur, vel ab humoribus acerbis, à quibus orificia vasorum patefunt, aut etiam ipsa vasa eroduntur, vel etiam à sanguinis copia. Pertinet huc & caussa externæ, quæ violentia sua vasa rumpunt & vulnerant. Cognoscitur autem hoc malum à caussis, quæ præcesserunt, imprimis verò ex effectis, inter quos præcipuè est cruenta alui deiectio, quæ accidit, cum vasa in epate præter naturam aperta sanguinem continere non valent. Apertio a. vasorum occlusionem eorundem indicat. Præstatur hoc vel obstruendo, vel adstringendo: ad quam rem vtilia sunt, plantago, bursa pastoris, polygonum, tormentilla, rosa, myrtus, ribes, berberis, absinthium, cydonia, mastiche, terra sigillata, bolus Armenus, spodium, corallia, syrupus de rosis siccis, myrtinus, de ribes, de mentha, de corallis, ti ochisci de spodio, de terra sigillata, aquæ ferratæ. Extra etiam dextræ hypochondri applicentur eadem adstringentia & cataplasmata e pulpa cydomorum, ros. rubr. absinth. balust. & baccis myrti. Fomenta ex iisdem in vino austero coctis, & linimenta & vnguenta ex ol. mastic. myrtin. absinth. cum pulueribus adstringentibus. Emplastrum de mastiche, diaphœnic. frigid. & similia. Ad hunc locum nonnulli etiam referunt apertionem venarum, & illum sanguinis fluxum, qui cuidam, venâ è regione epatis aperta accidit, & restitante sanguine vestigium fluxus non apparuit, vt refert Hollerius, *interrarium. 3.* vt & alterius cuiusdam historiam, quam recenset Beniuenius, *de abdit. morb. & sanar. causs. cap. 4.* Hominis nimirum robusti admodum, qui agens annum 36. etatis conquerebatur sæpenuerò de sanguinis fluxu, quo singulo quoque mense grauitè affligebatur, & rogatus, qua parte sanguis fluere, id se nescire respondebat. Deposito tamen pallio illa dextra nonstrauit. Verùm cum in his nullum vestigium nec cieatrix appareret & Beniuenius se decipi suspicaretur, ille, cum fluxus iste rediret, locum digito contegebat, eoque, accersito Beniuenio amoto sanguinem fluere permittebat, qui non secus, ac si incisa vena esset, emanabat, nec prius ille fluor cessabat, quam sanguinis libra emitteretur. Quo euacuato nullus despiciere potuit, vnde euactatio facta sit. Curauit autem istum hominem Beniuenius sola sanguinis missione ex vena hepatica

A singulis mensibus institutâ & idonea victus ratione. Verum hæc venarum apertio propriè huius loci non est, neque venæ istæ, quæ apertæ fuerunt ex epate immediatè, sed ex iis, quæ in cutem disperguntur. Idem, sed in alijs partibus bis obseruavi; Primo in scorbutico, cui in crute vena per interualla aperiebatur, & satis largiter sanguis effluebat, nullo postea apparentè vestigio. Deinde in fœmina quadam, cui, cum primum esset grauida, sæpius in occipite vena portæ aperiebatur, & sanguinis cum maximo impetu interdum ad libram vnâ effluebat. Cum verò sanguis non flueret, circa ventriculû & diaphragma dolorem percipiebat, vbi etiam postea tumor obortus est, qui cum ad suppurationem peruenisset, necessario aperiendus fuit. Ipsa verò conualuit.

CAPVT III.

De inflatione epatis.

Sunt & alij morbi, qui epati, quatenus membrum organicum & certo modo conformatum est, accidunt. Epat aliquando planè defuisse in Matthia Ortelio, Mercatore Antuerpiensi, refert Schœknius, *obseru. lib. 3. sect. 2.* Contra, vt idem ex *Germania* refert, epat duplex inuentum; aliquando repletum globosum & iusto minus, & vna cum diaphragmate ad mammillam vsque dextram ascendens, aliquando peritonæo annatum, vt Columbus *lib. 15.* annotauit. Sed hæc rara sunt, & plerumque à primo ortu contracta, ac vix curationè admittunt. Eos ergo saltem morbos, qui frequentiores sunt, & curationem admittunt, explicabimus, quales sunt magnitudo aucta & tumores epatis. Inter quos primò est inflatio, cum sub tunica crassus flatus concluditur, qui epat inflat, & dolorem in eo excitat.

Inflam-
tio epatis.

Caussa.

Flatus interdum à membris vicinis, vel etiam vniuerso corpore & venoso genere in febribus pituitosis & malignis transmittitur, vel à cibus flatulentis, pituitosis & melancholicis suppeditatur, vel ab epatis imbecillitate generatur.

Caussa.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hoc malum ex tumore dextræ hypochondrii, qui est sine gravitate, sed cum magno dolore, qui tamen non est continuus, sed nunc intenditur, nunc remittit, & si locus digitis prematur, tumor cedit, nullum tamen murmur percipitur, nec vomitæ latentis suspicionem præbet: Corporis & faciei color, vt in alijs epatis tumoribus, non mutatur; Urina, si febris absit, quod plerumque fit, est alba & spissa. Verum de hoc epatis tumore notandum, etsi non impossibile statum sub tunica epat ambiente concludi posse, cum aqua etiam ibi sæpe colligatur: tamen cauendum esse, ne, quod de lie-ne etiam dictum, dolores, qui ex distensione peritonæi & membranarum vicinarum oriuntur, pro doloribus epatis habeantur. Sæpe enim accidit, præcipuè in motu & exercitio vehemènti, & in corporibus, qui non sæpe exercentur, vel diu ab exercitijs quieuerunt, vt flatus vel humores serosi agitati in peritonæi & musculorum ipsi connexorû spatia irrumpant, dolorè que in eo punctuorum excitent, qui pleuritidem quandoque simulat.

Signa.

Prognosticum.

Tumor hic sæpe satis difficulter curatur, cum flatus hîc loci non facilè discutiant.

Prognosticum.

Curatio.

Malum hoc flatus discutientibus curatur, & eos ab epate repellentibus. Vtilia proinde hic sunt omnia, quæ in obstructione epatis ex caussa frigida sunt

Curatio.

proposita. Præcipuè discutientia & digerentia, vt diacyminum, diagalanga. Si pituita adsit crassior, quæ malum foueat, præparanda ea & euacuanda, vt *cap. 1. & 2.* dictum. Extra etiam fomenta flatus discutientia vtilia sunt, & inter ea etiam milium, vt: *L. Flor. chamamel. meliloti an. M. j. absinth. M. ss. sem. anisi, fanugreci, lini an. ʒ. B. Coq. profomento.* Postea inungatur locus ol. amygdal. amarar. nardin. chamæm. de absinth. de spica.

Diata.

Cibus sit attenuans, non flatulentus. Vinum bibatur meracius & vetus.

CAPVT IV.

De epatis inflammatione.

Cum epar ob venarum angustiam obstructioni sit obnoxium, faciliè inflammatione tentari solet, sanguine in ipsam epatis substantiam seu parenchyma effuso, vnde id intumescere & sanguinè putredinem concipere atque incalescere contingit. Estque materia tumores epatis excitans interdum sanguis sincerus, qui inflammationem puram gignit; interdum biliosus, pituitosus, melancholicus humor admiscetur. E quibus tumores præter naturam sui generis existunt. Influit autem sanguis in substantiam epatis per modum vel attractionis, ob calorem, vel transmissionis, siue à toto, siue à parte aliquâ. Suscipit epar ob imbecillitatem vel congenitam vel ab aliis causis accersitam. Et quidem ad sanguinis attractionem facit medicamentorum calidorum exteriorum applicatio. Ita refert Guilielmus Fabricius, *cent. 2. obs. 46.* cuidam intemperie frigida ventriculi laboranti emplastrum & vnguenta calida è pipere, cardamomo, oleo caryophyllorum, cinamomi & similibus admota fuisse, atque inde inflammationem epatis excitatam. Caua enim sui parte à dextra in sinistram vniuersam ferè anteriorem ventriculi regionem integit, ita vt medicamenta calida, quæ corroborandi gratia ventriculo frigidiori admoventur substantiam hepatis priùs attingant, antequam ad ventriculum vsque perueniant. Idem prætere possunt cucurbitulæ regionis epatis applicatæ. Cuius rei exemplum habet idem Guilielmus Fabricius, *cent. 2. obs. 47.* Cum enim cuidam hæmorrhagia narium laboranti cucurbitulæ magnæ ad regionem epatis applicatæ fuissent, sanguis quidem substitit, sed inflammatio epatis secuta est. Cum enim in magnis hæmorrhagiis sanguis efferuescat, cucurbitulis affixis faciliè quidem ad epar attrahitur, sed ibi retentus inflammationem parit. Ideoque tutius est, frigida medicamenta quæ sanguinem condensant, crassiorémque & minus fluidum reddunt, epati & lieni applicare. Afficitur autem epar secundum partem vel gibbam vel cauam, ob vicinitatem tamen partium alteram in consensum faciliè trahit.

Signa Diagnostica.

Inflammatio epatis ab aliis tumoribus, affectionibusque eiusdem his signis discernenda. Sensus grauitatis circa epatis regionem in cætro hypochondrio percipitur à membranis, quibus epar in nonnullis ad costas nothas annectitur: simul mox febris adest, non sequitur, vt in obstructionibus & scirrhis; non tamen statim acuta vel ardens febris est, nisi inflammatio maior fiat. Nam perpetuò inflammationis magnitudinem febris vehementia variè comitatur. Et si autem Aëtius docet, febrim adesse acutam, inæqualem, quæ plerumque sub noctem exacerbatur: tamen id intelligendum de ea

A febre, quæ ad incalescentem phlegmonem epatis accidit. Tussis per interualla affligit arida, ob vapores, qui ab epate inflammato ad pulmones eleuantur, & quod feruor epatis diaphragmati molestus est, & tumor eius diaphragma comprimit, quanti molestiam natura ab organis respirationis propellere nititur. Difficultas autem spirandi adest, cum ob tumorem epatis, tum ob febrim, quæ maiorem refrigerandi necessitatem affert. Decubitus difficilior est cum in latere dextro, epate à subiecto ventriculo & intestinis compresso, tum in sinistro, epate pondere suo suspensio & membranarum eius tentis. Facilior est decubitus supinus. Pulsus, teste Galeno, *4. de causis puls. c. 4.* celerior, frequentior, inæqualis est, ob auctam in affectu calido refrigerandi pulsus necessitatem, durus, vibrans. Ad enumerata signa accedunt, sitis magna ægrum fatigans, & anorexia; Lingua quoque scabra & rubicunda, tandem nigra fit cum quodam lentore. Calor mordax sentitur in toto, ratione febris; quæ si maligna sit, extrema frigescunt. Color totius ad flauum declinat: aluus adstringitur, nisi coniuncta sit æticia epatis. Ita Galenus scribit, *4. de rat. vici. in acut. text. 17.* Quibus epar phlegmone obsidetur, iis *εμπατίδια* hoc est, caprarum stercorei similia excernuntur, quando scilicet viscus hoc duntaxat phlegmone afficitur, sin cum phlegmone affuerit *αίτια*, seu debilitas epatis, liquida deiciuntur, viscere alimentum ad se attrahente. *Hac Galenus.* Illa verò liquida aliàs biliosa sunt, aliàs, vbi aliqua ab epate sit chyli attractio loturæ carnis similia, quod crudus chylus in sanguinem perfectè non est conuersus. Vrinæ crassæ, rubicundæ, turbidæ, paucæ sunt, ob feruorem & æstum epatis. Vomitus bilis est flauæ & vitellinæ, quæ postea ægruginis colorem aliquando refert. Interdum singultus sequitur. Cæterum discernenda est inflammatio epatis à vicinarum partium inflammatione. Ac primò si mesenterium inflammatum sit, non apparet coloris in facie & reliquo corpore mutatio, symptomata sunt mitiora, deiectiones alui liquidæ, in quibus primò tenuis & cruda quædam sanies apparet: postea materia quædam magis concocta ad similitudinem puris, præsertim vbi inflammatio salubris est. Si muscoli abdominis inflammati sint, corporis color etiam non mutatur, tumor ad tactum sensim delitescit, ad figuram musculorum extensus, nec rotundus est, instar figuræ gibbi epatis. Rectorum musculorum tumores oblongi sunt & per totum ventrem extensi, etiã vmbilicum comprehendunt. Cæterorum, vt potè profundiorum, tumores difficilius discernuntur. Cutis supra tumorem non sine dolore contrectatur apprehensa quoque digitis, vt attrahatur, minimè sequitur ob tensionem: Interdum rubicunda apparet, præsertim si affectio in externis musculis hæreat. Quocunque denique æger decumbat, eadem tumoris magnitudo manet, maior verò apparet, vbi epate affecto decubitus fit in latere sinistram, minor, corpore in dextrum reclinato, epate scilicet sub costas nothas cedente. Si transversalis musculis inflammetur, magis læduntur partes profundæ, dolor est vehementior, quàm in aliis musculis: quia ille musculus est membranofus circa finem, & nervos plures mollioresque obtinet, & cum peritonæo aponeurosi coniungitur. Et omnino opus est, vt diligenter inflammatio musculorum abdominis ab inflammatione epatis discernatur, cum incutis ea res non rarò imponat, vt inflammationem musculorum abdominis in dextra parte pro epatis inflammatione habeant. Exemplum videatur, *5. de loc. aff. cap. 7.* de Stefano: Hunc alij Medici enarant tanquam abscessum habentem in epate. Galenus

verò negavit abscessum esse in epate, & monstravit cur inter musculos transversos & obliquè ascendentes esse. Simile exemplum est apud Francisc. Valeriolam, *lib. 4. obs. 5.* Cauendum tamen etiam hinc, ne fallamur, & epar non inflammatum putemus, si tumor in medio ventre apparet. Quibusdam enim epar ad medium ventrem extenditur. Tertia: Si inflammatio pleuram, qua parte nothas costas dextri hypochondrij illa spectat, prehenderit, dolor vehementer erit, à superioribus quasi suspensus, & cum panctionis sensu coniunctus: Difficultèrque respirabit, nulla coloris faciei aut corporis sit mutatio, tussis vehementior, molestiorque est, sed non planè sicca. Verùm cum sputo colorato saltem procedente malo pulsus euidenter durus & ferrinus apparet. Si epar inflammatum sit, dolor est mitior cum sensu grauitatis, qui tamen exacerbatur, nisi æger iupinus iaceat. Color corporis ad flauum accedit, tussicula adest arida, pulsus mitius durus tumor denique aliquis in dextro hypochondrio apparet. Quod ad signa differentiarum inflammationis epatis, quando magna illa est, dolor percipitur iuguli quasi ad inferiora trahenti, præsertim dum vehementius æger inspirat. Dum enim epar inflammatum pondere suo diaphragma cui alligatum est, deorsum trahit, tensum diaphragma membranam costas sue cingentem, cui etiam obnascitur, tendit. Vnde dolor tractionis in iugulo sentitur. Galenus hoc etiam fieri putat, ob tensionem venæ cavae sursum ab epate ascendente, *2. de loc. aff. cap. 7.* Tumor tactu, & vbi abdomen gracile est, etiam visui est expositus: Symptomata omnia sunt vehementiora; contrarium accidit, vbi malum est mitius. Quæ pars epatis affecta sit, sic dignoscitur. In gibba epatis parte consistit inflammatio, quando decubitus in dextrum latus est difficilior, & dolor pressa exacerbatur, tumorque manifestus apparet, præsertim musculis abdominis emaciatis, partes ad iugulum dextrum deorsum trahi videntur; symptomata denique omnia ad partes thoracis eminentia grauiora sunt, quam ad iugulum & ventriculum. Contrarium in cavo epatis inflammato, vbi & anorexia maior erit, & stitit adrit, & vomitus materis biliosæ. Qui humor inflammationis in epate causâ sit, ex symptomatum intensione & remissione æstimandum, & imprimis ex febris accessionibus vel exacerbationibus. Et si enim omnis inflammatio, vt in aliis partibus, ita etiam in epate sit à sanguine: tamen sanguis interdum purus est, interdum bilem vel melancholiam admixtam habet, & quidem à sanguine & bile symptomata vehementiora sunt, & febris plerumque ardens cum siti maxima; ex succo melancholico remissiora sunt, & febris licet sit continua, quasdam tamen pro natura humoris exacerbationes habet. Quamquam & hoc tradit Galenus, *4. præ sag. puls. cap. 4.* epar nunquam ferè pituitosam fluxionem admittit, propterea quod compactius sit, & propterea congenita facultate pituitam alteret & immutat.

Prognostica.

Prognostica.

1. Epatis inflammatio malum periculosum & plerumque lethale est: quia pars princeps afficitur, cuius occasione sanguinis generatio & distributio læditur, & hydrops imminet, aut atrophia, vnde in hoc malo vnica salutis spes est virium robur, sicut Galenus, *10. meth. med. cap. 5.* docet. Ideoque viribus imbecilli aut senes, aut graciles vel biliosi peribunt, vel in marasum transibunt, præsertim si ex erysipelate laborant. 2. Quæ in sinu aut cavis epatis partibus inflammationes accidunt, magis inappetentiam, nauream, vomitum biliosum, sitim ingentem afferunt; quæ in gibba, maiore inter spi-

randum dolore laborantem afficiunt, magisque tussim excitant, & dolor vsque ad dextræ partis iugulum, adeo vt deorsum trahi videatur, extenditur. Auicennas, *3. can. fen. 14. tract. 3. cap. i.* simpliciter pronunciat videtur, Apostema in gibbo epatis deterius esse, quam in cavo: sed explicandum hoc ex Galeno, quod partes thoracis, ideoque nobiliores, in gibbo epatis patiuntur, vnde difficultas spirandi, tussis & dolor ad iugulum ascendens sequitur. Et per se epatis gibba pars est nobilior, vbi generatio sanguinis, & huius in totum corporis *2. de loc. aff. 29.* perficitur. Quæ autem cavi epatis inflammationem comitantur symptomata, vt nauzea, vomitus, singultus ad ventriculum & intestina magis spectant. Sic Galenus scribit, *6. epid. com. 2. t. 14.* Epatis conuexum seu gibbum concauo longè periculosius est; quoniam inter superiores & proinde nobiliores corporis partes reponitur. 3. Tumor in hypochondrio durus & dolens, hoc est, phlegmone seu inflammatio, vt Galenus interpretatur, pessimus est, si vtrumque hypochondrium occupet. Si verò alterum, minus periculosus est in sinistro. Hippocrates, *1. progn. aph. 29.* Nam propter epar periculosa est inflammatio in dextro hypochondrio. Addit Galenus, *in aph. seq.* talem tumorem initio mox periculum mortis citò affuturæ significare Hippocrati, si scilicet intimum quid, hoc est, epar, item ventriculus aut lien afficiatur. Musculi hypochondriorum inflammati mortem non inferunt, nisi aut insignis sit inflammatio, aut virium debilitas, (morbus enim hic diu sæpe protrahitur & vires valde deicit) aut medicus vel æger errorem aliquem committat. Videatur & *6. aph. 7.* de loquibus ventris profundis. 4. Inflammatio à sincero sanguine periculosa est, deterior à succo bilioso: quia febris ardens accedit, teste Galeno *5. de loc. affect. cap. 7.* quæ marasum minatur; postea à succo melancholico, qui facillè in scirrhum migrat, vbi res desperata est. 5. Epate inflammatione laborante superuenit singultus, *5. aph. 58.* Et in inflammatione epatis singultus malum, *7. aph. 17.* Causa est neraorum epatis & ventriculi *reclinata*, ob quam epar inflammatione laborans os ventriculi in contentum trahit. Singultus autem tantum fit, vbi epar ad maximam inflammationem peruenit, aliàs minime, vt Galenus *ibidem* docet. Fieri & singultus tum potest; quando per magnam epatis inflammationem aliquid bilis in principium intestinorum confluit, quod in ventriculum infusum eum laesit & singultum excitat. Quibusdam, teste Galeno, singultus ille accidit ob inflammationis magnitudinem; quo ventriculi os premitur. 6. Hypochondriorum inflammationes si diem vigintiimum primum excedunt, & febris perdurat, tumore non subsidente, in suppurationem vertuntur, præsertim facultas non est imbecilla. Si cessante febre, pars materis crassa & lenta in epate impingatur, tenuiore consumpta & attenuata, scirrhus excitatur. 7. Quibus epar aut lien inflammatus est, siis plerumque hæmorrhagia narium accidit, (præsertim si 25. annis minores sint) primis septem diebus, paucis nono & vndecimo, rarissimis decimoquinto: & confert illa hæmorrhagia, si è directo fiat. Hippocrat. & Galen. *1. progn. ab aph. 31. vsque ad 34.* 8. In inflammatione epatis, renum, vesicæ, de crisi maxime indicium sumitur ex uribus, quæ coctionem materis ostendunt. Leues autem epatis inflammationes, quæ febres acutas coniunctas habent, soluit etiam sanguinis profusionem, sicut & alias in hypochondriis calidas & acutas inflammationes. Oportet autem per directum fluere sanguinem, ex dextera quidem nare, epate patiente vel locis in dextro hy-

pochondrio sitis; ex sinistra verò, liene & locis vicinis laborantibus. Præterea sudor *χρῆσις* seu bonus & vitilis, id est, concoctam materiam emanans, omnes, quæ in hypochondriis sunt, inflammationes calidas & acutas iuuat. Cæterum conuexæ epatis partes inflammationem patientes tribus præcipuè excretionis modis soluantur: hæmorrhagis è nare dextra, sudoribus bonis & vrinis copiosis. Cauæ autem partes excrementis alui biliolis & sudoribus, nonnunquam etiam vomitionibus. Galenus, 3. *de crisiibus*, cap. 3.

9. Scias, quod cum apostemati epatis associatur ventris solutio, est mortale, Auicenn. 3. *Canon. fem.* 14. *tr.* 3. *cap.* 2. *in fine.* Ratio est, quia symptomatica sit excretio materiæ prauæ adhuc crudæ, & à virtute imbecilla, quæ materiam regere nequit. 10. Pessima signa inflammationis epatis sunt, febris ardens, sitis inexhausta, lingua scabra, refrigeratio extremorum: cum medium corpus vratur, & ægri pedes subinde nudant: Vomitus item niger vel porraceus, quia magna adustio significatur. Morti proximis venter intumescit, rupto abscessu, & frigidum sudant circa collum, & faciem: atque animo linquuntur. 11. Cum epatis inflammationem febris ardens & continua comitatur, malum est; quia vehementer inflammatum istud viscus esse significatur: Sicut è contratio, exigua febris de exigua etiam inflammatione iudicium facit. Nam, vt Galenus; 2. *protr. aph.* 31. scribit, inflammationis magnitudinem perpetuè febris ex proportione consequitur.

12. Quando permatatur apostema calidum ex epate ad splenem, bonum est, quando verò ex splene ad epat, malum, Auicenn. 3. *can. fem.* 13. *tr.* 3. *c.* 1. Nam vomica epatis nunquam ferè sanatur, aut si apostema diutius durat, hydropem accersit. 13. Quibus epat suppuratum vratur, si purum pus & album effluxerit, euadunt. In tunica enim epatis pus continetur, sin qualis amurca, intereunt. 7. *aph.* 45. Nam quibus, vt Galenus *in comm.* addit, in tunica pus est, illas à iccoris substantiâ, omnes feruantur, quibus verò in carnem vsque iccoris corruptio penetrat, ij bona ratione moriuntur. Illum humorem tenuiorem, à quo epat minus periclitatur, hoc deteriore indicat.

Indicationes.

Quæ hinc agenda sunt, faciliè ex generali de phlegmone curanda doctrina patet; modò simul partis affectæ habeatur ratio. Imprimis autem in principio videndum, ne inflammatio augeatur. Inhibetur verò vacuando & auertendo sanguinem affluentem in aliam partem & adstringendo partem affectam, ne recipiat. Materia ergo fluens & fluxura reuellatur & repellatur. Et quidem si fluxio per modum attractionis fiat, vel dolor mitigetur, vel calor temperetur, prout vsus requirit. Sed per modum transmissionis, epat roboretur, ne materiam suscipiat, & mandanti quoque consulatur, ac sanguis affluens aliò renellatur, quod vero influxit, reuoluatur. Tutissimumque est, vt sine suppuratione inflammatio curetur: si tamen suppuratio præcaueri non possit, danda opera, vt quàm citissimè perficiatur, & quantum fieri potest curetur.

Curatio.

Cum ergo phlegmone epatis ortum habeat à sanguine, phlebotomia, præmissò clystere, conuenit, euacuationis & diuersionis gratia, & mox quidem inter initia, vt repellentia tutius adhiberi queant, absque scirrhî metu; & postea etiam discutientia, ne horum vsu inflammatio augeatur. Itaque Aetius, *tetrab.* 1. 2. *ferm.* 2. *cap.* 3. primo & secundo die venam secari iubet, sed & septimo, si dolores ex in-

Operum Sennerti Tom. III.

flammatione vrigeant, virèsq; ferant. Aperitur autem Basilica lateris dextri, & sanguis pro habitu & viribus ægri vna vice extrahitur, aut si vires non admittant, partito. Galenus in maxima inflammatione etiam ad lipothymiam sanguinem educit. In suppressis ventibus vena in talo etiam aperiatur. Si vires imbecilles sint, hirudines dextræ basilicæ admoveantur; Hæmorrhoides quoque aperte summo perè vitile est. Cucurbitulis quoque cum scarificatione vt licet, post euacuationem totius applicando eas coxis & cruribus reuulsionis causa. Videatur quoque Galenus, 13. *meth. med. cap.* 11. & 19. Quod ad pharmaca, eaque primum aluum lenientia, si gibbum epatis laboret, alius lenienda tyrrupo rosar. & viol. solutio, manna, item cassia, tamariind. quæ tutè mox à phlebotomia exhibentur. Nam si accidat etiam, vt hæc lenientia ad portas epatis perueniant, tamen locus inflammationis non irritatur, quia in superiore vel gibba epatis parte consistit. Sin caua epatis pars afficiatur, saltem clysteres lenientes vsurpentur, non verò purgantia exhibeantur, ne purgante medicamento per os exhibitò materia per locum affectæ parti proximum, hoc est, per mesaraicas affectæ parti proximas ducatur. Talis clyster est: ℞. *aqu. bord. recent.* ℥. j. *sacch. rubri.* ℥. j. *ol. viol. rosar.* an. ℥. j. & *styr. ros. sol.* ℥. ij. *vitæ ammoniac.* M. F. Clyster. Vbi opus est, cassiæ pro clysteribus extractæ, vel electuar. lenit. simp. ℥. β. adiciatur. Cum inflammatio feruidior est, cichorium, lactuca, borrago in aq. hordei coqui possunt.

Deinde præparantia in feruidiori inflammatione sint cichoracea &c. quæ ad curandam intemperiem calidam epatis sunt preposita. In minus feruida, capilli ♀ & agrimonia addantur. Potius autem huius generis medicamenta decoctorum vel aquarum forma parentur, aut certè syrupi ita temperentur, ne admodum dulces sint. Nam dulcibus epat inflammatum in maiorem molem attollitur, vt testè Tral-lianus monet, *lib.* 4. *c.* 1. Postea vbi materia præparata & concocta est, euacuanda, & quidem si gibba epatis pars inflammatæ sit, magis conueniunt, quæ vrinas ducunt. Cathartica enim hic inutilia sunt, quia alius locus est euacuationi adeo non conueniens, vt frustratò naturæ opere, inflammatio magis augetur. Lenientia tamen dari possunt etiam paulò valldiora, præsertim si natura euacuationem per aluum tentaret, sed dimittè. Tunc enim apparentibus signis concoctionis natura adiuuanda esset. Eiusmodi diuretica sunt sem. 4. frigid. maior. cusc. capill. ♀ rad. asparag. graminis, betonic. fragar. gran. hallicacabi. Concocta iam materia & phlegmone declinante fortiora addantur, vt sem. apij, sennicul. petrosel. dauci, rad. valerian. & alia diuretica alibi exposita. Locum etiam hic habet syrup. de endiu. compos. byzant. simp. & compos. de duabus & quinque radicibus cum decocto plantar. modò enumerator. Vt ℞. *Rad. asparag. fenic.* an. ℥. β. *petrosel. cichorij* an. ℥. ij. *capill. ♀ agrimon.* an. M. j. *cicer. rubr.* M. β. *sem.* 4. *frig. maior.* an. ℥. ij. *passul.* ℥. j. *Coq. in aq. pura* ad ℥. j. Colat. adde *styr. de 2. rad.* ℥. ij. In simi vel caui epatis inflammatione cathartica seu euacuantia per aluum vsurpantur. Galen. 13. *meth. med. c.* 15. vratur vitica & mercuriali, epithymo & polypodio, aliisque aluum modicè deicientibus, atque tum his, tum etiam valentioribus audacius vratur in phlegmones remissione, partim in prisana coctis, partim pulueris forma ex prisana vel aqua propinatis. Etiam clystere ægrum euacuat, inter initia leniore, circa declinationem, postea, potissimum si quid scirrhosum relictum sit, valentiori, ex hyssopo organ. centauium minor. colocynthide. Nam in principio, cum materia

Lenientia

Præparantia.

Euacuatio.

Operum Sennerti Tom. III.

adhuc fluit, purgatio valida exhibita fluxionem magis irritat, & quam diu morbus est crudus, de praua materia nihil educitur; partes autem cauae valentiori pharmaco colliquescunt. Hodie cum inflatio biliosa ingens sit, vti possumus syrup. rosar. solut. manna, cassia, thabarbar. electuar. diaprunis seu diacatholico, si pituitosa, sem. cartham. agaric. mechacana, si melancholica, fol. senæ, epithymo, polypod. querno, helleboro etiam nigr. ad scirrhum epatis prohibendum. Atque hæc dosi parciore vel maiore exhibentur, prout inflammatio & febris postulat, nobilitasque & præstantia partis affectæ permittit. Topica quod attinet, statim post venæ sectionem ad ea confugiendum est, non pleno adhuc corpore, vbi copia materiæ phlegmonæ magis contumacem redderet. Primò igitur repellentia conueniant, quibus quod & adhuc influit aut iam influxit, nondum tamen impactum est, retro pellitur, ne phlegmone augeatur, pars etiam inflammata iisdem refrigeratur & roboratur. Præstant id medicamenta hæc vi adstringendi, qua meatibus & vasis angustioribus redditis, materiam, quæ in ipsis continetur, exprimunt, & in vicina deponunt. Et quidem alia frigiditate sua adstringunt & repellunt, nec, vt plus materiæ affluat, admittunt, vt, ol. cydoniorum, myrtin. rosac. succ. & caro cydon. omphac. acetum, santal. sumach. myrti & rubi vitæque syluestris, gemmæ, lactuca, endiuia, portulaca, plantago, solanum, albumen oui, cerat. santal. vnguent. rosar. Mesues: alia citra refrigerationem id faciunt & adstringunt, vt absinth. nardus, mastiche, & ex his parata olea, nux cupressi, vin. auster. stipticum, schœnanthum, rad. cyperi. His vtendum est in inflammatione pituitosa & melancholica, ne scirrhus generetur; illis in feruente & biliosa. Non autem actu frigida applicentur, nisi sit erysipelas & feruor insignis, nec solis repellentibus etiam inter initia vtendum est, nisi in erysipelate. In inflammatione verò pituitosa & melancholica opus est admiscere quædam calida relaxantia & resoluentia, quæ viam frigidis ad profundiora epatis aperiunt, præsertim cum parenchyma epatis sit crassius & compactius, quam pulmōnis aut cerebri. Itaque oleum de capparibus vtile est, & oleum amygdal. amararum, post & masticinum & chamæmelinum & anethinū cum pauco aceto & vino albo. Vt *℞. ol. rosar. cydon. an. ℥. i. b. chamæmel. aneth. vel absinth. an. ℥. i. j. santal. rubr. puluerisat. ℥. b. aceti ℥. i. j. cera q. s. F.* Linimentum pro epatis regione. Post etiam tale epithema paratur: *℞. fol. cichor. endiu. an. M. j. flor. rosar. rubr. M. b. chamæmel. melilot. absinth. aneth. an. P. j. santal. rubr. ℥. i. i. j. spica, schœnanth. an. ℥. i. Coqu. in f. q. aqu. ad consumpt. tertiz part. pro ℥. j. Colaturæ adde aceti ℥. i. Vtere pro epithemate. Vel *℞. summit. absinth. abrotan. agrimon. fol. cichor. an. M. b. passular. non enucleatar. an. ℥. i. i. Coq. in vino aultero ad mollitiem. Contulis adde farin. sem. lini, fœnugræc. an. ℥. i. puluer. rad. ireos ℥. i. j. ol. chamæmel. ros. an. q. i. F.* Cataplasma: Vsurpanda verò adstringentia toto curationis tempore etiam in phlegmonis declinatione, non quidem vt repellant, sed vt tonum epatis conferrent & roborent. Ac tantum semper resoluentium vires adstringentia superare debent, quantum phlegmone ipsa à principio recedit. Galenus, 13. meth. med. cap. 15. scribit; Theagonem Cynicum Philosopherum epatis inflammatione laborantem necatum fuisse ab Attalo Medico Thessalio, qui ei cataplasmata adhibuit ex solis relaxantibus & dissoluentibus confecta, nullis adstringentibus admixtis. Veruntamen in inflammatione augefcente resol-*

uentia seu diaphoretica maiori quantitate reprimentibus misceantur: cuiusmodi mitiora sunt, chamæmelum, anethum, sem. lini, fœnugræci, Valentiora, ol. commune vetus, irinum, decoctum calaminthæ, hyssopi, pulegij & similia; in eisdem, si inflammatio sit melancholica, adipēs, medullæ & alia emollientia addantur ad præcauendum scirrhum. Ideo autem medicamenta mixtæ facultatis esse oportet, quia duæ indicationes concurrunt, vna ab ipsa phlegmone sumpta, in qua illo tempore multus sanguis continetur, itque subinde crassior & vehementer impactus, altera ab affecta ipsa parte, id est, epate, quod mole materiæ tunc magis pressum *σπάσσει* ex se moliri nequit, nisi ab adstringentibus roboratum adiuuetur, vt docet Galenus, 13. meth. med. cap. 16. Porro si inflammatio inualefcat, vt eius supputatio (quod omni studio præcauendum est, ne vlcus ferè immedicabile sequatur) prohiberi nequeat, natura mollitibus & maturantibus adiuuanda est. Tala sunt, oleum commune, adipēs, gallin. anseris, porci, vituli, farin. tritici, butyrum, malu. althea. E compositis hydrelæum, folia maluæ cocta contusa, & cum pingued. porci mixta paribus portionibus, medicamentum ex hydrelæo, farina tritici & pane albo modicè coctis paratum, diachylon emollium cum adipe porci vel gallinæ. Vel *℞. rad. alth. ℥. i. b. fol. malu. flor. chamæmel. farin. hord. an. M. i. sem. lini ℥. b. Coctis adde pingued. gallin. q. s. ad conficiendum cataplasma.* Addi etiam possunt caricæ pingues, sem. fœnugræci, rad. cyperi, schœnanth. ol. amygdal. dulc. vitell. ouorum, crocus ad epatis tonum conseruandum, comæ vel summitates absinthij. Signa inflammationis suppurantis sunt dolor, febris, aliæque symptomata ingrauescentia, rigores nullo ordine inuadentes, quos caloris exacerbatio sequitur. Confecto pure omnia illa mitescunt, vires tamen debiliores relinquuntur. Pulsus frequens est, languidus, & crebra animi defectio tetra vapore puris cor obruente. Abscessus denique disruptio si ad inestina fiat, vt solet, dum cauum epatis afficitur, & materia purulenta perfecte euacuetur, nihil innouandum est, sed solis attemperantibus puris acrimoniam vtendum, ny dysenteria excitetur. Si non perfecta fiat euacuatio, ea adiuuetur clystere è cremore hordei cum sacchar. & dum virget necessitas, ad decoctum fufurum & mel rosatum confugiendum. Per os hydromel exhibere licet. Si rupto ad renes abscessu (dum scilicet gibbum epatis laborat) pus perfecte ea via euacuetur, mitigantia acrimoniam puris sufficiunt, vt seri caprini lb. i. cum emulsione sem. melonum ℥. i. si diminutè, mitiora diuretica & acrimoniam expertia vsurpentur, vt hydromel cum emulsione sem. 4. frigid. maior. Aut si calor remissior sit, decoct. rad. alpatagi vel apij in hydromel. factum. Vtile etiam est decoct. hordei non exorticati cum sem. maluæ & saccharo. Si materia purulenta ad ventriculum regurgitet & æger facile vomat, natura adiuuanda & materia attemperanda iure pingui, vel aqua hordei tepida, mitioribusque aliis. Si ad vomendum sit difficilis, clysteres vsurpandi, vel hydromel detur aut mel rosat. solut. Interdum fisisa & exesâ epatis substantia, membranáque epar ambiente, pus in abdominis cavitatem excidit; atque tum cum aliis prædiis discuti aut exhaeriri nequeat, veteres ad vitionem & incisionem abdominis accesserunt, ne intentatum quid etiam in hoc periculosissimo malo relinquere-tur, quemadmodum ex 7. aphorism. 45. patet. Hercules Saxonia etiam scuidam desperato abscessu hepatis laboranti abdomen è iecoris re-

gione nouacula aperuit, quo loco tumor eminebat, & magna saniei copia educta hominem, et si longiori temporis spatio, sanauit. Plerumque tamen æger non euadit, quod pus sua virulentia vicina membra, peritonæum, omentum, intestina corrumpat. Compertum etiam est in hoc casu pus in abdominis cauitatem effusum, & ab intestinorum substantia imbibitum, ac per aluum euacuum fuisse. Obseruauit quoque Erasius Bononiæ hepatis abscessu rupto pus tulli fuisse reiectum, de quo lib. 2. dictum. Scribit etiam Desiderius Iacotius, ad Hippocratis Coacas prædict. se bistetue obseruasse post epatis inflammationem pus per venas ad suras effusum fuisse, atque ibi magnum dolorem excitasse, quod etiam Hollerius obseruauit, ut idem refert. Bauhinus etiam refert, Lutetiæ virum quendam cum abscessu epatis laborasset, mortuum esse, & corpore aperto repertas venas usque ad tibiam pure refertas, & sinistrum testiculum putridum. Sæpe etiam ex inflammationis magnitudine gangræna subsequitur, quæ ferè incurabilis. Enasisse tamen quendam, Ioan. Matth. de Gradibus meminit, *comin. in 9. rhasis cap. de dolor. epatis*, ubi signa apostematis epatis recenset. Cæterum relictum vlcus difficulter sanatur, aut nullo modo potest sanari, quoniam ob *αιμάτωσιν* deficientem æger tandem contabescit, cum saniosis & putridis alui deiectionibus, in quibus substantia epatis corrupti purulenti nonnunquam apparet. De abscessu etiam epatis quædam infra *de ulcere epatis* dicentur.

Dieta.

Victu hinc tenui & exquisito opus est, ob nobilitatem partis affectæ, cuius usus toti animali necessarius est; ita tamen, ut vitium simul ratio habeatur. Abstinentum etiam à lentis & crassis cibis, qui materiam in epate retinent, vtendum verò abstergentibus, sed sine acrimonia & dulcedine: obest igitur mulsæ. Conuenit autem ptisana colata, oxymel item cum aqua mixtum. Virtute debili ptisana cum iure pulli paratur, vel carnes contusæ præbeantur. Vbi inflammatio est feuidior, cibus addi potest endiuia, cichorium, lactuca, sem. 4. frigid. maior. cibusque aceto condiantur. Aromata & vinum nocent. Potus sit aqua hordei, quæ refrigerat, abstergit, obstructionesque minuit.

CAPVT V.

De scirrho epatis & alijs epatis tumoribus.

Scirrhus Inflammatio epatis nonnunquam in scirrhum degenerat, quando tenuibus partibus discussis sanguis crassescens humoris melancholici naturam induit, aut quando humores nimium refrigerantium usu crassescunt, & innatus partis calor debilitatur. Frequentius verò obstructionibus epatis superuenit scirrhus, præsertim contumacibus ac diuturnis. Nam humor primùm epatis venas implet, auctus deinde in omnem visceris substantiam redundat, & temporis successu siccassit, & vi caloris parte tenui dissipata, reliquum indurescit, verusque scirrhus generatur. Idque facilius accidit, ubi materia illa ad concrendum vim insitam habet. Est igitur scirrhus epatis tumor in hoc frigidus, durus, indolens, à materia crassa vel viscida, vel vtraque mixta simul procreatus: Atque ita morbus magnitudinis præter naturam auctæ, & intemperiei frigidæ.

Causæ.

Generatur scirrhus epatis à materia crassa vel viscida, vel vtraque mixta, siue collecta sit paula-

tim in epate, siue à liene transfusa. Et propterea non solum ex humore melancholico, qui crassus est, sed & pituita, si viscida crassa & lenta est, producitur, nonnunquam & à bilioso crasso humore, qui scirrhus ictero succedit, quandoque & à sanguine, ut inodò dictum, cum vel tenuiores eius partes dissipantur, & crassiores relinquuntur, vel dum à nimio refrigerantium & adstringentium usu sanguis incrassatur, & partis calor natius debilitatur.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hic affectus à sensu grauitatis maiore, quàm in obstructione, sine febre tamen. Est autem sensus ille in membrana epar in vsciente. Dolor etiam obscurus sentitur, quia partes vicinæ sensu præditæ à tumore epatis comprimuntur, eorumque vitas quodammodo soluitur. Tumor ille in epatis regione manifestè durus percipitur, ob diuoriam scirrhii, quàm plegmones inolem, præsertim cum æger vel erectus manet, vel in latus sinistrum decumbit. Progressu temporis tandem aqua intercus, quæ scirrhum epatis necessariò sequitur, superuenit. Sine febre esse dicitur, ad differentiam inflammationis, à qua febris non abest. Vrina parior emittitur. Color corporis mutatur in viridescentem maximè pallorem, quod floridus sanguis in epate malè affecto non generatur. Corpus quoque emaciatur, quia nec *αιμάτωσιν*, nec sanguinis *ἀνάδοσις* rectè perficitur. Succedit cachexia, & nisi mature occurratur, tandem hydrops & mors. Æger melius in dextrum latus decumbit, quoniam ipso in sinistrum latus reclinato, scirrhofora epar ventriculum comprimit, tanquam moles quædam ei iucumbens, vnde ratione ponderis dolor ventriculi contusiuus existit. Differt tumor scirrhoforus ab epatis inflatione, de qua supra dictum, & simplici tumore, qui *ἕρπης ἄστυ οκίπης* est, ut in *fine capituli* dicitur.

Prognostica.


1. Scirrhus epatis ab initio curari potest, confirmatus & exquisitus nunquam. Omnes enim sic affectos ex necessitate hydrops inuadit. Pereunt autem quamplurimi tempore longo, quidam etiam breui, quibus aluus non deiecit, 2. *au Glaucon. cap. 5.* 2. Qui scirrhii ad suppurationem perducuntur, faciliè in cancerum abeunt, nullamque curationem suscipiunt.

Indicationes.

* Cum epar intemperie frigida laboret cum humore crasso & indurato magnitudinem visceris vitiante, ipsum calefacere, materiamque impactam euacuare oportet. Materia verò cum crassa sit & dura, & nonnunquam simul viscida, attenuanda est & emollienda, interdum quoque detergenda. Sin solis calefacientibus, exiccantibus, & quidem quæ impensius id faciunt, vtatur, neglectis *μαλακωσιν* seu emollientibus, tunc absumptis humiditatibus incurabilis durities ex nimia resiccatione oritur. Emollientia autem addita vtrumque eodem tempore præstant, vt quod concretum est, & fundant suo moderato calore, & sentim per hancum digerant, quemadmodum de his Galenus, & *de comp. med. sec. loc. c. 8. & 14. meth. med. cap. 5. & 5. de simpl. med. fac. cap. 5. docet.*

Curatio.

Lenientia aluum, vt & præparantia & purgantia humores in epate ex iis, quæ hæcenus, præcipuè de obstructione epatis, dicta sunt, patent. Quod cætera medicamenta ipsum scirrhum soluentia attinget, emollientia illa & incidentia, attenuantia, & moderatè quoque discutientia esse oportet, mixtis tamen, ob epatis robur seruandum, nonnullis ad-



Emollientia & discutientia.

Attenuantia.

Aringentibus. Nam ex solo emollientium vsu purgantis & cancri; ex solo discutientium, indurationis, maioris periculum imminet. Et quidem si scirrhus epatis in globa eius parte consistat, externis per se vti conuenit, cuiusmodi Galeno .2. ad Glanc. cap. 5. sunt, absinthium, nardus Indica & Celtica, crocus, mastiche, vnguentum nardinum, anethum, gummi ammoniacum, medulla & adipos. Emolliunt igitur & discutunt medulla cerui, vituli, adeps gallinae, anseris, bdellium, ammoniac. rad. & fol. althaeae, cucumer. agrestis, sem. lini, fenugraeci, ol. amygdal. dulc. lil. albor. chamamel. emplastrum diachyl. de meliloto. Attenuant calamintha, origanum, serpillum, aromata, myrtha. Roborant absinthium, myrobalani, mastiche. Ideoque emplastro de meliloto & diachylo, aliisque emollientibus, ol. de absinth. vel mastichinum recte permiscetur. Laudatur & lutum thermarum quarundam molliens, digerens & roborans. Vt ℞. rad. althaeae ℥. iii. scrophul. an. ℥. ii. cucumer. asinin. ℥. i. filicis ℥. ℔. fol. agrimon. althaeae, absinth. flor. chamem. sumit. anethi an. M. ℔. sem. fenugrac. ℥. ℔. Coq. in aqua & aceto pro fomento. Vel ℞. Rad. alth. ℥. i. iros, cortic. intern. virid. sambuc. an. ℥. ℔. flor. chamam. melilot. sambuc. an. P. i. fol. absinth M. ℔. spicae virisusque an. ℔. i. ℔. Coq. in decocto intestinorum veruecis & vini part. aequal. Non tamen focus sunt diu continuandi, ne tonus epatis laxetur. Vel Emplast. diachylis. ℥. ii. ammoniaci, bdellij aceto dissolut. an. ℔. ii. pingued. anseris, medull. crurum vituli an. ℥. ii. Cum cera f. q. F. Ceratum. Vel ℞. Ammoniaci aceto dissol. ℥. ℔. bdellij ℔. iii. pulv. rad. filicis, cortic. fraxini an. ℔. i. caricar. pingu. man. ii. lumbric. vinolor. ℔. vi. mucilag. rad. alth. sem. lini an. ℥. ℔. ol. lil. alb. ℔. vi. Coq. ad mucilaginis consumptionem. Adde terbinth. resina pini an. ℔. ii. emplastr. de melilot. diachyli simpl. an. ℥. iii. cera ℥. ℔. F. Ceratum. Vtilia sunt folia hyoteyami aceto decocta addito ol. amygdal. amarar. cataplasmatum forma imposita. Circa externa medicamenta hoc notandum, post usum emollientium prolesse vaporem ex aceto fortis, & aqua vite super lapidem molarem aut laterem candentem effusis, vt materia emollita attenuetur & soluat; post cuius usum iterum ad emollientia, & hinc rursus ad resoluentia transeundum est, donec malum, si fieri possit, extirpetur, vt monet Galenus, 14. meth. med. cap. 15. Stercus quoque caprinum ad discutientes tumores scirrholos valde vtile & efficax est. Si sinum epatis sit scirrho obsessum, malumque externis remediis non cedat, interna remedia adiungenda sunt. Acrius igitur succum anagalidis, quae caruleum florem habet, excicatum pondere ℔. i. propinat ex hydromelite, eodem modo & pondere sem. viticæ torrefacto vtitur. Accipit etiam picis siccae, colti, piperis part. aequal. quibus tusis & cribratis cochlear. i. praebet. Idem ex Galeno, 8. de med. sec. loc. cap. 8. medicamenta quaedam Asclepiadis, Passonis & aliorum affert ad inueteratas epatis affectiones, quae & tumoribus scirrholis conueniunt, quae ibi videntur. Desperatis ammoniaci in puluer. tenuissimè triti cochl. i. & mastich. ℥. x. praebet ex hydromelite. Vel ℞. Ammoniac. part. i. ruta part. ℔. Cum syr. de capatorio. F. pilulae, quarum dosis est ℔. i. vel ℥. iii. Videantur & apud eundem Aetium aliud Asclepiadis, quo Philagrius vsus est ad epatis scirrhum induratum, quod recipit gentianam, chamæpithyn, marrubium, petroselin. scolopendr. & alia, quae ibi videntur. Sciendum autem usum horum medicamentorum per plures dies continuandam esse; quoniam malum diuturnum & contumax est, quod non

A facile expugnari potest. Hodie etiam parant decoctum sarlae parillae cum rad. filicis maior. agrimon. ceterach, cichor. aliisque hepaticis, additis, emolliendi gratia, rad. althaeae & fol. borraginis. Chalybs etiam, Vinum chalybeatum, & alia è chalybe praeparata medicamenta vtilia sunt, de quibus in affectibus hypochondriacis & scirrholienis dictum.

Dieta.

Vitus ratio sit attenuans, vt in obstructione epatis. Cibitamen non nimis parèe praebentur: Siquidem vires ad diuturnum malum tolerandum consistere oportet, vimque habeant nonnihil incidendi & detergendi, cum modico calore & humiditate; crassa verò omnia & viscida vitanda sunt, vt & dulcium frequentior vsus, à quibus aliàs epas intumescere solet. Vinum sit tenue, odoratum, clarum, vel cereuisia pura tenuis. Vtiles sunt in condimentis ciborum cappare. Acrius amygdalas & piper in eis interdum concedit.

Dieta.

Tumor epatis simplex ὄγκος ἁπλοῦς ἐπιπύριον.

Est & alius epatis tumor, qui simplex & ὄγκος ἁπλοῦς nominatur, qui à scirrho non parum differt. Hic enim breui tempore nascitur, minus renititur, & ferè tantum ambientem membranam epatis occupat, plerumque & totum hypochondrium dextrum replet, nulla epatis circumscripta figura apparente, & digiti manus sub extrema costarum infigi nequeunt. Oritur tumor hic simplex interdum à flatu, interdum à cruditate tenui, quam vel immoderatus frigidæ potnis, vel intempestius fructuum vsus, vel crapula satietatisque nimia peperit, & sensum infert non grauitatis, sed tensionis, interdum à crasso & viscido est humore, quem epas validum à se excludens in membranam suam depoluit, quod saepe post febres diuturnas accidit. Videturque hic tumor mihi esse affectus, quem mulieres in Silesia & alibi den Riederkuchen, rectius den Riebeckuchen nominant, quod digiti manuum sub extrema costarum infigi nequeant. Ioan. Langius lib. 1. epist. 39. den Fiebertuchen appellat, qui accidat, si alterantibus frigidis citra euacuationem æger vsus fuerit, quæ materia incrassant. Curatur autem medicamentis aperientibus, & humores crassos incidentibus, purgantibus, & flatus discutientibus, & ferè vt scirrhus incipiens.

CAPVT VI.

De calculis, vermibus, & hydatidibus in epate natas.

N On solum autem humores in epate induratur, sed & quandoque in lapides planè mutantur, & calculi in dissectorum cadaueribus inuenti sunt, vt testatur Fallopius, Columbus, & alii. Ita refert Kentmannus, in libello de calculis, in iuuenis cuiusdam Nobilis epate tres lapides repertos fuisse, quorum vnus magnitudine dimidium ouum columbinum æquaret. Antonius etiam Beniuenius, vt de abdit. morb. & sanar. causis. cap. 3. refert, in muliere quadam nobili in epatis membrana parte decliuore plurimos lapides, magnitudine & colore differentes, inuenit. Et Vesalius, in epistola de China ad Joachimum Relands, refert, se nonnullorum, qui ictero laborauerant, & ab ictero in ascitem delapsi erant, incinora vidisse adeo dura, & lapillis vndiquaque plena, vt nouacula praescindi non potuerint: Et quendam Belloarmatum Senensem epas prorsus candicans superficie habuisse, non laue, sed admodum inæquale, & leuibus tuberculis asperatum, anteriorem verò eius partem & vniuersam si-

Calculi epatis.

nistram ad modum lapidis fuisse induratum. Cæ-
 lus Rhodiginus, *lib. 4. antiq. lect. c. 17.* & Cardanus,
de rerum varietate, lib. 8. cap. 14. scribunt,
 Venetiis in Augustini Ducis ex Barbatica gente
 corpore aperto lapidem prope cystam fellis, magni-
 tudine grandioris oliuæ, coloris serpentini in ni-
 gredinem tendentis inuentum. Lapidem abicessu
 epatis redditum vidit Rondeletius, ut refert, *cap.*
44. meth. curand. morb. Lapidem amygdalæ nucis
 magnitudine in virginis cuiusdam epate repertum
 fuisse, scribit Maticholus, in *Epistola ad Jacobam*
Camenicenum. Gabriel Fallopius Patavij inuene-
 suspenso quinque lapides cicercis magnitudine inue-
 nit, ut refert Dominicus Leonus. Arenulas etiam
 copiosas, calculos & tophos aliquoties in epate re-
 perit Felix Platerus. *Causse* autem & modus gene-
 rationis idem, qui in aliis partibus, præcipue in re-
 nibus, de quo *supra loco* dicitur. *Cognoscuntur*
 autem calculi in epate difficulter & raro perfecti, nisi
 post mortem in sectione cadauerum. Suntque ferè
 signa cum scirrho epatis communia. Dolor tamen
 maior est, si calculus versus membranam tendat,
 eamque premat & vellicet, isque diuturnus. *Cura-*
tu etiam est difficilis calculus in epate, & si quæ cu-
 rationis spes superest, ea medicamenta, quæ in scirr-
 ho epatis & calculo renum vsurpantur, exhiberi
 possunt.

Vermes.

Verus, *de prestigiis demonum lib. 4. cap. 16.*
 scribit, filium suum Galeum Monspelluli in cada-
 uere hydtopicæ puellæ inuenisse duos vermes spi-
 thamæ longitudine, quorum vnus meatum fellis
 duodeni inuaserat, occupabáque, alter in ipso epa-
 te gibbum eius oblidebat, capite ambientem visce-
 ris membranam attingente, quem eo progressum
 putat, ob alimenti defectum. D. Caspar Bauhinus,
 ut Schenckius, in *obseru.* refert, vidit Æmilium
 Campolongum, Professore Patavinum, puerum
 10. annorum, qui variolis extinctus erat, aperire,
 aperto cadauere inuenti sunt vermes plures in ip-
 sis venæ portæ ramis, & quidem in ipsius epatis ra-
 mis, alij quidem viuentes adhuc, alij verò mortui,
 qui rubri, & pro ratione loci, in quo contineban-
 tur, oblongi erant, satis item magni. De *Causis* &
 generationis modo tres Medicorum recentium fue-
 runt opiniones. Alij enim existimabant, eos in inte-
 stinis genitos fuisse, & ex his per venas mesaraicas
 in portam, & ex hac in epatis venas penetrasse.
 Alij vero putabant, genitos quidem fuisse in epate,
 non tamen viuo puero, sed in epate pueri mortui.
 Alij tandem in ipso viuentis pueri epate generatos
 existimabant, è sanguine pituitæ, permixto. Et qui-
 dem vltima opinio maximè rationi consentanea
 videtur, cum aliàs etiam ex humoribus prauis &
 corruptis, præcipue vbi humiditas multa accedit,
 qualis est in variolis, facillè vermes generentur,
 præsertim si vermes loco, in quo hærent, respon-
 deant figura & magnitudine; Si verò vermes ma-
 iores sint, non impossibile videtur, eos ex intesti-
 nis huc erepsisse. Solent enim vermes sui generis
 humoribus delectari, alios verò auersari, & si ad-
 uersi quid ipsis obueniatur, locum mutare, & per os
 vel alium erumpere, aut aliud reperere. Obseruavi
 hoc anno 1629. quo variolæ hic populariter graf-
 santur, & multos infantes è medio tollunt, nonnul-
 los quidem infantibus ante variolarum eruptionem,
 aliis verò postquam eruperunt, & iam suppuratæ
 fuerunt, vermes spithamæ longitudine, & longio-
 res ex intestinis sponte protupisse, qui infantes om-
 nes mortui sunt. Verum vermes hi non facillè co-
 gnoscuntur in viuensibus vllis certis signis. Ideo-
 que de eorum curatione aliquid tradere opus non

A est. Dicitur verò de vermium curatione suo loco.

Hydatides epatis.

Vesicas quasdam aqua plenas pellucidas epatis Hydatides,
 substantiæ, membranæ eius ab humore aquoso dis-
 tentâ, annatas fuisse, nunc maiores, pugni scilicet
 magnitudine, nunc plures, nunc pauciores, sæpe
 obseruatum est, non solum in homine, sed & in
 brutis. Hæ si rumpantur & aqua ex iis in cavitatem
 abdominis influat, hydropem generari, à plurimis
 traditur, de quo suo loco dicitur. Originem ha-
 bent hæ vesicæ ab humore aquoso & seroso, sangui-
 ficatione epatis læsâ generato, & ex epatis substan-
 tia protrulò, & sub membrana eius, quæ densior
 est, coaceruato, Fernelius quidem *lib. 6. de part.*
morb. & sympt. cap. 8. vesicas has generari statuit
 cum epatis substantia diffunditur, ambiens autem
 & cingens id membrana integra manet. Verum
 fissurâ hæc opus non est, sed etiam substantia epa-
 tis integra manente per eam humor aquosus & se-
 rosus exsudare potest, ut in brutis mactatis sæpe
 animaduertitur. Quæ autem generationis humoris
 causâ sit, postea de sanguificatione læsa dicitur.
 In viuis vix integrè cognoscuntur hæ vesicæ, nisi
 forsitan interdum ex tussi sicca continua, diaphrag-
 mate vicino vellicato. Et si enim hydrops adsit: ta-
 men incertum, an per has vesicas, an per alias vias
 aqua in abdomen exstillarit. Curatio ex iis, quæ de
 hydrope dicentur, patebit.

CAPVT VII.

De vulneribus epatis.

PAtitur tandem etiam epas interdum morbos ^{Vulnè}
 solutæ vnitatis, & primò quidem sine causâ epaus.
 violenta & externa sola humiditatis priuatione
 rumpi & visceris substantiam siccitate humorisque
 penuria rimis quibusdam dehiscere, scribit Ferneli-
 us, *lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 8.* Verum
 probabile hoc vix est. Et si enim epas valde exsiccata
 fuisse, animaduersum sit: tamen quia sensim &
 lentè id fit, sine ruptura accidit, & corpus satis hu-
 midum, quale epas est, ita exsiccari, ut dehiscat, in
 corpore viuento, credibile non est. A causis autem
 violentis & externis epas interdum rumpitur
 & vulneratur. Sunt autem solutæ vnitatis epatis
 variaz differentiaz. Aliquando enim epas telo acuto
 vulneratur: Aliquando pars aliqua & extremitas
 epatis planè abscinditur; Aliquando re obtusa
 contunditur potius, quam scinditur: aliquando vul-
 nus est superficialium tantùm: aliquando ad profun-
 dum penetrat: aliquando saltem substantia epatis,
 interdum etiam vasa scindantur vel rumpuntur: ali-
 quando gibbum, aliquando cauum vulneratur.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem vulnus aut contusio primò è ^{Signa:}
 causis externis & violentis, quæ præcesserunt,
 quæ corpus è regione epatis læserunt, sine ex scin-
 dendo cutem abdominis vsque ad epas penetrantur,
 siue contundendo saltem id læserint. Deinde ex
 consequentibus & effectis. Multis sub dextro hypo-
 chondrio sanguis profusus apparet: Ad spinam
 reducta hypochondria; punctio dolorisque vsque
 ad iugulum & scapulam dextram: In ventrem cu-
 bandi procliuitas; Interdum vomitus biliosus.
 Contuso autem epate vomitus cruentus, vel sangui-
 nis per aluum aut vrinam excretio sequitur; Inter-
 dum & hæmorrhagia narium. Dolor in regione
 epatis & partibus vicinis percipitur.

Prognostica.

1. Epatis vulnera lethalia esse, scribit equidem ^{Prognosticæ} ca.

Hippocrates, 6. aph. 18. Vulnerato tamen epate & abscessu aliqua eius parte hominem seruari posse, tradit Ægineta, lib. 6. cap. 28. Et Hispanum iuuenem, cui magna epatis portio iuncta per ilei dextri vniuersum erumpebat, sanatum fuisse, refert Gemma Cosmocratica, lib. 1. cap. 6. Et nobilem post inflatum circa epatis regionem vulnus, & particula ex eius substantia abscessu & extracta sanum euasisse, scribit Bertinus, lib. 13. medic. cap. 7. Idem etiam alii obseruauerunt. Si tamen saltem conualescunt, quibus superficies saltem aut substantia epatis sine magnorum vasorum læsione vulnerata est. Si enim vas aliquid maius vulneratum sit, æger non euadit, & ob largam sanguinis effusionem homo, antequam vulnus glutinetur, moritur. Et alii quidem vitam non nihil protrahunt: alii breui intervallo moriuntur. Nam, vt refert Hippocrates, 5. epid. Cuidam iaculo percusso in epate itatim color cadauerum sese sparsit, oculi intrò cesserunt, difficultas ferendi ac æstus consecuta est, & eadem die vitam cum morte commutauit. Alter puer à mulo in epate percussus quarto die mortuus est, spiritum densum habebat, nec quicquam intelligebat, & febre tenebatur. 2. Contusio epatis periculosior est, quam vulnus, & sæpè in abscessum degenerat. 3. In corpore senili vel cachectico periculosiora sunt epatis vulnera, quam in iuuenili, sano & robusto.

Curatio.

Curatio.

Si in vulnere epatis sanguinis profluuium metuetur, secanda statim vena, & nisi æger singulis vel alternis diebus laxam semper aluum habeat, iuncturæ clyster è decocto cichorii, plantag. hyperici, rosar. addito oleo myrtino & rosaceo & melle ros. solut. Rhabarbarum etiam in substantia ad ʒ. ii. vel ʒ. i. exhiberi potest. Statim verò adstringentia & glutinantia exhibeantur, qualia de sanguinis sputo sunt proposita. Præcipuè hæc viles sunt rosæ rubræ siccæ, ʒ. ii. pondere exhibitæ, balauista, bolus Armenus; item trochisci de spodio, de rosis, rhabarb. cum decocto cyno gloss. vel pentaphyll. aut plantaginis. Vel ʒ. Conserv. rosar. rubr. ʒ. ii. flor. cichor. ʒ. i. veronic. ʒ. ʒ. corall. rubr. prepar. margarit. prepar. boli Armeni an. ʒ. i. Cum syrupo myrtino vel cichorij fiat Electuarium. Quæ autem intus exhibentur medicamenta, subtilissimè trita esse debent, vt facilius penetrent, quibus aliquid aromatum, vt spica & similia addantur, ad viscus roborandum & vrinam mouendam. Vt ʒ. Spec. diarrhod. abb. diamargar. frig. arom. ros. an. ʒ. ʒ. dialacca ʒ. i. margar. prepar. ʒ. ʒ. corall. rubr. prep. ʒ. i. sacchar. in aq. ros. dissoluti ʒ. ii. ʒ. Fiat rotulæ. extra adhibeantur emplastra adstringentia & glutinantia, Epate etiam, si vulnus pateat, hic pulvis inspergi potest. ʒ. Boli Armeni, terra sigillata an. ʒ. i. flor. ros. rubr. ʒ. i. farina volatilis ʒ. iii. lapid. hematit. ʒ. i. F. Puluis. Imponatur etiam aliquod conueniens vnguentum ex terebinth. bolo Armeno & mumia. Postea etiam ex mastiche & thure. Partes verò vicinæ oleo rosaceo & masticino inungantur. Vel epate imponatur tale cataplasma. ʒ. Violar. cichor. endiu. rec. an. P. iii. agrimonie, summit. acetibi, hyperici an. P. ii. pulu. flor. chamemel. melilot. ros. rubr. an. P. i. farin. hord. fabar. an. ʒ. i. ʒ. Cum vini rubri s. q. F. Cataplasma. Adde sub finem ol. rosac. ʒ. i. ʒ. In contusione epatis ea cura ferè instituenda, quæ supra de vasorum epatis aperiuntione proposita est. Primò nimirum, vt sanguinis profusio sistatur, vena in cubito aperienda, & potiones ex adstringentibus exhiberi & similia cataplasmata & emplastia imponi debent. Vt ʒ. Succini albi, boli Armeni, balast. sangu. dracon. lacca, flor. ros. rubr. Fiat

A Puluis, cuius ʒ. i. exhibeatur cum aqua plantag. in qua tragacanth. ʒ. ʒ. infusa fuerit. Cum sanguinis profluuium substituerit, sanguinem concretum dissoluentia exhibenda, qualia aliàs etiam lapsis ab alto & percussis exhiberi solent, vbi sanguinis concreti suspicio adest. Talia sunt rhabarbarum, rhabarbaricum, sperma ceti, lacca, ærumia, sanguis draconis, oculi cancri, succinum, vermes terrestres, schœnanth. spica, bolus Armenus, terra sigillata, radices rubræ tinctor tormentillæ, chærefolium, quæ & sanguinis profluuium sistunt, & sanguinem concretum dissolunt, ac simul glutinant. Exhibenturque ex vino, aceto, vel aqua chærefolij ac tormentillæ aut plantaginis, vt: ʒ. Rhabarb. ʒ. i. ʒ. spica, schœnanth. an. ʒ. xv. mumia ʒ. ʒ. F. Puluis. Dosis ʒ. i. Vel ʒ. Rhabarbar. ʒ. ʒ. myrrh. mumia, spermat. ceti, rad. tormentill. oculor. cancri an. ʒ. ʒ. F. Puluis. Detur in aceto aut aqua chærefolij. Vel ʒ. Rhabarbar. ʒ. ii. mumia ʒ. ʒ. lacca, spermat. ceti an. ʒ. i. boli Armeni ʒ. iii. F. Puluis. Dosis ʒ. i. vel ʒ. i. ʒ. Vel ʒ. Rhabarbar. rhabarbar. an. ʒ. ii. mumia, spermat. ceti, rad. tormentill. caryophyllar. an. ʒ. xij. F. Puluis pro 2. dosibus. Vel ʒ. Mumia ʒ. iii. spermat. ceti. sangu. dracon. an. ʒ. ʒ. Rhabarbar. oculor. ʒ. an. ʒ. i. croci ʒ. ʒ. boli Armeni ʒ. i. F. Puluis, Dosis ʒ. i. Extra verò postea adhibeantur discutientia & simul non nihil roborantia, vt nardus, schœnanthum, absinthium, crocus, thus, myrrha & similia.

Dieta.

C Viçtus sit tenuis, ne sanguinis multitudo generetur, & ij cibi vsurpentur, qui glutinandi vim habent. Oryza, hordeum in iure pedum hæc, aut detur panarella dicta cum tali iure. Vinum vitetur, bibatur verò aqua, in qua iuiubæ aut semen coriandij coctum sit, addito saccharo rosarum, vel cereuisia para.

CAPVT VIII.

Ulceribus & sphacelo epatis.

Causæ.

D **V**Lcus epatis inflammationi potissimum succedit, si illa ad suppurationem perducatur, pure scilicet substantiam epatis exedente. Aëtius colligationem epatis appellari ait; Sed & ab alio succo acni & erodente vlcus epatis excitari solet, præsertim bilioso per epate diffuso, qui sensum putrescens malignus & virulentus redditus Parenchyma epatis corrumpit. Talis succus prauus & erodens alimentorum vitio contrahi potest: quando illa corrupta sunt, aut erodente vi pollent. Sæpè ex lue venerea talis virulenta materia in epate colligitur. Vinum etiam generosum meraciusque diu & liberalius sumptum in hoc malum præcipitat, putidam & lenram quandam sanie in colliquoato quasi epate congregans. Deprehensum etiam est, vlcus epatis è malignitatis processisse, vt in gangrænam abiret, vnde disrupta membrana puris magna copia ex epate in abdominis capacitatem effusus fuit, valdefatens, quo & omentum & peritonæum, sæpè etiam intestina corrupta fuerunt. Interdum vomica epatis existit membrana ambiente illæsa, qua post mortem incisa, corrupta & putrida epatis substantia effluxit, nullo etiam antea tumore apparente.

Signa Diagnostica.

Quæ signa sint inflammationis epatis in abscessum abeantis & mutati, supra de inflammatione epatis dictum. Cum verò nonnunquam etiam sine

Vlce epatis. Causæ.

Signa.

præcedente inflammatione epas exulceretur, vlcus id non ita facile cognoscitur. Habet tamen & id sua signa: Tussis & vlcerosus dolor in dextro hypochondrio percipitur; æger sensum contabescit & appetitum consumitur. Quando vlcus est in cauo epatis, deiectiones alui purulentæ sunt; Interdum & cruenti quid excernitur, cum dolore intestinorum, ob materiam acrimoniam, vt dysenteria esse putetur, cum tamen sensus grauitatis & punctiois circa epas hæreat; Imò interdum secoris portio inculas per alium excretas fuisse obseruatum, vt testatur Nicol. Florentinus, *serm. 5. cap. 6. Matth. de grad. in comin. ad cap. 7. part. 1. lib. 9. Rhafis. Iulius Alexandrinus ad cap. 6. lib. 8. Galeni de comp. med. sec. loc. & alij.* Quando verò in gibbo vlcus consistit, vlcus purulenta apparet, absque signis exulcerationis in vesica & renibus. Malum, præcipuè si sit à succis acerbis, sensum serpit, vltibus ita constantibus, vt æger consueta mania obire possit. Febris in progressu morbi lenta oritur, typhum non seruans, quæ tandem in hæcticam desinit. Sitis non acruis vrget, quod calorem deferbit, præsertim in epatis inflammatione. In facie color apparet ictericus, nonnunquam pustulæ paruæ ex humorum aduisione in eadem efflorescunt. Ciborum omnium, maximèque carnis, magnum fastidium adest, halitus ex ore teter exspirat, tandem frequens animi deliquium accedit. Loca affecta quod atinet, si vlcus sit in gibba parte, difficilis sanè est respiratio & dolor septi transuersi, atque affecti epatis signa in vrinis apparent. Si in luma, inappetentia magis affligit, nausea, vomitus, oris amaritudo adest, & plerùmque, vt distam, fluxus alui sanguinolentus. Vlcus epatis & symptomata, quæ illi acciderunt, describit Dodonæus, *obs. 18.*

Prognostica.

1. Vlcus epatis, nisi exiguum sit & superficiale, & inter initia caretur, exitiale est. Nam pars princeps absumpta est, quæ non potest regenerari, & continenti alimentorum alluione sordescens vlcus non facile sanescit.

2. Vlcera epatis non, sicut pulmonis, febrem, sed potius hydropem inducere solent. 3. Periculosiores sunt illi abscessus & exulcerationes epatis, quæ sequuntur inflammationes, quam qui sine iis incipiant. Præcipuè verò illæ sunt periculosæ, in quibus continetur materia in substantia epatis.

4. Qui epatis abscessu laborantes colorem habent ictericum, febrem continuam, inappetentiam, & naueam, lethaler decumbunt. 5. Si expurgatio puris fiat per tussim, ægri febre moriuntur: Si per vomitum, vrinam vel alium, minus est periculum, sicut & si materia ad articulos decumbat.

Curatio.

Vlcus hoc, vt alia, absterisionem, repletionem & consolidationem indicat. Itaque si inflammatio præcessit, vena aperienda non est, quia virium imbecillitas eam prohibet: vbi verò ab erodente humore est, si sanguinis abundantis indicia adsint vena secari potest, vt vlcus ab inflammatione immune seruetur, aliàs euacuatione per cathartica vtendum est. Vlcus autem ipsum quod atinet, remedia ex iis parentur, quæ de curatione vlcis ventericuli tradita sunt, nisi quod maiore dosi illa sunt exhibenda, ob situm epatis profundiorum & quod epatica hic admiscenda sunt exsiccandi vi prædita. Ad mundificationem ergo vlcis valet pisanæ hordeacea, serum lactis caprini cum mulla vel saccharo, & dum vires admittunt, etiam decoctum chinæ vel sarsæ parillæ. Post abstergentia conueniunt siccantia, quæ alijs internis vlcibus & vulneribus vtilia sunt, vt aristolochia rotunda, scabio-

A sa, veronica, saluia, radix ixeos, spica, schoenanthum, absinthium. Aetius, *teirab. 3. serm. 2. cap. 5.* laudat trochiscos cyphoides ad ʒ. j. Vales sunt & hi morsuli. *Spec. arom. ros. diarrhod. abb. de gemm. frig. an. ʒ. j. nuc. mosch. maceris corall. rubr. spod. jan. ʒ. j. sacchar. candi crystall. ʒ. iij. ʒ. diaphores. ʒ. j. conseru. rosar. rubr. ʒ. j. bugloss. ʒ. ʒ. sacch. albiss. in aq. rosar. dissoluti ʒ. iij.* Fiat Morsuli.

Sphacelus epatis.

Non prætereundus hic est Sphacelus epatis, cuius exemplum refert Dodonæus, *cap. 3. obseru. medic.* vbi scribit; Nobilem quendam virum ex animi mærore in melancholiam incidisse: Qui cum monachis quibusdam commissus esset, atque apud eos annos 20. in eodem statu vixisset, tandem de virium debilitate conueni cepit, atque cibum & potum auersari. Nulla aderat febris sitis, nulla, vniuersum corpus frigere videbatur, pedes processu temporis œdematosi facti sunt; Vrina rubicunda erat, veluti si febris ardens aut epatis inflammatio affuisset, quæ, qualis reddebatur, permanebat, nec ab aère aut frigore perturbabatur: Malo tandem ingrauescente ad alium cibum sumendum præter exiguam sorbitionem, adducti non potuit. Ita tandem deficiente naturali facultate, inediâ quodammodo consumptus à vitâ migravit. Huius epas colore vndiquaque nigrius, quam secundum naturam, apparuit, sed tamen in inus nigricans, quam pulmonis sphacelo corrupti substantia, impressorum digitorum vestigia ferè retinebat.

CAPVT IX.


De vesicula fellis morbis.

Q Via ipsi epati inseritur vesicula fellis, antequam à morbis epatis abeamus, & ad symptomata, quæ epati accidunt, progrediamur, prius de vesicula fellis morbis hoc capite agemus.

Vesiculam fellis in quibusdam geminam repertam fuisse, obseruatum est. Nec etiam ductus eius semper sunt iidem numero, nec in eodem partibus inseruntur, sed sæpe aliqua hinc occurrit varietas. Eundem folliculum bile omnino exhaustum repertum fuisse, refert Fernelius, *lib. 6. pathol. cap. 5.* Contra Vesalius, *in examine obseruationum Fallopij,* bilis vesiculæ molem duorum pugnorum eb contentam bilem tumidam inuentam fuisse, testatur. Idem, *eodem in loco,* varia præter naturam in eodem folliculo reperta obseruauit, & se in eo materiam, instar atramenti atram, nunc albicantem, aut fluidam, aut luti modo, aut vnguenti cuiusdam ex farina & melle ac therebintina parati ritu consistens substantiam reperisse refert. Calculi imprimis frequenter in vesicula fellis reperiuntur, cuius rei historias recensent, Fernelius, *lib. 1. Phys. cap. 6. lib. 6. Pathol. cap. 5.* Ioan. Largius, *lib. 2. epist. 57. Kentinann. lib. de calcul. Cæter, in obseru. anatom. & chirurg. Beniuensius, de abdit. san. nat. caus. cap. 94. Cardanus, lib. 7. de iubil. & in arte sua parua. Scholiographus, ad cap. 48. lib. 1. Hollerij. Fallopius, in obseruat. & tract. de fossilib. cap. 7. Gemma Colm. lib. 5. cap. 6. Forestus, lib. 14. obseru. 36. in sch. l. vt & alij plurimi. Imò obseruatum in Georgio Boemix rege totam vesiculam felleam lapide hæmatitæ simili repletam fuisse, vt refert Iacobus Cameracensis, *in pist. ad Marthiol.* Atque calculi inter morbos in numero referuntur, de quo, quid sit sentiendum, in *instit. diætam.* lidem, vt & bilis crassa & alia materia, ob-*

functionem. & morbos in via in vesicula fellis patiuntur, unde icterus ortum habet. Cogitoscantur autem non tantum calculi in vesicula fellis, & nihilominus varia & saepe graui inducunt symptomata: ita ut etiam peritissimi Medici saepe dubitent, unde ea proueniunt. Adhuc saepe dolores dextri hypochondrii, nauca, vomitus, alui obstructio icterus. Quia ratione cum obstructio vesiculae fellis curari debet,

At si huius loci esset didere: tamē quia imprimis ab ea icterus oritur, postea de icteri curatione ea de re agemus. Observatum tandem quandoque vesiculae fellis ruptam fuisse, id quod in nobili quodam, qui diu rursus huius vomitus vexatus esset, accidisse, & rupturam fellis vesiculae vomitu causam fuisse, in sectione post obitum deprehensum fuisse, scribit Georgius Bertinus, *Medic. lib. 12. cap. 1.*



LIBRI TERTII

PARS SEXTA.

SECTIO SECVNDA.

DE SYMPTOMATIBVS, QVAE EPATI ACCIDVNT.

CAPVT I.

De sanguificatione laesa in genere & epatis imbecillitate.

Sanguifica-
tio laesa.



SVM haecenus morbos, qui epati inferre solent explicauerimus, symptomata, quae eorum accidunt, iam explicanda sunt, & primum symptomatum actiones laesas, quod at met, cum propria epatis actio sit *αιματισις*, seu sanguificatio, de sanguificatione laesa a primo loco dicendum, & primum quidem in genere. Cum vero sanguificatio laesa proueniat ab imbecillitate epatis, & sanguificationem laesam sequatur cachexia & hydrops, ita ut in affectus sine sanguificatione laesa commodè explicari non possint, eos hoc loco coniungemus. Icti enim hydrops proprie sit tumor abdominis ab humore seroso in abdomine collecto, & abdomen in tumorem attollente, isque non solum epatis, sed & aliam partium vitio generari possit, ut suo loco dicitur: tamen quia is hydrops, qui à sanguificatione prouenit, & praecipue hydrops appellatur, sine sanguificationis laesa causis explicari non potest, commodissimè hoc loco explicatur. Si quae tamen sunt aliae etiam causae, à quibus abdomen intumescere potest, de iis suo loco dicitur. Appellat autem Galenus, *S. de crasp. med. sec. loc. cap. 6.* epatis imbecillitatem *αδυναμιαν*, ex recentiorum tamen Medicorum sententia, cum veteribus *δυσαναια* dicerentur, qui epatis inflammatione laborant, sicut qui pleurae & pulmonis inflammatione, Pleuritici & Peripneumonici. In *S. de loc. affect. cap. 7.* *αδυναμιαν* epatis vocat, quae per se & sine phlegmone existit, & *αιματισις* affectus vel vitium est. Et quamquam actiones hepatis laesa ab aliis quoque intemperiebus prouenire possint: tamen imprimis à frigida *αδυναμιαν* dicta ortum habet, cuius ratione vel attractio epatis laesafiat, vel alteratio, quae *αιματισις* appellatur. Quod tamen dictum est, imbecillitatem & *αδυναμιαν* epatis ab intemperie eius frigida prouenire, recte explicandum est. Per intemperiem enim epatis frigidam hic non quaeunque frigida dispositio, sed calidi natui defectus intelligendus est, siue à calore aut euacuatione

Actio huius natui defectus proxima imbecillitatis epatis causa est, & proinde imbecillitas epatis ab intemperie eiusdem differt. Imbecillitas enim, ut dictum, proprie prouenit à defectu calidi innati, ob quem sanguificationis munus vel aboletur vel imminuitur. Intemperies verò excessum qualitatum significat, quibus praeter naturam auctus & excedentibus non quidem sanguificatio tollitur aut imminuitur, sed sanguis non bonus, verum diuersa qualitate, quae excedit, respondens, generatur. calidus nimium, frigidus, humidus aut siccus. Sanguificationis autem laesa in genere plures causae esse possunt. Læditur enim sanguificatio vel primario vel secundo. Primario læditur vel laesa facultate vel ob errorem externum. Facultas læditur ab morbo intemperici, & quidem ab omnibus intemperiebus sanguificatio lædi potest, neque solum à frigore, sed etiam à calore. Nam si adsit calida & siccata intemperies, aduritur quasi chylus & generatur sanguis calidus, siccus, biliosus. De intemperiebus verò epatis supra dictum. Erroris verò externi vel obiecti vitio læditur sanguificatio, primum, cum chylus in ventriculo non rectè elaboratur. Nam error, qui in prima coctione, quae fit in ventriculo, committitur, non corrigitur in secunda, quae in epate peragitur. Deinde licet bonus chylus in ventriculo generetur; si tamen vitiosum aliquid ei permiscetur, chylus hoc modo inquinatus bonam sanguini materiam praebere non potest, id quod saepe accidit, dum in viis, per quas chylus transire debet vitiosi humores stabulantur. Secundo verò læditur sanguificatio, si attractio, retentio vel expulsio læditur; Attractio læditur ob morbos epatis, & venarum melancolicarum obstructiones. Retentio læditur imprimis ab intemperie epatis humida; Item ob vasorum erosionem. Expulsio læditur praesertim ob epatis frigiditatem & gibbae epatis partis obstructionem. Causas a item haec intemperierum supra proposuimus.

Signa Diagnostica.

Malè affecti & imbecillis epatis indicia genera. Signa

tiam

habitum quod attinet, quæ via quasi est ad hydro-
pem seu eius initium, vt Paulus Ægineta, *lib. 3. cap. 47.* scribit, Est ea musculosæ carnis & cutis in
nutritione vitium, quando partes hæc à naturali tem-
peramento deficiunt, tertiam coctionem malè per-
ficiunt, alimentumque omne aquosum & corruptum
est, vnde corporis naturalis color mutatur,
qui ex albo pallefcit, seu virefcit, & liuidus ac
plumbeus euadit, ipsùmque corpus molle, laxum
& subtumidum redditur, & præcipuè palpebræ ocu-
lorum & facies inflatur, ac pedes intumescunt.
Aetio, *tetrab. 3. ferm. 2. & 9. sibi*, cum corporis ha-
bitus in aquositate diffunditur, & vniuersi corpo-
ris moles laxior fit & mollior. Celsus, *lib. 3. cap. 23.*
intertabis species recenset, quod in hoc affectu
vitiosus & improbus sanguis ab epate refrigerato
gignitur, qui sanguis corpus vtiliter nutrire nequit.
Pars affecta est totus corporis habitus, quo nomi-
ne partes imprimis intelliguntur, quæ primò oculis
incurrunt, vt cutis & musculi, etiam & internæ non
planè excludantur. Affectus ipse est, cum intempe-
ries corporis frigida & humida, tum symptoma in
qualitate mutata ob coloris vitium, & molem cor-
poris mollem ac nonnihil tumentem, à quibus
equidem actiones corporis aliæ fere non læduntur
in initio in morbi tamen progressu actiones pluri-
mæ offenduntur, acciditque nausea, cibi fastidium,
& anhelitus fit difficilis.

Causa.

Causa.

Causa huius mali est corruptus & vitiosus san-
guis, pituitosus, plerumque crudus & serosus, cui
nonnunquam aliquid bilis aut humoris melancio-
lici permixtum est, vnde diuersi colores præter na-
turam, luidi, aut cum vitore albicantes, aut simpli-
citer albi vel pallidi, fatidi, oriuntur. Sanguis enim
ille quanquam apponi & quadanteus partibus ag-
glutinari potest: tamen ob nimiam cruditatem is
perfectè non assimilatur, & præterea nutritio par-
tium non fit pura & legitima, sed malum si diutius
protrahatur, in hydropem anasarcam terminatur.
Procreatur ille sanguis maximè ex parte vitio epa-
tis aut lienis, nonnunquam & ventriculi, aut etiam
cerebri, vt nonnullis videtur. **D**um enim epas
aut imbecillitate laborat ex intemperie frigida &
humida, aut obstructione continua, aut scirrho,
aut impuritate ex humoris corrupti affusione, quo
epatis substantia facillè labefactatur, vitiosum &
impurum sanguinem gigni necesse est, qui pro dis-
sipata vtili corporis substantia inutiliter reponitur.
Idem & frigidum & humidum, quæ præditus est,
intemperie toti corpori imprimit, vnde eius nutri-
tionem vitari necesse est. Ad huius vitiosi sangui-
nis in epate generationem facit ventriculus, si im-
becillis sit, aut prauis alimentis & humoribus re-
fertus. Dum enim vitiosa his de causis prima co-
ctio non corrigitur, in secunda etiam praua in toto
corpore fit nutritio. Cerebri etiam vitio idem acci-
dere statuitur, quando materia frigida pituitosa ex-
tra cranium inter cutem & musculos descendens in
subcutaneis partibus collecta tumorem mollem
producit, vel è venis capitis & cerebri in totius am-
bitum defluit. Verùm etiam tales catarrhi à cerebro
defluentes variorum dolorum in ambitu corporis
causa esse, & particulares in partibus externis tu-
mores excitare possunt: tamen quod totum corpo-
ris habitum occupare possint, non est credibile.
Ergo potius ex visceribus nutritioni dicatis malum
ortum trahit. Obseruatione tamen dignum est, ca-
chexiam etiam originem habuisse ex renum vlcere
in calculosis, quando purulenta materia propter
veterum obstructionem in renes regurgitans &
sanguinem inficiens totum habitum corporis inqui-

A nauit. Hinc ad cachexiam inducendam faciunt om-
nia, quæcunque epas imprimis, & habitum cor-
poris refrigerare & humectare possunt, & in causa
sunt, vt pro sanguine probò frigidus, impurus, &
multis excrementis, præcipuè sero, abundans gene-
retur, siue ex causâ sint internæ, siue externæ. Per-
tinent huc morbi diuturni, & imprimis qui epas &
lienem lædunt vt febres diuturnæ, epatis & lienis
obstructiones pertinaces, tumores duri, scirrhosi,
suppressæ euacuationes mensium & hæmorrhoides,
nares, vel alterius materiæ, vt in diarrhæa, dysen-
teria, ac colica affectione; longa euacuatio, vnde
caloris nativi magna fit in corpore dissipatio: car-
ceres & loca subterranea, si quis diu in eis viuere
cogatur. Corripiuntur maximè hoc malo senes, ob
B imbecillitatem caloris nativi, & mulieres ob reten-
tionem mensium, sicut & pueri, ob facultatis vita-
lis imbecillitatem & ingluuiem ac voracitatem, qua
de causa facillè in obstructiones epatis & lienis inci-
dant. Qui verò in vigore sunt ætatis, minimè in ca-
chexiam incidunt, nisi magna sit causâ vehemen-
tia, vel lue venerea afficiantur, quæ & ipsa inter
causas cachexiæ numerari potest.

Lues ven-
rea cache-
xia induc-

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hoc malum ex calore naturali cor-
poris, vt antea diximus, mutato in album, palle-
centem, liuidum, & plumbeum, & corporis habitu
subtumido & molli, qui tumor & inflatio quasi præ-
cipuè circa oculos in facie & genis ac pedibus &
manibus conspicitur. Humores enim aquosi & se-
rosi illi grauitate sua ad pedes descendunt, pedesque
ac manus à caloris fonte remotiores sunt, facies ve-
rò & genæ, ac imprimis palpebræ & circa oculos
partes laxiores sunt, & humores serosos facilius re-
cipiunt. Scrotum etiam interdum atque inguina in-
tumescere incipiunt, & tum hydrops in principio
est. **E**ger ad omnes cum corporis tum animi motus
lentus ac tardus est, minus quoque expedite respi-
rat. Et in principio quidem coctiones cibi impe-
diuntur, manente tamen appetitu, postea vero in-
pugnè accedit, teste Aetio, corpusque ita imbecillum
redditur, vt crura inter eundem vacillent. Quod
ad signa causarum, si vitio epatis, lienis aut ven-
triculi hoc malum accidat, præcesserunt causæ, à
quibus partes illæ labefactatæ fuerunt, sin minus à
prauitate alimentorum habent, ob vitium rationem
prauam, quæ & ipsum ventriculum, epas & viscera
corrupte solet.

Prognostica.

1. Cachexia malum non contemnendum est, Prognost
cum si diutius duret, teste Aetio, *tetrab. 3. ferm. 2. ca. cap. 29.*
imo ipsa experientia teste, in hydropem, qui anasarca dicitur,
degeneret, idèoque cura maturanda. 2. Curationem tamen
admittit, nisi sit à pulmonis hydrope, aut morbo aliquo acuto,
aut à præstantioris alicuius visceris apostemate, aut scirrho
confirmato, aut alio morbo incurabili.

Indicationes.

Materia vitiosa euacuanda est Causa, quæ hu-
morem illum vitiosum & serosum generat, tollen-
da, idèoque epas aut viscum aliud materiam gene-
rans & suppeditans ab intemperie frigida & humi-
da vindicetur, roboreturque. Si à tumore duro vis-
ceris alicuius fiat, is curetur. Si ex suppressione ali-
cuius euacuationis, illa prouocetur. Si ex nimia
euacuatione, calidum nativum conseruetur, &
quod dissipatum est, instauretur. Habitus verò
corporis curatur calefaciendo & exiccando, ne ma-
teria intrò conuersa, viscera & partes nobiliores
lædat. Causæ externæ & imprimis habitatio in lo-
cis frigidis & humidis, aut subterraneis, tollantur &
mutentur.

Indicatio-
nes.

Curatio.

Curatio. Ideoque si epas refrigeratum sit, ex caloris nativi
 dissipatione, plebotomia non opus est, cum corpus
 magis refrigeret. Si verò ex caloris nativi suffoca-
 tione, ob suppetillam aliquam sanguinis euacuatio-
 nem, mensium, seu hæmorrhoidum, sanguis mitten-
 dus, ut docet Auicennas, 3. *Can. sen. 14. tr. 4. c. 10.*
 & Paulus Aegineta, *lib. 3. c. 47.* sed parè & per vi-
 ces ad retum vel quartum diem. Nonnulli quidem
 in brachis potius venas aperiendas censent, quod,
 ubi adhuc alicuius plethoræ notæ adsunt, ut non
 planè improbamus: ita eidem indicationi & scopo
 per venatum in cruribus sectionem satisfieri posse
 putamus, cum subitâ & confertim factâ sanguinis
 euacuatione hic opus non sit, & venæ hæ apertæ
 eandem etiam præstare possint, & sanguini suppres-
 so conuictum motum iterum concilient. Medica-
 menta verò hîc conueniunt, quæ supra de inemprie
 epatis frigida & humidâ proposita sunt, & deinceps
 de hydropo a rasarsa tradentur, cum quibus affecti-
 bus cachexia cognationem habet. Præsertim hu-
 mores, qui in corpore redundant prius, euacuandi
 sunt, postquam, si opus est, fuerint præparati. Ve-
 rum non usurpanda fortia purgantia, ne imbecillæ
 corporis vires amplius prosterantur, & calidum na-
 tum deilitetur, sed lenia adhiberi debent & per
 vias naturales expurgari. Et quia imprimis serosi
 humores hic redundant, euacuari illi & educi de-
 bent clysteralium, quàm per viam ac sudorem,
 iis medicamentis, quæ potest de hydropo proponen-
 tur. Vomitus etiam sæpè ad antecedentis causæ lu-
 bationem multum potest. Corpore euacuato ad
 ventriculum & epas roborandum & humores ab-
 stergendos vtilissimum est absinthium, quocun-
 que modo sumptum. Vtiles sunt & hæ pilulæ, quæ simul
 laxant: *℞. Spec. dialacæ vel diacureum. ʒ. iij. Rhabarb. elect. meschaachan. an. ʒ. j. spec. diarrhod. abbat. galang. an. ʒ. i. Cum s. q. syrupi de absinth. F. Pilulæ ʒ. i. xxx. de quibus quarto quoque die 24. sumantur mane ieiuno stomacho. Vel ℞. Spec. dialacæ diacureuma. an. ʒ. i. B. diarrh. abb. ʒ. i. Cū extract. absinth. F. Pilulæ. Profunt quoque trochis-
 ci de absinthio, de rhabarb. de laccæ, addito pulu. rha-
 barb. & agaric. & pauillo spec. diarrhod. abbat. qui cum syrupo byzantino vel de eupatorio exhiben-
 tur; aut ex iis fiant pilulæ cum extract. vel succo ab-
 sinthij; De quibus singulis diebus mane quatuor vel
 quinque sumantur. Vtiles etiam sunt species dialac-
 cæ & diacureuma. Commendant nonnulli & hunc
 pulverem, cuius cochlear j. paulò ante cibum sumat-
 ur. *℞. Intestin. gallinar. cum interna ventriculi
 tunica à carne separatorum & vino albo ablatorum
 ʒ. iij. Combarantur in furno & vino albo & aq. ab-
 sinthij extinguantur. Deinde addatur cuilibet Vn-
 ciae cineris galangæ cinamom. an. ʒ. j. croci ʒ. i. ca-
 ryoph. ʒ. B. epatis lupi præpar. & in pulucrem reda-
 ti ʒ. vi. sacchar. rosar. tabular. ʒ. i. F. Puluis. Est
 & hic puluis satis efficax, & inde cachecticus dici-
 tur. *℞. Limatura chalybis q. s. Irroretur aq. absint.
 vel fraxini, in quibus eorundem sales dissoluti sint;
 Relinquatur tamdiu, donec rubiginem contrahat.
 ℞. Huius croci ʒ. iij. C. C. vlti præpar. ʒ. B. magi-
 sterij corall. perlar. an. ʒ. j. B. cinamom. ʒ. B. cry-
 stall. tartari ʒ. j. sacchar. q. s. ad dulcedinē. F. Pul-
 uis, cuius dosis ʒ. j. Laudatur & hic minus operosus
 puluis. *℞. Chalyb. præpar. part. j. cassie lign. part.
 ij. sacchar. alb. part. iij. F. Pulv. cuius Scrup. j. bis
 quotidie detur. Efficax est & hoc vinum chalybea-
 tum, præcipuè in pertinaci viscerum obstructione &
 mensium suppressione, vnde cachexia ortum habet.
 ℞. Limatur. chalyb ʒ. iij. B. veri albi lb. iij. In-
 fundantur ad dies 8. in vitreo vase bene clauso ad
 Opertum Sennerti. Tom. III.****

A solem vel locum calidum, quotidie aliquoties agi-
 tando. *Huius vini dentur ʒ. vj. vel ʒ. viij. 4. horis
 ante prandium, sumptoque cō æger ambulet horas
 duas, si vires ferant, gressu concitatore. Detur 15.
 vel 20. diebus. Cum exhibetur, necesse est vas non-
 nihil agitare, ut substantia ipsius chalybis vino per-
 misceatur. Quoties cyathus vnus effunditur, toties
 tantundem vini affundatur, donec medietas chaly-
 bis absorpta videatur. Post nihil amplius addatur.
 Si vitium sit in partibus nutritioni interueniendis,
 cauteria, præseruationis ab hydropo grauiâ in cruri-
 bus vtiliter affigantur, priusquam insigniter ea in-
 tumescant. Si autem à suppressa aliqua conuicta
 euacuatione cachexia ortum habeat, ea omni modo
 promouenda, simulque medicamento cachexia in-
 teruentia vlturpanda. Itaque hic valde vtilis sunt
 pilulæ primo loco propositæ. Quando cachexia ab
 inmodica aliqua euacuatione contingit, corpus re-
 frigidum bono alimento, partes refrigeratæ calef-
 ciendæ, & habitus corporis paulatim exsiccandus,
 epasque imprimis roborandum. Si à loca venerea
 originem trahat, ei morbo primò occurrendum.*

Dietæ.

Aër eligatur ad calidum & siccum vergens, vite-
 ter humidus, palustris. Cibus, quantum vires ferunt,
 tenuis sit, (cùm abstinentia hic multum proffit) ac
 exiccandi si prædicitur, boni succi, facili concocionis,
 qui conditur *cinam. caryophyll. seroco & similibus.*
 Minus lautè viucentes homines porro, alii, sinapi, &
 omnibus, quæ attenuandi vim habent, vtantur. Ab
 omnibus verò frigidis, crassis, lenis, & qui sunt
 difficilis concoctionis, æger abstinere, imprimis
 verò ea vitet, quæ multum aquosi humoris conti-
 nent, ac propterea aquosum & serosum sanguinem
 gignunt. Galenus, *1. de aliment. facult. cap. 18.*
 scribit, quibus aqua in carnibus cachexia est, iis
 lenis cibo vtiliter præbetur. Temperata enim est
 in caliditate & frigiditate, insigniter autem adstrin-
 git, & in secundo ordine exiccat. Cæterum aridis
 & squallentibus, eodem Galeno teste, admodum
 damnosè exhibetur. Vinum sit album, terue, odo-
 ratum, aquæ verò potus placè vitandus. Alius sit
 aperta. Corpus temperatè & moderatè exicceat-
 ur. Mæror animi vitetur. Somnus non sit nimium
 longus, nec diuturnus; Vetus damnatur. Frictio-
 nes siccæ fiant cum linteis crudis. Paulus vsum
 aquatum aluminosarum magisque nitrosarum &
 sulphurearum laudat.

CAPVT III.

De hydropo à sanguificatione lesa, in genere,
 & de ascite.

Affectus, qui Græcis *ὑδρῶς* & *ὑδρῶσις* nominatur, Hydrops.
 & inde Celso, *lib. 3. c. 22.* morbus hydropi-
 cus, Latinis aqua intercus, & aqua inter cutem,
 Germanis, *die Wasser sucht*, ab aqua nomen accep-
 tit, & in genere aquosi & serosi humoris abundan-
 tiam & collectionem significat, ob quam corpus
 vel pars eius præter naturam intumescit. Nomen
 autem hoc usurpatur vel *ὑδρῶσις*, nomine par-
 tis addito, ut hydrops capitis, qui vulgo hydroce-
 phalus nominatur, de quo *lib. 1. part. cap. 28.*
 actum, hydrops pulmonis & pectoris, de quo *lib.*
2. distum, gutturis, cuius item lib. 2. mentio
facta; Vteri, de quo Hippocrates, 4. de morb. &
lib. 1. c. 7. vltim. Aëtius, lib. vltim. cap. 97. Auicennas,
24. terr. tr. 4. cap. 25. Fernelius, lib. 6. de
part. morb. & sympt. c. 15. Guilielmus Fabricius,
cens. 2. obseru. 563. brachij de quo D. Horstius, lib.

7. de hist. mirab. Manus, cuius exempla in duobus iuuenibus vidi: Vel absolute & simpliciter, totius corporis, aut certe abdominis tumorem ab humore aquoso significat. Verum de particularibus istis aqua intra partem collectionibus suis locis diximus & dicemus; hoc loco de eo saltem hydrope agemus, cum vel totum abdomen, vel vniuersum corpus à materia serosa & aquosa intumescit. Hydrops autem hoc modo sumptus dupliciter consideratur, vel vt tumor abdominis aut totius corporis, & morbus in mala compositione & magnitudine aucta, vel vt symptoma, quod læsam significationem sequitur, qua ratione etiam hoc loco præcipue de hydrope agemus. Cum verò & alij sint abdominis tumores, quibus etiam nomen hydrops tribui solet, de ijs intra hoc loco dicemus. Est autem hydrops huius differentia

Hydrops dupliciter consideratur.

Hydrops differentia.

quædam. Hippocrates 4. de rat. viñt. in acut. r. 3. duas hydrops species recenset, vnã, quam *ὑδροπικὴν*, alteram quam *μυῖμιονματῆν* nominat. Verum Galenus hanc distinctionem, vt in sufficientem, ibi reprobans, triplicem hydropem statuit, vnum *ἀσцитῆν*, in quo totus venter inferior liquore aquoso & seroso impletur, vt instar *ἀσπιδὸς* seu vtris pleni turgat, alterum *τρυπανίτιον* dictum, in quo locus ille flatu crasso imprimis turgidus redditur, manūque percussus tympani sonum edit, qui Hippocrati, *ἔνι τρυπανίτι*: tertium *ἀνασφύξιον*, *ἔνι τρυπανίτι* aut *ὑδροπικῆν*, in quo vniuersa corporis mole per carnem & sub carne humore albo & pituitolo tumida apparet. Areæus quidem, lib. 2. de causis. morb. diut. cap. 1. inter *ἀνασφύξιον* & *ὑδροπικῆν* distinguit, quod hic ex alba pituita, crassa, & frigida, in epate genita, ille ex carniū in humorem sanguineum, aquosum, & tenuem resolutione oriatur. Verum ab alijs hi affectus non discernuntur, neque etiam necessaria aliqua, cur id fieri debeat, causa suppetit. Ferè autem hæc materia miscetur, vt rarò sit aqua sine flatu, & flatus sine aqua in abdomine, atque istà de causa forsitan Hippocrates vel autor lib. 4. de rat. viñt. in acut. sub tympanite ascitem complexus est. Ex eo tamen, quod abundat, appellatio sumitur, & cum parum flatuum est, ascites appellatur; cum v. copiosus flatus cum aqua exigua, tympanites. Pleiūque tamen aqua abundat. Ideòque si accuratè rem æstimare velimus, rectè scripsit Leonhardus Iacchius, in 9. Rhasis cap. 22. præcipue hydropem dici ascitem, ceteras v. species per huius similitudinem. Et proinde cum si quis absolute hydropticus appellatur, ascite laborare intelligatur, cum ascites præcipua sit hydrops species, & dum scriptores absolute hydropem nominant, hunc ferè intelligant, de eo primo loco dicemus, & quæ in genere de hydrope dici possunt, in illius tractatione proponemus, postea verò etiam differentias reliquas addemus.

Ascites præcipue est hydrops species.

Hydrops ascitæ natura.

Materia ascitæ vbi colligatur.

De hydrops ascitæ natura & causis.
Est autem ascites tumor abdominis, cui & femorum ac pedum, nonnunquam & seroti tumor accedit, ab humore aquoso & seroso in abdominis capacitate collecto ortum habens. Subiectum huius tumoris est abdomen præcipue, qua ratione ab aliarum partium, quibus hydropes particulares accidere possunt, tumoribus, eiusmodi tumor differt. Et quidem materia ascitæ colligitur in illo spatio, quod est inter peritonæum, omentum & intestina, seu, vt breuiter dicam, in abdominis cavitare, & quidem tanta copia, vt non solum abdomen valde extendat, sed & diaphragma comprimat, imò in thoracis cavitatem transluet, vnde difficultas spirandi, ac assidua tussicula existit, pars etiam aliqua ad crura & pedes descendit, pars serotum oc-

cupat, vnde & hæc partes intumescunt. Proxima tumoris huius causa est humor, maximam quidem partem aquosus, & hinc sua natura frigidus, qui tamen multas partes salvas continet, vnde calorem quoque participat quem etiam contrahit è viscerum vicinia, imo temporis diturnitate putrescit, quod febris insequens & sitis, à vaporibus falsis ac putridis os ventriculi petentibus excitata, ostendit. Accidit tamen, quod hinc non præterendum, vt interdum aqua non in cavitare abdominis, sed vesicis quibusdam, partibus ventris inferioris intus adnatis, includatur. Cuius rei historiam recenset Mauritius Cordæus comm. 5. in lib. 3. de mulier. vbi scribit, Anno 1567. 8. Martij mulierem quandam hydropticam Lutetia mortuam esse, in cuius euiscerato cadauere nulla capacitas, id est, nihil cauum deprehensum fuit, in quo non vesica pendeat loco in exactè æqualis & conformis, qui suo ambitu ipsam contineret. Locos autem cauos dicit fuisse, non vesicam tantum, renes, vterum, sed & ventriculum, intestina, cor, pericardium, & id genus reliqua, è quibus, prout tamen intus, quam foris cuique locus obrigisset, cytes pendulæ conspiciantur aqua citrina oppletæ, & sine omni fæore, etiam post 20. diem. Nec partes supernas exceptas fuisse ad iugulum vsque, sicut neque epar, neque lienem. Et si quis vniuersas in numerum redegit, 800. numero superasse scribit. Harum porro fabrica fuit huiusmodi, vt binæ cas membranæ conficerent, vna candidians interior, altera fuit tunica ventriculi similior, tenuior aliquantum, sed ei concolor. Non absimilem historiam recenset Schenkius, lib. 3. obseru. excommunicatione D. I. Eichholtz. Anno 1581. femina quædam plebeia annorum circiter 40. pro hydroptica habitua mortua est. Eius cadauer cum aperiretur, aqua nulla in cavitare abdominis reperia est, vt nec flatus vllus, sed intestina vnà cum reliquis visceribus angusto spatio contenta apparuerunt. Ipsum verò abdomen à cute ad peritonæum quasi alba pinguedo duntaxat contextum videbatur, nulla musculorum carnea substantia interposita, sed vesiculis crebris maioribus minoribusque aqua limpida refertis inuicem coherentibus. Cætera à naturali constitutione haud multum variantur. Omētum tamen perexiguū vix intestina contegebat. Epar albicans forissecus magnitudine & mollitie sua competendi erat. Quæ proculdubio acciderunt, serosio humore cum sanguine ad capillares venas, quæ visceribus & partibus ventris inferioris inferuntur, delato, ibique exitum quærente, quem cum ob densitatem membranarum non inueniret, vesiculæ hæc fuerunt excitatæ. Sed hæc rariora sunt, cum verò frequentissimè aqua in abdominis cavitare conuectatur, de causis, loco & modo, quo generatur, & viis, quibus in abdominis cavitatem penetrat, dicendum. Locus vbi generatur, est officina sanguificationis, aut, vt clarius dicam, locus inter ventriculum & renes, per quos aliàs naturaliter serum euacuari solet. Ibi enim vitiosus sanguis generatur, & serosus humor colligitur, vbi bonus generatur, & serum nondum à sanguine separatum est. Officina autem primæ sanguificationis est epar, & proinde plerique in epate primò aquam illam hydropticorum generari statuunt. Et omnino hoc credo esse verum de hydrope anasarca. In ea enim hydrops specie sanguis frigidior & aquosior generatur, & per omnes venæ cauæ ramos distributus, facit, vt tertia coctione frustrata corpus totum tumidum & aqua quasi suffusum reddatur. De hydrope verò ascite, vt & tympanite, aliter sentiendum puto. Et si n. & in his hydrops speciebus epar tandem

Causa.

Cadauer hydropticum vesicis intus oppletum.

C.

D.

Aqua dropic vbi generatur.

E.

Ania te?

afficiatur: tamen non tam ipsius humorem sero-
 sum generat, quam a vicinis partibus accipit, & à
 circumfuso humore læditur: Quis potius plurimum
 ad hydropem contrahendum Lienem facere puto
 qui suo modo etiam sanguinem generat, ut & ve-
 nas mesaraicas, quæ chylum ad Lienem & epar de-
 uelant, & sanguinis coctioni suo modo inserviunt:
 Et in hydropicis post mortem epar saluum reperiri
 fuisse, Medicorum observationes docent, sicut ex
 iisdem constat, lienem male affectum & scirrho
 laborantem hydropi originem dedisse. Docet id
 expressè Hippocrates lib. 1. & 4. de morb. mulier.
 Imò mesaraicas etiam non rectè suum officium fa-
 cientes hydropi causam dare, multa docent, atque
 inde fit, ut post quartanas & alias febres diurnas
 interdum hydrops sequatur. Atque inde procul du-
 bio factum, quod Hippocrates, 2. prorrh. hy-
 dropem diuisit in eam, qui est ab epare, & qui ab
 Ilibus seu inanibus locis: Incipit, inquit, pleum-
 que hydrops, ab inaniparte seu Ilibus, vel ab epa-
 te: Per hæc intelligit illas partes, quæ extremis
 costis thoracis subiacent, & tamen ab epare diffe-
 runt. Et proculdubio per hydropem ab epare intel-
 lexit Anasarcam; per hydropem ab Ilibus Ascitem
 & tympanitem. Verum ea de re uisita plura, quæst.
 1. dicentur, & patebunt etiam ex his, quæ iam de
 causis collectionis humoris serosi tradentur. Iam
 enim porro querendum, ob quam causam hæc in
 locis humoris serosi colligatur: Nos hoc loco eam,
 quam maxime probabilem putamus, sententiam
 proponemus, plura postea, quæstione 2. addemus.
 Primum autem hoc certum est, si serum per renes
 euacuatur, hydrops non generatur. Nam videmus
 multos, qui magnam aquæ, cereuisiæ vel vini co-
 piam ingurgitant, & sæpe vno die plus exhauriunt,
 quam aliquot diebus ab hydropicis bibitur, & ta-
 men nihil malè pati, dummodò aqua per urinam, ut
 fieri solet, vel etiam per aluum liquidior emernat-
 tur. Contra videmus hydropicos omnes urinas red-
 dere paucas, & si paulò liberalius bibant, maxime
 offenduntur. Quod autem ad renes in hydropicis
 urina non peruenit, causa non est sola angustia ve-
 narum ab epare ad renes, quæ E. asirati opinio fuit
 quam Galenus, 5. de loc. affect. cap. 7. non immeritò
 reiecit. Nam si sanguis, qui crassior est, quam serum,
 epar transit, & in venam cæuam ac proinde in totum
 corpus ad eius nutritionem distribuitur, certe se-
 rum, quod tenuius est, vna etiam penetrare possit.
 Neque etiam, quæ vulgata opinio est, ad sanguifi-
 cationem læsam, ob quam pro bono sanguine in
 epare aquosus generetur, in Ascite & Tympanite
 recurrere licet. Neque enim semper epar afficitur,
 ut dictum antea, & postea, quæst. 1. dicitur, sed
 sæpe in hydropicis saluum reperitur, etsi morbi
 progressu ab aqua circumfusa lædi possit. Etsi epar
 sanguinem aquosum generaret, non tantum abdo-
 men & partes ventris inferioris intumescerent, sed
 sanguis ille aquosus in vniuersum corpus distri-
 bueretur, id quod in Anasarca fieri concedimus.
 Quia ergo neque ex sanguificatione læsa neque ex
 viarum, quæ ab epare ad renes sunt, angustia col-
 lectionis humoris causam petere licet, & nihilomi-
 nus hydropici parum mingunt, & id quod ad renes
 transire debebat, in abdomine subsistit, causa inter
 ventriculum, epar ac lienem querenda videntur, &
 res ipsa sæpe docuit, aqua hoc in loco subsistit, ubi
 audius pota fuit, hydropem excitatum fuisse. Ita
 refert Carolus Pifo, adolescentem, cum in tertiana
 interperantibus bibisset aquam, sub eius declinatio-
 nem in Ascitem incidisse, sed illum vnus tabulæ
 Diacartami vsu, aqua in abdomine resistente per
 aluum confertim reddita; breui sanitati restitutum

fuisse. Memini ipse quoque puellam, cum in febrili
 tertiana vehementer sitiret, integram mensuram
 cereuisiæ secundariæ vno haustu ebibisse, & inde in-
 hydropem incidisse, quæ tamen gummi guttae &
 aliorum serosis humores euacuantium vsu aqua
 singulis diebus per aluum educta, sanata fuit, nullo
 in epare vitio remanente, quæ nunc etiam aliquot
 liberorum mater bene valet. Et sæpe mellotz & c.
 ij; qui in actu aquam & cereuisiam secundariam
 audius bibunt, in hydropem incidunt, aqua in ab-
 domine resistente. Itaque in tribus non eorum quæ
 aqua & serum per renes, quia ad renes non perueni-
 unt, sed in ventre & vasis mesaraicis subsistit. Sicut
 tem porro queramus, ubi & qua de causa subsistat,
 ea quæ de vsu lienis, in Institut. & supra par.
 4. cap. 1. dicta sunt, repetenda. Nimirum, ut Hip-
 pocrates, lib. 4. de morb. scribit; splenæ aquam ad se
 trahit ex ventriculo, & si plus traxerit, quam oportet,
 homo statim affligitur, & ut aperte, & clarissi-
 mè hanc rem explicat Aristoteles; lib. 3. de part.
 animal. sap. 7. Lien humiditates superfluas diuertit
 & attrahit è ventriculo, & concoquere eas potest
 ut qui sanguineus est. Quod si plus excrementi sit,
 parumque caloris habeat lien, corpus præ alimento
 immòdico languescit, & propter consilium hoc
 humoris sæpe accidit, ut lienolis ventres præditi ef-
 ficiantur. Etenim serum & aquosus humores omnes,
 ut locis allegatis dictum, non ad intestina & hinc per
 mesaraicas vsq; longè ad epar perueniunt; hinc quæ
 ad venas emulgentes, sed minor eorum pars; maxi-
 ma vero pars è ventriculo per vas breue à liene ac-
 trahitur, & hinc per arteriam splenicam in cœlia-
 cam, mox à trunco aortæ arteriæ per emulgentes ar-
 terias ad renes deriuatur. Patet ad ex eo, quod quæ
 largius bibunt, aquosam quod est in potu, mox ure-
 rum emingunt, & qui acidulas vel aquas thermales
 sæpe ad 9. libras ebibunt, eas mox intra tres horas
 per urinam reddunt. Fieri tamen etiam potest, ut
 pars aliqua humoris serosi in ramo mesenterico &
 ad portas subsistat. Ideoque hic epar & lienem non
 planè excludimus. Nam si viscera hæc, præcipue in
 parte caua, & qua rami portæ ad eam pertingunt,
 obstruantur, vel scirrholosa reddantur, serum non ad-
 mittunt, quod subsistens ibi cumulat & in vasa
 restagnat. Vnde scribit Carolus Pifo: qui dissectio-
 ni demortuorum hydropicorum attendit, fatetur
 vltro, tumorem aliquem visceris alterutrius se-
 re vnam, certe frequentissimam Ascitæ causam esse.
 Adde præcipue in hydropo lethali: Sunt enim hi
 hydropes periculosissimi & ferè incurabiles, cum,
 ut scribit Hippocrates, 2. prorrh. cum, qui ab
 hydropo conualiturus est, εὐκαταχρηστέον esse oportet;
 quod sic, si epare & liene saluo, vniuersum saltem est
 in vasis mesaraicis. Atque ita quod per renes serum
 non euacuatur in Ascite, causa est, quod in vasa
 splenicæ præcipue, ut & mesaraicæ, & forsitan etiam
 in arteriæ splenicæ ramis subsistit, ut & in radicibus
 earum venarum circa caua viscera, & ad gibba
 viscerum non penetrat, nec ad renes peruenire po-
 test. Quænam autem causa sit, quod his in lo-
 cis subsistit serum, porro inquirendum. Causa
 autem præcipua est, quod à visceribus, imprimis
 liene, qui, ut ex Aristotele dictum, humiditates
 superfluas à ventriculo attrahit, non omne attra-
 hitur. Non attrahit autem lien, vel quia facultas
 attractrix in eo labefactata est, vel quia obruitur
 nimia humoris attrahendi copia, vel quia plus attrahit
 quam iterum euacuare possit. Prima nimirum &
 ferè frequentissima hydropis causa est obstructio
 valorum ad lienem & epar è ventre inferiore ten-
 dentium à crassis & multis humoribus, vel etiam
 induratis, quòd in alterutrius visceris scirrho acci-

Cur serum in ventre subsistat?

Serum non omne ad epar & venas emulgentes decurrit.

Cur serum in Ascite per renes non euacuetur?

Hydropis causa.

Causa electio. i. humo- r. serosi in hydropo.

Hydrops à alore stu a- & ce- fix

dit. Quo modo sæpe febribus diuturnis succedit hydrops. Deinde læta attractrice facultate colligantur humores serosi in hisca locis, quia vel ipsa attractrix labefacta est, calore innato debilitato, siue per contraria alterantia, id est, insignem refrigerationem à potu aut medicamento frigido, siue humore primigenio, quod caloris naturæ fundamentum est, absumpto, siue spiritu à calore influente denegato; (Vnde hydropem inducunt aquæ frigida, & potus alterius refrigerantis nimius vsus. Dissipato calore & humido radicali absumpto inducunt hydropem febres ardentes & diuturnæ, potus nimius vini potentis, aut spiritus vini, & morbi alij, qui viscerum calorem debilitant & absumunt. Insignes verò sanguinis euacuationes hydropem inducunt, quod spiritus confertim exhauriunt) vel quia plus potus assumitur, quam trahi possit, id quod euenit, cum quis, præcipuè corpore prius calefacto, potum, & impiiis aquam, auidius ingurgitat, vnde accedit, vt aqua, cum tota attrahi à liene non possit, in vasis ad eum tendentibus subsistat. Quò tandem & ipsum calorem viscerum nimium referre possumus, ob quem ea, & præcipuè lien, plus, quam iterum euacuare & ad renes distribuere possant, attrahunt. Causarum harum mentionem facit Hippocrates *lib. 1. de morb. mulier.* vbi docet, si febris hominem detineat, siti que valida contempnit & biberit, Lienem aquam ad se trahere & intumescere. Deinde etiam sine febre id accedit, si *xyuia* seu incendium in ventre adfuerit, & in siti sibi homo non temperet. Et *lib. 4. de morb. in fine* scribit Hippocrates, si lien egrotans (procul dubio intemperie calida laborans) potum ex ventriculo ad se trahit, hydropem sequi, & in venis inferioris ventris aquam coaceruari. Quæ omnia sunt long. probabiliora, quam si statuamus, solum sanguificatione in epate læta tantum feri generari. Equidem in Anasarca libenter admitto, chylum in crudiorum, & pituitosum sanguinem mutari; at in aquam totum mutari non potest. Neque enim cibus solidior in aquam mutari potest; Neque serum, quod per vias naturaliter excernitur, & in hydropicis præter naturam detinetur, in epate vel Liene primum generatur, sed è ventriculo transmittitur & attrahitur, estque ille humor, qui bibitur & cibus admiscetur. Vnde etiam obseruatum, quosdam hydropicos omnimoda à potu abstinentia sanitati restitutos fuisse. Et experientia atque ipsa corporis nutritio, & sanguis, qui in venis etiam in hydropicis continetur, docet, chylum non in aquam, sed in sanguinem in ascite mutari, & in hydropicis etiam, quicquid alimentarij est in chylo, ab epate attrahi & in sanguinem mutari, serosum verò & aqueum in primis viis subsistere. Etsi enim viæ illæ, per quas serum ad lienem transit, non pateant: venæ tamen mesaricæ patere possunt, vt chylus ad epar transferatur. Temporis tamen progressu ab aqua circumfusa epar corrumpi, & sanguificationem lædi, facile concedo; quod etiam accedit, si epar scirrho detineatur. Vnde etiam tandem superiores corporis partes contabescunt. His ita positis, difficile est, vias quoque inuenire, per quas serum in abdominis cavitatem perueniat, de quibus tamen non leuis est apud autores controuersia, *vi qu. 3.* dicitur Breuiter enim statuimus, si serum copiosius in vasis, quæ inter ventriculum, lienem ac epar sunt, colligatur, id, vasis seu per *diaphragm. seu per arcos diaphragm.* seu per exsionem & erosionem apertis, in abdomen destillare, ibique colligi ac cumulari posse. Quæ viæ etsi in cadaueribus non pateant: tamen in viventibus satis patulæ sunt, naturæque iis, quoties libet, in *metu æni & in xpiis* humorum feliciter vitur,

Chylus in aquam mutari non potest.

A & ob eas corpus vniuersum *xyuia* est. Quæ autem viæ illæ sint, apud autores non satis planum est. Hippocrates, *7. ap. 55.* earum mentionem facit, dum scribit; Quibus epar aqua refertum in omentum eruperit, his venter aqua repletur, ac moriuntur. Quem aphorismum Galenus quidem ita explicat; Maxime, inquit, epar obnoxium generandis in ea tunica, quæ ipsum extrinsecus ambit, vesiculis aqua plenis, quas *isadidæ* appellant Græci: si quidem in iugularis animalibus apparet interdum talibus vesiculis refertum. Si quando igitur acciderit, vt tales *isadidæ* rumpantur, in eam peritonæ regionem aqua effunditur quæ est secundum *diaphragm.* Verum etsi negari non possit, tales vesiculas aquâ plenias in epate ac liene non raro inueniri, sero, quo abundant, membranam epar ambientem distendente: tamen nec in omnibus hydropicis tales vesicæ apparent, & in quibus sunt, raro rumpuntur, neque tanta aquæ copia, qualis in hydropicis colligitur, per eas exstillare potest. Neque etiam verbis Hippocratis consentanea est Galeni explicatio, cum Hippocrates non ex epate in abdominis cavitatem, sed in omentum aquam erumpere scribit. Res verò per se plana est, & ipse Hippocrates, *1. de morb. mul. loco saepe allegato*, lucens huic rei affert, dum scribit: Lienem si ab aqua intumescit, distribuere eam per venas corpori, & maxime in omentum, & loca circa ventrem & crura. Etenim si epar aqua repletum fuerit, illa in omnes venæ portæ ramos, quorum inter se continuata est communicatio & confluxus, mutuus, redundat, atque ita facile in epiploï seu omenti venas per eum ramum, qui gastro epiploicis à recentioribus appellatur, fluere potest, vel etiam à liene attrahi, & in omentum per vtrumque ramum epiploicum erumpere. Atque ita viæ per quas aquæ hydropicorum in venæ portæ ramis & visceribus vicinis collectæ in abdominis cavitatem perueniunt, sunt rami epiploici & gastro-epiploici. Hi enim si tantopere humore aquoso & seroso replentur, vt illorum extrema præ copia dehiscant, vel quocunque modo aperiantur, ex apertis & dehiscantibus venarum omenti osticiis guttatim aqua destillat in abdominis cavitatem, atque ibi collecta ventrem in tumorem attollit, & hydropem ascitem generat. Alij adhuc alias vias addunt. Fernelius equidem, *lib. 6. de part. morb. & sympr. cap. 4.* serum in abdomen effundi statuit, parenchymatis horum viscerum continuitate solutâ & hilla, exesâ, apertâ, ruptâ ac dehiscente eorum substantiâ. Adrianus Spigelius, *lib. 8. de corp. hum. fabrica.* viam antiquis & recentioribus adhuc ignotam addit, lobum scilicet exiguum in caua epatis parte iuxta portas vocatas situm, qui in ipsam omenti cavitatem totus recondatur, & longè tenuiore membrana, quam reliquum epar, tegatur, vt credibile sit, à leui iniuria eum facile pertundi, imprimis cum ipsa substantia mollissima sit, & hoc lobo complures venæ cauæ propagines & ipse venæ portæ truncus situs sit, in quibus maior serosi humoris copia, quam in aliis epatis partibus coaceruari potest. Platerus aliter quoque epate malè affecto hydropem excitatum fuisse obseruauit in puella quadam, nimirum tumore fungoso epati annato, è quo humor serosus emanare potuit. Insuper epate ac liene vlcerato adeo, vt ad eius superficiem vlcera post inflammationes suppuratas vel tumores in abscessus desinentes aperta, relictaque ibi diu, sæpe purulentas deiectiones mouentia, tandem hydropem effecisse scribit. Refer quoque hæc læsiones externas, & præsertim contusiones, & duos ab equo in dextrum latus lapsos præcedentibus aliquandiu epatis & lienis symptomatibus quibus-

dam, tandem hydropse correptos ac extinctos fuisse, scribit; idemque à vulnere vlcus relictum & corruptiones ac putredines horum viscerum efficere posse existimat. Et omnino à vasorum, viscera in ventre interiore, mesenterium scilicet, renes, vterum perrepticum, soluta continuitate, usque seu per *διαίδρωσι*, seu per *ἀνασφύρασι*, seu per *διάρρησι* apertis, serum in abdominis cavitatem fundentibus, hydropem generari posse, supra dictum, & infra, *quæst.* 3. dicitur. Verum frequentissima causa proculdubio est primo loco posita. Nam si serum in ventris portæ propaginibus per mesenterium & omentum ipsarum copiosius eumuletur, & nisi ad intestina defluat, & alui fluxum excitet, ex his venis in abdominis cavitatem destillat. Cum enim vasa ista, quæ in omentum & vicina loca excurrunt, raræ texturæ sint, ac peritonæo tantum vestiantur, facile hinc per eorum orificia in ventrem aqua exsudat & extillat. Habet enim omentum se peræ instar, quæ portæ caudicem excipit, & in homine pro corporis proportione maximum est, ac venas innumeras è vena portæ accipit, vt & arterias ex ramo cæliaco & mesenterico. Cumulatur autem ibi, vt supra dictum, si transitus illi è venis splenicis & melaicis ad lienem impediatur. Quod fit præcipuè ob attractionem viscerum læsam, frustratam vel impeditam, ob quam serum, quod partim chylom permixtum, partim ab eo separatam continuè à potu has vias pertransit, ad se, vt par est & naturaliter fieri debet ac solet, non allicit, vnde ad renes peruenire non potest. Quod præterea etiam accidit ab obstructione, quæ vel est in ipsis vasis, vel etiam in viscerum substantia, quod in scirrho epatis & lienis præcipuè euenit. Vt ergo ista, quæ hæcenus prolixius de causis hydropis ascitæ diximus, in pauca contrahamus & causas etiam mediatas & remotas addamus, vbi serum copiosum in ramis ventris portæ subsistit, in omentum transit, per venas per id dispersas, quarum orificia apertis in cavitatem abdominis destillat. Colligitur autem ibi, quia vel à lienem non attrahitur, vel quia via non patet. Hinc causæ mediatæ, & remotæ hydropis sunt, quæcunque vel attractionem seri in visceribus lædunt, aut calidum innatum extinguendo, aut suffocando, aut dissipando, vel obstructionem in vasis & vis illis, per quas transire serum debet, pariunt, vt faciunt, vs viscera serum intempestiuè & nimium ad se trahant. Calidum innatum extinguunt lienis & epatis refrigeratio à causis externis & internis, vt nimium aquæ vel vini aut cereuisiæ glacie refrigeratæ, præcipuè post æstum & corporis motum, è quo corpus incalcescit, potus, alimenta frigida nimia copiâ sumpta, qualia sunt lactuca, cucumeres, melones, persica & similia, & quæ à Pythagora damnata est attriplex, quod hunc affectum facere putetur, vt Plinius, *lib.* 20. *nat. histor. cap.* 30. scribit. Partes etiam vicinæ refrigeratæ & malè dispositæ affectionem suam epati ac lienem communicare possunt. Suffocant & corrumpunt calorem natium consuetæ per hæmorrhoides & menses euacuationes suppressæ, de quò Hippocrates 6. *aphor.* 12. *diuturnas curans hæmorrhoides, nisi una quæpiam seruetur aperta, periculum aqua intercutem vel tabis impendet.* Sanguis enim ille feculentus & impurus circa epar & lienem subsistens aut tumorem in iis excitat, aut copiæ prauitate calorem natium eius extinguit & corrumpit. Calorem dissipant & absument euacuationes sanguinis nimix per hæmorrhoides, menses & hæmorrhagiam narium; quanquam Galenus in mulieribus ob menses nihil tale euenire scribat, quia ipsis consuetæ sunt, *de curand. rat. per ven. sect. cap.* 19. febres

A ardentes, diuturnæ, imprimis quartana, lentæ, longæ, heclicæ, *αγύμα* item & æstus in venis melaicis, vt & dysenteria & diarrhæa, item podagra & dolor coxendicum longus; vini generosioris & aromatici, vel spiritus vini vltus, medicamenta item calida & fortia, imprimis purgantia. Obstructionem pariunt, quæcunque crassos, & viscidos humores suppeditant; quò pertinent quartanæ longæ, quæ non solum calorem innatum debilitando; sed & periculosas viscerum obstructiones relinquendo, imò scirrhos viscerum, hydropem inducunt. Quò referri potest & nimium aquæ confertum hauritæ potus, vt totus à liene attrahi non possit, sed necessariò in prithis vis subsistat, & cum sibi, cum quotidie affluentem humorem seroso aditum ad viscera intercludat. Tandem ad hydropem excitandam facit *αγύμα* illud & æstus in venis illis circa lienem, ob quem ille auidius plus attrahit, quam vt iterum euacuare possit, qui simul sitim excitat, in qua si à bibendo æger sibi non temperet, facile plus bibit quam euacuari potest. Paracelsicorum de hydropis generatione opinionem quod attinet, saltem illi resolutum causam hydropis statuunt; Verum negandum quidem non est, humorem illum, qui in hydropse abundat, esse falsum: Verum hoc falsum est, quod in corpore antea coagulatum illud sal fuerit & postea resolutum. Etenim humor aquosus hic, vt dictum cum cibo & potu ab homine hauritur, & in primis vis cumulatur, ob causas modò dictas, & semper liquidam naturam habuit, nunquam verò in corpore concretus fuit, vt sal resolutus merito appellari possit. Circa causas tandem & hoc notandum, quod abdomen in ascite raro à sola aqua distenditur, sed perunquam flatus aliquid illi admiscetur. Qua ratione autem flatus generentur, dicitur postea *de hydropse* *impugnate.*

Paracelsicorum de generatione hydropis opinio

Abdomen raro à sola aqua distenditur.

Differentia.

Ex his, quæ hæcenus de causis hydropis ascitæ dicta sunt, apparet, non vnâ eius esse differentiam. Etenim non semper lienis, nec epatis, nec vasorum, quæ chylum ad epar & lienem vehunt, vitio hydropem produci diximus, sed sæpe his omnibus partibus saluis, in aliis partibus, vt in renibus, vteribus, testibus, multebribus, in abdomine vase alibi aperto, è quo serosus humor in abdominis cavitatem destillare potest, hydropis generatur, vt antea dictum. Causæ continentis etiam quædam est varietas. Plerumque enim aqua illa est pallida & citrina, & urinam refert, vnde etiam *das gelbe Wasser* nominant. Carolus Piso tamen & Marcus Donatus, *de histor. medic. mirab. lib.* 4. *cap.* 21. luteam & viridem obseruant, & Christophorus Guarinonius, *consulti.* 194. flauam in nigrum vergentem, Guilielmus Fabricius, *cent.* 2. *obs.* 57. loturæ carniū recens mactatarum similem, Scholiographus, *ad cap.* 39. *lib.* 1. *de intern. morbis Holærij* planè cruentam, & loturæ carniū saturatæ sanguine similem. Præterea aqua hæc nunc maiore, nunc minore quantitate abundat, vnde abdomen nunc plus, nunc minus intumescit. Est etiam hydrops à colliuatione seu subitaneus ille hydropis status, cuius Galenus, 3. *de symp. caus. cap.* 2. & Petrus Salus Diuersus, *de affect. part. cap.* 9. mentionem faciunt. Quæ duæ differentie postremæ et si primariæ non sint, & propterea plurimi nomine hydropis non dignentur, tamen ob particulares quas habent, causas, & curandi rationem à primaria illa specie, de qua hîc agimus, discernendæ sunt. Sunt & accidentales differentie, vt quod nunc venter tantum, nunc cum ventre serocum intumescit, nunc aqua saltem venter repletur, nunc simul na-

Differentia.

tus adest, unde hydrops Ascites alius est exquisitus, aliis minus exquisitus; item alius est cum febre, aliis sine febre recens, alius inueteratus; alius per se incipit, alius alteri morbo succedit

Signa Diagnostica Hydropis in genere

Signa hydropis in genere.

Communis est omni hydropi pedum tumor, teste Hypocrate & Galeno, 2. *prognost.* 2. & 3. quia aquosus humor pondere suo deorsum vergit, & pedes loco declinati sunt, ac longissime à corde distant, & suapte natura sunt frigidi, ossibusque molles, neruis ac cartilaginibus, pauca vero carne constant. Maxime autem vesperti pedes tument, & à corporis exercitatione. Adest & spirandi difficultas, & vitiosus faciei color. De tumore tamen pedum notandum, in conualescentibus sæpe eodem ex acutis, tum ex diuturnis morbis pedes intumescere sine ullo insigni periculo, modo mature succurratur. Accidit enim hoc ferè à ciborum copia, aut aliqua causa externa. Nam calor natiuus cum in ventriculo tum in epate languens, & antecedente morbo labefactatus tantum conficere non potest, quantum æger appetit ac assinit, aut etiam quantum corpori alendo opus est. Ideoque in concoctione illa imperfecta vapores crassi excitantur, & crudi ac serosi quid gignitur, quod ad pedes descendit, principio quidem sine insigni periculo, modo victus ratio rectè præscribatur, & calor debilis roboretur: aliàs si in nio cibo viscera continèd onerentur, ac multa cruda ac serosa excrementa cumulentur, hydrops inde generatur.

Prognostica hydropis in genere

Prognostica hydropis in genere.

1. Hydrops quidem non semper diffilis curatu est, temporis vero progressu augetur vi causarum & symptomatum in singulis huiusmodi differentis. Quæ vero species periculosior sit, de eo auctores alij aliter sentiunt. Nos breuiter censemus, anasarcam minus esse periculosam, cum in eo, ut postea dicitur, virtus minus à naturali statu, quam in aliis hydropis speciebus, recedat, humorque eius continens causa proptus ad sanguinis naturam accedat, quam aquosus humor in ascite & flatu in tympanite. Pieterica anasarca sit plerumque à crapula, & cibo nimis crasso, ut pueri quandoque accedat, atque exercitio corporis intermisso, quæ causæ minus rebelles sunt. Atque has rationes experientia confirmat, rectèque scribit Leonhardus Sacchini, in 9. *Rhasis*: Ego à iuuentute perpetuò euentus ægrotum omnes obseruari, vidique exteris partibus, ætate & robore, hydropes qui Anasarca dicuntur, facilius curari. Neque id multum refert, quod plures in Anasarca partes afficiuntur, modo causa sit talis, ut facile tolli possit. Fallum ergo est, quod scribit, Ludouicus Mercatus, Anasarcam & ascitem ab æquali epatis vitio provenire, cum, ut antea dictum, & postea *quæst.* 1. dicitur, ab alia causa ascites, quam anasarca proveniat. De tympanite & ascite res intricatior est. Verum si rem ipsam & causas vtriusque hydropis consideremus, tympanitem ascite periculosiorem esse merito statimur. Grauiorem enim causam habet tympanites, quam ascites, ut *postea* dicitur. Aliàs pro varia circumstantiarum ratione fieri potest, ut ascite tympanite sit grauior. E. g. Si scirrhus coniunctus sit cum hydrope, quicunque etiam sit, curatu non solum est difficilis, sed inpossibilis. Ideoque nefallamur, comparatio semper inter similia faciendæ, & omnes circumstantiæ perpendendæ.

2. Omnis inueteratus hydrops, & qui habitum epatis iam corrumpit, est periculosus, teste Aërio, ut & qui à scirrhus epatis existit. Facilius curatur, qui ab obstructione & à cibi multitudine, vel à suppressis mensibus ortum habet, & à proflauio san-

gumis, nisi extrema accesserit refrigeratio. 3. Hydrops à duro lienis tumore minus periculosus est, quam à duritie epatis, teste Auicenna. 4. Dicitur hydrops est, si ex alio morbo corpus labefactatum comprehendat. Breui enim homo moritur alio morbo diu afflicto. At ubi etiam alius fluida fuerit, citissime moriuntur & sentientes & loquentes. Hippocrates, 4. *de morb. in fine*.

Signa hydropis ascite.

In ascite abdomen paulatim intumescit, hinc & pedes & scrotum: interdum tamen ab inferioribus tumor incipit, æger de latere in latus conuersus murmur & fluctuationem quasi aquæ sentit, tumorque latus, in quod decumbit, sequitur. Magnitudo abdominis maior est; Superiora vero gracilia redduntur & contabescunt, nisi quod ad extremum manus interdum inflantur, cordis & corporis calore paulatim labefactato. Urina pauca & seic crassa est; quia seri parum ad vias vinarum transit, & paucum illud diutius ibi subsistit. Pulsus, secundum Galenum, 4. *de causis pulsuum cap.* 24. est paruus, crebrior, subdurus, cum quadam tensione. Malo crescente dyspnoea plerumque accedit insignis, & tania, ut ægroti erecti sedere cogantur, ob aquæ copiam diaphragmati incumbentem, præcipue cum æger decumbit: Sius plerumque ægrotus male cruciat, & quò plus sunt potæ plus siccantur aquæ quod accidit à serosi & salis humoris in abdomine copia, à quo

febris sæpe excitatur continua & lenta. Serosus enim ille humor diutius in abdomine contentus saltemine & acimonia sua, quam partim ex natura sua habet, partim ex ahorem humorum admixtione & corruptione, ob diuturnam in abdomine moram acquirit, viscera, epat, lienem, renes, intestina, omentum, mesenterium, quæ omnia in aqua illa feruida & caduerosum quasi odorant, irante natant, corumpit sensim, & putrefacit, unde in aëriombus naturalibus varia symptomata & lentæ febres originem habent. Causam vero signa quod attinet, omnino diligenter considerandum, unde nihil mirum habeat, non solum prognostici ei ego, sed & curationis gratia, quæ omnino à partem affectam respicere debet. Frustra enim soli epati adhibentur medicamenta, cum ab alia parte affecta principium ducit hydrops. Hippocrates, 2. *prognost.* *aph.* 2. & 3. & in *coacis lib.* 6. f. 2. *aph.* 27. & 28. *sect. distinct.*

Hollerij, qua ratione hydrops ab epate & liene difficini possit, docet. Loquitur tamen ibi solum de hydrope, qui morbos acutos & febres ardentes sequitur. *Quibus, inquit, ex ilibus ortum habet hydrops, iis pedes intumescunt, & diuturna alui profluvia committantur, qua neque ventrem inanunt, nec dolores solunt. At quibus ex epate, iussis facile fit, pedes tument, alui dura reddit, & ea vi, tumores circa ventrem fiunt, modo sinistra parte, iique rursus quiescunt.* Tumor quidem pedum omni hydropi communis est; alui vero siccitas, ut & tussis arida, separat hydropem ab epate, ab altero, qui est ab ilibus. Nam proprium & peculiare hydropis ex inflammatione & actu venarum & partium in ilibus est alui profluuium pertinax, quod dolores non soluit, succrescente noua cacochymia ob causam pertinacem. Prouenit autem hoc ob imbecillitatem venarum, quæ alimentum ad se trahunt; deinde ob alimenti corruptionem & continuam biliosi excrementi euacuationem, cum à putredine, cum actu intestini ieiuni & mesenterij. Quibus accidere potest obstructio ab humoribus putridis vel inflammatione, ob quam distributio alimenti impeditur. A profluuio tamen nec tumor ventris, nec dolor inminuitur; cum internus calor & intemperies hectica permaneat, quæ medicamentis purgantibus nimis exhibitis non

Signa hydropis in ascite.

solidi. imminuitur, sed eorum vsu mors iegro saepe acceleratur. Et quia diaphragma pars affecta comprimit, tussis i. la arida adest. Si autem epas calida dispositione affectum hydropis caussa sit, tussis cupidas adest, vel epare diaphragma propter tumorem comprimente vel detrahente propter gravitatem. Adligatur enim epas fibris quibusdam diaphragmati, quibus deorsum reuulsis vni diaphragma detrahatur, vnde difficultas spirandi & tussicula inanis excutatur. Aliis etiam tussis in hydrope excitari potest, cum desperato hydrope ea superuenit, materia prae copia e ventre inferiote per occultos meatus in cauitatem abdominis penetrante. Demum de excrementa sunt pauca & sicca. Venter enim, vt in prognosticis dictum, nihil delicit, nisi dura quaedam, & coactus necessitate, & vt in *Coacis lib. 7. sect. 2. aph. 6.* ait, quibus morbo aliquis hydrops superuenit, vis alui sicca, & stercoris caprino similia egerunt, cum colligatione mucosa & urina non bona. Nam eorum, qui in hoc affectu diu morantur in aluo, pars serosa in abdomen mittitur, reliqua a caliditate epatis exurit & induratur. Tanta vero excrementa non facile loco mouentur & excernuntur, nisi medico aliquid moliente & clystere vellitante. Verum tutissimum est, in hydrope causas, quae praecesserunt, omnes diligenter considerare, siue sint externae, siue sint morbi & eorum causae. Etenim si quis aquam frigidam vel alium porum auidius exarant, eam in primis viis subsistere & hydropis causam esse credendum. Ita si quis quartana laborauit diuturna, in hene vitium esse, credibile. Scirrhii etiam viscerum sui signis cognoscuntur: sed maturè explorandi, antequam venter valde intumescat, & tumor impediatur, ne hypochondriatactu explorare possimus. Ita si quis alios etiam morbos perpendit, quos aeger, antequam in hydropem incidit, perpellus est, facile etiam agnoscat primariam hydropis causam. Et vt reliquarum causarum & hinc dependentium hydromum (quos tamen alias hic explicare propositum non est) signa addam, si a vase visceris alicuius rupto proueniat hydrops, excretio sanguinolenta, vel vomitus sanguinis praecessit; Si a rene exulcerato sit hydrops, in vrina aliquid puris interdum apparet, mictio, quae ceteris causis, longe parciore est, & saepe parca summa, praesertim si vterque ren exulceratus sit, cum maxima vrinae pars in abdomen destillet, minima ad vteretres perueniat. Si ab vterere rupto sit hydrops, vt in calculi a renibus exurbatione, dolor insignis ea parte perceptus fuit, & malum hoc tum subito oritur. Si ab alia parte in abdomine affecta & serum in eius cauitatem fundente sit hydrops, signa eius partis affectae adsunt.

Prognostica ascite.

1. Iuuenes & robusti facilius sanantur, quam senes & qui sunt debiliores, quibusque facultas naturae languet.

2. Hydrops facilius curatur in seruis; quam in liberis, quia cum desideret famem, sitim & multa alia tædia, longinqua patientiam, praemptus succurritur his, qui facile coguntur, quam quibus inuitis libertas est. Sed ne hi quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possint, ad salutem perducuntur. *Celsus, lib. 3. cap. 22. 3.* Omnis hydrops a duritie lienis minus periculosus est quam a duritie epatis, teste Auenenna, vt ante iam etiam dictum, quia lien minus princeps membrum est, quam epas.

4. Omnis hydrops si ex acuto morbo existit: malus est. Non enim sedat febrem, sed dolorem admodum infert, ac mortem. Hippocrates, 2. *progn. aph. 1.* Id quod accidit, quia viscera absumpto humido radicali frigidam & hecticam intemperiem,

quae corrigi non potest, contrahunt. 5. Omnis hydrops grauis est & curatu difficilis, eoque difficilior, quo magis inteteratus. 6. Quibus epas aqua refertum erumpit in omentum, vis venter aqua impletur & moriuntur. 7. *aph. 55.* Quo modo id fiat, supra dictum, & *quest. 3.* dicitur. Cumque pars haec imbecillior sit & ignobilior: facile corrumpi potest a serosa illa humiditate. Itaque mors sequitur, accedente ad priorem calamitatem epatis diu & insigniter affectu noua illa, omenti scilicet corruptione. 7. Neque huic aphorismo contrarius est alius, 14. *sect. 6.* vbi scribit: Hippocrates: Ab aqua inter cutem habito, si aqua, quae in venis est, in ventrem confluerit, morbi sit solutio: quae sententia etiam in *Coacis* reperitur, *aphor. 457. in Codice Foësi; seu in l. 6. sect. 2. aph. 32. in Hollerio*, dem scribit; incipiente hydrope alui profusum sine acriz seu cruditate proueniens morbum soluit, & *ibidem aph. 61. (Foësi) seu 77. (Hollerii)* His, qui hydropem circa venas collegerunt, eum penit aqua in ventrem soluitur. In isto enim aphorismo per ventrem intelligitur abdominis cauitas & capacitas, in qua si aqua retineatur, mors sequitur, et si non semper, plerumque tamen, praecipue si omentum contumetur. In isto vero per ventrem accipitur alui & intestina, per quae si aqua euacuetur, bonum. Spontanea n. ideoque visus est hae euacuatio, dummodo nullum vitium in visceribus relinquatur, vt scirrhus, substantiae corruptio, ob quam aqua de integro colligitur. Euacuatio enim quacunque, siue eam ars siue natura mouit, fieri debet saluis visceribus, & antequam viscera grauius laesa sint, & vires morbi dimittantur facti, seu, vt idem in *prophet. ait, & αλξου* esse oportet, qui ab hydrope seruari debent; alius si cum scirrho vel epatis corruptione adsit alui fluxus, cursum mouentur ascitici, secundum Auenennam, & Galenum, 2. *ad Gluc. c. 5.* Et iam Auenenn. scribit, constantio anhelitus & solutio ventris in tribus diebus mortem significat. Vias autem, per quas hydropticorum aquae ad aluum feruntur, quod accinet, consistit aqua ad aluum, vel quia falsa humiditas venter adhuc inclusa per aluum ita purgatur, vel aqua in medio peritonaei & intestinorum aut omento collecta exurgit a venis mesaraicis. 8. Qui lienosi dysenteria corripiuntur, iis dysenteria citius durante hydrops aut lienaria superuenit, & moriuntur. 6. *aphor. 43.* Lienosi autem vocantur, quibus lien longo tempore infractus copia humoris melancholici & fluidum tumet sine scirrho. Huiusmodi si dysenteria moderatè accidat, affectio lienis tollitur, materiam uicis & per intestina euacuatione. Vbi vero dysenteria diutius durat & prauis humoris transitu caloris immatiuritate in intestinis & visceribus perierit, accedentibus nouis morbis moriuntur, & quidem aut hydrope, ab epatis, lienis & vicinarum partium cum intestinis consensu aut lienaria, ob labefacta intestina, atque ita fractis diuturniore plurimum morborum viribus mors sequitur. 9. Quo modo longi minus redditur, tanto deterior est, & atrops; quia serum in ventrem confluit & fere nihil eius ad teretes penetrat. Hinc etiam Hippocrates, in *Coacis aph. 46. sec. distinct. Foësi, seu lib. 6. l. 2. aphor. 22. Holler. Hydroptico febriculoso vrina pauca turbataque lethale.* Et cum deum secundae valetudinis spes est, inquit Celsus, *lib. 3. cap. 21.* cum plura humoris per vrinam, (quam ideo, vt & potum metiri oportet) excernitur, quam assumitur. Ideoque an venter assumptis quibuscunque medicamentis crescat, eum quotidie lino metiri, & qua comorehendit aluum notam imprimere praecipit, postero die videre, si plenius corpus sit, an extenuetur. Id

enim quod tonuatur, medicamentum sentit, quod si contrarium eueniat, paribus ceteris, inter mala signa numeratur. 10. Hydropi si tussis superueniat, malum. 6. aph. 35. & 7. aph. 47. Cum autem triplici de causa tussis hydropicis accidere possit, vel ex catarrho, vel ex compressione, aut detractioe diaphragmatis, vel ex aqua in thoracem penetrante, de vltima hac causa aphorismus hic accipiendus. Vbi enim aquosa humiditas in tantum eregit, vt in thoracem penetret, & asperas arterias iam occupet, & inde tussis superueniat, periculum est, ne haud ita multo post homo suffocetur. 11. Abscessus, vel maculae in cruribus erumpentes lethales. Ita Hippocrates, 7. epid. scribit: *Bion, cum multo tempore aqua intercutem laborasset, multis diebus cibum auersabat, & vrina stillicidio vexabatur. Ad genu sinistrum oborto abscessu & suppuratione facta mortuus est. Ctesiphon post magnam febrem ardentem aqua inter cutem correptus est, & antea cum hydrope & lienis tumore laborasset, valde oppletum est scrotum, crura & abdomen. Sub finem tussis & suffocationes ad noctem contingebant, ex pulmone magis, velut, pulmonis vitio laborantibus. Tribus aut quatuor ante mortem diebus rigor, febris corripuerunt, ad femur dextrum parte interna iuxta venam mediam, qua ab inguine fertur, collectio velut ex igne aegesti oborta est, cum rubore aliquantulum liuido. Ad noctem oris ventriculi dolor, neque multo post vox defecit, suffocatio cum sterore, & mortuus est.* 12. Hydrops, qui leuatus remediis integrè renascitur, desperatus est, in Coacis aph. 460. f. 36. loco antea allegato. Cum enim ille tantum hydrops curabilis sit, qui sit sine scirrho viscerum, sine substantiae eorundem corruptione, sine marasmo & hectica intemperie viscerum, si tale vitium adsit, frustra vel aqua euacuatur vel flatus discutiantur. Etsi verò venter detumescat, & melius aeger per aliquod tempus habere videatur, causa tamen mali durante, recrudescit malum. Et vt multa paucis complectamur, si aeger *ὑσώδης* sit, & bonis visceribus ac constantibus viribus, cibum libenter assumat, facillè concoquat, nec ab eo ingestio affligitur, bene spiret, non doleat, tussis absit & sitis. (si non pianè, tamen magna ex parte) lingua, ne à somno quidem, quod alias fieri solet; inarescat, alius medicamentis celeriter moueatur, extra hanc causam non admodum cita sit, & naturaliter excernat, vrina pro victus ratione mutationem subeat, lassitudinis expers sit: Si hæc omnia adsint, bene se habet: Si plurima, aliqua conualescentiae spes est: si nulla, res desperata est. 13. Et vt de reliquis causis quædam addamus, si à renum & vterum vel venarum mesaraicarum, vel vesicæ læsione, disruptione, excisione, exulceratione sit hydrops, plerumque lethalis est. 14. Hydrops à colliuatione difficulter curatur. Cum enim vires omnes exsoluantur, corpusque languescat, à tam magno morbo ægrius seruare difficile est.

Indicationes.

Indicatio. Ex hiscum pateat, non omnes hydropicos posse sanitati restitui, sed eos saltem, qui sunt *ὑσώδης*, eumque tantum hydropem posse curari, qui à causa, quam tollere in Medici potestate est, originem habet, Medici est, non omni hydropico salutem promittere. Quis enim humidum natium absumptum, calorèque extinctum vel dissipatum restituet, vel partem scirrhi inueterato obsessam, vel corruptam sanitati reddet, vel pertinaces & inueteratas obstructions liberabit? Ideoque curatio maturè instituenda, & dum adhuc viscera integra sunt, ægrique *ὑσώδης*, & quamprimum signa hydropem minantia apparent, tensio nimirum hypochondriorum sentitur, vrina potus quantitati non

A respondet, sed parior, quam par est redditur dyspnœa aliqua percipitur, & pedes intumescere & cachexia aliqua se prodere incipit. Vei omni hanc in partem non tam Medicorum, quam ægrotum culpa peccatur, qui non nisi vbi malum iam incrementum sumpsit, Medici opem implorant. Cum verò nec hi delendi sint, indicationes, ad quas in curando Medicus respectum habere debet, in promptu sint. Cum ergo hydropis ascite causa continens & proxima sit ægri in abdominis cavitate collectum, danda opera, vt id omnibus, quibus fieri potest, modis euacuetur: idque quod adhuc in abdomen confluit, alio auertatur, simulque euacuetur. Deinde vt causa, ob quam aqua colligitur, tollatur. Quæ quidem indicatio in curatione facillè principem locum obtinet. Frustra enim aqua euacuatur, cum causa, ob quam statim noua colligitur, persistit: Comperitque sæpè est, aquas hydropicorum sæpè euacuat fuisse, morbum tamen de integro rediisse ob causam reliquam. Atque hæc est maxima causa, quod pauci hydropici sanitati restituntur, cum plurimi saltem de aqua tollenda sint solliciti, & medicamentis illis fortioribus viscera saltem debilitent. Quæ verò causa sit, ob quam aqua colligatur, non satis diligenter inquirant, neque illi, vt par est, obuiam eant. Quamuis autem in curatione causæ eo ordine sint tollendæ, quo sese in generatione mutuo consequuntur, atque ita à causa, ob quam aqua colligitur, ablatione curatio inchoanda videatur, idque omnino imminente hydropice faciendum sit: tamen si hydrops iam confirmatus sit, medicamenta pro causis tollendis necessaria, frustra & sine fructu exhibentur, si aqua in abdomine adhuc remaneat, & aqua in abdomine adhuc restitans epas & viscera magis debilet & corumpat. Ideo vt aqua collecta primo tollatur, danda opera, nisi, vt dictum, hydrops placè recens aut potius incipiens sit. Tum enim, modo causæ iuccurratur, natura vitiosos humores absumere & discutere tolet. Vitium quoque habenda est ratio, vt idoneo victu illæ conseruentur & roborentur. Et quidem causam coniunctam quod attinet, eadem illam tollendi in omni ascite est ratio. Causæ verò ob quam ea colligitur, cum variæ sint, & seri protentus & collectio à variis causis proueniat, singulis etiam idonea remedia opponenda. Si ab epate valde intemperato malum hoc proueniat, quod, vbi calido nativo destituitur, vt non bene sanguificat, ita ferosum quod est in chylo etiam non attrahit, commune hoc est, vt eius calidum natium conseruetur & instauretur; causis verò, quæ illud quocumque modo absumunt, obuiam eatur: quæ cum diuersæ esse possint, diuersa etiam hinc remedia requiruntur. Etenim si epas, à quacunque etiam causa, nimis refrigeratum sit, calefaciendum. Si verò à caliditate eius humidum absumatur & calor dissipetur, calefacientia & siccantia non tuta sunt, sed moderatè refrigerantia, aut temperata potius, & omnino calidum natium absumptum instaurantia adhibenda. Si verò obstructio in caua epatis parte adsit, ea aperienda. Eadem ratio est, si ob lienis & vasorum ad lienem tendentium, quod frequentissimè fieri puto, vitio hydrops accidat. Nam si constitutio harum partium, earumque temperies & calor destructa sit, ob quam serum, vt debent, ad se non trahunt, naturalis constitutio & temperies hisce partibus reddenda, & si à refrigerantibus calor extinctus sit, calefacientia usurpanda; si verò ab intemperie calida dissipetur, & incendium aut *ὑσώδης* aliquod sic in prius viis, refrigerantia moderatè & humores vitiosos abstergen-

na adhibenda. Si verò obstructions adfint, ea aperiendæ.

Curatio.

Qua ratione autem ista omnia perfici possunt, iam dicendum. Prius tamen in genere monendum est. 1. Cum chronicus hic sit morbus, longiore tempore vsurpanda esse remedia, neque ab eorum vsu istam desistendum.

2. Varianda tamen esse remedia, ne natura vni assuescat. 3. Interdum etiam temporis spatium aliquod interponendum & à medicamentis cessandum, ut vires, & morbi & medicamentorum multitudine labefactata, præsertim circa seri euacuationem, recolligantur, ut postea fortius contra morbum pugnare possint. 4. Ad fortia medicamenta non deueniendum esse, nisi mitiora non profuerint. 5. In forma medicamentorum etiam hoc obseruandum, ne vlllo modo iis quantitatem aquosi humoris augeamus. Ideoque si euacuantiâ, præcipue diuretica, exhibeantur forma potulenta, neque tamen inde copia vrinæ augeatur, à potulentorum vsu desistendum esse, & forma solida potius medicamenta exhibenda. Causæ ergo continentis seu humoris aquosi in abdomine collecti, & id distendentis euacuationem quod attinet, sit ea vel sensibiliter, imprimis per cathartica & abdominis apertionem, seu *παράπνοον*, vel insensibiliter per *ἀδύλον διαπνοόν*. Quinquam enim etiam per vias & sudores sensibiliter materia euacuetur: tamen iis modis potius aqua, quæ in ventrem conflaxura est, quam quæ in abdomine continetur, euacuatur, per superiora vel. Cathartica cum vel per inferiora educant, præstat hæc aquam per aluum, quam vomitum euacuare; quædam tamen, quæ vtrumque præstant, non incommoda sunt, quæ postea purgantibus inferemus. Miteriæ verò euacuandæ coctionem expectare vel moliri opus non est, ut pote nullam coctionem recipit, & per se satis tenuis & ad fluendum apta est, & propterea portioibus multis coctionem properantibus exhibitis ventriculus debilitatur, venter repletur & aqua augetur. Si quæ tamen crassior materia circa primas vias hæreat, illa abstergenda & incidenda ac præparata euacuanda; In quem finem exhibita medicamenta aliàs in hydrope vtilia sunt. Præparant: *Radices Graminis, petroselini, asparagi, absinthium, eupatorium, cuscutha, capill. ♀ prassinum*, & ex his composita. E Chymicis, acidum, cremor & crystalli tartarus, tartarum vitriolatum. Purgant, Pilulæ de rhabarb. diacarthamum, diaphanicum & similia. Quæ autem humorem aquosum purgant; alia vehementiora. Mitiora sunt *Mechoacanna*, quæ à *℞. j.* ad *℞. ij.* exhibetur, & interdum vno atque altero grano diagyri acui potest. Datur commodissimè in pulvere cum aliquot granis zingib. Paratur etiam ex ea extractum. Fortior verò est, & in hydrope efficacissima radix *Guialapavel galapium* dicta, quæ pro Mechoacanna nigra habetur, & extra nigricat, intus rufescit, gustu non est iniucunda, fortius tamen & potentius, quàm alba, serofos humores purgat. Datur à *℞. j.* ad *℞. ij.* Efficax est & *Sambucus & Ebulus*, præsertim succus eorum: fortior tamen est ebulus. Datur succus Ebuli à radice vel mediano cortice confuso, & cum aqua hordei vel decocto passularum cum momento cinamomi vel nuc. moschat. ne ventriculo noceat, expressus, non coctus, (coctione enim vis purgandi minuitur, ut rectè Fernelius, *lib. 5. meth. med. cap. 12.* docet) ab *℞. i.* ad *℞. ℞.* Exprimitur quoque ex acinis *baccarum sambuci oleum*, ut ex semine lini vel aliis, quod *℞. j.* pondere exhibitum potenter purgat. Paratur etiam

A *è granis ebuli*, probè maturis & in vmbra exsiccatis, *extractum*, quod in hydrope vtile est. Flores quoque *Perficorum sicci* & iusculo cocti, vel *M. j.* eorum in vino per noctura maceratus aquam educunt. Sic & *conserua* eorum & *syrupus*, quorum hic ad *℞. i.* homini robusto exhibetur. Pertinet huc & *Gummi illud Gotic seu chiritagemu*, dictum, quod nonnulli etiam gummi de Peru appellant, cum tamen non ex Peru afferatur, sed Sinarum regione. Gummi quidem vocatur, sed minus propriè; cum potius succus concretus & inspissatus sit plantæ cuiusdam peregrinæ. Nonnulli putant esse succum, cuius mentionem facit Carol. Clusius, *lib. 4. exot. cap. 8. num. xi.* Alij arbitrantur esse succum è floribus Ricini Indici expressum atque exiccatum, cuius aliàs etiam in hydropicorum aquis educendis insignis vsus est. Educit autem egregiè aquas hydropicorum. Vomitum tamen quandoque etiam mouet, verum non semper, præcipue si macis vel eius oleum, vel spec. aromat. rosat. aliquid addatur, aut si in marmore cum spiritu salis vel vitrioli teratur & præparetur. Dosis est à *℞. v.* ad *℞. xij.* Exhibetur verò variis modis, vel cum syrupo cinamomi *℞. ii.* aut *℞. iii.* vel cum conseru. rotar. viol. tunicis *℞. ℞.* addita gutta i. olei cinamom. vel cum cremore tartarus *℞. i.* in iusculo carnis, vel cum spec. diamb. aut aromat. rosat. *℞. iii.* cum syrupo cinamomi in pilulas formatum. Ricini etiam illis Indici *granis*, seu semine vno aut altero extorticato nonnulli hæc pro hydragogo hodie vtuntur, quæ quidam *grana Tilli* appellant. Paratur etiam inde extractum. De rhabarbaro controuersia est apud auctores, an in hydrope conueniat, de qua postea *questione 4.* dicetur. Et verum est, id non tamen serofos humores euacuandi vim habere, quàm alia medicamenta hydragoga. Reliquis tamen non sine comodo admisceatur, cum insignem epar roborandi vim habeat, & imprimis vsurpandum, cum biliosa colluies in epate hærens eius substantiam labefactat, vel etiam in primis viis cumulata est. Quod fit sæpe post icterum diuturnum, & febres longiores, atque alias causas bilem in epate & venis mesaraicis cumulantibus. *Brassica marina, Soldanella* vocata robustioribus paulò exhiberi potest, quam aquam ducere salubriter Fernelius, citra molestiam purgare, & præterea epar roborare Palschalius, aquam ducere copiosè & facile, Massarias scribant. Verùm adeo ventri aduersum esse medicamentum tradit Mercatus, ut minus damnum ipsi videatur, carere isto præsidio, quam frui eius malefico effectu, cum & ventrem subuertat, & dynteriam nonnunquam excitet. Si tamen alia admisceantur, quæ viscera roborant, sine insigni violentia aquas educit. Cuius succus datur à *℞. i.* ad *℞. i. ℞.* in decocto ad *i. ℞.* Quia verò, ut dictum, ventriculo noxia est, addenda necessariò corrigentia, semina odorata, anisi, fæniculi, spica, spec. aromat. rosati, & similia, vt; *℞. Soldanella ℞. ℞. ferri. anisi ℞. ℞. spica ℞. ℞.* Coquantur. Colaturæ *℞. ℞. v.* Dulcoretur saccharo: Potest & locum suum habere *Scammonium*, quod etiam bilem purgat, satis tamen copiosè etiam serofos humores educit. Præparatur variis modis, vt passim notum. Commodissimum est extractum seu resina Scammonij, in Insituit. proposita. Fortiora verò sunt succus *Jidii, cale-* Fortiora: *stis*, seu nostratis, qui potenter & copiosè serofos humores euacuat. Datur succus è radice recens expressus ad *℞. ii.* vel in. vt Insit. *lib. 5. part. 3. sect. i. cap. 5.* dictum, cum manna, melle, decocto passularum, & aliis mucilaginosi, vt & tragacantha. Nam per se nimis acris est, & fauces vix ac velli-

buci expressum. Extr. ebuli, Flores Perficorum.

Gummi Gotic.

Grana Tilli. An rhabarbar in hydrope conueniat?

Soldanella.

Scammonium.

Fortiora: In his succus.

ratio.

Præparan-
tia.

Pur-
gantia.

Mitiora
Mecho-
acanna.

Spica.

Chymicus.
Ebulus.

Oleum à
baccarum sambuci.

- cat. Erastus quoque cum vitello oui exhibet, & aperto ovo in parte acutiore albumē euocat, replētque locū succo iridis, & cum vitello oui miscetac calesfactum exhibet. Scribit idē Erastus, se curasse aliquādo pauperē cum incredibili ventris, pudendorū & pedū tumore, alterna succi iridis & absinthij exhibitione, pedum scarificatione, & sudorem prouocantibus balneis, præter suam & aliorum expectationem. Paratur etiam ex radice Conserua efficacissima, cum s. q. mellis. Vtilis est & aqua è floribus purpureis Iridis data pondere ℞. vi. vel ℞. j. cum spec. diatrion. santal. ℞. i. cinamom. ℞. vii. vt & fecula radice Iridis. *Esula*, cuius & radice cortex à ℞. v. ad ℞. x. & lac à ℞. ij. ad ℞. vi. exhibetur. Sed præstat eius extractum, de quo in *Instu. lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 5.* & *Quercetanus, in Pharmac. restit. c. 14.* *Gratiola* & ipsa aquosos humores educit, sed non sine corporis perturbatione & vomitu. Quapropter, vt ferocia eius corrigatur, cinamom. sem. anisi, fœniculi & similia addenda. Datur in puluere ℞. i. in decocto ab ℞. ℞. ad ℞. i. sed extractum omnia commodius præstat. *Elaterium* seu *sucus cucumeris asinini* tam feliciter aquam, quæ in abdominis cauitatem affluit, quæ vix aliud medicamentum, eiacuat. Neque cum tanta molestia & labore, vt plurimi existimant, sicut hæc de re scribit *Maffarias*, qui hoc medicamento supra 30. annos feliciter & frequenter vus est. Quia tamen aliquid vehementiæ habet, cautè vsurpandum, & in dosi supra ℞. vi. non exhibendum. Corrigenđumque tragacantha, bdellio, psyllio, cinamomo. Vel nascendum pilulis mitioribus, vt mastichinis, abechphranginis, de rhabarbaro. *Mezerici folia* macerata aceto vel cydon. succo dantur forma pulueris à ℞. v. ad x. cum mastiche & spica. Infunduntur à ℞. ℞. ad ℞. j. Coqu. à ℞. i. ad ℞. ij. in pingui iure, addito saccharo & cinamomo. Tandem huc pertinent *Euphorbium* & *Sagapenum*. Illius dosi est à ℞. ij. ad x. Huius à ℞. ℞. ad ℞. i. non neglectis congentibus, cum alijs vehementiora sint & visceribus inimica. Sunt & ex mineralibus & Chymicè parata medicamenta, quæ aquas Hydropticorum educunt: Vt sint *Squama aris*, & *res vsium*, quod iam olim quidam vsurparunt, ac *Baldorpius* Carolo V. hydroptico exiuit, vt refert etiam *Forellus, lib. 19. obs. 37. in Schol.* Fiunt inde cum caryophyllis & cinamomo ac melle pilulæ, quæ dantur à ℞. i. ad ℞. i. ℞. *Oleum Antimon.* Flores ♂, pilulæ ex istem, de quibus in *Instu. Crocus metallorum*. ♀ dulcis, ♀ vite preparatus & longa digestionē fixior redditus, quo in iis, qui fuerint iuuuati hydropticum curatum fuisse scio cum alijs, si non ite preparatus sit, & incidat in viscera debilia, mercur. mortis esse solet, eiusque rei exempla non ignota sunt. *Arcanum corallinum* *Parac. turbith. minerale Aurum Kegleri*: quæ omnia cautè vsurpanda. Et licet pleræque aluum & vomitum moueant, in hydropticis tamen minus vomitum cient, sed ferè tantum per aluum pergant; ideo proculdubio, quod in tanta aquosi humoris copia ipsæ partes solidæ à medicamento istis non ita vellicari possint, & quod salsa aqua volatilitatem figit, sicut alijs videmus, si quando talia cum sale vel spiritu Ois vel aqua salis digerantur, vim vomito iam amittere. Composita autem sunt *spec. diacarth. diatribith. c. rhab. & hieræ picæ*, quibus duobus iunctis (sp. diacarth. & hieræ picæ) ab hydropticis rudimentis plurimos se vindicasse scribit *Heurnius, lib. 2. med. prax. cap. 26.* *Hydragogum eiusdem ibid.* *Hydragogum minus Fernelij*, quod mitius est, & propterea tutius exhibetur; *Maius*, quod fortius est: *Hydragogum Renodai*, quod habet *lib. 2. antidot. f. 1. cap. 12.* Pul-
- A** uis ex *Soldanella*, in *Disp. Norimberg. puluis Magistralis Stockstaldij* in August. *puluis contra hydropem Erasti*, in *Disp. Norimberg. puluis hydragogus*, in *Pharm. Quercetani cap. 17* *puluis hydragogus Heurnij*, loco alleg. *pilula de Mezerico Me sue, de Flaterio, pilula ex Esula Fernelij, pilula de Mechoacan. Renod. lib. 2. antid. f. 4. cap. 18. pilula hydragoga. Quercetani. in Pharm. Quercet. cap. 14.* *hydragoga Heurnij & Dornceuilij. Holle-* rius sequens medicamentum, quod ex *Valeto de Taranta & Gordonio* habet, commendat. ℞. *Succi cucumeris asinini & rad. eiusdem laureol. ireos calestis, absinthij & eupator. ana ℞. iij.* Subsideant, & aqua quæ supernatat, abiciatur, crassiori verò parti resictæ impiegatur *rhabarb. agaric. an. ℞. ℞. spica nardi, semin. anisi, scariola, portulaca, mastich. tragacanth. salu gemma an. ℞. i. mellis q. s.* In vase vitreo agitentur in Sole, vt fiat massa inttar *Electuarij. Dosis ℞. i. Electuarium de Soldanella: ℞. Succi ireos nostratis ℞. xiiij. galanga, Zedoaria an. ℞. i. garyophyll. nuc. moschat. an. ℞. ℞. Soldanella ℞. iiii. mellis q. s. F. Electuarium. Aliud ℞. Gummi ammoniaci aceto dissoluti ℞. i. succi glycyrrhiz. ℞. iij. pulu. soldanella ℞. i. ca yoph. cinamom. an. ℞. ℞. spec. diacarth. dialacc. an. ℞. ℞. diarrhod. abbat. ℞. i. trochise. de rosif. de eupatorio an. ℞. ℞. Cum syrup. de cortic. citri q. s. F. Electuarium. Electuarium de Soldanella D. Nanij.*
- B** ℞. *Cinam. morsu acui, sem. anisi, fœniculi, scænanth. an. ℞. ℞. Coqu. in aqua agrimonie & cuscuta ℞. iij. vel aqu. & vini part. equal. in vase duplici clauso. Colaturæ adde sacchar. canar. ℞. iij. Pula. Soldanella recentis subtiliter triti, & cribrati ℞. ℞. F. Electuarium. Dosis ℞. vi. Vultu lunt & vincta Medicata. Thomas Erastus, *part. 4. Disp. contra Paracels.* incredibilem aquæ copiam se aliquando euacuisse scribit *folius vini chalybeati*, & radicem asari vsu in iis, quos conperitum habebat ex diuturna splenis obstructione hydropem contraxisse. Idem & hoc vinum commendat; quod multorum annorum periculatione cum in scipso tum in alijs præstantissimum conperit decessimus *Medicus Muraltus, ℞. Rad. quinque aperient. glycyrrh. rasa cortic. rad. cappar. mediari fraxini. n. ℞. i. rad. irid. recent. culami aromati. cinamoni elect. an. ℞. ℞. capill. ♀, ceterach. folior. tamariſci, flor. cordia. an. M i absinthij Fontici, cardui benedicti, hyssopi, prassij an. M. ℞. liqui gaiacii in scobem redacti ℞. i. sacchar. aliff. ℞. ii. vini generosi libras ciuiles xl. Coniiciantur omnia in vasculum, & vinum calefactum affundatur, vase accuratissimè obturato, maneant per diem vnum atque alterum. Ipse verò Erastus tale parat: ℞. *Absinth. card. benedict. agrimon. asplenij, erice, verbene. rad. irid. Florent. corr. rad. cappar. rad. poly-pod. cichor. apij faric. an. ℞. ℞. fol. sena elect. ℞. i. ℞. soldanella M. ij. vel M. iij. rad. irid. carnul. ℞. ii. turbethi. ℞. v. Quibus affunde vini generosi ℞. xii. & vase clauso per tridui spatium macerentur. De tali vino alternis diebus vel tertio quoque die poculum vnum mane exhibet, corpore prius valido aliquo medicamento elaterium accipiente purgato. Diebus intermedijs ℞. ii. vel ℞. iij. succi absinthij cum saccharo misti, quoties obstructiones viscerum suspectæ sunt, exhibet. Vel absinthij comas præbet. *Platerus* tale vinum parat: ℞. *Rad. irid. ℞. j. ℞. cortic. rad. sambuc. & ebulli an. ℞. j. absinth. succi ℞. ii. fol. sena elect. ℞. j. sem. carui ℞. i. vini mensur. i. Coq. lento igne in vase duplici. Bibat æter quoridie haustum. Vel ℞. *Rad. quinque aperient. an. ℞. ℞. irid. ℞. i. asari ℞. ii. corr. rad. sambuc. ebulli, dulc. amar. an. ℞. i. absinth. succi ℞. iii. fol.*****
- C** *Electuarium de Soldanella D. Nanij.*
- D** *Electuarium de Soldanella D. Nanij.*
- E** *Electuarium de Soldanella D. Nanij.*
- Vina** *dicata.*
- visci**

visci querni ʒ. ij. flor. geniste ʒ. j. sem. fauic. ʒ. ij. petrosel. ʒ. j. ebuli ʒ. j. b. hedera ʒ. ij. fol. sena elect. ʒ. ij. soldanell. ʒ. b. rhabarb. elect. ʒ. ij. spica, schœnanth. an. ʒ. b. Affund. vini lb. viij. Bibat de eo xger mane singulis vel alternis diebus. Bauhinus hoc habet. ʒ. Summis. absinth. cardui bened. an. P. b. agrimon. chamadr. an. P. j. brassica marina P. b. fol. sena ʒ. ij. rad. ireos ʒ. j. asari mechoacan. ononidis an. ʒ. b. calami aromati. ʒ. ij. sem. anisi, fœniculi an. ʒ. b. vini albi lb. viij. Aliud. ʒ. Rad. iridis flor. purpur. ʒ. j. b. helenij, imperad. an. ʒ. b. gentiana, aristol. ros. dulc. amar. asari an. ʒ. ij. cori. inter. sambuc. ebuli an. ʒ. b. chamadr. chamapith. an. ʒ. ij. soldanella ʒ. j. fol. sena ʒ. j. b. mechoac. ʒ. b. rhabarb. ʒ. ij. cinam. elect. cortic. curi an. ʒ. ij. absinth. Pontic. vulgar. an. M. b. Omnia concita & comminuta indantur sacculo lineo & affundantur vini Rhenani optimi q. s.

Spiritus Aureus Rulandi.

Commendatur & Spiritus vine aureus Rulandi, qui plerisque nihil aliud est, quam essentia trochisci Allandali. Commodior hoc loco videtur hæc esse eius preparatio. ʒ. Rad. esula præp. lb. j. epubymii ʒ. vi. rad. polypod. ʒ. iij. Zedoarie, zingib. caryophyll. in stich. an. ʒ. j. cinamomi ʒ. b. passularum min. ʒ. j. sacch. albi lb. j. b. Trita mundantur in vase vitreato, in vini albi Rhen. ʒ. vini Malu. an. lb. iij. b. ad. sp. viriol. j. ʒ. j. Stet per dies 14. in infus. quotidie agitando postea destillentur, destillatum fecibus re affundatur, & de novo destilletur idque tertia vice repetatur.

Spiritus vini Catharticus alius.

ʒ. Med. sem. carthami ʒ. j. turpethi, diagridy an. ʒ. ij. cinam. zingib. spec. diam. fr. an. ʒ. cori. cistric. carniscydon. an. ʒ. xv. vel ʒ. j. sacch. candidi albi ʒ. ij. Infund. hor. 24. in sp. vini opt. q. s. (ex g. lb. j.) in vase vitreo, cuculentur aliquandiu, postea filtrentur per chartam emporeticam & ieruentur ad usum Dosis coch. lb. vel ʒ. j. ante partum aliquot horis. Iniebus rotatus hydragogus. ʒ. Cort. rad. esula, mechoacan. turbit. elect. scammon. an. ʒ. b. F. Cum spiritu vini s. a. Extractio. Deinde cum sacch. albi in aqua rosar. aliquoties decocti lb. j. F. Iulapium. Possunt & aliqua gutta olei cinamomi & citri addi. Dosis ab ʒ. b. ad ʒ. j. Pilula de Mechoacanna D. Andreae Doreri. ʒ. Mechoacan. ʒ. b. turbit. opt. ʒ. iij. gummi gottæ, sem. balsi vel sambuci, agaricirecent. trochisc. an. ʒ. ij. radic. esule. præp. granor. mastich. an. ʒ. j. b. cinamomi. acuti, macis, salis gemme an. ʒ. ij. Pulueriscentur, & cum vino albo Rhenano fiat massa, quæ siccata teratur & succo radic. indis denuo coagmentetur, arida rursum teratur, & cum syrupo de spina cervina q. l. fiat massa vsui reponenda, & addendo olei anisi parum. Pilula de Esula D. Georgij Leufcheri. ʒ. Trochisc. de esula ʒ. b. aloë ʒ. vi. mastich. ʒ. j. Puluerisata excipiantur melle rosaceo, additis olei destillati garyophyll. ʒ. vi F. Massa Trochisci antem de Esula sic parantur: ʒ. Rad. Esul. minor. recent. q. v. purgantur à sordibus & fibris diligenter, & abluantur aqua simpliciter, postea macerentur in lacte caprino hor. 24. in loco calido. Lactē remoto affundatur acetum vini acerrimum, in quo per noctem sement anisi crasse contusum maceratum est. Sicut ira infusa per biduum. Tandem aceto effuso exsiccentur & subtilissimè pulueriscentur. Puluis incorporetur cū vino & pauillo tragacanthæ, è quo cum gutturaliquot olei anisi fortmentur secundum artem trochisci: Extractum Hydragogum Rulandi.

ʒ. Rad. cucumer. asinini, curcum. ireos, absinth. Pontici, soldanell. expator. an. ʒ. j. b. Eliciatum cum conueniente menstruo tinctura, cui adde extract.

Operum Sennerti Tom. III.

A rhabarb. mechoacan. an. ʒ. j. essentia esula ʒ. b. sp. aromat. rosar. diarrhod. Abbat. diaspricum. an. ʒ. iii. (puto legendum ʒ. iii.) magisterij caritari ʒ. b. f. a. extractum. Dosis à ʒ. b. ad ʒ. iij. Efficax est & hic puluis. ʒ. Rad. gialappa ʒ. b. mechoacan. brosfic. marin. sem. ebuli an. ʒ. iij. gummi gottæ ʒ. ii. sem. anisi, cinamomi an. ʒ. i. F. Puluis. Dosis ʒ. i. cum vino. Vt & iste. ʒ. Hermodactil. ʒ. vi. soldanell. ʒ. iii. schœnanth. ʒ. j. lacca ʒ. iii. cinamomi. ʒ. v. sem. apy ʒ. j. F. Puluis.

Morsuli de Mechoacanna.

ʒ. Pulv. mechoacann. ʒ. j. spec. diacitri solut. ʒ. Morsuli de v. caryophyll. ʒ. b. sacch. in aq. conueniente dissoluit Mechoacanna Cnymica.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis

nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum corpus redeunt.) Digere in sino equino vel balneo per mensem Philosophicum. Postea phlegma in B. M. separa, vt vix tertia pars remaneat. Vtrumque serua diligenter. Tertiam illam partem residuam per cucurbitam latam humiliorem in arena igne secundi gradus destilla per horas, tres quatuorue, (melius id succedit per euaporationem in aperto vase ad notas perfectionis discernendas. Quando enim pars baculo exempta albicans fuerit, destillendum est.) Refrigerato & fracto vitro inuenies lunam insi at alabastrali, quando totam nigerrimam, aliquando superne candidam stellatamque. Lunam hanc in frustula fractam in suo plegmate antè abstracto per horas 5. vel 6. in B. M. vel arena infunde, solue, purum ab impuro separa, & in loco frigido crystallos collige. De menstruo reliquo extraheratur atque iterumque in cellam colloca, & totum illud in crystallos conficies. Crystallos lentè exsicca & bene ignea. Circa usum tamen horum medicamentorum, vt supra quoque monui, obseruandum, talium medicamentorum usum non nimis frequentem esse debere; cum visceribus noceant, & facultatem naturalem debilitent. Ideoque Traillianus; lib. 9. cap. 2. ait: Latius est paulatim & tunc euacuare, quam festinando perturbandoque vna cum morbo ægrum è medio tollere. Quapropter quamuis prædicti Authores præcipiant talia singulis vel alternis diebus esse vsutpandam tamen diligenter perpendendum, quid vires ferre possint, & nem pestorum vltimam in uisus aliqua appareat, & nisi vires talem medicamentorum usum ferant, per longiora interualla ea exhibenda. Præter interna medicamenta etiam clysteres vsurpare commodum est, ex mercurial. beta, parietar. fol. ebuli, soldanel. centaur minor sem. carthami fœnic. cumini. baccis lauri & similibus, vt ʒ. Fol. mercurialis, beta, soldanella, flor. chamemel. an. M. j. centaur. minor. M. b. sem. cartham. ʒ. b. fœniculi, cumini, an. ʒ. ij. baccar. lauri ʒ. b. Coqu. in aqua simpl. pio lb. j. Colatu x ʒ. lb. j. Elect. hydragog. Fernelij vel alterius ʒ. ol. sambuc. rutac. an. ʒ. i. F. Clyster. Valeniola, lib. 1. obs. 2. in vna pueris impuberis modicam fermenti coqueie iubet cum anisi, anethi & marathri seminibus, adiecta mellis despumati ʒ. i. oro clystere, quem valde laudat. Vel ʒ. Rad. ebuli ʒ. j. cyclam. ʒ. ii. herb. soldanell. mercurialis, expatorij Auicenna an. M. i. absinthij, pul. flor. chamem. sambuc. geniste. an. M. i.

ʒ. viii. F. Morsul. Dosis ʒ. iii. vel ʒ. b. Chymicum medicamentorum supra facta est mentio. A Tenzelio valde commendatur. Exec. chymic. p. 3. sect. Magisterium Lunæ deutoctium, seu Luna purgans hydragoga, quæ ita paratur. Fiat primo menstruum tale. ʒ. Vstrioli albificati lb. iij. salis nitri refinati lb. j. Destillentur in aqua fortis. Postea ʒ. Luna per Saturnum purgata & lazinata ʒ. j. aqua fortis prædicta q. s. Soluatur in cineribus, & liquor euadet cæruleus. Tunc adde. Salis nitri fixi absq; additione preparati vnciam dimid. vel integram, (Sic enim spiritus nitrales melius religuntur, & in pristinum

Purgantia
externa.

anisi, anethi, carui, genista, fœniculi an. \mathfrak{z} . j. β . A
Coq. in aqua ad \mathfrak{z} . x. In quibus dissolue *electuar.*
diaturbit. cum rhabarb. bened. laxat. an. \mathfrak{z} . β . *ol.*
rutac. anethini an. \mathfrak{z} . j. *salis* \mathfrak{z} . j. F. Clyster. Præ-
terea etiam externa ventri imposita cum laxate &
serosos humores educere possunt, quæ tamen præ-
cipuè vsurpantur, cum vel propter vires, vel pro-
pter ætatem, vel alias causas aut non possunt aut
nolunt ægri purgantia medicamenta assumere.
Componunturque talia ex *succorad. i. idis, sambu-*
ci, cyclaminis, ebuli & similibus. Radices quoque
& cortices ebuli contusi & ventri impositi aquam
copiosè educunt: item oleum ebuli è semine expres-
sum, quod ita paratur. \mathcal{L} . *Sem. ebuli purgatis* q. v.
Contundatur in mortario instar patæ. Deinde in
aqua pluuiali per triduum in loco calido maceretur, B
tum aquâ frigida affusa coquatur, & calidum in sac-
culum linteum indatur, & oleum præto exprimitur
quo umbilicus illinatur. Composita vsitata sunt:
Vnguentum Agrippæ, de Arthanita & Feineij de
lathyride.

Vnguentum umbilicale Ardernaci.

\mathcal{L} . *Succi cucumer. asinini, ebuli* an. \mathfrak{z} . iij. *ol. se-*
sam. irini an. \mathfrak{z} . ij. *cera parum.* F. Vnguentum.

Aliud Varandei.

\mathcal{L} . *Cucum. agrest. b. ynn.* an. \mathfrak{z} . j. Coq. in oleo
communi. Postea adde *pulp. colocyn. h. agaric. tro-*
chiscat. an. \mathfrak{z} . ij. *sem. ebuli, scammon.* an. \mathfrak{z} . j. *elle-*
bori nigri, antimon. an. \mathfrak{z} . j. *cera parum.* Misce. Ha-
betur & tale in Instit. lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 37.
Cataplasma laxatiuum. \mathcal{L} . *Colocyn. h. sem. cata-*
puty minor. tithymali an. \mathfrak{z} . v. *succi cucum. asinini,*
pulu. ellebori nigri an. \mathfrak{z} . vi. *cori. rad. sambuci, suc-*
cirad. ebuli an. \mathfrak{z} . vi. *scammon.* \mathfrak{z} . v. *ice. ebuli.* \mathfrak{z} .
iii. Cum mellis q. f. Cataplasma. Sensibiliter acin-
de euacuant materiam serosam diuretica, eam ta-
men potius, quæ ad ventrem confluxura est, & quæ
in viis, quæ ad renes sunt, hæret, quàm quæ in ven-
tre continetur. Parantur talia ex *petroselino, fœni-*
culo, dauco, asparago, seseli, pulegio, linaria, quæ
insigniter aquas per urinam ducit, *radic. vincetox-*
ici, pimpinell. valerian. sem. hyperici, alexexengi,
baccis iuniperi, sale genista, absin. h. fœdic. gratiol. D
iuniperi. Imprimis vtile est *lignum sassafras,* quod
præ reliquis diureticis hanc vim à natura obtinuit, vt
etiam ventriculi vires consecuet, calidum innatum
augeat ac roboret, moderateque exiccet. Laudantur
& *vermes terrestres* in puluerem redacti \mathfrak{z} . i. ponde-
re, vel decocti cum rad. asparagi, fœniculi aut pe-
troselini, quod decoctum supra fidem aquas hydro-
pocorum pelleie scribit Smetius, lib. 4. miscellan.
Et oleum, quod ex his paratur lib. 5. Institut. des-
criptum. E compositis verd sunt *species diacurcuma,*
dialasca, quæ tamen cum valde calefaciunt, vbi
conueniant, ex causâ morbi discendum. *Trochisci*
de lacca, de rhabarbaro, de capparibus; qui dari
possunt à \mathfrak{z} . β ad \mathfrak{z} . ii. cum liquore conueniente.
vt: \mathcal{L} . *Rad. fœniculi, petroselini, asparag.* an. \mathfrak{z} .
iii. *ebuli, ireos, pimpinell.* an. \mathfrak{z} . ii. *fol. beron. cus-*
cut. prass. alb. an. M. j. Coq. in aqua simplici pro
lib. j. Colaturæ adde syr. de *s. rad.* \mathfrak{z} . ij. *oxymel.*
simpl. \mathfrak{z} . i. M. pro tribus dosibus. Vel \mathcal{L} . *Ligni sa-*
ssafras lib. β . *agrimon. beton. chamædryos, ceterach.*
an. M. β *cortic. rad. fraxini* \mathfrak{z} . j. Infund. per diem in
f. q. aquæ petrosel. Postea in vase clauso ebulliant &
colentur. Colaturæ adde aquæ cinamomi & spirit.
vitrioli q. f. Vel \mathcal{L} . *Schœnanth. cinamom. asari, ma-*
stich. absinth. sem. fœniculi an. \mathfrak{z} . ii. *spica aristoloch.*
long. petroselin. an. \mathfrak{z} . ii. *rhabarb.* \mathfrak{z} . j. β . *ca-*
ryophyll. calam. arom. an. \mathfrak{z} . i. *mellis* q. f. F. Ele-

Diuretica

ctuarium. cuius dosis \mathfrak{z} . ii. cum aqua graminis vel
petroselini. Vel \mathcal{L} . *Dauci Cresci* \mathfrak{z} . ii. *cinamom. spi-*
ca an. \mathfrak{z} . β . F. Pulvis. Efficaciter & hoc vinum an pro-
mouet. \mathcal{L} . *Straminis fabar.* M. vi. *semit. iuniperi,*
genist. an. M. ii. β *mastrisylu* M. i. β . Comburantur
in cinerem, per quem vinum bis ter è coletur, cui-
us \mathfrak{z} . v. calidè exhibeantur. Commendatur & hoc li-
xiuum. Leuiathan Rabbi, quod deserij sic Heuinnis
l. 2. meth. med. c. 6. \mathcal{L} . *ciner. genist. stipi. fabar. vitis*
albas duas ferèis an. M. i. *vin. Rher. an. lib.* iii. Ter
cola per cineres F. Lixiuum. A *de nucem moschar.*
i. & ad pondus eius *cinamomum, bacca. Lauri* m. vi.
iunini \mathfrak{z} . ii. *an. si. fœniculi tantundem, sacchar* \mathfrak{z} . iv.
Misce. Commendatur & lixiuum è cineribus trian-
dium tantip. cum vino alboscâ im. impositis aromati-
bus & saccharo. Vel \mathcal{L} . *Aq. per. halscab.* an. \mathfrak{z} . v.
flor. sambuc. \mathfrak{z} . ii. *spiritus salis* q. f. Misce læpius au-
tem exhibenda sunt diuretica non solum vt materiam
serosam antecederent causam et urinam euacuet,
sed & viscera ab obstractionibus liberent. Cum enim
vt supra dictum, serosa materia in primis visis si bli-
stens ob obstruccionem eorundem in a. h. u. mali cau-
sâ firmiter danda opera, vt via illa a. u. emantet, qui-
bus aperius natura sponte per vias serosos humo-
res expellit. In casu desperato non nisi etiam can-
tharides exhibent, & quidem aliqui in tegias, cum des.
alas & pedes ventris malignitatem congerit statuât.
Michaël Paschalius verd, *l. 1. meth. med. morb. c. 44.*
capita & pedes abscedere iubet non alio, & quidem
C autoritate Hippocrati & Plinij. Vel Hippocrates
de rat. vit. in acur. cir. a. finem, ab hydio e cantha-
rides tres ablato cuiusque capite pedibusque & alis,
ex tribus aquæ cyathis exhibet. Quod etiam facit,
lib. de int. affect. E. Capitiacius desperatos cantha-
ridum vsu restitutos fuisse scribit, atque è Dioscoridis,
lib. 2. cap. 54. & Galei, *2. de antidot. cap. 7.*
& 11. de simpl. med. fac. sententia vnam exhibet cum
pulvere rutæ fœniculi aut similis medicamenti \mathfrak{z} . i. &
superbibere iubet iuris pinguis puli \mathfrak{z} . iv. vel \mathfrak{z} . v.
Commendat idem in medicamentum Michaël Pas-
chalius ex Valeasco de Taranta, idque hoc modo ex-
hibet \mathcal{L} . *Canthari. j. absque cap. & ped.* 4. *sem.*
frigid. maior. mund. an. \mathfrak{z} . β . *sacchar. cand. violati*
 \mathfrak{z} . ij. *cum m. ceras. an. tra. acanth.* \mathfrak{z} . vi. F. Pulvis.
D si \mathfrak{z} . j. Sudoribus quoque aqua euacuatur; Illa Sudori
tamen potius, quæ carnis partibus inest, quàm quæ
in abdomen continetur. Ideoq. Platensis, *tr. 3. Pract.*
monet, in Acute per vim sudores elicere incon-
modè in nonnumquam, imo noxiùm esse eum sine
delectu hoc fiat, ex sicis in medicamentis sudoriferis
actualique adhibito calore, ægrique decubitu ob
disponam citra suffocatinis periculum diutius ferre
nequeant; & si in stoffa tentetur, admodum debili-
tetur atque incendatur æger. Quapropter nisi sponte
erumpant sudores, & in declinatione morbi crurum
tumoris causa vsurpenter, non temere ad sudores
ægri sunt adigendi; cum serosus humor, non vt in
anasarca per superficiem corporis diffusus sit, sed in
abdome continetur, vnde sudorifera non sine
magno labore aliquid euacuant, timendumque sit,
ne dum ægrum diu balneis immorari oportet, ante-
quam sudor erumpat, vires eius deiciantur. Ideo-
que hoc auxilium non nisi in iis, qui robusti sunt, vsur-
pandum. Sunt autem hydrotica vel Interna, vel
E Interna
Externa. In numero interiorum sunt pleraque Diu-
retica, quibus addi possunt flor. sambuci & ebuli, &
ex his parati spiritus, vt & sal ebuli & vincetoxici,
decoctum ligni guaiaci & sassafias Decoctum sudo-
riferum specificum describit Quercetanus, *cap. 8.*
pharm. rest. Vtilis est & hæc aqua. \mathcal{L} . *Scobis ligni*
guaiaci lib. ij. *radic. helenij* \mathfrak{z} . ij. *personata, ireos*
Florentin. an. \mathfrak{z} . j. *flor. chamam. Roman.* M. j. β .

succib. secar. ebuli ꝑ. iij. *S. iheriac. diateff.* ꝑ. ij. *S. rob.* A
sambuci tb. ij. *aq. cinamom.* ꝑ. j. *S. vini Rhenani*
antiqui Menf. ij. Digerantur hoc 24. in loco calido.
 Postea destillentur in cineribus. Dosis ꝑ. iv. Externa,
 quæ ad ciendos sudores vsurpantur, sunt siccum
 balneum, Laconicum dictum, cuius stru&piram,
 docet Vitruuius, *lib. 5. archite&.* cap. 5. Celsus,
lib. 2. cap. 17. de sudore per siccum calorem elicien-
 do sic scribit: Siccus calor est & arenæ calidæ, &
 Læconici & clibani, & quarundam naturalitum
 sudationum, vbi è terra calidus diffusus vapor ædifi-
 cio includitur, Sicut supra Baias in Myrtilletis
 habemus: Præter hoc Sole quoque & exercitatio-
 ne sador mouetur. Hæc Celsus. Galenus, *de usu*
respir. cap. 4. & doliarij vaporij meminit, quod anti-
 qui & præsertim Chryssippus Cnidius, in curando
 hydrope in vsu habuerint, quod multo magis, quam
 balnea aqueam humorem dissipat, ægrum tamen
 non ita suffocat, cum frigidum ærem intro attrahere
 possit. Commodius tamen est illud vaporarium,
 quod ex assensibus & tabulis ligneis conficitur, per
 quod æger caput exierit. Decoctum autem, quod
 silueibus vel scorpiis ferri ignitis infunditur per turo-
 rium, paratur ex radicibus & folijs ebuli sambuci,
 absinth. ruta, lauri folijs, flor. chamæm. sambu-
 cii & similibus. Maximum autem ad euacuandam
 aquam hydropis præsidium est *caeteris*, seu
 apertio abdominis ferro facta ad educendas aquas
 hydropicorum, cuius & Hippocrates, *libro*
caeteris & *libro* *caeteris* meminit, quæ quo-
 modo fieri debeat, Albucalis docet, *libro 2. chi-*
rurgor. capite 54. dictumque ea de re est *libro 5. In-*
stit. p. 1. s. 2. c. 7. Locum autem hæc habet tantum
 in Ascite, quando breui tempore ad insignem ma-
 gnitudinem peruenit, & hydragoga aliaque auxilia
 non iuuant, viresque adhuc constant; Ideoque
 etiam Hippocrates, *6. epid. 6. a&ring. c&ring.*, statim
 secare iubet, in eo scilicet, qui sine febre est, sine
 pulmonis vicere, sine fluxu alui, corpore non ema-
 ciato, ætate florente, & omnino, qui, vt Hippo-
 crates, *in Proverb.* habet, est adhuc *caeteris*.
 Nam si hydrops iam longor tempore sit congestus,
 vires iam conciderint, & viscera sint debilitata, si-
 cut, & in Ascite, qui à scirrho epatis aut lienis, aut
 morbo aliquo acuto extitit, qui per se lethalis esse
 solet, fuit à hoc præsidium tentatur, & anima cum
 aqua euicitur: Sicuti obseruauit Capuaecus, *lib.*
3. Pract. cap. 15. Ambrosius Paruus, *lib. 7. chi-*
rurg. cap. 11. Henricus Smetius & alij, & ipse etiam
 Esti autem compertum est, sanatos fuisse quosdam
 quibus aut sectione ab empiricis facta, aut casu vul-
 nerato abdomine, vniuersa aqua simul absque vitæ
 discrimine effluxit: tamen tutius est, de consilio ve-
 terum, sensim aquam illam educere, singulis diebus
 ꝑ. vj. ꝑ. viij. vel ꝑ. x. pro virium ratione & tole-
 rantia. Nam aquæ innatantia in abdomine viscera
 aqua subito euacuata subit, collabuntur, quæ tra-
 ctis deorsum superioribus & diaphragmate vires an-
 tea debilitatas non parum labefactant, præsertim si
 scirrhus visceris ab aquosa materia sustentatus iam
 pondere suo subsideat, non sine insigni molestia, so-
 letque in tali subita euacuatione etiam aliquid calori-
 sis exspirare. De loco, in quo sectio fieri debeat, di-
 ximus *allegato loco in Instit.* quæ videantur; &
 commodissimè, si natura eò inclinet, sit sectio in
 vmbilico, & natura plerumque ipsa hunc locum eli-
 git, dum vmbilicum in amplam & pellucidam vesti-
 cam distendit, quæ si vel scalpello vel sponte aper-
 riatur, aqua magno impetu, si permixtata effluit.
 Quimodus cum ita expeditus sit, & à natura ipsa
 monstretur, si arte procurari posset, magnam cura-
 tionis spem afferret. Ferunt Sanctorium Medicum

Patauinum id tentare & cetero enchiremate & atti-
 ficio vasa vmbilicalia ita dilatare posse, vt instru-
 mento siphunculi formam habente tantum, quan-
 tum libet, quotidie sine ægri incommodo & virium
 detractione educere possit. Instrumenta ea depinxit,
 in *comm. in 1. fen. Auic. tr. 4. cap. 1. text. 12. quest.* Platini
 71. Platerus cucurbita vmbilico sæpe admota cum
 intumescente posse sperat. In vetis etiam videtur ha-
 buisse hunc modum Guilielmus Fabricius, *sent. 1. Guilel-*
obseru. 47. eò unprimis adductus, quod in hydro-
 pico de mortuo vmbilicalem venam adeo dilata-
 tam inuenit, vt facile penna anserina immitti potuerit.
 Ex eo enim apparet, viam hanc euacuandi aquam
 hydropicorum esse commodissimam, vt pote quam
 natura non solum ipsa querit, sed quandoque etiam
 aperit. Nam etsi vasa vmbilicalia, seruum hunc
 eòto, officio suo defuncta coalescant, exiccantur &
 in ligamentum quasi abeant, tamen naturalis in
 conformationem non plane amittere; sed ex his ve-
 nam vmbilicalem & vasa hæc interdum vel non plane
 coalescere, vel rursus aperiri, & vias in sero-
 solisque alios humores per ea euacuari, Medicorum
 obseruationes docent. Aquam hydropicorum per
 vmbilicum quandoque spontè euacuari certam est,
 & habent huius rei exempla tam alta, tum Guilielmus
 Fabricius, *loco alleg.* Volcherus Coiter, *in obseru.*
 refert, in virgine quadam Norimbergensi distenta
 inuentam venam vmbilicalem sanguinis copia tri-
 gidam atque extensam. Marcellus Donatus *de hi-*
stor. 10. m. l. 4. c. 26. narrat, in vrbe Tridentina,
 quo tempore Concilium ibi celebratur, fuisse mu-
 lierem, cui singulis mensibus menstrua ex vmbilico
 profluebant, & præterea viui lambriui vnde erum-
 pebant. Fernelius, *l. 6. de part. morb. & sympt. cap.*
13. refert; cuidam annum 30. agentis obstreta vesti-
 ca ceruice urinam assatum, tanquam emissione ex
 vmbilico in multos menses profluxisse, idque ci-
 tra tumorem, citra nullam in abdomine collectio-
 nem. Ipse etiam vidi nobilem quandam Danum,
 cui serosus quidam humor per anni quadrantem, &
 interdum satis copiosè, sine tamen vlla valetudinis
 offensione (nisi quod interdum de doloribus ventris
 & præcipuè circa vmbilicum conqueitur) per vmbi-
 licum effluebat, quod proculdubio conungebat,
 vt ex alijs signis cognoscere licebat, ob dispositionem
 & inclinationem quandam ad hydropem, & serosi
 humoris in ventre abundantiam, quò vt natura se li-
 beraret, hanc viam euacuandi sero quaesivit, quod
 nuda factam, proculdubio in cachexiam vel hydro-
 pem incidisset. Aperiuntur & aliæ partes ad serum
 euacuandum. Platerus serorum eligit, cum quo con-
 sentit Massarias, qui serotum & ventris scarificatio-
 ni & abdominis perforationi seroti perforationem
 præfert, vt pote quæ fiat sine vlla molestia & pericu-
 lo, summo tamen cum ægri emolumento, cuius bene-
 ficio in mercatore quodam trium dierum spatio
 quadraginta quinque libras aquæ cum salute ægri
 eduxit. Et licet aliquid incommodi accideret, minus
 tamen esset periculosum, quam in alijs locis. Ita re-
 fert Guilielmus Fabricius, *centur. 1. obseru. 48.* cui-
 dam hydropico adeo copiosè in serorum delapsum
 esse humorem serosum, & excitata gangrana inde
 effluxisse, vt à morbo liberatus sit & diu superuix-
 erit sanus, atque liberos aliquot procreauit. Testes
 autem natura obduxerat callosà quædam substantia
 quæ eos vice seroti obtegebat, & ab externis ini-
 urijs vindicabat. Cum autem serotum vel vailo sal-
 tem vulnere, vel pluribus scarificationibus, vel
 fetaceo infuso aperiri possit, Platerus præfert vni-
 cum vulnus satis amplum, cui cannam argentæam
 impenit, si nimium serotum tumidum sit, & natura
 eò loci aquam destruxerit. Aliud enim seroto vacuo &

terna.

maxim.

locum
beat?

Avna vice
aja edu-
e da?

Co in lo-
cieri de-
?

Storij
m usaquã
cahendi
mus.

Platini

Guilel-
Fabr.

Scroti apertio.

Hydrops
per pud-
da euacu-
cas.

Crurum
scarcificatio.

natura non adminiculante frustra tētatut seroti aper-
tio. Nonnulli scarificationem crurum suadent, cuius
quoque Galenus, *lib. 9. de comp. med. sec. loc. c. 3.*
meminit, & Aëtius, *tetrab. 3. serm. 2. cap. 30.* ex
Asclepiade, Leonide, Hippocrate & Archigene
modum administrandi prolixè proponit, quem etiam
Instit. *leco alleg.* inferuimus. Verum etiam hīc cau-
tione & iudicio opus est. Neque n. ea semper bene
cedit, sed ob humoris falsi affluxum non raro in-
flammatio & grauiissimi dolores, vt aliquoties ob-
seruauī, imò quandoque etiam gangræna accedit.
Ideoque vt hīc etiam calumiam vitet Medicus, id,
quod accidere potest ob prauitatem affluētis hu-
moris, prædicere debet, & scarificationem ita miti-
tuere ac moderari, vt quantum hec, illa sympto-
mata & mala vitentur. Nimirum in parte carnosā
crurum circa furas scarificationem leniter instituere
debet; cum & cuticulā solum rupta aqua effluere so-
leat, vulneraque infligere satis distantia, serumque,
quod exsudat, linteolo molli citra omnem frictio-
nem abtergere, & vnguento albo loeis conuenien-
tibus partes munire, & inflammationem prohibere,
faciasque sepiissime permutare. Alii cauteria & vesi-
catoria cum in abdomine, tum in cruribus paulò su-
pra talos applicant. Sed nec hoc satis tutum, & om-
nino cautione & hic opus est, vt id fiat corpore ad-
huc vegeto, & calore partium nondam destructo, no
vlcera insanabilia, *6. aphor. 8.* vel gangræna obo-
riatur. Scribitque Ludouicus Septauus, *animada
medic. lib 7. num. 36.* quamuis duos hydrope labo-
rantes sanatos viderit, vesicis in cruribus per se exci-
tatis & diruptis, ac multa aqua per eam partem eua-
cuata, exhibitis postea multis epar reborantibus: nul-
lum tamen vnquam totis 40. annis, quibus Medio-
lani Medicinam fecit, curatum se vidisse, cui ad me-
dicis vesicatoria cruribus admota fuere, sed ferè sem-
per gangrænas secuta fuisse curatu impossibiles. Cuius
rei exemplum habet Guil. Fabricius, *cent. 1. obs.
49.* de vidua quadam sexagenaria, ascite laborante,
cui cum imperitus Medicus vesicatoria tibus impos-
uisset, tantum ipsdē aquæ attraxit, vt inde natiuus
calor extinctus sit, & paucis post diebus mulier de-
cesserit. Insensibiliter aquam Hydropicorum eua-
cuant & discutunt. 1. Interna: quædam, sudorifera
videlicet & medicamenta discutientia, vt decoctum
sassafras, ligni guaiacæ, sal absinthii, sales theriacales,
antidoti magnæ, theriaca, Mithridatum, quæ
totum corpus mirabiliter penetrant. Maximè vero
commendat Mercatus confectioem cyphoidem
Andromachi à Galeno, *8. de compos. med. sec. loc.
c. 7.* descriptam, cuius \mathfrak{D} . j. cum liquore conue-
niente exhibetur. Verum talia potius conueniunt, vbi
humor in ambitu corporis hæret, quam cum in ca-
uitate ab hominis continetur. Vtiliora sunt, quæ fo-
ris applicantur, vt sacculi ex surfuribus, milio pani-
co, cumino in vino cœctis; oleum iuniperi, sambu-
cinum, anethinum, vnguentum de arthanita, Agrippæ
Martiatum, emplastrum Heræ apud Galenum, *2.
de comp. med. sec. cap. 19.* descriptum. Vel \mathfrak{L} . *Vn-
gu. de arthanita.* Agrippæ an. \mathfrak{z} . j. rad. ebuli, asari,
bryonia, ieros an. \mathfrak{d} . ij. sulphur. vini, stercor. co-
lumbini an. \mathfrak{d} . iij. olei scorpion. \mathfrak{d} . vj. urine pueri im-
puberis, mellis an. q. s. Fiat Cataplasma pro toto
ventre, ita tamen, ne ventriculum & epatis regio-
nem attingat. Vel \mathfrak{L} . *Farin. placemiar. sem. lini &
cannabis* an. \mathfrak{z} . ij. stercor. columbini \mathfrak{z} . j. Coq. in li-
xiuio ad pulvis consistentiam sepius agitando. Dein-
de adde pulv. sulph. vini \mathfrak{d} . v. alumin \mathfrak{z} . s. salis comm.
 \mathfrak{d} . v. farina lupin. fannæ pulv. sem. curvini, ani-
si, baccor. lauri an. \mathfrak{z} . s. olei laurini, anethini q. s.
F. Cataplasma. Emplastrum Italis Medicis v. Ita-
rum describitur in Dispens. August. Commendatur

Ex vesic.
ribus hy-
dropsappof.
gangræna &
mers.

Cauteria &
vesicatoria
abdom. &
crurib. ap-
plicata.

Insensibili-
ter aquam
euacuantia.
Interna.

Externa.

A & hoc: \mathfrak{L} . *Coleophon.* \mathfrak{z} . iij. *cera neue* \mathfrak{z} . ij. *gan mi
elem. iacamahac.* an. \mathfrak{z} . j. *salis nitri* \mathfrak{z} . j. *s. sulphur.*
vini \mathfrak{d} . vj. *pulu. santal. rubr. myrrha rubr. mastich.*
thuris an. \mathfrak{z} . s. *ol. laurini* \mathfrak{d} . vj. *balsami Indici* \mathfrak{d} . ij.
Infund. santal. n. br. in spir. vini hōis aliquot. Po-
stea addatur cæteris, & fiat Emplastrum. Mercatus
hoc laudat. \mathfrak{L} . *Terebinth.* \mathfrak{lb} . j. *thuris, mastich.*
myrrh. an. \mathfrak{d} . vj. *ladani, ruc. n. osch. garzophyll.*
galang. \mathfrak{z} . *dear. cubeb.* an. \mathfrak{z} . ij. Puluerianda pulv
erulentur, F. Vnguentum, quo venter mungatur. Vel
 \mathfrak{L} . *flor. fol. & cortic. iouls, sabina* an. M. j. *rad.*
uicos \mathfrak{z} . j. *scylla* \mathfrak{z} . ij. Coqu. in olei laurini \mathfrak{lb} . ij. *V i-
ni* \mathfrak{z} . j. & cum forti expressione colentur. In ceta-
tura dissolue japonis \mathfrak{z} . ij. F. Linimentum. Galenus
11. de simp. med. facult. cochleas non vltas ceut, &
vpa cum testis ventri hydropicorum imponit. Anti-
qui etiam lutum Minerale circa thernastar quam
cataplasma loco fomenti applicabant. Vtile est &
hoc. \mathfrak{L} . *Cera, picis arida* an. \mathfrak{z} . ij. *alumin sulph.*
vini, manna thuris, nitri an. \mathfrak{z} . s. *resina frixæ* \mathfrak{lb} .
s. *olei veteris* \mathfrak{z} . j. *aceti q. s. ad dissoluedum arida.*
Misce pro linimento. Celebre & probatum est hoc.
 \mathfrak{L} . *Stercoris columbini in aceto macerati* \mathfrak{lb} . j. *sulph.*
vini \mathfrak{z} . j. *nitri* \mathfrak{z} . s. *pulu. rad. beleny, baccor. lauri,*
anethi, flor. chamem. an. \mathfrak{d} . vj. *sem. nasturtij* \mathfrak{d} . ij.
Coqu. omnia in vino ad iustam crassitudinem. Postea
adde mellis \mathfrak{z} . ij. *terebinth.* \mathfrak{z} . j. *s. succi ebuli* \mathfrak{z} . ij.
irid. \mathfrak{z} . j. *s. soldanell.* \mathfrak{z} . j. *farin. fabar.* \mathfrak{z} . ij. *Mil-
ce.* F. Cataplasma. Huius generis plura videantur
apud Galenum, Mercatum, Platerum, & passim
alios Practicos. Aduersus tumorem seroti vtilis est
euaporatio per scellam facta ex decocto flor. chan-
mel, sambuci, meliloti, absinthii, rorismarini, ru-
tæ & similibus; vel addendo farinam fabarum & pul-
uerem cumini & similitum, Fiat Cataplasma. Cura
tumida & infl. ra lauentur aqua marina vel salia, in
qua cocta sint folia sambuci, ebuli, bacca lauri, iu-
niperi, vel iuxta ex cineribus vitis, in quo ebulus aut
sambucus cocta sint. Aut spongia eiusmodi decocto
vel lixiuio vel aqua maceretur, iterumque exsicce-
tur, & fortiter cum fasciis circa crura ligetur, donec
paullulum detumeant. Galenus, *ad Glaucon. cap. 3.*
Tumorem pedum in Hydropicis, phthisicis, cachec-
ticis tollit frictione ex oxorrhodino, aut sale &
oleo, aut ex sale iniecto oxorrhodino. Forestus hoc
Cataplasma commendat. \mathfrak{L} . *Rad. ebulirecent.* M.
vi. *bryon.* \mathfrak{lb} . j. *cortic. exter. sambuc.* M. iii. *fol. cu-
cum. asinini* M. ii. *canl. rubr.* M. vi. *fol. malua* M.
ii. *alib. exiccat.* M. iii. Coqu. in aqua communi.
Contundantur addendo *Vnguenti Agrippæ* \mathfrak{z} . iii.
farin. hordei \mathfrak{lb} . s. F. Cataplasma. quo crura vsque
ad genua inuoluantur. Verum enim vero intem-
perie viscerum & caussis collectionis seri sublati, &
aqua ex abdomine euacuata, sponte sua tumor hic in
cruribus & seroto plerumq; euanescit. Vbi exulcera-
tis cruribus de gangræna metus est, lauentur illa cum
vino decoctionis flor. vngulæ caballinæ, quibus ali-
quid mastich. thuris, myrrhæ, lithargyræ additum sit.
Interim dum hæc sunt non negligenda, sed diligen-
ter disbas, quibus purgantia non exhibentur, alte-
rantia & viscerum calorem natiuum instaurantia ob-
structionesque aperientia vsurpanda. Si enim hæc
vel omittantur, vel negligentius vsurpantur, frustra
sola euacuantia exhibentur. Remanente enim caussa
collectionis seroti humoris breui is colligitur. Com-
mendatur in hos vsus *absinthium*, & quæ parantur
ex eo medicamenta; *epar luti, extractum epatis
vituli, aqua ex epate vituli, agrimonis, aliisque
plantis epaticis destillata; dialacca, diacrychma,
trochisci de lacca, de rhabarbar. de absinthid. de
eparor. confectio cyphoides* à Galeno, *8. de comp.
med. sec. loc.* descripta Iohan. Anglicus, in *Pract. sua,*

Altera a
& aper-
tia.

quæ rosa Anglica inscribitur *Electuarium diacube-*
barum dictum commendat, tanquam singulare ar-
 canum, & nemini nisi accepto pretio communican-
 dum, cuius hæc est descriptio: *℞. Santal. omnium*
 an. \mathcal{D} . j. *spondij, rasur. ebor.* an. \mathcal{D} . j. *sem. ocyni, cu-*
kebar. an. \mathcal{Z} . \mathcal{b} . vel \mathcal{D} . iij. *sem. iv. frig. maior.* an.
 \mathcal{D} . ij. *endiv. portulac.* an. \mathcal{D} . \mathcal{b} . *ligni aloes, nuc. mos-*
chat. an. \mathcal{Z} . \mathcal{b} . *facch.* lb. j. Cum decocto vel aqua
 endivæ F. Electuarium. Non multum ab hoc dif-
 fert compositio Diacubebe dicta, quæ nomine Pa-
 racelsi circumfertur, quam proculdubio ab Anti-
 quis Medicis mutatus est. *℞. Cubebar.* (quos ta-
 men myrtillos *Hendelbeer* nominat) *ocyni caryo-*
phyll. an. \mathcal{Z} . \mathcal{b} . *santal. omnium* an. \mathcal{Z} . \mathcal{b} . *rasur. e-*
boris, carabe citrina an. \mathcal{D} . iij. *sem. iv. frigid. maior.*
mundat. an. j. *ligni aloës, nuc. moschat.* an. \mathcal{D} . iij.
 Cum *syrup. granator.* F. Electuarium. Ferunt huius
 solius usu, præmissis præmittendis, nisi viscerum
 substantia planè sit corrupta, hydropem tolli. Utile
 est & hoc. *℞. Trochisc. de absinth. de eupator.* an.
 \mathcal{Z} . j. *de rhubarb. de lactea* an. \mathcal{D} . j. *epat. lupipræpar.*
 \mathcal{Z} . \mathcal{b} . *spec. diarrhod. abbatis, arom. rosat.* an. \mathcal{D} .
 j. *conserv. flor. sambuci* \mathcal{Z} . j. *Mithridat.* \mathcal{D} . ij. Cum
syrupo de eupatorio F. Electuarium. Vel *℞. Roob.*
sambuci \mathcal{Z} . \mathcal{b} . *Mithridatij* \mathcal{D} . ij. *spec. diarrhod ab-*
bat. \mathcal{D} . \mathcal{b} . *magist. perlar. ocular. cancerian.* \mathcal{Z} . j. Cum
syrupo de eupatorio F. Electuarium. Plurimum etiã
 hic, præsertim ubi obstructiones adsunt, cum à Ga-
 lenicis, tum à Chymicis laudatur, & multum etiam
 præstat Chalybs rectè præparatus, cuius supra iam
 aliquoties facta est mentio. Verum hæc omnia no-
 tatu dignã sententiã Alexandri Tralliani, qui *libr.*
9. cap. 3. ita scribit, concludere libet: Omnia, &
 quæ præcesserunt, mala, & quæ nunc adsunt, ob-
 servanda puto, ac ubi præsentem intemperiem no-
 ueris, ita adurationem audacter accedas, non au-
 tem vulgarem opinionem sequaris, nempe aqua in-
 ter cutem laborantes quouis modo calefaciendos
 esse.

De Ascite à colliquatione.

Cum etiam supra hydropis à colliquatione facta
 sit mētio, de eo etiam aliquid hîc addere libet. Hy-
 drops autem hic subitò generatur, & coniunctus est
 cum febre ardente. Periculosus verò omnino est,
 cum ista colliquatione corpus langueat, & omnes
 vires collabantur, quibus prostratis ægri sanare
 difficillimum est. Duo autem in tali hydrope agen-
 da. Calor immoderatus & colliquans alterandus &
 refrigerandus, & materia aquosa cumalata euacua-
 da. Et primò quidem omni conatu Medico opera-
 da, ut colliquationem inhibeat, & cassam eius
 tollat, refrigerantibus scilicet, cum in victu, tum in
 medicamentis exhibitis, tum extra cataplasmatibus,
 epithematis, inunctionibus refrigerantibus thoraci
 & epati applicatis; & omnino ea curatio hîc insti-
 tuenda, quæ febribus colliquantibus debetur. Aqua
 verò à colliquatione cumalata euacuanda vel sensi-
 biliter per aluum & urinam, vel insensibiliter dif-
 feutienda; quod tamen non tentandum, nisi calore
 febrili prius sublato; cum ex istorum remedium
 usu calor febrilis facilè augeti possit.

Dieta.

Quantum bona victus ratio ad curandum Hydro-
 pem faciat, præter quotidianam experientiam Cel-
 sus, *libr. 2. cap. 22.* ostendit. Qui itaque ex toto
 sibi temperare nequeunt, ad salutem non perducun-
 tur. Ideoque non ignobilis Medicus, Chryssippi dis-
 cipulus, apud Antiochum Regem amicum quen-
 dam eius, notæ intemperantiæ medioeriter eo mor-
 bo implicatum negavit posse sanari, cumque al-
 ter Medicus Epirotes Philippus ipsum se sanatu-
 rum polliceretur, respondit, illum ad morbum ægri
 Operum Sennerti Tom. III.

respicere, se ad animum. Neque eum res fecellit. Ille
 enim cum summa diligentia non Medici tantum, sed
 & Regis custodiretur: tamen malagmata sua deuo-
 rando bibendoque suam urinam in exitum se præci-
 pitavit. Dieta tamen non sit tenuis, sed mediocris &
 toto morbi decursu æqualis,

Intota victus ratione ab humido abstinendum.
 Aerigitur eligatur ad calidum vergens, & natura sua
 salubris; vitetur humidus, crassus. Somnus sit mo-
 deratus, aut paulò brevior consueto. Multum con-
 ducit motus corporis, si modò ab ægro villo modo
 iniri possit. Cibus aridior sit, coctus tamen & distri-
 butu facilis, non viscidus & humidus, qui in aquo-
 sitatem maxima ex parte transit. Ideoque iuscula
 parè offerantur, ea tamen nutrientia, non multum
 aquæ suppeditantia, ex iure pulli, caponis, car-
 nium, ciccribus rubris, avena. Panis sit bene fer-
 mentatus, à feris artibus tamen non planè repurgatus;
 ita enim aperit magis & abstergit. Condiatier tenue
 anisi, fœniculi, cicuti, cumini, coriandri. Elici-
 tum Hippocrates præfert, *lib. de iur. affict.* modò
 ægri concoquere valeant. Ex avibus laudantur syl-
 veſtres, & præcipuè montana. Alaudatum elu & usu
 quendam restitutum se vidisse, testatur Nicolaus
 Florentinus. Quadrupedum carnes non pingues sint,
 & assæ potius, quàm elixæ præbeantur. Iccur ani-
 malium, præsertim gallinarum, quasi tota substan-
 tia vitale, plurimi commendant. Condiantur carnes
 cinamomo caryophyllis aniso, fœniculo, petroseli-
 no, thymo, baccis juniperi, rusticis etiam alho. A
 leguminibus prorsus abſtineat æger; olera etiam
 pleraque, cum mali succi sunt, non conveniunt, ut
 & fructus crudi. Condimenti tamen loco usurpari
 possunt asparagi, summit. lupuli, nasturtium aquat.
 sinapi, cochlearia, chærefolium, gemmæ ex floribus
 immaturis genistæ aceto conditæ. E fructibus conve-
 niunt passulæ, amygdalæ amare, pistacia, pineæ
 cappares, oliuæ. In potu aqua vitetur.

Vinum sit album, tenue & diureticum, vel cereui-
 sia bona lupulo condita, & absinthio, agrimon. ro-
 remarino, salvia, medicata. De quibus tamen non
 plus bibendum, quàm quantum ad sitim aliquomo-
 do & vitam sustentandum sufficiat. Vvrius se ægris
 suis ultra lb. \mathcal{b} . vini qualibet die non permittere stri-
 cta lege scribit. Et ut minori molestia hîc obedire
 queant ægri, commodum esse, si ex vitro angusti
 oris bibant. Humeſcatur enim sæpius vini stillantis
 momento lingua, promptius fallitur sitis, nec eius
 copia venter gravatur. In eundem usum passulæ &
 glycyrrhiza viridis masticantur. Imò si æger tolera-
 repotest, commodum est, planè à potu abſtinere;
 cum experientia testetur, sanatos fuisse quosdam, qui
 ab omni potu menses aliquot, imò integrum annum
 abſtinuerunt, ut testatur Iacchimus, *in 9. Rhafis*
cap. 22. Beniuenius, *de abdit. sanar. caus. cap. 13.*
 (Anasarcam tamen fuisse existimat. Dodoræus)
 Alexander Massarias, *l. 3. c. 16.* Sitamen sitis valde,
 cruciet, aceto aqua chalybeata diluto os colligere uti-
 le est. Celsus, *loco allegato*, refert, quod Epicuri
 discipulus quidam Hydropticus, cum non posset æ-
 quo animo sitim ferre, ubi diu abſtinuit, bibere soli-
 tus est, deinde enomuit Retentio alni noxia est. Ideo-
 que si ea seignior sit, stimulanda vel cibis laxantibus
 vel clysteribus. Animi affectus moderati sint.

QVÆSTIO I.

An Hydrope ascites solo epate lesa generetur.

Vulgata equidem & antiqua in scholis Medico-
 rum est sententiã, omnem hydropem accidere epate
 primario affecto, & proxima ac præcipua om-

An hydrope
 ascites solo
 epate lesa
 generetur.

nis hydrophis causam esse *αἰμάτιον* Epatis læsam, & quidem ab intemperie eius frigida. Docuit id Galenus, *lib. 5. de loc. aff. cap. 7. ibid. lib. 7. cap. 1. 6. aph. 12. & 42. 2. Progn. 1. 1. & 2. 4. de presag. puls. cap. 9.* Galenum sequitur Auicennas, *lib. 3. fen. 14. tr. 4. cap. 4.* & alii Medici plerique, & adducti sunt in eam sententiam, quod cum epas officina sanguificationis sit, ibi sanguinem vitiosum generari probabile sit, ubi bonus generatur. Et quia calor innatus epatis præcipuum sanguificationis instrumentum est, colæso & epate refrigerato sanguinem ferofum generari, & tandem hydrophem induci ceciderunt.

Reperti tamen sunt, præcipuè nostro seculo, non pauci Medici, qui à communi ista opinione discesserunt, & quidem primò ea de causa, quod in sectione hydropticorum sæpè epas saluam inuentum sit. De quo Maure Cordæus, *comm. 5. in lib. 1. Hippocr. de mulieb.* scribit: In hac, inquit Parisiensi Asclepiadarum familia per celebri magnus & frequens est numerus; Medicorum caterua ubique sunt malitæ atque conuentus; vix verò inter eos vllum reperies, cui non contigerit Hydropticum cadaver aliquod euiscerare. Quid verò in illis commento superioris simile reperies? Integrum est in multis epas ex omni parte, quibus exortus est hydrophis ab aquoso Liene.

Refert quoque Schenckius, *lib. 3. obs. ex observation. D. Francisci Tudicæi*, quæ historia integre infra de Tympanite recensetur, Virum quendam sexagenarium, cum diu à fluxibus & anhelandi difficultate molestatus esset tandem in Ascitem incidisse, eoque mortuum esse. In cuius cadavere aperto epas nihil ferè à sana epatis constitutione differre visum est, neque quicquam in eo vel alio viscere vitij oculis notari poterit. Quæ confirmare videtur id, quod Ioh. Paschalius, *de med. morb. lib. 1. cap. 14* refert. Mulierem quandam annos 50. natam laborasse Ascite sex annos, & ex casu in lapidem ventrem eius fuisse vulneratum, per quod vulnus cum subito omnis aquositas euacuata fuerit, incidisse quidem illam in animi deliquium, sed postea in Xenodochio Patavino bonis alimentis assumptis pristinam recaperasse sanitatem. Nam si in muliere quinquagenaria epas refrigeratum fuisset, vt Ascitem generaverit, certè œconomia illa ita turbata fuisset, vt postea quæ euacuatiorem tam subito sanitatem recuperare non potuisset. Quibus accedit & illud, quod Beniuentius, Dodonæus & Langius narrant, quosdam aquæ potu largissimo ab hydrope sanatos fuisse aperto umbilico. Nam si epas tam valde refrigeratum fuisset, non tã facillè sanitati aqua euacuata restituti fuissent præcipuè post aquæ potum largissimum. Neque in eo effugium patet, quod nonnulli dicunt, hydrophem provenire ab intemperie epatis frigida, quæ oculis videri non possit. Etenim hydrophis, si ab intemperie epatis proveniat, non à leui aliqua eius alteratione, oritur, sed à calidi nativi eius extinctione vel absorptione, quàm caloris & qualitatium epatis talis mutatio sequitur, vt epas malè affectum fuisse etiam oculis pateat, quale tamen nihil in hydropticis demortuis sæpè inuenitur. Deinde epas saluum esse posse, & nihilominus hominem in hydrophem incidere, eo probatur, quod non solum epas, sed & lien sanguificationis organum sit, & propterea eo læso etiam hydrophis oriri possit.

Quod præter experientiam confirmatur auctoritate Hippocratis, qui *lib. 1. de morb. mulieb.* scribit: *γὰρ ἐκ τῆς ἑπῆς καὶ ἀπὸ κελύφης, ὅταν γένηται*; generatur hydrophis etiam à splene, cum ægrotaverit. Et *lib. 1. de morb. mulieb.* docet, splenem humorem aquosum ad se trahere, vt qui rarus & spongiosus est, & secundum ventricu-

lum situs, generationemque hydrophis ex splene eò loci integre describit.

Idem docet, *lib. 4. de morb.*

Neque est, vt quis ad id confugiat, dicatque per consensum lienis epas malè affici, atque ita epate affecto tantum hydrophem generari. Præstantissimi enim Medici & inter eos Vesalius, *cap. de liene*, in hydrope lienem vitiosum epate planè saluo deprehensum fuisse testantur; atque ipse etiam in hydropticis quodam & simul scorbutico, omentum corruptum lienemque præcè dispositum epate saluo vidi. Præterea Hippocrates etiam, *2. Progn. docet*; Hydrophem aliquando ab epate, aliquando ab lienis oritur, de quo *quæstione 2.* dicitur. Allegari etiam hic solet locus Hippocratis, qui *2. Progn. scribit*; eum qui ab hydrope conualitutus est, *ὑπερλαχίον* esse oportere; cum *ὑπερλαχίον* videatur non esse is, cui epas malè affectum est. Verum argumentum parum firmum præbere videtur hic locus. Etenim si per *ὑπερλαχίον* intelligatur omnimoda sanitas viscerum, nullus hydropticus affecto epate vel liene evaderet; cum tamen experientia contrarium testetur, & frustra ab Hippocrate aliisque Medicis tot præscribentur medicamenta. Tò *ὑπερλαχίον* igitur hic vel ad naturalem statum refertur, quod si dicit Hippocrates, eum qui ab hydrope liberari debet, necessariò robusta viscera habere debere, quæ grauiori morbo non succumbant; vel si de statu morbo sordid accipiendum, *ὑπερλαχίον* sunt, quorum viscera morbo quidem sunt correpta, nondum tamen scirrosa, putrida & corrupta, sed talia, vt ad statum naturalem redire possint. Imò ex aliis quoque partibus hydrophem originem ducere posse, nonnulli existimant. Nimirum ex intestinis, si illa perforentur, & homo non statim moriatur, sed humor aquosus in abdominis cavitatem ex eis exstillet, & ventum in tumorem attoliat. Deinde ex renibus, si nimirum propter ebullitionem vel maximam imbecillitatem serum ad se non trahant. Tum enim in corpore retentum facillè in ventrem confluere potest. Idem accidit, si renes exulcerantur; obseruauitque Plateus, vt *lib. 3. obseru.* habet, in quodam Ascitico utrumque rene multis vlcibus perforatum fuisse, adnatis hinc inde vesiculis partim ruptis, partim integris, exteriori superficie hinc inde adhærescentibus; vnde sanies & serum in abdominis cavitatem liberè exstillaui. Idem etiam post calculi vesicæ incisionem & è vesicæ extractionem fieri potest. Si enim vulnus non rectè consolidetur, sed cuti cicatrix obducatur, interno vulnere adhuc hiante, per id vrinæ exit & in abdomine cumulatur. Ita si calculus veteres transiens magnus & asper eorum membranas dissipat, tum vrinæ per viam apertam in cavitatem ventris fluens breui tempore, epate saluo, hydrophem excitare potest.

Ex vtero etiam fieri potest hydrophis saluo epate, referturque passim historia ex Iohan. Heintzio, Medico olim in valle Ioachimica, de ancilla quadam, quæ ob errores in victu commissos in mensium suppressionem incidit, & tandem in tumorem ventris, vt ea de causa malè audiret. Bene autem sibi conscia cum de vita desperasset, vt mortuæ corpus feceretur, pro innocentiæ testimonio petiit. Secto cadavere & emissâ plurima aquæ copiâ viscera omnia salua reperia sunt. Iecur optimè affectum, lien laudandus. Pulmones verò ob aquam, quæ in thoracem penetrauerat, dimidia ex parte corrupti, itemque omentum & testes. Hi enim ab vtraque parte non solum tumidi ad magnitudinem capitis recens nati infantis, sed & liuidi, fungosi, plurimis vesicis aquosis, quæ maiore ex parte ruptæ fuerant, & in vlcera degenerauerant, reperti sunt, vt proculdubio

Hydro-
ex intei-
nis ori-

Ex rena-

Ex vesi-

Hydro-
ex vtero
epate sa-

à testibus, non vero ab epate aquæ illa copia in abdomen effusa fuerit.

A Tandem à colliquatione quandoque fit hydrops, opate non præcipue affecto, multo minus refrigerato. Eius mentionem facit Hippocrates, qui *lib. 1. epid. f. 2. r. 35. & 36.* in *ἰσχυρῶν*, ex mala colliquatione, viguisse præter dysenteriam, lienteriam, diarrhæam, etiam hydropem scribit. De eodem Galenus, *3. de sympt. caus. c. 2.* scribit. Fit interdum quædam *ἀναρρηξία*, colliquatio seu resolutio, seu dissolutio, siue quocunque nomine alio appellare libet, aliquando totius corporis aliquando iuuecorū, qui in venis sunt, duntaxat. Quod autem ex ea colliquatione provenit, aliàs ad ventrem confluit, aliàs ad urinam, aliàs ad sudores pellitur. Ac succis quidem, qui in venis habentur, in serosam saniem solutis, renes, qui ad excrementum id contrahendum sunt nati, cum sani sunt, serum quidem à venis expurgant, fluxionem autem ad viscera quotidie mittunt, Vbi autem renes trahere non valent, venæ eiusmodi serum in ventrem mittunt, aut toti corpori id patientes subitaneos hydropum status inducunt. Facit & huius hydropis mentionem Pereda, in *Schol. in Michaël Paschal. meth. med. de hydropē*, & Petrus Salius Divorsus, *de affect. partic. cap. 9.* qui refert, se observasse in febris hac de causa ventrem vno atque altero die ita intumuisse, ac si per menses per plures Ascite ægri tales laborassent. Ipse autem distinctione hac controuersiam componi putat; statuitque, tres esse hydropis species, ratione materie distinctas; Anasarcam à materia pituitosa & cruda; Ascitem ab aqua; Tympaniten à flatu, Hæcque hydropis species omnes fieri ex vitio epatis immediate ex intemperie malè affecti, siue id fiat primario per propriam passionem, siue per consensum & secundario. Hæcque omnes non subito, sed sensim fieri. Etsi verò præterea tumor ventris quædam ab aqua accidat, cuius Galenus, *sympt. caus. r. 2.* meminit, qui ab intemperie calida & corporis colliquatione fiat, cum colliquato sanguine & succis, qui in venis sunt, renibus non attrahentibus, subitanei hydropum status sunt quales ipse etiam observauit: tamen hydropis speciem esse negat ideo, quia non tam generetur vitio epatis, quam ex mala totius intemperie. Deinde quia materia, quæ vi colliquationis gignitur, potius est calida, quam frigida; cum in hoc hydropē omnis materia, quæ vitio epatis generatur, sit frigida. Tertio, quia verus hydrops sensim generatur; hic verò tumor subito. Verum principium hic petit, cum ideo hunc tumorem verum hydropem esse negat, quia epatis vitio non generetur, cum hoc ipsum in quæstione sit, an omnis hydrops ex epate generetur?

B Carolus Piso, in *lib. de morb. ab illiæ serosa natis*, Serosi humoris in abdomine collectionis, atque ita hydropis Ascite causam statuit expurgationem per renes fieri solitam deficientem & suppressam. Quod autem serosus humor, per renes consueto modo non euacuetur causam esse dicit, quia aut serum ex prima officina non distribuitur ad secunda viscera, epas & lienem, sed in mesaraicis restitit, gastricis, epiploicis, aut certè portis, radicibusque earum, & conuexa viscerum non peruadit; aut ubi transgressus est viscera, hæret in stipitibus canæ siue arteriæ siue venæ splenicæ, & hinc inde tam in radicibus eorundem vasorum, quam in ramis emulgentibus, & per corpus renum dispersis, ibique subsistens renes euadere non potest, de qua sententia postea, *quæst. 2.* plur adicemus.

Cum ergo in re tam seria & tanti momenti Medici discrepent, omnino operæ pretium est, diligenter in veritatis inuestigationem hic incumbere, & rem

A ipsam omni autoritate sepositâ perpendere. Ut verò ab eo, quod apud omnes in confesso est, incipiamus, aquam seu humorem serosum in abdominis cavitate plerumque collectum, idque distendentem proximam & continentem hydropis Ascite causam esse, omnes concedunt. Cuius autem partis vitio aqua colligatur, de eo, ut ex iis, quæ hætenus dicta sunt, patet, non omnes consentiunt. Plerique quidem epatis vitio, quod pro sanguine bono & laudabili serosum generet, id fieri statuunt. Verum si non solum autoritates attendamus, sed quid in ægris quotidianè fiat, obseruemus, omnino concedendum est, quædam quoque saluo epate aquam in abdominis cavitate ita colligi posse, ut inde id contumescat, ut supra satis probatum est. Lienem certè saluo epate malè interdum affici in hydropicis & autoritas Hippocratis, *lib. 1. de mulieribus*, & *lib. 1. de mulieribus*, supra allegata & observationes doctissimorum Medico-rum, testantur.

Neque venæ mesaraicæ, quæ chylum à ventriculo epas & lienem transmittunt, extra culpam semper sunt, ut supra dictum, & quæstione sequenti etiam probabitur. Neque etiam hoc negari potest, renum, vterum, vesicæ & aliarum partem in ventre inferiore vitio aquam in abdomine colligi posse. Ideo que ut hæc concludamus, hydrops, qui non à priuata alicuius partis, renum, vterum, vesicæ vitio generatur, sed ex iis partibus, quæ secundæ coctionis inseruiunt, in specie & *ἰσχυρῶν* hydrops appellatur, cum is frequentissimè accidat. Est enim vilitatum, ut de omnibus dicamus, quod frequentius accidit.

C Interim non est negandum, etiam aliis de causis, nec organis secundæ coctionis læsis, humorem aquosum & serosum in abdominis capacitate colligi, & inde ventrem intumescere posse scilicet ex intestinis, renibus exulceratis, ut observauit Platerus; nempe vtereribus à calculis transeuntibus, vel ruptis, vel ita extenuatis, ut serum transsudare possit, ut & vesica vel rupta vel vulnerata, & vulnere malè curato. Næ hæc vasa & receptacula sunt sero à corpore euacuatæ destinata. Si verò alicubi in his via aperitur, per illa serum & urinam in abdomen distillare posse, extra controuersiam est. Nonnumquam & à causa aliqua externa, & vi illata, venarum mesaraicarum, quæ omentum & mesenterium percrepant, aliqua rumpi & aperiri potest, è qua primo sanguis in ventrem confluit. Si verò vulnus in vlcus conuertatur, serum continuo ex eo in abdominis cavitate distillare & hydropem excitare potest, quam etiam cruenta deiectio & vomitio aliquando procedit & purulenta sequitur. Idem à testibus in mulieribus accidere posse, satis docet historia illa & observatio Iohan. Heintzj, supra allegata de ancilla hydro-pica, in qua epas & lien salui reperti sunt, testes vero valde tumidi, & vesicis aqua repletis turgidi aquam in abdomen effuderunt: & notum est, quantum vulnera, quæ articulis & nervosis partibus infliguntur, si non rectè tractentur, ichoris & serosi humoris effundant, parte vulnerata nutrimentum affluens non benè coquente & assimilante, ac humoribus vitiosis à corpore ad locum affectum confluentibus. Idem ergo si accidat in parte aliqua in abdominis cavitate, magnam aquæ & saniei copiam in abdomine colligi posse, manifestum est.

D Hi ergo tumores omnes cum etiam ab aqua in abdomine contenta ortum habeant, si rem ipsam spectes, aquæ inter cutem & hydropis nomen merentur: quia tamen hi tumores abdominis rariores sunt, nec etiam ab antiquis annotati, atque aliam etiam causam & curandi rationem, quam vulgaris hy-

drops habet, plerique hydropis nomine eos non dignantur. Verum de nomine hic non litigandum, sed illud potius dispiciendum, à qua causa humoris aquosi in abdomine collectio fiat, ut curatio postea rectè institui possit.

Eadem ratio est hydropis, qui ex colliquatione sanguinis & saccorum in venis provenit. Petrus Salius Diversus equidem veram hydropis speciem esse negat: ipse tamen caput, in quo de eo tractat, inscripsit, *de hydropis ex colliquatione*: & licet Galenus, 3. *de symp. caus. cap. 2.* non hydropem, sed *idropem ex trasasone* nominat: tamen ipse hydropem *idropem ex trasasone* nominat. Et 2. *ad Glaucon. cap. 3.* *idropem ex trasasone*, & ipse Hippocrates, 1. *epid. comm. 2. l. 36.* hydropis nomen tumori *ex trasasone* tribuit.

Hercules Saxonia equidem *lib. 3. Pract. cap. 22.* adhuc aliam, præter hæcenas enumeratas, causam addit, & hydropem etiam à sanguine fieri asserit, scribitque fuisse quendam religiosum ad Spiritum Sanctum, qui patiebatur herniam, & cum semel factus esset intestinorum prolapsus, repente factum esse hydropicum, & eodem etiam die tabidum. Cum vero post 14. dies mortuus esset, inuentus fuisse in ventre 10. vel 14. libras sanguinis: quibus euacuatâ venter ita datumit, ut nulla amplius moles consisteret. Verum enimvero tumor equidem ventris fuit ex sanguine per venam aliquam effuso ortus, sed non hydrops, qui, ut nomen ipsum indicat, tumor est ab aquâ ortum habens; patetque tumor ventris latius, quam hydrops.

Q V A E S T I O I I.

Quæ causa prima sit collectionis humoris serosi in ascite.

Quæ causa prima sit collectionis humoris serosi in ascite.

Seposito autem illo hydropis & tumore abdominis, aut quomodocunque appellare libeat, qui ex renibus, vteribus, vesica, vtero ortum habet, de eo saltem hic querimus, qui hæcenas ab epate solum provenire creditus est, & qui *ex trasasone* hydrops appellatur, ac frequentior est, quam sit prima collectionis aquæ in eo causa. De quo Autores etiam non parum discrepant. Plerique statuunt, sanguificatione in epate læsa id euenire. Etenim ut in ventriculo accidit, ut is se non rectè habens vel cibos crudos relinquat, vel eos vario modo corrumpat unde etiam vomitus & fluxus alui sæpe sequuntur: ita in epate idem fieri putant. Dum enim lese rectè non habeat, chylum vel imperfectè elaborari, & erudum ac aquosum sanguinem gigni, statuunt, id quod fit in cachexia & Anasarca, vel corrumpi, id quod fit in Ascite. Etenim generari pro sanguine bono sanguinem prauum, & qui boni sanguinis partem exiguam, multas vero serosas & sanguinolentas partes contineat.

Qualis sit epatis dispositio, ob quam hic vitiosus sanguis generatur? Sec. Trallianum.

Quæ vero sit dispositio vitiosa in epate, ob quam sanguis hic vitiosus generatur, itidem non eadem omnium est sententia. Vulgata sententia est, fieri id ab intemperie epatis frigida. Alii tamen etiam ab intemperie calida id fieri posse existimant. Scribitque Alexander Trallianus, *lib. 9. cap. 3.* non omnes aqua inter cutem laborantes quouis modo calefaciendos esse, & quosdam etiam à refrigeratione adiutos esse. Si nimirum epas ob caliditatem præter naturam sanguinem bonum non generet. Auicenna etiam, *lib. 3. fen. 14. tr. 4. cap. 13.* scribit, non attendendum illud esse, quod dicitur, omnem hydropem curari medicamentis calidis. Hoc enim tantum ut plurimum verum esse, & experientia sibi constat, curatum esse hydropem ab intemperie ca-

lida refrigerantibus.

Cardanus quoque, 1. *prognost. 2. & in 12. aphor.* Hippocrat. *sect. 1.* Hydropem Ascitem & Tympanitem orti statuit ex intemperie epatis calida & sicca, idque ideo, quia in hydropis adest siccitas, quæ est indicium caliditatis & siccitatis, & ne mollior, nisi refrigerantibus & humectantibus, & quod in magna frigiditate epatis non potest deditur ad hydropem, sed ad fluxum vrinæ, ad inappetentiam, malum colorem & morbos frigiditatis, & quod è magnis sanguinis effusionibus, quæ contingunt per vulnera, nemo fiat hydropicus, cum tamen ubi fiat summa refrigeratio epatis: Sed potius in fluxu hæmorrhoidum & mensium ob corruptionem sanguinis. Insuper addit, si adesset frigiditas epatis in hydropis, medicamentis calidis iuuarentur ægri. Experientiam tamen contrariam testari statuit, cum ab aromatis omnes lædantur, à malis vero puris inueniuntur, eam corruptioni maxime resistunt, & si neque vrinæ neque alui mouent. Quapropter ille hydropis curationem instituit, per refrigerantia epas, & ipsum ac renes confortantia & vrinam prouocantia, atque indicium rectæ curationis esse scribit vrinæ attenuationem.

Fernelius, *lib. 7. de part. morb. & symp. cap. 8.* causam proximam statuit epatis siccitatem vehementem, ob quam seu rimis, sicut in terra sicca accidit, dehiscat & dissindatur, ut serum amplius continere non possit, atque inde causas omnes, quæ epas vehementer exsiccant, hydropem inducere posse statuit.

Eadem Plateri est sententia, qui simul docet, siccitatis huius causam esse intemperiem potius calidam, quam frigidam; id quod summa siccitas hydropicorum & vrinarum rubedo, aliaque potius calor, quam frigoris indicia demonstrant, & quod causæ, quæ hydropem inducunt, potius sint calida, quam frigida, aromatum & calidorum nimis usus, vini generosi continuatus potus, calida medicamenta, morbi calidi, ut febres ardentes, diuturnæ & similes.

Christophorus Guarinonius, *Consil. 573.* Leucophlegmatiam quidem fieri statuit à sanguine imperfecto, & sanguinem tum esse crudiorum ac imperfectum, & pituitæ quasi speciem habere asserit: at in Ascite & Tympanite hoc fieri negat, ac tum non sanguinem perfectum & pituitosum abundare, sed aquam aut serum flauum existimat, eumque humorem serolum non provenire ab imperfecta coctione, cum omnis coctio afferat crassitiam & imperfectam, nunquam vero tenuitatem: ideoque aquam illam potius à calore colliquante & resoluente fieri statuit, materiam in vapores conuersione, qui postea in aquam concrecant. Docet nimirum, chylum, qui in ventriculo è cibis elaboratus est, dum sub venarum torrefacientem calore versatur, in vaporem primum, deinde in aquam mutari, & calidam illam intemperiem non solum esse in epate, sed etiam in reliquis partibus, per quas transit, qui chylum in vaporem resoluunt, atque sub specie vaporis in abdominis cavitatem excludant, ubi calore amissa in aquam resoluatur: ideoque etiam hydropicis semper securus siccius & densius est, nunquam mollior, & præterea atro colore præditum, quod malæ nutritionis indicium est, quod cum sit durius, etiam calorem intensiorem retinet, & fortius, quam patet, in chylum agit, eumque, sicut renes, in vapores resoluunt & per membranas extrudunt. Atque hæc de causa etiam ascite laborantes parum vrinæ, eamque valde coloratam excrecere scribit, cum parum serosæ materiam ad renes perueniat, bilis vero multum in epate generetur. Idque huius rei argumentum esse

putat, quod à febris ardentibus sæpe fiat hydrope, sicut in pituitosis leucophlegmatia & tumores artuum. Et si ab epatis frigiditate proveniret aqua, cur non potius inde crudus chylus & leucophlegmatia proveniret, quam Ascites & Tympanites. Ac si à frigiditate epatis talis sanguis generatur, cur non ille à venis superioribus attrahitur & inde anasarca generatur; cum alias sanguis vitiosus in epate genitus in venam cavam distribui solet? Nam obstructio venarum quam nonnulli volunt, in causâ esse non potest. Etenim si sanguis multò crassior, quàm serum, hydropis causâ, ad alias partes nutriendas transire potest, cur non serum tenuius easdem etiam penetraret? Et si in epate generaretur, cur non potius per proximias & patentes vias euacuaretur, & vel per urinam, vel per aluum excerneretur, quam in abdomen destillaret? Cur autem halitus inter peritonæum & intestina expressus nunc in aquam, nunc in flatu mutetur, id ex materiæ & efficientis ratione provenire docet. In Ascite enim & efficientis seu caloris, & materiæ, quæ nimis terrestris est, ratione chylum in vaporem convertit, qui in aquam mutetur. In Tympanite verò ob calorem magis assantem, & materiam magis terrestrem in fumum, qui in flatu abeat, mutari. Addit is & hoc, si vulgata sententia vera est, nimirum ab epate refrigerato, hydrope fieri, & ascitem ab epate magis refrigerato, tympanitenà minus refrigerato, sequeretur, quod Ascites esset curatu difficilior, quam tympanites; cum tamen contrarium quotidiana experientia demonstrat, idque idè fieri statuit, quoniam morbi ex humore melancholico contracti sunt pertinaciores. Tandem sunt quidam, qui quidem ipsi causam generationis humoris serosi in epate quærunt, & vitiatam *αίματιον* ob frigiditatem eam esse statuunt, atque in eorum sententiam inclinant, qui à frigiditate vel potius caloris defectu eam provenire existimant, sanguificationem tamen non à nuda intemperie deducunt, sed à calidi nativi & humidi radicalis peculiari in epate defectu & penuria non facile explicabili, & quod non nisi ex effectu deprehendatur vitio, unde etiam epar eorum, qui hydrope perierunt, minus rubicundum, sed albicans & infuscatus apparere, atque calidi nativi hunc defectum tam à causis frigidis id extinguentibus vel suffocantibus, quam calidis id dissipantibus & absumantibus, atque ita hydrope à causis tam calidis quam frigidis generari posse statuunt.

Cum ergo in re tam vtili & cognitu necessaria Medici ita opinionibus discrepent, omnino in veritatem diligenter inquirere, operæ pretium est; cum nisi de vera causâ & modo collectionis humoris serosi in abdomine constet, curatio rectè institui non possit. Ideoque meam sententiam, etsi in Medicorum scholis minus titam, candidè proponere libet, idque eo libentius quod eandem sententiam maxima ex parte fouere iam videam Carolum Pisonem, Medicum clarissimum, & in morborum causis inuestigandis diligentissimum.

Primò ergo illud tenendum, autores plerisque hic mox à ianua aberrare, dum in solo epate causam collectionis serosi quærunt. Monstratum enim est, *questione precedente*, sæpe epate saluo hydrope generari. Et quidem de iis aquæ in abdomine collectionibus, quæ ex intestinis, renibus, & vteribus, vesica læsis, ex iis hinc aquæ in abdominis cavitate destillationibus oriuntur, res manifesta est, sed tamen de eo hydrope, qui frequentior est, & citra harum partium vitium, accidit, idem etiam verum est, observatumque, sæpe hydropticis, qui sanguificationis vitio in hunc morbum lapsi crediti sunt, epar post mortem saluum repertum fuisse, & ratio-

nes hoc ipsum suadent. Nam si in epate serum illud generaretur, cur non à venis attraheretur, & in totum corpus distribueretur, vt in anasarca fieri solet; aut cur non per patentes vias, præcipuè urinam, excerneretur; cum nullum in renibus vitium sæpe deprehendatur in hydropticis? Neque coctione, siue bonâ siue malâ, plus humoris & aquæ ex chylo fieri potest, quàm quantum eius in eo inest, & illa ipsa aqua, quæ sanguini permiscetur, in chilo iam fuit ex cibo potuque relicta, vt esset *ἄχρητα*, & distributioni alimentis inseruiret. Vt verò ex chylo corpore composito & heterogeneo aqua saltem fieret, impossibile est: neque in venæ sectione, si in hydropticis ea instituat, aqua mera, sed sanguis, & sæpe pauco sero dilutus emittitur: & aquam illam hydropticorum non in epate ex læsa sanguificatione fieri, sed ex cibo & potu assumpto colligi, etiam illud docet, quod quidam à potu omninò abstinentes ab hydrope liberari sunt. Ita refert Plinius, *natural. histor. lib. 7. cap. 18.* Iulium Viatorem, equitem Romanum, voluntate sitim vicisse, cum aquæ subtercutem fuisse morbo laboraret; Et Beniuenius, *de abdit. sanat. & morb. causis, cap. 13.* refert, se rusticò cuidam, quem aqua intercus malè habebat, consulti respondisse, sanari eum non posse, cum morbus iam inueterasset, nisi ultra non bibat, quàm vt vitam sustineat. Rusticum dicto obtemperasse, & per annum nihil bibisse ac sanatum fuisse. Quæ omnia cum ita sese habeant, verò consentaneum non videtur, in ipso epate serum, proximam hydropis causam generari, sed citra epar colligi, & aquam in hydropticis cumulari, quòd quicquid eius cibo & potui permixtum est, ad convenientes euacuationis vias non peruenit, & neque per lienem; neque epar, ad renes penetrare potest, sed in venis mesaraicis gastricisque & epiloicis citra epar subsistit. Nam quod Guarinonius non in primis viis hanc aquam colligi, sed chylum in vapores resolui, qui in cavitate abdominis in vapores concresecant, verò consentaneum non est. De defectis enim hydropticis ipsa viscera aquâ tergida reperta fuit, quæ postea in ventris cavitate sunt. Neque etiam semper adest calor torrefaciens. Verùm de loco collectionis dicemus plura ob materiæ connexionem *questione sequente*.

Causæ autem, cur in primis viis aqua & serum quod cibo & potui permixtum est, subsistit, supra explicatae sunt. Nimirum non ipse chylus, atque serum in eo sponte vel ad lienem, vel ad epar & hinc ad renes ruit, sed à partibus istis attrahitur, inseruiuntque *σπασίαι*, & distributioni chyli, ac seri, quod in eo est, duo viscera, epar & lien, quæ serum in chylum etiam ad se trahunt, & porò ad renes emendant. Maiorem tamen partem seri & aquæ, & quidem per vias propiores à ventriculo lien ad se trahit, & *ἡ δὲ ἰσχυρὰ ἐκείνη*, humiditates superfluas, vt Aristoteles docet, ad se trahit, vt pluribus *in tractatu de Scorbuto* monstratum est: reliquum, & quod distributioni chyli ad epar satis est: cum eo simul ad epar transit & officio suo functum è vena cavâ ab emulgentibus venis attrahitur, & per renes ad vesicam è corpore euacuatur. Ex quo patet, causam hydropis non minus in liene, quàm in epate, imò forsitan sæpius quàm in epate hæere.

Distributio autem ista fieri læditur facultate attractrice (imò etiam expultrice) vel læsa, vel impedita, vel ob errorem externum frustratâ. Carolus Pisonem quidem in ea est sententia, serum ideo in corpus distribui, quia sit consulum sanguini, & per necessariam concomitantiam trahatur. Trahi autem sanguinem propter indigentiam habitu corporis inanitò; non verò trahi; vbi nullâ est eius indigentia

Cur serum in primis viis subsistat?

Distributio seri quomodo impediatur?

Autorem.

Hyops
sæpe paco
sal. gene-
rau

Idcoque inter hydropis causam etiã refert Plethoram, seu plenitudinem in toto, ob quam & indigentiam nullam attractio in toto & consequenter in visceribus esset: imprimis tamen hic eam saltem plethorã admittit, quã fit ex menstrua purgatione & hemorrhoidum fluxu suppressio: eam vero plethoram, quã ab aliis causis fit, sanguinem non serosum, sed potius crassum gignere existimat. Serum autem in plethora ea plurimum abundans à reliquo secretum per se exsulare in cavitatem abdominis scribit. Verum abundantia sanguinis in toto vix hydropis causam constituendam puto. Etenim etsi faciliè comedam, illud serum, quod venã caua inest, per necessariam cum sanguine concomitantiam in totum corpus distribui: tamen alio modo sese res habet in prima coctione & chylo, habetque lien facultatem & quosã attrahendi, etiam sine chylo, quod & Hippocrates & Aristoteles docent, & experientia testatur, cum post vinum, vel cereuisiam, vel alium potum largius haustum, paulò post aqua, quã in eo est, eadem ferè quantitate, quod etiam in thermis & acidulis accidit, per vrinas excernatur, quod per lienem fieri plerique doctiores Medici concedunt. Idcoque collectio aquã & feri potius in organis, quã distributioni chyli inserviunt, quam in vna caua querenda est. Et si collectio feri in vna caua ideo facta, quod attractio in habitu corporis cesset, fieret, faciliè vel per sudores vel per vrinam & consuetam viam euacuari posset, vt non opus sit eam in abdomen regurgitare & penetrare. Quapropter quod distributio feri debito modo non fit, læsa facultate attractrice fit, ideo quod in visceribus, epate & liene imprimis, calor natiuus actionum omnium instrumentum deest. Deest autem calor in visceribus, vel quia extinguitur à nimio refrigerantium vsu, quæcumque illa sint, seu assumpta, seu extra applicata; vel suffocatur, quod fit in plethora, præcipuè ex mensium & hemorrhoidum suppressione, vtpote in qua serosi humores vnã cumulantur, & viscerum horum calorem suffocant; vel dissipatur, quod fit ab omnibus, quæ calorem viscerum dissipant & humidum primigenium eorum absumunt & exsiccat, vt febres ardentes, vini potentis vsus continuus, medicamenta nimis calida.

Secundò impeditur feri distributio propter vasorum angustiam. Etsi enim attractio salua esse possit, & per se non lædatur: tamen si angustia aliqua sit in vasis, per quã transit serum, nulla fit attractio, quia non affluit id, quod attrahi debet. Angustia autem hæc fit plerumque ab obstructione à multis crassis viscidisque humoribus, vnde diurnas & præcipuè quartanas febres sæpe sequi solet hydrops. Si quis etiam angustiam à compressione vasorum in scirrho viscerum & aliis tumoribus addere velit, cum eo equidem non multum pugauerim; hoc tamen certum est, in scirrho etiam simul obstructionem adesse, neque humores illos induratos saltem extra vasa, sed etiam in vasis hæere. Tertio ob errorem externum feri & aquã distributio non fit, cum ad lienem præcipuè plus eius confluit, quam vel attrahi, vel iterum euacuari possit. Fit hoc, cum lien ipse calidior plus, quam debebat, & avidius humorem aquosum attrahit, vel cum in siti nimia potus nimius hauritur. Ita memini puellam in febre tertiana, cum intensus sitiret & integrum cantharum cereuisiæ secundariæ vno haustu ebibisset, in hydropem incidisse, quæ tamen aquã per aluum ductione, imprimis Mechoacanã vsu, iterum conualuit. Sic refert etiam Carolus Piso, adolescentem quendam cum in tertiana aquam intemperantius bibisset, sub eius declinatione in Ascitẽ incidisse, sed illum vnius tabulæ Diacarthami vsu, aqua in abdomine, re-

stitatẽ per aluũ affatim reddita, breui restitutu fuisse.

Quaquam verò hic quidam obiciunt, non solum feri in primis viis retentionem, sed sanguificationem læsam causam hydropis esse, ideo quod pauci hydropici, etsi aqua semel sit euacuata, seruentur, sed in idem malum recidunt, quod indicium sit, sanguificationis læsæ, quæ, etsi aqua semel euacuata sit, iterum eam generet: tamen id nostræ sententiæ non officit. Equidem concedimus, paucos hydropicos seruari, & quidem ob calidum natiuum & humidum radicale in visceribus absumptum, quæ restituere impossibile est. Fit tamen tum Hydrops non tam ob sanguificationem, quàm attractionem læsam.

Quod etiam accidit, si lien vel epas inueterato scirrho laborent, vt nec rectè attrahere possint, nec humoribus transitum præbere. Cum verò ista mala inueterata curare impossibile sit, etiam hydrops inde ortus curari non potest. Præterea læditur quidem sanguificatio, vnde etiam tandem atrophia partium inferiorum sequitur: sed læsa illa sanguificatio non est causa hydropis, sed potius ab hydropem ortum habet, cum scilicet aqua epati & visceribus omnibus in abdomine circumfusa, ea corrumpit.

Atque ex his omnibus, quæ hæctenus dicta sunt, patet, vera quidem esse pleraque, quæ antiqui de causis hydropis protulerunt, sed his potius vt causis remotis, quàm proximis. Et licet concedatur, ab intemperie viscerum frigida, aut potius calidi natiui & humidum radicalis in his defectu peculiari, scirrho item & diurnis obstructionibus ac substantiæ viscerum corruptione hydropem oriri, sicut nec negatur, ab hisce vitis etiã sanguificationem lædi: quia tamen non solum alteratrix facultas viscerum, sed & attractrix ab iisdem causis læditur, hoc iam in quæstione est; an serum & aqua, qui in hydropicis colligitur, alteratricis seu sanguificationis vitio generetur, an verò potius attractricis culpa cumuletur, dum illud, quod aquosum est in potu & cibo, non attrahitur, & per conuenientes vias euacuatur, sed mox in primis viis restitatur: quorum hoc probabilius esse, hæctenus monstratum est.

Et vt tandem in hac de causis hydropis disceptatione superioribus aliquid adhuc de Paracelsi & eius sectatorum sententia addamus, eos à sale resolutio hydropem deducere, supra dictum, & quidem plerique proximam hydropis causam statuunt sal aluminosum, quod alij etiam tartarum aluminosum appellant. Resolui autem sal illud aluminosum & liquefcere à variis causis statuunt. 1. ab influenza interni calis microcosmici, seu stellæ hydropicæ & aquosæ, à qua pluuia interna moueatur, quæ saltem attingens illum liquefaciat. 2. à propria natura salis, qui natura sua in resolutionem abire aptus natus est. 3. à Diætã aquosa & cibis humectantibus & potum minus conueniente. 4. à similibus morbis, qui saltem resolueri possint, de qua re Paracelsus in *duobus tractat. de Hydropem, libr. 2. de tartaro tract. 2. cap. 6.* Scheunemannus in *Medicin. reformat.* Petrus Seuerinus, in *Idea Medicin.*

Verum enim verò primò etsi aqua Hydropicorum falsa sit: tamen ex resolutione salis coagulati vel aluminosi eam factam, nunquam probatum. Nam quæ de pluuia illa interna dicuntur, allegorica sunt, & magis Rhetorum, quam Physicorum & Medicorum Scholis apta, in quibus allegoriis ludere non decet. Deinde omninò falsum est, aquam illam ex viscerum sale resolutam esse; cum partes eæ in hydropem sæpe integræ sint. Et si sal eorum resoluatur: tamen tanta copia aquæ inde colligi non

Anhy
fit à la
soluere

posset. Præterea notum est, salem non liquefcere & resolui, nisi à partibus oleosis terrenisque, quibus admixtus est, separetur, quod in hydropicis non accidit. Vnde quæ de causis resolutionis ab iis dicuntur, frustra afferuntur, & partim aliena, partim falsa sunt. Si sal purus alicubi esset in corpore in magna copia, à cibo & potu similibusque causis forsitan liquefcere posset: verum cum talis non detur, frustra ista afferuntur.

Q V Æ S T I O III.

Per quas vias aqua Hydropicorum in cavitatem abdominis perueniat?

Postquam hæcenus dictum, quomodo aqua in hydropicis primò circum viscera colligatur, iam porro quaeritur, per quas vias collecta in abdominis cavitatem perueniat, de qua re inter autores variè disputatur. Hippocrates hac de re aphorismum habet, 7. sect. 55. *Quibus, inquit, iecur aqua refertum in omentum eruperit, his venter aqua repletur, atque moriuntur.* Quem aphorismum ita Galenus explicat: *At aximè, ait, epas obnoxium generandis in ea tunica, qua extrinsecus ipsum ambit, vesiculis aqua plenis vulgò dicitur hydaisidibus. Si quidem in iugularis animalibus apparet, interdum talibus vesiculis refertum. Si ergo acciderit, ut tales vesiculae rumpantur, in campertonai regionem aqua effunditur, qua est secundum hypogastrium.* Verum cum dicat Hippocrates, aquam non abdomen, sed in omentum erumpere, omentum verò solidum sit, sibi que vndique constans & densum: ut nihil in se ex parte alia introlabi & erumpere sinat, præterquam ex liene, illisque partibus, vnde nascitur, aut exedi putat Galenus peritonæum parte illius dextra, qua iecori propinquat, aut illud, in omentum erumpit, in omenti locum explicandum existimat. Verum verbis Hippocratis vix consentanea est illa Galeni explicatio. Expressè enim Hippocrates loquitur non de aquæ in abdomen, sed in omentum erupione:

Alij, ut Fernelius, lib. 6. de part. morb. & symptom. cap. 8. eos turpiter hallucinari putant, qui existimant per angustos cæcosque poros serosum humorem transferri in capacitatem abdominis. Nã, inquit, hac ratione peræquè omnes inuaderet, & distribuendis humoribus videretur natura inutiliter vias ductusque tam multos destinasse. Adde, quod in iis, quos ex vrina per dies 20. suppressa extinctos nouimus, aquæ nihil deprehensum est per cæcos illos ductus in abdominis spatium defluxisse, quoniam integra nec pertusa sanguinis serique receptacula. Ipse verò putat visceris substantiam siccitate & humoris penuria, seu remis quibusdam, dehiscere, eorumque ambientem membranam diffringi, ut non amplius serum tenue continere possit, sed id renum more elabi sinat, atque sensim, quasi ex fissa olla stillare in vacuum abdominis spatium.

Verum enim verò præsupponit hic Fernelius in omni hydrope epas affici, quod tamen cum experientia non consentit, & sæpe epate saluo & remis talibus non apparentibus, atque integra epas ambiente membrana hydrope quosdam mortuos esse compertum est. Neque etiam credibile est, in corpore viuente tantam siccitatem induci posse, ut substantia partis præ ea rumpatur & dehiscat: & licet verum sit, causas calidas, ut vini calidioris nimium potum, calidorum medicamentorum frequentem usum, & morbos calidos hydropem inducere posse: tamen de eo adhuc quaestio est, quomodo calida ista hydropem inducant, An siccando epas, ut rum-

patur & dehiscat; An verò potius eius calidum iuuatium dissipando & humidum insitum absumendo; quos posterius probabilius est. Et si à dehiscence epatis substantia hydrops oriretur, omnis hydrops esset incurabilis. Licet enim aqua vel per purgationem educeretur: tamen tantumdiu quotidie iterum influeret. Vesicas illas seu hydrides epatis quod attinet, licet illæ procul dubio etiam in brutis, & aliis animalibus dentur: tamen nec ex illis tantum se i fluere potest quantum ad hydropem constituendum necessarium est. Et licet in omnibus & aliis brutis frequenter hæc vesicæ conspiciantur: nemo tamen propter eas illa hydrope laborasse deprehendit. Neque quæ contra cæcos illos meatus affert, satis firma sunt. Neque enim si iis apertis hydrops fiat, omnes in hydropem incidere necesse est, cum id non fiat, nisi ad sit magna serosi humoris quantitas, qui vel copia vel acrimonia valorem eius aperit. Quod verò quidam, quæ ex vii a diu suppressa extincti sunt in hydropem non inciderunt, causa est, quod serum iam ultra epas penetrauerat, non in primis viis, quod in hydropis generatione fieri solet, subleuit. In eo tamen assentimur Fernelio, quod non simpliciter ad oculos meatus confugiendum sit. Ipsi enim illi manifesti ductus venarum quibus sanguis, & chylus, ac serum, quod in illis est, deferretur, sufficiunt: Si nimirum eorum officia aperiantur, & humorem aquosum exillare sinant.

Cum Fernelio consentit Platerus, qui causas, ob quas epas excicari & dehiscere possit, recenset. Idem tamen alias etiam plures causas addit, & in abdominis cavitatem serum de fluere posse putat, ex epate & liene exulcerato vel contuso & vulnerato; à renibus item si eorum continuitas solvatur; à venarum omentum & mesenterium perreptantem, ut & aliarum partium in ventre inferiore, veterum puta & vesicæ continuitate soluta.

Verum epatis & lienis vulpera, contusionem & exulcerationem quod attinet, æger prius ex his morbis moreretur, quam tantum feri per ea cerneret, quantum ad hydropem necessarium est. Reliquas causas quod attinet, omnes ad se in abdomine collectionem facere posse putamus; sed raræ sunt hæc hydropis species, & propterea eas Medici hydropis Ascitæ nomine non comprehendunt, & aliam etiam curandi rationem, quàm vulgaris hydrops, requirunt. Adrianus Spigelius, de corp. hum. fabr. libr. 8. cap. 6. tres vias agnoscit. Prima est illa Fernelij per membranam epatis ruptam. Addit tamen, hanc Fernelij opinionem haudquaquam semper veram esse; cum ex iecore aqua etiam siue manifesta continui solutione siue tunice & membranæ exterioris, siue etiam ipsius substantiæ efflaere possit. Alteram viam ponit venas, quæ per omentum diffeminantur, quarum tunicas vel copia dilatat: vel acrimonia exedit. Tertiam viam ab his ignotam addit, lobum exiguum in caua epatis parte iuxta portas, qui in ipsam omentis cavitatem totus reconditur, & substantia est mollissima, ac tenera membrana obtegatur, quæ facillè rumpi potest.

Verum, ut dictum, ipse Spigelius agnoscit, primam viam non semper locum habere. Eadem & ratio est tertiæ viæ. Neque enim per lobum illum exsudare potest aqua, nisi vbi in epate copiosa continetur, quod non semper accidit. Neque experientia probatum, serosam illam materiam tantum ad lobum illu confluisse, id quod probandum erat: si quidem in morborum causis inuestigandis videmus quid fiat, non quid forsitan fieri possit. Et si aliquando contingat: tamen ex isto lobo in omentum defluit, & hinc in abdominis cavitatem destillat.

Sandum
Hippocra-
te

Fucium

Platerum.

Itaque verbotenus Hippocratis sententiam retinemus, qui in omentum aquam erumpere dixit, & eorum sententiam probabiliorem putamus, qui de venæ portæ propaginibus per omentum sparsis, & præcipue ramo, qui Gastro epiploicus dicitur Recentioribus, in omentum aquam in venæ portæ ramis subsistentem fluere, & hinc vel tunicis earum raris factis per *σπλινδρον*, aut osculis illarum patrefactis per *επιπλοειον* aquam in abdominis cavitate influere statuunt. Si enim, ut *quæst. præced.* dictum, aqua illa, quæ cum cibo & potu hauritur, in primis vis subsistat, eaque neque ad lienem neque ad epar trahatur, atque hinc ad renes pervenire non possit, cumalatur in illis vis, & nisi ad ventrem refluat, in omenti, ut patris laxæ, venas ruic, easque aperit. Aut licet ad lienem perveniat, vel ad cauum epatis portingat, inde tamen ad omentum facile pervenit. Et docet idem *alibi* etiam Hippocrates, *libro 4. de morbis*. Nam ita scribit: *In ventriculum autem etiam potus fertur, quo cum expletus fuerit ab eo lien recipit, & ad venas & omentum transmittit. Et libro 1. de morbis mulierum*: Cum febris vehementis hominem detinuerit, neque dimiserit, sicutque valde corruerit, & biberit, quod ad vesicam defertur, per vinnam redditur: Lien vero quod reliquum est, ex ventre ad se raptum suscipit, cum sit rarus & spongiæ similis, & prope ventrem sitis huiusmodi se habentibus, si neque exsudavit, neque in ventrem dilatatur, ex eo splen atollitur, idque magis, si aqua epota fuerit. At si quis ipsum atteret, mollis est, velut lanæ tormentum, interdum etiam durus ac renitens. In humorem autem subsistens & oppletus per venas aquam in corpus transmittit, præcipueque in omentum & partes ventriculi ambientes. Idem in mesenterio accidere, & humores setosi ibidem subsistere possunt, quod Hippocrates etiam concedere videtur, *lib. 4. de morbis mulierum*.

Autocritibus hisce subscribit ipsa ratio. Cum enim non raro ex subita potus repletione hydrops fiat, lien vero potentæ materiæ maximam partem attrahat, in omentum proculdubio ex liene deferretur, & deinde in ventrem destillat. Potest tamen idem etiam fieri, si in mesenterio subsistat. In corpore enim ubi in vnaquaque parte plus, quam par sit, aut quam continere possit, humoris cumulatim est, altera ad alteram transmittit, ut loquitur Hippocrates, *lib. 1. de morbis mulierum*. Nulla vero vicinior, & magis commoda pars est, in quem lien, ut & mesenterium sese exonerare possit, quam omentum, utpote quod venas à solâ venâ portæ habet, & superior quidem membrana utramque gastro epiploidem dextram, & sinistram, inferior autem epiploidem dextram, & posticam; Arterias totidem à cæliaco & mesenterico ramo. Præterea si febrim intermittentiam & aliorum morborum latentium hic focus est, ut vult Fernellius: credibile etiam, hic causam hydrops imprimis querendam esse, ut qui febres diuturnas, obstructions pertinaces, cachexiam & alios huiusmodi morbos sequitur. Rationi denique subscribit experientia, quod in dissectis hydropicis omentum plerumque vitiatum deprehenditur. Ita in ancilla hydropica, de qua Heintzius, omentum corruptum repertum est, liene & epate saluo. Columbus autem, *lib. 15. anatomie*, lienem & epar saluum reperit in hydropica, in omento vero refertissimum abscessum. Ego quoque in studio quodam in Nosocomio Academiæ Hydropicæ & Scorbuti mortuo epar & lienem saluum reperi, omentum vero totum pene putredine absumptum. Et talia proculdubio quotidie observare est.

Non tamen excludendum hic est Parereas. Cum enim sinistra parte prope lienem sita sit, & in medio splenicam venam ad lienem transferentem, simul & cæliacæ arteriæ sinistram ramum habeat, facile etiam in eo serosi huiusmodi colligi possunt. Scribitque Rondeletius, *cap. 35. Pract. Id annotatione dignum est, quod ex frequenti corporum dissectione observavi, omnes hydropicos glandulas mesenterij induratas habere, & pancreas similiter*. Etsi vero quis hic obijcere posset, quod Hippocrates, *allegato aphorismo 7. sect. 55.* scribat, quod quibus epar aqua plenum in omentum eruperit, illis ventrem aqua repleri & mori; cum tamen non omnes hydropici moriantur, atque ita non ex omento aqua destillasse videatur: tamen sciendum, non semper, aquam ex epate in omentum deponi, sed etiam ex liene. Deinde non semper, ubi epar aqua plenum in omentum deponit, ægri moriuntur, sed ubi in omentum eruperit. Vox enim *σπλην* apud Hippocratem, ut etiam Fœsius, in *Oeconomia*, monet, semper violentam & periculosam eruptionem significat, ut hoc loco Epar valde corruptum supponatur, & eruptio ista ultimus naturæ conatus sit.

Q V Æ S T I O I V.

An Rhabarbari vsu in curatione Hydropis utilis sit.

De Rhabarbari vsu in hydropice Medici dissentiunt. Plurimi equidem id valde commendant, scribitque Guilielmus Placentinus, *cap. 120.* Indubitanter credit omnis homo quod solum cum exhibitione ℞. ij. rhabarbari pulverisati & cibellati exhibiti in aurora mixti cum ℞. ij. oxymel. compos. & ℞. iij. vel iv. decoct. lactucarum, scariolæ & radic. fenicul. multos curavimus. Exhibet autem de tertio in tertium pro vitium ratione. Aliis vero diebus, quibus non datur rhabarbarum, exhibet ante prandium & cœnam ℞. j. β. oxymel. scillit. vel compos. in aqua decoct. lactucæ, scariol. & rad. fenicul. Quod remedium etiam probat Erasmus, quanquam omnes sumptus rhabarbari ferre non possint.

Alexander Massaria v. rhabarbari vsu in hydropice improbat, ideo, quod Galenus scribit, *in libello de med. purg. fac. cap. 2.* medicamenta, quæ flavam & nigram bilem purgant, dare in hydropicis inutile esse: Et quod Rhabarbarum præcipue bilem purgat, quæ aquosum humorem quodammodo coarctet. Massariam sequitur Ludovicus Septalius, *med. observation. libro 7. numer. 54.* eadem ob causas. Verum hic ad hydrops causam respiciendum. Etenim si hydrops originem habeat à bile, quæ per venas mesaraicas ipsumque epar dispersa calorem nativum viscerum corrumpit, & sæpe etiam, si sit crassior, pertinaces obstructions parit imò in calculos quandoque degenerat, quod sit sæpe posticticum longum & diuturnam febrem, tunc non incommodè rhabarbarum vsurpatur, quod humorem biliosum euacuandi visceraque roborandi vim habet.

Et cum absinthium, quod in hydropice plurimum prodesse omnes concedunt, non parvam cognationem (etsi vis aperiendi in absinthio minor sit) habet. Et ratio illa Massariæ debile, aquam quodammodo temperante, saltem locum habet, ubi in vena caua illa consistit. Serum vero in abdomine contentum temperare non potest. In aliis vero causis non sine discrimine vsurpandum, sed magis hydragogis supra enumeratis fidendum; etsi rhabarbarum roborandi viscera gratiâ addi possit.

An Rhabarbari vsu Hydropicorum sententiæ Placentini

Massariæ

Lud. Septalij. Antoris

CAPVT IV.

De Tympanite.

Secunda hydropis species est tympanites, cui nomen à tympano inditum, cuius sonum refert venter flatibus extensus, si manu percuriatur. Antiquiores ut ipsum ab ascite seu aquoso hydrope distinguerent, siccum hydropem nominare consueverunt, 4. aphor. 11.

Causse.

Causse proxima & continens est flatus in abdominis cavitate & sæpe etiam intestinis inclusus. Observauit enim Platerus, flatus non solum in abdominis cavitate, sed & intestinis retentos hunc tumorem excitasse, deprehenditque, in quibusdam, qui tympanitici putabantur, post mortem sectis nullam flatum è ventris cauo erupisse, nec ventrem subsedisse, sed intestina, præsertim teniora, ad eò flatibus distenta & conuoluta prosiliisse, ut in eandem ventrem amplius reponi nequirent, mirumque fuerit, quo pacto in ventre adhuc clauso contineri poterint. Simile quid obseruauit Smetius, ut *miscel. lib. 7. ep. 4.* refert, Antuerpiæ in puerpera quadam, quæ durante puerperio, ex animi ægritudine mortua est, in cuius dissecto corpore intra peritonæam extra intestina ne guttula quidem aquæ, nec flatus quicquam inuentum, verum vniuersa intestinorum volumina, imò vnà ventriculus ipse, flatibus distenta & pellucida & tantum non omnis excrementi vacua visa fuerint.

Rarò tamen solus flatus reperitur, sed plerumque aquæ permixtus: prædominatur tamen in tympanite flatus, sicut in ascite aqua, & ab alterutro denominationem tumor accipit. Ita tamen interdum miscentur, ut vtrum ad ascitem, an veò tympanitem hydrops referendus sit, ambigas. Interdum etiam ascitem flatus præcedunt, sicut & tormina circa umbilicum, proculdubio ex flatibus orta, 4. aph. 11. Refertque Schenckius, *lib. 3. obseru. 126.* ex obseru. D. Francisci Tidiczi, virum quendam sexagenarium satis alioquin corpulentum aliquot menses, antequam ipsi per aquæ accumulationem in manifestum tumorem attolleretur venter, hoc symptomate infestatum fuisse, quod quotiescunque assidens mensæ cibum sumptus & iam mandere cibum aggrediens, tanta corripiebatur anhelandi difficultate, ut pro crebritate respirandi suffocationis periculum præ se ferret, ut ex eo cibum seminanum ex ore reicere subinde cogeretur. Idem in hoc symptoma incurtebat, quotiescunque se ad somnum componens iam obdormiscere inciperet. Ipse veò affirmabat, se eo tempore percipere circa hypochondria palpitationem quandam, atque omnino tale quid, ac si præcordis aliquid viui animalis subesset. Hic vir tandem ascite periit; Cuius epas cum aperiretur, illius abdomeni, quantum externam eius faciem attinet, imò dissectum, nihil ferè à sana epatis constitutione differre visum fuit, neque quicquam in eo vitij, sicut nec in alio viscere, oculis notari potuit. Cuius symptomatica causa proculdubio fuit flatus in hypochondrio generatus, qui variis modis, ut de scorbuto dictum, respirationem lædere potest, qui postea ascitem tympanitæ mixtum produxit. Rarum veò est illud, quod idem Smetius, *loco allegato*, recenset de tympanite, quem appellat vniuersali, aut potius sacite flatuoso in iuvene quodam robustissimo Leodionii, qui cum in conflictu subter axilla dextra ad insertionem musculi brachium adducentis

A vulnus accepisset, quod punctim factum, inter tertiam & quartam costam, quod in pectoris gravitatem penetravit, postridiè vulneris accepti toto corpore post vnicam noctem manè turgidus apparebat, non solum pectore, sed & dorso, ventre lumbis imò scroto quoque, præterea & brachijs, humeris, collo, vultuque, ut ne palpebras quidem deducere posset, quin etiam in vertice ipso, cute vbiq; distenta & tumefacta: tumor eratensus, & cum dolore non paruo, qui tamen linimentis dissoluentibus corpore inuncto paulò post euauit. Simile quid, etiam in partibus saltim quibusdam, anno 1623. mense Iulio obseruatum hic in studioso quodam, qui vulnus accepit nocturnè pectore gladio angusto in dextra parte circa tertiam costam prope alam ante in pectus adacto & in dorso proximè spinam exeunte, ut de læso pulmone nihil dubitandum fuerit, cum etiam spiritus cum sono maximo è vulnere exiret. Hinc latus dextrum vsque ad diaphragma & collum etiam circumquaque intumescerebat; qui tumor tamen postea discutientibus cataplasmatis adhibitis euauit. Causam vniuersalis illius tumoris (proculdubio eadem & particularis illius, quem modò recensui, fuit.) refert Smetius in sufflationem pectoris per vulnus axillare obligatum subter cute nota nocte illa factum, quomodo vesicam recentem & flaccidam inserto calamo à pueris inflari videmus. Cui modo ista opinio rectè explicetur, assentimur. Etenim puerio respirationis organum est, per quem & fuligines è corde expelluntur, & aer attrahitur. Quæ actio, pulmonis substantiâ integrâ & vasibus omnibus saluis rectè perficitur, & aeris ile commeatus est ad cor, & fuliginum à corde. Si veò pulmo vulneretur, & simul inter musculos duos vel musculos & cutem aeri via pateat, quod in vtròque vulnere factum, aer, ut debebat, non rectè per os & pulmones ad cor transit, neque rursus fuligines è corde rectè ad os, sed aer è vulnere, quasi è folle, in spatium inter cutem, & musculos inflatur, & hinc porò in viciniam penetrat. Et si catarrhi ac serosi humores à capite sub cute totum musculosum genus peruadere, & per collum ac dorsum ad crura vsque & pedes penetrare possunt, cur non & aer ac spiritus flatulentus idem facere possit? Ac videmus cutem etiam in multis animalibus, ut columbis, dum profecta parantur, inflari posse. Morbus tamen hic tympanites, ad quem eum refert Smetius, non est, sed in studioso illo vulnerate fuit dextri lateris inflatio, in altero totius corporis.

Quomodo autem hi flatus in tympanite generentur, non ita planum est, & alij aliter ea de re sentiunt, de quo postea *quæst. 1.* dicitur. Nos hoc loco breuiter statuimus, flatum crassum huius hydropis causam esse, qui quomodo generetur, in *Instit. lib. 2. p. 2. cap. 7.* dictum. Nimirum duos ad flatum generandos requiruntur. Primò materia crassa, & quidem plerumque bilis atra. Cum enim, quibus atra bilis ventriculo substraia est, flatibus abundant, & ructus plurimos interdum edant, in quibus sæpè maxima pars ciborum in flatum commutetur, simili flatu retineantur, abdomen distendunt, & hanc hydropis speciem producere possunt. Neque enim in epate solum huius morbi causa querenda est, sed sæpè in primis viis; unde rectè Hippocrates, 4. aphorism. 11. *Quibus tormina adsunt, & circa umbilicum cruciatus ac lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter solvantur, in siccum hydropem firmanur.*

Deinde causam efficientem quod attinet, equidem, ut in *Instit. loco allegato* dictum, calor debilis dicitur causa flatuum, sed non simpliciter

Quomodo calor debilis sit causa flatuum.

talis, verum ratione materię, vt pote quam vince-
re & discutere non valet, imo sæpe præternaturalis
& satis magnus est, ac in materiam totam subito
& violenter agit, eamque agitat, quod in tympanite
pletumque fieri existimamus. Etenim si calor
plane debilitatus & infirmus esset, in materiam non
agere, neque flatus excitarentur. Chylus enim, si
sub calore blando versatur in venis mēlaricis, pri-
mum sanguinis rudimētum accipit, serūmque, quod
in eo est, cum chylo relinquitur; donec pūmrum
suo tempore per conuenientes vias euacuetur. Si
verò nimis & torrefaciens quasi calor ille sit,
quod subtile & resolutioni aptum est, statim in va-
pores & flatus resoluit, qui in abdomen distribuuntur.
Epatitis tamen & henis intemperiem non plane
excludimus, præcipue in sima epatis parte, vbi ve-
na portę ei inseritur. Nam si & illa sua caliditate
& licitate affluentem chylum non blando calore
in sanguinem laudabilem mutet, sed cum torreat
quasi, quod in eo subtile & resolutioni aptum est,
in flatus resoluitur. Atque ita ascites & tympanites
differunt ratione materię & effi cientis. Materia
enim in tympanite est melancholica magis, calor
verò torrefaciens & adurens, vnde etiam interdum
ad remedia frugescentia confugiendum est, scri-
bitque Mercatus, si hæc omnia præsidia (cales-
facientia scilicet) non prosint, vtendum esse Hippo-
cratis consilio & prudentia, qui cum multis diebus
vsus fuisset in hisce doloribus, calescentibus, &
nihil commodi inde percepisset, transit ad frigida
magna cum utilitate.

Per quam
viam flatus
in abdomi-
nis cauita-
tem perue-
niant?

Per quam autem viam flatus in abdominis cauitatem
perueniant, & vbi hæcant, etiam non ita expeditum
est, de quo *quæst.* 2. dicitur. Nos breuiter statuimus,
partem chyli tenuem & serosam in venis mēlaricis
in flatus mutatam vel per orificia venarum mēlaricarum
in ipsam intestinorum cauitatem sese insinuare, vel in
mesenterium penetrare, atque inter tunicas illas coëcitos
eos tandem permeare & in abdomen penetrare, vel etiam
aliquam humoris serosi partem à calore viscerum
circumiacentium in vapores resolui, qui cum exitum
non inueniant, in abdomine cumulantur, idque distendunt.

Signa.

Signa Diagnostica.
In tympanite venter digitis percussus sonum instar
tympani edit, & moles abdominis minus grauis,
quam in ascite, sentitur. Præteresse rugitus ventris
& tormina diuturna circa vmbilicum, & lumborum
dolor: ægro supino iacenti venter distentus ac durus
manet, extrema non adeo tumescunt.

Prognostica.

Prognostica.
1. Tympanites inter omnes hydropis species periculosissima
est, quia plures partes intemperie, eaque sicca &
habituali affecta sunt, & plerumque etiam contrarię
intemperies concurrunt, & quo magis inueterata est,
eo periculosior est. 2. Tympanites, qui fit ab atra
bile multa in ventre redundante, ferè lethalis est,
& frustra ægro medicamenta adhibentur. 3. In sicco
hydropse stillicidium vrinæ malum est. Hippocrates,
in Coac. lib. 2. aphor. 19.

Indicatio-
nes.

Indicationes & Curatio.
Materia, vnde flatus eleuantur, euacuanda, &
caussa, quæ eos attollit, remouenda. Flatus verò,
qui iam ventrem distendunt, discutendi & dissipandi.
Ideoque si pituita adsit, simulque aqua, phlegmagoga
& hydragoga exhibenda, ferè vt in ascite, cum ratio
tympanites sit sine aqua. Quia tamen flatus præualent
in tympanite, minus euacuandum, flatus verò discutientia
semper præualere debent.

A Quapropter pro materię antecedentis, è qua flatus
generantur, euacuatione, vsurpanda ea, quæ ad
epatis obstructiones, vt & henis & venarum mēlaricarum,
sunt vtilia, & ad inflammationem ventriculi vsurpantur,
vt pilulæ de hiera cum agarico, stomachicę, aggregatiuę,
de rhabarbar. & similes.

Vel *℞. Mass. pilul. de hiera cum agarico, turbitib. electi, rhabarb. an. ʒ. ii. fol. soldanella ʒ. ʒ. rad. asari ʒ. i. trochisc. albandal. elaterij, nucis moschat. galangę, cinamom. piperis, cubibar. an ʒ ʒ.*
Puluerisanda pulueriscentur & excipiantur omnia
succo iridis, & fiat massa, cuius dotis ʒ ij. vel ʒ j.
Cum *oxymel. scillit.* F. Pilulæ mediocres. Plura
huius generis purgantia *cap. preced.* sunt proposita.

B Ad flatus verò discutendos conueniunt *calamintha, pulegium, hyssopus, thymus, salvia, rosmarinus, feniculum, anisum, cuminum, baccalauri, & huius generis alia.* E compositis: *Species dianif. diacalaminth.* Electuat. *de baccis lauri.* Vtile est & hic puluis, qui simul concoctionem adiuuat. *℞. Gulang. cinam. an. ʒ. i. ʒ. piper. ʒ. i. cori. curi siccor. ʒ. i. sem. anisi, carui an. ʒ. ij. ligni aloës, nucis mosch. an ʒ. i. sacch. ros. tabul. ad pondus omnium.* F. Puluis. Vtilis quoque sunt *clysteres* ad discutendos
flatus parati è *floribus chamamel. anethi, origani, calamintha, ruta, pulegio, radice Imperat. heleni, em. anisi, ruta, cumini, carui, baccis lauri, elect. de taccis lauri, oleo chamamel. aneth. rutaceo, laurino, melle anthosato.* quibus & purgantia addi possunt, vt: *℞. Fol. ruta, flor. chamem. sambuci summit. anethi an. M. i. sem. anisi, feniculi, cumini, carui, an. ʒ. ʒ. Coqu. in aqua simpl. Colaturę ʒ. ʒ. j. vini maluatici ʒ. ij. benedict. laxatiu. ʒ. i. elect. de baccis lauri ʒ. ʒ. ol. rutacei, laurini an. ʒ. i. F. Clyster.* Extra cucurbitulę plures sine scarificatione toti ventri, aut vna magna cum multa flamma sine scarificatione abdomini post totius euacuationem affigantur. Efficax est & *emplastrum de baccis lauri.* Vtilis quoque frictio cum *succo allij,* vel manibus *oleo rutaceo* aut *laurino* inunctis facta, aut *allium in vino generoso decoctum,* ac contusum abdomini applicetur. Quidam vas terreum recens amplum cinere calente replent, & *simen dauci, feniculi, cumini* inspergunt, & panno lineo coopertum inuersumque ita calidum abdomini imponunt, vt ab ægro perferti potest.

C Clyster. Extra cucurbitulę plures sine scarificatione toti ventri, aut vna magna cum multa flamma sine scarificatione abdomini post totius euacuationem affigantur. Efficax est & *emplastrum de baccis lauri.* Vtilis quoque frictio cum *succo allij,* vel manibus *oleo rutaceo* aut *laurino* inunctis facta, aut *allium in vino generoso decoctum,* ac contusum abdomini applicetur. Quidam vas terreum recens amplum cinere calente replent, & *simen dauci, feniculi, cumini* inspergunt, & panno lineo coopertum inuersumque ita calidum abdomini imponunt, vt ab ægro perferti potest.

D Vules quoque sunt *sacculi ex milio & sale ac fursure torrefactis,* & *ex semine anisi, dauci, cumini, feniculi, ruta, lauri, pulegij, galangę confecti.* Vt *℞. Summitat. anethi, fol. ruta, absinthij, fl. sambuci an. M. j. sem. cumini, carui an. ʒ. ii. Coq. in ʒ. q. vini ad molliem.* Contusis adde *emplastri de baccis lauri, unguenti Agrippa an. ʒ. ʒ. ol. anethi, rutacei an. q. ʒ. F. Cataplasma.* Vel *℞. Stercoris vaccini, caprini an. ʒ. iii. pulu. ruta, sem. cumini an. ʒ. ʒ. Cum vrina pueri incorporentur additis sulphur. ʒ. iii. F. Cataplasma.* Vel paratur hoc emplastrum quod cuti pertinacius adhæret, & satis efficax est: *℞. Ruta, chamem. melil. calam. an ʒ. ii. sem. carui, feniculi, cumini an. ʒ. i. Coqu. omnia in vino & oleo rutaceo vel anethino. Contundantur minutim Addatur gummi caranna cere, an. q. ʒ. Fiat emplastrum.* Cum autem sæpe in hoc affectu coniungatur viscerum intemperies calida, quæ intenditur vsu calidorum medicamentorum flatus discutientium, vtendum tam minus calidis. & epati succurrendum per medicamenta externa, quæ illius calorem temperant. Quam ipsam ob causam, vt etiam supra dictum, circa curationem tympanitis hoc curare iubet Mercatus, si hæc omnia præsidia prodesse non videantur, & ex calidorum vsu æger

Extern

nil commodi percipiat, vt transeat ad frigida.

Diata.

Victus ratio omnino status sit expers. Potius parsimoniam adeo exquisita non est opus. Talis tamen sit potas, qui flatus potius discutiatur, quam augeat, & propterea conuenit vinum dilutum ligno lassifras, cortic. citri & similibus.

QVÆSTIO I.

Quomodo flatus in Tympanite generentur?

Quomodo flatus in tympanite generentur, ob Auroorum dissidentes sententias non ita expeditum est. In hoc equidem omnes consentiunt, humorem crassum è primæ coctionis vitio flatibus materiam suppeditare, qui humor vel pituita, acida præsertim, vel bilis atra esse potest, quæ in locis ventriculo vicinis collecta humores omnes ferè & cibos in flatus conuertit. Verum vbi, & à qua causâ materia hæc in flatus vertatur, Auctores dissentiunt. Qui omnem hydropem epate affecto fieri statuunt, etiam hic in epate humorem illum seu chylum non in sanguinem, sed in flatus mutari statuunt. Verum hæcenus sapius dictum, hydropem non semper epate affecto, sed quandoque eo saluo fieri. Fernelius, *lib. 6. de pars. morb. & symp. cap. 8.* causam huius tumoris statuit esse flatum ex imbecilla coctione & cruditate genitum, & in ventriculo aut intestinis cumulatam, quod iam antea docuit Galenus, qui, *3. de symp. caus. cap. 1.* scribit, quod vltimus coctionis ventriculi lapsus, in lienteriam vel tympanitem finiatur. Fernelium sequitur Platerus, qui docet, cum non alia sint viscera in ventre inferiore, in quibus flatus tam copiose congeri possint, à ventriculo & intestinis eos prodire.

Verumenimvero rectè opinio ista explicanda est. Neque enim solum ventriculus & intestina flatuum horum, qui vsque in abdomen penetrant, causa sunt. Etenim, si in ventriculo generarentur, per ructus facile excludi possent. Neque enim, qui in intestinis generantur, per angustas vias in abdominis cavitatem penetrant; cum satis patens via sit, vt per aluum excludantur. Ideoque quid à Galeno per primæ coctionis vitium intelligendum sit, inquirendum. Præluet autem nobis hic facem Hippocrates, cum *6. aphor. 11.* scribit; *Quibus tormina & circa vmbilicum labores & lumborum dolor, qui neque medicamentis, neque aliter solvuntur, in hydropem: siccum firmantur.* Etenim si causâ huius doloris essent flatus in intestinorum cavitatem, non solùm circa vmbilicum hererent, sed per intestina vagarentur; neque dolor lumborum esset tantus, neque etiam tam pertinax, vt nullis medicamentis cederet. Ideoque verò magis consentaneum est, statuere eos, inter mesenterij & intestinorum tunicas primò generari plerumque, (etsi in cavitatem intestinorum etiam aliqui esse possint.) Cum enim mesenterium antè intestinis tenuibus, in dorso verò lumborum vertebris, à quibus nascitur, tanquam in suo centro validissimè annectatur, & terminum circa vmbilicum & dolorum in lumbis, qui hydropem sic cum præcedere solent, causam reddere facile est. Nimirum cum in primis vis, id est, in vasis à ventriculo ad cauum epatis vsque materia cruda & crassa continetur, & præcipuè si via illæ non satis liberæ sint, calor in eos agens flatus multos excitat.

Quam autem ille calor sit, & quam intemperies, ac dispositio vitiosa, ob quam chylus ille & materia crassa in flatus mutetur, Auctores etiam Operum Sennerti. Tom. III.

A dissentiunt. Plerique intemperiem frigidam esse statuunt, alij calidam esse putant, & hæc ob causam tympanitem ab ascite differre, & tam difficilis curationis esse, cum causam contrarietas hic occurrat, & neque sine primæ coctionis vitio, neque sine calore præter naturam epatis tympanitem fieri existimant. Nam licet ventriculus & intestina ac partes vicinæ frigida sint, modò epas adhuc bene constitutum & sanum sit, non bene quidem coquere epas statuunt, cum vitiosus chylus in bonum sanguinem mutari non possit, & flatum generare, sed paucissimum, & qui facile discutiatur. Si verò epatis calor natius debilis sit ob intemperiem præter naturam calidam, plures flatus, qui discuti non possunt, eleuari existimant.

B Verum quod hic de calore præter naturam dicitur, id negandum hic planè non puto, & quod supra è Christophoro Guarinomo, *consil. 563.* de ascite protuli, id & hic locum habet, nimirum calorem in tympanite correfacientem potius esse, quam debilem, qui in chylum non blandè agat, eumque quasi foueat, sed subtiliores eius partes in vaporem & flatum resoluat. Concedimus & hoc, calorem illum in epate, & præcipuè eius parte caua, qua venam portæ excipit, consistere posse, epasque ea parte esse siccius ac densius, non molle, vt in sanguineis, *2. de part. & pinguis* esse solet. Tamen nec mesaraicas venas nec mesenterium excludendum esse puto. Etenim si ex partes præter naturam sint calidiores & sicciore, chylum, præcipuè crudum & crassum, in flatus facile mutabunt, Quod vero à nonnullis hic prolixè disputatur, an flatus à calore debili vel excedente fiant, ad id respondendum primò, non solum ad agens esse respiciendum, sed etiam ad materiam, quæ in flatus transire possit, apta esse debet. Deinde calorem eundem posse dici debilem respectu materiz, quam totam resoluere non possit, nimirum verò respectu partis affectæ, cuius temperiem naturalem excedit.

QVÆSTIO II.

Per quam viam flatus in abdominis cavitatem perueniant?

D Per quam viam in tympanite flatus in cavitatem abdominis perueniant, Auctores quoque discrepant, & vt quisque de generatione flatuum sentit, ita suam etiam de via in abdominis cavitatem habet sententiam. Fernelius flatum hanc ex imbecilla coctione & cruditate genitum, cum multus in ventriculo & intestinis cumuletur, & exitum naturalem non reperiat, impetu viam sibi inuenire, & per cæcos tenuèque ductus inter abdominis membranas magnis cruciatibus sese inferre, ac demum vario impulsu in ipsam abdominis cavitatem penetrare ac deuolui, scribit. Per quas vias & tenues meatus, si eos intelligit, qui in ventriculo & intestinorum tunicis sunt, negat id Platerus, cum etiam tenuissimis membranis facile coëscantur, & tumor tenuis facilius transudet, quam flatus erumpat. Ipse verò in ostiola venarum mesaraicarum flatus in intestinis & ventriculo sese insinuare, atque ex venis mesaraicis, eodem modo sicut serosum humorem, in venarum spatium peruenire statuit, cum is flatus in tympanite plerumque permixtus sit. Flatus tamen etiam per intestinorum tunicam internam in externam penetrando illic mesenterium, vbi illi conuulsus, seseingere, atque inter illas tunicas coactos eas tandem permeare & in abdomen penetrare posse non ne-

Per quam viam flatus in abdominis cavitatem perueniant? secundum Fernelium.

gat. Præter hanc tamen causam collectionis flammæ in abdomine aliam adhuc addit Platerus, nimirum eorundem generationem in ipsa ventris cavitare, quando nimirum humor aquosus in abdominis cavitatem transsudans vel destillans, atque ibi collectus in flatus resoluitur, quod fit ob calorem viscerum infernum. Atque in hac sententiâ Plateri nihil desidero, nisi quod putat, ex spatio intestinorum flatus per ostiola venarum malaricarum in intestina sese insinuare, atque hinc ex venis malaricis in cavitatem abdominis penetrare. Neque enim hoc necessarium est, cum flatus in ipsis venis malaricis & circa epas & alibi generari possint.

CAPVT V.

De Anasarca.

Anasarca.

Anà σίκο-
μαρξ diffi-
cat?

Anasarca, quam & *σπληνίτιον* & *λευκοφλεγματίαν* nominant, ita dicitur, quod vniuersa corporis moles per carnem & sub cute humore pituitoso plena tumida & alba appareat. Aretæus tamen, in 2. dicitur. cap. 1. inter anasarcam & *λευκοφλεγματίαν* distinguit, quod hic ex alba pituita, crassa & frigida in epate genita, ille ex carnis in humorem aquosum & tenuem resolutione oriatur. Verum alij auctores distinctionem hanc non attendunt; neque credibile est, ex carnis resolutione, quæ proculdubio à causa calida fieri debet, hanc frigidam morbi speciem provenire posse. Maioris momenti est illa distinctio, quâ vocabulum leucophlegmatix sumitur nonnunquam pro morbo, nimirum de tumore totius corporis ab humore pituitoso, aliquando verò de dispositione, quæ hunc morbum producere solent, & læsa sanguificatione (quo modo de ea hoc loco præcipuè agimus,) in qua ob pituitam, quæ in toto corpore cumulari incipit, totum corpus albidum redditur.

Est enim Anasarca seu Leucophlegmatia affectus cachexiæ affinis, differens ab eo solum magnitudine, quoniam frigiditas epatis & venarum, siue primariò siue aliunde acquisita, hic maior est, & materia cruda in venis & habitu corporis copiosior, molèque tota corporis humidior. Præterea, Avicenna teste, alimentum in cachexia agglutinatur quidem, sed non assimilatur; in anasarca verò neque agglutinatur, neque assimilatur. Et si enim apponatur alimentum: tamè dissimile est, neque assimilari potest, & ita quædam falsa nutritio accidit, nutritioque frustratur ob errorem externum. Nam partium, quæ in ambitu corporis sunt, temperies ex affluente pituitoso & frigido alimento non aliter refrigeratur, atque ex aere circumfusò iis accidere potest, qui in locis palustribus aut carceribus degunt, atque deinde aut cachectici aut hydropici fiunt, malo cum epate communicato.

Generatur autem pituitosus ille humor & crudus sanguis primò omnium consensu epatis vitio & intemperie frigida, ob quam pro bono sanguine pituitosus & crudus generatur & copia pituitosi humoris coaceruatur, quem cum facultas nutritrix non superare possit, fit prava nutritio. Frigiditas autem illa provenit vel à sanguinis copia, qua gravata facultate naturali & calore oppresso bonus sanguis generari non potest, sed pituitosus & crudus producitur; vel à pituita & crudorum humorum redundantia, qui à causis refrigerantibus internis & externis ortum habent. Et omnino, vt dictum, eandem causas habet leucophlegmatia, quam cache-

Axia, saltem magnitudine differentes, & sæpe feminis ex retentione mensium, vt & gravidis, præcipuè si fetus sit debilior, & alimentum non satis attrahatur, accidit. Exemplum habet Hippocrates, 7. epid. in Harpalidæ sorore, cui quatuor aut quinque mensium vterum gestanti, pedum tumores aquosi exorti sunt, & oculi in orbem intumescebant, totumque corpus, veluti pituita alba suffusis, in tumorem subleuebatur. Tussis sicca, erecta cervicis spiratio, eiusmodique anhelatio, interdumque à spiritu suffocabatur, adeo vt perpetuò sedere in lecto cogereetur, neque decumbere posset, sed si qua somni incidere opinio, eum desidendo caperet. Interdum ex nimio mensium vel hæmorrhoidum fluxu oritur. Deinde nonnulli statuunt etiam circa epatis refrigerationem corporis vniuersi habitum ita refrigerari posse, vt bonum quoque alimentum affluens assimilare non possit, sed id potius corrumpat. Externas enim causas in partes externas aliquam intemperiem inducere posse, vt bonum quoque nutrimentum perficere nequeant. Er posse interdum hanc intemperiem frigidam ab vna parte originem sumere, nimirum à pedibus. Hi enim, vt à fonte caloris remotiores, si refrigerentur, & multam pituitam cumulent, idque malum seculim auctum ascendat, tandem corpus totum refrigerari & in consensum trahi posse. Verum si toti corporalis causa occurrat externa, vt antea etiam dictum, tale quid accidere & etiam bonum alimentum affluens in habitu corporis refrigerato & nimis huinctato corrumpi posse concedimus. Vt autem idem ab vna parte saltem refrigerata accidat, non probabile putamus.

Qui Aretæi sententiam retinent, interdum humorem hunc ab insigni caliditate corpus ac humores liquesciente provenire statuunt, si materia propter crassitiam neque in abdomen penetrare, neque per vias vrinæ expelli possit, sed ad partes cutancas feratur. Verum enimverò, vt supra dictum, vero consentaneum hoc non est. Si quid enim liquescit, vel per aluum, vel per vrinas expurgatur, vel per sudores, aut insensibilem transpirationem discutitur, neque compertum est, quenquam ex causa calida in anasarcam incidisse.

Signa Diagnostica.

D In ascite totum corpus æqualiter quasi intumescit, maximè tamen in pedibus & tibiis sub noctem, & si corpus digito prematur, vestigium relinquatur, & non detumescit corpus noctu, vt in cachexia, sed tumor plerumque sit maior. Venter non ita inflatur, vt in ascite, carnes mortuorum similes habet æger, quæ molles, laxæ & pallidæ sunt, vrinæ sunt tenues & albæ, respiratio est difficilis. Febris lenta sæpe accidit.

Signa

Prognostica.

1. Anasarca inter omnes species hydropis minus periculosus est. Et si enim vitium cum pluribus partibus communicetur: tamen minus habet hoc periculi. Nam humor pituitosus, quo vniuersa corporis moles abundat, initium aliquod coctionis suscipit, propiusque ad sanguinis naturam accedit, quàm serosus & aquosus humor in ascite. Præterea plerumque anasarca è crapula, atque corporis exercitatione intermissa oritur, quæ causa minus rebellis est, ideoque facilis coctionem admittit per ea, quæ talem humorem absumunt & exsiccant.

2. Si leucophlegmatia detento fortior Diarrhœa superuenit, morbum soluit. 7. aphor. 29. Oportet autem criticam esse euacuationem, & quæ morbo incipiente fiat, viribusque adhuc integris, & vt copia excreti humoris morbo non impar sit. Si verò ægro debili & viribus insigniter affectis pro-

fluum alui sequatur, & cætera desint, non morbum Diarrhœa tollit, sed ægrum.

3. Hydrope detenco si aqua è venis in ventrem confluerit, soluitur morbus, 6 aphor. 14.

Indicationes & Curatio.

In curatione anasarca Medicis duo scopi sunt propositi; Primus, ut aquosa materia per carnes sparsa euacuetur & absorbatur; Alter, ne noua generetur & affluat, quod fiet, si quæ circa viscera hæret cruda materia euacuetur, & epati sua temperies restituatur & robur. Primò itaque solus anasarca inter hydropis species, ut Galenus, 4. de ration. vltus in acutus text. 11. habet, cum incipit, interdum sanguinis detractioe eget, quando scilicet ex retentioe hæmorrhagiæ vel mensium vel ex alia aliqua causâ plethorica ortum habet: Idque ideo, ne frigidior setim sanguinis copia calor obruatur & extinguatur, epatiq; intemperies augetur. Euacuata enim aliqua parte crudorum succorum, qui cum sanguinæ in venis redundant, & instar viridiam lignorum depilem calorem membrorum suffocant, natura eiusmodi onere leuata facilius reliquos humores concoquere potest. Euacuatio ista sanguinis statim in principio instituenda, antequam vniuersus corporis habitus valde inficiatur, & sanguis putris euacuandus. Aperitur autem vena in brachio, si sanguis in toto corpore sit copiosior sine partæ alicuius partis vitio. At si à mensium vel hæmorrhoidum suppressioe malum ortum habeat, prius quidem in brachio vena aperienda pro copæ sanguinis imminutione; hinc in crure venâ apertâ fluxus iterum concitandus si maior sit sanguinis abundantia; alias statim in crure vena aperienda. Si verò ex alia causâ non coniuncta cum sanguinis copia ortum habeat anasarca, ostiendenda venæ sectione sanguinis detractioe corpus vniuersum refrigeretur, & in statum deteriorem coniciatur.

Sanguine, si opus sit, euacuato, materia antecedens euacuanda phlegmagogis, per vomitum & alui deiectiones, ut diureticis. Et quidem cum in anasarca plerumque crudi humores in ventre, & in primis viis abundent, singulis septimanis bis vomitum medicamento mediocri instituere vtile est. Primis viis hoc modo euacuatis, purgantibus à maioribus venis crudos humores educere conuenit, præmissis præparantibus ex oxymsl. simpl. composit. & scillitico, syrup. de duabus & quinque rad. byzantino, de hyslopo, de calamintha cum decocto radic. aperient. hyslopi, cardui benedict. betonica, vel aquis similibus. Ad purgandum vtilis est ebulus, mochaecanna, agaricum, turbit, diacarthamum, diacurbit cum rhabarb. elect. Indam, benedicta laxatio. pilul. de hermodact. &c. Misceatur autem eiusmodi medicamentis aliquid rhabarb. ut vna epar roboretur. Et sola per aluum purgatione, si in principio & antequam viscera habitualem intemperiem contraxerint, instituatur, multi sanitati restituntur, cum causâ antecedente sublata natura coniunctam interdum sola superet. Medicamenta autem, quæ menses mouent, si ij suppressi sint, eadem & anasarca conueniunt, paranturque ex radicibus aperientibus, cuscuta, capill. ♀. eupatorio, chamædry, sambuco, schœnantho, cinamomo & similibus. Si verò à nimio mensium, aut hæmorrhoidum fluxu hoc malum accidat, ob quem spiritus dissipantur, & epar refrigerantur, cautioe opus est. Nam quæ sistendis mensibus aut hæmorrhoidibus vtilia sunt, anasarca nocent: Quæ verò anasarca conueniunt sanguinis fluxum augent. Videndum igitur, ex vtro affectu plus damni impendat. Utendum proinde de ape-

rientibus propter anasarcam, mediocriter verò adstringendi vi præditis propter fluxum sanguinis. Vtilia hinc promissunt absinth. betonica, spic. nardi.

Materiæ coniunctæ in habitu corporis ratione, utendum valida frictione cum linteis asperis, aut fricentur partes spongia, aqua salsa, cui sulphuris aliquid additum sit, macerata & expressa. Impiis verò vtilis sint thermæ, sulphureæ, bituminosæ, unde Galenus, 1. de simp. med. fac. c. 7. scribit, Hydropicis aduersus est & potus & lauerum aquæ dulcis, salis verò ac nitrosæ, sulphureæ, bituminosæque omnes tanè peritiles sudores prouocentur per Laconicum. Antiqui per arenam à Sole vel igne calcactam, flumatiem præsertim autem marinam, sudorem prouocant, in quo ægrum sepeliebant capite extenso & velato, & sudorem è facie semper detergebant. Verùm Laconicis idem ferè præstari potest. Probatum & lutum thermarum, præsertim sulphurearum. Sic Galenus, 9. de simpl. med. fac. cap. de thermar. differ. vidit. Alexandriæ quosdam hydropicos Egyptæ terræ luto vtentes plurimos adiutos fuisse.

Vtilis est & cataplasmatum applicatio, quale Aëty ex stercore bubulo reticcato cum posca aut oxymelite sit, adiecta quarta parte sulphuris, aut ex cochleis tritis impositis. Commoda quoque sunt vestimenta suffulta medicamentorum exsiccantium paluere, ut flor. chamemel. ruta, aneth. & similibus. Fermentum quoque multo sale permixtum nonnulli adhibent, aut panem cum pulu. hyslop. aut farina fabar. aqua marina, vel alia salsa & melle coctar. cum pari pondere absinthij, cuius generis plerima apud Aëty leguntur. Omnia autem impiguanctia & resinosa, cum cerata tum malagmata, vitare iubet, ut quæ inflant, tumoresque intendendi vim habent. Assidue autè crura, manus, aliaque tumefactas partes, in Sole aut ad ignem inungat hoc medicamento. ℞. sulphuris vini, thuris, alum. sissil. part. æq. Contere cum aceto & vtete. Vtula quædam capiebat ranas viuas, quas in olla noua coquebat, superfuso oleo oliuarum, & oleo ventrem inungebat calidè versus inferiora manus ducendo, à stomacho versus inguina die secundo tumor descendit, ut pedes intumescerent vehementer, tertio die penitus liberata sunt. Fort. itas, l. 9. obs. 31. in schol. Matth. de gradibus etiam ranas viuas mirabiliter aquas ad se trahere scribit.

Extrahit tandem materiam serosam crum mscificatione, idque sensum, & sine vitium deiectione præstat. Sunt quoque interna quædam, quæ materiam aquosam & serosam absorbant. Finacei terrestres caro siccata commendatur ad absorbendum humores aquosos. Adhuc efficaciores sunt sales theriacales. Non negigenda sunt etiam epar roborantia, quæ plerumque etiam vnâ opera humores per vrinas euacuare possunt, ut decoctum & vinum absinthij & radic. helenij. Hoc enim vinum & crudos humores concoquit, eoque per vrinas purgat, & viscera egregiè roborat. Quod etiam faciunt Dialacca, Diacurcum trochisci de rhabarb. de absinthio.

Dieta.

Victus ratio sit exiccans, calefaciens & attenuans. Ideoque tenuior victus talibus præscribendus, cum inedia humores absorbant: & eiusmodi corpora, quæ crudis humoribus abundent, faciliè inediam tolerare possunt. Et ita victus quantitas moderanda, ne vel copia facultatem grauet, & castam morbi auget, vel paucitate vires deiciat, quæ in morbo diuturno ad durare debent. Carnes aliæ potius sint, quam eixæ. Et ferè talis victus ratio hic vtilis est, qualis præscribitur illis, qui decoctum ligni

Frictiones.

Thermæ.

Laconicam.

Cataplasmata.

Vestimenta medicamentis suffulta.

Crurum mscificatio. Interna medicamenta humores aquosos absorbentia.

Dieta.

bibunt. Imò decoctum ligni Guaiaci vel Sassafras in potu præbere vtile est. Et omnino parcissimè bibendum, vt singulæ partes superfluum succum liquent & absument.

CAPVT VI.

De dolore epatis.

Dolorepatis.

Dolore quoque interdum epas infestatur; cuius duæ sunt causæ, inflammatio & flatus. De inflammatione supra dictum, vt hic addere aliquid opus non sit. Interdum etiam vsu venit, vt dolor tenuius circa epatis regionem sentiat ex materia crassa & flatulenta inter membranam epatis & eius substantiam inclusa, vt de inflammatione epatis dictum: ab inflammatione tamen epatis dicitur, quod inflammationem epatis statim febris comitatur, quæ in hoc dolore ferè abest. Dolor in gibbo ad pectus distenditur, in cavo ad ventrem & intestina, & inter valla quædam habet, nec color corporis & faciei, vt in inflammatione fieri consuevit, immutatur. Febris si accedat, flatulentam illam materiam sæpe resoluit & discutit.

Curatio.

Curatio.

Vbi igitur dolor insignis fuerit, basilica dextri lateris aperiri debet, aut diuersionis causæ partibus infra epas cucurbitulæ affigantur. Materia etiam, quæ flatu gignit & fouet, præparata purgantibus euacuetur convenientibus. Post topicis materia discutatur, vt *℞. Chamameli, summi. anethi. fol. rusc. an. M. j. flor. rosar. rubr. M. ℔. sem. anisi, feniculi an. ℥. iij. schæranth. ℥. ii. Coq. in aqu. simpl. ad tertias. Colatura pro fotu vsu peritur. Hinc inunctio fiat oleo de absinthio, amygdalis amatis, rutaceo, oleo de spica. Simul etiam interna discutientia vsu panda, vt diagalang. diacinnom. cum speciebus dianthod. abbatis mixta, & quæ huius generis sunt alia, non omittis, quæ à proprietate epati cōducunt. In Diæta vitentur omnia, quæ flatu generandi vim habent. Inter hæc symptomata recenseri quoque possent. Fluxus Hepaticus: verum etsi causæ eius sit in epate, tamen quia materia per aluum euacuatur, de eo inter alui fluxus actum.*

Diæta.

CAPVT VII.

De Ictero.

Icterus.

Tandem etiam practici vulgo hic de Ictero agant. Etsi verò Icterus sit color totius corporis mutatus, atque ita inter symptomata corporis superficiei pertineat, tamen cum originem à vesicula fellis habeat, eos imitari, ac hoc loco de Ictero agere libet. Icterus Græcis nomen accepit sine *ἰκτερός*, id est, viuerra, quæ tylyestus mustelæ species, cuius oculi eiusmodi colore tincti cernuntur, vt Aretæus, *lib. 1. diurn. cap. 15.* & Aëtius, *teirab. 3. serm. 2. cap. 17.* habet: Sive ab Ictero, aut eius coloris, quæ & Galbulus nominatur, & si spectetur ab Ictero mori ægro sanato dicitur, vt Plinius, *lib. 30. histor. natural. cap. 8.* habet Latinis Regius morbus nominatur, *Moliter hic quoniam celsa suratur in aula*, vt Q. Serenus canit. Quæ ratio tamen parum apta videtur. Malim ergo ita ab auro, metallo regio dictum, statuere, sicut & aurigo ab auri colore dicitur. Nominatur & fellis suffusio. Est autem color præter naturam totius corporis flauus, viridescens aut nigricans, ab ex-

Vnde dicitur?

Quid sit?

crementitij & vitiosi humoris eiusdem coloris incutem effusione ortus, atque ita symptoma in visibili qualitate mutatur. Subiectum eius est totus corporis cutis. Causa proxima humor concolor. Talis n. est totius corporis & partium color, quales humores in eas influunt. Humor autem, à quo hic color prouenit, nec vnicus est, nec vnica causam habet. Vnde rectè Galenus, *lib. de comp. medic. sec. loca* initio eos Medicos rectè facere scribit, qui in describendis medicamentis contra Ictero distinet explicant, quibusnam ægris singula conueniant, contra verò eos non leuiter errare, qui sine discrimine remedia proferunt, quasi illa ictera laborantibus conueniant simpliciter, cum certum sit, variis Icteri differentiis varia medicamenta conuenire, & quæ vni profunt alteri nocere.

Signa Diagnostica.

Icterus in genere facillè cognoscitur, præsertim si Signa album oculi inspicitur, & internus maximè angulus, vbi venæ maiusculæ sunt. Ea enim in parte evidens coloris mutatio apparet.

Differentia.

Vt verò distinctè de Ictero agatur, primò differentiarum proponendæ sunt, & singularum, causæ, sitiz.

1. Epatis *diagnosis* præter naturam, siue ea sit temperies mutata, siue inflammatio, siue obstructio, siue scirrhus 2. Feratrum morsum, ob quem sanguis in talem humorem flauum immutatur, 3. *apertis* quæ bilis è visceribus in cutem effunditur. 4. In fine capius addit vesicula fellis repletionem tantam, vt prostrata eius virtute expultrice, excerni bilis ex hac in intestina nequeat. Nos differentias, quæ curationem variant, hoc modo proponemus. 1. Est icterus flauus, qui fit ab obstructione vesiculæ fellis, vel angustia eius à calculis. 2. A bilis copia, qui tamen icterus non vnus generis rursus est, sed vel ab epatis intemperie calida cum vel sine febre, vel ab inflammatione oritur, cum tanta bilis copia est, vt vesicula fellis totam capere nequeat. 3. Est icterus, qui fit à feratrum venenatarum morsu, vel veneno hausto, cum flauus, tum niger. 4. Niger, qui tribuitur vitio henis. Ratio differentiarum flauæ hæc est. Cum ideo flauus icterus accidat, quia plus flauæ bilis est in corpore, quam par est, euenit hoc, vel quia maiore, quàm æquum est, copia generatur bilis & humor flauus in epate, ob intemperiem eius calidam, aut sine inflammatione aut cum inflammatione, aut cum, aut sine febre: Vel quia, quæ quidem iusta quantitate genita est, debito modo non euacuatur. Quod fit vel ob angustiam meatuum fellis siue ex portectorum in epas, per quos bilis in vesiculam fellis attrahitur, siue ad duodenum tendentium, vnde per aluum expurgatur: vel ob angustiam vesiculæ fellis, quæ suscipere bilem non potest, quia lapides in ea contenti eam angustiores reddunt.

D

E

Addunt quidem alij quoque alias causas, nimirum attrahentis expellentisque facultatis in vesicula fellis imbecillitatem, quæ ob intemperie aliqua, præsertim frigida, ortum habeat. Verum non immeritò dubitatur, an tanta frigiditas in vesicula fellis, quæ epati membro calido adhæret, & humorem calidum in se continet, esse possit, vt ob eam ad extrahendum & expellendum inepta reddi possit. Galenus, *5. de loc. affect. cap. 7.* hanc etiam causam addit, quod vesicula fellis aliquando copiam bilis ita repleatur, vt prostrata vi expultrice ex ea intestina euacuari nequeant. Verum in vesica urinaria, si vltra modum & tempus vna retineatur, hoc quidem accidere solet, an autem in vesica-

Eius subiectum Causa.

Differentia.

la fellis idem possit accidere, dubitamus. Nam in vesica vrinaria id præcipue accidit, cum voluntarie ultra debitum tempus & modum vrina retinetur, quod sit beneficio muscoli, qui officio eius præfectus est, & copiosius ex largiore potu vrina affluit; quæ retentio in vesicula fellis locum non habet, cum quod in ea per vnum meatum attrahitur, per alterum, nisi obstructus sit, euacuetur. Atque hæc cum sint icteri differentie, de singulis seorsim dicendum.

De Ictero flauo ab obstructione vesiculæ fellis.

Cum flaua bilis in vesicula fellis ex epate colligatur, & subinde eius aliquid ad duodenum intestinum mittatur: si meatus siue ex porrecti in epate, per quos in vesicam fellis bilis allicitur, siue ad duodenum tendentes, per quos in aluum expurgatur, angustiores reddantur aut claudantur, bilis in epate restitat, & hinc cum sanguine in venam cauam distribuitur, & in totum corpus dispergitur, cutemque colore flauo tingit. Hæc autem meatum angustia prouenit vel ab obstructione, quæ accidit interdum à crassa pituita, interdum à bile crassa & copiosa, interdum à calculis, qui sæpe magna numero in dissectis corporibus in vesicula fellis reperiuntur, vt observationes Medicorum docent, quarum aliquas collegit Schenckius, lib. 3. obseru. 37. vel à circumstantium partium compressione, vt scirrhus, inflammatione. Nonnunquam etiam vesicula fellis ita lapidibus repletur, vt bilem capere non possit.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hæc icteri species non solum ex eo, quod reliquarum caussarum signa absunt, sed imprimis, quod feces alui à consueto colore deflectunt & albicant, bilis transitu in ventera præcluso, à quo feces alui tingi solent. Porro autem dispiciendum, an vitio epatis vel vesiculæ fellis id accidat. Si epatis vitio id euenit, procul dubio signa affecti epatis aderunt, & aliqua tensio aut pondus in dextro hypochondrio percipitur. Si vero ab hoc fuerit in vesicula fellis causa hæret, & Icterus plerumque repente inuadit, aluius ferè pigrior est, vrina crassescit, & ex flauo & rubro ferè nigricat, sine virium tamen lætura, modò febris planè absit. Nam febrim etiam interdum tali ictero coniungi, non planè impossibile est. Et si icterus tum diuturnus sit, ac medicamenta satis efficacia & rectè exhibita nihil proficiant, à calculo angustiam vesiculæ fellis prouenire, argumento est.

Prognostica.

1. Facilior est, si cætera consentiant, icteri flauo curatio, quàm nigri, cuius causa validius resistit. Et quidem inter icteri flauo species facilius curatur icterus ab obstructione vesiculæ fellis natus, vt cui interdum vnicum Cholagogon exhibitum satis fuit; quoniam meatus bilis à vesica illa in intestina porrecti intestinis propiores sunt. Vbi tamen obstructio illa à calculis est, vix curationem admittit.

2. Ictero laborantibus si iecur durum fiat, malum, 6. aph. 42. Et si obstructiones sint pertinaces, & in scirrhum epatis desinant, hydropis prænuicius est icterus.

Indicationes.

Obstructio siue in epate, siue in vesicula fellis sit, aperienda, humorque biliosus in corpore hærens euacuandus; solutaque obstructionis signum est, quando feces alui iterum colore flauo tinguntur, & vrinæ illa intensa flauedo ad nigrum vergens remittit. Tandem, si color sponte non euascat, humor eius causa in cute hærens discutendus.

Curatio.

Expediuntur autem hæc per medicamenta aperientia, quibus & victus respondeat, deinde per euacuantia, quæ commodissime per vias exhibentur, ac si malum sit contumacius, à leuioribus progrediendum ad fortiora. Et cum aperiencia turò exhiberi non possint, nisi primæ viæ euacuatæ sint, ab earum euacuatione incipiendum. Viles quoque hic sunt clysteres, qui non solum excrementa alui subducunt, sed & naturam stimulant.

Aperientia hæc conueniunt, Rad. cichori, quinque aperientis dicta, chelidon. maior, curcuma, asari, anchusa aruensis colore rubro, endiu. cuscuth. quæ vix quicquam hic præstantius, agrimon. marrubium, centaur. minus, chamaed. ys, absinthium, trochisci de eupator. de lacca; syrupus endiuæ simpl. & compos. de drabus & quinque radicibus, byzantinus acetos. diarrhod. syrup. de cichor. cum rhabarb. de eupator. lapis flauus in felle tauri reperiens, lumbric. terrest. ad ʒ. j. cum succo cichoriæ aut melicrato exhibiti. Actius coctos & cum myrrha tritos fabæ magnitudine exhibet ex passo aut vino mulso, & ita postero die per vrinam icterum profligari scribit.

Et plerique à proprietate occulta lumbricos hoc præstare putant: Verùm insignis vis aperiendi, quæ iis inest, ad icterum tollendum sufficere videtur.

Quidam pro lummo remedio asphodeli asparagum ictero laborantibus præbent, teste Galeno, 2. de

alimēt. facult. cap. 6. E Chymicis medicamentis vtilia sunt: Tamarum vitriolatum, cremor tartari vino chalybeato dilutus, spiritus salis. Pueris conuenit præcipue decoctum fragaria cum passulis. Efficacius est, si mar ulij M. b. addatur. Conradus Gesnerus ad icterum contumacem commendat radices vrtice. ℞. Eorum lb. i. croci ʒ. b. Contundit diligenter in mortario, & cum vino albo succum extrahit, cuius ʒ. iv. diebus 4. vel 5. continuis exhibuit, ægro in lecto decumbente, stragulis cooperato, vt sudet. Præstantque aperientia & hoc commodi, quod pleraque simul vrinam mouent, materiamque ad vias vrinæ deducunt. Purgantia sicut ex manna, rhabarb. scammon. electuar. diacatholico. de succo rosarum, de psyllio, hiera picra, nisi febris adsit, pilul. de rhabarb. aggregatiu. Vtilia sunt & vomitoria, quibus & corpus euacuatur, & materia commouetur, & ab hypochondriis reuellitur.

Exempl. gratia. ℞. Rhabarb. elect. ʒ. iv. cynamom. ʒ. j. Infund. in l. q. aqu. cuscuth. & gramin. Colaturæ exprill. ℞. ʒ. iv. Adde marrub. ʒ. j. vel elect. de succo rosar. ʒ. ii. de psyllio ʒ. i. syr. byzantin. simpl. ʒ. b. Hinc ℞. Rad. aperient. ʒ. iij. cichor. ʒ. b. sem. melon. excortic. ʒ. iij. cicer. rubr. ʒ. b. cuscuth. agrimon. an. M. j. marrub. albi M. b. passul. ʒ. vi. baccar. iuniper. num. xx. Coquantur in aqu. simpl. Colaturæ. ℞. lb. i. Adde syrup. byzantin. simpl. ʒ. iv. Misce pro ʒ. dosibus. Vel ℞. sem. aquileg. ʒ. i. b. croci ʒ. b. F. Puluis, detur in vino. Vel ℞. Sem. aquileg. ʒ. b. pulu. lumbr. terrest. ʒ. i. croci ʒ. b. F. Puluis. Atque ista medicamenta per interualla contrahentur, si malum contumacius progrediendo semper à leuioribus ad fortiora; cuius generis multa recenset Galenus, 9. de compos. medis. sec. loca cap. 1. & in exporist. cap. 16. Capinaccius commendat infusionem limatura chalybis in vino facta. Possunt & purgantia atque aperientia misceri. ℞. Marrubij, cuscuthæ, capid. verner. an. M. j. cicer. rubr. ʒ. ii. rad. petroselin. fragar. an. ʒ. b. asari ʒ. ii. passular. ʒ. ij. Coqu. in aqua simpl. In colatura infunde fol. sene elect. ʒ. ij. agarici albi ʒ. b. rhabarb. ʒ. iij. sem. anisi, fenniculi, geniste an. ʒ. ij. In colatura dissolue manna ʒ.

j. S. F. Potus pro aliquot dosibus, vel addatur *sacchari q. s. F. Syrupus.*

Dieta.

Dieta. Vitus in hac icteri specie sit attenuans. Vtiles sunt in cibo *amygdala amara*, quas Galenus icterus præbet. Potus sit *virum, dilutus in aqua gramin. asperagi aut petroselini.* Vel *℞. Cicer. rubr. lb. i. S. rad. asparag. M. i. aqu. lb. ix.* Coqu. ad tertiam partem consumptionem pro potu, qui, si febris adit, detur mixta cum *vino.*

De ictero ab epatis caliditate sine febre.

Icterus ab epatis caliditate sine febre. Nonnunquam sine obstructione vesicæ fellis ob sola vitæ inopia icterus accidit, etiam sine febre, ubi ob sanguificationis vitium per us bilis in epate generatur, quam ut naturaliter per consuetas vias excerni possit, cum ob epatis intemperiem, tum ob errores in diæta, ut nimium calidiorum ciborum, & præsertim eorum, qui in bilem facilè corruptuntur, usum.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur hic icterus ex eo, quod non solum urina, sed & feces alui croceo colore tinctæ sunt, febrisque adest, pedes & manus calent, & talia calidæ intemperiei epatis signa adfunt.

Prognosticum.

Prognosticum. Minus periculosus est hic icterus, quam qui cum inflammatione & febre coniunctus est.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio. Bis, quæ abundat, & non sufficienter euacuatur, per consuetam viam euacuanda, & ad intestina reuocanda. Sitamen aliqua sanguinis copia adfit, venæ sectione ea prius tollenda. Et ne ab epate calido plus bilis generetur, eius intemperies alteranda, ipsiusque roborandum. In acrioribus autem hoc obliuandum, ut non astringentia adhibeantur. Cum enim probabile sit, in angustis & exiis venis remanere aliquid bilis, si per fortiter adstringentia ibi impingatur, & non per aperientia abstergantur, facti ibi erunt obstructiones vel inflammationem excitare potest. Conueniunt igitur præcipuè cichoracea & iutybacea, quæ ex superioribus patent, & calidæ intemperiei epatis debentur.

De ictero in febribus acutis critico.

Icterus in febribus acutis critico. Sepe etiam accidit, ut à natura in febribus biliosis acutis, sepe etiam malignis, post concoctionem biliosum humorem ad ambitum corporis protrudat, unde color cutis croceus apparet.

Signa Diagnostica.

Signa. Id quod cognoscitur ex eo, quod febris acuta adit, & signa coctionis præcesserunt, & in die critico adit, sine hypochondrii duritie. Actum & vrina & feces alui naturalem colorem obtinent. Biliosus enim humor ad ambitum corporis à natura protrusus est.

Prognosticum.

Prognosticum. Icterus hic nihil periculi portendit, sed potius morbum soluit, cum fiat natura vitiosos humores à visceribus & partibus interioribus ad externa & ignobiliores expellente.

Indicationes.

Indicationes. Ideoque hic medicamentis vix aliquid agendum, cum, secum in Hippocrates, 1. aph. 20. πᾶσι χρόνις καὶ ἰσχυρὰ ἀπὸ τοῦ ἵκτερος δεκατ. Aut si opus sit, promouenda expansio functionibus, sudoriferis & asperitu rerum citrinarum. Febre verò soluta nullo auxilio opus est, quoniam quod reliquos humores in cute dissentiat, nisi sponte eualescant, de quo postea dicetur.

De ictero in febribus symptomatico.

Icterus in febribus symptomatico. Aliquando verò natura ante coctionem materię vel copia vitæ acrimonia, aut malignitate stimulata talem expulsionem tentat.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur talis icterus symptomaticeus, quod quidem in febre acuta accidit, sed antequam signa coctionis appareant, & die non critico, & feces alui ac vrina naturalem colorem non planè recuperant. Neque enim natura satis feliciter talem expulsionem tentat.

Prognostica.

Prognostica. De ictero hoc est aphorismus Hippocratis, 62. *sect. 4. Quibus per febres icterus superuenit ante 7. diem, inimum.* Controuertitur tamen à Medicis, An icterus ante 7. diem in febribus acutis semper malus sit? De quo sciendum, Hippocratis aphorismum, si rectè accipiatur, quidem verum esse. Et si enim talis icterus non semper lethalis sit, (quod nec Hippocrates dicit) tamen suo modo semper malus & periculosus est. Nam quia ante septimum diem accidit symptomatice, illa expulsio, quæ quamuis, ut alibi dictum, interdum ad salutem ægritudinem tamen per se bonam non est, quam quæ 7. diebus vel alio critico contingit, cum fiat non simpliciter à robore naturæ, sed à natura ab humoribus vitiosis incitata, & coctione nondum absoluta. Non tamen crisis ita strictè ad 7. diem adstringenda, nec entes tam dierum numero, quam coctione æstimandæ.

Itaque si maturè coctionis signa appareant, licet ante 7. diem icterus accidat, pro critico & proinde bono habendus est. Hippocratesque hoc aphorismo saltem critice icteri exemplum proponere voluit, & quidem sub die 7. quod si inter omnes criticos principatum obtineat. Contra si post septimum accidit icterus, ac nulla coctionis signa præcesserint, icterus non bonus est, quod etiam docet Galenus, 3. *epid. comm. 1. aphor. 5.* dum ait, Ante coctionem materię nullum abscessum, ne dum auignolum vitalem esse; siqueem significat impediri bilem, quominus ex viscere expulsetur & euacuatur per ventrem, vel propter obstructionem, vel propter inflammationem. Si tamen ea, quæ euacuari debent, euacuentur, & vires terant, euacuatque humoribus vel planè tollatur morbus, vel immutatur, etsi symptomatice sit icterus, suo modo pro bono habendus. Sicut nec icterus qui die critico accidit, semper bonus est. Atque ipse Hippocrates aphorismo allegato excipit icterum cum hypochondrii duritie. Et 6. *aphor. 42.* scribit: *Ictero laborantibus epar durum fieri, malum.* Ideo in ictero, qui in febribus accidit, semper videndum, an criticus sit, morbumque tollat, vel leniat; aut si symptomatice sit an critice bonitatem amuletur. Hippocrates tales icteros, qui in febribus symptomatice accidunt, rigore discernit, 4. *de rat. vitæ. in acut. aph. 81.* In febre, inquit, *biliosa icterus cum rigore ante 7. diem eueniens, morbum soluit; Si vero absque rigore in: empestine superueniat, pestiferum est.* Solut enim talis icterus morbum euacuatione & depulsione materię febrilis sufficiente à visceribus & venis ad cutem, quod rigor indicat. Sin absque rigore fiat, à debilitate naturæ vel ab inflammatione epatis icterum exitisse, suspicandum est.

Indicationes & Curatio.

Indicationes. Icterus hic nullam peculiarem curationem, requirit, sed cura ad febrem dirigenda, qua sublata & ipse tollitur. Ad epar tamen, quod bilem generat, imprimis respiciendum, bilisque suo tempore, nisi symptomatica euacuatio, quæ crisis naturam amuletur, accedat, per conuenientes vias euacuanda, & per alium, & per vrinas.

De ictero ab inflammatione epatis.

Icterus ab inflammatione epatis. Si icterus ab inflammatione epatis proveniat, & causæ & signa inflammationis epatis adfunt, & curatio tota ad inflammationem dirigenda, qua sublata, &

bilis nimia generatione prohibita, postea facile A
icterus cessat.

*De Ictero a morfu venenatorum animalium
& venenis.*

Icterus a
morfu ve-
nato &
venenis.

Tandem quandoque icterus à morfu venenato-
rum animalium, vel veneno hauſto, quod habet
vini sanguinem in humorem fluam corrumpendi,
provenit. Ita Galenus, *5. de los. affect. cap. 7.* re-
fert, cuidam terrorem Imperialium, cum à vipera
eſſet morſus, uniuersum corporis colorem ita mu-
tatum fuisse, ut porri colorem referret. Et Marcellus
Donatus, *de histor. medic. mi. ab. cap. 9.* ex
Auenzारे refert, Azym filium Haly ex potu rei ven-
enata ictericum euasisse, ut corporis color eſſet,
ſicut cortex citri, simulque appetitum planè amiſſiſſe.

Quo modo
viena
icturum in-
erant?

De modo autem, quo venena ictericum inducunt,
Auciores diſcrepant. Galenus, *loco allegato* à vene-
no sanguinem corrumpi ſtatuit, & in bilem seu flu-
uum humorem talem verti. Alij putant, malam qua-
litatem epati imprimi, ita ut plurimam bilem ge-
neret, quæ postea per uniuersum corpus diſperga-
tur & ictericum excitet. Marcellus Donatus, *loco al-
legato*, non omnes à morſu animalium venenato-
rum, aut hauſto veneno ictericos fieri ſtatuit, sed
eos ſolum, qui plurimam bile abundant. Inſurgere
enim facultatem expultricem ad veneni expulſio-
nem, & ita ſimul bilem, quæ in corpore redundat,
expelli, cuius colore ſuperficiès corporis tingatur.

Verùm conſentanea magis verò eſt ſententia
Galeni. Eſt enim proprium venenorum homines
corrumpere, & minima portio veneni corpori
comunicata inſtar fermenti totam maſſam ſan-
guinis penetrat, eamque corrumpit, quæ corrupta,
nanc hinc, nanc alius color inducitur pro natura ve-
neni. Neque neceſſarium eſt, ut prius bilis ſemper
abundet, quæ ſtimulata expultrice moueatur. Ne-
que etiam credibile, malam qualitatem illam ſo-
lum epati imprimi, ut multa bilis inde generetur,
cum mutatio illa in toto corpore ſubito fiat, & hu-
mor ille fluuus vel viridis non proprie bilis ſit, ſed
venenofus & malignus. Non tamen negamus, pro
diſpoſitione ſanguinis & humorum in corpore cor-
ruptionem aliquo modo variari. Neque etiam, quod
quibusdam videtur, humores fluuſcentes, viri-
deſcentes aut nigricantes, qui icteri huius cauſſæ
ſunt, ſolum ex bile excrementicia naturali corru-
pta, verùm etiam ex aliis humoribus corruptis or-
tum habent. Imò credibile eſt, iſtum humorem, qui
à veneno provenit, non bilem eſſe, ſed ex humo-
rum cum bonorum, tum excrementitiorum corru-
ptione ortum.

Signa Diagnostica.

Inquirendum ergò initio, ſi æger ſubito toto cor-
pore colore ſeu flauo, ſeu viſcente, ſeu nigro
(omnes enim hi colores pro venenofum varietate à
venenatis cauſſis provenire poſſunt) tingatur, an à
venenato aliquo animali, quod vinum habet ſanguin-
em in talem humorem mutandi, morſus ſit, aut
venenum aliquod ſimilem vinum habens ſumpſerit;
id quod vel æger vel adſtantes manifeſtabunt. Et ſi
omnino id lateat, tamen venenum aliis ſignis, ut
ſubita virium deiectione, lipothymia, ſyncope, &
aliis, quæ venena prodere ſolent, ſignis ſeſe mani-
feſtabit.

Signa.

Prognosticum.

Periculofus eſt hic icterus, ob cauſſæ, à qua in-
ductus eſt, potentiam & malignitatem, cum om-
nes affectus à venenis inducti periculofi ſint. Et quò
venenum nocentius eſt, à quo provenit, eò & pe-
riculoſior icterus.

Prognosti-
cum.

Indicationes & Curatio.

Venenum mox è corpore expellendum & extra-
hendum, eique per alexipharmaca reſiſtendum.
Itaque ſi æger venenum hauſerit, illudque adhuc
in primis viis hæreat, vomitu quamprimùm rei-
ciendum. Deinde alexipharmaca exhibenda; &
quidem ſi venenum cognitum habeatur, veneni na-
tura ſpeciatiim oppoſitum alexipharmacum exhi-
bendum; ſi verò incognitum ſit, commune aliquod,
ut venenum vincatur & expellatur, ut *Theriaca,
Mithridaticum, bezoar, & ſimilia*. Si tamen ali-
qua manifeſta intemperies calida ſimul à veneno
inducta ſit, & illi occurrendum, *ſucco citri, pomor.
acetoforum, granatorum, ſucco & aqua endiuæ, ace-
toſe, porihlaca & mucilag. ſem. pſyllij*. Si autem
foris immiſſum ſit per ictum vel morſum animalis
venenati, extra ad partem affectam adhibitis re-
mediis extrahendum, ſimulque alexipharmaca ex-
hibenda, & curatio omnino, qualis eiſmodi viru-
lentis vulneribus debetur, inſtituenda. Ita cum Ga-
lenus, *loco allegato*, ſeruo Imperiali theriacam
exhibuiſſet, quam celerrimè color ſecus naturam
ei reſtitutus eſt. Abinzoar filio Haly bezoar exhi-
bit cum aqua cucurbitæ. Bezoar quidem ad expel-
lendum venenum, aquam verò cucurbitæ ad repri-
mendum caliditatem, præter naturam adiunctam,
ad quam Rhafes aquam granatorum, Aizahara-
uius & Haly Abbas *poma acida & mucilag. pſyllij,
& trochiſcos de camphora* exhibent.

Indicatio-
nes & Cu-
ratio.

De Ictero nigro.

Actum ſupra de eo, *pars. 4. cap. 11.*



LIBRI TERTII

PARS VII.

De Renum & Vreterum præter naturam affectionibus.

PROOEMIUM.

VT Chylus & inde elaboratus sanguis per angustissimos venarum meatus in epate penetrare possit, natura vehiculum, ὄχημα τροφῆς, ut appellat Hippocrates, addidit aquosum serum. Illud cum alendo corpori ineptum sit, ut, ubi suo officio functum est, è corpore euacuetur, Natura renes constituit, à quibus attrahitur, & hinc per vretes ad vesicam amandantur, & è corpore per vrinarium meatum tandem euacuetur. Ordo ergo tractationis postulat, ut de renum, vreterum & vesica urinaria affectibus præter naturam iam dicamus. Ideoque in hac parte agemus de renum morbis, intemperie puta, numero mutato, vasorum in renibus angustia & contra apertione, de renum calculo, vermibus, & aliis in iis genitis, de renum inflammatione aliisque tumoribus, tabe, vulneribus, & ulceribus; de vreterum morbis: symptomatibus item, quæ iis accidunt, renum puta imbecillitate & vrinae secretionem in eis læsâ, de diabete, & dolore nephritico.

SECTIO PRIMA.

DE RENVM ET VRETERVM MORBIS.

CAPVT I.

Paradoxorum de renum vsu.



Vamobrem interdum à veterum opinionibus discedendum sit, præclare explicat Aristoteles, lib. 1. Ethic. cap. 4. ubi Platoniam reiecituram sententiam, Præstat, inquit, atque adeo oportet etiam ita nos veritati addictos esse, ut præ illa vel nostra ipsorummet decreta euertere non dubitemus. Atque mox addit: Ἀμφοῖν ὅτιον ἀρετῆς τῶν ἀληθῆς. Cum utraque cara sunt, inter præteritum est, antiquiorem habere veritatem. Ideoque veritatis investigatio semper culpâ caruit. Immo, ut Galen. lib. de V. Respirat. cap. 1. habet: πλεονεξία τε καὶ ζήλοσπιον πὲρ ἀληθείας. si id est καὶ μὴ τὸ χρομὶ, ἀπὸ πάσης, δίκης ἀλασπίτρον, ἢ ὑπὲρ ἰσοῦν ἀρετῆς. Audendum est, & veritas indaganda, quam etsi non semper assequamur, omnino tamen propius, quàm nunc sumus, perueniamus. Vnde minimè nobis vitio verti poterit, si Renum morbos explicaturi aliquid præter vulgaram Medicorum doctrinam, & quidem saltè Paradoxo loco proposuerimus. Neque enim animus est, antiquis temerè obloqui, sed veritatem eruere, inquirendo: Num ei, quam sacræ literæ de vsu renum sententiam suggerere videntur, consentanea inveniri in Medicinâ possit?

Renum vsus secundum pleerosque.

Physici ac Medici plerique in eâ hodie sunt sententiâ, renum nullum alium & in homine, & in aliis animalibus vsum esse, quàm ut peculiari vi sero-

sum humorem à massa sanguinea per vasa emulgentia attrahant, atque ita sanguinem à sero purgent. Verùm, si ea, quæ passim in sacris literis extant, perpendamus, alius præterea vsus renibus omnino assignandus videtur. Psalmo 7. v. 17. Psal. 26. v. 2. Jer. c. 11. v. 20. c. 17. v. 10. c. 20. v. 12. Apoc. c. 2. v. 20. Deus corda & renes scrutari dicitur. In quibus locis per renes pravae concupiscentias & cupidinem rei Veneræ intelligi, non pauci Theologi censent. Ita enim Nicol. de Lyr. loca Ierem. cap. 17. & Apocal. cap. 2. Quia ego sum scrutans renes & corda, explicat: Examians & puniens concupiscentias & malas cogitationes. Et ad locum Nahum cap. 2. vers. 10. Et dolor seu defectio in cunctis renibus, Glossa habet: & deficiunt omnes voluptates carnis. Et ad locum Ierem. cap. 12. vers. 2. Et longè abes à renibus eorum, addit: quoniam erant adulteri. Et ad Psalmum 16. vers. 7. ut etiam renes mei me noctu castigent, annotat Sebastian. Castellio: Ut meæ nocturnæ coercentur libidines. Et ad Leuitic. cap. 3. ubi Deus mandat, ut renes ac omnis pinguedo ipsi offeratur, ne sacerdotes ista comedant, interpretes annotant: Sacerdotes ita curare debere suum corpus, ne lasciviant, quasi renes occultâ vi prurimum amoris excitent. Et ad vocem *Renes* scribit ex Rabbi David Santes Pagninus, in *Lexico Hebraeo*;

Secundum sacras literas.

stibulum in vitiis apparet. Adest propensio ad libidinem, atque accidunt nocturnæ pollutiones, & in somnia libidinosâ; corpus extenuatur. Nocent calefacientia, iuuant refrigerantia.

Prognosticum.

Prognosticum. Si intemperies ista non sit magna nec inueterata, non adeo difficulter curatur. Si verò magna sit & diu durauerit, ac siccitas caliditati coniuncta sit, difficulter curatur.

Indicationes & Curatio.

Indicatio. Calida intemperies indicat refrigerantia, sicca humectantia. Refrigerant autem renes *viola, rosa, cichorium, endiua, lactuca, portulaca, semperuum, nymphea, succus citri, limonum, granatorum, fraga, fructus rubi Jdei, hordent, melones, cucumeres, semina 4. frigida maiora, scariola, serum lactis, acetum, acidula.* E quibus varia parantur medicamenta cum interna tum externa.

Interna.

Interna. Conferuz, syrupi, aquæ, emulsiones ex supra dicti plantis. *V. ℞. Aq. fragor. sine vino, violar. an. ℥. iii. syrupi violar. acetosif. citri an. ℥. i. spiritui vitrioli ℥. ij. Milce. Ve. ℞. Item 4. frig. maior. an. ℥. i. b. Aq. ho dei s. fragor. sine vino an. ℥. i. v. F. Emulsio. Adde inlebi rosar. violar. an. ℥. i. M.*

Externa.

Externa. *Epithemata* ex aquis & succis lactucæ, portulacæ, nympheæ, semperuum. *Oleum, rosar. violar. nympheæ. Unguentum* rosaceum, refrigerans. *Galenus* Vel *℞. Mucilag. sem. psyll. ℥. b. ol. violar. ungu. refriger. Galeni an. ℥. vi. sacch. Saturni ℥. i. cera parum. F. Linimentum. Cerotum* Santalinum. *Folia vitis, lactucæ, nympheæ, salicis, linteis stratis* supposita. *Lamina flumbea* dorso è regione renum alligata; imprimis verò aquæ dulcis balneum diu continuatum. Plura de inflammatione renum proponuntur.

Dieta.

Dieta. In cibus conuenientissima est pitana hordeacea, semina 4. frigida maiora, lactuca, endiua, cichorium, fraga. Cibi condiantur succo citri, granatorum, ubi s. Potus sit aqua hordei, vel tenuior cereuisia. Si adsit humilbilis, purgetur ea cassia, diapruno simplici, electuatio de psyllio, de succo rosarum.

De intemperie renum frigida. Causse.

Renum intemperies frigida? Causse. Refrigerant renes vicinarum partium, vt intestinalium, epatis, lienis, refrigeratio; humerum frigidorum præsentia; Cibi, potus, medicamenta frigida; Aer, venti, umbres, niues, si dorso occurrant, balnea frigida & renum denudatio.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur intemperies renum frigida è causis refrigerantibus, quæ præcesserunt, viua redditur pauca & tenuis, ac cruda. Appetitus veneris minuitur. Iuuant calida, nocent frigida. Si pituita simul adsit, vrinæ sunt turbidæ & crassæ, in quibus filamenta quasi alba subsident.

Prognosticum.

Prognosticum. Si intemperies renum sit tanta, vt actio inde debilitetur, atque seri secretio impediatur, periculo non vacat. Ex seroso enim humore in renibus retento sanguis corrumpitur, & homo ad cachexiam & hydropem disponitur.

Indicationes & Curatio.

Indicatio. Intemperies frigida calefacientia indicat, vt in aliis partibus. Calefaciant verò renes: Radices *feniculi, brusci, asparagi, petroselini, pimpinella, eryngij, satirij.* Folia *betonica, agrimonie, calaminthæ, mentha, salvia, rosæmarini.* Flores *lauendule, betonica;* Semina *eruce, nasturtij, petroselini, fensc. bacca iuniperi, amygdala amara, nuclei persicorum,*

cicer. aromata; Atque ex his parata varia medicamenta. Extra inongitur renum regio *oleo nardino, costino, irino, mentha,* quibus *spica nardi, caryophylli, macis* addi possunt: *Unguento Martiato.*

Dieta.

Victus ratio medicamenti respondeat. Quapropter *betonica, salvia, roremarino, feniculo, aromatis* cibus & potus condiantur. Si simul adsit pituita, purgetur *agarico,* vel *cassia* cum *serebinthina, benedicta laxatiua, elect. Indo.* Intemperies humida renum, quæ actiones lædat, ra. ò datur.

Dieta.

CAPVT III.

De Numero Renum mutato, & aliis quibusdam eorum morbis.

Renes homo, vt & alia animalia, secundum naturam duos habet. Interdum tamen vnus deficit, vt habet *Aristoteles, 4. de histor. animal. cap. 4.* *Fernelius, lib. 4. de part. morbis & symp. cap. 7.* *Andernacus, lib. 1. Institut. Anat. Velalius, de corp. hum. fabr. lib. 5. cap. 10.* *Eustachius, cap. 10. lib. de constit. Renum, Columbus, lib. 15. Anatom. Contra renes tres vidit Eustachius, c. 10. lib. de Renum structura: Quatuor Gemina, lib. 2. Artis cycloromisa, & lib. 1. cosmocritic. cap. 6.*

Renum numerus mutatus.

Mutatur & aliis modis sæpe renum constitutio, scribitque *Eustachius, alleg. libello,* te renes interdum subingros, subalbidos, substantia modò fragili, & quasi putri, modò densa, dura & arida inuenisse, superficiem vtriusq; olam & innumeris tuberculis scateantem sæpius vidisse; quin & sub eorum membrana tantum flatum collectum, vt videretur à subiecta carne prius separata, ac ò que turgida & distenta, vt magni tumoris speciem referet. In vasis quoque emulgentibus sæpe magna accidit varietas. *Ambros. Paracelsus, lib. 2. cap. 25.* septem vidit emulgentes venas, totidemque arterias, quatuor à sinistro latere diuersis locis procedentes, quarum vltima ab *Iliaca* manabat, tres à dextro diuersis pariter locis. *Columbus, vlt. lib. 15 Anatom.* refert, in eodem latere duas, tres, quatuorque & plures emulgentes deprehendit. Geminas emulgentes venas & arterias vidit *Andrea Laurentius & alij.* Et omnino sæpe in venis emulgentibus & veteribus magna occurrit differentia: eam tamen à naturali constitutione discernere promptum est. Verum talia in viuus rarè agnoscuntur, neque curari possunt. Quapropter ad alios renum morbos progredimur.

Renum color mutatus. Substantia.

Renum morbi.

CAPVT IV.

De Vasorum in Renibus angustia.

Cum per vasa renum humores serosi ab emulgentibus attracti ad vterestransmitti debeant, læditur hæc actio, si vasa hæc non satis pateant. Quod fit vel *compressione,* vel *obstructione.* Comprimuntur vasa ab eorum tumoribus, phlegmone, scirrho, vt & à nimia siccitate, dum scilicet ipsa renum substantia contrahitur & corrugatur, vnde vasa comprimuntur. Frequentissimè verò renes obstruuntur ab humoribus crassis, viscidis, interdum à materia purulenta per renes euacuari solita, à sanguinis grumis, calculis, qui interdum renes obstruunt, vt nullus humor ad vterest & hinc ad vesicam descendat.

Vasorum in renibus angustia.

Generantur

Generantur autem isti crassi & viscosi humores ex ciborum similibus frequenti usu, præsertim in iis qui frigidiorum habent ventriculum, & vitam otiosam ac sedentariam agunt, elapso. Grumi sanguinis in ipsis Renibus concrevunt à sanguine extra vasa sua, vel ex contusione, vel ulcere aperta. Pus vel in ipsis renibus generatur ob ulcus & abscessum in iis genitum, vel aliunde ad eos confluit, ut ex epate aut pectore, è quo interdum materia purulenta per renes euacuari solet. Calculi quomodo generentur *capite seq.* dicitur.

Signa Diagnostica.

Angustia vasorum in renibus ex vrinæ suppressione, vel paucitate cognoscitur, ita tamen, ut nullum vitium in vesica vel vteribus adsit, & obstructio fit in utroque Reni. Nam si alteruter sit saluus, is reliqui vices supplere potest. Vrina retenta tensionis & gravitatis sensus circa lumbos oritur, in vno vel utroque latere, prout vnus vel uterque Ren obstructus est, hypochondria inflantur, & intumescunt, & alia accidunt, quæ infra de vrinæ suppressione enumerabuntur. Quando id, quod obstruit, circa caput vteris est, dolor per vteris longitudinem versus vesicam se extendit. Et si aliquid cum vrina emittitur, notas eius, quod obstruit, exhibet. Causæ vero suis signis discernendæ sunt. Si inflammatio vel tumor aliquis adsit, latere non potest, sed suis signis se prodit. Obstructio, & quidem à crassis & viscosis humoribus, cognoscitur è crassorum, crudorum & viscosorum humorum redundantia, neque adest dolor, ut in calculo, neque febris, ut in inflammatione, & sentitur in renibus & lumbis quædam gravitas. Sanguinis grumum causam esse obstructionis Renum cognoscitur à præcedente sanguinis è vasis renum effusione, & tum plerumque sanguinis mictio præcessit, & præcesserunt apertiones vasorum causæ, lapsus, percussio, equitatio, & aliæ apertiones vasorum causæ & signa. Pus causam esse, colligitur è signis ulceris vel abscessus in renibus, epate vel pulmone; soletque tum plerumque puris aliqua pars cum vrina excerni.

Calculi in renibus signa capite sequenti proponuntur.

Prognostica.

1. Si ab inflammatione vel alio tumore sit vasorum in renibus angustia, mali magnitudo ex ipso tumore æstimanda. Eo enim sublato, vasorum angustia cessat, durante durat. 2. Obstructio, quæ fit ab humore crasso & crudo, vel grumo sanguinis, vel pure, non ita difficulter curatur. 3. At quæ fit à calculo, plus difficultatis & periculi habet, & plerumque est incurabilis. Licet enim calculus semel locomouatur, vel tollatur: tamen vel iterum in vasa incidit, & obstructionem parit, vel manente illa dispositione *videtur* novus calculus generatur, ut *cap. seq.* dicitur.

Curatio.

Curatio pro causarum diversitate varia est. Nam si adsit inflammatio, vel alius tumor, curatio instituenda eo modo, quo postea, *capite 8. & 9.* dicitur. Si obstructio sit à pituita cruda & crassa, primo statim ea leni medicamento euacuanda. Vtilia sunt tum etiam vomitoria, quæ crudos humores euacuant, & à renibus reuellunt, & parantur ex raphano, floribus geniste, foliis & radicibus asari. Postea exhibeantur ea, quæ pituitam incidere, detergere, & vrinam mouere possunt. In quem usum commodissimæ sunt aquæ destillatæ è petroselino, oronide, asparago, alexandri, capillis ♀, & similibus, syrurus de duabus & quinque radicibus, byzantium simplex & compositus, de raphano ferre-

Operum Sennerti Tom. III

lii, quæ intra de vrinæ suppressione, *part. 8. sed. 2. cap. 2.* proponentur. Vtilis est & spiritus salis & vitrioli in liquore aliquo convenienti vel tusculo galli, in quo radices diuretice coctæ sint, exhibitus. Si à grumo sanguinis sit obstructio, exhibeantur ea, quæ grumos sanguinis dissoluere possunt, imprimis oxymel scilliticum cum decocto vel aquis chærefolii, artemisæ capillorum veneris, radicem asparagi, exhibitum, mumia item, myrrha, coagulum leporis, oculi cancri & eorum magisterium. Si à pure crassiore, pus abstergentia exhibeantur. Si à calculo, instituat curatio, & *cap. seq.* dicitur.

CAPVT V.

De apertione vasorum in Renibus.

Contra interdum vasa in renibus, venæ scilicet vasorum in & arteriæ, præter naturam aperiuntur. Accidit hoc ab intemperie renum calida & humida, quæ laxat & rarefacit vasorum tunicas; Interdum verò à sanguine calidiore & tenuiore, humoribus acerbis, qui vasorum orificia aperiunt & erodunt: à motu item magno, quo dorsum & renes incallescunt: tandem etiam hoc accidit à calculis asperitate sua orificia vasorum aperiuntibus, & aliis causis vnitatem renum soluentibus, ut lapsu, percussione, & similibus.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur vasorum in renibus apertio ex vrina, quæ cruenta redditur. Et quidem si parua saltem quantitate sanguis cum vrina reddatur, vas aliquod saltem dilatatum & rarefactum est, è quo sanguis transsudat. Si verò maiori copia excernatur, vas aliquod magnum ruptum esse, manifestum est. Quæ autem causa apertionis vasorum sit, cognoscitur ex iis, quæ præcesserunt, & ex humorum in corpore abundantia.

Prognosticum.

Quantum verò periculi portendat hoc malum, causæ, à qua pendet vasorum apertio, magnitudine æstimandum.

Curatio.

Curatur autem apertio vasorum iis, quæ vel adstringunt, vel consolidant, pro causarum ratione. Itaque utilia sunt *plantago, bursa pastoris, consolidida, tormentilla, tragacanthum, bolus Armenus, terra sigillata, coralium, mumia, lapis hæmatites.*

CAPVT VI.

De Calculo Renum.

Est in omnibus ferè corporis partibus calculi quandoque generantur, ut alibi dictum: tamen nullibi frequentius, quam in renibus & vesica, gignuntur: atque ibi geniti variorum morborum ac symptomatum causæ existunt. Corpus quidem istud durum, quod cum in renibus, tum in vesica generatur, propriè calculus nominatur & causâ morbificam est, morbumque in numero aucto secundum Galenum, *lib. de differ. morb. cap. 8.* morbum item in via seu, angustiam & sæpe solutam vnitatem parit, atque etiam grauissimos dolores & vrinæ suppressionem excitat. Mala tamen hæc omnia quandoque etiam nomine lapidis vel calculi, qui Græcis *lithis* est, comprehenduntur; & ipsa *lithis* præter naturam, quam calculus parit, Græcis *lithiasis* dicitur. Ideoque frustra laborant illi, qui anxie disputant, an calculus sit morbus causâ

Cc

vel symptoma; & ad vnum tantum genus eum referre conantur; cum plures res, quæ singulæ diuersas definitiones requirunt, hoc nomine comprehendantur, vt modo dictum, & diuerso respectu variè definiti possit. In renib. appellatione à parte affecta petita, nominatur Nephritis. Cum autem renum & vesicæ calculi eodem modo generentur, & multa communia habeant eamque & præcipuè qua generationem, coniunctim proponemus. Hoc ergo primum maximè dignum inquisitione est, quomodo cum in renibus, tum in vesica generentur calculi, seu quæ sit eorum & materia & causâ efficiens. Diximus autem ea de re pluribus, lib. 2. *Instit. pa. 2. cap. 9. & infra. de conf. & diss. Chymic. cum Galen. cap. 11.* atque in sententia ibi proposita adhuc persistimus, ipsa rerum experientia persuasi, quæ in rebus naturalibus inuestigandis semper maximi momenti habenda est. Decent autem rerum naturalium histor. non solum in thermis lapides & cophos canalibus, per quas aquæ labuntur, accrescere, sed & fontes & fluuios passim reperiri, de quibus vetum est, quod de Cicombus Ouidius scribit.

*Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddis
Viscera, quod totis induci marmora rebus.*

Imò quod magis admirandum, dari spiritus eiusmodi lapidificos, qui obuia quæque in saxa & lapides conuertunt. Ita refert Auentinus, *histor. Bavaric. lib. 7. Anno. 1348.* ex terræ motu plures, quam 40. rusticos, item mulgentes cum vaccis extinctos obriguissè, & corpora à spiritu terreno in salas statuas redacta apud Chalmos fuisse, quæ quidem simulacra sibi & Concellario Austro conspicua fuerint. Et Philippus Camerarius, in *descript. Probem. augment. centur. 2. cap. 70.* ex Cornelio Vitafidlo narrat de aura meridionali certis anni temporibus flante in tironanis provincie Chilenfis in America, cuius quidem aëlatu integræ equitum turmæ velut in statuas lapideas repente obriguerint, steterintque in via eo aciei ordine, quo ante metamorphosin adhuc viæ iter fecerant. Similem huic historiam refert Ortelius, in *descript. Russia,* de pedum gregibus & armeatis illicò petrefactis. Nimirum sicut in thermis & aquis quibusdam ex materia interna dispositione, seu succo lapidescente, seu forma, cui hoc Scaliger, *exerc. 115.* tribuit, præcipuè vbi ea à reliqua aqua maximam partem separatur, & corpus, qui adhæret, nanciscitur, lapides generantur: ita & in corpore nostro ac præcipuè in renibus & vesica ex simili feculenta terrea & salsa materia, vbi subiectum idoneum nacta est, calculos generari, & materiam illam feculentam ac tartaream interna vi ad coagulationem tendere, & in lapidem concrefcere, vero maximè consentaneum est. De nomine huius materiae cum nemine litigabimus. Appellatur humor tartareus, terreus, feculentus, salsus, pituitosus, vel nobilis etiam Praxagoæ pituita, quam Scaliger, *exerc. 108. sect. 3.* dum emingeretur, albuminis mollitie emissam vitri duritie & splendore, & in lapidem vitreum muratam vidit, vel vt cuius libet. Neque enim semper materia hæc, ex qua calculi in corpore nostro generantur, eiusdem planè naturæ est, neque eandem formam externam habet, & vt lapides non omnes sunt duri, sed & friabiles; ita omnium non planè vna materia est. Hoc modò concedatur, nec pituitam simpliciter, nec feculentum, nec terreum, aut simile quid ad lapidis productionem sufficere; cum talia in multis corporibus reperiantur copiosè, qui tamen calculo non laborant, & in vesicula fellis calculi generentur non ex pituita, sed ex ipsa potius bile, quod lapidum illorum color & natura demonstrat, sed

præcipuè vim lapidificam & concrefcendi in ipsa materia requiri, quod etiam illa ipsa obseruatio Scaligeri manifestè docet; cum pituita illa vitrea neque calore, neque frigore neque siccitate vesicæ coagulata fuerit, sed emissâ & excreta sponte in vitream duritiem concreuerit.

Agnouit hoc proculdubio manifestè Platerus, qui pituitam solum adeo terrestrem illam materiam, vt in lapidem mutetur, conglutinare, aut calorem renum pituitam adeo exsiccare posse, vt in lapidè concrefcant, negat, sed expressè statuit, acrim & salsum, qui terrestritati in sero & vrina permiscetur, atque inest, succum compingere & veluti ferminare illâ materiam. Interim non negamus, ræter innatam illam lapidescenti vim, quæ ipsi inest materiae, aliâ etiam quâdam, sine quibus concretio illa non fit, vel non facilè fit, requiri. Vnde nonnulli efficientium causarum numerum hic cumulant, & plures generandorum calculorum modos constituent. Verùm cum Philosophis hic distinguendum est inter principale agens, quod nomine generis in specie dicitur, & adiutores. Atque enim hic est vis lapidifica, à qua principaliter concretio pendet. *Zurina* verò sunt vel sine quibus primarium agens finem suum non assequitur, vel quæ aliquid ad faciliorem concretionem faciunt, quorum plura esse facile concedimus. Et illi ipsi, qui plures causas concretionis lapidum poiunt, & plures concretionis modos, eòque quasi diuersos, tandem tamen non omnes esse eiusdem generis consistere necesse habent dum rectè statuunt, aquas illas, in quibus lapides concrefcunt, materiam vliginosam, limosam, lentam, cænosam, terream, glareosam, quandoque salsam, acidam, aut alio fecum genere infectam secum ferre, quæ feces locis potissimum siccioribus adhærescant, & quod siccitas sine omni calore quandoque sufficit ad materiam, quæ præter fluxura erat, retinendam: Potissimam verò concretionis causam existere materiae, ex qua fit lapis, qualitatem (à Scaligero formam nominari diximus) quæ suapte natura, vel nullo extrinsecus accedente calore aut frigore, ad concretionem ipsa sibi abundè sufficit: etsi promptius concrefcant (adiuantes enim solum causæ sunt calor & frigus) si calor externus aut frigus accesserit. Atque ita vnicum, quantum ad causam principem, generationis calculorum modum statuendum esse censemus; neque adiuuantes causas & *zurina* pro principalibus habendas. Itaque etsi multæ aliæ aquæ sint, quæ æquè, imò etiam sæpe magis impuræ sunt, quam illæ, in quibus calculi generantur: tamen non in omnibus lapides concrefcunt, sed in iis saltem, in quibus iste succus lapidescens est. *Zurina* tamen & adiuuantes causæ etiam cognoscendæ propter curationem. Nam in omni vrina materia ad calculum generandum apta est, id quod vel ex matulis vrinariis, in quibus eiusmodi materia, nisi sæpius mudentur, concrefcit, & sale, qui ex vrina conficitur, apparet: non in omnibus tamen materia illa in calculum coagulatur, sed emingitur & excernitur. Ita etiam videmus, plurimos impunè caseo & aliis, qui ad calculum generandum faciunt, cibis vesci, alios verò ab iisdem maximè lædi. Cuius rei causam non tam in materia calculi, quam in corporis dispositione, quam Fernelius arenosam, calculosamque renum constitutionem appellat, consistere non negamus. Noui enim virum doctum, qui cum à calculo liber esset, post quartanam in calculum incidit, tali constitutione renibus inducta. Et hinc multi, qui iniuuentute calculo non laborarunt, progressu ætatis calculo renum obnoxii sunt. Si quis tamen hic statuere

velitiam in prima & secunda coctione hic errorem aliquando concurrere, ut scilicet ubi partes tartareæ ac feculentæ non diligenter & exactè, ut par est separentur, quæ verò postea ad renes & vesicam prouenerint, atque ibi quacunquæ de causa subsisterint, in lapidem coagulentur, id non plane reiciendum putamus. Cum enim, ut postea etiam dicitur, stranguria etiam fieri possit ob errores in victu, & primæ aut secundæ coctionis vitium ad calculi quoque generationem aliquid facere, & calculo materiam suppeditare posse, absurdum non est: cum prioris coctionis vitium non corrigatur in secunda.

Quæ autem causæ sint, quæ calculorum generationem adiuuent, alii aliter sentiunt. Fernelius in genere arenosam, calculosamque renum constitutionem appellat; quæ tamen illa sit, non explicat. Platerus siccitatem solam ponit. Alii plures addunt, etiam eas pro primariis efficientibus ponunt. Primum autem ad calculum generandum facere statuunt plerique calorem exsiccantem renum, cuius etiam nonnulli aliquot gradus constituunt, & declarant hoc exemplo lixiuii, è quo, absumpta per calorem aqua, sal coquitur, & aquæ marinæ, quæ etiam calore Solis & ignis in salem coagularur. Verum exemplum hoc rectè declarandum est. Neque enim quod in salis artificiosa præparatione fit, hoc omne etiam in renibus accidit, nec calore aquea pars planè absumi potest, crassa relicta; cum continuo è corpore serosa materia ad renes deriuetur: multò minus per assationem calculum in renibus gigni credendum est, sicut ex terra lapides coquuntur. Neque enim tantus in corpore nostro calor est, neque ita humidum omne, ut in laterum coctione, in renibus absumi potest. Neque etiam aquæ absumptio principalis coagulationis causa est in salibus (etiam ad faciliorem coagulationem faciat) cum in ipsa aqua salem concresecere videamus. Sed cum natura nunquam sit otiosa, verum excrementa non cruda, sed certo modo elaborata, ut in fecibus alui apparet, è corpore emittat: idem in vrina fieri credendum est, humoremque serosum, antequam è corpore excernatur, in renibus suo quoque modo alterari & elaborari credendum est. Quod si non rectè fiat sed quæ coniunctim & mixta excerni debebant, partes tartareæ & feculentæ ab aqueis separentur, & aquæ per vrinam excernantur, tartareæ vero & feculentæ hæreant & subsistant in renibus, ob insitam vim lapidescendi in calculum mutantur. Causam verò, ob quam hoc fit, siue quis constitutionem arenosam calculosamque renum cum Fernelio, siue siccitatem cum Platero, siue calorem exsiccantem appellare velit, per me licet. Plus tamen hinc cum Platero malim tribuere siccitati, quam calori; cum senes, in quibus calor minor est, quam in iuuenibus, calculo renum magis sint obnoxii, quam iuuenes, in quibus calor renum maior, & calculi quandoque in iis partibus coagulentur, in quibus calor præter naturam insignis esse non potest, ut in umbilico & alibi. Sufficit siccitas, non ut causa princeps, sed ut adiuvans, ut modò dictum, & idoneum coagulationis subiectum. Si enim materia concretioni apta subiectum idoneum nanciscitur, ei sese agglutinatur, & in dies incrementum sumit. Quæ de causa in aluminis & vitrioli effluuiis trandines & baculi lignei lixiui imponuntur, ut facilius concresecant; & tophacea & tartarea materia in ore dentibus adherescit; & lapidis bezoar primum rudimentum est circa paleam vel simile quid. Et Forestus, lib. 24. in Schol. obseru. 22. ex Alexandro Benedicto refert, virginem quandam è vesica lapidem oui gallinacei

A magnitudine eiecisse, in cuius diffracti medio crinalis reperta fuit, quam olim deglutiuerat. Hæc ipsa de causa accidit, ut diuretica & calculos frangentia vehementius siccantia non solum præferunt à calculo, sed potius dispositionem illam ad calculum generandum aptam in renibus augeant, renes exsiccando. Et qui hanc naturalem ad calculum generandum dispositionem, quocumque modo nominetur, à parentibus est nactus, calculi causam seculum circumfert, & vix vlla diligentia morbum hunc effugit.

Atque hæc quidem calculorum materia proxima est & generationis modus: Causæ mediata & remota aliæ ad materiam calculi generandam faciunt alia ad dispositionem renū & vesicæ, ob quam calculi facilius concresecunt. Materiam diximus esse tartaream, limosam, feculentam, salis, serosam, pituitosam, atque aliis etiam nominibus appellari. Huius etiam in omni vrina aliquid reperitur; ut id in matulis vrinariis apparet: tamen in aliis corporibus plus, in aliis minus cumulat. Ideoque de causa antecedente calculorum, & causis, quæ eam suppeditant, dicendum. Facit primum hoc, ut antea dictum, vitiosa in ventriculo coctio. Nam si in hoc cibis non bene coquat, & excrementa non probè segregentur & excernantur; sanguis inde feculentus generatur; cum coctionis primæ vitium non corrigatur in secunda, serumque etiam impurum ad renes peruenire necesse est. Potest huc & aliquid conferre epas, si manus suam non probè obeat, & quæ homogenea sunt, non congreget, nec heterogenea separet.

Vitiosus verò imprimis ratio ad calculum generandum plurimum facit. Primum crapula & eruditates, ac cibi qui crassum ac lentum succum præbent, acuti item & salsi. Pertinet huc panis non bene fermentatus aut malè coctus & pulvis, ac placenta ex tritico, legumina ferè omnia, exceptis ciceribus rubris; lac & lactinia omnia, caseus, de quibus Galenus, 3. de aliment. facultat. capite 15. 16. 17. Pisces omnes grandiores, anguilla item, murex; alique squammis carentes, etiam viscosi, cancri, ostrea & conchylia: Carnes item animalium crassum & viscidum succum præbentes, ut suilla, bubula & imprimis carnes sale ac fumo indurate, ut & pisces sale conditi vel siccati; è partibus animalium ventriculus, cerebrum, cor, pulmones, splen, intestina. Aues lacustres, anas, anser, oua dura, fructus immaturi, austeri, acerbi, & mespila, pyra, cydonia; castaneæ, fungi item ac tubera; vinum immaturum; austerum, nigrum, crassum, dulce, imprimis mustum, & id vini genus, quod in locis argillosa tartareâ & calculosa materia abundantibus crescit. Cereuilia recens, feculenta, crassa, aquæ crassæ palustres, ex niue liquatæ, & quæ materiam lapidescentem permixtam habent.

Calculosam verò renum constitutionem augent & inducunt, quæ renes exsiccant & debilitant. Hinc accidit, ut non omnes, qui cibis modo enumeratis vescuntur, calculo laborent; de quo Galenus, libro 3. de aliment. facult. capite 17. ait; Vbi succorum crassities cum calore ardente iungitur, calculi generantur. Et ibidem c. 16. Calculos solent gignere edulia crassa & crassi succi, maxime cum homines calidiores iusto fuerint, seu ob naturalem intemperiem, seu ob quandam alium affectum ipsi postea innatum, non tamen pro caloris ratione meatuum transitus latos habeant. Nimirum opus est, ut Platerus ait, ut acris & salsus humor cum terrestri iungatur, & renum siccitas præter naturam viarumque angustia adsit. Referendus etiam hinc intemptius purgantium & diureticorum medica-

Cibi ad calculum generandum apti:

mentorum vsus, quæ tenes exsiccant & calculosam A
constitutionem iis inducere possunt. Non etiam
nihil ad calculi generationem facit immoderatus
& intempestiuus mox à cibo sumpto corporis
motus, item equitatio, Venus, motusque omnes
qui dorsum præcipuè & renes calefaciunt atque ex-
siccant.

Astrologi hinc etiam de cælo causas petunt & scri-
bunt, Saturno cum Mercurio in domo octaua in
natiuitate diurna significare quod natus erit calculo-
sus, aut vesicæ morbum patietur. Pertinet huc
& hæreditaria ad calculum generandum dispositio
in quam Hercules Saxon. saltem prauam ali-
quam renum conformationem esse statuit, intem-
periem verò esse negat, ea de causa, quod si intem-
peries esset, ratio nulla dari possit, cur non petius in-
cideret in calculum ætas iuuenilis, quam senilis. B
Verum ratio hæc sufficiens non est. Dantur enim
multæ dispositiones hæreditariæ simularum partium
quæ non mox in infantia & iuuentute, sed progressu
ætatis sese exerunt, vbi certis de causis augmentum
sumant, cumque gradum, qui ad morbum aliquem
producendum necessarius est, acquirunt; id quod
in arthritide manifestum est. Atque hic causa
explicanda est, cur pueri magis calculo vesicæ,
adulti verò calculo renum sint obnoxij? Etsi enim
pueri etiam quandoque calculo renum corripiantur:
tamen id rarissimum est, vt id non nisi semel se vi-
disse, Cardanus scribat, *in comm. aphor. 26 sect. 3.*
Causam huius rei Galenus, *8. epidem. comm. 3. r. 15.*
in vrinæ crassitiem refert: Crassitudo, inquit,
multa in vesica collecta & in vnum coaceruata, si
diu ibidem remanserit, concrescendi, coagmen-
tandi que initium capit. Hippocrates in lac præci-
puè causam refert. Verum cum & pueriferæ omnes
eamdem viuendi rationem obtineant, & tam in pue-
ris, quam infantibus multis mingantur vrinæ crassæ,
& tamen calculo vesicæ non laborent, causa huius
rei inquirenda est, sicut & illius, cur in pueris in re-
nibus calculus non concreseat. Posterioris quidem
causa est proculdubio quod puerorum renes sunt
humidiores, & ad detinendam materiam calculi mi-
nus apti, atque expultrix vis in iis est fortior: Ob
quod accidit, vt materia illa statim per renes tran-
seat, ibique non coaguletur. Ad vesicam verò
delata materia cum à calore eius, vt partis ex san-
guis, debili regi non possit, non exactè crassum
aquofo permiscetur sed aquosum excernitur, crassum
remanet, & in lapidem compingitur. Contra in
adultis ob tenuem siccitatem & dispositionem statim
in renibus in calculum concrescit. Prioris verò
causa querenda est, tum in materia, tum in
vesicæ dispositione diuersa. In materia quidem,
quod materia crassa non semper est eiusdem gene-
ris. Neque enim crassities sola ad lapidum constitu-
tionem sufficit, sed requiritur in ea vis lapidifica seu
vt Platerus loquitur, succus salis, qui vim com-
pinguendi terreitatem habet. Ideoque quod omnes
pueri calculo vesicæ non laborant, causa non
est calor exsiccans, vt Mercatus existima. Neque
enim in vesica membranosa & frigida, & quæ sem-
per humore affluente de renibus abundat, tantus ca-
lor esse potest, qui humidum absumat, vt lapis in-
star eorum, quæ à calore humidum absumente in-
durefcunt, concrefcere queat. Verum probabilius
est, id ideo fieri, quod vrinæ crassiores infantium
aliæ plus, aliæ minus illius salis & lapidescens succi
in se continent, seu ex victus ratione, seu ob ven-
triculi, epatis, vel renum in coquendo & separan-
do vitium, ob quod materiam sibi subiectam non
sectè elaborant: Hinc etiam in pueris omnibus
vna crassa ardorem vrinæ non excitat, non ideo, vt

Mercatus vult, quia in aliquibus saltem maior calor
adfit sed quia, vt rectè Platerus ait in illa materia
terrestri plus est succi acris & salis. Imò potius fri-
gidityatem vesicæ ad calculum generandum facere,
credibile est. Cum enim vrina debito modo atrahi
non potest, crassum aqueo non permiscetur, sed ad
fundum subsidet, & vesicæ adhærescit & in lapidem
compingitur. Et quamuis caliditatis indicia quæ-
dam adfint in vrinis puerorum, qui calculo vesicæ
obnoxij sunt: tamen ea potius in vrina est quam in
vesica. Quæ de causa Hippocrat. *in lib. de air. aqu.*
& *loc. interdicat* infantibus lac biliosum & feruidum,
ac vinum. Et *in 4. de morbis* scribit; Si puer à nu-
trice lac non per sumserit, sed biliosum, morbus
fit ac tenuis. Quæ primam autem in vesica rudimen-
tum aliquod calculi cogitur, circa id postea ma-
teria noua in dies ei globatur, & vt Scaliger,
exerc. 115. ait; Quæ forma priorem concretionem
generat, eadem generat etiam appendicem ex ea-
dem materia, quam exinde nascitur. Et ita ex au-
tis quasi lamellis æpe lapides coagmentantur.

Differentia.

Etsi aliquot differentia sint calculorum desumptæ
à figura, quod sunt rotundi, oblongi, læues, aspè-
angulares; à colore, quod alii sunt rubri, alii flauj,
alii cinerei, nigricantes; à duritie; quod alii sunt
duri, alii friabiles, à magnitudine, quod alii sunt
parui, alii magni; à numero quod modo est vnus,
modo plures: tamen præcipua differentia est,
quod alius est renum, alius vesicæ. De illius signis
& curatione *hoc capite* agemus, de huius *suo loco*
acturi.

Signa Diagnostica.

Etsi Iohan. Baptista Syluaticus, *controuers. 32.* Signa
prolixè disputat, an calculus in vesica & renibus
concretis, certum aliquod, quo cognoscatur, ha-
beat signum, atque pathognomonium signum ha-
bere negat, imò nec Syndiomen symptematum
pro certo signo admittit: tamen si omnia sympto-
mata diligenter perpendantur, & non ex vno sal-
tem, sed ex omnibus de affectu indicetur, non
impossibile esse putamus, in calculi cogniti-
onem venire, doloresque nephriticos ab aliis dis-
cernere.

Hippocrates, *in lib. de extern. affect.* signa cal-
culi renum ita proponit. Quatuor morbi in renibus
sunt; à calcule sequentia patimtur ægri. Et dolor
acutus incidit in renem, & in lumbos, & in testem
secundum rectum situm, & frequenter mingit, &
adstringitur paulatim, & supprimitur vrina, cum
vrina procedit arena, & vbi per vrinæ meatum exit
arena, dolorem fortem in meatu exhibet. *Libro*
verò *6. epidem. comm. 1. r. 6.* alia addit; In rene in-
quit, dolor grauis, cum cibo implentur, vomunt-
que pituitam, cum verò abundauerint, æruginosa,
& leuiores quidem euadunt, liberantur verò,
cum cibi euacuat sunt, arenulæque ruffæ subsident
& cruenta mingunt, stupor femoris è regione
positi.

Primum quidem signum dolor suppeditat, qui
in lumbis percipitur, modò in rene dextro, modò
in sinistro, modò in vtroque prout in vno rene vel
vtroque calculus fuerit. Atque is infert sensum
ponderis grauantis; quia substantia renum sensus
experts, & sentiendi vis tantum membranæ inest.
Vbi verò ex renibus in vteretres descendunt
calculi, dolores augentur; quia distenduntur &
lancinantur vteretes, qui densa & crassa membra-
na constant. Sicut & dolores concitantur, cum cal-
culus in substantia renum genitus è carne in ca-
uitatem renum mouetur, durusque & angulosus la-
pis partes per quas transit, lancinat. Nequaquam

calculus ex vtereris, in quem descendere cepit, angusta via in cavitatem renis relabitur, & tum dolor aliquando mitigatur, qui postea, vbi in vtereris caput remeat, redit.

Alterum calculi signum plerumque est vrina cruenta; quia calculus cum nunquam se de plano laevis sit, partes per quas transit, vulnerat. Vrinae praeterea circa initium obstructionis pauca, & aquosa minguntur, postea vero eius suppressio sequitur. Vbi vero calculus de renibus fuerit remotus, vrina multa turbulenta plerumque provenit, arenosum sedimentum habens. Si tamen in renem substantia calculus haereat, neque vrinam supprimi, neque arenas emingi necesse est. Observatumque est in multis dissectis calculos repertos fuisse, qui neque arenam minxerant, neque vrinae suppressionem passi sunt. Et arenulae quidem, vbi calculus in cavitatem renum est, apparent, verum non contra, vbi arenulae apparent ibi calculum adesse pronuntiandum. Ideoque hic videndum, ne ex arenis solum calculosos eos pronunciemus, qui a calculo plane immunes sunt. Saepe enim multum materiae arenosae mingitur, & saepe mox a pueritia ab iis, qui nunquam calculo renem laborarunt, quibusque calculus non facilius timendus, qui provenit ex aduisione humorum potius in venis ac epate & aliis locis quam a renibus & vesica. Accidit quoque hoc saepe in declinatione februm cum acutarum, tum diuturnarum. Non difficile est autem arenulas istas ab iis, quae calculi signa sunt discernere. Nam arenulae illae, quae calculi signa sunt, non substantiae vrinae permiscetur exacte, sed in vrina subsident, & si digitis comprimantur, non facile comminuuntur; Illae vero, quae absque calculo adustorum & tartareorum humorum in venis indicium sunt, non subsident, aut certe minima ex parte subsident, sed substantiae vrinae permiscetur, & postea matulae vinarie adhaerescunt, instar pulueris etiam ipsi vrinae innatant, & digitis compressae facile comminuuntur. Certius longe signum est calculi, & calculosae in renibus dispositionis, si calculus de renibus cum vrina excernatur. Stupor crurum etiam est in dolore Nephritico de regione renis affecti, qui in Colico abest, non, ut Galenus, 6. Epidem. com. 1. apbor. 6. scribit, ob compressionem venarum, cum stupor non venarum, sed nervorum affectio sit, neque in Nephritide ita venae & arteriae replentur, ut musculos premant: Sed quia vel nervus, qui in crurum musculos distribuitur, a duritie & pondere calculi comprimitur, vel quia musculus, cui ren incumbit, quique cruri flectendo datus est, & in cruris partem internam inseritur, comprimitur. Hercules Saxonia equidem & ipse agnoscit a venarum compressione stuporem hunc fieri non posse, & causam refert in compressionem nervi, quem renem tunica a sexta coniugatione accipit. Verum minus probabilis haec causa videtur; cum nervus ille cum cruribus nullum consensum habeat. Testiculus praeterea eius lateris, in quo dolor est, retrahitur. Cum enim calculus renes & eius membranam pistendat facile fieri potest, ut etiam vicina vasa quae ad testem tendunt, iisque inferuntur, retrahantur.

Adest quoque nausea & vomitus, ob connexionem renum cum ventriculo, mediante peritoneo, cuius membranam utrumque viscus participat; deinde quia bini nervi sextae coniugationis a stomacho orti in internam renum tunicam implantantur. Ideoque postquam vellicantur & lancinantur nervi & membranae in ventriculo, per quas cum renibus consensum habet, ad expellendum, quod molestum est, stimulat, & ita ad vomendum pro-

Operum Sennerti Tom. III.

trahitur. Confirmant haec omnia, quae etiam malum praesagire possunt, causa, quae ad generationem calculi faciunt, si praecesserint, ut vitus ratio, qualem supra descripsimus & materiam calculo suppeditare diximus. Imprimis vero si parentes eidem morbo obnoxij fuerint. Adultis quoque & qui in declinante sunt aetate, magis hic morbus accidit, sicut vesicae calculus pueris frequentior est. Si quoque vrina crassa, turbida est, & diu citra crisin excernatur, & si aeger in vitus ratione nihil peccet, & postea ex crassa tenuis fiat, calculi futuri praesagium est. Crassa enim vrina, quae excernitur, materiae calculo gignendo aptae praesentiam indicat, tenuis vero post crassam illam retineri & coagulari argumento est; id quod magis confirmatur, si dolor aliquis in renibus sese prodatur.

Quia vero dolor Colicus non parvam saepe cum Nephritico cognationem habet, qua ratione ab eo discerni possit, docendum. Nam interdum colores colici vel a pituita vitrea, vel ab humore aceri, vel ab inflammatione orti, ea coli parte, qua iuxta renes voluitur, fixi & stabiles iunt, maxime in latere sinistro, vbi intestinum hoc angustius est, ut tum dolorem colicum a nephritico discernere non ita facile sit. Deinde tam in colico, quam in nephritico dolore vomitus infestat, quo primum pituitosa, hinc biliosa reiciuntur. Ideoque qua ratione dolores, discerni possint, videndum. Prolixè autem id docet Galenus, 1. de loc. affect. cap. 2. & 3.

Duo vero praecipue signa dolorem colicum & nephriticum discernunt; Doloris conditio, & situs loci dolentis. Primum dolor in renibus non ita gravis est, ut colicus: Deinde si dolor sit supra regionem renum, non est nephriticus, sed colicus. Dolor praeterea colicus amplior est, & latius extenditur, prout ipsum colorem omnium intestinorum amplissimum per regionem abdominis circumvoluitur, & saepius situm mutat, vagusque est; Nephriticus vero fixus est, renumque regione circumscribitur, & eo loco, in quo calculus haeret, qui vbi movetur ad vesicam, vtererum ductum rectè sequitur. In colicis etiam doloribus murmura & rugitus in intestinis ferè percipiuntur, qui absunt in nephritide. Vrinae in nephritide propter obstructionem praedictam sunt tenuis & crassa, mox cum arenulis vel calculis aut sanguine excernuntur: In dolore vero colico, cum senilis ob viam ad intestina interclusam ad renes fertur, seu vesicula fellis quasi conuellitur, vrina in initio rubens, & crassa excernitur alvus ferè obruitur, & quae excernuntur flatuosa sunt, & tandem reliqua etiam signa nephritidis, ut stupor cruris de regione loci affecti, in colica absunt.

Prognostica.

1. Calculus renum morbus periculosus est; cum mala gravissima inferat, inflammationem & exulcerationem renum, dolores acerbissimos, cum in vtereris delabitur, unde vigiliae virium deiectio, vrinae retentio, febris saepe, & alia mala ortum habent. 2. Calculus quò maior & asperior est, eò acutiores dolores inferat, & si tanta sit magnitudinis, ut vtererem pertransire nequeat, incurabilis plerumque est. Parvi vero, rotundi ac leves facilius excernuntur. 3. Si malum haereditarium sit, difficulter, imò vix unquam curatur. 4. Vitia renum & vesicae in senibus difficulter curantur. 6. apbor. 6. 5. Si dolor nephriticus nullis medicamentis sedetur, mortem minatur, quae iam in propinquo est, vbi extremitates frigidae sunt, sudor frigidus faciem occupat. 6. Bonum est, si vrina primum crassa, deinde tenuis & rursus crassa mingatur, ac in fundo arenae resideant. Lapidem enim resolvi indicio est:

C c iij

Doloris colici & nephritici differentia.

Prognostica.

7. Calculus renum cum ulcere renum non curatur. A Nam quæ lapidem frangunt, ulceri nocent. 8. Arena, quæ difficilius comminuitur; peior est, cum duriore materia fiat.

Indicationes & curatio.

Indicatio- Triplex, ut in omni calculo, ita & in reum cal-
nes & Cu- culo scopus propositus est Medico. Primus, ut la-
ratio. pidis, qui generatur, generationem & augmentum
inhibeat. Secundus, ut iam genitum de corpore tollat.
Tertius ut doloris vehementiam auiget. Primum
quod attinet, perficitur hic itidem tribus; mate-
riam calculo generando aptam subtrahendo; Si
quid lapidis iam concreverit, illud abstergendo,
comminuendo & expellendo, & tandem reum
constitutionem ad calculum generandum aptam
emendando. Ad primum alleguendum rursus
duo sunt necessaria: Primum est, ut victus ratio ea
instituat, quæ calculo materiam non suppeditat.
Alterum, ut si quæ materia sabinde colligatur, è
corpore, ne in calculum concreverit, euacuetur.
Ideoque & ut primum re & præstetur, cibi omnes
vitandi sunt, quos supra in causis ad calculi gene-
rationem facere diximus, ut & cruditates ac cra-
pula ac ciborum varietas. Quamvis verò non-
nulli cibos crassos ad calculi generationem facere
negant: tamen ratio, ut & experientia, contra-
riam testatur. Contra cibis vitandum, qui facili-
sunt coctionis, parum excrementi suppeditant, at-
tenuandi & incidendi vim habent, præsertim in
frigidioribus & obesis. Nam in gracilibus, & ad-
ustos humores in corpore habentibus extenuanti-
us usus non est, sed humectans victus potius requiri-
tur. Utiles ergo est caro vervecina, vitulina, vitelli
ouorum, panis, bene coctus & fermentatus, fur-
faris non planè expers, pisces sint saxatiles, lucius
& similes. E fructibus conueniunt amygdalæ ama-
ræ, pistacia, pinæ, nuclei persicorum, cerasorum,
ficus, cicera rubra. Inter herbas conuenit atriplex,
malua, cichorium, petroselinum, asparagus, cuius pri-
ma germina in prima mensa sumpta renes ab areno-
sis impuritatibus egregiè mundant, & imprimis
chærefolum singulare calculi remedium. Com-
mondantur & fructus Cynosbati, quos non solum
hodie Pharmacopie saccharo conditos asseruant,
& ex iis Rob parant, sed & matres familias siccant,
& è siccatis edulium calculosis commodum cum sac-
charo & cinamomo parant. De herbis vero & ole-
ribus, ut & omnibus cibis diureticam vim habenti-
bus, tenendum, ne vsurpentur, cum primæ viæ im-
puritatibus scatent, neque etiam cum cibis misceantur,
ne cibis crudis, vel eorum excrementa secum
deducant, sed solis & ieiuno ventriculo iis ven-
dum. Deinde necessarium est, ut sabinde materia,
quæ etiam in bona diæta quandoque colligitur, &
calculo generando apta est, maturè euacuetur, an-
tequam ad renes deducatur. Potest hoc fieri vom-
itu bisteruè singulis mensibus instituto in iis, qui
facilè vomunt, vel per purgationem bimestri vel
trimestri spatio institutam, ut materia è primis viis
euacuetur. Non autem hinc fortia medicamen-
ta vsurpanda, sed leniora, syrup. rosar. solut. cassia,
manna, rhabarbarum, terebinthina, præparanti-
bus etiam ad euacuationem necessariis premissis. In
vtrisque veid non solum ad pituitam, sed ad quosuis
humores abundantes, & imprimis serosos, salios,
respicendum. ut: ℞. Hydromel. ℥. viij. aqu. asparag.
℥. ij. syrup. de eichor. cum rhabarb. ℥. j. cryst. al. tartar.
℥. ij. vel tartari vitriolat. ℥. ij. Misce pro 2. dosibus.

Et cum sabinde in dispositis ad calculum aliquid
materiæ in renibus hæreat, ne diu in iis moretur, ab-
stergendum id est, potestque vna opera medica-
mentum & primas vias euacuare & renes absterge-

re ad quam rem imprimis utilis est terebinthina in
substantia sumpta, & in bolo vel pilulis, vel in li-
quore, modo in Institut. lib. 5. p. 1. f. 1. cap. 2. des-
cripto, exhibitæ; cum eadem & vim purgandi habeat
primas vias & materiam calculo gnerando aptam
subtrahat ac renes abstergat. Et ut vis eius intenda-
tur, alia purgantia admisceri possunt, ut. ℞. Cassia
℥. 6. terebinth. ℥. ij. Cum puluere glycyrrh & sac-
charo F. Bolus. Vel ℞. Terebinth. ℥. 6. rhabarb. ℥.
j. cinamom. ℥. j. pulu. succini, glycyrrh ceterach.
an. ℥. 6. F. Pilulæ, de quibus singulis septimanis
℥. i. vel ℥. ij. assumentur. Vel ℞. Flor. cassia ℥. j.
elect. de succorofar. ℥. j. pulu. glycyrrh. ℥. j. Cum
saccharo F. Bolus. Vel ℞. Rad. alihæ glycyrrh.
polyod. q. an. ℥. 6. petroselin. ℥. ij. capillor. q.
veronica an. M. j. sem. carthami, fenicul. an. ℥. j.
Coqu. in aqua simpl. In Colatura infund. fol. se-
na elect. ℥. j. rhabarb. ℥. ij. agaric. trocchisc. ℥. j. 6.
cinamom. ℥. ij.

Colaturæ ℞. lb. i. quæ diuidatur in partes tres &
cuiuslibet addantur syrupi violar. solut. ℥. vi. vel ℥. i.
Vel ℞. Aloës, ℥. j. rhabarb. elect. agaric. trocchisc.
an. ℥. j. 6. extract. scammon. ℥. ij. cinamom. spica,
maslich. an. ℥. 6. Cum terebinth. F. Pilulæ è ℥. j.
xx. quæ conspergantur puluere glycyrrhizæ. Si san-
guis abundat, & is aperta basilica imminuendus.
Postea (nam nisi euacuationes generales præcesse-
rint, diuretica & similia medicamenta tutò non ad-
hibentur) accedendum ad ea, quæ lapidem, si fortè
eius aliquid concreuerit, comminuendi & abster-
gendi, & omnino generationem eius imminuendi
vim habent. Sunt huius generis multa. Radices sa-
xifragia pimpinelle, petroselin, fenicul. lappa ma-
ior. filipendul. raphani, cappar. Folia betonic. capill.
q. hederæ terrestr. ceterach, chærefol. pariet. veron-
ica. Flor. geniste. Sem. milij vitriolis, petroselin.
bacca hederæ, cicera rubra amygdal. amar. nuclei
persicor. malor. Armeniac. fructus cynosbati, elke-
kergii, Terebinth. succinum Succus citri, limonum.
Crystalli tartarus spir. salis, vitrioli. Sales plaur-
rum supra enumeratarum. De Terebinthina refert

Amatus Lusitanus, centur. 2. curat. 68. Monachum
quendam, cum articulari morbo simul & nephritico
corripi solet, & nullo remediorum genere, fru-
straque multis tentatis conualesceret, tandem mo-
nitu Amati assiduo terebinthine vsu intra 6. mon-
ses liberum à dictis morbis euasisse. Deglutiebat au-
tem singulis diebus terebinthine particulam nucis
magnitudine saccharo admistam. Alij valde com-
mendant Decoctum ligni cuiusdam, quod nephritico
morbo dicitur, cuius manè ℥. v. exhibentur. Ex
enumeratis ad calculum præcauendum valde etiam
efficax est Hedera terrestris quocunque modo sum-
pta. Multum etiam ad præcauendum calculum
facit, si singulis vel alternis diebus manè amygdal.
amaræ nuclei persicor. vel grana iuniperi matura
x. vel xij. comedantur, aut spiritus vitriolis gut-
tæ aliquot in iusculo, vel alio liquore sumantur.
Vinum quoque ex fructibus cynosbati paratum
calculosis utile est. Crato valde commendat suc-
cum & syrupum de veronica cum aqua eiusdem ex-
hibitum, vel pilul. ex puluere & succo paratas.
Hinc & ad dolores minuendos & materiam abster-
gendam in familiari vsu habuit hoc medicamentum.
℞. Alhæa ℥. ij. passular. maior. exacinar. ℥. ij. ve-
ronica; heder. terrestr. an. p. j. Coq. in aqua simpl. De-
tur haustus cum saccharo. Plura huius generis inue-
nientur inter ea, quæ infra de medicamentis calcu-
lum frangentibus dicentur. Leniora enim ex iis ad
rudimenta calculi comminuenda & abstergen-
da etiam utilia sunt. Tandem danda opera, ut renes
ad naturalem statum reducantur. Ideoque si spatia

Culci m
comr
nuen

Tereb-
thina

Ligni
phiti m.

Hede

calor in renibus intemperiem calidam & siccam excitauerit, vel sanguinis copia aut suppressio adsit, sanguis debito modo euacuandus. Hinc renum caliditas & siccitas, tum externis, tum internis medicamentis temperanda. Utendum nimirum balneo aquæ dulcis, inungenda regio renum oleo violarum, rosarum unguento rosaceo, refrigerante, quibus addantur mucilago, sem. psyllij, camphora, vel fouendi renes lacte, succo cucurbitæ, portulacæ, plantaginis vel aquis eiusmodi. Exhibenda verò aqua fragorum, violar. portulacæ, decoctum hordei, emulsiō quatuor sem. frigid. maior. scrup. violarum, serum lactis caprini cum saccharo, vel syrupus violarum, & alia, quæ renes refrigerant & humectant. Utile est & Medicamentum Cratonis, quod fit ex succo portulacæ. *℞. Succo portulacæ inspiss. ℥. j. gummi Arabici ℥. ℞. F. Pilulæ: assumentur hora dimidia ante cænam corpore prius euacuato.* Si verò calculus genitus sit, ut is tollatur, danda opera. Quod fiet, si viæ per quas transire debet, laxentur, calculus ipse loco moueatur, ac si integer expelli non possit, comminatur, & frangatur. Ut ista autem commodius fieri possint, & prius primæ viæ semper mundandæ sunt & sanguis quoque, si abundet, ac vires ferant, euacuandus, ne renum inflammatio vel febris superueniat. Vnde Hippocrates, *6. epidem. com. 1. aphor. 6.* iubet non repieri, iuuenes veratro purgare, poplite incidere. Neque enim, in quo sæpius à multis peccatur, statim ad diuretica, & lithontriba veniendum, quæ vitiosos humores imprimis viis hærentes ad renes deducunt, ipsumque calculum in angustas vrinæ vias precipitant, detrudunt & impingunt; sed impunitates è primis viis primum tollendæ, & viæ, per quas calculo transeundum, laxiores & rubricæ primum reddendæ sunt. Ad euacuationem verò sufficiunt leniora, & abstinendum à fortioribus, quæ humores in toto corpore agitare, & ad vias vrinæ deducere possint. Ideoque clysteres ex emollientibus, laxantibus, & anodynis paratos semper initio inuicere utile est, & ab his cura calculi merito inchoanda; cum pluribus scopis satisfaciunt, primas vias euacuent, vias vrinarias laxent, & dolores sedent. Quod si æger clysterem admittere nolit, purgans leniale quod exhibeatur. Ut *℞. Cassiæ ℥. vj. rhabarb. ʒ. ij. surbith. elect. ʒ. ℞. puluer. glycyrrhiz. ʒ. j. Cum saccharo. F. Bolus. Vel ℞. Rad. althææ ℥. ij. eryng. ʒ. ℞. glycyrrhiz. ℥. j. flor. chamemel. veronicæ an. p. j. passular. ʒ. ℞. Coqu. in aqu. simpl. In Colatura infunde. sol. sena ℥. iij. rhabar. ʒ. j. surbith. elect. ʒ. ℞. cinamom. chenanth. sem. fenniculi an. ʒ. ℞. Colaturæ. ℞. ʒ. iij. vel ʒ. iv. Ad desyrup. rosar. vel violar. solut. ʒ. j. Mitce. Sanguinis verò euacuationem quoadtinet, si in principio plenitudo sit in corpore toto, vena brachij aperienda. At si plenitudo iam ad partem affectam decubuerit, in poplite vel malieolo deriuationis gratia vena aperienda. His præmissis vias laxant, patientiores & lubricas reddunt, ut calculus cum minore difficultate & dolore excerni possit, tum externa tum interna medicamēta. Inter externa sunt clysteres, fomenta, linimēta, unguēta, cataplasmata, emplastra, balnea. E. G. *℞. Rad. althææ ʒ. j. violar. malua, branca vrsin. parietaria an. M. j. summitat. anethi M. ℞. flor. chamemel. p. j. sem. fænigræci ʒ. ℞. Coqu. in aqu. simpl. Colaturæ. ℞. ℞. j. vel ʒ. x. ol. violar. ʒ. ij. cassia ʒ. M. F. Clyster. Vel foueatur locus vesicæ aqua dulci calida semiplena, aut lacte, vel decocto rad. althææ, maluæ, violariæ, parietariæ, chamemel. anethi, sem. lini, fænigræci, vel oleo chamemel. in quo flores genistæ macerati faciunt. Inungantur Renes oleo amygdal.**

A dalar. dulc. violar. hlior. albor. pinguedine gallinæ, anseris, butyro recenti, mucilag. sem. althææ, fænigræci, unguento Dialthææ. In lignis etiam efficacior est, cataplasma ex parietaria & malua coctis & contusis, additis mucilagine sem. fænigræci, lini, & althææ. Oleum quoque amygdal. dulc. & unguentum dialthææ cum oleo scorpionum vias laxant. Efficacissimum verò ad vias laxandas remedium est aquæ dulcis balneum cum herbis, quæ laxandi & emolliendi vim habent, paratum, ut althæa, malua, parietaria quibus etiam quædam, quæ calculum mouere solent, addere licet, ut apium, petroselinum cum toto, stramen fabarum & similia. Inter interna sunt cassia, oleum amygdal. dulc. recens, glycyrrhiza, passilæ, & imprimis radic. althææ, quæ ad calculum rectè commendantur, non quod calculum frangat & comminuant, sed quod vias, per quas calculo transeundum, laxent & lubricas faciant, ut facilius, & sine, minore dolore calculus transire possit. Eum in finem etiam tyropum suum de althæa composuit Fernelius, qui vias lubricat & laxat. simulque renes abstergit. ut: *℞. Rad. althææ ʒ. ℞. Coqu. in aqua simpl. Colaturæ. ℞. ʒ. ij. vel iv. Adde mellis, butyri recentis an. ʒ. ℞. Mitce. Commodum est, & hoc Foresti decoctum: ℞. Sem. malua, althææ an. ℥. iij. ciccr. rubr. ʒ. ij. sem. v. frigid. maior. an. ℥. ij. hordei ʒ. ij. caricar. pingu. num. ix. sebesten. num. xij. glycyrrhiz. ros. ℥. vj. Coqu. in aquæ ℞. iij. ad dimidiæ partis contamp. Lapidis motum adiuuant ea, quæ vrinam mouent, cum calida, quæ proprie dicuntur diuretica, ut fæniculum saxifragia, ononis, petroselinum, betonica, bacca iuniperi: tum frigida, ut semer. 4. frigid. maiora, fraga; tum temperata; ut capill. Vener. ℞. Sem. fænicul. ℥. ℞. terebinth. ℥. ij. puluer. glycyrrhiz. q. s. F. Bolus. Vel fiant ex modo enumeratis decocta, aut exhibeantur aque fæniculi, petroselini, saxifrag. & similes. Extra vsurpetur oleum Scorpionum. Cucurbitæ quoque sub loco calculi in vteris hærentis appositæ, ita ut secundum ductum vteribus vna post alteram deorsum versus applicetur, calculum paulatim ad vesicam trahunt. Motus quoque huc facit. Balneum verò aquæ dulcis omne momentum habet. Nam & dolorem lenit, & vias laxat, & calculi motum accelerat. Et facilius totum negotium procedit, si ægro in balneum descensuro puluis aliquis vel aqua, quæ vrinam & lapidem mouere solet, exhibeatur. Quod si his medicamentis exhibitis: calculus loco moueri non possit, quod vel unpaetus vel infixus sit renibus, vel maior, quam vrin vteres penetrare possit, ut comminatur & frangatur, danda opera, simulque vias laxiores reddendæ sunt. Commendantur ad lapidis comminutionem præter supra enumerata, inter simplicia lapis Iudaicus, lapis spongiæ, lycis, nephriticum, oculi cancri, & eorum solutiones, quæ magisteria vulgo appellantur, lapides in vesica apris vel bovis reperi, lapides percarum, mandibula lucij, sanguis hirci, lumbrici terrestres, semen petroselini, mily. Spir. salis vitrioli, liquor crystalli. Imprimis commendatur lapis nephriticus, qui non solum exhibitus calculum comminuendi & pellendi vim habet, sed etiam extra corpori applicatus, ut cutem contingat, idem præstare dicitur. De priore quidem minus debij est; an verò extra appens eas, ei attribuantur, vires habeat, nonnulli dubitant. Videatur ea de re Vnzerus lib. 1. cap. 24. de Nephritide, & Anshelmus Boëtius, de gemmis, pag. 126. & 123; 6. & oleum ex oculis cancri ibidem descriptum. Inter composita commendantur præcipue species lithontribi, quarum ℥. j. cum conueniente liquore præbetur; item Eleæuarium*

Calculus frangentia.

Calculus frangentia.

Lapis nephriticus.

Iustini vulgo dictum. Hercules Saxonia aquam & puluerem sequentem commendat. ℞. *Aque asparag. cribrati marini, sem. fœnicul. syluestr. saxifrag. fœnicul. comm. parietar. flor. sambuci an. lb. s. succi limon. ℥. iij. nucleor. cerasorum, amygdalar. amarar. nucleor. Persicar. an. ℥. j. s.* Infundantur nuclei in vino Maluatico per diem naturalem, postea misceantur & in alembico vitreo destillentur. Dosis ℥. vj. cum sequenti puluere. ℞. *Pulu. cort. anellanar. ℥. j. lapid. Spongia, Iudaici, sem. mily Solis an. ℥. j. bacc. heder. ℥. s. mandibul. lucij ℥. j. s. F.* Puluis, cuius dosis ℥. j. Plura huius generis medicamenta ex medicis penè omnibus descripta cum simplicia vnum composita collegit Vnzerus, lib. 2. de Nephritide, quæ ibi videantur. Felicius autem officium suum exsequuntur ista medicamenta, si exhibeantur ægro in balneo sedenti. Balneo enim vite laxantur, ut in medicamento calculus facilius cedat.

Vnde autem vires horum medicamentorum proueniant, alij aliter sentiunt. Nonnulli ad occultas qualitates confugiunt, alij in calore & vi attenuandi subsistunt. Verùm ut ad concretionem maximè facit spiritus salinus: ita & eundem ac salern velatilem præcipue maximam vim in calculo frangendo habere existunt, qui in spiritu vitrioli, fragor. cerasor. nucleor. persic. malor. Armeniac. amygdal. amar. manifestè deprehenditur; nec etiam lapidibus calculum frangentibus deest. Dolor si valde vrgeat, is etiam leniendus, quod ferè vna opera præstant ea, quæ vias laxant, ut ol. amygdal. dulce, mucilag. sem. alth. psyllij, vnguent. dialth. emplastrum diachylon simplex cum oleo scorpionis. Clysteres quoque vtilis sunt, & fomenta ex decocto parietariæ, maluæ, flor. chamæmel. sem. lini. Prodestque, nisi dolor remittat, clysterum vsus sæpius repetitus. Liquoris verò non sit magna copia, ne intestina distendantur, ac renes comprimantur, atque ita dolores augeantur, & ut clyster. diutius retineatur. Applicentur & cataplasmata & fomenta ex medulla panis cum lacte, mucilag. sem. psyllij, althææ, lini cum oleo amygdal. dulce. Cratoni hoc familiare fuit: ℞. *Cancros x. incidantur per medium & coquantur in lacte. Deinde succus fortiter exprimatur, quo imbuantur medulle panis albi ℥. iv. Et addantur vitelli ouorum num. iij. butyri recentis, ol. chamamel. an. ℥. j. croci an. v. Misce in mortario. F. Cataplasma ad renes. Addit aliquando etiam oleum amygdal. dulce. & scorpion. an. q. s. In vsu etiam ei fuit cataplasma de parietaria. ℞. *Parietaria M. iv. Coqu. in s. q. olei amygdal. dulce. vel lactis, Addantur cepæ sub cineribus coctæ num. iij. ol. scorpion. ℥. s. F. Cataplasma. Vel ℞. Vng. dialthææ ℥. s. ol. lilior. albor. scorpion. an. ℥. ij. croc. ℥. s. Misce. Lenit quoque dolorem balneum aquæ dulcis, præcipue si herba dolorem lenientes & emollientes in eâ coquantur. Nonnunquam etiam flatuum non parua copia generatorum ex agitatione humorum in nephritide adest; ideoque tum flatuum discutiencia clysteribus addenda, ut: ℞. *Rad. althææ ℥. j. parietar. M. ij. mal. branç. vrsin. flor. chamemel. melilot. an. M. j. sem. fœnicul. ℥. s. fœniculi ℥. ij. caricar. ping. num. vj. Coq. Colaturæ ℞. ℥. x. cassia ℥. j. ol. ranaeci, cheirintian. ℥. s. F. Clyster. Exhibentur verò ad dolorem leniendum syr. papaueris, ol. amygdal. dulcium recent. ℥. ii. in iusculo vel vino calido. Vel ℞. *Rad. alth. ℥. s. petroselini, eringij. an. ℥. ii. veronica P. i. passular. exacinat. ℥. vi. Coqu. in aqua simplici. Colaturæ ℞. ℥. vi. Add. ol. amygdal. dulce. vel butyri recent. ℥. i. Vel detur ℥. s. pulueris radic. althææ cum vino aut liquore conueniente. Quæ medicamenta etiam si videantur leniora, tamen sæpe****

Tertius curationis scopus.

plus præstant, quàm operosa calida & siccantia. Si dolor valde vrgeat, etiam Opiata exhibenda, ut theriacæ recent. vel Philonii ℥. s. aut ladani opiati ℥. iii. Non tamen nisi necessitate valdè vigente, & cum reliqua nihil proficiunt, & cum calculus è renibus nondum est emotus. Nam vbi calculus iam in vteribus hæret, nullam aut momentaneum saltem auxilium præstant opiata. Ut omnino cautè, ut in aliis morbis, ita etiam in hoc in opiatis exhibendis agendum. Nam cum acerbissimis doloribus vires deiciantur valde, fieri faciliè potest, ut temeratio opiatorum vsu spiritus antea valde dissipati sopiantur, & pro somno mors ægro concilietur.

Q V Æ S T I O.

An cibi crassi, ut & lac, ad calculi generationem faciant?

Sunt quidem è recentioribus nonnulli, qui vulgaram Medicorum sententiam, alimentorum crassorum, viscidorum ac glutinosorum, & imprimis lactis & casei, vsu improbantium, reprehendunt eâ de causâ, quod materia calculi non quærenda sit in humore lento ac viscido, seu potius in seroso & saluginoso, qui parè eiusmodi cibis insit: & quod lac etiam renes humectare & refrigerare possit, & butyrum vias laxet & dilaret. Verùm enim uerò etsi crassum, quatenus tale, solùm ad lapidis generationem non sufficit, sed vis lapidifica præterea requiritur: tamen ipsa experientia testatur, non parùm facere ad calculum eiusmodi viscidos cibos. Serum enim per se lapidem non facit, sed si vis lapidifica in crassam & viscidam materiam incidat, subiectum idoneum necta, id in lapidem coagulat. Neque omnibus eiusmodi crassis cibis falsus succus & vis lapidescendi deest; etsi materia crassa plurimæ permixtus succus falsus non deprehendatur. Et quamuis lac per partem butyrosum humectet & molliet, per aqueam humectet & refrigeret: tamen in lacte est caseosa pars multò maxima. Et caseum qui ad calculi generationem esse aptissimum negat, eius naturam parùm perspectam habet, cum vulgò etiam notum sit glutinum tenacissimum, & lapidis æmulum ex caseo fieri posse, præsertim antiquo, in quo saluginosus ille & aeris succus vel gustu satis deprehenditur. Et quamuis nonnulli caseo & similibus impune vescantur, nec nephritide corripiantur: tamen hoc fit vel ob robur ventriculi & calorem corporis vegetum, qui laboribus continuis suscitatur, vel quod renes minus siccos, & ampliores meatus habent. A quorum exemplo immunitatem sibi nullo modo polliceri possunt illi, qui ventriculum debilem habent, aut renes ad calculum generandum dispositos, aut vitam minus negotiosam agunt.

An cibi crassiores & lactum generant.

C A P V T VII.

De aliis rebus præter naturam in renibus genitis, Vermes.

PRÆTER calculos & aliarum res præter naturam in renibus quandoque generantur. Et primo quidem vermes. Ita refert Gentilis, lib. 3. seu. 1. tract. 2. cap. 3. Canon. Auicenna, Nobilem quendam, qui passus est quotidianam, cum dolore renum per octo menses, in conualescentia emisisse cum vrina vermes paruos & latos, ac cessauisse dolorem. Idemque accidisse interdum & se vidisse, testatur Fernellius, lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 10. Idem

Vermes in renibus.

vidit Scholiographus Hollerii, vt scribit, *ad cap. 50. lib. 1. de morbis internis*. Idem etiam *ibidem ad cap. 54.* narrat, in quodam longos vermes, præcedente magno dolore renum, per urinam reiectos fuisse. Vidus Vidius, *de Cur. membratum. lib. 10. cap. 14.* scribit, quendam post longos dolores renum exiguum vermem cum vrina excreuisse, præditum capite acuto, corniculato, ventre & dorso latiore, testulaque subdurâ indutum instar testudinis, nigrum ac rubentem tantum circa ventrem. Ipse in cane vidi totam vnius renis substantiam fuisse absumptam superstiti tantum tunica eam ambiente, quæ tota vermibus longis instar lumbricorum repleta fuit. Vix autem certò cognosci possunt vermes in renibus latentes, nisi simul cum vrina prodeant. Coniecturam tamen & suspitionem aliquam de iis præbeant dolor continuus & diuturnus in renibus ac vellicatio. Tolluntur autem medicamentis ad lumbricos necandos & expellendos idoneis.

Pili & filamenta.

Capillos quoque & filamenta quædam in renibus generari obseruatum. Fecit iam eorum mentionem Hippocrates, dum, *4. aphor. 76.* scribit, Quibus cum vrina crassa exigua earuncula, aut veluti pili exeunt, his à renibus excernuntur; atque hanc affectionem *πυξιασι* nominant. Galenus, vt in *com. scribit*, refert, se vidisse talia corpora cum vrina excreta, vt dimidium cubicum æquarent. Idem videntur Brasauolus & Cardanus, vt, *in comm. ad dictum aphorismum*, referunt. Et Iouberus, *de vrinis cap. 20.* narrat, rusticum quendam eiusmodi filamenta circiter viginti quinque intra paucos dies eminxisse, quorum nonnulli palmæ longitudinem æquabant. Rarius est, quod Vviersus, *lib. 3. de præstig. Damon. cap. 15.* annotauit, vbi refert, nobilem quandam fœminam, quæ cum longo tempore renum calculo afflicta fuisset, post aliquot annos primò quidem aliquandiu lanam tenuem, nonnunquam inuolutam, interdum fila longa, alba duplicata, & quod fidem superat, sæpe cum nodo, ac si ad usum consuendi apta fuissent, per urinam excreuisse. Deinde aliquandiu arctius compactam, veluti ochrâ commixtam non tam lanam, quam membranam lanosam, quali integunt se Bombyces ex molio reddidisse. Postremò non rarò præter reliqua pilos longitudine vnius digiti, partim vrinæque albos, in medio nigros, partim contra, principio nigros, cætera albos, præterea acutos in vna parte tanquam extremitate, obtusiores in altera, &c.

De loco tamen generationis non omnes idem sentiunt. Galenus equidem, *allegato loco*, in renibus generari scribit: Idem tamen, *6. de loc. aff. cap. 3.* cum viderit talia planè exigua excerni, miratur, quomodo in renibus potuerint consistere & proinde probabilius putat, in venis generari: Actuarius, *lib. 1. de caus. vrinarum cap. 21. ca.* quæ capillis sunt similia, in iis vasis, quæ à Renibus ad vesicam descendunt, generari docet, ac quanta est longitudo vasorum illorum, tantam quoque horum corporum esse longitudinem. Quæ sententia quamuis absurda non videtur: tamen etiam in renibus generari non impossibile est, cum etiam ibi materia adesse possit, vbi plures eminguntur, aut longiore tempore sicut Scholiographus Hollerii, *ad cap. 50. lib. 1. de morb. internis*, refert, quendam annos pluraquam viginti tales vrinæ cum capillis eminxisse. Fernelius, *libro 3. de part. morbor. ac symptom. capite 16.* talia filamenta in vasis spermaticis, quæ Parastatæ dicuntur, generari statuit, & quidem ex feminis materia, quæ vi morbi sensim defluens calore crassescat, & apparere in iis pluri-

ma, quifæda gonorrhæa correpti sunt & in mulieribus, quibus alba menstrua profluunt. Sed hæc non sunt huius loci.

Generantur autem hi pili ab humore crasso in renibus vel vteribus siccato, qui producitur ex cibo crassi succi. Scribit Galenus, *in com. ad aphor. 76. lib. 4.* Eum, qui pilos minxerat, toto ferè anno præterito frequentissimè fabam frefam vel caseum tenerum & siccum comeditisse, crassi succi cibi vfos fuisse. Etli enim Scholiographus Hollerii, *loco allegato*, quendam plus quam viginti annis tales hæc pilos cum vrinis ruffis, mediocri consistentiæ, non crassis minxisse scribit: tamen & in iis proculdubio tartaræ quædam & concretioni apta materia fuit.

Curatur autem *πυξιασι* ista, vt Galenus, *loc. alleg.* docet, medicamentorum attenuantium & incidentium vsu, simulque cum reliqua curatione victu humectante.

CAPVT VIII.

De Renum Inflammatione.

Causæ.

Inflammationem etiam quandoque renes patiuntur: atque ex iisdem causis, è quibus in aliis partibus illa oritur. Nimirum ex sanguinis copioso affluxu, qui vel à vicinis membris, præcipuè epate sanguine abundantibus eo transmittitur, vel à renum calore vel dolore aliisque externis iniuriis attrahitur, vt lapsu, ictu supra dorsum & loca renibus vicina, motus etiam partium renibus vicinarum nimius, qualis fit in violenta equitatione & labore vehementi. Sanguinem etiam ad renes commouent medicamenta diuretica corpore pleno exhibitâ.

Signa Diagnostica.

In lumbis in renum regione calor, interdum etiam rubedo percipitur, dolorque; & is, si in carnosa renum parte sit inflammatio, magis grauis. Si verò partes, in quas arteriæ terminantur, oblidet, pulsans. Atque dolor sæpe ob consensum membranarum secundum ductum vtererum ad vesicam, dorsum, & sursum etiam versus costas nothas extenditur, & ægri neque se erigere, neque incedere possunt, & si sternutatio, vel alia corporis commotio accidat, dolor vehementer exasperatur. Stupor eruris è regione renis inflâmati percipitur ob nervi, qui ibi ad crura tendit, compressionem. Externa frigent, & præcipuè pedes. Vrinæ difficultas adest, & sæpè mingero cupiunt, vrinaque in principio est tenuis, in qua nihil subsidet, inflammatione verò augmentum sumente fit rubicundior & crassior. Febris est vehemens ob viciniam venæ cavae. Nonnunquam accidit vomitus bilis ob ventericulum affectum, qui ob communionem membranarum in consensum trahitur. Etli verò intestinum colicum, si eo loco inflâmatur, quo renibus ab vtroque latere connectitur, signa renum inflâmationi similia habet: tamen situs renum diuersus has duas affectiones discernit, cum renum dolor ad posteriora & dorsum, vt & vesicam & costas nothas versus se extendat, coli verò inflâmatio & dolor magis versus ventrem. Apparet præterea in coli inflâmatione magis mutatio in fecibus alui, quam in vrina.

Prognostica.

1. Est autem periculosum malum renum inflammatio, & in corporibus macilentis, ac quibus vireæ.

Renum inflammatio. Causa.

Signa

Prognostica.

desunt, lethale. 2. Renum inflammatio cum febre & delirio lethalis. 3. In renum inflammatione vicia alba, tenuis, aut purulenta absque febris & symptomatum remissione, & crurum ac femorum extenuatione mortem potendit. 4. In renum inflammatione si hæmorrhoides superueniant, bonum. 5. Melius est, inflammationem renum insensibiliter discutere quam suppurari. 6. Inflammatio renum, quæ suppuratur, si abscessu rupto per vias urinæ pus euacuetur, salutis speciem præbet; Si vero per emulgentes ad epar & intestinalia viam molitur, periculo non vacat.

Indicationes & Cura.

Ut in aliis inflammationibus, ita & hic sanguis ad renes p. n. affluens repellendus, repellendus, ad vicina deriuandus, discutendus, ac si suppuratio proliberi non possit, ea promouenda, & hinc puris eruptio procuranda, vlcusque curandum. Principio ergo reuulsio gratia vena in cubito aperienda. In morbi vero progressu venæ, quæ in poplite sunt, aut maleolis aperiuntur. Pro venæ sectione etiam cucurbitula coxis & natibus affixæ è regione renis inflammati venæ sectionis vicarie sunt. Si hæmorrhoides sponte aperirentur, valde commodum esset; quod nisi fiat, huiusmodi applicari possunt. Simul frictions & ligaturæ extremorum instituantur. Si bilis in ventriculo vel in mesaricis hæreat, ne ad renes rapiatur, euacuanda sympo rosarum vel violarum solutio, manna, tamarindis, cassia, thabarbato, electuario lenitio, diaprunis, diacatholico, triphrea Persica. Vel nunciatur clyster, qui simul dolorem leniendi, & nonnulli refrigerandi vim habeat, cu violaria, malua, althæa, sem. lini, sænigræci, & quatuor frigidis maioribus, hordeo, electuario lenitio, diacanthano. Minore autem quantitate clysteres iniiciendi, ne renes comprimant, vt diutius retineri possint. Vt ℞. *Parietaria, malua* an. M. j. *flor. rosarum rubrar.* M. ℥. *sem. lini* ℥. ij. *flor. chamæmeli* P. i. Coq. in aq. hord. simpl. Cocturæ ℞. ℥. ix. *flor. cassia* ℥. ss. *syr. rosar. solutiu* ℥. ii. *ol. violarum* ℥. i. *ss. uicellum oui vni*. F. Clyster. Simul exhibenda, quæ feruorem sanguinis mitigant, eiusque ad renes motum & affluxum impediunt. Urinam vero moentia plana vitanda. Commodæ hic sunt emulsiones seminum 4. frigidior. maior. aquæ, decoctum syrapi & confertur è violis, rosis, portulaca, lactuca, acetosa, haliacabo. Extra quoque applicentur, ad dolorem leniendum, calorem temperandum & humorum affluxum prohibendum epithemata è siccis vel aquis rosarum, lactuca, portulaca, nymphæe, semperniui, plantaginis, cucurbitæ: aut cataplasmata ex iisdem & farina hordei; aut illinantur oleum rosaceum, nymphæe, violarum, additis succis refrigerantibus modo dictis. Vt ℞. *Aq. rosar.* ℥. iv. *lactuca plantag. nymphæe* an. ℥. ii. *acetosac.* ℥. j. *ss. ol. rosac.* ℥. ii. *santalirubri* ℥. i. M. pro Epithemate. Vel ℞. *Ol. rosar. violar. nymphæe* an. ℥. j. *Succ. polygeni, semperniui, acetosac.* an. ℥. i. Coq. ad succorum consumptionem; sub finem adde *santal. rubri puluerisati* ℥. i. *cera parum*. In incremento morbi malua, althæa, sem. lini, sænigræci, farina fibæ admittit. In statu eadem usurpari, & aliquid florum chamæmeli addi potest. Tandem in declinatione resoluentium maior pars, minor. repellentium & refrigerantium adhibeatur. Interna quoque medicamenta morbo ad declinationem urgente usurpari possunt ex diureticis mitioribus, quæ humores in renibus ad vias urinæ deducunt, quales sunt *syrux bysantinus simplex, de duabus & quinque radicibus, capillorum Veneris, cum aqua parietaria, capillorum Veneris, fragorum, vel*

Interna Med.

cum decoloradic. asparagi, graminis, fœniculi.

Si tumor discuti non possit, sed ad supurationem tendat, id quod cognoscitur, quod febris minuitur, tumor tamen & grauitas manet, neque materia per urinam expugatur, adiuuanda est maturatio exhibitio *deccello hordei, seminis, alibæe, cucumeris, glycyrrhizæ, malua, parietaria*, item *conserua florum malua*: Extra vero impedito cataplasmate ex *malua, parietaria, alibæe, radicibus alibæe liliorum alborum, sænigræci, ficibus, cædis* in lacte vel decoctum ex us paratum loco clysteris iniiciatur. Quod si suppuratio facta sit, id quod cognoscitur ex febris & doloris remissione, manente sensu grauitatis & tumore, nec tamen abscessus ruptur, in potu exhibenda sunt, quæ abscessum rumpere, & pus per urinam euacuare possunt *deccellum, scilicet, radicem fœniculi, apij, glycyrrhizæ, iridis, capillorum Veneris, origani, pulegij, in aqua mulsæ factum*. Abscessu rupto ea exhibenda, quæ pus abstergere, vlcus consolidare possunt, vt postea capite de *ulcere vretorum* dicetur.

Dieta.

Victus sit tenuis, talistamen, ne renes ex eo incallescant, & vicia acrior reddat renes moueat. Cibuset refrigerans & humectans. Propterea utilis est pitana hordeacea, panis cum iusculo gallinæ, in quo lactuca, endiuia, vel acetosa folia ebullierint. Potus sit pitana hordeacea, aqua hordei in qua glycyrrhiza ebulliat, dulcorata iulebo rosarum vel violarum, vel cereuisia tenuis. Abstinentiam à diureticis, præsertim in initio inflammationis, ne materia ad renes rapiatur. Motus vitandus, ac quieti indulgendum, clysteribus alius emollienda.

Dieta

CAPVT IX.

De reliquis renum tumoribus, & eorundem tabe.

PRÆter inflammationes & alii tumores in renibus oriuntur. Comperit enim est, in quibusdam, qui calculo renum laborarunt, renum alterutrum totum in pus mutatum; & membrana inclusum fuisse. Aliquando etiam tumores frigidi in renibus oriuntur, qui quidem tardè suppurantur, tandem tamen in pus mutantur, sicut Iohannes Paulinus in quodam, qui circiter nouem menses affecta renis sinistra laborauerat, & totus extenuatus fuerat, renem totum consumtum & in pus mutatum fuisse vidit. Cognoscitur autem hoc malum ex dolore renum & plerumque diuturno; puris aliquid cum v. na re latet, & accidit mingendi difficultas. Interdum etiam, si æger in ventrem decumbat, tumor in dorso tactu deprehenditur, fluctuatio quadam puris percipitur, ægri etiam plerumque contabescunt, cum vlcus istud conuenientibus remedijs sanari non possit.

Reliqui mores in Abscess

Petrus Baierustamen, *Practica lib. 20. cap. 4.* sectionem se feliciter tentasse scribit. Cum enim in infamina quadam tali tumore laborante chirurgus maturantia velle applicare, vt in cupum, vt appellat, sen tumorem apostema eleuaretur, ipse ægrum prius moriturum respondit, quam in cupum apostema eleuaretur; cum amplam in interioribus cavitatem habeat, vt dilatetur. Tandem chirurgus incisionem profundam rasorio, incidendo totum Mirach, fecit atque inciso panniculo reperta est magna quantitas materię, quam paulatim exiie permittens curâ diligenti adhibita gratia Dei, ægrum sanitati restituit.

Incisio moris

Scirrhus quandoque etiam renes corripuntur & aum.

Scirrhus

tumoribus duris, id quod plerumque post inflammationem malè curatam accidit, cum partibus renibus discussis crassæ relinquuntur: & tum, etiam inflammatione cessante, nihilominus gravitas & pondus, sine dolore tamen ferè, percipitur. Interdum & ex humore crasso in substantiam renis sese insinuante talis tumor generatur. Urina in scirrho renum redditur pauca, tenuis & aquosa: cum ob virtutis attractricis imbecillitatem renes munere suo fungi non possint, & ob meatuum renum angustiam leniores tantum partes excernantur, crassiores verò relinquuntur, quæ sanguinem inquinant, unde etiam cachexia excitatur. Stopor etiam quidam in coxis & cruribus percipitur. Est autem scirrhus renum malum plerumque insanabile, quod hominem in cachexiam aut hydropem coniecere potest. Si tamen quædam sanationis spes supersit, emollientia & leniter digerentia adhibenda. Exhibenda ergo iuscula pingui, decoctum malvæ, althææ, polypodii, seminis fœnigræci, lini; vel in pollinem redacta cum iusculo pingui vel aqua malvæ & althææ exhibenda. Potest etiam aliquid bdellii vel ammoniaci exhiberi. Extra inungantur renes oleo amygdalar. dulcium, lilior. albor. chamæmeli, lini vel imponatur cataplasma ex farina sem. lini, fœnigræci, radicib. althææ. floribus chamæmeli cum pinguedine anseris, anatis & similibus. Commodè etiam hæc medicamentis admisceatur bdellium & ammoniacum aceto dissolutum.

Tabes Renum.

Tabes contra interdum renes corripit, quæ præcipuè, ex calida & sicca eius intemperie à causis calefacientibus ac siccantibus provenit. In principio equidem malum non facillè deprehenditur; ubi verò argetur & incrementum sumit, cognoscitur ex læsa renum actione, (quamvis enim ren durior evadat, tamen id tætu non facillè deprehenditur) Renes enim serum minus alliciunt: id tamen statim in vesicam descendit, & frequenter per urinam excernitur. Urina est alba, tenuis, & cruda. Appetitus veneris minuitur, ac totum corpus contabescit. Periculosum autem hoc & difficile malum est, & vix curatur, ac hominem lenta morte enecat. Si quid tamen tentandum est, humectantia necessaria sunt, & commodissima sunt alimenta boni succi & humectantia, & imprimis lactis vsus continuatus. Vtile etiam est balneum aquæ dulcis tepidum, & alia, quæ hæcicis præscribi solent.

CAPVT X.

De Vulneribus Renum.

Vulnerantur interdum & renes. Cognoscunturque vulnera renum, è loco, cui vulnus inflictum est: Urina supprimitur, vel difficulter redditur, estque cruenta; dolor è regione renum percipitur, qui ad inguina vsque extenditur, & si vulnus sit magnum, sanguis aquosus è vulnere egreditur. An verò vulnustantum superficiem renam attingat, an verò in parte carnosa sit, an verò in ipsam cavitatem renum penetraverit, hoc modo cognoscitur. Si sanguis malus & urina non egreditur, indicio est, tantum superficiem vel carnosam partis substantiam esse vulneratam. Si verò sanguis multus, & aqua simul è vulnere egrediantur, vulnus ad cavitatem renum penetrare, argumento est. Sunt autem renum vulnera periculosa & sæpe lethalia, difficulterque sanantur, & non nisi longo tempore, cum continuus humoris, qui per eos

A transit affluxus curationem impedire solet. Minus tamen periculosa sunt renum, quam vesicæ vulnera.

Curationem quod attinet, uniuersalibus præmissis, si vulnus non sit profundum fortiora glutinantia vsurpari possunt, & olea destillata eiusmodi vulneribus accommodata instillari & Emplastrum aliquod glutinans imponi debet. Si verò vulnus in cavitatem renum penetrat, vinum austertum infundendum, in quo radix consolidæ maioris & polygonum ac glycyrrhiza cocta sint, vel imponendum cataplasma ex dactylis, pane siligineo, acacia, hypocistide, in vino austero decoctis, & postea, quando sanguis non amplius stillat, pinianita & Ela infundenda, extra vero Emplastra glutinantia imponenda. Imprimis verò in renum, vt & thoracis aliisque internis vulneribus vtile est vnguentum sanctum ab insigni effectu ita appellatum Io. Vng. san-
hannis Andræ à Cruce, quod, *chirurgia lib. 4. dum.*
tract. 2. in 13. Indicatione, descripsit, estque tale: *℞. Resina pini recentis clara & odorata ℥. xii. ol. laurini puri, terebinth. opt. an. ℥. ij. gummi elemi puri ℥. ix.* Primò resina & gummi super lento igne dissoluantur, deinde addatur oleum laurinum & terebinthina, atque ita ebulliant, donec iustam crassitatem acquirant, & percolentur. Exhibenda verò simul primis diebus trochisci de haliacabo, de carabe cum aqua vel decocto plantaginis, equiseti, polygoni & postea cum consolidatione opus, gummi tragacanthæ, Arabicum, terra sigillata, terebinthina. Cum verò sepe in hoc affectu ob sanguinis gummos vesicæ meatus obstruatur, peccen inungatur oleo scorpiorum, amygdalar. amararum, vel applicetur Cataplasma ex parietaria, malua, saxifragia.

Diaeta.

Cibus sit boni succi, exhibeaturque emulsio sem. *Diaeta*
4. frig. maior. cum amylo, pisana, iuscula ex pane albo, oua serbilia, oryza, iuscula ex auena. Cum potu detur succus cydoniorum. Vtile est & serum lactis caprinum & aqua hordei, in qua glycyrrhiza, iuiubæ, sebesten, semina 4. frig. maiora cocta sint. Potus tamen sit paucus, ne multum humoris ad renes affluat. Ager quiescat; si aluus sit tardior, clyster ex malua & equiseti cum melle rosato infundendus.

CAPVT XI.

De Vlceribus Renum.

Exulcerantur quoque interdum Renes, & quidem non superficialiter solum, sed ita toti interdum, vt tota ipsorum substantia absumatur, & nihil amplius de iis, quam membrana ipsos ambiens, reliquatur. Imo & illa ipsa membrana interdum eroditur & perforatur. Quod Platerus vidit in nobili quodam, qui cum hydrope ascite septem mensium spatio laborasset, & post mortem apertus esset, visceraque omnia ventris inferioris salua deprehenderentur, vterque ren multis vlceribus fistulosis perforatus fuit ad eò amplis, vt digitum singula facillè reciperent, adnatis insuper hinc inde renum corpori vesiculis aqua plenis, quæ ex illis scissis profluebat, erosâ simul vndique renum exteriori tunica.

Causa.

Exulcerantur autem renes post abscessus non rectè curatos, item post vulnera non rectè curata, aut cum pus vel sanies acris aliande, vt pulmone vel epate per renes fluir, eosque erodit. quod & humores ab aliis partibus affluentes præstare possunt

seu natura sua acres, seu ex putredine & corruptior e acrimoniam acquisuerint. Idem praestant calculi, praesertim asperiores, qui renes atterunt, imprimis dum homo ambulat & mouetur, vel dum sponte & naturae impetu moueri incipiunt. Externae vero causae sunt, quae cumque vel contundendo vel rodendo, aut quocumque modo renum continuitatem soluant, ut casus, percussio, vehemens equitatio, medicamenta acra & similia.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur renum exulceratio ex dolore in lumbis cum grauitate. Urina tamen sine impedimento redditur; quod non fit in vlcibus vesicae. Pus urinae permixtum emittitur, de quo Hippocrates 4. aphor. 75. Si quis sanguinem aut pus meiat, renum aut vesicae exulceratio significatur. Saepem etiam particula quaedam carnea seu carunculae excernuntur, de quo Hippocrates 4. aphor. 76. Quibus cum urina crassa exiguae carunculae, ac veluti filii exeunt, iis à renibus excernitur. Quod et si Galenus, in comm. se videlicet negat, alij tamen obseruauerunt. Imò obseruauit Hercules Saxonia vniuersam dextrae renis carnem ex propria membrana in vesicam secessisse. Si ab inflammatione praecedente abscessu excitatum fuit vlcus, eius signa praecesserunt. Si ab acra & erodente humore fiat vlcus, ex ardore urinae id cognoscitur; si à calculo aliquo, eius signa praecesserunt vel adsunt. Si à causis externis, è relatione aegri patefiant.

Prognostica.

Prognostica. 1. Etsi renum vlcera minus periculosa sunt, quam vesicae: tamen & ipsa periculosa sunt, & difficulter curantur; cum continuus humorum excrementorum per renes fluxus fiat. 2. Periculosiora sunt renum vlcera, quae ab erosione sunt, quam quae ab alijs causis. 3. Recentia renum vlcera curationem aliquando recipiunt; inueterata vero nunquam, ideòque curatio maturanda.

Indicationes & Curatio.

Indicat. & Curatio. Quae in reliquarum partium vlcibus dantur Indicationes, et hinc inueniuntur. Et quidem tota curatio ad duo dirigenda, quorum primum & primo loco agendum est, ne vlcus ab affluentibus humoribus foueatur, vel augeatur, & deterius reddatur. Deinde ut ipsum vlcus curetur. Primum quod attinet, principio idonea victus ratione, de qua postea, cauendam, ne vitiosi humores in corpore generentur, qui ad renes affectos confluere, malumque augere possint. Deinde si metus sit, ne ob copiam sanguinis aliquis ad renes confluxus fiat & hinc inflammatio vlceri renum accedat, venae sectio in brachio instituenda, & si omnino inflammatio accedat, curanda ut antea, cap. 8. dictum.

Humores acres temperantia. Tertio si humores aliqui vitiosi cumulati sint, mitigandi, temperandi & euacuandi. Temperantur humores acres vsu remediorum paratorum è violis, malua, nymphæa, seminibus quatuor frigidis maioribus, hordeo, semine papaueris, rosis, glycyrrhiza, passulis & similibus. E quibus syrups, conseruae, aquae decocta parari possunt.

Purgantia. Purgantia fortiora hic locum non habent, sed lenientia solum, qualia sunt syrups rosarum & violarum solutius, cassia cum puluere glycyrrizae, electuarium lenitiuum, Diacatholicum. Imprimis vero utilis est Theribinthina cum vitello oui in liquorem redacta, vel cum puluere glycyrrizae in bolum formata; cum non solum aluum laxet, sed & vlcus renum abstergat ac sanet.

Vlcus detergentia. Vniuersalibus praemissis ad ipsam vlcetis curationem accedendum, idque primum detergendum potumulse, decocto hordei, ciccerum, capillorum venetis, hyssopi, agrimoniae, glycyrrhizae, pitifana cum

A melle, sero lactis caprini, precipue si cum eo emulsio è seminibus meloni facta sit: iac astrum & caprinum imprimis vtile est, cum parte fetida abstergat, caseosa conglutinet, pingui dolorem leniat, bonumque sanguinem, si recte coquatur, praebet. Tandem vbi vlcus iam satis deteritum & mundatum fuerit, quod cognoscitur, quia cum urina pus minore quantitate excernitur, idque album consistentia aequale non sordidum, ea, quae exsiccant, adstringunt, glutinant & consolidant, exhibenda, qualia sunt bolus. Armenus, terra sigillata, corallium, radices tormentillae, plantago polygonum, et quiescens consolidida, spondium, bursa pastoris, trochisci de alexkengi, de spodio, de caisbe, de terra sigillata & similia. Impurum vtilis est hic puluis. **B** Rad. tormentillae. \mathcal{R} j. \mathcal{B} . granor. alexkengi \mathcal{D} ij. spodij \mathcal{D} j. co. alior. rub. or. equiseti an \mathcal{D} . ij. mastech. \mathcal{M} g. Draconis. an \mathcal{D} . j. \mathcal{B} . sacch. rosati tabulat. \mathcal{Z} . j. \mathcal{B} . F. puluis qui exhibeatur in aq. plantaginis, equiseti & similibus. Potest & cibus mixceii. Vel \mathcal{R} . Terra sigillat. boli Armeni, rad. tormentilla, an \mathcal{D} j. mastiches, tragacant. spody an \mathcal{D} . j. sang. Dracon. \mathcal{D} . \mathcal{B} . sacch. ros. tabulat. \mathcal{Z} . \mathcal{B} . F. Puluis Dosi. \mathcal{D} ij. Vtilis est & spiritus terebinth. Vel \mathcal{R} . Rad. consolidida, tormentilla. an \mathcal{Z} . \mathcal{B} . alchimilla equiseti an. M. \mathcal{B} . flor. rosar. rubr. P. j. Co. q. in aq. pura Colatura dulcoretur saccharo. Vel \mathcal{R} . Rad. China, ligni sassafras, rad. tormentilla an \mathcal{Z} . \mathcal{B} . flor. rosar. rubr. malua. arborea an. M. \mathcal{B} . radicum alibae, glycyrrhizae an. \mathcal{Z} . \mathcal{B} . granorum alexkengi M. \mathcal{B} . Co. q. in decocto ciccerum rubrorum. In decocto calido dissolue conf. rosar. \mathcal{Z} . ij. Coletur. Vtile est & decoctum ligni guaiaci, praesertim si vlcus ex Iue Venerea contractum sit. Vel \mathcal{R} . Conf. ros. rubr. \mathcal{Z} . ij. veronica, tormentilla an \mathcal{Z} . j. sem. portulacae. plantaginis. granor. myrri, boli Armeni, terra sigillata. sang. Draconis an Drach. j. rasur. eboris, trochisc. alexkengi an Drach. \mathcal{B} . Cum syr. de rosis siccis. F. Elect.

Dieta.

Dieta

Cibi sint boni succi, facili conditionis, & qui non facile corrumpuntur, aegreque salsa, acia, acetosa, amara nimis dulcia, pingua & omnia quae facile corrumpuntur, sunt vitanda. Conueniunt propterea cremor pitifanae, auenae, sorbitiones ex hoideo, amylo. Vtilis est & oryza, carnes item gallinae, auicularum montanarum, agninae, hapixae, amygdalae dulces, non raticidae, commodus etiam est vsus lactis. Vinum sit tenue, vel cerenisia pura. Potus non sit nimius. Omnis motus vehemens, praesertim qui dorsum conentit, ut equitatio, est vitandus. Venus etiam huic morbo inimica est.

CAPVT XII.

De vtererum Morbis.

Vtereres quoque suos morbos & symptomata patiuntur: nimirum exsiccantur, contabescunt, morbos in numero & situ patiuntur, angustiores redduntur & obstruuntur, vulnerantur & dolorē patiuntur.

Causa.

Causae autem, à quibus isti morbi & symptomata proficiuntur, ferè à renibus proueniunt, & si renes male afficiantur, vtereres in consensum trahunt. Et enim si renes exsiccantur & contabescunt, vtereres ferè etiam in consensum trahuntur.

Putant nonnulli in febribus ardentibus ita eos exsicari posse, vt inde mictus impediatur. Verum mihi credibile non videtur, in corpore viuentetantum exiccationem fieri posse.

Nonnulli

Nonnunquam alter deest, vel alter alieno loco inseritur, quod in Anatomis sæpe deprehenditur. Contorquentur etiam nonnunquam vretes.

Obstructio Vreterum.

Frequentissimum vere malum est eorum angustia, quæ etiam ex contusione vel incumbente tumore fieri potest, sed sæpissime accidit ab obstructione, quæ fit vel à calculo è renibus in eos delapso, vel pituitâ crassa & vitida, vel grumo sanguinis, vel pure.

Cognoscitur autem hoc malum è signis renum male affectorum. Si enim materia, quæ renes ante afflixit & obstruxit, è renibus in vretes descendat, renes liberantur, & vretes afficiuntur. Atque tum grauitas & dolor, qui in renibus percipiebatur, mitigatur, & contra dolor in vretibus augetur, & sese versus inguina extendit.

Curandi ratio eadem est, quæ renum obstructorum. Medicamenta enim, vbi renes penetrant, ad vretes perueniunt, eosque obstructione liberant. Possunt etiam externa medicamenta, quæ viasistas laxant, secundum vretum ductum applicari, ac fomenta ex parietaria, malua, alchææ, semine lini, oleo amygdal. dulcium, lilior. albor. vnguento dialthææ, cum oleo scorpionum parari, balneum item aquæ dulcis è modo dictis plantis vsurpari.

Peculiare vero remedij genus est, quo ex vretibus calculus versus vesicam promoueri potest, nimirum cucurbitulæ sine scarificatione. Hæ enim paulò infra locum dolentem, vbi calculus hæret, applicantur, atque secundum ductum vretum infra descendendo affiguntur. Ita enim calculus in vesicam deducitur. Non autem applicandæ sunt cucurbitulæ, dum adhuc in renibus calculus hæret,

sed vbi iam vretum ingressus est, ibique hæret, dolorem parit.

Vulnera & Vlcera Vreterum.

Vretes non solum vt alia viscera interna vulnerari possunt telis externis, sed & à calculo transeunte. Imò etiam planè rumpi vretes, non impossibile est. Licet enim obseruatum, vt *Fernel. lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 10.* scribat, iis, qui nephriticis doloribus sunt afflicti, vsque adeo dilatatum fuisse vretum, vt in eum maior digitus immitti posset, & *Eustachius, cap. 55. libelli de renibus*, testatur, vretum statim ab egressu de renibus latior reddidit, instarque ventriculi seu peræ pastoralis recuruatum magnam lapillorum copiam congregasse, quos postea natura cum vrinis expulerit: tamen impossibile non est, si calculus maior & asperior è renibus in vretum excidat, eum planè rumpi posse. Exulcerantur tandem vretes, nisi vulnera à lapide mox sanentur, quòd tamen etiam à pure & sanie aciore fieri potest. Signa sunt eadem, quæ renum vulneratorum & exulceratorum, nisi quod dolor secundum ductum vretum versus vesicam se extendat. Curatio etiam eadem est.

Vt verò ob renum morbos vrinæ excretio læditur, & quædam symptomata circa eam excitantur: ita idem etiam vretibus læsis fieri potest: Si enim vretes obstruantur, vrina supprimitur, & præcipuè si vterque obstruatur. Si vulnerentur, vrina per vulnus in cavitatem abdominis exstillat; si exulcerentur, dolor in transitu vrinæ excitatur. Verum symptomatum horum ablatio pendet à morborum, quos modò proposuimus, curatione, & ex iis etiam, quæ supra *de symptomatibus renum* dicta sunt, quid agendum sit, patet.

Vulnera & Vlcera

Vreterum Symptomata





LIBRI TERTII

PARS VII.


SECTIO SECUNDA.

DE SYMPTOMATIBVS RENVM.

CAPVT I.

De Renum imbecillitate, & seri secretionelæsa.

Renum imbecillitas & actio læsa.



Vnt & aliqua symptomata, quæ renibus accidunt, & quidem actiones varias quod attinet, cum renum actio propria sit, sereni ex sanguine attractare, & hinc ad vretes transmitti, in actio hæc lædatur, vrina nulla vel pauca redditur, & retenta sæpe grauissimum symptomatum, imò mortis causa est, nullo tamen vitio in vesica existente, sed vasorum emulgentium & renum attractrice læsâ.

Causa.

Causa.

Habet autem actio hæc læsa originem à vasorum emulgentium & renum facultate vel læsa, vel impedita. Facultas læditur ob imbecillitatem vasorum emulgentium vel renum, quæ pendet ab intemperie, impuris frigida. Impeditur facultas ab obstructione, quæ imprimis fit à calculo, nonnunquam & à pituita crassiore, aut pure crassiore, aut sanguinis grumo.

Signa Diagnostica.

Signa.

Ipsa autem causa mali semper non facile agnoscitur. Ideoque diligenter considerandum & inquirendum, an in vretibus vel vesica aliquod vitium sit. Quod si nullum deprehendatur, argumento est, in renibus hæere. Quod confirmatur, si grauitas aliqua, vel dolor in lumbis deprehenditur, & vrina in venis relicta & ad superiora regurgitans variorum symptomatum causa est, de quibus mox in Prognosticis dicitur. Si ab intemperie renum frigida sit imbecillitas eorum, apparebunt signa intemperiei renum supra, cap. 2. proposita: & ab hac causa non subito supprimitur vrina; cum intemperies subito induci non possit, sed paulatim vrina supprimitur. Si ab obstructione fiat, signa supra proposita de obstructione renum, perpendenda, & à quibus causis ea proveniat, inquirendum, de quo supra, cap. 4. dictum.

Prognostica.

Prognostica.

1. Malum hoc omnino periculosum est, & sæpe lethale. Si enim diutius serosus humor intra venas retineatur, & sanguini commisceatur, humores corrumpuntur, & putrescunt, ac præter febres accenduntur. 2. Et quidem si æger ante septimam iterum meiere incipiat, seruari potest. Quod si ultra hoc spatium retineatur, etsi vrina reddatur, plerumque tamen æger moritur. 3. Retentum in venis serum sæpe per totum corpus distribuitur, & prout in hæc vel illam partem ruit, varia symptomata excitat. Iacobus Carpus in *Isagoge Anatomica*, quendam ab vrina hoc modo retenta suffocatum

A esse testatur, cui cum cucurbitulas sine scarificatione diuertendi causa apposuisse, eas per poros cutis aquoso humore repletas fuisse, scribit. Et Iacotius, *comm. 1. ad lib. 7. sect. 2. aph. 16. Coacar. Hippocr.* refert, senem quendam ex humore isto cerebrum in consortium trahente in somnum & torporem lethalem incidisse. Extat etiam in *observationibus Schenckij, lib. 3. de Renibus*, Epistola Georgij Tausletteri Medici Regij, qui refert, Illustrissimum Saxonie Ducis Henrici Filium Seuerinum, annos 12. agentem, post balneum vomitu correptum fuisse, cum dolore vretis sinistri hypochondrij, vrinas verò subinde pauciores reddidisse. Postea subius umbilicum ad dextram versus pectinem dolere cepisse, vomitionibus crebris accedentibus, detento lotio, cuius vix ultra sex octo guttulas reddebat. Hinc doloribus nihil remittentibus, de præcordiorum quoque dolore conquestum fuisse, & lumbricum trium palmorum longitudine vomitu reiecisit. Tandem & cibos sumtos euomuisse, vrina sursum regurgitante, & sex octo horis, ante mortem vrinam meram colore & odore cuius adstanti agnitam euomuisse & postea exspirasse. Corpore aperto meatus vrinarij fuerunt salui, nihilque, quod eos obstrueret, compertum; vesica fuit vacua & corrugata, omnisque humoris expertus, corporis verò cutis quaqua versus dissecta è vestigio aqueum humorem odore & colore exactissime vrinam referentem, veluti in hydropicis ex se mittebat. E quibus omnibus rectè conclusum fuit, omnium horum symptomatum, & tandem mortis etiam Illustrissimi Principis causam fuisse imbecillitatem & intemperiem vasorum emulgentium, & renum, quorum attractrix labefactata serosum humorem ex reliquo sanguine attractare non potuit. Vnde factum, vt nihil aquei humoris ad vesicam transmitteretur, eiusdemque pars ad ventriculum transmissa vomitione excitaret, pars in habitum corporis dispergeretur, Marcellus Donatus etiam, *lib. 4. histor. med. mirab. cap. 38.* refert. Priorem quendam Mantuæ vrinæ suppressione laborasse, eadem proculdubio de causa, cum nihil mali in renum, vretum, vel vesicæ regione perciperetur, tandemque corpus vniuersum intumescere cepisse, cute pellucida apparente mollique, ita vt vrinam sub ea contineri facile videri posset, qui tandem leui continuæque febricula accedente, mortuus est.

Curatio.

Curatio causæ ablatione perficitur. Ideoque Curatio quænam ea sit, diligenter inuestigandum. Si sup;

pressio vrinæ sit ab inflammatione, qua ratione ea curanda sit, iam antea dictum, si à calculo, vel crassa pituita, vel grumo sanguinis, vel pure, itidem, qua ratione nec obstructio tollenda sit, antea monstratum. Si ex imbecillitate renum à frigida intemperie contracta, curatio instituenda, vt supra, cap. 2. dictam. Inueniendi nimirum clysteres calefacientes, exhibendæ confectiones aromaticæ: Extra quoque olea, vnguenta & emplastra calefacientia adhibenda.

Vbi tamen serum ob renum imbecillitatem non secernitur, naturæ succurrendum, & medicamentorum ope id à crassioribus succis separandum, vt tenuius factum & aliquomodo erga renes concitatum facilius à renibus, etiam imbecilibus, attrahi possit. Faciunt huc medicamenta diuretica in Institut. lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 13. proposita, è quibus postea varia alia medicamenta parantur. Vitale est & vinum, in quo radices raphani rusticani, vel ononidis, vel amygdalæ amaræ contusæ, aut nuclei Persicorum contusi macerati fuerint. Vtiles etiam sunt emulsiones seminum quatuor frigidorum maiorum cum nucleis Persicorum, malorum Armeniacorum, ceraforum & amygdalar. amarar. Vtiles quoque sunt aquæ diureticiæ, quæ passim extant, vt & acidulæ.

Diuretica
ando
habenda?

De diureticis tamen hoc semel monuisse sufficiat, ea non cum cibo, sed hora vna atque altera ante cibum exhibenda esse, cum, si cibus misceantur, chylum crudum è ventriculo ad vias vrinæ secum rapiant, vnde nec ipsum vinum, quod cum cibo bibitur, acidulis diluendum, narratque Guiliehmus Fabricius, cent. 3. obs. 72. historiam cuiusdam, qui cum acidulas biberet, & confectione seminis anisi, vt vocant, simul ac flatus discutiendos vteretur, ipsum semen anisi cum vrina excreuit, & alterius cuiusdam, qui cum in vrinæ retentione gammadros confusos & grana alkekengi contusa ex vino albo iunxisset, vrina ita commota fuit, vt acini granorum alkekengi cum vrina excreuerentur. Etsi verò diuretica medicamenta non tantam vim, vt acidulæ, habent, simile tamen quid præstare possunt. Vbi vero facultas impeditur in excernenda vrina ob vasorum angustiam, curatio instituenda, vt supra sect. 1. cap. 4. de vasorum in renibus angustia diximus.

CAPVT II.

De Diabete.

Diabet.

ETIÀ Diabete commodè etiam inter symptomata, quæ in mictione accidunt, referri possit: tamen quia ab Autoribus plerisque inter renum affectus explicari solet, cum etiam hoc loco proponere libet, imprimis cum hic nullum in vesica sit vitium, sed symptoma hoc vel à renibus, vel aliis partibus superioribus, per quas serum transit, proficiatur.

Διαβητις à διαβαίνω, id est, transeo, quòd scilicet vrina cito transeat, nomen habet. Alij βήραον ἢ βήρα, hydronem ad matulam, alij vrinæ prefluentiam, alij διαβήτιον ἢ βήρα, alij διαβητικὸν ἀπὸ τῆς διαβῆτις, à siti vehementi, quem patiuntur ægri, nominant. Affectus sanè rarus est, quem Galenus bis tantum vidit, vt 6. de loc. affect. cap. 3. refert, scribit etiam Rabbi Moses part. 8. aphorif. quod non viderit diabete in occidente, neque audiuerit à suis Doctoribus, quod eam viderint. Plurimi etiam alij Medici eam non viderunt. Solet autem vrina in hoc affectu copiosissime profluere, viditque Scholiographus Høllerij quandam quotidie sex pintas

Operum Sennerti. Tom. III.

A Luterianas eminxisse. Dodonæus, vt cap. 42. obser. medicinal. refert: quendam vidit, qui vno die amplius, quàm quadraginta libras vrinæ reddebat. Notabilis etiam est hystoria, quam Marcus Gattinarius, in 9. Rhaf. cap. de cura inuoluntarij exitus vrinæ, & Cardanus, lib. 8. cap. 44. de rerum varietate refert. Chæsti 1481. palli est superfluum vrinæ profudit adeò vt singulis diebus vrinæ libras circiter 36. emingeret, cum ex potu & cibo non plus septem libris assumeret. Cumque hoc 60. diebus perleueret, emisit vltra cibi & potus quantitatem libras 1740. quod pondus longe excedebat pondus puellæ, etsi tota in vrinam fuisset resoluta; cum puella non potuerit excedere pondus 255. librarum, imò nec 130. attingeret. Savata autem est post duos illos menses à Medico Francisco Busto. Cautiam huius symptomatis statuerunt Medici fuisse aërem, qui in arteriis vbique continebatur, qui in æquam conuersus fuerit, cui alius aër successerit. Cardanus addit frigidam & humidam aeris intemperiem. Potus etiam parùm vel nihil mutatus reditus. Vnde cum hienteria, quæ magnam appetentiam comitantem habet, diabete comparant, vt sicut in hienteria illa cibi auidè expectantur, statimque per aluum deiciuntur: ita renes trahant ab epato potentia, & iterum ad vesicam denutiant. Verum cum de hoc aliquid dubij occurrat, dicitur de eò intrâ, quæst. 1.

Admiranda
dom y ma
pondus ex
cretum

C Causæ.

Causam vero huius affectionis reddere difficillimum, & pauci Auctores inueniuntur, qui ea reddendâ inter se conueniunt. Nos in re obscurâ, saluo cuiusque iudicio, statuimus, proximam huius mali causam esse facultatem renum retentricem lesam, & quidem ab vrinæ vel copia, vel qualitate. Vrinx verò copix causam esse calorem viscerum, præcipuè epatis & lienis, quæ cum potum copiosius attrahunt, tàm humores in venis colliquant. Quanquam vero interdum etiam in hydropticis vel in febribus humor serosus copiosus per vriam euacuatur: tamen diabetes mictio illa copiosa non est, sed critica potius humoris serosi expulsio, quæ postea sponte cessat. Verum de hac controuersia postea prolixius, quæst. 2. dicemus.

Causæ.

D Signa Diagnostica.

Affectus hic primò paulatim & insensibiliter crescit, neque æger multum curat, etsi plas mingat, quàm conluexit, & ad potum vel aliam causam externam id refert. Sæpe etiam accidit, vt copiosior vrinæ excretio naturæ opus sit, quæ abundantes humores per vriam expellit. Vt ergo diabete incipientem ab hisce vrinæ profluentibus discernamus, videndum primò, an causa aliqua externa, vt potus vel similis præcesserit, quæ vrinam copiosam præbere poterat. Si verò naturæ opus sit copiosa mictio, paulo post illa mictio cessat. ægerque tunc magnam utilitatem percipit, morbusque, quo æger laborabat, soluitur, vel imminuitur. Si vero tale nil adsit, profluentium vrinæ id symptomaticum esse, indicio est, ægerque tum sensim ac paulatim semper maiorem vrinæ copiam incipit reddere, ita vt tandem longè potus quantitatem vrinæ quantitas superet. Vrina est tenuis, aquosa, cruda sine sedimento, in qua progressu temporis, tenuia quædam supernatant: adest assiduositas sitis & sitis, quæ tum à calore præternaturali, tum ab humiditatis nimia euacuatione ortum habent: corpus tandem extenuatur & contabescit: in visceribus æstus & ardor percipitur, & si vrinam aliquandiu contineant ægri, lumbi, coxæ, testes, cum grauitate intumescunt.

Signa:

Prognostica.

Prognostica. 1. Malum hoc plerunque lethale est, imprimis si non mox in principio cognoscatur eique idoneis remediis occurratur, hominemque ad tabem & mortem tandem deducit. 2. Et præcipue in senibus vix unquam curatur. 3. Diabetes etiam post immodicum laborem, post nimium Venenis usum, post febres chronicas plerunque incurabilis est.

Curatio.

Curatio. Ut verò in causis explicandis magna occurrit apud Autores dissensio: ita in curatione instituenda magna occurrit varietas & difficultas. Eò tamen res redit, ut ille caloris excessus, qui humores liquat, viscerumque intemperies, quæ facit, ut serum avidius attrahatur, corrigatur, & retentivis robur tam in visceribus, quam in renibus, tum in toto venoso genere confirmetur & augeatur. Itaque etsi nonnulli hic venæ sectionem tuadent: tamen quia vires iam ante deiectione sunt, & plerunque alius morbus præcessit, huic remedio vix locus est. Eadem ratio est purgantium, & vomitus, quos morbus coniunctus & vires deiectione vix admittunt. Multo minus sudorifera, quæ nonnulli, ut humores à centro ad ambitum corporis auertantur, adhibenda censent, tuta sunt, cum sudorifera cum medicamentis diureticis cognationem habeant, viscerumque calorem & acrimoniam augeant. Tunc erò, his omissis, ea saltem, quæ indicationes postulant, adhibere, quæ etiam saltem proponemus, cum illa generalia, si vis opus sit, alii de nece sunt. Parantur autem illa ex adstringentibus & roborantibus, ut rosæ rubris, plantagine, bursa pastoris, consolida, portulaca, coralliis, spodio & similibus. Ut: ℞. Rad. consolid. maior. plantag. an. ʒ j. fol. plantag. M. j. flor. ros. rubr. M. ʒ. bals. ʒ ij. myrob. cirrin. ʒ iij. sem. plantag. acetos. portulac. an. ʒ j. Coq. in vini rubr. lb̄ iv. vase clauso, Colaturæ adde Mينا Cydon. ʒ. iij. Vel ℞. Sem. coriandr. plantag. perinlac. flor. ros. rubr. an. ʒ i. corall. rubr. boli Armeni, marg. præp. rad. tormentill. an. ʒ j. nuc. mosch. ʒ j. Fiat peluis. Vel ℞. Conf. ros. rubr. ʒ ij. C. C. vsti præp. boli Armeni, corall. rubr. præp. an. ʒ i. Cum mينا Cydonior. F. Electuarius. Vel ℞. Conf. ros. rubr. aniq. ʒ iij. spodij, corall. rubr. C. C. vsti an. ʒ j. sem. plantag. portulaca an. ʒ. ʒ. mucilag. sem. cydonior. ʒ. ʒ. syr. Cydonior. q. s. Fiat Electuar. Possunt etiam exhiberi opiata, ut theriaca recens, Philonium Persicum, requies Nicolai, laudanum opiatum. Extra hypochondriis, renibus, epati, heni, lumbis adhibeantur epithemata, linimenta, vnguenta, cataplasmata refrigerantia & adstringentia ex succo vel aqua plantaginis, portulacæ, lactucæ, semperuiui, umbilici veneris, ceratum santalinum, vnguentum refrigerans Galeni, Comitissæ. Vel ℞. Ol. ros. myrtin. an. ʒ j. santali albi, rubri, flor. ros. rubr. corall. an. ʒ. i. succi plantag. ʒ. i. cera q. s. F. Vnguentum. Vel ℞. Aq. vel succi plantag. acetose, rosar. nymphae an. ʒ. iij. acetos. ros. ʒ. i. spec. ceroti santal. ʒ. ii. spodij, corall. rubr. an. ʒ. i. sem. ros. rubr. acetos. plantag. an. ʒ. ʒ. Misce. Fiat Epithema.

QVÆSTIO I.

An potus immutatus planè per urinam in diabete reddatur?

An potus planè immutatus in diabete reddatur? Galenus, 6. de loc. aff. cap. 3. & de crisib. cap. 12. in diabete celeriter id, quod bibitur; per urinam reddi, & quidem tale, quale bibitur reddi, docet. Idem tradit Alex. Trallianus, lib. 9. cap. 8. Aëtius, 1. etrab. 3. serm. 3. cap. 2. Aliique Medici plures, si-

A cut in lienteria cibus immutatus statim deiecitur: ita in diabete potum immutatum mox excerni tradunt. Amatus Lusitanus etiam, centur. 2. curat. 94. refert, Romanum quendam, qui vini meracioris potui indulgebat, & fœniculi marini dicti, seu Cretami muria conditi largiore victu vsus erat, in diabetem lapsus esse, & quicquid bibebat, statim & quale sumebat, per urinam reddidisse. Trineauellius etiã, lib. 10. cap. 11. de rat. cu. part. hum. corp. aff. scribit, quendam, febre maligna laborantem, cum nil biberet, nisi aquam gelidam, in diabetem incidisse, ut potus omnino immutatus redderetur, seruans eundem colorem, consistentiam, saporem, atque odorem. Alij tamen etiam potum mutari scribunt. Ita Dodonæus, obs. cap. 42. in Schol. scribit, potum, qui assumitur, non omnino talem reddi, qualis assumitur, sed in epate mutationem nonnullam accipere. Ioannes Baptista Syluaticus, controu. 29. in diabete potum non semper statim, sæpe etiam mutatum, perpetuò tamen auctum, & in maiore quantitate, reddi docet, scribitque interdum potus quantitatem esse vncias 25. urinam autem emitti ad vncias centum. Cum ergo alij viderent pro vtraque sententia experientiam pugnare, distinxerunt inter diabeten & urinæ profusum: sed sine ratione & exemplo; cum alij Medici sine discrimine hæc vocabula vsurpent. Idèoque in diabete non solum ad potum, sed etiam alia respiciendum. Sunt enim primò diabete quidam gradus. In principio enim, cum vires nondum deiectione sunt, & vix alteratrix nondum extremè laborat, non mirum est, si potus aliquomodo mutetur: temporis verò progressu, ubi vis alteratrix magis labefactatur, potus planè immutatus excernitur. Deinde potus etiam alius mutatur facilius, alius difficilius. Aquam, cum parum mutari possit, non mirum est, eodem colore & reliquis accidentibus non mutatis, excerni: alij verò potus, qui magis compositi sunt, non ita facillè transeunt, quin aliquam mutationem accipiant. Præterea id, quod in diabete excernitur, non saltem potus est, sed sæpe etiam accedit corporis colliquatio, unde plus urinæ emittitur, quam potus assumptum est.

QVÆSTIO II.

Quanam Diabete causa sit?

Causam Diabete reddere omnino difficile est, ob affectus raritatem, & Medicorum de eius causa dissensum. Vulgata quidem, & quam plerique sequuntur, sententia est, proximam huius mali causam esse renium intemperiem calidam, ob quam illi serum copiosius è venis attrahant, quod cum ob imbecillitatem & copiam retinere non possint, venas rursus à iecore, hoc ex intestinis & ventriculo trahere, unde orificium ventriculi vellicetur, ac sitis excitetur; qui assumptus mox à renibus & renibus attrahatur, atque iterum ad vesicam mittatur.

Verum rectè scribit hic Fernelius, de part. morb. & symp. lib. 6. cap. 13. vix aliquem deprehensum esse, qui copiosæ huius nuctionis non aliam intus causam haberet. Etenim calida intemperie multi laborant, neque tamen diabetem patiuntur. Neque præterea credibile videtur, renium attractricem facultatem tantam esse posse, ut ea etiam ad ventriculum vsque sese extendat, atque inde crudum potum attrahat. Trineauellius, de rat. curand. part. hum. corp. aff. lib. 10. cap. 11. in renium imbecillitatem à frigore contractam causam reiecit, probatque id exemplo Nobilissimi cuiusdam viri, qui

Quanam
diabete
causa sit

cum febre maligna laboraret, atque sitis esset impatiens, aquamque gelidam & in puteo refrigeratam biberet, renes tantam imbecillitatem ex refrigeratione contraxerint, ut potum omnino immutatum redderent. Verum si tale vitium in renibus fuit, quam ob causam tam subito ad renes potus peruenit? Si enim ij refrigerati atque imbecilles redditi fuerunt, attrahere præter modum non poterunt.

Plateri
Dientia.

Hæc omnia cum alij Medici docti animaduertent, & in solis renibus causam huius mali inuenire non possent, alias causas, sed diuersi diuersas assignarunt. Felix Platerus statuit diabete causam esse serosi humoris aut causæ morbi cum sero subitam & profusam quasi euacuationem, ut vniuersum quasi serum è corpore effluat, atque verum diabete, in quo subita corporis colliquatio cum calore & siti intolerabili excitata, febre ardenti atque colliquatiæ accidere, & proinde ut febris hæc rara est, ita rarum & periculosum symptoma ipsi copulatum esse existimat. Si quis tamen etiam citra febrem diabete fieri statuere velit, ob copiam potus in venis mesaraicis diu retenti & coaceruati, posteaque vi naturæ subito ad renes propulsi potius, quam attracti, & id admittit Eustachius Rhudius, *lib. 2. Pract. cap. 39.* præter renum calidiorem intemperiem se experientiã edoctum aliam causam inuenisse scribit, nimirum icteris caliditatem atque ventriculi retentionem læsam, atque in testimonium affert exemplum cuiusdam, in quo quæ mungebantur, non solum odore & consistentiã assumptæ potioni similia erant, verum etiam feces alui multo vino, quod copiosissime ingurgitauerat, perfusæ erant, eumque non admodum emaciatum fuisse, & auxiliis refrigerantibus potissimum & corroborantibus non multo post tempore à diabete fuisse vindicatum.

Ioan. Baptista Syluaticus, *controu. 31.* nouum quid, quod à nemine in hunc vsque diem animaduersum sit, se allaturum promittit: postea tamen ipse Galenum, *6. de loc. affect. cap. 1. 3. de caus. sympt. cap. 2.* Aretæum, *lib. 2. de caus. diuturn. affect. cap. 2.* Aetiuatum, *lib. 1. meth. cap. 11.* idem docuisse refert. Statuit verò insignem calidam intemperiem in epate & toto venoso genere succensam sanguinem fundere, eiusque portionem aliquam in serum mutare. Serum autem hoc ab extrema renum caliditate separari à sanguine & attrahi, quam deinde multitudinem cum illi ferre non possit, ad vesicam quod ruat, impetuose permittere, quæ pariter cum tantam feri multitudinem ferre non possit, ad eam expellendam insurgere. Atque his Autoribus posterioribus assentimur in eo, quod non tam in renibus, quam aliis partibus causa diabete quærenda sit. Sic enim, de quo tamen, ut ex superioribus patet, non immeritò dubitatur, quod renes fortiter attrahant: tamen nisi serum adsit, id attrahere non possunt, & renum fortis attractio feri seu vrinæ copiam iam præsupponit. Sicut enim, etsi à vesica vrina proximè profluit, causa tamen in vesica non residet, ac nisi vrina copiosa à renibus ad vesicam mitteretur, copiosa emingi non posset: ita etsi à renibus transmittatur vrina, tamen cur copiosa sit, causa non tam in renibus, quam in aliis partibus quærenda videtur.

Causa autem huius symptomatis, si in re obscura aliquid decernendum est, ut Galenus, *3. de caus. sympt. cap. 2.* Platerus, Ioan. Baptista Syluaticus dicunt, ἀναστοιχίωσις, resolutio & colliquatio quædam est, quæ in venis fit, in toto corpore, ab insigni epatis & venosi generis caliditate orta. Vnde

Operum Sennerti. Tom. III.

A Rabbi Moses, *part. 8. aphorism.* in Ægypto tales ægros intra decem annos, plus quam viginti se vidisse scribit, in Occidente verò nullos. Et plerumque febribus ardentibus & malignis malum hoc accidit, atque ea de causa etiam plerique in diabete refrigerationem & humectationem corporis commendarunt. Quia tamen ipse potus statim, & immutatus plerumque per vesicam in diabete redditur, secundum non absurdè coniungi posse potest imbecillitatem & laxitatem, non quidem ventriculi solum, ut statuit Rhudius, sed partium illarum, quæ aquosum humorem è ventriculo & intestinis ad epat & lienem ferunt. Hæ enim debito tempore cum cibo, ut eius sit ὄχνη & vehiculum, serum continere debent; quod si non faciant, subito ad renes ruit, atque imbecillitatem hanc à nimio aquæ frigidæ potu partes illæ contrahere possunt, sicut & illi nobili viro cuius mentionem facit Trincauellius, accidit. Potest tamen etiam epatis & lienis calor ad subitam istam feri attractionem aliquid facere. Adesse autem talem laxitatem in meatibus, per quos serum è corpore elabitur, vel illud testatur, quod Iulius Alexandrinus, in *Annot. ad cap. 14. libell. de substantia facultatum naturali* scribit, se, duosque alios Medicos in nobilissimi cuiusdam vini curatione, affectu diabete simulimo laborantis, vidisse reiecta cum vrina apij radicem frustula, quadrantis magnitudine nonnulla, quas ille radices Medicis incisi in sculis incoquendas curauerat. Semen etiam anili ac grana alkekengi cum vrina excreta fuisse, *præcedente capite dictum, & infra cap. 9.* dicitur.

CAPVT III.

De dolore Nephretico.

Dolor tandem quandoque renes vehementissime affligit, & acerbus ac dilacerans quasi in lumbis è regione renis alterutius, raro vtriusque percipitur.

Causæ.

Plerique statuunt dolorem hunc tantum ortum habere vel ab arena & sabulo in renibus collecto, vel à calculo renum substantiam atterente, vel absumpta substantia renis, quod interdum accidit, membranam renes ambientem vellicante. Et quidem verum est, à gumo sanguinis, vel pituita crassiore dolorem potius grauantem, quam vehementem, qui nephreticus appellari solet, excitari: obseruatum tamen etiam est ab acri sanie, vel sero, & omnino humorum aciam confluxu vehementissimos in renibus dolores excitatos fuisse. Ita scribit Desiderius Iacotius, *ad Aphor. 47. lib. 6. sect. 2. Coacar. Hippocratis*, in multis post mortem dissectis renes integros inuentos fuisse, qui tamen, dum in viuis essent, de renum dolore pertinaci conquirebantur, vel ex venis aut pulmonibus è confluente acri sanie, vel sero renum vasa distendente: & Hollerius, *comm. ad aph. 11. lib. 6.* refert, se vidisse quendam, qui intolerabili renum cruciatu affligebatur, qui nec phlebotomia, nec purgatione, nec aliis remediis mitigari potuit, nisi hæmorrhoidibus apertis. Simul enim, atque per eas aperta est via, dolor quieuit.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hic dolor è situ & loco. Etsi enim dolor colicus cum nephretico magnam habeat cognationem: tamen renum dolor fixus est, vno loco è regione renis, & si extendatur, secundum vterius ductum versus vesicam & inguina extenditur:

D d iij

dolor verò colicus versus ventrem vagatur. Vomitus etiam plerunque molestus est, quo omnia, quæ in ventriculo continentur, & tandem etiam bilis, reicitur, ob membranarum quæ hæc partes coniungunt, communionem. Respiratio est parua & cita vrina in principio cum difficultate aliqua redditur, & est aquea & cruda; Hinc fit turbida, & aliquando etiam cruenta. Arenulæ interdum in vrina apparent, nunc flauæ nunc rubræ. Decubitus in partem affectam dolorem minuit, in contrariam exasperat.

Prognosticon.

Prognosticon. Ut omnes dolores: ita & hi vires deiciunt, Quid autem de curatione sperandum sit, ex iis, quæ supra de calculo renum, eorumque exulceratione dicta sunt, patet.

Curatio.

Curatio. In curatione ad duo respiciendum, ad causam ipsam doloris, & ad dolorem. Qua ratione calculus, qui plerunque doloris nephritici causa est, tolli possit, supra, cap. 6. dictum. Hoc tamen etiam obseruandum, si dolor sit vehemensissimus, & corpus plethoricum, ac metuendum sit, ne ex sanguinis ad renes affluxu renum inflammatio excitetur, venam in cubito aperiendam esse. Si à fame vel sero aut alio humore acri dolor excitetur, is temperandus. In quem usum commodè exhibetur emulsio seminum quatuor frigidorum maiorum cum aqua hordei, fragorum malux, decocto glycyrrhizæ & similibus. Ad dolorem leniendum anodyda & quæ vias laxant, vt calculus loco suo moueatur, & in vesicam descendat, vnde omnis do-

Alor subito cessat, vsurpanda. Clysteres emollientes hic vtilissimi sunt, qui dolorem mitigant, vias laxant, simulque flatu, qui intestina distendendo, renesque ac vteres comprimendo, dolorem augere solent, tollunt. Vt ℞. *Radic. althææ* ℥. i. *pariet. violar. althææ, branca vrsina* an. M. j. *flor. chamamel: summit. anethi* an. P. ij. *sem. lini, fænugrac.* an. ℥. b. *caritas num.* v. Coq. in aq. vel lacte Colatur ℞. ℥. x. *cassia extracta* ℥. i. *olei amygd. dulc. lilior. albor.* an. ℥. j. b. *viticos onin.* ij. Fiat clyster. Propinetur etiam decoctum radicum althææ, glycyrrhizæ, malux, parietariæ, & passularum; item emulsio quatuor seminum frigidorum maior, & papaueris. Extra applicentur forus ex decocto rad. althææ, lilior. alborum, malux, parietariæ, branca vrsinæ, floribus chamæmeli, meliloti, semine lini, fænugraci, linimenta ex oleo dulci, amygdal. dulcium, lilior. albor. vnguento althææ, pinguedine gallinæ, anseris, anatis. Si ista non satisfaciunt, vtilissimum est aquæ dulcis balneum, ex herbis modò enumeratis paratum, idque, si opus, aliquoties repetatur. Cum verò dolor statim tollatur, si calculus in vesicam descendat, ad id promouendum cucurbitulæ secundum vterum ductum applicatæ faciunt, de quo supra cap. 6. dictum & seq. dicitur. Reliqua, quæ hac de re dici possunt, supra cap. 6. de calculo Renum videantur. Sunt præterea alia symptomata, quæ à renibus originem habent, vt vrinæ cruentæ, purulentæ. Verum quia eadem in mictione, quæ vesicæ propria est, animaduertantur, postea de affectibus vesicæ de isdem agemus.





LIBRI TERTII

PARS VIII.

De Vesicæ præter naturam affectibus.

PROOEMIUM.

Serosus humor equidem, postquam à sanguine in renibus separatus est, usum amplius nullum habet, sed è corpore, ut inutilis, excernendus est. Si tamen id continuò fieret, ut in iis, qui vrina incontinentiâ laborant, magnâ cum molestiâ & incommodo id coniunctum foret. Quapropter rerum Creator sapientissimus receptaculum condidit, in quo vrina colligatur, ut collecta, postea simul excernitur; quod vesica urinaria dicitur. Quæ ut plurimum caperet, & rotunda est, & eam substantiam habet, ut extendi & contrahi possit, & ne vrina continuò efflueret, orificio eius musculum addidit Sphincterem, quo contracto vrina pro nostro arbitrio retinetur, laxatum per meatum urinarium effluit, sicut ista ab Anatomicis pluribus describuntur. Et cum partes omnes benè se habent, & secundum naturam constituta sunt, etiam vrinæ excretio recte fit, si verò quid mutatur, ea læditur.

Postquam ergò de renum & Ureterum præter naturam affectionibus diximus, proximum iam est, ut de Vesicæ præter naturam affectionibus dicamus. Agendum ergò erit hac in parte huius libri de Vesicæ intemperie, numero mutato, calculo, Vermibus, & aliis rebus præter naturam in ea repertis, distentione, inflammatione, siue mutato, Vulneribus, scabie, & ulceribus, morbis meatus urinarii: Symptomatibus item, quæ vesicæ & in vrinæ excretionem accidunt: puta de dolore vesicæ, eiusque stupore & resolutione, & vrinæ suppressione, & imminutâ excretionem, stranguriâ, vrinæ ardore, mictione inuoluntariâ, & vrinæ incontinentiâ, de vrinæ colore mutato, & rebus alienis cum vrinâ excretis, ac vrinæ per aliena loca excretionem.

SECTIO PRIMA.

DE VESICÆ MORBIS.

CAPVT I.

De intemperie & angustia Vesicæ, & numero mutato.

Impe-
ries sic.
T primò morbos intemperie quod attinet, ut alia corporis partes omnes eos, quos continent, humores, atque adeo ipsa excrementa, alterandi vim habent: ita etiam procul dubio vesica quem à renibus accipit humorem serosum non solum aliquandiu continet, sed & alterat: idque innata sua temperie perficit. Mutatur verò ea interdum præter naturam, & plerumque intemperies hæc est frigida, (calida enim sine humorum affluxu, qui fit in inflammatione, vix datur.) Excitant autem eam causæ vim refrigerandi habentes, cum internæ tum externæ. Intemperies frigida cognoscitur ex vrina alba, viscosa, surfuracea, quæ guttatim stillat; atque ex causis, quæ vesicam refrigerandi vim habent, si præcesserint. Curatur au-

tem medicamentis vesicam calefacientibus; nuce moschata, macere, betonica, glycyrrhiza, baccis iuniperi, extra illinatur regio vesicæ oleo nardino, anethino, & similibus.

Vesicæ angustia.

Vesica etiam præter modum naturalem interdum angustior est, facitque eius mentionem Galenus, *ari. med. cap. 72.* dum scribit: cuidam vesicam contigisse ita expositam ac paruum, ut si quando vrinam tardius excerneret, tumor quidam circumscriptus manifestè cerneretur. Verum talia vitia abortu contracta vix arte emendantur.

Numeri vitium.

Numeri etiam vitium quandoque in vesica deprehensum est, Volcherus Coiter, *in obs. Anat.* in virgine quadam inuenit duas vesicas urinarias,

Vesicæ angustia.

Numerus vesicæ mutatus.

Dd iij

alteram naturali & sua sede collocatam, alteram ex A
matricis colli dextro latere prognatam, naturali ve-
fica duplo quasi maiorem, lotij plenissimam.

CAPVT II.

De Calculo Vesicae.

Calculus
vesicae.
Causa.

Calculus vero frequentissimum vesicæ malum
est. Qua ratione autem calculus generetur, in
genere supra cap. de calculo Renum dictum, quæ
etiam hic locum habent, atque omnino statuimus,
vim quandam lapidificam existere in materia, ob
quam ea suapte natura ad concretionem tendit, ca-
lorem verò & frigus ad hanc concretionem non
sufficere. Calorem enim quod attinet, non est cre-
dibile, tantum in vesica calorem esse, qui, vt in re-
nibus, aliquid ad calculum generandum facere pos-
sit, ac tanta semper aquæ in vesica copia est, vt
exiccationis illa exempla, quæ afferuntur, huc nullo
modo quadrent. Alij igitur à frigore vesicæ, seu ca-
lore nimis debili hoc fieri statuunt. Quam senten-
tiam vt suo modo non reuicimus: in eo tamen pro-
bare non possumus, quod frigus hic primaria con-
cretionis calculorum causa sit. Neque enim tan-
tum inquam frigus in vesica dari potest, quod ex-
terno frigori congelanti respondeat. Hoc magis
credibile est, vrinam in vesica etiam, vt de renibus
dixi, aliquam alterationem (neque enim natura vn-
quam otiosa est) suscipere. Si ergo temperies vesicæ
non rectè sese habeat, fieri posse putamus, vt
quæ vrina clara fieri debebat, partibus omnibus
eius exactè mixtis turbida maneat, ac crassiores &
tartareæ partes aquosis non exactè permixtæ ad fun-
dum vesicæ subsideant, atque ibi vi insita ad coa-
gulationem tendente concrecant & lapidescant.
Et omnino hic simile aliquid fieri existimamus, qua-
le sæpe in stranguria accidit, vbi vrina non satis
cocta & elaborata turbida est, acrimoniam obtinet,
naturamque ad excernendum stimulat. Hoc tamen
hic etiam perpendendum, an solius vesicæ vitio hoc
fiat, & an talis cruda vrina non etiam renum, imò
& epatis vitio fieri & ad vesicam transmitti possit.
Debet enim serosus humor qui ad vesicam transmittitur,
ita dispositus esse, vt partes terræ ac tartareæ cum
aquosis exactè permisceantur, & vna è corpore ex-
cernantur. Quod si non fiat, & aquosa pars seorsim
excernatur, crassa vero subsideat & subsistat, cal-
culus inde generatur. Non negari tamen potest, ad
calculi generationem etiam plurimum facere posse
vesicæ siccitatem, quæ idoneum calculo subiectum
præbet. Neque Galenus frigiditati simpliciter caus-
sam concretionis tribuit, sed hoc saltem scribit, in
Epidem. comm. 3. aph. 15. vrinæ crassitudinem mul-
tam in vesica collectam, si diutius intus permanse-
rit, coagmentandi, concrescendique initium ca-
pere, & postea quicquid iterum crassum in vesicam
delabitur, primo agglutinare, & non frigiditatem
causam proximam calculi statuit, sed vrinæ crassi-
tudinem calculorum primam potissimamque caus-
sam esse dicit. Et ideo pueros calculis magis esse ob-
noxios, quia vrinas crassissimas reddunt. Concre-
tionis verò modum eum esse docet, qui lapidum est
in aquis calidis nascentium sponte, causamque con-
cretionis præcipuam non temperamentum vesicæ,
sed materiam, è qua fit lapis, qualitatem esse dicit.
Cur autem pueri magis calculo vesicæ, adulti verò
calculo renum sint obnoxij, supra *allegato loco de
calculo renum* dictum.

Signa Diagnostica.

Signa: Hippocrates, 4. de morb. quinque signa calculi

vesicæ ponit; vbi, *inquit*, calculus in vesica adest,
æger, vbi meiere vult, dolore affligitur, & vrina
paulatim fluit, sicut in vrinæ stillicidio, & vesicæ
inflammatio adest, & vrinam subcreuantem, & non-
nunquam arenosam emingunt, nonnunquam & la-
pides paruos eum vrina excernunt. Quibus, *in lib.
de aer. ag. & loc.* addit & hæc, quod pueri calculo
laborantes fricant & vellicant pudenda, adest præ-
terea penis tensio & ponderis sensus in vesica perci-
pitur, & ægri nullo modo quiescere possunt, sed
crebro mouentur & cura alternatim mouent. Anus
quoque in consensum trahitur, & tenesmo ægri
laborant sæpe. Præterea si calculus grandior sit, ex-
plorari potest, immisso in anum digito vel cathete-
re aut candela cerea in vesicam immissa. Qui ta-
men posterior modus explorandi semper certus non
est, vbi nimirum calculus pituita & corpore q. quo-
dam lubrico inuolutus est, cuius rei historias vide
apud Schenkium, *lib. 2. obseru. 269.* Potest & isto
modo explorari calculus, si vbi vrina supprimitur,
æger supinus locetur & cruribus eleuatis concutia-
tur. Si enim vrinam tunc reddat, signum est, orifi-
cium vesicæ à calculo obstructum fuisse, qui eo mo-
tu ex eo excussus est.

Exstat de arenulis aphorismus Hippocratis, 79.
*sect. 4. Quibus in vrinis arenosa subsident, his vesica
calculo laborat.* Qui valde interpretes torfit.
Nam & renibus laborantibus arenosa subsident, &
citra calculum seu renum seu vesicæ arenosa sæpe
minguntur, quæ in iecore & venis, aliquando in
sanis, aliquando in febrium declinatione generata
cum vrinis excernuntur, vt de calculo renum di-
ctum est, scribitque de se Cardanus, *in comment. in
alleg. aphor.* qui ibi de calculo videatur, sibi iam ab
annis 30. primo ruffas, postea etiam albas arenas
quotidie & copiose, citra tamen omnem calculi &
renum & vesicæ suspicionem, prodiisse, additque
vix è decem vnum esse, qui ab hoc vitio (mingendi
arenas) immunis sit; cum tamen rari sint, qui re-
num calculo laborent, rariores qui vesicæ, & con-
tra multi calculo vesicæ laborent, qui nullas are-
nas emingunt.

Verùm sic, quæ supra diximus, diligenter per-
pendamus, non difficile erit, sabulosum illud in cal-
culo laborantibus discernere ab eo, quod illi qui
calculo non laborant, emingunt, & aphorismo sua
veritas maxima ex parte constare poterit. Dicit
enim Hippocrates, quod in calculosis *ἢ τῶ ὕδα φαι-
μύδια ὑπιστάται*, arenosa subsident, in iis verò, & qui
calculo non laborant, sabulosa & arenosa illa non
subsident, sed matulæ parietibus adhærescunt, vel
sedimento, vel etiam superficiem vrinæ innatant.
Neque etiam propriè sunt *φαιμύδια*, id est, lapidum
frustilla & particulæ; illæ, quæ in iis, qui calculo
non laborant, eminguntur, sed friabilia corpuscula
tartarea, salis naturam quasi referentia.

Rubra etiam plerumque sunt, cum quæ calculi
sunt partes plerumque sint albi, vel cinerici, vel al-
terius coloris. Præterea in calculo laborantibus vri-
næ quandoque crassæ, quandoque tenues & aquæ
quasi eminguntur, quod in reliquis non accidit.
Arenulæ etiam verè ita dictæ solius vesicæ laboran-
tis indicia non sunt, cum ex calculis renum immi-
nutis vel contritis quoque excerni possint. Idèoque
qua ratione discerni possint, videndum. Nonnulli
quidam albas ex vesica, rubras ex renibus prodire
dicunt. Sed fallax hoc signum. Quapropter alia si-
gna coniungenda. Etenim si ex renibus proueniant,
poculdubio signa nephritici morbi aderunt, vixque
aberit frequens mingendi desiderium, cum vt ab
vrina copiosa natura ad excernendum stimulari solet,
ita à calculo præsentè continuò stimulari. Carda-

nus, *loss allegato*, eum, qui certus esse velit in calculo vesicæ laboret, equitare iubet, saltare exercereque paulo vehementius, aut assumere lapidem comminuentia medicamenta, & hinc urinam inspicere. Nam si tribus aut quatuor diebus pulsus appareat, lapis est durus, si lapidum frustra & quasi arena, tophus est, si nihil horum appareat, lapis procul dubio non est.

Prognostica.

1. Calculus vesicæ malum est, quod non facile curatur, & nisi curetur, periculo non vacat, atque ipsa curatio sæpe periculo non caret. 2. Cum enim duo sint auxilia calculi grandioris, & qui per urinarium meatum expelli nequit, tollendi, eius per medicamenta comminutio, vel sectio vesicæ facta, extractio, prius rarè aut nunquam profuisse ceniet Mercatus, etiam Capiuaccius scribit, fateor me nescire, quæ calculum in vesica frangere queant. Et Erasus, *consil. 26.* persuasum, inquit, habeo, lapidem vesicæ frangi remediis intra corpus assumptis non posse. Experientia tamen testatur, aliquando lapides in vesica medicamentis comminatos fuisse, ut postea dicitur. Et non esse nulla remedia, quæ calculum frangant, patet ex Monarde qui *lib. 3. de simpl. med. ex novo orbe allat. capite de Cochis* scribit, Cochis apud Indos esse magnæ estimationis, cum calculos non solum in renibus, sed etiam in vesica comminuat. Idemque refert, adolescentem quendam calculo vesicæ laborantem, eum eum ad fontem de Petra cognominatum ablagasse, ibique duos menses subitisset, à calculo liberum rediisse, & omne lacum, quod paulatim eiecerat, denuo in lapideam figuram concretum secum in charta detulisse. Videantur huius generis plura apud Schenexium, *lib. 3. obseru. 218.* Verum tamen hoc nonnulli esse existimant tantum de eo lapide, qui à renibus in vesicam descendit, & ibi augmentum sumpserit. Verum rationem diversitatis & causam nullam video, cur si hoc possit medicamentis comminui, ille qui in vesica concretus, non possit. 3. Lapidis per sectionem extractio etiam lapidem tollat, nonnunquam tamen mortem accelerat, quod periculum veritus Hippocrates, iuramento suos discipulos obstrinxit, ne laborantes lapide secarent, sed expertis huius artis hoc negotium permitterent. 4. Et quidem lapides grandiores non sine periculo extrahuntur, cum extractio conuulsionem accersat, quæ plerique moriuntur. Minores vero vel non apprehenduntur, vel apprehensi effugiunt aut franguntur: Mediocres vero tutius extrahuntur. 5. Nonnunquam calculus vesicæ adhæret, qui ferè incurabilis est, cum etiam sectione sine vesicæ laceratione extrahi non possit. 6. Facilius eniuntur & extrahuntur calculi vesicæ in malioribus, quia breuem & amplum habent urinæ meatum.

Indicationes & Curatio.

Quæ de calculo renum dicta sunt, etiam hic locum habent. Danda nimirum opera Medico, ut calculi, qui gignitur, generatio & augmentum prohibeatur, calculus iam genitus tollatur, & dolor sedetur. Prohibetur generatio calculi, si gignendo materia non suppetitur, victu scilicet recto instituto & euacuationibus necessariis adhibitis, et si quid concreseat, abstergatur, comminatur, & expellatur. Generatus vero est comminendus medicamentis, ut particulatum excernatur, vel opera chirurgica extrahendus. Victus quidem ratio eadem sit, quæ in calculo renum est proposita. Causa quoque antecedens eodem modo tollenda, ut ibidem dictum.

Ut vero calculus, qui generari incipit, maturè

A tollatur, antequam in lapideam duritiem vel maiorem molem concreseat, danda opera. Quæ propter, si ex ardore urinæ cum pituitosis excretis agnoscatur, lapidis rudimenta in vesica esse, ad calculi comminutionem statim confugiendum. Et primo quidem incipiendum à nutrioribus & hinc ad tortiora adicendum. Mercatus quatuor classes horum medicamentorum constituit, & in tertia classe recenset ea, quæ improprie lapidem frangere putat, & abstergendo tantum atterendoque superficiem hic prodesse dicit. Et talia docet esse omnia, quæ sua asperitate abstergant & veluti atterunt. Duo in corpora aspera simul collata atteruntur. Atque in hanc classem refert etiam *lapidem spongiae, hinc, cinerem corticum onorum, lapid. in vesica nominis vel apris, vel vesica fellis bovis reperitum & similia.* Verum parum probabilis est hæc opinio. Talia enim non integra exhibentur, ut asperitate suâ lapidem in vesica atterere possint, sed in subtilem puluerem comminata, imò soluta & in magisteria, quæ appellant, redacta, ubi non minus efficacia sunt. Vero magis consentaneum à spiritu salino; qui in us est, sese in lapidem insinuante, atque ita in minima eum solvente, hoc fieri, eodem modo, quo ab aquis fortibus metalla & mineralia, ab aceto corallia margaritæ & similia soluantur.

Quæ autem hæc medicamenta idonea sint, antea de calculo renum dictum, & plura etiam postea recensentur.

Calculum vero fractum quod attinet, etsi, ut in *prognosticis* dictum, medicamentis, quæ eum frangere dicuntur, pauci aliquid tribuunt, & Mercatus etiam scribat, se multis annis experimento hiddissimè obseruasse, & à veteribus ac probatissimis huius temporis Medicis obseruatum accepisse, nullum eorum auxiliorum, quæ ad calculum frangendum commendantur, admodum sanitati fuisse restitutum, & certum sit, calculum vesicæ longè difficilius comminui & frangi, quàm calculum renum, & eos, qui in magnam duritiem concreuerunt, vix villo modo comminui posse: tamen eos, qui ita duri non sunt, medicamentis quandoque resolui, ut luti vel arenularum formâ excernantur, experientia testatur.

Historias huius rei ab Vnzero, *lib. 1. de Nephritide cap. 19.* collectas, ex Conrado Gesnero in principio Euonymi, Scaliger. *exercit. 324. sect. 8.* Monard. *lib. 1. simpl. medic. ex novo orbe allatar. cap. de Cochis.* Libau. *tom. 1. syntaxm. lib. 2. cap. 29.* Horat. *Augen. tom. 2. lib. 9. epist. 8.* hic repetere nolo. Illud saltem referre licet, quod *Uvilketino Laurembergio, Professore Epiſcopienſi* accidit. Is, ut ipse de se refert, provecſta iam ætate calculo vesicæ obnoxius factus est: eo tamen, Ichthoz auxilio, vi medicamentorum admirabili, & labore molestissimo quidem, atque indefessè, rursum liberatus est. Cui enim acerbissimum dolorem nephriticum passus esset, animaduertit, calculum per veterem sinistram in vesicam descendere, & cum glanduculo scisset, in vesica integrum libuisse, illicque affluentium sordium copiam partem adactum fuisse, spatio 6. septimanarum. Qui cum varias molestias exhiberet, & nucem Ponticam quare deprehenderetur, ac citra sectionem exire non posse putaretur, ipse vero periculo summo huic auxilio sese subicere nollet, de aliis remediis cogitare cepit. Primum ergo liquorem illum nephriticum celeberrimum, magnoque apud principes in pretio & vii habitum expertus est, qui ita paratur. *22. Salis tartari albi ʒ. i. Aquæ petroselinæ lb. j.* Misce, & per chartam bibulam transeolatur & liquor color croceus corticibus au-

Calculum comminuentia.

An medicamenta que- dam asperitate sua calculum frangant?

An calculus vesicæ medicamenta calculum frangentia tolli possit?

Historia Vvilketino Laurembergio à calculo vesicæ liberati.

Liquor Nephriticus.

Prognostica

In cationes Curatio

rantiorum concilietur. Vsurpauit etiam gemmam illam Indicam, Igiada Hispanis dictam, ad calculum frangendum celeberrimam. Sed vtriusque remediij nullam vim deprehendit. Ergo inter reliqua, quæ ad calculum comminuendum commendantur, pharmacum ex asellis experiri voluit, quo duos adolescentes vesicæ calculo laborantes feliciter sanatos esse Horat. Augen. proficitur, tom. 2. Epist. Med. lib. 9. his verbis: *Ego bis in hunc diem vsus calculum vesicæ fractum vidi, primo casu, mox de liberatione, atque maturatione consultatione addita Casus fuit, filium Janæbi Pontificij Typographi Romæ expurgandum susceperamus, ut postea in uxor ad ipsam sectionem accederet. Tentauerat enim ante omnia remediorem genera, cum a Medicis Venetis, tum Florentinis prescripta. Cum verò nullam utilitatem subsequi deprehenderet, secari cupidus Sacerdotem iussi accersere, ut si ex sectione moreretur, anima fuisset consultum. Requisitus fuit ex Societate Jesu, qui audita confessione ab agroro, & cognito morbi genere proponi illi pharmacum, ut dicebat, magni vsus, de quo & in seipso & in aliis periculum fecisset. Experiri placuit, neque facti paenituit. Nam qui proximè incidi debebat, liber ab omni calculo nono die fuit. Pharmacum à Jesuita ei datum hoc erat:*

Curacionis calculi vesicæ historica dux.

Pharmacum ex asellis.

℞. Pulv. millepedum prapar. ℥. j. ad summum ℥. iv. aqua vite ℥. ℔. Iuris cicer. rubr. ℥. ix. vel x. Capiat horis ante prandium quinque. Ego verò inueniẽtem annorum 18. calidi & sicci temperamenti totius corporis curaturus duxi imminuendam quantitatem aqua vite, & ubi singulis diebus datum alteri fuit antidotum; huic alterius dari iussi, & pro refrigeratione totius corporis aqua fabarum & fragorum an. ℥. v. propinari intermedio die, cum gutt. vi. olei de chalcant. & ℥. j. iulebi violati. Hoc autem modo pharmacum praebebam. ℞ Pulv. asell. prap. ℞. j. aqua vite ℞. ij. decoctionis cicer. rubr. ℥. viij. Misce. Capiat horis sex ante cibum. Hactenus Augenius. Ad imitationem ergo Augen. j. præmissis vniuersalibus, & exquisita victus ratione instituta accepit, asellor. prapar. ℞. j. Spiritus iuniperi ℞. ij. iuris cicer. rubr. ℥. x. Quo mane assumpto prima & secunda vice à sumpto medicamento tribus aut quatuor horis quandam pectoris compressioem percepit, & quasi imminens animi deliquium, ut necesse haberet theriacæ ℥. j. potioni admiscere. Atque ita remedio hoc totos 15. dies vsus est. Sed toto hoc spatio ne minimū quidem sabuli expurgari reperit. Itaque alia addenda ratus sequenti medicamento vsus est, quod ℞. Asell. prapar. ℥. ij. lepor. prap. sanguin. hirci prapar. spongia rosar. syluest. sem. violar. purpurear. an. ℥. j. spec. lithontribi ℞. ij. Misce. F. antidotum. Huius antidoti accepit ℞. ij. decocti, diuretici ℥. x. spir. iuniperi ℞. ij. Quod medicamentum ubi mane hora quinta hausisset, secunda vice post horas plus minus quatuor, sub pubis osse ad regionem ostij vesicæ magnos sentire cepit dolores. Paulo post parum vini proflebat, & cum ea lamellæ exiguae instar squamæ piscis subrubræ, quæ licet aliquam visciditatem habere viderentur ad tactum, tamen in sabulum resoluebantur, ita ut manifestò appareret, tunicam vel crustam esse à maiore calculo solutam. Cuius medicamenti vsum cum continuaret, interdum tertio, interdum quarto, nonnunquam quinto die, huiusmodi lamellæ crassiores, & fragmenta sepe grandiuscula profluxerunt, & præsertim ubi lauacro aquæ ducis uteretur. Cū verò & à calculo & ab eius fragmentis officium vesicæ esset fauciatum, ad leniendū dolorem medicamentis vsus est. Atque ita horum medicamentorum vsu 17. septimanarum spatio à calculo isto liberatus est.

A Decoctum diureticū hoc fuit: ℞. Rad. glycyrrh. ℞. vi. alth. gramin. ononid. an. ℥. ℔. baccar. halicacabi num. xx. cicer. rubr. ℥. iv. uuar. pass. ℥. i. sem. 4. frig. maior. an. ℞. j. hordei M. ij. Ccq. in ag. alexengi, ononid. fragor. flor. fabar. an. ℔. j. ℔. Colaturæ adde syr. de althæa ℥. iij. Millepedes ita præparantur. ℞. Asellor. vior. ℔. ij. at circiter, diligenter abluantur aqua ononidis & à sordibus purgentur. Deinde vino Hispanico Petrosimeno dicto imbibentur, eoque lenim effuso coniciantur in ollas vitreatas, quando plures tanto melius, cum in vna ollam coniecti citra combustionem vel putrefactionē difficulter exicari possint. Hæc ollæ luto diligenter oclusæ in furnum à panis coctione calentem collocentur, ut moderato calore exsiccentur, & in puluerem redigi possint. Huic pulueri rursus infunditur sensim vinum Hispanicum, quantum imbiberi potest, & rursus exsiccat, istaque imbibitio & exsiccatio tertio repetatur, quarta vice hoc liquore irroretur, qui, ℞. Ag. fragor. ℥. iij. Spir. vitrioli ℞. i. ℔. Iterum pulvis exsiccat, & tenuissimè contritus in vitro vitæ teruetur. Recentes & alia ad calculum frangendum medicamenta Guilielmus Laemborgius, quæ in epistola hac de re ab ipso scripta videantur. Sunt quidam etiam in ea opinione, quæ à ratione aliena non videtur, aquas per catheterem in vesicam immitti lapidem frangi posse. Nam cum istæ aquæ nihil alterentur, & vni in nihil amittant in transitu, sicut medicamenta, quæ assumuntur, sed rectam vesicam ad calculum penetrant, vim suam in eum integrè exferere possunt: licetque extra corpus humanū in lapidibus è vesicæ extractis vel excretis, vel aliis dissoluendis prius harum aquarum vires experiri. Cardanus has conditiones in his aquis requirit, ut lapidem atterat, & ut vesicæ sint innoxie. Commendatque ille aquam ex cinere scorpionum, petroselini radice, lapidibus cancri, stercore columbino, parietaria, mauultque talem aquam parari ex plurimis simul mixtis, quam ex vno simplici.

Quod si nullis remediis calculus frangi possit, vel argo molestia illa & dolores sustinendi, tandemque tamen de vita periclitandum; vel si cetera vesicæ calculus eximendus, quæ ipsa tamen operatio non sine periculo instituitur. Quia ratione autem calculus è vesicæ extrahi possit, dictum lib. 5. Instr. part. 1. sect. 2. cap. 13. quæ hinc non repetimus. Hoc saltē addimus, alterius adhuc calculum extrahendi modi mentionem facere Franciscum Rousselum, de part. Cesar. sect. 3. cap. 6. 8. 9. quo contra veterum sententiam non per perinæum, sed per hypogastrium & membranosam vesicæ partem sectio instituitur, quam à Francone quodam, quicquid primus usurpauit, Franconianam appellat.

Deinde etiam peculiaris adhuc secundi rationis in fœminis mentionem facere Paræum, lib. 16. cap. 47. Imò cum à natura sæpe ad extremitatem meatus vrinarij calculi protrudantur, & quidem sæpe satis grandes, vnde vel artis opera extrahi possunt, vel etiam sponte excidunt, sectione illa in fœminis semper opus non est. Sic anno 1621. hinc ab anu quadam lapidem ferè ovi gallinæ magnitudine è vesicæ sponte excretum vidi. Cum enim meatus vrinarius in fœminis amplior sit & breuis, facilius, quam in viris, per eam expelli vel extrahi potest calculus. Verum qui plura de calculo vesicæ extrahendo cognoscere cupit, legat eruditum & absolutum tractatum de lithotomia vesicæ Guilielmi Fabricij Hildani, in quo omnia ad hanc operationem necessaria inueniet. Si calculus, cum in vesicæ hæret, officium vesicæ obstruat, &

Dec diure

Mi p. dum t. parat

Aquæ catheterem immitti vesicæ calculum frangi possit. Coniunctio in aqua

Sectio vesicæ Calculi tractus vesicæ Intra Rousselum modi extrahendi calculi vesicæ

Paræi candi in infirmitate

Lap. gallinæ magnitudine è vesicæ sponte excretus.

Calculi officium vesicæ obstruat.

retentionis vrinæ causa sit, æger vel supinus collocandus, & cruribus sublatis concutendus, vt lapis in cavitatem vesicæ recidat, vel cathetere dextrè adhibito à loco illo amovendus. Quandoque à natura calculus in meatum vrinarium proeruditur, vbi ille ob magnitudinem subsistit & hæret; qui qua ratione extrahendus sit, diximus in Institutionibus, loco antea allegato.

CAPVT III.

De vermibus & aliis præter naturam in vesicanatis.

Non solum autem calculi, sed & vermes in vesica generantur. Ita Aloysius Mundanella, *Dialog. 4.* scribit foemnam quandam, quæ interdum maximam vrinæ difficultatem patiebatur, & dolorem, dum mingeret, vehementem, nullo alio morbo aut symptomate affectam, tandem vermes sex digitos longos, viuos & rubentes eminxisse, quos ex humore pituitoso in vesica existente generatos fuisse statuit. Sic refert Dodonæus, in *annot. ad cap. 77. Beniuenij medicinal. obseruat.* viro cuidam vermem in vesica existentem multis modis molestum fuisse, quandoque etiam sanguinis mictu prouocato, donec tandem per penis meatum sponte egressus finem doloribus imponeret. Idem ab aliis etiam obseruatum. Cognoscuntur autem tales vermes vix certò, nisi simul cum, vrinâ excernantur. Tolluntur verò diureticis, quæ pituitam & crassos humores abstergunt, de quibus antea *de renibus* dictum, admittis medicamentis vermes necantibus. Cum calculis etiam & arenis duos vermiculos capite acuto corniculato, ventre & dorso testula inductis excretos fuisse cum vrina, refert Scholiographus, *ad cap. 50. libri primi Hallerij de morb. intern.* Se quoque minxisse vermiculos plures, albos, breues, tenuissimos, qui nec pediculi dimidium æquabant, diuque viuebant, scribit Cardanus, *6. meta. ad aphor. 76. sect. 4. Hippocratis.* Capillares vermes cum vrina excludos vidit Rondelæus, vt narrat, *in histor. aquatil. capit. de cancro fluminarij.* Argentius, *de cognoscendis morbis,* refert, se vidisse draconem alatum cum vrina reddiditum. Ambrosius Paræus, *lib. 19. cap. 3.* scribit, Ludouicum Duretum excreuisse cum vrina post longum morbum animal viuum, colore rubrum, cætera millepedi simile. Generantur & alia varia corpora in vesica, & tandem cum vrina excernuntur. Pituitam viscosam & longam, vt intestinum quoddam referret, concionatorem quendam per vrinæ canalem reddidisse, scribit Anderiacus, *dialog. de baln. & Cardanus, in comm. ad aphor. 79. lib. 9.* refert, Monachum quendam tantum pituitæ lentæ in matulâ simul concretæ, vt oui anseris magnitudinem superaret, sibi ostendisse, & tamen nunquam calculo laborasse. Hollerius, *inter rara, numero secundo,* scribit, quendam minxisse multa similia liquidis margaritis, admodum pellucida, alia crassiora, mediocriter cocto albumini oui similia. Ioannes Schenæus tandem, *in obs. suis,* scribit, se domi asseruare fasciculum variorum pilorum, substaurorum, terribiliorum, digiti longitudine, quibus hinc inde accreuit calculosa materia, qualis matulis vrinariis aliàs adhærescere solet, colore & odore prope modum sulphuris, in vesica cuiusdam mulieris Argentinæ natorum & cum intensissimis doloribus excretorum. Scribit etiam Alexander Benedictus, *lib. 2. cap. 22. Anatomie,* aliquibus quædam in vesica concrefcere, quæ nihil

à concheliis specie differant. Candelam etiam ceream per vrinarium meatum ad calculum amouendam imamilam, nec filo alligatam in ipsam vesicæ cavitatem incidisse, refert Amatus Lulitanus, *centur. cur. 20.* Fuit in ea extrahenda variè laboratum, ex argento subtiles forcipes immitti ad rostrum grani figuram parati, catheteres etiam varij: Verum nihil profectam, donec tandem chirurgus per anum digitum immitteret, ac paulatim ex vesica candelam ceream comprimendo extra mittere, eo moie, quo lapides ex vesica detradi solent. Hoc enim adiuumento candela cerea intertractandum liquefacta est, vt ea & ellychium liberè cum vrina exierit.

Candela in vesicam à lapsa.

CAPVT IV.

De distensione & inflammatione vesicæ ac situ eiusdem mutato. Distentio vesicæ.

Vesica equidem excipienda vrinæ dicata est, habetque eius officium sphincterem, quo clauditur, ne vrina essuat continuo, sed tum demum, vbi copia eius cumulata naturam ad excretionem irritat. Interdum tamen accidit, vt dum vel obstructo meatu vrinario, vel etiam, dum ob negotia aut pudorem & verecundiam obstantes, loco ad vrinam idoneam delitatus homo vrinam diutius retinet, supra modum vesicam ea distendat, vnde non solum dolor & molestia in ima ventris sede excitatur, sed & mictio planè impeditur, quod euenit, quia fibræ vesicæ, quas Hieronymus ab Aquapend. inter musculos refert, quarumque officium est, se contrahendo vesicam constringere & vrinam ex ea expellere, nimium distenduntur, vt postmodum se contrahere non possint. Malumque hoc sæpè satis periculosum est, & inflammatio vesicæ interdum inde excitatur, tandemque mors sequitur. Atque hac de causa vir quidam nobilis, Mathematicus celebris cum in conuiuio inter scæminas federet, nec præ pudore vrinæ reddendæ gratia surgere vellet, eique vesica ita distenderetur, vt postea vrinam non solum reddere non posset; sed & inflammaretur, breui inde mortuus est. Si quid autem auxilij adhuc afferri potest, id in duobus consistit, primò vt emollientibus & laxantibus extra apposis vesica nimis distenta laxetur: deinde, vt si hoc modo vrina prouocari non possit, cathetere immisso vrina extrahatur. Quod si tentare necessarium est, maturè fiat, antequam inflammatio accedat. Si enim inflammatio iam accesserit, ista operatio nec satis tua est, neque etiam à periculo omni ægrum liberat.

Distentio vesicæ

Vesicæ Inflammatio. Causæ.

Vt aliæ corporis partes: ita vesica quandoque etiam inflammatione corripitur. Quod fit, sanguine præter modum ad eam conflente. Accidit autem hoc, & sanguis ad vesicam concitatur vel à causis internis, vt percussione, lapsu, equitatione longa & vehementi, vulnere, & cum lapis vesicam lincinat. Internæ verò causæ sunt vel sanguis, vel aliorum humorum abundantia in toto, vel parte aliqua vicina, vt renibus, vtero, quos natura vel sponte, vel dolore ex calculo, aut causis aliqua externa violenta genito, irritata versus vesicam mittere solet.

Vesicæ inflammationis Causæ.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hoc malum extensione, duritiè, ardore & dolore, in regione vesicæ & pube; quibus accedit, vrinam reddendi impotentia, egerendi sonatus ac tensus, aut in consensum trahito, ali-

Culi ex tu vri- a extra- ct.

veses in vesica nati.

ac alia vesica res. An al. cedi anle la capo in vesica ta inde cre.

E

quando etiam alui suppressio, intestino recto à vesica inflammata compresso. Adest præterea febris, vigilia, delirium, situs, extremarum partium frigiditas.

Prognostica.

Prognostica.

1. Inter omnes vesicæ morbos periculosissimus est inflammatio, ac plerumque lethalis, & quidem ferè circa septimum diem; quia febris continua accedit, cum urinæ & alui retentione: atque quò grauior est febris, eò malum ipsum est periculosius, præsertim si accedunt praua symptomata & inflammatio in gangrænam mutetur. 2. Leuior autem vesicæ inflammatio cum hypostasi in vrina alba & æquali morbum salutarem indicat. 3. Inflammatio, quæ est circa vesicæ collum, quod sæpissimè accidit, suppuratur, & si abscessus natus rumpatur, melius est, cum pus cum vrina euacuari possit. 4. In pus autem inflammationem mutatam esse indicat febris & doloris remissio: abscessum autem ruptum esse, & quidem intrò, ostendit pus cum vrina mixtum. 5. Inflammatio vesicæ sæpe solet repenti solui, erysipelate iuxta cutis superficiem oborto, & vrina copiosa emissa.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio.

Interna.

Vt in aliis inflammationibus sanguis ad vesicam fluens, reuellendus, repellendus, deriuandus, discutendus, dolorque leniendus, & quia vrina plerumque supprimitur, ea promouenda. Itaque statim sanguis, si opus sit, mittendus est, venâ in cubito aperta, & pro eius copia & virtute ratione euacuandus. Deinde deriuationis gratia vena in poplite, vel talo aperienda, aut eneuribitalæ cum scarificatione coxis applicanda. Si vero non adsit magna sanguinis copia, statim venam poplite vel talo aperiri potest. Venâ sectâ refrigerantia & repellentia applicanda. De his tamen monendum, non diu in eorum usu insistendum esse. Cum enim vesica membranosa sit, frigidis, quæ neruis & membranis inimica, facillè offenditur, & vesica constringitur, atque vrina, quod aliàs in hoc affectu accidit, supprimitur, humorumque discussio prohibetur. Ideoque ad moderate calida, dolorem lenientia & laxantia maturè accedendum. Quapropter talis clyster mici potest. ℞. *Malua, violar. parietar. lactucæ.* an. M. i. *sem. 4. frig. maior.* an. ℞. ii. *lini* ℞. iii. *Coq. in q. aq. hordei.* Colat. ℞. ℥. x. *castia extracta* ℥. i. *ol. violar.* ℥. ii. F. Clyster. Aut si dolor sit maior. ℞. *lactis recent.* lb. i. *succi lactucæ vel solani, olei violar.* an. ℥. ii. M. F. Clyster. Extra ex iisdem fomenta & cataplasmata applicentur. Et ad dolorem leniendum talis potest fieri fomentatio. ℞. *Rsd. alth.* ℥. i. *parietar. malua, alth.* an. M. i. *fl. chamemeli* M. ℞. *granor. halicabi* ℥. ℞. *Coq. in aq. pro fomento.* Post fomentationem locus inungatur sequenti vnguento. ℞. *Ol. amygd. granor. alkekengi contus.* ℞. ii. *cera parum.* F. Vnguentum molle. Simul exhibeantur, quæ feruorem humorum mitigant, & urinæ ardorem tollunt, *decoctum hordei cum emulsione sem. quatuor frigidior. maiorum, papaueris, tragacantha, syrupus violar. nymphææ, de papauere, cum aqua lactucæ, portulacæ, conserua violarum, borraginis, malua species diatrag. frigidi.*

Hinc magis discutientia adhibenda, & pubes inungenda *oleo rosar. amygd. dulc. chamemelino.* & reliquis etiam *flores chamemeli & semen lini* addenda. Si tumor ad suppurationem tendat, adhibenda eius maturationem promouentia ex *semine lini, fenigraci, caricis, adipe gallinæ.* Postea danda opera, vt abscessus rumpatur. Si inflammatio in tumorem scirrhusum conuersa fuerit, emollienda *castia extracta cum oleo amygd. dulcissim.* & adhibea-

tur, *decoctum alibæ, malua, florum chamemeli.* Si vrina nullo modo prouocari possit, catheteris vsu educenda, qui quidem affectum non tollit, quia tamen urinam extrahit, ne malum augeatur, præcauet, id quod in scæminis sine periculo fieri potest, in viris vero cautè agendum, ne dum ægrum à periculo liberare conamur, eum in manus coniciamus.

Vesica situs mutatus.

Præterea etiam vesica naturalem situm quandoque mutat. Id quod non rarò quidem accidit: obseruauit tamen Platerus in Piscatore quodam, cui factâ rupturâ in inguine vesica in scrotum descenderat, & ibi distenta latebat, vt vrina nec cathetere immisso reddi posset, donec chirurgus inscius vesicam esse, dum sectionem tentat, vesica vulnerata urinam profudit, ægerque statim leuamen, sed summum periculum percipit, à quo tamen liberatus fistula illic relicta per eam postea semper urinam reddidit.

Vesica mutat

CAPVT V.

De Vesica vulneribus.

SI Vesica vulnerata sit, cognoscitur id è loco, cui vulnus inflictum est, & dolore circa pubem; vrina supprimitur, vel cum vrina sanguis mingitur, aut ex ipso vulnere vrina effluit, ventriculus in consensum trahitur, vnde bilis vomitus, aut singultus sequitur.

Vesica vulnerata

Prognostica.

1. Si vesicæ corpus, & pars, quæ nervosa est, vulneratur, insanabile ferè malum est, & inflammatio ac conuulsio superuenit. Obseruatum tamen est, etiam vesicam in fundo vulneratam sanatam fuisse, cuius rei exempla habentur in obseruat. Schenckij. Neque enim vesica tota nervea est, sed exterior eius membrana carnosior est, vnde Hieron. Fabricius ab Aquapend. & Spigelius eam pro musculo vesicæ constrictorio habent. Rarò tamen integrè sanatur tale vulnus vesicæ, etsi æger non moriatur, sed alio inducto fistula manet, per quam vrina excernitur. 2. In collo verò vesicæ, quæ pars carnosior est, vulnera lethalia non sunt, id quod calculorum per sectionem extractio satis docet.

Prognostica

Curatio.

Vulnerum autem vesicæ curatio maturanda, ne in fistulam degenerent. Ideoque in vulnus glutinantia medicamenta imponenda circum circa verò locus inungendus *oleo rosar. lilior. albor. mastichino.* Possunt etiam in vulnus iniectiones fieri ex *rosis, radicibus consolida, foliis myrti, in vino coctis, quibus mel rosatum addatur.* Æger pauco potu vtatur.

Curatio

CAPVT VI.

De Vesica scabie & ulceribus. Scabies vesicæ.

SCABIES vesicæ ex humoribus acris & salis scabie oritur. Quod vbi accidit, pruritus in pectine percipitur, vrina graue olet, & fursuraceum sedimentum in fundo residet, æger sæpe mingit, & si maius malum sit, interdum etiam cruenta. Malum, si diutius duret, in vlcus mutatur, & in senibus plerumque incurabile est. Curatur autem euacuatione humorum acrium & salforum facta syrupo & melle rosarum solutiuo, manna, cassia. Deinde medicamentis humores temperantibus ex *violis, lactuca, seminibus quatuor frigidis maioribus, papaueris.*

Scabies vesicæ

Fragorum

Fragorum etiam succus cum melle exhiberi potest. A
item *succus baccarum myrsicum vino*. Eadem etiam
in vesicam iniicere licet. Extra quoque applicen-
tur medicamenta refrigerandi & consolidandi vi
prædita.

Vlcera Vesicæ. Causæ.

Vlcera verò vesicæ quod attinet, in quæ etiam
scabiem vesicæ generare diximus, fiunt ab humo-
ribus acris vel pure è locis superioribus transeun-
te, & medicamentis vesicam exulcerandi vim ha-
bentibus, inter quæ sunt præcipuè cantharides
haustæ. Vulgo equidem statuitur, cantharides non
solum haustas, sed & extra capiti, brachiis, geni-
bus & cruribus applicatas, imò in pera gestatas
sanguinis mictionem excitare, cuius rei historias ex
Montagnana, Paschalis, Oecone & aliis collegit
Schenckius, lib. 3. *obseru*. Verum etiam centies & sex-
pius ceruici, post aures, brachiis cantharides ægris
applicarim, nunquam tamen tale quid obiterare
potui. Post inflammationem etiam & abcessum
vesicæ malè curatam vicus relinqui solet. Excitan-
tur quoque vesicæ vlcera à calculo aspero vesicam
lædente, vt & à vasorum ruptione & latione, à per-
cussione, lapidum, & simili violentia. Consistit au-
tem vlcus vel in fundo vesicæ vel in eius collo.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem vlcus vesicæ è squamulis,
quæ Græcis *ἰσχυρίδι*, & pure, quæ cum vrina emin-
gantur, ac graui vrinæ odore, si vlcus sit torridum:
dolor adest grauis in pectine & pube, quoties ægri
mingant, nonnunquam etiam, & cum vlcus ser-
pit, tubercula & saniosa emingantur. Vrina quo-
que difficultas accedit, sæpè & renusinus & ege-
rendi appetitas, ac membri virilis erectio. Cum
autem etiam in meatu vrinario & pene vlcus
esse possit, distinguitur id ex eo, quod si vlcus in
pene est, pus, & sanies, quæ excernitur, vrinam
præuenit, aut statim in primo exitu apparet, aut
etiam sine vrina effluit: quæ autem à vesicæ exul-
cerata excernuntur, cum vrina mixta sunt. Statim
tamen seu ramenta, seu pus, quod cum vrina in
vesicæ vlcenibus excernitur, vbi reddita est vrina,
subsedit. Præterea in meatu vrinarij vlceribus in-
ter metendum dolor percipitur, id quod in vni-
vlceribus non accidit, nisi iuxta collum eius vlcus
consistat. Tum enim mictionis tantum tempore, &
vbi mingere cæpit, vel cessauit, dolo percipitur.
Præterea situs doloris discernit, an vlcus sit in collo
vesicæ, aut in meatu vrinario.

Vesicæ quoque & renum vlcera doloris situs fa-
cile distinguit. Ita etiam si pus ex liene, epate, thora-
ce & aliis superioribus partibus descendat, dolor
vel alia signa eius loci affecti adsunt. An autem in
fundo vesicæ vlcus consistat, an iuxta vrinarium
meatum, eo discernitur, quod si in fundo vesicæ
fuerit, dolor circa pubem percipitur; si autem iuxta
meatum vrinarium, tempore mictionis magis de-
prehenditur, vt modo dictum, & imprimis vbi min-
gere incipiunt & desinunt.

Prognostica.

1. Vlcera vesicæ plerumque incurabilia sunt; quia
in parte sunt membranosa, & vrina, quæ mordax
est, continuè illo transitu vellicat, & consolidatio-
nem impedit.
2. Periculosiora attem sunt, quæ ex erosione
sunt orta, quam quæ ex aliis causis. 3. In senibus
etiam, quàm iuuenibus difficilior & rarò curantur
vesicæ vlcera. 4. Vlcus, quod est à calculo, non cu-
ratur, nisi calculus prius extrahatur. 5. Continuus
autem, qui adest, dolor vires denicit, vigilias parit,
corpus consumit, homoque tandem ad cachexiam
vel atrophiam deducitur.

Operum Sennerti, Tom. III.

Indicationes & Curatio.

Vralia vlcera, ita & vesicæ absterisionem & con-
solidationem requirunt, simulque præcauendum,
ne vlcus irriteretur, latiusque serpat: Dolor quoque,
qui vrgeret solet, leniatur, vt & vrinæ ardor ac dif-
ficultas. Ideoque danda opera, ne vrina acris ge-
neretur, sed humorum acrimonia temperetur, id
quod præstant *viola, radices althææ, iuinba, sebe-
sten, syrupus violar. de nymphea, cum aqua lactu-
ca & vndiuia, emulso amygdalarum dulcium cum
seminibus frigidis maioribus, & papauere*. Hamo-
res etiam à vesicæ & renibus diuertendi, & ad al-
tium deriuandi, medicamentis, quæ supra *de renam
vlceribus* sunt proposita: imprimis *castia & tere-
binthina* utilis est. Commodum est & hoc electua-
rium. *℞. Rad. glycyrrhizæ, polypod. q. an. ℥. β.
sem. 4. frigid. maior. an. ℥. iij. flor. violar. bor-
rag. an. M. β. iniubar. num. xij. prunor. Damasce-
narum num. xv. passular. minor. ℥. j. fol. sena elect.
℥. i. β.* Infundantur in aq. hordei, mane ebulliant
& colentur.

Colaturæ adde *manne* in s. q. *decolli* solutæ &
colatæ ℥. i. *castiæ extractæ* ℥. iij. Coq. ad Electua-
rij consistentiam. Dosis ℥. i. Ad abstergendum vl-
cus aqua hordei, mellis vel sacchari, in quibus ra-
dices tæniculi aut graminis coctæ sint, dentur. Vel
℞. Spica ℥. β. seminis apij ℥. iij. Coq. in aqua,
cum colatura fiat è *nucleis pini* xx. *sem. quatuor
frigid. maior. ℥. β. emulso*. Vel *℞. Terebinth.
Cypria aqua equiseti lota ℥. ij. glycyrrhizæ ℥. ij.
trochisc. alkekengi ℥. j.* Fiant pilulæ instar cice-
rum. Dentur tres, & postea bibatur liquor conue-
niens. Possunt etiam per catheterem abstergentia
in vesicam iniici. Tandem consolidantia vsurpen-
tur, & quidem exhibeantur medicamenta ex *sym-
phyto maiore, plantagine, prunella, equiseti, baccis
myrti, bolo Armeno, terra sigillata, thure, gummi
Arabico, coralliis, sanguine Draconis, mastiche,
mumia, trochiscis alkekengi*. Vel *℞. succi plantag.
consolidæ maioris an. ℥. β. aq. rosar. ℥. iij. saccha-
ri ℥. i.* Coq. ad iulebi consistentiam. Vel *℞. Ra-
dicum alth. consolid. maior. an. ℥. β. auricula mur-
ris, equiseti an. M. i. alchimilla, symphyti, flor.
ros. rubr. an. M. β. granorum halicacabi, glycyrrhi-
zæ, passularum. an. ℥. β.* Coqu. in aq. s. pro ℥. ij.

Colatura dulcoretur saccharo, & aromatizetur *ci-
namomi* ℥. i. Vel *℞. Conf. rosar. ℥. i. boli Armeni,
terra sigill. mastiches an. ℥. i. amyli ℥. ij. syrupi
de consolidæ q. s. F. Electuarium*. Vel *℞. Equiseti
℥. ii. sem. plantagin. mastich. an. ℥. i. sacchar. ros.
tabul. ℥. β. F. Puluis*. Vel *succus equiseti* cum vi-
no exhibeatur. Vel *℞. Terebinth. Cypria aq. plan-
tag. lota, ℥. i. boli Armen. trochisc. alkekengi sine
opio an. ℥. β. succi glycyrrhizæ ℥. ij. gummi traga-
canti. ℥. i.* Cum succo equiseti fiant pilulæ instar ci-
cerum. In vesicam verò infundantur per catheterem
*lac recens mulsum cum mumia, vel mel. rosatum,
vel succus equiseti, & symphyti maioris*. Trochisci

Gordonij, quorum hæc est descriptio, pluribus
scopis inseruiunt. Vlcus enim mundatur, dolorem
sedant, & vrinæ ardorem mitigant, simulque con-
glutinant. *℞. Sem. 4. frig. mai. papau. albi, mal-
ue, berberis, portulacæ, cydoniorum, myrtillorum,
tragacanthæ, gummi Arabici, pinearum mundata-
rum, pistaciorum, sacchar. candi, penidij, glycyrr-
hizæ, bordei mundi, nucis, pelyli, amygdal.
dulc. an. ℥. ij. boli Armeni, sang. Draconis, podij,
rosarum, myrrhæ an. j.* Cum hydromelite fiant Tro-
chisci pondere Drach. ij. quibus cum vti volueris,
dissoluatur vnus in lacte. Atque hîc etiam, quæ
per catheterem iniiciuntur, plus profunt, quàm ore

sumta, cum longa à ventriculo ad vesicam via sit, in qua vires medicamenti non parum alterantur. Extratales fiat inunctio. ℞. *Olei mastichini, myrtini, cydoniorum* an. ℥. i. *styracis liquida, cere* an. ℥. i. *boli Armeni* ℥. ii. Misce hinc tale imponatur cataplasma. ℞. *Asstich, thuris, terra sigillata, boli Armeni, hypocistid, myrti* an. ℥. ij. *farina sfliginis* ℥. i. *℞. ol. rosac, myrtini* an. q. s. F. Cataplasma. Vlcus, quod est à calculo, non curatur, nisi calculus tollatur, vt supra, *Progn. 4.* dictum: quem tamen extrahere periculolum est propter vlcus. Ideoque si vlcus sit profundum, tutius est saltem emplasticis quibusdam & viscolis vti, vt lapidi quædam leuitas inducatur & vlcus mitigetur, quod fit vsulactis cum amylo & aliorum viscosorum. Si vlcus sit à cantharidibus, atque id recens, lac copiosè exhibendum, vel emulsio sem. 4. frug. maior. & papaueris. Postea consolidandum cum tragacantha, bolo Armeno, terra sigillata, corallis. Si iam antiquum sit, vt alia vlcera curandum. Plura medicamenta ad vesicæ vlcera ex antiquis collecta videantur apud Aëtiū, *tetrab. 3. fern. 3. cap. 29.* vt & Rondeletium. Insignem vlcis vesicæ, & quidem curati habet historiam Guillelm. Fabricius, *cent. 3. obseru. 69.* Fæmina quædam bimastri à partu tempore continuis ac maximis doloribus è regione vesicæ, & stillicidio vrinæ laborabat, & vrina quoque & quicquid siphone in vesicam infundebatur, per collum vteri statim inuoluntariè effluebat. E quibus fundum vesicæ ad matricis vsque collum exulceratum fuisse, rectè colligebat Fabricius. Pro dolore ergo leniendo iniecit sequens medicamentum. ℞. *sem. cydoniorum, fenigraci* an. ℥. i. Macerentur per horam in ℞. i. *℞. decocti hordei*, postea per linteum exprimantur, fiatque mucilago satis liquida, cui add. *ol. amygdal. dulc.* ℥. ij. *mell. rosac, colati* ℥. i. Misce. Fiat iniectio. De qua singulis horis parùm tum in vesicam, tum in os vteri siphone tepidè iniecit.

Et quia alius non satis lubrica erat, sequens præscripsit Enema. ℞. *Decocti capitis vitul. & lumbricor. terrest. ℞. 2. vitell. ouor. num. ij. ol. anethini & chamemel.* an. ℥. j. Misce fiat Enema. Pectini verò hanc formam applicuit. ℞. *Rad. alb. a. ℥. i. flor. chamemel. fol. malu. violar.* an. M. j. *sem. cydonior. fanigraci* an. ℥. ij. *anisi, feniculi* an. ℥. i. Coque in aqua, in qua inactum linteum reuolutum (spongia enim propter falsedinem non conuenit) calidè applicetur. Deinde sequenti linimento ventrem, coxas, & genitalia inungi curauit. ℞. *Ol. amygdalar. dulcium, de vitell. ouor. axung. humane* an. ℥. ℞. *ol. lumbricor. aneth.* an. ℥. i. Misce. Fiat Linimentum. Renes verò sæpissime hoc vnguento inungebantur. ℞. *Ol. rosar. nymph. violacei* an. ℥. i. *capbura* ℥. i. Cum albumine oui, paucòque aceto rosato, mixtis simul in mortario plumbeo. F. Vnguentum. Pro cæna sequens amygdalatum exhibuit. ℞. *Amygdalar. dulcium, sem. 4. frigid. maior. papau. albi* an. ℥. ii. *decocti hordei, aqu. nymph. rosac.* an. ℥. i. Fiat emulsio s. a. Adde aqua cinam. cum vino, bugloss. & borrag. ℥. i. sacch. perlati ℥. i. ℞. Misce. Fiat Amygdalarum. His remediis adhibitis, dolor paulatim remisit, ita vt ea nocte melius quieuerit, quàm antea. Sed quod mirandum, per vlcus, quod in fundo vesicæ erat, infinitos lapillos, contusi pumicis instar, filamentis & membranulis colligatos ac inuolutos in collum matricis excreuit. Dolo sedato per multos dies sequens decoctum siphone in vesicam & collum matricis iniecit. ℞. *Rad. consolid. maior.* ℥. i. *hordei integri* M. j. *herb. agrimon. veronica scordij, alchymille sanicula* an. M. ℞. Coq. in

A aqua. In ℞. j. colatura dissolue mell. rosac. ℥. ij. Misce, fiatque iniectio. Quà in vesicam iniectà, per collum matricis vnà cum vrina statim effluebat. Post iniectionem turundam longitudine quatuor digitorum transfuerorum, sed crassam satis, ex stupis & gossypio concinnatam, inque sequenti collyrio madefactam matricis collo infigi curauit. ℞. *mucilag. sem. cydon. cum aqua plantag. extracta* ℥. iv. *cornu cerui vsti, lapidis calaminar. turia preparata* an. ℥. ℞. *radic. consolida maior. subtiliss. puluerisat.* ℥. ij. Misce. His breui sic conualuit, vt domesticis negotiis paulatim vacare potuerit. Vrina tamen continuè per collum vteri magnà sui molestià effluebat. Etli verò talia vlcera, quæ fundum ipsius vesicæ & collum matricis penetrant, vt plurimum incurabilia sint ex sententià Hippocratis: suasit tamen Fabricius, vt optimà victus ratione vteretur, & ab omnibus iis, quæ vrinam reddunt acrem, abstineret, deinde vt per vices corpus expurgaret, quin etiam vt singulis matutinis medicamenta conglutinantia, qualia sunt portiones vulnerariæ, allumeret. Hæc cum religiosè & indefessè (magna enim in ea erat sanitatis recuperandæ auaritas) per menses aliquot obseruasset, stillicidium vrinæ per collum vteri paulatim imminutum est, adeò vt partim per collum vesicæ partim verò per collum vteri efflueret. Illa autem continuè vsa medicamentis conglutinantibus, & per interualla etiam purgantibus, intra menses octo, non sine admiratione omnium eorum, quibus res cognita, planè curata fuit, adeo vt posthac Dei Opt. Max. gratià ne guttula quidem vrinæ inuoluntariè efflueret, sed à vesicâ collecta, retenta, & excreta fuerit, non aliter, ac si antea nunquam inale affecta fuisset.

Dietæ.

Eger fugiat aërem calidum & austrinum, vitet in cibis dulcia, quæ facillè bilefcunt, amara, salia, acria, aromatis condita, acetum acre, non multum edat, & parcè omnino bibat. Cibi sint boni succi, facili digestionis & glutinantes: & imprimis vile est lac, quod & cibi loco est, & ex Aetij sententiâ, nulli remedio postponendum: cum & asperitatem leniat, partes exulceratas eluat, aliòque affectus extergat. Vuile est & hordeum, oryza lacte cocta, panis siliginosus. Et omnino cibi tales sint, qui vrinæ acrimoniam mitigant. Eger in lecto decumbat, aut saltem quietum se contineat.

Fistula vesicæ.

Vulnera & vlcera vesicæ interdum in fistulas abeunt, quæ quomodo curari possint, ex sequentibus duobus exemplis, quæ ex Ioannis Langij, *lib. 3. epist. 5.* breuiter hinc contrahere & proponere libet, patere potest. Curationem autem ille instituit hoc modo.

Primò corpus purgavit hoc medicamento. ℞. *Medull. cassia aqua malua extracta* ℥. ℞. *diaphanici* ℥. v. *rhobarb.* ℥. ℞. *cinam.* ℥. v. Misceantur & conspergantur momento seminis anisi, fiat Bolus. Loco affecto applicauit emplastrum ex diachyli cum gummi ℥. ij. ℞. *diachyli mollis*, quod ibid. describitur ℥. i. & croci ℥. i. Apertionem postea apostematis in loco decliuiori maturauit, in vulnus verò licinium, ex filamentis contortum, ac mixtura ex oui albumine & vitello, oleoque rosarum delibutum inseruit, ne labra vulneris conglutinentur, & aliquatenus ad ichoris effluuium paterent, eandemque mixturam ad doloris ex incisione mitigationem applicauit, & emplastrum diachylum suum suppuratiuum obduxit. Cum ergo pus bonum efflueret, & dolor omnis euauisset,

Fistula vesicæ.

ac saltem ardor vrinæ reliquus esset, & vrinæ stillicidium superueniret, salios cibos omnes, & vinum ægro prohibuit, & decocto ex *hordei M. ij. b. glycyrrh. rase* ℞. *j. sem. anisi* ℥. *ij. b. dactylis iucis* num. *v. sebesten. num. xv. in aq. font. lb. xii.* parato propinavit, simul quater singulo triduo *serebinth. Cypria aqua malua lota* ℥. *v. in bolo* exhibuit, & tertia post hora *cya huius decocti cicerum* exhaustum dedit. Sequenti triduo mane & vespere *selquicochlear syr. capill. vener.* ℥. *iii. b. glycyrrh.* ℥. *i. b. misforum* exhibuit. Quarto die ad *terebinthina* vplum rediit, cuius vsu effectum, vt ægrotus non amplius ardorem iuxta penis glandem perciperet: vlcus verò sua sponte solo ex lithargyro diachylo consolidatum est. Alteram etiam hystoriam, *eadem epistola*, recentet curata hystoria in perinzo, per quam vrinæ effluebat. Vniuersali corporis euacuatione præmissa, ad humoris serosi & vrinæ acrimoniam mitigandam pastillos, vel potius morsulos parauit, & eorum quolibet die binos, vnum manè, alterum vespere exhibuit. *℞. Pinear. aqua rosar. lotar.* ℞. *ii. sem. melon.* ℥. *iv. gammi Arabici, tragacanthæ an.* ℥. *i. cerafor. rad. glycyrrh. an.* ℞. *b. cinamom.* ℞. *i. sacch. penid.* ℥. *i. sacch. in aqu. ros. & malua an. s. q. dissolut.* ℥. *iv. b.* Fiant morsuli, pondere ℞. *i. b.* Quarto verò quouis die haustum *decocti ligni guaiaci* ℥. *v.* ad sudorem eliciendum, & serum expurgandum exhibuit.

Fistula, ad callum fistulæ exterendum, *sarcinos rad. elebori nigri* inseruit, qui callum exererent, quos tertia die amouit, & penicilla seu turundas ex *arginis* ℞. *xii. armoniaci* ℞. *iv. aceto acris* exceptis, & in figuram oblongam formatis, vt callus ardeceretur indidit. Et vt suppuratione callus colliquesceret, ex *serebinthina & glusino piscium*, addito *℞. precipitato*, turundas formabat, quas fistulæ indabat, quibus callus 20. horar. spatio liquebat, & cum sanie frustalati profluerebat. Ne verò oscula fistulæ nimis cito coirent, spongiæ frustula oblonga fili ligatura coarctata fistulæ imposuit, & sinus vlcis subcutaneos forcipe incidit. Quibus peractis, vt vlcus abstergeretur, sequens limmentum, linamentis discerptis exceptum, manè & vesperti, vlcere prius diligenter absterfo, indidit. *℞. Mell. ros.* ℥. *i. terebinth.* ℞. *v. rad. aristoloch. rotund.* ℥. *i. ireos, myrrhe rubra an.* ℞. *b. arginis* ℥. *i. g. v. seni bircini* ℞. *ij. Milses.* Et cum ius sordium lentore caro mollis succreuit, quam istud vnguentum abolere non potuit, vlcus *℞. precipitato* conspersit, & emplastrum diachylum imposuit. Post horas 40. emplastro & puluere sublato cum vlcus purum reperiret, & caro bona sponte palataret, epuloticum sequens, ob id Langij dictum, inapsoit. *℞. Terebinthina, cerussa, lithargyri, lapidis calaminarij preparati, el. mastichini an.* ℥. *i. picis, colophonie, cere* 2*a.* ℞. *b. Coq. igne lento ad viscedinis lentorem.* Deinde inperge *mastiches, olibani an.* ℥. *iv. corall. rasbr.* ℞. *i. b. thuris* ℞. *i. camphora* ℥. *ii. b.* Cum pistillo calido exactè coadunentur, & fiat emplastrum. Atque hoc modo vlcus consolidatum fuit.

CAPVT VII.

De Morbis meatus vrinarij, & primò. De sphincteris vesicæ refrigeratione, & duplici meatu vrinario.

Atque hi morbi totam vesicam vel eius orificium infestare solent. Sunt & alij, qui meatus vrinarij proprii sunt. Inter quos est primò sphincteris vesicæ refrigeratio.

Opera Sennerti. Tom. III.

Asteris vesicæ refrigeratio, quæ inducitur à causis externis refrigerantibus, vt aëre frigidore, sessione super lapide frigido, aquæ frigidæ balneo. Et cognoscitur ex eo, quod actio sphincteris læditur & vrinæ contineri non potest: Et causæ, quæ sphincterem vesicæ refrigerare possunt, præcesserunt. Curatur verò, vt aliarum partium paralytis à frigore facta, diciturque de eo etiam aliquid infra *de vrinæ incontinentia*. Est etiam secundum naturam vnus meatus vrinarius. Guilielmus Fabricius tamen, vt *cent. i. obseruat. 76.* refert, vidit puerum 12. annos natum Colonia Agrippinæ, cui natura duplicem vrinarium ductum dederat, quique per vtrumque vrinam sine vlla difficultate emittebat. Erant autem in loco solito alter super altero sita, tenuissimæque membrana & interstitio distincti: sed interior aliquantulum incuruabatur, ita vt ex eo locium non rectè, sed nonnihil deorsum fluitaret.

Duplex meatus vrinarius.

CAPVT VIII.

De meatu vrinarij angustia.

Cum tanta vrinæ copia in vesica collecta est, vt naturam ad excretionem stimulet, laxato sphinctere per meatum vrinarium ea emittitur. Impeditur autem hoc sæpe ob meatus vrinarij angustiam.

Meatus vrinarij angustia.

Causæ.

Angustia hæc fit vel in meatus vrinarij orificio, vel in ipso meatu. Vtrumque verò accidit vel ab obstructione, vel à compressione, vel à constipatione meatus vrinarij. Obstructio sæpius fit à calculo, qui si magnus sit, in orificium meatus vrinarij prolapsus illud obstruit, vel si parvus sit, in ipsum meatum vrinarium penetrat, eumque obstruit. Idem aliquando præstant sanguinis grumi, pus crassum & viscidum, vt & pituita crassa, viscida, & lenta. Comprimitur autem nunc à re externa, vt sessione super re dura; vel interna, vt intestino recto fecibus aut flatibus turgido, partibusque aliis vicinis inflammatis aut turgescensibus, aut cum ipse penis & collum vesicæ intumescit, vel cum vesicæ ceruix contorquetur, vt interdum dum vesica in scrotum delabatur, accidit, cuius exemplum habet Platerus. Constipatur, dum caruncula vel callus, aut verruca in meatu vrinario generatur & excrescit.

Causæ.

Signa Diagnostica.

Meatus vrinarij angustia in genere ex vrinæ superpressione cognoscitur. Quæ autem causa angustia sit, alijs signis discernendum. Si obstructio sit à calculo, eius signa antea tradita sunt. Si à grumo sanguinis, vulnus vel ruptura vasis præcessit, sanguisque antea cum vrinâ effusus fuit. Pus vrinarium meatum obstruere, colligitur ex eo, quod in vesica vel renibus vlcus fuit, & pus collectum est, vel in parte aliqua superiore, abscessus ruptus, & pus ad vesicam translatum est. Si à pituita crassa & viscida sit obstructio, etiam antea per vrinam euacuatæ est, eiusque redundantis in corpore signa adsunt. Cōpressio à causis externis ex egræ relatione cognoscitur. Si verò à tumore aliquo partium vicinarum meatus vrinarius comprimitur, & eius notæ latere non possunt. Vesicæ ceruicem contortam esse, & vesicæ ex sede sua prolapsu cognoscitur. Constipatio à caruncula, callo aut verruca in meatu vrinario enata deprehenditur ex præcedentibus vlcis notis, & cathetere in meatum vrinarium immisso exploratur.

Signa.

E o ij

Prognostica.

Prognostica. 1. Malum ipsum, si pertinax sit, & perfecta ad sit meatus urinarij angustia, satis periculosum est; cum urinà diutius in vesica detenta, & cumulata graui symptomata inducere solet. 2. Curatur autem nunc facilius, nunc difficilius pro caussarum angustiam hanc inducentium varietate, quorum alix facilius, alix difficilius tolluntur.

Curatio.

Curatio. Curatio ad caussas dirigenda est, quæ proinde pro caussarum varietate variè instituenda. Si nimirum à calculo magno, orificium vesicæ obstruatur, calculus loco illo amouendus. Ideoque æger supinus collocatus, cruribus eleuatis concutiendus, vel cathetere immisso calculus ab orificio vesicæ amouendus. Si verò calculus paruus aliquouſque in meatum urinarium progressus sit, digitis eum parte inferiore comprimere, & calculum vsque ad extremum meatus urinarij deducere & per eum exprimere oportet. Licet etiam speculum, quod in cochlearis formam in extremo excauatum sit, in meatum urinarium immittere, ita vt lapidem prætereat & superet ipsumque suo cauo comprehendat, atque hoc modo comprehensum lapidem ex meatu urinario extrahat. Quod si forte ita calculus hæreat, vt digitis loco non moueri nec extrahi possit, partem laxantibus fouere oportet, in ipsum verò meatum calculum frangentia infundere. Quod si nec hoc modo loco moueri possit, ipsum penem secare & meatum urinarium aperire, ac calculum extrahere necessarium est: Quod quâ ratione fieri debeat, in Institut. lib. 5. part. 1. sect. 2. cap. 14. monstratum. Si à grumis sanguinis meatus urinarius obstruatur, grumus dissoluendus medicamentis cum internis, tum externis. Exhibendum nimirum *oxymel simplex* vel *scilliticum cum decocto thymi & origani*, vel *amaranthi comæ cum mulsâ*, vel *lixiuum cum syrupo de capillis Veneris*. Eadem etiam in meatum urinarium instillari possunt. Extra verò foueatur meatus urinarius lixiuo, vel etiam immittatur candela cerea medicamento grumos sanguinis dissolvente madida. Si obstructio sit à pure vel pituita crassa, vsurpanda sunt attenuantia & incidentia. Extra etiam vtendum fomentis & infussionibus ex *decocto origani, thymi, centaury minoris*, cum *oleo rutaceo*. Quod si non sufficiat, *oleum de scorpionibus*, vel *rutacum aut nardinum* in ipsum meatum urinarium iniiciendum. Quæ si nec ipsa satisfaciant, catheter immittendus, & urinæ exitus promouendus, ac postea attenuantia & incidentia continuanda. Si angustia sit à compressione, & quidem à causa externa, ea tollenda. Si à tumore interno, is curandus: si ex vesicæ in scrotum delapsu, ea in suum locum restituenda. Si caruncula, callus, vel verruca in meatu urinario excreuerit, tollenda, vt capite seq. dicetur.

CAPVT IX.

De Caruncula, callo, & verrucis in meatu urinarij enatis, vt & meatus urinarij ulceribus.

Caruncula, callus & verruca in meatu urinarij. **A** Liquando etiam caruncula, callus, carnosus, verruca, aut omnino carnosâ excrescentia in meatu urinario nascitur. Idque plerunque iis accidit, qui gonorrhæa ex morbo venereo & hinc orto vlcere in meatu urinatio laborant. Talia enim vlcera nisi maturè curentur, caro spongiosa in iis excrescit.

Signa Diagnostica.

Signa. Vbi caruncula in urinario meatu est, nec vrina

A liberè excernitur, sed difficulter & guttatim, nec semen emittitur, ac grauissimi dolores coniunguntur. Exploratur quoque caruncula cathetere vel candela cerea in meatum urinarium immisso. Cum verò etiam à calculo meatus urinarius obstrui, & urinæ exitus impedi possit, id hoc modo discernitur. In suppressione urinæ à caruncula vrina similiter semper profluit; à calculo verò non eodem semper modo, sed aliquando liberè & copiosè redditur, aliquando repentiè supprimitur, cum ex fundo vesicæ calculus in eius orificium incidit. Cathetere etiam immisso tactu caruncula à calculo discerni potest. Dolor quoque in obstructione à calculo ad vesicæ radicem magis vrget. Ab obstructione etiam à viscidis & crassis humoribus hæc à caruncula angustia discernitur, quod obstructio à crassis & viscidis humoribus maior plerunque est, adeo vt vrina ex toto supprimitur.

Prognosticum.

Malum plerunque satis periculosum & diuturnum est.

Curatio.

Curatio autem carnem absumentibus & vlcus consolidantibus perficitur, de qua re pluribus agit Amatus Lusitanus, *centur. 4. curat. 19.* refertque, Lacunam Romæ edidisse libellum, in quo diuinas penè laudes huic extirpandæ caruncule inuento tribuit, & Autorem eius Philippum quendam facit. Amatus verò hunc id à se accepisse scribit. Vniuersalia nimirum præmittenda, & corpus euacuandum, atque radicis Chinæ & sarisæ pailæ decoctum exhibendum. Hinc ad topica veniendum. Collyrium autem Philippi illius, cuius mentionem facit Amatus, hoc est: *℞. Centaur. minor. apij, cauda equina an. M. ʒ. hordeicini ʒ. i. Coq. in aq. lb. ij. ad consumptionem partis dimidiæ. Decocto colato adde mellis rosati, vel mellis centaurij ʒ. ij. & per siphonem immito. Vbi hoc medicamento sex vel octo dierum spatio absunta caruncula fuerit, sequentibus sex diebus tantum candela sicca immittenda, tandemque vlcus cicatrice claudendum, quod ille Philippus hoc medicamento præstare tentauit. *℞. Aq. plantag. rosar. an. ʒ. iv. feri lactis caprin. ʒ. ij. ceruss. ʒ. vi. (forſan ʒ. vi.) aloës, myrrha, marmoris candidissimi, spodij, crystalli an. ʒ. i. ʒ. camphor. ʒ. ʒ. b. Arida terantur subtilissime, cribroque excussa humidis misceantur. Verum periculosum hoc medicamentum putat esse Amatus, vt quod ex lapidum puluere fiat, qui in vesicam immisi difficulter egrediantur, imò graui symptomata pariant, vt ipse experientia obseruauit, & Mercatorem quendam ex vsu huius medicamenti mortuum esse refert, & propterea monet, ne quid calculosi, arenosi aut lapidosi in fistulam urinariam immittatur. Amatus his medicamentis vsus est in viro Nobili: Emplastrum, quod huius Lernæi, & Herculei morbi claua nominat, quod hymnis multis & laudibus variis decantari mereatur, nec solùm huic morbo prodesse scribit, sed varios alios arcere & explodere, polypos videlicet vnicè curare, & extuberantes carnes in aurium meatibus & aliis locis repertas vnicè extirpare & reseccare. *℞. Virid. aëris, auripigm. virriol. alumin. rocha an. ʒ. ij. Omnia hæc aceto acerrimo perfusa inter duos porphyrites lapides quàm accuratissime ducantur, in læuoremque tenuissimum reddantur, & Soli æstuali exponantur: hæc rursus sic exsiccata aceto affuso ducenda sunt & læuiganda, Solique exponenda, quousque puluis subtilissimus euadat, & à medicamentis iis omnis prorsus acrimonia extincta sit, quod opus octo dierum spatio conficies. Hoc confecto & parato puluere. *℞. Ol. rosacci ʒ. iv.****

Prognostica.

Curatio.

Collyrium Philippi.

litharg. ℥. ij. Ad ignem fiat coctura, quousque emplastrum modo corpulenti acquirat consistentiam: tunc ab igne deposito adde *prædicti pulueris* ℥. ij. & rudicula vel spatula misce, & ad ignem omnia tractato, quousque medicamentum duriusculum euadat, ita ut si candelæ cereæ, vel plumbeæ virgulæ hæreat, non diffluat, etiamsi digitis tractetur. Præter emplastrum hoc cereas candelas numero viginti quoque in promptu habuit, quæ ex albâ cera, paucula resina terebinthina adiecta, paratæ fuerunt, longitudinis duodecim digitorum transversorum, crassitudinis verò prout in meatu urinarius ferre videbatur: nec minus ex plumbis tres vel quatuor virgulas habuit, eiusdem longitudinis & crassitudinis, quæ usurpari possunt candelarum loco, quando carunculæ refractariæ sunt. Candelam nimirum ceream unam emplastro inunctam in urinarius meatus immisit, per sex vel octo dies singulis diebus candela innouata & mediendi tempore extracta, donec ex candelæ penetratione, caruncularum & humoris putridi excretionem, atque urinae libera emissionem carunculas extirpatas esse, deprehendit. Carunculis ablumtis per octo dies, nihil nisi candelam crassiusculam siccam absque vilius rei inunctione immisit. Quo tempore elapso ad abstergendum per siphonem

A immisit sequens medicamentum. ℞. *Hord. non excors.* P. ij. *radic. aristol. rot.* ℥. j. *℞. plant.* P. ij. Coq. in aq. ad dimidias. Colaturæ adde *mellis rosular.* ℥. ij. Quod medicamentum bis terue de die sex continuis diebus per siphonem iniiciatur. Quod si fortioribus opus fuerit, *Lanfranci aqua viridis sequenti* usus est. ℞. *Alum. roth. virid. aris an.* ℥. ℞. *aurisp.* ℞. j. Coq. in ℞. ij. *aq. fontana* vel *plant.* ad ℞. ℞. ablutionem & colentur, Colatura *camphora* alterata per siphonem in meatus urinarius iniiciatur. Tandem hoc cicatricem inducente medicamento usus est. ℞. *Cerussa* ℥. j. *alum. roth. litharg.* an. ℞. ij. Coq. in *aq. cand. equin.* ad dimidias, & colentur. Atque hoc modo intra mensis spatium æger iste perfectè sanatus est. Curationem etiam carunculæ talis feliciter perfectam habet *Forestus, lib. 25. obs. 10.* eamque prolixè & accuratè describit, quæ cum à Lectore ibi videri possit, operæ pretium esse non pato, eam hic transcribere.

Ulcera meatus urinarij.

Aliquando etiam exulceratur meatus urinarius: verùm cum ulcera ista non solum meatus urinarius, sed & alias penis partes plerunque occupare soleant, vna opera de his postea inter morbos *partium genitalium in viris* agemus.

Ulcera
meatus uri-
narij.





LIBRI TERTII

PARS VIII.

SECTIO SECUNDA.

DE SYMPTOMATIBVS VESICÆ.

CAPVT I.

De dolore Vesicæ, & stupore ac resolutione sphincteris vesicæ.

Vesicæ
sympto-
mata.



Tque hi sunt morbi vesicæ. Symptomata quod attinet, & primò actiones læsas, actio equidem vesicæ propria est, urinam à renibus acceptam aliquandiu continere, & postea per vrinarium meatum emit-

Cur de dolore, stupore ac resolutione primò hic agatur?

tere; Sensus verò tactus ipsi cum aliis partibus communis est, & stupor ac paralytis vesicæ cum aliis partibus commune symptoma, & proinde de illa actione læsa prius agendum videbatur: quia tamen dolor, stupor & paralytis inter causas illius actionis læsæ numerantur, de his prius agere libet. Deinde dicemus de urinæ suppressione, urinæ immutatione, stranguria, difficultate mictionis & ardore urinæ, urinæ præter voluntatem effluuium & incontinentia, profluuio nimio & diabete, urina rubra, cruenta, nigra, purulenta, sabulosa, de rebus alienis cum urina excretis, de urinæ per alium & alia loca inconuenientia excretionem.

Vesicæ dolor.

Et primò quidem dolorem vesicæ quod attinet, occupatis vel totam vesicam, vel eius collum & meatum vrinarium. Tota vesica dolet, cum nimium distenditur, ob urinam in ea præter naturam retentam & cumulata, de cuius causis postea dicetur. Doleret etiã vesica cum inflamatur, vulneratur, exulceratur, de quibus affectibus supra inter morbis vesicæ dictum. Cervicis autem & meatus vrinarij dolor à causis plurimis ortum habet, à calculo nimirum in orificio vesicæ vel in meatu vrinario hærente, ab ulcere, ab urina acri, de quibus postea de mictione cum dolore, & ardore urinæ dicetur.

Causæ.

Ideoque hic de doloris vesicæ causis, signis & curatione plura afferre opus non est. Perantur ea è locis allegatis. Cum verò vesicæ musculus, qui Sphincter appellatur, præpositus sit, ne urina continuo effluat, sed pro arbitrio hominis retineatur, & excernatur, solet hæc eius actio interdum lædi, & sphincter interdum stupore & paralyti affici, ut stimulum illum non sentiat, & urinam non rectè contineat, sed profluere sinat. Id quod accidit, nervis, qui partim à sexta coniugatione, partim ab illis transmittuntur, qui postremi à spinali medulla ossis originem trahunt, affectis, iisque vel refrigeratis, vel obstructis aut compressis, ut aliàs de causis stuporis, & paralytis diximus. Curatur etiam, ut aliarum partium stupor & paralytis, fomentis, oleis, vnguentis, emplastris contra paralytin visitatis, regioni vesicæ admotis.

Sphincteris vesicæ stupor.

A

CAPVT II.

De Urinæ suppressione seu Ischuria, & urinæ immutatione seu Dysuria.

URINÆ emissio seu mictio multis modis vitatur. Vel enim planè suppressitur, quod fit in Ischuria; vel parcius, quam par est, redditur, quod fit in Dysuria, quæ mictionis ablatæ aut immutatæ sunt symptomata; vel etiam deprauatur, de quo postea.

Et primò urinæ suppressionem, quæ Græcis *ἰσχουρία*, quod attinet, duplici de causa urina non redditur, vel quia nulla est in vesica, vel licet adsit, reddi non potest, qui affectus proprie *ἰσχουρία* appellatur, alter verò improprie. Sunt enim, ut urinæ excretio rectè fiat, quatuor necessaria, primò ut urina adsit, quæ naturam ad excretionem stimulet, secundo ut stimulus iste à facultate sentiente, quam obtinet per sextæ coniugationis & alios spinalis medullæ inferioris nervos, percipiatur; tertio ut facultas irritata ad expellendum insurgat, ad quam rem etiam musculi abdominis concurrunt. Tandem ut musculus cervicis vesicæ aperiat, & orificium vesicæ pateat.

B

Primò ergo si nulla adsit in vesicâ urina, etiam nulla fit eius excretio, cuius rei exempla aliquot collegit Marcellus Donatus. *de histor. med. mirab. lib. 4. cap. 28.* Fit autem hoc, cum urina nulla à renibus & vteribus ad vesicam peruenit. Id verò multis de causis accidit, nimirum vel venarum & arteriarum emulgentium, vel renum, vel vterum vitio. Venarum emulgentium vitio hoc accidit, cum obstruuntur à pituita crassa, vel cum ipsorum facultas attraëtrix labefactata est: Renum vitio, cum obstruuntur, imprimis à calculo: Vterum, cum obstruuntur vel à calculo, vel pituita viscida, vel grumo sanguinis, vel pure. De causis verò harum affectionum supra de renum & vterum morbis dictum, ideoque restat, ut saltem de ea urinæ si suppressione agamus, cum urina in vesica præsentem, eius suppressionis causa in vesica consistit.

Causæ.

Suppressitur autem urina vel læsa facultate, vel Causæ impedita ea propter morbos vesicæ. Læditur facultas vel sentiens, vel expultrix. Sentiens læditur, dum vesica stimulum urinæ non percipit, quod fit, dum nervi, à quibus vesica sensum habet, afficiuntur: id quod accidit lapsu, ictu, vertebrarum eò loci luxatione, ut Galenus, *1. de loc. affect. cap. 1.* docet,

Urinæ
pressio
Duplex
Ad ut
excretio
nem quæ
tuor sunt
necessar

vulneribus spinalis medullæ, tumoribus, qui nervos ea parte afficiunt. Expultrix læditur, quando vel fibræ transverſæ veſicæ expulſioni dicatæ læduntur, quod fit, aut ob intemperiam frigidam & humidam, aut dum nimium extenduntur, ut ſuum tonum & robur amittant, ut poſtea amplius contrahi non poſſint, id quod accidit, cum vrgentibus negotiis, ut in concionibus, vel ſenatu, vel conuiſio vrina nimis diu retinetur & cumulatur, atque inde veſica nimis diſtenditur; vel dum muſculi abdominis, qui veſicæ in expellenda vrina ſubſidio veniunt, quocunq; modo afficiuntur, ut rectè contrahi non poſſint. Impeditur autem expultrix ob morbos veſicæ & meatus vrinarij, de quibus ſupra dictum, cum ſcilicet veſica vel inflammatur, aut orificium eius comprimitur, vel obſtruitur à calculo, grumo ſanguinis, pituita, pure, vel conſtipatur, aut dum meatus vrinarij iudem de cauſſis non patet. Galenus equidem, 1. de loc. affect. cap. 1. & 3. de ſymp. cauſſ. cap. 2. ſaltem conſtipationis & obſtructionis ceruicis veſicæ ac meatus vrinarij mentionem facit, dum ſi corpus ipſius ceruicis veſicæ in tantum tumorem attollitur, ut meatus inde oecuperetur, aut aliquid præter naturam, ut caruncula vel callus naſcitur, aut re quapiam, ut calculo, gramo ſanguinis, pituita, pure obſtruitur. Datur tamen adhuc vna cauſſa, compreſſio, dum ſcilicet tumor extra veſicæ ceruicem ſubſiſtens eum comprimit, id quod fit dum aut vterus, aut inteſtina, aut alix vicinæ partes præter naturam intumeſcunt, vel dum veſicæ è ſuo loco prolapſæ ceruix contorquetur & comprimitur. Nonnulli & ſubſidentiam addunt, dum ſcilicet ceruicis veſicæ muſculus quaſi conſtrictus, ex immodica ſiccitate & inanitione in febribus ardentibus. Verum vix credibile eſt, in corpore viuentetantum, & præcipuè loco iſto humiditate perpetua ſcatente, ſiccitatem induci poſſe. Potius, ſi quid tale in febribus ardentibus accidit, ad facultatem expultricem læſam & imbecillam referendum eſt. Pertinent huc & vulnera ac fiſtulæ veſicæ & meatus vrinarij, dum nimirum vrinæ, quæ per meatum vrinarium egredi debebat, per viam alibi patefactam eſſit.

Signa Diagnostica.

Ipfum ſymptoma per ſe patet: diſtinguendum verò primò, an vrina ſupprimatur vitio renum & vtererum, & ita non excernatur, quia nulla in veſica adſit, vel vitio veſicæ, dum ſcilicet vrina, etſi in veſica præſens eſt, non excernitur. Etenim ſi vitio renum & vtererum hoc accidat, & nulla in veſica vrina adſit, nulla grauitas, nulla tenſio, nullus dolor circa pubem percipitur, adſuntque potius renum vel vtererum affectorum ſigna ſupra propoſita. Contra ſi cauſſa in veſicâ hæreat, atque ea vrina repleta ſit, quam excernere non poſſit, tumor & tenſio circa veſica percipitur, ægerque conqueritur, quod etiam ſi vrinæ reddendæ deſiderio teneatur, tamen id præſtare non poſſit, & Medicus etiam, ſi regionem veſicæ contrectet, & comprimat, tumidam & repletam eam deprehendet, quorum nihil percipitur, ſi veſica vacua ſit.

Quænam autem cauſſa ſuppreſſionis ſit, porrò ſic diſcernitur. Si veſicæ ſentus deſit, nullus tenſus vrinæ aut dolor percipitur, etſi veſica plena & tumida ſit, ac vrinæ copia valde diſtendatur. Si fibræ veſicæ refrigeratæ & humectatæ ſint, cognoscitur index viſſi refrigerantibus & humectantibus, quæ præceſſerunt & adſunt ſigna paralyſis vel totius corporis, vel ſpinalis medullæ, vel alix ſtuporem nervis inducentes cauſſæ. Si eadem fibræ nimis extenſæ ſint, vrina præter voluntatem ob pudorem vel aliam cauſſam nimis diu retenta fuit. Si vitium

A ſit in muſculis abdominis, æger ventrem inferiorem contrahere & comprimere non potest. Morbi verò veſicæ & meatus vrinarij ex ſignis ſupra de harum partium morbis propoſitis cognoscuntur. Præterea vbi meatus vrinarius ſaluus eſt & patet, vitiumque ſolum eſt in veſica, ſi veſica manu comprimatur, homòque ita colloctetur, ut decliuſ ſit veſicæ poſitus, vna redatur, & catheter ſine difficultate immittitur. Si verò vitium ſit in meatu vrinario, veſicæ compreſſione vrina non redditur, & catheter non ſine difficultate immittitur, & Chirurgus in immiſſione aliquam reſiſtentiã ſentit. Quæ autem meatus anguſtiæ cauſſa ſit, Galenus ita diſcernere docet, 1. de loc. affect. cap. 1. *Nunã calculi*, inquit, *nota præcedente vrinam retentam, ſi ſanguis effluxerit, par eſt, vbi grumus fiſtulam vrinæ obſtinet. At fieri poteſt, vbi ulcerata eſt veſica, ut paulatim in ipſa grumus concreſcat, vel non præcedente ſanguinis fluore. Accidit etiam, ut ſanguis ex renibus per vtereres in veſicam deſluens, grammum efficiat. Atque in huiusmodi coniecturis magnus eſt anea fiſtula uſus: haud ſecus, ac cum vel pus, vel eroffum lentumque humorem meatum obſtruxiſſe ſuſpicamur. In huiusmodi vero coniecturam ex præcedentium notitia hoc pacto inducemur. Etenim, ſi veſica, ſiue renes antea affecti aliquo laborauerint, per quem tale, tantumque pus colligi poterit, ut par ſit, ab ipſo obſtrictum fuiſſe meatum: probabiliter conſicies hanc ob cauſſam vrinam ſupprimi: aut ſi etiam in parte aliqua reni, ſuſuperiore fuerit abſceſſus, quo erupro haud abſurde pus in renes tranſſumptum eſſe putaueris. Quod ſi nihil huiusmodi præceſſerit, vitium rationem inquirere oportet, an in otio educatus, vel multis cibis craſſos viſcoſosque humores generare potentibus fuerit uſus. Sic etiam, vbi ob carunculam aliquam ab ulcere innatam veſica ceruicem obſtrictam eſſe putamus, & ex præcedentibus ulceris notis, & ex eo, quod demiffa anea fiſtula vrina vacuatur, intelligere poſſimus.*

Prognostica.

1. Vrinæ ſuppreſſio ſatis periculofum malum eſt. Prognostica. Neque poteſt homo cum vrina diu ſuppreſſa viuere. Et quidem ſi non deſcendit per renes ad veſicam vrina, recur opprimit, ſanguinem inſicit & inquinat, ac in totum corpus regurgitat, habitumque corporis aqua, ut in anafarca fieri ſolet, replet, ſuffocationis periculum inducit, nonnunquam & cerebro in conſenſum tracto torporem inducit. Interdum quoque ſanguis corruptitur, & humores putrefcunt, unde febres accenduntur, & niſi ante ſeptimum diem mingant, pereunt. Etſi enim poſtea vrina profluat, tamen ob febrem moriuntur. Eodem etiam modo ſi veſicæ vitio vrina ſupprimatur, magnus dolor in veſica excitatur & vrinæ ad ſuperiora regurgitante varia mala inducuntur. Nonnunquam vrina ad ſuperiora regurgitans per umbilicum excernitur. Refert etiam Eulſtachus Rudius, lib. 2. cap. 53. Monachum quendam ordinis Eremitarum, cui poſt iſchuriam veſica rupta fuit, non multis diebus poſt per inguina vrinam emiſiſſe, & deinde per femora, nates, vicinæque loca, & ita miſeram vitam multis annis protraxiſſe.

2. Qualis tamen ſit futurus mali eventus, è cauſſis, quæ id induxerunt, æſtimandum. Prout enim cauſſa vrinæ ſuppreſſionis facile vel difficilez amoueri poſſant: ita etiam de morbo ſaluari vel lethali præſagiendum. Qui autem cuiuſlibet morbi, qui ſuppreſſionis vrinæ cauſſa eſt, ſit futurus exitus, è ſuperioribus patet.

3. Grauiſſima nimirum & periculofiſſima eſt renum & vtererum, & quidem vtriuſque, quod tamen, rarum, obſtructio, quam grandiores calculi,

pariunt. Paucis enim diebus in hoc modo affectis urina in totum corpus regurgitat, idque inquinat.

4. Periculosa etiam est urinae suppressio, quae ob vertebrarum luxationem, aut ictum, aut lapsum, aut vulnus spinalis medullae accidit, cum plerumque alia grauius symptomata coniuncta habeat, & eiusmodi morbos curare sit difficile. Ut omnino periculosa est ischuria, quae a paralyti & affectione nervorum, qui vesicae inseruntur, provenit.

5. Ischuria a grumoso sanguine proveniens periculosa est. Nam putrescentem sanguinem grauius symptomata sequi solent.

6. Pessima est urinae suppressio, quae a caloris nativi extinctione in acutis morbis accidit.

Indicationes & Curatio.

Indicatio-
nes & Cu-
ratio.

Curandi ratio dirigenda vel ad causas suppressionis urinae, vel ad ipsam urinae suppressionem. Quod causarum amotionem attinet, patet ea ex iis, quae antea de morbis renum, vtererum, & vesicae dicta sunt. Hoc saltem addimus, si a vesicae imbecillitate & stupore sit urinae suppressio, calor eius fovendus & sensus excitandus. Quapropter & glandes aciores & clysteres ano iniiciendi, qui ob vicinitatem & membranarum communionem, quam habet intestinum rectum cum vesica, sensum vesicae stupidum ad protrudendam urinam excitat.

Ipsam vero urinae suppressionem quod attinet, etsi subito statim tolli non possit, tamen danda opera, ut urina prouocetur. Nonnunquam tamen vna opera simul causa tollitur, si non plana ex vesica, a meatu tamen urinario amouetur. Itaque manu vesicam muscibusque abdominis comprimere oportet, atque interea anhelitum suppressere, ut etiam diaphragmatis ope vesica comprimatur, & urinae, quae subsistit, exprimatur. Quo modo nisi urina exeat, ad catheterem tanquam sacram anchoram confugiendum, qui in meatum urinarium immittendus, quo & ea, quae orificium vesicae obstruunt, remoueantur, & urina extrahatur. Dum tamen urina propter inflammationem suppressitur, omnino vitandus catheter, ne dolore excitato inflammatio augeatur. Imo praestat prius candelam ceream oleo amygdalarum dulcium illitam immittere. Insuper vtile fuerit, candelam ceream tenuissimam melie rosaceo illitam in meatum urinarium immittere, aut per syringam liquorem aliquem convenientem, oxymelite scillitico dilutum, vel aquam mulsam, in qua pulegium, calamintha, ruta, castoreum cocta sint, infundere. Extra vero vesicae regio fovenda decocto earundem plantarum, & abrosani, anethi, chamameli, vel etiam dimidia hora spatium aeger in balneo ex decocto harum plantarum parato umbilicotenus desideat. Post fortum pecten, pubes & perineum inungenda oleo scorpionum, irino, costino, nardino, rutacco. In tali etiam urinae suppressione non multum bibendum, & vitanda omnia, quae urinam mouent, ne copia eius augeatur, & vesica nimium distendatur. Vbi a nimia vesicae expansione urinae suppressio orta est, pubes & perineum fovenda decocto parietariae, anethi, florum chamameli, melilori, sem. lini, fenigraci. Vel ℞. Unguenti dialth. ol. scorpion. amygdal. amarar. an. ℥. j. terebinth. butyri recentis an. ℥. 6. croci ℥. i. Misce. F. Linimentum.

CAPVT III.

De Diminuta Urinae excretionem.

Diminuta
urinae ex-
cretio.

Urinae excretio diminuta fit duobus modis, vel cum paucior, quam par est, & in minori quan-

titate urina excernitur, vel quia per longiora, quam fieri solet, interualla emittitur. De priore prius.

Causae.

Equidem urina, quam pro ratione potus paucior, interdum redditur, ubi natura per crisin humores serosos ad ambitum corporis mittit, & sudore excitato per cutem euacuat, vel etiam dum alius est liquidior & serosus & aquei humoris aliquid per aluum simul euacuatur. Verum ista urinae paucitas ad hoc symptomatum genus, de quo hoc capite agimus, non referendum, cum post breue temporis spatium homo ad consuetum urinae modum redire soleat. Sed de ea solum urinae immutatione agemus, quae renum vel vesicae vitio accidit. Causae autem urinae immutatae sunt eadem, quae modo capite praecedente de urinae suppressione sunt propositae, saltem minus valida & imbecilliores; quae etiam illidem signis innotescunt.

Causae.

Prognostica.

1. Urinae difficultas minus periculosum malum est, quam integra eius suppressio. Cum enim pars aliqua urinae reddatur, non tam grauius inducit symptomata. Causae quoque quia non sunt potentes, facilius tolluntur. 2. Urinae difficultas, quae sine dolore, vel cum minori dolore est, minus est periculosa, quam quae cum dolore, aut magno dolore coniuncta est. 3. Urinae difficultatis in febribus ardentibus & malignis superueniens mala est; quia non solum vesicam, sed totum nervosum genus affici, indicio est.

Prognostica.

Curatio.

Tollitur hoc malum causis, a quibus pendent, sublatis: quae quomodo tolli debeant, e cap. praecedente patet. Ad symptomata tamen mitigandum fomentis, cataplasmatis, vnguentisque laxantibus vtendum ex mentha, chamamelo, malua, parietaria, violis, semine fenigraci.

Curatio.

Tarditas Urinae.

Quod urina tardius redditur, causa est, vel quia in minori copia in vesica colligitur, vel quia vesicae sensus hebes & obtusus est, ut nisi ab urina vel acri vel copiosa, ad quam colligendam longius tempus requiritur, irretetur, stimulum non sentiat. Malum ipsum per se patet, quia homo longiore, quam aliae fieri solet in homine sano, temporis spatium urinam non reddit. Causae vero ex iis, quae cap. praecedente dicta sunt, manifestae sunt. Qualem etiam euentum malum sit habiturum, ex illidem patet, & non ita difficulter curatur; modo non in perfectam urinae suppressionem transeat. Curatur vero causis, a quibus pendet, sublatis: quod quomodo fieri debeat, etiam e cap. praecedente innotescit. Si urinae minor copia ad vesicam mittatur, per medicamenta diuretica mitiora ad vesicam concitanda. Si sensus hebes sit, expultrix stimulanda, & causa sensus stupidi tollenda, ut antea dictum.

Tarditas
urinae.

CAPVT IV.

De Stranguria.

Praeter haec enumerata circa urinae emissionem symptomata, mictionem scilicet ablatam & immixtam, alia adhuc contingunt symptomata, quae ad actionem deprauatam commodè referuntur, suntque ea varia, & deprauatur urinae excretio, vel ratione modi excretionis, vel quantitatis, vel substantiae, vel loci, de quibus ordine agendum, & ita de stranguria, ardore urinae, & cum dolore eius excretionem, de inuoluntaria urinae excretionem, de urina rubra, cruenta, nigra, & rebus alienis cum

Stranguria.

urina excretis, de urina per aliena loca excretionem d'cendam. Et primò Stranguria, *ἄσπαστος*, hoc est gutta dicta, seu urinae stillicidium est talis urinae reddendae depravatio, cum urina guttatim saltem redditur, & nihilominus continua ad mingendum est stimulatio cum dolore.

Causa.

Causa proxima stranguriae est urinae acrimonia, quae naturam quidem continuò ad excretionem stimulat, quia tamen natura dolorem percipiens in excernendo subsistat, urina guttatim & stillatim redditur. Est autem urina acris vel per se, quae etiam vesicam optime & naturaliter constitutam vellere potest, vel per accidens. Non tamen quavis acrimonia cum per se urina talis est, id praestat, sed peculiaris quaedam, cum scilicet urina cruda & nondum cocta ad vesicam pervenit. Habetque stranguria quandam similitudinem cum henteria. Nam sicut ibi alimenta nondum probe cocta per alvum statim deiciuntur: ita etiam potulenta materia nondum satis alterata citius, quam par est, ad vesicam detruditur. Hinc saepe illi, qui post balneum potum frigidum bibunt, stranguriam contriuntur. Alia tamen etiam urinae admixta eam acriorem reddere possunt. Deinde urina per se quidem non est acrior, quam par est: respectu tamen vesicae est talis, cum scilicet eam praeter naturam ita affecta est, ut ab urina facile irritari possit. Accidit autem hoc, cum vesica excoxiata vel exulcerata est. Tum enim à miti etiam urina (quae tamen omnis ob salis humoris admixtionem aliquam acrimoniam habet) irritari potest. A sola vero vesicae imbecillitate stranguriam excitari posse, vix crederem, ut postea in quaestione dicitur. Estque stranguria tenesmo similis, & sicut magnus & continuus in tenesmo excernendi conatus est, parum tamen per alvum excernitur: ita in stranguria facultas expultrix vesicae ad crebram mictionem stimulat, non tamen multa urina, sed guttatim excernitur, & procul dubio ut in tenesmo sphincter ani afficitur, ita etiam in stranguria sphincterem vesicae affici necesse est à re aliqua molesta eam stimulante, & sicut tenesmus accidit, dum causa stimulans pertinaciter sphincteri ani adhæret, quae vel est humor pertinaciter intestini recti extremitati adhærens, vel vicinæ alicuius partis affectus, sphincterem continuo vellicans: ita procul dubio etiam stranguriae proxima causa est, vel humor fixè & pertinaciter sphincteri vesicae adhærens, eamque vellicans, vel etiam calculus aut partium vicinarum affectus, & tumores, qui vesicae orificium in consensum trahere, & vellicare possunt, de quo Hippocrates, 5. *aphor.* 58. Ad recti intestini & vteri inflammatio nem, purulentosque renes urinae stillicidium procreant. Quod de vtero idem Hippocrates etiam habet, 1. *de morb. mulieb.* & *de natur. mulier.* inquit, In procidentia vteri *ἄσπαστος*, ἢ *δύσπαστος*. Ideoque non quivis humor acris stranguriam parit, sed talis, qui lentorem quandam habet, ob quem pertinaciter vesicae orificio adhæret. Deinde calculus eodem modo circa orificium vesicam stimulans. Tertio partium vicinarum affectus, ut & intestini recti vterique inflammationes. Humores autem hi plerumque aliunde ad vesicam transmittuntur: sicut & pus à renibus ad vesicam transmissum eam stimulare potest. Hinc frequens stranguriae apud nos causa est cerevisia cruda & non defecata haurita, quae cum commodè coqui non possit, & praeterea vim humores fermentandi alvumque laxandi habeat, si ad renes citò defertur, cruda ita ad vesicam fertur, atque eam stimulat, & praecipue hoc iis accidit, qui vinum saltem

A bibere assueti sunt. Idem accidit humoribus acris & salis à renibus ad renes transmissis, quos & ventriculus & cerebrum ac totum corpus suppeditare potest. Ita refert Dodonaeus, *observ.* 48. quendam senem octuagenarium, cum vinum Rhenanum etiam in exigua quantitate biberet, statim stranguriam passum fuisse, ab aliis vero viuis, ut Gallico & Hispanico non fuisse læsum. Cui profuit ex ovorum testis in cinerem redactis, & vino Rhenano permixtis, lixivium. Istud enim vinum, cum sit tenuium partium, citissime ad vesicam descendit & facile crudos viciososque humores secum ducit, quales in viis urinaris hærentes stillicidij urinae causae esse potuerunt, quibus deinde per lixivium incisus, & expurgatis liberior factus est urinae transitus.

Qua ratione autem intemperies frigida stranguriam pariat, nondum explicatum. Existimo autem ab ea non proximè, sed mediate, & quatenus ad urinam talem generandam facit, stranguriam parere. Etenim cum vesica etiam vim habeat urinam, quam continet, in suo statu naturali conservandi, si praeter naturam frigidior reddatur, urina in ea quasi corrumpitur, atque ita hanc qualitatem, qua orificium vesicae stimulare possit, induit.

Signa Diagnostica.

Malum ipsum per se facile cognoscitur. Con-
queruntur enim aegri, se continuo fere ad mingendum irritari, & parum mingere, doloremque assiduo molestum esse, etiam si non mingant. Quae autem causa stillicidij urinae sit, signis discernendum. Quærendum nimirum, an causa sit in urina, an in vesica. In urina causam hæere, cognoscitur ex eo, quod nulla signa adsunt, quae vesicam vel per se affici, vel à vicina aliqua parte in consensum trahi indicant: Contra adiunt signa humorum acrimium, praecesseruntque usus alimentorum vel medicamentorum acrimia, salforum. Imprimis si hausta sit cerevisia recens & non defecata: Si adsit viscerum intemperies calida, ob quam acres & salis humores generantur, aut febris putrida, vel epatis aut renum abscessus, ac urinae etiam humorum talium acrimium, vel puris speciem praeseferunt & aegri ex iis, quae lenia & dulcia sunt, acresque humores temperant, alienationem percipiunt, contra à calidis & acris offenduntur. Si vesicae vitio stranguria fiat, cognoscitur id è signis vesicae affectae, quod scilicet vel calculus, vel excoxiatio, vel vlcus adsit. Si ob frigidam intemperiem accidat stranguria, urina fere cruda & alba mingitur. Si vero partis alicuius vicinæ consensu vesica afficiatur, eius affectus signa adsunt.

Prognostica.

1. Malum equidem hoc per se periculosum non
est; molestiam tamen, & saepe diuturnam, & quae
aegros, praecipue senes, ad mortem usque comitatur, excitat. 2. Si humor acris, qui stranguriam parit, diu in vesica retineatur, aut saepe per eam transeat, eam interdum exulcerat. 3. Stranguria, quae est ab urinae vitio, facilius curatur, quae quae est à vesicae morbo, praecipue in senibus. 4. Quod à partium vicinarum consensu oritur urinae stillicidium, non diu durare solet. Si tamen sit ab vlcere partis alicuius vicinæ, raro curari solet. 5. Quibus ex stranguria ileos supervenit, hi septem diebus moriuntur, nisi febre superveniente urina satis fluxerit. 6. *aphor.* 44. Qui aphorismus etiam in Coacis extat. Non autem intelligendus est ileus, qui est ab inflammatione. Febris enim talem ileum, qui ante est cum febre, non solvit, sed exasperat: sed per ileum (quem etiam, 2. *epid. sect.* 6. *ἰσχυρὸν*, mollem appellat, & in eo vinum frigidum mura-

cum multum exhibere iubet) intelligit hic obstructionem intestini tenuis à crudis & crassis humoribus prouenientem. Si enim stranguria non sit à phlegmone & vlcere vesicæ, sed crasso & viscido humore, collo vesicæ adhærente, si pars eius humoris ad intestina tenuia etiam effundatur, & ea vel obstruendo, vel flatu pariendo, excrementis transitum prohibeat, si superueniens febris humores attenuet, vt per meatum vrinarium libere & copiose effluere possint, soluitur & stranguria & ileos ille.

Curatio.

Curatio.

Curatio pro causarum ratione instituenda. Itaque, si ab vrina mordaci & humoribus acibus sit stranguria, vniuersales purgationes lenes instituendæ, *syrupo ros. solut. manna, rhabarb. elect. diaprunis, diasebesten, lenisuo simplici, diacatholico.* Imprimis verò utilis est hic *cassia*; vt & Galenus, *5. de tuend. sanis. cap. 9.* testatur, *terebinthina*, quæ non solum aluum soluit, atque acres humores à viis vrinariis auertit, verum etiam renes & vesicam abstergit. Deinde humores acres temperandi sunt *syrupo rosarum, violarum, de nympha, de papau. de endiu. de iniubis, de glycyrr. cum decocto hordei, iuiubarum, passularum, glycyrrhiza, vel aquis endiuia, lactuca, violar. nymphae, aut sero lactis, cum emulsione sem. 4. frig. maior. Vel 2. rad. malua, glycyrrh. rasa an. 3. lb. sem. 4. frig. maior. an. 3. papau. albi 3. lb. Coq. in f. q. aq. bord. Colaturæ adde syr. violar. de glycyrrhiza, iuiubini an. 3. lb. trochisc. alkekengi sine opio 3. j.* Milce. Forestus, *lib. 25. obseru. 3.* refert, quandam pharmacopæum, cum aliquando stranguriam patere, vt ex largiori potu vini, sumsisse aquam rosaceam cum albumine oui conuassato mistam, & ad medium scutellæ ebibisse, quo seipsum, tum alios curauit: Senem verò quandam stranguria laborantem flores chamæmeli in lacte bubulo coxisse, & decocto feliciter vsum esse. Ipse Forestus, cum stranguria tribus integris septimanis laborasset, vt *ibidem obser. 4.* refert, & frustra multa, cum à se, tum ab aliis præscripta medicamenta vsurpasset, tandem solo decocto folior. maluæ cum syrupo violar. vsus est, eoque à stranguria liberatus, quo modo & postea alios curauit. Præterea etiam habenda est ratio viscerum, ob quorum intemperiem humores acres generantur, puta ventriculi, epatis, renum. Ideoque si ea sit calidior & siccior, corrigenda modo supra proposito. Vtiles hic sunt & acidulæ, quæ non solum humores acres per aluum, vrinam, & sudores educunt, sed & intemperiem viscerum temperant. Extra verò ad temperandum humorum acrimoniam & viscerum calorem multum prodest balneum aquæ dulcis manè antè prandium vsurparum, & infusus in decocto violarum, nymphae, lactucæ, maluæ, solani, ac linimenta & vnguenta supra *de intemperie renum calida & sicca* proposta, renum, pubis & perinæi regioni illita. Licet & per siphonem emulsionem quatuor seminum frigidorum maiorum, vel decoctum seminis maluæ cum aqua violarum, nymphae aut simili, acrimoniam humorum temperante in vesicam iniicere. Eadem ferè curandi ratio est, si pituita salsa vrinæ admisceatur, eamque acriorem reddat. Pituita enim eiusmodi sæpius per purgantia, sed mitia euacuanda, ad quam rem imprimis utilis est terebinthina. Temperat etiam acrimoniam humoris serum lactis caprinum cum syrupo rosarum & violarum propinatum. Danda simul opera, vt si ab vrinæ acrimonia stranguria ortum habeat, æger subinde mingat, ne si diutius vrina in vesica contineatur, eam exulceret, in quem finem aqua dulcis calida butyro recenti parum salso condita exhi-

beri potest. Si pus ab epate vel renibus, vel aliunde ad vesicam transmissum stranguriæ causa sit, detergentia medicamenta vsurpanda, vt serum lactis cum saccharo rosarum & alia, quæ ad vlcera illarum partium supra sunt proposta. Si à cereuisia recenti & non satis defecata sit stranguria, nonnulli solum seuum candellæ vmbilico inungunt. Commoda est & nux moschata sumta. Alij coehlear oxymelitis exhibent. Alij decoctum foliorum ribes nigræ. Vtilis est & potus vini Hispanici vel maluatici. Si verò non vrinæ causa, sed ob vesicæ morbos accidat stranguria, curatio ad eos morbos dirigenda, & vlcus modo supra proposito curandum, lapis remouendus, aliæque vesicæ vitia conuenienti modo corrigenda. Si à vesicæ refrigeratione ortum habet stranguria, calefacientia adhibenda, diagalanga, theriaca, Mithridatium, aurea Alexandrina. Extra verò peccen inungendus oleo rutaceo, vel emplastrum ex mastiche, thure, caryophyllis, cinamomo, ruta, absinthio, mentha, ac styrace calamita imponendum. Si per consensum vicinarum partium excitetur stranguria, illarum partium morbi conueniente modo curandi, & imprimis hic sunt vtilia fomenta, infusus, & alia topica, quæ simul dolorem mitigant.

Diata.

Imprimis verò in stranguria curanda multum valet diætæ ratio. Et quidem si ab vrinæ acrimonia fiat stranguria, plus ferè potest in ea mitiganda diætæ, quam medicamentis, si nimirum exhibeantur alimenta, quæ nullo modo ad generationem acrium & falsorum humorum faciunt, sed eos potius temperant, ac mitigant. Vtilis imprimis hic est pituita hordeacea & lac; modò corpus ita sit dispositum, ne in ventriculo corrumpatur; vt & cremor & cibi ex amygdalis dulcibus non rancidis parati, oua item recentia, carnes boni succi & facilis coctionis. Potus sit vinum album, dulce, non tamen potens, vel decoctum hordei, glycyrrhizæ, passularum. Vitanda inedia. Res quoque reliquæ non naturales ita sint comparatæ, vt acrimoniam humorum temperent, & adearum collectionem non faciant. Ideoque aluus semper aperta seruanda. Ita & animi affectus nimij vitandi: Vt & laboriosa exercitatio, vigiliæ nimix, & omnia, quæ acrimoniam humorum intendere possunt. Si ab aliis causis stranguria proueniat, diætæ medicamentis supra propositis respondeat.

QVÆSTIO.

An stranguria etiam à frigidityte & imbecillitate vesicæ excietur?

Plurimi quidem etiam inter stranguriæ causas referunt vesicæ imbecillitatem, ob quam etiam ab exigua vrinæ copia molestiam percipiat, & vt se ea liberet, frequentem eius expulsionem tentet. Eamque imbecillitatem ab intemperie frigida deducunt, in quam facillè delabuntur senes, quibus propterea etiam ista affectio sit familiaris, sæpetamen vno vini haustu curetur. Verum enimverò facillè quidem concedo, ab intemperie frigida stranguriam excitari posse, & senibus esse familiarem. Verum hoc in quæstione est, qua ratione frigiditytas stranguriam inducat, an imbecillitatem vesicæ inducendo, & retentionem lædendo, an vero alio modo. Ab imbecillitate vesicæ fieri stranguriam credibile non est. Fieret inde potius vrinæ profluum, non verò vrina guttatim, & quidem cum

dolore, emitteretur. Eustachius Rhudius equidem, A
vt doloris etiam hic causam reddat, statuit, in-
equalem intemperiem, & quidem non solum fugi-
dam, sed & alias, duplici modo ad stranguriam in-
ducendam concurrere, primò vt inæqualem, eâ-
que ratione esse dolorificam, cum vesica membra-
nosa sit; deinde quatenus vesicam imbecillum
reddat, & ita naturam ad crebram excretionem
stimulet. Verum si ab intemperie esset iste dolor,
in tota vesica perciperetur, quod non accidit in
stranguria. Magis vero consensaneum est, cum om-
nes partes, etiam quæ excrementa continent, pec-
uliarem vim ea suo modo alterandi habeant, etiam
vesicam vrinam aliquo modo alterare calore suo
infito: qui, si debilitetur à frigore, vrina vitiosam
qualitatem induit, qua vesicam postea stimulat, &
dolorem in ea excitat.

CAPVT V.

De Dysuria & vrinæ ardore.

Cognatus affectus stranguriæ est Dysuria, vrinæ
difficultas, seu mictio cum dolore: & qui-
dem ita cognatus, vt qua ratione mictio cum dolo-
re, seu vrinæ difficultas à stranguriâ & cognatis
affectibus differat, pauci satis clare explicant. Equi-
dem vrinæ difficultas, seu dysuria etiam sæpe sum-
mitur pro mictione imminuta, de qua supra egi-
mus, cum vrina vel paucior, vel tardius, quam
par est, reddatur: verum illa necessariò non habet
dolorem coniunctum. Ideòque hic saltem dysu-
riam pro actione deprauata sumimus, & mictio-
ne cum dolore: Atque ita clarissimè hæc distingui
posse putamus, si mictio imminuta à deprauata di-
stinguatur; etsi interdum vtrique coniungatur. Pri-
mo enim interdum vrina paucior, quam par est, red-
ditur, quæ mictio imminuta est, potestque esse cum
dolore, vel sine dolore. Stranguria verò duobus
modis vitiosa est, quod scilicet vrina continuo, sed
guttatim saltem redditur, & quod simul dolor
adest. Difficultas verò vrinæ, de qua hoc capite
agimus: à mictione imminuta & à stranguria dif-
fert: à mictione imminuta, quod ea in eo consistit,
quod vrina paucior, quam par est, redditur, dolo-
rem verò necessario coniunctum non habet: In vrinæ
vero difficultate non necessario pauca fluit vrinæ,
dolor verò semper est coniunctus. A stranguria
verò, quod quidem etiam dolor adest, sed vrinæ
non guttatim fluit, verum sine interruptione &
sæpe in debita quantitate. Atque hoc vitium Medi-
ci posteriores plurimi etiam ardorem vrinæ vocant,
cum inter mingendum tantus dolor percipiatur,
ac si res ardens vel ignis per meatum vrinæ transi-
ret, siue vrina copiosè fluat, siue non copiosè. Si
verò saltem cum difficultate vrina reddatur, sine
dolore, ad cap. 3. & mictionem imminutam pertinet.
Si quis tamen ardorem vrinæ & dysuriam seu
difficultatem vrinæ discernere velit, erit differen-
tia saltem secundum magis & minus, quod scilicet
in ardore vrinæ dolor est magnus, vt ardere quali-
terger videatur.

Causæ.

Causæ autem dysuriæ & ardoris vrinæ sunt
omnes, quæcunque continuitatem colli vesicæ aut
meatus vrinarij soluere, seu dolorem inter ming-
endum excitare possunt. Accidit hoc cum vrina
acris est per se, vel per humorum serium admix-
tionem. In primis verò hoc euenit, si ipse meatus
vrinarius sit exulceratus. Tùm enim vrina etiam
non admodum acris dolorem & ardorem in eo ex-

citare potest. Hinc ardor vrinæ accidit, cum bilis
vel pituita salsa vel humores adusti, vel pus vrinæ
admiscetur, vel cum cibi acres, vel medicamenta,
imprimis purgantia sunt assumpta, vt & venena,
quæ vesicam exulcerandi vim habent, inter quæ
præcipue sunt cantharides, quæ peculiarem vesicæ
lædendi potestatem obtinent. Idem quoque
Mercurius præcipitatus præstare potest, de quo
historiam habet Foreitus, lib. 25. obseru. 37. Sæ-
pe etiam materia alba & lactea quasi cum vrina
copiosè emittitur, & mictionem ardentem excitat,
& quidem sæpe tanta copia excernitur, vt vbi tub-
sudet, dimidia pars matulæ repleatur; & talis vrinæ
mictio sæpe satis diu continuatur,

B De eius generatione alios aliter sentire noui; ac
scio, quosdam eam pro pure in renibus genito ha-
buisse. Verum si toti renes in pus resoluerentur,
non posset tanta eius copia, quanta interdum ali-
quot septimanas singulis diebus excernitur, inde
suppeditari,

Ego in ea sum sententia, prouenire illam mate-
riam à cruditate, & vitiosa concoctione primo qui-
dem ventriculi, deinde etiam, cum error coctio-
nis primæ non possit corrigi in secunda, epatis, qua
chylus, & postea etiam sanguis crudus relinquitur,
neque à partibus salis & tartareis, quæ in prima
coctione separari debent, mundatur, quæ postea
à renibus attractæ, & ad vesicam transmissæ dolo-
rem inter mingendum pariunt, & præcipue in fine
coctionis, dum aliquid eius materię collo vesicæ
& extremitati meatus vrinarij adhærescit pertina-
cius. Atque in eâ sententiâ eo sum adductus, quod
vir quidam Doctus, qui per aliquot septimanas ar-
dore vrinæ laborabat, & vrinam quidem satis copio-
sam, sed tali materia alba ita refertam, vt di-
midium vrinæ occuparet, emingebat cum ma-
ximo dolore, & variis adhibitis remedijs nihil le-
uaminis sentiebat, tandem solius vini malustici
potu curatus fuit. Calculus quoque in vesica latens
vbi inter mingendum ceruici vesicæ alliditur, dolo-
rem inter mingendum excitat. Tandem etiam à
semine in masculis ardor vrinæ excitari potest, cum
illud vel loco, in quo continetur, motum, ve-
rùm non ejaculatum, sed in ductu, per quem eici
debet, hærens, acrimoniam acquirit, meatumque
nonnihil arrodit, vel cum corrumpitur & malignam
qualitatem acquirit, id quod in lue venerea ac-
cidit.

Verum hic inquirendum, quod ab Autoribus
præteriri video, qui fiat, quod vrina, quæ cum do-
lore emittitur, nunc copiosè, nunc parçè & stilla-
tim, quod sit in stranguria, saltem emittitur, & quæ
ardoris vrinæ & stranguriæ, ratione causæ sit dif-
ferentia. Memini enim non solum virum illum,
cuius modo mentionem feci, sed & alios quosdam
vrinam satis copiosè cum summo dolore emisisse.
Ego in ea sum sententia, differentiam esse præci-
pue in loco affecto, atque in stranguria, & cum
vrina stillatim excernitur, iphisterem præcipue af-
fici, qui ab acrimonia vrinæ stimulatus, sese qui-
dem aperit, vt vrina emittatur, molestiam tamen &
dolorem inter mingendum precipiens, vt eam effu-
giat, sese constringit, continuo tamen iterum laci-
situs iterum laxatur, atque ita vrina sæpe, sed guttatim
extillat. Vbi vero causæ hæret in meatu vrinario vrinæ
quidè libere transit, & satis copiose redditur, sed
cum dolore. Pertinet ad causas mictionis cum do-
lore coniunctæ & inflammatio partium vesicæ, quæ
licet continuum dolorem coniunctum habet, ista-
men exacerbatur, vbi vesica ad vrinam emittend-
am contrahitur, & ab vrina exitum querente in-
flammatiõ comprimitur.

Materia
alba & lac-
teæ ardo-
rem vrinæ
excitans.
Quomodo
generetur?
An sit pus?
Aurhoris
sententia.

Ardoris
vrinæ &
stranguriæ
differentiã
ratione
causæ?

Partium
vesicæ in-
flammatiõ.

Signa Diagnostica.

Signa: Ipse dolor ab ægrotante facile percipitur, qui etiam de eo conqueritur. Causæ vero signis discernendæ sunt. Patent autem sepe ex iis, quæ hæcenus dicta sunt, & inflammationis vesicæ, vlcærum, calculi signa antea sunt proposita, & urinae præuæ qualitates, ut & pus vel semen corruptum faciliè innotescunt.

Prognostica.

Prognostica. 1. Ipsum malum quidem per se non lethale est, cum molestia tamen coniunctum, & pro diuersitate causarum nunc facilius, nunc difficilius curatur. 2. Ardor urinae si diu durat, vesicam tandem, eiusque collum exulcerat. 3. In senibus decrepitis difficulter curatur. 4. Si accidat, quod sæpe fit, simul urinae suppressio, malum redditur periculosius. 5. Qui à veneno est urinae ardor, raro curatur.

Curatio.

Curatio. Tota autem huius mali curatio in causæ amotione consistit, quæ quâ ratione institui debeat, ex antecedentibus patet. Ad materię euacuationem etiam hæc potiuicula commoda est. ℞. *Sebesten. iuiubar. an. num. x. fol. malua M. b. Coq. in aq. hordei simplici. In colatur. s. q. dissolue cassia extracta* ℞. x. Adde *syr. violarum* ℞. b. Misc. Ipsum tamen symptoma quod attinet, si dolor sit vehemens & vires deiciat, dolorem lenientia sunt usurpanda, & quidem quæ exhibentur, simul causæ resistere plerumque possunt, ut *syrupus violarum, decoctum malua. althea, iuiubarum. sebesten, glycyrrhiza, seminum 4. frigid. maiorum, amygdalar. dulcium, & haum emulsionis*, quibus, si ardor sit vehementior, *semina papau. albi, hyoscyami, grana & trochiscos alexkengi* addere licet. Ut ℞. *Sem. psyllij* ℞. vi. *cydonior* ℞. iij. *quatuor frigidor. an. 3. ij. papau. albi* ℞. i. b. Conquassentur, & cum aqua malua extrahatur mucilago, quæ cum aqua hordei exhibeatur, vel etiam in meatum urinarium iniiciatur. Vel ℞. *Sem. quatuor frig. maior. mundat. an. 3. b. gummi Arabici, tragacanth. an. 3. i. b. sem. portul. papau. albi an. 2. n. santali rubri* ℞. i. b. *sem. hyoscyami albi* ℞. j. Cum mucilagine sem. psyllij fiant trochisci drachmæ vnius pondere. Datur vnius mane & ante cœnam. Vel ℞. *Grana sebesten num. x. Infundantur in aq. destillata solani & mane exhibeantur. Utiles est & contra ardorem urinae aqua florum fabarum* ℞. viij. mensura haulta.

Extra vero usurpanda *de in amygdalar. dulcium, violarum, nymphae, papaueris*, quibus pubes & perinæum inungenda. Vel fiat fofus & infellus ex *decocto malua, althea, parietaria, florum chamemeli, capitum papaueris*, vel etiam ex hisce medicamentis parati clysteres in anum iniiciantur. In meatum urinarium etiam infundatur *lac recens multum*, vel *oleum ex amygdalis dulcibus recens expressum, ut & emulsio seminum melonum, papaueris*. Si dolor valdè urgeat, etiam ad narcotica, ut *theriacam recentem, & Laudanum Opiatum* acciderelicet. Si à veneno sumto sit ardor urinae, sicut Monachis illis apud Leonellum Faentinum, *Pract. Medicinal. cap. 70.* accidit, qui ranas comederant, exhibeatur *cassia extracta* ℞. i. in aqua malua dissoluta. Postea exhibeantur aqua malua ℞. x. cum iulebi *violarum* ℞. iij. Verum periculosum hoc malum est, ideòque simul alexipharmaca exhibenda. Si à cantharidibus sit ardor urinae, lac exhibendum, *mucilagines sem. malua althea, cydonior. psyllij, emulsionis sem. papau. lactuca & frigidor. maior. grana haliacabi, gummi Arabicum, tragacantha, syr. violar. nymphae, papaueris.*

A

CAPVT VI.

De Mictione inuoluntaria & urina incontinentia.

Mictio inuoluntaria Duplex
A D deprauatam mictionem pertinet & ea urinae excretio, cum homini præter voluntatem non opportuno loco & tempore expectato urina effluit: id quod dupliciter fieri potest, vel vigilantibus, cum præter voluntatem, & facultate expultrice ferè non, aut parum concurrente, urina sponte effluit, ut homo id se se non animaduertat, id quod apoplecticis, paralyticis & aliis quibusdam accidit; vel dormientibus, in quibus etsi quoque nescientibus, urina profluat, tamen tum desiderium mingendi concutit, & procul dubio imaginationi offertur stimulus ille urinae; in hoc saltem vitium est, quod homo tum in somno ita sese moderari & facultati motrici imperare potest, ut urinam loco & tempori magis conuenienti retineat. Qui duo affectus ut sunt distincti: ita etiam distinctas quasdam causas habent.

Causa.

Causa nimirum inuoluntarij urinae profluij, quod & vigilantibus & dormientibus accidit, est vitium sphincteris vesicæ, qui relaxatus & imbecillis redditus est, ut sese contrahere nequeat, & officium vesicæ claudere, unde urinae exitus ferè semper patet, & inuicis etiam ac nescientibus effluit. Neque enim aliam urinam retinendi facultatem habet vesica, quam hunc officio præpositum musculum, qui id claudit, & urinam retinet, donec ex arbitrio hominis laxetur. Quænam autem sit causa imbecillitatis & resolutionis sphincteris vesicæ supra cap. primo dictum. Solet tamen etiam urina interdum præter voluntatem reddi, cum abdominis musculi valde conuelluntur, ut urina ob eorum contractionem, ventrisque compressionem ex vesica quasi propellatur. Ob eandem se se causam etiam interdum grauidis in vltimis mensibus urinae incontinentia accidit, ut & iis, qui tumorem habent supra vesicam, idque ideo procul dubio, quia musculus vesicæ ab vtero factu distento, vel tumore comprimitur & vellitur.

Ubi hoc occurrit dubium, quomodo ex eadem causa & urinae incontinentia & suppressio fieri possit. Scribit enim Hippocrates, in *Coacis*: quibus incogitanter urina procidit, & pudenda retrahuntur, de sepe depositi sunt. Et ibidem; ex refrigeratione interceptio urinae pessima. Verum sciendum, dum urina ex refrigeratione supprimitur, solum facultatem sentientem affici, ita ut urinae stimulum non percipiat: si vero non solum sensus afficitur, sed & facultas motrix ita impeditur, ut musculum contrahere non possit, sit inuoluntarium urinae profluum. Si vero per somnum saltem hoc fiat, per vigilias vero nil tale obsetuetur, equidem & tum in musculo illo vesicæ officium claudentis aliqua est imbecillitas à frigida & humida intemperie proueniens, sed non tanta, ut homo, si velit, urinam continere non possit: ideòque ad imbecillitatem somnus profundior accedat, necesse est, & quasi quædam negligentia, & homo per somnum ab urina stimulatus non cogitet, lectu urinae reddendæ commodu locum non esse. Vbi enim urinae ea copia in vesica collecta est, quæ hominem, seu copia, seu qualitate stimulare ad excernendum possit, si homo profundius dormiat, & ad imaginationem irritationis sensus perueniat, facultas expultrix, nisi à ratione expulsio impediatur, ad expellendum insurgit, & præcipue si sphincter sit debilis, urina profluat. Quò multum etiam

Mictio inuoluntaria Duplex

Causa

Quomodo urinae incontinentia & suppressio ex ea causa

etiam facit consuetudo, ob quam causam infantes noctu sæpius lectum commingendo huic intempestiæ mictioni quasi alluescunt, vt postea etiam adultis familiaris maneat. Nonnulli non solum labefactatam facultatem eausam incontinentiæ vrinæ ponunt, sed coactam, dum scilicet vrina sui copia vel impetu in muscolum vesicæ agat, eumque comprimat sua grauitate, & ad apertionem quasi cogat, quamuis voluntas non vocet ad illam. Verum hæc causa commodius refertur ad obiectum & nimiam stimulationem. Vrina enim copiosa ideo statim excernitur, quia facultatem expultricem irritat, neque accidit hoc sine voluntatis imperio.

Signa Diagnostica.

Affectus hinc ipse per se satis notus est: causæ vero ex ægri relatione, & iis quæ præcesserunt, faciliè innotescunt.

Prognostica.

1. Vrinx præter voluntatem profluuium, quod accidit vigilantibus, nunc facilius, nunc difficilius curatur pro causarum, à quibus illud pendet, grauitate. Etenim quod à musculo vesicæ ab externa causa refrigerato accidit, non ita difficulter curatur. Et omnino si cerebro & spinali medulla sese recte habente accidit vrinx profluuium, de salute & restitutione non desperandum. Quod vero spinali medulla affecta vel vesicæ musculo vulnerato accidit, difficiliter curatur, imo plerunque incurabile est.

2. Vrinx vero incontinentia, quæ infantibus & pueris accidit, plerunque etiam sine medicamentis ætatis progressu corrigitur; cum non solum corpus ficius euadat, & musculi robustiores fiant, sed etiam verecundiæ & pudoris magis rationem habeant. Et propterea inter dormiendum magis cauti & solliciti sint.

3. Nonnullos tamen, etiam adultos, ac imprimis si poculis dediti sunt, hoc vitium ad mortem vsque comitatur.

Indicationes & Curatio.

Curatio in eo potissimum consistit, vt morbus & causa, ob quam sphincter læditur tollatur. Quapropter si musculus ceruicis vesicæ resolutus sit, ei malo occurrendum, vt supra capite primo dictum, & qualitas, quæ resolutionis causa est, per contraria medicamenta corrigenda. Inter alia autem remedia commendatur Diacyminum, thus è vino potum, calamintha & mentha cum vino ante cænam pota, guttur galli, gallinæ, vel caponis tostum cum aqua vel vino, de quo Solenander, *sektione 4. consil. 11.* proponit medicamentum paratum, facile, quo ipse in artis operibus felicissimum Virum cum iuramento prospere in hoc affectu Romæ vsus obseruauit Doctorem Gisbertum Hollandum Medicum. Is accipiebat guttur galli, vrebatur, vt non consumptum, sed tostum exiccatumque teri possit, exhibebatur puluisculum sub noctem ante cænam cum vino rubello adstringente, aut haustu dilutissimæ poscæ, idque aliquod diebus reiterabat. Quod remedium, siue manifesta siue occulta qualitate id præstet, procul dubio huic malo succurrit muscolum vesicæ roborando. Laudantur & testiculi leporis combusti. Vel *℞. Thuris, mastich. corallior. rubr. spodij an. ʒ. ij. cubebar. caryophyll. macis, cardamomi, cyperi, piperis longi, Zingib. guttur, gallinac. an. ʒ. j. F. Puluis, qui vel solus sumatur, vel ex eo cum miua cydon. fiat Electuarium, aut cum sacch. albo Rotulæ. Vel ʒ. guttur. gallinac. rossi ʒ. ʒ. cineris erinacæ ʒ. iij. agrimon. ʒ. ʒ. thur. ʒ. ij. F. Puluis, cuius ʒ. j. exhibeatur hora vna ante cibum cum vino albo vel iure gallinæ. Vel ʒ. Ocul. cancri. nucleor. persicor. flor. hyperici, vesic.*

Operam Sennerti. Tom. III.

A *apri an. ʒ. ij. F. Puluis. Vel ʒ. Vesica apri rossi & puluerisati, guttur. gallinac. gummi Arabici an. ʒ. j. rad. pimpinella, macis an. ʒ. ʒ. F. Puluis.* Extra vero pecten & perinæm foueatur spongiâ imbutâ decocto folior. menthæ, absinthij, rotar. rubr. balaustior. in vino parato, aut fiat ex his plantis balneum. Vtiles etiam sunt thermæ sulphureæ & aluinosæ, vel inungatur locus oleo absinthij, mastichino, menthæ, nardino, aut applicetur cataplasma è plantis modo enumeratis paratum. Vel imponatur hoc cerotum. *℞. Thuris ʒ. i. ladani, mastiches, spodij, cupular. glandium. an. ʒ. ii. ligni aloës, cinamomi an. ʒ. i. styrac. calamit. ʒ. ij. succi mentha ʒ. iv. cera q. s. F. s. a. Emplastrum.* In specie autem ij, qui noctu in lectum mingunt, vesperi parum bibant, & imprimis à vino diuretico abstineant, vt & omnibus aliis cibis, potu, & medicamentis, quæ vrinam ad vesicam faciliè mouent, ne facultas expultrix irriteretur. Etsi verò inter symptomata ista, quæ circa mictionem accidunt, rarus ille affectus Diabetes dictus referri possit: tamen cum à plerisque Medicis inter affectus renum recenseri soleat, neque etiam vesica quicquam mali in eo patiatur, supra inter affectus renum *part. 7. sect. 2. cap. 2.* eum explicauimus.

CAPVT VII.

De Vrinarubra, cruenta & nigra.

E Mingitur etiam sæpè vrina colore præter naturali prædita. De coloribus autem istis ex professo de *Vrinis* Medici tractant, quos & ego secutus in *Institut. lib. 3. part. 1. sect. 3. cap. 2. & 3.* de his egi.

Vrina rubra.

Vt autem ea, quæ de vrina rubra in *instit.* dixi hic non repetam, saltem de eâ viniâ rubrâ hic aliquid addendum, quæ à cruditate fit, de qua pauci scripserunt. Facit autem eius mentionem Galenus, *1. ad Glauc. cap. 7.* dum signa quotidianæ febris recenset, vrinasque in quotidianis vel albas & tenues, vel crassas & turbulentas, vel rubras esse scribit. Notatu verò dignum est, quod de vrina rubra monet Dodonæus, in *obseru. medic. cap. 31.* vbi docet, vrinas rubras mingi non solum in morbis calidis, vt febribus ardentibus, & tertianis, partiumque interinarum inflammationibus, sed non raro in iecinore ac ventriculo per diuturnos & longos morbos cum refrigeratione debilitatis. Refertque historiam viri quinquagenarij, qui à quartanâ, quâ menses quatuor aut quinque laborauerat, in lienteriam incidit, & cruda deiecit; ac nullo febrili calore restante vrina admodum rubebat: se verò nulla harum habitâ ratione, sed ad cruditatem respicientem, vt consuleret ventriculo & iecinori, per præsentem quartanam debilitato, victus rationem calefacientem & resiccantem instituisse, vinumque exhibuisse generosissimum ac potens, quale Hispanum. E medicamentis vero diagalanges, diatron pipeleon, & eius generis similia, quibus tantum profecit, vt concocta apparerent excrementa, & vrinx color remitteretur, ac similis sanorum redderetur. Cum verò æger iam sanum se esse existimans secretò cereuisiam bibisset, mox vrinx color iterum in ruborem multum intensus, manifestè ostendit, ex ventriculi cruditate & refrigeratione vrinam quandoque tingi, ac valde rubicundam reddi. Cum ergo à cereuisia abstineret, vrinx mox iterum sanorum similes euaserunt.

De hoc etsi pauci Medici aliquid monuerint: ta-

men in praxi sæpe id obseruare in promptu est, in iis, qui ex quartanis conualescunt, & præcipuè qui ad scorbutum dispositi sunt. Quamprimum enim pisces, vel alium cibum crudiores & coctu difficilem sumunt, mox vrina rubra & quasi splendens apparent, victus verò ratione in meliorem mutata, ad naturalem colorem redeunt. Quænam verò causa huius coloris sit, rationem reddere difficile est. Neque enim est cruentus color, sed talis, qualis in febribus ardentibus apparere solet. Neque tamen à bile, quæ tunc non abundat, sed potius à crasso & crudo humore prouenit. Si quod mihi videtur, dicendum, puto id, quod in Instit. *loc. alleg. dictam*, etiam hic locum habere posse, nimirum non solum à bile vrinam tingi colore aureo, sed & à sale ruffo, sicut lixiuum à sale impuro tingi videmus, vt coloris ruffi appareat. Et, vt Chylicorum vocabulis & stylo hac de re loquar, si ventriculus ipse bene sese habeat, nec error aliquis externus obiecti ratione accidat, partes sulphureæ & tartareæ crassiores in ventriculo & intestinis separantur, & per aluum excernuntur, vnde chylus fit purior, vt postea in epate partes eiusmodi tartareas & sulphureas, quæ vrinam tingere possunt separari opus non sit. Si verò ventriculus sit debilis, & imprimis si ventriculo debili talis cibus offeratur, quem satis coquere & elaborare non possit, non rectè fit partium excrementitiarum in ventriculo separatio, sed chylus impurus & feculentus generatur, qui ad epar delatus, multa talia excrementa suppeditat, quæ vbi à sanguine separantur, & ad renes feruntur, vrinam tali colore misto tingunt. Imò in scorbuticis vrina sæpe non solum rubra est & splendet, verum etiam, vbi turbatur, rubrum sedimentum, & pulueri laterum simile quid subsidet.

Tale ergo si quid in vrinis appareat, non statim calor epatis, vel febris aliqua accusanda, sed diligenter omnia perpendenda. Et si nulla caloris vel febris adsint indicia, ad ventriculum respiciendum, & an is sit debilis, vel cibus coctu difficultis allumtus sit, considerandum. Ac si tale quid animaduertatur, ventriculus calefaciendus, cibique & potus frigidus cum calido permutandas, & pro cereuisia vinum bibendum, vt supra ex Benuenio dictum.

Cruenta.

Vrina cruenta.

Vrina cruenta sit à sanguinis è vasis suis elapsi admittance. Verum causas, ob quas è vasis suis sanguis effluit, multæ sunt, neque etiam semper ex vno loco effluit. Potest enim è renibus effluere, potest à partibus aliis, vt epate, ad renes mitti potest etiam è vasis infra renes, vt renibus scilicet, vesica, membrisque genitalibus effluere. Primò enim in renibus potest aliqua vena aperiri, vase aliquo à vehementi corporis motu, vt equitatione, casu, saltu, aut ponderis grauioris eleuatione aut gestatione rupto, vel osculis vasorum in renibus laxioribus, ipsique renibus debilioribus redditis. Imò nonnunquam natura sanguinem in corpore abundantem per hæc loca expellit. Ita refert Aretæus, *lib. 2. morb. diurn. cap. 3.* nonnullos per circuitos quosdam sanguinem mingere, & si nihil sanguinis effluerit, capitis dolore vexari, oculorum aciem hebetari, tenebras iis obuersari, vertiginem pati: inde alios in comitalem morbum incidere, alios aquæ inter cutem simile quid pari, alios morbo atræ bilis aut nervorum resolutione tentari. Ab acrimia etiam ciborum vsu renum vasa interdum aperiantur, sicut Mathæus de gradibus, *ad 9. Rhas. lib. 2. c. 18.* refert, iuuenem quandam post allij esum largû, multû sanguinis eminxisse. Secundò sanguis iste, qui emingitur, non proximè à renibus proue-

nit, sed ab epate, eoque vel imbecillo, vt sanguinem retinere, sibi que assimilare nequeat, vel etiam sanguine grauato, vel vase eius aliquo quacunque de causa aperto. Tertio idem accidere potest, si vterque à calculis transeuntibus vulneretur, seu vesica & pudendæ partes vulnerentur, exulcerentur, vel eorum vasa laxentur, sicut post nimiam Venerem interdum vrina cruenta emingi solet.

Signa Diagnostica.

Si à sanguine tingatur vrina, non splendet, habetque colorem, qualis aqua ferè, in qua recens mactatorum animalium caro abluitor. Cuius autem partis, renumvè, aut alterius vas apertum sit, & qua de causa, signis discernendum; idque facillè cognoscitur, si symptomata præsentia, & causas, quæ præcesserunt, consideremus. Si enim nulla renum affectorum signa adsint, contra in aliis partibus dolor, grauitas, vel alia symptomata percipiantur, iis affectis vrinam cruentam reddi indicio est, & contra si partes omnes reliquæ sint saluæ & in renibus aliquis morbus deprehendatur, ab iis prouenire vrinam cruentam colligendum. Vas ruptum esse, ex eo colligitur, quod sanguis copiosus, ilque purus & floridus redditur, & quod equitatio diuturna ac vehemens, vel alius motus violentus, ictus, lapsus ab alto, saltus, ponderis grauis eleuatio, aut gestatio, vel vulnus præcessit, percipiturque dolor in parte affecta. Idem accidit, sanguisque floridus excernitur, si ab humore acri vas aliquod erosum est. Discernitur tamen à priori causa, quod sanguis minore copia excernitur, & præsertim in initio, vbi plauè exigua copia emingitur, postea verò aucta erosione maiore copia. Quod si à *diuorsis* & rarefactis saltem venarum tunicis sanguis emingitur, vrina leuiter colore rubro tincta est. Reliqua signa ex iis, quæ supra de renum morbis dicta sunt, patent.

Prognostica.

1. Si vrina cruenta per *diuorsis* & rarefactionem venarum in renibus emingitur, malum minus pericolosum est, & adstringentibus medicamentis adhibitis facillè curatur, præcipuè si malum adhuc recens sit. Sicut & ea, quæ ab erosione mixtio accidit, periculo vacat, si sit recens. 2. Si verò malum iam inueteratum sit, metuendum, ne æger contabescat, vel epatis calore debilitato æger in cachexiam vel hydropem incidat. 3. Si copiosè sanguis emingatur, metuendum est, ne in vesica subsistens periculosam vrinæ suppressionem, vel putrescens & prauam qualitatem induens alia praua symptomata excitet. 4. Si ex pudendis sanguis effluat, minore cum periculo coniunctum est. 5. Si ex vesica vulnerata sanguis profluat, periculosum malum est, vt supra dictum.

Curatio.

Curatio ad causam, à qua symptoma hoc pendet, dirigenda. Nimirum si vasa sint laxata, adstringenda, si erosa, occludenda, si rupta, consolidanda, siue id factum sit in renibus, siue in aliis partibus. Si sanguinis copia malo originem dederit, sanguis detrahendus. Principio ergo si vel à sanguinis copia malum ortum habeat, vel vas aliquod amplum ruptum vel erosum est, vena in cubito aperienda. Medicamenta quod attinet, ea cum in relaxatione, tum in erosione, vel ruptione vasorum sint adstringentia, vimque condensandi, obturandi, & consolidandi habentia. Exhibeantur ergo medicamenta è rosis rubris, myrto, plantagine, consolidida, bursa pastoris, equiseti, polygono, acacia, hypocistide, millefolio, flore albo, quod hic vilissimum est; terra sigillata, bolo Armeno, lapide hæmatite, coralliis, trochiscis de spodio, terrâ sigillatâ, trochif-

Signa

Prognostica.

Curatio

cis Gordonij. Extra applicetur vnguentum Comitialis, Emplastrum Diaphanicum frigidum, contra rupturam, atque alia à modò dictis medicamentis parata. Si à vesica sanguis excernatur, vel pudendis, eadem medicamenta exhibentur, simulque in vesicam iniiciuntur. Ad sanguinem autem concretum in vesica dissoluendum exhibeatur oxymel cum decocto radic. rubræ tinctor. asparagi, vel mumia in iis dissoluta. Eadem in vesicam etiam iniiciantur.

Dieta.

Cibi sint boni succi & adstringentibus mixti & conditi, vel etiam viscosi & glutinosi. Vinum sit rubrum, austerum, aqua chalybeatâ temperatum. Abstineat verò æger à cibo & potu ac medicamentis acerbis, diureticis, aperientibus. Venus vitetur, motus item nimius corporis, & in quiete æger detineatur.

Urina Nigra.

Urinx nigre in Instic. loco allegato tres causas esse diximus, nimirum humorem melancholicum urinx admixtum, bilem atram, & caloris nativi in venis extinctionem. Ad primam causam referri etiam possunt medicamenta humorem melancholicum in liene mouentia, & per urinam euacuantia, cuius exemplum habet Actuarius, de iudicis urinarum, lib. 2. cap. 20. Et Crato, in Consil. medic. à Scholsio collectis, Consil. 174. scribit, se dedisse laboranti ictero nigro lapidem bezoar, ægrumque minxisse tam nigra, quam atramentum est, meliusque habuisse. Ipse etiam sæpe ab ægris scabie, hypochondriaca affectione & aliis melancholicis morbis laborantibus urinam nigram sine damno, imò cum comodo emissam vidi. Et notata dignum est, quod Antonius Valerius, in exercitat. ad cap. 40. Hollerij de morbis internis, scribit de quodam Viro religioso, cui ter aut quater in anno, maximè vere & autumnò ineuntibus, lien intumescibat, cum dolore hypochondrij sinistri, ac subliuidus toto corpore fiebat, sensimque deterius habebat, sed tandem urinis nigricantibus emissis per quinque aut septem dies pristinam sanitatem recuperabat, idque ipsi per annos vndecim aut quindecim accidisse scribit. Ita etiam refert Valeriola, in comm. ad lib. de confit. artis med. Galeni, quendam cum lienis apostemate laboraret, planèque moribundus haberetur, crisi sub vigesimum diem facta, admirandam urinarum nigrarum, atramenti instar, copiam ad libras 12. excreuisse. Idemque in Quartana etiam sæpius obseruauit; quod & ab aliis factum. Itaque si ex humoris nigri admistione urina nigra fiat, euacuatio humoris nigri promouenda; quam ad rem imprimis utilis est fumaris, & alia diuretica simul humori melancholico dicata. Quod verò Hippocrates urinas nigras lethalis morbi indicium esse scribit, ex intelligendæ sunt, quæ à caloris nativi extinctione & extinctione proueniunt.

CAPVT VIII.

De rebus alienis per vesicam excretis.

Vesica equidem urinx excernendæ saltem dicata est. Interdum tamen accidit, vt etiam res aliæ præter naturam ex ea excernantur. De sabalo, & calculo iam antea dictum est. Vermiculos etiam & alia animalcula ex ea eiecta fuisse supra à Cardano, comm. ad aph. 76. lib. 4. Scholiographo, ad cap. 50. lib. 1. Hollerij de morb. internis, Montuo lib. 4. cap. 19. Anasæcus morborum, Paræo, lib. 19. cap. 3. dictum. Membranulas nerueas multiformes ab urinx detentione cum sanie sine fæore Operum Sennerti. Tom. III.

A & febre emittas vidit. Fumanellus, vt refert; cap. 4. tract. de morb. in viis urinae. Andernacus. Dial. primo de balneis & aquis medicat. scribit, concionatorem quendam pituitam quandam aded viscosam & longam, vt intestinum quoddam viceretur, per vesicæ canalem reddidisse, antea miris doloribus excruciatum. Piscium vesiculis similia corpuscula cum urina excreta fuisse, vidit Marcellus Donatus, vt de hist. med. mirab. lib. 4. cap. 29. refert, & quendam incredibili quantitate multis mensibus pituitam lentam corruptam eminxisse, aliamque cum intolerabili cruciatu aliquot diebus pituitæ partes, veluti crystalli aut gelatinæ globulos, pellucidas eminxisse, Scholiographus, ad cap. 50. lib. 1. Hollerij de morbis internis refert. Frustula etiam radicum apij, semina item anisi & alexengi cum urina eiecta fuisse, supra de Diabete dictum. Fungi frustula per vesicam reiecta scribit Nicolaus Florentinus, serm. 4. tract. 4. cap. 29. & Alex. Benedictus, lib. 3. Anas. cap. 13. Pilos quoque cum urina reiectos fuisse, supra dictum.

Et rei huius etiam notabilem historiam refert Guil. Fabricius, quam Cl. Dn. D. Gregorius Hostius, sectioni quinta Epistolar. Medicarum inseruit. Fuit nimirum fœmina quædam Bernensis, quæ octennium dolore ventris & lumborum correpta urinam nunc sanguinolentam, nunc purulentam & turbidam, pilis plurimis ruffis & oblongis refertam non sine dolore maximo quotidie exercebat. Quæ curata fuit ab eodem Fabricio clystere sequente iniecto tertio vel quarto quoque die. ℞. rad. alib. malua an. ℥. ij. melisse, arrenis. organi, malua, althæa, an. M. ij. flor. sambuci, melilati, chamameli an. M. j. sem. anisi, carui, seselios an. ℥. ij. fernugræci, lini an. ℥. j. Incidantur & manipuli duo coquantur in aq. lb. ij. ad remanentiam lb. j. in quâ dissolue. bened. laxat. ℥. iij. olei aneth. chamamel. an. ℥. j. butyri recent. ℥. i. β. vitellos ouor. ij. Fiat Clyster. Corpus per interualla euacuauit sequenti potiunculâ. ℞. rad. fenicul. cichor. polypod. an. ℥. ij. herbar. scabiose, melisse an. P. j. cuscuta, flor. cordial. geniste Hispanica an. P. β. sesel. fol. jena an. ℥. i. β. Coq. ad remanentiam ℥. ij. In quibus dissolue bened. laxat. ℥. i. β. diacarthami ℥. i. syr. laxatiui compositi cum rhubarb. agarico & jena ℥. β. aq. cinarom. ℥. iij. Misce. Fiat Potio. Renes sequenti linimento inunxit. ℞. Vng. rosar. ℥. ij. ol. amygd. dulc. lilior. albor. an. ℥. j. Misce. Ex prædictis radicibus, herbis, floribus & seminibus pro Enemate præscriptis etiam sacculos parauit, quos aquâ costos ventri & perinzo applicandos curauit. Plura hæc de re vide in eadem Epistolar. D. Hostij sectione. Guilielmus Fabricius, cent. 4. obseru. 53. refert, grauidam quandam corpus quoddam membranofum ex vesica ad pagni magnitudinem, molle tamen & lubricum, & quod in maximas & tenuissimas membranas extendi poterat, excreuisse. Quod si tale quid accidat, ad morbos & causam, & quibus generantur, respiciendum, & corporis euacuatione præmissa ea exhibenda, quæ humores viscosos & similia in vesica abstergunt & urinam mouent. Fernelius quoque, lib. 6. patholog. cap. 11. scribit, abscessum ani etiam visum esse interdum in vesicam penetrat, ac tùm micturo crepitum è pudendo, perinde atque è podice, atque etiam fecis non nihil urinx permixtum prorupisse. Cuius rei etiam alia duo exempla recenset Schenckius, lib. 4. obs. 22. Quidam enim cum laborasset vlcere fistuloso ani, eoque admodum calloso, & vlcere penis sanioso simul teneretur, ex eodem pene crepitum veluti ventris cum fæore emittebat. Alij verò tubicini ob virulentam ex luc Venerea stranguariam in-

Crepitum per vesicam excreti. Feces.

tempestius suppressam exulceratio suborta est, & eo usque progressa, ut, vitiatas circumfritis partibus, tandem etiam anum & vesicam eroserit, quò factum, ut ventris crepitus per penem etiam emiserit. Sicut & *obs. seq.* aliquot exempla eorum, qui clauso ano nati per penem excrementa alui eiecerunt, recenset. Ita etiam refert Guilielmus Fabricius, *cent. 1. obseru. 75.* foemina quendam Geneuensem filium peperisse, qui, clauso ano, excrementa per ductum urinarium, simul & urinam excrebat. Verùm cum tandem excrementa indurescerent, nec per ductum illum angustum amplius permeare possent, inflatus est venter, exorta est febris, aliàque symptomata, ita ut decimo septimo ætatis die è vita discesserit. Aperto cadauere inuentum est intestinum rectum adnatum fundo vesicæ.

CAPVT IX.

De urina per aliena loca excretionem.

Urinæ excretionem per aliena loca.

Tandem ad symptomata, quæ circa urinæ emissionem contingunt, pertinet urinæ per aliena loca excretio. Infantem annos duos natum vidit Amatus Lusitanus, ut *cent. 2. chir. 21.* refert, cui ab ortu glans perforata non fuit, nec vestigium aliquod in ea, ubi foramen esse debebat, apparebat, qui tamen ad radicem penis prope testiculos foramen habuit, per quod lotium non guttatim fluebat, sed directè emanabat. Platerus, *in obseru. pag. 792.* refert, nobilem quendam Capitaneum præter foramen in glandis media anteriore sede secundum naturam formatum, aliud quoque subtus circa glandis radicem & præputij exortum abortu habuisse, per quod mixturo urina deorsum forebatur, ita ut, nisi caueret, se commacularet & semen quoque per idem emittebat. Puellam quoque, ex loco, qui est infra pectinem, paululum supra vuluam urinam reddidisse, nullis interim apparentibus signis atque indiciis, unde illa naturaliter profluere deberet, scribit Antonius Beniuenius, *cap. 90. de abd. morb. & sanat. caus. & cap. 7.* refert, cuiusdam Pauli Bonini filium, qui glande colis clausa natus paulò infra eam meatu paresto urinam reddidisse. Cuidam obstructa vesicæ ceruice urinam affatim, tanquam emissionem, ex umbilico in multos menses profluxit: idque citra tumorem, citra ullam aquæ in abdomine collectionem, & citra valetudinis offensam, ut

A scribit Fernelius, *lib. 6. de part. morb. & symptom. cap. 13.* Causa huius rei fuit, quod recens in lucem edito malè vinctus umbilicus nunquam coaluit, atque hinc semper nonnihil stillauit. Puellam etiam quandam, cui cum suppressa fuisset urina per multos dies, tandem eam per umbilicum profudisse, Bartholomæus Cabrolus vidit. Vesicæ abscessum per perinæum erupisse, è quo urina reddebatur, scribit Fernelius *loco alleg.* Et Dodonæus, ut *ad cap. 78. Beniuenij de abd. sanat. & morborum caus.* refert, vidit per foramen in perinæo ab vlere ceruicis vesicæ nato urinam exerni. Urinæ per sinistrae natis vlcus transsudantis historiam ex D. Iacobo Suterio refert Schenckius, *in obseru.* Militem per femur, vesica ea in parte sclopeto vulnerata, urinam emisisse, scribit Fallopius, *de vulneribus capit. cap. 12.* Puerum quendam duodecimum annum agentem, cum urinam septimo iam die non redderet, propterea quòd concretum quid ex pituita & sanguine urinæ ipsius canaliculos obstruxerat, eam tandem ex ano euacuasse, Antonius Beniuenius, *de abd. morb. caus. & sanat. cap. 7.* narrat urinam per vulnus circa sedem inflictum exeretam fuisse scribit Galenus, *1. de loc. affect. cap. 1.* Et talia exempla alia plurima passim occurrunt. Illud verò præ cæteris notabile est, quod annotauit Platerus, *lib. 3. obser. pag. 735.* Puellæ cuidam annos natæ tredecim, cum aliquandiu copiosè minxisset, urinam subito suppressam esse, atque tunc aquam serosam ex aure dextra adeo affatim exipisse effluere, ut vna vice mensuræ duæ sæpe emanarint, idque dies aliquot. Huic Medicus quidam diuretica exhibuit, atque simul etiam terebinthinam, post cuius usum plus quàm quaterdecies minxit, sed subito iterum urina restricta, aquaque illa ex aure denuo fluere cepit, ut spatio 24. horarum mensuras aliquot excreuerit. Puella interim, ut scribit, bene habita, de nullo alio affectu conquerebatur. Cum capiti applicarentur oxyrhodina ad repulsionem, & lotiones fierent pedum, ac iterum terebinthinam sumpsisset, denuò urinam reddidit, primò magna copia, remittente aurium hoc fluxu, postmodum verò naturaliter, nec quicquam mali inde passa est.

Verùm talia symptomata cum vel morbos à primo ortu contractos, vel alios incurabiles sequantur, de ratione ea tollendi dicere aliquid opus non est. Quâ ratione tamen Ioannes Langius fistulam in perinæo, per quam urina reddita fuit, curauerit, supra *de fistulis vesicæ* dictum.



LIBRI TERTII

PARS IX.

De membrorum Genitalium in viris præter naturam affectionibus.

PROOEMIUM.



M homo sit mortalis, neque individua perpetuò durent; & nihilominus rerum Conditor sapientissimus species conseruari & perpetuas esse iusserit, ita vt in locū vnius decedentis alius succedat; per generationem, vt alia animalia: ita etiam hominem conseruari voluit, & propterea ipsi peculiaria organa dedit, in quibus semen futuris fœtus materia, generetur, conseruetur, ac retineatur, tandemque cum appetitu & voluptate maximâ in actu venereo emittatur, & a fœminæ vtero suscipiatur, & in eo ex semine vtriusque parentis mixto fœtus formetur, ac suo tempore in lucem edatur. Organa autem generationis sua habet vir & fœmina. De fœminarum generationis organis, & morbis ac symptomatibus, quæ eis accidunt, agemus de morbis mulierum. Hoc loco saltem de affectionibus præter naturam, quæ membris genitalibus in masculis accidunt, agemus. Sunt autem generationis organa in viris duorum generum, vnum genus ad seminis generationem & conseruationem facit, alterum ad eius eiectionem. In priori genere sunt testes, & ipsis adiectæ partes, in altero penis seu membrum virile. Vasa generationi & conseruationi seminis dicata sunt vasa præparantia, venæ scilicet duæ & totidem arteriæ, Parastata dictæ, vasa testibus incumbētia, testes, vasa deferentia, Vesiculæ seminales, & Prostata seu glandula seminales. An verò testes, an alia vasa semen generent, nonnulli in dubium vocant, & contra vulgatam opinionem testibus vim seminis generandi derogant, quod Physicis discutiendum relinquimus. Hoc saltem non prætereundum censemus. Recentiores, qui testes semen generare negant, eâ etiam ratione vti, quod in testibus semen non reperiatur, verum ratio hæc non magni momenti est. Neque enim omnia, quæ in viuente sunt, etiam in cadauere remanent, vt conspici possint. In viuentium verò testibus semen contineri, obseruauit Dodonæus, vt c. 39. Obser. Medic. refert. Cum enim cuidam testiculus eximeretur, & calens adhuc medius diuideretur, ex ipsius centro semen erupit. Cum verò testes vel intemperie, vel aliis morbis vix affici possint, quin parastatæ & vicinæ partes simul afficiantur, de morbis membrorum genitalium in viris seminis generationi inseruientium acturi, partes eas communi testium nomine complectemur: Cum etiam medicamenta hisce partibus non separatim adhiberi possint, sed ob vicinitatem & connexionem omnes simul ab eis afficiantur. Si qui tamen proprii morbi hic occurrent, eorum etiam in specie mentionem faciemus. Habent enim hæc corporis partes suam naturalem constitutionem, & non minora sapientiæ & omnipotentie Diuine in his partibus, quàm aliis, apparent indicia. Nam licet pudendæ hæc partes dicantur, & tanquam obscenæ tegantur: tamen, vt rectè B. Ignatius, ad Philipenses, scribit, tunc demum aliquid est obscenum, cum per scelus illud polluimus: cum verò omne abest peccatum, nihil turpe censendum est, nihil mali eorum, quæ facta sunt, sed omnia valde bona. Et Augustinus hac de re contra Iulianum c. 16. scribit Genitalia membra a Deo condita esse honesta & decora, sed per peccatum facta esse inhonesta, adeo vt iam tegantur. Ideoque ea hinc vt non peccatis contaminata, sed vt à Creatore sapientissimo artificiosissimè condita considerabimus, & quot modis à

naturali illa constitutione defleant, videbimus. Ac primò agemus de morbis testium, & scroti, deinde de morbis penis seu membri genitalis, tandem de symptomatibus, quæ circa generationem, & membris genitalibus accidunt.

SECTIO PRIMA.

De morbis partium genitalium in Viris, & primo de testium morbis.

CAPVT I.

De Testium Intemperie.

Testium
intempe-
ries.



Estes in Viris variis morbis corripiuntur, intemperiei, interdum deficient, interdum abundant, interdum calculi milis reperiuntur, interdum peccant magnitudine, patiunturque inflammationem, & tumoribus ac apostematibus corripiuntur; retrahantur versus abdomen, vulnerantur, exulcerantur, cancro corripiuntur, de quibus ordine dicemus.

Causse.

Causse.

Et primò quidem testes sæpe morbis intemperiei laborant, & potissimum frigida, atque eadem fatali etiam vasa præparantia corripiuntur. Internæ causse sunt partium internarum, vt cordis, epatis, renum intemperies. Partes enim hæc cum sanguinè & humores ad vasa genitalia & testes mittant, si intemperie aliquâ laborant, facilè eam testibus communicant. Externæ causse sunt ær, imprimis frigidus, qui testes facilè afficere potest. Cibum etiam & potus, vt & medicamenta, quæ excessum aliquem qualitatû habent, vasa etiam spermatica alterat, & præcipue calefacit, decubitus lupinus præsertim in lectoplumis referto, equitatio nimia, gestatio oneiû.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscuntur autem intemperies testium primò à causis, quæ præcesserunt, seu calefaciendi, seu refrigerandi, seu siccandi, seu humectandi vim habentibus. Qualis enim causâ præcessit, talem intemperiem inductam esse verisimile est. Postea ex affectis. Si enim testes & vasa seminalia sunt calida, adest propensio in venerem, & semen multum ac calidum generatur, testes ipsi sunt calidi, & venæ circa eos multo sanguine refertæ. Si testes & vasa spermatica sunt frigida, exigua adest propensio in venerem, ac si intemperies sit magna, etiam nulla; adest corporis quædam inertia, testes sunt frigidi, semen est paucum, aquosum & crudum, & cum exiguâ vel nulla voluptate emittitur. Præcesserunt causse refrigerantes, vel etiam immodica & intempestiva Venus. Hinc qui ætate nondum maturâ veneri indulgent, eorum calor nativus exhauritur, & partes genitales frigidiores redduntur, vt postea in prima senectute statim steriles reddantur. Si humiditas testium sit intemperies, laxitas in iis apparet, & semen nimis celeriter emittunt, à coitu tamen minus læduntur, quam qui siccam intemperiem eorû habent. In sicca enim intemperie testium hæc omnia sunt contraria. Et quia ad intemperiem testium cognoscendam maximè facit naturalis testium intemperies cum partes eâ intemperie facilè corripiantur, ad quam naturalem inclinationem habent: Signa intemperiei testium è Galeno subiungere libet: Ita autem ille, *Artis med. cap. 45. & seqq.* Temperaturarum verò, ait, testiculorum calida quidem ad venerem proclivis, & masculorum generatrix, & sæcunda, celeritèrque genitales partes obsepit pilis, simul autem circumiacentes attingit par-

tes. Frigidior verò contraria efficit. Et humida quidem multo & humido semine abundat; sicca paucum, & modicè crassum generat semen calidior verò & siccior, & crassissimum semen habet, & sæcundissima, ac celerrimè ab initio protinus ad coitum animal excitat, & his genitales partes citissimè hispidae fiunt, atque omnes, quæ circumstant, supra quidem vsque ad regiones, quæ ad umbilicum sunt, infra vero vsque ad media femora. Petulca igitur est & ad libidinem prona huiusmodi temperatura, statim verò satiatur & offenditur. Si autem humiditas caliditati coniungatur, hirsuti quidem tales minus, plus verò semine abundant, non tamen plus cæteris appetunt, sed minori detrimento præter modum Venereis indulgent. Quod si satis excreverint & caliditas & humiditas, non sine detrimento à venereis abstinere. Si verò frigidiorè & humidiorè temperiem testiculi habuerint, partes circumpositæ glabrae sunt, & tardè rem veneream exercere incipiunt, neque prout ad actum huiusmodi sunt, aquosum verò & tenue ipsis semen, & parum sæcundum, & fæminarum generatium, vel omnino non generans. Frigidior verò & siccior temperatura similis quidem in reliquis est antè dictæ, crassius verò in ipsa semen existit, atque omnino paucum.

Prognostica.

1. Intemperies equidem testium ex se mortem non inferunt, cum etiam citra hominis interitum excindi possint: ad generationem tamen multum faciunt, & alia incommoda afferunt. Frigiditas n. & siccitas testium sterilitatis causa est, caliditas verò cum ad venerem nimis stimulet, à bonis meditationibus animû abstrahit, & vel infelicis vitæ, vel intèpestive senectutis causa est. 2. Corrigitur autè facilius caloris excessus, quâ frigoris, qui & plus damni affert, & caloris nativus defectus difficulter curatur.

Indicationes & Curatio.

Intemperies calida testium medicamentis refrigerantibus curatur, cum internis tum externis. Exhibenda medicamenta è lactuca, violis, rosis, nymphaea, endivia, portulac. papau. sem. frig. mai. Syrupi scil. conseruz, aquæ, emulsiones ex his paratæ. Extra scrotum & partes vicinæ foueantur aqua vel succo lactuce, endiu. violar. umbil. Ven. portul. vel inungantur ol. rosar. violar. nymphaea, ung. rosac. vel imponantur folia recentia violar. nymph. urticis & vitis. Diæta medicamentis respondeat. Aer sit frigidior; cibum ac potus frigidus, pifana mirum, & alij cibi condiantur lactucâ, endiu. cichor. aceto, succo citri, limon. granat. Abstinentium à vino aut nonnisi *εὐπροσπίου* vel aquâ dilutû bibendum. Frigida intemperies testium curatur calidis internis & externis. Interna sunt Berbonica, calamin. maior. lenist. salvia, radice. asparagi, eryngij, petroselinij, fanic. danci, sem. anis. fanic. eruca, napi, urtica, cicor. rub. pistacia, nucleij pini, nux

Indicati-
nes &
ratio.

mosch. Indica, caryoph. cinam. piper. cnbeba & ex his parata medicamēta. Inter quæ sunt spec. aromat. rosar. caryoph. diasaryr. diambra, diamosch. dnice.

Externa medicamenta ex iisdem parantur & propterea testes fouendi sunt decocto modò enumeratarum plantarum facto in vino generoso vel Hippocratico, vel inungendi *ol. nard. costin. nuc. mosch. caryophyll. macis, cinam. de piper. de fornic. ex pistaceis, moscho, ambra, zibetho*, quod & solum illitum testes potenter calefacit.

Vitiosus ratio sit calida, aer sit calidus, testésque à frigore externo pannis, pellibus, aliisque tegumentis defendantur. Cibi sint boni succi & multi nutrimenti, moderatè calidi & humidi, oua forbilia, carnes boni succi. Si sint medicamentosi, testibus familiares & amisi sint, quales sunt fœnic. anethum, apium, ciceres rubri, bulbi, cœpæ, rad. napi: & quidem herbæ commodius virides adhuc vsurpantur, siccæ enim plus quàm oportet calefaciunt, & siccant. In secundâ mensâ dentur pineæ, pistacia, auelanzæ. Corpus moderatè exerceatur.

Si *humida vel sicca* intemperies in testibusprehendatur, corrigitur ea medicamentis humectantibus & siccantibus, qualia è calefacientibus & frigidificantibus modò propositis facillè eligi possunt.

CAPVT II.

De Testium numero vitioso, & calculis in iis reperitis.

Testium
nerus
vatus.

Testes numero duo sunt secundum naturam, vnde etiam *στυμια* dicuntur; aliquando tamen nulli, aliquando pauciores, aliquando plures reperiuntur. Qui testiculos carent, Eunuchi dicuntur: quorum alij nati sunt, alij excisione testium tales facti, & quidem alij in pueritia statim, alij grandiores iam facti. Aliqui vnum saltem testiculum habent, & quidem alij nati sunt, alius alter excisione ademptus est, id quod interdum in hernia fieri solet. Contra conpertum, quosdam tres testiculos habuisse, idque nonnullis familiis proprium est, & singularis libidinis argumentum. Agathocles, Siciliæ Tyrannus, à *Τιμω* *τιμω* dictus est, vt refert *Cæsar. Rhodigin. antiq. lect. lib. 24. cap. 4.* Idem scribit, *ibidem*, Bergomi in familia illustri Coleonum multos habere tres testiculos, & Franc. Philolpho totidem fuisse; & Fernelius, *lib. 1. patholog. cap. 8.* refert, se nouisse tertium testiculum omnibus quibusdam familiis superabundasse. Tertium etiam testiculum in quodam libidinis immoderatæ obseruauit Montuus, vt *c. 37. to. 4. Anasæu. morbor.* scribit: & in puero Typographi cuiusdam tertium testiculum se vidisse refert Scholiographus, *ad c. 62. lib. 1. de morb. intern. Hollerij;* & Forestus, vt *lib. 27. obser. 15. in scholio* refert, nouit ciuem Antuerpianum, qui tres testiculos habebat & valde luxuriosus erat. Talia autem vitia ipsis sensibus patent. Et quidem testium defectus virilitatem masculis adimit: vnum tamen testem habentes generasse, compertum; qui verò tres testiculos habent, libidinosi sunt. Et cum vitia hæc vel ab ipsa natura proueniant, vel arte inducta sint, curationem non suscipiunt, aut ea non necessaria est.

Lapides in testibus.

Tophos in testibus interdum reperiri scribit Paulus Ægineta, *lib. 6. c. 63.* Et Monspelij in cadaveris cuiusdam dissectione testiculos lapillis plenos inuentos fuisse Gesnerus, *de fossilib. c. 11.* scribit. Reperit quoque Fel. Platerus lapidem in testibus, vt & alij quidam, quorum obseruationes col-

A legit Schenckius, *lib. 4. obseruationum*, Generantur autem tales calculi procul dubio, cum serum impurum, & calculo generando aptum sanguini, qui seminis materia futurus est, permiscetur, & cum eo ad testes defertur, ibique in lapidem coagulat.

CAPVT III.

De Testium magnitudine vitiosa inflammatione & tumoribus aliis.

Testiculos & mammas aliis vtrosque, aliis alterutrum duntaxat immodicè increuisse refert Galenus, *lib. de diff. morb. cap. 9.* Quod vitium si naturale sit, corrigi vix potest. Si tamen testium nimis incrementum magnitudine inuere velimus, epithemata imponatur ex succo vel aqua plantaginis, rosar. semperuiui, cydoniorum, aceto rosar. Contra interdum præter naturam testes planè contabescunt, cuius rei exemplum affert Vidus Vidius, *lib. 11. de curat. membrat. cap. 2.* de monacho quodam in agro Barcinonensi, cuius testes, etsi in adulescentia moderatam magnitudinem à natura essent adepti, nihilominus processu temporis, ob votum castitatis inuiolabiliter ab eo multis annis obseruatum ferè penitus contabuerant, vasæque spermatica eiusdem adeo exaruerant, vt cum eius cadauer post mortem secaretur, exsiccatorem nervorum seu durorum ligamentorum potius imaginem præ se ferrent.

Inflammatio testium.

Præter naturam verò testes variis modis intumescunt; inflammantur nimis & aliis tumoribus corripuntur.

Causæ.

Et primò inflammationem quod attinet, testes, vt aliæ corporis partes, interdum inflammantur, sanguine ad eos præter naturam confluente: id quod accidit, vel sponte eò riente sanguine, vel percussione aut collisione, equitatione dura, aut ab alia causa externa sanguinem attrahere potente eò attracto. Et quidem testes nunc soli inflammantur, nunc simul scrotum, de cuius inflammatione postea dicetur.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem inflammatio testium, quod testis, quam secundum naturam, est tumidior & durior, dolor in eo percipitur, & præcipuè si digitis prematur, adest rubor atque calor. Quæ omnino, si scrotum simul inflammatur, sunt manifestiora. Febris etiam plerumque adest.

Prognosticum.

Malum hoc est non contemnendum, cum testes non solum ad speciei conseruationem sint necessarii, iisque valde læsis facultas generatrix lædi soleat, sed etiam interdum gangræna succedere soleat. Plerumque tamen ea scrotum facilius, quàm testes corripit.

Indicationes & Curatio.

Testium inflammatio secundum communes aliarum partium inflammationis curandi leges & ipsa naturam fluit, repellendus, intercipiendus, reuellendus, deinde qui influxit discutendus, aut si suppurationis prohiberi non possit, ea promouenda. Principio ergo statim sanguinis vena in cubito secta reuellendus. Postea etiam vena, quæ in poplite vel malleolo est partis affectæ, aperienda. Licet quoque post venæ sectionem altero die cucurbitulas cum scarificatione coxis ad deriuationem imponere.

Testium
magnitudo
vitiosa.

Testium
tabes.

Inflam-
matio
testium.

Causæ.

Signa.

Prognosti-
cum.

Indicatio-
nes & Cu-
ratio.

rs. Si etiam alij humores, præcipuè biliosi, in corpore peccant, qui forsitan fluxui sanguinis occasionem præbent, & ij euacuandi. Simul statim repellentia adhibenda, testésque inuolucendi cataplasmate, ex farina hordei, fabar. pulu. rosar. rubr. myrtull. balauft. coctis in vino rubro vel aq. chalyb. addito ol. ros. & myrtillorum. Vel epithema imponatur ex succo vel aqua rosar. plantaginis, mucilag. sem. psyllij, cydonior. cum aqua rosar. extractâ, cum ol. rosac. & cerussa mixtis. Quæcumque autem medicamenta testibus applicentur, ligatura semper versus superiora tendat, vt testes minus dependeant. Ita enim fluxus ad locum affectum minus fiet. Ad intercipiendum verò sanguinis fluxum ad latus pubis, vbi venæ & arteriæ ex abdomine ad testes & scrotum tendunt, intercipiens & defensiuum medicamentum imponendum, ex far. hord. rosar. rubr. bolo, malthæcum aqua rosar. & albumine ouo; ad vnguentum Comitisæ, vel emplastrum ad herniam. Temporibus progressu repellentibus ad dolorem leniendum admisceantur digerentia, sicutque linimenta ex ol. rosac. vnguento popul. dialthæa, & ol. chamæmel. Tandem ad digerendam materiam vsurpetur sem. lini, sænigræc. flor. chamæmeli, meliloti, vt ex aliarum inflammationum curatione notum est. Ad testium inflammationes etiam commendatur verberna recta in ol. cocta, vini particula adiecta. Laudatur & cataplasma ex fabâ Egyptiaca decorticata cocta cum melle mixta. Vt & alterum ex pane cum ol. & aqua, interdum etiam cum mulla paratum. Vtile etiam est diachylum cum ol. ros. subactum. Aëtius hoc ceratum commendat. ℞. Cera, resina pini, ol. aneth. narcisci an. ℥. x. Cymini, simi asini pilas iij. Fimum asini torrefactum cibrato cymini & admisceo, deinde cera liquefacta & alia admisceantur. Si dolor valde vrgeat, leniendus refrigerantibus & laxantibus. Vt ℞. Malu. violaria, an. M. j. furfur. pug. ij. Coq. & parti applicentur. Vel ℞. far. hord. ℥. ij. sem. lini, sænigræci an. ℥. j. malua, bismlan. ad mollitiem coctar. an. M. s. pingued. porci, ol. viol. an. q. s. F. Cataplasma. Si hæc non sufficiant, cataplasmate ex folijs hyoscyami coctis & contulis vtendum. Si inflammatio in suppurationem conuertatur, ea adiuuanda, & abscessus maturus manus operâ apertendus, tandemque mundandus ac consolidandus aliorum tumorum more.

Inflatio testium.

Inflatio testium.

Testes etiam aliquando intumescunt, & inflantur sine febre, flatibus crassis eos distendentibus. Curatur autem inflatio testium per medicamenta flatus discutientia. Applicetur ergo testibus fimum columbinus cum far. fabar. & axung. porcina cum vino mixtis. Nonnulli folia hyoscyami ad inflationem testium & simul dolorem sedandum commendant. Alij origanum in aceto vel vino coctum & contusum, vel decoctum eius fomenti loco vsurpant. Vel ℞. Pulu. rad. althæa, ℥. s. far. fab. sem. lini, sænigræci an. ℥. j. cumini ℥. s. Coq. in vino & addito ol. aneth. F. Cataplasma. Vel ℞. Pulu. flor. chamæmel. meliloti, far. fab. an. ℥. vi. stercor. caprin. bacc. laur. an. ℥. s. Cum vino & ol. anath. Misce F. Cataplasma. Vel ℞. furfur. tritici cribrati M. ij. far. fabar. ℥. i. s. pulu. sem. cumini ℥. s. Cum vino dulci & ol. aneth. F. Cataplasma.

Tumores duri, frigidi & scirrhi testium.

Tumores testium duri frigidi, & scirrhi.

Non solum autem inflammantur & inflantur testes, sed & aliis tumoribus corripuntur, iisque etiam sæpe scirrhis. Quod accidit, vbi humores in inflammatione non discutuntur, neque etiam in pus mutantur, sed in testibus hærent, atque ibi in-

durantur; aut etiam alijs frigidi & crassi humores ad testes fluunt, ibique indurantur. Cognoscitur hic tumor & visu & tactu, estque sine dolore, vel cum exiguo, ac sine calore & febre. Testium autem tales tumores difficulter curantur. Pars enim hæc laxa est, & facillè excrementa suscipit, & recepta retinet in inuolucris illis, quibus testes teguntur. Curantur verò, vniuersalibus præmissis, hi duri testium tumores emollientibus & discutientibus. Talia sunt, rad. althæa, farina, sem. lini, tritici, passula. Commendatur & rad. lactuæ ex multo cocta, aut cum farin. hord. & sem. lini ac sænigræci mista. Vtile est etiam ol. amygd. amarar. irinum, anethinum, vng. dialthææ, Martiatum, emplastr. diachyl. simpl. & comp. Vel ℞. far. fabar. ℥. i. sem. lini ℥. ij. empl. diachyl. simpl. ℥. .ol. melis. ℥. i. s. anethini, chamæmel. hyoscyam. an. ℥. i. sem. cumini ℥. i. Coq. ad consist. ceroti mollior. Vel ℞. fol. caulium, hyoscyami an. M. i. ficu num. v. Coq. ad mollitiem, & per setaceum traiciantur, quibus adde. far. fabar. sem. lini. sænigræci, pulu. flor. chamæmel. an. ℥. s. adipis renum capra q. s. F. Cataplasma. Vel ℞. rad. mandrag. recent. lb. s. hyoscyam. & alkekengi an. M. i. Coq. in sapa ad mollitiem, & per setaceum traiciantur, quibus adde opopanax ℥. i. cera parum. Misce ad formam emplastri. Vel ℞. Emplastr. diachyl. simpl. & cum gummi an. ℥. .i. ammoniaci vel bdellij ℥. s. Quibus addere licet quoque semen & folia hyoscyami. Efficacissimum est hoc. ℞. rad. Althæa, hyoscyami, halixacabi an. M. j. rad. mandrag. recent. lb. s. Coq. in s. q. sapæ, & contendantur & per cribrum traiciantur. Postea adde opopanax, bdellij, ammoniaci in vino liquor. an. ℥. vi. styracis ℥. iij. Atque addito ol. melino F. Cataplasma, aut cera, emplastrum; quo medicamento, nisi scirrhus testium emolliatur & discutatur, frustra aliena tentantur. Si in pus talis tumor mutetur, pus non diu in teste relinquendum, ne eius substantiam corrumpat & vlcus insanabile vel gangrænam excitet. Ideoque commodissimum est, testem tum excindere. Sunt & alij testium tumores, de quibus postea, cap. 7. inter herniæ species dicitur.

CAPVT IV.

De Situ testium mutato.

Testes etiam situm quandoque quasi mutant, & nimis penduli fiunt: quod fit interdum ex nimia equitatione, interdum ex natatione in aqua frigida, interdum ex materia frigida ligamenta, à quibus pendunt, seu cremasteres laxante; quod accidit in morbis grauioribus & virium debilitate; ac testes penduli virium debiliu sunt indicium. Corpus, si opus, conueniente modo purgandum, & postea exsiccantia calida, si ab humoribus frigidis sit laxatio, non solum testibus & pubi, sed & ossi sacro imponenda, ex salua, betonica, maiorana, primula veris & similibus. Interdum contra testes versus abdomen retrahuntur, vt bubonocelen quasi mentiantur. Interdum etiam planè in abdomine reconditi sunt. Idque nonnullis naturale est & nullo modo curari potest. Interdum quoque accidit hoc ab inflammatione ligamentorum aut distentione neruorum. Quod vbi euenit, emollientia & laxantia vsurpentur.

Situs testium mutatus.

CAPVT V.

De Vulneribus, Ulceribus, Cancro & gangrana testium. Vulnera testium.

Testium
ulcer.

Vulnerantur interdum testes: quod sanè periculo non vacat ob graua, quæ subsequi solent, symptomata. Ita refert Maethæus Glandorpius, *in speculo chirurgico, obseru.* 37. Iuueni cuidam dextrum testiculum frameâ transectum fuisse, vt in maximum auctum fuerit molem, & dolor ac deliria successerint. Eisdem curandi indicationes & leges habent testium, vt aliarum partium, vulnera. Iuuenis cuius modò facta est mentio, curatus fuit, vena tali incisâ (potest etiam primum in brachio, si opus sit, vena aperiri) & clystere iniecto, testiculus etiam, vt & totum scrotum cum pene & pectine, inunctus fuit oleo rosaceo, & impositum cataplasma digerens ac roborans, adhibicumque emplastrum diapalno.

Ulcerata testium.

Testium
ulcer.

Interdum post inflammationem relinquitur vlcus in testibus: nonnunquam & seroci vlcera testibus communicantur. Sunt autem hæc vlcera valde periculosa, vt pote in loco humido, & sæpe in cancerum abeunt, aut in gangranam terminantur. Vt verò, si possibile sit, rectè curentur, primò corpus conuenienti modo purgandum: deinde vlcus mundandum vnguento Apostolorum, adiecto vnguento Aegyptiaco. Lauandum etiam vlcus decocto rosar. balauitior. myrtillor. cum modico thuris in aq. plantag. & vino rubr. factò. Deinde ℞. Tutia prepar. minij, plumbi vsti, antimonij an. ʒ. ij. Cum ol. myrtin. & cera, fiat vnguentum. Vel vsurpetur istud Gordonij. ℞. Litharg. ceruss. cadmie, acacie, cortic. granat. sang. dracon. iussæ an. ʒ. ij. aloës, sarcocolla, thuris, aluminis an. ʒ. j. Puluerisatis adde cera & ol. q. s. fiat vnguentum. Vt postea vlcus carne claudatur. ℞. Aloës hepatica, sarcocolla, anechi combusti, thuris, rap. hamatite an. ʒ. ij. alamin. vsti, flor. aris an. ʒ. ʒ. Cum ol. rosar. F. Vnguentum. Cicatrix tandem inducatur vnguento de minio, vel alio conueniente emplastro.

Cancer testium.

Cancer.

Vlcera testium in cancerum sæpe abeunt. Habet eius rei historiam Vvieri, *in obseruat.* talem. Iuuenis quidam Nobilissimus cum ex intempestiua Venere & assidua equitatione testium debilitatem contraxisset, & præterea lue Venerea laborasset, in herniam varicosam & sinistri seroti tumorem incidit. Quam cum chirurgi emollientibus curare tentaret, paucorum mensium spacio supra testem leue tuberculum, rubore aliquo tinctum, apparere cepit, quo aperto nihil effluxit, nec vllum latentis in eo humoris indicium apparuit. In medicamentis ergo, quæ emollirent, putrefacerent ac pus generarent, perseveratū est, donec se ostēderet latens cancer, qui breuitanto furore efferebuit, vt ater terribissimo cum scrore & frequenti sanguinis fluxu tumoris multam partem depalceretur atque exederet, ægròque tandem mortem afferret. Qui ante mortem valde deplorauit, quod Vvieri consilio non esset obsecutus, qui suaserat, vt ab emollientibus, quibus cancer exasperatur, abstineret, & potius per leniter refrigerantia & assiccantia incrementum mali prohiberet.

Gangrana testium.

Gangrana.

Tandem etiam testes ex inflammatione & vlcerebus planè corumpuntur, & gangranam contrahunt. Quod malum ferè lethale est, eiusque rei exemplum habet Forestus, *lib. 27. obseru.* 6.

CAPVT VI.

De Scroti morbis.

Scrotum, quod est testium receptaculum & exterius tegumentum, & ipsum aliquos morbos bi. patitur; præcipuè verò inflammatur, vulneratur, excoriatur & exulceratur, ac gangrana corripitur.

Inflammatio Scroti.

Inflammatione interdum corripitur scrotum, & quidem nunc solum, testibus saluis, sæpissime testibus simul inflammatis. Causæ inflammationis sunt eadem, quæ in testiculorum inflammatione sunt propositæ. Nonnunquam tamen etiam in febribus, & præcipuè malignis, inflammatio testium succedit, natura vitiosos humores eò detrudente. Inflammatio autem hæc facile patet. Scrotum in tumorem attollitur, adest durities, rubor & calor, dolor lancinans, qui leui contactu exasperatur, febris plerumque comes est Inflammatio scroti periculo non vacat. Cum enim sit in loco humido, facile in gangranam mutatur, vt postea dicesur. Curandi ratio est eadem, quæ testium inflammatorum.

Vulnera Scroti.

Vulneratur etiam scrotum. Et si solum, testibus saluis, vulneretur, facile, vt alia vulnera, curatur. Si verò testes simul lædantur, curandum vulnus, vt capite precedente dictum.

Excoriatio Scroti.

Excoriatur interdum scrotum epidormide erosa, quod infantibus sæpe accidit à lotio. Idem tamen & adultis ex eadem causa euenit, si vrinam in lectum emittant. Curatur in infantibus pompholygis, seu nihili alibi aspersione & linteis mundis ac siccis sæpe appositis. Vel ℞. Vag. de ceruss. ʒ. ʒ. litharg. ʒ. i. ol. rosar. parum. F. Vnguentum. Vel myrtus arida subtilissimè trita & cribrata, adiecto thure vel myrrha aut lapid. calaminari, aspergatur.

Ulcerata Scroti.

Exulceratur quoque scrotum, ab affluxu humorum acrim, vel post inflammationem, & quidem vel solum, vel cum testiculis. Curatur autem iisdem remediis, quibus testium vlcera.

Gangrana Scroti.

Post inflammationem quoque interdum gangrana corripitur scrotum. Ita memini anno 1603. hic ciui cuidam, qui febre maligna laborabat, subito materiam ad scrotum detrusam fuisse, atque hinc eius inflammationem excitatam, eamque vnica die in gangranam mutatam, totumque scrotum vsque ad abdomen ea correptum fuisse: quod cum Chirurgus sectione demeret, testiculi nudè conspiciantur: qui tamen idoneis medicamentis adhibitis & gangrana sedata, carne à vicino abdomine succrescente obducebantur, vt testiculus vterque vna carne obductus pomi figuram referret. Vir hic diu vixit & senex euasit. Similem historiam ex D. Petro Holzheimio refert Glandorpius, *in Speculo Chirarg. obseru.* 38. Gangrana hæc non ita periculosa est, vt aliarum partium. Idoneis enim, quæ ad gangranam solent, adhibitis medicamentis, natura ipsa circa abdomen putridum à sano separat, & quod corruptum est, facile à chirurgo demit potest.

CAPVT VII.

De Hernia & Scroti tumoribus.

Hernia Scroti.

IN signis verò scroti morbus est, qui ab intestinis omentoque ex abdomine in scrotum delapso, vel flatu aut aqua in eo collecta, vel etiam carnea quasi massa in eo genita excitatur, scrotumque inde in tumorem attollitur. Tumores hos pro diuersitate causarum, Græci, vt postea dicitur, nominibus distinguunt. Latini autem in decoro, sed communi herniæ nomine appellant, vt scribit Celsus, lib. 7. cap. 19. Herniæ enim Sabinorum lingua Saxa dicuntur: quod nomen proculdubio ideo hisce tumoribus scroti tribuitur, quod instar saxi duri sint. Et si verò de Hernia propriè dicta supra, part. 2. cap. 6. vbi de situ intestinorum mutato tractauimus, egerimus: tamen hic de eadem, vt morbus & tumor est scroti prorsus etiam agendum. Ea tamen, quæ loco allegato dicta sunt, hic non repetemus. Equidem herniæ propriæ dictæ nomen præcipue ἀπρωκία & ἐπιπρωκία, de quibus loco allegato, actum, competit. Verum tamen aliis etiam scroti tumoribus idem tribuitur, & herniæ nomine etiam comprehenditur πνευματώδης, hernia ventosa, ὑδροκήλη, hernia aquosa, ἑρμώδης, hernia carnosa, κισσακήλη, hernia varicosa. Et si enim κίλη apud Veteres omnis tumor, quæcunque parte esset, diceretur: postea tamen in specie vsurpari cæpit de scroto tumoribus modò dictis. Cum autem, vt dictum, de enterocele & epiplocele supra actum sit: restat iam, vt hic agamus de hernia ventosa, aquosa, carnosa & varicosa.

De πνευματώδης seu hernia ventosa.

Pneumatocele. Πνευματώδης seu hernia ventosa aut flatuosa est tumor flatulentus in scroto: & solet aliquando cum hydrocele, aliquando etiam sine ea inuadere.

Causa.

Causæ. Causa eius continens sunt flatus; qui vel à vicinis intestinis & abdomine transmittuntur, vel ob debilem partis calorem in eo colliguntur; Et omnia quæ ad flatus generandos faciunt, quæ alibi sunt explicata, etiam hic locum habent. Estque hoc malum pueris satis familiare.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur pneumatocele, quod scrotum, & interdum etiam vnà testes, valdè distenduntur sine pondere & grauitate, flatulique, si manibus scrotum premitur, deprehenditur, & de loco in locum mouetur cum sono.

Prognosticum.

Prognosticum. Læuissima autem & curatu facillima est inter reliquas hæc herniæ species; cum flatus facilius, quam aliorum tumorum in scroto causæ, tollantur.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio. Curatur verò, vniuersalibus præmissis, & materia vnde flatus generantur euacuata, flatus discutientibus remediis, iisdemque, quibus in colica à flatu vtimur, nim. flor. chamæmel. meliloti, ruta, sem. cumini, carui, anethi, milij, bacc. lauri. Corpore ergo euacuato talis clyster iniiciatur, præcipuè si flatus ex abdomine suppeditantur. ℞. Ruta M. ℞. flor. chamæmel. melilot. sem. anethi an. M. ℞. carui, cumini, lini an. ℞. ij. Coq. Colat. ℞. ℞. i. eleuar. bened. laxat. ℞. j. de bacc. laur. ℞. ℞. ol. rutæ. aneth. an. ℞. i. ℞. F. Clyster. Deinde ventriculo imponatur sacculus ex floribus chamæmeli, meliloti, sem. milij, cymini, carui, anethi. Exhibeantur etiam flatu discutientia, galanga, cuminum, caryophylli, theriaca, mithridatium, aqua zedoariæ, flor.

A chamæmeli & alia, quæ in colica flatulenta exhiberi solent. Ipsi verò scroto talis folus adhibeatur. ℞. Origani, calaminth. ruta flor. chamæmel. melilot. an. M. i. sem. carui, cumini, anethi an. ℞. ij. Coq. in vino pro fotu. Postea inungatur scrotum ol. rutæ, chamæmel. anethino, cheirino, laurino, costino, sambucino. Vel imponatur cataplasma ex farina fabarum, lupinorum, sem. cymini, carui, flor. chamæmel. meliloti. Vel ℞. Fimi vaccini ℞. ij. sulph. vini, sem. cumini an. ℞. ij. Misce & cum ℞. q. mellis & ol. anethi. F. cataplasma. Vel imponatur emplastrè bacc. lauri vel meliloti. In pueris autem & tenellis corporibus olea dicta sufficiunt cum aliquot guttis, aquæ vitæ, vel emplastra in oleis dissoluantur. Abstinentum à cibis omnibus, è quibus flatus generantur.

De Hydrocele seu hernia aquosa.

Hydrocele est tumor scroti ab aqua in eo collecta, & accidit hæc tumor frequentius cum hydrope Ascite, aliquando etiam sine eo. Colligitur autem aqua vel inter erythroidem tunicam, & darton dictam tunicam, vel extra ipsam, inter eam & pelliculas adiacentes, vel in propria pellicula continetur, atque hoc genus herniam in tunica superagnata vocamus. Aliquando verò duplex hernia oboritur, cum materia aquosa & intra tunicam darton dictam, & in superagnata consistit, vt Aëtius, terrab. 4. ferm. 2. cap. 22. scribit. Et quidem aliquando solum aqua scrotum distenditur, aliquando etiam flatu coniunguntur, vt in hydrope quoque fieri solet. Interdum etiam carnosa quædam substantia circa vasa spermatica concreta aqua tecta latet, quæ, scroto aperto, paulò post in cancerum malignum degenerat, cuius rei duo exempla recenset Guilielmus Fabricius, sent. 4. obseru. 65. & 67. Vbi enim serosus humor acris est, venas capillares membranâque leuiter erodit, hinc pars illa sanguinis, quæ paulatim exsudat, in carnem concreuit, reliquum verò, quod serosum est, scrotum ita extendit, vt caro ta&u explorari non possit. Idem etiam, obseru. 65. refert, iuuenem sibi obatum fuisse, quem cum ipse, & alij Medici ac chirurgi solum aquosa hernia laborare putarent, nihilominus cum caustico scrotum aperuisset, præter aquam etiam carnem quandam & induratum materiam circa vasa spermatica inuenta fuisse. Et si verò metueret, ne cancer suboriretur: tamen cum perpenderet ætatem iuuenilem, constitutionem corporis aliàs optimam & sanam, leniter emollientia & discutientia applicauit, è quorum vsu cum malum non ingrauescere, sed potius duritiem decrescere videret, ad fortiora peruenit, & ita malum curauit.

Causa.

Causa. Aqua autem hæc raro in ipso scroto generatur, sed ex abdomine affluit, in quo iis de causis, quæ in hydrope sunt expositæ, colligitur. Et licet interdum nondum hydrops adsit: tamen aliquid aquæ in abdominis cavitate colligitur, quæ sensim in scrotum descendit; etsi tanta eius copia nondum sit, vt ventrem totum in tumorem attollere possit. Nonnulli quidem statuunt, si hydrops nondum coniungatur, destillare serosum eiusmodi excrementum in scrotum è vasis vrinariis illud ad vesicam deferentibus, si in earum tunicis raritas aliqua, vel à naturæ primordiis facta sit, vel processu temporis ob vim acrioris vrinæ superuenerit, ob quam aliquæ eius guttæ assiduè transsudent, quæ facillè sibi aditum parare possint ob suam tenuitatem & loci propinquitatem ad testes & scrotum. Verum tunicæ illorum vasorum satis sunt densæ, vt non sit credibile, vrinam per illas transsudare possit. Vero magis consentaneum est, si accedat hy-

dtoccele sine hydrope, aliquid humoris aquosi in abdomine cumulari, & hinc ad scrotum mitti, vel etiam à rene, vt mox dicitur, descendere, vel in ipso scroto ob partium imbecillitatem, imprimis accedente causa externa, vt percussione vel compressione, humorem aquosum colligi, præcipue si sanguis iste, qui per vasa spermatica ad testes deferatur, sit aquosior. Tumor autem nunc totum scrotum, nunc dextram vel sinistram eius partem occupat. Et quidem cum scrotum vno saltem latere intumescit, citra externam causam, humor non est in scroto, sed in membrana erythroide testem continente. Et tunc nunquam dexter testis intumescit, sed saltem sinister, idque ob renem sinistrum malè affectum accidit. Cum enim sinistrae partis seminalis vena non ex caua, veluti dextra, oriatur, sed ab emulgente sinistri renis procedat, si ten sinister malè affectus sit, nec officio suo rectè fungantur, pars vrinae cum per renem malè affectum descendere non possit, per seminalem venam in tunicam erythroideam delabitur, & tantus tumor interdum excitatur, qui etiam caput humanum saepe aequat.

Signa Diagnostica.

Tumor ipse oculis pater. Esse autem eum ab aqua, à fluctuatione, quæ, dum tumor premitur, animaduertitur, cognoscitur. Præterea scrotum lucidum quasi apparet & præcipue si candela ei opponatur, ægerque de pondere & gravitate conqueritur: neque etiam tumor per compressionem in abdomen recedit, vt in hernia ab intestinorum prolapsu fieri solet, sed semper ferè eiusdem magnitudinis apparet. Vbi testes soli intumescunt, scrotum adhuc rugosum aliquo modo apparet; quod non accidit, vbi aqua inter scrotum præcipue continetur. Quo in loco verò, & inter quam tunicam humor aquosus contineatur, sic cognoscitur. Si inter erythroideam tunicam contineatur, tumor erit rotundus, paulò longior, oui instar testiculique ibi visui & tactui occalcatur, scrotumque, ipsum albidius est, & nihil aut parùm intenditur. Si extra erythroideam tunicam sub parto lateat humor, testiculus tactui occurrit, scrotum magis intenditur. Si verò in superagnata tunica humor hæreat, tumor vndique conglobatus alterius testiculi imaginem refert.

Prognostica.

1. Malum hoc pro causarum varietate nunc magis nunc minus periculosum est. Quæ enim cum hydrope coniungitur hydrocele, non curatur, nisi hydrope prius cutatâ, & eius causa ablata. Nam licet aqua semel vel discutatur, vel scroti apertione euacuetur: tamen noua rursus affluit. Si verò causa aquam generans minus grauis sit, facilius curatur. 2. Qui à causa externa est scroti tumor, non ita difficulter curatur. 3. Is, qui est in sinistro teste à sinistri renis vitio ortus, difficulter curatur, & non nisi rene curato, quod saepe impossibile est: & temporis progressu ab acrimonia humoris substantia testis corrumpitur, & immedicabile vlcus excitatur. Licet etiam testis sectione aucteri possit, & ita tumor tolli: tamen postea humor, qui antea in testem descendebat, in corpore hæret & alia mala excitat. Ita refert Dodonæus, *observ. cap. 39.* Anglum quendam in grauissimum testis sinistri dolorem ineidisse, qui nullis remediis leuari poterat. Cum verò vltimum remedium videretur sectio & testis ablatio, ea Antuerpiæ instituta est, quæ cum perageretur, hydrocelem latuisse deprehensum, cum copiosa in secantis faciem aqua exsilerit. Curatus verò & sanatus à vulnere paulò post de lumborum dolore & gravitate conqueri cepit: in pube etiam circa cicatricem do-

A lor cum tumore successit, & aliis accedentibus symptomatibus mors secuta. Corpore aperto deprehensus ten sinister durus admodum, ac iusta quantitate maior, & substantia interiore haud parenchymatis colorem referens, sed candida, concreto ac indurato puri similis. E quâ obseruatione apparet, causam tumoris aquosi testiculi sinistri fuisse renem sinistrum malè affectum; Symptomatum verò superuenientium & mortis subsequenter testis exsectionem. Cum enim teste ablato serosus ille humor ad testem confluere amplius non posset, in corpore retentus symptomatum variorum & mortis causa fuit.

Indicationes & Curatio.

B Curatio duobus perficitur, primò vt aquosi humoris generatio, & affluxus prohibeatur: Deinde vt is, qui iam præsens est, in scroto euacuetur. Quapropter si simul hydrops coniunctus est, curatio ad eum præcipue dirigenda, & aquosi humoris generatio prohibenda: quod etiam faciendum, si sine hydrope, aqua in abdomine colligatur. Si verò sinistri testis vitium, sine hydrope tumoris causa sit, ad sinistrum renem curatio est imprimis dirigenda. Et omnino cautè agendum, si hernia sit in sinistro teste, ne malo curatio grauiora eueniant symptomata. Itaque si vitium aliquod insigne sit in rene, vel planè à curatione abstinendum, vel scrotum tantum in inferiori parte incidendum, vt serosus ille humor effluat. Imò interdum singulis annis id facere opus est. Ita refert Guilielmus Fabricius, *cent. 4. observ. 66.* Ioan. Griffonium Chirurgum viro cuidam sexagenario propter herniam aquosam singulis annis scrotum parte inferiore perforasse, & serosum humorem euacuasse, ac postea vlcus ad cicatricem perduxisse, atque hominem istum ad summam senectutem peruenisse. Si verò in rene vitium non fuerit, & defluxum planè impedire libuerit, incisio in superiore parte scroti propè inguina facienda, vt non solum serosus humor euacuetur, sed prohibeatur etiam, ne rursus noua aqua in scrotum defluat, quod cicatrix in erythroide facta impedit. Cuius curationis exemplum *ibidem* habet Fabricius. Cum enim vir quidam quadragenarius hernia aquosa in parte sinistra laboraret, corpore prius purgato, ægròque in sella collocato, scrotum in superiore parte usque ad tunicam erythroideam incidit, ipsumque ex anteriori parte ab ipsa membrana aliquantulum separauit, & acu incuruata ac filo reduplicato vniuersam hanc tunicam (præter vasa seminalia apprehendit, & mediocriter constrinxit atque ligauit. Postea ex inferiore parte ligaturæ membranam iam antè dictam secundum longitudinem incidit, & aquæ libras aliquot, sed paulatim, extraxit, deinde tutandam satis longam albumine oui madefactam ad latus testiculi & inferiorem partem scroti versus infixit, & inguina ac ventrem infimum oleo rosaceo inunxit, & hapsum cannabis, vitello atque albumine oui cum pauca aqua rosacea conuulsato madefactum applicuit. E Postero die hoc digestinum apposuit. ℞. *Terebinth. lota* ℥. ij. *cera noua* ℥. ʒ. *gummi elemi* ℥. i. *ol. rosac. amygdal. dulc. an.* ℥. ʒ. *de vitellis ouor.* ℥. ij. Dissoluatur *gummi* lentissimo igne cum oleis, *terebinthina*, & *cera* separatim cum *panxillo olei* liquefactis & additis, fiat unguentum, tum admisce *vitellum oui vnius, croci* ℥. ʒ. Neque processum hunc, antequam vulnus probè esset digestum, mutauit. Tunc puluerem mundificatum vlceri & turundis quotidie inspergit, & vlcus per duos menses apertum tenuit, & corpus per interualla purgavit, vulnusque cicatrice obduxit. Ab eo tempore vir ille benè valuit, optimam tamen victus ratio-

Indicationes & Curatio.

na.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

Prognosti-

ca.

nem obseruauit, & singulis annis aliquoties corpus purgauit. Ipsam uero aquam in seroto contentam quod attinet, euacuatur ea vel insensibiliter seroti aperture. Insensibiliter euacuatur per discutientia, de hernia flatulenta proposita, quæ tamen hic potentiora esse debent. Qualia sunt, farina fabarum, baccæ lauri, flores chamæmeli, meliloti, sem. dauci, fanigraci, agni casti, cumini, carui, pulegini, calamintha, ruta, origanum, sulphur, nitrum, ammoniacum. E quibus fiunt fomenta, cataplasmata, inunctiones, emplastra. Vt ℞. Calamintha, origani, ruta, flor. chamæmel. meliloti an. M. j. sem. dauci, carui, cumini, uicis an. ℥. ℞. Contusa crasso modo coq. in aqua s. q. ad tertie partis consumptionem. Vel ℞. sem. cumini ℥. iii. bacc. laur. ℥. ij. salis ℥. j. ℞. sulph. ℞. i. Coq. in lixurio ad tert. part. consumpti. Colatura spongia imbuatur, qua serotum foueatur. Post totum imponatur hoc cataplasma. ℞. Far. fabar. ℥. iii. sem. lini fenugrac. pulu. flor. chamæmel. melilot. an. ℥. i. cumini ℥. ℞. Cataplasma, cui, si libet, ol. chamæmel. & rutæ addatur. Vel ℞. Cochlear. cum testis contusar. ℥. iiii. bacc. laur. sulph. an. ℥. ij. sterc. caprini ℥. iij. Cum s. q. lixurij. F. Cataplasma. Vel ℞. Far. fabar. ℥. iii. pulu. flor. chamæmeli ℥. i. ℞. sem. cumini, sulph. an. ℥. j. sterc. caprini ℞. ℞. Cum lixurio fiat cataplasma. Vel ℞. Ol. irini, rutæ, laurini an. ℥. i. ℞. bdellij vino soluti ℥. ℞. sulph. vini ℞. ij. sterc. caprini q. s. F. Lini-mentum. Utile est etiam unguentum Agrippæ & Arregon. Vel fiat tale emplastrum. ℞. cera ℞. i. cerebinth. ℥. ij. ℞. bdellij, ammoniaci an. ℥. ii. Misce. F. Emplastrum. Quod si insensibiliter aqua discutiri non possit, sensibilibus euacuanda seroto aperto. Aperitur autem serotum scalpello: quod quidem præsidium, si intra serotum saltem aqua contineatur, sat tutum & efficax est: si uero intra proprias testium tunicas delitescat, minus tutum & efficax. Chirurgram autem hanc integrè describit Paulus Aegineta, lib. 6. cap. 62. Aëtius, terrab. 4. form. 2. cap. 22. Celsus, lib. 7. cap. 18. qui ibi uideantur. Potest etiam serotum cauterio seu actuali seu potenciali aperiri. Si cum hernia aquosa caro aliqua circa testiculum concreuit, cautè curatio instituenda, cum facile malum in cancrum abire soleat. Cuius rei exemplum habet Dôdonæus, in obseru. cap. 40. Vir enim quidam generosus, cum hydrocele parte sinistra aliquoties laborasset, aperiri scalpello tumorem sibi permisit. Efflaxit citò omnis humor, tumor quoque subsedit. Sed cum testis ipse omnino esset corruptus, vicinas partes facile infecit. Subsecuta mox seroti uniuersi, ac etiam penis, cum tumore & ingenti dolore, gangræna, & tandem mors. Ideoque consultißimum est, serotum incidere, ac testiculum & quicquid circa ipsum concretum est, separare atque excindere, dummodò id fieri radicibus possit. Si enim scirrhusa illa materia processum iam occupat, & abdomini adhæret frustra curatio instituitur. Si uero materia maligna non sit, ut curari possit, emollientibus id præstandum, ut supra ex Guil. Fabricio, cent. 4. obseru. 66. dictum. Ita etiam si testiculus ex aqua corruptus sit, quod ex fæore & prauo colore aquæ cognoscitur, testis extrahendus est, ut in hernia fieri solet. Recentiores hic adhuc unam herniæ speciem addunt, quam humoralem vocant, eamque ab omnibus humoribus, excepta bile, prouenire statuunt. Verum si à sanguine sit hic tumor, & quidem cum inflammatione, pertinet ad inflammationem seroti & testium, de qua supra dictum: aut si ex eo caro quædam concreuit, pertinet ad sarcocolem, de qua mox dicitur: si ab aqua est, est hydrocele: si ab humore aliquo crasso, & indurato, ad tumores frigidos & scir-

Hernia humoralis.

rum testium pertinet, de quibus supra diximus.

De Sarcocole seu hernia carnosæ.

Aliquando etiam quiddam carnosum in seroto nascitur, testibusque adnascitur, & serotum in tumorem attollit, qui sarcocole seu hernia carnosæ appellatur.

Causa.

Generatur autem hæc hernia ex sanguine impuriore ad testes & serotum copiosius affluente, ibique in substantiam carni similem mutato. Huic autem sanguinis affluxui occasionem præbent, hernia intestinalis, ictus, percussio, lapsus, sectio ramicis non rectè instituta. Ut enim in artibus, si cortex externus vulneretur vel contundatur, ex affluente alimento nodi fieri solent: ita etiam, si membranz vasorum rumpantur vel contundantur, ut quidem sanguis non copiosius effluat, sed alimentum affluens sensim extillet, ex eo talis caro à natura, quæ nunquam oriosa est, produci solet: Vbi tamen ipsa natura sæpe simul data uia cum bono alimento vitiosos aliquos humores extrudit, eosque in talem luxuriantem carnem conuertit. Aliquando etiam materia hæc planè induratur & in scirrhum conuertitur.

Queritur autem hic non sine causa, cur hernia carnosæ plerumque in dextro testiculo fiat, sicut aquosa in sinistro. Scribit enim Guil. Fabricius, cent. 4. obseru. 64. se uicium tantum hernia carnosæ ex sinistra parte laborantem uidisse, reliquas omnes in dextera parte fuisse. Causa huius rei mihi uidetur hæc, quod vas præparans seu uena seminalis dextri testiculi ab ipsa uena caua, sinistra uero ab emulgente oritur. Etenim si sanguinem natura ad testes depellere uelit, rectissime id fit per dextram uenam seminalem, quæ ab ipsa uena caua oritur, sicut contra serosi humores facilius ad sinistram testem detruduntur per uenam seminalem ab emulgente oriunda.

Signa Diagnostica.

Tumor in seroto est durus, sine inguinis tumore, sensim auctus; quo modo ab hernia intestinali differt, quæ mollior est & subito oboritur. Si tumor sit durus & scirrhusus, nec dolor nec calor adest; si uero tumor sit malignus, dolor punctorius percipitur. Videndum tamen diligenter, ne hydrocele vel alius testiculi tumor pro carnosæ hernia habeatur, quod interdum accidit, si aqua profundius lateat, & extra, etsi candela adhibeatur, nulla sui signa exhibeat. Tale exemplum habet Forestus, lib. 27. obseru. 25. in Scholio. de quodam viro, qui testem unà cum seroto in modum scirrhii paulatim in maiorem modum auctum, & durum per quinque annos habebat, ut omnes sarcocolem esse putarent. Postea tamen cum emollientia & maturantia applicarentur, tumor mollior euasit, & factò abscessu magna aquæ copia, quæ intus latuerat, cum impetu quodam erupit, unde serotum & testiculus detumuit, ægèrque sanus euasit.

Prognosticum.

Difficiliter hic tumor curatur, præcipuè si sit inueteratus, & plerumque non nisi chirurgia, qua una testis tollitur.

Indicationes & Curatio.

Vniuersalibus præmissis, curandi uia duplex est, nimirum ut vel per reprimentia tumoris incrementum inhibeatur, & per exsiccantia tumor absumatur; vel, si hæc non profunt, chirurgia caro illa, quæ præter naturam excreuit, tollatur. Nonnulli quidem etiam hic maturantia adhibere iubent. Verum cum non scirrhus sit, sed caro, quod excreuit, emolliui non potest, & si emollientia adhibeantur, caro magis excreuit. Possunt tamen etiam interna medicamenta

Causa.

Curatio.

Signa.

Prognosticum.

Indicationes & Curatio.

medicamenta ad absumendum sarcoceleum usurpant. Ita scribit Matthiolus, in *Dioscoridem*, lib. 3. cap. 18. se nouisse quendam, qui ononidis radicis puluere duntaxat pluribus mensibus sumpto, carnosum ramiceum abstumpfit, & sanatus est, licet à Medicis nullo alio medicamento, quàm sola sectione vltioné que hunc curari posse, statutum esset. Externa medicamenta quod attinet, sequentia à Medicis tribus Delphenibus pro Doctore Ioanne Heutero, anno 1529. præscripta fuisse, scribit Forestus, lib. 27. obseru. 23. in scholio. *℞. Maluarum, parietariae, flor. chamemeli, meliloti an. M. i. extremitas. absinthij p. j. Coq. in aqua ad mollitiem, exprimantur & contundantur, contusis adde, far. fabar. orobi an. ℥. iv. sem. lini, pulu. cumini an. ℥. i. vini Rhenani, succ. caulium, mellis an. q. s. Coquantur ad formam cataplasmatum. Item ℞. rosar. cum capitibus, myrtill. sumach. balaustiorum, cortic. granat. nucum cupressi an. ℥. ii. acaciae, aluminis an. ℥. j. Coq. in aqua fabrorum pro ℥. i. ℔. Adde aceti ℥. ij. Item ℞. Prassij, ruta, flor. chamemel. meliloti, an. M. j. maluar. parietar. an. M. ℔. vsnea extremitas. absinthij an. pug. j. Coq. in aq. ad mollitiem, & contundantur optimè: Adde farina fabar. orobi an. ℥. ij. pulu. cumini, nucum cupressi an. ℥. j. mumia, ℥. j. ℔. stercore. ouilli ℔. ℔. lixiuij comm. succi caulium, mellis q. s. Coq. ad formam cataplasmatum. Alia etiam medicamenta, quibus Hispanum quendam septuagenarium ab hernia quadam carnosa magnitudine capitis infantis liberatam scribit, *ibidem* videantur. Si verò medicamentis malum curari non possit, & moles tumoris ægro molesta sit, sectione tollendus, & cute in inguine aperta euulsisque vasis seminariis cum illius loci teste, ligatisque simul vasis sub ligaturat, caro amputanda. Minus periculi est, si non in inguine, sed scrotilatera tumente sectio fiat, & testis cum carne illi adnatâ per vulnus extrahatur.*

Cirfocele, seu Hernia Varicosa.

Si verò vasa, quæ testiculos nutriunt, varicum more dilatentur, & tumorem in scroto efficiant; Cirfocele, seu Hernia varicosa nominatur.

Causæ.

Causa huius tumoris ferè est humor melancholicus ad scrotum, & imprimis vasa; quæ testes nutriunt, effusus, quod accidit interdum in fine morborum ab humore melancholico ortorum: & aliàs etiam humor melancholicus in corpore cumalatus ad hæc loca transponi interdum solet.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hoc malum, quod tumor est minor, & quidem circa eâ vasa, quæ testiculo alimentum præbent, ac cum pars affecta tangitur, apprehenduntur illa vasa quasi funiculi, tumorque est aliquantum obliquus, & racematim ac vix in modum quasi conglomeratur, cum testiculi relaxatione. Certis quoque temporibus, & præsertim vere æ autumno, ac cum intestina à flatibus distenduntur, aut pedes refrigerantur, dolor comitatur hanc herniam, cum scilicet vasa illa distenduntur.

Prognosticum.

Malum hoc, vt alij ab humore melancholico orti tumores, curatu sat difficile est.

Curatio.

Vniuersalibus præmissis, & humore melancholico expurgato, curatio, vt in tumoribus melancholicis, instituenda. Et quidem nonnulli hanc Herniam sectione curant. Verùm hæc cura quædam incommoda & pericula coniuncta habet. Nam sine testis læsione vix fieri potest. Quapropter præstat prius medicamenta exiccantia experiri, simulque testes semper in fascia & subligaculo suspensos

Operum Sennert. Tom. III.

A gestare. Medicamenta autem illa sint balaustia, cortices granatorum, rosæ rubræ, bolus Armenus, nucis cupressi & similia. Testaturque Fallopius, quendam eò solum curatum fuisse, quod testes per duos menses in fascia suspensos gestarit, & singulis diebus aquam è nucibus cupressi in vase duplici destillatam adhibuerit, eaque scrotum humectarit, atque per se exiccari permiserit.

Alij emollientibus & discutientibus curam molliuntur, & propterea usurpant balneum seu semicupium ex decocto radic. alth. sem. lini, sesami & similibus; ac postea inungunt locum oleo sesaming, amygd. dulcium cum bdellio, idque diebus octo continuant. Deinde adhibent balneum ex lixiuio, in quo cocti sint flores chamemeli & semen fenigræci: Tandem applicant hoc cataplasma. *℞. rad. scrophul. bryoz. an. ℔. ℔. Coq. ad mollitiem. Contusis adde pulu. flor. chamemel. meliloti sem. aneth. an. ℥. i. farina orobi ℥. ii. furfuris ℥. iv. croci ℥. ℔. ol. amygd. dulc. & lilior. albor. an. q. s. F. cataplasma.*

Lapides in Scroto.

Tandem inter morbos scroti non prætereundi lapides, qui aliquando, etsi rarò, in scroto reperiuntur. Ita Iacobus Moccus refert, citante Schenckio, lib. 4. obs. Monspelii quendam scrotum prætumidum habuisse, tandemque ex putredine ruptum apertumque fuisse, lapidemque inde in quinque partes distractum excidisse. Qui lapis procul dubio in scroto primariò generatus fuit. Aliquando verò in eo ex vesicæ sectione & calculi ex ea extractione minus rectè instituta generantur, cuius exemplum ex obs. D. Ioachimi Camerarii, *ibidem*, recenset Schenckias. Cum enim iuueni cuidam lapis ex vesicæ sectione extractus esset, & lithotomus minus peritus tantùm respexisset ad externum vulnus, neglecto altero ad collum vesicæ, id in fistulam degenerauit. Ex sordibus ergo & sabulosa materia circa collum vesicæ, & in ipso scroto collecta, tandem lapilli plurimi concreuerunt, ac scrotum intumuit, vt pro hernioso illum omnes haberent. Natura tandem exitum quærente fistula suppurata aperta fuit, & lapides paulatim protrusi ad viginti tres circiter. At cum tumor & dolor non decreverent, sed & ischuria periculosissima superueniret, sectio instituta fuit, atque exempti lapilli centum & quinquaginta duo, quorum duo grandiores lupinos referebant magnitudine & figura. Fistula deinde mundata fuit, & topicis conuenientibus magna diligentia adhibitis spatio vnius mensis æger ille valetudinem satis tolerabilem est affectus.

CAPVT VIII.

De Penis morbis, & primò. De Meatus in pene vitis, de penis distortionibus, inflatione, & inflammatione.

E Penis seu membri virilis præcipuus vsus est, vt per id vrina euacuetur, & semen virile in vterum femine iniiciatur. Quos vsus vt rectè præstare possit, suam naturalem constitutionem habet, ab Anatomicis descriptam, quæ tamen variis modis læditur. De meatus huius, quatenus vrinæ emittendæ inseruit, angustia supra, *part. 8. sect. 1. c. 7. 8.* dictum. De glande verò imperforata in specie postea *cap. 10.* dicemus. Contrà obseruatû à Vesalio, lib. 5. de corp. hum. fabric. cap. 14. quendam in glandis apice (& procul dubio etiam in toto pene) duos obtinuisse meatus, vnum semini, alterum vrinæ paratum. Platerus etiam, vt lib. 3. obseru. refert,

G g

Lapides scroti

penis morbi. Meatus vitia.

obseruauit. Nobilem quendam, præter foramen in media glandis sede aliud quoque subtrus circa glandis radicem & præputii exortum ab ortu habuisse, per quod & vrina & semen quoque emittebatur. Tale vitium etsi sit ab ortu, spes tamen curationis superest, si foraminis labia utrinque abradantur, & vulnus postea curetur, vt foramen hoc claudatur. Numerum postea quod attinet, Penem quendam duplicem habuisse, Doctor Ioh. Iacob. Vveckerus Bononiæ in Anatomia publica vidit, vt Schenckcius, lib. 4. obseru. 8. refert. Quosdam etiam membrum vitile nimis breue habuisse obseruatum est, vt & quosdam sine membro virili natos. Quidam etiam id sectione amiserunt. Præterea distorquetur nonnunquam & inflatur penis, interdum quoque; inflammatur, tubercula, meatus angustiam patitur, vulneratur, exulceratur, fistulis corripitur, gangrænam patitur: præputium interdum clauditur, interdum retrahitur, vt redci non possit, interdum plane deest, de quibus iam agendum. Hoc prius in genere monendum, his morbis, qui post ortum contrahuntur, magis iuuenes, quàm senes esse obnoxios, sunt enim iuuenes salaciores & ad venereum procliuiores, & hinc sæpe varios morbos contrahunt. Humores etiam sunt in iuuenibus calidiores & aciores, qui si ad membra genitalia commoueantur, varios morbos procreant.

Distortio membri virilis.

Distortio penis.

Denumero mutato & breuitate vt aliquid amplius, præter ea, quæ modo dicta sunt, addatur, opus non est, cum vitia ista sint incurabilia. Distorqueri verò interdum penem, vt generationi minus aptus sit, compertum. Ita scribit Hollerius, comm. ad aph. 63. lib. 5. Vidimus inquit, qui membro ita obtorto non poterat gignere, quod semen semper hæsitaret in cœuice vteri. Huic paratus est canaliculus plumbeus, vel argenteus accommodatus crassitudini ipsius penis, in quem immisso pene circumpositæ & alligatæ sunt cistellæ, ita vt tandem figuram membri si naturalem recuperarit, & genuerit. Et peculiaris penis distortionis mentionem facit Iulius Cæsar Arantius, de tumoribus præternaturam cap. 50. de qua ipsius verba referre libet. *Veneri nimum additis rarum affectionis genus: antiquis ignotum, quod speciei propagande aduersatur, interdum accidit. Et enim genitale distentum, ac spiritum turgens tristis cum doloris sensu distorquetur, quò fit, vt semen in uterum recta eiaculari nequeat. De hoc morbi genere neminem reperio, qui ita pertraheret, vt veram affectus causam nouisse videatur: appellant tamen nodum penis. Nam etsi demisso & flaccido genitale nihil percipiatur incommodi, particulam tamen pertrahendi paruulus quidam tumor saba vel glandula speciem referens percipitur. Huic affectui plerosque vidi, causa ignaros, emollientia adhibuisse, quod arbitrarentur, se duriusculam illam substantiam quasi humore affluo imbutam, discutere posse. Sed tantum abfuit, vt id præstarent, quod etiam quotidie in dexterius lapsi fuerint: nam arietini cornu in modum, in illud latius, quo tuberculum est, mentula refleuitur. Sed age causam patefaciamus: primum tamen in memoriam reuocare oportet, genitale virinibilib aliud esse, quàm duoligamenta à pubis osse exorta, rotunda, atque intus arundinis in modum caua, fungosa tamen, & rara substantia prædita, quæ spiritu influente turgent. Qui verò Venere nimis indulgent, frequenterque & diu, vt mulierculis placeant, distento sunt genitale, in hoc malum incidunt. Et enim spiritus ille inclusus in aliquam alterius ligamenti concavi partem impetum faciens, eius particulam ita impellit, vt eam relaxet, ac protuberare faciat, quò fit, vt quantum latitudini affe-*

Distortio penis.

A *ta particula adiiicitur, tantum longitudini detrahatur. Quod verò protuberat mentula, id ex propria natura ligamentali, non autem ob noni humoris affluxum accidit, vt morbus in figura, non in magnitudine censendus sit. Satis igitur ex iam dictis constare videtur, quod emollientia adhibentes à ratione recedant, & affectum quotidie augeant, cum laxatum compingi & roborari postulet. Conveniunt igitur, quæ procidenti umbilico atque herniis descripta sunt; forus præterea ex vino austero, nigro, in quo galla, absinthium, myrtilli, balaustra, sumach & eius generis efferbuerint. Commonefaciendi sunt interius agri, vt à veneris abstineant, vel parce utantur, vsquequò affecta particula confirmetur. Sed hac ad non affectus cognitionem curationem dicta sint satis, si mihi ad hunc usum probata medicamenta adiecero. ℞. Aq. nucum pini, nucum cupressi, omphacij, aqua myrtilli. an. ℥. iij. M. Et ex his tepidis lintea madefiant, genitalesq; obuoluantur. Aliud. ℞. Cort. myrobalanor citrin. v. yrobal. chebul. an. ℥. ℥. nuc. cupressi. iij. xv. pini. iij. ros. rubr. p. j. absinth. Pontifici M. j. gallarum, granorum myrti, sem. sumach. an. ℥. j. Cortudantur, incidantur, macerenturq; omnia in vino nigro austero & aqua nucum pini. ac destillentur per balneum, egredieturque aqua magna virtutis ad constringendum. Hac decoctione tepida mendatia lintea adhibeantur: prædicto enim affectui curando aptissima est, admirabilique ad præcauendum à lue Venerea facultate pollet, si quis imbuta lintea inter glandem & præputium contineat, & eadem aqua interdum mentulam lauerit. Et enim quasi antidotus, quæ prohibetur, ne ob infecta mulieris congressum, quod longo usu compertum est, venenosa morbi malitia concipiatur. Hæc ille.*

Inflatio penis.

Inflatur & intumescit interdum penis, & quidem nonnunquam si flatulento spiritu, de quo infra de priapismo dicemus: Nonnunquam ab humore calido, de quo mox, de inflammatione penis agemus: nonnunquam à flatu frigido, vel etiam humore aquoso, id quod hydropicis accidit. Malum hoc visui patet. Causæ verò ex iis, quæ præcellerunt, & symptomatibus, quæ adsunt, facile cognoscuntur. Quid autem periculi habeat colis inflatio, in priapismo, & inflammatione penis suo loco postea dicetur. Quæ autem sit ab humore aquoso in hydropicis, impedit quidem aliquomodo vrinæ excretionem; aliàs per se nihil periculi affert. Curatur medicamentis exciccantibus & discutientibus, qualia in pneumatocele & hydrocele & inflatione testium proposuimus. Fouendus nimirum penis mentha, chamæmelo, absinthio, anetho, semine lini, fœniculi, rutæ, & similibus, quæ vel in aqua coquantur, & duplicatis panis impendantur, vel in cataplasmis formam redigantur & applicentur. Gordonius absinthium, furfur, & pedem columbinum coquit in vino, & contita imponit. Bertretius adhibet hoc cataplasm. ℞. Stercoris columbini, flor. chamæm. rutæ viridis, sem. lini, anethi an. P. j. fermenti P. ℥. nitri vel saponis quartam partem. Coq. in ol. rosaceo. Sitamen dolor, calor vel inflammatio adsit, eiusmodi calida non conueniunt.

Inflamatio penis.

Inflamatur quandoque penis, sanguine præternaturam & modum ad eum conflente. Qui sanguinis affluxus, sed rarius, interdum accidit, natura vitiosos humores cum sanguine eò protrudente; plerumque verò à causis externis, nimia venere, concubitu cum muliere, cuius uterus est immundus & acribus humoribus repletus, à casu, percussione, vulnere. Malum ipsum per se patet: adest tumor, rubor, ardor, dolor, sæpe etiam febris. Estque malum hoc satis periculosum; cum membrum hoc

Inflamatio penis

fit exquisito sensu præditum, & ad id propterea humores facillè confluant. Curatur verò, vt alix inflammationes curari solent. In principio ergò instituenda venæsectio, & si opus sit, etiam purgatio. Simul statim in principio repellentia applicentur; in augmento addantur resoluentia, quæ in statu angeantur, & tandem sola applicentur. Possunt nimirum in principio applicari farina hordei, rosæ rubræ, folia hyoscyami vel epithematis, vel cataplasmatum formâ: In augmento addantur folia althææ, maluæ, flores chamæmeli: In statu iidem flores & semen scænuigræci ac lini, oleum commune, chamæmelium, liliorum alborum.

CAPVT IX.

De Tuberculis & verrucis penis.

Tubercula
verruca-
nis.

Varia etiam tubercula in pene & præcipuè in meatu eius oriuntur, de quibus supra, *part. 8. sect. 1. cap. 9.* dictum. Faciunt autem hæc nonnulli peculiaris tumoris mentionem, ganglii scilicet, tractatque de eo Forestus, *lib. 26. obseru. 8.* qui fuerit in quodam Harlemoni, duritie scilicet quasi schirrosa, non solum glandem occupans, verùm etiam neruum ipsius dorsi priapi. Verùm cum ganglium definiat Paulus Aegineta, *lib. 4. cap. 16. & lib. 6. cap. 39.* Aëtius, *teatr. 2. serm. 3. cap. 83.* quod sit nerui nodosa concretio, ac tumor exiæta aut labore proveniens, scribatque ganglium accidere partibus motui dicatis, præcipuè manuum iuncturis ac talo, vero consentaneum non videtur, verum ganglium fuisse illum tumorem à Foresto descriptum, sed potius aliam carnosam excrescentiam. Et proinde cum ipse Forestus malum illud pro incurabili habeat, & quæ in genere de ganglio proponi solent, in doctrina de tumoribus explicanda sint, hæc de ganglio nihil addimus. Et si quæ talia tubercula curandi spes est, iis medicamentis, quæ supra loco allegato proposita sunt, instituatur curatio.

Verrucæ
pos.

Excrescentiæ etiam quædam carneæ, molles, & fungosæ, ab aliquibus myrmeciarum & thymoram nomine indigitatæ circa glandis, carnem, & sub ipso præputio extuberant, continuò madent, malè olent, ac in dies augentur, atque adeo sæpè excrescunt, vt glandem tegere præputium nequeat, usque, qui morbo Gallico laborant, familiares sunt. Hæc vt tollantur, filo serico singulæ circa basin comprehendendæ & vinciendæ sunt, donec basi contracta, & alimento denegato tandem decidant. Caruncula delapsa alumine locus inspergendus, & linteam aqua rosacea, cui aliquid tutiæ præparatæ admixtum sit, madidam superponendum. Forfice etiam caruncula abscindi potest. Verruce in summo balani, quæ tandem in fungum cancrorum degeneravit, historiam notatu dignam habet Guilielmus Fabricius, *cent. 3. obseru. 88.* quæ talis est. Faber quidam ferrarius à teneris annis verrucam in summo glandis habuit, lentis magnitudinem vix excedentem, ex quâ ante coniugium nihil doloris sensit, in matrimonio verò in coitu summum dolorem percepit, ita vt pertredecim annos ab vxore abstinerent; progressu temporis verruca in monstruosum cancrum, magnitudine infantis recenter nati capiti nihil cedentem degeneravit, & penem massam carnis inæqualem, huiusmodi transformatus fuit, fætor talis adfuit, vt familiares & amici consortium ipsius ferre nequiverint. Vlcerâ etiam non pauca, è quibus vrina hinc inde effluebat, hunc fungum cancrorum ambebat. Morbi tamen penè desperati curam suscepit Guilielmus Fabricius. Corpore conuenienter Operum Sennerti Tom. II I.

Ater euacuato (formulæ allegato loco videantur) & venæ sectione prius instituta, membrum vtile vsque ad abdomen præscidit, & mox puluerem suum ad sanguinem sistendum stuppis albumine oui madefactis applicauit, ac luteis duplicatis, & oxycrato imbutis inguina & scrotum inuoluit, facillèque colligauit, ministrisque constituit, qui per vices manu oxycrato madefacta stuppas cum puluere continuò continerent, ne sanguis erumpet. Cauterium enim actuale in hoc casu periculololum putat, cum quod meatum vrinarium obtuat, tùm etiam vicium & vicinarum partium inflammationem pariat. Et omnino in abscissione membri virilis, vbi eâ opus, danda opera, ne nimia fiat sanguinis profusio, ac inde æger de vitæ periclitetur, cuius rei duo exempla, *ibidem obseru. 89.* refert idem Fabricius. Sequenti die digestiuum imposuit, ac ventrem circumfacientesque partes oleo rosarum & scyrtilorum inunxit, idemque defensionum imo ventri applicauit, vultusque more solito curauit, vt æger plenissimè conualuerit. Pro pene autem & vrinæ canali ipsi instrumentum peni simile applicauit, cuius figura *ibidem* videatur. Mentulæ quoque monstruosæ historiam habet Philippus Hochstetterus, *obseru. medic. Decad. 6. casu 8.* hanc. Consistentis Virætatatis, habitus crassi, sed cacochymici, ruber facie monstrauit in Nosocomio monstruosam mentulam, verrucis prægnantem innumens, acinos botrys adglomeratione æmulantes. Pars quædam tumida, renitens, cuticoncolor, instar globi rotunda abdomini adhaerebat, quæ capiri modò nati infantis magnitudine respondebat, hæc carebat verrucis. Coles ad stuporem magnus, tumidus, longitudinis cum scroto circiter vlnæ Augustanæ. Præputium retroactum circa glandis radicem, nescio quem tumorem cristæ dedit, qui copiosus, subfuscis verrucis luxurians glandem instar collaris moderni, quod ex multiplici panno ad simbriam flocculis ornato, conficitur, ambiuit. Glans tuberosa, & in vesicam quasi sublata palma fuit longior, & pugno maior, ob ligamentum aliquo modo retracta, quam verrucæ obtegebant copiosissimæ, quales in collo gallorum Indicorum conspiciuntur, cum furor eos agitat. Reliqua *ibid.* videantur.

CAPVT X.

De Glande imperforatâ.

Accidit etiam interdum, vt meatus ille, per Glandem imperforatam, quem semen eici debet, non pateat, vel angustior reddatur: Compertum enim, quosdam glande non perforata genitos fuisse, quos Græci *verruca dicitur* appellant, de quibus etiam Paulus Aegineta, *lib. 6. cap. 54.* agit, eiusque exempla aliquot collegit Schenckius, *lib. 5. obseru.* Quia verò hæc affectio hoc incommodi affert, vt neque mingere in partem anteriorem possit, nisi valdè ad pectinem membrum reflexerint, neque liberos generare; cum semen ipsos in directum eiaculari in veterum non contingat; curatione opus est. Et quidem ista glandis clausura ita pierumque comparata est, vt negotio non ita difficili apertum possit, de qua agit Aegineta, *loco allegato*: interdum verò ita facta, vt vestigium nullum appareat, vbi foramen esse debebat, & propterea nec ante, etiam post quod vbi accidit, natura plerumque viam sibi aperit, sicut in paulò infra glandem cuidam factum scribit Beniuenus, *add. san. & morb. caus. cap. 7.* & Amatus Lusitanus, *cent. 1. curat. 23.* refert, infanti cuidam,

Cui nec foraminis vestigium in glande apparebat, ad radicem penis prope testiculos foramen fuisse, per quod urina non guttatim fluebat, sed directò emanabat. Si verò foraminis vestigium appareat, id clausum aperiri debet hoc modo. Locus, ubi foramen esse debet, ferro acuto incidatur ad quantitatem foraminis naturalis, donec ad apertum virgæ canallem perueniatur. Nonnulli quidem perforationem ferro candente fieri volunt, sed periculo id non vacat, & per ferram acutum apertio tutior est. Foramine facto canula plumbea, vel argentea indenda est, quæ primò oleo rosaceo, hinc linimento cicatricem inducente illinatur, eaque tam diu utendum, donec cuticula urinae viæ inducatur.

CAPVT XI.

De vulneribus, ulceribus, fistulis & gangrena penis.

De vulneribus, ulceribus, fistulis & gangrena penis.

Vulnerari interdum etiam penem contingit. Quod si fiat, id periculo non vacat; cum insignis hæmorrhagia, inflammatio, dolor, ac alia periculosa symptomata, imò interdum mors subsequi solet. Curatio autem hæc, ut in aliis vulneribus, præcipuè partium membranarum, instituenda. Vtile est hæc medicamentum, quod componitur ex lithargyrio, ceussâ lota, myrrha, sarcocolla, tutia præparata, tragacantha. E quibus vel fiat puluis, qui vulnere tepido vino eloto, & desiccato aspergatur, vel cum oleo rosaceo unguentum fiat, quod imponatur.

Ulcerata, fistula & gangrena penis.

Vicera penis.

Exulcerator interdum quoque penis; idque accidit plerumque, dum inflammatio & apostema in vlcus transit. Nonnunquam tamen eiusmodi vlcera etiam fiunt à causa primitiua, vulnere nimirum male curato, percussione, attritu, Venere cum immunda scæmna, ac contagio. Interdum quoque quandoque ex causa antecedente, ac materia spermatica, corrupta, & inter caput virgæ ac præputium retenta, ut & aliis prauis humoribus ibidem collectis. Atque ista vlcera interdum in cancrum degenerant, interdum in sphacelum, ut vel tota virga, vel eius pars perdatur.

Differentia.

Sunt autem ista vlcera varia, alia externa alia interna. Atque alia sunt in ipsa virga, alia in glande, alia in præputio. Alia etiam penetrant, ut tam externæ, quam internæ partes exulcerentur, & vlcus ab externa parte vsque ad vrinarium meatum penetret. Alia sunt recentia, alia antiqua, sordida & maligna.

Signa Diagnostica.

Signa.

Si vlcera externa sint, visui patent: si interna, ex dolore, dum urina transit, & pure ante vrinam exeunte cognoscuntur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Vlcera penis periculosa sunt, utpote in loco calido & humido, & faciliè putrefactioni obnoxio, unde serpunt, & difficulter curantur, cum urina per meatum penis effluens curationem impediatur. Præterea pars ipsa sensu exquisito prædita est. 2. Et sunt illa deteriora, quæ sunt in radice virgæ: cum sint in loco humidior. 3. Vlcera, quæ à lue venerea in his partibus excitantur, non curantur, nisi morbo illo prius curato; cum ab eius malignitate foueantur. 4. Aliquando hæc vlcera in cancrum abeunt, vel etiam gangrænam inducunt, ut totum membrum virile abscindere opus sit, cuius rei exempla habet Valescus de Taranta, Guilhelmus Fabricius, & alii etiam autores.

Curatio.

Ut omnium partium vlcera absterfione & exiccatione indigent, ita etiam hæc, & quidem vehementer exiccantibus, ut Paulus Ægineta, lib. 3. cap. 59. docet. In recentibus vlcibus aloë commoda est, si arida in puluerem redacta applicetur. Mitissima est, efficax tamen, pompholix. Fortiora sunt, charta combusta, anethum vstum, cucurbita vsta. Plura talia medicamenta habet Aëtius, tetrab. 4. ferm. 2. cap. 16. 17. & 18. Si glandis regio exulcerata sit, nullum medicamentum emolliens locum habet, sed omnia siccantia sint, oportet. In principio ergo mundetur vlcus aqua rosarum & plantaginis, vel hydromelite, vel aqua, in qua alumen dissolutum sit: Deinde vino, in quo folia rubri, myrti, plantaginis, nuces cypressi, balauſtia, alumen cæcta sint, quo pannilini imbuti glandi imponantur, & præputium semper mundetur. Hinc vsurpandum unguentum album camphoratum, diapompholygos, tutia, & alia ex aloë, lithargyrio, ceussâ, corticibus pini, & similibus composita medicamenta. Vtile est & saccharum Saturni. Ut *L. Litharg. ʒ. ʒ. plumbi vstiloti ʒ. iij. tutia præp. ʒ. ij. aloës ʒ. j. cortic. pini seccator. ʒ. ij. lapid. hamat. ʒ. j. sem. anethi combusti, cucurbita sicca vsta an. ʒ. ij. ol. rosacei ʒ. iij. cera q. s.* Fiat unguentum. Si verò vlcera antiqua, sordida, & putrida sint, abluantur hydromelite cum alumine. Potest etiam aliquid spiritus vini, qui à putredine valde præseruat, addi. Vel *L. Vini albi ʒ. vj. aq. plantag. rosar. an. ʒ. ij. flor. aris ʒ. ʒ. aluminis vsti ʒ. j.* Misc. & parum ebulliant. Vtile est etiam unguentum Ægyptiacum & Apostolorum, ut & aqua in Institut. lib. 5. part. 1. seq. 2. cap. 13. Vel rasura telæ veteris melle rosaceo illinatur, & puluis aristolochiæ rotundæ inspergatur atque imponatur. Si vlcera sint virulenta, præcipitatio cum linimento conueniente mixto utendum; non tamen in eius vsu diu persistendum, sed quando quod callosum & virulentum absumtum est, fouenda pars decocto malux, althææ, sem. lini, & medicamentum digestiuum idoneum vlcere imponendum, donec, quod corruptum est, separetur, de qua re plura de curat. luis Venereæ dicenda. Interdum accidit, ut vlcus sit circa glandem & inter præputium, ac propter penis tumorem videri non possit. Tunc vinum melle rosaceo mixtum vel aqua viridis supra posita iniiciatur. Si verò penis & præputium ita intumuerint, ut nihil iniici possit, cataplasma hoc vel simile imponatur. *L. Flor. chamem. melilot. rosar. farina sem. fenugracian. q. v. Coq. in aq. & lixiuio. F. Cataplasma.* Quod si nec hoc modo pars exulcerata detumescat, & dolor perseueret, & vlcus serpat, præputium secundum longitudinem incidendum, ut vlcus mundari, & conueniendi modo curari possit. Si gangræna periculum immineat, circa vlcus, & penem defensiuum imponendum; & affecta pars scarificanda, atque alia pro gangræna curatione necessaria medicamenta applicanda, quorum antea facta est mentio, ut unguentum Ægyptiacum, Apostolorum, aqua viridis, vel etiam hoc. *L. Terebinth. in aqua tragopogi lota ʒ. vj. mellis osati colati, syr. de ros. siccis an. ʒ. ij. sang. Dracor. ʒ. ʒ. myrrha ʒ. j. unguenti Ægyptiaci ʒ. ij.* Misce.

Si gangræna & sphacelus penem corruerit, tutissimum est, id, quod corruptum est, vel etiam, si opus sit, totum penem abscindere, & medicamenta postea, quæ in aliarum partium gangræna & sphacelo adhibentur, vsurpare. Exemplum huius rei habet Forestus, lib. 26. obseru. 6. de quodam, cui penis post inflammationem ita putrefactus fuit, ut cataplasmati adhærens exciderit, & putrefa-

Gangræna penis.

Etio etiam scrotum occupat, ætò nihilominus idoneis medicamentis, quæ vlcus sanarint, adhibitis, testibusque noua carne obductis, viuo manente, & ex ventre per foramen saltem vrinam emittente: & simile exemplum etiam antea è Guilhelm. *cent.* 3. *obseru.* 88. retulimus

Vlcus in meatu penis.

Interdum verò vlcera id ipso meatu penis generantur, & quidem ex tuberculo seu apostemate intus oborto, vel ex semine acri & visulento, vt in gonorrhæa virulenta accidere solet, vel ex vrina acris, vel ex calculis asperis & angulosis, qui in transitu meatum hunc lædunt. Cognoscuntur autem talia vlcera præcipuè è dolore, qui inter meiendum percipitur, & ex pute, quod ante vrinam excernitur. Penis interdumensus & tumidus est. Discernitur verò hoc vlcus ab vlcerebus vesicæ, quod in vesicæ vlcerebus pus vrinæ miscetur, & squamulæ quædam cum vrina excernuntur, ac ipsa vrina fetet. Curantur autem talia vlcera facilius in iuuenibus. Verùm curatio maturanda, Nisi enim maturè curentur, caruncula in meatu vinario gignuntur, quæ vrinæ emissionem impediunt. In senibus verò raro aut nunquam talia vlcera curationem suscipiunt.

Curatio vt rectè peragatur, victus ratio ea instituenda, quæ humorum acrimoniam obtundat, & propterea utilis est pisanæ hordeacea cum amygdalis dulcibus, & seminibus frigidis maioribus. Vitanda vero, acris, salta, acetosa, diuretica. Deinde corpus à vitiosis humoribus mundandum, humoresque acres temperandi. Topica quod attinet, vlcus abstergentis, glutinantia per siphonem iniicienda, nimirum aqua plantag. equiseti, myrtillorum, vel succi harum plantarum, vel trochisci algerengi cum aq. rosar. equiseti. Vnguentum Petri Baieri, quo quidam habens penem cancerosum sanatus fuit, est hoc. ℞. *Succi extremi: alium rubi, succi extremi: fruticis ros. aceti an. ʒ. ij. thuris, mastiches an. ʒ. iij. lithargyr. aur. ʒ. j. vini M aluar. ʒ. vj. succi semperuiui ʒ. iij. aqua vite ʒ. iv. virid. aris ʒ. ij. b. virioli, alum. vbian. ʒ. j. b. camphor. ʒ. j. el. ros. ʒ. vj.* Puluerisatis pulueritandis subtilissimè, & cribratis coq omnia lento igne, excepta camphora, quæ in sine addatur, vsque ad consumptionem siccorum. Addat ceram & fiat Vnguentum. Vel ℞. *Vini albi lb. j. aq. rosar. plantag. an. ʒ. iij. alum. vsti ʒ. b. virid. aris ʒ. j. camphor. ʒ. j. Misce.* Vel ℞. *Spuma argenti, ceruss. intia præp. an. ʒ. j. saccb. candi ʒ. b. camphor. ʒ. b. aq. rosar. plantag. an. ʒ. iv. Misce.* Fortius est, si addatur *aluminis ʒ. j.* Ad cicatricem tandem inducendam vtile est hoc. ℞. *Aq. plantag. rosar. an. ʒ. iv. trochisc. albor. Rhasis ʒ. b. boli Armen. ʒ. b. Misce.*

CAPVT XII.

De Præputij morbis. Phimosis.

Præter penis morbos hæcenus enumeratos etiam quidam peculiates præputij morbi sunt, inter quæ primo *phimosis*, eaque, vt Paulus Aegineta, *lib.* 6. *cap.* 55. docet duplex. Quandoque enim præputium ita integit glandem, vt rursus detrahi, & glans detegi non possit, vnde seminis eiactatio interdum impeditur, & viri steriles efficiuntur, quod vitium in specie *phimosis* appellatur. Quandoque verò abductum amplius induci non potest, quæ species propriè *paraphimosis* nominatur. Prima differentia, vt *ibidem* docet Aegineta, fit vel à primâ conformatione & natiuitate, vel ab vlcere malè curato, & cicatricem, vel ob carnis accretionem: Secunda verò à venere nimia, vt & in pudendorum inflammationibus, aut quando aliâ violentè præputium retrahitur, vt intumescat, vnde reduci non potest. Primam *phimosis* Aegineta per chirurgiam curat, vt *allegato loco* videre est, modique operandi hic est: Vniuersali corporis euacuatione præmissa, linea recta per superiorem mediamque præputij partem atramento ita notanda est, vt vasa grandiora vitentur. Hinc curuo instrumento inter glandem & præputium infinuando cutis secundum rectam lineam vno ductu ducenda, ita vt interna & externa cutis sibi respondeant, & par sit vtriusque sectio, neque minor, quàm ex vltima sit. Sectione facta sanguinis fluxus siccis limmentis comprimitur, hinc linteam oui albumine, & aq. rosacea madidum imponatur, ægerque per triticum quiescat, & curatio, vt in vlcerebus solet, perficiatur. Si callosum sit præputium, vt non amplius detegi possit glans, Fallopius, *de morbo Gallico, cap.* 84. sine sectione malum curat hoc modo: Sumit fistulam paruam ex plumbo, & in posit in foremen, vt æger per eam mingat; interim præputium oleo amygdal. dulcium, vel pinguedine gallicæ ungit. Secundo die imponit paulò maiorem fistulam. Tercio adhuc maiorem, & hoc modo progreditur deinceps, donec possit glans detegi & callus emolliatur. De præputio à natiuitate prægrandi obseruationem à D. Casparo Volthio communicatam habet Schenckius, *lib.* 5. *obseru.* Refert etiam Guilhelmus Fabricius, *cent.* 4. *obseru.* 81. iuueni cuidam 22. annorum ætatis ab ipsâ natiuitate præputium præter modum propendisse. Ita enim vltus anteriorem partem contortum erat, vt effluente vrina ipsa sursum versus abdomem efflueret. Hinc vesicam commodè, & sine madefactione vestimentorum nunquam exonerare poterat, nisi solutis ligulis ad latera se conferret. Quod vitium quomodo curatum fuerit, *ibid.* videatur. Idem, *cent.* 5. *obseru.* 55. quadregenerium quendam curauit, qui laborauerat à multis annis defluxione quadam humorum ad penem & præputium per certa intervalla cum febre, & aliis symptomatibus. In initio etiam malum corpore purgato & applicato medicamento discutiente facile cederet; progressu tamen temporis morbus cõtumacior factus frequentius ipsam inuasit, & difficilius curari poterat. Nonnunquam enim talis durities in pene, & præputio in præputio remansit, vt spatium duorum mentium illud retrò glandem retrahi non posset. Tandem vbi corpore expurgato & emollientibus ac resoluentibus adhibitis tumor omnis euanuit, suavit, vt semel in mense, aut singulis sex septimanis semel infusum sex granorum croci metallorum in vino sumeret. Loco affecto sacculum adstringentem & roborantem ex radicibus tormentillæ, bistortæ, plantag. balauistiis, nucibus cupressi, rosis & similibus in aqua coctum, primò quidem per integrum mensem manè & vesperi applicuit, postea verò ter aut quater in hebdomade. Atque hac methodo sanatus est. Altera differentia non ita difficulter curatur, si statim membrum in lactepidum immittatur, deinde cataplasma ex emollientibus & leuiter discutientibus imponatur: quibus si non cedat, fortius emollienda adhibenda ex ammoniaco, bdellio, & similibus. Si verò malum inueteratum fuerit, & præputium quasi occaluerit, incurabile euadit. De *paraphimosis* historiam, eiusque curationem etiam habet Guilhelmus Fabricius, *cent.* 5. *obseru.* 56. Sponso cuidam iuueni, qui ante venerem nunquam exercuerat, ex nimia violentia frenum abruptum, & præputium retrorsum

Vlcus in meatu penis.

Topica.

Præputij morbi. Phimosis.

fuit detrufum, vt maximus dolor, & tumor totius membri virilis inde fequeretur. Viétus ratione tenui & refrigerante præfcriptâ, corpus cholagogis medicamentis expurgauit, & venam in brachio aperuit, regionemque renum vnguento refrigerante bis de die inungere iuffit, loco verò affecto fequens cataplasma applicauit. ℞. *farin. bord. z. iv. pulu. rofar. myrtill. an. ℥. ij. bolauft. nuc. cupreff. an. ℥. j. Coq. in aq. plantag. & rofarum, ac pauco aceto, fiat cataplasma, addendo vitell. oui vnus.* Cùm autem appetitus veneris curationi obeflet, corpus iterum cholagogis purgauit, & lumbos feqq. oleis inunxit. ℞. *olei violæ nymph. rofar. an. ℥. j. olei hyofcyami per expreff. ℥. ij. camphoræ diffoluta in aceto rofar. z. ij. Mifce.* Cûbitum verò ituro dofim laudani opiati exhibuit. Quæ medicamenta cùm aliquandiu continuaffet, B malum curatum eft. Si verò phimofis aut paraphimofis fit ex impuro congressu, repellentibus & refrigerantibus locus non eft. Materia enim maligna ad viscera repelleretur. Quomodo autem phimofis & paraphimofis ex impuro coitu contracta curanda fit, docet ibidem Fabricius, *obferu. 57.* prolixè, qui ibidem videatur. Nonnunquam ipfos etiam infantes, inò lactentes hoc malum corripit, vt etiam idem Fabricius, *obf. feq. 58.* docet, dum ex prauâ viétus ratione nutriticis humor acris ad genitalia decumbit, ibique pruritus excitat, vnde affluxus humorum excitatur in præputium, vt mirum in modum extendatur, nonnunquam etiam inflammatur. Quod fi accidat, viétus tenuis & refrigerans nutritici præfcribendus, corpus eius conuenienti modo euacuandum. Si verò infans ablaftatus fuerit, ipfe fyrupo rofarum folutiuo purgandus. Hinc applicandum hoc cataplasma. ℞. *Medull. panis albi ℥. iij. pul. rofar. rubr. balanftior. an. ℥. ij. croci z. j. burys recentis ℥. j. Coq. in lacte vaccino, & adde vitello oui vnus. F. Cataplasma.* Si verò malum contumacius fuerit, applicetur fequens cataplasma. ℞. *farin. fabar ℥. ij. pulu. summit. abfinth. flor. chamem. sambuci an. ℥. ij. pulu. far. fem. fenigraci ℥. ij. cumini ℥. iv. Coq. in vino rubro auctero in formam cataplasmatif. Pertinet & huc membranulæ freni diætæ cum glande coalitas, fi nimiram inferiori glandis parti iuxta foramen frenum arctè & longiori, quam par eft, fpatio connectatur, vnde erecto genitali eius extremitas diftorquetur, vt rectè semen eiici nequeat; acciditque hoc vel à prima conformatione & natiuitate, vel ab vlcere malè curato. Quod fi accidat, inuertendum præputium & frænnum incidendum, diligenterque præcauendum, ne venæ vel alteræ lædantur. Hinc extendendum præputium quoufque eft neceffarium, & linteam albumine oui madefactum, hinc digeftiuum & emplaftrum aliquod ficcans inter præputium & glandem imponendum, ne iterum conglutinentur. Coalitus tamen præputii & glandis non folum circa frænnum, fed & alibi fieri poteft. Siue autem folum frænnum, siue præputium glandi connectatur, in diffectione danda opera, vt folum frænnum, aut caro, quæ coaluerunt, fecetur, non verò glans aut præputium fecando lædatur; præcipuè fi coalitus hic fit in infima parte balani. Si enim glans eò loci lædatur, meatus vrinarius perfoditur, atque inde facilè fiflula fieri poteft, è qua pofttea vrina, vt & semen effluere poteft. Si tamen aliter fieri non poffit, potius aliquid de præputio, quàm de glande abfcindendum; cùm licet præputium difceatur, non adeo magnum incommodum inde oriatur. Et fi verò Paulus Ægineta, *lib. 6. cap. 56.* contrarium ftatuat, & potius aliquid de glande, quàm de præputio abfcindendum doceat; tamen id intelligendum eft, quando coalitus præputii & glandis eft vel in parte superiore vel ad latera, non verò ad fræ-*

Freni
coalitus.

num in parte inferiore, vbi ductus vrinarius tenui membrana inueftitur.

Præputium curtum.

Quandoque etiam præputium curtum eft, vt glândem totam regere nequeat. Aliqui ad cutis huius elongationem duplicem chirurgiæ modum excogitarunt. Verum cùm iftud vitium neque alicui aétioni officiat, neque decorem vitiet, vix operæ pretium eft, vt huius chirurgiæ tormentum ea de caufa quis fuflineat, vt Paulus Ægineta, *lib. 6. cap. 53.* fcribit.

De Circumcidendis.

Facit circumcifionis mentionem idem Paulus Circumci Ægineta, *lib. 6. cap. 57.* non verò eius, quæ reliquæ glândis more fit, fed eius quando ex pudendi affectione præputium nigrefcit. Oportet itaque totum id, quod denigratum eft in agris in orbem diuidere: poftea verò fquamæ æris cum melle vtendum eft, aut etiam malicorio & eruo, admodum eorum, quæ linamentis excepta induntur. Si verò fanguis eruperit, lunatis cauteriis vtendum eft ad vtramque rem conferentibus, ipfam inquam fanguinis eruptionem, & vulnus depafcendo proferpens: fi verò tota glans aliquando fuerit confumpta, plumbeo canali in meatum indito, vrinam per iflum reddere iubebimus.

Fiffura Præputij.

Finditur tandem etiam, & quali rimas agit, præputium: quod fi accidat, *refina frifca cum oleo rofac* mifce ad vnguentum confidentiam addito vitello oui, idque imponendum. Vel ℞. *olei rofac. ℥. j. b. amyli, thuris an. ℥. b. Mifce.*

Fiffura
Præputij.

CAPVT XIII.

De Hermaphroditis, & Sexus mutatione.

Hoc loco non prætereunda videntur, quæ de Hermaphroditis, quibus à Mercurio & Venere nomen indium (Mercurius enim Hermes eft, Venus Aphrodite) feu Androgynis, & fexus mutatione apud Autores occurrunt. Et fi enim vitia ifta à prima conformatione contracta incurabilia ferè funt: tamen Medico cognita effe ea, conuenit. Inuentos autem fuiffe Hermaphroditas, id eft, homines, qui vtrumque fexum, viulem & muliebrum præ fe tulerunt, paffim ex hiftoriis patet; quarum plurimas collegerunt Iulius Obfequens & Lycosthenes, aliique, qui de prodigiis & monftris fcripferunt. Digerunt autem Autores Hermaphroditas in quafdam claffes, eorumque quatuor conftituunt differentias. Prima eft, cùm virilis fexum preualet, & perfectus eft, in perinzo autem excifa tantum in vuluæ formam rimma eft, ea tamen minimè peruia, & ex qua neq; vrina, neque semen prodit. Secunda eft, cum muliebre membrum integrum & perfectum eft, fupra verò ad eos pectinis carnea quafdam fubftantia penis fimilitudinem habens adnata eft, vrinam tamen aut semen non fundens, fero etiam & teftibus carens. Tertia eft, cum vtriusq; quidem fexum expreffa adefl imago, inefficax tamen ad generationem, & alterutra faltem mictioni inferuiente. Quarta eorum, qui vtroque fexu valent, & maris ac fæminæ munus obeunt, & vtriusque fexum genitalia perfecta habent. Verùm rectè hic Aristoteles, *4. de gener. animal. cap. 4.* fcribit: quibus gemina habere genitalia accidit, alterum maris, alterum fæminæ, iis femper alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum fubinde delitefcit, quoniam præter naturam eft. Neque hiftoriæ facilè aliud docent. Vnde etiam fcribit Constantius Varolius *lib. 4. anat. cap. 4.* impoffibile effe, vtrumque fexum reuera in vno indiuiduo reperiri. Et fi inueniantur mulieres, quæ

Hermaphroditæ

utrumque sexum habere putentur, esse nympham in eam molem auctam, ut membrum virile referat, esse tamen imperforatam. Si verò genitalia interna spectentur, esse muliebria, & nihil monstruosum in eis reperiri, id quod sæpè annotavit. Si verò inuenti sint, qui muliebria etiam habere putati sunt, fuisse tantum aliquam in pudendo fissuram, quæ tamen non penetrauerit, nec membrum virile admisit; quale quid quoque habet Columbus, *lib. 15.* Scribit etiam Hieronymus Fabricius ab Aquap. *de Operat. Chirurg. cap. de Hermaphroditis*, se obseruasse in viro inter anum & testes statim sub testibus præter sua genitalia membra conformata quoque fuisse labia vulvæ, sine tamen aliqua cavitare. In mulieribus verò obseruasse nympham productam fuisse nunc ad duos, nunc ad tres digitos, quæ tamen fuerit flaccida, neque erigebatur; plura se non obseruasse. Et si inuentæ fuerint femine, quæ in utroque coitu, & cum femina & cum masculo voluptatem perciperent, hoc saltem factum putat Varolius vi feminis ad uterum emissi, quatenus femine fuit. Si qui verò sunt reperti, qui utrumque sexum habere visi sunt, utrumque habuerunt imperfectum, qualia exempla refert Columbus, *lib. 5. anat.* Primum est de femina Æthiopicâ, quam viuentem vidit, cui uterque sexus imperfectus contigerat, penisque minimi digiti longitudinem crassitiemque non excedebat, vulvæ autem foramen adeo angustum erat, ut minimi digiti apicem vix intrmitteret. Alterum cuiusdam, quam mortuam secuit. Cùm enim in Anatomia generationis vasa accuratè peruestigaret, & vasa seminaria, testesque consideraret, tandem hoc competit, vasa quidem præparantia ab aliarum femininarum præparantibus valis non differre, sed deferentia differre. Non bipartita erant, & ex binis quaterna natura generat, ex quibus duo, quæ etiam maiora erant, ad matricis concauum destinabantur, reliqua duo ad penis radicem, qui glandularum parastatarum expers erat. Uterus, nec non uteri ceruix à cæterarum femininarum matrice colloque nihil distaret. Peni scrotum contiguum non erat, imo ferè scroto profus carebat, & duobus masculis præditus erat huius femine penis, non quatuor, præterea tenui posse integebatur, nullumque aderat præputium. Et habentur exempla etiam alia apud Autores, in quibus uterque sexus conspicuus quidem, imperfectas tamen fuit.

Ob quam autem causam nascantur Hermaphroditæ, sæpè obscurum, atque alij, ut Astrologi, in cœlum, & stellæ Mercurij ac Veneris, certum coitum, causarum referunt; sed minus rectè, cùm sub eodem posito, quo Hermaphroditæ nascuntur, alij etiam nascantur, qui Hermaphroditæ non sunt; alij in uteri cellas, quæ Antiquorum quorundam, sed falsa sunt opinio: alij in tempus conceptionis, qui gigni Hermaphroditas statuunt, si conceptio fiat fluentibus adhuc mensibus, quæ si causa esset, multò proculdubio frequentiores generarentur Hermaphroditæ: alij id semini adscribunt, qui putant, cum pro feminis qualitate & quantitate nunc viri, nunc femine gignantur, si in seminibus dissimilitudo fuerit, & alterum maxima ex parte forte fuerit, alterum verò maxima ex parte debile, quantitate tamen pari, Hermaphroditas fieri, qui tamen ob alterius semen, vel femine vel viri naturam expressas imitentur.

Verùm enim verò cum partium corporis nostri delineatio & formatio facultati formatrici primò attribuentia sit, & tales enormes ac monstruosæ quasi in corpore mutationes error formatricis adscribantur, & hic ad eam meritò recurrendam censemus. Ideoque probabile esse puto, statuere, si facultas formatrix masculum formare intendat & propositum ha-

beat, atque fortè tum aliquid obiciatur, quod imaginationi membri genitalis feminini speciem fortius imprimat, facultatem formatricem in opere suo quasi turbari, & sexum masculinum nonnihil obliterari, ipsique aliquid, quod femine genitale membrum referat, addi; contrariumque accidere, si facultas formatrix feminam formare intendat, imaginatione quoque fortiter virilis membri imago imprimatur.

Ex quibus facile iudicare est, quid de his iudicandum sit, qui sexum mutasse perhibentur. Non enim est de nihilo, quosdam viros euasisse, qui à primo ortu femine habitæ fuerunt, testanturque id historie multæ antiquiores & recentiores. Viros verò in feminas mutatas fuisse, certò compertum non habetur. Neque id facile fieri potest, ob causas, quæ postea proponuntur. Pinus *lib. 7. nat. histor. cap. 4.* scribit; Ex feminis mutati in mares, non est fabulosum. Inuenimus in Annalibus P. Licinio Crasso & C. Cassio Magno Coss. Cassinij puerum factum ex virgine. Idem *ibidem*: Licinius Matianus procrete vitum à se Argis Arescuntem, cui nomen Arescuntæ fuisse, nupsisse etiam, mox barbam & virilitatem prouenisse, uxoremque duxisse. Eiusdemque sortis & Smirne puerum à se visum, & in Africa se vidisse mutatum in marem nuptiarum die L. Cossitium Distritanum. Liuius etiam, *lib. 4. secundæ belli Punice* narrat, Quinto Fabio Maximo, & Marco Claudio Marcello Coss. virum ex muliere Spoleti factum. Refert quoque Amatus Lusitanus, in oppido Esqueria in Lusitania puellam quandam nobilem, cùm ad ætatem peruenisset, in qua mulieres menstrua primùm emittere solent, vice mensium priapum eiecisse, & sic ex femina factum esse masculum, qui etiam postea uxorem duxerit. Et tales historie plures collegit Schenkius, *lib. 4. obseru.* & Marcellus Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 6. cap. 2.*

Causam huius rei quod attinet, prolixè ea de re agit Marcellus Donatus, loco allegato. Ut breuiter hac de re aliquid dicamus, cùm in Hermaphroditis sexus uterque perfectus esse non possit, sed vnus superet, vel uterque sit imperfectus, sequitur hinc masculos omnes illos fuisse, qui pro feminis habitus sunt, & in viros abiisse dicuntur. Et licet aliquam fissuram habuerint, quæ etiam virile membrum aliquo modo admittere potuerint, utrum tamen non habuisse, sed virilia genitalia intus latuisse, & postea vel naturæ, vel accedente aliquo motu violento prodisse; sicut etiam dentes quosdam quibusdam iam adulta ætate prodisse, obseruatum est. Docet id etiam Cardanus, *de rerum variet. lib. 8.* Nascuntur, inquit, pueri, contracto genitali membro, obductaque membrana, quasi sinu quodam, atque in eo foramine angusto, ob quod puellam existimant, qui non atrectauerint. Aliis autem sponte, vbi penis erigitur, adolescentiæ initio, fracta membrana penis erumpit; pluribus in conatu viri, dum cum sponsa rem habere se putat, fracta membrana & attitu erecto pene masculus prodit. Idque confirmare videtur historia, quam refert Albertus, *lib. 18. de anim. tract. 2. cap. 3.* In quodam, inquit, nostrorum poris nato testiculi intra pellem contenti erant imperius, ita quod prominentiæ eorum representabant duo labia vulvæ, & fissura videbatur esse in medio clausa per pellem, ut habilitaretur ad coitum. In cisione facta profuerunt testiculi, & virga, & postea duxit uxorem, ex qua plures genuit filios.

Id verò omnem hilem superat, quod Iouianus Pontanus, *lib. 10. de reb. cælestib.* & alij referunt, mulierem, cùm prius filium peperisset, virilem sexum adeptam fuisse. Fortan enim, ut supra ex Varolio diximus, solùm nympa in tantum aucta fuit, ut membrum virile referret.



LIBRI TERTII

PARS IX.

SECTIO SECUNDA.

DE SYMPTOMATIBVS QVÆ GENITALIBVS ET circa generationem in viris accidunt.

CAPVT I.

De Læsa generatione, seu sterilitate in viris, & primò; De Læsa seminis generatione.

Læsa semi-
nis gene-
ratio.



D generationem hominis marem & feminam concurrere, nec solum matrem, nec solum feminam generare, nouissimum est. Vnde etiam Aristoteles ex Empedocle scribit, 1. de gen. Anim. cap. 18. maris ac femine quasi symbolum esse, totum verò à neutro proficisci. Maris autem in generando partes consistunt in fecundi seminis generatione, eiusque in vterum femininum conueniente modo in actu venereo immisione. Hæc ergo si rectè se habeant, & semen fecundum in viro in organo seminis generationi dicatis generetur, idque in vterum rectè immittatur, fetus inde generatur: modò etiam in femina omnia rectè se habeant. Nam et si virile semen fecundum sit, & rectè in vterum immittatur: tamen si vterus seles, & quæ in femina ad generationem necessaria sunt, non rectè se habeant, generatio nulla perficitur, & femina steriles sunt.

Causse.

Causse.

Si verò, quæ in viro ad generationem requiruntur, non rectè se habeant, & generatio non fit, & sterilitas ratione viti accedit. Cum autem, vt modò dictum, duo in viro ad generationem requirantur, seminis fecundi generatio, ac eiusdem in vterum feminæ in actu venereo immissio, sterilitatis etiam causse in hisce duobus quærendæ, quæ iam explicabimus.

Semen fecundum, hominis materia futurum, est id, quod idoneum est, vt cum eo anima propagetur. Vnde ab Epicuro, vt est apud Plutarchum, de placit. Philos. lib. 5. cap. 3. ψυχῆς ἔσθμα ἢ ἀπὸ πνεύματος aliquid à corpore & anima decisum nominatur.

Semen autem (fecundum intelligo; cum quod infecundum est, saltem æquiuocè dicatur semen) vt generetur, duo requiruntur, materia & causse efficiens. Materia est optima sanguinis, præcipuè arteriosi, pars, & spiritus vitalis, quæ duo in vasis seminis generationi dicatis miscentur, & in seminis formam mutantur & elaborantur. Vnde accedit, vt cum id, quod optimum in homine est, in semen absumatur & in actu venereo euacuetur, vix maximè ex venere, & præcipuè nimia, & intempestua, debilitetur. Et cum anima in corde radiceatur, vt Philosophi loquuntur, & spiritus vitalis, quo calor insitus omnium partium fouetur, in corde generetur, hinc à toto semen defluere dicitur; et si alii etiam aliter id explicent.

Causse autem efficiens est facultas insita partibus

genitalibus (testesne an parastatæ primas partes hinc habeant, non disputo, cum id ad curationem instituendam non multum faciat) vasis nimirum præparantibus, testibus & parastatis, sanguinem & spiritus in substantiam hanc, quæ semen dicitur, mutandi, & ob id σπέρματινόν nominatur, quæ officium hoc partium, illarum calore innato perficit. Atque vis ea & calor innatus tantus est in partibus genitalibus, & præcipuè testibus, vt vim quandam in totum corpus diffundat, idque ita alteret, vt carnes, imò excreta quandam qualitatem hisce partibus respondentem accipiant; vnde etiam quando semen in masculis generari incipit, fit vocis mutatio in homine, & carnes animalium odorem quandam grauem & saporem inde accipiunt, qui in castratis aut venci nondum idoneis non apparet. Ac si testes in caltratione excendantur, non solum vis semen generandi, sed & virilitas plane tollitur, ac in toto corpore insignis fit mutatio, atque omne corporis robur immittitur, castratque glabri non modò mento, sed & toto corpore euadunt; paruas vt feminæ, venas habent, nulla libidine amplius tentantur. Ex quibus apparet insignem testibus vim insitam esse, quæ non solum sanguinem & spiritus in semen mutant, sed & totum corpus afficiunt, quæ de causa etiam à Medicis inter corporis partes principes numerantur. Vt ergo semen fecundum generatur, cum & materia, quæ producitur, conueniens est, & calor insitus partium genitalium rectè se habet: ita contra semen infecundum fit, dum alterum horum non bene constitutum est, & malè se habet: atque ita, quod semen infecundum generatur, causse vel in materia, vel in calore insito, & temperamento testium ac partium genitalium vitiatæ quærendæ est, læditurque seminis generatio vel ob errorem externum, seu vitium obiecti & materię, vel ob læsam testium & partium semine generando dicatarum facultatem. Materię, vnde semen generari debet, seu obiecti vitium est vel in quantitate, vel in qualitate. In quantitate, cum sanguis & spiritus, à quibus semen generatur, deficiunt; vel non in iusta quantitate suppetunt. Vt verò de statu naturali, in quo & in pueris & in senibus materia ista idonea deficit, nihil dicamus, sed saltem de iis, quibus præter naturam seminis materia deest, deficit materia seminis primò vel ob res præternaturales, vt post magnos morbos, totum corpus vel partes principes exsiccentes, & horum alimentum absumentes, vt sunt febres, atrophia, & similes: vel ob res non naturales, vt ieiunium & inc-

diam, vigilias, cibos pauci alimenti, nimia exercitia & motus corporis; quo & semen extinguuntur medicamenta referri possunt. Deinde etsi materia feminis non plane deficit, tamen semen non generatur, si ad testes non mittatur, sed ab aliis partibus attrahatur, id quod non solum accidit in puerili ætate, in qua totum alimentum in corporis augmentum absumitur, sed etiam in pinguibus & obesis, in quibus omne alimentum in habitantiam corporis mutatur, & in pinguedinem abit, unde etiam Aristoteles, 1. de gen. anim. cap. 18. carnosos & obesos minus semen emittere, & rem veneream minus expetere scribit. Et Plinius, nat. hist. lib. 11. cap. 37. Steriliora, inquit, cuncta pinguis, & in matibus, & in feminis. Sic quidem caltrata animalia pinguis sunt, quia materia feminis in pinguedinem abit. Imprimis verò cordis, quod spiritus vitales, præcipuum feminis materiam, suppeditat, morbi, & præcipue eius frigiditas & siccitas feminis generationi obviunt; unde qui frigidum & siccum cor habent, steriles sunt, & qui mærote diuturno afficiuntur, semen fecundum non generant. Vitium verò materiæ, è qua semen generatur, in qualitate est, cum materia quidem seminis generandi suppeditatur, sed ea minus commoda, & conueniens ad semen fecundum generandum, dum scilicet ea vel nimis calida, frigida, humida & sicca est, vel alio modo sese minus recte habet, id quod accidit, dum partes corporis præcipue intemperatæ sunt, aut dum vitiosi humores qualescunque etiam sanguini permiscuntur, cumque inquinant, id quod in variis morbis, & omnis generis cachexiâ euenire solet. Unde moræ, abortus, fetus languidi, non solum ab utero & feminatum vitio fiunt, sed & ob semen virile vitiosum.

Læsa autem facultate testium & partium genitalium feminis fecundæ generatio impeditur, dum vis partium genitalium, alteratrix præcipue, seu coëstrix, læditur ab intemperie frigida & humida. Calor enim testibus & genitalibus insitus præcipuum facultatis instrumentum est. Hic ergo si se recte non habeat, semen fecundum non generatur. Est autem ista intemperies vel nativa, vel à causis p.n. inducta, vt causis externis, tumoribus testium, præcipue aquosis, testium & scroti abscessibus, quæ testes refrigerant, eorumque calidum innatum debilitant. Testes etiam debiles, & hinc homines steriles fiunt, si à prima iuuentute nimis libidini sese dedant, aut cum valetudinaria congregiantur, aut à magnis exercitiis, vel sanguinis missione aut purgatione veneri indulgeant. Nonnulli quidem testium caliditatem & siccitatem sterilitatis causam statuunt, vt pote à qua semen quasi aduratur, & ariditate concreseat. Verum credibile non est, tantum in testibus extra corpus pendulis calorem esse posse. Vnguenta etiam mercurialia genitalibus illita venerem tollunt, sicut eius rei historiam ex obserua: D. Iacobi Oetkei. Schenkius lib. 4. obseru. habet, cuiusdam, qui pudenda ad pediculos eius loci necandos vnguento, ex argento viuo confecto, aliquoties illinisset, sensu membrum virile frigidum ac torpidum, & ad Venerem plane ineptum. Verum postea spicæ oleo ad illinendam vsus, & pediculos illos fugauit, & generalem vim breui tempore recepit.

Pertinet huc & conformationis quoddam vitium, quando scilicet vana semen vel deferentia, vel generantia deficiunt, aut non recte & conueniente loco inseruntur, præsertim in utroque latere, quod interdum in Anatomia deprehensum, Incantamentis etiam & maleficiis virilitatem extinguunt, non fabulosum est, vt recte Fernellius, lib. 6. de pars. morb. & sympt. cap. 13. Ale-

xander Benedictus, lib. 24. de medendis cap. 14. aliique docent. Hoc mirum est, quod scribit Baptista Codronchius, l. 6. 3. cap. 6. de morb. venefic. & veneficiis, veneficio mutone hominem priuam posse, ex multis historiis patere, & recte statuit, non reuera Dæmonem, vel veneficos virile membrum auferre posse, sed præstigijs Dæmonum id ita apparere. Multo verò magis steriles redduntur homines, si ipsi testes extirpantur. Etsi enim libidine aliqua tententur: tamen vel semen non effundunt, vel steriles, vt quæst. 2. dicitur.

Signa Diagnostica.

Ipsum vitium ex relatione ægri patet. Causæ autem ex modo dictis innotescent, quæ cum vitæ sint, signis discernendæ. Et quidem vt de morbis & vitis vel totius corporis, vel partium præcipuarum, ob quæ idonea semini materia non communicatur, vel etsi ea suppetat, in alios vsus, vt corporis nutritionem, absumatur, iam non dicamus, cum ea è suis locis pateant, saltem de signis, quibus testium, & partium feminis generationi dicatarum morbi cognoscuntur, agemas, si vitium aliquod sit à primo ortu, id in omni ætate fuit obseruatum; si postea contractum, aliquando id vitium non fuit deprehensum. Si ad sit testium intemperies, ea è signis intemperierum testium supra enueneratis, patet. Nimirum in frigida intemperie vel nullus vel exiguus Venereus appetitus, & libido percipitur, pulsus est paruus, corporis quædam grauitas adest & pigrities, & totius quoque corporis, ac præcipuarum partium intemperies ad frigidum declinat, & dum semen emittunt, exiguam vel nullam voluptatem percipiunt, semenque ipsis est crudum, aquosum & liquidum. Præcesserunt causæ refrigerantes, vel etiam nimis & intempertius coitus. Qui enim nondum ætate matura se Veneri dedunt, cum calorem innatum intempertue exhauriant, testes ac partes principes refrigerantur, inde postea ætate adulta nimis matuè ad Venerem inepti redduntur. Et si accedat humida intemperies, semen ad leuem mulieris attractionem emittunt, & postea amplius coire non possunt; cum partes, quibus semen continetur, omnes laxæ sunt. Reliqua supra videantur de intemperie testium.

Prognostica.

1. Etsi sterilitas & læsa feminis generatio potius speciei propagationi obesse, quam individuo nocere videatur: tamen & individuo non raro aliquid incommodi affert; cum sæpe gonorrhæa hinc excitetur, quæ corporis extenuationem & tabem inducit. 2. Causam ipsam quod attinet, quid intemperies testium & alii morbi periculi portendant, ex his, quæ supra de intemperie testium dicta sunt, patet. Quæ mala etsi per se vitæ periculum non minantur: cum testes etiam sine vitæ periculo excindi possint; quia tamen alia praua symptomata inducere valent, secundæ valetudini obesse possunt. 3. Ab ipso ortu Eunuchi & impotentes arte Medica curari non possunt.

Indicationes & curatio.

Curatio tota ad causas dirigenda. Itaque si vitio aliquo totius corporis, vel membri alicuius principalis semen non generetur, illud curandum; si intemperies, vel alius morbus testium ad sit, corrigendus per medicamenta supra s. 1. cap. 1. & seq. proposita, & quæ simul peculiari proprietate testibus amica sunt: & imprimis hic ea eligenda & exhibenda, quæ semen copiosum generant, simplicia & composita. Simplicia sunt: Radices satyri, & imprimis maioris seu testiculi carini maioris, quæ cynosorchis appellatur, & quidem testiculus maior, non verò minor, quitantum abest, vt Venerem excitet, vt etiam potius eam reprimat, cynara, bulbine alii etiam: radices eryngij, asparagi, napi, pastinacæ, rapæ, alliij

Signa.

Prognostica.

Indicat. & Curatio.

Semen generantia medicata Simplicia Satyrium.

capa. Semen eruce, fraxini, lini, ciceris, faba. Fructus, amygdala dulces, nuces pinea, pistacia, castanea, dactyli. Aromata, cubeba, quatuor maximum ad Venerem excitandam apud Indos vsum esse, Garcias ab Horto refert, cariophylli, galanga, zingiber viride, vel recens conditum. Carnes scinci, præcipue circa renes, testes vulpis fisci triti, cerui pendendum exiccatum. Ex animalibus ostrea & concha.

Composita.

Composita

Diasatyriion, diambra, diamoschurn, dulce. Vel \mathcal{L} . Rad. condit. sa. yrij \mathcal{Z} . ij. eryngij \mathcal{Z} . j. amygdal. dulc. pinear. pistacior. an. \mathcal{Z} . s. sem. eruce, piperis, Cynamomi, rasura priapi cerui an. \mathcal{D} . ij. specier. diamb. \mathcal{D} . j. sacch. q. s. Fiant Mortu. Vel cum syrupo conseruat. Zingib. in China conditi Electuar. Vel \mathcal{L} . Testium gallor. exiccata. \mathcal{Z} . j. galang. cubeb. an. \mathcal{D} . i. s. sacch. ad potus omnium, F. Puluis, cuius detur \mathcal{D} . j. Cum vino dulci. Vel \mathcal{L} . sem. eruce, rasura priapi cerui, testiculor. galli an. \mathcal{D} . j. galang. pip. longi an. \mathcal{D} . s. Zingib. cinam. an. \mathcal{Z} . j. Fiat puluis, cuius \mathcal{D} . s. ve \mathcal{D} . j. cubitum ituro detur cum ouo sorbilib. & vino dulci. Vel \mathcal{L} . Rad. condit. satyrij. eryngij an. \mathcal{Z} . j. nucleor. pini, pistacior. auellanar. ro. esactar. an. \mathcal{Z} . ij. pulpa dactylor. lb. s. sem. eruce, fraxini an. \mathcal{D} . ij. pip. longi, albi, cardamom. galanga an. \mathcal{Z} . j. medull. nucis Indica \mathcal{Z} . s. Cum sacch. Fiant Mortu. Vel \mathcal{L} . sem. eruce \mathcal{D} . j. urtica, anisi, fraxinuli, fraxini an. \mathcal{D} . s. nucleor. pini, amygd. dulc. an. \mathcal{Z} . s. cubeb. cardamomi an. \mathcal{D} . s. rasura genitalis cerui, rad. condit. satyrij an. \mathcal{Z} . s. specier. diamosch. diamb. an. \mathcal{Z} . s. sacch. in aq. meliss. q. s. dissoluti. Fiant Mortu. Vel \mathcal{L} . Pinear. pistacior. an. \mathcal{Z} . s. Zingiberis in China conditi, rad. satyrij an. \mathcal{D} . ij. carnis scinci marini \mathcal{D} . j. moschi \mathcal{Z} . ij. ambræ \mathcal{Z} . j. sacch. q. s. Fiant Mortu. Vel \mathcal{L} . Nuc. mosch. cubeb. an. \mathcal{D} . j. Zingib. \mathcal{D} . s. sem. nasturij hortensis, eruce, anisi an. \mathcal{D} . j. s. rad. condit. satyr. \mathcal{Z} . s. pinear. pistacior. amygd. dulc. an. \mathcal{D} . ij. diasatyri. \mathcal{Z} . s. Cum syrupo de corticibus citri & conseruationis Zingib. Fiat Electuarium, de quo sumantur \mathcal{D} . ij. Vel \mathcal{L} . Rad. satyrij \mathcal{Z} . ij. nucleor. pini, pistacior. an. \mathcal{Z} . ij. amygd. dulcium \mathcal{Z} . i. testicul. gallinum. x. testiculum arietis dextrum exiccatum num. i. linatur. priapi cerui \mathcal{Z} . s. sem. eruce, pastinaca, sileris montani an. \mathcal{D} . ij. spec. diamoschi dulcis, diagalanga, cubeb. cariophyllor. cinamom. an. \mathcal{D} . j. Cum syr. Conseruat. calami aromat. & rad. eryngij, Fiat Electuarium. Plura videantur apud Aëtium, tetrab. 3. serm. 3. cap. 35. Auicennam, fen. 23. cap. 15. 16. & seqq. Extra etiam testes, peinzum & lumbi convenientibus medicamentis inungantur, & oleo lilior. albor. mastichino, aut cui radices narcissi, pyrethrum, semen urtica, piper & similia mista sint. Vel \mathcal{L} . Ol. de piper nuc. mosch. an. \mathcal{Z} . ii. euphorbij \mathcal{Z} . i. Misce. Vel \mathcal{L} . Ol. nuc. mosch. express. \mathcal{Z} . s. de piperib. \mathcal{D} . ij. spicæ, cariophyll. an. \mathcal{Z} . s. mosch. \mathcal{Z} . iv. Misce.

Diata.

Diata.

Diata medicamentis respondeat. Aër sit temperatus. Panis sit ex optimo frumento, & imprimis tritico. Cibi etiam alii, quia semen copiosum generandum faciunt, vt oryza, amygdalæ, pinæ, oua sorbilia; & quidam non sine causa vitellum oui recentis cum vino & panco oleo amygdal. dulcium recenti haustum ad venerem augendam valde commendant, utilisque etiam est cibus ex ouis & vino, paratus ac cinamomo, creco, & saccharo conditus. Carnes vitulina, hætinæ, veruecinæ, gallinarum, perdicem, phasianorum, pullorum columbagum, & imprimis gallorum & passerum testiculi. Et quantus ad Venerem impetus ac salacitas ex usu testiculorum gallorum cum melle & aromatibus ex-

citata fuerit in nobili quodam, docet Amatus Lusitanus, cent. 2. cur. 81. in Schol. ex piscibus edantur optimæ notæ, aromatibus ac vino conditi, ostrea item & testudines. Nec inutiles sunt, ficus, pisa, fabæ, ciceres, castanæ, nuces auellanæ, dactyli, allium, cæpe, radices asparagi, pastinacæ, carotæ, cinaræ capita. Cibi etiam condiantur aromatibus, fœniculo, fatureia. Vel paretur hic intinctus, præcipue ad pisces. \mathcal{L} . Galanga, piperis longi, cynamomi, maceris, Zingiberis, cardamomi, nuc. mosch. an. \mathcal{D} . ij. cruci \mathcal{Z} . j. nucleor. pini, pistacior. auellanar. an. \mathcal{D} . ij. Cum vino vel sapa F. intinctus. Somnus sit longior, & in mollibus lectis. Vita sit hilaritati dedita. Cura verò & tristitia remoueantur. Ebrietas vitetur, vt & cibi refrigerantes, lactuca, papauer, balnei vsus nimius, frequens venus, sanguinis missio larga & sæpe repetita, purgationes frequentes.

QVÆSTIO I.

Quæ causa sit, cur Scythæ steriles fiant.

Immodicam sanguinis euacuationem ad sterilitatem facere vero contentaneum est: vnde hoc loco disputat Auctores de caussa, cur Scythæ steriles fiant. Deus enim scribit Hippocrates, lib. de aère, aquis & locis. Quæ in re, inquit, medicantur sibi ipsis hoc modo. A principio morbi virisque venam retrò aures incidunt: sanguine multo profluente somnus eos corripit præ imbecillitate. Et paulo post: At mihi sane videntur, ea medicatio, e se ipsos perdere. Vena enim retrò aures sunt, quasi quis secet, sterilitatem infert iis quibus secantur. Et lib. de genitura. Quibuscunque vena post aures secta sunt, hi coeunt quidem, & genituram emittunt, verum modicam, debilem & infacundam. Maxima siquidem pars seminis è capite secundum auctores in spinalem medullam fertur. Ipse autem meatus sectioni cicatrice inducta consolidatus est.

Verum enim verò nullus manifestus ductus est, è quo materia feminis è cerebro testibus communicate. Et promde Hippocrates quidem excusandus, quod veram causam sterilitatis Scytharum non attingit, dum semen à capite iuxta aures in spinalem medullam defluere, ipsique transfum cicatrice vulneri inducta denegari putat, quod eius tempore Anatomia non satis exculta fuit. Interim hoc non negandum, cerebrum cum partibus genitalibus magnam habere cognationem, atque ipse Aristoteles etiam scribit, 2. de gen. anim. cap. 7. quod semen habeat quippiam cum cerebro commune. Sedes enim, inquit, oculorum maximè omnium capitis locorum seminalis est, quod sola ipsa per coitum venerem maximè immutetur, & usu immodico rei veneræ oculi aperti langneant & subsideant. Ideoque et si iis me non oppono, qui statuunt, præcipuam sterilitatis causam in Scythis pendere ab ingenti frigiditate & impotentia, qua totum corpus ex copiosa sanguinis profusione afficitur. (Scribit enim Hippocrates, eos ex venis post aures incisis tantum sanguinis extrahere, donec eos somnus præ imbecillitate corripiat) atque in rei huius probationem & id afferunt, quod ii ad venerem impotentes & steriles reddantur, qui vstiones plurimas & fonticulos diu manantes habent, vel diuturnum in aliqua parte ex nervosa occasione fluxum fortiantur; quam causam etiam Hippocrates attingit, dum Scythas etiam ea de causa steriles esse scribit, quod humorum detractiones ex perustione cauteriorum semper habent: tamen cum sanguis ex quacunque etiam parte detrahi possit, neque omnes, qui fonticulos habent, steriles sint; Hippocrates autem expressè scribit, quod venæ

Cur Scythæ steriles?

An materia feminis è cerebro communicate testibus?

post aures sectæ sterilitatem inferantiis, quibus sectantur: si res ita sese habet, alia causa querenda est. Hippocratis equidem ratio, qua statuit id fieri ob transitum semini denegatum, locum non habet, sed verior petenda ex cerebri cum partibus genitalibus consensu. Est enim proculdubio magnus cerebri cum partibus genitalibus consensus, ut modò ex Aristotele dictum, & res ipsa probat, vix aliquam partem magis lædi à nimia venere, quàm cerebrum. Consensus autem proculdubio fit per nervos, quorum duos magnitudine eximios habent ab ossis sacri medulla prognatos, quorum qui maior est, ab ossibus pubis ad penis radicem per mediam bifurcationem ascensum inde ad masculos, totum penis corpus & glandem disseminat, atque ipse penis constat duobus nervosis corporibus intus raris & spongix similibus, ex minimis arteriarum, venarumque & proculdubio etiam nervorum furculis quàm tenuissimis inter se complicatis. Quæ substantia rara & spongiosa, cum ad venerem hominis stimulat, spiritibus non solum vitalibus inflatur & intumescit, ut penis rigidus planè fiat, sed proculdubio spiritus animales copiosè ed effunduntur, unde ille veneris appetitus est, & in coitu voluptas insignis, & sensus exquisitissimus, quem Iulius Cæsar Scaliger, *exerc. 286.* sextum sensum constituit, & *ibid.* docet, spiritum ipsum facere sensum illius delectationis, quam etiam, qui multum coiere, ita ut non amplius emittant semen, percipiunt irritò coitu. Titillari verò etiam à spiritu solo, ait Aristoteles, 30. *sect. problem.* Ideoque etsi cerebri semen testibus non communicat: Spiritus tamen partibus genitalibus tribuit, & proinde potest ad cerebri debilitatem etiam facere aliquid spirituum vitalium cum semine euacuatio. Cum enim spiritibus animalibus generandis vitales, ut materia, necessarij sint, si cum semine diffundantur, in cerebro deficiunt. Quæ cum ita sese habeant, si Hippocratis hypothesis vera est, quod scilicet ex venarum post aures sectione Scythæ steriles fiant, id accidit ex immodica cerebri à nimia sanguinis effusione refrigeratione.

Q V Æ S T I O II.

An Eunuchi generent?

Sunt quidam è recentioribus, inter quos Bartholomæus Cabrolus, & Adrianus Spigelius, qui testibus vim *σπυρματικὴν* denegant, atque pro sua sententiæ probatione & ibi afferunt, quod Eunuchi, & qui testibus destituuntur, nihilominus coeant & generent. Refert enim Cabrolus quendam, cum vim Virgini fecisset, atque ea de causa suspensus esset, cum secaretur, sine testibus tam exterius quam interius inuentum fuisse. Deinde quod iuuenis quidam annos 22. natus intestabilis, seu sine testibus natus matrimonium inierit, & filios generaerit. Præterea Smetius refert, in *Miscellaneis pag. 525.* quendam Maniacum, qui ambos testiculos sibi ipsi extraxisset, ubi menti sanæ restitutus fuit, uxori maritale debitum cum seminis profusione soluisse. Eunuchos etiam coire, certum est, ut Iulius Cæsar Scaliger, *exerc. 144. sect. 8. 172. sect. 2. & 175. sect. 3.* docet.

Verùm enim verò equidem quæstionem illam, an semen in testibus generetur, hic perfectè discutendam non suscipio. Hoc tamen certum esse pato, ea, quæ ex Cabrollo & aliis pro sententiâ negante antea allata sunt, id non satis probare. Sit enim, ut Eunuchi coeant: tamen non generant, & vel semen nullum emittunt, vel si emittunt, id non fecundum est. Cùm enim reliqua vasa spermatica in iis relin-

A qui potuerint, humor quidam seminalis, qui partes genitales titillet, sed non fecundus, in iis generari potuit. Scortator verò ille suspensus apud Cabrolium etsi testes non habuit, analogum tamen quid habere potuit. Solet enim natura sæpe vnius partis defectum alia compensare, sicut & epur quibusdam, aliis alias partes defuisse, obseruatum. Neque etiam probat Cabrolus, quod semen fecundum habuerit, etsi coruerit, quod & Eunuchi, ut dictum, faciunt. Iuuenem verò illum, qui sine testibus, uxore ducta, liberos procreavit, quod attinet, etsi foris pendentes testes non habuit: intus tamen lactes habere potuit.

C A P V T II.

De Læsa penis erectione, & seminis ei aculatione.

A Lterum, quod generationem impedit, est, si seminis eiectio & immisio in vterum feminæ non recte fiat; quod multis de causis accidit. Cùm enim ad rectam seminis in vterum ei aculationem requiratur ut penis erigatur & distendatur, ac sufficiente temporis spatio talis maneat; ut meatus, per quem semen emittitur, pateat; ut penis recte conformatus sit, & sit neque nimis longus, neque nimis brevis; sit rectus, non curuus, aut tortuosus; & præterea etiam hoc necessarium sit, ut semen vitile & femininum eodem tempore emittatur. Si quid in his desit, aut vitij sit, seminis in vterum immisio, & quæ hinc fit, conceptio, impeditur.

Primò enim cùm necessarium sit, ut si semen virile in vterum muliebrem nuti debet, membrum virile rigidum sit, neque tamen commodum faisset, si membrum hoc perpetuò rigidum esset, Creator sapientissimus id ita formavit, ut flaccidum quidem maxima ex parte esset, cùm tamen opus est, rigidum fieri posset. Quapropter eius substantiam spongiosam, raram & porosam effecit, ut influente spiritu distendi posset. Dum enim obiectum femininum pulchrum sensibus offertur, imagine eius phantasie oblata appetitus, concupiscentia & libido excitatur, & à corde spiritus vitales copiosè ad membrum genitale mittuntur per arterias insignes, quæ radici penis inseruntur, & per totam eius substantiam vsque ad glandem extremam propagantur, unde qui flaccidus antea erit penis, subito intumescit & rigescit. Galenus equidem, 6. *de loc. affect. cap. ult.* pluribus hæc de re disputat, & statuit, postquam penis fuerit extensus, sequi ex arteriis spiritum, ut pulmo thoracem, ob eam quam habet ad ipsius motum sequelem. Verùm utrumque falsum. Pulmonem non dilatari, ut repleatur, sed repleri, ut dilatetur, in *Institut lib. 1. cap. 11.* probatum. Eadem ratio est spongiosa penis substantias, quæ distenditur, quia spiritiosa substantia per se ipsam influente intumescit utris instar, non verò repletur, quia dilatatur, instar folium. Neque enim causa, qua dilatetur, datur. Deinde maualt Galenus hanc actionem ad nervos, quàm ad arterias referre. Verùm ut non negamus, aliquid etiam spiritus animalis influere, cum tanta sit in venere delectatio; distensionem tamen illam penis à spiritu flatuoso & vitali potius, quàm animali provenire, probabilis est; cum nulli videremus, vllam partem à spiritu animali ita distendi; contra animaduertamus, membrum virile erectum & rigidum, si timor & terror aliquis improviso superueniat, statim flaccidescere, spiritibus vitalibus ad cor reuocatis. Neque etiam datur contraria facultas penem constringendi, sed ob solam spirituum dissipationem subsidet. Neque absurdum est, quod Galenus putat, arterias hæc peni insertas aliam habere

Læsa penis erectio, & seminis aculatione.

At unu-
ch gener-
zer?
n testes
vit opua-
m m v
ha aut.

D

E

facultatem præter eam, quam alibi in toto corpore habent. Obtiuent enim arteriæ penis peculiarem conformationem, & mirificè per totam penis substantiam sunt dispersæ, vt ita à dextra ad sinistram, & à sinistra in dextram partem diffundatur; ac præterea ea in parte, qua penis radici sunt insertæ, quamplurimis foraminibus sunt pertusæ. Et videmus etiam in alijs partibus, vbi incalescunt, venas & arterias intumescere. Musculos tamen etiam penis habet, qui quidem non ad distensionem, sed ad erectionem eius faciunt. Ista autem erectio pluribus modis læditur. Vel enim erectio membri virilis planè aufertur, vel immunitur, vel deprauatur, aut intenditur, dum homini inuito erigitur.

Causæ.

Causæ.

Priores duæ læsiones, quæ secundum magis & minus differunt, ac de quibus *hoc capite* agendum, impotentia virilis nomine veniunt. Pertinet quidem huc etiam vitium, quando membrum virile vel deest, siue à primo ortu, siue postea amputatum sit, vel mutilatum, & aliqua parte abscissum est, vt ad coitum sit inutile. Verùm quia vitia ista incurabilia sunt, de reliquis dicemus. Habet autem præter dicta virilis impotentia triplicem causam, excitaturque vel quia semen deficit, vel quia penis spiritibus destituitur, vel quia muscoli penem attollentes paralyti efficiantur. Semen primò quod attinet, si illud deest, vel nimis paucum sit, vel etiam crudum, naturam ad excretionem non stimulat, vnde etiam nullus spiritus vitalis fit confluxus, neque virilis membri erectio. Atque ita feminis vitium duplici ratione generationi obest, & sterilitatem efficit in viris; cum quia deest idonea fœtui generando materia, tum quia ad venerem stimulus deest: De feminis autem defectu *cap. præcedente* dictum. Et si omnino deest semen; sic ablata eius emissio, si ex parte, imminuta. Dum autem semen planè deficit non vitio ætatis, sed vitio aliquo præter naturam, etiam penis erectio ferè ablata est. Aliquando tamen accidit, vt penis erigatur, semen tamen non emittatur. Ita refert Forestus, *lib. 26. obseru. 18. in Schol.* iuuenem quendam rarioris & siccioris temperaturæ, cum nuper duxisset viduam, sibi conquestum esse (vt & alios non paucos) se cum coitu vteretur, penè licet optimè extento & rigido, semen tamen emittere non posse.

Spiritus autem, qui membrum virile inflat, defectus, etiam in causa est, vt membrum virile non erigatur. Creditum quidem hætenus à multis, à flatu membrum virile erigi, sed malè cum spiritus vitalis id potius prætet. Postquam enim semen in vasis suis turgere, atque moueri & exitum querere incipit, & à natura ad excretionem stimulat, ea spiritum vitalem ad membrum genitale mittit, vnde fungosa & porosa penis substantia repletur, & distenditur. Spiritus autem hic deficit, vel quia paucus in corpore generatur, vel quia alio auocatur, vel quia à penis substantia non recipitur. Non generatur spiritus satis copiosus præcipuè ob cordis frigiditatem & siccitatem, vnde Iuriconsulti eos, qui ad venerem impotentes sunt, frigidos appellant. Aliò auocatur in diurnis & assiduis meditationibus, in timore & terrore, vnde scortatores & adulteri sæpe semen profundere non possunt, quia aliorum aduentum timent. Imò si in ipsa venere rei alicuius tristis, horrendæ atque abominabilis cogitatio viro incidat, animo deicitur, & appetitus rei veneræ concidit. Idem verecundia præstare potest, vt & nimia lætitia. Influxus autem spirituum impeditur, si membrum refrigeratum sit, aut insensibile & stupidum factum iis de causis, quæ stuporem inducere solent, aut ineantamentis etiam ta-

A le redditum, vt nec titillationem, nec stimulum seminis sentiat. Paralytis in pene excitatus iis de causis, quæ de Paralyti alibi sunt expositæ. Possunt huc referri etiam incantationes & maleficia. Reliquorum vitiorum, quæ in actu venereo contingunt, causas quod attinet, cum non solum necessarium sit, vt penis rigeat ac distendatur, sed etiam, vt talis ad consummationem actus venerei permaneat, vitij huius eadem causa in spiritibus, de quibus modò dictum, querendæ, acciditque id, cum spiritus, qui penem distendunt, ob paucitatem ante consummationem actus venerei deficient. Præterea requiritur, vt penis ad seminis intromissionem sit rectè conformatus & dispositus, non nimis breuis, neque nimis exilis, neque etiam nimis crassus.

B Si penis nimis sit breuis, semen etiam non eò vsque, quò debet, eicitur, in vterum scilicet, qui est seminis receptaculum, sed in collum vteri saltem, vbi corrumpitur, & effluit, atque ita conceptio impeditur. Si sit nimis crassus, à fœmina non admitti, vel non sine dolore admitti potest. Tale si quid accidat, coitus impeditur. Habent autem ista vitia à prima conformatione suam originem. Insuper necessarium est, vt ipsum semen sese rectè habeat, ac debito tempore, & simul cum muliebri semine emittatur. Seminis autem emissio non penis, sed testium & vasorum genitalium propria est; penis verò solum viam præbet. Recto autem tempore semen excernitur, si non nimis tenue vel aqueum est.

C Tale enim si sit, antequàm expultrix id expellat, excidere & effluere solet. Quod etiam accidit, si vasa, quibus continetur, nimis laxa sint. Vix quoque, per quas semen excernitur, rectè sese habere debent, & necessarium est, vt nulla neque in seminariis viis, quæ à testibus vsque ad penis radicem feruntur, neque in ipso pene adsit angustia. Hæc enim si adsit, seminis emissio impeditur. Si angustia sit in vasis deferentibus, sit ea ab obstructione propter crassam & viscidam materiam, propter tubercula, vlcera, & tunc seminis emissio aufertur potius, quàm imminuitur: si verò angustia aliqua sit in pene, eictio seminis potius imminuitur, quàm aufertur, & semen cum difficultate ac paulatim exit. Accidit autem hæc angustia propter tuberculum potissimum in meatu penis enatum. Pertinet huc & conformationis quoddam vitium, cum scilicet in pene, præter foramen in glande, aliud adhuc foramen vel à natura patefactum est, cuius exemplum habet Platerus, *lib. 6. obseru. pag. 782.* vel per fistulam illic genitam excitatur, per quod semen ad latera penis effluit, & non in vterum eicitur. Si penis obliquus & tortuosus sit, tardè semen, & non rectè intro eicitur. Tortuositas autem penis est vel natia, quæ sit propter ligamenti, seu fræni breuitatem quod, dum præputium glandi nimis connectitur, accidit, vt si penis extendatur, curuus maneat. Atque hic, vt Galenus, *de morb. diff. cap. 7.* scribit, immodicus pudendorum nexus impedit,

D quò minus procul & directo tramite in mulieris vterum semen immittatur, ob meatus inuersionem, vel adscititia, quæ sit propter tumorem, quem penis nodum appellant, in quo quamuis pene flaccido nihil incommodi percipit æger, eum tamen prementi paruus quidam tumor glandulæ speciem referens percipitur. Generatur autem, cum homo nimis veneri indulget. Tunc enim spiritus ille inclusus in diu distento pene in aliquam eius partem impetum faciens eam ita distendit & laxat, vt aliquid eius protuberet, eodem modo, vt in aneurismate. Tandem etiam circa vasa generationi seminis dicata interdum error quis à natura committitur, dum scilicet vasa vel semen generantia, vel de-

ferentia

De Salacitate, Satyriasi, & Priapismo.

CAPVT III.

De Salacitate, Satyriasi, & Priapismo.

ferentia deficiunt, aut nō recto loco inferuntur, id quod inter-
dum factum esse, in Anatomia competrum est. Quod verò in-
voluntariam feminis emissionem attinet, de ea postea de gonor-
rhea dicetur.

Signa Diagnostica.

Vitii ipsam ægri, vel, quod sæpe accidit, vxores patefaciunt.
Quæ autē causæ sit, à Medico signis inuestigandum. Si ob le-
minis inopiam id accidat, e signis præc. propositis id patefit, &
homo nullo sine venenis stimulo, vel libidine tentatur. Fæsi ex
testium & valorum genitalium frigiditate malum hoc fiat, se-
men quidem emittitur, sed fluidum nimis hoc est, & aqucum, &
interdum sponte exire sine voluptate sensu. Si etiã causæ aliqua
præcellerit, quæ quocunq; etiam modo membra genitalia læ-
dere possit, vt si æger in aëte frigidio versatus fuerit, & per loca
frigida iter fecerit, si fuerit lapsus, vulneratus, & ab ea ratiōne
ad venerem impotentia sentierit, id ex ægri relatione patefit. Si
spiritus vitalis deficiat, e cordis & reliqui corporis constitutione
id patet, & membrum vix ac cū maxima difficultate erigitur.
Si verò ad genitalia non ferantur spiritus, propter intentas &
continuas meditationes, aut alias externas vel euidentes caus-
as, id ex relatione ægri innotescit. Si paralyticis membri genita-
lis ad sit, id hæc acidum manet, neque vliō modo, est venenis de-
siderium ad sit, erigitur, & semen quandoque per semina sine ven-
eris cupiditate effluit. Qui verò semen in vasis genitalibus ha-
bent, sed propter ratorum angustiam eicere non possunt, libi-
dine & venenis stimulo quidem tentantur, sed semen non emitt-
unt, aut nisi cum maxima difficultate emittunt. Quænam au-
tem causæ sit angustia, ex iis quæ præcellerunt, vel ad sunt, cog-
noscerit. Si tamen aliquis circa vasa genitalia percipitur, ab il-
lo constipari hæc Vasa indicio est. Si vlcus fuit in radice penis,
post cicatricem obdusam vasa hæc coaluisse argumento est. Si
penis incuruus sit, ex ægri relatione & inspectōne cognosce-
tur. Vitia conformationis, vbi scilicet, vasa vel semen generan-
tia, vel deferentia deficiant, aut non recto loco inferuntur, id in
viciis vasis vix cerò cognoscitur: si tamē in genitalia aliis sent
perfecta, & nulla alia causæ nota præcellerit, interdum æger ad
venerem inopis firmiter, aliam aliquam vitiosam conformationem
adeo suspicari licet. Si ab incantatione vel maleficiis malum
hoc ortum habeat, homo aerea ad venerem satis aptus fuit, ne-
que vasa causæ manifesta præcellit, quæ id ipsi, & præcipue su-
bito inducere poterit.

Pronostica.

1. Læta penis erectio iis, qui in coniugio viuunt, liberosque
generare cupiunt, valde molestum malum est, & feminis etiam
pleramque maxime exosum. 2. Si ex læta feminis generatione
procreantur membra genitalis ignaua, quæ prædicendum sit, de
cap. præc. pater. Penis autem in temperies, quæ ab ætate senili sit,
curari vix potest. Ætati tamen huic vitium hoc non incommo-
dum est. Nulli enim ætatis magis, quam senili venus nocet. Quæ
verò ab aliis causis originem habet in temperies, curari potest.
3. Si feminis eructatio ab aliis morbis impeditur, ex morbo,
vnde illud vitium pendet, malum æstimandum. Exempli gratia
si penis sit breuis vel natura, vel amputatus, seu ex toro, seu ex
parte, malum incurabile est. Si sit inuertus ob femi nexum ær-
torem, malum curabile est. Ita etiam de aliis statuendum. Si
adhuc aliud præter illud naturale in pene foramen sit, ad æstū
venereum equidem obendum nihil impedimenti offert, sed
conceptioni obest: cum semen non per naturale foramen in-
terum, sed per præternaturale aliò effluat.

Indicationes & curatio.

Lætam penis erectionem quod attinet, si à semine deficiente
vel in temperie membri genitalis proveniat, in temperies illa
frigida calidis medicatis curanda. Medicamenta autem ad
hanc rem vna supra, scilicet, & cap. præc. sunt proposita. Ex-
tra quoque testes & membrum virile inungantur oleis & va-
guentis ibi propositis, vt oleo, in quo radix nareise, semen vru-
ticæ, pyrethrum & si milia cocta sint. Rec. viscosissimi, de aure In-
dica an. vnc. i. eu. borrag. dra. ii. misce semina aliptama, sc. dra. i. sm.
cera q. l. f. Vnguentum. Si semen recta in vteri foramen non
possit immitti, ob situm breuitatem, vel connectionē, vel perpu-
tium clausam, quomodo vitia illa corrigi possint, sup. dictum.

Si nodus in pene sit, neque emollientibus, neque discutien-
tibus vtendum: cum ab his medicamentis via illa & caui-
tas magis dilateatur, sed potius adstringentibus vtendum. Ideo-
que fomento è vino nigro, in quo abinthium, myrtilli, balau-
stia, & similia adstringentia cocta sint, vtendum. Vel Rec. ag-
nicum pini, unc. cupressi, myrtillarum an. vnc. ii. Misceantur, &
linteamine aqua hac madefacto genitalia obvolvatur. Vel Rec.
cortic. myrob. cistria. chabul. 2n. vnc. sem. inuicupress. 2n. xv. pins
num. iij. ros. rubr. pi. ab. iarb. Ponicis M. i. granar. myrr. callarum,
sem. samac. an. vnc. i. Contundantur & affusa aqua nuc. gnis des-
tillantur. Si aliud præter illud naturale, quod in glande est, ro-
tamen sit in pene, per quod semen effluat, foraminis illius pr-
ternaturalis labia abraedenda, & postea, tanquam nouum vul-
nus foret, illud curandum & occludendum, vt semen per na-
turale foramen eiciatur. Si semen nimis cito effundatur ob
vitarum laxitatem, balneis & fomentis siccantibus vtendum,
vbi imprimis viles sunt thesaur. sulphureæ. Si semen nimis sit
aquosum & renue, in crassa aqua, partium genitalium calor au-
gendus, vt supra dictum.

Operum Sennerti Tom. III.

Constratum impotentia ad rem venerem vitium est Sala-
citas, seu nimia in venerem propensio, & admodum vehem-
ens veneris desiderium, quod interdum cō vsque progredi-
tur, vt in furorē quasi habeat, de quo supra, l. i. p. 2. eto. dictum.

Pertinet huic & Satyrasis & Priapismus Satyrasis nimirū, à
Satyris nominata, qui semper ad libidinem proni dicuntur, &
pene erecto pinguntur, perpetua in libidinem propensio est, &
cocandi appetitus cum penis erectione. Priapismus verò dictus
à Priapo, qui Gentilibus hortorum & agrorum custos erat, &
pudendo semper exportēdo sculpebatur (vnde etiam membrū
virile priapi nomen accepit) est membrū virile in longū & la-
tum extensio. Hæc tamen est inter Satyrasū & Priapismū dif-
ferentia, quod in Satyrasi ad est maxima rei venerem appeter-
tia: in Priapismo verò citra rei venerem appetentiam sit inuita
penis erectio, puscedumq; conuulsioni ac tetani modo disten-
ditur, vnde dolor quoq; cōiunctus est: & in satyriasi te venerea
peracta penis detumescit, in Priapismo verò post coniumerem
penis erectus & tensus manet.

Causa.

Causæ autem salacitatis nimia est vel feminis copia, vel eius
acrimonia, vel commotio. Semen copiosius generatur ob san-
guinis abundantiam, & in primis valorum semini generando
creatorum calorem nimium, ob quem & sanguinem copiosius
atraxant, & in semen mutant. Si verò ad terris copiam acce-
dat etiam caliditas, & acrimonia, maior adhuc sit salacitas, &
homines valde libidinosi redduntur. Potest tamen etiam semen
non copiosum acrescere. Fit verò semē calidius & acrius à cibis
calidis & acrimonia. nimum conditis, vt & a medicamentis &
cibus acerbis, ac ad venerem accendendum vtilibus. Humores
etiam acres semini permixti id acrius reddunt. Huc pertinet
& medicamentorum purgantium vtilis, qui interdum venerem stim-
ulat, præsertim si iis aromata multa miscetur. Ita refert Plat.
ob. li. Virum quendam multos ann. viduū & continentissimū,
cū eum leuiter purgare vellent, ac pilulas aromaticas exhibuis-
set, sequenti mane ad se venisse, ac sece ex postulo illis, quod eum
decipere voluerit, cura nullam ab illis sentierit per aluū euacua-
tionem, sed præteritum & stimulu solum venereū, à quo tota noc-
te fuerit diuexatus. Idemq; alii etiam eueiani accidisse refert:
ac præterea narrat, alium quendam, sumo cathartico, cū illud
adhuc operaretur, ita ad venerem stimulatū fuisse, vt vxorem
adstram compelleret, atq; inde valde debilitatus fuit. Tan-
dem etiam semen in suis vesiculis mortuum, ac veluti agitatum,
atq; exitū querens, pruritus excitat. Satyrasis, verò & priapif-
causis quod attinet, excitantur ista vitia a spiritibus vitalis ac fla-
tuosis, penis corpus implente, & distendente. Sed quia satyrasī
sit, cum veneris appetitu Priapif. verò etiam sine, eo differentia
hæc proculdubio est, quod in satyri. semen turgeat & acre huic
spiritus vitalis affluxum excitat, aut spir. vitalis afficiens simul
semen cōmouet. Id quod accidit, cum arteriarum ora nimum
patent, vel cum lumbi & renes incaleseunt, ex decubitu sup. i. o
in culcitris plumis vel aliis de causis, vt cinctura lumborum
diuturna in iis, qui ei non sunt assueti, iis rem, qui dista à venere
ablinerunt, interdum sanguine abundant, nec exercitius cū im-
mūnant, vt & iis, qui medicamentis venereis irritantibus vsi
sunt. Galen. quidem, s. dol. ost. vi. & alii addunt: statuos spir.
in substantia penis spongiosa ortum, & generatum ab humore
viscido & crasso cū debet calore. Sed probabilius est, aliunde
illum spir. fluosum affluere. Si verò sine feminis commotio-
ne à dolore vel alia de causis spir. vitalis vel statuos in substan-
tiam penis irrompat, & penis præter naturam intumescat, fit
inde Priapismus.

Signa Diagnostica.

Ipsa salacitas per se patet, & ex ægri relat. cognoscitur: quum-
uis rarò id homines patefaciant. Satyrasis, verò & Priapif. quia
ipsi ægro molesta, & sæpe cum dolore coniuncta sunt, Medicis
aperiri solent. Quæ si ab externa causæ originem habeant, vt à
decubitu supino & lumborum calafactione, à venere intermissa,
vel nimia, à cibis vel medicamentis venereis irritantibus, id ex
ægri relat. Medico patefit. Quæ si absint, à causæ interna, vt
plurimum semine, sanguine copioso & crasso id accidere, proba-
bile est, quorum etiam signa apparebant. Soleatq; vbi crassus status
ad est, etiam palpitatio quædam in pene percipi. Si dilatio ar-
teriarum sit in causæ, vel feminis copiosi & calidi ad sunt indi-
cia, vel calidiorū reuū, vel venus nimia præcellit. Pronostica.

1. Salacitas non solum totum corpus enervat & debilitat, sed
etiam vt Seneca, de breuit. vite, scribit in venerem & libidinem
procederem inhonesta labes est, & nulli corpore occupati
sunt, nisi qui nulli rei, nisi vino & libidine vacant. 2. Priapif-
mus & Satyrasis sæpe dolorem inferre solent, qualem patitur
tur, qui terano corripientur, aut aliis membris conuulsiuntur.
Vnde perseverans aut apostema aut spasmus, aut mortem su-
peruenientem indicat. Et quidam conuulsi celeriter intereunt,
ac mortuis venter inflatur, & frigidum sudorem emittunt.

Indicationes & curatio.

Salacitas quæ in coniugio viuens & multo magis non con-
iugatis noxia est, curatur, si nimius feminis proventus probi-
neat, illiusq; vt & sanguinis, calor temperetur. Itaq; si ni-
ratio ad sit sanguinis copia, is venæ secta imminuentur. Si hu-

Salacitas

Satyrasis & Priapif. mus.

Causa.

Signa.

Prognostica.

Indicatio- nes & cu- ratio.

mores acres adsint, qui semini permitti id acre reddunt, ij temperandi & euacuandi.

Semen absumantia.

Ne autem seminis nimia copia generetur, atque feruor eius extinguatur, exhibenda refrigerantia & semen absumantia. Talia sunt: *vitex*, inde *agnus castus* dictus, cuius folia, flores & semen vsurpantur, *lactuca*, *nymphaea*, *portulaca*, *plantago*, *umbilicus veneris*, *succus mali*, *citri*, *mentha*, quæ peculiari proprietate semen extinguit, vt supra lib. 1. p. 2. cap. 1. dictam. Semen *cannabis*, *anethum*, *corallia*, *erythallus*. E quibus nunc calida, nunc frigida, pro corporis & humorum dispositione eligenda. Camphora etiam plerique Veneream extinguere putant, quia fit frigida & sicca. Verum monendum, eam non esse frigidam & siccam, sed calidam, quod vel sapor eius inflammabilitas testantur; & Veneream extinguere Iulius Cæsar Scaliger, exerc. 104. f. 8: negat. Et si quid hic præstat, non frigiditate præstat, sed quia valde siccat. Vt *℞. Conserv. mentha. flor. nymphaeae* an. *℥. j. b. caul. lactucæ, conditor. ℥. j. sem. viticis* *℥. ij. corallior. ℥. j.* Cum syrupo *nymphaeae* F. Electuarium. Vel *℞. folior. mentha. ℥. ij. flor. nymph. sec. corallior. rubr. præp. an. ℥. b. F. Puluis.* Vel cum *saccharo* Rotulæ. Vel *℞. succi lactucæ, portulacæ, an. ℥. ij. mentha ℥. j. aq. rosar. ℥. j. b. sacch. q. s. coq. ad syrapi consistentiam.* Aqua castitatis, & alia in hunc vsu medicamenta supra lib. 1. loco allegato descripta sunt. Et plura etiam infra, cap. 5. de pollutione notæ. proponuntur. Extra eadem, & præterea folia salicis, viticis, plantag. semperuui adhibentur genitalibus, lumbis, imò & pedibus. Nimirum ex dictis plantis fiant fomenta vel lotiones, quibus & acetum addi potest, vel aquæ destillatæ & succi harum plantarum istis partibus applicentur. Vel *℞. ol. nymph. ℥. ij. succi lactucæ ℥. j. b. sem viticis* *℥. ij. eoq. ad succi consummationem & colentur, & addito momento cere* F. Vnguentum. Vel vnguentum refrigerans Galeni, aut Ceratum santalinum, aut alia eiusmodi lumbis apponantur, aut lamina plumbea perforata è renum regione gestetur. Vltimum verò salacitatis remedium est castratio, & quosdam ob castitatis zelum seipso castrasse, imò eorum cum testibus abscidisse, compertum est. Cuius rei historiam de quodam Monacho habet Beniuenius, de abd. sanar. & morb. caus. cap. 68. qui, vt loquitur, ob zelum castitatis, sed indiscretum, ac minime secundum Dei rationabile obsequium, eorum sibi, & quidem pubetenus proflus absciderat, cū tamen Deus, *Deur. 23.* mandauerit, ne eunuchis attritis vel amputatis testiculis Ecclesiam Dei ingrediatur. Turcæ etiam olim & hodie iis, quos Gynæceis præficiunt, non solum testiculos escindunt, sed & interdum totum membrum virile abscindunt.

Dieta.

Dieta.

Ieiunium salacitatem compescit, & abstinentia ab aromatibus, cibis calidioribus & acris, item vino. Legitimum coniugium quoque ad libidinem vitandam certum & à Deo concessum remedium est, & ex consilio Apostoli melius est nubere, quàm vri. Ager non cubet in mollibus è plumis stratis, verùm subternat folia salicis, & imprimis viticis seu agni casti. Hinc mulieres Athenis in Thesmophoris seu Sacris Cæteris, hæc folia sibi substernebant, vt sacerorum tempore castæ manerent. Supinus etiam decubitus est noxius; cū inde vasa in dorso incalescant, & sanguis ac spiritus copiosus ad pudenda feratur.

Eadem ferè *Satyriasis* & *Priapismi* curandi ratio est. Nimirum à venæ sectione & purgatione curatio inchoanda, & imprimis, si sanguis abundet, propter dolorem & inflammationem prohibendam

A vena in cubito secanda. Exhibenda quoque Venereæ resistentia modò proposita.

Postea ad topica accedendum, & parti affectæ Topica refrigerantia medicamenta imponenda, quæ & causam mali tollunt, & arteriarum ora constringunt, ac flatuum materiam reprimere ac repellere possunt. Eadem & lumbis applicanda. Imponatur nimirum ceratum ex rosaceo aqua frigida imbutum. Vel *℞. Ol. rosar. ℥. j. b. succi solani, semperuui, portulacæ* an. *℥. b. spuma argenti, cerussa* an. *℥. ij. acetiparum, cera q. s.* Fiat vnguentum. Postea aliquid chamæmeli addi potest.

Si ab abstinentia Venereæ malum sit, legitimo coitu vtendum semel, postea verò à Venere, imaginationibus Venereis, & quæ libidinem excitare valent, abstinendum.

B

CAPVT VI.

De Gonorrhæa & seminis profluvio.

Gonorrhœa equidem omne seminis profluvium significat, cuius varietate sunt differentie: Vt vsus tamen obtinuit, vt pro eo saltem seminis effluxu accipiatur, qui inuitis accidit, & sine membri virilitate, ac tentigine, & vt Celsus, lib. 4. cap. 21. habet, sine Venere, sine nocturnis imaginationibus.

Causæ.

Cum autem retentivæ officium sit, semen tamen diu retinere, donec in actu Venereæ in vterum feminæ iniiciatur, si id intempestivè & præter naturam contingat, facultas retentivæ læsa id accidit. Læditur autem facultas, vel quia ipsa labefactatur, & languida redditur, vel quia obiecti vitio turbatur. Labefactatur propter intemperiem humidam & frigidam, quæ ex similibus humorum affluxu, vel causis externis vi humectandi & laxandi præditis contrahitur, quales sunt largus vsus piscium, fructuum crudorum, balnei frequens vsus, natio in aqua frigida, sessio super lapide frigido. Quod facit etiam intempestiva & nimia Venus, ob quam partes hæc debilitantur, vt postea affluentes humores faciliè suscipiant. Ad imbecillitatem hanc pertinet & laxitas vasorum seminalium, quando scilicet folliculi semen continentes, vasque illud deferentia nimium ampliata & laxata sunt. Quæ laxitas cū ab humoribus, tum à nimia Venere ortum habet, per quam vesiculæ seminis toties inanitate, iterumque repletæ istam laxitatem acquirunt. Obiecti vitio læditur retentio, dum illud re- & se se non habet, vel in quantitate, vel in qualitate. In quantitate vitium est, dum semen copiosius est, vel ex intermissa Venere, vel ex ciborum bene nutrientium nimio vsu. In qualitate vitium est in ea vel manifesta, vel occultata. Manifesta est, dum semen est vel calidius, vel mordacius, ex sanguine simili, & ob epar ac renes calidos, ac eibos tales genitum, vel frigidius & crudum, atque aquosius, ob testium frigiditatem, aut similem epatis intemperiem, aut etiam assumptorum humiditatem & frigiditatem, & cum vitiosi humores in corpore abundantes ipsi semini admiscuntur. Occulta qualitas est, dum semen corrumpitur, & maligna aliqua qualitate inficitur. In hæc tamen seminis vitia, ob quam retentivæ læditur, hæc differentia est, quod, dum semen est aquosius & frigidius, retentivæ primò & per se læditur, etsi expultrix non irritatur: in reliquis vitis, dum semen vel quantitate, vel caliditate & acrimonia, vel malignitate & virulentia peccat, expultrix primariò læditur, secundariò

De Gonorrhœa & seminis profluuiio. 413

verò retentrix. Dum enim expultrix facultas vitio obiecti irritata ad expulsionem insurgit, retentrix ei cedere cogitur: de quo Galenus, 6. de loc. affect. cap. ult.

Aliquando etiam ex conuulsione gonorrhœa accidit, quod epilepticis sæpe evenit, qui in paroxysmo semen effundunt, quæ causa proculdubio ad retentionem læsam ob expultricem irritatam referri debet. In violenta enim ista corporis totius concussione vasa spermatica simul concussa semen, præsertim si abundet, exentiunt. Atque hac ratione potius ut semen conuulsis interdum profluat, accidere putat Platerus, quàm musculorum occasione, qui vasis spermaticis præficiuntur. Nam etsi hi musculi in ipso actu venereo leuiter vasa deferentia dilatando plenioris eius excretionem adiuuant: hoc tamen non prius, quàm semen iam è vasculis suis excidens per hosce ductus fertur, facere docet. Et ea de causa conuulsos etiam hos musculos ad excretionem hanc nihil facere, sed motum illum inordinatum semen è suis receptaculis propellere statuit. An autem omnes, quæ hæcenus propositæ sunt, causæ gonorrhœam propriè dictam constituant, & an omne quod per meatum seminis, & è locis, in quibus semen generatur ac continetur, effluit, seminis nomine dignandum, de eo postea in questione dicetur.

Signa Diagnostica.

Gonorrhœa ipsa per se patet, & ex relatione ægri cognoscitur. Accedunt tamen quædam alia symptomata. Quibusdam enim vniuersum corpus, ac præcipuè circa lumbos gracilescit, ægrique toto corpore debiles, graciles ac pallidi fiunt, oculique caui euadunt. Causarum signa quod attinet, si ex læsa facultate gonorrhœa accidat, causæ refrigerantes & humectantes, testesque, ac vasa seminalia debilitantes præcesserunt. Si vitium sit in obiecto, atque semen sit nimis aquosum & crudum, visusque id patet, exitque id sine sensu & delectatione, & signa cruditatis in testibus vel epate ac renibus adsunt, & semen sæpe ad mulieris contactum saltem exit, sine alio, vel saltem exigua voluptate ægri, ut antea in genere dictum, colorem viridum amittunt, ac languidi fiunt, & corpus sensim contabescit doloremque circa lumbos percipiunt. Si semen sit acre, priapismas ferè coniungitur, vel dolor, & adsunt signa tertium, epatis vel renum calidiorum, ægerque calidis cibis, potu, medicamentis usus est. Si semen sit virulentum & malignum, lues venerea, vel elephantiasis adest, quæ suis signis cognoscuntur, semenque est fætidum, & cum dolore exemitur. Et quidem in gonorrhœa Gallica initio id, quod exit, album ac subcitrinum est, & sine sensu vigilanti & dormienti effluit. Temporis verò progressu fit luidum, fætidum, acre, quod meatum penis exalcerat, vnde dolor & dysuria sequitur, & sæpe, cum vrina exit, rigor quidam percipitur, & in vicinis dolor.

Prognostica.

1. Gonorrhœa non solum turpe, sed & periculosum malum est; cum non solum sæpe generationem impediatur, sed & si diu duret, homo contabescat, ac tandem moriatur. 2. Gonorrhœa, quæ sit à facultate retentrice labefactata, facilis curatur, modò sit recens. Si enim malum sit inueteratum, curatio difficilior redditur. 3. Gonorrhœa quæ sit à semine crudo & aquoso, non ita facile curatur, cum intemperiem illam in partibus genitalibus frigidam tollere non ita facile sit. 4. Quæ à lue venerea est gonorrhœa, in senibus non nisi cum morte terminatur. In iuuenibus verò difficulter, & non nisi longiore temporis spatio curatur. 5. Quæ ab Ele-

Operum Sennerti Tom. III.

A phantasi est gonorrhœa, curatu impossibilis.

Indicationes.

Indicatio-
acs.

Si gonorrhœa sit à facultatis retentricis imbecillitate, siccantibus & adstringentibus vtendum: quæ pro causarum ratione nec sint calefacientia, nunc refrigerantia. Vbi attendendum, si ex longam seminis euacuatione corpus sit refrigeratum, humorque multus aquosus & frigidus genitus, etsi à causa calefaciente & laxante malum initium traxerit, calefacientibus & siccantibus cum aliqua adstrictione vtendum esse, & curationem ferè instituendam, qualis mulierum albo fluxui conuenit. Si semen sit tenue & aquosum, coctio seminis medicamentis calefacientibus, simulque adstringentibus adiuuanda. Si sit calidum & acre, refrigerandum & temperandum. Si sit virulentum, alexipharmacis morbo illi contrariis curatio peragenda. Atque hæc hoc diligenter attendendum, ne prius adstringentibus medicamentis vtamur, antequam malignitas morbi venerei extincta sit. Solet enim natura cum virulento semine materiam vitiosam & malignam euacuare, & quandiu hoc accidit, grauissima symptomata præcauentur. Si verò adstringentibus, antequam malignitas victa sit, humor vitiosus intempesitè in corpore detineatur, dolores artuum, vlcera varia, & alia praua symptomata suboriri solent. Vbi verò morbus causa mali princeps victus fuerit, tum adstringentibus vtendū, quæ potius calefacientia, quàm frigefacientia esse debent, cum diuturno fluxu partes genitales valde refrigeratæ & debilitatæ sint.

Curatio.

Vniuersalibus, quibus opus, præmissis, si gonorrhœa fiat ob imbecillitatem facultatis retentricis, medicamenta vsurpanda, quæ humiditatem absumunt, & laxitatem adstringunt. Et quidem si coniungatur caliditas, paranda medicamenta è rosis, corallis, C.C. smach., balauftis, hypocistide, corticibus granat. terra sigillata & similibus. E quibus interna M. & externa medicamenta parantur. Exhibeatur ergo hoc Elect. ℞. conf. ros. rubr. ℥. ij. corall. rub. præp. C. C. an. ℥. j. balauftior. ℥. ij. Misce. Extra verò vsurpetur hoc vnguentum. ℞. ol. rosar. mastichin. myrsini an. ℥. j. pulv. balauft. ℥. s. cera parum. Fiat vnguentum. Si verò frigiditas coniungatur, medicamenta è mastiche, ibure, mentha, spica, & similibus parentur, & genitalia inungantur oleo menthe, mastichino, absinthij. Vt ℞. ol. mastich. lenisimi an. ℥. j. s. succi menthe ℥. v. spica ℥. s. cere q. s. F. vnguentum. Imprimis verò hæc viles sunt thermæ adstringendi vi præditæ, vel balnea artificialia, quæ harum vim æmulantur. Si semen sit calidum & acre, vniuersalia præmittantur, & sanguis, si opus sit, minuatur, ac humores bilioli euacuentur rhabarbaro, myrobalanis, bilisque temperetur. Hinc intus & extra vtendum medicamentis refrigerantibus, paratis è rasis, lactuca, cichorio & similibus. Vt ℞. Sem. 4. frig. maior. ℥. ij. portulaca, lactuca an. ℥. j. flor. ros. rubr. ℥. j. s. nymphæ ℥. s. gnmni tragacantha ℥. j. Fiat Puluis. Extra verò non solum partes genitales, sed etiam spina & lumbi inungantur vnguentis refrigerantibus, aut applicentur Cerota refrigerantia. Vt ℞. Ceroti santali, ol. nymph. vng. Comitiss. succi solani an. ℥. j. camphor. ℥. s. Misce. Vel ℞. ol. rosar. myrsini an. ℥. j. masticag. sem. psyllij, cydonior. aqua rosar. extrahat. ar. ℥. j. pulv. santal. albi, rubri, acacie an. ℥. s. camphor. ℥. s. Misce. Si semen sit tenue & aquosum, siccantibus & roborantibus vtendum, quæ vim coctricem testis & partium genitalium adiuuant, aquositatem seminis corrigunt, & simul exiccant, vt speciesbus aromaticis, rasis, syrupo menthe Vt ℞. menthe, absinth.

Hh ij

Rom. an. M. j. sem. agnicasti, baccar. myrti. flor. ros. rub. an. ℞. ij. Coq. in vino rubro & dulcorentur saccharo. Vel ℞. Conf. ros. antiq. ℞. j. ℞. succini, coral. rubr. præp. an. ℞. j. caryoph. macis, thuris an. ℞. j. Cum syrupo myrino. Fiat Electuarium. Vel ℞. mastich. thuris an. ℞. j. succini ℞. ℞. sem. coriandris ℞. ij. viticis, fol. menth. an. ℞. ℞. sacch. ros. tab. ℞. j. F. puluis. Victus etiam ratio conueniens obseruetur & æger frequenter comedat oryzam cū lacte coctam.

An semper verum semen effluat in gonorrhœa?

Circa curationem autem gonorrhœæ, quæ ex semine aquoso & tenui fieri dicitur, diligenter obseruandum, an verum sit semen, quod effluit, etsi aquosius, dilutius & crudius; An verò, quod Langius monet, vt postea, in quæst. dicitur, humores corrupti & vitiosi, qui in corpore cumulati ad partes genitales confluant & per meatum, per quem aliàs semen eiicitur, excernantur, sicut interdum vitiosi humores in corpore cumulati per vterum & menses albos dictos euacuari solent. Si enim sit semen naturale, aquosius solum, omnino, vt modò dictum, iis vtendum, quæ semen in crassant, stabile reddunt, & detinent. Si verò vitiosorum humorum colluies per penem euacuatur, nullo modo in crassantibus & abstrigentibus vtendum, sed euacuantibus & cacochymiam corrigentibus, & bona diæta. Scribitque Langius, loco allegato: Ausim deierare, solis purgationibus, ac sobria victus ratione plures sanitati restitui. Et omnino ita sese res habet, cum affectus non tollatur, nisi causa sublata. Scribitque etiam Rondeletius, *meib. curand. morb. cap. 57.* gonorrhœa difficulter curatur, nisi causa cognoscatur, additque, se nouisse nobilem quendam qui ab abscessu frigido renem diu hoc morbo laborauerat, & multò semper habuerat deterius, cum semen extinguentibus frigidis vel calidis vteretur: se verò instituisse contrariam victus rationem, & iussisse, vt biberet viuum generosum, & vesceretur alimentis optimis exiccantibus, & non flatulentis, quomodo curatus est. Et omnino non semper causa gonorrhœæ huiusmodi in membris genitalibus hæret, sed interdum etiam in aliis partibus vel toto corpore, vnde loco allegato, Rondeletius ea quoque exhibere iubet, quæ ventriculi cruditate contrigant. Si semen in ipso actu venereo nimis cito eiicitur, atque inde, quod fieri solet, conceptus impediatur; cum id à semine nimis fluido, partibusque semen continentibus nimis laxis fieri soleat, curatio eodem modo instituenda, vt iam de curatione gonorrhœæ à partium genitalium imbecillitate, & semine nimis fluido dictum est.

Si semen sit corruptum & virulentum, adstringentibus omnino abstinendum. Si enim retineatur, partes erodit & exulcerat. Sed siccantibus, quæ simul putredini resistunt, vtendum, acetosa, theriaca, Mithridatio, & præcipue ad morbum illum, à quo illa virulentia pendet, respiciendum, & curatio ad eum dirigenda. Imprimis verò vitiosi humores expurgandi. Habetque exemplum Forestus *lib. 26. obser. 16.* de quodam iuvene, gonorrhœa & testiculi ac genu inflatione non sine suspitione luis venereæ laborante, quem purgantibus hisce curauit, vt ad decoctum ligni accedere opus non fuerit. ℞. Rad. helenij, fœniculi, apij, cichorij, buglossæ an. ℞. j. fumar. M. ij. borrag. violar. scolopend. capill. vener. summit. lupuli herba paralyf. an. P. j. chamapithyos, chamædrios, stæchad. an. ℞. sem. feniculi ℞. iij. citri ℞. ij. omnia infund. per diem & noctem inf. q. aqua pluuialis & fumaris. Quibus postea addantur myrobal. chebul. Indor. cirrinor. an. ℞. ℞. follicul. seræ, epiphyimi, polypod. q. glycyrrizæ an. ℞. j. cortic. hellebori nigri ℞. ij. rhabarb. ℞. ℞. schœnanthi ℞. j. Postea coquantur & colentur. Fiat potus longus pro ℞. ij. Addentur syr. infusion. rosar. ℞. j. de fu-

A *mar. ℞. ℞. sacch. q. s.* ad dulcedinem. Si tamen ista purgantia sola non iuuant, ad decoctum ligni, & alia huic morbo propria medicamenta accedendum.

Vniuersalibus præmissis exhibeatur hic puluis. Gonorrhœam fœntia. ℞. Succini albi, testar. onor. pullis exclusis, pellicular. interior. ventriculi gallinar. præp. sem. granator. an. ℞. iij. corall. rub. præp. C. C. vsti præp. an. ℞. j. cinam. ℞. ij. manus Christi portat. ad pondus omnium. Fiat puluis. Vel ℞. Gummi Arabici, tragacantha, succini, mumia, boli Armeni, mandibular. lucij, pellicul. intern. ventric. gallinar. cristar. galli, testar. onor. an. ℞. ℞. sem. lactuca ℞. j. Cum syrupo de ros. siccis. Fiant pilulæ, de quibus per multos dies ℞. j. vel ℞. ℞. sumatur. Nonnulli etiam scribunt, gonorrhœam hanc virulentam multos curasse lixiuo è caulibus fabarum in cineres redactis parato ad ℞. iv. singulis diebus exhibitio.

B Fontis etiam quidam & acidulæ gonorrhœam Acidulæ hanc leniunt. Ita scribit Dodonæus, *obseru. cap. 41.* Generosum quendam virum, cum decem & octo annis huiusmodi seminis profluuio laborasset, nec vllum medicamentorum præscriptorum vsu fructum consequeretur, ad fontem haud procul Leodio, qui creditur esse, quem Plinius, *nat. hist. lib. 31. cap. 11.* in Tanageris esse scribit, profectus est, quo vbi aliquot diebus vsus esset, dolores valde remissi sunt. Malum tamen non perfecte curatum est, sed domum reuersus omnino peius habuit, & tandem vitam cum morte commutauit, vt *ibidem* docet Dodonæus.

Q V Æ S T I O.

An nomen Gonorrhœæ omnibus, quæ vulgorecensentur, differentiis, æque proprie competat?

De differentiis Gonorrhœæ occurrit aliqua An no- controuersia, & à vulgata sententia non nihil gonorrhœæ; dissentit Ioh. Langius *lib. 2. epist. 5.* Statuit enim gonorrhœam ita dicam aliud, quàm seminis & nominis etymologia declarat, esse profluum, & non parum à vero naturalis ac prolifici seminis effluuo quasdam gonorrhœæ differentias dissidere. Ideoque triplicem differentiam statuit, quam nec Gale- Triple gonorrhœæ ferentia no; nec aliis nostri sæculi Medicis satis perspectam putat. Primum enim docet esse homines, qui renem, epatis, ac vasorum seminalium calore, corpore plerumque hirsuto ac succi pleno, semen genitale copiosum ac calidum coaceruant, quos non raro per nocturna insomnia, cum renes ac lumbi supino decubitu incalescunt, aut illis decora amicæ facies interdiu visa noctu obuersatur, vel attentæ rei venereæ cogitatio ad seminis excretionem laceffit & prorit, quod plerique tam confertim effundunt, vt etiam stracula polluant. Atque hanc primam gonorrhœæ speciem ἀπορροή, id est, semine, & ἴσχυς fluo, & ob insomnia ἀνερωμιὰ recte appellari docet. Secundam gonorrhœæ speciem produci scribit ex putrilagine phlegmatis vel salsi, vel etiam crudi copia, quæ non ratò cum momento genituræ permisceatur, ac præcipue à cerebro per spinam dorsæ, lumbos, & renes, & etiam ab epate per venas & nervos ad genitalia tenentes deferatur, è quibus per penem non sine eius excoriatione sensum destillet. Huiusque gonorrhœæ fomentum esse statuit sanguinem crudum, ac impuris humoribus permixtum, quorum colluies non, vt alij censent, ad vesicam, sed ad pudenda defluat, ac per meatum spermatis in penem excernatur. Atque hoc profluum etiam mulieribus accidere & menstrua pituitosa appellari scribit.

Non enim esse humorem, qui in hac gonorrhœa specie excernitur, verum semen; idque vel ex eo patere putat, quod ex tantilli seminis excretionem tanta virium & spirituum copia dissipatur, & vniuersi corporis robur labefactatur, cum contra huius humoris excretio annum, imò quinquennium illæso vitali robore durare possit. Præterea genituræ semen excretum artis frigore liquefcit; ac istud vt viscus lente fcit, veltibusque tenaciter adhæret, ac non rarò, vt putridum, malè olet.

Tertiam gonorrhœa speciem ponit eam, quæ est ex lue venerea, quæ ob id fæda & virulenta appellatur, in qua principio vigilanti pariter ac dormienti virus album, aut lubecrinum é vasis seminalibus sine sensu destillat, ac non rarò penis canalcm exest, atque id, quod effluit, male olet, ardoremque Dysuriæ similem in mictione & vlcera in pene excitat.

Atque has gonorrhœa differentias etiam curatione differre statuit, in prima enim, quæ refrigerant, adstringunt, & sperma exiceant, sunt salutaria: quæ in secunda differentia planè sunt noxia & perniciosa, vt pote quæ non adstrictioia & incrassantia requirunt, sed humorem corruptum euacuantia, & sobriam dietam, per quam meliores humores generantur. In tertia verò differentia curationem lvi veteræ propriam requiri per decoctum ligni & Mercurium.

Et omnino verum est, quod à Langio monetur, gonorrhœa nomen omnibus, quæ vulgo recensentur, differentiis non æque conpetere. Prima enim illa differentia, quæ ex seminis calidi copia preuenit, & vulgo pollutio nocturna appellatur, de qua *cap. seq.* dicitur, propriè gonorrhœa appellatur. In hac enim gonorrhœa semen propriè dictum & fecundum effluit.

De secunda verò differentia, quam ponit Langius, controuersia est, & non sine causa quæritur, annon & in hac differentia quod effluit, semen appellari possit, aut an non aliquam differentiam omiserit. Primo enim omisisse videtur illam speciem, quæ ab imbecillitate vasorum spermaticorum est, quæ tamen nullo modo omittenda videtur. Si enim vasa seminalia sint debilia, & ipsum semen non bene coquatur, crudum manet, nec bene retinetur, sed cum ob facultatis retentricis debilitatem, tum quia ipsum tenue & crudum est, facilè excidit, nulla etiam vel exigua præcedente irritatione, sicut Fernelius, *6. de part. morb. & symp. cap. 14.* quendam sola clysteris perfusione atque in anum immisione semen emisisse, scribit. Deinde in eo, quod aquositate seminis ab excrementis pituitosis & serosis permixtis provenire statuit, planè à Langio dissentit Platerus qui statuit, licet sanguis crudus & pituitosus in corpore abundet, semper tamen eius puriorem partem ad seminis generationem atrahi.

Verum enimvero si quod mihi videtur, dicendum, nec vasorum imbecillitas omittenda, quod à Langio factum, nec humores serosi & vitiosi cum semine permixtio neganda videtur, quod facit Platerus. Etenim cum alix corporis partes imbecillæ, non solum alimentum suum non bene coquant, sed etiam si publicum munus habent id non bene perficiant, vt in ventriculo & hepate videre est: cur idem etiam in testibus non accidere possit? Deinde nec hoc negandum videtur, si sanguis in corpore sit impurus, etiam semen impurum in corpore inde generari. Et si enim vetum sit, testes, vt & mammas puriorem sanguinem ad se trahere, tamen si magna sit cacochymia, fieri vix potest, vt non aliquid etiam ad testes deriuetur. Sicut videamus, fæminas morbo aliquo laborantes etiam impurum lac in mammis ge-

nerare. Præterea natura sæpe assuescit humores vitiosos ad aliquam partem, præcipuè debilem, mittere, idque etiam in testibus fieri, impossibile non est, imò fieri experientia testatur. Habent etiam humores vitiosi interdum ad peculiare partes suam inclinationem, quod & hic accidere potest, & præcipuè in gonorrhœa ex lue venerea, virus istud partibus genitalibus infestum est.

G A P V T V.

De Pollutione nocturna.

Imprimis verò Gonorrhœa nomen ei propriè conpetit seminis profluio, quod noctu dormientibus accidit, & propterea pollutio nocturna appellatur, cum homo noctu dormiens inscius semen emittit, & vt Horatius ait, *nocturnam vestem maculat, ventremque supinum.* Accidit tamen idem etiam interdum de die. Ita refert Leonnellus, se nouisse rusticum quendam iuuenem, qui ex sola inspectione mulieris incurrebat pollutionem etiam de die. Et quidem plerumque cum penis tensione & imaginatione quadam in somno semen profunditur. Nonnullis tamen etiam nulla imaginatione præcedente citra sensum semen profluit.

De Pollutione nocturna.

Causa.

Causa proxima huius mali est irritatio facultatis expultricis. Irritatur autem à semine, quod plerumque copiosius est, semen autem copiosius generant cibi potusque multi alimenti minima copia, & hinc genita boni & multi sanguinis in corpore redundantia, otium venus intermissa. Mouetur verò semen imaginatione de rebus venereis, & cum imaginatio in somno à ratione non ita gubernetur, vt in vigiliis facultatem expultricem facilè stimulat.

Causa.

Deinde etiam semen mouet decubitus supinus, ob quem renes & vasa in dorso incalescunt. Hinc accidit, vt pollutio nocturna adolescentibus maxime accidat. Habent enim calorem vegetum, spiritus mobiles, poros laxiores, & de rebus venereis frequentem & intentam imaginationem, & errores in dieta, quibus etiam semen agitur, & stimuli ad libidinem coaceruantur, committunt. Refert etiam Fernelius, *lib. 6. de part. morb. & symp. cap. 4.* quendam sola clysteris perfusione semen emittere consuevisse.

Signa Diagnostica.

Malum ipsum ex relatione ægri cognosci potest. Et differt nocturna pollutio à gonorrhœa, *cap. præced.* proposita, quod in ea etiam de die semen effluit, id quod in pollutione nocturna ferè saltem noctu euenit.

Signa.

Prognostica.

1. Malus corporis habitus est, vt scribit Aëtius, eorum, qui semen multum ac calidum generant, quod eos ad excretionem stimulat. Si enim sapius id accidat, exsolutionem horis ventriculi, & totius corporis patiuntur, debilesque fiunt, & graciles ac pallidi, oculosque concauos habent. Quod si à venere abstineant, propterea quod ita afficiuntur, capite diseruciantur, itemque stomacho, & æstu, fastidioque anguntur, nihilque magnopere ex continentia iuantur. Contingit enim iis per somnum semen profundentibus similia perpeti incommoda, qualia coeundo perpessi fuissent. Et imprimis si frequenti coitu id malum contraxerint. Ita refert Platerus, *lib. 3. obseru.* quendam ex frequenti supra modum veneris vsu co redactum fuisse, vt cum postea

Prognostica.

sibi temperaret, pollutionibus nocturnis diurnisque A
vexaretur, admodumque debilitaretur.

2. Pollutio nocturna, quæ in principio morbi
accidit, materię copiam & morbum diuturnum si-
gnificat.

Indicationes & curatio.

Indicatio-
nes & cu-
ratio.

Cum vitium hoc à feminis copia nimia, & eius
per somnum agitatione accidat, danda opera, ne
nimia feminis copia generetur, atque id per som-
num non moueatur. Non generatur feminis nimia
copia, si æger abstineat à cibus semen copiosum ge-
nerantibus, quales sunt: *nuclei pini, bulbi, pistacia, faba, cicer, rapa, eruca*: Vt & à vino, præfer-
tim generoso. Utatur contra cibus refrigerantibus
& adstringentibus. Si etiam corpus sit plethoricum,
sanguis venæsectione detrahi potest. Vt semen non
commoueatur, vitentur de die imaginationes de re-
bus venereis, & abstineat homo à cibus, quæ semen
irritant. Scribit enim Bruerynus, *lib. 8. de re cibar. cap. 43.* se nouisse quendam, qui cum silymbrio li-
beraliter vesceretur, genituram per somnum effun-
debat. Bubet æger super foliis salicis, viticis, lactu-
cæ, floribus nymphææ, rosar. violarum. Decubi-
tum verò in somno supinum vitet.

Medica-
menta se-
men mi-
nuentia.

Medicamenta vim siccandi, adstringendi & se-
men minuendi habeant, qualia supra, *cap. 3. de sa-
lacitate*, sunt proposita. De quibus Galenus *5. de
simpl. med. fac. cap. 23.* *Quæ refrigerare apta sunt
nisi, tum edulia, tum medicamenta, semencogenia,
incrassantia, & stabile reddentia, vim habent ipsam
supprimentem, non autem corrumpentem, nempe la-
ctuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, molo-pepones,
cucumeres: porro quæ resiccant, prorsus ne esse qui-
dem semens permittant, si calida sint natura, veluti
ruta; si autem non calefaciunt, multo minus ut nym-
phææ. Vt ℞. sem. portulacæ, agni casti an. ℞. b. plan-
tag. ruta an. ℞. i. conf. ros. rubr. ℞. ij. Cum syrupo
myrsino F. Electuarium. Vel ℞. sem. agni casti, co-
riandri præp. an. ℞. ij. plantag. ruta. folior. menthe
an. ℞. i. succini, corallior. an. ℞. b. mastiches ℞. ij. Fiat
puluis, cuius dosis Drach. i. Addi potest, si libet, sac-
charum rosarum tabulatum.*

Syrupus
Donati ab
Alto mari.

Syrupus Donati ab alto mari, talis est. ℞. *San-
guinaria, acetosella, plantag. an. M. i. portulacæ, ca-
preolarum vitis, umbilici veneris, summitat. rubi an.
M. i. b. myrsillorum, sem. coriandri præp. papau. albi
an. ℞. b. fol. lactucæ, flor. nymphææ, borrag. violar. an.
M. b. folior. ruta, viticis, menthe, calamintha sicco-
rum an. ℞. iij. Coq. in aquæ f. q. Colaturæ ℞. lb. iij.
succo rosar. rubr. grauatorum, pomorum acidorum an.
lb. b. acetiparum, sacch. q. s. F. Syrupus, de quo ex-
hibeantur singulis diebus ℞. ii. vel ℞. iii. Vel fiant ta-
lestrochisci. ℞. sem. ruta agni casti, portulacæ, plan-
tag. papau. albi an. ℞. j. cannabis coriand. præp. corall.
rubr. præp. menthe an. ℞. b. sacch. in aq. ros. dissoluti
q. s. F. Rotulæ. Extra verò sequentia applicentur.
℞. farin. gland. q. v. oni altum. in aq. ros. conuassat.
q. s. Fiat Cataplasma pectini & lumbis imponen-
dum. Vel succo sempernui, nymphææ, solani, umbi-
lici veneris, polygoni, portulacæ, genitalibus impo-
natur. Lumbis quoque applicetur lamina plumbea
perforata. Vel ℞. olei rosar. nymph. myrsini an. ℞. i.
mucilag. sem. psyllij, cydonior. aquæ rosarum extra-
ctæ an. ℞. b. pulv. folior. ruta, agni casti menthe an. ℞.
b. corallior. santali rubri an. ℞. j. succi plantag. portu-
lacæ sempernui an. ℞. i. b. cereæ q. s. F. Unguentum.
Si rigido pene fiat feminis profluvium, ea quæ de
priapismo sunt proposita, vsurpanda, & imprimis si
à flatuoso spiritu affectio originem habeat, lentum
accollum vile est, quod præter id, quod semen extin-
guit, etiam membri continentem remittere valet.*

CAPVT VI.

De Symptomatibus quibusdam in coitu & feminis
emissione accidentibus.

R Ara etiam & admiranda quædam symptomata <sup>Symp-
mata i
Coitu.</sup>
in coitu accidunt, qualia recenset Marcellus
Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 4. cap. 18.* Refert
etiam, Franciscum Valerium, Medicum sibi tetuisse,
iuuenem quendam in venereo congressu cum mu-
liere semen emittere non potuisse, quamuis in somno
id aliàs excerneret. Idque & alteri cuidam viro ac-
cidisse, se testari posse, scribit Cuius symptomatis
causam reddere non ita facile est. Quamuis enim
Valerius in verecundiam, vel fortem quandam ima-
ginationem causam reiecit: neutrum tamen sibi
satis facere, & rectè scribit Donatus. Nam qui ve-
recundantur, vel timent, ij potius à penis erectione
prohibentur, quàm à feminis excretionè. Fortis ve-
rò imaginatio etiam nimis remota causa videtur.
Vero magis consentanea est causa, quam affert
Aëtius, *tetrab. 3. serm. 3. c. vlt.* dum similem histo-
riam è Rufo recenset. Adolescens, inquit, minister
domesticus, confessus est, se quando cum muliere
rem haberet semen effundere non posse, cum verò
dormiret, plurimum ei semen prodire. Visum ita-
que mihi est, vasa eius seminaria propter multam
cum frigiditate humiditatem calefieri non posse,
propterea, quod caliditas in coeundo ad corporis
superficiem diffunderetur, in somnis verò amplius
caleficeret. Quare hunc ipsum infernas partes exer-
cere iussi, atque id maximè per equitationem. Ca-
storeum etiam præbui, & dietam omnem calidam
& siccam institui. Aliam etiam non minus admira-
tionem dignam, sed & ridiculam historiam, *ibid.* re-
censet idem Aëtius: Adolescens, inquit, nec accessit,
& se vehementer coitum appetere confessus est
Verum ubi commiseretur, semen emittere non pos-
se, sed flatus plurimos sibi per sedem erumpere. In
hoc itaque coniecturam feci, seminarium vasorum
siccitatem adesse, quod ipsa etiam adepta sanitas
demonstrauit, Nam postquam ipse humida & bona
dieta vsus est, semen emisit. Similem historiam ha-
bet Amatus Lusitanus *cent. 6. cur. 95.* iuuenis cu-
iudam Dalmaræ, quem mœstum & tristem ad se
venisse scribit, cum coiret cum muliere,
nullum emittere semen, sed potius ventris cre-
pitum. Ipse autem Amatus cum vitii huius causam
putaret multam pituitam crassam in intestino infe-
riore hærentem, cuius præsentia vasa seminalia frigi-
da & coarctata essent, ipsa verò motu & caliditate
dissoluta in flatus verteretur, curationem hoc
modo instituit. Ordinata victus ratione calida ex
cibus multi & boni succi, ac potu vini generosi, hu-
mores pituitosos præparauit & purgavit. Postea ven-
trum & inguina, ac inter anum & pudendum
hoc unguento illiniret, iussit. ℞. pip. alb. ni-
gri, longi an. ℞. i. b. sem. eruca, urtica, nigella an. ℞. b.
pyrethri ℞. j. Ol. liliorum, in quo iniecit sint eruca
herbarum, aut pinus vermes tres vel quatuor, ℞.
ii olei de castor. ℞. b. cereæ q. s. Mane verò & hora
coitus ℞. b. vel ℞. vi. sequentis Electuarij exhibuit,
& ut post haustum vini maluatici sumeret, iussit. ℞.
Diasatyr. ℞. ii. diagalang. ℞. ii. spec. diamb. diamof-
chi an. ℞. ii. rasura pudendi cerni aridi ℞. b. nuc. pi-
near. pistaciæ, amygd. dulc. an. ℞. b. carni scinci
℞. ii. sem. eruca, urtica, nasturtij an. ℞. j. pectus-
culi capi colli ℞. iii. Terenda terantur, & cum melle
optimo F. Electuarium. Quibus medicamentis intra
mensē conualuit. Accidit præterea & aliud in coitu

vitium, cuius Matthæus de gradibus, *consl. 3.* mentionem facit de quodam, qui cum volebat coire, illi membrum non erigebatur, sed semen emittebat. Quod vitium proculdubio ex nimia vasorum semen continentium laxitate provenit, contracta ex nimio veneris usu aut diuturna gonorrhœa. Statim enim ac se tales ad coitum accingunt, & imaginatio excitatur, semen emittitur, nec tamen membrum virile erigitur ob paucitatem spirituum nimia venere, aut diuturna gonorrhœa dissipatorum. Tandem etiam aliud adhuc vitium recenset Auicennas, *faen. 20. terr. tract. 1. cap. 40.* cuius exemplum habet Alexander Benedictus, *lib. 24. part. 26. cap. 27.* quod iis accidit, qui corpore sunt molliore, & habitu corporis resoluibili, multumque in coitus actu delectantur. Hi enim si coeant frequenter, accidit quandoque, ut vna cum semine feces per alium emittant. Nam cum multi spiritus excernantur, corpusque inderesoluatur, fit ut partes vicinæ spiritibus destituantur, sicque laxato musculo intestini recti feces emittantur.

CAPVT VII.

De rebus alienis per penem excretis.

Duo meatus in pene sunt vsus; vnus est vt per eum vrina ex vesica euacuetur, alter vt per eundem semen excernatur. Accidit tamen, vt præter naturam etiam alix res per eum excernantur. De rebus alienis è vesica per eum excretis dictum est supra, *part. 8. sect. 2. cap. 9.* De iis, quæ è vasis genitalibus & aliunde, quàm è vesica, per eum excernuntur, *hoc capite* agemus.

Primò sanguis interdum per penem excernitur, non tamen ex vesica. Ita refert Fernelius, *lib. 6. parabol. cap. 14.* se quendam vidisse, qui longa gonorrhœa consuetudine per insomnia, atque etiam cogitatione sola purum sanguinem, non minore voluptate, quàm semen, effuderit. Et aliàs etiam obseruatum, in coitu, præsertim nimio, sanguinem loco seminis eiectum fuisse, refertque Scholographus *ad cap. 52. lib. 1. de morb. int. Hollerij*, se vidisse, qui à coitu multum sanguinem effuderit, qui que non facile reprimeretur, laxatis nimium vasis, & imbecillioribus redditis. Et Hollerius, *ad aphor. 78. lib. 4.* scribit, se vidisse duos adolescentes, qui per immoderatam venerem purum sanguinem per penem reddebant. Causa huius mali est apertio osculorum venarum spermaticarum, quæ semen ex sanguine elaborant. Si enim breui temporis spatio coitus sæpius repetatur, vasa semen elaboratum continentia ita exhauriuntur, vt per venarum spermaticarum oscula sectione hac dilata semen ex ipsis adhuc imperfectum, vel sanguinem etiam ipsum attrahant, & in coitu effundant. Curatur hoc malum rectissime abstinentia à venere, & adstringentibus, quæ laxitatem vasorum spermaticorum corrigunt, *cap. 5.* propositis, adhibitis. Ephebum quendam Athenis serpente pusillum, pilosum, & pluribus pedibus statim ambulante, multo cum semine eiecisse, Plutarchus, *lib. 8. Sympos. probl. 9.* refert.

CAPVT VIII.

De Testium & penis dolore, ac Scroti & præputij pruritu. Testium Dolor.

Testes quandoque dolore corripiuntur: id quod accidit præcipue in inflammatione: interdum tamen etiam à frigidityte, & acre frigiditate: interdum ab vlcere, interdum à causa externa, vt contusione, & vulnere. Quæ autem inter has causas locum habeat, ex iis, quæ præcesserunt, & adsunt, facile cognoscitur. Curatio pro diuersitate causarum diuerso modo instituenda. Si inflammatio adsit, curanda; vt supra dictum. Si adsit intemperies frigida, vel inflatio, etiam curanda, vt supra *sect. 1. cap. 1. de testium intemp. frig. & inflatione* dictum. Si percussi sint testes, statim, si vehemens sit dolor, sanguinem mittere oportet: imponenda verò, quæ affluxum humorum prohibent, vt *viola, rosa, nymphaa* & similia. Deinde quæ discutunt & dolorem leniunt, vt *anethum, chamæmelum, folia hyoseyami cum farina fabarum in lacte cocta.*

Penis dolor.

Penis verò dolor ex iisdem ferè causis excitatur, nimirum ex inflatione, inflammatione, percussione, vulnere, vlcere, venere nimia.

Curatio ex iis, quæ supra de penis inflatione, inflammatione, vulnere, vlcere dicta sunt, patet. Ad dolorem autem leniendum vtile est fomentum ex *decocto malua, althea, sem. lini, anethi, florib. chamæmeli, meliloti*, vel *cataplasma* ex iisdem paratum. Vel *medulla panis albi in lacte* coquatur, & adiectis *viellis ouorum* atque *oleo rosaceo, croci* atque *opij*, si dolor sit vehementior, exigua quantitate *F. Cataplasma.*

Vel *folia hyoseyami foliis caulium inuoluta* coquantur sub cineribus, & *caulium foliis abiectis* imponantur.

Pruritus Scroti & præputij

Tandem etiam interdum scabies & pruritus scroti accidit, cum humores acres ad superficiem eius feruntur, eamque vel exulcerant, vel rodunt, & squamas quasdam gignunt. Vniuersalibus præmissis, ea, quæ in aliarum partium pruritu sunt vtilia, etiam hîc locum habent. Nimirum quæ abstergunt superficiem scroti, simulque dolorem mitigant. Præstat hoc *farina fabarum Aegyptiacarum*, item *eruis farina* & *sesami cum melle subacta*. Vel foueatur scrotum *decocto folior. ebuli*, vel *folia cocta* imponantur aut abluantur *decocto folior. salvia*.

Vnguentum Bayri, quod hîc commendatur, hoc est. *℞. Cerassa ℥. vj. sulphur. citrini ℥. ij. opij. ℥. j.* Terantur in *aceto, aqua*, & locuseo inungatur. Forstii hoc est. *℞. Vng. albi camphoræ. ℥. j. diapompholyg. ℥. ℞. litharg. auri, argenti an. ℥. ℞. terra sigillata ℥. j. creta alba ℥. iij. ℞. ☿ sublimati ℥. j.* Misce diligenter in mortario plumbeo, pistillo plumbeo in formam vnguenti. Extremum remedium est *sal ammoniacus cum aceto* mistus. Præputij pruritus tollit *lentis decoctam cum corticibus mali granaci.*

Penis dolor.

Pruritus Scroti & præputij.

Vnguentum Bayri. Forstii.



LIBRI TERTII

PARS X. ET VLTIMA.

De umbilici & abdominis p. n. affectionibus.

PROOEMIUM.

POSTQUAM hætenus affectus præter naturam, qui partibus in abdomine contentis accidunt, absoluimus: restat ut quosdam affectus, qui externis abdominis partibus, ac toti abdomini contingunt proponamus. Atque in hac ultima huius libri parte agendum erit de Umbilici apertione, & rerum variarum per eum excretionem, de eius prominentiâ, procidentiâ, excrescentiâ, tumoribus, inflammatione, abscessu, vulnere, vermibus & lapidibus in eo natis, de laxatione & rupturâ peritonæi; de musculorum abdominis inflammatione: de spasmò & tumore abdominis.

CAPVTI.

De umbilici apertione, & per eum variarum rerum excretionem.

Umbilici
apertio.



VASA umbilicalia, sætu in lucem edito, cum eum usum, quem sætu adhuc in utero latente habent, de quo de fœtus formatione dicitur, amplius non habeant, flaccescunt, & in ligamenta ac funiculos quasi abeunt: & locus, ubi cœunt, umbilicus vocatur, centrum totius corporis. Solent autem umbilicus & ista vasa suos morbos pati, & ex umbilici & vasorum umbilicalium in ad istis morbis graues affectus oriri, non quidem ob ipsa vasa, quæ vix aliquem sensum habent, sed ob viscera nutritioni dicata, quibus suos affectus communicant. Hinc etiam ^{imperialia} medicamenta ad purgandum umbilico apponuntur, & status discutientia cauo umbilici applicantur; cum per hanc partem celerrime eorum vis intestinis & visceribus communicetur. Scribit etiam clarissimus Riolanus, *lib. 2. Antrophor. cap. 12.* inter tormenta, quibus veritas eis extorqueretur, nil ud tolenne esse, frigidam umbilico affundere, quo nullum grauius excogitari possit supplicium.

Frigida
umbilico
affusa,
tormentū
grauissimum.
Sanguinē
fundens
umbilicus.

Primò interdum infantibus umbilicus, nisi rectè ligetur, sanguinem fundit. Ita Philippus Hechsteterus, *Decad. 2. obseru. med. casu 9.* refert historiam pueri sanguinem ob non ritè ligatum umbilicum copiosè fundentis. Verùm proculdubio ligaturæ minus conuenienti copia & acrimonia sanguinis accessit, cum puer hic, postquam adoleuit, mox ab ætatis anno nono copiosæ & enormi hæmorrhagiæ fuerit obnoxius. Danda ergo obstetricibus opera, ut umbilicus rectè ligetur: cum nisi id fiat, magna incommoda, imò mortem interdum asferre soleant. Sic Guilhelmus Fabricius, *cent. 1. obseru. 52.* scribit, duobus infantibus Coloniz id accidisse, quorum vires naturales, vitalesque ex eiusmodi hæmorrhagiâ adeo fuerunt exhaustæ, ut nullo modo resciri potuerint, donec tandem languidi è vita decesserint. Et si verò in adultis canem canitatem amisisse, & planè in funiculum coaluisse videantur hæc vasa: conformationem tamen suam non planè amisisse, patet non solum ex eo, quod, ut modò dictū, extra applicatorum vis visceribus per umbilicum facilè communicatur,

verùm etiam ex eo, quòd interdum iterum & præcipuè venæ umbilicales, aperiuntur, & varias res effundunt. Ita Philippus Hechsteterus, *ibid. casu 8.* refert, puellam nobilem 12. annorum ab incunabulis habuisse umbilicum, qui sanguinis gutta leuiter induratum seu linteum proximum commacularet, sine vlla alia noxia, nisi quòd color ei pallidus fuit. Sanguinis verò eam paucitatem fuisse, ut non transsudaret super stratum etiam tenuè linteū. Præter succum autem & folia plantaginis umbilico nihil admouit, sed naturæ rem cōmisit, cum tēporis tractu omnia in corpore robustiora fiât, & solidescant, quod & factū.

Refert quoq; Guilhelmus Fabricius, *cent. 3. obser. 37.* Danieli Schertlero, Pharmacopæo Solodurensi, homini pituitoso, obeso, 36. annū ætatis agenti, cum ætate supra modum incaluisse, apertum fuisse umbilicum, ita ut ad lb. j. b. sanguinis effunderet, qui tamen per se, & nullo adhibito remedio subsistit. Medici vocati medicamenta, quæ sanguinis feruorem compescunt, exhibuerunt, & extra applicauerunt, sed sine fructu. Altero enim die & subsequētib; vsque ad vndecimū ex umbilico quotidie bis sanguis, non quidem guttatim, neque in parua quantitate, sed cum impetu & copiosè erupit. Foramen adeo erat angustum, ut vix lentem excipere posset: certis autem horis, nimirum præcisè inter septimam & octauam matutinam, & inter secundam actertiâ pomeridianam hæmorrhagiâ illa accidebat, ut plurimum quoque hoc tempore singulis diebus semel hæmorrhagiâ narium patiebatur. Et si verò Chirurghi & Medici plurima tentarint, sanguinem tamen sustere nunquam poterunt, sed sponte ac per se subsistit, & isto vndecim dierum spatio 2d lb. vsque 27. sanguinis emanauit. Elapsa vndecima die vlcus umbilici accreuit, ex quo, loco sanguinis, materia purulenta, per menses aliquot extillauit, paulatim tamè iterum coaluit, Constitutio corporis fuit phlegmatica cum obstructionibus viscerum per aliquot annos, humoresque serosi venam umbilicalem paulatim dilatarunt, tandemque vna cum sanguine per umbilicum eruperunt. Sequenti ætate iterum aliquoties hæmorrhagam umbilici passus est, postea acidulis Griesba-

consensus vsus est cum maximo fructu.

Non verò tantum sanguis, sed & aqua ac serum interdum via hoc loco patefacta per umbilicum effluit. Ita refert Antonius Beniuenius, *de abd. sanar. & morb. causis. cap. 12.* puerum quendam hydropicum Medicorum auxilio destitutum temerariam ac fortuitam libertatem sibi vendicasse: liberaliore quippe, & quantum poterat, aqua epota, in vltimum se mortis discrimen præcipitavit. Verum repente soluta umbilici vnicitate tanto impetu aqua inde profluere cœpit, vt supra ventrem tres cubitos ascenderet, quo sanè vitam finiuisset, nisi circumstantes opposita manu aquam fluere non permisissent. Hinc Medico accersito, & aqua paulatim educta, ac curioso victu, & cæteris, quæ ad rem faciunt, iniunctis, breui tempore in pristinam reductus est sanitatem. Andreas Laurentius etiam, *lib. 6. anat. quæst. 9.* scribit, se vidisse Monspelij Hydropicum, cui noctu nil tale opinanti sponte solutus est umbilicus, & maxima aquæ copia effluxit. Et Guilhelmus Fabricius *cent. 1. obseru. 47.* refert, virum quendam quadragenarium ex febre tertiana, eaque diuturna curatum in Ascitem incidisse, tandemque umbilicum, qui ad oui anserini magnitudinem aquæ plenus propendebat, sponte sua ruptam esse, atque inde per trimestre maximam copiam serosi humoris effluxisse. Dedit autem operam Fabricius, vt humor paulatim flueret, imposito umbilico linteamine duplicato, & fasciâ inuoluto, ne ex intempestiua euacuatione aquæ vires ægro antea debiles labefactarentur, & prosternerentur. Sic diuino fauore venter paulatim subsedit, vt tandem plenissime conualuerit, & per annos aliquot sanus vixerit. Verum cum postea pleuritide correptus obiisset, & cadaver eius aperiret Fabricius, inuenit venam umbilicalem adeo dilatatam, vt facillè penna anseris per eam immitti potuisset. Idem *cent. 2. obseru. 58.* meminit puellæ tres menses natæ, cui cum per multos dies malè habuisset, ac dies noctesque grauiter euulasser, tandem venter intumuit, cum manifesta durtie circa umbilici ac epatis regionem. Cui cum primò cataplasma anodynum, simulque syrumpum aperientem lambendum exhibuisset, ac tandem, cum tumor ac tensio circa umbilici epatisque regionem accresceret, & pus subesse manifestò appareret, cataplasma sequens è farina tritici ꝑ. j. sem. lini, fæni graeci an. ꝑ. j. fermenti, axung. porci, vng. basilici an. ꝑ. j. b. ficum ꝑ. j. b. cum decocto radicis althæe paratum applicuisset per aliquot dies, umbilicus paulatim in tumorem eleuatus est, eoque rupto multum humoris serosi ac puris spatio quatuor hebdomadam continuò exstillauit, symptomata remisissent, ac puella continuato syrupo, & matre per intetualium syrupo ros. solutiuo composito cum rhubarb. agarico & sena, expurgata conualuit. Quæ obseruatio docet, aquam istam in umbilici apertione non solum ex cavitare abdominis, sed & ex ipso epate per venam umbilicalem effluxisse.

Atque ex relatione Doctoris Abelis Roscij *ibid.* refert, puellam annos decem natam Ascite laborantem, & penè desperatam solum à parentibus & domesticis domi relictam, sitis acerbissimæ impatientem, se è lectulo in solum deiecit, & fontem, qui non procul distabat, pedibus, manibusque repentem petiisse, ac aqua purissima gelidaque iteratis vicibus sicut suam explere tentasse. Cum verò aqua ad archelitus fere suppressionem repleta domum repetere non valeret, ilico iuxta fontem decumbenti umbilicus ruptus est, & sponte ex eo copiosa aqua prorupit. Puella tandem à parentibus semianimis domum & in lectum deportata paulò post leuibus remediis adhibitis conualuit.

A Tandem etiam feces alui per umbilicum erupisse compertum est. Refert enim Caidanus *lib. 18. de subtilitat.* puero cuidam octo annorum, cum inter pectinem & umbilicum abscessu laboraret, & is ad maximum vlcus peruenisset, etiam feces per umbilicum excreuisse, seruatum tamen miserè vixisse. Et Alexander Benedictus, *præf. lib. 20. cap. 34.* narrat, puero cuidam Veneto ex intestino ventris abscessu, cum febre acutissima, intestina perforata fuisse, vt per umbilicum magna excrementorum pars singulis diebus emitteretur, puerumque nihilominus sano similitè per domum ambulasse. Et Guilhelmus Fabricius *cent. 1. obseru. 51.* refert adolescentem duodecim annos natum tumore insigni ducto ac dolorifico musculorum rectorum abdominis ad umbilicum laborasse, ruptoque tumore excrementa per quatuor aut quinque hebdomadas per hanc viam, nihil verò per intestina excretum, tandemque puerum mortuum fuisse.

CAPVT II.

De Hernia umbilicali.

Varia deinde tumorum genera patitur umbilicus, & sæpe supra modum prominere, qui tumores, etsi à variis causis ortum habent, vt mox dicetur, omnes tamen herniæ umbilicales, & umbilici procidentia, à Græcis ἕρμαλον & ὀμφαλική nomine appellati solent.

Causæ.

Causa verò ob quam umbilicus prominentior redditur, est vel humor emolliens & laxans, vel pondus grauius & distendens, vel etiam tempus. Cum enim ab his ligamentis firmiter umbilicus, si rumpantur, quod interdum accidit, umbilicus partium incumbentium pondere grauius cedit & laxatur. Causæ autem, quæ umbilicum in tumorem attollunt, sunt variæ. Primò enim sit umbilici prominentia ab intestini vel omenti procidentia, secundò à flatu umbilicum extendente; tertio ab aqua; quarto à carne ibi excrecente: qui tumores etiam diuersis nominibus ab Autoribus appellantur. Qui enim ab intestinis tumor est, eum ἕρμαλον appellant: qui ab omento, ὀμφαλικόν: qui ab aqua, ἕρμαλον: qui à flatu, πνευματικόν: qui à carne ἑρμαλικόν.

D Intestini & omenti in umbilicum procidentia.

Primò interdum intestina vel omentum è sua sede elapsa umbilicum in tumorem attollunt. Quod accidit cum peritonæum eò loci vel laxatur, vel rumpitur; idque multis de causis, vel ob percussione, casum, salum, ponderis grauis elevationem, partum difficilem, equitationem, flatum in abdomine contentos, vociferationem & cantum, ploratum in infantibus, risum.

Solent autem tumores hi præter modum interdum incrementum accipere, refertque Forestus, *lib. 27. obs. 30.* mulierem quandam septuagenariam vltra annos viginti raptura umbilici affectam omni halotelem duo capita humana fere excedentem habuisse. Scribit etiam Guilhelmus Fabricius, *cent. 3. obseru. 63.* feminam quandam quinquagenariam robustam & obesam in difficili partu relaxationem umbilici protraxisse, è qua procidente omento tantus tumor exortus, vt magnitudine vterum, qui sæcun maturum gestat, æquaret, venter nihilominus suam letante proportionem. Extuberantia verò illa umbilici, veluti ingens saccus propendebat, vt manu miserè inter ventrem & saccum istum facillè imponere posset, interium sua negotia domestica, vt sana administrabat.

Signa diagnostica.

Si tumor hic sit ab intestinis, non admodum durus est, neque etiam mollis planè, & retento spiritu in-

crefcit, vbi æger fupinus decumbit, inteflina plerun- que cum ftrepitu & rugitu in fuum locum regrediuntur, atque ita tumor fubfidet. Si ab omento fit tumor, eadem fere figna habet. quæ tumor ab inteflinis. Hoc tamen ipfi proprium eft, quod tumor ab vna parte eft mollior, & ad bafin latus in verticem anguftus. Abeft omnis dolor. Et cum tumor digitis premitur, omentum in fuum locum redit, & tumor fubfidet. Si tumor ab inteflinis & omento fimul fit, figna mixta adfunt. Et in tumoribus ab hifce cauffis excitatis, vt & in eo, qui à flatu excitatur, tumor totius corporis cuti concolor eft.

Prognoflica.

Prognoftica. 1. Tumor vmbilici ab inteflino vel omento claf- pfo quo recentior eft, & minor, ac in molliore cor- pore, eò facilius curatur: quo antiquior, maior, & in corpore duriore, eò periculofior, & curatu diffi- cilitior eft. Et propterea in pueris ob corporis molli- tiem tumores hi, qui à peritonæi ruptura fiunt, faci- lius, & medicamentis curantur: in adultis vero non nifi manus opera: cum peritonæum fciffum & ru- ptum in his non coalefcit.

2. Malum tamen hoc non eft contemnendum. Quandoque emulcoo lethalis illi fuperuenire fo- let. Sic narrat Foreftus, lib. 27. obf. 30. duas mu- lieres, quæ ex omphalo laborabant, in ileum inci- diffe, vt ftercora per os reiecerent, atque ideo etiam obiiffe.

Indicationes.

Indicatio- nes. Si tumor vmbilici fit ab inteflinis vel omento, ob peritonæi rupturam vel laxationem, inteflinum vel omentum primum in locum fuum reponendum; dein- de fi peritonæum fit laxatum, illud adstringendum, fi ruptum, consolidandum. Atque vt vtrumque fa- cilius fiat, omnes cauffæ, quæ laxationem vel ru- pturam peritonæi excitare poliunt, & fupra funt propofitæ, vitandæ.

Curatio.

Curatio. Corpore purgato medicamenta adstringentia & confolida i tantia exhibenda, quæ fupra de hernia inte- ftinorum part. 2. fecl. 1. cap. 6 funt propofita, ex fan- nicula, consolidida, ophioglofso, perfolfiata, herniaria, rofis, cauda equina, polygono, plan- agine, myrio & fi- milibus, quæ in vino rubro coquenda funt, & colat- ura faccharo dulcoranda, atque fingulis diebus ma- ne ℥. ij. vel ℥. iij. exhibendæ. Vel ℥ pulu. rad. confo- lida maioris, fanicula, ophiogloffi, an. ℥. j. b. mafti- ches, corall. rubr. boli Armeni an. ℥. j. conf. ros. rub. antiq. ℥. j. cinam. ℥. b. fyrupo myrrino. Fiat Electuar.

Topica. Topica fimul conuenientia parti affectæ, inteflinis vel omento prius in locum fuum repositis, imponenda.

Exompha- phal. cura Forefti. In recenti exomphalo infantium nuper natorum Foreftus quatuor rotulas ad formã ftufari, feu numi- mi parui rotundos e corio rubro conficit, oxycroceo obductas, eaq; furdone rubro cooperit, vel etiam fine furdone vtitur. Vnam autem rotulam per qua- tuor pluresq; dies, antequam eam auoueret, affi- xam manere permifit. Deinde aliam appofuit. Ma- giftum verò Iohannem Triengium Medicum per- celebrem Amftelrodamenfem accepiffe fcribit pe- tias tres ex panno lineo, primam magnitudinis de- narij, fecundam ad magnitudinem quadrantis, & tertiam ad magnitudinem medij ftufari, inungendo primum oleo ouorum, & ita rotulam vnam ponendo fuper aliam, & vltimò imponendo emplaftrum glu- tinans, quale ibi defcribitur, alutæ inductum. In- ungebat autem fingulis tribus diebus femel, poftea fex dierum fpatio, & vmbilicum diligenter ligabat, ne exire poffet, i lq; re continuauit ad perfectam en- rationem. Vel ℥. Picis naualis, maftiches an ℥. β. faveicollæ, hypociftidis, fang. Dracon. aloes, thuris an. ℥. ij. pulu. rad. consolid. maior. ℥. iij. vifci quere-

A ni ℥. ij. therebinthina, cere an. q. f. Fiat emplaftrum. Vel ℥. pulu. rad. consolid. fang. draconis an ℥. β. maftich. ℥. j. thuris, boli Armeni, nucum cuprefsi an. ℥. β. picis naualis ℥. vi. therebinth. q. f. Terebin- thina & pix naualis liquefiant, & ab igne remotis pulueres infpergantur, & bene mifceantur. Fiat emplaftrum.

Simul diætæ recta ratio obferuanda. Aëris frigi- da intemperies, & ventus vitandi. A cibis flatulen- tis abftinendum, aluus lubrica feruanda. Vociferan- tio, cantus, ftetus, ponderum grauium elenatio, & omnis motus nimius vitandus. Si hoc modo ruptura non consolidetur, ad incifionem & chirurgiam con- fugiant. Antiqui, quæ tamen, vt Celfus ait, non infantibus competit, fed adultioribus, & iis, qui bo- no corporis habitu funt præditi. Qua ratione aut ifta operatio fieri debeat, Paulus Ægineta, lib. 6. cap. 51. & Celfus lib. 7. cap. 14. tradunt. Verùm rectè ce- teret hic Hieronymus Fabritius ab Aquapend. de operat. chirurg. Chirurgiam hanc non ita tutam ef- fe Ideoque ille medicamentis & vinculo vti mauult, quibus fi non planè fanatur malum, in meliorem ta- men flatum adducitur. Parat nimum cingulum ex linteo, quod abdomen cingat, ftingatque, & ea par- te, qua vmbilicus eft, putinar duriusculum obti- neat, in cuius centro fit globulus ex adftricto linteo, qui in vmbilici dilatationem fele infinuet, & intret ita, ne omentum vel inteflina exire permittat. Prius verò vmbilico apponit fequens ceratum. ℥. Boli Armeni, fang. draconis, maftiches, farcocolla an. ℥. j. bis lingua, regula pulueris an. ℥. iij. refire pini ℥. j. β. eus albuminis, cera an. q. f. Fiat Ceratum. Si verò nullo modo prolapsa inteflina vel omentum reponi poffint, & nihilominus ægro, dum propter pondus superiores partes deorfum trahunt, magnam moleftiam creant, fascia conuenienda eft pars prolapsa, qualem defcribit & depingit Guilhelmus Fa- bricius, cent. 3. obferu. 64. Parandus nimirum ex tela tripliei thorax, ita tamen, vt vltra costas nothas non defcendat. Thoraci ifti in dorfo e regione ho- mioplatarum ex vtroque latere fascia duos digitos tranfuerfos lata vndique perforata annectenda eft: iftis præterea fasciis paruis fascia magna facculata beneficio lororum annectenda eft, quæ eleuari, & laxari fecundum neceffitatem & voluntatem ægri beneficio lororum & foraminum poteft.

De Hernia vmbilicali aquofa.

Interdum verò vmbilicus ab aqua in tumorem attollitur, qui Græcis ὑδρῖνκαλός appellatur.

Cauffa.

Cauffa huius tumoris eft vmbilici relaxatio. Fit autem illa ab humore aquofo in abdomine, præci- pue inter peritonæum & abdominis cutem collecto, nonnunquam etiam per venam vmbilicalem laxa- tam affluente. Cauffa autem collectionis humoris poffunt efle omnes eæ, quæ in hydrope funt expli- catæ. In infantibus verò cauffa interdum eft lac ni- mis cerofum.

Signa Diagnostica.

E Tumor hic laxus eft, & fi prematur, quædam aquæ fluctuatio percipitur, & ad digitorum compreffio- nem nec minuitur, neque augetur, & candela appo- fita limpidus & perfpicuus apparet.

Prognoflica.

In infantibus tumor talis eft fine periculo, & faci- lè curatur, atque bona diætâ nutricis plerumque emendatur. In adultis verò & cum aliis modis, vt hydrope, coniunctus, periculo non caret.

Indicationes & Curatio.

Aquofi humoris prouentus præcauendus, & quæ in vmbilico collecta eft aqua tollenda. Ideoque ficut in infante hoc accidat, nutrici talis diætâ imperanda, ratio

Diætâ

Chiru

Herni vmbil aquof

Cauffa

Signa

Prognof- ca.

Indico- nes & ratio

quæ lac minus serosum generat; si adultis, etiam collectio serosi humoris præcauenda, & si quis collectus sit, conueniente modo euacuandus, vt in hydrope dictum. Topica quod attinet, ea vsurpanda, quæ aquam exsiccandi, & discutendi vim habent, qualia in hernia aquosa sunt proposita, & ab Aëtio, *retab. 4. ferm. 4. cap. 26* descripta. In pueris vtile est cataplasma ex arnoglossa, & lentibus simul coctis paratum. In aliis *℞. farina lupin. ℥. j. pulu. ros. rubr. flor. cachem. an. ℥. β. boli Arm. ℥. ij* Cum vino F. cataplasma. Si medicamentis tumor non cesser, sectio instituenda, vt Paulus Aegineta, *lib. 6. cap. 31. tradit*. Nimirum lunata sectio facienda, & aqua paulatim extrahenda: postea pars deliganda, carne replenda, & cicatrix inducenda, & pars sequenti vel simili decocto calefaciente & adstringente roboranda. Vt *℞. origani, pulegij, betonica, salua, auethi, flor. chamemeli, ros. rubr. balaustior. bacchar. myrsi, nuc. cupressi an. q. s. coq. in vino austero*, & spongia decocto isto imbuta vmbilicus foueatur. Plura videantur de *Hernia aquosa*.

De Hernia vmbilici flatulenta. Causse.

Hernia vmbilicali flatulenta fit, quando flatus vmbilicum distendunt. Accidit autem hoc, eum flatus multi in abdomini collecti vmbilicum extrapellunt; id quod euenit aliquando in tympanite.

Signa Diagnostica.

Tumor hic mollis est, & digitis cedit, sed statim redit, ac percussus sonitum quasi edit, ac ægro supino iacente eadem figura manet.

Prognosticum.

Tumor flatulentus vmbilici difficulter sanatur: imò, vt Celsus, *l. 7. c. 14.* scribit, quod ex spiritu vitium est, medicamentum non admittit: quia causam plerumque in visceribus latentem & fountem habet. Interdum tamen discutientibus tollitur; & sæpe infantibus accidit, in quibus non difficulter curatur cum nullum viscerum infigne vitium intus lateat.

Indicationes & curatio.

Flatus tumoris causa discutienda sunt proposita, decoctis, fontentis vel sacculis de floribus chamæmeli, ruta, calamintho, semine milij. comini, sceniculi, anisi, carui, ammeos, fursure. Si tamen interdum aliud quod viscerum vitium sit, quod flatus suppeditat, illud prius curandum.

Hernia Umbilici carnosæ.

Denique interdum caro exerescens vmbilicum in tumorem attollit. Eadem autem generationis causas habet, quæ in Sarcocole sunt expositæ. Cognoscitur autem hic tumor, quod sit durior & prementis digito non cedit, & siue æger supinus iaceat, siue stet, siue ambulet, semper idem apparet. Caro hæc vel medicamento caustico vel ferro auferenda, & vulnus postea curandum: sitamen caro non sit canerosa. Nam si in cancrum degeneret, malum fere incurabile est. Exemplum talis curationis habet Benuenius, *de abd. sanar. & morb. caus. cap. 6.* Puero cuidam octimestri vmbilicus digitis quatuor excreuerat ad penis similitudinem. Hunc cum plures Medici inuisissent, ex his alij intestinum eò erupisse iudicabant, alij omentum, alij huiusmodi, Benuenius vero carnem in loco increuisse dicebat: cui sententia cum pater in hæsisset, puerum curandum suscepit Benuenius, & carnem vincire cepit, & singulis diebus arctius deligare, nec prius desistere, quàm ea ipsa præmortua penitus exciderit, ac puer subinde integram valetudinem recuperauerit. Similem historiam habet Guil. Fabricius, *cent. 5. obseru. 62.* Patricius quidam Bernensis, vir robustus 25 annorum ætatis exerescentiam fungosam vmbilici, quæ sex mensium spatio paulatim ex ipso vmbilico sine vlla externa

A causa prouenerat, habuit, quæ cum eam primùm vidit Fabricius, magnitudine nucem iuglandem superabar, & colore erat liuido ac fusco instar cancri, substantia mediocriter dura & carnea, atque instar cancri putridi fetente, in principio sine vilo dolore. Vena secta & corpore conuenienter purgato, fungo huic sequens medicamentum applicauit. *℞. Ag. rosar. plantag. carduibened. an. ℥. j. ranar. ℥. ij. sem. cydon. contusi ℥. β.* Infundantur & postea exprimantur, addanturque *rutia præp. plumbi Fernelij præp. C. C. vsti, lapid. calaminaris, cinerum ranarum, gammarorum an. ℥. ij.* Misceantur, & linteis molliibus bis terue de die tepidè applicentur.

Quod medicamentum cum bona victus ratione cum per menses fere duos vsurpasset, & omnia ad votum succedere videret, constituit exerescentiam illam filo aqua Mercurij insuccato ligare, sed quia propter obesitatem ægri fungus ille inter musculos veluti absconditus iacebat, instrumentum quod ea de causa speculum vmbilici appellat, excogitauit, cuius figura ibidem depicta extat, cuius beneficio musculi depimerentur, vt totus fungus in conspectum veniret. Instrumentum hoc fuit ex catillo stanneo, cuius fundum excidit, & ex vtraque parte fasciam oblongam alligauit, eamque in dorso tam stricte ligauit, vt catillus musculos reprimere posset, imò etiam ministro præcepit, vt speculum introrsum ambabus manibus intruderet. Hoc modo cum totus fungus in conspectum venisset, animaduertit, non vnò, quemadmodum primo intuitu apparebat, sed tres distinctos esse fungos. Hoc modo, & huius instrumenti beneficio fungi radices filum iniecit, illumque quantum fieri potuit, constrinxit. Quia autem propter ingentes dolores, imò lipothymias, quæ protinus ex arcta ligatura superueniebant, prima die radicem fungi non satis arcte ligare posset, sequentibus diebus tertio quoque die filum non nihil, prout æger ferre potuit, constrinxit. Interim quæ dolorem leniunt, fungo apposuit, linteam quin etiam reduplicatam decocto herbarum adstringentium, veluti plantag. geranei equiseti, rosarum, scrophulariæ, & huiusmodi cum pauco aceto madefactam applicuit. Et cum propter dolorem & lipothymiam omnes simul ligare non posset, prima vice duos tantum filo prehendit, quibus ablatis tertium quoque eodem modo aggressus est. Post casum fungorum puluerem ex topico supra proposito cum pauillo alio vsti inspersit, & idem illud medicamentum applicuit. Atque hoc modo æger sanatus est. Monet autem hic Fabricius, vt tria sunt vasa vmbilicalia, ita etiam tres fuisse fungos, eosque separatos, & tam ex corde, quàm ex epate originem habuisse.

CAPVT III.

De Umbilici inflammatione, abscessu, & vlce. Inflammatio.

E Non solum autem tumores modò propositos vmbilicus patitur, sed etiam quandoque inflammatur, à calido sanguine eò confluyente: id quod accidit, vel à percussione, aut lapsu aut sectione ob quam vena & arteria in vmbilico rumpuntur, aut laxantur, vt sanguinem effundant, vel cum is à dolore attrahitur. Et accidit sæpe inflammatio vmbilici infantibus, eum is præciditur, aut perperam ligatur. Cui quoque occasionem præbet ploratus & eiulatus infantium. Sæpe etiam istud accidit propter affluxum materis serosæ ad hunc locum. Cum enim natura, factu in utero existente, humorem serolum in hunc locum mittere solebat, eiusmodi operis non

vmbilici
inflammatio;

dum obliterata interdum eundem humorem ad hunc locum mittit, unde dolor excitatur, & inflammatio.

Tumor hic est durus, rubeus, calorque & pulsus in loco affecto percipitur, absuntque signa intestini vel omenti prolapsi, vel flatus, vel aquæ, vel carnis excrecentiæ. Inflammatio autem hæc sæpe periculosa est. Si enim in abscessum abeat, atque hic rumpatur, intestina procident, & infantes moriuntur. Vrautem curetor, imprimis danda opera, ut dolor leniatur; deinde ut affluxus humorum præcaueatur; tertio ut quod influxit, discutatur & digeratur. Medicamenta ex aliarum partium inflammationibus nota sunt. Auicenas hoc vitur. *℞. Spica Celicæ ℥. β. terebinth. ℥. iii.* Misce & cum oleo sesamino vel amygd. dulcium in formam vnguenti redigantur atque imponantur. Potest etiam cerussa & lithargyrum cum oleo sesamino & terebinthina in formam vnguenti redigi & imponi. Alia quoque medicamenta, quæ testium & mammarum inflammationibus vitia sunt, hic locum habent.

Abscessus & ulcera.

Vmbilici
abscessus &
ulcera.

Ex inflammatione vmbilici sæpe abscessus fiunt, ut iam dictum, in infantibus satis periculosi sunt. Si in adultis, quod interdum accidit, tales abscessus generentur, aperiendi sunt, & ut alia ulcera curandi. Plerumque autem talia vlcera lethalia sunt, cum in abdomen penetrant, & vicina intestina tenuia putredine inficiant & corrumpant.

CAPVT IV.

*De vermibus & lapidibus in vmbilico genitis.
Vermes in Vmbilico.*

Vermes
vmbilici.

Vermes in vmbilico generari, quos, den Nabel-worm, alij den Gei-Kovurm, oder Beixworm appellant, à multis equidem pro scabuloso habetur: à plurimis tamen refertur, confirmatque id avicenna, & oculatus testis D. Ioh. Georgius Brenggerus, Medicus Cauffbyrensis, in Epistola obs. D. Philippi Hæchstetteri Decadi 6. annexa, dum scribit, fuisse puellam semestrem, quæ hoc affectu laborabat, quæ valde inquieta erat, cum febricula quadam inordinata. In qua cum pharmaca parum proficerent, mater eius nobilis famina, suspicata esse vermem in vmbilico, ei imposuit vnum è pisciculis, quos fundulos vulgo vocant, viuum, fascisquæ alligauit quotidie semel, & per horas 24. ita relinquebat. Vermis autem ita depascebatur pisciculum semper relictis officulis, ac mox subducebat se iterum in venam illam. Accidit autem post 8. vel 10. dies, ut fasciæ prædictæ laxatæ non nihil deorsum delatæ ab vmbilico recedentes pisciculum secum traherent; hinc vermescam insecutus ex vmbilico totus exiit, & regressum in vas vmbilicale inuenire non potuit, & sic extra corpus per ventrem infantis extensus mortuus repertus fuit, semipedali longitudine, figura terete, latiuscula pellicula non tenui ac leni, qualis lumbricorum esse solet, sed duriuscula, seu subcrustacea, colore pallido ex luteo albicante.

Similem plane historiam recenset vir Clarissimus, Dn. Doct. Rupertus Siltzbepperus, Medicinæ in Academia Lipsiensi Professor, amicus meus honorandus, in disput. de vermibus in homine, in hunc modum. Infans Nobilissimus & strenui viri Dn. Georgij Ernesti à Vetsenbach filiolus semestris aliquot dies noctesque totus inquietus & vagiens, osculo quasi purpurascens, capitulum huc illuc misere iactabat, deiectiones erant vel virides vel cineritiæ, instar pulmæti è carne concessa crassæ frui-

Atra tentatis quibusdam remediis fundulus ad vmbilicum infantis applicatur, qui elapsis duabus horis conspicitur in latere illo, quo vmbilico alligabatur, foramine pisci magnitudine excavatus. Eo abiecto alter apponitur fundulus, qui per noctem integræ ad vmbilicum ita relictus mane parte illa, qua cutem infantis contingebat, totus consumptus visitur, eique nihil præter vmbilicum superesse. Hic cognitis putamen nucis auellanae dimidiatæ massula quadam ex puluere vitri veneti cum melle subacta, addito tantillo herbæ sabinæ repletur, & infantis vmbilico applicatur per noctem. Manè ite u bona ipsius quantitas consumpta conspicitur: repletur denuo & apponitur, donec tertia vice ab vmbilico remotum integrum, nihilque exesum conspicitur: tunc exhibitio per superiora eorum ceruino cum aqua tanacetii, atque exploratis sedulo visisque alui excrementis summe tunc fortentibus reperitur vermis in fasciis vel potius exuuia eius spithamæ ferè longitudine, capitulo abrupto, quantitate lentis minoris, forma ferè maioris muscæ, duriusculo tamen & iuxta vtrumque oculum proboscide satis conspicua ornatum, quod reseruatam adhuc monstratur. Verme hoc excluso omnia symptomata remiserunt, & infans plenissime conualuit.

Hinc vulgò & nostris faminis visitatum est, si infantes inquieti sint, plorent, labia purpurascant, caput hinc inde iactent, nec alterius morbi ad sint indicia, vermem in vmbilico latere suspicantur, idque ut explorent, fundulum viuum vmbilico applicant, qui si arrodatur, vermem reuera latitare existimant, quem ut necent, puluere vitri Venetiani subtilissimo cum pane & melle mixto (alij etiam puluerem sabinæ addunt) putamen dimidium nucis iuglandis replent, idque vmbilico ad necandum vermem imponunt.

Lapides in Vmbilico.

Lapides in vmbilico repositos fuisse, obseruatum est, testaturque id Autor definitionum Medicarum, & hunc affectum περιμυραλον appellari scribit, ac Columbus, lib. 15. Anat. idem confirmat, ut & Marcellus Donatus, de hist. med. mirab. lib. 4. cap. 30.

Lapides
vmbilici

CAPVT V.

De vulneribus vmbilici, & vasorum eius abruptione.

Tandem etiam vulneratur quandoque vmbilicus, cuius vulnera satis lethalia sunt, cum intestina vicina, & ventriculus facile simul vulnerari possit, & intestina facile procidere. Et refert Guilh. Fabricius, cent. 1. obs. 53. adolescentem quandam post vulnus exiguum inter vmbilicum & costas mendosæ acie gladij ipsi inflictum. mox humipro cubuisse, & quamprimum expirasse. Caduere dissecto interiora omnia illæsa inuenta sunt, præter vmbilicalem venam, quæ plane abscissa fuit, causamque mortis subitæ fuisse putat Fabricius, quod ligamento hoc, in quod vena vmbilicalis abit, Hepar ab vmbilico alligatur, quo abscisso epar sursum retrahatur, & diaphragma adeo comprimatur, ut homo neque expirare neque inspirare possit, imò suffocetur ilico. Hinc Scaliger exerc. 246. sect. 2. scribit, apud Aegyptios Grassatores & Rebelles pro supplicio viuos ex sui corio. Eos ita demum magno cum cruciatu viuere, si carnifex vmbilicū ferro non attingat, eo tacto ilico expirare. Ioh. Riolanus tamen Anthropog. l. 2. c. 12. non putat tantam eorum esse necessitatem, ut vno rupto, vel omnibus incisis hominem interiri necesse sit, aut deterius viuere, dyspnœa fatigatum. Nam venæ vmbilicalis defectum

Vulnera
vmbilici

fectum supplere ligamentum illud xyphoidi affli-
xum. Scribitque se vidisse in Æthiopica muliere sal-
tatrice agilissima venam umbilicalem abruptam, &
inter epatis fissuram reuulsam, atque arefactam,
quæ sine vilo vitæ incommodo, aut respirationis
impedimento vivebat. Quin etiam in pluribus mu-
lieribus, quæ sæpius vtero gestarunt, vasa tria um-
bilicalia inferiora deprehendi abrupta, nec ad um-
bilicam peruenientia, quorum adminiculo carere
potest vesica duplicato peritonæo in homine solo
suspensa & inclusa.

CAPVT VI.

De Peritonæi Morbis.

Peritonæum quoque aliquos morbos patitur, &
interdum præter naturam laxatur, rumpitur,
vulneratur. De eius laxatione & ruptura, quæ in
inguinibus seroto, vt & umbilico accidit, suis locis
iam dictam. Et Antiqui quidem varias hinc Chirur-
gias proponunt, vt apud Celsum videre est: Ver-
ràm quia illæ admodum difficiles sunt, malunt ple-
rique ægri, & tutius etiam est, aëstas eiusmodi
gestare, & fasciis lenire, quam eiusmodi chirur-
gæ se subiceat. Interdum tamen & in aliis præter
inguina, & umbilicum locis laxatur & rumpitur.
Ita refert Marcellus Donatus de *histor. med. mirab.*
lib. 4. cap. 3. Peritultrem fæminam, cum disrupto
peritonæo supra umbilicum in violento partu per
multos annos nulla deligatione aliòve prælidio ad-
hibito rupturam tulisset, eam in dies ita dilatatam
fuisse, vt intestina, præteritum gracilia, laberen-
tur, ita vt cibatorum in ventriculo confectorum
distributio per illa minime fieri posset, sed natura
grauata, tertio, quarto vel quinto quoque die,
proat magis vel minus cibum ingerebat, per vomitum
esculenta & potulenta semicocta reiecit. Noctu
tamen, cum cubaret, vt plurimum ex situ
adiuta intestina retrocessisse, tantemque subortis
doloribus, & materia plurima, flatibus tumentibus
intestinis per rupturam elapsis, suborta inflam-
matione, disupta quæretinica intestinali, nec non &
ventris cute, prolabante pure biduo, vitam cum
morte commutasse. Vidit ipse eam fæminam, quæ
ex peritonæi ruptura tumorem quatuor ab umbili-
co digitis in latere habebat, & Plateus *lib. 3. ob-*
seru. narrat, Mercatori cuidam, cui taurus, im-
petu facto, cornibus abdomen in latere circa um-
bilicum perfoderat, post conualescentiam, exi-
guum tumorem, rupto illic peritonæo remansisse:
quem cum negligeret, tandem sensim è peritonæi
cavitate emergentibus intestinis tumorem in im-
mensum excreuisse, ipsumque & febre acuta, &
stercoris euomitione adeo periculose & extreme
laborare cæpisse, vt de illius salute pene despera-
retur. Ad sectionem tamen, reponenda que intesti-
na, tanquam extremum remedium confugit Plate-
us, qua in cute illius loci tentata, & foramine pe-
ritonæi rupto, licet difficulter digito inuestigato &
inuento sensim intrusit, intestina, vt æger mox sani-
tati restitutus fuerit, qui tamen tumorem postea
vinculis coëctuit.

Modus autem curandi idem est, qui in cura
Herniæ umbilicalis propositus est. Antiqui quidem,
vt apud Celsum videre est, & modò dictum, varias
chirurgias instituebant: verùm, quia plerunque
ægri eiusmodi chirurgiis iisque satis molestis & ope-
rosis raro se committunt, sua sorte contenti fasciis
commodis adhibitis vitam producant, oportet. Et
quæ huiusmodi procidentia raro in ventrem re-

Operum Sennerti. Tom. III.

Atrudi possunt, aut si retrudantur, difficulter tamen
retinentur, maximasque molestias ægro pariunt,
tum propter pondus superiores partes eorum deor-
sum trahunt, fasciam quandam facultatem excogi-
tauit Fabricius *cent. 3. obseru. 64.* qua extuberantia
illa tam commodè sursum retrahitur, atque sub-
leuatur, vt nullam ferè molestiam atque incom-
modam pariat. Vulneratur tandem etiam perito-
næum: sed quia vulnerari non potest, nisi cutis si-
mul & muscuali abdominis vulnerentur, de vulne-
ribus peritonæi vna opera, de *vulneribus abdom.*
dicetur.

CAPVT VII.

De Musculorum abdominis inflammatione,
& abscessibus.

Imprimis verò notatu digna est inter morbos ab-
dominis musculorum eius inflammatio: & ab
epatis inflammatione, quam non raro præ se fert,
diligenter distinguenda: cum etiam ipsi Medici hæc
in re fallantur. Ita Galenus, *5. de loc. affect. cap. 7.*
refert, Stesianum quendam quasi, abscessum in
Epate habentem in aliis Medicis curatum fuisse: id
quod Galenus negavit, & monstravit abscessum
esse inter musculos transuersos & obliquos abdo-
minis. Sic Valeriola, *lib. 4. obseru. 5.* narrat, fæmi-
nam quendam ingenti hypochondrij dextri dolore
cum tumore insigni & circumscripto affectam, ac
spirandi difficultate laborantem à Medico, vt
phlegmone epatis affectam curatam fuisse, quam
postea ipse inflammatione musculorum abdominis
laborare agnouit.

Signa Diagnostica.

Equidem signorum quædam hic occurrit affini-
tas: tamen etiam signa sunt, quibus discernuntur.
Inflammationis Epatis signa supra, *part. 4. sect. 1.*
cap. 6. enumerata sunt. Si verò musculi abdominis
inflammanur, corporis color, vt in inflammatione
Epatis, non ita mutatur, tumor ad figuram mus-
culorum extenditur, nec rotundus est, vt in in-
flammatione epatis. Et quidem rectorum musculo-
rum abdominis tumores oblongi sunt, & per totum
ventrem extenduntur. Cutis supra tumorem non si-
ne dolore contrectatur, apprehensa quoque digi-
tis, vt attrahatur, minimè sequitur ob tensionem.
Interdum rubedo apparet, præteritum si affectio in
externis musculis hæreat. Quocunque denique
modo æger decumbat, eadem tumoris magni-
tudo manet, nec, sicut in Epate, dum decubi-
tus sit in latus sinistram, tumor maior apparet, &
contrà minor, corpore in dextrum reclinato. Si
transuersi musculi inflammanur, magis afficiuntur
partes profundæ, dolorque est veh. mentior, quàm
in aliis musculis; cum illi musculi sint membranosi
circa finem, & nervos plures molliorè que obti-
neant, & cum peritonæo aponeurosi coniungantur.
Et quidem non mitum est, interdum hocce muscu-
los inflammati, cum insignia vasa obtineant, alia
ascendentia, alia descendencia. Ascendant enim
ab inferioribus venæ & arteriæ epigastriæ; des-
cendant à parte superiore venæ & arteriæ mam-
maris, & per anastomoses circa regionem umbili-
co adiacentem coniunguntur.

Curatio.

Curatio talis, qualem inflammationes aliarum requirunt,
& hic instituenda. Ideoque hic curationem à
Valeriola loco allegato descriptam exempli loco pro-
ponam. Cum mulier plethorica esset, Valeriola ad
plethoram minuendam, & humores ad partem affe-

Curatio.

Etiam decumbere parati reuulsionem venæ internæ in cubitu dextri brachij sectionem, præmisso leneclytere, instituit, & vncias sedecim sanguinis detraxit, cum magnus esset sanguinis confluxus, & plenior corporis habitus, ipsaque ægra valido robore prædita.

Cùm à sanguinis missione & dolor minueretur, & tumor detumescere videretur, apozema sequens exhibuit. ℞. *Borrag. bugloss. viriúsque cichor. acetosa omnium cum radicibus* an. M. j. *agrimon. summit. lupuli, fumaria, lepathi acuti, capillor. Veneris, ceterach, hyssopi, fœniculi, melissa* an. M. b. *sem. melonum cum cortice contus.* ℞. b. *acetosa, endiuia, porulaca* an. ℞. j. *perroselini, apij* an. ℞. ij. *vuarum passarum* num. xx. *prunor. dulc.* num. xij. *glycyrrhizæ rasæ* ℞. vi. *polypod. q.* ℞. b. *flor. cordial. hyemi* an. P. ij. Coq. in *aq. hordei recentis* a l lb. ij. & colentur. In colatura dissolue syr. *endiuia compositi, de duab. radicib. capil. Vener.* an. ℞. ij. b. *facch. q. s.* Fiat syrupus, pro quatuor dosibus matutinis, qui aromatizetur *cinam. santalicitrini* an. ℞. j. Finito syrupo & coctione in vrina apparente sequens cholagogum & phlegmagogum exhibuit. ℞. *Agarici albi* ℞. ij. *rhabarb. electi* ℞. i. b. *zingib. schœnanthi, mastich. cinam.* an. ℞. b. Infund. in *aq. endiu. bugloss. hyssopi, cum pauco mellis rosati.* Per noctem. Colaturæ adde *Elect. ros. Mes. diaphœnici* an. ℞. ij. *syr. ros. solut.* ℞. j. Misce. Cum decocto præcedētis apozematis. F. Potio. Sequenti die clysterem ablutivum ex decocto hordei, *furfurum & feminum lini ac melonum*, adiecto *diantholico & oleo violarum ac melle rosato* applicari iussit. Et quoniam tumor in musculis rectis abdominis, qui epati incumbunt, consistebat, erātque in parte durities, emollientibus & discutientibus, ac leuiter robotantibus ob epar vicinum utebatur. Fouebat nimirum partem hoc decocto. ℞. *Maluæ, althæa cum radicibus* an. M. j. *rad. bryonia* M. b. *absinth.* M. j. *origani* M. b. *sem. lini, fœnigraci* an. ℞. i. *anisi, anethi* an. ℞. b. *flor. chamam. meliloi, rorismar.* an. P. j. Coq. in 2. partib. *aquæ & tertia vini potentis*, & decoctam linteaminibus parti affectæ anto cibum applicetur. Mox à foru sequenti vnguento pars inungebatur. ℞. *Vng. dialib.* ℞. iv. *emplast. Filij Zacharia* ℞. ij. *cera propoleos, fecis olei de lilio* an. ℞. i. *pingued. anat. gallina* an. ℞. vi. *ammoniaci sapa dissoluti, bdellij, mastiches* an. ℞. iv. *styrac. calam. benzoes, rad. irid. florent.* an. ℞. i. Misce & cum *pauca cera, oleo irino* liquata, fiat. Vnguentum. Vbi diebus duodecim his esset topicis vsa, tumor plane aboleri & tumor sedari cœpit. Quia tamen ventris tumor adhuc persistabat, ad corpus purgandum primo exhibuit *pilulas ex Hiera simplici, agarico trochiscato, rhabarbaro*, cum puluere *senæ preparate* adiecto *masticho & granis aliquor diagydij*, interdum etiam *syrupum ex decocto antecedente* paratum adiuuando *falsor. & folliculor. senæ* ℞. ij. *medulla carthami* ℞. i. *epithymi* ℞. vi. *rhab.* ℞. b. *facch. q. s.* Quem decimo quoque die exhibuit. Tandem *decocti chinae* parati è *rad. china* ℞. i. b. in *aq.* lb. ij. vsque ad dimidias coctæ, ℞. viij. ad sudorem conciliandum exhibuit. Ventri etiam admonuit emplastrum ex *stercore bubulo & caprillo* in *aceto feruefactis* & cum *cumini, anisi, & anethi seminibus*, ac *terebinthina* mixtis paratum. Notandum autem de hac curatione, non fuisse puram inflammationem, sed crasum & glutinosum succum fuisse admixtum. Et solent plerumque hi tumores, etsi inflammatorij sint, esse diuturniores, quod aliquoties obseruauit. Et cum hi tumores plerumque loco profundiore sint siti, si in abscessum mutantur, non facilè is ad exteriora aperitur, sed sæpè chirurgi opera requiritur, cuius rei

A exemplum habet Franciscus Rouffetus, de *partu Casar. sect. 3. c. 2.* vbi refert, illustrem quandam fœminam habuisse abscessum, qui ortum ducebat iuxta principium musculi recti dextri lateris supra umbilicum digitis tribus, loco fundo ventriculi vicino, iuxta epatis regionem, & post multos diuersos & chronicos sibi inuicem succedentes morbos natura vitiosos humores in hunc locum detrudente ortus erat. Abscessu aperto incredibilis & tanta puris copia summo cum impetu prodit, vt vsque ad pedes lecti proflueret, & quidem vltra sequimentis spatium copiosissimè effluxit per vulnus, quod caetero actuali excitatum fuit. Similem historiam habet Dodonæus, *obs. med. cap. 29.* de quodam Scriba, qui cum dextri lateris cum febris dolore correptus esset, iuxta ac paulo infra costas nothas, Medicumque accersiuisset, qui ipsum vt pleriticum curauerat, atque inde peius haberet, Dodonæum vocauit, qui exhibitio primùm leui purgante cataplasma emolliens applicauit, ac tumore emollito tandem sectionem instituit, & cum ex abscessu copiosum pus effluxisset, æger adhibitis vlceri idoneis remediis conualuit.

Memini etiam ante annos circiter 20. vicini mei Victoris vxorè simili tumore ad ipsam ferè ventriculi regionem laborasse, qui cum in tantâ magnitudinè excreuisset, vt ferè duos pugnos æquaret, sectione eum aperiri curauit. Ex abscessu verò maxima, & quidem primo aliquot librarum puris copia effluxit, cū tanto factore, vt nec ego, nec chirurgus factorem ferre possemus, sed ex hypocausto recedere necesse habuerimus. Fluxitque pus postea aliquot diebus, & ægro idoneis vlceri curando medicamentis adhibitis conualuit, quæ annis aliquot post peste extincta est.

Guillelmus Fabricius etiam *cent. 2. obs. 38.* refert, virum quædam quadragenarium & robustum dolore maximo dextri lateris ad finem cotharum notharum laborantem, ad se Lausannam venisse. Cùm verò nullus tumor apparet, sed saltem dolor cum febricula adesset, atque purgantia, fomentationes, cataplasmata, inunctiones, discutientia, resolutentia, & anodyna per aliquot dies applicarentur sine fructu, nihilominus dolor punctorius & pulsatorius circa regionem epatis & peritonæum persisteret, etsi incute nihil appareret, dolore locum affectum monstrante sectio facta est. Qua peracta pus copiose effluxit. Neque diu post febris, dolor, lipothymia paulò cessarunt. Vlceris tamen propter puris copiam, quæ effluxit, per aliquot menses apertum seruatum fuit. Et optima victus ratione obseruata, & corpore per interualla expurgato, & epate ac partibus nobilibus roboratis, æger sanatus fuit. Et omnino si pus collectum esse animaduertatur, maturè abscessus aperiendus, ne nimia puris copia colligatur, quæ postea vel peritonæum penetret, & in cavitatem abdominis defluat, aut postea sine vitæ periculo euacuari non possit: cuius rei historiam habet Guillelmus Fabric. *cent. 2. obs. 39.* de quodam viro quadragenario, qui in dextro hypochondrio abscessum immensæ magnitudinis habebat, vt cutis totius ferè lateris ab ilij osse vsque ad costas veras lineamque albam & spinam dorfi puris plena & eleuata esset, cum dolore cōtinuo & magno, lipothymia, nauisæ, appetitus & virium prostratione. Vocatus Fabricius ob periculi magnitudinem tumorem aperire recusauit; quod cum postea barbitonsor quidam fecisset, & vomitum aperuisset, maxima puris copia inde effluxit, & dolor quidem aliquomodo immixtus est, sed intra biduam æger exspirauit. Vnde monet Fabricius, vt iuniores chirurgi in magnis abscessibus aperiendis cauti sint, & materiam non confertim, sed sensim & per vices euacuent.

Interdum tamen tumores hi discutuntur, si non sint inflammatorii. Ita scribit Marcellus Donatus, *de hist. medic. mirab. lib. 1. cap. 6.* quendam pannorum Textorem senem tumorem indolentem ad tactum supra penem in pube sponte natum habuisse, panis crassiciem æquantem, nullo alio modo ægrum afficientem, quàm quod per initia ægrè urinam reddebat, quæ progrediente morbo, & augescente tumore quoque suppressa est: sed discutientibus medicamentis ventoso tumore resoluto urinam liberè excreuit, & sanitati momentaneo auxilio statim redditus, qui prius animam emissurus crederetur.

CAPVT VIII.

De Spasmo abdominis.

Spasmus
dominis.

Rari affectus mentionem facit Clariss. D. Philippus Heisterterus, *obs. Decad. 5. cas. 1.* nimicum spatium abdominis, dum refert Iesuitam quandam, habitus siccoris, corporis hirsuti, temperamenti melancholici, ætatis consistentis, passum esse affectiones spasmodicas abdominis, quarum exortus à musculis abdominis, & finis in diaphragmate & thoracis musculis fuit. Conuulsus quasi thorax spiritum difficilem, sublimem & anhelosum dedit. Aberrabat nonnihil in paroxysmo mens, cum diaphragmati noxa esset, cui cerebrum neruum implantat. Rugitus & murmura in ventre, flatuum copia; hypochondrij passio diuturnior, & inuoluntaria feminis excretio. Cuius affectionis causa proculdubio fuit flatus vel serosus humor, qui ex hypochondriis ac mesenterio per arterias mesaraicas (hanc enim puto esse commodissimam ex hypochondriis in hæc loca viam) inter peritonæum & musculorum abdominis spatium erupit, membranasque ac tendines & fibras musculorum vellicans hanc affectionem excitauit, imò etiam per easdem arterias ad diaphragma & musculos pectoris ascendit. Pectoris enim maximus hæmorrhoidali arteria consensus est; cum truncus, ex quo oritur, à corde descendens in primò statim exiit intestinales ramos propagat.

Similem morbum describit Heurnius, *de morb. capit. cap. 15.* Cum medicinam, inquit, Patavij dicebam, vidi adolescentem, cuius intestina totumque abdomen conuellebatur, testésque & vasa spermatica sub osse pubis abscondebantur, rugitus aderat, & tensio hypochondriorum. Frigida huic erat temperies, & ventriculus frigidus erat cum ardore, anhelosus erat à diaphragmate oppresso, ac mente in paroxysmo exuebatur. Præceptores mei adhibebant flatus discutientia, & eos attentantia, ac ea, quæ euincere potuerunt materiam frigidam, eam coquendo ac purgando, & corroborabant tantum intestina. Primùm iniectus est clyster ex decocto anethi cum Hiera, melle rosato, & oleo chamæmeli, & deinde decocto agrimonie & petroselinii præparabatur, & postea pilulis aureis, aleophanginis purgabatur. Foris oleo rutæ & castoreo inungebatur. Interdum accipiebat vnam pilulam ex castoreo cum syrupo betonicæ, bibebat vinum saluarum, & ex betonica. Dianisum illi in celiciis erat. Fricabantur crura. *Hæc Heurnius.*

Cum ergo huius mali causa in hypochondriis hæreat, rectè conclusum, Iesuitam illum euacuandum esse melanagogis & phlegmagogis, & flatus discutientia exhibenda, ob saburram in intestinis, venis mesenterij, & primis viis hærentem: Musculosa verò & nervosa corpora oleis anodinis &

A flatus discutientibus demulcenda, ac eorum contractionem mitigandam esse, & reliqua, vt in affect. Hypochondriaca, peragenda.

CAPVT IX.

De Abdominis tumoribus.

Intumescit etiam præternaturam abdomen, cum ^{Tumores} ^{Abdominis.} eius cavitata interna vel flatu, vel humore, vel alia re id distendente in tumorem attollitur. Id quod accidit secundum naturam in grauidis; præternaturam verò in mola, falsa grauidatione, vt appellant, in ascite, tympanite, dum vermes in intestinis hærent, eaque in tumorem attollunt. Intumescit etiam quandoque venter, si tumores scirrhosi in mesenterio vel omento sint geniti, qui si plures sint, ventrem distendunt atque atollunt, non secus ac in hydropicis & grauidis fieri solet, vnde ægri pro hydropicis vel grauidis falso habentur. ^{Mola.} A qua causa autem mola & falsa grauidatio procedunt, quomodo agnoscantur, & curentur, *de morb. mulierum* dicitur. Quomodo hydrops generetur, & curetur, suo loco dictum. ^{Hydrops: Vermes intestinor.} Qua ratione vermes & alia in intestinis latentia cognoscenda & tollenda sint, iisdem *suo loco* dictum. Qua ratione quoque illi scirrhii mesenterij & omenti generentur, de illarum partium affectionibus dictum.

Non esse autem tumorem illum ex scirrhis multis hydropem, vel mulieres non esse grauidas, cognoscitur ex inæquali tumoris duritie, & ex tumoris diuturnitate & longa perseverantia; cum obseruatum sit, nonnallos sine partium aliarum in ventre inferiore insigni aliquo incommodo ad finem vitæ vsque eiusmodi tumorem gessisse. Quomodo autem hi tumores curandi sint, modo curationem suscipiant, *de affect. p. n. mesenterij & omenti* dictum.

CAPVT X.

De Abdominis vulneribus.

Hoc loco non prætereunda abdominis vulnera. Abdomen autem, vt alix corporis partes, cutetegitur: à cute, vt Galenus, *6. meth. med. cap. 4.* docet, medio circiter loco neruea tenuitas musculorum, quàm *ἀνεύροτι* Græci vocant, gemina tenditur, membranarum ritu, quæ ad eò cohærent ac tenues sunt, vt difficile sit eos separare: post hos deinceps sunt musculi, sub musculis peritonæum, à quo proxime omnes partes ventris inferioris concluduntur & continentur.

Differentia.

Hinc ergò vulnerum abdominis differentia constituantur. ^{Differentia.} Alia enim in ipsam cavitatem abdominis penetrant, vbi scilicet simul peritonæum perfossam est; alia non penetrant, dum nimirum peritonæum integrum est. In vulneribus, quæ penetrant, vel aliquid ex visceribus, per vulnus excidit, vt omentum vel intestinum, vel nihil excidit. Præterea in vulnere penetrante vel viscus aliquod læsum est, vel viscera omnia salva remanserunt.

Signa Diagnostica.

An vulnus penetret in abdominis cavitatem, vel non penetret, stylo immisso cognoscitur. Si enim profundius is penetret, peritonæum vulneratum esse, & vulnus in ipsam abdominis cavitatem penetrare indicio est. Cauendum camen hic, ne vulnus obliquum sit, & ita stylus immissus inter autem

& musculos, vel peritonæum & musculos longo ductu progrediatur. Vt ergo certi simus, an vulnus penetret, vel saltem obliquum sit, vinum vel alius liquor in vulnus infundendum. Si enim vulnus penetrans sit, liquor cavitatem abdominis defluit, & non regurgitat per orificium. Si verò vulnus saltem obliquum sit, non verò penetrans, liquor per orificium vulneris regurgitat. Præterea cum accidere possit, ut etiam vulnus penetrans sit, stylus tamen profundius non penetret, quia viscus aliquod subiacens foramen claudit, aut vulnus obliquum est, & tum commodissime vinum infunditur, ut de vulneris conditione certi simus.

An vero viscus aliquod vnum vel plura etiam læsa sint, cognoscitur ex ipso viscere per vulnus sese exerente, & ex signis læso cuique visceri propriis, quæ si absint, nullum viscus læsum esse, indicio est.

Prognostica.

Prognostica.

1. Vulnera abdominis magis periculosa sunt, quæ sunt in medio abdominis, quam quæ ad latera sunt, ob aponeurosin & partem membranofam eius loci, cuius vulnus per se magis periculosum est, quàm in parte carnosa, & sudorem non facile admittit; atque in hac parte etiam intestina facile excidunt, & suo loco ægrè continentur; cum muscoli recti, qui ea continent ac contrahunt, læsa sint. 2. Magnum vulnus ita periculosum est, quod intestina facile excidunt, quæ difficulter postea suo loco restituuntur. Angusta tamen etiam vulnera, si intestina excidant, periculo non vacant. Nisi enim quod excidit, statim in suum locum reponatur, intumescit & inflatur, ut postea per angustum foramen suo loco restitui nequeat. Minus ergo periculosa sunt vulnera, quæ nec nimis ampla, nec nimis angusta sunt. 3. Si intestina vel omentum per vulnus excidat, nisi citè imponatur, inflatur & intumescit, ut postea reponi non possit, unde ab aère externo alteratur & corrumpitur & malum sæpè lethale euadit.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio. Modus deligandi vulnera abdominis.

Abdominis vulnera non penetrantia eandem curandi rationem habent, quàm aliarum partium carnosarum vulnera. De deligatione tamen obseruandum, ut fascia sit longa & lata, & deligatio fiat incipiendo à parte vulneri opposita, & ducendo reuoluendoque duo capita supra vulnus in formam crucis, eademque ducendo reuoluendoque quoties opus.

Penetrantia verò vulnera, in quibus nullum ex visceribus in abdomine contentis læsum est, curantur etiam ut aliarum partium vulnera, nisi quod in futura aliquid peculiare obseruandum. Primò enim si intestinum vel omentum prolapsum sit, primò illa reponenda. Si vulnus magnum sit, ut intestina per id reponi possint, minister manibus suis totum vulnus extra apprehendere, atque intestina intus reprimere debet, & constringere, ac exiguum semper suondi prænudare. Si verò vulnus paruum sit, ut & intestinum iam inflatum, ut reponi per vulnus angustum non possit, intestina ab aère alterata spongia molli vino calenti madida & expressa calefacienda, vel animalia viuientia per medium dissecta calentia adhuc intestina applicanda. Quod si nec hoc modo inflatio cesserit, & intestinum reponi nondum possit, vulnus tantùm ampliandum, quantum ad intestinorum repositionem opus est. Accommodatum ad hanc sectionem instrumentum est, quod Græci *Συρίγγιον*, id est, ad fistulas incidendas aptum, appellant. Situs autem ægri talis sit, ut caueatur, ne quod excidit, ab aliis intestinis graueatur. Itaque si in dextro latere vulnus sit, corpus in sinistram inclinetur, si in sinistro, in dextrum,

A ita ut vulnerata pars semper altiorem locum occupet.

Si intestina vel omentum non sint prolapsa, vel iam in locum suum reposita. Prima cura iam esse debet, ut vlcus conueniente modo suatur. Tres autem futuræ faciendæ modos proposuit Galenus, *6. meth. med. cap. 1.*

Primus est, si cutem primò traicias, atque acum extra introrsum adigas, quæ vbi cutem & musculum totum transferit, peritonæo, quod ei subiectum, præterito per reliquum peritonæum caræ ab interno extrorsum trudas, atque inde per reliquum abdomen ab interno extra transmittas: quod vbi transmiseris, rursus ab interno introrsum idem abdomen est perforandum, atque vbi ad peritonæum, quod illi subest, perueneris illud iterum prætereundum, atque contrarium ab interno extrorsum perforandum, vnaque cum eo totum ipsi vicinum abdomen. Deinde ab hoc rursus inciendum, atque id cum contrario peritonæo consuendum, ac rursus, vicina cute transmissa, iterum ab ea parte acus introrsum est iniicienda, consuendumque abdomen id cum contrario peritonæo, etiam ibi vicina cute transmissa. Atque hæc iterum iterumque faciendæ, donec totum vulnus confutum fuerit. Interuallum inter futuras quod attinet, breuissimum equidem ad viscera in abdomine continenda aptissimum est: verùm ad firmitatem breuitas parum tuta. Quare excessus utrobique vitandus & mediocritas eligenda.

Secundus modus consuit peritonæum cum peritonæo, & musculos cum musculis, atque ita perficitur. Primùm cutis perforanda, & ab exteriori parte introrsum acus adigenda. Vbi verò ad peritonæum ventum est, eo intus relicto, & acu ad sinistram manum reuocata rursus ex aduersa parte ab externo introrsus utrumque peritonæi labium est perforandum, & acu iterum ad dextram manum reuocata ab interno extrorsum abdomen traiciendum, sicque subinde pergendum, consuendo peritonæum cum peritonæo, & musculos cum musculis. Tertius modus ille est, quo vulgò ferè in aliis partibus vruntur, & sit acu vno ictu & impulsu transmissa per quatuor labia, scilicet peritonæi & abdominis, quoties opus est. Etsi verò Galenus, & alij etiam futuram primam secundæ, & secundam tertiæ præferunt: tamen non sine causa monet Hieronymus Fabricius ab Aquapend. *de operat. chirurg.* quod sæpè numero ratio vulneris, aut magnitudo aut temporis angustia non patitur artificiosa semper uti futura, sed opus est communi modo quatuor labia simul consuere. Præcipit & hoc, ut siue hac siue illa vtamur, perpetuò tamen in subsidium futurarum glutinum applicemus; quia huiusmodi futuræ in abdomine statim & facile rumpuntur, cum propter motum abdominis ferè continuam, qui & in excernendis fecibus, & in respiratione necessarius est, tum quia abdomen subindè modò cibis & excrementis impletur, modò inedia attenuatur, tum tertio propter flatum, qui continuò in abdomine vulnerato excitatur, idque distendunt.

CAPVT XI.

De fistulis & vstionibus abdominis.
Fistule Abdominis.

IN abdomine etiam interdum fistulæ, præcipuè super pubis latera, fiunt, cum in eum locum humores facilius decumbant, atque ibi hæreant. Id-

Sutura
ciendæ
abdomi
modus
plex.

Fistulæ
dominis

que accidit post vulnera, abscessus, ac ulcera. Ac A
corrumpuntur sæpe, putredine inficiuntur ac cor-
roduntur simul intestina, vt per fistulam etiam feces
alui egressas fuisse, compertum sit, cuius rei
exempla supra; *part. 2. sectio. 2. capite 9.* allegata
sunt.

Curata autem difficiles sunt istæ fistulæ, præci-
puè si intestina simul affecta sunt. Se tamen ista vi-
tia omnia & curasse, & curata vidisse, scribit Hie-
ronymus Fabricius ab Aquapendente *de operat.*
chirurg. Veruntamen non manu, non ferro, non
igne, non aliis medicamentis eiusmodi abdominis
& intestinorum fistula se sanasse scribit, sed solis
aquis thermalibus, aut Montis agrorum, aut
Aponitanis, per incisiones manè & vesperi in iis B
factas, ita vt aqua aut per fistulæ foramen, aut
per cannulam immissam in cauitatem abdominis
ingereretur, intestinorumque erosiones sua sub-
stantia peringeret, & attingendo occideret, pur-
garet, impletet, tandemque cicatricem induceret.
Et in thermarum defectu etiam sulphur, alumen, &
salem in aqua liquare & decoquere ac incisiones
moliri vtile cenet.

Fistulæ verò abdominis externæ non aliter,
quàm incisione, sanantur; & quidem si fistula
vnum orificium habeat, vtendum est Syringotomo
ex altera extremitate acuto, vt finis fistulæ perfo-
retur, & totus fistulæ meatus disseccetur, atque
aperiatur. Si verò fistula plura orificia habeat, sy-
ringotomo vtendum ex altera parte obtuso, &
exiguam globulum præfixum habente; quo etiam C
tota fistula aperiiri potest. Eadem tamen apertio
etiam fieri potest cultro sive scalpello longo, &
manubriolum similiter longum habente, qui cul-
ter ex vna tantum parte aciem habeat, in extre-
mitate paulùm intus recuruatam, exteriorem
verò partem retusam obtineat, ad cuius cuspi-
dem ex cera globulum infixum esse oportet, quo
intus per totum fistulæ ductum sine obitaculo de-
mittatur.

Abdominis Vstiones.

Tandem hanc de abdominis morbis tractatio-
nem concludere libet vstionibus illis, quas in ab-
domine, epatis, lienis, & ventriculi causâ Anti-
qui instituebant, vt ex Paulo Ægineta, *cap. 47. 48.*
49. & Albucasi, *lib. 1. cap. 28. 29. 30. 32.* patet.
Verùm in desuetudinem istæ operationes verere;
cùm non saltem dolorosæ valde sint, & ab agris
vix tolerentur, & id, quorum causâ ab Antiquis
instituebantur, vix præsent. Duabus enim de
causis istas vstiones instituebant, vt nimirum vel
intemperiem frigidam & humidam subiectorum
viscerum emendarent, vel vt vitiosos humores
ex iis euacuant, quorum tamen neutrum com-
mode præstant. Primum enim quod attinet, nota
consultum est intemperies longa alteratione con-
tractas tam subito corrigere; cum facile contra-
ria intemperies induci possit. Præterea exiguum
ferramentum intemperiem per totam epatis sub-
stantiam diffusam emendare non potest. Et ha-
bentur medicamenta satis idonea, quæ intempe-
riem hanc viscerum emendare possunt. Alterum
quod attinet, etiamsi vitiosa materia in visceribus
subsistat: tamen quia viscera peritonæo non sunt
contigua, per vlcus ferro inductum materia effluere
non potest. Et in specie quod vomicas epatis
& lienis attinet, quas Antiqui per vstionem ab-
dominis euacuare volunt, rectè de iis scribit Hie-
ronymus Fabricius ab Aquapendente *de operat.*
chirurg. ferramento candente, acuto inuere cu-
tem & subiectos musculos, & peritonæum, & pe-
netrare vsque ad iecoris vomicam, & ipsam quo-
que adurere, nihil aliud mihi videtur esse, quàm
hominem penè mortuum occidere. laudatque non
immeritò Præceptoris sui Nicolai Nouocomensis
Medici Veneti sententiam, qui in desperatis casibus
dicere solebat, *Satis esse sinere patientes mori,*
quàm occidere.

Abdominis
vstiones.

C O N C L U S I O.



HABES ita, Lector beneuole, libris hisce tribus comprehensa ea,
quæ Practici vulgo libris suis tradere solent: sed, vt spero, plenius. De-
di enim operam, ne facillè aliquem alicuius momenti morbum vel sym-
p. omnia omittentem. Ideoque etsi omnia pro tua expectacione, vel etiam
meo voto elaborare non potuerim: tamen id me puto effecisse, vt iam Locos commu-
nes habeas, in quos omnia, quæ vel Autorum lectio, vel praxis atque experientia
quotidiana suppeditabit, referre possis. Atque ita meos defectus supplere tua fuerit in-
dustria.

Quia autem Practici plerique in suis libris agunt de Arthritide, nèque ea ad eos, qui
restant, libros ita commode referri potest, appendicis loco tractatum de Arthritide
subiungere volui. Quæ omnia vt boni consulas, & sicubi lapsus, fuero, beneuolè ignos-
cas, oro. Errare aliquando, accidit omnibus ante me hominibus, & procul dubio om-
nibus post me accidet. Cur ergo ego me humana sorte exemptum cupiam? Aut tu id,
quod supra vires humanas est, à me postulas?

Sequetur iam, si Deus volet, & vitam ac vires mihi concesserit, Liber de morbis
Mulierum.

NON NOBIS VERO, SED NOMINI TVO,
DOMINE, SIT GLORIA.

Nota ponderum medicinalium.

Libra.
 Vncia.
 Drachma.
 Scrupulus.
 Semis.
 Granum.
 Manipulum.
 Pugillum.
 Numerus.

lb Saturnus, Plumbum.
 ℥ Jupiter, Stannum.
 ℥ Mars, Ferrum.
 ℥ Sol, Aurum.
 ℥ Venus, Æs, Cuprum.
 ℥ Mercurius, Argentum viuum.
 m Luna, Argentum.
 ♃ Sal petræ.
 n Tartarus.
 Vitriolum.

℥
 ℥
 ℥
 ℥
 ℥
 ℥
 ℥
 ℥
 ℥
 ℥
 ℥

LECTORI.

Nota quod in hoc tertio Libro Practicæ Medicæ (excepto tractatu de Arthritide) signum Scrupuli ℥ pro Drachmæ ℥, & Drachmæ ℥ pro Scrupuli ℥ signo posita fuerunt: ideò cum inuenies Scrupulum ℥, lege Drachmam ℥, & pro Drachmæ ℥ lege Scrupulum ℥.



DE
ARTHRITIDE
TRACTATUS.

AUTHORE

DANIELE SENNERTO,

D. MEDICINÆ IN ACADEMIA

VVITTEBERGENSI PROFESS, ET

Sereniss. Elect. Saxon. Medico,

Appendicis loco Libro Tertio Practicæ adiectus.

CVI ACCESSIT

Tragopodagra Luciani.

GENEROSIS, STRENVIS,
MAGNIFICIS, NOBILISS.

Q. VIRIS,

DOMINO IOACHIMO A' LOSS,
in Pilniz, Graupa, Schonfeld & Iessen, Rom. Cæsar. Majest. à
Consiliis, Sacr. Rom. Imper. Thesaurario, ac Serenissimi Ele-
ctoris Saxon. Consilij intimi Præsidi,

DOMINO GEORGIO A' VVERTHERN,
in Beichlingen, VViehe, Frohdorff, & Brucke, Cæsar. Ma-
jest. & Sacr. Rom. Imp. Ianitori Hæreditario, ac Prouincialis su-
premi Iudicij, quod Lipsiæ est, Præsidi,

DOMINO NICOLAO GEBHARDO A' MILTIZ,
in Steinberg, Borsten-Otten, & Burkersdorff.

NEC NON

MAGNIFICO; NOBILI
ET AMPLISSIMO VIRO,

DOMINO IOANNI TIMÆO

I. V. D. ET COMITI PALATINO CÆSAREO,
Serenissimi Electoris Saxoniae Consiliariis intimis,
Patronis & Fautoribus suis Honorandis,

*HVNCQ̄E DE ARTHRITIDE TRACTATVM,
Observantia ergo D. D.*

DANIEL SENNERTVS; D:



DE ARTHRITIDE.

CAPVT I.

DE NATVRA ARTHRITIDIS.

lomen.



Arthritis, Græcis ἀρθριτις, id est, articulo, dicta, Latinis morbus seu dolor articularis, à loco affecto nomen accepit. Barbari, quos ita vocant, Guttam appellant, quòd à fluxu quasi guttatum facto excitetur hoc malum. Et sunt ex recentioribus etiam, qui eos sequuntur, imò hanc appellationem omnibus præferunt, sed minus rectè; vt infra *quæst. prima*, dicitur. Et si verò ἀρθρις, vt ab Auctore definit. Medicar. & Hæloges definitur, sit *οὐμὴ* à vel *οὐδὴσις*, compages & compositio ossium ad motum comparata: tamen hic per articulum non accipitur ipsa ossium compages, ac *οὐδὴσις* & vnio vel extremitates ossium, quæ coniunguntur, vel spatium inter ossa, quæ articulo coniunguntur, sed partes, quæ ipsam articulum coniungunt & ambiunt, præcipuè sensu prædictæ, nimirum, membrana, ligamenta membranosa, & extremitates musculorum, partibusque his inserti nervi. Cum verò articuli sint varii, ab eorum differentia, & varietate partium affectarum arthritis quoque varia nomina accepit, & si pedes afficiantur, dicitur Podagra; si manus, Chiragra; si coxendix, Ischias; si genu, Gonagra: vocabulis hisce plerisque à loco affecto & ἄρτις, quod capturam significat deductis, vt Podagra nihil aliud sit, quam pedum Chiragra verò manuum captura, cum hæc membra morbo hoc quasi capta; & itretita detineantur: vnde etiam à Luciano, in *Tragopodagra*, sic loquens Podagra introducit: *ποδὰ δὲ πῆς πάλαι βροτῶν ποδάγρα ἔχλυται, γινώσκοντες ἄρτις*: à plerisque autem hominum Podagra vocor existens pedum captura. In cæteris verò articulis speciale nomen non habet, sed communi generis nomine Arthritis appellatur; sicut & in genere Arthritis dicitur, cum plures articulos simul dolor occupat. Pura quidem talia vocabula sinxerunt quidam, & inter eos Ambrosius Paræus, de *arthrid. c. 1.* & si malam in maxillæ articulo fuerit, Syagonagram; si in hamero Homagram; si in cubito, Pechyagram nominant: Verum vocabula ista apud Græcos non occurrunt, nec vsu trita sunt; licet ipsi pluribus in partibus arthritidem generari posse passim doceant. Occurrit etiam apud Plinium, *lib. 27. cap. 1.* vocabulum Mentagræ, ioculari, vt Plinius ait, primum lasciuia inuentum (est enim vitiosa vocabuli compositio ex Latina & Græca voce, & aliena à consuetudine eruditorum) mox tamen vsurpatum: verum affectus iste ad Arthritidem non pertinet, sed fuit faciei quædam scæditas, & praua scabies ad lichenones pertinens. Græca vocabula & Latini retinuerunt, cum ab his & morbum acceperint. De quo Plinius, *lib. 26. cap. 10.* Podagra, inquit, morbus rarior solebat esse non solum patium aorumque memoria, verùm & nostra, peregrinus & ipse. Nam si Italæ fuisset antiquicus, Latinum nomen inuenisset. Notandum tamen hic, etiamsi Podagræ vocabulum propriè de pedum dolore accipi-

Arthritidis diuinitas per variata articulo m.

Mitagra qui?

tur: tamen interdum, vt etiam Crato, *confil. 253.* conficitur, ab vno membro detumpta appellatione pro omni arthritide podagra accipitur; cum fieri soleat, vt pedes ferè primò & frequentius hoc morbo corripantur, & rarò cum alii articuli afficiuntur, immunes sunt. Hinc quoque Dialogum suum, qui est de Arthritide, Lucianus Tragopodagram inscripsit. Ita qui de laude Podagræ scripserunt, Cardanus, & alij omnes de Arthritide in genere egisse videntur; imò Medici, quidam, qui propriè de arthritide agunt, tractatus suos de Podagra inscripserunt. Frequentius nimirum pedes hic dolor, & quidem maximè ac primum plerumque pollicem pedis inuadit. Natura enim, quantum potest, humores vitiosos ad extremas & remotas partes depellere solet; suntque pedes etiam à caloris fonte remotiores, & magis in motu, quo humores ad eos trahuntur. Vnde etiam Galenus, *6. aphor. 28.* scribit, eos, qui arthritide, id est, omnium articularum doloribus corripuntur, primò fieri Podagricos. Vt plerumque verò hoc accidit, non verò semper. In quibusdam enim arthritidis incipit in manu, quibusdam in genu, quibusdam in aliis articulis. Et quamuis primò pedes prehendit: tamen postea etiam plerumque in brachijs digitorum articulos, vel loca circa carpum & metacarpum occupat, vt & cubiti articulos inuadit, aliquando & ceruicem & maxillæ articulum. Et quidem malum hoc initio plerumque vnum articulum, vel in pede, quod frequentius accidit, vel alibi occupat, postea verò crebro morbi insultu visceribus debilitatis, ac calore natiuo labefactato, & materia indies magis cumulata, plures articulos inuadit, & res eo sepe redit, vt vix villus sit articulus, & ossium compages in toto corpore, quæ à malo hoc libera sit; & vt Luciano in *Tragopodagra* scribit, *Μάλῳ hoc πρῶτον ἐν ταλαιπωροῖς χερσὶν ἂν ἀρτιῶν ἀρταῖς ποδῶν βλάται: Afflictum & miserum corpus Manibus in extremas pedum plantas excruciat.* Imò sæpè res eò redit, vt humor ille vitiosus non solum in articulos omnes, sed & alias partes sentientes effundatur, sicut nonnullis in dentes effusus ibi dolorem, alijs ad pectus, spuriam ibi pleuritidem excitasse, obseruatum. Solet verò malum hoc non continuum esse, sed per interualla & periodos affligere, dum materia cumulata per certa interualla ad articulos detruditur, quæ quidem initio sunt longiora, ita vt sæpe xgri per menses sex, sæpe etiam integrum annum ab Arthritide sint liberi: postea visceribus & calore debilitato & humoribus vitiosis pluribus cumulatis per breuiora interualla malum redit, interdum post menses tres, interdum singulis mensibus, imò nonnullos lecto perpetuò affigere soles. Est nimirum Arthritis in genere definita *dolor partium circa articulos, à defluxa humoris serosi & acris è venis & arteriis in eas effusi excitatus*, seu, si alio modo cum tumor iam concurrit deficiet libeat, *umor circa articulos, ex defluxu humoris se-*

Arthritis quem locū frequentius inuadat?

Arthritidis periodus.

Arthritidis definitio.

rosi, & acris per venas & arterias eò facto ortus, & propter tensionem membranarum circa articulos & acrimoniam humorum eos vellicantem, dolorem &

An per interualla recurrere arthritidis proprium sit?

motum impeditum coniunctum habens. Et quia ea huius morbi natura est, vt vbi semel hominem infestauit, vix vnquam ita corpori bene prospici possit, quin leui de causa, dataque occasione reuertatur, & quidem per periodos, nunc annuos, nunc semestres, nunc menstruos recurrat: doctissimi Medici non pauci in definitione etiam addunt, quod sit dolor vel tumor per certa interualla recurrens. Quod si quis id eò omittendum censet, quod is, qui primum arthritide laboret, & ita paroxysmos plures per interualla recurrentes non passus est, reuera arthritide laborat, & ita paroxysmos plures per interualla recurrentes non passus est, reuera arthritide laborat: istamen hoc negare non potest, quod ea est huius morbi natura, vt in primo etiam paroxysmo per interualla recurrere aptus natus sit; sicut qui Terciana vel Quartana febre primum corripitur, reuera Terciana vel Quartana laborare dicitur, etsi plures paroxysmos tertia vel quarta die recurrentes non expertus sit. Franciscus India equidem eos reprehendit, qui per dolorem arthritidem definiunt, vt pote qui morbum negligentes per symptomata hoc malum definiunt. Verum non nouum est, affectus, in quibus symptoma & morbus concurrunt, per symptomata, vt magis vrgentia, agris molesta & manifesta, definire. Ita phrenitis per delirium, pleuritis per dolorem definitur; etsi vtrouque morbus, inflammatio scilicet adsit. Ideoque præstantissimi quique Medici antiqui & recentiores suos de hoc affectu tractatus de articularum dolore inscripserunt. Neque etiam hic ita commodè per tumorem arthritidis semper definiiri potest, cum sæpe nullus tumor euidentis in partibus externis appareat, & tamen tunc dolor sit vehementior, quam vbi pars intumuit. Ipse verò India valde errat, dum malum hoc per defluxum definit. Neque enim arthritidis defluxus est, sed ex defluxu generatur. Porro quanquam arthritidis omnis, qui circa articulos accidit, dolor appellari possit, atque hoc modo etiam dolori, qui in luxatione, contusione, ictu vulneris, qui in lue venerea est, qui virgibus, dum menstrua erumpunt, aut grauidis partui vicinis in coxa accidit, & omnibus omnino doloribus, qui circa articulos contingunt, hoc nomen attribui possit: tamen non tam latè hic vocabulum arthritidis accipimus, sed *αὐτὸ ἰδίω* peculiarem doloris speciem, quam Germani *das Zipperlein* appellant, ex humoris subito in articulos influxu, & quidem in penitiores articuli partes sese insinuante ortam, & per interualla recurrentem hoc nomine accipimus. Subiectum Arthritidis, si per dolorem definiatur, sunt tantum partes membranosa, ac sensu præditæ circa articulos. Cum enim membrana adæquatæ tactus subiectum sit, etiam hic partes, quæ dolore corripuntur, quatenus membranosa sunt, eum patiuntur: à quibus nec ligamenta membranosa excludimus. Nam licet Galenus ligamenta omnia sensu carere doceat: tamen membranosis ligamenti sensus denegandus non est, quæ puncta scire, experientia docet, ipsaque arthritidis euincit. Neque ratio, quæ affertur, quod scilicet perperuo dolore, & nunquam cessantibus cruciatibus obnoxius futurus sit homo, si ligamenta sentientibus ossibus alliderentur, magni momenti est. Etenim natura ita partes illas munivit, & optimè constituit, vt nihil tale accidat. Hinc manibus quotidie apprehendimus, pedibus ambulamus, in quibus tendines, nervi & membranæ sunt plurimæ, & tamen dolorem nullum percipimus. Si verò per tumorem

An omnis articularum dolor arthritidis dici debeat?

Arthritidis subiectum. An omnia ligamenta sensu careant?

A definiatur, omnes partes articulum coniungentes, eumque ambientes subiectum Arthritidis dici possunt. Quod autem circa articulos dolores hi magis, quam alibi excitantur, causa est, quod venæ, & arteriæ, quæ sinibus suis humores illos acres, quos natura expellere conatur, quique in medio venarum & arteriarum ductu effluere non possunt, effundunt in hæc loca, in quibus membranarum & neruorum est concursus, & quod humores ad articulum sedem peruenientes in angustioribus hisce locis, vbi omnes, quæ eò definiunt, partes sibi mutuò connectuntur & implicantur, hærent, cum alibi liberè magis moueri & vagari possint. Equidem & in alias partes iste humor quandoque diffunditur, scribitque Autor innominatus *libelli de Podagra scriptis Medicorum Principum additi*, §. 8. non solum manus, pedes & articulos omnes huiusmodi fluxiones infestare, verum etiam in ipsum caput, in ipsum iecur, in ipsum quandoque cor facere impressionem. Hieronymus Capruaccius etiam in *consil. à Scholizio collectis consilio 226.* facit mentionem podagrici doloris in latere, ob quem æger diu in tergo decumbere coactus est, nec latera mouere potuit. Et retulit mihi vir Nobilis, virum quendam podagra afflictum etiam grauissimos in membro virili dolores percepisse: & nobilis fœmina narrauit, cognatæ suæ arthritide laboranti etiam margam (ita appellabat, nec incommodè) in fronte erupisse, vt instar arenæ & granorum salis abstergi posset. Verum causa equidem arthritidem pariens, si copiosa sit, etiam in alias partes, præter articulos, diffundi potest; alibi tamen, quam in articulis, arthritidem non parit. Quæri autem hoc loco non sine causa potest, qui fiat, quod arthritidis rarissimè conuulsionem patiantur, sed saltem dolorem, cum tamen neruosa partes hæc afficiantur, & quidem ab humore aeri vellicantur, vt merito conuulsio excitanda videatur. Thomas Erastus, *disput. 4. contra Paracels.* causam esse putat, quod humor neruis circumfusis aqueus sit & pituitosus, eoque propterea magis laxet, quam tendat; atque hæc si non sit causa, quæ sit, se nescire, ingenuè fatetur. Verum hæc causa vera causa omnino non est, neque humor arthritidem excitans simpliciter aqueus & pituitosus est, qui potius laxet, quam tendat partes, vt postea probabitur, & vel ex dolore patet, qui acerbissimus est. Ideoque causam huius rei esse puto in loco affecto, quod scilicet non ipsi nervi, quatenus partibus motui dicatis, musculis putata, inseruntur, motuique inseruiunt, afficiuntur, sed membranæ & ligamenta membranosa potius, quæ partes motui dicatæ non sunt, ac propterea licet grauissimos dolores patiantur, nullum tamen motum conuulsium excitant, nisi forsitan cerebro in consensum tracto, sicut hoc in dentium, oculorum, pleuræ, coli & similibus doloribus videre est, in quibus non nervi motui dicati, sed membranæ potius afficiuntur, sine omni conuulsione. Idem in arthritide accidit, in qua partes membranosa, quæ circa articulos sunt, & extremitates articularum connectunt, ab humoribus affluentibus seu distenduntur, seu vellicantur. Nonnulli quidem statuunt, ipsam cavitatem seu spatium, quod est inter extremitates ossium, humores affluentes recipere, idque spatium verum causæ arthritidem parientis subiectum esse. Verum falsum hoc est, vt *questione* dicitur. *Causa proxima* doloris arthritici, vt in aliis etiam partibus, est continui solutio, quam inducit affluxus humorum acrim in partes membranosa circa articulum eas vel distendendo vel acrimonia simul pungendo & vellicando. Dolorem comitatur motus impotentia, & moti articuli dolor irrita-

Cura ritici r conuulsione nemp. n. tur? Sent ia Erasti

Autor

Arthritidis symptoma

tur & augetur. Tumor quoque, & plerumque cū rubedine & calore, superuenit, & deprehēditur præcipue in articulis extremis; nonnunquā tamen citra rubedinē tumor saltē œdematosus apparet. In codice & homoplata, utpote locis carnoſis, tumor extra vix apparet, sed humor qui affluxit, carne teſt^o super febris quoque, continua imprimis, in arthritide ferè sed semper sæpè in podagra, & gonagra cum dolore Inuadit, & æget primò horrore corripitur, innox calor superuenit, cuius caussa ægri ſiti ve-xantur, pullūsque mutatur & vrinx fiunt rubicundiores, quæ sæpè in principio sunt aqueæ. Qualis autem sit febris, quæ arthritidem comitatur, de eo dissentiunt Auctores, ut *quæst. 4.* dicitur. Superueniunt interdum & alia symptomata, & inter ea vigilia & spasmus. Si arthritidis diu duret, & sæpius ægrum affligat, tandem tophi & nodi in articulis generantur, è crassiore serosi humoris parte, sponte etiam ad coagulationem tendente, & si cutis aperitur, exit materia alias fluida & alba, alias gypsi & calcis inter friabilis, alias tophi & calculi instar dura. Graſſatur etiam malum hoc interdum populariter, caussa ex communi vel aëris vel victus vitio in pluribus generata. An verò ob mori fructus defectum id acciderit aliquando, de eo *quæst. 5.* dicitur.

CAPVT II.

De Causis Arthritidis.

CAussa proxima doloris in arthritide est solutio vnitatis in partibus membranosis circa articulum. Prouenit illa non, ut Capiuaccius vult, saltē à compressione partium sentientium circa articulum, facta à ligamentis humore præter naturam repletis. Etenim ligamenta solidissima & densissima sunt, ut ita ipsa imprimis humores non admittant, & dolor sæpè maximus est, cū tumor vllus vix apparet ac longè maior, quàm ut à sola compressione fieri possit. Fit potius hic dolor à distentione & vellicatione ac punctione in partibus sentientibus circa articulum. Quæ autem eius distentionis ac vellicationis punctioſque caussa sit, explicare difficillimum est ob dissidentes hac de re Medicorum sententias. Alij enim ab intemperie quoque sola arthritidem generari docent, alij à flatu; alij ab humore tantùm, cumque alij pituitam esse statuunt, alij bilem, alij pituitam cum bile, alij cum sanguine mixtam, alij sanguinem crudum & aquosum, alij serum, alij omnes hos humores admittunt. Et quidem hunc humorem alij à capite deſinere statuunt, alijque rursum ab internis partibus, alij ab externis, inter cranium & cutem, alij è venis, alij per vtramque viam, de quibus pluribus infra *quæst. 7.* dicitur. Breuiter ut rem hîc complectamur, caussa proxima arthritidis est humor partim sentientes partes circa articulum distendens, partim pungens ac lancinans, nimirum serosus, non tamen aqueus, sed salsus & acris, & ut Chymici appellant, tartareus, in sanguificatione in liene & epate genitus & à natura per venas & arterias in partes circa articulos protrusus. Et omninò peculiaris naturæ est hic humor, & alius quam qui in aliis partibus inflammationem pariunt, & ortum habet ex alimento, quod plantæ è terra attrahunt. Est enim in omni terra aliquid salinum, & mineralis naturæ particeps. Quod siue sal terræ, siue tartarum cum vulgo Chymicorum nominetur, mihi perinde est, modo de re constet. Mihi tamen non planè idem esse videtur, an sal terræ, an verò tartarum appel-

Ales. Etenim sal corpus sui generis simplex est, tartarum verò (ut quidem à Chymicis in genere hoc loco accipitur) è sale & terra, imò sulphure etiam compositum, vnde etiam terrarum talium differentie constituuntur, & humoris arthritidem parientis diuersitas in variis locis & corporibus oritur. Atque ex salis huius copia, vel paucitate, & cum aliis succis mixtione variæ terrarum differentie oriuntur, ut alia sit lutosa, alia limosa, argillacea, tophacea, calcaria, in alia marga dicta, in alia certa, in alia aliud quid abundet, & est in nonnullis terris, in quibus etiam vulgò frumenta crescunt, huius salis tanta copia, ut etiam ex iis spiritus, qui metalla soluit, destillari possit. Istud sal vel tartarum à plantis cum suo alimento è terra attrahitur, & hinc in homines, quibus plantæ illæ in potum vel cibum cedunt, deriuatur, atque nisi conueniente modo separetur & exeernatur, sanguini tandem permiscetur, & cū corpori alendo ineptum sit, tandem in articulos ob caussas, quæ postea dicentur, depellitur. Et accedit humor hic salsus, qui arthritidem excitat, sæpè ad spirituum, quos Chymici dicunt, ferè naturam, quales sunt vini & aliorum vegetabilium, sale volatili præditorum, item salis, vitrioli, nitri, aquæ fortis, qui etsi sint tenues, subtiles, & aquæ naturam referant: tamen in se salem mordacissimum continent. Ac non minus in arteriis, quam venis continetur, vnde etiam, cum sit subtilissimus, acerbissimos & acutissimos dolores excitat. **C** Neque enim opus est, ut humores illi semper crasso modo corpus lædant, sed sæpè etiam spirituosi sunt, ut infra etiam in caussis de vino dicitur. Et rem ita sese habere multa docent. Primò ipsa doloris vehementia & atrocitas, quæ non ab humore pituitoso, aqueo, vel etiam sanguine partes distendente prouenire potest; sed ab humore acri, molle quidem sæpè exiguo, potestate verò maximo & efficacissimo. Deinde quod in articulis tandem tophi & nodi generantur, è quibus materia calcis instar, qualem etiam vina quædam non defecata deponunt, eximitur & egreditur, id quod in aliis tumoribus non accidit, qui potius in pus, quam tale quid mutantur, & proinde arthritidem aliam peculiarem, quàm alij tumores, caussam habere fatiſ indicat. Tertiò caussæ idem arguunt, cum nihil magis ad arthritidis generationem faciat, quàm vinum, quod sale & tartaro tali maximè abundat, cum nulla planta sit, ut infra etiam dicitur, quæ id, quod salsum, argillosum & calcarium est in terra, magis attrahat, quam ipsa vitis, etsi & aliæ plantæ, ut triticum & hordeum eandem materiam, non tanta tamen copia attrahunt. Imò materia hæc quandoque etiam in aqua continetur; vnde interdum abstemii, aut qui ob paupertatem vinum non bibunt, arthritide laborant, & in quibusdam locis cereuisia arthriticis maximè noxia est, siue id fiat ob frumentum proueniens, siue ob aquam. Atque hinc accidit, ut arthritidis multis locis, ferè endemia sit, & iis ipsis in locis, vbi arthritidis quasi endemia est, quod in multis Morauicæ locis accidit, incolæ præter arthritidem etiam calculo, colica, & inde nata paralyſi & membrorum contractione, atque epilepsia laborant, qui affectus penè omnes non ab humore aqueo, sed acri & salso proueniunt. Tandem & hoc docet, humorem hunc serosum esse, quod arthritidis ad suppurationem non deducitur. Sanguis enim facile in pus mutatur, ut & alij humores, serosorum verò & salforum humorum est, ut si planè sint tenues, toti resoluantur, vel si tartarei & crassi quid admixtum habeant, in tophos & calculos mutantur. Materia hæc, cum potius ad mineralium, quàm vegetabilium naturam acceda, talimentum corpori

caussa Arthritidis. Prouenit vnitatis in arthritide vnde conueniat?

Arthritidis causa proxima.

Sal terre & tartarum an esse?

idoneum nullo modo præbere potest, atque ita vel in prima statim, vel in secunda coctione expelli debet: quod ubi accidit, arthritis non generatur, unde multi vini potatores & helluones ab arthritide immunes sunt, quod idè euenit, quia viscera coctioni dicata robusta habent, quæ omne, quod est excrementitium in cibis & potu assumtis, exactè separant, & per conuenientes vias euacuant. Si verò materia hæc non statim euacuetur, sed in corpore retineatur, hinc inde in corpore protruditur, donec tandem ad articulos pellitur. Frustra ergò, vt *quæst.*

An bilis, pituita vel melancholia sit, &c. Arthritidis causa?

s. pluribus docebitur, ab aliis bilis, pituita, melancholia, sanguis hinc accusatur. Etsi enim fieri possit, vt in vno corpore hic, in alio iste humor abundet, & simul ad articulum dolentem confluat: tamen serosus ille humor, quem natura expellere cupit, & ad articulos protrudit, prima motus causa est, dolorque postea etiam alios humores ad locum affectum concitat, & proinde, si corpus sit plethoricum, sanguis; si cacochymicum, alij etiam humores ad locum affectum mouentur. Interim illi ipsi humores prima arthritidis causa non sunt, & si absque humore illo falso & seroso fuisset ad articulos nunquam fluxissent, cum multi sint plethorici & cacochymici, qui tamen non sunt arthritici. Rectè proinde scribit Mercatus, etsi succi abundant, & vitiosi sint, ob id non protinus in affectus articulares eos degenerare, & arthritidem producere. Sed humor, qui arthritidem producere debet, vt dictum, serosus, falsus acris & tartareus est, & peculiarem ad articulos habet *formam*. Cum verò ad quamlibet fluxionem requiratur materia fluens, terminus à quo, terminus, ad quem, via per quam; & de materia arthritidis causa modò dictum sit: restat, vt de termino à quo, seu loco, in quo materia generatur, via per quam fluit, & termino ad quem, seu parte recipiente dicamus. Et vt de parte recipiente primò agamus, postea causas & internas & externas coniunctim explicare possimus: primò parsiciens hic sūt articuli & pedū præcipuè, à quibus podagra ferè incipit, cæteris partibus omnibus propemodum imbecilliores, vt pote qui calore imbecilliori sunt præditi, cum ex ossibus, ligamentis, cartilaginibus, tendinibus, neruis, membranisque constant, & à calore longius absint, externis etiam caussis, earumque iniuriis valde sint expositi, & à laboribus atque exercitiis magnis debilitentur, atque hinc ad recipiendos affluentes humores sint promptissimæ. Sola tamen articulorum imbellitas ad arthritidem etiam non sufficit, sed fluxio omninò necessaria est. Qui enim, vt Galenus, *6. de tuend. sanis. cap. 13.* habet, nihil colligunt superflui, iis manent imbecillæ partes semper in tuto. Cuius rei euidentissimum argumentum est, quod aliqui sex mensibus, pluribusque infirmis partibus laborant; cum si sola infirmitas id efficeret, perpetuò laboraret pars infirma, cui ægrotationis causa nunquam abesset. Nunc quoniam perpetuò non laborat, manifestum est, aliud quippiam interuenire, quod eius affectus gignendi causa sit, quod certe est nil aliud, quàm quod vel qualitate vel quãtitate redundat. Imbecillitatè tamen partium, quam plerique Medici ad arthritidis generationè necessariam esse statuunt, negat Carol. Pifo, *lib. de morb. ab illunie serosa, consil. 1. de arthrit.* dum scribit, Medicos passim frustra laborare, quando monent, imbecillitatis partim recipientium habendam esse rationem, cum, quod articuli reliquis membris facilius promptiusque serum sponte sua effervescentia recipiant, admittantque, id non sit ab eorum imbecillitate, seu intemperie aliqua, hoc est, laxitate vel raritate, verum ab ipsa conformatione, eaque non in cavitate posi-

Quid requiratur ad quamlibet fluxionem.

Parsiciens fluxionis Arthrit.

Articulorum imbecillitas quomodo ad arthritidem concurrat?

ta, sed potius in coniunctione, cum vasorum omnium finibus, quam conformationem immutare minimè est in nostra facultate positum. Statuitque, articulos solum hoc nomine effervescentia serum admittere, atque imbiberè, quia in iis sistantur, terminenturque vasorum internorum propagines externæ. Scilicet ebullitionem primò incipere in maioribus vasis, internisque, hinc excidere in minores, tandemque in extremos furculos, qui cum non habeant, ubi refundantur imbibitum humorem, inde eum in articulis, in quibus externa vasa fere vniuersa terminantur, sisti, congerique. Quæ omnia, etsi veritati valdè consentanea videantur, duo tamen monenda sunt. Primum est, quod etsi verum est, maiores illos truncos venæ cauz ac arterias, hinc inde ramis soarsis, maximam partem in articulos terminari: tamen sunt rami etiam non pauci, qui hinc inde in carnes & alias partes terminantur, & nihilominus materiam arthritidis ad illas partes nò transfundunt. Præterea etiam materia arthritica nò sèper ad extremos vsque articulos effunditur, sed sæpe etiam in media via, in coxendice, genibus, cubitu subsistit. Alterum est, quod licet illa conformatio vasorum, ob quam ea in articulos terminantur, mutari non potest, laxitas tamen & debilitas partium in quas inseruntur, mutari aliquomodo potest roborantibus, etsi curationis pars minor, vt dictum hic sita sit. Cæterum præter articulorum imbecillitatem alia adhuc mihi subesse causa videtur, cur hic humor ad articulos potius quàm alias partes moueatur, quam vt paradoxum saltem æqui Lectoris iudicio libero submitto. Sanguinem in corpore nostro non esse planè homogeneum, sed diuersas illis partibus diuersas corporis partes al certum est temperatiore carnem, crassiore ossa, subtiliore pulmones, & ita reliquas corporis partes sibi conueniens nutrimentum ex sanguine attrahere. Id quod etiam lapis osteocolle dictus, quod insignem fracta ossa glutinandi vim habet, probare videtur, qui ad ossa potius, quàm alias partes assumtus penetrat, & facit, vt calli breui tempore generentur, imò in iuuenibus callum nimis magnum producit, vt ex Guillelmi Fabricij, *cons. 1. obseru. 90. & 91.* videre est. Mæque hæc solum fiunt in corpore sano, sed & ipsi humores vitiosi non quiuis ad quasuis partes inclinationem habent & pelluntur, sed alij ad alias, id quod cum alij morbi, cum imprimis Plica Polonica docet. Ideoque cum rectè scribat Hercules Saxonia, *lib. de Plica cap. 26.* humorem Plicæ causam habere proprietatem articulis, ligamentis, tendinibus, neruis, membranisque omnibus aduersariam, cum pilis autem, & extrema cute familiaritatem aliquam: etiam me rectè statuere posse puto, humorem arthritidis causam familiaritatem aliquam, & naturæ cognationem habere cum ossibus, membranosis verò partibus esse aduersum, si non occulto modo, a crimonia tamen & facultate vellicante ac lancinante. Verisimile enim est, cum ossa, vt & ligamenta, tendines, sanguine magis terrestri, & cum tartareo humore cognationem habente alantur, alios etiam humores tartareos tam crassos, quàm subtiles magis ad articulos quam alias partes detrudi, & præcipuè ad articulos partium extremarum; cum natura, quantum fieri potest, vitiosos humores à regniis viis ad remotissimas partes propellere soleat. Etsi enim interdum natura non statim ad extremos pedum vel manuum articulos materiam arthritidis causam protrudit, sed in medio articulo aliquo subsistit, tamen postea, cum dolores incipiunt, eadem, si adhuc fortis sit, materiam per easdem vias, per quas influxit, rursus in maiores venas repellit, & hinc ad extremos

Cur hum arthritidis causa potius ad articulos quàm ad alias partes moueatur?

extremos vsque articulos depellit. De qua re plura, vt &, an in ipsis ossibus aliquid, quod ad paroxysmum arthriticum excitandum faciat, delitecat, infra in *quæstione* 8. dicentur. Secundò vbi autem humores arthritidis causâ generentur, & per quas vias in articulos perueniant, varix & discrepantes Medicorum sunt sententiæ, de quibus *quæst.* 7. dicemus. Paucis vt rem complectamur, cum omnes tumores, & humorum in parte aliqua præter naturam collectio duobus modis fiant, vel per congestionem, qua humor sensim in parte colligitur & cumulat, vel per affluxum; priorem modum in arthritide locum habere, non putamus. Si enim per congestionem, & solam partium imbecillitatem humor in articulis colligeretur, non tam subitò, facillè atque euidenter dolor ac tumor nasceretur, & perpetuò laboraret pars infirma, vt pote cui ægritudinis causâ nunquam desicet. Cùm autem arthritici perpetuò non laborent, sed nonnulli lex mensibus liberi sint, postea iterum materia affluit, & quidem subitò, cùm scilicet vitiosus humor in corpore collectus est, qui naturam ad expulsionem stimulat; facillè hinc patet arthritidem per collectionem, quæ sensim fit, non generari. Rectè proinde scribit doctissimus Solenander, *sect. 4. consil. 24.* humor qui paulatim nutritionis particulæ vitio conigitur & apponitur, si quando dolorem excitare, & motum impedire posset, articulare tamen morbum excitare nemo Medicorum dicit. Hoc tamen interm non nego, in iis, qui pedibus aut aliis articulis nunquam ferè valent, ad mali diuturnitatem & continuationem articularum imbecillitatem aliquid conferre posse. Pars enim debilis alimentum sibi non rectè assimilât, sed excrementa colligit, & propterea etiam affluentes humores facilius recipit, & difficulter discutit. Felix Platerus quidem peculiaris cuiusdam arthritidis mentionem facit, qualis ferè etiam infra *quæst.* 6. ex Erasmo mentionem facienus, quæ excitetur non à materia, quæ aliunde affluit, sed ab excremento circa regionem articularum ex sanguine congesto, loco affecto ex multis fluxionibus debilitato, noua excrementa illic congerente, & dolorem non adedò grauem actumorem potius œdematosam, quam alium profertentem, statuitque, eos, qui sic affecti sunt, à podagra rarò immunes esse, & nunc ob affluentem, nunc ob congestum humorem semper illius quædam indicia secum circumferre, aliquidque pati.

Verùm non peculiaris hæc arthritidis species est; & si ab arthritide, quam descripsimus, differt, non arthritidis est, sed tumor potius in pedibus œdematosus. Vnde ipse Platerus confitetur, quod rarius pumò incipiat, sed aliam, quæ ex affluxione fit, sequi solet. Nimirum ex dolore & diuturno ac frequenti humorum affluxu articuli debilitantur, vt etiam affluens alimentum rectè concoquere, & sibi assimilare non possint; vnde multa excrementa colliguntur, quæ congesta tumorem œdematosum citra grauem dolorem excitant. Qui tumor tamen, si dolor arthritidi proprius absit, arthritidis propriè non est; Si autem vera arthritidis coniungatur, pars debilitata humorem, qui affluit, difficulter, & non nisi longo tempore discutere potest, vnde accidit, vt antequam vnus tumor discutiatur, quod Hippocrates vix ante 40. diem fieri scribit, alius humor affluit, & ita perpetuò quasi arthritide laborare æger videatur, aut etiam, si per breuia interualla affluxus fiat, continuo reuera laboret. Quomodo verò & vnde affluxus iste fiat, itidem Autores dissentiunt. Verùm si autoritate seposita rem ipsam, & quæ circa ægros fiunt, attendamus facillè perspicimus,

Operum Sennerti. Tom. III.

A per venas & arterias affluxum hunc fieri. Solent enim instante paroxysmo in arthriticis vasa, quæ ad manus & pedes tendunt, & extremis articulis inseruntur, manifestè intumescere. Deinde morbus hic subitò inuadit, & affluxus subitò fit, quod non nisi per venas & arterias accidere potest. Præterea ex vno loco facillè in alium migrat, præcipuè si parti affectæ refrigerantia & repellentia applicentur, & qui dolor nunc pedem affligebat, pede liberato nunc alterum pedem vel manum affligere incipit. Aut si natura succumbat, humorique istos vitiosos expellere non possit, iis circa viscera, & præcipuè circa cor hærentibus, cordis angustix & animi deliquia excitantur, vt aliquoties obseruauimus, quæ non cessant, donec humor vitiosus iterum in alium articulum depulsus fuerit: qui humoris motus non nisi per vasa communia fieri potest. Præterea febres cùm continuæ, tàm intermittentes interdum in arthritidem terminantur; quod fieri non posset, nisi materia in venis esset. Tandem solet febris accidere, & pulsus mutatio fieri, quæ humorem in venis & arteriis contineri indicant. Cùm itaque humor hic arthritidis causâ in venis & arteriis contineatur, & ex iis in articulos effundatur, procul dubio in coctione aliqua sanguinis eum generari, necessum est, & quidem tali, è qua venæ & arteriæ humorem, quem continent, accipiunt: id quod statimus fieri in epate & liene, sanguificatione ibi suo modo læsa.

C Causæ autem, ob quas generatur hic humor, duæ sunt, priuò iecoris & lienis aliquod vitium, & imprimis caliditas & siccitas, deinde & præcipuè alimenta & potus, quæ materiam talem tartaream suppeditant.

Primum quod attinet, equidem ventriculus etiam aliquid huc conferre potest, si in eo rectè chylus elaborètur, & post hæc coctionem feces tartareæ pleræque non mox separantur; vnde etiam omnes Medici in præcauenda arthritide magnam primæ coctionis rationem habendam esse præcipiunt: non tamen proximè illa ventriculi coctio læsa ad arthritidem facit, sed lienis ac epatis concoctio accedat necessè est. In his enim si aliquod vitium sit, quod quidem facillè & determinatè explicari vix potest, fit, vt partes immixtæ, salsæ ac tartareæ, quæ chylo insunt, non rectè separentur, sed sanguini permixtæ maneant, & cum eo ad venas deriuentur. Atque ob hoc viscerum horum vitium accidit, vt à cibis & potu sæpe non adedò malæ notæ alij facillè offendantur, alij contrà, quæ viscera robusta habent, in quibus & sanguinis coctio & excrementorum separatio rectè perficitur, eisi cibo arthritidi generandæ apto vtantur, & vino eoque etiam minus salubri sese repleant, arthritide non corripantur. Quæ autem illa intemperies epatis ac lienis sit, non ita facile explicari potest. Si quis tamen eam calidam & siccam esse statuat, eum eo non pugnabo. Quomodo autem calida & sicca intemperies id præster, non ita clarum. Franciscus Vallesius per eam intemperiem fortiter exprimi aquam à reliquis succis statuit; quod probabile non est, nisi commodè explicetur. Hoc enim libenter concedimus, si epar sit calidius & siccius, prolixatione moderata assationem quandam fieri, atque ita sanguinem acrem generari. Alj, & satis commodè, statunt, epar & lienem calidum vehementer & intemperanter attrahere serosum & salsum in cibo succum, qui in prima coctione separari & euacuari debebat, atque ita eum sanguini permisceri. Imò forsitan etiam in ipso epate & liene intemperato sanguis non bene elaboratur, atque aliquid in eo relinquitur, quod merito separari debebat, quod postea in venis cumulatam arthriti-

Quomodo & vnde affluxus in arthritide fiat?

Vbi humor arthritidis causâ generetur?

Ob quas causas generetur?

Quænam intemperies epatis ac lienis ad arthritidem faciat?

dis causa est. Atque omnino tale quid in epate ac liene accidere puto, quale quid in renibus accidit. Multi enim sunt, qui caseo & aliis cibis, qui calculo generando apti perhibentur, vescuntur, tamen calculam non generant; alij contra, quibus insita est renum arenosa calculosaque constitutio, vt Fernellius appellat, seu vis id renibus *ad dominum*, ab his facile offenduntur. Non liueto modo potus sese rem habere in arthritide, & esse in arthriticorum visceribus quandam vitiosam constitutionem, salis seu tartari illius effectricem, existimo, ob quam humor ille arthritidis causa producitur, qui vbi abundat, postea ad articulos protruditur. Atque hæc vitiosa constitutio quibusdam à parentibus communicatur, aliis ex cibi & potus similis vtu, & in dicta erroribus contrahitur. Deinde etsi facultas viscerum bene constituta sit, tamen si cibus & potus talitartarea materia abundat, omnis à natura euacuari non potest, & cum nec in prima coctione, nec in secunda, vt par est, separetur, sanguini permixta manet. Interim quantum fieri potest, à natura alteratur, & spiritua fit, si sic loqui liceat, aut, vt Mercatus loquitur, attenuatur, & funditur, & in tenuem, ac spirituosum, & acrem humorem mutatur, qui postea à natura ad articulos detruditur. Articuli enim, vt antea dictum, partes debiles sunt, & extremæ, ossæ & exsanguæ, ad quas natura non solum serosos humores detrudere solet, sed etiam, quæ aliquam cognationem habent cum humore affluente. Imbecillitas autem articulorum est vel natua, vel adscititia. Natua est, cum vel ipsi articuli in prima structura sunt laxiores, mollioresque, & ad recipiendum humores affluentes aptiores, vel à parentibus vel aus arthriticis hæreditario iure intemperem & debilitatē contraxerunt. Adscititia vero est, cum articuli debilitantur vel à labore nimio, aut aëris excessu, aliisque causis articulos alterantibus. Vt autem humor, qui in venis & circum viscera cumalatus est, ad articulos moueatur, accidit, quia natura à vitiosorum humorum copia stimulata ad expellendum insurgit. Si tamen aliquid accedat, quod humores moueat, facilius paroxyimus excitatur. Id quod euenit, si quis ira, terrore, vel alio vehementi animi affectu percellatur, aut si quis eadem die valde calefiat, & rursus refrigeretur, vel immoderatè exerceatur, vel balneo utatur. Quod faciunt & sudoris consueti retentio aut aëris ambientis in quæsitibus excessus, & mutatio, & præcipuè ea, quæ fit circa anni tempora, constatque experientia, circa initium veris & autumnum sanguinem in corpore moueri & agitari, ac si quid vitiosi sit in eò, ad partes ignobiliores depelli, vnde scabies, erysipelas, febres, arthritides, & pro corporum varia dispositione multi alij morbi oriuntur. Et quibus omnibus causis antecedentes, procatarrhicas & omninò remotas externas & internas inuenire facile est, quæ qualescunque sint, vel ad materiæ & humoris arthritidem producentis generationem faciunt, vel articulos & viscera debilitant; vel, vt humores moueantur & concitentur, præstant. Cum autem hæc variaz sint, & aliqua pluribus modis ad arthritidis generationem concurrant, secundum res non naturales dictas considerari possunt. Aerem primò quod atinet, dictum iam, maximè verno tempore arthritidem excitari, deinde autumno, ob humorum, qui eo tempore fit, motum & mutationem. Et quidem præcipuè tempore verno arthritidis infestare solet; cum humores hyberno tempore cumalati tum fundi & moueri soleant; quod elegantibus versibus descripsit Lucianus, in *Trogopodagra*, qui infra videantur. Possunt idem interdum & aliæ aeris anomaliz efficere, & sicut humida aeris constitutio aliàs catarrhos & fluxus;

Arthritidem sæpè inducit. Et proculdubio arthritidis illa epidemia, cuius ex Athenæo infra, *quest. 5.* mentionem facimus, ab aëris aliqua peculiarari constitutione inducta fuit. Deinde imprimis dicta ad arthritidis generationem multum facit, & præcipuè vini ac maximè generosi potus, quo multi sibi arthritidem attrahunt, vnde Q. Serenus scribit: *Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales ferunt mernisse dolores.* Nihilque est, quod arthriticis plus obsit, quàm potus vini, id quod experientia testatur. Nihil enim plus tartareæ illius, aut quomodocunque appellare libet, materiæ arthritidi generandæ aptæ, quàm vinum obtinet. Quæ etsi, vt modò dictum, in corporibus quibusdam robustioribus separatur: tamen arthritici, qui viscerum aliquam debilitatem habent, vt exemplo helluonum sibi aliquid in vini potu indulgeant, non habent; sed commodius est eis à vino abstinere. Contra vero abstinentia à vino multi ab arthritide liberati sunt, scribitque Trineauellius, *de rar. cur. part. hum. corp. aff. lib. 12. cap. 2.* se nouisse Medicum senem Venetum, qui cum non parum infestaretur à podagra, & ad tenuem vsque solum primum ad quinquennium sibi ipsi vinum interdixisset, liber tandem ab omnibus suis molestis ita euasit, vt amplius vsque ad vltimum senium, imò ad mortem horum dolorum expertus fuerit. Quidam etiam Franciscum Pæthium quinquagenarium podagricum in carcerem à Marchione quodam comiectum, & ibi annos viginti detentum, postea à podagra saluum egressum esse, scribit Franciscus Alexander, in *Apollinis radi. primo in descriptione Diacoralij.* Refert quoque Solenander, *sect. 5. consil. 1.* viduam quandam gente Hispanam, cum vsum vini, quo tamen pro more gentis paucissimo & diluissimo vasa fuerat omisit, podagra amplius tentatam non fuisse. Et sunt tales historiarum plures notæ eorum, qui vel in carcerem comiecti, vel ad paupertatem redacti à vino necessariò abstinerunt, & ab arthritide liberati sunt. Nimirum cum, vt supra etiam dictum, arthritidis proxima causa sit quiddam minerale quasi, idque ad alendum corpus planè ineptum, quale in omni terra, etsi in alia plus, in alia minus, reperitur, attrahit id potentius vitis, quàm alia vlla planta, (quod patet vel ex tartaro, quod copiosius in vino, quàm vlla alia planta reperitur, & quod vites in locis, in quibus aliæ plantæ non proueniunt, neque satis alimenti habent, crescant, ferè sale illo terræ contentæ) quod postea cum vino, etsi variè mutatum, in corpus humanum deriuatur, ibique cumalatu arthritidi materiæ præbet. Alij tamè etiam cibi & potus ad arthritidem generandam faciunt, reperiunturque aquæ interdum, quæ ad arthritidem faciunt, & in iis locis, vbi arthritidis endemia quasi est, non solum diuites, qui vinum bibunt, sed & pauperes, aquæ potiores arthritide corripiuntur. Scribit etiam Iulius Alexandrinus, *lib. 15. salubrium cap. 6.* se nouisse quendam Cyprum cui esu cyprinorum podagra erat perpetuò parata, vt in manu illi esset accelerare, quando vellet, eo pacto. Porro vina non omnia sunt eiusdem generis. Quædam enim in terra arenosa proueniunt, & huius tartareæ materiæ minus continent. Talia sunt, quæ ad vicinum oppidum Iesusen crescunt, Gomburgensia dicta, quæ etsi ab incolis eius loci satis liberaliter bibantur; tamen non audiui aliquem ibi esse arthriticum. Talia vina & in aliis multis locis proueniunt. Contra quæ in terra pingui, limosa, argillosa, lapidosa, & lubrica, mineralem margam, tophum aut minerale aliquid aliud admixtum habere crescunt, ad arthritidem generandum sunt paratissima, qualia sunt vina Mo-

Imbecillitas articulorum duplex.

Cur humor articulos moueatur?

Causæ antecedentes.

Aër.

Arthritidis abstinet à vino raru.

Cyprum cui podagra.

Vina Iesusen.

Vina in lubrica.

rauca, Bohemica, Vngarica, Austriaca plerâque. Et licet vina, quæ arthritidem non generant, plus sæpe tartari in vase deponunt, quàm illa, quæ arthritidem producant, imò si destillentur, plus tartari in iis inueniatur, quàm in his, sicut Vratilauiz, vt ad me Clarissimus Dn. D. Doringius perscripfit, è viginti quatuor mensuris vini Rhenani, ferè vnciaz tres tartari; è Tocouiensis verò, inter Hungarica generosissimi, totidem mensuris vix drachmaz duæ tartari in destillatione repertæ sunt: tamen id nihil his, quæ diximus, obstat. Habent enim illa salem illum seu tartarum superficialiter saltem, vt sic dicam, & crasso modo commixtum; aut, vt cum Chymicis loquar, salem adhuc fixum; hæc verò volatitem exactissimè permixtum, ita vt sal illud & tartarum spirituosum quasi factum sit; vnde illud, facilius vel in ventriculo, vel in epate separatur, & per aluum aut urinam excernitur; hoc verò cum spiritu vini mistum in ipsam massam sanguinis transit, & in penitissima corporis penetrat. Et posse sales, qui fixi erant, volatiles fieri, Chymicorum destillationes probant, & tartarum spirituosum quasi posse fieri, & per alembicum eleuari, spiritus vini tartarifatus docet; imò etiam metalla in aquis fortibus & spiritibus ita solui possunt, vt non solum per chartam colentur, sed & in alembicum eleuentur. Quia tamen ille sal, quamuis subtilis sit, alendo corpori ineptus est, utpote mineralis naturæ, quæ ad alendum animalia apta non est, particeps, etiam si cum sanguine in venas penetrat; tamen vt *ἀρτιθρίδις* & inutile à natura tandem è venis & arteriis eicitur, & ad articulos protruditur. Itaque an vinum podagræ generandæ sit aptum, imprimis ex loco natali & affectu iudicandum, vt & ex potentia. Quò enim potentiora sunt vina, eo sal hic exactius & subtilius ipsis permixtus, & magis spirituosus est. Sicut id in spiritu vini tartarifato apparet, qui simplici spiritu vini potentior est. Quæ tamen omnia ita accipienda sunt, si ob viscerum, vt ante etiam dictum, intemperiem & debilitatem id, quod in vino est, excrementitium & tartareum non separetur, si enim separetur innoxium erit vinum. Imò si quod vinum dari posset, quod talis materiz tartaræ partem obtineat, & viscera debilia & excrementa hæc non benè separantia roboret, atque ita coctionem adiuuet, excrementorum secretionem & euacuationem promoueat, illud non saltem non noxium, sed & vtile fore, si moderatè bibabatur, concedimus. Tale vinum Pucinum nonnulli esse statuunt, & propterea ad præcauendam arthritidem commendant. Verùm an in omnibus hoc locum habeat, dubito, & propterea experientiam consulendam censeo. Carolus Piso inter causas, à quibus materia arthritidis in venis cumulat, etiam ponit humidos & aquosos cibos, vt inscula, fructus horarios & similes. Verùm ex falsa hypothese hoc facit, dum serum puram esse aquam statuit; cùm tamen experientia contrarium doceat, & nemò vnquam ex solo ciborum humidorum & aquosorum vsu arthriticus factus sit, neque aquosi humores tantos dolores excitare possint. Facit ad arthritidem generandam etiã consuetarum euacuationum suppressio. Vnde Hippocrates, 6. aph. 29. scribit, mulieres non laborare podagra, nisi menses ipsas defecerint, de quo tamen infra *quest. 9.* dicitur. Ita idem Hippocrates scribit, 6. epid. sect. 8. sect. 55. Abderis Phaëtusa Pythij coniunx antea per iuuentam sæcunda erat, viro autem eius exulante diu menses defecerunt, ex quo postea dolores & rubores ad articulos exorti sunt. Idem quoque in Thaso Namyfiz Gorgippi coniugi contigit. Hinc etiam sæpe ij in arthritidem incidere solent, quibus antiqua tibiærum vlcera aut

A fistulæ ani consolidantur, & aliarum partium fluxiones supprimantur. Humores enim, qui vlcerum crurum diuturna & fistulas ani excitare solent, sunt ipsi etiam salii, & propterea si supprimantur, arthritidem producere possunt. Atque hic plurimi in recensendis causis externis & remotis solent esse prolixi, & nullam rerum non naturalium præterire. Verùm etsi quodcunque etiam in rebus non naturalibus vsurpandis peccatum cacochymiam inducere possit: non ita tamen omnis comparata est, vt arthritidem producere valeat. Atque è reliquis rebus non naturalibus nulla ferè per se arthritidem inducit, nisi quod ex nimio motu, ira, terrore paroxysmus concitatur: & sudorum retentio etiam ad eandem inducendam facit, & si consueti sint, arthritidis imminenti indicium est. Venus tamen nimia cùm articulos & partes neruofas, cùm totum corpus debilitando plurimum ad arthritidis generationem facit. Hinc Poetis Podagra Bacchi & Veneris filia dicitur. Hinc antiqui versus: *Ἀρτιθρίδι βάρχη, ἢ λυσιμυλιε ἀρθρίδις, Γενῆται ποδᾶτι λυσιμυλιε ποδᾶτι.* E solnilumba Venere, solnilumboque Bascho creata est solnilumba Chiragra. Vt Iulius Cæsar Scaliger, in *Ara* vertit. Et Latini Poetæ versus: *Vt Venus enervat vires: sic copia vini, Et tentas gressus, debilitatque pedes.* Interdum etiam hæreditaria podagra est, & non solum articulorum, sed & viscerum humores vitiosos generantium debilitas à parentibus & auis, liberis ac nepotibus communicatur; siue quod materia sanguinis in podagricis est podagrica, à qua spiritus vitales generantur & omnes partes alimentum capiunt. Fieri tamen etiã potest, vt à parentibus podagricis liberi non podagrici generantur; vel demum nepotes podagrici fiant. Nonnulli quidem sunt in ea opinione, quod liberi, qui in ipso paroxysmo arthritico concipiuntur, fiant arthritici; contra qui extra paroxysmum arthriticum concipiuntur, sint salui. Verum pauci forsitan in ipso paroxysmo arthritico generant: sicut etiam epileptici extra paroxysmum epilepticos generant. Neque illa ipsa materia, quæ paroxysmum excitat, communicatur liberis, sed solum dispositio vitiosa, quæ sola non sufficit ad producendam arthritidem, sed humorum vitiosorum affluxus præterea requiritur. Ideoque si liberi dietam exactam seruent, accidere potest, vt illa debilitas à parentibus contracta aboleatur vel corrigatur, ac huiusmodi arthritidi generandæ apti non generentur. Contra fieri potest, vt licet filius non sit podagricus, tamen nepos podagra laboret, si nimirum illud vitium & imbecillitatè ab auo per patrem comunicatam erroribus dietæ augeat, & quæ exspiratura erat, si bona dietæ vsus fuisset, erroribus dietæ quasi exuscitetur. Quibus & hoc accedere potest, quod seminis paterni vitium à bonitate seminis materni corrigi & emendari interdum potest. Possunt præterea semina morbifica sua tempora habere, in quibus demum sese produnt, vt in intoxicationibus & veneno canis rabidi videre est, vel etiam vires suas amittunt & evanescent. E quibus omnibus causam reddere non difficile est, cur diuites potius quam pauperes arthritidi, quæ propterea Germanis etiam diutum morbus appellatur, sint obnoxij. Raro enim compertum habetur, rusticos vel mendicos arthritide laborare, vnde arthritidis quoque *ἡ ἀρτιθρίδις*, id est, pauperes odio habens nominatur: Et in fabula est apud Iouinianū Pontanum, *lib. 5. de ser. c. 1.* podagram aliquando peregrinantem in rusculum diuertisse, atq; cum ibi casulas incertissimè ædificatas, squalidas situ, & nihil præter marras, bidentes rastros & alia instrumenta rustica vidisset, hospitium hoc auersatam fuisse, & in vrbe hospitium

An omne in rebus non naturalibus errorum arthritidem inducere possit? Venus arthritidis causa.

Hæreditaria podagra.

An arthritici liberi extra paroxysmum etiam generentur?

An arthritidis semper in sobolem transfundatur?

Cur diuites potius quàm pauperes arthritidi obnoxij sint?

vinum
An si hu-
mides & a-
quosar-
um dem
parat?
Evacuatio-
nes licet
supellæ.

quæfuisse. Delatan: verò in urbem ad primum ingressam in officinam fabri ferrarij incidisse, & illam quoque, vt sibi incommodam, præterisse: tandem cum in vrbe progredita ad domum quandam peruenisset, ante cuius vestibulum choreæ agitabantur, atque conuiuia, interrogasse, cuius ædes essent, & eam responsum accepisset, otij eas esse, inhabitarique ab hominibus defidiosis, somnoque & vino marcentibus, è vestigio domum ingressam dixisse: Hæc domus, hæc patria est: Et cum solitudinem ac laborem ante fores videret fatigantes, iussisse procul eas abigi, & curas inde exulare cum primisque sobrietatem & abstinentiam. Etenim pauperes & rustici plerunque simplici & paucò cibo contenti sunt: cum contrà diuites ciborum varietate delectentur, vinumque, & plerunque liberalius, bibant, imò sæpè crapulæ & vino dediti sint. Præterea rustici laboribus exercentur, quibus viscerum calor excitatur, & si quid vitiosorum humorum adsit, discutiatur; cum diuites plerique otio magis indulgeant. Insuper diuites rarò Medicis, vt par est, obtemperant, sed ad placitum & palatum medicamenta sibi præscribi postulant, eaque rarò, quantum opus est, continuant, nec diætæ rationem, quam debent, obseruant. Tandem etiam Medicis quidem vtuntur, sed eos sæpissimè mutant, & non rarò Empiricis vel aliis parum doctis se committunt, qui interdum ea medicamenta adhibent, quorum vis morbus potius radices agit, quàm euellit. Solet verò malum hoc ferè viros inuadere, & imprimis ab anno 30. ad 50. quod niuirum ista ætate ob calorem acriorem salsus & tartareus humor magis cumulatur, & postea senes maximè affligere ob caloris natui debilitatem & facultatis expultricis imbecillitatem. Fœminis enim plerunque minus temperanter viuunt Viri, labores maiores sustinent, venere magis vtuntur & læduntur. Fœminæ contrà temperantiores sunt, & præterea menstruas euacuationes habent, per quas natura vitiosos humores simul expellere solet. Vnde etiam Hippocrates, 6. aphor. 29. mulieres non laborare, podagra, nisi menses deficiunt, scribit. Verùm nec fœminæ semper, nec Viri, qui supra & infra eam ætatem sunt ab hoc malo immunes sunt, & licet pueros Hippocrates, 6. aphor. 30. podagra non laborare scribat, ante Veneris vsum, & omnino rarum sit, pueros arthritide laborare: tamen id quoque aliquando accidisse compertum est: sicut & id obseruatum, eos, qui supra 50. annum sunt, quandoque arthritide corripit, vidique nuper Virum doctum, annos 62. natum, qui primò podagra correptus fuerat. Nec etiam Eunuchi, quos Hippocrates, 6. aphor. 28. excipit, semper ab hoc malo immunes sunt, vt *questione 9.* dicetur.

CAPVT III.

Signa Diagnostica.

Signa Diagnostica Arthritidis.

Ipsum malum per se patet, ægrique conqueruntur de dolore circa articulos in pedibus, manibus, genibus & aliis partibus, cui postea accedit tumor, rubor, & plerunque febris. Et quidem cum primò inuadit arthritidis, ferè pollicem pedis & plerunque, sinistri inuadit. Et in aliis articulis dolor ferè in loco affecto consistit. In Ischiadico verò dolore non solum in articulo, quo femoris caput coxendici inferitur, sed per neruos & membranas vsque ad nates, qua nerui à lumbis & ossè sacro exoriuntur, sursum fertur, & deorsum in suram & pedem extenditur, secundum nerui ductum. In aliis etiam arti-

Aculis, vt potè in summo iacentibus, tumor, calor & rubor manifeste percipitur: In Ischiadico vero dolore eadem non apparent, quod locus affectus sit in profundo, & eius loci summa cutis venis conspersa non sit. Summa: in arthritide præcipuè ægro molesta sunt dolor, & motus impotentia. Hinc sequuntur vigilæ, virium delectio, & alia Symptomata, quæ eleganter descripsit Lucianus, in *Tragopodagra* his versibus: *Ἐπιδομοχαρῆς, καὶ ἰννοχάρης, καὶ νεύρομα, βασανιστράδα, Στυροπρωσιόρας κοιλῆσιδρα, δοιδικυφῶδα, γορυχάουδα, γύσια, πειχοδύλοκαροφῶδα, γορυχαψαίχυρτι, πδύρα.* O gaudens fasciis humilis læspeta *Cursueta, calorum torrix, Calcicrematrix, male humisanga, Picrilli somnitiens, genefraga, in somnis Circa articulos tophos inferendi cupida, Curui-* *genusflexa Podagra.* In recensendis vero signis, quibus caussarum differentia & humores diuersi discernantur, plerique Medici sunt satis prolixi, & operosè recensent signa arthritidis ex sanguine, bile, pituita & atra bile. Verùm cum, vt supra dictum, isti humores arthritidem proprie non excitent, sed saltem vel ab humore, qui arthritidis caussa est, agitati, vel dolore partis affectæ attracti ad partem affectam conflant, hoc labore hic superfedebimus. Sitamen omninò propter curationem rectè instituendam affluentis humoris cognitio requiri videatur, ea ex generali de inflammatione doctrina patet, in qua, quæ phlegmone pura, quæ œdematodes, quæ erysipelatodes, quæ scirrholes signa habent, traditur; & facile ex humoris in corpore dominantis signis alibi explicatis, tumorisque qualitibus, atque iis, quæ iuuant & nocent, quis humor vnà affluat, cognoscitur. Agnouerunt tamen hîc doctiores Medici, etiam ij, qui à diuersis humoribus arthritidem prouenire statuerunt, quod signis, quæ à colore, calore, & similibus accidentibus sumuntur, parum fidendum sit, cum occurrant plurima, quæ tam coloris, quam caloris & frigiditatis membri caussa esse possunt, contra materiz peccantis naturam. Humor enim, vt Guainerius ait, vera arthritidis caussa, existens in profundo membri superficiem membri plerunque non mutat, & sic membri color nullum dat indicium: sed potest fieri, vt humor in corpore abundans ex dolore ad locum affectum concitetur, & tumorem efficiat, qui tamen arthritidis caussa non est.

Signa caussarum.

CAPVT IV.

Prognostica.

I Arthritis plerunque morbus lethalis non est. Prognostica Arthritidis. **E**t si enim vires à doloribus & vigiliis multum debilitantur, vt ægri tandem succumbant: tamen hoc non fit, nisi longo tempore. Et arthritici sæpe diu viuunt, & senectutem attingunt, ea de caussa, quod natura humores vitiosos, ex quibus alij morbi periculosiores prognerari poterant, ad articulos per certa interualla protrudit, atque ita partes principes vitiosis humoribus liberat. II. Sitamen periculosa inflammationes, vel perniciosæ febres accedant, vel natura succumbat, vt humores vitiosos amplius expellere non possit, æger de vita periclitari potest. Et si quid tale periculosum coniungatur eum vehementi articulo dolore, delirium puta, tremor cordis, difficultas anhelitus, ac sudor frigidus & pulsus parvus superuenerit, ægrum eodem vel altero die moritarum indicio est. III. Et si verò arthritidis plerunque morbus lethalis non est, curatu tamen difficilis est, & vulgo Medicorum opprobrium habetur. Quanquam enim,

si morbus, non aded difficulter curatur: tamen si A
 dtu protrahatur, & sepius inuadit, curatu fit diffici-
 lior, cum articuli, imò viscera, doloribus & vigi-
 liis, imò affluxu humorum, debilitentur. Atque vt
 morbus hic radices agat, ipsi xgri sepe in causilla
 lant, dum inuadenti primo morbono occurrunt, imò
 eū occultāt, & alij alias morbi sui causas prætexunt,
 de quo eleganter Lucianus, in *Oxyptot.* *Εἰς δὲ τῶν*
ἀδελφῶν ἐστὶν ἰατῶν, καὶ ἀδελφῶν ἀρθρῶν τοῦ οὐραρῆς, Ἄλλο
ἢ μάλιστα ἀρθρῶν ἰατῶν μὲν, Ἄλλο δὲ ἕντι βραχέλι φλο-
δεσκούτ, ὁ δὲ πρῶτος ἀρρῶν ἐστὶ βασιτ, Ἄλλο δὲ πρῶτος μὲ
εἰρηδῶ: τῶ ἀδελφ. Ὁ μὲν ἰατῶν, ὁ δὲ ἀδελφῶν πρῶτος, Χρῆσις
δὲ ἰατρῶν ἀδελφῶν ἀδελφῶν, Ridere vero soleo eos, quos
torqueo: Dum proloqui veram malis causam habet
volunt: Aliamque fictam in promptu habent; quæ
sequeant. Quilibet enim se decipit mendacio: Luxa- B
rum alio cubi, aut grauior allisus pedem: Dum dicti-
tar, veraque causam supprimunt, Quod enim ipse
celat; aut latere alios cupit: Hoc tempus inuito ar-
guunt eo post tamen. Est autem hic morbus postea cu-
 ratu difficilis, tū nō dicitur errores, à quibus xgri
 non abstinēt, tū sepe ob Medicorum imperitiam,
 qui vel quod veram morbi causam ignorant, vel
 medicamenta parū idonea adhibent, quibus arti-
 culos & viscera magis debilitant quàm roborant.
 Interim tamen per se non planè impossibilis curata
 est arthritidis, docentque id exempla multorum ab
 arch inde liberatorum, de quo *quest. 10.* dicitur.
 IV. Quoniamque aut senes sunt, aut cetera articulos
 callositophosque concretos habent, aut ætate uosē C
 viuunt, ut siccam alium habent, hi omnes curari
 non possunt ante humana, quantum ego noui Hip-
 pocrates, 2. *Prædiction.* V. Si in arthritide contigat
 luxatio, difficulter sanatur, aut profus est in-
 sanabilis. Et si enim articulus reponi possit: tamen
 quia articularum ligamenta facta sunt laxiora, per-
 fecta sanatio vix speranda. Si etiam in luxatione,
 quæ sequitur arthritidem, cavitatis articuli materia
 rothacea repleatur, incurabilis morbus est. Arti-
 culus enim reponi non potest, antequam materia
 rothacea illa tollatur, ea verò vix tolli potest.
 VI. Inter omnes arthritidis species ischiadicus
 dolor grauius est, & ob doloris magnitudinem
 & ob symptomatam superuenientium grauitatem.
 Vigiliis enim propter dolorem grauiissimam infert,
 febres accendit, interdum luxatio articuli incidit,
 vnde claudicatio & totius cruris tabes sequitur. Si
 enim ex affluentiæ humoris multitudine articulus
 suo loco excidat, claudicationem fieri necesse est.
 Qui verò os sua sede elapsus masculos, venas, ar-
 terias comprimit, alimentum spiritusque in partes
 inferiores influere non possunt, inde earum tabes
 sequitur. VII. E si verò ischiadicus dolor fit vehe-
 mentissimus, tamen in principio facilius, quàm ex-
 teri, curationem admittit, quia medicamentorum
 vis ad vasa, per quæ fluit in coxendicem humor,
 facilius, quàm ad extremos articulos penetrare, at-
 que ita humor affluens facilius euacuari potest. Si
 verò humor semel affluerit, & in coxendicem sese
 insinuarit, difficulter curatur; quia remedia discuti-
 entia propter articulo incumbentem carnem pen-
 etrare, quò debent, nequeunt. VIII. Quibus diu-
 turno coxendicem dolore infestatis coxa excidit,
 rursumque incidit, iis mucres superueniunt, 6.
aph. 56. id est, excrementa mucosa ex debili par-
 tium neruofarum calore succrescunt. IX. Quibus
 diuturno coxendicem dolore infestatis coxa exci-
 dit, iis crus contabescit, & claudicant, nisi vrantur.
Ibid. aph. 50. Contabescit quidem crus, quia ma-
 le nutritur, ob caloris natui ex humorum vicioso-
 rum diutino affluxu debilitatem, & quia venæ at-
 que arteriæ suo loco dimouentur & comprimuntur,
 & alimentum cruri rectè afferre non possunt. Clau-
 Operum Sennerti. Tom. III.

dicant verò, quia crus ab *ἀρρῶν* robore destituitur,
 & ob luxationem fit breuius, atque ob liga-
 mentorum laxitatem os femotis non firmiter stabi-
 litur. X. Quibus hereditaria est arthritidis, vix vn-
 quam ab ea integre liberantur, & si velint liberari
 longè exactiorē dicitur, & accuratiorē medicamen-
 tum vsus opās habent, quàm alij. XI. Si podagri
 eis varices superuenerint, soluntur podagra. *Ami-*
tenus: quia humores ad articulos fluere consueti
 ad exteriores iam cruris partes deriuantur. XII. Si
 arthritidis suas petiōdos seruare consueta non reue-
 tatur, grauius morbum & sepe lethaliū morborū
 causa est; nisi materia per prophylaxin detrahatur,
 quod præstare difficilissimū. Materia enim, An & cur
 quam in articulos natura detrahere solebat, si ob de- arthritidis ci-
 bilitatem naturæ amplius expelli non possit, vel tus inter-
 circa viscera & partes principes hæret, vel ad pul- dum quam
 mones, intestina, aut alias partes protrusa graui- 40. diebus
 sima ibi mala excitat. XIII. Ipsum paroxysmum finatur?
 quod attinet, de eo scribit Hippocrates, 6. *aph. 49.*
 quibuscumque morbi podagrici sunt, iis sedata in
 40. dies inflammatione finiuntur, modò, vt Gale-
 nus in *comm.* addit, Medicus in curatione nihil de-
 liquerit, & xgri sint obediētes. Cum enim humo-
 res in arthritide per ligamenta, membranas & ner-
 uos dispersi sint, ac partes hæ sint densiores, ac fri-
 gidiores, quàm carnosæ, non mirum est, longius in
 his tempus ad discussionem humoris requiri, quàm
 in partibus carnosis. Aphorismus tamen hic saltem
 intelligendus de vltimo termino, cum experientia
 testetur, multos intra pauciores, quàm quadraginta
 dies sanari. Mitior enim alia est arthritidis & bre-
 uior, quæ breui tempore soluitur. Alia acerbior &
 diuturnior, quæ longiore. Nonnulli causam in hu-
 mores referunt, statuuntque arthritidem, quæ ex
 bile proueniat, esse breuiorem, quæ ex pituita, lon-
 giorem. Verum sit sanè, vt aliàs sanguis, alias pi-
 tuita, alias bilis simul confluat, tamen is ipse hu-
 mor salus, qui proxima arthritidis causa est, nunc
 est tenuior, vt facilius discuti possit, nunc crassior.
 Cui accedit secundo partis robur & delilitas. Quò
 enim pars robustior est, eò humorem, qui afflaxit,
 facilius discutiit, quò verò debilior, eò tardius; vn-
 de accidit, vt qui primum arthritide laborare inci-
 piunt, paroxysmos breuiores habent, qui diutius,
 longiores, nisi diligentem sui curam habeant. Quò
 sepius enim membrum arthritide corripitur, eo
 magis debilitatur. Tertiò ipsi xgri etiam non eadem
 dicitur rationem obseruant, vnde qui eam accuratam
 seruant, facilius liberantur, alij dicitur erroribus
 paroxysmos sibi prolongant, & nouæ fluxioni causam
 præbent.
 XIV. Quo plura & frequentiora subsequuntur
 symptomata, eò difficilior morbus curatur. Inter-
 dum enim ratione vehementissimi doloris xgri
 repellentia & stupefacientia intemptiū exper-
 unt, quæ humorem ad articulos fluentem ad partes
 nobiliores repellunt, vnde accidit, vt xgri in cor-
 dis angustias, lipothymiam vel alia mala inci-
 dant, imò in vitæ periculum coniciantur, & tunc
 solum salutis spes est in eo, vt humores illi, si fieri
 possit, iterum ad articulos repellantur.
 XV. Sunt autem quatuor modi solutionis arthri-
 tidis. Primò enim & frequentius retoluitur materia,
 & quidem tota, vt nullum sui relinquat vestigium,
 vel maxima ex parte, vt sui vestigium aliquod reli-
 quat. Secundò, sed quòd rarius est, in puri quid si-
 mile mutatur materia. Neque enim verum pus est, sed
 sanies quædam, seu ichor resudat & extrâ carnem &
 cutē erodit. Cur autē arthritidis rarissimè ad suppurati-
 onem veniat, consideratione dignum est. Nonnul-
 li sunt in ea sententia, ided id fieri, quia articuli

An & cur
 arthritidis ci-
 tus inter-
 dum quam
 40. diebus
 finatur?

Solutionis
 arthritidis
 quatuor
 modi.
 Cur arthri-
 tidis rarissimè
 ad suppurati-
 onem veniat?

sunt remoti à fonte caloris, tantumque caloris, quantum ad suppurationem requiritur, non habent. Sed veram hanc causam non esse, patet ex eo, quod interdum in ipsis apicibus digitorum inflammatio oritur, quæ tamen ad suppurationem venit. Verior ergo causa esse videtur, ipsius humoris, huius falsi & feroci natura, qui in pus non mutatur, sed vel totus dissipatur, vel si quid relinquitur, in topus concrevit. Tertius modus est, cum ob loci debilitatem materia diutius in parte affecta hærens tandem in topum & nodum mutatur. Et de tali arthritide scribit Galen. 10. *de comp. med. sec. loc. c. 2.* Postquam producti fuerint calli, ne separaveris ad pristinam constitutionem exactè redire articulum posse; & Poeta: *Tollere nodosam nescit Medicina podagram.* Quartus modus est, cum humor alio transfertur, id quod interdum accidit ad membra nobiliora, pulmones, cor, cerebrum, quæ pessima est permutatio, ob quam ægri moriuntur, nisi materia ad articulos retrahatur; aliquando ad ignobiliora, ut varices, sicut *Prognost. 11.* dictum; aliquando euacuatur è corpore, & ut Rhases 11. *continent.* scribit: aliquando ad intestina fertur, fluxumque alui excitat, & intestina excoriat, qui fluxus aliquando ad finem vitæ durat, & viribus paulatim deficientibus propter febres & dolores ægri inarasmò consumti moriuntur.

CAPVT V.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio arthritidis. Cur pauci arthritici sanentur.

Cum affectuum præternaturam perfecta curatio in causarum ablatione consistat, Autores verò de causis arthritidis, ut supra dictum, dissentiant, non mirum etiam est, de curatione alios aliter sentire, eamque variam proponere, quæ discrepantia, ut aliquoties iam dictum, non postrema causa est, ut tam pauci arthritici sanentur, cum quilibet hic hostem, quem sibi sæpe finxit, impugnandum suscipiat, eum vero, qui reuera hostis est, negligat. Patet hoc passim è consiliis Medicis, quæ etiam pro Illustrissimis Viris data sunt, non singula saltè, sed aliquam multa, in quibus plerisque, conquestis hinc inde sententis, res eo plerunque redit, curationem præcipuè ad caput, ut membrum mandans, & articulos, ut membrum recipiens, dirigendâ esse. Ita vnus Fernelii, Medici aliàs doctissimi & experientissimi, autoritas plurimos à veritatis inuestigatione abstraxit, & ut multi ægri parù idonea medicaméta nanciscerentur, fecit. Nos, saluo aliorum iudicio, iis fundamentis, quæ supra proposuimus, insistentes, curandi rationem breuiter proponemus. Consistit autem Curatio in genere ita dicta in duobus. Primum est, ut præsens paroxysmus, seu dolor, tumor, motus impedimentum & alia, quæ ægro arthritide laboranti molesta sunt, tollantur. Alterum est, ut præcaueatur, ne paroxysmus semel sublatus redeat. Et primùm quidem arthritidem præsentem curandi rationem quod attinet, tria sunt præcipuè, quæ in paroxysmo amoueri cupit arthriticus, dolor, tumor, & motus impedimentum. Cum verò hæc tria omnia ab humore p. n. in articulum illapso ortum habeant, tota paroxysmi ablatio in eo consistit, ut humoris influxus inhibeatur, & qui illapsus est, tollatur. Humore enim isto sublato & tumor cessat, & humor euanescit, & motus partis redit. Quia tamen dolor sæpè valde ægrum cruciat, neque eum æger facillè sustinere possit, donec humor eius causa tollatur, dolor interdum leniendus est, etiam antequàm causa planè tollitur. Atque ita to-

Arthritidis curatio.

Ata arthritidis ægrum affligentis curatio consistit in causæ ablatione & doloris lenitione. Primum quod attinet, cum fluxus à motu & ebullitione quasi sanguinis & humorum in venis sumat initium, illa humoris ebullitio & motus sistendus primò, ac humores ad partem affectam ruentes cum impetu non solum aliud auocandi atque auertendi, sed & è corpore euacuandi sunt. Hoc enim nisi fiat, dolor magis exacerbatur. Postea vero humor, qui influxit, discutendus. Et quia dolor imprimis molestus est, is interdum etiam, causa non sublata, leniendus. Ideoque si causa aliqua, vel externa in ambientis aëris intemperie imposita, vel corporis densitas occasionem dederit, ea amouenda, imò etiam contratio modo corrigenda.

Vena sectio.

B Secundo si sanguis in corpore abundet, qui & ab humoris motu commoueatur, & quasi ebulliat, & à dolore ad partem affectam attrahatur, atque ita ut *oualioy* ad arthritidem concurrat, & malum augere possit, ac præterea febris immineat, vel comitetur, venæsectio, si vires ferant, instituenda, ut affluxus ad partem affectam minuatur, & imminenti febrifomes subtrahatur, non nimia tamen quantitas euacuetur. Si verò à sanguinis copia periculum nullo immineat, aut etiam pituitosus humor abundet, venæsectio potius noxia est, quàm utilis; cum tum sanguinis euacuatione spiritus dissipentur & calor natuius absumatur, unde calor in parte affecta humores vincere & ita facillè dissipare non potest, unde ægri tardius conualescunt, imò interdum topi in articulis generantur. Etsi omnes aut plurimi articuli afficiantur, basilica in dextro vel sinistro brachio aperienda. Si vnus tantum articulus, in opposito vena secanda. Ut si in dextro brachio articuli afficiantur, in sinistro brachio vena aperienda; si in sinistro, dextri brachij vena tundenda. Si dexter pes laborat, vena dextri brachij secanda; si sinister, vena in eodem latere in cubitu aperienda. Hoc enim commodius est, quam venam in pede lateris oppositi aperire. Illa enim Venæsectione humores fluentes reuelluntur, hac tantum deriuantur. Eadem ratio est, si dolor sit in coxendice. Venæsectione in brachio in dolore Ischiadico præmissa, ad deriuandum vena commode in poplite aperitur, aut iuxta malleolum interiorem, vel etiam exteriorem in vena illic apparente, quam ob insignem, quam affert, si tunc & in tempore secetur, vtilitatem, Ischiadicam vocant, quæ & sæpè sola hunc affectum sanat. Plerunque autem in crure dolente secatur, licet & in sano apertam admodum profuisse, subitoque omnem dolorem sustulisse, scribit Platerus. Quia verò malum viget, & fluxus velociter fit, etiam statim venæsectio, si ea opus sit, instituenda; & sanguinis quantum opus, si vires ferant, vnica vice detrahendum. Si tamen vires largiorem venæsectionem non ferant, repetitis vicibus tantum detrahendum, quantum plenitudini respondeat. Venæsectionis vicariz possunt esse cucurbitulæ, quæ incipientibus doloribus partisanz oppositæ vel distantia affligantur cum scarificatione. Hirudines etiam in assuetis hæmorrhoidibus appositæ, sanguinem exhauriendo commodum aliquod afferunt.

Purgatio.

C His reuulsionibus per sanguinis euacuationem factis instituenda est purgatio, de qua etsi alij aliter sentiant, ut postea *quæst. 11.* dicetur: tamen plerunque commodè adhibetur. Statim autè inchoantibus vel etiam imminetibus doloribus, antequàm iisdem ut & vigiliis, aut febre aucta vires debilitentur, instituenda, neque hic coctionem aliquam expectare, aut præparationem præmittere opus

Ve. tio.

Cu. bira.

Hi. lica.

Pu. tio.

est; quod superiorum seculorum Medici plerimi fecerunt, qui primò lenientibus vsi sunt, deinde præparantibus seu digestiuis, vt vocant, aliquot dies, tandem purgantibus, quæ humores ad articulos trahant. Cùm enim humores iam antea in motu sint, ac tenues, & turgentiam naturam referant, & natura ipsa eos vt sibi molestos à bono sanguine separare conetur, ac metuendum sit, ne, vt dictum, antequam talia peragantur, humores ad articulos ruant, & dolores ac vigiliis vires deliciantur & febris superueniens purgationem prohibeat; statim purgatio instituenda. Et vnicum purgans exhibiturum plerumque minus ventriculo nocet, quam toties repetitæ digestiue potiones, quæ ventriculum resoluant & labefactant, vt auctis postea cruditatibus maior ad articulos affluxus fiat.

Alterantia.

terantia. Si tamen humores sint nimis calidi & acres, temperari possunt idsculis alteratis cichorio, endiuia, taraxaco, portulaca, acetosa, & medicamentis ex his paratis; nec inutilis est conserua rosarum cum speciebus diatrionis santalon. Vt ℞. *Conseru. ros.* Vnc. iij. *Spec. diatrionsant.* Drach. j. *corall. rubr.* Scrup. j. Cum *syr. granator.* Fiat Electuarium.

Vel ℞. *Margar. præp.* ℞. i. *corall. rubr. præp. santal. omnium* an. ℞. i. *Sem. ros. rubr.* ℞. i. *off. de cord. cerui* Scrup. i. Fiat Puluis. Vel cum *saccharo in aq. ros. dissoluto* rotulæ. Verùm de purgatione duo imprimis monenda. Primò vt aptum tempus, vt antea diximus, eligatur, & ea non nimis diu differatur. Etenim si iam ad ipsos articulos influxerit totus humor, frustra instituitur purgatio, neque humor facile reuocatur. Ideoque vt is, qui ad articulos fluxurus est, ad aluum vertatur, & per eam euacuetur, mox in principio paroxysmi, imò etiam quàmprimam is instare animaduertitur, purgatio instituenda. Hoc modo enim humor, qui in fluxu est, & qui fluxurus erat, per convenientia loca euacuatur, & ne ad partem affectam ruat, impeditur, ac doloris & tumoris incrementum prohibetur, & ita, quod influxit in parte affecta, facilius dissoluitur. Testaturque ipsa experientia, curationem hanc multis profuisse. Ita de se scribit Petrus Bayerus, se à quatuor hominibus ad sellam gestatum postquam aluam quater deposuisset, summo suo electuo Caryocostino à doloribus alienatum fuisse, & sine aduinculo alterius ire potuisse. Deinde considerandum, quibus medicamentis purgatio sit instituenda. Nonnulli à validioribus medicamentis abstinendum censent, & non nisi lenioribus vtendum vel validioribus in minima quantitate, cum fortis purgatio humorum copiam à partibus ignobilioribus & externis trahat ad internas & nobiliores, & accidat aliquando, vt nonnulli à vehementi purgatione febres ardentes, malignas & lethales incidunt. Quod vt libenter concedimus, & vehementioribus purgantibus humores antea feruidos non magis accedendos, aut motum naturæ planè interturbandum censemus: ita etiam cauendum putamus, ne humores saltem agitentur, & in venis commoueantur, & non educantur, ac sufficienter euacuentur. Quod vbi sit, postea maiore impetu ad partem affectam ruunt, vtpote ad quam natura antea eos detrudere conabatur, & ad quam simul à dolore atrahuntur. Purgantia itaque in principio paroxysmi, vel imminente eo, paulo fortiora eligi debent, talia tamen, quæ ventriculum non offendant. Si enim, vt modo dictum, leniora sumantur, humores saltem commouentur, & nihil effatu dignum euacuatur, vnde postea maior ad partem affectam sit confluxus. Ne autem durante purgatione ad partem affectam confluxus fiat, & humor purgatio-

ne motus ad partem affectam ruat, præcauetur, si pars affecta sublimiori loco in lecto ponatur, donec purgatio absoluta sit, vel, quod certius defensuum purgante exhibito supra caput partis affectæ imponatur. Ex gr. si dolor sit in manu, defensuum ad humerum apponendum, potestque id parari à floribus rosarum, balaustris, radicibus bistortæ, tormentillæ, consolide maioris, corticibus granatorum, bolo Armeno, cum albumine oui, & aqua rosarum vel acetum mistis. Etenim cataplasma hoc siccatum & induratum dolores excitet, atque ita fluxum conciet, parum vnguenti Comitillæ, aut olei rosacei omphacini addi potest. Aut loco cataplasmatis fasciæ satis longa posca, in qua muscus quernus, rosæ rubræ, vel aliæ adstringentia modò enumerata cocta sint, madida parti superiori, exempli gratia in podagra pariti supra genua, induci potest. Atque ista detensiuam tandem continuanda, quamdiu purgatio durat, etiam per diem integrum. Quibus autem in specie medicamentis purgatio instituenda sit, in genere definitum non potest; cum magna sit corporum varietas. Licet enim humor proxima arthritidis causa serosus, salus & tartareus sit: tamen & ipse in diuersis corporibus diuerso modo constitutus est, & secum alios humores in corpore abundantes rapit. Imò in eodem corpore semper eadem medicamenta non conueniunt, cum non semper sit idem corporis status. Ideoque præsentis Medici est talia præscribere. Ad humores autem serosos & ichores biliolos euacuandos comparata esse debent, qualia sunt: *Syr. ros. solut. de spina ceruina, domesticus vulgò dictus, manna, mechoacanna, sena, semen carthami;* & hinc composita: *Elect. diacathol. niphæra Persica, de succo rosar.* In fortioribus etiam medicamenta ex hermodactylis vsum habent, atque inter ea electuarium Caryocostinum Bayri, cuius infra de præseruatione fiet mentio. Vel ℞. *Hermodactyl. turbitih. elect.* an. ℞. iij. *diagr.* ℞. i. *h. zingib. mastich.* an. ℞. i. *sacch.* ℞. vi. *F. Puluis.* Dos. ℞. i. vel ℞. i. *h. cum iure carnis.* Vel vsurpentur pilulæ Rhasis, quæ, vt ille scribit, in 9. ad Mansorem cap. 90. lecto decumbentes surgere, moueri & ambulare faciunt, quæ hoc modo componuntur: ℞. *Aloës* ℞. i. *serapion.* obol. dimid. *rosar. rubr.* obol. vnum, *hermodactyl.* ℞. dimid. Fiant pilulæ, quæ vna vice porriganter, habito tamen respectu virium ægroti. Verùm et si serosus humor proxima causa sit arthritidis; tamen quia is alios etiam vitiosos humores in corpore secum rapit, præsertim dolore accedente; præsentis Medici etiam est cuiuslibet ægri in rem præsentem varia medicamenta purgantia præscribere.

Vomitoria.

Vomitum etiam in affuetis vtilis est, & cum is breuiore via humores euacuet, non ita metus est, ne ad partem affectam ruant. Vomitoria tamen hinc tam fortia vix dare licet, vt ex ipsis venis euacuent, sed satis est, si talia exhibeantur, quæ primas vias & partes ventriculo vicinas euacuant. Etenim si humores multi vitiosi circa ventriculum, lienem, & epatis cauum ac in locis vicinis consistent, facile fieri potest, vt commotis in toto corpore humoribus, & ij ad venas penetrent, & ad partem affectam ruant. Post vomitoria verò etiam purgationes instituere licet; imò si vna purgatio non sufficere videtur, ea iteranda est. Franciscus Indio, lib. 2. de *Gurta podagræ* cap. 3. miris laudibus hinc effert vomitorium, quod parat ex sufficienti quantitate pulueris scopiæ regiæ, cum aqua stillaritia aurantium immaturorum tepida exhibitum; quod bilem & pituitam per superiora & inferiora cum commodo ægri euacuare scribit.

Sudorifera. Corpore purgato danda opera, ut sudor prouocetur, vel spontè, vel adhibitis medicamentis. Si enim, ut rectè Crato, *consil. 24.* scribit, quàmprimùm antus sudor detineatur, aut inhibetur, maximè si consuetus fuerit, imminet paroxysmus podagricus: etiam proculdubio augebitur paroxysmus, & prouocabitur, si in eo sudor detineatur, & reliquæ humoris serosi in venis non discutiantur; & contra breuior fiet paroxysmus, si per sudorem serum discutatur. Verùm cum in arthritidis inuasionem fiat quasi quædam humorum ebullitio, & plerumque etiam febris adsit, calida sudorifera, qualia sunt *Iberica, Mitridatum, &* similia, vix conueniunt, cum humores magis accendantur. *Cornucerni* verò vel crudum, vel sine vitione præparatum, commodè exhibetur, aut solum cum aq. cardui benedicti. Vtile est & *Antimonium diaphoreticum*. Si verò corporis constitutio, & humorum dispositio id ferat, decoctum *Sassafras*, vel *sarsæ parillæ*, vel *Chinæ* exhiberi potest, quod tamen cichorio, endiuia, soncho, dente leonis temperare licet. Ea verò, quæ in paroxysmis vtilia sunt ad humores seu sensibilibiter, seu insensibilibiter discutendos, omnia in curatione locum non habent. Vtile etiam decoctum bardanz radicis, seu lappæ maioris, cum incidat, discutiat, sudores & viuas moueat, refertque *Forestus*, *Vastellium Pensionatum Melchinesem* cum in lecto decumberet ex doloribus articulorum, ut nullum membrum mouere posset, bibisse cereuisiam calidam, in qua radix lappæ maioris cocta erat, qua epora cum nullis remediis à Medicis curari possent, plurima minxit alba instar lactis & à doloribus liberatus fuit. Vel *℞. Sarsæ parillæ. ℥. j. ligni sassafr. ℥. b. rad. caryoph. ℥. j. saniali citrini ℥. ij.* Infund. in aq. lb. ij. horis 24. postea coq. Detur manè haustus vel decocti solius, vel cum C. C.

Topica.

Topica. Corpore ita conueniente modo euacuato, & causâ antecedente, quæ morbum auctura fuerat, ablata, iam ad ipsam doloris lenitionem, & causæ continentis, doloris ac tumoris ablationem, ad eoque topica accedendum. Si verò, antequàm ista vniuersalia præmissa fuerint, statim topica adhibeantur, plus damni, quàm commodi inde æger percipit. Vel enim materia, quam natura ad articulos depellere conatur, ad interiora repellitur, vnde graua symptomata excitantur: vel articulis impingitur, dolorque exasperatur: vel pars effeminatur, laxaturque, atque ita fluxus augetur. Quæ cum vulgò non obseruentur, & topica sæpè non satis tempestiuè & cautè adhibeantur, plus plerumque damni, quàm vtilitatis inde ægri percipiunt; vnde etiam vulgata sententia orta est, optimum esse, articulis dolentibus nihil adhibere. Et reuera præstat, nihil applicare, & naturæ rem committere, quàm medicamenta minus idonea vsurpare. Topica autem, quæ applicantur, vel dolorem solum respiciunt, vel causam simul doloris humorem scilicet, qui affluit & afflaxit, doloremque & tumorem excitat,

Dolorem lenientia.**Dolorem lenientia.**

Dolor plerumque in hoc orbo grauissimum symptoma est, & ægri molestissimum, quem maximè diris deuouent, ut in *Luciam Tragopodagra max in principio* videre est, & propterea etiam maximè ablatum cupiunt. Et omnino necessarium est, ut eius rationem habeat Medicus, quia, si nimius sit, vigilias concitat, vires deiecit & attrahendo humores malum auget, atque ita curam ad se meritò trahit, *12. meth. med. cap. 1.* & propterea suite-

A. nitionem per anodyna indicat. Habent autem dolorem lenientia seu anodyna, & hoc commodi, quod partes laxando faciunt, ut humor, qui antea latentem ad interiores circa articulum partes fluebat, etiam iam ad ambientes partes & carnosas, diffundatur. Vnde arthritici dolores, antequàm pars intumescat, sunt vehementissimi; mitigantur verò, vbi pars intumescit. Anodyna autem qualia proprie sunt, alibi dictum in Instit. quæ scilicet partem affectam demulcent & laxant, causam verò ipsam non discutunt. Et parentur hic ex lacte caprino ex vberibus recens mulcto, pane albo & lacte cum vitellis ouorum, & momento croci, ex foliis altheæ, maluæ, brassicæ, calidè impositis; ex semine maluæ, altheæ, cydoniorum, psyllij, & præcipuè ex mucilagibus eorum, *caisia fistulari extracta* cum decocto vel aqua solani, quæ, ut *Auicennas* ait, præstantissimum est remedium, cui, si humores calidi affluant, aliquid olei vel aquæ rosarum addi potest, si frigidi, oleum chamæmelinum; Pro *caisia* etiam roob sambuci vsurpare licet; ex pane albo & vino, & quidem si humor sit calidior, vino rubro, si frigidior, vel mistus, vino albo cum puluere flor. chamæmeli & oleo rosaceo, & caseo ouillo recenti imposito, & sæpius immutato, è stercore bubulo primo vere recens, ut & aqua ex eo distillata. Vtilissimum quoque remedium est *mucilago seminis psyllij*; aqua rosarum vel solani extracta, cui aliquid interdum aceti addi potest, commendaturque hoc medicamentum multum à *Serapione* & aliis. In morbo incipiente *Solenander* sumit crassiores stipes cicutæ, eosque sale implet, & argilla ut pasta obcuratas in locum humidum ponit, ut sal liquecat, quem liquorem in vitro assernat, & paucis loco dolenti applicat. Vfus etiam est sæpissimè cataplasmate hoc: *℞. Maluam integram* cum radicibus concisam minutim, eamque in æquis vini & aceti partibus, eoque in fistili nouo ad tertiæ partis consumptionem, deinde admisce *secalis crassiores furfures*, quantum ad conficiendum cataplasma sufficit, idque calidum loco dolenti applica. *Forestus* refert, quendam aquaticæ lenticulæ, & floribus chamæmeli in lacte coctis parum farinæ hordei addidisse & in formam cataplasmatum redegisse, & apposuisse ad sedandum dolorem cum miraculo quali. Vtile est & oui luteum cum oleo violar. in formam linimenti subactum; ut & aqua spermatis ranarum, quæ forsan etiam aliquam vim narcoticam habent. *Adrianus Spigelius* apud *Morauos* in vsu & nobile experimentum pro sanandis illicet doloribus podagricorum *Umarix* cum radicibus & floribus destillatæ aquam esse scribit: quæ & *Silesis* in frequenti vsu est. Commodum etiam est decocto parietariæ partem affectam fouere. Vsurpantur à plurimis etiam olea & pinguedines. Verùm hic non sine causâ monendum, pinguibus talibus cautè vtendum esse. Cum enim arthritidis sæpè cum erysipellate, quantum ad causam, aliquam cognationem habeat; at verò notum sit, pinguia omnia, quæ poros oblinunt, in erysipellate potius nocere, quàm prodessè: idem etiam in arthritide metuendum videtur, ne, si per pingua poros oblinantur, humore intus detento, dolor augeatur; id quod ipsa experientia testatur. Et vir quidam honestus in vicinia mihi retulit, se in podagricis doloribus sedandis in suo corpore nihil vtilius percepisse, quàm caseum quillum planè recentum impositum, verùm sæpè renouatum. Quamprimum enim à calore partis calfactus pinguescere & quasi butyrum fundere cœnsus incipiebat, dolorem inde sibi augeri dicebat.

℞. Medull. panistrisic. Lib. Sem. Coqu. in lact. rec. q. ad conficiendum cataplasma: Adde mucilag.

sem. alth. ℥. ij. farina sem. lini, fœnigraci, an. ʒ. ij. pulu. flor. chamameli, meliloti an. ℥. i. croci ʒ. i. ol. rosac. chamamel. an. ℥. ʒ. ʒ. Miscce Vel ℥. Lactis recenter nulli ℥. i. ʒ. medulla panis tritici ʒ. v. farina hordei ℥. i. ʒ. hermodactylor. vulgator. ʒ. vi. croci ʒ. i. ol. chamamel. q. s. Fiat cataplasma. Vel ℥. Panis albi ℥. vi. lact. q. s. Miscce ad ignem. Adde vitellor. ouor. ij. ol. rosac. ℥. ij. croci ʒ. i. Miscce. Vel ℥. Farin. hord. fabar. orobi an. ℥. i. sem. lini ʒ. vi. pulu. flor. chamam. ʒ. ij. meliloti ʒ. ij. croci ʒ. i. Coq. in s. q. aq. flor. chamameli: Adde vitellos ouor. duor. ol. chamam. rosar. an. ℥. i. Miscce. Vel ℥. Pulpa panis tritici ℥. ij. pulu. flor. verbasci ℥. j. Coq. in lacte: Adde flor. cassia ℥. j. Miscce. Vel ℥. Sem. lini, fœnigraci part. xq. Extrahatur mucilago aqua rosarum. Adde vitellos ouorum duos, acceri parum. Insperfa farina fabarum, F. Cataplasma. Vel ℥. Farina hordei, sem. lini, fœnigraci, fabarum, pulu. flor. chamem. an. ℥. ʒ. rad. althææ ℥. i. ol. rosac. chamam. an. ℥. i. ʒ. vitellos ouor. num. iij. roob vini ℥. j. Miscce. Fiat Cataplasma. Vel ℥. Flor. verbasci q. v. Infund. in s. q. vini rubri per duos menses, deinde destillentur. Destillata aqua locus foecatur, & deinde inungatur oleo seu liquore de floribus verbasci, vitro clauso ad radios Solis tempore æstiuo collecto. Vel ℥. Gemmas coryli, exprimat ex iis oleum eodem modo, vt ex semine lini parari solet. Corpus, quod post olei expressionem remanet, comburatur, & ex cineribus aqua pura sal eliciatur, qui oleo expresso misceatur. Oleum cum sale mixtum clarificetur transfundendo id per pyxidem ligneam, sicut pictores oleum lini pro suo vsu clarificare solent; & euadit præstans ad dolores leniendos medicamentum. Verùm ipsa anodyna pro qualitate humoris non nihil variari possunt, & in humore calidiore frigida quædam addi, vt rosæ, & earum aqua, aqua plantaginis & similes. In causa verò frigida flores chamameli, meliloti, absinthium, semen lini, fœnigraci addi possunt.

Narcotica.

Nautica. Si anodyna non suffecerint, narcotica vsurpanda, quæ cum stuporem parti inducant, non solum protinus dolorem compescunt, sed & calore suo, quem obtinent, simul humores resoluunt, atque ita cum commodo & tuto, nec cum periculo vti creditur, vsurpantur, sicut Platerus, lib. 2. Pract. scribit: ac propterea, sicut & alij plurimi, hyoscyami & mandragoræ ac papaueris folia recentia contusa vel prius decocta admota commendat, sunt vtilia & illorū olea, ac succus ex illis expressus, pro fotu vsurpatus, vt & radix mandragoræ, semenque hyoscyami cum aliis cataplasinatis forma applicata. Nicotianæ etiam folia recentia contusa & parti dolenti imposita dolorem leniunt. Idem Platerus, vt & alij Autores ad opium accedunt, idque aliis anodynis admiscunt, & Vncias duabus illorum ʒ. j. opij addunt. Si etiam in spiritus vini simplicis, vel etoci infusione flavescentis ℥. iv. camphoræ ʒ. j. & opij ʒ. j. dissoluatur, eoque liquore pars dolens illinatur, efficacissimum scribit esse remedium. Antidota etiam opiata, vt thetiaca, Mithridatium, philonium, recentia addi possunt, præsertim si opij quantitas augeatur. In vsu tamen opiatorum non diu persistendum, cum calido nativo & neruis sint inimica. Idem tamen Platerus, lib. 1. Pract. cap. 5. de castus las. scribit, ab externo narcotico cuti applicato cutem stupidam & indolentem reddi posse, se nunquamprehendere potuisse, licet vt aliqui certi cognosceret, massam opij emollitam parti podagra dolenti applicarit. Exhibita quidem narcotica dolorem etiam facile sedant; verùm cum motum

humorum ad externas partes impediunt, facile aliquid incommodi excitare possunt, & dolorem longiorem efficere, cum dolor paulò post recurrere soleat. E. G. ℥. Farin. hord. ℥. iv. medull. panis tritici ℥. iij. lactis q. s. Coq. ad consistentiam cataplasmatum: adde ol. rosac. ℥. i. vitell. ouor. num. iij. opij ℥. j. Miscce. Vel ℥. Medull. panis tritici q. s. Affunde cremoris lactis q. s. adde croci ʒ. i. thuris ʒ. ʒ. pulu. lumbricor. terrestr. ʒ. ij. vitell. ouor. num. iv. sem. hyoscyami, papau. alb. an. ʒ. iij. Bulliant in vase duplici per horam dimidiam. F. Cataplasma. Vel ℥. fol. hyoscyami M. ij. baccar. solani ℥. i. Coquantur ad molliem & contundantur: inspergatur farin. hord. ℥. i. ʒ. ol. rosac. parum. F. Cataplasma. Vel ℥. farin. hord. medull. panis alb. an. M. ʒ. fol. hyoscyami, malu. violar. an. M. i. flor. chamamel. cortic. papau. alb. an. M. ʒ. ol. lumbric. papa. an. ℥. i. F. Catapl. Silibet, opij & croci an. ʒ. i. addere licet. Vel ℥. rad. mandrag. fol. hyoscyami an. q. s. Coq. & contundantur. adde farina fabar. & ol. rosac. q. s. F. Cataplasma. Vel ℥. Vitrioli crudi lb. ii. spiritus vini lb. iii. aq. sambuc. lb. ii. Miscce simul in cucurbita vitrea bene lutata, appositoque alembico & recipiente, in quò ponantur. sem. hyoscyami contusi ℥. ii. flor. verbasci, sambuci, chamamel. an. M. ii. Fiat destillatio igne aperto; per gradus, donec vitrum igniatur. Post destillationem spiritus cum phlegmate à seminibus & floribus separetur, & vsui in vitro seruetur. Vel ℥. fol. hyoscyami M. i. solani, semperuini, capii, papau. horiens. an. M. ʒ. rad. mandragor. ℥. i. flor. chamamel. verbasci an. P. i. sem. psyllij ℥. i. ʒ. hyoscyami ʒ. i. Coquantur in lacte pro fomento. Remanentia contundantur & addita. farina sem. lini ℥. i. hord. rosac. an. ʒ. ii. Fiat Cataplasma. Nonnulli hæc referunt & aquæ frigidæ perfusionem, & quidem autoritate Hippocratis, qui s. aph. 25. scribit: dolores articulorum podagricos, convulsiones, & horum plurima frigida aqua largè affusa lenat, & dolorem soluit. Nam medicus torpor dolorem soluit. Scribitque Donat. Anton. Ferrus, tract. 2. de podagra cap. 9. se hoc remedium sæpius expertum esse, & cum alia remedia nihil profecissent, ad aquæ frigidæ perfusionem, tanquam ad extremum remedium peruenisse, & statim dolorem sedatum fuisse. Verum enim verò negari equidem non potest, aquam frigidam parti affectæ affusam non solum repellere, sed torporem quandam inducere, atque ita dolorem lenire verùm metuendum est, ne calor innatus partis hoc modo destruat, & in becillitas parti concilietur, ob quam postea malum grauius reddatur, & præterea humor parti impingatur, & in ea condensetur, aut etiam ex violenta repulsionem humores ad interiora ruant.

Repellentia.

Topica verò, quæ ad causam diriguntur, quod attinet, & primò repellentia, etsi ea à nonnullis commendantur: tamen sola hæc vix locum habent. Cum enim natura ipsa motum hunc instituat, & humores vitiosos è partibus internis ad externas & ignobiliores depellat, si is motus impediatur, & humores ad partes internas & principes repellantur, id cum vitæ periculo accidit, & pessima exoriantur symptomata, quæ non cessant, nisi natura humorem vitiosum ad alium articulum iterum expellat. Præterea cum dolor mitigetur, cum materia ad externas, quæ circa articulum sunt partes diffunditur, si per repellentia ad interna repellantur, dolor augetur; vnde nonnulli etiam nec externam auram, etsi non adeò frigida sit, ferre possunt, sed membrum affectum tegant necesse est, si dolorem mitiorem experiri velint. Insuper si materia iam ex

Repellentia.

parte influxerit, repellentium & refrigerantium vltu incrasatur, & parti impingitur, malumque difficiliter curata redditur. Si tamen à subito & nimio humorum affluxu, præsertim calidorum, in principio dolor valde augetur, & is curam totam ad se trahere videatur, ac propterea eam moderati, & repellere non nihil animus sit, repellentibus quidem vtendum, sed non solis, verùm cum anodynis mistis, & præmissa venæsectione & purgatione. Sicut contra in principio nimis laxantia non vsurpanda, cum affluxum humorum promoucant, sed affluxum humorum non nihil remorantia vsurpanda. Itaque cum lactucam, semperuium, portulacam, violatam, plantaginem, rosas, & exus parata adde- rellicet; vt & aliquid aceti. Vt ℞. Farin. bord. ℥. iii. Coq. in oxycrato. Adde vitell. ouor. ii. croci. ℥. j. Misce. Vel ℞. Mucilag. sem. psyllij aqua ros. extracti ℥. ii. mucilag. sem. alth. ℥. i. farin. bord. q. s. vitell. oui vnius. F. Cataplasma. Vel ℞. Ag. sperm. ranar. ℥. iv. solani, flor. sambuci, plantag. ad. ℥. ii. camphor. ℥. b. Misce. Si libet, mucilag. sem. psyllij & cydon. an. ℥. i. addi potest. Vel ℞. Succi hyoscyami, semperuii, lactuca an. ℥. ii. farina hordei ℥. i. vitell. oui vnius, ol. rosac. ℥. ii. Misce. Vel ℞. Ro. ar. rubr. M. i. farin. sem. sanigr. fabar. bord. an. ℥. i. santali rubr. ℥. i. b. flor. chamam. P. j. Coctis & contusis addantur vitell. ouor. ii. aceti ℥. iv. ol. rosac. q. s. Fiat Cataplasma. Vel ℞. Ag. solari, plan. ag. sperm. ranar. an. ℥. ii. ol. rosac. chamamel. an. ℥. i. lactis vaccini ℥. iii. farin. fabar. alth. bord. an. ℥. i. vel q. s. croci ℥. i. vitell. ouor. num. ii. opy ℥. ij. Fiat Cataplasma. Nonnulli C. C. vltum & preparatum in aqua flor. verbasce m. cerant, vel coquunt, & in colatura pannos lineos imbuunt, eosque parti volenti imponunt. Vel ℞. Verbasce recentis lb. vi. vini lb. ii. Macerentur per dies tres, postea destillentur. Vel ℞. Flores verbascei, nisque ampallam vitream reple, & orificio obturato soli expone. Sic enim in liquorem distillant, qui lineo parti affectæ impositum dolorem lenit. Si olea adhibere libet, ℞. Ranas quinque, lumbricorum terrestrium vino locorum ℥. iii. Coq. in ol. rosacco. Colentur.

Discutiencia.

Dolorem lenientia. Vbi autem fluxionis impetus præterit, ac pars intumuit, ea simul misceantur, quæ humorem euocant, leniter discutunt, atque ita aliquid causæ tollunt. Hic autem Medici plerumque prolixi esse solent in recensendis & distinguendis medicamentis, quæ causæ calidæ, quæ frigidæ, imò quæ omnibus humoribus conueniunt. Verum etsi non negamus, ad humoris affluentis conditionem, aliquomodo respiciendum esse: tamen præcipua cura esse debet, vt humor ille serosus & acris, qui proxima & principalis doloris causa est, à partibus in articulis penitioribus ad externas euocetur, & insensibiliter discutatur; id tamen ita fiat, vt humorum, vt dictum modo, quos is secum rapit, quique ratione doloris simul attrahuntur, & vulgo pro proxima arthritidis causa habentur, etiam ratio habeatur. Imò ipse humor ille serosus prima mali huius causa in talis magis, in alius minus calidus est. Ideoque si humor, qui affluit, sit calidior, discussiencia ita comparata esse debent, vt quidem humorem leniter discutiant, affluxum tamen nouo occasionem non præbeant. Et humor talis calidus cum sit simul mobilis & tenuis, facile discutitur, nec fortioribus medicamentis indiget. Si vero humor sit minus calidus, vel frigidior, tutius calidiora adhibere licet. Neque enim metus est, vt tum facile nouus fluxus concitetur, & calidiora medicamenta ad humorem talem discutendum requiruntur. Quibus verò medicamentis hu-

A mor ille serosus & tartareus, vt appellatur à Chymicis, extrahendus & discutendus sit, non sine causa diligenter inquirendum. Etenim diximus de cons. & diff. Chym. & Gal. cap. 15. p. 381. medicamenta causæ suo modo debere esse similia. Nam non quodlibet à quolibet patitur, nec quodlibet cuiuslibet vni- tur. Gummi Arabicum, tragacanthæ, cerasorum ab aqua ob naturæ conuenientiam dissoluuntur, non verò sulphur & alia sulphurea ac oleosa. Sulphur ab oleo dissoluitur, non verò ab aqua forti, et si id argentum & alia metalla soluere possit. Manus pice vel terebinthina sordidæ non aqua, sed oleo vel alia pinguedine mundantur. In ambustis non frigidam aquam adhibere licet, sed oleum lini, vernix, & similia, quæ empyreuma illud extrahunt, adhibenda. In erysipelate seu rosa dicta non pinguis & oleosa imponenda, sed luxurium, oleo temperatum, sapo in aq. sambuci dissolutus, & similia, quæ poros non claudunt, illum tamen subtilem & calidum humorem extrahunt ac discutunt. Eadem in arthritide est ratio, & cum ea non ab aqueo humore, nec etiam ab oleoso aut sulphureo, vt Chymici loquuntur, sed acris & falso originem habeat, ad eum extrahendum & dissipandum potius ea, quæ saltem volatiliem in se continent, quam pinguis & oleosa exhibenda. Et experientia iam multos docuit, à pinguis dolores arthriticos augeri. Hinc Chymici non sine causa commendant saltem armo- macum sæpius sublimatum in vino vel alio conueniente liquore dissolutum, & parti impositum. Alij saltem vniæ, itidem in vino vel alio liquore dissolutum. Et cum Adr. Spigelius scribat, se vidisse vrinam humanam veterem parti dolenti, etiam adhuc perstantibus insignibus doloribus, fomenti loco impositam mirabiliter profuisse, multo magis id sal vniæ præstaret. Imò nonnulli & alijs salibus ad euacuandum istum humorem vtuntur. Noui etiam, qui spiritum salis alijs liquoribus temperatum adhibet. Commodissime aqua Vlmariæ temperatur, & parti dolenti penna illitus humore mita extrahit, vt etiam vaporis forma exhalare videatur. Imò quidam etiam ea commendant, quæ ad phlegmos & vesicatoria vsurpari solent; atque anodynis ea miscent. Neque hæc recentiorum, & Chymicorum saltem inuenta sunt, sed plantas sale volatili & acris abundantes in arthritide curanda iam antiquis in vsu fuisse, vel sola iberis seu lepidium docet, cuius radices tufas cum axungia veteri mistas ischiadicis magno cum com- modo apponi scribitur, vt patet ex Dioscoride, ex Damocrate, cuius carmen apud Galenum, 10. de comp. med. sec. loc. legitur Aëtio, tetrab. serm. 4. cap. 2. & alijs. Et de sinapi semine scribit Alex. Trallianus, quendam, solo sinapi cum sicibus siccat- tis misto in magnis doloribus à frigido humore ortis, vtentem dolore liberatum fuisse. Nonnulli raphanum agrestem comminutum commendant, & vidi quibusdam profuisse. Cuius acrimonia sit metuatur, & feruor inde aliquis excitetur, coqui prius parum potest. Laudatur & liquor limacum. ℞. Limac. ex testis suis exemptis num. xxv. gran. ebali recent. salis an. q. s. Fiat S. S. in vase mundo subtus pertu- so, ponatur in cellam & supponatur vas, quod exci- piat liquorem destillantem, quo panni imbuantur, & parti affectæ applicentur. Commendatur & hoc suf- fimigium. ℞. Ligni aloës, succini, thuris, gummi iu- niperi, sem. hyoscyami, styrac. calamis, gummi taca- base, anima an. Drach. j. Pulueriscentur crassius- culè, puluis supra ignitos carbones proiciatur. & fumus parte affecta per dimidiam horam excipiat. Quercetanus, Pharmacop. rest. cap. 7. quatuor ha- bet aquas antipodagricas. Prima est: ℞. Aqua spermatis ranarum, rapsi barbati, salicis an. lb. ii.

B. *urinae pueri vinum bibentis* lb. iii. *theriac. recent.* Drach. ii. B. *vitrioli, salis fusi, aluminis* an. ℥. iv. Destillentur ad siccitatem per cineres, Adde *salis vitrioli* ℥. i. B. *camphor. croci* an. ℥. ij. M. scē. In aqua ista lintheola madefiant, & parti dolenti applicentur, ac sæpè renouentur. Secunda: ℥. *Sulu, urinae pueri* an. q. v. Destillentur. Tertia: ℥. *fol. & flor. sambuci viridum* an. lb. j. Contundantur & macerentur in l. q. vini per dies 3; in Baln. postea destillentur. Quarta: ℥. *Spir. vini rectific.* lb. ij. *mellis pariss.* lb. i. Destillentur in balneo vaporoso, & duo liquores, alter aqueus, alter sulphureus, seorsim colligantur. Remanentis adde *croci integri* ℥. i. B. *cherebinth. Veneri* ℥. ij. *tartari ad albed. calcinati* lb. B. *salis fusi* ℥. i. *prolegmatis vitrioli* ℥. iv. *lixiiiij sarmentorum vitis* lb. ij. Macerentur horis 24. deinde destillentur ad siccitatem. Fecibus remanentibus adde primam aquam & destilletur. Tandem liquores omnes misce & in baln. vaporoso destilla. Andreas Libanius *Apocalyp. Hermet. part. prior. cap. 8.* omnibus præfert aquam, in qua xs & ferrum exincta, & postea Mercurius vitæ maceratus sit. Vel ℥. *Sapon. Veneri* ℥. i. B. *Spir. vini, aq. flor. sambuci* an. ℥. ij. M. scē. Vel ℥. *Canceror. fluiat.* num. viij. *granor. iunip. M. i. myrrhe, thuris* an. ℥. i. *vini optimi* lb. j. Destillentur. Vel ℥. *Mastic. thuris, myrrhe, ammoniaci, bdelli* an. ℥. ij. *vitriol.* lb. i. *mellis* lb. ij. *tartari* an. ℥. B. *Spir. vini opt.* lb. iv. Destillentur l. a. Solenander *consil. 24. sect. 4.* scribit, se nouisse quendam senem podagracum, qui sibi hoc modo medicinam faciebat. Cum tumor & dolor magnus, locusque rubens erat, accipiebat salem, cinerem, vrinam pueri, & acetum, in his commisit, agitatis madefactum & expressam pannum laneum album applicabat aliquoties Sedato iam magna ex parte dolore, morbo declinante, coquebat sulphur viuum, & puluerem hellebori albi in oleo seminis lini, coque affecta loca illinebat. Idem Solenander istud multis profuisse scribit. Adnascitur ad quercus radices, vt plurimum autumno fungus quidam rubeus, tener, & pro ratione radicis arboris magnus latis, quem propterea *uorsus* nominat, ille proculdubio, cuius supra *lib. 3. præf. part. 2. sect. 2. cap. 7.* de dysenteria facta est mentio: istum in tenues particulas sectam cum trito sale in ollam testaceam indit, ita impurgens salem tritum, vt particularum strata quælibet saltem intermedium recipiant. Sic permixtum conditum fungus in penu subterraneo seponit, muriam, quæ tandem inuenitur in olla, liquefactam colligit, eaque asseruata affectos articulos illinit. Verum quia siccat vehementer & discutit, laxatamque ab humore partem mirifice roborat, monet, principio, priusquam dolor inualuit, eius usum esse vitiosum, aut iam declinante paroxysmo ad materiam absumendam, partique robur, & firmitudinem addendam, potissimum si aliquoties interponatur focus & lotio partium ex decocto verbasci, absinthij, chamæmeli, herbæ paralyseos, saluiz, chamæpityos, artemisiz, rotis marini, meliloci, & id genus aliarum, quæ incidere, abstergere, discutere, siccare mediocriter & roborare valent. Commendatur & hoc Emplastrum. ℥. *Gummi Caranna* ℥. i. B. *camahaca* ℥. vi. *emplastri oxycroci* ℥. ix. *cera alba* ℥. v. *pulueris consolid. maioris* ℥. ij. gr. xv. Cum oleo chamæmel. F. s. a. Emplastrum, quod loco dolenti applicatum valde extrahit materiam & dolori succurrit. Et talia medicamenta plurima magna copia ad Platerum *lib. 2. Præf.* & alios passim existant. De his tamen hoc monendum censeo, in topicis omnibus applicandis signa à iuuantibus & nocentibus diligenter attendenda esse. Et si enim pro-

A xima causa arthritidis sit humor serofus, salus, tartareus, aut quomocumque appellare libet; tamen non est de nihilo, quod Chymici monent, vt infra *quæstione 6.* dicetur, varia esse salum in plantis & terra genera, seu, vt Platerus loquitur, humorem arthritidis causam ichoribus humorum excrementitiorum, qui eum vehementiorem reddant, permisceri. Vnde non solum in diuersis indiuiduis, sed & in eodem secundum ætatem non semper eadem doloris ratio est. Vnde Q. Serenus: *Quædam hæud sunt rabida medicamina digna podagra, Cui tertriscenas species epidaurus ipse Dixit inesse Deus.* Tandem ad discutendas reliquias fiant fomentationes ex artemisia, origano, absinthio, batonica, calamintha, floribus stæchad. Arabiz, lauendulæ, chamæmeli, meliloci, in vino & aqua coctis, quæ simul partem roborant. Monet autem hic Crato, *consil. 240.* vt pedes quam minimè humectentur, sed vapor saltem pedibus excipiatur. Et reuera commodissimæ sunt eiusmodi fomentationes. Si tamen paulo plures plantæ in aqua coquantur, & aliquid salis addatur, vel etiam lixiuium effundatur, nil incommodi ab humectatione expectandum, aut si omnino quid damni metuamus, ne humiditas aquea post balneum in parte affecta relinquatur, trochisci sequentes carbonibus ignitis inciantur, & fumus parte affecta excipiatur.

℥. *Gummi iuniperi, thuris* an. ℥. ij. *ladani, benzoes* an. ℥. i. *cinamomi, caryophyll. nuc. mosab.* an. ℥. B. Puluerisata excipiantur *gummi tragacanth.* & F. trochisci. Commendatur etiam plurimum balneum à ligno iuniperi, vt & decocto vulpis integæ adiectis ranis & lumbricis & herbis antea enumeratis. Vel vngantur pedes conuenienti aliquo linimento vel vnguento. Galenus, 2. *de simpl. med. fac. cap. 18.* vt & alij auctores, plurimum commendant oleum salicum parti affectæ affricatum. Omnibus enim, ait Aetius, *tetrab. ferr. 4. cap. 21.* qui hoc modo fricantur, insitus calor augetur, quod præter naturam est, discutitur, recrementa que consumuntur, & affecta membra redduntur robustiora, vt doloribus amplius non sint obnoxia; maximè si diligenter singulis diebus mane & vesperi per omnem vitam hoc præsidij vtantur. De quo confidenter & proculdubio *uorsus* usus est pronunciare Philagrius, vt Aetius *loc. alleg.* scribit, quod etiam solum sufficiat iis, qui vel maximè circa dicitam delinquant, aut immodicè refrigerantur, aut ægrotant ex labore, aut re venerea nimium sunt vsi, aut quemcunque alium excessum admiserunt. Quia autem oleum & sal non facillè miscentur, sal primò vino calido humectandum, & hinc cum oleo in mortario diligenter miscendum, & semper, antequam hoc linimentum in usum trahatur, sal oleo benè admiscendum. Neque etiam saltem inunctio sufficit, sed articuli benè fricandi sunt, vt medicamento vis penetret. Vel ℥. *Castorei, thuris* an. ℥. i. B. *medull. ceruina. adipis anser.* an. ℥. ij. *ol. mastic. mentha* an. Vnc. ij. B. *bdelli, galbani acet. dissolut.* an. Vnc. B. *farine sem. lxi. fixigraci.* an. ℥. iii. B. *cera q. s.* Fiac Emplastrum. Flav. Clementis pharmacum, cuius vsu homines toto corpore destructos à podagra, chiragraque adeo conualuisse, fertur vt citra noxam ambulauerint, describit Galen. 7. *de comp. med. sec. gen. cap. 12.* vbi & alia huius generis pharmaca habet, vt & 10. *de comp. med. sec. loc. cap. 2.* Vel ℥. *Gummi pini* ℥. j. *picis nigre* Vnc. ij. *cera* Vnc. j. B. *pingued. galli veteris* Vnc. i. *pulu. hermodactyl. sulph. vini* an. ℥. ij. Fiac Emplastrum & tertia die renouetur. Henrici Stapedij *in consil. Schelzi conf. 138.* sunt sequentia. ℥. *Baccar. iuniperi, althæa* an. Vnc. ij.

fol. lauri, myrti, salvia, betonica, stæchados, origani, A
calaminta, maioran. ro. marin. an. M. b. sem. lini,
fenigr. an. ij. ℥. Fiat decoctio in liti 10 è sarmen-
 tis vitis, addendo salis comi numis lb. j. Postea se-
 quenti oleo inangantur. ℥. Rad. pyreth. nuc.
majob. caryoph. contusor an. ʒ. ij. flor. salu. hyssop-
pi, rorismarini, stæchad. Arabic. spica nardi an.
 ʒ. i. b. rad. aristoloch. hermodactyl. an. ʒ. i. Af-
 funde spir. vini lb. j. vel q. s. Micecentur per d em
 postea adde *terebinth. opt. lb. i. Sen. D. stillentur*
 in alembico vitreo. Alexand. Trallianus & alij
 hoc commendant, & in eo multos non solum, qui-
 bus pituitosus humor, sed & quibus bilis affluxe-
 rat, valitudinem recuperasse testantur. ℥. *Thymi,*
origani, sarsucia, calaminta an. q. v. Coq. in B
aceto acerrimo & decocto calido partes affectas sæ-
 pe perfunde ac foue.

Ad Tophos.

Ad To-
phos.

Si materia iam in tophos concreuerit, equidem
 eos dissolvere difficillimum est; verum si nondum
 inneterati sunt, non omnino nulla sanationis spes
 est. Possunt autem ad tophos discutendos adhiberi
 non solum externa & topica, sed & interna. In-
 terna sunt antidota illa supra proposita, inter que
 præcipue utilis est antidotus Tralliani ex Centau-
 rio. Scribit etiam idem Trallianus, quendam, cum
 tophos habere cœpisset, decocto chamæpityos
 summo prohibuisse, ne amplius generarentur. Ex-
 tra se u topica ad nodos dissoluendos utilia sunt
 ammoniacum aceto dissolutum. Vel ℥. *Empl. dia-*
chyl. simpl. Vnc. j. ammoniaci, galbani, bdellij, sa-
gapani an. Diach. i. ol. rini, lino um albori m an. ʒ.
b. palu. in o Diach. i. Fiat emplastr. Vel. ℥. rad.
b. yonæ cucum. agrist. vidis an Vnc. ij. al. b. li-
bor. albor sub cinerib. calid. coltar. an. num. ij.
sem. v. tica, sinapi, nastu ij. an. Vnc. i. Terantur
cum adip. anserin. & ol. amygdal. dulc. s. q. t. Ca-
 taplasma. Galenus & alij id, quod è caleso veteri
 conficitur, plurimum commendant. Nam cute
 spontè disrupta absque sectione articulos citra no-
 xam quæ cotidie lapidibus liberatos resistit. ℥. *Ca-*
u. veteris & acris Vnc. ij. vel q. v. intingatur in m. is
carnis suille sulfat. q. & in mortario lobactus parti
 affectæ imponatur. Alii pedes suum saltos in aqua
 ad molitiem planè coquant, & postea admiscant
 casei antiqui patres duas, naturæ partem vnam,
 & emplastrum inde conficiunt, quod valdè com-
 mendant. Vel ℥. *succitabaci Vnc. iiii. cere citrine*
Vnc. ii. resina pini Vnc. i. ʒ. terebinth. Vnc. i. ol.
ehamamel. q. s. Fiat Cerotum molle. Vel ℥. mel-
lis, axung. v. sine, aceti acris an. lb. serpentes &
testitudines montanas vnum & alterum. Coq. in
 vase vitreato lento igne ad aceri consumptionem, po-
 stea colentur & adde *cere Vnc. iiii. Liquefiant simul*
 & vini feruentur, & loco affecto ad ignem iulinan-
 tur. Utilia etiam sunt luta emollientia & resoluen-
 tia quæ arundinæ thermarum, qualia sunt D. Petri &
 Bartholomæi in agro Pitauino, quibus mane &
 vesperis pars affecta per horam & amplius fouetur,
 & postea thermis abigitur. Erasistratus Sicyonius
 effax ad tophos remedium hoc præbat. ℥. *visei*
querni lb. i. b. thuris, cere, radatum pingu. resina
pini an lb. i. Liqueabilia liquabat & cum pinguibus
 rædis agitabat ac mitcebat, à quibus cum omnis
 pinguedo effluxisset, ab igne ablatum liquor em
 percolabat, thursque in tenuissimum puluerem con-
 tritum inspergebat, & assiduâ, donec in massam
 manus non inquinantem edigeretur, agitabat. Pla-
 za vid. apud Trallian. lib. ii.

CAPVT VI.

De Dolore Ischiadico.

Dolor ischiadicus equidem arthritidis species est, ut de eo præterea, quæ hæcenus dicta sunt, nihil latendum videatur. Verum cum & ra-
 tione partis affectæ aliquod peculiaris habeat, & in
 curatione proprii quid obseruandum veniat, de co
 pauca dicemus. Sunt quidem nonnulli, qui per Is-
 chiadicum dolorem alium affectum ab arthritide
 differentem accipiunt, qui inter chronicos affectus
 est, & accidit is etiam, qui podagra vel chiragra
 etiam nunquam laborantur, ab excrementis illic
 congestis, vel in eam partem influentibus, & ple-
 runque sensim & paulatim. Verum de isto affecto
 hic agere nobis propositum non est, peius que is
 ad ambulandum coxæ viuum impotentiam, quod
 latius te, quàm arthritus extendit, de qua totum hic
 agere nobis propositum est, & prouide etiam de Is-
 chiadico dolore tantum ut arthritico hic agemus.
 De loco autem affecto hic quadam dicitur partia
 est Aëtius *teor. 3. se m 4. cap. 1. ex Archigene ita*
 scribit: Ischiadici proprie dicuntur, quibus
 circa iuncturam quandam vertebrarum innititur.
 Antecessit uerem & quasi auspiciu hoc malum ali-
 quando vicinorum musculorum dolor, & maxime
 lumborum, aliquando vero ab ipsa iunctura initium
 fit affectionis, iam vero quandoque contingit, ut
 ver eam dolore sese sublato circa poplitem locum
 affecto hæreat, alius verò iuxta talum; quibusdam
 verò totum crus æqualiter dolore affligitur, multis
 item circa inguina dolor figitur, & tum sane vesica
 ipsa molestiam transfumens vrinae difficultatem in-
 ducit, & tunc maxime totum crus à coxendicem vs-
 que ad calcaneum dolorem perferit. Fernel. lib. 6.
 de part. morb. & sympt. cap. 18. Ichias, inquit,
 omnium vehementissima sedem non habet in co
 articulo, quo femoris caput in coxendicem inseri-
 tur sed altius, ad summam natem, qua nerui à lum-
 bis & ossæ sacro emergentes feruntur in crura, do-
 lor atrox non in sola est coxendice, sed in femur
 quoque & in suram, & in extremum pedem expor-
 rigitur, quocumque nititur in ab affecta coxendice
 diductus ramis pertingit. Alii, ut Platerus, Ischia-
 dicum dolorem articulo coxæ cum femore tribuunt.
 Verum sciendum, circa coxendicem, ut & in hu-
 mero interdum accidere aliquando dolorem, qui
 quidem sæpè vehementissimus est, non tamen pro-
 prie articularis, cum non sit in articulo, quia mem-
 branam musculorum occupat, neque etiam in vno
 loco consistit, sed ad partes inferiores pleiunque
 descendit. Et talis fere dolor est Ischiadicus, quem
 Aëtius ex Archigene descripsit. Atque hunc dolo-
 rem ex humore seroso acri à capite sub cute defluen-
 te, & circa membranam vel neruum aliquem hæ-
 rente ortum habere concedo: eum tamen dolorem
 proprie arthritidem non esse, ex eo patet. Primum
 quod non circa articulum semper, sed & in multis
 spatii intra articulos consistit. Ita curari hæc vi-
 rum nobilem, qui talem dolorem in ipsis musculis,
 qui sunt inter genua & coxendicem, patiebatur.
 Similes dolores sæpè in pectore accidunt & pleuri-
 tidem notham quandam excitant. De his quod
 certis interuallis raro redeunt, sed sæpè, postquam
 semel atque iterum hominem miserunt, postea
 toto vitæ tempore non reuertuntur. Tertio, quod
 ii, qui dolores hos patiuntur, arthritide in alijs par-
 tibus non affliguntur, quod in vera arthritide acci-
 dit. Qui enim diu arthritide laborant, raro sola po-
 aagra

agra corripuntur, sed postea etiam dolores in manibus & aliis articulis patiuntur. Tandem etiam arthritus vera plerumque & fere semper sibi tumorem adiecit; at verò dolores hi nullum tumorem habent contandū, non solum ubi sunt in loco profundo; sed etiam ubi sunt in loco non profundo, ut in numero sæpè accidit, idque ea de causa evenit, quia humor non ex venis, quibus pars illa nutritur, ut in vera arthritide, affluit. Nos verò non de dolore isto hic agemus, sed qui propriè arthriticus est. Dolor autem iste Ischiadicus hoc propriè habet, quod latius, quam in aliis articulis, & sæpè ad vicina loca diffunditur, id quod accidit primò, quod os coxendicis amplum est, unde etiam tribus nominibus distinguitur, & ubi lateribus ossis sacri connectitur, os illud dicitur; ad coxylam, ischium, anteriore parte, os pubis. Deinde quod nervi, qui à lumbis & ossis sacro ad eam articulationem veniunt, in diuersas partes distribuuntur. Ideoque dolor coxendicis in omnia loca sese diffundit interdum, inque nervos à coxendice deductos pettingit. Est autem hoc malū curari difficile propter loci profanitatē & amplitudinem, ac materię multitudinem, quam locus amplius capit. Quibus diuturno coxendicem dolore intesticis coxa excidit, turfusque incidit, his mucoseres superueniunt. 6. *aph.* 59. et quibus diuturno coxendicem dolore intesticis coxa excidit, his crus contabescit, & claudicant, nisi vrantur, *ibid.* *aphor.* 60. Si enim ab influente humore ligamenta relaxantur, coxa excidit, & in cauitate emittit humor lentus redditur, inò sæpè in lapideam duritiem concreuit. Unde quia vena & arteria suo loco dimouentur, & comprimuntur, *atropia* in cruribus succedit. Si etiam in arthritide ueniam quem ischias apprehendit, vitam breuiorem promittit, quia dolore & inedia æger marcescit, unde etiam *ἰσχιαδία* nomen accepit. Curationem quod attinet, ad reuulsionem commodissimè vena basilica in eodem latere aperitur; deriuationis autem gratia ischiadica. Et quidem si dolor magis extrorsum vergat, quæ est ad malleolum externum, aut saphena, quæ est ad malleolum internum, si dolor magis introrsum vergat. Scribit etiam Hippocrates 6. *epid. sect. 5. r. 62.* cum adsunt *ἰσχιαδία*, vena post aures scarificandæ sunt; quem locum Galenus & alij de fluxionibus in coxendicem expleant: præceptum tamen Hippocratis verum esse non putant. Hippocratem vero defendit Sæghias, & cum ratione illud, quod procul dubio experientia obseruauit, Hippocratem proposuisse patet. Cum n. causa mali per foramen nuchæ vel viam Fernelij in coxendicem destillet, ad fontē mali tollendum circa aures restè remedium adhiberi stuit. Verum etsi ista concedantur: tamen *ἰσχιαδία* ista non sunt dolores ischiadici propriè dicti, qui ad arthritidem pertinent, sed ij quorum supra facta est mentio. Purgationes fortiores hic locum habent, atque vtile est hic Electarium Caryocollinū, pilule arthritice, scætidæ, de hermodactylis. Crato equidem *consil.* 247. ischiadicos dolores purgantia non ferre scribit; cum humores magis in ea loca decumbant: verum de insufficiente purgatione hoc est accipiendum. Et videntur hic vomitoria purgantibus per aluum commodiora esse, cum per locum à parte affecta remotiorem humores vitiosos euacuet. Repellentia hic plane locum non habent; cum metuendum sit, ne horū vsu sanguis & alij humores versus partem affectam repellantur, ibique cumulentur. Præmissis vniuersalibus attrahentia & resoluencia medicamenta imponenda, eaque fortiora quæ humorem è profundo in superficiem euocent, qualia parantur ex herbis discutientibus, fol. sambuci, ebulli, lauri, rutæ, betonicæ, chamæmelo, chamæpiperum Sennertu. Tom. III.

Athy, roremarino, meliloto, sem. sinapi, staphidis agræ, cantharidibus, pice, sulphure, cerebinthina, ammoniaco, galbano, bdellio, opopanace, euphorbio. Celebre medicamentum est, quod fit ex ibetide seu lepidio, cuius supra facta est mentio, ut & nasturtio hyemali & piperitide. Ut *℞. Iberidis, piperitidis, nasturtij aquat.* omnium vel vnus M. iv. Coq. in vino, Alperge farinam lupinorum, orobi, fabarum an. *℥. j.* pulu. ruta sicca *℥. ij.* flor. chamæmel. *℥. i.* rad. costi *℥. i.* s. ol. terebinth *℥. ℥. ℥.* s. lumbri-cor. q. s. Fiat Cataplasma. Vel *℞. Sinapi acerò acerrimo dissolu. ℥. ij.* fermenti acris Vnc. *℥. pulu. hermodact.* Drach. *ij.* mellis Vnc. *ij.* terebinth. *℥. iv.* ol. lauri, de spica an. Vnc. *ij.* farin. sem. fœnugrac. an. Vnc. *i.* s. terra formicar, cum ouis *℥. j.* fol. lauri, salvia, ruta, rorismarini an. M. s. lumbri-cor. terrestrinum præp. *℥. ℥.* Terra formicar. cum ouis & lumbri-cis ac herbis in vino albo coquatur, postea colentur, & reliqua admisceantur. Vel *℞. Rad. sigill. B. Maria* (quæ ad ischiadicum dolorem imprimis commendantur sectæ & coxendicis appositæ) *℥. vi.* emplastri diachyl. simpl. Vnc. *℥. croci in spiritu vini dissolut.* *℥. ij.* terebinth *℥. j.* ol. de spica q. s. Fiat Emplastrum. Vel *℞. Cera curina, terebinth. abiotis* an. Vnc. *ij.* Liquefiant simul, ubi refluxerunt. Adde pulu. seminis urticae, hermodactyl. an. Drach. *ij.* rad. aristolosb. rotund. flor chamæmel. iridis Florent. an. Drach. *ij.* s. myrtha Drach. *ij.* croci *℥. iv.* Malaxentui manibus arungia porcina inunctis. Fiat Emplastrum. Vel *℞. Cera, visci querni, terebinth. irid. sicca, myrtha galbani,* Cum oleo lumbri-cor. Fiat Ceratum. Quibus si dolor non cedat, cucurbitulæ cum multa flamma apponantur, vel vesicatoria. Si ne sic quidem malum tollatur, de Hippocratis consilio. 6. *aph.* 60. pars affecta vrenda, quod & Celsus probat, dum *lib. 4. cap. 20.* scribit, vltimum est & in veteribus quoque morbis efficacissimum tribus aut quatuor locis supra coxam cutem candentibus ferris exulcerare. Partem enim calefaciendo crassos viscidos humores dissoluit & euacuat, ac si, quod fieri debet, vlcera aperta feruentur, materia vitiosa per ea effluit. De modo vrendi vide P. Æginetam, *lib. 6. cap. 76.* At bucal. *D part. 1. c. 43.* Nonnulli & arthritidis vertebrarum dorsu in specie mentionem faciunt: & concedimus eam interdum dari, quæ etiam eandem causam & curationem habet, quam alix arthritides. Videndum tamen hic, ne decipiamur ac quemcunque dorsu dolorem pro arthritide habeamus. Sæpè enim accidit, ut ex materia serosa, è capite defluente in dorso, & præcipuè secundum ductum musculi cucullaris dicti descendente, & ad spinam in fine eius musculi hærente dolor excitetur: qui tamen arthritidis non est; cum non in partibus ad articulum pertinentibus accidat, sæpè etiam momentaneus sit, ac dormientes affligat, à somno vero surgentes deserat & euanescat, quod in vera arthritide non accidit.

CAPVT VII.

De ratione precauendi Arthritidem.

MULTI quidem id vitæ agunt, ut à doloribus arthriticis liberentur; Liberati autem parum solliciti sunt, qua ratione obuere possint, ne istidem doloribus iterum corripiantur, & neque medicamenta, quibus malum hoc precauent, vsurpant, neque à diæta erroribus sibi temperant, & ita malum recens inueterascere sinunt, unde non mirum, paucos podagricos sanari. Verum præcautio non

Ratio precauendi arthritidem.

minus, quam curatio in specie ita dicta necessaria A
 In quibus est. Consistit autem ea in tribus, primum est, vt
 consistat? caueatur, ne materia, quæ ad articulos fluere possit,
 colligatur. Secundum, vt si quæ collecta sit, tollatur,
 antequam ad articulos ruat. Tertium, vt articuli
 eam non faciliè recipiant. Si verò, quod nonnulli
 faciunt, quis saltem articulis roborandis operam
 dare velit, interim permittere, vt materia vitiosa in
 corpore cumuletur, plus damni, quàm commodi
 inde sentiet. Si enim materia vitiosa in corpore ad-
 sit, nec ad articulos consueto modo protrudatur, re-
 tenta in corpore ad auas partes nobiliores fluere &
 grauius morborum causa esse potest. Primum
 præcautio- præstat bona diætæ ratio, & medicamentum
 nis mem- viscerum intemperiem corrigentia. Secundum san-
 brum, dia- guinis missio, purgantia, & alia serosos & tartareos
 ta, humores tollentia. Tertium articulos roborantia.
 Et primò diætam quot attinet, omnino in præca-
 uenda arthritide ea plurimum potest & maximi
 momenti est, & sine ea medicamenta, etiam ge-
 nerosissima, nihil proficiunt. Et quod tam pauci ar-
 thritici sanantur, maximam partem ob eorum in
 diætâ licentiam accidit. Contrâ sola victus ratio
 malum istud sæpe expugnare potest, scribitque rectè
 Crato, *Consil.* 161. Ego podagricis, *inquit*, nihil nisi
 rectam victus rationem consulendam arbitror.
 Quæ enim medicamenta vel materiam ipsam
 exhaurire, vel calorem roborare possunt? Et Sole-
 nander, *sect. 1. consil.* 20. Obleruamus, *inquit*,
 multos cura & diligentia liberos se reddidisse, hos,
 quod abstemij facti essent, illos, quia Venerem nullam
 habuissent; nonnullos, quod vsi essent continuo
 hoc aut illo medicamento; quosdam, quia hunc
 vel illum cibum tanquam noxium vitassent. Diætæ
 autem ratio consistit in recta sex rerum non natura-
 lium vsu. Et primò aerem quod attinet, vitetur om-
 nis aeris in qualitatibus excessus, qui humores in
 corpore vitiosos vel retinere vel fundere potest, &
 imprimis frigidus, qui transpirationem & perenne
 illud vaporum effluuium retinet; imò & serum ab
 habitu corporis in centrum compellit, vbi postea
 faciliè effruescit, & agitari incipit. Ideoque arthritici
 contra externas aeris iniurias vestibus idoneis
 sese accutate muniant, caueantque ne frigus exter-
 num habitum corporis denset, vaporumque effluuium
 prohibeat. Et si habitus corporis fortè densatus sit,
 crebris, sed leuibus frictionibus rarefaciendus. Im-
 primis verò cibi & potus accurata habenda ratio.
 Cum enim potus & cibis materiam arthritidis sup-
 peditare soleat, nisi æger à cibo & potu sibi noxio
 abstineat, aut circa eum errores committat, frustra
 sanitatem sperat. Et cum æger ipsi animaduertant,
 qui sibi sint noxij, (sicut supra de quodam diximus,
 qui ex Cyprinorum esu semper in arthritidem inci-
 debat) ab iis omnino abstinere æger. Quantitas
 etiam cibi ea solum assumenda, quæ viribus refi-
 ciendis & conseruandis satis sit. Et omninò non
 plus cibi sumendum, quàm rectè in ventriculo, epa-
 te & lieni concoqui possit, quod fiet, si ea solum ci-
 bi quantitas sumatur, vt *æxiptis* Hippocratis adsit, i.
 e. vt de mensa surgeus plura temper appetat, nun-
 quam vero ita sese cibo repleat, vt nullum eius de-
 siderium relinquatur. Cum enim in his coctioni-
 bus, quod excrementitium est, separari soleat, si
 coctiones istæ non rectè perficiantur, excrementa
 multa, eaque tartarea sanguini permiscuntur, quæ
 postea, vt inutilia, suo tempore à natura ad articu-
 los detruduntur. Aut si in vna mensa aliquid pecca-
 tum sit in quantitate, in sequenti mensa detrahen-
 dum. Semel etiam in septimana à cœna abstinere,
 vel parcissimè ea vti commodum est. Cibus etiam
 nouus non sumendus, nisi prior concoctus sit, Cœna

Primum
 præcautio-
 nis mem-
 brum, dia-
 ta.

Aër.

Cibus &
 potus.

Cibi quan-
 titas.

prandio semper parcior sit. Ciborum quoque va-
 rietas in vna mensa vitanda, quæ non minus, quam Qualita
 ciborum nimia copia, noxia est. Panis ergo sit pu-
 rus & fermentatus. Caro veruecina, hœdina, vituli-
 na, & similes boni succi. Conceditur & bubula iu-
 nior, præsertim in calidioribus, scribitque Alex.
 Tralhanus, *lib. 11. cap. 1.* quod norit, quosdam, qui
 fluxione copiosissima acri laborabant, maximè car-
 nibus bubulis adiutum fuisse. Nonnulli gallinarum
 & caponum carnibus abstinendum putant, idque
 ideo, quia multi sint nutrimenti. Verum cibus bo-
 ni & multi succi vix aliquem in arthritidem conicit,
 modò debita quantitate sumatur. Alij ideo gallos,
 capones & gallinas podagricis nocere putant, quod
 & ipsi podagra quandoque laborent; quod sanè etiã
 accidere potest, ob causam quam iam dicam. Mihi
 enim maximè vero consentaneum videtur, id euenire,
 quod galli & gallinæ arenam etiam & calculos
 vorant, eosque in ventriculo concoquunt, è quibus
 faciliè aliquid falsi, terrestris & tartarei in ipsum
 sanguinem derivari, atque postea homini arthritidis
 materiam præbere potest. Cui sententiæ fauere vi-
 detur Crato, *consil.* 246. dum caponem peculiarem
 humorem habere scribit, quem natura ad arti-
 culos depellit. Piscium vsus sit parcus: à Cyprinis
 verò & mollibus piscibus, vt anguillis & sianibus,
 planè abstinendum; vt & à cibus, qui aluum ob-
 struendi vim habent, vel ventriculum refrigerant.
 Casei etiam multi vsustutus non est. Al sumendum
 & à leguminibus, præter hordei in quæ terreum
 succum multum continent. Et quia, vt Crato, *con-
 sil.* 247. scribit, inter vinum & brassicam naturalis
 quædam antipathia esse perhibetur, vile creditur,
 si podagrici (vt pote quibus vinum noxium) fre-
 quenter brassica & pane hordaceo fruuntur. Scri-
 bitque Plinius, *lib. 20. c. 9.* Inuenio & à podagra
 liberatos eaendo brassicam, decoctumque ius bibè-
 dum. Pomorum vsum plurimi non sine causâ dam-
 nant, atque Medicos monent, ratione & obseruatio-
 ne dicti, vt morbis articularibus obnoxiiis interdici-
 cant vsum pomorum. Habent enim poma humorè
 copiosum, cumque plerumque acrimoniæ alicuius
 participem, & penetrandi vi præditum (ob quem
 etiam maculæ à succo pomorum è pannis lineis dif-
 ficulter eluuntur) & propterea humores faciliè mo-
 uent. Vitentur etiam pinguis, & imprimis frixa, vt
 pote quæ non solum malum nutrimentum præbent,
 sed & alios cibos corrumpunt. Vt & cibi nimis aro-
 matibus conditi. In potu verò eligendo imprimis
 cautione opus est. A vinis Morauicis, Austriacis,
 Hungaricis & similibus, quæ arthritidem generare
 certum est, planè abstinendum. Alia verò, quæ in sanis
 arthritidem facile non generant, omnino parè bi-
 benda, cum & ipsa aliquid tartareæ materiæ conti-
 neant. Inter quæ vina salubria etiam Hispanicum
 crassum rubrum, quod de Alecante vocant, vel vinum
 tinctum, refert Solenander, *sect. 4. consil.* 24. cuius-
 que, vt minus noxij, mediocrè vsum arthriticis cō-
 cedit. Alij & Pucinum laudant. Vt & quod è Valle
 Telina affertur; cum non ita articulos ferendi vim
 habeant. Et si ab his etiam vinis sese lædi sentiat
 æger vino planè, si potest, abstineat: cum fieri pos-
 sit, vt ad podagram dispositis ea etiam vina nocent,
 quæ alij sine damno bibunt. Scribitque Paulus
 Ægineta, *dere modis lib. 3. c. 78.* Multos noui,
 qui à solo vino penitus abstinerunt, & omnes
 opem senserunt. Quidam enim in principio morbi
 perfectè liberati sunt: quidam postea & rarò, & ne-
 que valde dolorosè exacerbati sunt. Si igitur nihil
 aduersè ex hoc contingat, aut in futurum timeatur,
 per totâ vitam à vino abstinere. Qui verò propter
 debilitatem aut persuasionem aliquantulum succu-

Galli,
 galli, &
 pones a
 thritice
 noxij.

Brassica
 thritice
 vtilis.

Potus
 Vinum
 thritice

Vina f-
 bria.

buerunt, vbi ad biennium à vino abstinuerint, hinc modicum & aequolum perpetuò bibant. Oportet autem eos, qui à vino abstinere, pro vino auti decoctum bibere, aut alicuius eiusmodi seminis, abstinendo quantum eius fieri potest à fructibus, pomis & reliquis refrigerantibus. *Itæc Agneta.* Et reuera rem ita sese habere, supra c. 2. exemplis probatum est. Atque in nostris regionibus, qui volunt, longè facilius, quam in Græcia & alibi, à vino abstinere possunt; cum passim cereuisiæ latis commode habeantur, quæ vini vicem supplere possunt. Et quiniuis à vino planè abstinere plurimis darum, imò iudicium videatur: tamen, sicut rectè ab Hippocrate, 2. *aph.* 50. dictum est, ad insueta etiam quandoque mutatio facienda est. Si qui verò à vino planè abstinere nolunt, vel propter valetudinis incommodum non possunt, id quod plerumque accidit, bibant vinum Rhenanum, non tamen forte, neque etiam crudum, vel etiam Pucinum, aut simile, neque tamen copiosè. Ideoque non displicet consilium Solenandi, qui, *sect. 4. consil. 24.* in vsu vini temperamenti, constitutionis corporis, ætatis, consuevit adhibendam esse rationem suadet; cum magna sit corporum varietas, & quod vni est utile ac salubre, alteri possit esse noxium ac inutile. Itaque in vsu vini imprimis attendendum, quid commodi vel damni æger ex eo percipiat. Si enim nocere vinum animaduertatur, penitus omittendum, aut si sine damno omitti non possit, parcissimè bibendum. Et qui in vsu vini sibi non temperare, ac modum seruare potest, ei vinum potius interdiciendum, quam permittendum. In paroxysmi verò initio à vino planè abstinendum. Neque etiam vinum bibendum ventriculo vacuo, sed cum cibus solidior iam assumtus est. Bibere etiam vinum inter prandium & cenam maximè noxium; cum facilè ad epar penetrat, & fluxiones excitet.

Potus tantum saltem assumatur, quantum sedandæ sicuti satis sit, non verò fluctuationem ciborum efficiat. Somnus & quies moderata sint: somnusque non mox à cibo ineatur, nec ultra septem vel octo horas extendatur; non tamen etiam septem horis breuior sit. Exercitia corporis sint moderata, & ante cibum ineantur. Et si quo in morbo vens est aphorismus Hippoc. ἀκρίσις βυθίης ἀκρίβη τροφῆς, ἀουλίη πινυ: *exercitium tantum atis est, non satietati cibo & impingua est ad labores.* hoc in morbo verus est. Et comodissimum est iis, qui præterire possunt, ante prandium interdum ad sudorem vsque se exercere. Post motum tamen & exercitium non prius cibus vel potus sumendus, donec calor motu contractus euauerit. Et si in quietis & motus excessu peccandum, præstat in motu, quam in quiete excedere. Otio enim & desidio calor minuitur, vires languescunt, coctiones deprauantur, excrementa non euacuantur & discentiuntur. Vnde Galenus, 6. *aph.* 28. non minus desidiā, quam crapulam arthritidis causam ponit. Et videmus homines laboribus deditos raro arthritide corripri. Frictiones etiam matutinae exercitij loco esse possunt. Multum stare, vt & nimium deambulare vel equitare, podagricis valde noxium. Eodem modo vt exercitium & motus: ita & somnus ac vigiliæ moderatæ esse debent. Vigiliæ tamen vtiliores quam somnus nimius, modò vires non deficiant, aut cruditates pariant. Nec etiam statim à sumto cibo dormiendum. Repletionem & inanitionem quod attinet, curandum, vt alius quo otidie officium faciat, & ne humores in primis viis cumulentur, ecoprotica medicamenta, quæ leniter aluum subduunt, sæpius vsurpanda. Sudores matutini vtilissimi sunt, & ad præcauendam arthritidem commodissimi, cum serosos humores è

corpore tollant. Itaque quocunque modo fieri potest, ægri ad eos assuefaciendi, qui propterea stragulis de nocte sese diligenter munire debent, vt si non sudor, mador tamen corporis sub auroram sequatur. A Venere nimia abstinendum, quæ cum Bacchò arthritidis parens, & vt Scaliger ex Græco vertit. Ex solui lumba Venere, solui lumboque Baccho, nata est solui lumba podagra. Nimio enim Venere vsu totum corpus debilitatur, spiritus, calorque natiuis dissipatur, vnde omnes coctiones læduntur, & multa excrementa cumulantur. Affectus animi immoderati, imprimis ira & terror, vitandi sunt, & lætitiæ potius indulgendum. Atque ista Diætæ ratio causa est, cur diuites & nobiles frequentius, quam pauperes & rustici arthritide corripiantur. Abundant enim diuites omni ciborum & ferculorum copia, vnde non solum varios cibos in eadem mensa plerumque miscent, sed & plus cibi assumunt, quàm concoquere possunt, vnde cruditates generantur, & præcipuè in vini potu sibi nimium indulgent. Deinde exercitia laboriosa ipsis defunt, quibus humores excrementitij, & præcipuè serosi in corpore euacuantur. Præterea medicamenta plerumque abhorrent, & iis non nisi ad palatum comparatis vtuntur. Et omnino quæ alias in genere à Medicis de bona Diætæ præcipiuntur, arthritici maximè obseruanda, de qua proxime agunt Alex. Trallianus *lib. 11. c. 1.* Andreas Gallus, *in consilio à Scholizio collectis consil. 270.* Et Petrus Andreas Matthiolus, *ibidem consil. 220.* Antonius Ferrus, *de podagra tractat. 3.* Præterea tamen bonam Diætæ rationem etiam necessarium est, ne humores vitiosi cumulentur, vt nulla insignis in visceribus adsit intemperies. Itaque si aliqua Epatis vel Lienis intemperies adsit, aut ventriculus frigidior, non rectè coquat, & intemperies conuenienti modo, vt suo loco dictum, corrigendæ. Nisi enim viscera ista sint bene constituta, etsi in Diætâ parum aut nihil peccetur: tamen etiam cibus bonus aut iusta quantitate sumtus in vitiosum humorem conuertitur, aut talem sanguinem, qui purus non est, sed vitiosos humores admistos habet, suppeditat. Cû contra qui viscera bene constituta & robusta habent, quæ id, quod vitiosum est in cibo & potu, exactè ab vili sanguine separant & per conuenientes vias euacuant, multos Diætæ errores vincere possunt, sicut videmus multos helluones vinum, idque non semper salubre, quotidie ingurgitare, & nihilominus arthritidi non esse obnoxios. Verum cum impossibile sit, vt is, qui non sibi soli, sed aliis etiam visit, & vel publico seruit, vel in aliis negotiis constitutus est, & interdum in aère inclementiori versari aut iter facere, aut peregrinè apud alios viuere necesse habet; interdum in Diætâ non delinquat, atque inde excrementa in corpore colligantur: Medici est, hac etiam in parte præcauere, ne excrementa illa in corpore cumulentur, & postea paroxysma excitent: quod fit, si maturè è corpore tollantur.

Venasectio.

Primò ergò etsi à sanguine, quatenus talis, non oriatur proxime arthritidis; tamen quia suo modo ad arthritidis generationem concurrere potest, dum vel ad feruorem & efferuescentiam serit, si abundet, facit, vel necessariorum medicamentorum exhibitioni impedimento est, sanguis euacuari debet. Quibus verò natura debilis aut frigidius est corpus, illi læduntur magis ex sanguinis euacuatione, quam vt opem inde sentiant, vt Paulus Agneta, *lib. 3. cap. 78.* scribit. Vt & ij, quos crebra iam fluxio sæpè occupauit Crebris enim doloribus & vigiliis, spiritus dissipantur, viresque deficiunt. Commodissimè autem sit sanguinis euacuatio

Venus.
Affectus
anmi.
Cur diuites
frequētius,
quam pau-
peres ar-
thritide
corripian-
tur?

Intem-
peries vice-
rum corri-
genda.

Venasec-
tio.

tempore verno & autumnali. Apud nonnullos tamen sæpius repetita venæ sectione opus est. Si enim æger se cibo paulo copiosiore refecerit, ad primam quamque ætatis alterationem humorum efferuescentia & motus accidere solet. Quia verò in præseruatione non ad ipsam partem affectam respicimus, sed saltem sanguinem abundantem euacuare animus est, cõmodissimè è vena cubiti aperta sanguis emittitur in podagra & vniuersali arthritide. Si verò in solo brachio sit malum, vt in Chiragra, commodè in crure vena aperitur. Sunt qui podagra laborantibus singulis mensibus venas ad pollices pedum aperiant, idque aliquoties repetunt, & noui, qui id cum comodo fecerint. Neque ratione hoc institutum carere videtur. Solet enim natura vitiosos humores maximè ad extremas corporis partes & venas protrudere, & præcipuè eas, ad quas assuevit fluxionem concitare. Ideoque cum credibile sit, naturam in podagra laborantibus tartareos illos humores maiore copia ad venas in pollicibus pedum, quam alias partes mittere, vena tibi aperta ij commodè euacuantur. Neque ea euacuatione vires valde deiici possunt: modo non sit nimia. Et fauere huic sententiæ etiam id videtur, quod Costæus, in *Auicennam*. 3. *fen.* 22. *pract.* 2. c. 5. scribit, se vidisse quendam, cui facta à Medico in crure vsione ater planè humor efflauerit copiosius & frequens, quo demum euacuato sedata affectio prorsus fuit. Alij in eundem vsum plantis pedum singulis mensibus ante nouilunium cucurbitulas sine scarificatione apponunt. Et noui Virum nobilem qui solo fere harum vsu podagram præcauet. Ipsam verò humoris serosi & tartarei euacuationem quod attinet, sit ea per aluum, per ambitum corporis, sensibiliter, insensibiliter, per vrinas, per fonticulos.

Humoris serosi & tartarei euacuatione.

Purgatio.

Purgatio.

Purgatio per aluum medicamentis serosum humorem euacuantibus instituenda, quæ maximum commodum affert. Compertumque est, arthriticos quosdam è nullo medicamento alio tantam, quantum ex repetitis purgationibus, percepisse utilitatē, ac purgantia sæpe profuisse sine aliis medicamentis, cum reliqua medicamenta omnia sine purgatione parum profint. Neque aliquid incommodi ex eiusmodi purgantibus metuendum est, præcipuè si medicamenta ista non sint admodum vehementia. Vnde non sine causa sanctè affirmat Solenander, *sect.* 4. *consil.* 24. plus spirituum resoluendorum, vires magis confici, artus grauius infirmari, denique totius corporis facultates magis arteri ab vno vnus paroxysmi in articulos humorum influxu, quam à septies iteratis vsu comperitis moderatisque medicamentis purgantibus. Et quidem ista euacuatione commodissimè fit vere ac autumnò, paulò ante æquinotium, quo tempore aliàs humores moueri solent. Imò si quis diligentiam in præcauenda arthritide adhibere velit, ter vel etiam quater singulis annis purgationem instituere potest. Quæ purgatio cum venæ sectione & recta victus ratione ad præcauendum arthritidem multum facit: de quo Galenus, *de rat. cur. per venas*. c. 7. Complures, inquit, ipse sanauit, qui tribus quatuorve annis per interualla pedum laborassent doloribus, exundante humore veris initio expurgato, & sanguine diminuto. Illud tamen sciendum, in omni victus ratione eos moderatos esse oportet. Nam intemperantes, vinososque, ac ventri gulaque deditos neque purgatione, neque sanguinis missione maximoperè adiuueris. Nam per vitæ intemperantiam vitiosorum humorum copiam colligunt. Verùm his ne manum quidem ad-mouere tentandum est. *Hæc Galenus.* Quibus au-

dicamentis, tem medicamentis istæ purgationes instituendæ

sunt, consideratione dignam. Sunt quidem nonnulli, qui hic suos pulueres Aurelios, & mercurialia medicamenta, quæ & vomitum mouent, & per aluum purgant, commendant. Ego vt iis quis vtatur ad præseruationem, nulli autor sum: faciat id suo periculo, qui volet. Multò minus alicui autor esse possum, vt in consiliis nonnullis extare video, vt Mercurium vitæ vno mense quater semper post Lunæ mutationes accipiat, atque inde vomitus & sedes expectet. Cum enim medicamenta illa mercurialia maximas humorum agitationes efficiant, simulque viscera debilitent, plus nocent, quam profunt. Neque quisquam sibi persuadeat, curationem istam præseruatoriam vno mense absolui posse. Alij talem lenissimis istis medicamentis vtendum censent.

Verùm ea peccantem humorem vix satis semper educunt. Vt tutum, ita vtile est iis medicamentis vt, quæ quidem ventriculum & alia viscera non lædunt; humorem tamen peccantem, quantum satis, euacuant. E quibus nec *scammonium*, nec *turpethum*, nec *hermodactyli* planè excludendi. *Sena* verò, *agarius*, *rhabarbarum* inter ea omnino locum habent. Præter has autem soleantes euacuationes etiam singulis mensibus, imò breuioribus interuallis quædam lenia medicamenta vsurpanda, quæ materiam sensim ad nutetina deriuant, aluumque laxam seruant. Imò si vel singulis septimanis bis hora vna ante cœnam vel scrupulum vnum pilularum lenium, vel aliorum eiusmodi medicamentorum aliquid æger sumat non parum commodi inde percipiet. Talia sunt *syr. rosar. solut.* & *mel. ros. solut.* *syr. de spina ceruina*, vulgò domesticus dictus, *semen carthami*, *ebuli*, *aloë*, *agarius*, *rhabarb.* præcipuè vbi chores biliosi abundant. Quæ tamen sola cum, vt dictum, non sufficiant, nisi quis etiam singulis annis bis vel ter paulò fortiora sumat, vere & autumnò paulò fortior purgatio instituenda. Formulas istorum medicamentorum hic multas subiicere operæ pretium non puto; cum cuiusque constitutioni propria rectissimè à præsentis Medico præscribantur. Et licet humor ille serosus & tartareus proxima huius mali causa sit: admiscet se tamen ei nunc hi, nunc illi humores vitiosi, qui propterea simul euacuandi. Et sunt medicamenta purgantia pauca, quæ non simul

etiam serosum humorem euacuant. Celebratur hic valde Electuarium Caryocostinum à Petro Bayro inuentum & commendatum, *Pract. lib.* 18. c. 1. Etsi ei componendo proculdubio antiqui, Aetius & Paulus Ægineta, occasionem dederint, in quibus similia habentur. Componitur autem hoc modo: *℞. Hermodactyl. albor.* à cortice superior. mundat. *diagryd.* an. *℥.* ij. *costi*, *cymini*, *caryophyll.* *Zingiberis* an. *℥.* j. Fiat Puluis. Cuius dosis *℥.* j. plus vel minus. Vel trita & cribrata misceantur cum *syrupo facto ex melle & vino albo coctis*, donec formam syrapi bene cocti acceperint, & fiat Electuarium. Dosis eius à Drach. ij. ad Vnc. Sem. Scribitque Bayrus, quamprimum senserit signa repletionis se, sumsisse hoc Electuarium, idque ter aut quater in anno, atque hoc modo viginti sex annis ab istis doloribus, quibus ante fuerat tentatus, non fuisse molestatum. Atque non incommodum est medicamentum, vbi tantum humorum iam collectum est, vt paroxysmus imminere videatur. Vtiles etiam sunt pilulæ Rhafis supra in curatione descriptæ, vt & hæc: *℞. Chamæpith.* *℥.* β. *chamedr. stæchad.* *Arab.* an. *℥.* iij. *hermodactyl.* *℥.* β. *sem. hyperici* *℥.* i. *aloës hepatica*

Vnc. Sem. Cum *terebinth.* *Cypria* F. Pilulæ. Quæ autem frequentius & singulis vel æternis, aut tribus vel quatuor septimanis vsurpantur medicamenta mitiora esse debent. Scribit hîc Andreas Spigelius, chris. esse in præseruatione ab arthritide nunquam in pur-

Electo
Caryo-
stinum
Bayri.

quando institui debeat?

quibus me-

Hermodyli in præseruatione a. r. ucaias

gatione uti hermodactylis: cum non opus sit educere humores ex iis partibus, in quas adhuc nihil influxit, sed vult, ut contenti simus iis, quæ ex maioribus venis humores euacuant; nisi forsitan antiqua & nodosa podagra, quæ frequentiores habet insultus, aut iam, ut dictum, paroxysmus imminet. Quæ ut de iis purgationibus, quæ brevioribus intervallis & frequenter instituuntur, vera esse concedimus: ita in illis purgationibus, quæ singulis annis bis vel ter fiunt, purgantibus hermodactylos commodè admisceri putamus, usque omnes exercitiores Medici ad nostra usque tempora usi sunt, utpote qui procul dubio experientia didicerunt, hermodactylos, peculiarem vim habere humores istos, arthritidem patientes euacuandi, scribitque Author innominatus *Libelli de Podagra*, qui inter Principum Medicorum scripta reperitur, quod experientia cognoverit, in podagra quous etiam hamore peccante purgationem, quæ fit per hermodactylos, summè esse valem. Vnde etiam pilulæ Rnalis, & Electarium Caryocostinum Bayri hermodactylos recipiunt. Ut verò tanta medicamenta sine nausea sumi possint, formam eorum mutandæ, & nunc forma pulveris, nunc pilularum, nunc electorum, nunc rotularum vel mortulorum sumi possunt. Non incommodus etiam vomitus, si natura eum facile ferat; cum bilem & pituitam in primis viis hærentem optimè excludat & euacuet.

Antipodagrica Medicamenta.

Corpore purgato deinceps antidoti antipodagrici usurpandi, ut reliquæ humorum, quæ purgantia subterfugerunt, per eos absumantur, corpusque vna opera ad sudores matutinos disponatur, aut humores serosi insensibiliter discutiantur, ut postea de vitibus horum medicamentorum diceretur. Antiquis in magno usu ista fuere medicamenta, & valde ab iis commendantur, extantque plura in apud Aëtium, *teorab. 3. serm. 4. c. 47.* Alex. Trallianum, *lib. 11. c. 62.* Et inter recentiores etiam passim talia occurrunt. Inter illa primò est Theriaca, de qua Author. *lib. de Theriaca ad Pison. cap. 15.* scribit: Maximè verò prodest, quando quis ipsam sanus adhuc frequenter accipit, propterea, quod superfluos humores absumat, & totius corporis temperamentum immutet. Et paulò post: Consulo, *inquis*, ut in talibus morbis theriaca uti velit; quoniam & superfluum humorem exicat, & alium colligere non permittit, unde plurimi ex hac in principio profusè à podagra liberati sunt. Antidoti ex quatuor rebus constantis, nonnullis *Mysterium* appellati, descriptionem hanc habet Aëtius, *loc. alleg. 2. Genian. bascar. lauri. myrrha* part. xq. F. Pulvis. Datur si equalis diebus cochleare dimidium in aqua calida. Aliam descriptionem habet Orribasius, *loc. alleg. 2. chamædryos* lb. j. *genian. aristol. ros.* an. ʒ. ix. *seis. rura exararium.* Contundantur & cribrentur. Datur quotidie cochleare. Quod ex septem rebus conficitur, habet eiusmodi. ʒ. *Hyperici* ʒ. i. *centaur. chamæpi b.* an. ʒ. iij. *gentiana* ʒ. v. *aristol. rotunde* ʒ. i. *agarici* ʒ. iij. *petroselinii* Vnc. j. *mellis Attici* lb. v. Datur autem Drach. i. ex aq. cyathis iij. Imprimis verò Aëtius commendat antidotum ex centauro, scribitque se multos eius usu sanatos novisse, & adeo salutare podagricis, ut quosdam per quindecim annos podagra correptos eius usum ad iter pedibus faciendum præparaverit, & esse stomacho gratum, alio conferentem & vrinam scientem. Paratur autem hoc modo: ʒ. *Comæ centaur. minor. rad. centaur. maior. trissaginis. gentiana, aristol. ros.* part. xq. puta lb. i. Datur ʒ. i. diebus quadraginta ex aqua calida, in sequentibus autem diebus anni 325 ʒ. ʒ. eodem modo præ

Operum Serapientii. Tom. III.

beat. Idem Aëtius antidotum ex hyperico valde laudat, ut quæ sanet podagras, coxendicum morbum & omnes articularum morbis implicatos, per annum puta, foueat stomachum, vitium acriorem reddat, reliquos item sensus clariores & illustriores faciat, euacuet leniter vrinam, etiam comitiali morbo proffit, à grauibus capitis doloribus liberet, splenem & epas in scirrhum induratum emolliat. Paratur autem hoc modo. ʒ. *Trissag. dodrantem, centauris bellem, aristol. rotund. leptancem, rad. genian.* sexuncem, *comæ hyperici* quincuncem. *petroselinii* trientem, *mei* quadrantem, *rhapontici* sextantem, *agarici* sextantem, *mellis despumati* lb. ij. Alex.

Trallianus hunc antidotum Heracliti Philolopi multis valde probatum commendat. ʒ. *Spice nardi, folij* an. ʒ. ii. *gentiana aristoloch. longæ, rotunda, myrrha opt. bascar. lauri, rhapontici* an. ʒ. ʒ. Dof. ʒ. i. Tempus optimum vel incipiens & autumnus, & quidem infrigidioribus tempus vernam, in calidioribus autumnus. Idem Trallianus omnibus antidotis præfert diacoralium, quod ita paratur. ʒ. *co*

rallior. ʒ. ij. *myrrha Troglodytica* ʒ. iv. *caryoph.* ʒ. ʒ. *rhapontic.* ʒ. i. *folij* ʒ. ʒ. *rad. pæonia rotundæ, aristoloch. rotund. longæ* an. ʒ. ij. *spice nardi* ʒ. iv. F. Pulvis. Exhibet verò mane ʒ. i. ex aqua tepida, & hinc à cibo abstinere iubet hor. vi. (possunt tamen & pauciores sufficere) facitque initium Calendis Ianuarij, & quidem per centum dies exhibet, (ob diurnam indicantis perseverantiam, ut explicat Capiuaccius) Deinde intermittit 30 dies (propter vires, ut ea roborari & colligi possint, ut idem dicit. Deinde iterum per centum dies exhibet, & rursum per triginta intermittit. Cum ducentos & sexaginta dies, portiones autem ducentas absoluerit, exhibet iterum, sed non singulis, verum alternis diebus, & in centum sexaginta diebus octoginta portiones propinat. Et postea rursum in ducentis & sexaginta diebus octoginta portiones exhibet, singulis diebus duobus interpositis exhibens, donec trecentas & sexaginta quinque portiones fuerint absumptæ. Cauere autem, qui hoc antidotum sumunt, iubet, iram, Venerem, vinum adstringens & dulce, omniaque amara olera, piscium capita, cancos, astacos, sepias, betam, leporinas carnes, legumina omnia, præteritum fabas. Atque talia antidota plura apud Paul. Æginetam, Aëtium, & Trallian. locis alleg. extant. Ex his postea superioribus & nostro seculo alix tales compositiones vix ortæ sunt.

Thomas Erastus duas sibi communicatas, & magnis elogiis celebratas scribit. Vna profecta à Medico Italo, qui puluerem Iouis eam appellauit, & à Doctore Conrado Gesnero communicata fuit, ita paratur. ʒ. *Aristol. rotund. vera, rhapontici veri* an. ʒ. i. *sem. petrosel. Macedonic.* ʒ. ʒ. *comar. chamædryos, centaur. minor. hyperici* an. ʒ. x. F. Pulvis. Primo mense datur quotidie ʒ. i. ex aqua tepida, postea ʒ. ʒ. per integrum annum, semel atque iterum singulis mensibus purgatione interiecta, vel agarici puluere pituitosis ad purgandum intermixto. Altera à Dn. Christoph. V Viriungo Medico Augustano, communicata ita paratur: ʒ. *aristol. ros. vera, genian. rhapontic. seu centaur. maior.* (ego mallem rhapont. veri) *comar. chamædryos, chamæpi b. part. aq.* F. Pulvis. Per annum dimidium sumatur ʒ. j. per reliquum anni tempus ʒ. ʒ.

Doctor Ioannes Mattheus à libro antiquo manuscripto hunc sibi communicatum producit. ʒ. *rhapontici* Vnc. j. *agarici* Vnc. ij. *valerian.* Vnc. iij. *sem. petrosel. Macedon. mei* an. ʒ. v. *gentiana, aristoloch.* an. Vnc. viii. *chamædryos* ʒ. ix. F. Pulvis. Donzellini hic est. ʒ. *Chamædr. iua, centaur. minor. maioran. salvia, betonis, gentiana, aristoloch.*

L l iij

Antidotum ex hyperico.

Antidotum Heracliti.

Diacoralium.

Pulvis Iouis.

omitus.

tipodagrica medicamentis.

Theriaca.

Antidotum ex iaturo.

Ex septem reb.

Antidotum ex centauro.

rot. an. ℥. i. Guaiaci optimi ℥. viii. vel lb. i. Puluis. A
 Atque hoc vno perfectè podagram curari scribit
 Donzellinus, modò quis non Sardanapalum imitari
 velit. Cratonis hic est. ℥. Aristoloch. ℥. i. cen-
 taur. minor. ℥. iij. gentian. ℥. vi. mei ℥. v. hyperici
 ℥. vi. petrosel. Macedonic. ℥. β. agarici ℥. ij. rha-
 pontici, vel si haberi non potest, rhabbari ℥. i. F.
 Puluis. Cuius ℥. ij. mane exhibet in aqua iua arthe-
 tica vel betonica, in Ianuario dies quinque, in Fe-
 bruario totidem, in Martio duobus, in Maio tribus,
 in Iunio vno, in Iulio duobus, in Augusto vno, in
 Septemb. Octobri, Nouembri, Decembri duo-
 bus. Verum nihil refert, etsi sæpius sumatur, quin
 potius vtile est Doctoris Manardi talis est. ℥. Cha-
 mædr. distamni Creteici, iua, rad. centaur. maior.
 aristoloch. rotunda, an. ℥. ij. corticum interiorum
 iugland. lb. j. Fiat Puluis. Dosis ℥. j. per dies qua-
 draginta. Erasto hic tribuitur. ℥. C. C. vsti, ossium
 bubulor. nucleor. citri, dactylor. mandibular. Lucij
 part. æq. Corallior. vstor. eboris vsti an. part. di-
 mid. Fiat puluis, cui, saporis gratia, addatur ali-
 quid cinamomi, macis, caryoph. Et cum saccharo,
 F. Tragea. Ioannes Anglicus puluerem hunc, quem
 Sarracenicum appellat, valde commendat. ℥. Iua
 seu chamæpi: hyos ℥. i. ossium humanor. combustor.
 ℥. ij. glycyrrh. ℥. iij. F. Puluis. Neque tamen ad
 puluerum formas simpliciter egri adstringendi sunt,
 sed possunt ex istdem medicamentis simplicibus
 cum saccharo vel syrupo aliquo conueniente electua-
 ria parari, vel pilulæ, quæ commodissimè plerun-
 que cum terebinthina Cypria parantur, cum pleri-
 que arthritici etiam calculo sint obnoxij; vel extra-
 cta, vel essentia dictæ, seu extracta liquida, vel vi-
 num aut cereuisia medicata, vt hoc modo etiam
 palato ægri inferuiatur. Antonius Gallus, Medicus
 quondam Parisiensis, hoc Electuarium valde lau-
 dat: ℥. Valerian. ℥. i. agarici ℥. ij. mei ℥. iij. sem.
 petroselinæ Macedonic. ℥. iv. hyperici ℥. v. genia-
 nae ℥. vi. aristol. rot. ℥. vii. centaur. minor. ℥. viij.
 ℥. ix. ossium humanor. ex articulis exemptor. modicè
 resiccata ℥. x. Cum oxymel scillisci s. q. Fiat
 Electuarium. Cuius dosis ℥. j. per integrum an-
 num. Vel ℥. Conserua chamæpith. ℥. iij. chamæ-
 dryos, folior. betonica, an. ℥. i. β. sem. hyperici, rad.
 aristol. rotunda an. ℥. β. angelicae ℥. ij. ossium hu-
 manor. preparat. corall. rubr. prep. eboris preparati
 an. ℥. i. caryophyll. cinam. an. ℥. ij. Cum syr. be-
 tonice F. Electuarium. Possunt & recentiorum me-
 dicamenta, magisteria, feculæ, sales addi, vt &
 margaritæ, oculi cancri. Vt ℥. Rad. mei vel im-
 perati & hyperici, an. ℥. i. fecula ari ℥. ij. salis cha-
 mædryos, chamæpith. hys, chærefolij, imperatoria an.
 ℥. i. magister. corall. ocul. cancri an. ℥. β. marga-
 ritarum. ℥. i. sacchari ad pondus omnium. F. Pul-
 uis. Ad sudores matutinos ciendos dantur etiam
 syrupsus baccis sambusi cum saccharo preparati coch-
 learia duo. Si libet aliquid Cornu Cerui addi po-
 test. Crato commendat hoc destillatum, cuius coch-
 lear vnum quotidie vel sæpius in septimana su-
 mendum. ℥. Melissa, valeriana, baccarum innip.
 v. an. q. v. Aspergantur vino bono dulci, & mace-
 rentur in aqua melissa, ac postea destillentur. In
 corporibus etiam frigidis commodè vsurpari potest
 aqua vitæ illa, qua Gisbertus Horstius Hollandus,
 olim Romæ celebris Medicus frequenter vsus est,
 & hoc modo paratur: ℥. Anthos, centaur. min.
 flor. chamamel. chamædryos, hyperici, chamæpith.
 asari an. ℥. i. corr. rad. ebuli M. j. iros ℥. j. theria-
 ca ℥. β. cinam. nuc. mosch. galanga, masis, zingi-
 beris an. ℥. i. β. hermodactylor. aloës hepaticæ an.
 Drach. i. agarici ℥. β. colocynthid. Drach. iij. my-
 robal: omnium an. Drach. ij. rad. polypod. q. ℥. i.

Aqua vitæ
 Gisberti
 Horstij.

β. folior. sena elect. ℥. i. sem. anisi, dauci, fœniculi
 an Drach. i. Infund. in spiritu vini, vt is digito su-
 peremineat, per biduum, postea destillentur in
 Balneo Mariæ. Hanc aquam mane podagricis
 exhibebat ab Vnc. j. ad Vnc. iij. Omnium verò
 hæctenus dictorum medicamentorum instar pluri-
 morum iudicio esse potest decoctum chamædryos,
 quod propterea etiam Carolo V. Imperatori Ge-
 nuenses Medici valdè commendarunt: refertque
 Solenander, selt. 5. consil. i. compertum esse, quos-
 dam, qui hoc decoctum sexaginta diebus bibissent,
 penitus liberatos & sanitati restitutos fuisse: cum
 antea non solum pedum, sed & manuum articulos
 isto morbo haberent occupatos & impeditos. Nec
 mirum. Crassos enim humores attenuat, absumit-
 que, per vrinam excrementa promouet, per ambi-
 tum corporis, vel per sudores euidenter, vel insen-
 sibiliter per transpirationem discutit: visceraque
 interna & neruolum genus omne, imò totum cor-
 poris habitum roborat. Quia verò de chamædryos
 decocto, & Genuensium Medicorum consilio pro-
 lixè agit Versalius, in sua de radice china ad loa-
 chimum Rølandis epistola circa finem, locum inte-
 grum adscribere libet. Nam improbari mihi potest,
 inquit, suo tempore adhibitum medicamentum in-
 star Naminis cuiusdam à Genuensium Primitibus
 commendatum, & quod non sine maximis pollicitis
 ad perpetuum morbi articularis exitum ante menses
 aliquod Doctori Marsilio Colle, Cesarianis Equis
 Praefecto, & meliori valetudini ob multas, quibus
 præditus est, animi doctes, digno missum fuit, &
 nunc iterum Casari quoque iam oblatum, vt illum
 posthac, (modò medicamen istud in vsu posueris)
 articulari morbo non apprehendendum, certissimè
 prædicetur. Continet autem vniuersa descriptio me-
 herculè satis empiricè, aliud nihil, quàm initiu pur-
 gationem instituendam, deinde chamædryos, sen hu-
 milis quercus adhuc virescentis, si ad manum sit
 (cum ego resiccam interim, vt in aliis herbis sic-
 candi facultate donatis, præferendam duxerim folia
 consideunda, vinoque albo dein incoquenda, &
 eius decoctionis manè cyathum vnum offerendum,
 tribus ante prandium horis: licet interim tantò magis
 à medicamento sperandum esse addatur, quando eius
 potus prandium diutius antecesserit. In victus ra-
 tione ab acidis salisque interdicitur, & vini illius
 potus ad sexaginta dies præscribitur, hoc adiecto,
 destillatium humilis quercus liquorem, seu aquam
 vino illi in viribus (quod mihi ridiculum videatur)
 conferri, ac proinde quibus decoctum minus place-
 ret, aquam porrigendam. Aliud in vniuersum nil
 habet huc transmissa sedula, præter insignem & tur-
 gentem titulum, & hominum magnam sibi subiectum
 catalogum, qui illius vsu annos aliquot ab articulari
 morbo immunes vixere, & qui, cum transmitteretur,
 eius vsu aggredebantur, in quorū classe Cardina-
 lis Doris Ansignianus occurrebat. Hæctenus Ves-
 salius. E cuius verbis apparet, ipsum in laudes hu-
 ius decocti non planè consentire. Et credibile est,
 non omnibus prodesse: si tamen vires eius, supra
 propositæ, perpendantur, facilè inde apparet, in
 arthritide sanè per quam commodum esse. Hoc verò
 rectè monet Vesalius, aquam destillatam deco-
 cto conferri non posse; cum aquæ destillatæ, vt
 multi falsò putant, non omnes simplices facultates
 habeant: siquidem non omnes eius partes in alem-
 bicum eleuantur. Pluribus autem modis chamæ-
 dryos in vsu trahi potest. Alij accipiunt vini Rhe-
 nani quartas mensurales duas, aqua purissima
 quartam dimidiam, mellis rosacei quartæ vnius sex-
 tam vel quartam partem. Coq ad carbonem in fi-
 ctili & desumentur. Tum add. chamædryos M. iij.

Deco-
 chamæ-
 dryos.

Cha-
 dryos
 bu m-
 vsurpa-
 potest.

chamapith. M. ij. *herba paralyf.* M. i. Coquantur in vase duplici horastres. Alii recipiunt *chamadrys*, dum florent lecta & bene asseruata M. i. vini lb. iiii. Coquantur in vase duplici horis 5. colentur. Commodius autem esset, si *chamadrys* cum multo deferueret, atque ita vinum *chamadrytes* sine coctione pararetur. Et si quis vinum metuat, poterit hydromel vel etiam cereuisiam *chamadrytem* eodem modo parare. Continuandus autem vsus huius vini, hydromelitis vel cereuisiæ ad dies sexaginta, corpore prius purgato, singulisque diebus manè vnus haustus sumendus. Possit etiam ex *chamadrys* essentia, vt vocant, parari, eaque per dies plures vsurpari. Verum certis formulis hic nemi-
nem alligari velim, sed pro renata, & ægri constitutione ea concinnari. Præcipua, è quibus medicamenta hæc componuntur, vt ex hætenus propositis formulis patet, simplicia sunt: *chamapithys*, in omnibus articuloꝝ affectibus vtilissima, vnde etiam iua arthetica à quibusdam appellatur, & ex eius Drach. i. cum terebinthina format pilulas Lobelius, easque in omni arthritide commendat, *chamadrys*, de cuius viribus antea dictum, *hypericum aristolochia rotunda*, *longa*, *centaurium minus*, *rhaponticum verum*, *gentiana*, *meum*, *radix artemisia*, si cum cibo loco radicum petroselinii coquantur, cuius solo vsu multos ab articuloꝝ doloribus liberatos esse, scribit Abrahamus Seylerus, in consiliis Scholizy, consil. 335. quibus addi possunt ossa humana, corallium, oculi cancri, & alia hætenus enumerata, pro cuiusque corporis constitutione. Rectè enim hic monet Aetius de theriaca & similibus calidis medicamentis, ea iis, qui calidiore sunt temperamento præditi, non solum nihil opis afferre, sed & resolutiones immedicabiles sæpe inducere. Statuunt quidem nonnulli hic, id saltem de summè calidis intelligendum esse, cum & Galenus, 5. de tuend. sanis. exponens verba Hippocratis, quibus vini potum interdicit calidis, id non de absolutè calidis, sed de summè calidis dixisse: certum tamen est, ad corporum & temperamentorum diuersitatem hic esse attendendum, & calida etiam tempore autumnali commodius, quàm verno dari, ideoque in calidioribus corporibus *cichorium* admisceri solet, scribitque etiam de cichorio Andreas Spigelius, se experientia edoctum esse, in causâ calida nil magis conuenire, quàm puluerem folior. *cichorii syluestris* mense Maio collectorum & in vmbra siccatorem ad Drach. i. datum. Vtiles tamen sunt & radices primò vere collectæ, & possunt eadem, vt & folia cum aliis hætenus enumeratis medicamentis misceri. Quæ ratione autem pulueres & antidota ista antipodagrica arthriticis prosint, consideratione dignum est, mouetque hæc de re quæstionem Thomas Erastus, & quærit, quomodo ista medicamenta capitis intemperiem frigidam & humidam corrigere, vel humores in eo genitos dissipare possint. Sed ex anticipata opinione & hypothesi quæstionem hanc mouet, dum præsupponit humores arthriticis causam à capite destuere, quod falsum esse, infra quæstione 7. monstrabitur. Qui rectè de arthriticis causâ sentit, facillè animaduertit, quis hic Medici scopus sit, in exhibendis hisce antidotis. Cùm enim tartarei illi humores in prima & secunda coctione generentur, atque hinc in venas deriuentur, & tandem suo tempore in articulos protrudantur, in exhibendis istis medicamentis hic scopus Medico est propositus, vt coctiones ventriculi & epatis promouerant, & si quæ excrementa, quod Erastus etiam confitetur, in ventriculo, vicinisque ei partibus, puta venis mesaraicis,

liene, epate, generentur, ea abstergant, consumant, inhalatum dissoluant, & per sudores ac vrinæ euacuent; rectèque scribit Carolus Piso, humoris ferrosi per spiracula cutis, siue sensilem, siue etiam insensilem transpirationem, seu expurgationem tantum æstimandam esse, vt in ea sola, præcautionis omnium fluxionum arthriticarum momentum omne positum sit. Id quod egregiè ista medicamenta, si continentur, præstant. Verum hic non sine causa quæritur, an non idem per decoctum ligni Guaiaci, Sarsaparillæ, Chinæ & similibus præstari possit; cum & talia egregiè sudores moueant, vnde etiam à plurimis vsus horum decoctorum arthriticis præscribitur. Verum, saluo cuiusque meliori iudicio, non parum hæc de re dubito. Etenim, vt Crato rectè, epist. 125. scribit, sudorifera illa, præcipuè è ligno Guaiaco, crebro exhibitâ humidum radicale absumunt; quod nullo modo medicamenta antea enumerata faciunt, quæ solum humores abstergant, eosque per madorem matutinum, vel leuem sudorem, aut etiam insensibiliter discutiant. Præterea decocta talia, cum in magna quantitate sumantur, viscera, quæ alias plerumque intemperie sicca in arthriticis laborant, amplius siccant. Insuper medicamenta illa antipodagrica hætenus enumerata pleraque amara sunt, & propterea vim tartareos illos humores, & biliosos ichores, qui circa epat & lienem colliguntur, abstergendi habent, quæ decoctis illis deest, cum solum extenuent, siccant, humores fundant, & sudores moueant. Vnde non sine causa Ioannes Crato, Consil. 353. scribit, experientiam vulgi sequi, falli non minus esse, quàm in istis potionibus Chinæ, sarsæ & similibus decoctionum spem ponere. Si quid enim iuuare videntur, hoc ratione victus præstare, & summos homines, qui toties decocta ista hauserint, persuasione aliorum deceptos fuisse, & proinde ad eundem lapidem non bis impingendum. Et omnino si vitiosa aliqua constitutio in visceribus est, & vis istum humorem generandi, videndum diligenter, ne taliam vsu illa augeatur, sicut certum est, calculosam illam dispositionem in renibus calidis & siccis medicamentis ad calculum frangendum intempestiuè exhibitis augeri. Scribitque etiam Manardus, lib. 16. epist. Guaiacum mirificè exicare, ideoque temperatura siccis non parum obesse. Chymici etiam hic sua medicamenta commendat; quidam arcanum tartari podagram radicaliter tollere scribunt. Paratur autem hoc modo: ℞. Saltartari depuratum: de hoc acetum destillatum aliquoties per distillationem abstrahere, nouum semper recipiendo, donec de sua acredine nihil post se relinquat amplius. Deinde huius salis parti vni adde boli communis partes tres, & per retortam vitream bene lutatam, recipiente maiori adaptato, spiritum inde destilla. Eius parti vni affunde spiritus vini partes duas, olei sulphuris partem octauam, olei vitrioli rubri partem decimam sextam. Omnia bene commista in vitro Hermetice sigillato per tres menses continuè circulentur. Erater Basilius Valentinus miris laudibus extollit spiritum calcis viuæ. Verum non solum operosa est compositio, sed etiam hoc perpendendum, annon facillè viscera offendere possit, cum vis caustica insignis sit in sale calcis viuæ, vt vel è cauteriis potentialibus, quæ è lixiuio è calce viua parantur, patet. Fonticuli quidem etiam aliquid se rosi humoris, seu saniem quandam quotidie euacuant: verum experientia testatur, remedium hoc, cum sudoribus & insensibili transpiratione nullo modo comparandum esse; & notum est, multos aliquot fonticulos habere & nihilominus arthriti-

And-coctū
Guaiaci &
similia idē
præstent,
quod anti-
podagrica
medicamen-
ta?

Archaum
tartari.

Spiritus cal-
cis viuæ.

Fonticuli.

Medica-
menta sim-
plicia.

Quomodo
antipoda-
grica medi-
camenta ar-
thriticis
prosint?

de laborare, quia non sufficiunt ad humorem illum, qui in vasis est, totum exhauriendum, multò minus id, quod quotidie circa viscera colligitur, & postea per venas in articulos effunditur, euacuare possunt? præsertim si errata in diæta, & imprimis nuntius potus accedat. Si tamen arthritidis ex vlcere diuturno in crutibus consolidato & euacuatione ichotis, quæ per id fiebat, suppressa ortum habeat, fonticulum in crute excitare vtile est. Ita etiam si in brachio fonticulus fuerit, atque ex eo sanato oriatur arthritidis, fonticulus iterum aperiendus est.

Articulos Roborantia.

Tertium præcautionis membrum, articulo-
rum
roboratio.
An sit necessaria?

Tertium præcautionis arthritidis caput in roboratione articulo-
rum consistit, ut plerique docent, ne assuetam materiam facile recipiant. Verùm Carolus Piso, ut supra etiam dictum, frustra hic laborari censet ea in re, quæ non sit nostri arbitrij & iuris, cum, ut existimat, ista imbecillitas non consistat in imperite aliqua, vel cavitare & laxitate, sed naturali conformatione, & vasorum in extremos articulos terminatione. Et licet hoc quoque modo impediri possit, ne humor iste in articulos influat: tamen tantum abesse statuit, ut hinc commodi aliquid æger percipiat, ut etiam in vitæ discrimen inde adduci possit, materia ad pulmones, vel aliud nobile viscus translata. Verum enimvero non equidem est de nihilo, humores præcipue in articulos fluere, ideo quod vasa in eos terminantur, & si materia illa in articulos fluere solita in membra nobiliora transferatur, ægrum in grauiora pericula conici posse, dictumque est supra inter prognostica, malum esse, si materia ad articulos fluere consuevit in corpore subsistat. Ac proinde huic remedio seu modo præcauendi arthritidem soli non fidendum, nisi etiam detur opera, ut humores illi vitiosi in corpore non generentur, vel si genti sint, frequenter euacuentur. Interim tamen & hoc verum est, si articuli imbecilles & malè dispositi sint, frequentius ægros laborare, neque à paroxysmo tam facile liberari. Quia autem in re ista articularum imbecillitas conuincitur, & supra dictum, & infra questione 3. dicitur. Ideoque si aliquid sit in articulis, vel ex paroxysmo relictam, vel ex vitiosa nutritione collectam, id absumendum, atque ita articulo sua temperies & naturalis constitutio restituitur, & sic roborari dicitur. Vtilia ergo sunt hæc adstringentia & moderatè calefacientia & siccantia. Non tamen talia adhibenda, antequam dolor & tumor planè euauerint, & topi etiam non adsint. Hec enim si præsentia sint, adstringentia potius nocent, quàm profunt, dum humorem parti affectæ impingunt, eumque indurant. Ad articulos autem roborandos & reliquias humorum in iis absumendas vtilis est & commendatur à multis vinaceorum vsus, de quibus, quia integram libellam scripsit Antonius Donatus ab Alto Mari, ea de re consuli potest. Hoc saltem non prætereundum, commodissimè vsurpari tempore Vindemiæ recentia, & quidem ex vuis benè maturis: quorum cum in multis locis copia non detur, alia mesceamenta pro iis vsurpanda sunt. Nonnulli tamen exiccatis vtuntur, & ea in vino rubro & aqua coquant, ac inter coquendum saluiam, betonicam, chamæpithin, primulam veris, & eiusmodi alia, vt & lumbricos terrestres, addunt. Articulos etiam roborant balnea. Etsi enim à nonnullis reiciantur, ideo quod actuali humiditate & calore humores ad pedes alliciant: tamen incommodum hoc facile præcaueri potest, si in aqua coquantur plantæ calefacientes & siccantes, pedes

Vinaceorum vtilitas.

Balneo articulos roborantia.

que roborantes, quales sunt betonica, saluia, chamæpithys, rosæ, geranium, erica, folia quercus, ligna & baccæ iuniperi, pinastrii fructus. Lotionum Andernaci, quam multis profuisse scribit, hæc est: ℞. Lixiuum ex fagi cineribus paratum, quod ter quaterne colesur. Deinde adde vini tantundem, aluminis Vnc. ij. Calefiant ad ignem. Vel ℞. Artemisia, absinthij, origani, flor. chamæpith. an. M. ij. aluminis, salis an. M. j. lixiuij cineribus fagi parati q. s. Coquantur pro balneo. Ad partes roborandas etiam vtile est balneum à ligno iuniperi, si ramenta eius in aqua chalybeata coquantur, donec aqua tingatur, & lixiuij colorem contrahat. Possunt tamen etiam vncie aliquot salis vel aluminis addi. A balneo articuli illinendi oleo ex acinis vuarum expresso, vel myrtino, vel rosarum, vel alio, de quibus mox. Imprimis verò thermæ à plurimis commendantur, etsi ab aliis improbantur, de quo quest. 12. dicemus. Vtiles autem sunt, si rectè vsurpentur, sulphuræ, salis, nitrosæ, vitriolatæ & ex parte etiam aluminosæ. Si enim alumen abundet, cautè vsurpandæ, cum poros cutis adstringant, & corpus ad sudorem in arthriticis maximè necessarium ineptum reddant, & si quid in parte affecta supersit, quod per insensibilem transpirationem exhalare & discuti possit, ad neuosas & membranosas partes retrudant, doloremque ita renouent, id quod Fabricio accidit, cent. 5. obseru. 83. Thermæ verò arthriticis conuenientes sunt Hirschbergenfes & Landecenses in Silesia, Carolinæ in Bohemia, Badenfes in Austria, Martiatæ, nunc VVisbadenfes, & non procul à Moguntia, Emsenses ad Fluum Lanum, Aquis granenses. Imprimis vero vtile est lutum thermarum quarundam, quo exsorbetur materia, quæ in partibus his hæret, partesque roborantur. Vbi thermæ defunt, fomenta & balnea artificialia parentur. Commendantur plurimum lotiones ex aqua aluminosa. Commodius tamen est, si alumini sal & sulphur addatur, vt si quid adhuc materiz supersit, resoluatur. Vel ℞. flor. stæchad. Arab. saluia, thymi, geranij an. M. i. Coquantur in aqua communi vel ferrata, Colaturæ adde sulph. nitri an. Vnc. ij. alumin. Vnc. i. Iterum coquantur, & decocto partes foueantur. Vel ℞. Fol. chamæpith. betonic. an. M. i. flor. rosar. syluest. stæchad. Arab. he-be paralysis, pedis columbini an. M. ij. vitrioli albi Vnc. j. Coquantur pro fomento, vel balneo. Vulgatum & multis vsitatum est vnguentum, cuius etiam supra de Curatione facta est mentio, quod fit è sale torrefacto (alii malunt salem iuniperi) & s. q. olei communis vel rosar. in formam vnguenti mistis, quo articuli benefricari debent. Solenander hoc vsus est post lotiones. ℞. olei omphac. Vnc. ij. mastichin. Vnc. i. salis torrefacti Drach. ii. boli Armen. Drach. iii. sang. dracon. hypocistid. thuris, mastich. an. Drach. ii. Sem. Terantur singula per se prius subtilissimè: Tum cum oleis in mortario misceantur in formam liniamenti. Vtile est etiam Emplastrum diachalciteos, seu diapalma impostum. Estque in omnibus articulis, quicumque etiam humor affluat, commodum, scribitque Solenander, sectione 4. consil. 25. se nouisse quosdam, qui alias frequenter podagræ paroxysmis tentari consueuerant, vsu huius Emplastri continuo & purgationibus per interualla assumtis quinquennium integrum ab istis doloribus liberatos fuisse. Atque emplastrum hoc non inquinat, non pruritus aut pustulas excitat, neque odore aut alia qualitate molestum est. Aptatur autem ad formam membri. In pedibus ex aluta tenui (vulpina magis probatur) fiunt calcei, qui intus

Thermæ articulos roborant.

Vnguentum & emplastrum.

emplastro Diachalcitidis obducuntur, pedibusque aprantur. Eadem aluta emplastro hoc inducta genibus, carpis, & aliis partibus applicari potest. Succi etiam lini in vino cum sale loti & siccati, pedibusque obducti utiles sunt. Thomas Erastus lapidem saboli commendat, si eum oleo myrtino, & radicibus geranij in puterem redactis misceatur, & cataplatimatis forma impenatur. Monet tamen idem, non antea eo utendum esse, quam manifestè constet, nihil excrementi in articulis reliquum esse, quod in topium indurari valeat. Ideoque suadet, ante ipsius usum ceratum ex bryonia ab Aëtio, *terrab. 3. serm. 4. cap. 43.* descriptum, aliquoties prius imponere, ut minus sit periculi, quod Aëtius valde laudat. Verùm de omnibus topicis pedes roborantibus hoc notandum, iis, qui rectam victus rationem non seruant, & conuenientibus euacuationibus, non vtuntur, sine commodo, imò cum damno adhiberi; iis verò, qui temperanter viuunt, & conuenientibus euacuationibus vtuntur, non sine utilitate adhibentur. Aëtius, *allegato loco cap. 24.* ad Podagræ præcautionem etiam venarum, quæ ex supernis in pedes deferuntur, excisionem laudat, eodem modo factam, sicut varices in cruribus excindi aliquando solent. Verùm, vt rectè Hieronymus Fabricius ab Aquapendente *de operat. chirurg.* scribit, varicum extractio & excisio non modò aspera est & difficilis, sed etiam plerunque non feliciter succedit, propter sanguinem effluentem. Præterea partes inferiores ex venarum excisione faciliè cōturbescere possunt. Insuper et si hæ venæ excendantur: tamen parum commodi inde sperandum esset. Si enim vitiosi humores in corpore cumulentur, & ad pedes fluere sint consueti, via ipsi occlusa ad partem aliquam nobilem ferri & alium affectum periculosiorem excitare possent. Possunt etiam interna medicamenta ad articulos roborandos exhiberi, illa scilicet, quæ ipsis sunt appropriata, chamæpithys, chamædrydys, betonica, primula Veris, salua, rosmarinus & alia huius generis supra proposita. Atque hæc arthritidem præcauendi ratio est, quam breuibus complexus videtur Rhases, dum ita scribit: *Si podagricus seruauerit bonum regimen, & aliquando viatur Mithridatis, vel alio superfluitates consumente, & circa loca iuncturarum, vsus fuerit stipticis, reuenabitur.*

CAPVT VIII.

Consolatio Medicæ in Arthritide.

CVM ægri à Medico non consolationem, sed consilium & auxilium expectant, præter officium Medici esse videtur, de consolatione in dolore articulari aliquid scribere: & nihil etiam hac de re in medium proferre, nisi idem vir clarissimus, Ioannes Crato, civis meus, trium Imperatorum Medicus, fecisset, *in consil. à Scholtzio collectis.* Eum ergo secutus aliquid hac de re in medium afferam. Etenim omnis quidem generis auxilia sæpe adhibentur, neque tamen semper Medicus sic, quod cupit, obtinet. Interdum etiam æger ea omnia, quæ exactè obseruare debet, vel vitæ conditionis & officij, vel etiam aliarum corporis partium ratione obseruare non potest, ac proinde et si vnum perfectam sanationis spem æger concipere non possit, aliquid tamen, quod eum toletur, habet.

I. Arthritis à multis aliis malis ac morbis præseruat, & roboris naturæ indicium est, quod vitiosos in corpore humores è regni & publicis viis ad extremas & ignobiliores corporis partes depellit;

A & contrà, vt etiam supra *in Prognost.* dictum, si natura succumbat, atque amplius hos humores expellere non possit, tum febres & alij morbi periculosi sequi solent. Vnde non vulgates Medici censent, arthritidem sæpe ad diuturnitatem vitæ facere, ac si malè curetur, mortem accelerare. Etenim natura vitiosos humores, vt modò dictum, ad articulos deponit. Si verò corpore non satis purgato, vel vbi vitæ exacta ratio non obseruatur, vel ob diuturnitatem morbi, aut ætatis ratione vires iam debiles sunt, Medicus saltem in articulis roborandis laboret, faciliè accidere potest, vt materia, quata natura ad articulos detrudere solebat, in corpore retenta ad partes principes conuertatur, & morbos periculosos excitet, imò mortem acceleret.

II. Interim de vita homo non periclitatur in arthritide, vt in aliis morbis, febribus ardentibus & aliis, sputo sanguinis, pleuritide, peripneumonia, hydropo, epilepsia, apoplexia & pluribus aliis, sed tempore non ita longo elapso homo ad consueta negotia redit, & sæpe ita, ac si nunquam malè valuisset.

III. Temperantiam etiam & sobrietatem, si quid aliud, maximè arthritidis suadere potest. Cum enim dolor in arthritide sit tenuissimus; nulla verò, omnium Medicorum consensu, & ipsius experientie testimonio, re arthritidis rectius præcauari vel mitigari possit, quam frugali Diætâ, quæ facit, vt non solum prauis humoribus materia non suppeditetur, sed etiam viscerum intemperies optime corrigatur: prudentis est, rationi potius hic, quam affectibus obedire, & illud cogitare;

Nocet empta dolore voluptas.

& quod voluptas illa, quæ in libertiore Diætâ percipitur, non digna sit & tanta, quæ tanto cruciatu & dolore redimi debeat. Et licet conuiuia & sodalitia omnia vitæ graue videatur: tamen illud cogitandum, sodales eiusmodi in morbo postea nihil auxilij afferre posse, sed, vt est *in Tragopodagra Luciani, in fine,* potius laborantem deludere & irridere. Imò dum arthritidis occasione bonæ diætæ homo assuescit, non solum dolores arthriticos præcauet, sed & alios morbos, qui ex Diætæ erroribus proueniunt, vitat, & non raro ad senectutem homo peruenit. Qui verò vel Diætæ legitime se subicere nolunt, vel vitæ conditionis & officij ratione eam seruare nequeunt, ij non Medicos & Medicinam, sed se ipsos accusent; cum rectè scripserit Galenus, *de cur. rat. per venæ sectionem cap. 7.* *Ei, qui rectam victus rationem seruare nequit, medicamenta præscribere superuacaneum est.* Si verò homo bonam Diætam obseruet, nec tamen à morbo hoc liberetur, bona tamen conscientia miti & in diuina voluntate acquiescere potest. Hinc rectè scribit Crato, *loco allegato* cum obseruatio diligens atque moderatio prudens in victu semper iuuat, nunquam lædat aut fallat, eam negligere non modò extremæ stultitiæ, atque amentitiæ esse, verùm neglectionis nostræ, quam pietas vetat, putemus. Et cum culpa nostra nihil admillum fuisse, quo dolor sit accersitus vel auctus, conscientia testis fuerit, summam consolationem esse, abesse à culpa nobis persuadeamus, atque necessaria rectè ferre, neque Deo repugnare placidè studeamus.

IV. Soletur arthriticos & hoc, quod, vt sua cuique est calamitas: ita etiam sua cuique est commoditas, & quod arthritis diuitem morbos dicitur. Quamquam enim arthritici istum dolorem patiuntur: tamen plerique in re satis laeta, vel saltem mediocri viuunt, cum contra sint multi, qui

et si hoc dolore vacant, aliis quotidianis molestiis A ob paupertatem premuntur. Podagra, vt Cardanus, *in encomio Podagra*, scribit, vnguenta lenit, cantus & citharas audit, in mollibus stratis, puluibus sericeis, intra aurum & gemmas, ac pictas tabellas superba decumbit, audit fabellas, degustat vina generosa, deliciaresque cibos. Offerantur flores gratiosi, vestes variegatae, & quicquid ambitiosum à ciuibus vel ipsis Regibus multorum spatio annorum congestum est. Et Podagra adeo beata, vt qui ea detinetur, præter dolorem ipsum, beatam vitam ducat.

V. Etiam de eo sibi gratulari possunt arthritici, quod non, vt in reliquis morbis plerisque illa superior animæ vis & mentis operationes corrumpuntur & læduntur, sed plerunq; ex saluæ sunt. Et certè plurima eruditorum virorum monumenta Podagræ debemus, quæ si sani fuissent, vix edidissent. Et, vt Cardanus, *loco allegato*, scribit: nostræ ætatis vir magnæ eruditionis Erasmus è cubili podagræ quicquid legi meretur, exprompsit.

VI. Est & aliud commodum, quod arthritidis secum fert, nimirum, quod hominem à multis aliis molestiis liberare potest, laboresque inanes & curas grauiore demere, vt Cardani verbis vtar, vt si seruendum sit tumultuosæ Reip. si graui Principi & moroso, si imprudenti amico, vn-

de melius sumitur excusatio, quàm à Podagra? Habet Podagricus maximam temporis partem in tua potestate: nulla honestior excusatio laboris, quàm à Podagra. Et si tua res agitur, deseruit te dolor, dicis, Tandem licet ab arte & optima Diætâ multum auxiliij sperari possit: tamen cum temperies viscerum diuturnitate & grauitate dolorum ita euerfa est, & articuli ita debilitati, vt nulla integræ sanitatis recuperandæ spes supersit, iis, quæ diximus, commodis intereasfruatur æger, & patientia animum obfirmet, ad exemplum illius magni Imperatoris, Caroli V. qui dicere solebat: *Gedult und ein vvenig Schreien, sindt vor die Gicht die besten Arntzien*. Esse patientem, & parum præ dolore clamare, sunt optima contra arthritidem remedia.

Verum cum Medici non sit, ex ægri morbo & doloribus iocum facere, in hunc tenuem plura non addo. Qui vero in Arthritidem elegantes iocos cognoscere cupit, legat Tragopodagiam Luciani, quam huic tractatui in fine adiecitimus. Quæ tamen, vt & à Medico legatur, non indigna est; cum huius morbi vehementiam *μωρῶν* exprimat, causam, & quidè rectius, quàm nonnulli Medici, tradat, tempusque inuadendi, curandi difficultatem, Empiricorum iactantiam & vana promissa, tandemque ægro necessariam patientiam eleganter describat.



Q V Æ S T I O N E S

CONTROVERSÆ

DE ARTHRITIDE.

Q V Æ S T I O I.

AN ARTHRITIDIS NOMEN ETIAM PODAGRAM;
Chiragram & reliquos articolorum dolores comprehendat?



Arthritidem ἄρθριτις Græcis dicitur, & proinde omnibus, de quibus agimus, articolorum doloribus convenire, à Barbaris verò etiam Guttam, sed minus rectè, appellari, supra dictum. Sunt tamen è Recentioribus, inter quos est Franciscus India, Medicus Veronenſis, *lib. 1. de Gntta podagrica, cap. 1.* qui nomen Guttæ Barbaricum esse negant, ut quod sit veluti genericum nomen omnium ægritudinam, quæ per destillationem producuntur in articulis pedum, manuum, coxarum & similibus corporis partium, ideoque Guttæ nomen generis nomen mereri, arthritidem verò de Podagra, ut genus minimè prædicari posse doceat, ideo, quod Galenus, *6. aph. 28.* scribat, ferè omnes, qui articulari affectione corripuntur, prius podagricos fieri. Et sunt etiam alij Medici, qui articulare dolore alium faciunt, & à Podagra & Chiragra planè distinctam. Cardanus, *in aph. 29. sect. 6.* scribit, non esse eundem articolorum morbum, atque Podagram, additque, quod arthriticos pueros non paucos vident, podagricum verò nullum, neque meminerit legi illè aliquem, qui videtur, Galenumque reprehendit, quod discrimen inter arthritidem & podagram non docuerit. Lud. Mercatus verò, *lib. 4. de iur. morb. cur. cap. 18.* pluribus hac de re agit, & arthritidem seu articulare morbum à podagra, chiragra, ischiade distinguit, docetque peculiarem esse arthritidis naturam, quæ non consistat in dolore, sed in eo, quod plures aut omnes articulos occupat: item arthritidem non requirere eam articolorum imbecillitatem, quæ necessaria est in podagra, chiragra & ischiade, sed multò leuiorem sufficere, contra requirere longè maiorem copiam, atque esse podagra, chiragra, & ischiade longè rariorem. Hæbere etiam hoc peculiare arthritidem, quod incipiat cum tumore & desinat in dolorem: cum in podagra, chiragra & ischiade contrarium eveniat, & pars primo dolore corripitur, hinc intumescat: partem non requirere 40. dierum spatium ad resolutionem, idque ideo, quod partes minus sint imbecilles, & humor in partibus hæreat, quæ ad resolutionem aptiores sunt: Tandem etiam rarissimè aut nunquam reuerti, cum radicitus materia omnis discutiatur, nisi forsitan vitæ intemperantia non iam plenitudinem colligat. Causam enim arthritidis esse statuit peculiarem, internam quidem plenitudinem vasorum, præsertim sanguinis, externam verò omnem occasionem, quæ articulis laborem & exercitium adfert insuetum, quo ipsi incallescunt, laxantur & dilatantur, ac humores su-

si efferuescentes & commoti in ipsis confluunt, quos facilè pars labore effecta laxa & imbecilla alliciat aut susceperet. Verùm enimverò Francisci India opinionem quod attinet, equidem vocabulum Guttæ Latinum est, non Barbarum: id pro fluxione & catarrho, aut arthritide usurpare velle, contra usum Latinæ linguæ est; & proinde Barbaris meritò accensetur, qui id pro Arthritide usurpat, aut vocabulo Arthritidis præfert. Et licet Galenus, *6. aph. 28.* scribat, ferè omnes, qui arthritica affectione corripuntur, prius podagricos fieri, non tamen eo probatur, Arthritidis nomen omni articolorum dolori non convenire. Etenim & in pedibus sunt articuli. Et interdum nomen hoc generis in specie sumi de eo articolorum morbo, cum omnes vel plerique articuli afficiuntur, supra *cap. 1.* diximus, id quod non accidit, nisi quis prius podagra corripitur. Rectius longè Guainerius, *de agritur. in iur. cap. 1.* Ego, inquit, cum arthriticam (ita enim eius seculi Medici ob linguæ Græcæ ignorantiam morbum hunc appellabant) ab artu vel articulo nomen traxisse videam, quibus in locis dolores iuncturarum sunt, omnes tales siue cum tumore, siue non arthriticos appellare volui, quod veteres quoque omnes fecerunt. Cardanum verò & Mercatum quod attinet, causam nullam video, cur non podagram, chiragram, gonagram, & Ischiadicum dolorem & alios articolorum dolores arthritidis nomine, ut species sub genere, comprehendi velint, aut si plures vel omnes ferè articuli simili affectu, quo pedes, manus, genua, & coxendix laborare solent, corripiantur, arthritidis dici non debeat. Interim hoc non negamus, non omnem articolorum morbum aut tumorem arthritidem propriè dici, & accidere interdum, ut vitiosi humores, non sanguis, ut vult Mercatus, alterius generis, quam ij, qui arthritidem propriè dictam producunt, in corpore cumulentur, & nunc cum febre, nunc sine febre ad partes articulis vicinas depellantur, atque ibi tumores, & interdum etiam dolores excitent. Qui tamen tumores non sunt propriè arthritidis, cum, ut ipse Mercatus statuit, non incipiant à dolore & desinant in tumorem, sed contra à tumore incipiant, & postea dolor accedit. Multò minus hi tumores solum arthritidis nomine dignandi, & contra nomen hoc illis articolorum doloribus, de quibus hætenus dictum, denegandum. Præsertim eùm isti tumores non per intervalla, ut arthritidis, redeant, sed est semel hominem infestant, postea toto vitæ tempore non reuertantur. Itaque si Cardanus, Mercatus, vel

alij hos etiam tumores arthritidem nominare velint, A
 sciant, antiquos non quoscunque & à quacunque
 causa ortos tumores & dolores articuloꝝ arthriti-
 tidem nominasse, & Hippocrates, 6. Epid. contra.
 4. text. 13. eos, qui in Osio ex cuius nimo et lo-
 gnum dolore laborabant, non ἀρθριτις, sed γοναργίς
 nominat, de quo *quæst. seq.* dicitur.

QVÆSTIO II.

*An omnis dolor circa articulos Arthritidis nomine
 dignandus sit?*

Sunt quidem nonnulli in ea sententia, omnem,
 qui circa articulos accidit, dolorem Arthritidem B
 appellandam esse; cum si sint alij eiusmodi do-
 lores, nullibi à Medicis explicentur, neque quicquam
 de articuloꝝ dolore non arthritico commentus
 sit. Et licet quædam vel secundum magnitudinem,
 vel secundum durationem ad tempus occurrat dif-
 ferentia, eam speciem non variare putant. Verùm re-
 ctè scripsisse puto Galenum 3. aphor. 15 & 16. si
 tantus fuerit equalor, ut articuloꝝ humorem
 exiccet & consumat, motus profecto præ siccitate
 difficultatem & tunc etiam dolorem totè fecerit,
 nunquam tamen aff. cti nem arthritum appellatam
 commiserit nisi quis omnem articuloꝝ dolorem
 ita vocitare velit. Neque enim Hippocrates ipse
 illos, qui otobi nimo etu dolores eiuu odi contra-
 xerant, ἀρθριτις, sed γοναργίς appellat. Ideoque licet C
 de doloribus eiusmodi ab autoribus vno in loco
 vix tractetur, sparsim tamen eorum sit mentio.
 Non rarò enim accidit, ut vitiosi humores in cor-
 pore cumulati per febrem, aut etiam sine febris ad
 articulos, & imprimis genua protrudantur, & ibi
 dolores sæpe satis diuturnos excitant, qualis procul
 dubio ij fuerunt, quorum Hippocrates in *epi-
 dem.* mentionem facit, qui si non semper, ta-
 men cum æger pedes mouere cupit, dolorem exci-
 tant; quibus tamen propriè Arthritidis nomen
 propriè acceptæ non competit. Sic in hydro-
 picis, cachecticis, humores terosi in pedes delaben-
 tes tumorem excitant, qui & ipsi dum pedes mo-
 uentur, dolores patiunt, qui tamen dolores non
 sunt Arthritici: Neque humor per venas tum in par-
 tem aff. etiam influit, sed per poros in abdomine in
 eam sensum descendit. Et si rem accuratè æstime-
 mas, tales tumores non ipsas partes articuloꝝ con-
 stituentes & connectentes occupant, sed potius hu-
 mor extra partibus hisce circumfunditur, & inter
 cutem & partes articuloꝝ constituentes hæret. Ita
 in luxatione articuloꝝ, in vulneribus, contu-
 sionibus, sæpe humores ad articulos affluunt, ibi-
 que tumorem & dolorem excitant, qui tamen Ar-
 thritidis nomine non est dignandus. Ita quibus arti-
 culi exiccati & indurati sunt, quos vulgò contra-
 ctus vocant, in scorbato & alijs morbis, hi eos ex-
 tendere & mouere sine dolore non possunt, nec ta-
 men Arthritici nominantur.

Ideoque arthritus propriè & in specie dicta iste
 articuloꝝ dolor saltem appellandus, cum pecu-
 liaris humor supra descriptus in visceribus ventris
 inferioris genitus, atque in venis & arteriis cumu-
 latus subidò per eas in articulos influit, atque præ-
 cipuè in sentientes circa articulos partes sese insi-
 nuat, ibique partim vellicando, partim distendendo
 dolorem excitat.

QVÆSTIO III.

Quo in loco humor arthritidis excitans consistat?

Plurimi quidem sunt in ea sententia, humorem
 arthritidis causam præcipuè in cavitare illa seu
 spatio, quod est inter extremitates seu capita os-
 sium, quæ per articulationem coniunguntur, consi-
 stere, & humores affluentes per venas ad cavitates
 istas articuloꝝ primò confluere, hinc partes om-
 nes circumiacentes, ossa & cutem occupare, vnde
 fiat, ut abscedentibus à se inuicem ossibus, ligamenta
 neruque & tendines adeo tendantur, ut dolor & ci-
 uicius maximus inde excitetur. Afferuntque pro sua
 sententia primò illud, quod Hippocrates, 6. aph.
 49. scribit, Arthritidem non finire ante diem 40. hu-
 moresque, qui affluerunt, non citius, discutit, ut pote
 qui hæreant in parte calore destituta; cum si in par-
 tibus carnis, & quæ multas venas ac arterias habent,
 consisterent, tacitè resoluissent. Secundò
 probare id volenteo, quòd ex affluxu humorum in
 cavitatem articuli ossa inuicem à se discedant, atque
 ita distendendo tēdines & membranas dolorem efficiant.
 Tertio quòd ex motu articuli dolor augetur.
 Quarto quòd dolor in profundo primò percipitur,
 postquam intumescant partes externæ, postquam
 verò humores sibi viam ad exteriora parauerint non
 partes externæ in tumorem attolluntur. Verum con-
 traria sententia, quæ statuit, primò in ipsas partes ar-
 ticuloꝝ incumbentes fluxionem fieri, & hinc forsitan
 aliquando, sed rarus, in articuloꝝ cavitatem seu spatiū
 transudare, omnino vero magi consentanea est, do-
 cetque id primo ipsa arthritidis generatio. Cum enim
 affluxus humoris arthritidem generantis fiat per va-
 sa alimentum partibus ad euentia, ut præ probabitur,
 necessarium est, ut humor vitiosus, qui in
 articuloꝝ illabatur, primò in partes articuloꝝ incumbentes
 eumque connectentes influat, hinc verò, si
 tanta sit eius copia, in articuloꝝ cavitatem sese insi-
 nuet. Secundò, ossa per ligamenta validissima ita
 connectuntur, ut nullum ferè spatium relinquatur,
 in quod materia sese insinuare possit. Tertio liga-
 menta valde crassa & solida sunt, ut humores affluen-
 tes non facile admittant, multò minus in ipsam ca-
 uitatem articuli primò influere sinant. Quarto si
 materia in ipsam cavitatem illaberetur, & hinc ossa
 inuicem abscederent, membrum longius euaderet;
 quod tamen non accidit. Quintò in nodosa arthriti-
 de tophi, qui interdum ex articuloꝝ eximuntur, non
 in spatio inter ossa reperiuntur, sed circa ligamen-
 ta, & partes articuloꝝ ambientes. Sextò si humor
 in ipsam articuloꝝ primò illaberetur, hinc verò
 partibus externis communicaretur, nullus vel obtu-
 sus dolor excitaretur; cum ossium capita toto illo
 spatio, quo inuicem connectuntur, periclitio non te-
 gantur, sed cartilagine saltem obducantur, & nul-
 la membrana vel neruus, eò loci sit. Septimò tumor,
 qui externas partes occupat, & ab articuloꝝ iunctura
 aliquando satis late ad vna extenditur, non in ip-
 so articulo, sed partibus circa articuloꝝ humorem
 arthritidis causam contineri satis docet. Tandem
 si in ipsa inter ossa cavitare contineretur humor,
 fieri non posset, ut, quod sæpe accidit, refrigerantia
 & repellentia medicamenta humorem statim à lo-
 co affecto in vasa & hinc alia loca pellerent.
 Quæ autem pro contraria sententia afferuntur, fa-
 cilè soluantur. Nam primò quod humores in ar-
 thritide tardius sæpe discutuntur, causa est, non
 quod humores in cavitare inter ossa continentur,
 sed quod in locis ex sanguinibus, & paucò calore
 præditis hærent, atque ipse humor ad perfectam
 discussionem

discussione inaptus est. Neque tamen hoc semper verum, sed sæpe etiam satis breui temporis spatio discutitur materia, cum scilicet ea est pauca, tenuis, pars calore fouetur, nec materia ineptis topicis incrassatur. Deinde non ideo dolor excitatur, quia articuli elongantur, & à se inuicem abscedunt, sed quia humor acris in membranofas partes influens eas distendit & vellicat. Tertio licet dolor magis excitatus, dum articulus mouetur: tamen id non ideo accidit, quia humor in articulo ipso continetur, (Est enim, ut iam dictum, sensus expertus) sed quia partes membranofæ circa articulum antea ab humore præter naturam distentæ magis distenduntur. Tandem nec illud probat humorem primò in articuli spatium excedere, quod dolor, cum morbus inuadit, in profundo primò percipitur, priusquam intumescant partes externæ, quod cum accidit, dolor mitigatur. Verum quidem est, hæc sæpe ita accidere, ac initio nullum aut certe exiguum tumorem apparere, interim dolorem in alto læuare, & esse grauissimum, qui postea lenitur, cum partes externæ intumescunt. Sed id non ideo accidit, quod in ipsam articuli cavitatem humor illabatur, & hinc sibi viam ad externa patet; cum ossium extrema omnimodò, ut antea etiam dictum, destituantur, sed ideo euenit, quod humor vitiosus totus primò per extremitates vasorum ad partes neruofas & membranofas circa articulum affluit, eaque valde affligit; postea verò, cum pars humoris etiam in partes carnosas distribuitur, dolor fit mitior; cum humor in plura loca distributus minus potenter agat, & partes illæ laxiores sint, ac minore cum dolore distendantur & vellicentur, sicut hoc idem in dentium dolore fieri videmus, qui primò maximus est, cum vniuersus humor ad dentes & neruos ipsi insertos affluit, postea verò, cum pars eius in viciniam maxillam & gingiuas distribuitur, dolor mitigatur. Hoc interim, ut antea etiam dictum, non negamus, tandem etiam aliquid materiz in ipsam cavitatem articuli transudare posse, si refluxus diutius durat. Neque contra nostram sententiam faciunt vltimi duo aphorismi Hippocratis, *sect. 6. Quibus longo coxendicium dolore consuetatis femoris summum coxa excidit, rursusque recidit, iis muscisa ibidem pituita colligitur.* Et: *Quibus disturno dolore ischiadico vexatis femoris caput coxa excidit, iis femur contabescit, & claudicat, nisi uratur.* Nam non ideo articulus iste excidit, quod ab humore in cavitatem eius illapso os loco suo detrudatur, sed, ut Galenus in *comm.* docet, quia à pituitoso humore imbata & permadescencia articulationis vincula laxiora redduntur. Quæ autem partes sint circa articulum, quæ humorem affluentem suscipiant, nec de eo plane omnes idem sentiunt. Capiuaccius & alii quidam statuunt, ad ligamenta solum affluxum hunc fieri, & ligamenta in arthritide repleti, non verò neruos & tendines; cum si partes hæc repleantur, conuulsiones fierent. Has enim partes saltem per consensum ligamentorum affici, dum ab usumere repletis comprimantur. Verum ligamenta tam dura & solida sunt, ut credibile non sit, ea præcipuè humorem affluentem recipere, & ab eo repleti. Et non ideo dolor excitatur, quod saltem partes neruofæ & membranofæ à ligamentis humore præter naturam repletis comprimantur. Non enim, si hæc causa esset, tam atrox & acerbus dolor esse posset, se quia humor acris & mordax partes sentientes pungit & vellicat. Ut enim in aliis partibus membranæ, periostia & nerui doloris subiectum sunt: ita etiam in arthritide doloris proximam causam continent. Quod autem conuulsio non excitatur, causa supra iam proposita citi

A quia nimium non afficiuntur partes motui, sed sensui saltem dicatæ, membranæ, vel etiam ipsi nerui motui non dicantur secundum membranas.

Q V Æ S T I O I V.

Qualis sit febris qua arthritidem comitatur?

Plerique quidem statuunt, febrem eam solum esse symptomaticam: Verum cum febres symptomaticæ sint ex propriè, quæ aliarum partium, præcipuè viscerum, inflammationes sequuntur, cum scilicet calor ille, qui est in membro affecto, vel etiam putridæ fuligines cordi communicantur, caloremque in eo accendunt, atque ita focus febris est in alia parte affecta: facile hinc patet, febrem arthritidi coniunctam symptomaticam non esse, sed primariam. Est enim in febre, quæ arthritidem comitatur, focus febris non in parte affecta, seu parte arthritide laborante, sed in magnis vasis. Imò febris arthritidem vel præcedit, vel cum ea inuadente simul inuadit, non verò arthritidem sequitur. Ideoque febris hæc ad febres continuas primarias, quas comitatas hodie appellamus, merito refertur, eas scilicet, quæ non sunt solitariae, sed alium morbum, & quidem ab eadem causa pendentem, coniunctum habent; cum nimirum ex motu humoris, quem natura ad partem aliquam detrudere, vel in habitum corporis expellere conatur, febris accenditur, aut certe materia, quæ ad partem aliquam mouetur, simul putida est, ut febrem accendat. Atque ut in erysipelate, pleuritide, variolis, morbillis & similibus affectibus id accidit: ita & in arthritide euenit, quam febris talis sæpe diem vnum antecedere solet, aut certe cum eo inuadit, etsi parua sit sæpe, & propterea ab ægris, præcipue dolorem attendentibus, non animaduertatur. Est autem febris hæc continua, quæ tamen matutino tempore non nihil remittit, circa vesperam verò intenditur, quod fit à sanguinis ad interiora refluxu, seu spontaneo, seu ab ambientis aëris frigore excitato, omnibus febribus continuis familiare. Ipsa verò febris, pro natura humoris, qui cum humore arthritidis causa proxima interdum concitatur, aliis atque aliis diebus argeri solet. Humor autem iste, qui febrem accendit, non solum in venis, sed & in arteriis quandoque continetur, & tum putredinis in vrinis signa ita euidentia non adsunt: imò vrinx in principio sæpe sunt tenues, & perspicuæ instar aquæ, sedimento carentes, quales & aliis morbis qui ex motu ferofi humoris proueniunt, sunt familiares.

Q V Æ S T I O V.

An defectus mororum Podagram producat, seu mori fructus Podagram sanent?

Occasionem huic questionis dedit Athenæus, qui *Dynastophist. lib. 2.* sic scribit: Pythermus, ut inquit Hegilander, memorie tradidit, æuo suo moros annos 20. fructum non edidisse, & popularem morbum podagram grassatam ita fuisse, ut non solum maies, sed etiam pueros, v. gines, eunuchos, mulieresis morbus corripuerit; quin & eam agritudinem adeo vehementer fecisse in greges, ut ouium partes duas morbus ille affligeret. Unde putant nonnulli id accidisse ob mororum totis 20. annis defectum, & mori fructui vim podagram accendi tribuunt. Ac verum quidem est, mora ventrem laxare, & ventriculo calido ac æstuanti prodesse: verum quod peculiari vi podagricis profint, nec ratio nec experientia persuadet. Neq; ideo probari potest,

quod cum 20. annis mora deessent, populariter podagra grassata fuit. Probabilis enim est, ob insignem aliquam aëris *αἰμαρία*, quæ totis 20. annis viguit, ut singulis annis moris noceret, vitiosos humores arthritidi generandæ aptos cumulosos faillit. Et patet hoc vel ex eo, quod non solum homines, sed & oves, quæ tamen mori fructibus non vescuntur, à morbo hoc non fuerunt immunes.

Q V A E S T I O VI.

Quenam sit arthritidis causa?

CAusam equidem arthritidis proximam esse diximus continui partium circa articulum solutionem, ab humore, qui in eas influxit, provenientem, dum partes illas vel distendit, vel pungit & lancinat, vel utrumque præstat. Ea de re tamen Medici non parum dissentiunt, & de causâ proxima arthritidem excitante alii aliter statuunt; quem Medicorum dissentium non postremam causam esse puto, quod parum feliciter arthritidis sæpe curatur. Vbi enim de causâ morbi non satis constat, curatio rectè institui non potest. Et primò quidem nonnulli etiam intemperiem nudam inter causas arthritidis, numerant, idque etiam Costæus, in *Auicenna lib. 3. fœn. 22. tractat. 2. cap. 5.* affirmat, ea de causâ, quod interdum absque tumore omni, qui intemperiei cum materia coniungi solet, dolor sentitur. Verùm intemperies sola qualiscunque etiam, proxima affectus huius causâ non est, cum intemperies, quæ tam diuturnum dolorem interdum excitat, sola non subsistere, neque etiam tam acerbi doloris causâ esse possit. Deinde ipse tumor, sæpe satis manifestus, præter intemperiem affluxum humorum adesse satis indicat. Et quamvis in principio nullus sæpe tumor extra apparet, id tamen non satis euincit, nullum intus esse humorem. Sicut in pleuritide, dentium, aliarumque partium doloribus multis humor intus lægens solo dolore, nullo verò tumore sese prodit. Præterea purgantia & sudorifera medicamenta ad morbum hunc curandum & præcauendam non parum momenti habent, quæ ad puram intemperiem non essent necessaria. Et quamvis Paræus historiam sui morbi referat, quæ probare vult, nudam intemperiem arthritidem inducere posse: tamen ea non satis probat, omnem affluxum humorum abfuisse; cum externi aëris qualitates humorum affluxum concitare possint. Petrus Salias Diuersas equidem, de affect. partie. capite 17. Ischiadis aut arthritidis à siccitate mentionem facit, cuius causam nec Galenus, nec alius post eum nouerit, sed solum Hippocrates, libro de aff. intern. Per siccitatem autem non intelligendam esse scribit intemperiem siccam partium articulum ipsam constituentium, videlicet ossium, ligamentorum, & tendinum, sed consumptionem eius glutinosæ humiditatis, qua naturaliter nutritur, & ad faciliorem motum subungitur articulus ipse, ne ad motum ineptus reddatur. Hanc enim humiditatem si contingit quacunque de causâ exsiccari, cum articuli motus impeditur, difficultasque motus ac dolor vna succedit. Huiusmodi affectum, si in coxæ articulo fiat, ab Hippocrate ischiadicum dolorem appellari scribit; se verò in quocunque alio articulo etiam gigni posse, animaduertisse. Verum non ignorat hunc affectum Galenus, sed arthritidem veram esse negat, ac saltem quoddam motus impedimentum esse docet, dum *lib. 3. cap. 16.* expresse scribit, si immo licet factæ siccitates consumant articulorum humiditatem, difficilem sanè quendam motum ob siccitatem fieri, forte verò & dolo-

An intemperies nuda sit causâ arthritidis

Arem nonnunquam: Eam verò passionem, quam arthritidem vocant, haudquaquam fieri, nisi quippiam omnem articuloium dolorem arthritidem nominare velit. Deinde, quæ pace tantorum virorum dixerit, sic sanè, ut talis dolor & motus impeditum à siccitate fiat: tamen de eo dubito, an ab humiditatis eius solum, quo ossium capita unguantur, absorptione hic dolor fiat. Toto enim spatio, quo coniunguntur, ossa nullo periclitio muetuntur, & propterea sensu destituntur, ac proinde eò loci dolor excitari non potest. Vero magis consentaneum videtur, si motus quoddam impedimentum vel dolor ob siccitatem in articulis excitetur, id fieri ob tendinum, musculorum extremitatem & ligamentorum exsiccationem, ob quam ad motum inepta sunt membra, & si moueri debent, violenter extendi necesse est, quæ violenta extensio dolorem parit. Cum ergo à nuda intemperie non fiat arthritidis, potè dispiciendum, à qua materia excitetur. Nonnulli quidem, ut Guainerius & Matthæus de gradibus, ventositatis, seu flatus mentionem faciunt. Verum flatus dolorem tantum & sæpe tam diuturnum in hisce partibus excitare non potest: nisi quis per flatum spiritum intelligere velit, de quo postea dicetur. Et licet dolor sit sæpe mobilis & vagus: tamen id non euenit non à flatu, sed ab humore, qui ad motum etiam aptissimus est. Ad arthritidem etiam nonnulli referunt eam affectum, qui Arabibus *Ναξις* dicitur, quem *Albucahis, lib. 2. cap. 93.* ita describit: *Ægritudo hæc in terra nostra appellatur Ναξις, & est dolor, qui accidit in quibusdam membris, deinde permutatur de membro ad membrum, ut huius morbi exempli vidi ego tale. Vocatus sum ad mulierem quandam infirmam in quadam villa, & detexit brachium suum, & vidi in flatum paruam in vena brachij, & post horam vnam vidi illam inflationem procedere cum facili, sicut serpit vermis ascendendo ad humerum celerius, quam credi potest, & mouebatur, sicut argentem vinum, cum currit de loco ad locum. Secessit ergo dolor ex loco, qui primo doluerat, & fixus est in humero. Deinde ut narrauit mihi, reuoluebatur in toto corpore, quemadmodum & ego facillè deprehendere potui. Miratus ergo sum velocitatem decursionis eius de membro ad membrum, & ego quidem antea nunquam videram hanc ægritudinem, quæ esset, qualis in hac muliere. Multos quidem vidi, qui senserunt dolorem permutari de membro ad membrum, sed non hoc modo, aut hac celeritate. Nec ego aliam hinc causam coniecere possum, quam quod mulier fuit Sole & laboribus exhausta, quales sunt, quæ ex villis, siccis corporis, detectarum venarum. Hinc ergo apparet sensui illa ventositas permutata, & est necesse, ut non appareat secundum hunc modum in illis qui sunt delitiosi & corporibus humidis, occultatum venarum. Cum ergo moliris curationem eius, & sentit patiens illum dolorem, tunc si est, apparet oculis, ut supra diximus, tunc stringe super ipsam & sub ipso velociter, & seca super ipsum, donec egrediat ventositas coarctata, & cauteriza locum. Si autem non videris locum affectum & dolorem, tunc cura ipsam cum excussione corporis, & quopiam remedio, quod expellit ventositates & extenuat eas. Commodæ autem sunt pileule scetidæ, de sagapeno, & similes. Hæc *Albucahis.* Verum morbus hic arthritidis non est. Neque enim est saltem circa articulos, sed oritur à flatu seu spiritu furioso è vasis effuso, & per ambitum corporis discurrere. Sunt quidam, qui motum hunc flatuum & spirituum in ipsis venis factum putant. Et verum quidè est, in vasis & visceribus sæpe flatus tales magno cum impetu discurrere, sicut Anton Beniuens,*

An flatus

Naxitis affusio

E

de abd. morb. & sanar. caus. cap. 81. refert, Ludovicum Nicolinum a deo à vento, viscera & stomachum impetente affectum fuisse, ut non solum viscera & pectus, sed scapulae etiam incredibili extenderentur dolore, & spiritus magna ac miserabilis fieret angustia, vnde etiam tertio die è vita emigraret. Verùm in historia illa Albucasis flatuosum illum spiritum è vasis in ipsum ambitum corporis effusum fuisse, credibile est. Cum enim motus ille cum dolore magno coniunctus fuerit, in vasibus spiritus ille solum contineri non potuit, utpote quæ sensu destituerentur. Nonnulli, & non malè, hunc affectum, si non eundem, cognatum tamen esse putant illi, quem V. Vieri, in libello Germanico de morb. incognitis, peculiari tractatu descripsit, & à Vestphalis die Lahren oder leuffende Lahren, à Dithmaris, die Ratten, in agro Brunsvicensi die gutten Rinder, in Gottingensi die gusten Helden nominari scribit, de quo etiam Epistolam ad Petrum Forestum scripsit. Henricus à Bra, Campensis Medicus, quæ lib. 20. obs. Foresti annexa est. Nostri homines plerumque ad incantationem referunt, & nescio quid nati à succubis dolores illos patere putant; cum tamen dolores tales vagi etiam causas naturales habere possint, & à flatu quodam acri, seu sero acri ex humore ferè scorbutico genito per partes membranosas & musculos vagante ortum habeant. Vnde etiam patet, ad dracunculos veterum, cum hic vermis nullus subsit, eorum modè referri non posse. Vestphali ad curationem videntur præcipuè, ut peculiari medicamento, lumbicis terrestribus, de quo vidè V. Vieri, loco alleg. Verùm plura de hoc affectu non addimus, cum ad arthritidem, de qua iam agimus propriè non pertineat. Hoc saltem non præterendum censemus, in historiis arthriticorum, quos Forestus lib. 29. affert, etiam obs. 14. mentionem facere cuiusdam Hægonis Cornelii, Cithæpæ Delphensis annor. 28. qui cum ab agricultura lassus, ac somno oppressus in terram decubisset, atque aliquot horis dormivisset; euigilans in manu sinistra circa carpum intensissimum dolorem sensit, qui totum dein brachium occupavit, ut neque manum, neque digitos movere potuerit, qui subrigidi quasi videbantur; mox circa pedem eodem dolore fuit affectus, cui accessit quoque febris valde intensa. A quibus tamen omnibus medicamento purgante & alterante ac topicis adhibitis intra septem dies sanatus fuit. Vbi & alterius cuiusdam mentionem facit, qui cum in hortu valde ebrius pernoctasset supra terram, cum euigilasset, febrè correptus fuit, cum tenuissimis doloribus, ac brevi extinctus fuit. Verùm vihi non videtur, affectus istos propriè fuisse arthriticos, sed febres acutas è vaporibus è terra exhalantibus, quos uterque in ea dormiens experiat, contractus, in quibus natura vitiosa humoris partem ad extrema detrusit, à quo dolore non solum in articulis, sed toto brachio, membranis musculorum ibi affectis, & excitati fuerunt: fuitque humoris huius ea prauitas, ut alteri ægrotanti etiam mortem statim attulerit. Cùm ergo nec unda intemperies nec flatus solus arthritidis causa esse possit, Medici quidem plerique in eo consentiunt, humorem esse arthritidis causam: verum quis humor ille sit, maximè dissentiant. Aliqui omnes quatuor humores, sanguinem, bilem, pituitam, melancholiam arthritidis causam esse passè putant, & id eo præcipuè probare conantur, quod in arthritide varij tumorem colores, dolores diversi, accidentia varia apparent, terminus declinationis non sit vnas, curandique ratio varia, pro causarum varietate, instituenda est. Nimirum, ut Pet. Sal. Diversi, de aff. part. c. 16. verbis utat, color.

Operum Senuerti Tom. III.

A aliis est rubicundus, aliis flavus, aliis albus. Tumor aliquando est notabilis magnitudinis, quandoque vix apparet. Dolor quandoque est molestus quidem, sed non multum, quandoque autem est acerrimus. Hicque nonnunquam citò soluitur, ille longius protrahitur. Symptomata autem multoties loquuntur mala, ut caliditas ingens & fetor in loco affecto. Aliquando autem vel nulla est caliditas, vel frigiditas sine molestia, illique ab aëre calidore, hi à frigidore læduntur. Modus curandi nonnunquam admodum variat, quoniam in his calida iuvant, in illis frigida: illique à frigidis, isti à calidis exacerbantur. Præterea quidam ex sanguinis, quidam ex pituitæ, alij ex bilis, nonnulli ex atra bilis evacuatione, sedantur. Quæ omnia indicare videntur, arthritidis causam modò esse calidam, modò frigidam, modò diversam esse materiã. Verùm hæc rationes id, quod debent, non satis probant. Etenim etsi pro vario humorum apparatu varij humores ad partem affectam confluere possint: tamen ij prima arthritidis causa non sunt, sed cum sero saltem ad partem affectam rapiuntur, vel à dolore, attrahuntur. Et non illum humorem, qui tumorem parit, præcipuam arthritidis causam esse, vel ex eo patet, quod in principio, antequam pars intumescit, maximus dolor est, parte verò intumescente dolor remittit. Neque etiã rationi consentanea est hæc opinio. Etenim multi plethora & cacochymia laborant: neque tamen unquam arthritide corripiuntur. Et in specie sanguinem quod attinet, ille sua abundantia nullo modo arthritidem generat. Est enim sanguis naturæ thesaurus: id eoque etsi redundat, non facile natura eum ad partem aliquam depellit, præcipuè partes exanguis, quales in arthritide afficiuntur. Neque etiam si eò protruderetur, cum sit inuis & benignus, tantos & tam acerbos dolores pareret, qui tamen in principio statim adsunt, antequam pars intumescere & rubescere incipit. Et si esset ex sanguine arthritidis, cur non tumor suppuraretur? cum nullus humor facilius in pus mutetur, quàm sanguis? De melancholia res plura etiam est, eamque pauci arthritidis causam esse ponunt. Cùm enim sit humor crassus, non facile in angustissimas istas vias sese insinuare potest. Bilem verò, nec sine causa, nonnulli vrgent, & ab ea, non solum à pituita, etiam arthritidem provenire dicunt, idque probare volunt ex signis, quæ in arthritide adsunt. Est enim plerumque dolor acerrimus, & similis pungitius, victus ad siccum & calidum vergens præcessit. Exercitia fuerunt valida. Habitus corporis est gracilis. Temperatura biliosa, atque ipse æger ad iram proclivis. Verum enimverò hoc equidem negari non potest, ista interdum ægris ita accidere, & dolorem sæpe esse tam acrem, ut ad pituitam & crudum humorem in nullo modo referri possit, sed calidam potius humorem arguat. Sed de hoc iam quæsitum est. an omnis humor p. n. calidus bilis sit, quod negandum censemus, statimisque cum Carolo Pifone, dari etiam cacochymiam serosam (etsi eam illenon rectè explicet) ac serosum etiam humorem posse esse calidissimum, & sub eo etiam comprehendi ichores illos acres, quos Hippocrates & Galenus, ut infra dicemus, ita nominant, seu, si cum Chymicis loqui libeat, sale millum tartareum, aut spiritus salium tartareorum. Neque etiam omnes, qui arthritide laborant, sunt habitu corporis gracili, & temperatura biliosa. Fernovius, lib. 6. de part. morb. & sympt. cap. 19. humores reliquos omnes reicit, & non sanguinem, non bilem, non melancholiam, sed tantum humorem frigidum, pituitosum, aut serosum arthritidis causam esse, omnemque arthritidem frigidam, & à frigido

An sanguis?

An melancholia?

An pituita, scilicet Fernovius?

humore provenire statuit. Atque in eo quidem recte sentit, quod vnius morbi vnicam saltem causam esse statuit: sed in eo valde errat, quod eum humorem frigidum esse docet; eū omnia ferè symptomata, quæ arthriticis accidunt, contrarium doceant, dolor scilicet acutissimus, ardor, motus subitus, & alia. Licet enim cum humor hic moveri incipit, frigus aliquod oboriatur, quo totum corpus perhorrescit: tamen id frigida materis indicium certum non est, cum etiam humores calidi, cum per partes sentientes mouentur, frigoris & horrois sensum inducere possint, vt in febribus biliosis manifestum est. Errat deinde etiam in eo, quod pituitam & serosum humorem pro vno habet; vt & in eo, quod serosum humorem simpliciter frigidum esse docet. Etsi enim in seroso humore multæ partes aqueæ sint: tamen etiam multæ partes acres & salis insunt, quibus à simplici & pura aqua differt. Haussisse autem hanc opinionem videtur Fernelius à Galeno, 10. de compend. medic. ses. loc. capite 2. vbi scribit, humorem, qui arthritidem excitat, alias quidem sanguinem esse, vt plurimum verò pituitosum, aut ex pituitoso & bilioso mixtum aut etiam ex sanguine cum istis permixto. Aut si quis exactius interpretari velit, non pituitosum humorem, sed qui crudus appellatur, vt plurimum circa articulos prædominari, nonnunquam esse crassum ad similitudinem puris crassioris. Vbi verò in articulis moram traxerit, non solum crassiorem, sed & viscosum reddi. Galenum & Fernelium sequuntur plurimi alii Medici, & humorem pituitosum, frigidum, crudum & serosum pro eodem habent, & arthritidis causam esse docent. In quo omnes errant; cum nec tantus dolor à tali frigido & crudo humore provenire possit, & arthritidis subito inuadat, & sæpe iterum delitescat, & in alium locum moueatur, ad quod præstandum humor pituitosus & crassus, & qui crasso puri sit similis, aptus non est. Præterea cum in principio, cum nullus tumor apparet, dolor sit vehementissimus, cum ab humore subtili & acri angustissima etiam loca penetrante, ac membranas pungente, non verò à crasso & frigido humore fieri indicio est. Neque topi, qui in arthriticis generantur, causam arthritidis pituitam esse satis docent: cum eiusmodi topi potius ab humore tartareo, & terris mineralibus cognato, quam cruda pituita fiant. Thomas Erastus equidem, disput. 4. contra Paracels. scribit, se tantum semel vidisse Podagram à pura pituita genitam in quodam nobili ab Helmstadt, qui absque omni dolore ægrotabat, si in quiete manus & pedes seruabat: nullus rubor conspiciebatur, sed tumor albus, laxis satis, tamen articuli nodos haberent, & multis retrò annis pedibus insistere non potuisset. Verum affectus iste tum temporis non fuit Podagra verè dicta, sed tumor œdematosus, quo pedes longo & diuturno humorum affluxu laborarunt: Quod verò in principio sanguis cum pituita, (aut potius serosus humor) in pedes defluerit, eosque corruerit ipse Erastus confitetur. Carolus Piso in lib. de morb. ab illuvie serosa, in consiliis duobus de arthritide, vnicam arthritidis causam esse statuit colluviem serosam. Quæ sententia, si recte explicetur, omnino vera est. In eo autem fallitur, quod serum istud puram aquam esse putat: cum symptomata & cæ, quæ arthriticis accidunt, longe aliud doceant. Alii, inter quos Mercurialis, cum agnoscant, ab humore pituitoso & crudo dolores tam vehementes & atroces excitari non posse; cum certum sit, dolores vehementissimos fieri à causa calida: neque etiam pituitosum & crudum humorem ad motum, qui in arthritide subitaneus est, esse idoneum, ne-

An collu-
vies serosa
iuxta Pi-
sonem?

An pituita
cum bile
mixta, iux-
ta Mercu-
rialem.

A que in partes istas membranosas sese insinuare posse, posterius ex allegato Galeni loco assumunt, & arthritidem ex pituita cum bile mixta fieri, & pituitæ, vt crassæ, bilem quasi vehiculum admisceri statuunt. Verum nec hæc opinio nisi illa pituitæ & bilis mixtura pro seroso humore sumatur, satisfacit. Cum enim ipsi agnoscant, dolorem atrocem requirere causam calidam, is à bile pituitæ permixta fieri non potest; cum acrimoniam bilis pituita obtundat & temperet potius, quàm augeat. Ludouicus Mercatus cum agnosceret, humores vitiosos, etsi abundant in corpore, non statim arthritidem, sed alios etiam morbos generare, ipse etiam ad cruditatem confugit, & vt humores vitiosi arthritidem generent, crudos esse debere, statuit. Verum cum iterum agnosceret, cruditatem ad arthritidem generandam simpliciter non sufficere, varia de cruditate comminiscitur, statuitque, eam solam cruditatem arthritidi generandæ aptam esse, quæ à caloris raritate & tenuitate fiat, vbi an proprie loquatur, cuiusvis iudicio relinquo, eamque tribus modis fieri. Primò cum pars pinguior ab eo separatur atque educitur. Secundò ob dissolutionem eius à calore externo. Tertio quod ei admisceatur aliquid incoctum, sed calidum. Tandem tamen concludit, cruditatem humorum non esse qualemcunque, vt reliquas, quæ febres, defluxiones, & cæteros morbos procreant, sed aliquid sortiri peculiare, ob quod magis in hunc affectum, quam alios commigrat, idque fieri statuit, cum humores fiunt tenuiores cum fusione & mordacitate, quibus facillè ab aliis partibus reiciantur, donec ad articulos deueniant. In quo recte omnino statuit, humorem istum peculiare quid habere, quo arthritidem, non alios morbos generat. Hanc autem humoris, quam ille appellat, cruditatem aut conditionem potius (neque enim omnis humor, qui præter naturam est, recte crudus dicitur) si diligenter perpendamus, competit certe humori seroso, salso & tartareo supra à nobis descripto, vt pote qui tenuis est, mordax, fusus seu, vt Chymici dicunt, à sale tartareo resolutus. Vt ita rem agnouisse, verbis exprimere non potuisse videatur Mercatus. Ambrosius Paræus, lib. 17. cap. 2. cum & ipse animaduerteret, humorem, qui arthritidem generat, omnino esse alterius naturæ, quàm eos, qui phlegmones, œdematis, erysipelatis aut scirrhii autores sunt, statuit, cum non notioris ac melioris naturæ esse, quàm qui pestem, luem veneream, aut epilepsiam faciat, idque probare conatur, 1. eo, quod hic humor nunquam ad suppurationem veniat reliquorum humorum more. 2. Quod dolores longe acerbiores efficit, quàm alii humores, ita vt ægri partem sibi quasi vri sæpe dicant. 3. Quod in nodos mutatur, quod aliis humoribus non accidit. 4. Quod nullis remediis ferè cedit, sed iis irritatur & efferatur potius, vt ægri sibi longe melius esse dicant, non appositis remediis, quàm appositis. 5. Quod Galenus ipse, de theriaca ad Pison. cap. 15. theriacam arthriticis omnibus ex vfu esse dicit, vt pote, vt putat Paræus, quæ malignitatem humoris obtundat. In quo quidem recte sentit Paræus, non vulgares humores, bilem, pituitam, melancholiam arthritidem efficere, sed peculiare quid humorem arthritidis causam obtinere, id quod rationes ab ipso allegatæ satis probant: vt verò ad malignitatem peculiarem & occultam qualitatem hic confugiamus, opus non est, neque id rationes allatæ probant. Nihil enim hinc maligni apparet, sed doloris vehementia ab acrimonia humoris provenit, qualis etiam interdum in dentium, aurium & aliarum partium dolore accidit. Et licet Galenus theriacam ad arthritidem commendat; tamen

An cr-
tas sec-
dum et-
cacum

An h or
malign
& oc
tz
qualit
partic-
secund
Paræo

id non facit, vt malignitatem humoris expugnet, sed potius vt humores vitiosos absumat, qualia etiam in medicamentis alia supra in curatione sunt propofita. Hoc interim non negamus, humorem, qui arthritidis causa est, etiam peculiarem dignitatem interdum obtinere posse; id quod in Scorbuto & Plica Palonica accidit. Attamen non quatenus malignus est, arthritidem producit, sed quatenus eam dispositionem habet, quam etiam humores arthritidem excitantes obtinent, qui omnis malignitatis sunt expertes. Vt tandem etiam Chymicos consulamus, equidem omnino ab his aliquid lucis in hac doctrina speramus. Verum eam vix à Paracello & eius affectis assequemur, qui etiam rem planam plerumque obscurant. Paracellus enim, vt solet, variè hac de re loquitur: Nam in tractatu de Podagra pag. 540. Podagram dicit esse morbum, cuius sedes sit synouia, quæ ubi exalterur, podagra excitetur. Morbum esse liquorem mineralem, seu succum acetosum, quales sunt, alumen, vitriolum, acetum, berberis, acacia; cum enim hæc salia synouia sint aduerta si in homine generentur & synouia permisceantur, synouiam ebullire, & postea mira de cæca mixtura iungit, quæ vt hier. feram, digna vix pato, sicut & ea, quæ lib. 2. de Podagra habet. In Perami o ad Nercurium præcipitum refert hunc morbum. In lib. de morb. variis. cap. 19. ad tartarum. Petrus Severinus, *Idea medic. cap. 12.* docet, excitatas radices podagricorum affectum si in sanguine sedem habeant, effluere & spirituales ac vaporosas tincturas ad loca domestica mittere, ibique refectas radicem matricis nactas prædestinationum resolutiones dolorosa symptomatum calamitate absoluerit. Doloris autem differentias, vt planè dicam, quod ille affectata verborum prompta obscurat provenire à diversitate salium, quorum alii sunt actiores, alij minus acres. Recipi autem has spirituales ac vaporosas tincturas à suis matricibus, id est, partibus illis, quæ obnoxie sunt educationibus fructuum podagricorum resolutorum, affinitatemque generis cum iis habent, & hospitem aduenientem admittunt, id est, articulis, vel synouia manuum ac pedum. Verum rem planam verbis obscurant, & veris facta miscunt. Nam quæ de synouia ebullitione & effluencia afferunt, figmentum est ista Paracelli synouia, de qua de cons. & diff. Chymicor. cap. 15. dictum. Quod verò de spiritibus salis dicunt, veritati consentaneum est, si rectè explicetur; vt mox diceretur. Sicut & id tolerari potest, quod ex salium esse entis, quæ in vegetabilibus & mineralibus apparent, dolorum differentia, in arthriticis explicare conantur; cum dogmatici etiam Medici, & inter eos Experientissimus Felix Piaterus statuat, humorem arthritidis causam non simpliciter aquam esse, sed qualitate aliena motum, & ichoribus humorum & excrementis, quæ cum vehementiorem reddant, permixtum. Sicut & id potius perpendendum, quam reiiciendum putamus, quod obscuris tamen verbis tradit Severinus, humores excrementitios alios ad alias partes moueri, & humorem arthritidis causam peculiarem ad articulos prædixisse habere, vt etiam supra dictum. Vt ergo hæc tandem concludam, patet ex his quæ hætenus dicta sunt, nec sanguinem simpliciter, nec pituitam, nec melancholiam, nec aquam proximam arthritidis causam esse. Si verò omnia ea, quæ arthriticis accidunt, quæque ab hisce humoribus deduci non possunt, vt ex hætenus dictis manifestum est, perpendam, aliter statuere non possum, quam humorem salium, acrem, subtilem, & spirituum salinorum naturam plerumque referentem arthritidis causam esse. Appellet eum iam

A quis bilem, pituitam bili permixtam, salem, tartarum, vel prout libet, per melicet, modò res rectè explicetur. Ego vocabulum feri, salis & tartari vsurpabo, vt rem à bile & pituita vulgari differentem peculiari etiam vocabulo explicem. Serum autem non solum esse humorem aqueum etiam Antiqui agnouerunt, sentitque Galenus, 6. Epid. comm. 3. 158. sanguine *κρυσίδη* & serosum non solum vocari ab Hippocrate & Platone aquam, & aqueam humiditatem morfuarentem, sed mordacem & erodentem, qui scilicet spirituum salinorum naturam referat, & propterea partes sentientes pungit & irritat, & acutissimos dolores in iis excitat. Est mirum in terra, è qua plantæ, quibus & homo & alia animalia nutriuntur, aliquid salium, quod mineralibus respondet, & non incommodè sal tenax appellari potest, quod tamen vix purum & solum reperitur, sed aliis corporibus miscetur; vnde varia terrarum genera ortum habent, & proinde pro terrarum varietate varium est, limosum, argillosum, &c. tandemque in plantis & animalibus tartarum nominatur, & in hominem transfunditur. Verum id etiam plantis & homine in variis conditionibus subtile & volatile fiat, nisi antea tale sit, sicut id etiam ex sale vitæ patet, ac tandem etiam ipsi sanguini miscetur: quia tamen à prima origine ad corpus nostrum alienum ineptum est, & vt Hippocrates loquitur *αίματι*, tandem, nisi mox per alium in prima coctione excernatur, aut postea per sudores vel urinam euacuatur, cumulatam & naturæ molestem ad articulos, qui quandam cum tali materia cognationem habent, protrahitur, vbi sua acrimonia acutissimos dolores excitat. Neque quem moueat, quod hanc materiam modò spirituosam, modò tartaream, & ad rophos etiam generandos aptam esse dicimus. Nam, vt cum Chymicis loquar, è corporibus possunt fieri spiritus, & rursum è spiritibus corpora. Materia hæc in sua origine, & dum in terra esset, corpus fuit, & quiddam quasi terreum & minerale: attenuatum verò postea fuit in variis plantis & homine conditionibus & spirituosum quasi factum est. Quod Galenicis etiam quidam agnouerunt, & inter eos Cardanus, qui in aph. 49. ipsi 47. sect. 6. Hipp. scribit: materia, arthritidis scilicet causa, est quasi spiritus. Et Lucianus in *Trapodagra*, *πύμα βίαιον* appellat. Postea tamen humor hic tenuis aut spiritus, vbi locum idoneum nactus est, ossa scilicet, & circa articulos loca, iterum in corpus abit & coagulatur, sicut spiritum vitrioli & aliorum salium spiritus iterum coagulari posse, & in corpora redire, Chymicis notissimum est. Si quis tamen statuere velit, in ipsa terra esse salem volatilem, quem plantæ attrahant, id huic sententiæ nihil officit: sed res eodem redit.

Q V Æ S T I O VII.

E Ubi humor Arthritidis causa generetur & per quas vias in articulos infuset.

QVo in loco humor arthritidis causa generetur, & per quas vias in articulos infuset, Medici valde dissentiunt: quæ dissentio curationem non parum difficilem reddit, & non sine causa Ferrius, lib. 6. de part. morb. sympt. cap. 18. scribit; ex rei huius ignoratione hætenus dolorem articulorum pro incurabili derelictum esse, nuncupatumque Medicorum opprobrium. Nestram hac de re sententiam supra breuiter proposuimus: Quia verò non pauci doctissimi Medici aliter sentiunt, (vt in hac humanæ mentis caligine in grauissimis controuer-

his fieri solet) eorum opiniones breuiter proponere & perpendere libet. Et primò quidem Fernellium quod attinet, statuit is, errare eos, qui humorem arthritidis causam ex intimis corporis partibus in articulos erumpere, putant. Quomodo enim, *inquis*, à visceribus internisque ledibus posset humor sincerus aliquispiam per ora venarum in articulos purus excidere, aut si etiã cum humore sanguis effluat, cur in articulis collectus phlegmonem non excitat? Sed neque humor crudus, qui per alios ductus, quàm per venas fertur, in articulis arthritidem faciet. Nam crudi humores in cachexia è visceribus in pedes decumbunt, vnde intumescunt, podagram non excitant. Ipse vero statuit, originem & fontem huius mali caput esse, è quo pituitosus humor, isque tenuis in articulos defluat. Et quidem non in cerebro, Vtpote cuius excrementa vel foras per nares, vel per palatium in asperam arteriam atque pulmones, aut in ventriculum interioresque sedes illabuntur, sed partibus externis capitis, & extra caluariam positus hunc humorem colligi & per summa corporis sub cute deorsum decurrere docet. Cùm enim venæ multæ ab externis iugularibus deductæ eò excurrant, sua tenuia atque serosa excrementa ibi deponere, cumque capitis cutis crassa, densaque sit, & humores per eam facillè non expient, temporis progressu ibi cumulari, & per summa corporis ad articulos defluere existimat. Fernelij opinionem sequuntur plurimi alij Medici, quorum alij tantum in capite inter cranium & cutem capitis humorem arthritidis causam colligi, hunc vnicum locum esse statuunt, vnde materia ad articulos defluat: alij etiam alias vias addunt, hanc tamen Fernelij coniungant, & pauci omnino sunt, qui non etiam simul à capitis hoc loco materiam hanc defluere credunt. Verum enimverò quod Fernelius de altera opinione conquiritur, quod ob eam euenit, vt arthritidis ferè pro incurabili derelicta sit. Medicorumque opprobrium nuncupata, ego, saluo cuiusque iudicio, potius de Fernelij opinione verum esse existimo, & cum Medicum, qui fontem huius mali saltem in capite xerit, vero fonte neglecto, vix vquam arthritidem curaturum puto. Et si enim verum sit, dolores quosdam vagos & varios ex humore seroso ab externa capitis parte sub cute per summa corporis delabente hinc inde excitari: arthritidis tamen inde non generatur, neque materia illa circa articulos, sed masculorum membranas ferè subsistere solet. Humoris verò arthritidem excitantis generationis longè alia ratio est. Is enim ob diætæ errores & viscerum debilitatem in sanguificatione generatur; aliquando & ex mensium ac hæmorrhoidum suppressione suppeditatur; & in venis ac arteriis cumulari: vnde etiam cum moueri & effruescere incipit, arthritidis ferè febris coniungitur; imò interdum febres in arthritidem terminantur, atque hinc quoque euenit, vt in arthritide humoris in venis peccantis satis manifesta indicia vrina exhibeat. Hinc ipse Galen. docet. 3. aph. 20. in tuberculis & articulo- rum doloribus profundum corporis expurgari, vitiolis humoribus à partibus principalibus ad ambitum corporis protrusus. Neque aliud firmis rationibus probari potest. Quæ cùm ita sese habeant, & humor arthritidis causa in venis & arteriis contineatur, ratio nulla reddi potest, qua necessitate, vel naturæ, vel morbi, humores isti necessarè prius in caput debeant ascendere, antequam in pedes ferantur, præsertim cùm pateus & recta via sit, qua per venas & arterias moueri & in eos ferri possint. Et quod materia arthritidis causa non extra vasa, sed per vasa ad articulos feratur, patet quoque ex eo, quòd venæ in articulis, quos inuadit arthritidis, sub initium arthritidis turgeant & intumescunt; quod humor arthri-

tidem excitans, si repellentia intempestiue applicentur, in venas & arterias recurrit, & vel ad partes nobiles regurgitat, febresque acutas, cordis anxietates & alia mala symptomata excitat; vel subito in alium articulum transfertur; vnde dolor, qui modò pedem infestabat, mox si repellentia incautè apponantur, in manu sese exferit, quod non nisi per vasa moto humore fieri potest. Neque enim possibile est, vt humor, qui in digito pedis erat, sub cute ad manum subito feratur. Et si humor sub cute per spatia deflueret, in partibus, per quas transiret, dolorem excitaret, vt sæpe animaduertitur in doloribus illis ab humore seroso extra cranium descendente ortis, dolorem primò in capite, hinc in collo, deinde in scapulis dorso excitari, tandem humorem ac dolorem vsque ad crura descendere; quod non accidit in arthritide. Insuper sæpe accidit, vt homo ex ira, terrore subito in arthritidem coniciatur, quod cerè accidit humoribus in venis & arteriis subito commotis: Si verò sub cute capitis illi sensim cumularentur, id accidere non posset. Et si sub cute capitis fons & origo huius mali est, cur non curatio præcipuè ad eam sedem dirigitur, & vesicatoria, cauteria, ac seracea certici applicantur; cùm vix commodior locus, quàm hic, detur, materiam inter cranium & cutem capitis collectam euacuandi? Præterea si origo humoris semper esset in externa capitis parte, etiam signa eius sibi cumulari & descendenti adesse deberent; quæ tamen in plurimis non animaduertuntur, quos capite plane saluo arthritidis inuadit. Fernelius quidem inter signa cumulari humoris recenset capitis grauitatem & somnolentiam, dolorem externum capitis & qui contactu, præsertim quo inuersis capillis excitetur, tumorem œdematosum, vt ceram mollem, cuti præsertim ad occipitium subiectum: defluentis verò humoris signa ponit dolorem à ceruice vel per humeros in cubitum & manus, vel per dorsum coxendice, genua pedesque sensim deuolutum, sensu interdum frigoris oborto. Verum negari quidem non potest, hæc signa adesse, vbi humor serosus in capite cumulari, & per externas corporis partes delabitur; sed rarò apparent in arthritide; cùm experientia constet, eos, qui arthritide laborèt capite plurius; optime valere. Nec qui arthritide corripiuntur defluxum illud humorum à capite & dolorem hinc prouenientem percipiunt, vt modò dictum. Et sit sanè, vt in principio arthritidis etiam caput in quibusdã, quibus id debilius est, offendatur, & grauitas in eo vel dolor percipiatur: tamen id non satis probat, humorem arthritidis causam in capite generari, cùm eadem sæpe in febribus accidant, licet febris causa in capite non generetur, sed per consensum tum caput afficiatur. Dum enim hi mores in arteriis & venis effruescunt, & mori incipiunt, partim suo pte impetu hinc inde vagantur, quod turgentium proprium est, partim à natura hinc inde protruduntur, & præcipue debiles partes occupant, dorso tandem in vno loco certam sedem figant. Quapropter non mirum est, in quibusdã, in quibus caput debilius, & aliàs deflectionibus excitandis obnoxium est, in prima arthritidis inuasione aliquid humoris ad articulos ruituri per venas capillares sub cutem in capite effundi, atque ibi dolorem & alia symptomata excitare. Quod tamen sententiæ Fernelij nihil patrocinauit, cùm ij humores non sub cute capitis, quod ille vult, geniti & collecti sint, sed subito per venas & arterias, quæ à iugularibus externis ad caput mittuntur, eò affundantur. Et sit sanè, vt reuera in collo dolores arthritici propriè dicti excitentur: tamen id non fit à materia sub cute sensim collecta & eò defluente, sed quia per venas capillares, quibus articuli illi nutriuntur, eò humores effunduntur. Vt enim per venas cauas &

arteriæ truncum descendente ad pedes isti humores feruntur: ita per adscendentem ad caput & vicinas partes iidem mitti possunt. Et quod symptomatum in ægris quædam diuersitas apparet, ex eo accidit, quod humor nunc per truncum venæ caux & arteriæ adscendentem, nunc per descendente præcipuè, nunc per vtrumque fluit & mouetur. Cum enim per adscendentem mouetur, antequam ad manus per axillares ramos perueniat, facile aliquid, per iugulares cum internas, tum externas in caput adscendentes, etiam in cerebrum & sub cutem protrudi potest, vnde nonnullos vigilia, alios somnolentia, alios alia symptomata infestant. Quod verò ille humor, qui digitos pedis infestat, sub cute capitis collectus, aut eò è venis & arteriis effusus fuerit, & hinc ad pedem deflexerit, nulla firma ratione probati potest. Quæ enim recta via est, per quam è capite sub cute ad digitos pedis subito & recta fluere possit? Nam cum materia à capite sub cute destillat, hinc inde dispergitur, & hinc inde dolores excitat, non verò recta ad extremos pedes tendit: neque etiam si per hanc viam flueret, subito in manum, quod sæpe accidit, via mutata, adicendere posset. Et in specie somnolentia quod attinet, & si quæ sunt id generis alia symptomata, quæ in ipso cerebro sunt, ea neque in omni arthritide apparent, neque si apparent, Ferneli opinionem confirmant, sed potius conuellunt, & materiam non extra cranium generari & moueri, sed ex ipsis venis effundi docent. Fit enim somnolentia à materia intra cerebrum cumulatâ, non extra caluariam collectâ, quæ si in arthritide adsit, aliquid materiæ etiam per venas & arterias in ipsum cerebrum effundi docent. Tandem constat experientia morbos alios, & præsertim acutos, quorum materia in venis & circum viscera hæret, transmutari in arthritidem, & tum vrinæ crassas iminentis arthritidis signum esse, testaturque Auenroes, 7. collig. cap. 3. seipsum factum esse arthriticum ex morbo acuto, cum natura per crisi humores ad articulos, & præterea ad pedes expulisset, quod non fieret, si arthritidis à materia à capite defluente generaretur. De qua re plura quoque postea in examine opinionis Plateri dicentur. Neque ea, quæ contra alteram sententiam, quam supra proposuimus, & veritati consentaneam existimamus, profert Fernelius, magni momenti sunt. Nam cum querit, quomodo humor sincerus per ora venatum ad articulos fluere queat, id in dubium vocat, quod quotidie in ægris fieri videmus. Natura enim sanguinem, vt vitæ thesaurum, retinet, & ne à vitiosis humoribus inquinetur & corrumpatur, eos variis modis è venis & arteriis expellit. Certè in alui fluxibus & purgationibus solos humores vitiosos è vena caua ad melsaraicas, & hinc ad intestina protrudit: per sudores criticos humores vitiosos, & quidem sincerus, sæpe foetidos & male coloratos per officia venarum in cutem desinentium expellit. Idem præstat in erysipelate, scabie, variolis, morbillis, aliisque morbis plurimis, in quibus natura, vt corpus sanum conseruet, vitiosos humores à bono sanguine segregat, eosque per officia venarum expellit. Neque tamen serosus ille humor semper sincerus ad articulos defluit, sed sæpe sanguinem, sæpe alios humores secum rapit. Quod verò Fernelius addit, si sanguis vnà efflueret, phlegmonem excitaturum, id reuera sæpe accidit, quod ipse Fernelius confiteri necesse habet, dum de chiragra scribit: *Dolor huic inest pulsans, cum tumore, rubore, calore, atque surgentibus plerumque venis.* Et de Podagra: *Tumor, vt in chiragra, adest, tum parvis, tum venarum ambiturium rubor, calor, dolorque pulsans: quæ omnia inflammationis signa sunt.* Vnde etiam Hip-

A pocrates, 6. aph. 49. hoc nomen arthritidi tribuendum *ἄρθρις ἀπὸ τῆς ἀρθρίδας* appellat. Non tamen omnis inflammatio necessarîo suppuratur, & quod humores in arthritide non suppurantur, id non locum, vnde defluant, indicat sed potius ipsius humoris naturam arguit, Vtpote qui ad suppurationem ineptus est, serosus scilicet salus & tartareus, cuius pars tenuior disceditur, crassum verò, quod relinquitur, in tophos & nodos abit. Nihil enim suppuratur, nisi sanguis, aut quod sanguinis naturam participat & admixtum habet. Neque etiam illud probat humorem à capite descendere, quod cum horrore, seu leui frigore morbus hic interdum inuadit. Horror enim & frigus hoc non humoris à capite sub cute descendente, sed humoris potius è venis effusi indicium est, sicut idem in febribus & erysipelate accidere videmus. Alii, vt Eustachius Rhodius, etiâ à capite materiam hanc defluere putant, Verum non solum extra cranium, inter cutem & pericranium, per spatia, quæ sub cute sunt, ad articulos defluere, sed & intra caluariam, per externam spinalis medullæ superficiem descendere, alii etiam per mediam spinalis medullæ substantiam fluere docent. Verum si hæc fierent, potius paralysis aut conuulsio inde excitaretur, & in medio spatio, per quod fluere humores, etiam nerui afficerentur. Alii vtramque opinionem coniungunt, & humorem partim à capite, partim per venas fluere docent: quæ communissima fere sententia est, quam prolixè explicat Platerus, qui humores arthriticos dolores excitantes vel intra venas, vel extra venas defluere docet.

C Intra venas quidem, cum sanguineus humor arthritidem, calidam nonnullis dictam, excitat, febrem synocham coniunctam habentem. Vt enim sanguine subtili in superficiem cutis effuso erysipelata quæ febris synocha comitatur, excitantur: ita dum in articulo sedes effunditur, articulo dolor, quem febris eadem comitatur, gignitur: ita quidem, vt qui vtrique morbo obnoxii sunt, podagra inuadente erysipelatis opinionem se consolentur. Quæ omnia sunt verissima. Extra venas tamen etiam congestos humores serosos & excrementitios arthritidem excitare, eorumque originem à capite esse, ibique defluxionum scaturiginem existere, & ab eo in partes subiectas defluere statuit. Congeri autem ibi nonnunquam in illius sede interiore intra caluariam, præbente ei

D materiam sanguine crudo & impuro. Tum enim partem eius ad nutritionem inutilem, & excrementitiam sensim in cerebro cumulari, quæ cum postea delabitur, dolores dictos pariat, quos graues capitis, eiusdemque dolor nonnunquam, aliaque accidentia, coaceruatæ illic materiæ indicia, comitentur. Sanguinem autem excrementitium fieri docet, vel primæ vel secundæ, vel etiam tertæ coctionis, quæ fit in cerebro, vitio, ob cerebri scilicet intemperiem aliquam aut imbecillitatem. Illuuiem autem hanc & humores vitiosos in capite congestos, vel ob copiam nimiam commotos defluere, vel à frigore externo & humiditate aëris exprimi & fundi, vel à calore Solis aut balnei, meatibus referatis, & facultate expultrice irritata, concitari tradi. Eundem tamen serosum & excrementitium humorem extra caluariam quoque inter ipsam & cutem congeri, & in inferiores partes defluere statuit. Vias autem, per quas defluxus iste à capite fiat, varias esse docet. Humorem intra caluariam collectum in cerebri basi ex tribus foraminibus, caluariæ fundo impressis, nunc per foramen ossis cribrosi transcolari, & è naribus stillare, coryzamque excitare statuit; nunc in mediam cavitatem, quæ multis foraminibus palatum spectat, ferri, & vel per nares emongi, aut screatu è faucibus expui, vel in oculorum sedem descendente per la-

chrymas exstillare: nunc in media hac sede neruorum ductum, quorum aliqui per hæc foramina pervadunt, sequi; nunc in posteriorem calvarie cavitate, quæ humilior & amplior est, delatam, per magnum occipitij foramen spinalis medullæ descendere in habitus corporis locum aliquem, & vel in carnosissimis partibus alicubi, vel circa articuloꝝ regionem subsistere, & defluxionum dictos dolores aut articuloꝝ parere. Extra verò calvariam collectum humorem sub cute deorsum defluentem, prout se vel articuloꝝ, vel carnosissimis sedibus insinuat, varia dolorum genera profertur statuit. Quæ omnia pluribus explicat. Verum enim uero ut ista quæ de motu humorum extra venas profertur, in quo cum Eustachio Rhodio consentit, libenter admittimus: ita ut arthritidem inde generari credamus, adduci non possumus. Primò enim materia, quæ in cerebro generatur, & coryzam, sputum copiosum excitat, & per nares ac fauces reicitur, longe alterius naturæ est, quàm quæ arthritidem parit: ac fieri non posset, quin si materia tam acris & ignea quasi in cerebro generaretur, grauiissima induceret symptomata. Præterea siue secundum neruorum, siue secundum spinalis medullæ ductum, humor hic descenderet, fieri non posset, quin prius vel convulsionem, vel paraly sin, vel dolorem aliquem in transitu pareret, antequam in ex remos pedum digitos perveniret, ibique dolorem excitaret, cum tamen sæpe contrarium, & præcipue in huius morbi initio, fieri, & in pedibus subito dolorem excitari videamus, nullo alibi dolore, vel symptomate apparente. Deinde ex materia sub cute capitis cumalata defluxionum dolores, quos ita recte appellat Platerus, & ab arthriticis doloribus distinguit, (etsi in eo errat, quod hos defluxionum dolores solum in carnosissimis musculorum locis fieri statuit; cum æque circa articulos fiant) in carnosissimis locis & membranis musculorum excitari posse equidem libenter concedo: arthritidem verò proprie dictam per certa intervalla recurrentem, certumque duracionis tempus habentem inde generari, mihi persuadere non possum. Etenim si inter carnem & cutem delaberetur humor, prius propinquas capiti partes & articulos occuparet, cum, ut Galenus 2. de diff. febr. cap. 11. expresse docet, quæ à capite sunt fluxiones, capiti vicinas partes, aures, oculos, dentes, gingivas, & vicinas glandulas, aut pectus & pulmones, ac dorsi musculos occupare soleant, unde tales à defluxione dolores mox in primo à capite humoris descensu in collo, i. cervicæ, scapulis percipiuntur, in digitos verò pedum, quos arthritidis maxime infestare solet, vix unquam descendunt humores illo seroso tenui in via evanescente: quod in arthritide non accidit, in qua subito in extremis plerumque pedum digitos dolores primum & subito excitari solent. Nam quod solenander, *consil. 24. sect. 4.* cuidam nobili viro sub finem hyemis arthritide laboranti, ideo humores à capite motos fuisse scribit, quod non subito sint aucti, sed paulatim creverint, & de articulo in articulum, de pede in pedem, de hoc in genu transferint, occuparint inde manus, ac in cubiti iuncturas sese insinuarint, id mihi parum probabile videtur. Etenim si humor à capite defluxisset, primò cubitos, hinc manus; primò genua, hinc pedes infestare debuisset, cum tamen contrarium factum sit. Vero magis consentaneum est, id ab humoris natura & copia factum fuisse. Cum enim crassio siue it, tæpore hybernato tardius motus est: cum verò magna eius copia accumulata fuerit, primò natura ad extremas partes eum depulit: quem cum totum capite non possent, etiam ad propiores postea derulsit. Neque etiam ullam viam video, per quam

A recta humor hic extra calvariam cumalatus in pedes feratur, & non hinc inde ut dolores illi ex defluxionibus, vagetur. Et sic sanè, interdum ceterum etiam quædam symptomata pati, & dolorem primò in nucha incipere, deinde humerum, hinc cubitum, & tandem manum occupare: tamen nondum id, quod debet, probatur, nimirum extra calvariam inter cutem & carnem hunc humorem descendere. Primò enim quomodo pedagra in pedibus fiat, hoc modo non monstratur. Deinde etsi intra venas & arterias humor fluat, possunt eadem symptomata in cerebro (quæ nulla fieri possent, si humor extra cranium sub cute moueatur) & dolor in nucha, humero & cubito produci. Dum enim humorem illum vitiosum per truncum venæ cavae & arteriæ ascendente natura conatur expellere, facile aliquid per venas & arterias iugulares in cerebrum influere, ibique aliqua symptomata excitare potest, & antequam ad manus perveniat, facile accidere potest, ut per ramos in nucham, & humerum sparsos aliquid in eas partes extrudat. Et cum omnes in toto corpore articuli, & partes circa illas suum nutrimentum à venis & arteriis capiant, nullus est articulus in toto corpore, in quem uno etiam humor arthritidis causa per eadem vasa influere possit, ut cæcas atque occultas & ex remotissimis partibus vias quaerere opus non sit. Et ut tandem hoc etiam largiar, posse fieri, ut serosi eiusmodi humores in venis abundantes etiam in caput protrudantur, & sub cute effundantur, atque ingruente paroxysmo arthritico, & natura ad expulsionem se accingente, etiam moueantur, & per ceruicem ad dorsum descendant: tamen non illi humores sunt, qui arthritidem pariunt, sed sub cute descendentes, ac membranas in ambu corpore vellicantes dolores vagos excitant, imò interdum etiam pleuritidem spiritam pariunt, sed si etionibus, discutientibus, & sudoribus faciliè tolluntur, præseuerante nihilominus arthritide. Franciscus Iradia, Medicus Veronensis, de *Grua, libro primo capite quarto*, rem hanc valde intricatam reddit, dum scribit membra, quæ has superfluitates emittunt, varia & plura esse, caput præcipue, ventriculum, intestina, iecur, & renes: & quidem à capite potissimum & à cerebro istas fluxiones fieri, quoniam licet ab intestinis & à ventriculo & aliis membris isti humores originem trahunt, antequam ad partes iuncturarum fluant, prius in caput ascendere, & postea ab illo ad subiectas partes transmitti. A toto autem corpore non negat quidem humores istos provenire. Si enim, inquit, corpus omnino à superfluitatibus immune ac liberum esset, humor minime influeret. Immediate tamen à toto corpore materiam ad articulos fluere negat, cum fieri non possit, ut humor, qui in ventriculo, vel intestinis, vel in iecore, aut liene, reperitur, confestim ab his partibus ad articulos fluat, nisi ab irritamento naturæ per vias ad articulos ducentes propellatur. Vias autem istas statuit esse venas, musculos & neruos. Venas nimirum ad manus & brachia nutriendas destinatas humores excrementitios, qui per totum corpus existunt, ad digitorum manuum ligamenta, tendines & articulos deferre. Musculos verò, qui à scapulis & spinæ articulis oriuntur, & qui humeris implantantur, eadem excrementa ab inferioribus corporis partibus suscipere, & ad digitorum manuum ligamenta deducere. Quæ vero à capite fluunt materia, eam per neruos ab illo descendentes ad manuum digitorum articulos protrudere. Postea tamen negat, à solo capite humorem deferri ad partes corporis inferiores, ut pote ad genua, crura, & ad pedum digitorum ligamen-

que articulos, sed propter consensum venarum & neruorum spinæ dorsi & renum cum genibus, cruribus & pedibus, quandoque deferri à spina dorsi & à renibus ad genuum ligamenta, & ad pedum digitorum articulos. Verùm in hac opinione non pauca falsa continentur. Primò enim cum toto corpore materia ad aliquem locum fluere dicitur, non intelliguntur omnes omnino corporis partes, Ventriculus, intestina, epas, renes, & alix, sed venenosum genus in toto corpore. Etsi enim excrementitij humores in ventriculo, intestinis, liene & epate generari possint: tamen vbi cumulantur, tandem in venam cauam cum perpetuo illo sanguinis commectu, vt & in arterias distribuuntur, & hinc ad externas corporis partes protruduntur, vt in scabie & aliis affectibus pluribus videre est. Humores ergo vitiosi si in arthriticis cumulentur, non est opus vt per tantas ambages, per musculos & neruos ad articulos educantur, cum via propinqua sit per venas & arterias, à quibus vt alix corporis partes omnes, ita etiam articuli suam nutrimentum accipiunt. Præterea per neruos humores in articulos defluere vero plane non est consentaneum. Neque enim nerui facile tantam humorum copiam admittunt; neque possibile esset, si materia ista à cerebro reciperetur, & per neruos afflueret, quin grauissima mala prius, antequam arthritis exoriretur, excitaret. Equidem hæc incommoda effugere conatur India, dum cap. 6. scribit, materiam, quæ fluit, non interius neruos replere, sed extra solum distendere. Verùm hoc non per neruos defluere. Neque etiam hoc modo incommoda ista euitat, dum non monstrat, quomodo continuò à capite ducta secundum neruorum progressum materia hæc fluere possit, vt tamen in via neque conuulsionem, neque paralytin, neque dolorem vllum excitet. Et quorsum istis per musculos ambagibus opus est, cum via recta, vt sæpius iam dictum, è venis & arteriis sit in articulos? Peculiarem sententiam habet Adrianus Spigelius, in libro de arthritide. Qui cum agnosceret, omnino per venas & arterias hunc affluxum fieri, nec tamen etiam eam opinionem, quæ humores à capite defluere asserit, deserere vellet, simulque animaduerteret, cum fluxum neque extra cranium, neque intra & à cerebro fieri posse, statuit tum à capite, tum ab epate fieri fluxionem, sed in eo ab aliis dissentit, quod eam fluxionem, quam à capite fieri putat, raro sub cute, vt docet Fernellius, nunquam verò per foramen medullæ, quo spiritus continentur, vel per foramen nuchæ supra membranam externam spinalis medullæ fieri docet, sed per venas & arterias iugulares, non solum externas, sed etiam internas, per quas ab infernis partibus, epate præsertim, fertur humor in capitis externas internasque partes, remeare in venam cauam, & arteriam magnam, vel eius ramos sub iugulo constitutos, atque sic in articulos deuolui statuit. Verum enim verò in eo quidem recte sentit Spigelius, quod per venas & arterias humorum fluxum in arthritide fieri docet, vel eo edoctus, quod obseruauit, si ante vniuersalem corporis euacuationem externa remedia repellentia vel refrigerantia pedi vel manui applicentur, materiam ad nobiles partes refluxisse, febresque acutas & alia mala excitasse. Sed quod materia è cerebro primò in venas & arterias regurgitet, non probat, & sine vlla firma ratione profert: contra potius ea, quæ arthriticis accidunt, testantur, humorem hunc neque in cerebro generari, neque cumulari, ac inde in venas & arterias regurgitare; cum si hoc accideret, humor tam acris, tantisque dolores efficere potens, grauissimos in cerebro affectus excitaret. Quæritque ambages hic

A Spigelius, cum multa doceant, in epate & liene sanguificationis officinis humores hos gigni, atque inde in venis & arteriis cumulari, & per eas in articulos tandem protrudi, vt eos à cerebro petere opus non sit. Nonnulli à toto corpore humores ad articulos effundi statuunt. Verùm ij nihil aliud hæc per totum intelligere possunt, quàm venas & arterias per totum dispersas. Verùm vt prolixam hanc disputationem tandem concludamus & in pauca contrahamus. Hoc primò certum est, in visceribus ventris inferioris materiam arthriticis causam generari, imò sæpe diuibi circa lienem & intestina ac epas stabulari, donec tandem in venam cauam transferatur. Recteque scribit Mercatus, se ex ventris doloribus articulorum dolores subortos conspexisse, & Autores non contemnendos idem scripsisse; quod & ipse in hypocondriacis & scorbuticis factum non seinel vidi. Vnde etiam diarrhœæ intempestiue suppressæ in arthritidem mutantur. Et quod ab intestino colo humor arthritidem excitans fluere possit, docet Hippocrates & Galenus, 6. epid. com. 4. text. 3. De viis res plana est, vt etiam de scorbutico dictum: Nimirum ex colo per mesentericas arterias humor hic in arteriæ magnæ truncum transferri potest, atque hinc ad articulos detrudi. Secundò & illud certum est, conceduntque id Medici quique doctissimi, humorem arthriticis causam per venas & arterias moueri, (alijs semper, sæpissime verò ij, qui à capite etiam humorem defluere statuunt) resque adeo plana est, vt Thomas Erastus qui tamen alteram viam etiam à capite defendit, disputatione 4. contra Paracels. pag. 261. scribat, eum tantum de hac re dubitare posse, qui quid fiat quotidie, non satis attendit, aut præiudicatam habet in animo opinionem. Hæc cum certa sint; hoc iam dubium est, an hæc via non sufficiat, & an alia detur, & an à capite etiam sub cute defluentes humores arthritidem excitent. Tertio tamen & hoc certum esse puto, ac supra satis probatum, quandoque initium fluxionis non esse à capite. Cum enim pars mittens & recipiens suis symptomatibus sese prodatur; in multis verò arthriticis nulla capitis grauitas, nullus dolor, nec alia symptomata congesti ibi & cumulati humoris indicia appareant: statui non potest, à capite humorem defluere. Præterea nec illa arthritidis, quæ ex colica fit, à capite, sed à cerebro ortum habet, vt supra monstratum, sicut nec illa, quæ ex diarrhœa intempestiue suppressa provenit. Quarto ergo hoc verè dubium relinquatur, an aliquando à materia sub cute capitis cumulata defluente arthritidis oriatur. Quod quidem plurimi doctissimi Medici, quibus tum iudicium relinquo, affirmant: ego tamen, vt credam persuaderi non possum, ob rationes supra propositas, quas hic repetere opus non est, imprimis cum omnium symptomatum, quæ arthriticis accidunt, rationem optimè reddere possim, etsi statuam, humorem arthriticis causam solum intra vasa moueri, & per ea in articulos fluere; præcipue si illud attendatur, humorem hunc nunc potissimum per truncum venæ caux & arteriæ magnæ descendentem, nunc etiam per ascendentem simul fluere, atque inde varia symptomata circa caput excitari. Quid ergo opus est, iis viis neglectis, quas Natura seu canales motui & fluxui humorum destinauit, insuetas & insolitas querere? Et vt vnum saltem attingam, Erastus quidem loco allegato pro certo signo defluentis à capite humoris hoc habet, quod ægri plerumque manifestè sentiant, humorem ex capite per ceruicem, latera, dorsam, instar aquæ defluere, cum horrore seu leui frigore. Verùm hoc signum mihi parum firmum videtur. Accidit enim iste horros

non solum in arthritide, sed sæpe etiam in febribus, erysipelate, variolis, morbillis, morborumque horum imminutum indicium est; cum ex venæ cavæ & arteriæ trunco in dorso maximo per ramos ab his ortos venarum & arteriarum extremitates vapor ex vitioso humore, vel etiam pars eius tenuior in dorso partes protruditur. Et si enim proculdubio idem etiam in aliis partibus accidit: tamen in dorso primum horror excitatur, ob spinalem medullam & nervos ab ea prodeuntes sensu exquisito præditos ibi plurimos; per quam medullam etiam rigor nunc ascendere nunc descendere videtur de quo Hippocrates *aph. 69.*

Q V A E S T I O VIII.

An in ipsis articulis quid colligatur, quod ad producendum paroxysmum aliquid faciat?

VT de hac questione cogitarem, non solum Paracelsus eiusque asseclæ, qui ex synoviarum ebullitione arthritidem deducunt, sed & admirandæ quædam arthritidis curationes occasionem dederunt. Guilhelm. Fabric. *cent. 1. ep. 47. & seq.* refert quosdam per torturam ab arthritide liberatos fuisse, ut eam nunquam passi sint. Equidem perterrorem, ut & gaudium, à paroxysmo arthritico multos liberatos fuisse, passim notum est. Quomodo verò homo hoc modo ab arthritide perpetuo liberari possit, causam reddere non ita facile est, nisi ea in loco affecto quaeratur. Et sunt huius rei historiarum aliarum etiam Clariss. Dn. D. Doringius mihi retulit, fuisse civem Giesæ, qui doloris impatientia securi maximum pedis alterutrius digitum sibi amputavit, & hinc ab arthritide totus immunis vixit. Andreas Libavius etiam, *ad Schnizerum epist. 73. in Cista Medica Hornungii*, talem historiam refert. Pateriens erat hospes publicus. Medicus quidam Nobilis eques, qui pactus 300. florenis sanationem promisit, & recepto Autographo curam aggressus est. Pateriens iussus est pedes imponere trunco ligneo. Aderant fortes serui Nobilis, qui sedentem tenerent. Ipse Nobilis ferreo malleo instructus, sex clavibus pedes affixit ligneo trunco, moxque miserabiliter clamantem ægrotum reliquit, & se in equos contexit. Interim crebro expiscatus est, num morbus fuisset reuersus, cognitoque iam elapso triennio non rediisse, ipse repetiit hospitium, & iocatus cum hospite cognovit de sanato morbo. Itaque chirographum produxit, & se Medicum fuisse ostendit, poposcitque Soltion. Consensit hospes, licet crudeliter tractatus, equitem tam diu pavit cum suis, donec trecenti floreni essent consumpti. E quibus historiis omnibus colligi videtur, mineram aliquam in loco affecto latitare, quæ suo tempore ad paroxysmum excitandum aliquid faciat. Et si verò ea de re aliquid certi statuere difficile est: meas tamen cogitationes, paradoxæ saltem loco, proferam, ad quas neminem adstrictum cupio, sed cuique suum iudicium relinquo. Partes corporis quælibet ut sibi convenienti alimento nutriantur; ita etiam in ventris & ægris corporibus humores, qui ad eas quandam analogiam habent, alij ad alias partes feruntur, vnde vitiosa nutritio accidit. In sanis, quod aliarum partium nutritioni inutile est, in vngues & pilos in homine absumitur, in brutis quoque in vngulas & cornua. In ægris vitiosi humores etiam ad defensas sibi partes feruntur, id quod etiam in alijs morbis, tum in Pleura Polonica videre est, in qua humor ille vitiosus non solum ad capillos capitis propellitur, quos inuiscat & conglutinat, sed & ad vngues pedum, qui inde duri & nigri fiunt. In fracturis ossium osteo-

A collalapis assumptus ad ossa tendit, & in callum, interdum etiam nimis magnum, abit, ut exemplis id docet Guilhelmus Fabricius, *cent. 1. obs. 90. 91.* Si ergo humores arthritidi generandæ apti sanguini sint commixti, credibile est, eos ad articulos ferri, & cum alimento ossium in eorum substantiam sese insinuare, atque ibi excrementum ossibus proprium, futuræ arthritidis mineram & rudimentum, colligi. Non obscure hoc docuisse videtur Galenus; dum *5. aph. 39* singulas corporis partes ut tuam nutrimentum, ita etiam excrementum habere, & superfluum derelictum similem naturæ partis humorum esse docet. Et quidem istud excrementum tartarum præcipue in ossium epiphysibus colligi verisimile est, quæ reliquis ossium partibus porosiores sunt: & ideo quoque, ut habet Andreas Laurentius, *libro secundo capite quarto*, constructæ iunt, ut sint tanquam ventres ossium, in quibus coquatut ossium alimentum, quod sensim in eorum cavernas percolatur. Si ergo humor vel excrementum tale in ossibus colligatur, assuente simili humore effervescent, quod cum sit, in vietas partes diffunditur, & dolorem in his excitat; atque id maxime fit in epiphysibus, è quibus ligamenta oriuntur, & quibus partes circa articulos sensiles connectuntur. Si verò idem humor vel excrementum dissipetur, vel alio modo effundatur, ægrum ab arthritide planè liberari credibile est. Vnde etiam non sine causa medicamenta humores circa articulos absorbentia & exiccantia valde commendatur. Posset ad huius sententiæ confirmationem & hoc afferri, quod arthritici sunt pluriarum vates, ut loquuntur, & aëris tempestates ac mutationes in pedibus percipiunt, & ut vulgus loquitur, habent Almanachum in pedibus. Quod quidem accidere patat Ioannes Anglicus, *in Rosa Anglica*, quia in iuncturas, propter earum vacuitatem & dilatationem, inter aër ille liberius. Verum ratio hæc nullius momenti est; quia dolor non fit in cavitate iuncturarum, & aliarum partes maiores habent cavitates, quæ nil tale sentiunt: sed proculdubio dolor hic ideo accidit, quia aëris instantes mutationes humores excrementitios in articulis hærentes commouent. Et si quis Paracelsi & asseclarum eius sententiam in meliorem partem interpretare velit, & hinc ansa præbetur. Paracelsus enim, & Petrus Seuerinus ex synoviarum ebullitione ac effervescencia arthritidem generari docent, ubi si per synoviam non naturalem humorem, sed excrementitium quid in articulis collectum intelligunt, idem, quod hæc densus dictum, docent. Clariss. idem explicat Quercetanus, *in consilio de arthritide & calculo*, ubi statuit, tartarum congestum & contentum in iuncturis causam proximam ac immediatam esse arthritidis, eamque aliquandiu in iuncturis contineri, & otiosam manere, ubi verò fiat nona fluxio, quæ eam commoueat, paroxysmum excitare, non aliter, ac dum calci vitæ aqua affunditur, fit quædam ebullitio & ardor.

Q V A E S T I O IX.

An pueri, Eunuchi, virgines & mulieres Arthritide laborent?

Scribit quidem Hippocrates, *6. aph. 28.* Eunuchi Podagra non laborant, nec calvi fiunt: & *ibid. aphor. 29.* Mulier Podagra non laborat, nisi ipsi menses defecerint: & *ibid. aphor. 30.* Pueri podagra non laborant ante veneris usum. Verum rectè Galenus, *in comm. ad aphor. 38.* scribit: Eunuchos podagra non tentari, Hippocratis quidem temporibus erat verum: nunc verò propter nimium,

dam otium, tum vitæ intemperantiam non haberet verum. Hippocratis enim temporibus pauci omnino laborabant podagra, propter temperantiam vitæ, & moderationem ieiuniorum. Nostri verò aetate tantum auctis deliciis & luxu & voluptatibus ut nihil supra audi posse videatur, infinita est podagra laborantium multitudo, nonnullis nunquam se exercere, sed malè coquentibus, & sequè inebriantibus, nulloque presumpto cibo fortia vina potantibus, & venere immoderata vitantibus, autis verò etsi non in omnibus, in vno tamen & altero ex his peccantibus. Et *aphor.* 29. de mulieribus scribit: Hoc olim erat verum, antequam menstrua defecissent, mulieres podagra non tentari, propter peccatorum, quæ superioritate mulieres admittébant, puritatem. Nunc verò ob earum magnitudinem nonnullæ podagra affliguntur. Et *Seneca epistola* 95. egregie scribit: Mulieres, cum virorum licentiam æquarent, corporum quoque vitia æquauerunt. Non minus perugilant, non minus potant, & oleo & mero viros prouocant, æque iniucis ingesta viscibus per os reddunt, & vinum omne vomitu reiciunt, æque niuem rodunt, solatium stomachi æstuantis, libidine verò nec maribus cedunt, pati natæ. Quid ergo mirum est, maximum Medicorum in mendacio prehendi, cum tot farinæ podagræ sint? Beneficium sexus suis vitis perdiderunt, & quia feminam exuunt, damnatæ sunt vitis vitibus. *Hæc Seneca.* Quibus accedit & hoc, quod arthritis, cum hodie sit tam frequens, ab auis & parentibus in liberos & nepotes vtriusque sexus deriuatur. Et extant talia exempla multa passim, quæ Hippocratis aphonismis derogant. Iuuenem nobilem Silesium ante annos aliquot hinc literis operam dantem noui, nondum annos octodecim natum, & quem Venerem nunquam expertum credo, qui sæpiissime podagra laborabat. Ant. Musa Braslauol. *ad aphor.* 31. *lib. 6.* scribit, se vidisse Alphontium Dailonium, iuuenem magnificum quindecim annorum Podagra laborantem, qui Venerem se exercuisse negabat. Et Hollerius, *ad eundem aphorism.* scribit, se vidisse annos tantum 10. natos habuisse Podagram. Et Michael Patchalius, *metb. cur. marb. lib. 1. cap. 15.* se vidisse nobilem puerum septem aut octo annos natum laborantem non solum podagra, sed & arthritis, cui tamen non fuit hæreditarius morbus articularis. Ant. Musa Braslauolus, *ad aph. 28. lib. 6.* Hipp. refert, se vidisse Venetiis Eunu- chum 40. fere annorum Turcam, qui articulorum dolores patiebat. Vidit idem Scholiographus *ad cap. 63. lib. 1. Holler. de morb. intern.* De mulieribus arthritis laborantibus exempla referre opus non est: cum ea sint passim præ oculis.

QVÆSTIO X.

An Arthritis sit curabilis?

Vulgata multorum est opinio, arthritis esse incurabilem. Et reuera multi reperiuntur, quos ad mortem vsque morbus iste comitatur. Vni de etiam accidit, ut arthritis multi, quasi in morbo desperato, in illos Medicos consulant, & propter eam etiam aberrantibus Diætæ non abstineant. Verùm habentur contra exempla eorum, qui vel Medicorum ope vel bona Diætæ, vel temerario aut fortuito casu ab arthritis liberati sunt, & postea ab ea plane immunes vixerunt. Porphyrius, *in vita Plotini*, scribit, Rogatianum, Senatorem Romanum, Platonicum, Plotini discipulum diætæ frugalitate eò peruenisse, ut cum acriter antea podagra vexaretur, neque progredi posset, nisi sella vectus, ro-

burinde resumserit, & cum manus antè extendere non valeret, ita conualuerit, ut his expediens vteretur, quàm qui artificia quotidie manibus tractant. Suprà etiam ex Trimecauel. *lib. 12. cap. 2. de rat. curand. passio. corp. hum. affect.* tituli Medicum quendam tenem Venetis quinque annorum à vino abstinentia ab arthritis vsque ad mortem liberum fuisse. Et ex Francisco Alexandro, quendam Francicum Pechiam podagræ in carcere 20. annos detentum, ex eo à podagra saluum egressum fuisse. Et Marcus Gatunaris, *capite de cura dolor. iunetur. à causa calida*, de seipso scribit, quod cum incepisset pati podagram, vius fuit tali regimine, scilicet amittere vinum per duos annos, feceratque singulis mensibus euacuationes, & accepit aliquam pilulam diuersionem, eaque vteretur bis in hebdomada, ut natura diuerteretur in transmittendo materiam ad iuncturas, & potius transmitteret per viam secessus, & cum tali regimine curatus fuerit, ut nunquam postea passus sit tales dolores. Scribit quoque Carolus Piso, *in lib. de morb. ab illu. serosa, in consil. de arthritis.* Virum quendam, qui perpetuis arthritis querelis infestam transegisset adolescentiam, & ex consilio Nicolai Pisonis in flore ætatis sibi vini usum, quanquam Præfectus vinarie cellæ principalis, admirandæ temperantæ exemplo, prorsus interdixisset, iam à 30. annis ab iis doloribus sese liberasse. Et alios etiam seu vitæ instituto, seu ad pauperitatem, & hinc vitæ frugalitatem redactos à podagra liberatos fuisse, historici testantur. Mirum hoc est, cuius tria exempla Hieronymus Fabricius, *cent. 1. obs. 79.* recenset, arthritis grauium facinorum suspectos tertius grauissimæ multoies subiectos fuisse, cum verò innocentiam suam constanter affirmarent, eiuusmodi absolutos fuisse, simulque podagra, qua ante grauissimè laborabant, perpetuò liberatos. Sicut & illud, quod *cent. 1. epis. 47.* recenset, decubuisse quendam metricum & maledicum podagra laborantem, qui nec lecto affixus à maledicentia sibi temperare poterat. Quod cum homo quidam festiuus, qui & ipse eius petulant: in lingua lusus fuerat, perciperet, tibi cepulæ vel peritum, cum forte ægrotus à familia solus esset relictus, ciam æces ipsius latuati sæthie pis in stat, ingreditur, & ad decumbentis lectum accedit; ægrotus formæ insolentia, solutus, crepusculo ipso perterritus, quis sit, & vnde venisset, ærit; alter nihil respondens propius lectum accedit, & brachiis, quæ & ipsa arthritis laborabant, arreptum dorso mittit, atque ita pendente vociferantemque extra cubiculum effert, pedes illius gradibus, per quos descendurus erat, identidem allidens; ubi in arcæ patimentum ventum esset, ibi onere deposito hominem sistit in pedes, nihil leuantes, tantum intuens, mox accurrit, quasi correpturus eunuò, atque extra domum elaturus. Ibi qui prius pedibus insistere, præ morbo, non poterat, nec in plano ambulare, nedum per gradus ascendere, gradus cursu repetit, superat, & ad cubile contendit, & per fenestras clamore totam viciniam excitat. Accurritur: ille anhelus, & metu pene exanimatus narrat, à spectro se è lectulo extractum, & extra cubile elatum, tractatum miserè & nisi iomen Iesu ingeminasset, de se actum omnimò fuisse. Et quod mirum, qui prius podagræ fuerat, inde conualecit, nec vngquam postea podagra fuit tentatus. Habetque ibi aliam historiam Fabricius de quodam malefico podagræ, qui cum duceretur ad supplicium, capite plectendus, in medio itinere allatum est de venia Principis clementer concessantium insperatum. Illo sic affectus est miser, ut qui extremorum membrorum omnium vsu penè

carebat, statim alacri & expedito motu se in pedes dederit, anno quo postea multos liber ab omni arthritidis molestia vixit. Memini etiam hinc olim iuuenem nobilem podagra laborasse, cum autem forte noctu ad es vicinæ incendio conflagraret, ille præ metu lecto se eripit, per scalas decurrit, & in aliam domum fugiturus, in foueam, quam glacies hyberna formauerat, & aqua plena erat, pede regio incidit, & ita non solum à paroxysmo, sed & à podagra multis annis liberatus fuit. Nèque solum exempla eorum, qui vel dixta accuratore, vel terrore aut gaudio, similibusque modis ab arthritide liberati sunt, habentur, sed & eorum, qui medicamentorum opo conualuerunt. Cardanus, *de curat. aduic. Num. 16.* quatuor exempla recenset eorum, quos ab arthritide liberarit. Et habentur etiam alia exempla, quorum quædam habet Schenckius, *lib. 7. obseru.* Scribit quoque Solenander, *sect. 5. consil. 1.* Et ab aliis nouimus curatos, & nos non paucos in multos annos immunes etiam leuiore curatione reddidimus, qui antea singulis semeltribus & frequentius etiam tentabantur, quorum quidam adhuc superstites, qui fidem facere possunt. Et notabile est hoc, quod recenset Carolus Piso, *allegato loco*, hunc in modum: Cornelius quidam Perdeus Picardus in, Rhetoricis eruditus, à septimo ætatis anno arthritidi obnoxius fuit, eique sæpius quotannis recurrenti atque studia interturbanti. Qui cum Carolum Pisonem consulere, & rogaret, ut importuno dolori leuamentum afferret, is spe non vana adolescentem recreauit, si modò paucis hisce præceptis obtemperantem se redderet, scilicet de dimenso quidem, & præsertim potu quotidiano sensim tertiam minimum partem detraheret, imprimis à vino prorsus abstinere, tum verò se accuratè semper ab æris iniuriis & præsertim frigore defenderet, præterea que ita se inuinit stragulis de nocte, ut quotidie sub sinem secundi somni si non sudat, certè mador dumanare posset, deque syrupo rosarum pallidatè quaterue mense repetito illuuiem omnem serosam repurgaret. Paruit adolescens per biennium & amplius, atque somitem morbi præter omnem opinionem circumcidit, vixitque liber prorsus ab omni dolore articulari. Certum ergo est ex quotidiana experientie & Medicorum obseruationibus, multos ab arthritide non sanari, contra etiam plurimos sanatos fuisse. Qui autem sanabiles sunt, qui etiam insanabiles, docuit Hippocrates, *9. Prorrh.* De podagricis hoc dico, *inquit*, quicumque aut senes sunt, aut circa articulos callos tophaceos concretos habent, aut zrumnosè viuunt, siccam aluum habentes, hi omnes sani fieri non possunt humana parte, quantum ego noui. Sanat quidem hos optime dysenteria, si superuenient, sed & alia eliquationes valde profunt, quæ ad infernos locos repunt. Qui verò iuuenis est, & circa articulos nondum callos tophaceos habet concretos, & accuratè viuunt, & laboris amans est, & animus bonum habet ad obediendum pro studiorum ratione, hic sanè Medicum intelligentem nactus sanari poterit. *Hæc Hippocrates.* Insanabili tamen arthritidi merito etiam eam annumeramus, quæ hereditaria est. Nam ut alii morbi hereditarij, ita & arthritidis hereditaria difficulter expugnatur. Causse autem, cur multi qui sanari possent, non sanantur, plures sunt. Primum enim sæpe causa est in Medico, qui morbi huius, eiusque causse non satis gnarus est. Cum enim multi de natura huius morbi male sentiant, falsas opiniones foveant, non etiam mirum, si eam non rectè curent, cum morbi incogniti nulla curatio rectè institui possit. Multi etiam Medici telis plumbeis contra hostem tam poten-

tem & pertinacem pugnant. Deinde causa est in ægris, qui in tribus peccant. Plerique enim sibi persuasum habent, malum hoc esse incurabile, & propterea de Medico & medicamentis non sunt solliciti, sed morbum, qui in principio curari poterat, radices agere permittunt. Secundò, qui Medicos consulunt, etiam in tribus peccant: primum est, quod veros Medicos plerumque negligunt, & empiricos credunt, atque empiricos consulunt, quorum opera morbus redditur deterior. Secundum, quod vitium medicamentorum non satis diu continuant. Ut enim illa vitiosa in corpore dispositio, quæ ad arthritidem facit, tum ipsi humores vitiosi, qui sensim colliguntur, tollantur, non satis est, si æger semel vel bis singulis annis purgetur, sed diuturni continuatione medicamentorum opus est, unde antiqui pulueres suos arthriticos per integrum annum exhibuerunt. Tertium, quod plerique arthritici saltem de dolore leniendo sunt solliciti, & modò à paroxysmo liberati sint, iam ab ea euasisse putant, parùm de eo solliciti, qua ratione præcaueri possit, ne eadem rursùm corripiantur. Tandem & hæc, ac fere præcipua causa est, quod pauci exquisitam & accuratam dixtæ rationem seruant, & potius morbum, cui assueuerunt, tolerare volunt, quam se uerioris dixtæ legibus se adstringere. *Sic essen und irincken, vvas shnen smeczet, und leidet vvas sio kannen*, ut Germani nostri loquuntur. Et plerique sibi ab usu vini non temperant, cuius usus nisi omittatur, nulla perfectæ curationis spes id plurimum superest. Atque hinc accidit ut potius diuites & nobiles, quam pauperes & rustici, arthritide laborent; cum illi dixta tenuiore vtantur, & vinum non bibant, hi verò vinum liberalius ingurgitent, & aliis multis modis in dixta, plus quam pauperes, peccant. Nec tamen hos etiam negandum, quod nonnulli, etsi errores insignes in dixta non committant, ab arthritide tamen vix liberari possunt, id est, quod maxima alimentorum pars ob viscerum debilitatem in vitiosos humores conuertitur, sicut videmus aliis alibi vitiosos humores colligi. Cum ergo viscerum illam imbecillitatem corrigere sæpe impossibile sit, etiam arthritidis inde proueniens vix curabitur.

Q V A E S T I O XI.

An purgare liceat in principio paroxysmi Arthritici?

Diuersæ hæc de re Medicorum sunt sententiæ. Alij enim affirmant, incipiente arthritide purgantia exhibenda esse, idque ideo, ut humores per ea ab articulis reuellantur, & ita dolores minuantur, atque paroxysmi breuiiores fiant: prouocantque simul ad experientiam, quæ constat, purgantibus exhibitis in principio paroxysmi ægros à dolore fuisse liberatos, sicut supra de Petro Bayero diximus, qui de se scribit, se fuisse adeo impotentem, ut solam linguam mouere posset, & à quatuor hominibus in sellam locandus fuerit, sumpto autem suo electuario caryocostimo, & postquam venter quinquies solutus esset, à doloribus ita fuisse alleviatum, ut absque alterius adminiculo ad sellam ire, & ab eadem redire, eodem die ambulare liberè per Museum potuerit. Alii in contraria sunt sententiæ, statuuntque, si purgante medicamento humores moueantur, sæpe vehementius, & maiore impetu ac copia ad articulos & partem affectam uere, & sic maiores dolores excitare. Ac prouocant ipsi quoque ad experientiam, qua compertum sit, non solum dolores ex usu purgantium auctos fuisse, sed & si calidiora & validiora

validiora fuerint purgantia, iis fuisse humores accensos, & ad partes internas ac nobiles tractos, ac febres ardentes & lethales excitasse. Ludouicus Septimius, *lib. 7. animaduers. num. 177.* se anno rati 45. experientia comperisse scribit, purgationes multo factas in arthritide in quibus bene cessasse, aliis nihil profuisse; ideoque ille hanc distinctionem adhibet, cum in arthritide adit & materia fluens, & robur partis expellens, & imbecillitas recipientis, si præualuerit copia materiz, aut robur partis propellens, citra controuersiam, quamprimam illam materiam euacuandam esse, & ab articulis euocandam, aut vomitu, aut medicamento purgante. Quod si laxitas & imbecillitas articulorum sit causa fluxionis, ita ut leui occasione quacunque quantitate materiam in corpore collectam ad articulos tenet natura profundere, dato medicamento purgante & fluxionem concitari, & naturam imbecilliore reddi. Veramenimvero hoc quidem verum est, nunc maiore, nunc minore cum impetu ad hanc vel illam partem materiam ruere: verum huius fluxionis causa nunquam est sola articulorum imbecillitas, utpote quæ saltem ad facilius recipiendam materiam partem disponit, non verò ad partem affectam humorem trahit vel allicit; sed quod nunc ad hanc, nunc ad illam partem materia facilius ruit, id potius facultati expultricis ascribendam, quæ nunc hæc, nunc illi viæ & parti assuescit. Ideoque si metuamus, materiam magno cum impetu ad partem ruituram, non statim purgatio omittenda, sed talis exhibenda, quæ non solum humores mouere, sed & euacuare possit. Turissimum tamen hic est, quod Septalius iudicat, experientiam consulere. Nam si semel atque iterum tentata purgatione dolores exacerbentur, & diutius durent, ab illa impostero abstinendum. Si vero dolores minuantur, & paroxysmus leuior fiat, posthac, etiam audacter purgare licet. Commodissimum verò est, statim in principio purgare. Cum enim impetus humoristum nondum ad partem affectam adeo magnus sit, faciliè humor aliò euocatur; si verò iam cum impetu ad partem affe-


ctam ruat, difficilius reuocatur. Ne verò febris aliqua accendatur, conditio humorum, & natura purgantium perpendenda, & ita ea temperanda, ne quid tale accidat.

QUESTIO XII.

An thermæ Arthriticis viles sint?

Thermæ à multis Medicis Arthriticis commendantur, & multi etiam ægri ad eas, tanquam sacram anchoram, confugiunt, vnde dolorum omnium & cruciatuum leuamen sperant. Contrà tamen sepe experientia docuit, nonnullos in ipsis thermis in paroxysmum & dolores Arthriticos incidisse, quosdam etiam ex usu thermarum peius habuisse. Itaque cum vtrumque verum sit, nimirum thermas Arthriticis nunc prodesse, nunc nocere, primò sciendum, à thermis solis neminem integram sanitatem sperare posse. Neque etiam Arthriticis, ut supra dictum, à sola articulorum imbecillitate prouenit, neque ut depellatur, sufficit, saltem articulos roborare. Deinde quod thermæ nunc iuuant, nunc noceat, id non thermis simpliciter ascribendum est, sed ægrorum constitutioni, & diætz rationi in iis obseruatz. Etenim si corpus ante rectè euacuatum fuerit, & reliquæ saltem, quæ supersunt, absumendæ, atque articuli roborandi sint, cum ægri commodo adhibentur thermæ. Reliquias enim humorum in articulis potentius, quam alia medicamenta, fundant & dissipant, partesque ita roborant, ac præterea calorem natium, si temperatus earum sit usus, corporis fouent. Si verò corpus impurum sit, & adhuc multis visiosis humoribus scateat, thermæ eos liquant & fundunt, vnde interdum ægri in ipsis thermis in arthritidem incidunt, atque ita ab earum usu desistere coguntur, aut humores fusi in alias partes & viscera delati periculosa mala excitant. Ita etiam plus nocent, quam profunt thermæ, nisi recta diætz ratio in iis obseruetur.

F I N I S.


PODAGRA TRAGICE
PRODUCTA A LUCIANO,

Personæ colloquentes:

Podager?
 Chorus Podagricorum?
 Podagra.
 Nuncius.
 Duo Medici.
 Tortores.

Interprete

M. ERASMO SCHMIDIO, GRÆC.
 & Math. Prof.

P O D A G E R:

O Odiosum nomen, ô Diis inuisum,
 Podagra, plañtibus-abundans, Cocyci filia:
 Quam Tarsari latibus in tenebrosissimis
 Megara Furia ventre edidit:
 Vberibusque enutriuit, & amaralento infanti
 In labium instillauit lac Alecto.
 Quisnam abominabilem te Demonum
 In lucem produxit? Venisti hominibus noxa.
 Si enim demortuos delictorum ultio
 Homines sequitur, quæ patrarunt in vita:
 Non Tantalum potibus (fugacibus,) neque Ixionem
 Rota versandum, neque Sisyphum saxo
 Oportebat punire in domibus Plutonis:
 Sed simpliciter omnes mala operatos
 Tuis mancipare membra-infestantibus doloribus.
 Quàm meum afflictum & miserum corpus
 Manibus ab extremis in extremas pedum plantas,
 Ichore malo, & amaro succo bilis,
 Spiritu vehemente isto perstringens poros,
 Effecit, & luctans intendit dolores:
 Visceribusque in ipsis ignitum discurrit Malum,
 Vorticibus flammarum carnem ignis-more-depascens,
 Veluti crater plenus Aetnei ignis,
 Aut † Siculus canalis æquorei interstitij,
 Vbi confusè fluctuans
 Ob fissuras petrarum obliquus voluitur æstus.
 O cauru difficile omnibus hominibus Malum,
 Quàm in vanum te omnes circummulcemus,

† Siculum
Fretum.

Spe vana stolide lactati
 Per Dindymum Cybeles
 Phryges furiosum ululatum
 Tenero perficiunt Acti:
 Et ad cantum Cornicinis,
 Phrygij ad montes Tmoli
 Festum-hilare peragunt clamando Lydi.
 Furore-perciti autem circa tympana
 Resonant Cretico rhythmo
 Carmen Euam Corybantes.
 clangit autem (status) plena tuba
 Marti resonans aspero
 Bellicosam Aten.
 At nos tibi, Podagra,
 Primo veris tempore
 Mystra (tui) sacrificamus eiulatus-miserabiles,
 Quando omne germinantibus,
 Herbis viret pratum;
 Zephyrique arbores flatibus,
 Teneris comant foliis:
 Et infeliciter-nupta ad ades
 Hominum garric Hirundo;
 Et nocturna in siluis
 Ityngemit lacrymosis
 Attica luctibus Luscinia.
 O mihi dolorum opifer, ô terciij pedis
 Vicem sorte Bacule, suffulci meum
 Incessum tremulum, & dirige viam
 Plantamque, leuiter vt innitar solo.
 Corripe miser membra è stratis,
 Et linque ædium inferius conclaue;
 Dissipâ que ab oculis nocturnam caliginis profunditatem;
 Progressus foras, & ad Solis lumen,
 Limpidam auram spiritus seni trahe.
 Decima enim iam hæc cum quinta est dies,
 Quando tenebris conclusus absque Sole,
 Subili in incomposito affligor corpus.
 Animus equidem mihi & prompta voluntas adest
 Gressus alternandi ad fores progresso:
 Sed corpus languidum non inseruit desideriis.
 Et tamen propera anime, sciens, quod
 Irops (sic quiuis) podagricus. Ambulare siquidem si quis velit,
 Nec tamen possit; hunc inter mortuos refer.
 Sedeis.
 Quinam isti (sunt) baculos versantes ambabus-manibus,
 Capita foliis Actæe coronati?
 Quemnam Demonum ducunt festum chorum?
 Num Phæbe Peantuum venerantur numen?
 At non coronantur Delphicæ folio Lauri.
 Aut num aliquis hymnus Bacchanalium decantatur?
 At non impostum-est hederaceum signum comis.

POD.

Quinam nobis, ô Hospites, venistis?
 Dicite, & promite veracem sermonem:
 Quenam autem est (Dea,) quam hymno-celebratis? Dicite ô amici.

CHOR. Tu verò, quisnam existens? nos, & quorum (caussa) compellas?
 Prout enim te Baculus, & incessus coarguant,
 Mysten videmus insuperabilis illius Dea.

POD. Unus sum & ego, Dea illa non-indignus.

CHOR. Cypriam quidem Venerem
 Guttis delapsam ab aetheris
 Enutriuit decentem structuram
 Marinis in fluctibus Nereus.
 Oceani autem ad fontes
 Iouis coniugem Olympij
 Albiulnam latis (in) sinibus
 Iunonem educavit Tethys.
 Verticibus autem capitis in immortalis
 Parturijt Virginis imperterritam indolem
 Saturnius, longè præstantissimus Cælestium,
 Gloriae excicatricem Mineruam.

At nostram Deam opulentam
 Senex delicatis in vlnis
 Primam fouit Ophion.
 Postquam cessauit quidem obscurum (diluculi) lumen,
 Orta est verò fulgida Aurora,
 Et omnia illustrans Solis iubar:
 Tunc etiam Podagra apparuit potens.
 Postquam enim ilibus eam enixa (fuit)
 Parca, Clotho tunc abluuit,
 Risitque omnis fulgor cæli,
 Vehementèrque intonuit serenum cælum:
 Ipsamque lacte-abundantibus vberibus
 Beatus enutriuit Pluto.

POD. Quibus autem sacris iniciat ministros (suos?)

CHOR. Non sanguinem copiosum profundimus ab ore ferri;
 Non capilli promissi ligatur flexibus ceruix;
 Neque creperis astragalis percuti solent terga;
 Neque crudas laceratas carnes pascimur taurorum,
 Sed quando vlni vere progerminat tener flos,
 Et garrula Merula super ramis cantat:
 Tunc per membra acutum iaculum quoddam infigitur mistis,
 Non-apparens, laténsque penetrans sub recessus artuum;
 Pedem, genu, cotylam, talos, coxas, femora,
 Manus, scapulasque, brachia, ossium processus, carpos,
 Edit, depascitur, occupat, vrit, inflammat, eneruat,
 Usquedum Dea dolorem abire iusserit.

POD. Unus vique & ego admodum-initiatorum
 Ignarus sum. Igitur veniat propitia
 Dea apparens: vnâque ego (cum) mystis pariter
 Hymnos exordiar, Podagrorum decantans (solitum) carmen.

CHOR. Tranquillus igitur aether, & sine-ventis sit;
 Et quiuis Podagrorum fausta canat.

Ecce ad aras (suas) læto-gaudens
Venit Dea, baculo gressum firmans.

Salveas Dearum longè-benignissima,
Et tuis famulis propicia venias,
Vulcu læto: desque doloribus solutionem citam
Hocce verno tempore.

Quis inuictam me dominam dolorum
Ignorat Podagram in terra mortalium?
Quam neque thuris vapor placat;
Neque effusus sanguis aras ad incensas,
Non templum diuitiarum undique suspensis ornatum donariis;
Quam neque Apollo medicamentis expugnare valet,
Omnium Medicus in cælo Deorum,
Non filius Apollinis doctissimus Esculapius.
Postquam enim enatum est primum Homini genus,
Conantur omnes meam elidere potentiam,
Miscentes semper medicamentorum artificia.

Alius enim aliam in me experitur artem.
Terunt Plantagines, & Apia mihi,
Et folia Lactucarum, & siluestrem Portulacam;
Alij Marrubium, alij Potamogitonem,
Alij Urticas terunt; alij symphytum,
Alij Lentescerunt ex palustribus (lectas),
(Alij) Pastinacam coctam; alij folia Persicorum
Hyoscyamum; Papauer, cepas agrestes, mali-punicicortices;
Psyllum; Thus, radicem Ellebori Nitrum,
Fænum græcum cum vino; † Gyrinem, † Collamphacum,
Cyparissimam Gallam, Pollinem hordeaceum;
Brassicæ decoctæ folia, Gypsum ex Garo,
Stercora montanæ capræ, humanum oleum,
Farinas fabarum, florem Asi lapidis:
Coquant rubetas, mures araneos, lacertas, feles;
Ranas, hyenas, tragelaphos, vulpeculas.
Quale metallum non exploratum est mortalibus?
Quis non succus? Qualis non arborum lacryma?
Animalium quorumuis ossa; nerui, pelles,
Adeps, sanguis, medullas locium, stercus, lac?
Bibunt alij numero quaterno pharmacum:
Alij octeno: sed septeno plures.

Alius verò bibens Hieram, purgatur:
Alius incantamentis impostorum deluditur:
Iudæus alium stultum excantat nactus:
Alius verò remedium petit ab Hirundinis-nido.
Ego autem his omnibus plorare impero;
Et facientibus hæc, atque irritantibus me,
Soleo occurrere multò iracundior.

Iis verò qui cogitant nihil aduersum mihi,
Benignam adhibeo mentem, facilisque fio.
Qui enim communicat meis mysteriis,
Primum quidem statim bona-verba loqui docetur;
Oblætant omnes, facetos dicens sermones,

*Et ab omnibus visitur cum risu & plausu;
Quando ad balnea gestatus portatur.*

*Aten enim quam Homerus nominavit, ea sum ego;
Incedens per hominum capita, & plantas pedum
Teneras occupans: à plerisque autem hominum
Podagra vocor, existens Pedum captura.*

Sed agite mista omnes sacrorum meorum;

Honorate hymnis (me) inuictam Deam.

CHOR. *Adamantinam mentem habens Puella*

Multipotens, duri-animi Dea,

Audi tibi dicatorum hominum voces.

Magna tua potentia, opulenta Podagra,

Quam & Iouis velox horrere solet telum:

Tremuntque te fluctus maris profundi:

Tremit rex inferorum Pluto:

Fasciis-gaudens, humililectipeta,

Curfiucta, talitorquula,

Malleoloflammicrema, malehumitanga,

Pistillitimens, genufraga-insomnis,

Circa-articulos tophos-inferendi-cupida,

Genus cur vix flexa Podagra.

NVNC. *Domina (opportune quippe obuiaſti pede,)*

Audi. Nuncium enim non inane fero:

Sed est res verbis congrua.

Ego enim, vt præcepisti, lento pede

Verbes perreptans, omnes exploravi domos,

Cognoscere cupiens num quis tuam non veneretur potentiam.

Et aliorum quidem quietum inueni animum:

Superatorum ô Regina, tuarum vi manuum:

At duo hi viri audaces confidentia,

Loquebantur populis, & iuramentis-affirmabant,

Quod non sit tua potentia venerabilis,

Sed (quod) eiectam mortalium te facturi-sint è vita.

Quapropter valide postquam-constrinxi fascia pedem.

Quinto-die venio, stadia emensus duo.

POD. *Quam celer volaſti Nunciorum mihi citissime!*

Sed cuius terræ fines inuia relinquens

Venis? aperte indica, vt sciam celeritatem.

NVNC. *Primum quidem reliqui quinque graduum scalam,*

Trabium irementem dissolutis compagibus:

Inde me excipit clavis-coactum solum,

Duris impulsibus renitens pedibus:

Quod emensus plantis dolentibus ego,

Stratam silicibus ingressus sum viam,

Et difficilem-perambulatu acutis prominentiis lapidum.

Post quam incidens in-lubricam prolapsione viam,

Festinabam in anteriora: sed solutum meos

Trahebat retrò cænum malè-firmos malleolos,

Per quod transeunti liquidus è membris sudor

Fluebat, (quoad) gressum meum imbecillum enervato.

Vnde me excipit toto corpore defatigatum

Lata quidem via, sed non tuta:
 Nam alia inde, alia illinc uehicula
 Properabant, cogebant, impellebant ut currerent
 Ego verò languidum leuiter attollens pedem,
 Transuersus ascendebam introitus limen angustum,
 Donec currus prateriret rotis-actus.
 Mystra enim quum-sim, tuus, citò currere non ualebaris. POD.
 Non in vanum optime, negotium hoc tibi
 Rectè peractum est: Tua autem promptitudini
 Pari precio rependam gratiam.
 Esto autem tibi munus animo-gratum hoc:
 Deinceps triennio-semel tentaberis à leuibus doloribus.
 At vos impuri, & Diis inuisissimi,
 Quinam existentes, & quibus progeniti;
 Audetis Podagræ obniti potentia?
 Cuius neque Saturnius nouit vincere robur.
 Dicite ò pessimi. Nam & Heroum ego
 Domui plurimos; idque sciunt Sapientes.
 Priamus Podarces podager fuisse celebratus-est.
 Obiitque Achilles podager existens, Pelei (filius.)
 Bellerophontes podager (me) sustinuit.
 Thebarum Dynastes Oedipus, podager erat.
 Ex Pelopidis podager erat Plistenes.
 Pœantis filius podager existens duxit classem.
 Alius Podarces Thessalorum erat dux,
 Qui postquam cecidit Protesilaus in pralio,
 Quamuis podagricus existens & eger, duxit classem.
 Ithacæ Regem Laertæ-filium Vlyssæm
 Ego interfeci, non aculeus Pastinacæ-marine.
 Itaque minimè gauisuri ò miserrimi
 Dignam patiemini pœnam (uis) quæ patrastris.
 Syri quidem sumus, è Damasco genere;
 Fame autem multa & paupertate pressi,
 Terram & mare peragramus errabundi;
 Habemus autem unguentum ex-paternò-munere hocce;
 Quo solamur dolentium cruciatu:
 Quodnam illud unguentum? & quæ eius preparatio? edic. POD.
 Sacrum me tacere iuramentum, non eloqui sinit, MED.
 Et vltimum morientis præceptum Patris,
 Qui sanxit arcanam-tenere medicamenti magnam vim;
 Quod & te sedare valet seuientem.
 Ita, ò execrandi & malè perdendi, POD.
 Est aliqua in terris pharmaci operatio tanta,
 Quod illicitum valeat meam comescere potentiam!
 Sed eia, hocce pactum compromittamus,
 Et experiamur, utrum pharmaci (vestri) robur
 Potentius existat, an-verò mea flamma?
 Huc-agite ò tristes undecunque conuolantes
 Tortores, assidentes meis furoribus,
 Admouemini propius: & Tu quidem pedum extremas
 Inflamma plantas, ad digitos pedum vsque:

*Tu verò malleolis insinuare : Tu verò à femoribus
Ad genua destilla biliosorum ichorum copiam :
Vos autem manuum digitos constringite.*

TOR. *Ecce! Ut præcepisti omnia tibi perfecimus.
Iacent clamantes miseri valde,*

(Per) omnia membra afflictione contorti:
POD. *Agite ô hospites, cognoscamus quàm verissime,
An illitum vos pharmacum hoc iuuet?*

*Si enim verè hoc est aduersum mihi:
Relicta terra, in sinus ab eo terra,
Incognita, non-amplius-apparens, (ad infimas Tartari abyssos.*

MED. *Ecce inunctum-est: sed non laxat flammam dolorum,
Heu mihi, papæ: excrucior, dispereo,
Omnia transfixus-sum membra cæco malo.*

Non Iupiter fulminis tale attollit iaculum:

Nulla maris ita furit procella:

Neque vorticosi turbinis vis tanta.

Num asper vastat me morsus Cerberi?

Num quod me Echidna virus circumdepascitur?

Aut madefacta ichore Centauri tunica?

Miserere ô Regina. Pharmacum enim neque meum

Neque aliud, potest tuum inhibere cursum,

Sed suffragiis omnibus omnem gentem vincis mortalium:

POD. *Cessate, Tortores, & dolores minuite,*

Quum pæniteat-eos in contentionem mecum venisse.

Cognoscat autem quius, quod sola ex-Diis

Nullò-linimento-demulcenda, pharmacis non obtemperem.

CHOR. *Non Iouis tonitribus Salmonei contendit robur,*

Sed perit fumoso domitum Dei mente iaculo:

Non certamine-facto gausus-est cum-Phæbo Satyrus Marsyas

Sed stridulum agitur eius circa cutem Pinus:

Luētum perpetuum propter contentionē facunda habuit Niobe,

Et adhuc lugens profundit multam lacrymam in Sipylo:

Maonia autem Arachne Mineruæ venit ad certamen,

Sed quum-perdidisset modulum, etiamnum fila necit.

„ Neque enim par est beatorum potentia confidentia Hominum,

„ Ut Iouis, ut Latona, ut Palladis, ut Pythij.

Lenem, ô ubique gentium-celebrata afferas (nobis) dolorem ô Podagra,

Leuem, facilem, non-acutum, breuem, haud-seuientem,

Tolerabilem, facile-desinentem, parum-validum, ambulationes-non impediētem.

Multi sunt modi miserorum:

Sed exercitia dolorum, & consuetudo

Podagricos soletur.

Ideoque equo-animo, ô complices, obliuiscimini

Dolorum. Si ea-quæ placent non sunt,

Tamen etiam-præter-spem-accidentibus-viam inuenire-solet Deus.

Quiuis sustineat Podagra laborantium

Deludi & derideri.

Talis enim huius morbi natura est.

PRACTICAE
MEDICINAE
LIBER QVARTVS.

A V T O R E

DANIELE SENNERTO

D. ET MEDICINAE IN ACADEMIA

Vvittebergensi Profess. Publ.

CVM TRACTATV DE INFANTIVM
morbis, eiusdem Auctoris.

PHARMACOLOGICAL

LABORATORY

NOTES

DANIEL SENNER

D. M. D. MEDICINE IN ACADEMIA

Wittenberger Professor Publ.

PHARMACOLOGICAL LABORATORY

WITTENBERG



SERENISSIMÆ AC POTENTIS. PRINCIPI ET D. D.

MARIAE ELEONORÆ,
SVECORVM, GOTHORVM AC
VANDALORVM REGINÆ, MAGNÆ
 Finnoniæ Principi, Esthoniæ, Careliæque Duci,
 Dominae Ingridiæ, &c.

NATÆ MARCHIONISSÆ EX ELECTORALI
Brandeburg, Prorsapia, Borussia, Iulia, Clivia & montium duci, &c.

DOMINÆ MEÆ CLEMENTISSIMÆ,

Salatem & felicitatem perpetuam

P.



AT IS iniqui, *Serenissima Regina, Domina Clementissima*, Fœminis Viri quidam, etiam Magni, fuerunt; è quorum numero nec eximendus Aristoteles, qui, 2. *degen. animal. cap. 3* fœminam marem mutilatum esse scribit, & 4. *degen. animal. cap. 3*. tantùm non monstris fœminas accenset. Naturæ certè primum errorem, quo ad monstri generationem tendat, fœminæ generationem esse putat, & 7. *de republ. cap. 16*. pro imperfectione habet, fœminam generari. Verùm naturam, quæ nusquam est, imaginarius est, Creationis rerum ignarus, Aristoteles. Natura, quæ ordinaria Dei potestas est, ut eam Iulius Cæsar Scaliger, *Exerc. 1. 8. & 359 sect. 11*. definit, Dei, rerum omnium Creatoris, iussu & potestate omnia agit. Creavit verò Deus optim. max. hominem Virum & Fœminam, & per eos humanum genus, olim in cœlos ad vitam beatam æternamque transferendum, conseruari & multiplicari voluit. Quæ ergo natura esset, quæ se ipsum perditum iret, & suo fini contrarium intenderet? cùm omnino paucis annis genus humanum interiret, si id primò propositum haberet, ut saltem masculi generentur. Et si contra naturæ intentum, imò error quidam naturæ esset fœminæ, generatio, non tot (cùm nunquam tot errores natura committat, quàm perfecta opera edat) fœminas, quot mares produceret. Quod enim fœminæ numero vincant, planum cuique esse potest antiquitatum memoriam ab ultimo principio repetenti, atque id Athenis experientia comprobavit, nec ita pridem Venetiis, cum census ageretur, ut Bodinus,

lib. 5. de republ. cap. 2. scribit: non quod vel à bellis, vel peregrinationibus, ab omnibus periculis, quæ Viros obire necesse est, seducantur, vel quod, vt idem parum honestè & prudenter de natura & fœminis sentiens loquitur, in naturæ vniuersitate rerum deteriorum maior sit affluentia, quàm pretiosarum: sed quia naturæ commoditas, imò necessitas id ita requirebat. Obseruatum enim & annotatum, in magnis & populosis Rebuspublicis, non solùm plures fœminas reperiri, sed & gigni, & id annotatum Norimbergæ, vbi cum viginti mille masculi fuerant geniti, non pauciores puellæ natæ fuerunt, imò vno atque altero centenario numerum masculorum superarunt. Neque aliquid imperfecti in fœminis apparet. Membra equidem virilia non habent: sed nec habere debent: sicut contra mares muliebribus iure naturæ carent. Cætera quod attinet, animo & corpore perfectæ sunt, ita tamen, vt ad hominis procreationem idoneæ essent. Nam quod Viragines quædam temperamento & reliqua corporis constitutione viris æquales penè sunt, in sexu fœmineo non perfectio, sed imperfectio est. Et quia aliæ in generatione hominis partes sunt fœminæ, quàm viri, etiam in ciuili illà societate fœminarum officia à virorum officiis discerni, & ad illum finem, qui ipsis proprius est, dirigi debent: nec, quia virorum officia non obeunt, contemnendæ fœminæ; cùm aliæ ipsarum partes sint. Equidem Plato, 5. de Republ. communem vult esse fœminis cum Viris Reipublicæ administrationem, & Plutarchus alicubi scribit, eandem esse virtutem Virorum mulierumque: gesseruntque bella Amazones: gens Indorum Pandæ regnata fœminis fuit: & apud Meroën fœmina Cendace regnauit, quod nomen mox in Reginas alias deriuatum: & Mania Zenis Satrapæ in Æolide vxor, marito ex humanis excedente; à Pharnabazo impetrauit, vt eius vices vicarias gereret, quas partes ita obiuit, vt non modò ciuitates iuris sui seruaret incõcussas, sed & Larissam adiiceret Imperio, & Tamaxiton & Colonas mari adiacentes; quin & Pharnabazo expeditionum fuit comes in Mysos & Pisidas, & propterea ab eo magnificè honorata, & consiliis adhibita sæpius fuit. Artemisia irruentes Rhodios classe exiit, Insulamque domuit, erecta in vrbe statua, quæ ciuitati stigmata inurere videretur. Plurimæ etiam fœminæ literis excelluerunt. Daphnen Tiresiæ, filiam, apud Delphos solitam vaticinari, versificatione adeo præcelluisse memorant, vt ex eius carminibus multa ad sui poëmatis culturam transtulisse Homerus credatur. Exstant quoque Sapphus & aliarum fœminarum carmina elegantissima. Verùm semoueantur sanè à ciuilibus & publicis officiis fœminæ, & in hoc Viris cedant, ac suæ sint Viris prærogatiuæ: tamen qua Viros rursus superant fœminæ, habent pulchritudinem, formæque elegantiam, & vultus dignitatem, ac totius corporis venustatem. De qua elegantissimi Anacreontis versus exstant:

Φύσις κέραια ταύροις,
 Ὀπλά δ' ἔδωκεν ἵπποις,
 Ποδοκίην λαγωῖς,
 Λεῖσσι γόμφ' ὀδόντων,
 Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτὸν:

Tauro, ferire cornu,
 Equo, ferire calce,
 Lepori, valere cursu
 Natura dat; leoni
 Dentes hiantē riēt.
 Pisces docet natare,

Τοῖς ὀρνέοις πῆτασμα
 Τοῖς αἰδέεσι φρόνημα.
 Γαυάζιν ἔτι ἔτι εἰργεν.
 Τι οὐδὲν δίδωσι χαλλος,
 Ἄντ' ἀπιδων ἀπασῶν,
 Ἄντ' ἐγγέων ἀπάντων.
 Ν:χᾶ δὲ ἕ σίδηρον,
 Κεῖ πῦρ καλή τις θεα.

Aues docet volare:
Prudentiam Viris dat.
At fœminis nequiuuit.
Quid ergo donat illis?
Decoram habere formam,
Pro parmulisque cunctis:
Pro lanceisque cunctis:
Quin flamma cedat illi
Ferrumque , si qua pulcra est.

Nec tamen sola forma, quæ ut non omnibus datur, ita bonum fragile est, fœminæ Viris antecellunt, sed & alias dotes, quibus Viri carent, fœminæ habent, & officia humanæ societati non minùs vtilia, quàm Viri, præstant, dum liberos generant, atque educant, & familiam administrant. Si fœminæ non essent, nos Viri non essemus, & cum cœpissimus esse, actum esset de nobis sine cura & sollicitudine materna. Hæ nos propriis visceribus nouem menses gerunt: hæ sanguine suo, mox & lacte ex illo genitos nos alunt: hæ in sinu suo & brachiis gerunt: hæ flentibus & eiulantibus cantu & solatio blandiuntur: hæ nostri causa insomnes noctes agunt: hæ manu prehenso infirmos adhuc circumducunt: hæ domi, hæ foris nobis adsunt, &, ne quid damni patiamur, cauent: hæ nudos vestimentis operiunt, famelicos alunt: hæ rudes & ignaros religionis, Abba, Pater, balbutire docent: hæ Dei verum cultum & timorem à teneris vnguiculis nobis monstrant: hæ consiliis & monitis teneros & rerum imperitos regunt: hæ adultos etiam omni ope, auxilio & fauore iuuare nunquam desistunt.

Dum verò ira nostri causa laborant Fœminæ, & varias conseruandi & propagandi generis humani gratia molestias sustinent, variis morbis obnoxia fiunt. Neque enim saltem eos morbos, quos Viri, sæpe & ipsæ sustinent, sed & peculiare habent, eosque satis multos. Id quod Medicos & Antiquos & Recentiores mouit, ut peculiare de Mulierum morbis libros scriberent. Quos & ego imitatus, cum libros tres Practicæ Medicinæ, de morbis & symptomatibus Viris & Mulieribus communibus, vel Viris propriis, absoluissem: quarto hoc morbos & symptomata Fœminis propria & magis familiaria subiungere volui, imò debui. Quibus & morbos ac symptomata, quæ Infantes frequenter corripere solent, addidi.


Cum verò hunc Librum, qui de Mulierum & Infantium morbis agit, magis decorè Fœminæ alicui, quàm Viro dedicari posse putarem, & de Fœmina aliqua Illustri, ex cuius nomine præscripto splendor aliquis ei accedere posset, cogitarem: fieri non potuit, qui statim *Sereniss. Maiestatis Vestrae*, nomen mihi in mentem veniret. Quæ enim alia, quàm Tanti Regis Tanta coniux exiguum hunc meum laborem splendidissimi sui nominis luce magis illustrare possit? Nam seu Illustrissimam stirpem, seu animi dotes eximias, seu fortunatissimum coniugum, quò Tanto Regi, cuius Heroicas virtutes & facta totus terrarum Orbis admiratur, & omnis, quæ futura est, loquetur posteritas, iuncta est, considerem, omnia ea talia sunt, quæ omnium oculos & animos in se conuertunt. Ut ergo *Sereniss. Maiestas Vestrae*. Librum hunc, quem *Sereniss. Maiest. Vestrae* meo nomine Vir Clariss.

& Excellentif. D. Domino Ioannes Schleizerus, *Sereniff. Maiestatis Vestrae* Archiaterus, amicus meus antiquus, humilimè offert, per se minùs splendidum, Illustrissimi sui nominis splendidissima luce illustrare non dedignetur, cumque fronte serena atque animo clementissimo suscipiat, qua possum animi submissione oro: Deumque opt. max. veneror, vt *Sereniff. Maiestatem Vestram* vt & *Sereniff. ac Potentiff. Regem Coniugem*, saluos & incolumes, & vndiquaque felices florentesque diutissimè præstet ac tueatur. Dat. Wittebergæ, Cal. Sept. An. M. DC. XXXII.

Sereniff. Maiestatis Vestrae

Subiectissimè,

DANIEL SENNERTVS,
D. Medicinæ in Academia Vvittebergeni Professor
P. & *Sereniff. Elect. Sax. Medicus.*



LIBER QVARTVS.

De Mulierum præter naturam affectionibus.

P R O O E M I V M.



POSTQVAM morbos & symptomata, quæ omnibus in corpore humano partibus, in capite, pectore & ventre inferiore accidunt, quæque viris & mulieribus sunt communia, vel viros solam infestant, explicauimus: proximum iam est, ut de morbis & symptomatibus, quæ mulieribus propria sunt, agamus. Perinde autem esse puto, siue mulieribus dicam, siue feminis. Equidem non ignoto, vocabulum *Femina* apud Latinos interdum generalius esse, quam *Mulieris*, & in genere sexum denotare; cum *Mulier* eam saltem significet, quæ amplius virgo non est; vnde Cicero obiurgantibus, quod sexagenarius virginem duxerat, respondit: Cras erit *Mulier*; & *Vlpianus*, in l. Alioquin. ff. de contrah. empt. Quod si ego me virginem emere putarẽ, cum esset mulier, emptio valebit. In sexu enim non est erratum. *Mulier* tamen interdum etiam ea dicitur, quæ virum non cognouit, inquit idem *Vlpianus*, in l. Queritur. ff. de *Ædilitio edicto*. Esi verò sexus femininus triplicem statum comprehendit, virginum, mulierum, & viduarum: tamen non opus esse puto, ut peculiariet de harum morbis agamus; cum ex sequenti tractatione facile, quid cuiuslibet status proprium sit, patere possit. Si quid tamen in specie de iis monendum videbitur, nec illud omitteatur.

Cæterum, cum *Femina* à sapientissimo Creatore eo præcipuè sine condita sit, ut mari sociata hominem generet, & genus humanum propaget, & proinde semen virile utero excipiat & foueat, è quo cum feminino mixto homo formetur, & suo tempore in lucem prodeat; atque in lucem editam lacte suo tandiu nutriat, donec cibis solidioribus coquendis par sit: duas corporis partes obtinuit femina, quibus à viro differt, uterum & ad eum pertinentes partes, ac mammæ. Ideoque de morbis *Mulierum* acturi, primò de *Vteri* morbis & symptomatibus, & quæ ex *Vtero* in aliis corporis partibus accidunt, præter naturam, affectionibus, deinde de mammarum præter naturam affectionibus agemus.

Quæ verò de genitalibus feminae partibus, de semine, conceptione, fetus formatione & partu dici debent ac solent plurima, ad *Anatomiam*, *Physicam* & partem *Medicinæ Physiologicam* pertinent, & ex iis petenda sunt, & exstant de iis egregia Recentiorum, atque inter alia *Hieron. Fabricij* ab *Aquapendente* & *Adriani Spigelij* de fetus formato scripta. Nos præcipuè de *Morbis* harum partium & symptomatibus quæ eis accidunt, agemus: ubi tamen opus fuerit, nec ea omittemus.

In tota verò hac tractatione pudicas aures oculosque, aut tetricos Catones, ut spero, non offendet, quod res, de quibus agimus, suis nominibus, quæ obscæna & fæda vulgò habentur, appellamus, & de rebus naturalibus, ut *Natura* eas exhibet, loquimur. Quisquis, ut verbis *Augustini*, lib. 14. de ciu. Deic. 27. in simili materia scribens, utar, ad has literas impudicus accedit, culpam refugiat, non iuram; facta denotet suæ turpitudinis, non verba nostræ necessitatis. Elucet n. ut *Plutarchus*, l. de amore proliis, scribit ex *Erasistrato*, in omnibus rebus naturalibus, accurata artificiosaque natura, seu potius Creatoris diligentia, & nulla oratione satis explicari potest, quæ industria perfecit ea, quæ ad humani generis propagationem attinent. Quæ omnia ut sese habent, describenda, & suis nominibus appellanda sunt. In quibus describendis, si absque peccato primorum parentum esset, nihil obscæni occurreret, & ut *Augustinus*, alleg. loc. loquitur. Ita genitale aruum vas in hoc opus creatum seminaret, ut nunc terram manus: Et quod modò hac de re nobis volentibus diligentius disputare verecundia resistit, & compellit ventiam, honore præfato, à pudicis auribus poscere, cur id fieret, nulla causa esset, sed in omnia, quæ de huiusmodi membris sensum cogitantis attingerent, sine vllotimore obscænitatis liber sermo ferretur, nec ipsa verba essent, quæ vocarentur obscæna, sed quicquid inde diceretur, tam honestum, quam de aliis, cum loquimur, corporis partibus.



P A R S I.

De morbis partium genitalium in Fœminis.

P R Æ F A T I O.

PARTES autem genitales in fœminis commodissimè diuiduntur in pudenda, ceruicem vteri, vterum ipsum & testes cum suis vasis. Et propterea de partium harum morbis ordine agemus, nimirum primò de orificij pudendi angustia & amplitudine, de mentula muliebri, de Clausura & Angustia vteri, de Pustulis & scabritie pudendi, de ceruicis vteri condylomatibus, de pudendi & ceruicis vteri verrucis, de hæmorrhoidibus vteri, de vlceribus ceruicis vteri, de rhagadibus ceruicis vteri, de fistulis colli vteri, de cancro vteri, de gangræna & sphacelo vteri, postea de intemperiebus vteri, de vasorum vteri angustia & p. n. apertione, de vtero duplici, deficiente, & malè conformato, ac rebus alienis in vtero repertis, de vteri Inflatione, hydrope, de tumore vteri è sanguine in venis eius contento, de Inflammatione vteri, de scirrho & cancro vteri, de vteri ascensu & procidentia, de Hernia vterina, de vulneribus & ruptura vteri, de vlceribus & corruptione vteri, & tandem de morbis testiculorum & vasorum genitalium in fœminis.

S E C T I O P R I M A.

De Pudendi & ceruicis vteri muliebris morbis.

C A P V T I.

De Orificij pudendi angustia & amplitudine.

IN muliebri autem pudendo occurrunt rima pudendi, labra, alæ, clitoris, foramen vesicæ, caruncula myrtiformes, hymen. Primò, Rima fissura est in pudendo muliebri maior, quam ceruix vteri. Eam ambiunt Labia, quæ pudendi interiores partes claudunt. Labijs diductis Alæ in conspectum veniunt, Græcis *τύμποι* dictæ, vtrinque vna, carne molli & spongiola constantes, figura & colore cristam galli æmulantes.

In his partibus tres præcipuè occurrunt morbi, nimirum exterioris huius orificij pudendi angustia ac clausura, amplitudo eiusdem, & Mentula muliebri. Primò quidem interdum rima exterioris vteri orificij seu pudendi angustior est, quàm secundum naturam, qui morbus multa incommoda affert, nimirum & in coitu impedimento est, & membrum virile non admittit, vel non sine difficultate admittit, & fœtui in lucem prodeunti exitum difficulter concedit. Morbus autem hic cum ferè à prima conformatione & origine sit, Medici opera vix tolli potest, sed orificium hoc vel coitu, vel partu postea dilatatur. Quandoque tamen ex vlcere hoc accidit, vt via hæc ita coalescat, vt vix exiguum foramen pateat. Quandoque etiã ex medica-

Orificij pudendi angustia.

amentis adstringentibus incautè adhibitis hic morbus oritur. Ita Nicolaus Florentinus refert, se vidisse mulierem, quæ post partum, cum obstetrices adhibuissent medicamenta valdè adstringentia, ita clausa reddita fuit, vt non potuerit coitum exercere. Narrat etiam Ioan. Philippus Hæchstetterus, *observat. Med. Dec. 3. casu 5. in schol.* Ancillam quandam sponsam, procul dubio, vt iponso Virgo, quæ non erat, appareret, balneo, in quo radices consolidæ maioris decoctæ erant, vltam fuisse, in quod cum Hera inscia insedisset, ei ita orificium pudendi coarctatum fuit, vt maritus vterum claustrum virginale recepisse miraretur.

Interdum verò hæc rima atque hoc exterius vteri orificium planè clauditur, adeo vt nec vrina effluere possit: interdum verò natura vrinæ effluentiam relinquit, sed membro virili aditus nullus patet. Morbo hoc laborantes Atretas, Imperforatas & Clausas nominant. Verùm cum nomina hæc non solum iis, quibus orificium pudendi, sed & quibus ceruix vteri & orificium vteri clausum est, competat, de Atretis pluribus *cap. 3.* agetur.

Vt verò interdum membri muliebris meatus hic p. n. clauditur: ita contra interdum amplior redditur, vel etiam plures meatus hic contra naturam

Clausura pudendi Mulieris Atret.

Amplius pudendi.

De Orificij pudendi angustia & amplitud. 483

aperiuntur. Primò nimirum orificium hoc nimis ampliatur & patet; quod ex frequenti coitu & partu accidit. Quod vitium adstringentibus interdum fœminæ corrigere conantur. Et desloratæ, ut sponsis pro virginibus sese venditent, utdem vitio solent, id quod ancilla illa fecerat, cuius antea facta est mentio. Quod institutum ut in scortis culpandum, ita in honestis mulieribus non reprehendendum; si ipsis hoc vitium post partum accidat. Potest enim huiusmodi laxitas & amplitudo causa sterilitatis esse, interdum prociuentiæ vitii, ut Hippocrates, *de natur. mulier.* innuit, & præterea etiam vitium hoc mulieres viris ingratas reddit. Emendatur autem hoc vitium, purgatione post partum peracta (non antè, ne ea suppressa aliquid incommodi & periculi subsequatur) fomentis, balneis, linimentis & pessis adstringentibus, nimirum fomento & balneo ex aqua aluminosa, decoctione plantarum adstringentium, imprimis radic. consolidæ, sem. oxylapathi, gallis. Vt *℞. rad. consolid. maior. boli Armeni, sanguinis Dracon. balanstiorum aluminis, mastiches ana. ʒ. ʒ. Pulveriscentur, & mista pessario ex gossypio facto illinantur. Vel ℞. sanguinis Draconis, boli Armeni, cortic. malor. granat. aluminis, mastiches gallar. an. ʒ. ʒ. Pulveris. & cum aqua chalybeata miscantur, & austura ea pessarium illinatur. Vel ℞. felinum quercus, plantag. an. M. ʒ. rad. consolidæ ʒ. j. cortic. granat. balanstiorum, samach. an. ʒ. ʒ. ʒ. alum. ʒ. j. Coq. in aq. & decocto pudenda foveatur. Interdum in partu difficili accidit, ut perinæum, & spatium, quod est inter anum, ac pudendi rimam rumpatur, & vulva ac anus vnum foramen fiat. Id quod hic fœminæ cuidam pulcræ, sed parvæ corporis staturæ & tenellæ accidisse meminimus, quæ tandem etiam, cum ruptura hæc consolidari non posset, lenta tæbe obiit.*

Eros, *de Passio. mulier. cap. 20.* ita hoc malum curare docet. Sane quædam, inquit, quibus vulva & anus sunt vnum foramen, & idem cursus: inde istis exit matrix, & indurescit. Quibus in reponendo sic subveniatur: Matrici vinum calidum apponimus, in quo balnetur butyrum: & diligenter fomentamus, quousque matrix efficiatur mollis, & tunc suaviter eam reponimus. Postmodum rupturam inter anum & vulvam tribus locis vel quatuor sanamus cum nîo de serico: postea pannum lineam vulvæ imponimus ad quantitatem vulvæ. Deinde pice liquida linimus: Hoc enim facit matricem retrahi, propter sui fetorem. Deinum sanamus capuram cum pulvere facto de consolidâ maiori, & minori, & cyano. Huiusmodi autem pulvis superaspargendus est: & collocetur mulier in lecto, ita ut pedes altiorem sint, & ibi omnes operationes suas per octid vel novem dies faciat: & quantum necesse fuerit, manducet, ibi egerat, & omnia assueta faciat. Hanc præterea oportet abstinere à balneo, usque quò viderit, quod balneum sustinere possit. Debet quoque abstinere ab omnibus, quæ rursus faciunt, & ab indigestibilibus. Ad prædictam igitur periculum evitandum, eis in partu sic diligentissimè providendum est. Præparatur pannus in modum pilæ oblongæ, & ponatur in ano, ad hoc ut in quolibet conatu eiciendi pueram, illud firmiter ano imprimatur, ne fiat huiusmodi continuïtatis solutio. Hæc Eros. Vt *℞. radic. consolid. mai. ʒ. ij. verbasci M. j. Coq. ad mollitiem, & contendantur. F. Cataplasma. Vel ℞. pulv. rad. consol. mai. ʒ. j. Cimini ʒ. ʒ. Cum sindone rubro F. sacculus seu pessus, qui coq. in vino rubro & pudendo indatur. Nonnulli frustum oblongum aluminis crudi pudendo indunt.*

Operum Sennerti. Tom. III.

Interdum etiam in membro muliebri plures meatus contra naturam reperiuntur. Acciditque hoc interdum à prima conformatione, cum ex naturæ errore ductus ex intestino recto in vulvam fertur. Ita puellam, quæ clauso ani meatu octavo quoque die excrementa ex naturalibus deiciebat, vidit Beniuenius, ut *cap. 86. de abdit. sanar. & morb. casuff.* refert; aliam etiam Mercurialis, *de morb. puer. lib. 3. cap. 9.* Et nuper ad mesenipsit. Dn. D. Elias Rehbaldus, Medicus Torgensis, esse Torgæ puellam tartoris filiam, novem septimanas natam, quæ gutturi inferioris expers omnia excrementa per vulvam quotidie exerevit. Interdum verò ex morbo meatus aperitur, id quod interdum in fistulis accidit, ut infra, *cap. 10.* dicitur.

CAPVT II.

De Mentula Muliebri.

Alæ pudendi iunctæ Clitoridem amplectuntur, atque in earum apice *Klitoris* est, caro quædam nervosa, dura, similis omnino substantiæ illi, qua duo corpora nervosa penis in Viris constituuntur, & propterea etiam ut penis copioso spiritu influente in appetitu venereo turgescit. Pars hæc interdum in tantam molem excrevit, ut virile membrum referat, ut eas, quibus hoc accidit, è fœminis in Viros migrasse creditum sit. Morbi hoc genus ab Hippocrate, *in lib. de natura Muliebri. 2. cap.* appellatur. Interpretes Columellam reddiderunt, aeducta similitudine ab vulva in faucibus dependente. A quibusdam Tencigo, ab Avicenna virga, ab aliis Mentula, à nonnullis Nympha (quæ procul dubio id, quod Clitoridi tribendum, Nymphis assignant) vel cauda, à quibusdam etiam symptoma turpitudinis nominatur. Et solet hæc pars aucta veneris desiderium augere, & si nimium augeatur, turpitudinem & pudorem, imò interdum impedimentum quoque in concubitu afferre. Ita refert Ioan. Scheinkius, *lib. 4. ob-*

servas. se Haganoæ vidisse fœminam quandam honestam Patriciæ gentis, quæ talem clitoridem per pudendi rimam minoris digiti dimidij longitudine, & eiusdem circa basin crassitie, sed apicem versus tenuiore habebat, eamque sibi consellam esse, carunculam hanc etiam flaccidam & corrugatam, citra libidinis imaginationem vilam, ea, qua dictam quantitate extra pudendum prominere subinde. Atqui in congressu cum marito, aut aliis veneris conceptibus, imò verò solo vestrum contactu mentulæ instar sæpe influit, turgere atque erigi, & ad venerem irritare. Fuisse autem eia primis puentiæ annis familiare digitis hanc carunculam subinde versare, ex quo cum suavem in ea ætate titillationem percensisset, ex consuetudine postmodum factam fuisse, ut vel dormiens quoque manuum alteram ad pubem compositam contineret. Atque huius occasione nympham ex frequenti nimirum tractatione ad turpem hanc formam excrevisse arbitrabatur. Felix Platerus etiam observavit, in matrona quadam Clitorida brevi tempore adeo excrevisse, & in carnositatem spongiosam, cute interctam, venisque obstram, degenerasse, ut colum anserinum, & crassitie, & longitudine sæquaret, quæ circa radicem in pudendo attenuata, indeque ampliata, dependebat. Hoc auferre studens Platerus, cum nîo in materia erodente imbuto circumdaret, tanta suborta est inflammatio, ut ab incepto desistendum fuerit, ipsa dolore permot-

Clitoridis mira excresecutia.

Clitoris mira excresecutia.

ta postea multis annis operationem manualemente tractarit.

Causa.

Causa. Habet autem morbus hic suam originem ex affluuio nimio nutrimenti ad hanc partem, qui fit ob eius laxitatem, quæ interdum frequenti contactu inducitur.

Curatio.

Curatio. Curationem quod attinet, si tantum hæc pars increuerit, ut aliquod impedimentum vel turpitudinem afferat, resecandam esse, plerique censent. Verum cum pars hæc partim naturalis sit, partim augmentum præternaturale ipsi accesserit, & præterea hoc in loco vulnera & vlcera cicatricem difficulter recipiant, tutissimum videtur, non statim ad sectionem accedere, sed prius, corpore conuenienter euacuato, tentare, an augmentum partis siccantibus & discutientibus prohiberi & imminui possit, in quem finem parum foueri potest medicamentis siccantibus & discutientibus; simul tamen aliquomodo adstringentibus. Deinde si hæc non sufficiunt, caustica mitiora, & quæ dolorem non excitant, adhibenda: lumen vltimum, vnguentum Ægyptiacum & similia. Vt *℞. Vnguentum Ægyptiacum, ol. lentiscin. rosacei, cera an ʒ. ʒ. ʒ. Misc.* Si verò nec hoc modo, quod superfluum est, tolli possit, resecandum est; quod sit vel ligatura, si filo serico, vel capillo equino circa radicem ligetur & quoti die contringatur, donec tandem emortuum decidat; vel sectione. Modum eius Aëtius, *terribibl. 4. serm. 4. cap. 103.* tradit. Vbi tamen, quod procul dubio Clitoridi tribuendum erat, Nymphæ tribuit. Nympha, *inquit*, substantia quædam est masculosa, supra alarum pudendi commissuram sita quo loco vniuersus est meatus. Hæc in aliquibus mulieribus ad tantam magnitudinem augetur, ut deformitatem ac pudorem inducat. Quæ & à vestimentorum contactu assiduo attingitur, & ad venerem ac coitum proritat. Quapropter Ægyptiis vitum est ut antequam exuberet, amputetur, tunc præcipue, cum nobiles virgines sunt elocandæ. Amputandi verò modum hunc tradunt. Virgini in sella locatæ retriò assideat adolescens robustus, qui brachia sua poplitibus virginis subiiciat, cruræque eius ac totum corpus regat, & tum Chirurgus ante ipsam stans, forcipe ampliori nympham corripit, & per sinistram manum distendat: per dextram verò propè dentes forcipis dentes resecet. Mensuram autem resectionis eandem, quam in columnellæ sectione seruare oportet, ut ne funditus ipsam resecemus, sed superuacua tantum pars amputetur. Proinde propè dentes forcipis nympham resecandam esse diximus: quoniam cum pelliculosa sit, plurimum extenditur & nisi quis diligenter obseruet, facile ultra, quam oportet, amputationem faciet, atque hinc carunculæ decrementum, rhœada Græci vocant, consequitur. Peracta Chirurgia spongia ex vino adstringente, aut aqua frigida expressa vulnus detergeatur, & manna thuris inspergatur, & linimentum postea madefactum indatur, & spongia ex postea expressa super deligetur. Post septimam verò, cadmiæ minutissimè tritam perse, aut cum rosarum floribus insperge: aut siccam ex lapide Phrygio paratum, & ad pudendorum fissuras descriptum, aut cinerem ossium palmularum insperge. *Hæc Aëtius.* Caute tamen hinc procedendum, & cauendum, ne vel ligatura vel sectione dolor excitetur, & inflammatio generetur. Sectione peracta, vulnus vino, in quo folia lauri, myrti, rosæmarini, flor. rosar. balustior. nuces cupressi & similia cocta sunt, abluatur, & puluis restrictiuus apponatur.

A Interdum tamen & alia carneæ excrescentia à muliebri pudendo enascuntur, quæ muliebri pudendo replent, & extra etiam aliquando instat in pudendo. Cauda prominent; unde nonnulli ægritudinem caudatam appellant; cum tamen eadem appellatio etiam prius & antea descriptæ affectioni competat. Sic refert Amatus Lusitanus, *cent. 5. curat. 88.* In Hospitali Pisarenfi mulierem natam annos 35. carnosam quandam excrescentiam ab inguibus natam habuisse, pondere 25. librarum. Distinguatur autem hic morbus à Clitoride, quod in Clitoride coitus desiderium & libido augetur, atque etiam vestium attritus libidinem proritat; in Cauda autem affectione seu carneæ excrescentia femina coitum abhorrent, & tolerare nequeunt præ dolore. Superflua autem hæc caro commodissimè sectione tollitur, & tutior est hic sectio, quam in Clitoride; cum tota ista caro superflua & p. n. sit.

CAPVT III.

De Atretis, Clausura & Angustia ceruicis & oris Vteri.

S Vb Nymphis est ceruix vteri, meatus scilicet ile & canalis, qui membrum virile recipit, qui etiam tuos morbos patitur. Et primo quidem interdum meatus hic clauditur, quo morbo quæ affectæ sunt feminae, *at ubi*, Clausæ & Imperforatæ, Velatæ etiam, quasi vterus sit velo obductus, nominantur. Hoc tamen nomine & ea comprehenduntur, quibus orificium pudendi tantum clausum est, ut *cap. 1.* dictum. Est enim triplex Atretatum seu Clausuræ genus. Etenim clausura hæc est vel in orificio pudendi, seu pudendi alis, vel in ceruice vteri, seu intermedio loco, vel in ipso vteri orificio.

C Grauius autem morbus hic solet inducere mala, & nunc ad hoc, nunc ad illud officium mulieres ineptæ redduntur. Cum enim ceruix & collum vteri ideo factum sit, ut tempore coitus membrum virile admittat; deinde menstrua purgatio certis periodis per hanc viam effluat; tertio ut fetus ex vtero per hunc locum in lucem prodeat: si externum pudendi orificium claudatur, ad vsum vitorum, ad purgationem menstruam & ad conceptum ineptæ redduntur feminae. Si verò patente pudendo in medio sinu seu ceruice vteri fuerit clausura, ad duo officia impediuntur, ad communicationem viri & ad conceptum. Si autem orificium vteri fuerit clausum, ad duo officia impediuntur: si quidem nec purgari per menses, nec concipere possunt; viri verò vsum sine impedimento sustinent, ut quidem hac de re Moschio docet. Verum ut postea de signis dicatur, possunt etiam per venas, quæ in vteri collum desinunt, purgari tum mulieres.

E Interdum autem meatus hic plane clauditur, interdum in medio foramen aliquod angustum relinquitur. Huius rei passim historiarum extant. Refert Vvierus, *de praestig. Demon. lib. 2. cap. 38.* duastales duarum puellarum historias, quarum vni 18. annos natæ sanguinis sabarra cum ingenti dolore restitit, eaque postea sponte perrupta copiosus sanguis perfusus est; alteri verò, quæ pro grauida habebatur, nouacula clausura aperta supra octo libras sanguinis atripofluxere.

Causa.

Illud autem, quod meatum hunc claudit, vel membrana est, vel caro. Et quidem morbus hic & clausura pudendi vel à conformatione prima in

Vtero matris ortum habet, vel à vulnere aut vlcere præcedente. Ipse puellam vidi, cuius pudendi officio tenuis membrana obducta erat, foraminetantum ipsi magnitudine relicto, per quod vrina effluebat. Hanc, me præsentem, stylo in foramen immisso, cultello Chirurgus facile secundum longitudinem discedit. Ita refert etiam Beniaenius, *de abdit. sanitar. & morb. causis cap. 78.* se vidisse puellam nobilem, cui membrana ori vulvæ obducta naturalia clausa erant. Notatu etiam dignam huius morbi, eiusque curationis historiam habet Hieronymus Fabricius ab Aquap. *de operation. Chirurg.* quæ talis est: Virgo quædam, *inquit*, ab ipso natali die, membranam *inhærentem* appellatam, imperforatam, totumque vulvæ officium ocludentem sortita est: myrtochila verò seu alæ adeo exiguæ erant, vt ferre nullæ apparent, siquidem contraherentur à continuitate membranæ, cuiusque tensione ab interna repletionem facta: vbi autem fuit perforata vulva, alæ statim efformatæ sunt, tanquam laxata ex vtraque parte membrana; vt ex his liceat conuicere, vnum harum alarum esse, vt perforata membrana tutelam alæ suscipiant pudendi muliebris, quod alioqui ab hymene prius custodiebatur. Hæc igitur nobilis Virgo vltimo id an. ù. decimum tertium bonè habuit, ab eo autem tempore cæpit malè habere, quod euenit propter purgationes menstruas detentas, quæ tunc moueri cœperunt. Patiebatur dolores insignes circa lumbos, & in ima abdomen parte, qui etiam coxis & articulo coxenditis communicabantur. Vnde Medici curabant affectionem perinde, ac si morbus esset articularis, dolores coxendicis, sensum postea cœpit corpus emaciari ac tabescere, continuâque ferè febricula detineri; vigiliis insuper, inappetentia, tandemque delirio; tumor quoque renitens ac dolens in imo abdomine è regione vteri obortus est, quæ omnia magis inualescebant, quo tempore menstruæ purgationes magis iustarent, virgerentque.

Tandem cum morti esset propinqua, accersitus, ac propriis oculis affectione perspecta, incidi simplici incisione membranam, & statim maxima sanguinis crassissimi viscosi, ætuginosi, ac fœtidi copia effusa, ab omnibus affectionibus quasi miraculo quodam exemplo fuit liberata, simplicem autem fuit molitus incisionem, & lineam secundum vulvæ, seu scissuræ longitudinem, ne si ex Celso transuersi ad X. literæ similitudinem incisisset, alarum conformationem, quæ resultat ex hymenis labiis incisus, & ex vtraque parte laxatis, & ad alas retractis, impedirentur. *Hæc Hier. Fabricius.*

Similem historiam habet Bartholomæus Cabriolus, *observat. Anatom. obseru. 23.* quam his verbis describit: Ad puellam annos decem & septem natam Monspelij anno abhinc vndecimo accerserent, eisdem, quibus parituræ solent, symptomatis afflictatam. Consternata iacebat mater, pedori simile vitium factum rata, accersitæque obstetricæ, quid esset, certior fieri voluit. Obstetricæ obstetricandi peritissima, tentata digitis matricæ, negavit hoc sui muneris, neque acciendum dixit. Accessi, pudendis inspectis (vt rectè Guil. Fabricius, *Cent. 3. observat. 60.* hoc quasi omittimus addit) collum matricis planè clausum, cum sanguine menstruali extravasa sua ibi nouem mensium spatio congesto, vt vterum ferre videretur, inueni. Placuit acciri D. Saporitam, Medicum peritissimum, vtrâque consultatione habitâ, placuit, eam, quàm longam erat vulvæ, incidi. Secta est, 12. libras crassi emisit sanguinis, aut potius humoris fœci vini, quàm sanguini, similioris. Actum de vita putabat puella, post tantum cruoris effluuium, sed ope diuina

A operaque nostra post aliquot tempus sanitati reddita est.

Interdum verò à vulnere vel vlcere rima eiusmodi clauditur. Sic narrat Beniuentus, *de abdit. sanitar. & morb. causis cap. 31.* se vidisse mulierem, cui morbus Gallicus totam vuluam erolerat, & incuria Medici quicquid erolum fuerat, eius muicem conuictis occalluerat, vt vrina ex panno foramine redderetur. Et in *Epistolis Medicis Clarissimo D. Domino Gregorij Holtij, s. l. 19.* refertur, sceminam quandam iudentem, lignum aliquod in manu habentem ex improuiso impigisse in pudenda, & ita istum transitum ad vterum & vesicam vulnerasse. Data igitur huic portione vulneraria, aliisque conuenientibus medicamentis vulnere appositis, paulatim ab his vulnus coaluisse, & simul etiam meatum pudendi & vrinæ paulatim totum clausum fuisse, ita vt nihil quasi illic ratione pudendi apertum apparuerit, loco isto admodum sicco, vrina nulla ibi permeante. Fœminam etiam ab illo tempore, (quod biennium vel triennium excedere autor scribit) nihil vrinæ per loca ista excreuisse, locis illis naturalibus semper præter naturam siccis: Per vomitum verò illam singulis ferè diebus materiam aqueam reiecit.

Duplex tamen modus est, quo ex vlcerebus clausura vteri prouenit: Primus est, quando ob exulcerationem pudendi vel ceruicis vteri latera coaliscunt. Ita refert Platerus, *lib. 1. Practic. sub finem*, sceminæ cuidam ex partus difficultate hac parte læta carne luxuriante os ceruicis vteri aded coaluisse, vt ne menstruis quidem pareret fluxus. Alter est, quando fungosa & luxurians caro excreuit, vt meatum hunc planè claudat; id quod in lue venerea interdum accidit. Nonnulli ad hoc caput etiam referunt angustiam ceruicis vteri, quæ sine coalitu à variis causis fieri potest, vt dum secundum Hippocratem, *s. aphorism. 46.* ab omento pinguiore vel pinguedine os vteri comprimatur, aut dum crura & femora contorta & diuicata meatum hunc distorquent & comprimunt, aut dum osse sacro vel coccygis malè conformato, aut à calculo in vesica, aut tumore in intestino recto idem accidit. Verum istæ angustia non adeo magni momenti esse videntur, nec tantæ, vt illa incommoda, quæ supra proposuimus, inferre possint. Ideoque saltim de his affectionibus, qui clausuræ nomine veniunt, hoc cap. agimus.

Signa.

Morbus hic si sit in exteriori officio pudendi, Signa facile visu cognoscitur. Si verò sit in ceruice vel officio vteri, non cognoscitur, nisi dum primum menstrua erumpunt, & sceminæ ad coitum & conceptum aptæ sunt. Tum enim obstaculum hoc vel sanguinis affluentis impetu rumpitur, vel si id non fiat, dolor & alia symptomata excitantur, & virgines nonnunquam grauiter putantur, vt antea dictum. Nam licet morbus hic etiam visu, Dioptra, seu speculo matricis adhibito, vt & tactu cognosci posset: tamen virgines ipsæ sæpe vitium hoc non animaduertunt, donec menstrua erumpunt. Si enim sceminæ aliàs sit bono corporis habitu, & nulla cachexiæ vel obstructionum indicia adsint, & nihilominus certis periodis dolor circa genitalia cum ponderis sensu percipiatur, & menses non euacuantur; suspicio est, meatum illum, per quem euacuari debent, clausum esse. Hoc tamen non prætereendum, si affectus diu duret, intumescere non solum vterum, sed & totum corpus granari, & liuidum quasi fieri. Quamquam verò hic de menstruorum euacuatione controuersia sit, & Moschionem reprehendat

Per quas
venas men-
strua ef-
fluant?

Mercurialis, lib. 4. de morb. mulier. cap. 14. & A
dubitetur, in qua clausuræ differentia menses sup-
primantur: tamen sciendum, foeminis quibusdam
ex venis cervicis tantum, non ex utero menses pro-
dire, contra quibusdam ex solo utero fluere, fre-
quentissimum tamen esse, ut ex utriusque fluant, &
præternaturale ferè, ut ex alterutris: & propterea
siue cervix vteri claudatur, siue os vteri, facile fieri
posse, ut menses, dum erumpere volunt, ibi
subsistant, & dolorem atque alia symptomata ex-
citent; nisi fortassis una via occlusa Natura altera
saltem ventur. Quod si accidat, & per cervicem
vteri menses effluant, orificium tamen vteri clau-
sum esse ex eo cognoscitur; quod quidem venire
vtuntur foeminae, sed semen illic effluit, nec con-
cipiunt. Si verò cervix vteri clausa sit, id in coi-
tu patescit, cum membrum virile non admittat.
Si inflammationes & ulcera in hisce locis præces-
serint, suspicionem huius morbi præbere possunt,
& occasionem dare, ut de morbo diligenter in-
quiratur. An verò caro vel membrana huius clau-
suræ causa sit, visu dignoscitur; cum membrana
alba sit, caro rubea, ut & tactu. Membrana enim
durior est, quam caro. Præterea si nativum sit vi-
tium, membrana ferè causa clausuræ est: Si ex vl-
cere verò, caro.

Prognostica.

Prognosti- 1. Quæ incommoda secum portet clausura vte-
ca. ri, prout in parte hac vel illa consistit, supra di-
ctum, quod scilicet concubitum, menstruorum
purgationem, & conceptionem, & quidem nunc
omnia hæc officia, nunc quædam ex his impedi-
re potest. Et quidem si menstrua retineantur, gra-
uissima inde incommoda, ut modò etiam dictum,
inde sequuntur. Nam totum corpus grauatür, &
quasi liquidum euadit, aut si sanguis subsistens cor-
rumpatur, febris inde accendi, ægèrque in vitæ
periculum conici potest. Et licet angustia & clau-
sura interdum non sit perfecta, sed talis, ut san-
guis menstruus adhuc efflaere, & semen etiam in
vterum iniri & ita concipere possint: tamen po-
stea in partu in vitæ periculo versantur foeminae,
cum per viam nimis angustam factum in lucem ede-
re non possint.

2. Si clausura sit saltem in orificio pudendi, fa-
cile curatur. Si verò sit in partibus penitioribus, &
quidem à causa aduentitia originem habeat, non
ita difficulter curari posse; si verò causa sit natura-
lis, non solum difficilem, sed etiam impossibilem
esse curationem, scribit Mercurialis. Verùm in-
terdum saltem tenui membrana meatus hic à prima
conformatione clauditur, quæ non ita difficulter
discinditur. Contra ab inflammatione vel ulcere
sæpè multum carnis saccrefcit, ut non facile meatus
clausus aperiri possit.

3. Rectius proinde Moschio statuit, facilius eas
curari, quibus membrana meatus clauditur; diffi-
cilius, quibus carne. Membrana enim facile disse-
catur, vel rumpitur, nec sanguinis profusionis tum
metus est; ac membrana dissecta non facile re-
nascitur. Caro autem non ita facile separatur, &
sanguinem fundit, & citò ac facile renascitur.

4. Quæ ipso orificio vteri est clausura, vix cu-
ratur Chirurgus enim instrumentis sine periculo eò
penetrare non potest.

Indicationes & Curatio.

Indicatio- Curatio in eo consistit, ut id, quod meatum clau-
nes & Cu- dit, tollatur, & partes coniunctæ præter naturam
ratio, separantur. Quod ut rectè expediatur, primò per-
pendendum, an vitium sit à primo ortu & confor-
matione, an verò postea ex alio morbo id origi-
nem traxerit. Si à primo ortu, videndum porrò,

an sit in pudendi orificio, vel in ceruice vteri. Si
fit in pudendi orificio, & membrana ibi annata pu-
dendum claudat, facile recta eius sectione meatus
aperitur. Si verò in collo seu ceruice vteri sit clau-
sura à natiuitate, videndum porrò, an membra-
na vel caro clausuram faciat. Si membrana sit, si-
ue integra, siue in medio perforata, rumpitur ea,
vel discinditur non ita difficulter. Membrana
enim, qua à natiuitate labia vteri coalescunt, non
ita difficulter scinditur, & labia separantur. Ita
etiam si post vlcus saltem labia vulvæ coaluerint,
sectione separanda sunt. Si verò simul profundio-
res partes coaluerint, curatio est difficilior. Inci-
denda equidem & præcidenda est instrumento
idoneo: operatio tamen non nisi perito Chirurgo
committenda. Si enim incidat quidem vel ab-
scindat carnem illam, sed non perfectè, foemina
in grauissimum periculum inde conici potest. Vte-
tur enim coitu, & potest fieri ut concipiat; quod
si fiat, in partu periclitabitur; cum cervix vteri
non satis aperiri & dilataxi possit. Si verò nimium
fecerit, & ipsas sensiles partes tangat, dolores & hæ-
morrhagias excitabit, & vulnerata curatu difficilia
inducet. Facile etiam fieri potest, ut collum vesicæ
lædatur.

Modum autem operationis & sectionis, seu à
membrana, seu à carne sit clausura, Moschio, Modi se-
candi cla-
suram 16-
ri. Aëtius, P. Ægineta & alij tradunt, præ reliquis
autem cum prolixè, & quasi rem arcanam docet
C Vvierus, libro obseruat. Summa hæc est. Præmissa
necessaria per venæsectionem & purgationem, si
opus sit, & ætas ferat, corporis præparatione, fa-
mina in mensa, loco lucido, locanda, retractis
diductisque cruribus, & tibiis ad coxas locanda,
& liganda vel gemibus ita tenenda est, ne Chirur-
go in operatione aliquid impedimenti obiciatur.
Hinc explorandum, an exterius saltem pudendi
orificium clausum sit, an verò eo aperto cervix
vteri, an verò orificium ipsius vteri. Si exterius
orificium clausum sit, facile refecatur, ut dictum.
Si verò cervix vteri vel orificium vteri clausum sit,
porrò inquirendum, an membrana claudatur, an
verò carne, eaque pauca vel multa; id quod ex
dolore vel tactu discernitur, (membrana enim,
D ut antea dictum, albicat & durior est: caro ru-
bet & mollior est imprimis speculo vterino ad-
hibito. Sectio postea instituenda nouacula, vel
cultello in hanc rem apto, linteolo circumqua-
que obligato, cuspidis saltem parte, quanta ad-
secandum satis, libera. Sectio autem incipienda
à vesicæ collo deorsum, eaque recta, ea figura &
magnitudine continuanda, quæ naturalis meatus
figuræ & magnitudini respondeat. Et quidem in
membrana res vnica sectione perfici potest: in
carne verò annata ob sanguinis profusionem, qui
sæpius spongia abstergendus, sectio aliquoties
repetenda. Et si profundiore loco sit secandum,
membrum muliebte speculo vterino dilatandum.

E Et modò vno in loco & semel caro sectione per-
forata sit, postea specillo immisso sectio reli-
qua facilius perficitur. Si sectione recta deorsum
facta aliquid adhuc hæserit, etiam obliquè &
transuersum sectio institui potest, & quod mem-
branæ vel carnis adhæserit, volsella apprehen-
sum refecandum. Solent tamen & membranosa
& carneæ partes relictæ sponte ita corrugari &
contrahi, ut nec concubitum, nec partum impe-
diant. Potestque in maritatis etiam venus modera-
ta meatum hunc ampliare. Post sectionem si quid
sanguinis ex venis vteri antea expulsi obuisum fue-
rit, vel alia humorum colluies, ea aqua tepida
syringa iniecta, deinde hydromelite, eluenda.

Ne autem pars hæc, quod promittitur sit, iterum coalescat, spongia, quæ ceram liquefactam imbibebit, præloque validè expressa fuerit, longa & crassa, quantum satis, medicamento exsiccante & cicatricem inducente illuc indenda, postea etiam, ubi cutem obdaci volueris, tubulus argenteus vel plumbeus, cauus, lzuis, oblongus, cum foramine vnico maiore antrorsum, cum multis verò paruis foraminibus in circumferentia, vt saniei exitus pateat, inferendus. Tubuli autem pars posterior obtusa sit, vtrinque duobus locis perforata, vnde duo fila fortia dependeant, vt cum in rimam factam tubulus fuerit intrusus, anterioris pudendi angustia & osse sacro renneatur, ne mulieris iaculum impediatur, & quando opus sit, filis extra pendulis extrahi queat. Quomodo autem sine sectione membrana huic loco obnato tolli possit, docet Hippocrates, lib. de iis, de his, que vterum non gerunt, seu de sterilitate, quæ ibi videntur.

Si autem post ortum ex vlcere caro meatum hunc claudens excreuerit, videndum, an meatus à carne illa luxuriante maximam saltem partem clausus sit, an verò planè coaluerit. Si enim caro saltem meatum oppleuerit, nondum verò is coaluerit, non consultum videtur, statim ad sectionem accedere, cui vulnere & vlcera harum partium difficulter curantem recipiant, sed tutius est, corpore prius conuenienter euacuato, tentare; an augmentum carnis siccantibus & discutientibus medicamentis prohiberi, imò ea imminui possit medicamentis ex thure, aristolochia, cortice thuris, rosis, balustis, mastiche, myrrha, aloë, & similibus paratis. Quæ si non sufficiant, carnem, sed sine dolore, exedentia adhibenda, vt alumen vitum, vnguentum Ægyptiacum & similia. Si verò nec hoc modo quod superfluum est, tolli possit, caro in gyrum præcidenda, instrumento illo, quo polypi tolluntur. Si verò totus meatus coaluerit, vlcus nouandum, & si fieri potest, exsiccantibus discutientibus & exedentibus medicamentis caro illa tollenda. Si verò medicamenta ad absumendam illam carnem & meatum aperiendum non sufficiant, sectio, vt modò dictum, instituenda. Interdum etiam accidit, vt inflammationes vel alij tumores eò loci nativitate induerentur, vt discuti postea non possint, & meatum hunc angustiore reddant. Nicolaus Florentinus à siccitate hoc fieri posse docet, atque id confirmare vult autoritate Hippocratis, qui 5. aphor. 54. scribit, quod quibus os vteri durum est, iis coniuere necesse est. Verùm vix credibile est, hoc loco tantam siccitatem induci posse, vt angustia morbosa inde proueniat. Et Hippocrates, allegato loco, non loquitur de nuda intemperie, sed de tumore duro, vt etiam Galenus, in comm. explicat. Hæc autem, quæ à tumore duro est angustia, emollientibus & resoluentibus medicamentis ex decocto maluz, althææ, parietariæ, chamæmeli, sem. lini, fornigræ parati curatur.

Tandem interdum angustia à causis externis induci potest, de qua cap. 1. dictum. Quæ si ab adstringentibus sit inducta, curatur emollientibus è butyro, ol. amygd. dulc. lilior. albor. & similibus. Vel spongia arida consolida & contorta instar pessimi imitatur. Ea enim postea repleta dilatatur, simulque meatum dilatat.

CAPVT IV.

De Pustulis & Scabrisse pudendi.

Qui sequuntur morbi etsi vulgo vterum in genere tribui solent: tamen fere pudendo saltem & ceruici vteri competunt. Ideoque hoc loco de iis commodissimè agemus. Si quis tamen ex iis etiam vterum affligunt, vel illi communicantur, ei etiam accommodari poterunt. Et primò quidem pustulæ sæpe pudendum & ceruicem vteri occupant, vnde scabrities, & pruritus excitatur, & futures generantur; tubercula scilicet parua, qualitate potius, pruritu scilicet, quàm quantitate molesta. Dolor enim earum magnitudinem superat.

Causæ.

Excitantur hæc pustulæ ferè ab humore adusto, maligno & acri. Is enim in corpore redundans sese in hæc loca laxa & humida, & per quæ aliàs sordidi humores euacuari solent, insinuat ibique hærens ea exasperat. Acciditque hic morbis iis præcipuè, qui lue Venerea laborant.

Signa Diagnostica.

Morbus hic & ab ipsis ægris percipitur, dum hæc pustulas quasdam scabras cum pruritu continuo & dolore percipiunt, & à Medico visa dignosci potest.

Prognostica.

1. Malum hoc ægris pruritu & dolore molestum est.
2. Idem contagiosum est, virique, qui consuetudine talium feminarum vtuntur, eodem inficiuntur.
3. Contumax quoque rebelle, & diuturnum est, ac difficulter curatur.

Curatio.

Humores illi adusti & acres conuenientibus medicamentis præparandi, nimirum borragine, fumaria, cichorio, eniuidia & similibus; & hinc euacuandi sena, epithymo, syrupo de pomis Regis Sabor, violar. & ros. solutio, elect. diacatholico, confectio Hamech, pilul. de fumar. tartareis. Venæ sectio etiam, si ea opus sit, instituenda, & primò in brachio, hinc in talo vena aperienda. Et si, quod plerunque fieri solet, à lue venerea ortum habeat malum, medicamenta ei morbo propria, decoctum Guajaci, sarsæ parillæ, & similia vsurpanda. Nisi enim lues venerea prius expugnetur, vix de felicitate huius mali cura aliquid sperandum est, sed licet pustulæ istæ sublata videntur, paulò post tamen, si praua illa dispositio in epate & partibus solidis supersit, repullulant; cum prauum alimentum parti affecti suppeditetur.

Ipsam partem affectam quod attinet, aquæ dulcis calidæ balneo & lotionem pustularum scabrities sæpius temperanda, & post balneum vino cum nitro eluenda, & à lotionem iterum aqua calida fouenda. Commodius tamen est, si in aqua decoquantur radic. oxylapathi, fumaria, lupulus, parietaria, fabæ. Vel imponatur parum vnguenti parati è butyro oleo rosarum, spuma argenti, & sulphure. Vel oleum rosarum cum vitellis ouorum mixtum in mortario plumbeo tamdiu agitur & donec colorem mutet. Efficacius erit medicamentum, si aliquid sacch. h. addatur. Vel vsurpentur vnguenta, quæ alias ad scabiem vsurpari solent. Vel ℞. aloës myrrhæ, ana pondus quantitate ciceris, flor. aris dimidij ciceris. Adde vini albi. aq. ros. plantag. an. ℥. i. M. Sequens vtile esse experientia sæpe docuit. ℞. Aq. plantag. rosar. an. ℥. iv. salis gemme, nitri, alum. an. ℥. iij. ℞. sublimati ℥. i. b. Bullians

Pustulæ pudendi.

Causæ.

Signa.

Prognostica.

Curatio.

Coex vl-
c: nata vs
tenda.

Tumores
in cuice
vte inda-
cati
A siccit-
tate vteri
possi-

C. sum-
ab abstrin-
gentis
causa.

ad tertias & colentur. Colaturæ adde *viridis aris* ℥. A. i. Misc. Quod medicamentum vbi die vno vel altero vsurpatum fuerit, iterum mitiora medicamenta vsurpanda, & hinc ad huius vsum redeundum, donec pustulosa caro absumta & noua succrescere visa fuerit. Vel post vsum huius medicamenti emplastrum diachylum apponatur. Vel ℥. *radic. lapathi asuti, helenij* an. ℥. ij. Coq. in aqua cum pauco aceto ad mollitiem. Deinde contundantur & per seraceum tranciantur. Adde *pingued. porcinae, sale* ℥. iij. *succi fumarie* ℥. ij. ℥. *viui extmcti* ℥. ℞. *cerusse, lithargyri* an. ℥. j. *sulphuris vini* ℥. j. ℞. Agitentur diu in mortario plumbeo, vt bene miscantur.

Dieta.

Dixta sit talis, vt bono alimento vitiosi humores temperentur, & corpus bono alimento reficiatur, & in pristinum statum reducat. Itaque cibi sint optimi succi. Vitentur verò acria, salia, acida.

CAPVT V.

De Vteri ceruicis condylomatibus.

Condylomata ceruicis vteri.

Pvidendum muliebri & ceruicem vteri morbus interdum occupat, qui Condyloma appellatur, tuberculum scilicet & excresecntia quædam cum ardore & dolore. Cùm enim rugosa sint hæ partes, si rugæ illæ intumescant, Condyloma fit, ita dictum *τὸ ἐκ τῶν ἰσθμῶν* seu nodis articularum, quod plicæ & rugæ illæ in ceruice vteri instar nodorum, qui in pugno clauso apparent, prominent. Et quidam interdum condyloma est citra inflammationem, & tum molle est, quandoque cum inflammatione, & tum durum existit. Et tubercula hæc, præcipuè in iis, qui lue venerea laborant, in pudendo & podice quandoque simul nascuntur.

Causa.

Causæ.

Ortum habent ab humore acri & maligno, qui ferè perniciosi Venereæ expers non est. Et plerumque sequuntur inflammationes, aut rimas induratas.

Signa Diagnostica.

Signa.

Tubercula hæc dolore & ardore sese patefaciunt, & rugis cutis innotescunt, ac si plura sint condylomata, parui racemi speciem referunt, duritiæ & asperitate digitis deprehenduntur.

Prognosticum.

Prognosticum.

Curatu pleraque satis sunt difficilia, & non nisi expugnata malignitate Venereæ luis perfectè curantur.

Curatio.

Curatio.

Vniuersalibus euacuationibus præmissis, iisque etiam medicamentis vsurpatis, quæ in lue venerea necessaria sunt, Topica adhibenda. Et quidem primò considerandum, an adsit inflammatio. Si enim inflammatio, ardor & dolor magnus adsit, dolorem lenientia primò vsurpentur. Vt ℥. *ol. rosacei, lini* an. ℥. j. *onorum* ℥. ℞. Miscantur in mortario plumbeo. Vel ℥. *fol. parietar. malua althæa* an. M. ℞. *flor. chamæmeli* p. ij. *sem. lini, fœnuçraci* an. ℥. ℞. Coq. Col. ℥. lb. j. *ol. ros.* ℥. iij. Per siphonem infunde. Si verò inflammatio absit, & malum sit recens, medicamenta repellendi & exsiccandi vim habeant, qualia sunt folia verbenæ, rubi hederæ, fertulæ campanæ, acacia, malicorium, balauftia; è quibus fomenta & infusus parentur, quibus tandem aliquid discutientium addendum, vt chamæmelum, thymus. Si verò condyloma antiquum & durum sit, emolliendum prius est modò dictis medicamentis, & cataplasmata emollientia imponenda, quæ vbi bis vel ter fuere adhibita, appli-

canda, quæ digerendo siccandoque condylomata absumunt. Et cum lenioribus medicamentis malum hoc vix cedat, fortiora vsurpanda. Vtilis est sciophulania, parietaria, ruta, scabiosa, aristolochia, è quibus cataplasmata parari possunt, iisque addi sal & nitrum. Stercus etiam ouillum vel gallinæ cum sapone vel aceto subactum vtile est. Vtiles sunt & ouorum testæ vsæ ac puluerisatæ subtiliter insperstæ. Efficax est & hic puluis, si carni lææ inspergatur. ℥. *aristoloch. rotund.* ℥. i. *sabina, hermod. Elyl. rstor.* an. ℥. ij. *aluminis vsti* ℥. i. *skalsididis* ℥. ℞. Puluis. Vel ℥. *aloës, thuris, nyrth.* an. ℥. i. *ammoniæ aceto dissol.* ℥. i. *alatur.* ℥. ii. *minij* ℥. i. *gallar.* ℥. ℞. *terebinth. ol. tartar.* an. ℥. i. *ol. rosac. cera* an. q. s. F. Unguentum. Aëtius commendat misy vsu terebinthina exceptum. Vel ℥. *inia præp. cerussa lora, spuma argenti lora* an. ℥. ij. *onorum assaturum vitellos ij* cera, *ol. rosac.* an. ℥. ij. F. Unguentum. Fortissimum est hoc. ℥. *terebinth.* ℥. i. *ol. nucum* ℥. ij. *minij* ℥. ij. *aluminis vsti* ol. an. ℥. i. *augin* ℥. ℞. ℥. *sublimati* ℞. i. *cera parum.* Fiat Limmerium. Vel vsurpetur balsamum Mercurij. Si medicamentis malum non cedat, antiqui ad seuentem & stionem accedebant. De qua videatur Attius, *tegrab. 4. serm. 1. cap. 3. serm. 2. cap. 13.* Paulus Ægineta, *lib. 3. cap. 75.*

CAPVT VI.

De Pudendi & ceruicis Vteri verrucis.

Verrucæ etiam quandoque in pudendo muliebri atque ceruice vteri nascuntur. Quarum quæ sint differentia, quæ ferè à figura externa petuntur, in genere de tumoribus dicitur.

Causa.

Habent autem verrucæ omnes siue thymi, siue myrmecia, siue alio nomine appellentur, ab humore crasso feculento, & plerumque maligno incutem effuso, & in tubercula dura formato, originem.

Signa Diagnostica.

Tubercula hæc tactui & visui patent, & quale nomen ipsis tribuendum sit, è figura manifestum euadit. Et quidem mitiores sunt verrucæ albæ & rubræ ac doloris expertes; maligna autem è duritie, colore liuido, fordibus, dolore cognoscuntur.

Prognostica.

1. Sunt autem verrucæ hæc plerumque difficilis curationis, non solum, quòd sint in loco, cui comoda medicamenta semper adhibere non licet, sed etiam quòd lues venerea ferè coniuncta est, quæ curationem difficiliorem reddit.

2. Myrmecia, quæ altas habent radices, excindi sine magno vlcere non possunt, & propterea cautè tractanda. Thymi clauique etsi excendantur, iterum radices spargunt, & facillè renascuntur. Acrochordones verò, si semel excendantur, facillè sanantur; cùm nullam radicem relinquunt.

Curatio.

Vniuersalibus præmissis & recta victus ratione instituta tolluntur Verrucæ vel medicamentis, vel sectione, vel vstione. Medicamenta quædam saltem potenter exiccant ac discutunt, qualia sunt *sal. uia sicca cum caricis mista, origanum, ruta vsta, sabina sicca puluis, thuris cortex cum vino & aceto, solea veteramentaria vsta ac vino coacta, exuuia serpentis cum caricis.* Alia verò erodunt & excidunt atque adurunt, qualia sunt, *succus cucumeris agrestis cum sale, lac fici arboris, prun, aqua non matu-* rescent, *cum farina & nitro, vino excepta, stercus*

onillum, fel hircinum cum nitro. Fortiora sunt, A
 aqua fortis aurifabrorum, spiritus vitrioli, sulphu-
 ris, butyrum Antimony.

In vsu tamen horum medicamentorum obser-
 uandum, ne vicinæ partes sanæ lædantur: ideoque
 defensiuo aliquo medicamento è bolo Armeno,
 terra sigillata, cum aqua rosacea & acetò rosaceo
 muniendæ. Ipsa verò medicamenta corrosiua glan-
 dium cupulis, vel mediis auellanarum testis vel
 aliis capsulis commodissimè excipiuntur. Deinde
 etiam cauendum, ne eiusmodi fortia & erodentia
 medicamenta diu loco affecto immorentur. Cùm
 enim subiecta caro tenera & mollis sit, citò erodit-
 tur, & exeditur. Quapropter bis terque de die ea in-
 nouanda, & pars decocto aliquo abstergente, vel B
 etiam, si affluxus metuendus, adstringente abluen-
 da. Si medicamenta non sufficiant, verrucæ vol-
 sella vel forcipe prehensæ excindendæ, puluis-
 que sanguinem sistens inspergendus, & vulnus de-
 bito modo curandum, ac cicatrice claudendum,
 vel si verruca sit eminentior, & radix eius longior,
 pilo equino ea liganda, & singulis diebus con-
 stringenda, vt deficiente alimento tandem exci-
 dat. Si verò excindere non libeat, erigani, vel
 rorismarini caulis accendendus & verrucæ admo-
 uendus, vel sarmento ignito verruca tangenda, id-
 que singulis diebus ter vel quater faciendum. Quod
 si nec hoc proffit, tandem ad ferrum candens acce-
 dendum, eoque verrucæ vrendæ sunt, partibus vi-
 cinis ferrea lamina, vel alio modo testis, ne ignis
 vilædantur.

CAPVT VII.

De Hæmorrhoidibus Vteri.

VT in intestino recto, vbi sanguis ad venas in
 eius extremitates desinentes confluit, capita
 venarum intumescunt, & tubercula excitantur,
 quæ hæmorrhoides nominantur: ita idem in vteri
 ceruice accidit, ac venæ, quæ in eum locum desi-
 nunt, si sanguis crassior, aut alii humores ad eas
 extra tempus menstrui fluxus confluunt, intumes-
 cunt, & tubercula hæmorrhoidibus ani similia exci-
 tantur, quæ propterea etiam hæmorrhoides vteri
 nominantur. Et quidem vt ani hæmorrhoidum est
 quædam differentia: ita etiam hæ in collo vteri
 sunt nunc cum dolore coniunctæ, nunc doloris ex-
 pertes; nunc cæcæ, nunc fluentes.

Causæ.

Generantur autem ex crassioris & feculenti san-
 guinis ad venas has confluxu: cui occasionem præ-
 bet inordinatus mensium fluxus. Nam si tempore
 non debito sanguis ad has venas fluat, atque ibi
 subsistat, cum tempus euacuationi eius destina-
 tum nondum adfit, crassior redditur, vt postea per
 orificia venarum illarum penetrare non possit, sed in
 iis hærens, eas saltem in tumorem attollat.

Signa Diagnostica.

Tubercula hæc tactu, & si speculum matricis
 adhibeatur, visu deprehenduntur. Produnt etiam
 sæpe se dolore, vt & eo, quod sanguinem fundunt,
 & quidem inordinatè, & nunc per breuia, nunc per
 longa intervalla. Colore sæminæ, quæ hunc mor-
 bum patiuntur, plerumque pallido præditæ sunt, de
 lassitudine conqueruntur.

Curatio.

Vera hæmorrhoides hæc curandi ratio est, vt
 cum recta victus ratione vniuersalia præsidia præ-
 mittantur, & sanguinis vitium, quod adest, emen-
 detur, purgatione, sanguinis vena in brachio aper-

ta reuulsione, vel in talo deriuatione. De quo po-
 stea in genere de vteri affectibus dicetur.

Ipsam verò affectum quod attinet, consideran-
 dum primò, an dolor adsit vel non. Si enim dolor
 adsit, is mitigandus, vniuersalibus præmissis, in-
 sessibus ex malua, althæa, flor. chamæmeli, meli-
 loti, verbasci, sem. lini, sænugræci, è quibus fo-
 mentationes parentur, vnguenta, ex butyro recen-
 ti, oleo rosar. amygdal. dulc. vnguento populeo,
 vitellis ouorum, croco, & si dolor vrgeat, opio.
 Vt ℞. Vnguenti populeon. ol. rosar. amygdal. dulc.
 butyri recent. an. ℥. b. croci ʒ. j. vitell. oui. j. M. F.
 Vnguentum. Vel ℞. mucilag. sem. cydon. althææ
 an. ℥. b. ol. rosar. pingued. gallina an. ʒ. j. vitell.
 oui. j. croci ʒ. i. Misceantur in mortario plumbeo.
 Vel ℞. Rad. althææ ʒ. iij. lilior. albor. ʒ. j. fol.
 maluæ, hyoscyami an. M. b. sem. anethi ʒ. ij. Coq.
 ad mollitiem & contundantur. Adde pulm. flor.
 chamæmeli meliloti, farina sem. lini, fanigræci an.
 ʒ. j. ol. verbasci vel sesamini ʒ. iij. croci ʒ. j. F. Ca-
 taplasma. Si dolor absit, vel iam mitigatus sit, con-
 siderandum porrò, an cæcæ sint hæmorrhoides, &
 saltem tumentes; an verò sanguinem fundant. Si
 sanguinem non fundant, antiqui quidem eas res-
 cindebant, vel scarificabant, & puluerem aliquem
 acrem & exsiccantem inspergebant, vt mortuæ de-
 ciderent. Verùm faciliè aliqua insignis, & quæ fa-
 ciliè sisti non possit, hæmorrhagia inde excitari, &
 præterea ex dolore & consensu vicinarum partium
 periculum aliquod attrahi potest. Ergo tutissimum
 est, saltem exsiccantia medicamenta imponere, ex
 bolo Armeno, terra Lemnia, acacia, cerussa, spu-
 ma argenti, plumbo vsto loro, aristolochia longa,
 alumine, viridi æris. Vitale est etiam oleum mo-
 mordicæ. Si sanguine multo turgeant, vt is euacuetur,
 danda opera. Quod fiet, si adhabeantur emol-
 lientia & orificia venarum aperientia & materiam
 discutientia, vt euaporationes vel fomenta è de-
 cocto fol. maluæ, althææ, parietariæ, ebulso, flor.
 chamæmeli, verbasci, meliloti, sem. lini, sænu-
 græci. Quod si his materia non discutatur, nec hæ-
 morrhoides sponte aperiantur, arte aperienda sunt,
 & fricandæ foliis ficus, vel parietariæ, aut hirudi-
 nes apponendæ, de quibus lib. 3. part. 2. sect. 2.
 cap. 13. de hæmorrhoidib. ani dictum. Si verò caro
 aliqua fungosa in hæmorrhoidibus excreuerit,
 danda opera, vt fortioribus remediis ex his, quæ
 modò sunt proposita, absumatur. Quæ si non suf-
 ficiant, sectione caro extirpanda, & postea vlcus
 conueniente modo curandum. Si sanguinem fun-
 dant hæmorrhoides, & quidem moderatè, naturæ
 totum negotium permittendum; cum ea euacuatio
 satis utilis sit, & à multis morbis liberet. Si verò
 fluxus sit nimius, vt inde vires deiciantur, vel
 metus sit, ne malus corporis habitus inducatur,
 reuulsio instituenda, & ex vena in brachio san-
 guis euacuandus, non tamen vna, sed partitis vi-
 cibus: Vel etiam cucurbitulæ superioribus parti-
 bus applicandæ, & in iis frictions ac ligaturæ in-
 stituendæ, & simul extra remedia sanguinem si-
 stentia adhibenda ex rosis, myrtyllis, sanguine Dra-
 conis, corticibus thuris, malicorio, acacia, cum
 albumine oui, alumine, vitriolo. Reliqua etiam,
 quæ in nimio fluxu mensium vsurpari solent, ad-
 hibenda.

QUESTIO.

Quaratione hæmorrhoides hæc à mensium fluxu &
 suppressione differant?

Cum aliàs in sæminis etiam sanguis mensurus
 per venas in ceruice vteri euacuari soleat, &

quandoque menses quoque in fœminis supprimantur, videndum, qua ratione menses fluentes & suppressi ab hisce hæmorrhoidibus fluentibus & suppressis differant. Mercurialis equidem, *lib. 4. de morb. mulier. cap. 3.* hoc discrimen ponit, quod menstruus sanguinis fluxus in fœminis, quamuis immodicus sit, suas periodos habeat, & non sit cum dolore, nec corpus inde emacietur: quæ omnia contraria reperiantur in hæmorrhoidibus. Verum quod dolorem atinet, in eo quidem omnino differunt hæmorrhoides à mensium fluxu. Quamuis enim alia symptomata varia cum mensium fluxu incidere soleant: tamen in ipsis venis, è quibus sanguis effluit, vix dolor percipitur, nisi in hæmorrhoidibus. Quod verò periodos atinet, etiam in mensibus inordinatis sæpe accidit, ut nullam periodum seruent; & in nimio ac inordinato mensium fluxu etiam fœminæ sæpe emaciantur. Præter dolorem verò hæc præcipuè ratione à mensibus hæmorrhoides differunt, quod menses ex venis uteri & cervicis eius fluere solent: hæmorrhoides verò sunt, cum sanguis ad venas, quibus partes pudendi nutriuntur, copiosior fluit, atque in iis vel subsistit, vel per eas euacuatur: Id quod tamen raro accidit.

CAPVT VIII.

De Vlcerebus cervicis Vteri.

Vlcera vteri.

Vlcera etiam, quæ in utero fieri dicuntur, præcipuè in eius ceruice & collo accidunt, rarius verò in ipso utero. Sunt autem talia vlcera nunc simplicia & munda, nunc sordida, nunc etiam depascentia & maligna.

Causa.

Causæ.

Causæ verò ceruicem uteri exulcerantes sunt vel internæ, affluxus nimirum humorum acriorum diuturnus, id quod in fluore uterino diu perseverante accidit, ut & si alij acres, maligni & pravi humores cum sanguine menstruo in hanc quasi corporis muliebris lentinam confluant, & per hunc locum euacuentur, imprimis verò in lue venerea & maligna gonorrhœa; aut secundinæ corruptæ, lochia item diu post partum retenta & corrupta, inflammationes in abscessum conuersæ, qui ruptus postea in vlcus abit, excrementa in vteri placentis retenta & ibi putrefacta; vel externæ & evidentes, acria & erodentia medicamenta, partus difficilis, cum grandior fœtus extrahitur, violentus concubitus: Imprimis verò contagium venereæ luis hæc vlcera inducit. Tandem vulneratio, casus, percussio, quæ in aliis locis, si non rectè tractentur, vlcera excitare possunt, hæc quoque etiam rarius, locum obtinent.

Differentia.

Differentia.

Differunt hæc vlcera primò ratione loci. Alias enim vlcus est in ceruice uteri, aliàs, quod rarius accidit, in ipso uteri fundo. Ratione quantitatis aliud est magnum, aliud paruum, superficialium vel profundum, ratione motus & causæ alia initia, alia sordida, erodentia, depascentia, maligna.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur autem vlcus hoc primò ex dolore & perpetua mordicatione eo in loco, quæ sensim augetur & intenditur, ac imprimis si tangatur vel aliquid abstergentium & acrius, ut vinum, hydromel, vel simile immittatur, ut & in concubitu. Deinde etiam visu cognosci possunt hæc vlcera, præcipuè adhibito matricis speculo. Tertio ex effluente pure, quod interdum est odoris expers, inter-

Adum flauum, viride, fœtidum, prout vlcus nunc mite est, nunc sordidum, cuius etiam pars interdum permixta emingitur, interdum, & si vlcus maius sit, etiam sanguis effluit, & præcipuè vbi mensium tempus instat. Trahuntur etiam alia partes sæpe in consensum. Si vlcus versus vesicæ orificium seipat, mictio frequens & ardens accedit; caput quoque in consensum trahitur doléque, & præcipuè sinciput, dolorque ad radices oculorum, imò in manus, digitos, lumbosque sese extendit; animi deliquium, & febricula sæpe accedit.

Differentiæ autem vlcerebus horum cognoscuntur præcipuè ex sanie effluente. Si enim simplex & mundum vlcus fuerit, humor effluit paucus, crassus, fœtorisque expers. Si vlcus sit sordidum, humor, qui effluit, est copiosior, & cum dolore aliquo effluit. Si vlcus sit depascentis & malignum, sanies malè colorata, liuida, viridis & varij coloris cum fœtore & magno cruciatu effluit. Causæ etiam facillè innotescunt. Nam an à causa aliqua externa & evidente, ut medicamento, partu difficili, ut & concubitu violento vel impuro malum contractum sit, ex ægræ relatione cognoscitur. Quæ causæ si absint, ab internis causis malum originem habuisse, indicio est. Quæ an fuerit secundina corrupta, lochia retenta, fluor uterinus, gonorrhœa, vel alius humorum affluxus, facillè quoque innotescit. Qualis autem humor sit, qui vlcus excitat, ex effluente sanie cognoscitur. In specie vlcus ex lue venerea contractum è gonorrhœa virulenta, quæ vel præcessit, vel præsens adhuc est, cognoscitur, & adsunt alia luis venereæ indicia. Locum quod atinet, si sit in ceruice, visu & tactu deprehenditur, imprimis si speculum uterinum adhibeatur. Si in fundo uteri, doloris positu agnoscitur. Videatur Hippocrates, *lib. 1. de morb. mulier.*

Prognostica.

1. Periculo autem non vacant hæc vlcera, nihilque ex his contemnendum, & sunt difficilia curatu; cum sint in parte tenera & exquisito sensu prædita, & humida, ac suscipiendis humoribus & excrementis variis idonea, & hinc inflammationibus & putredini obnoxia, ita ut leuis etiam excoeratio diligentiam requirat, ut rectè sanetur, ne in vlcus grauius abeat. Habet præterea hæc pars cum multis aliis partibus consensum, unde varij morbi & symptomata varia excitari possunt. Fieri etiam potest, ut per eiusmodi vlcera, vbi sanantur, & cicatrice inducuntur, viæ sanguini menstruo euacuando occludantur. 2. Si vlcera hæc non fuerint magna, & recentia, facilius curantur; præsertim si sint sine inflammatione. Si verò sint magna, antiqua, sordida, difficulter curantur: sinuosa & depascentia verò ferè incurabilia sunt, sed miseram ægrotanti vitam pariunt. 3. Facilius etiam curantur, quæ in conspectum veniunt, quàm quæ in profundo latent; cum illis facilius, his difficulter medicamenta applicentur.

Indicationes & Curatio.

Quæ in aliis vlcerebus indicationes dantur, & hic in conspectu sint. Itaque si ex acris humoribus ortum habeat vlcus, humores illi prius conueniente modo euacuandi, eorumque generatio, victu conuenienter instituto & necessariis remediis adhibitis, prohibenda. Neque enim vlcus curari poterit, nisi affluxus humorum prohibeatur. Et quidem videndum, an affluxus ille fiat à toto, vel à parte aliqua. Si à toto, vniuersales euacuationes instituendæ. Si à parte aliqua, illi etiam conuenientibus remediis prospiciendum. Si etiam uteri intemperies aliqua adsit, ob quam vel uteris debilis reddatur, ut affluentes humores facillè recipiat, vel ipse

ipse etiam vitiosos humores generet, intemperies ea, ut suo loco dicitur, corrigenda. Imprimis verò attendendum, an è lue venerea ulcus sit contractum. Venerea enim malignitas si adsit, ad eam primò cura dirigenda, cum vlcens curatio nullo modo sperari possit, nisi ea prius expugnata fuerit. Reliquam postea curationem hoc vlcens genus cum vlcibus ex aliis causis ortis habet communem. Si dolor adsit, is primò sedandus; cum non solum ægræ molestiam exhibeat, sed & humores versus partem affectam trahat. Cum autem dolor ille præcipue à sordibus & sanie prava proueniat, & peremptorie inflammatio coniuncta sit, simul vim detergendi aliquam, & inflammationi resistendi habeant medicamenta dolorem lenientia. In hunc usum lac infusum vtilissimum est, præcipue chalybeatum, vel ouorum albumina tria vel quatuor conuassata, & cum mucilage sem. psyllij vel emulsione sem. papaueris mista, vel emulsione sem. papaueris & 4. fingid. maior. cum sero lactis & lacte caprino. Si dolor sit maior, aqua hordei cum succo seminis hyoscyami vlturpari potest, vel etiam ipsum opium alius admiscendum. Vel *℞. rad. alib. ʒ. j. sem. anesbi. ʒ. ij. hordei P. j. lini, fenigræci an. ʒ. j. psyllij papau. an. ʒ. ʒ. Coq. in aq. vel lacte.* Plura infra de vteri dolore huic rei vtilia proponuntur. Deinde si vlcus purum fuerit, leniter adstringentia & siccantia vlturpanda, quæ si vlcus in conspectu sit, euellenda, si in profundo sit, infundenda, nimirum decoctum rosarum rubr. lentium, plantaginis, portulacæ, polygoni, aut harum succi.

Si vlcus sit sordidum, detergentibus primò vtendum, cuiusmodi sunt *ferum lactis, aqua hordei cum melle, mel rosarum*, quæ mitiora sunt. Valentiora sunt *absinthium, apium, marrubium, parietaria, centaurium minus, farina orobi cum melle, radices aristolochiæ, ireos, myrrha, terebinthina, alumen*; quæ vel decocta infunduntur vel in vnguentum redacta illinuntur, vel pessatorum forma induntur. Ut *℞. lactis recentis cocti lb. i. mellis lb. ʒ. puluer. rad. iridis ʒ. ʒ. M. quod singulis diebus aliquoties calidè infundatur.* Vel *℞. agrimonia marrubij absinthij, apij an. M. j. hordei, furfuris an. P. ij. fabar. rad. ireos Florent. an. ʒ. ʒ. Coq. in aq. sub finem aliquid vini adde.* Vbi quod infusum est, excretum fuerit, pars decocti malux abluatur, & deinde pessarium indatur *ex farina erui, lentium, pulu. rad. iridis an. ʒ. ij. cum melle formatum.* Vel *℞. succi apij ʒ. ij. mel. rosar. ʒ. i. ʒ. terebinth. ʒ. ʒ. farine hordei vel orobi q. s.* Leniter ebulliant, vt F. instar linimenti. Vel *℞. marrubij centaur. min. agrimonia an. M. ʒ. ad. aristoloch. ʒ. ʒ. Coq. in l. q. hydromelitis. Colaturæ adde pulueris rad. irid. flor. ʒ. ij. farina orobi mellis despumati an. q. s. F. Linimentum.* Vel *℞. Vnguentum diapompholyg. Adde thus, mastichen, myrrham, aloen* prout vlcens ratio requirit. Vtiles sunt etiam suffitus. Ut *℞. thuris, myrrhe, mastiches, styracis calam. gummi iunip. ladani an. ʒ. i. F. puluis, vel cum terebinthina trochisci.* Vel *℞. gummi hedere, iunip. an. ʒ. j. thuris mastich. myrrh. an. ʒ. ij. ladani ʒ. j.* Cum terebinthina F. trochisci. Si vlcus sit à lue venerea, parum cinnabaris addi potest. Si vlcus valde sordidum sit, in liquoribus modò enumeratis vnguentum Ægyptiacum vel Apostolorum dissolui potest, vel aliquid spiritus vini addi. Si vlcus serpens, erodens, ac depascens fuerit, cum abstergentibus frigida, siccantia & adstringentia miscenda. Vtilissima hic est aqua aluminosa, item plantaginis, rosar. chalybeata, & in qua cyperus, nuces cupressi, malicorium & balauustia cocta sunt. Vtilis est & aloë.

Vbi vlcus mundatum fuerit, carne implendum & tandem cicatrice claudendum. In quem finem vtilia medicamenta passim nota sunt. Ex. gr. *℞. rad. consolide maior. bistorta an. ʒ. i. fol. plantag. cande equina, bursa pastoris, sanicula, pilella, millefolij an. M. j. flor. ros. rubr. M. ʒ. Coq. in mensura aquæ pro iniectione.* Vel *℞. tutia lo. a ʒ. ʒ. linbaryri cerussa sarcocolla an. ʒ. ij. Cum oleo rosar. & cera.* Fiat vnguentum. Galenus, 5. de compos. medic. sec. gen. cap. 2. hoc laudat. *℞. picis arida ʒ. j. cera, adipis suilli, seni taurini æsypi an. ʒ. ij. resina pinæ ʒ. v. M. Fumi quoque in pudendi sinum admisi si eorum vlcera sanant.* Ut *℞. myrrha, thuris, gummi iuniperi ladani an. ʒ. ij. F. puluis, vel cum lacticea F. trochisci pro fumo.* Theriac quoque siccantes, sulphureæ, & aluminosæ in sanandis hisce vlcibus efficaces sunt, & ea sæpe vlcera, quæ aliis medicamentis sanari non potuerunt, sanant. Emplastrâ etiam conuenientia Epigastrio applicare non inutile fuerit. Reliqua ex vlcibus in aliis partibus curatione patent.

Non solum autem externa medicamenta applicare, sed & interna exhibere vtile est, talia ferè, è quibus potiones vulnerariæ componuntur. Eligenda tamen ea imprimis, quæ vtero dicata sunt. Rhapontici & centaurij maioris radices bibitas dolores & erosiones vteri sanant, scribit Dioscorides. Vel *℞. fol. agrimon. pimpinell. sanguisorb. plantag. centummodia an. P. ij. rad. Chiræ ʒ. ij. sem. conradi ʒ. ʒ. ʒ. passul. min. ʒ. ʒ. Coq. in iure pulli gallinacæ & bis singulis diebus exhibeantur, & si opus sit, ad mensem continuantur.* Vel *℞. fol. artemisia, plantag. millefol. an. M. j. rad. rhapontici ʒ. ʒ. sem. viticis ʒ. j. Coq. in mensura vini albi & dulcorentur saccharo.*

Terebinthina etiam cum saccharo deglutita vtilis est. Ut & Pilulæ de bdellio à ʒ. j. ad ʒ. j. sæpe exhibitæ vteri vlcibus prosunt, præsertim si sanguis sit at. Si corpus tabescere incipiat, & suspicio febris hecticæ adsit, lac præsertim asininam, cum conserua ros. per integrum mentem exhibeatur.

CAPVT IX.

De Uteri cervicis Rhagadibus.

Peculiare vlcus in ceruice vteri genus est, Rhagades, quod Rhagades appellant, vbi, vt in ano, ita in vteri officio fissuræ quedam seu rimæ suboriri solent. Sunt enim Rhagades vlcuscula longa & parua, his similia, quæ tempore hyberno in manibus & pedibus è frigore oriri solent, quibus cutis ceruicis vteri, non verò ipsa caro exeditur; & sunt interdum etiam profunda & labra callosa habentia, quod accidit, vbi diuturna fuerint. Interdum vlcera ista sicca sunt, interdum sanient fundunt.

Causæ.

Oriuntur autem hæc vlcera vel à laborioso partu, vbi factus grandior fuerit, vt particulas aliquas in ceruice vteri disrumpi necesse sit, quæ vnicatis solutio ob affluxum continuum excrementorum sordida enadit, ac eiusmodi vlcuscula excitantur; aut à coitu violento: vel ab humorum acrimonia affluxu, præcipue lentorum ac viscidorum, qui partibus hisce adhærent, easque exulcerant. Plerique addunt ingentem vteri siccitatem; verum ea in loco tam humido vix tanta esse potest, vt partes hæc inde rumpantur. Sequuntur etiam interdum condylomata & inflammationes ceruicis vteri hæc vlcera.

Signa Diagnostica.

Malum recens equidem latere aliquandiu solet; Signa.

postea tamen in coitu sese prodit: quia tum & dolor aliquis excitatur, & aliquid cruoris effunditur. Quod si tale quid appareat, & de malo hoc suspicio aliqua oboriatur, ceruice vteri aperta & inspecta malum facile in conspectum venit. Causa etiam non difficulter inuestigatur. Nam si partus difficilis, vel concubitus violentus præcesserit, in eum causa referenda. Eodem modo sese res habet, si condylomata vel inflammatio in hisce locis præcesserit. Si verò tale nihil præcesserit, causa fluxum humorum actium reicienda.

Prognostica.

Prognostica. 1. Malum hoc satis molestum est, & in coitu dolor inde excitatur.

2. Recentia hæc vlcera curationem facilius admittunt, antiqua verò difficiliter curantur, præcipue si callosa fiant,

Curatio.

Curatio. Si à partu laborioso vel coitu violento fissuræ hæc excitata fuerint, clystere vtendum à decocto rosar. plantag. aristolochiæ cumbolo Armeno, sanguine Draconis, thure; vel eiusdem cum albumine, oui pessarium conficiendum & iudendum. Si ab humoris acris affluxu malum oriatur, necessariò totius corporis vniuersales euacuationes præmittendæ sunt, vt capite precedente dictum, & postea topica conuenientia adhibenda. Si à condylomate vel inflammatione ortum habeant, iis morbis primò succurrendum. Hisce, quæ causæ cuiusque genus postulat, præmissis, ipsi vlceri postea prospiciendum, & fissuræ idoneis medicamentis curandæ, iis scilicet, quæ citra mordicationem adstringunt, si tamen rimæ callosæ non fuerint, qualia sunt oleum lini & rosarum cum vitello oui, vt & succus plantaginis, diu in mortario plumbeo agitata, lac etiam cum saccharo, vt & vnguentum e mucilagibus cum plumbo vsto & pompholyge paratum. Item oleum è vitellis ouorum & seuue lini diu in mortario plumbeo agitatum. Vtile est etiam illud Apollonij apud Galenum. ℞. ol. rosar. ℥. viij. Id in mortario plumbeo pistillo plumbeo tam diu agitatur, donec colorem nigrum & crassitiam aliquam acquirat. Deinde seorsim *spuma argenti* & *ceusse* partes æquales terito, & oleo tantum admisceto, q. s. ad vnguenti consistentiam. Vel ℞. pompholygis lotæ, plumbi vsti loti an. ℥. ij. cerusse, spuma argenti an. ℥. j. tragacantha ℥. ij. thuris, radicis symphyti an. ℥. ij. Omnia puluerisato & cum oleo rosaceo misceto. Vel ℞. ol. onor. lini an. ℥. x. seui hircini, terebinthina an. ℥. iij. thuris, mastiches an. ℥. b. resine pini ℥. i. succi verbasci, plantag. equiseti an. ℥. j. b. Coq. ad succorum consumptionem, adde litharey i auri ℥. b. cerusse ℥. i. plumbi vsti, turti an. ℥. b. Terantur diu in mortario plumbeo ad coloris mutationem. Si verò fissuræ callosæ fuerint, vnguentum parandum ex oleo lilior. albor. medulla ceruina, terebinthina, cera. Reliqua è capite precedente patent. Si malignæ fuerint, ea, quæ in fistulis vteri adhibentur, vsurpanda, de quibus

Doloris curatio.

cap. sequenti. Si pruritus vel dolor conuinctus sit, vnguentum ex mucilagibus sem. psyllij, cydoniorum, maluæ, cum butyro sine sale & oleo rosaceo formandum, vel vnguentum album camphoratum vel pomadæ vsurpandum, aut diapompholygos. Vel ℞. Vng. diapompholyg. populei an. ℥. j. sacch. h. camphoræ an. ℥. i. Misce.

Dieta.

Dieta.

Victus etiam ratio conueniens instituat, scilicet humectans & boni succi, deturque caro pallorum, gallinarum, vitulina, hædina, & iuscula earum, oua serbilia, malua item, buglossa, borrago, prifana, amygd. dulces, passule. Acribus verò & salis absti-

nendum. Motus quoque nimius, vt & Venus, vitanda.

CAPVT X.

De Fistulis colli Vteri.

SI vlcera in ceruice & collo vteri diutius protrahantur, aut negligentius curentur, non raro in fistulas degenerant. Nam partis huius substantia est mollissima & multa humiditate abundat, ac propterea facile eroditur, difficulter verò coalescit, & sanatur. Sunt autem plures fistularum differentia, quod alia sunt recta, alia tortuosa, alia simplices, alia multiplices & plures sinus habentes, de quibus alibi, vbi de fistulis in genere agitur, dicitur.

Causa.

Excitantur fistulæ in ceruice vteri, cum pus in abscessu aliquo vel vlcere collectum non rectè & tempestiue euacuatur, sed ibi hærens, carnem, quæ hoc loco mollis est, erodit, cuniculos agit, & partes à se inuicem separat, atque ita eas afficit, callunque iis inducit, vt licet postea pus euacuetur, partes distantes coire & pristinum statum recuperare non possint.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem malum ex ipsa figura vlceris, quæ in formam fistulæ protenditur. Habetque fistula coniunctum calum, funditque tenuem ac prauam sanie, & præcipue si locus prematur, plus saniei effluit. Dolor vero abest, nisi fistula ad partem nervosam pertingat. Quæ autem conditio sic fistulæ, ex signis, quæ alibi de fistulis in genere traduntur, patet. Hoc huius loci proprium est monere, quod fistula aliquando ad vesicam vique penetret, & tunc per fistulam vrina exstillat; aliquando ad anum, vt etiam excrementa alui per fistulam exeant.

Prognostica.

1. Difficulter plerumque, vt in aliis partibus, ita & hic fistulæ curantur, & ærumnosum ac miserum statum sæminis inducunt.

2. Curatur tamen facilius, quæ est recens, recta, & simplex in carne saltem & in corpore boni habitus: difficiliter verò, vel etiam nunquam, quæ est antiqua, anfractuosa, & quæ ad partes vicinas penetrat, quæque est in corpore cacochymico & senili.

Curatio.

Vt in aliis fistulis; ita & hic primò vniuersales corporis euacuationes præmittendæ, & recta victus ratio instituenda est. Deinde considerandum, an curatio sperari possit, & suscipienda sit, an verò magis è re ægrotantis sit, naturæ hanc viam relinquere, per quam variorum excrementorum euacuationem instituit. Hoc, si magis è commodo ægrotantis sit, cura saltem Palliativa dicta instituenda, ac purgationes frequenter instituendæ, & singulis annis bis sudorifera exhibenda, atque in partem iniectiones detergentes & roborantes infundendæ, & emplastrum diapalma vel aliud conueniens imponendum. Si verò sanatio sperari possit, vniuersalibus euacuationibus præmissis, primò utile est, portiones exhibere, quæ partem exsiccent, ex radicibus filicis maris, centaurio, agrimonia, betonica, alchymilla & aliis, è quibus Portiones vulnerariæ dictæ fieri solent, paratas.

Topica deinde applicanda, & primò danda opera, vt fistulæ orificium, si nimis angustum sit, dilatetur; quod firmissima radice gentianæ, aristolochiæ, bryoniæ, cyclaminis, aut spongia compressa & in turundæ formam concinnata, & aliis, quæ in genere de fistulis præcipi solent. Fortiora verò vitæ

locum habent; cum facillè ab iis vesica aut intestinum rectum lædi, & conuulsio, atque alia mala attrahi possint. Secunda cura sit, vt callus absumatur. Callo enim præsentè latera fistulæ vniri non possunt. Antequàm tamen callum absumentia medica nenta applicentur, vtile est, prius callum emollire. Vt *℞ ol. lilior. albor. medalla ceruina, terribinib. partes æquales, cera, q. s. F. Vnguentum.*

Calli absumo. Callus autem absumitur tribus modis, medicamento, sectione, & vstione. Primò ergo & præcipuè in fistula recenti, non sordida, nec tortuosa, adhibenda medicamenta acra, quæ callum absumunt, & erodunt, vt radix gentianæ, ellebori nigri, vnguentum Ægyptiacum puluis Ioan. de Vigo, quæ vel turundæ forma & penicilli fistulæ indantur, vel infunduntur. Vel *℞. ☿ sublimati ℥. ℔. aq. rosar. vel plantag. ℥. vi. Misce super cineribus calidis.* Vel *℞. fol. plantag. agrimonie, marrubij, centaury. min. olina an. M. j. rad. gentiana consusar. arispholoch. an. ℥. j. Coq. in vino albo. Col. ℞. ℔. j. spir. vini ℥. ij. syr. absinthij, mell. ros. col. an. ℥. j. M.* Alia etiam medicamenta, quæ de curatione fistulæ in genere traduntur, & hic ad callum exterendum adhiberi possunt. Hoc tamen obseruandum; si in pudendo & loco exteriori fistula extiterit, fortioribus quoque medicamentis locum esse: Si verò in loco interiore & versus vterum, fortiora medicamenta sine periculo non adhiberi. Quod si medicamenta non sufficiunt, ad sectionem accedendum esse, plerique Auctores sudent. Et potest forsitan hic sectio, quæ sit syringotomo, locum habere, si fistula sit superficialis. Si verò ad profundiora penetrat, non video, quomodo hoc loco sectio commodè institui possit. Ideoque potius in medicamentis persistendum, eaque fortiora adhibenda. Tandem etiam si fistula non solum callosa sit, sed & maligna ac sordida, ad vstionem veniendum. Fit autem vstio vel medicamentis causticis vel ferro candenti. Et quidem vtraque vstio locum habet, si fistula sit in pudendo & parte exteriori; si verò in parte penitiori & vtero propinqua, vix locum habet. Vbi crusta seu medicamento, seu ferro candente induta est, de quo *de fistulis in genere*, medicamentum aliquod Digestiuum imponendum, vt crusta decidat. Quod vbi factum, & pus album & laudabile effluit, vlcus detergendum, & carne implendum, tandemque cicatrice induendum. Detergunt spiritus vini, & mel rosatum. Vt *℞. succi agrimonie, apij an. ℥. ℔. spir. vini ℥. ij. terribinib. ℥. j. M.* Vbi vlcus mundatum fuerit, vt carne repleatur, adde *ihus, myrrham, sarcocollam, radic. iridis.* Vt *℞. mell. ros. ℥. i. ℔. spir. vini ℥. ℔. myrrha, aloës, sarcocolla an. ℥. i. Misce.*

CAPVT XI.

De Cancro Vteri.

Et si cancer etiam ipsi vteri substantiæ accidere potest: tamen hoc rarius accidit, & vix tum satis cognoscitur, multò minus curatur. Frequenter verò in ceruice vteri generatur, quapropter hoc loco de eo agemus. Isque nunc est sine vicere, nunc exulceratus.

Causa.

Ortum autem habet à sanguine menstruo adusto, humoribusque calefactis & torrefactis seu atris ad hæc loca confluentibus. De quo ù humorum natura pluribus, vbi de cancro in genere tractatur, agitur. Et cancer ferè generatur, cum tumores scirrhosi diu persistunt. Indies enim magis corruptuntur, &

A peiorem naturam inducunt, præcipuè si emollientia is intempestiuè & immoderatè adhibeantur. Vnde primò sit cancer non exulceratus. Si verò humores postea aduruntur magis, & corrumpuntur, exulceratus sit.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hoc malum, si tumor, qui antea erat sine dolore, dolere incipit, & punctio quædam in loco affecto percipitur, & dolor circa inguina, lumbos, acimum ventrem suboritur; tumorque ipse, si speculo vteri adhibito consideretur, durus est, colore liuido & rubicundo, labia habet dura, liuida & fæda. Et quidem si cancer exulceretur, dolor ac omnia symptomata grauiora fiunt, saniesque effluit tenuis, aquosa, atra & malè colorata, færens. Interdum vbi vas aliquod eroditur, sanguis effluit, & quidem interdum satis copiosè & cum periculo. Accedit quandoque lenta febris, nausea, & cibi fastidium, animi anxietas, maxillæ rubent, & alia symptomata, quæ ex prauorum vaporum ex vtero ad superiora adicesu ortum habent.

Prognostica.

1. Malum hoc plerunque incurabile est. Nam & cancer ipse per se rarò curatur, & mitiora remedia spernit, fortioribus exasperatur; curationem tamen hic difficiliorem reddit locus affectus. In principio enim in hisce locis ferè latet, & exiguum affert molestiam, & propterea negligitur, vnde incrementum sumit, & incurabilis postea euadit. Nec etiam hoc loco medicamenta satis commodè applicari possunt.

2. Vt in aliis partibus, ita & hic exulceratus non exulcerato longè grauior & periculosior est.

Curatio.

Cum ergo plena curationis spes vix supersit, in eo saltem laborandum Medico, vt non exulcerati canceri exulcerationem, & exulcerati incrementum prohibeat. Recta itaque victus ratio instituenda & vniuersales corporis purgationes instituendæ, & alia medicamenta exhibenda, quæ humorem melancholicum & atrum præparent, euacuent, eiusque generationem prohibeant. De quibus in genere multa dicere huius loci non est. Patent ea ex aliis locis. Hoc tamen hic non prætereundam, in cancro valdè commendari puluerem ex *smaragd. sapphiri & lapidis bezoar. aq. partib.* paratum, si pluribus diebus eius grana iij. vel iij. cum aq. scabiosa vel sarduibenèd. exhibeantur.

Topica quod attinet, principio sint ea moderatè refrigerantia & adstringentia, minime mordacia, & propterea vsurpanda fomenta ex aqua plantaginis & solani, vel vnguentam Diapompholygos adhibendum. Vel *℞. succi plantag. solani, porulacæ an. ℥. ij. mucilag. sem. psyllij ℥. i. ol. rosac. ℥. iij. Agitentur in mortario plumbeo. Vel ℞. ol. violar. ℥. v. succi baccar. solani maturar. ℥. iv. cerussa lota ℥. ij. plumbi vsti loti, rutia prap. an. ℥. i. thuris ℥. ℔. cera ℥. v. Misceantur in mortario plumbeo, pistillo plumbeo, donec color mutetur. Vel ℞. ol. rosac. ouor. an. j. ℔. sacch. ℔. j. Agitentur in mortario plumbeo, donec colorem mutent. Vel ℞. ol. rosac. ℥. iij. succi solani ℥. i. Agitentur in mortario plumbeo pistillo plumbeo ad coloris mutationem. Adde postea *lythargyri, cerussa an. ℥. iij. rutia prap. ℥. j. camphora ℥. j.* Iterum agitentur. Vel *℞. succi solani purificati ℥. vi. rutia prap. plumbi vsti an. ℥. ij. carophora ℥. ℔.* Agitentur diu in mortario plumbeo potest iisdem vnguentis etiam puluis cancerorum vstorum addi. Si cancer exulceratus est, plus de mineralibus istis addendum. Vtilis est & aqua vel succus solani, in mortario plumbeo agitata, vel decoctum aut succus cancerorum fluiatiliu in vte-*

rum iniectus. Commendantur & rana lotæ, coctæ, A
& cataplasmatibus forma, vel per injectionem adhi-
bitæ, vt & herba Roberti sumta, vel extra applica-
ta. Si dolor valde vrgeat, fomenta ex malua, al-
thæa, nymphæa, papauere, coriandro viridi, anetho,
semine psyllij, lacte, croco & similibus per interual-
la vsurpanda, vel cataplasmata ex iis parata impo-
nenda. Si hæc non profunt, nonnulli ad fortiora &
erodentia medicamenta ex antimonio & arsenico
accedendum putant. Verùm etsi forsan in aliis locis
adhiberi possint, huius tamen loci natura vix eor-
um vsus permittit. Non prætereundum hic vide-
tur remedium, cuius mentionem facit Mauritius
Cordæus, *comm. 7. in lib. 1. Hippocratis de mulie-
re*. Refert enim ibi historiam nobilis cuiusdam fœ-
minæ, cui tota pars faciei dextra cancro, eoque vl-
ceroso, obsessa fuit diutissimè. Quæ cum variis auxi-
lijs à Medicis, Gallis, Italis, Germanis, Hispanis
petitis vsa esset, tandem vulgari hoc Barbitonforis
remedio sanata est. Pullos illa gallinaceos in partes
tenues concidebat, & latas, quas sapiusculè com-
mutando interdum admouebat parti affectæ.

Fullis Gal-
linaeosis cu-
ratus can-
cer.

B

Curatio.

Curatio in eo maximè consistit, vt putredo sista-
tur, & quod corruptum est, tollatur. Perficiuntur
hæc, vt in aliarum partium gangrænis, si pars, si
fieri potest, scarificetur, & postea abluatur decocto
absinthij, lupinorum myrrhæ & similium, & impo-
natur vnguentum Ægyptiacum vel simile conue-
niens. Omnibus verò superponatur cataplasma de
tribus farinis dictum, quod hoc modo paratur. *℞.*
farina orobi, fabarum, hordei an. ʒ. ii. oxymel. lb.
j. Coq. F. Cataplasma. Efficacius fit, si addatur
farina lupinorum, absinthium, aloe, myrrha. De
quibus plura in generali de gangræna tractatione.
Quod corruptum & emortuum est, amputandum,
ne reliquæ partes inficiantur, vel sectione, vel
vstione, vel ligatura indes magis coarctata & for-
tis constricta, cuius exemplum & historiam ha-
bet Fr. Rousselus, *sect. 4. cap. 5. de parv. Casareo*.
Partes etiam principes, & imprimis cor roboran-
dum. Cum enim pravi halitus per arterias ad cor
ascendant, cordialia medicamenta exhibenda, vt
conserua borrag. buglossi tunicis, spec. diamarg.
frigid. elect. de gemm. frig. confectio de hyacin-
tho, syr. acetos. citri, granator. borraginis. Cordi
quoque & pulsibus conuenientia epithemata mal-
ignis vaporibus resistentia applicanda. Vt
nobilem illam fœminam, cuius supra facta mentio,
hoc modo curauit. Primò solani & plantaginis
succum vberrimum syringe in vtrumque meatum
ter vel quater interdum iniecit, deinde horis illis in-
termedijs lini hapsum iis succis, admixto aceto, im-
butum applicuit, qui ex succo eodem rursus per-
maduit liquore: ac eiusmodi repetita aliquoties
applicatione perseveratam est, donec restingueret
feruor, & desineret putrefactio. Assumebat in-
terim quoque potionem singulis diebus ter ex de-
cocto acetosæ, scabiosæ, pampinulæ, prunorum
damascenorum, summitatum borrag. buglossi. flor.
calendulæ cum aqua, saccharo & aceto ad syrapi
acidi longi formam apparatus. Victus erat paucus,
sed refrigerans & acidus, putredinis occasionem
præscindens. Tertio die incendij furia, scruitiique
putredinis remisit. Quare carnem nigram, mor-
tuamque exiguo forcipe attrahi, & circumquaque
à viuo sine doloris sensu separari, resecarique iussit.
Inde reliquum ad viuum vsque Ægyptiaco vn-
guento absumpsit: eodemque modo ad cicatricis in-
ductionem, vt in alijs vlcibus, progressus est.
Atqui inter curandum erant aliquoties enemata ex
hordei & aliorum aluum mollientium decocto in-
fundenda. Nec quæ cordi & visceribus reliquis ro-
bur conciliarent, negligebantur, atque ea ratione
conualuit breui.

Curati

CAPVT XII.

De Gangrana & Sphacelo Vteri.

Gangræna
& Sphac-
elus vteri.

TAndem etiam pudendum muliebri interdum C
gangræna & sphacelo corripitur. Quanquam
enim interdum malum hoc etiam in ipsum vterum
vsque serpat, eumque corrumpat, vt suo loco dice-
tur, imò totus vterus procidens corrumpatur: ta-
men potissimum in locis muliebribus & pudendis,
vt pote humidioribus, & quæ excrementa multa re-
cipiunt, & putredini facilè obnoxia sunt, excitatur,
& hinc quandoque vtero communicatur.

Causa.

Causa.

Malum hoc etsi in alijs partibus à pluribus causis,
quas omnes hic recensere opus non est, excitari
possit: hoc tamen in loco ortum habet ex inflam-
matione, cancro & vlcibus in hisce locis male
curatis. Cum enim hæc partes sint humidæ, & ex-
crementis seateant, quibus calor iis insitus extin-
guitor, facilè eas corrumpuntur & emoriuntur. Ita
refert Vvieri, *in obseruat.* Nobili cuidam fœ-
minæ annorum 25. ætate canicula tuberculum
quoddam in sinu muliebri, ex violento forsan ma-
riti concubitu, exortum fuisse. Cui cum imperitis
Cheirurgis cataplasmata minus idonea admouisset,
intra dies non multos pars vniuersa putrescere, ni-
grescere, & emori cœpit, & incredibili celeritate
anum versus malum progressum est. Interdum etiam
vterus prolapsus ab externo aëre ita alteratur, vt
tandem gangræna corripitur.

Signa Diagnostica.

Signa

Calor primò insolitus in parte percipitur; acce-
dit febris cum horrore in vniuerso corpore, pos-
tea color partis mutatur, parsque sic luida, ni-
grescit, mollis, ac cadauerosa euadit, nec pulsus, nec
sensus vllus adest; imò pars sine sensu secari & pun-
gi potest; adest fœtor maximus. Accedunt virium
deiectio, cordis anxietas, & alia symptomata ex
malignis halitibus ad partes superiores ascendenti-
bus.

Prognostica.

Prognosticæ.

1. Malum hoc grauissimum est, & periculosissi-
mum, & nisi mature ei occurratur, homini mortem
affert.
2. Periculosius tamen malum est, si putredo ver-
sus vterum ipsum serpat, quam si vicinas externas
partes corripiat. Si enim ipsum vterum malum in-

E

PARTIS I.

SECTIO SECUNDA.

De vteri ipsius Morbis.

CAPVT I.

De Temperie Vteri cognoscenda.

Inperies
v i co-
g scenda.



Tque hactenus morbos, qui pu- A dendo muliebri & ceruici seu collo vteri accidere solent, explicauimus: iam ad ipsius vteri morbos explicandos accedimus, & primò quidem morbos Intemperiei. De quibus

antequam agamus, prius aliquid de Temperie vteri cognoscenda dicemus. Cognita enim naturali vteri temperie, facilius etiam Intemperies præternaturales cognoscuntur; & excessus illi in temperamento vteri, qui fœminis à natura obtigerunt, non pauca cum Intemperiebus morbofis communia habent. De Indiciis autem cognoscendi temperamenta vteri vel partium genitalium peculiarem

libellum scripsit Marc. Ant. Vlmsus, Patauinus, Medicus Bononiensis, quem *Vterum muliebrem* inscripsit. In eo verò inter reliqua signa primo loco ab eo recensetur *Gynæcomystax*, quem appellat, B *Bubula* scilicet in superiore labro mulierum, & quidem vt nouum & suum inuentum, utpote quæ maioribus, citi sensibili sit, & sensui visus obuia, non sit animaduersa, definitque eam quod sit *Barbulæ* imago, atque inchoamentum, seu lanugo pilaris, vel pilus breuiculus, tenuis, mollis, quæ vestitur cutis labri superioris muliebris. Barbamque hanc tumidam erumpere in fœminis statuit, cum menses flere, & mammarum augeri incipiunt, & ex hac *Barbula* de temperamento vteri & testium in fœminis iudicium haberi posse docet, dum scribit: C

Si Gynæcomystax temporis eruperit, atque is densior, longior, nigrior, crassior, pro eius tamen natura, fœmina uno habuerint vterum calidum atque præsertim ipsos testes; Eadem fuerint salaces, marium appetentes, quantum verò ad seipsas pertinet, fœcunda, atque maximi vs plurimum apte ad opus facultatis generatricis præstandum & in Venere satis vegetæ. Quæ verò fœminarum nullas, aut perexiguas notas, atque momenta ferè inuisibilia Gynæcomystaxis obtinuerint, hæc plerumque sunt ad Venerem ignauæ, habentque facultatem sui sexus generatricem minus valentem, vt quantum ad se pertinet, rarò sint fœcundæ. Ipse tamen scribit, minus curiosè eam insipientibus non animaduerti, sed visum & oculos minus acres interdum subterfugere, & nunc eius breuitatem, nunc tenuitatem, nunc raritatem, nunc colorem albicantem barbam istam q. oculis eripere & suffurari, & si omnia ista impedimenta coniungantur, omnino arduum opus esse, cognoscere Gynæcomystacem. Verùm nec tantum inuentum toti Antiquitatis ignotum lateat, tubulus ille opticus vncialis, quo gemmarum in gemmarum bonitate & integritate exploranda vtuntur, & qui pulicum pedes omnes insipientibus clarè exhibet, adhiberi posset. Mitior verò viros doctos de rebusni,

Operum Sennerti. Tom. III.

hili & talibus inuentis gloriari. Et cum ipse Vlmsus occulto proximam esse hanc barbam dicat, imò barbula vmbra appellet, vix operæ pretium esse puto de ea pluribus agere. Hoc oculis manifestum est, quod & Aristoteles, *lib. 3. de hist. animal. cap. 11.* annotauit, quibusdam fœminis in mento pilos prodire, præsertim cum menstrua ipsis subsistunt, & imprimis iis, quæ vterum & testes habent calidiores.

Certiora alia & sensibus manifestiora signa temperamenti Vteri & partium genitalium in fœminis dantur. 1. Pili pubis, qui à Ioan. Riolano, *lib. 2. Anthropograph. cap. 34.* etiam *γυαικομύσαξ* appellantur. Hi enim si citò erumpunt, sunt crassi, nigri, duri, longi, & à pube ad vicinas partes porriguntur, vteri & testium calidiorum sunt indicium. Si verò tardè erumpunt, sunt breues, molles, tenues, subflui, rati, & ultra pubem non extenduntur, vteri frigidi signum sunt: & prout caliditati vel frigiditati humiditas & siccitas coniungitur, ita copia & qualitates nunc augentur, nunc minuuntur.

Deinde signa menstrua suppeditant. Qui enim vterum habent calidum, eis maturius menses erumpunt, & sæpe circa annum duodecimum, tardius etiam desinunt, sunt rubra, calida, non tamen valde copiosa. Si verò vterus sit frigidior, menstrua tardius fluere incipiunt, sanguisque qui fluit, est frigidior, & aquosus, citius etiam fluere desinunt. Et quidem si calori accedat humiditas, menses copiosè fluunt, & fluxus iste ultra quinquagesimum annum durat, nonnullis etiam, dum grauidæ sunt, menses ad secundum vel tertium mensem adhuc fluunt. Si verò siccitas caliditati accedat, sanguis, qui profluit, flauus, tenuis, acris est, & genitalia mordicat, & interdum vnus mensis spatio fluxus bis vel ter redit. Si frigiditati accedat humiditas, tardè erumpunt menstrua, neque absque difficultate, estque sanguis albicans & serosus. Si frigiditati accedat siccitas, tardissimè & difficillimè erumpunt, & rarò ad quadragesimum annum fluunt, & fluunt parè, ac sunt crassa.

Tertio ex Veneris appetitu aliquid de temperie vteri colligi potest. Siquidem fœminæ, quæ calidum vterum & genitalia habent, Venerem maturè & vehementius appetunt, eaque valde delectantur. Quæ verò frigidum habent vterum, venerem tardè appetunt, neque ea admodum delectantur, & ea frequenti facillè lassantur. Et quidem si caliditati iungatur humiditas: Venere etiam multa non lassantur, imò si venerem, cui adsiueuerunt, intermittant, malè habent, nisi forsitan carnosa & pingues fiant, venerisque desiderio ad annum quinquagesimum vel etiam ultra tenentur. Si caliditati siccitas coniungatur, summo desiderio & ferè cum furore

Signa temperiei vteri à pilis pubis.

À mensibus.

À veneris appetitu.

in venerem feruntur, præsertim si ab ea longius abstineant, & victus lautus atque alia venerem irritantia accedant. Non tamen multâ venerem ferunt, sed facillè lassantur, ob spirituum paucitatem. Si frigiditati accedat humiditas, sæminæ tardius & rarò venerem appetunt, & desiderium veneris in iis facillè languescit, præsertim si sæpius concipiant, vel abortiant; cum eo modo uterus magis refrigeretur. Neque etiam è coitu delectationem admodum percipiunt, sed in eo q. torpent, & frequenti facillè de lassantur. Interim coitus ipis utilis est, easque vegetiores reddit. Si frigiditati accedat siccitas, tardissimè virum appetunt, nec in coitu delectantur, facillè quoque eo lassantur, ob spirituum paucitatem.

A Conce-
ptione.

Quartò signa temperiei vteri Conceptio suppetat. Si enim uterus sit calidus, frequenter concipiunt mulieres, & quidem plerumque masculam prolem, vel fœminas viragines, modò virile semen consentiat. Si verò uterus sit frigidus; rarò concipiunt, & fœminas potius, quàm mares, præsertim iuniores & adultiores, modò virile semen consentiat. Si caliditati accedat humiditas, tales fœminæ omnium maximè sunt fœcundæ, modò virum quoque bene temperatum nanciscantur; Et ex senibus quoque & matibus imbecillibus hæc fœminæ non difficulter concipiunt, sed tum potius fœminas, quàm mares, concipiunt; interdum & geminos pariunt, & molas simul concipiunt, vel superfœtant. Si verò siccitas caliditati accedat, fœcundæ quidem sunt fœminæ, sed non ita, vt quæ calidum & humidum vterum habent, requiruntque semen virile temperatum, & ex se mares generant: Rarò geminos pariunt, vel superfœtant. Si uterus sit frigidus & humidus difficulter concipiunt fœminæ, præsertim iam adultiores: iuniores tamen, præcipuè si virile semen sit calidum & siccum, concipiunt mares, sed rarò optimè conformatos, verùm valetudinarios. Ipsæ etiam fœminæ dum vtero gerant, malè habent. Quæ vterum habent frigidum & siccum, ferè steriles sunt, & si concipere debent, necessam est, vt semen virile sit calidum & humidum. Et si concipiant, pariunt fœminas, & si mares generent, sunt ij strigosi, proceri, & qui citò fenescunt. Atque hæc præcipua indicia sunt, quibus temperies vteri cognoscitur, potissimum ab effectibus petita: & quidem certiora: de quibus plura non addimus, cum etiam in sequentibus capitibus iterum eorum faciendâ sit mentio. Et propterea ipsos vteri morbos aggredimur, qui omnino diligenter tractandi sunt, cum rarò fœminæ aegrotent, quin vterus fons aut focus omnium malorum sit, aut certè ea augeat.

CAPVT II.

De Intemperie vteri calida.

Vteri calida Intemperies.

ET primò quidem morbos Intemperiei quod attinet, omnis generis intemperies vtero accidunt. Primò et si vteri calor ad semen fouendum ac retinendum, fœtusque formationem & vsque ad tempus partus retentionem sit maximè necessarius: tamen si calor sit nimis, semen genitale, quod à viro accipit, non suauiter fouet, sed calorem eius dissipat, atque ita conceptionem impedit.

Causæ.

Causæ.

Calor hic præternaturalis interdum à primo ortu contractus est in quibusdam fœminis, viraginibus nimirum, quæ ob id etiam ferè steriles sunt. Post ortum verò contrahitur à causis calefacientibus,

vinum nimirum potentioris & aromatici vsu, mulso vel hydromelite aromatibus condito, cibis calidis, ambulatione multa, venere multa & cogitatione de rebus venereis, quæ calorem & languinem ad vterum concitant; medicamentis cum internis, tum externis calidis.

Signa Diagnostica.

Fœminæ, quæ vteri calida intemperie laborant, signa prænotant in venerem, menstrua habent pauca, flaua, nigra, vel adusta & acria, eaque cum difficultate fluunt, & rarò ordinem debitum seruant, pili in pube citò nascuntur, facies rubet, & dolori capitis frequenti sunt obnoxia, & biliosus humoris in corpore abundantis plerumque adsunt indicia, labia ferè sunt sicca.

Prognostica.

1. Calida vteri intemperies multa grauiora mala prognosticis fœminis affert. Menfes enim, vt dictum, habent paucos, inordinatos, prauos & difficiles; vnde postea ætatis progressu fiunt hypochondriacæ: Steriles etiam sunt plerumque tales fœminæ. 2. Interdum quoque furor vterinus ex intemperie vteri calida oritur.

Curatio.

Calida vteri intemperies refrigerantia indicat; Refrigerantia tamen ita moderanda sunt, ne vteri calor, qui ad conceptum necessarius, debilitetur eiusque substantia, quæ membranosa & cui frigus inimicum, offendatur, & vasa, quæ ob menstruorum fluxum patere debent, dentur & ocludantur. Atque id non solum intelligendum est de medicamentis, quæ vtero adhibentur, sed etiam iis, quæ lumbis & dorso applicantur, in quibus etiam cauendum, ne nimio refrigerantium vsu nerui ed loci lædantur.

Ex internis medicamentis vtilia sunt *cichorium* & *cichoracea*, *endiuia*, *viola*, *nymphaea*, *acetosa*, *lactuca*, *santali*, *sem. frigida maiora*, & aquæ, *syriaci*, *conferæ*, condita ex his parata, vt & *syrupus acetositarum citri*, *granatorum*, *species diarmarg. frig. diarrhod.* Abb. & *diarionisant.* Vt ℞. conf. *cichor. violar. nymph. borrag. an. ℥. j. ros. ℥. ℥. spec. diarmarg. frig. diarionisant. an. ℥. ℥.* Cum syr. *violar. vel acetos. citri* Fiat Electuar.

Extra adhibeantur *unguentum rosaceum*, *refrigerans Galeni*, *cerotum santalinum*, *ol. rosar. violar. nymphæ*, *Cum succo lactuca, nymphæ, cucurbitæ, umbilici* ♀, quibus dorsum & lumbi inungantur. Vel cataplasmata ex *farina hordei*, *pulvere rosar. violar. nymphæ, santalis cum succo vel aqua plantaginis, nymphæ, cichorij, lactuca, oleo rosar. violar. nymphæ.* Vtilia etiam sunt balnea & infusus ac fomentationes ex refrigerantibus. Vt ℞. *fol. violar. vitis, malorum cydonior. an. M. j. salicis, flor. violar. nymph. an. M. ℥.* Coq. in aqua dulci pro Balneo, in quo mulier umbilico tenus sedeat. Vel paretur inde fomentatio. Post balneum capiat aliquid ex refrigerantibus supra propositis. Si liber, possunt ex medicamentis hæctenus propositis etiam vterinæ iniectiones & pessi fieri. Eros, de *passionibus mulier. cap. 7.* in nimia matricis caliditate, & vbi ardor & calor percipitur, tale pessarium immittit. ℞. *opij ℥. j. adip. anser. ℥. ij. cera mellis an. ℥. iv. olei ℥. j. album. ouor. ij.* Misc. Verùm ex falsa hypotheli antiquorum, qui opium frigidum esse statuerunt, talia medicamenta parata sunt. Cum autem vterus cum aliis partibus nobilibus magnum consensum habeat, metuendum, ne vis narcotica opij ipsis noceat.

Diæta.

Diæta medicamentis respondeat. Aer sit frigidior. Diæta Vestes, stragula & tegumenta tenuia sint, non nimis

densa & calida. Cibi condiantur lactuca, eichorio, endiuia, hordeum h. a. g. commodum est. Abstine ut contra à cibis calidis & aromatibus. Vino quantum fieri potest abstinant, aut si illud tenue & aquosum. Potus sit cereuisia hordeacea vel aqua hordei. Quæ animi corporisque ipsis comodiore est, quam motus. A venere abstinant, vel parca ea vitentur. Somnus vigilis nimis utilior est. Aluus laxa sit

CAPVT III.

De Intemperie vteri Frigida.

Frequentius vero intemperie Frigida vterus laborat, quæ sterilitatis & aliorum malorum plurimorum causa est.

Causa.

Ortum autem habet à causis iis contrariis, quæ calidam intemperiem inducunt, nimirum ab aere externo frigido, otio & quiete, cibis & medicamentis frigidis.

Signa Diagnostica.

Fœminæ, quæ vteri intemperie frigida laborant, viderem minus appetunt, ac minori voluptate in ea afficiuntur, pili in pube sunt pauciores: non concipiunt: mentes ipsi subsistunt, aut minus recte fluunt, ac pituitosi, mucosi, ac crassi sunt. Cumulantur enim in vteri venis frigidi & pituitosi humores, qui eas obstruunt; flatus in vtero colliguntur, semen est crudum & aquosum, vnde semen ipsis sine voluptate effluit, & gonorrhœam patiuntur. Faciei color est pallidus. Causæ refrigerantes præcesserunt.

Prognosticum.

Intemperies hæc multorum malorum, obstruccionis mensium, sterilitatis & aliorum causa est: ac sæpe satis difficulter curatur.

Curatio.

Intemperies vteri frigida calefacientia indicat. Eligenda autem hic ex calidis medicamentis ea, quæ peculiarem cum vtero cognationem habent.

Vt Radices, Aristolochia, leuistici, valeriana, angelica, pimpinella, imperatoria, calami aromati- ei, yubia, helenij, iridis, ostrutij, eryngij, ireos, asari, fœniculi, petroselini, apij, paludapij. **Folia** artemisia, melisse, marricaria, sabine, palegij, calamintha, origani, dielamni Cretici, maiorana, ruta, betonica, roris- marini, lauri, leuistici. **Flores** roris- marini, cheiri, laen- dula, saluie, stachados, spica, betonica, schœnanthi, chamemeli. **Semina,** apij, petroselini, ruta, dauci, anis- si, fœniculi, cumini, leuistici, pastinaca syluestris, sileris montani, nigella, ciceres rubri. **Baccæ,** lauri, iuniperi. **Aromata,** galanga, cinamomum, cassia lig- nea, garyophylli, cubeba, crocus, zedoaria, nux mos- chata, macis. **Gummi & Lachrymæ,** & liquores conuerti, thus, myrrha, styrax, benzoë, sagapenam, a' a' fœtida, opopanaxum, gummi elemi, succinum. **Ex animalibus,** castoreum. **Ex mineralibus,** borax.

Composita.

Ex quibus fiunt varia medicamenta cum interna, tum externa.

Interna.

Species diamo- chi, diacalamintha, theriaca, Mi- thridatum. Aquæ ex supra enumeratis, syrapi, con- seruæ & alia. Efficacissima ad calefaciendum vte- rum est hæc aqua, quæ aqua vitæ mulierum appella- tur. ℞. Galargæ, cinam. nuc. mosch. macis, ga- ryoph. an. ℥. ij. Zingib. eubebar. Zedoar. cardamo- mi an. ℥. j. granorum paradisi, piperis long. an. ℥. ℞. Trus affunde vini Mens. vj. Stent in infusione in loco frigido diebus 8. Postea adde salua minor.

A mentha rubr. melissa, marricar. an. M. iij. Stens iterum diebus 8. Postea vinum effunde, & herbas ac aromata contunde, & vino affuso iterum destilla. **Alia.** ℞. cinamomi, nuc. mosch. macis, caryophyll. zingib. alb. eubebar. cardamom. granor. paradisi. an. ℥. j. ℞. galang. ℥. vj. piperis longi ℥. ℞. zedoar. ℥. vj. Aromata minutim incidantur, & affundantur in vase Vvaldeburgico. Vini boni Mens. vj. Ponantur in cellam, & ita stent per dies 9. quotidie agitando: postea adde mentha rubr. M. ii. Stent iterum per dies 14. Postea vinum effundatur, & remanentia contundantur, vinumque reasundatur, & destillatio fiat. **Alia.** ℞. macis, nuc. mosch. caryophyll. car- damomi, gran. paradisi. an. ℥. i. cinamom. galang. pip. longi, zingib. zedoar. an. ℥. ℞. herb. meliss. sal- uie, fœnic. serpilli, anserina, maioran. an. M. i. mentha crisp. M. ℞. Incid. & contund. ac infund. per 6. dies in Vini Rhenani ℞. vi. Deinde destill. in B. M. Vel vina medicata ex iisdem fiant: Extra- ctum hystericum maias & minus habetur apud Quercetan. in pharmacop. Dognar. reslit. cap. 25.

Externa.

Extra vtendum fomentis, balneis, ventris inferioris è modò enumeratis plantis. Sacculus ex iisdem paratis. Inunctionibus ex oleo vino, lilior. alb. ror. r. raco, de angelica, laurino, cinamomi, garyophyll. lor. macis, nucis mosch. Emplastris, vt ℞. ladan. ℥. ii. thuris, mastiches, styracis liquidæ an. ℥. ℞. ol. ca- ryophyll. nuc. mosch. an. ℞. ℞. ol. lilior. alb. rutaceæ an. ℥. i. cera q. s. F. Emplastrum. Suffitibus, vt ℞. thuris, myrrha, mastich. an. ℞. i. baccar. lauri ℞. i. ℞. ladan. ℞. ii. styracis, caryophyll. an. ℞. i. gummi Arabici, vini, an. q. s. F. trochisci. Pessalia etiam ex iisdem medicamentis componi possunt.

Diata.

Aërit calidior; cibi facilis coctionis & boni nutri- trimenti, condianturque aniso, fœniculo, thymo, aromatibus. Vitentur pisces, legumina, lac & lacti- cinij, fructus crudi & alia, quæ humores frigidos generant.

CAPVT IV.

De Humida Intemperie Vteri.

Humida Intemperies frigida plerunque con- iungitur, & frequèntissima sterilitatis causa est.

Causa.

Prouenit verò ab iisdem fere causis, à quibus fri- gida vteri intemperies: Cum causæ illæ refrigeran- tes ferè etiam vim humectandi habeant. Atque iis fœminis præcipuè hæc intemperies accidit, quæ vita sedentaria vtuntur & in otio viuunt.

Signa Diagnostica.

Quæ humida intemperie vteri laborant, menstrua copiosa habent, eaque aquosa ac tenuia, & loci mu- liebres iis ob excrementa humida madent, & fluo- rem vterinum patiuntur; venem non multum ap- petunt, & in ea delectationem ferè non percipiunt, Fœminæ tales semen non retinent; aut si concipiant, ad abortum fœtu grandiore facto pronæ sunt.

Prognostica.

1. Humida vteri intemperies ad conceptum, vt modò dictum, est ineptissima.
2. Si diu durauerit, satis difficulter curatur.

Curatio.

Intemperies humida siccantia requirit. Eadem au- tem ferè medicamenta, quæ intemperiem frigidam curant, humidæ etiam tollendæ sunt vtilia; cum cale- facientia illa omnia etiam vim siccandi obtineant. Imprimis hic vtilis sunt thermæ sulphuræ, & potu

& infessu vsurpatæ. In iniectionibus tamen & aliis externis medicamentis abstinendum ab adstringentibus; cum humores excrementitios, qui plerunque cum hac intemperie coniunguntur, detineant, malumque ita augeant. Victus etiam ratio siccandi vim habeat.

Diatæ.

CAPVT V.

De Siccæ Vteri Intemperie.

Sicca tandem intemperie etiam quandoque vterus laborat; imò interdum quasi induratur. Sua enim substantia carnosus & mollis est vterus, & affluente sanguine humectatur: & talis ad conceptionem aptus est: si verò illa humiditate destituitur & siccior ac durior fiat, ad conceptionem ineptus fit.

Causæ.

Causæ.

Accidit hoc nonnunquam ab ipso ortu, & à prima constitutione nonnullis vterus siccior & durior est. Post ortum verò in senio accidit, quando ut alix partes, ita etiam vterus exsiccatur, & tunc parere fœminæ desinunt. Si verò à causis exiccantibus ante seminum idem accidat, itidem steriles fiunt. Exsiccant autem vterum interdum morbi, ut inflammationes, interdum medicamenta. Si etiam sanguis, qui vterum humectare solet, ad eum non feratur, vterus siccatur: Quod accidit, si sanguis menstruus per eum non euacuetur, aut licet per cervicem illius effluat, ad fundum non perueniat, ob venarum vel angustiam, vel obstructionem, quod viraginibus sæpe accidit, ut & iis, qui à viris abstinentes vel aliis de causis diu non conceperunt, quibusque ita sanguine vterus rarius humectatur, & licet is euacuetur menstruis intervallis, per cervicem tamen potius, quam vteri fundum effluit. Et causæ, quæ in aliis partibus intemperiem siccam inducere possunt, etiam hic locum habent.

Signa Diagnostica.

Signa.

Semen paucum excernunt tales fœminæ, & ad venerem tardæ sunt, menses ipsis sunt pauci, vteri os siccum. Aliæ etiam tales fœminæ corporis constitutione sunt sicca & gracili; & plerunque fœminis, quæ vterum calidum & siccum habent, labium inferius perpetuas ferè fissuras habet, colorémque è rubro nigricantem.

Prognostica.

Prognostica.

1. Sterilitatem, ut dictum, hæc intemperies plerunque indicat.
2. Et ut in aliis partibus sicca intemperies est curatu difficillima: ita etiam in vtero, & præcipuè si sit diuturnior, & quasi hæctica euaserit.

Curatio.

Curatio. Medic. Interna.

Curatur hæc intemperies humectantibus. Vtilis imprimis hic est *borrago & buglossum, mercurialis, malua, althea, viola, amygdala dulces, pistacia, pinea, iuiuba, dactyli, ficus, passula, radices satyrj, oryngij*. E quibus parantur varia medicamenta interna. Syrupi, conferæ, condita, emulsiones, morsuli & alia. Externa etiam varia ex iisdem parantur, additis *semine lini, fœnugraci, radice lilior, albor. branca vrsina, parietaria, & similibus*. Balnea nimirum & infessus cum aqua dulci tepida, vel fomentationes, quæ commodissimè cum lacte parantur. Post balneum & fomentationem vteri regio, imò totus venter versus pudenda inungatur *ol. amygdal. dulcium, lilior. albor. lini, sesamino, buryro recenti sine sale, pinguedine gallinæ, anseris, medulla crurum vituli, mucilage seminis malua, althea, lini, cydoniorum, unguento resmæiuo*.

Externa.

Diatæ.

Diatæ vim humectandi habeat. Aer sit humidus. Diatæ. Cibi humectandi quoque & impinguandi vim habeant, sint præterea boni succi, facili coctionis, multi alimenti, & minimè excrementitij, quales sunt iuscula pinguis gallinarum, carnis bubulæ, caro vitulina, hædina, veruecina, gallinarum, ova forbilia, lac, caseus recens, amyllum, pisces bonæ notæ, amygdalæ, pistacia, pineæ, dactyli. Potus sit cereuisia triticea, vel vinum dulce. Quies utilis est. Somnus etiam sit paulò longior. Nocent verò labores nimij, vigilia, ira, mæror, inedia.

CAPVT VI.

De Intemperiebus Vteri Compositis, & cum Materia.

Et primò.

De Frigida & Humida.

Rarè verò simplex intemperies vterum corripit, sed plerunque sunt compositæ. Ita etiam rarè intemperies sunt sine materia, sed plerunque humores ut eas inducant, ita fouent.

Frigida & Humida Intemperies cum Materia.

Frequentissima autem est Intemperies frigida & humida, quæ etiam eiusdem generis excrementa cumulat. Humores autem illi excrementitij & pituitosi nunc à toto corpore, si in eo abundant, vel vbi mensiam fluxus præterit, vel cum iis ad vterum mittuntur, nunc etiam ob intemperiem vteri in eo cumulantur.

Causæ.

Causæ sunt eadem, quæ in frigida & humida intemperie sunt propositæ, & omnino omnes, quæ frigidos & pituitolos humores siue in toto corpore, siue in vtero cumulare possunt: quæ ex aliarum partium affectibus patent.

Signa Diagnostica.

Signa etiam ferè eadem sunt. Et tales fœminæ ferè non concipiunt, maloque corporis habitu præditæ sunt, & colore corporis pallido & liuido. Menses iis rarè conueniente modo fluunt. Plerunque etiam albo vteri fluore laborant, & ex humoribus vitiosis in vteri vasis contentis omnis generis corporis symptomata oriri possunt, de quibus infra, *part. 2. sect. 3. de symptomatibus ex vtero ortis & variarum partium cum vtero consensu* dicemus, ut rectè sexcentarum ætumnarum, innumerarumque calamitatum mulieri vterum autorem esse, Democritus ad Hippocratem scripserit.

Prognostica.

1. Fœminæ tales ferè non concipiunt, aut si concipiunt, fœtu grandiore factò abortiunt.
2. Curatur autem intemperies hæc longè difficilior, quam simplex & nuda intemperies frigida aut humida.

Indicationes & Curatio.

Eadem quidem intemperiem hanc curandi ratio est, respectu intemperie, quæ antea in intemperie frigida & humida est proposita. Ratione verò humoris pituitosi coniuncti, is præparantia & purgantia requirit. Et præcipuè si intemperies sit cum materia, diligenti victus ratione & vsu recto rerum non naturalium, potissimum in cibo & potu, opus est, quæ ita instituenda, ut nullus posthac vitiosus humor generetur. Simul etiam videndum, an humor ille saltem in vtero ex debilitate eius colligatur: an verò è toto corpore vel parte aliqua ad eam

Inter-
ries Vt
Frigid.
HumicFrigid.
Humic
cum Ma-
teria.

Causæ

Signa.

Progn-
ca.Indica-
nes & u-
ratio.

De Intemperiebus Vteri Compositis, &c. 499

mittatur. Si prius accidat, ad vterum imprimis respiciendum, ilque roborandus, ne vitiosos humores generet. Si verò vel à toto corpore, vel à parte aliquis humores ad vterum conflant, curatio ad totum vel partem illam primò dirigenda.

Itaque si pituitosus humor peccet, præparandus est iis medicamentis, quæ supra, cap. 2. & 3. de Intemp. frig. & hura. sunt propolita. vt *Syrupo de artemisia, de betonica, mentha, de hyssopo*, cum aq. vel decocto plantarum allegatis locis enumeratarum. Vt *℞. radic. fenic. ℥. j. valerianæ, helenij, Imperatoriz an. ℥. ℔. pulegij, artemisiz, matricariæ, nepetæ, maioranæ an. M. j. flor. cheiri, rorismarini saluiz an. P. ij. sem. sileris montani fœniculi, anisi, pastinacæ sylastris an. ℥. i. Coq. in l. q. aq. pro ℥. x. Colatura clarificata dulcoretur saccharo: Vel adde *Syr. de artemisia ℥. ij. vel ℥. iij. aq. cinam. ℥. ℔. F. potio pro tribus dosibus. Vel ℞. radic. helenij, imperator. an. ℥. ℔. maioranæ, rorismar. betonic. puleg. artemis. an. M. j. matricar. M. ℔. sem. fœnic. ℥. j. Xedoar. cinam. an. ℥. vi. Affund. vini vel cereuizæ q. s. De quibus aliquoties haustus exhibeatur.**

Humores præparati euacuentur conuenientibus medicamentis, vt *agarico, mechacanna, turbit, trochisc. albandalis*; & si alij humores pituitoso admixti fuerint, *fol. sene, & alius, pilulis item de tribus, aloë phinguis, mastich. de hiera cum agarico, sine quibus corbis, elect. Iudo, Diaphanico, Diacaribamo. Vel ℞. ligni aloës, sem. sileris montani, rad. asari, mastich. croci an. ℥. i. schœnanthi, spica an. ℥. ℔. agarici albiss. ℥. ii. turbit. electi ℥. i. ℔. aloës purificata ℥. vi. ol. cinam. fenic. anisi, macis an. gutt. i. F. pilulæ, quæ, si libet, trochiscis albandal acui possunt. Vel ℞. agarici trochisc. ℥. i. ℔. fol. sene elect. ℥. ii. Infusa. in decocti superioris vel aq. artemisiz f. q. In colat. ℥. iii. ℔. dissolue *elect. diaphanici vel diacaribami ℥. ii. Iterum Colatur. Adde *Syr. de artemisia ℥. ℔. aq. cinam. ℥. ℔. M. Pro delicatioribus potestale Claretum fieri. ℞. rad. fenic. ℥. iii. rorismar. hyssopi, betonica an. P. i. fol. sene elect. ℥. iii. mechacanna, ℥. i. vel iv. agarici trochisc. ℥. ii. galange, zinzib. an. ℥. i. Infund. in vini Rhenani f. q. horis 6. in loco calido. Postea tranciantur per chartam bibulam. Adde *Syr. conseru. cortic. citri, ℥. ℔. ol. cinam. ℥. ii. M. F. Claretum. Quod quoties opus repeti poterit. Vniuersalibus istis euacuationibus præmissis ad particulares postea, quæ ex ipso vtero proxime sunt, euacuationes accedendum est, in quem finem vires sunt imprimis pessæ seu pessaria dicta. Vt ℞. fol. mercurial. recentis, contundantur atque in sacculum ex linteo albo raro vel serico paratum indantur, quibus butyro vel melle ros. solut. inungatur. Vel ℞. spec. bened. laxat. ℥. iii. agarici ℥. iii. sem. nigelle ℥. i. farina cicerum ℥. vi. Cum succo mercurialis F. pessaria, quæ linteo raro obducantur. Vel ℞. spec. hierac. ℥. i. agarici trochisc. ℥. ℔. bdellij ℥. i. Cû melle F. pessus. Vel ℞. agarici trochisc. ℥. i. colocynth. ℥. i. artemis. saluiz, maior. dictamni cretici an. ℥. ℔. Excipiantur succo mercurialis & cû linteo vel serico raro F. pessaria. Euacuationib. istis præmissis postea iterum exciccantia & calefacientia, reliquias humorum exciccamentiorum absorbentia & discrucientia vsurpari possunt, qualia supra cap. 2. & 3. sunt propolita, cum Interna tum Externa.****

Vtilia verò maximè in eam finem sunt sudorifera, parata ex decocto ligni Guaiaci, radice Chinæ & lacte parillæ. Quæ autem qualitates, vis & efficacia sit horum medicamentorum & quomodo ad vsum Medicum apparanda sit, alibi dictum, neque id integrè explicare huius loci est. Vt pauca addamus. *℞. ligni sancti raspati lb. i. vel etiam ℥. xviii. quæ in aq. puræ lb. xii. hor. 24. macerentur. Postea vale*

A clauso coquantur ad dimidiz vel tertiz partis consumptionem. Colatura ℥. vi. vel ℥. viii. manè calidè ægra sumat & in lecto sese ad sudorem componat. Reliquis tantundem aquæ affundatur & ad tertiz partis consumptionem coquantur. Colatura detur pro potu ordinario. Radicem Chinam verò quod attinet, *℞. eius in calcolas scilicet ℥. iii. Affunde aq. pure repidæ lb. vi. Coq. ad mediz partis consumptionem. Col. lb. ℔. vel etiam plus manè exhibeatur, ægraque in lecto pro virium ratione sudet. Et quia decoctum hoc facile accescit. tertio quoque die recens præparandum. Sarsæ parilla verò ℞. ℥. ix. aq. pure lb. xii. Eodem modo macerentur & coquantur. Colat. ℥. vi. vel ℥. viii. exhibeantur ad sudorem ciendum.*

B Quia verò in coctione aliquid virium perit, præterea etiam magna decocti copia ægris, præcipuè feminis molesta est, possunt eadem destillari & minore copia exhiberi. Quibus etiam in destillando vtero accommodata medicamenta addere licet. Vt *℞. ligni sancti lb. i. vel sarsæ parilla ℥. viii. rad. argelica, helenij an. ℥. i. artemis. M. ii. dictamni Cretici M. ℔. Affundantur aq. vel vini lb. vi. Macerentur per biduum. Postea destillentur. Destillati exhibeantur ℥. ii.*

Victus ratio sit tenuis. A carnibus crassioribus, præcipuè coctis, ægra abstineat. Vtatur verò carne assa auicularum, gallinarum, caponum, perdicum, veruecina, amygdalis dulcibus, passulis. Salsis verò

C & acidis ægra abstineat. Neque etiam bibat vinum, aut non nisi tenue & paucum, de quibus plura de curatione luis venereæ dicentur. Vtilia etiam hic sunt medicamenta è chalybe parata, de quibus *supralib. 3. part. 6. scilicet. 2. cap. 2. de cachectia* dictum. Decoctis tamen his etiam medicamenta vterum calefacientia & siccantia addi possunt. Aut si alicui ista sudorifera vsurpare & continuare animus non est, ea medicamenta cap. 2. & 3. descripta cum Internaturn Externa frequentius & diutius vsurpet. Vt *℞. conf. maior. anibos, betonica an. ℥. ii. melissa ℥. i. spec. diamosch. dulc. vel amari, diamarg. cal. an. ℥. i. rad. condit. eryng. cortic. citri condit. an. ℥. ℔. Cum *Syr. de artemis. F. elect. Extra verò adhibeantur infusio & balnea. Vt ℞. fol. lauri, matricar. calaminth. an. M. iii. ruta, salu. becon. organ. puleg. an. M. ii. rad. aristol. rot. angel. an. ℥. i. Indantur sacculo & coq. pro balneo, vel venter eodem decocto foveri, & postea oleis conuenientibus inungi, aut emplastrum aliquod accommodatum apponi potest. Imprimis hic vtile est Emplastrum, quod**

D fit ex gummi Carannæ. Pessæ etiam fiant, atque inungantur conuenientibus vnguentis & linimentis, vel eadem etiam sola cum lana bombycina adhibeantur, qualia sunt ol. costinum, rustaceum, zibethum, liquidambra, balsamum Orientale vel Occidentale. Commodissimus verò hic est thermarum sulphorearum & exciccantium vsus, siue bibantur, siue ægra in eas insideant.

Dietæ.

Dietæ etiam sit talis, qualis supra cap. 2. & 3. propolita. Aër sit calidus & siccus. Vitetur verò frigidus & humidus. Cibus sit panis bonus conditus fœniculo, aniso, cumino. Vtilis est caro auium montanarum & syluestrium, vt & columbarum, gallinarum, caponum, veruecina, assa potius, quam elixa, aut elixa aromatibus & herbis calidis condita. Potus sit vinum antiquum, generosum, sed paucum. Maximè necessaria est corporis exercitatio. Nocet contraortism & quies.

De Intemperie Vteri calida & sicca cum bile.

Si verò calida & sicca ad sit intemperies cum bile, intemperies illa alteranda, vt cap. 1. & 4. dictum; bilis verò, siue circa vterum colligatur, siue ab epate

Rad. Chig
na deco-
ctum.

Sarsæ parillæ
decoctum.

Ligni sancti
& sarsæ
parilla de-
stillatum.

Dietæ.

Med. Ex-
terna.

Pessæ.

Thermæ.

Intemper.
Vteri cal &
sicca cum
bile.

Alterantia. vel toto corpore ad vterum mittatur, euacuanda. **A** Præparantia & alterantia parentur è *rad. cichor. borrag. polypod. fol. borrag. malua, violarum, flor. violar. sem. frigid. maiorib. & minor. passulis, Syr. granatorum, citri,* & similibus passim notis. **Bilem expurgantia.** verò expurgetur *Syr. violar. & ros. fol. manna, tamarindis, rhabarb. foliis sene,* & si opus sit, *scammonio.* Equibus variæ formulæ pro palato ægri & aliis circumstantiis parari possunt, quæ passim exstant.

gnis alibi explicatis sese produnt, colore scilicet corporis albo, habitu molli, tumido, pigritia, cibi fastidio, somno nimio & similibus, & victus ratione, quæ præcessit, ad tales generandos apta. Interdum etiam humiditas crassa & pituita, mucori similis, ex vtero fluit. An inflammatio præcesserit, vel scirrhus, aut alius tumor adsit, è signis infra proponendis patebit. An medicamenta vel balnea adstringentia vsurpata fuerint, ex relatione ægræ patebit. An corpus obesum sit, aut tumor sit in loco vicino, id sensui manifestum est. Tandem an cicatrix aliqua vel coalitus vasorum adsit, ex eo cognoscitur, quod reliquarum caussarum signa absunt, secundinæ vel cum violentia sunt extractæ, vel vlcus aliquod in vtero præcessit.

CAPVT VII.

De Vteri Conformatione Vitiosa.

Et primò.

De Angustia Vteri & eius Vasorum.

Angustia vteri. **P**ost morbos Intemperiei Vteri ad morbos Organicos eiusdem accedimus, inter quos primò sunt morbi Conformationis. Et quidem primò inter eos occurrit Angustia vteri, cum scilicet natura nimis angustus est; cuius mentionem facit Hippocrates, qui *lib. de Sterilit.* scribit, si mulier in tertio, quarto & quinto mense abortum faciat, atque hoc pluribus vicibus & eodem tempore, hoc ideo fieri, quia vterus amplius distendi non possit. Id tamen alij fieri posse negant. Verùm de hac quæstione dicitur infra, *part. 2. sect. 6. cap. 2.*

Aliàs miranda sanè vteri constitutio est, vt pro fetus magnitudine satis extendi & rursus contrahi possit. Vterus enim, qui in non prægnantibus minimam cucurbitulam æquat, in grauidis ita extenditur, vt vterem referat; & quod mirum, post partum quindecim dierum spatium ad pristinam magnitudinem redit.

De Vasorum Vteri Angustia.

Vasorum vteri angustia. Frequentissimus verò morbus in fæminis est vteri vasorum angustia, ob quam mensium fluxus, imò & conceptio interdum impeditur. Et quidem angustia hæc tam in ipsius vteri, quam in ceruicis eius vasis accidere potest.

Causæ.

Causæ. Vasa vteri angustiora fiunt vel clauduntur primò ab obstructione, quæ à crassis, lentis ac viscidis humoribus, ora venarum & arteriarum vteri occupantibus accidit; qui generantur ex cibis crassis, lentis, viscidis, aut etiam copiosis, præsertim si accedat calor viscerum, tum ipsius vteri debilis, qui humores satis extenuare nequit. Et quidem humores isti vel è reliquo corpore & venis affluunt, vel in ipso vtero ex alimento, quod calor vteri debilis concoquere non potest, colliguntur. Secundò vasa hæc clauduntur ab inflammatione, scirrhus, aut quocunque alio tumore hæc loca occupante. Tertio à medicamentis vel balneis adstringentibus intempestiue adhibitis. Quarto à compressione, quæ fit vel à tumore, vel à pinguedine nimia partium vicinarum. Quintò à cicatrice vel carne aut membrana orificiis vasorum annata, vel coalitu orificiorum venarum, quod interdum post secundinarum violentam extractionem, aut vlcera accidit.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscitur autem angustia vasorum vteri præcipue è mensium suppressione. Si enim ista vasa non pateant, sanguis per ea effluere non potest. Interdum & conceptio impeditur; cum sanguis pro fetus formatione affluere non possit. Causas quod attinet, obstructio cognoscitur ex humoribus crudis & viscidis in corpore abundantibus, qui suis si-

B *Prognostica.*
1. Vasorum in vtero angustia grauissimum sæpe malorum causa est. Menfes enim retinentur, iisque retentis varia mala, de quibus suo loco dicitur, fæminas infestant.

2. Curatio autem nunc facilior, nunc difficilior est, pro caussarum varietate. Quæ enim ab obstructione est mensium suppressio, curari non ita difficulter potest; modò non sit inueterata. Si enim diutius durauerit, malum si non planè insanabile, curatu tamen difficile redditur.

3. Si ab adstringentium vsu intempestiuo sit malum, non ita difficulter curatur.

C 4. Si verò vel à scirrhus, vel ab alio tumore in vtero vel extra vterum consistente, seu comprimente seu claudente hæc vasa, eoque non curabili, vt & cicatrice vasa hæc claudantur, malum incurabile est.

Indicationes & Curatio.

Curatio pro caussarum diuersitate variat. Si enim à crassis & viscidis humoribus vasa vteri obstruentibus angustia hæc vasorum ortum habeat, humores incidentibus, attenuantibus, & euacuantibus vtendum. Si scirrhus vel alius tumor adsit, istollendus. Si ab adstringentium intempestiuo vsu proueniat, humectantia & emollientia vsurpanda. Si tumor extra incumbens vasa comprimat, istollendus. Si ex cicatrice, emollientia vsurpanda si curationis spes supersit.

D Obstructio tollitur iisdem ferè medicamentis, quæ in Intemperie vteri frigida & humida sunt proposita. Pituitosi nimirum humores in toto corpore euacuandi. Et si sanguis simul in corpore abundet, quod plerunque fit in mensium retentione, sanguis etià est euacuandus. Formulæ de *Temp. frigida & humida* sunt propositæ. Vnam tamen atque alteram adhuc subiungere libet. Vt *℞. pil. de tribus, de hiera s. an. ℥. i. trochisc. de myrrha ℥. ℥. extracti scammon. ℥. iij. vel vj. F. pilulæ.* Vel *℞. capillor. ♀ betonica rorismarini an. P. ij. fol. sene elect. ℥. i. mechoacan. agarici opr. turbit. el. ℥. i. ℥. sem. carthami excort. ℥. ii. galanga, cinam. an. ℥. iij.* Infund. in s. q. vini Rhenani, & mane haustus propinetur.

E Si humoris conditio, & corporis constitutio id requirat, in vino calido mannae ℥. ij. dissolui, iterumque colari possunt. Vniuersalibus euacuationibus præmissis postea ad ipsam obstructionem aperiendam accedendum: quod faciunt, quæ humores crassos & viscidos in vtero validius attenuant & abstergunt, non tamen planè tenues sunt substantiæ, ne mox dissipentur. Et faciunt hoc commodissimè, quæ aliquam amaritudinem cum acrimonia coniunctam habent; quæ Medicamenta mensis mouentia appellantur, cum causam, ob quam frequentissimè menses subsistunt, tollant. Talia autem medicamenta ferè omnia sunt supra *cap. 2. de Intemp. vteri Frigida* proposita, quæ hic repetere

Prognostica.

Indicatio- nes & Curatio.

Mens mouentia medicamenta ferè omnia sunt supra cap. 2. de Intemp. vteri Frigida proposita, quæ hic repetere

De Vteri vasorum præter naturam apert. 501

opus non est. Vnam atque alteram saltem formulam subiiciemus. *℞. rad. asparagipe. rosel. an. ʒ. j. rabie sint. ʒ. ʒ. c. cerum rubr. M. ʒ. pulgij. calamintha an. M. j. flor. cheiri anibos an. P. ij. Coq. in aq. f. Colat. ℞. ʒ. Dulc. retusacch. vel addatur syr. de artemisf. q. f. Aq. cinam. ʒ. ʒ. M. Vel ℞. rad. aristoloch. diptamni albi an. ʒ. i. custiveri, cinam. galange an. ʒ. ʒ. fol. rorismar. pulgij, calamintha betovise an. M. j. sem. anisi, fœniculi, an. ʒ. j. croci ʒ. ʒ. Affundatur vini q. f. si libet addatur sacch. F. Claretum. Vel ℞. spec. diamarg. cal. ʒ. in. extr. sabina ʒ. i. ol. cinam. ʒ. ʒ. sacch. in aq. artemisf. dissolut. ʒ. iii. ʒ. P. rotulæ. Vel ℞. trochisc. de myrrha ʒ. i. ʒ. spec. dialacca, extr. sabina an. ʒ. i. ol. cinam. gutt. vj. Cum syr. de artemisf. F. pilulæ. Vtita quoque hiesunt medicamenta è chalybe parata, vt vinum chalybeatum, electuanum de liatura chalybis, & similia.*

Topica quoque medicamenta locum habent, quæ humores attenuant, & naturam ad expellendos humores, qui in vteri venis hærent, easque obstruunt, stimulant. Vt ℞. artemisf. maiorana, calamintha, mercurialis, pulgij an. M. ij. rorismar. salua, fol. lauri, flor. chamam. an. M. j. Coq. in aqua, & spongia vel linteaminis decocto imbutis inguina, hypogastrium foueatur, vel fœmina pedes ad genua, vestibus vndique recta in balneum immittat, vel etiam umbilicotenus balneo insideat. Post balneum venter ab umbilico inguina versus inangatur oleo rutaceo, lilior. albor. anethino & similibus. Possunt & Pessi acclusus supra propositi adhiberi. Pura medicamenta etiam infra, part. 2. sect. 2. cap. 3. de mensuum suppressione proponuntur. Si à morbis aliis vasorum sit angustia, ad morbos illos curatio dirigenda.

CAPVT VIII.

De Vteri vasorum præter naturam apertione.

Interdum contrà accidit, vt vasa vteri præter naturam apertantur, vnde postea sanguis immodicè profunditur.

Causse.

Cum autem vasa præter naturam tribus modis aperiri soleant, per *ἀνασφύαισι*, *διαίτησι* & *διασφύαισι*, hæc etiam hæc locum habent.

Ανασφύαισι fit, cum facultas expultrix copia vel qualitate sanguinis stimuletur, præcipuè si accedat vasorum imbecillitas, ob quam faciliè accedentibus his causis referantur. A copia sanguinis fit hæc *ἀνασφύαισι*, dum epas robustum est, sanguinemque multum generat, cuius partem aliquam, tanquam onus, Natura per vteri venas expurgat, sicut in nonnullis plethoricis per hæmorrhagiam narium idem facere solet: quò etiam facit, cibus boni & multi succi copiosus sumtus. Qualitate verò peccat sanguis, dum is vel natura sua serosus aut calidus, biliosus, acris, mordax & auctus est, vel à causis externis & euentibus mouetur, funditur, fluxilis redditur, & ad vterum concitatur; quod fit à motu & exercitio nimis, choreis, visfortis, vt & aromatum nimio vsu. remediis mensis mouentibus intempertuè & nimiam exhibitis, pessantis aeribus, aère & balneis calidis. vigiliis, animi commotione, & similibus causis. Idem etiam fieri potest ob retentis impotentiam, quæ sanguinem transmissum retinere non potest. *Διαίτησι* fit vel à copia sanguinis, præsertim si motus violentus accedat, concubitus violentus, & longus, cum viro robusto & membrum virile grandius habente; quomodo in vicina

A quadam vrbe ante paucos annos sponsa ex primo cum sponso concubitu in tantum sanguinis fluxum incidit, vt intra paucos dies vitam finuerit; paitus laboriosus, abortus aut motus alius violentus, casus, percussio, ponderis grauis eleuatio & similes, vel ab erosione, ab humoribus acerbis, qui vasa erodunt, aut pessantiorum acrim applicatione. *Διασφύαισι* fit à nimia vasorum raritate & laxitate, sanguinisque tenuitate, vt & à causis nimium humectantibus, vt balnei dulcis frequenti vsu.

Signa Diagnostica.

Vasa præter naturam aperta esse, sanguis, qui effluit, testatur. Quomodo autem cognoscendum sit, an ex venis ipsius vteri vel cetericis vteri effluat, suo loco de nimio menstruorum fluxu dicitur. Ob quam autem causam vasorum officia aperiantur, ita cognoscitur. Si *ἀνασφύαισι* saltem vasorum sit, sanguis paulatim extillat, atque is tenuior est, & ad sunt indicia sanguinis copiosi, vel tenuis, serosi & acris, aut præcesserunt causæ, quæ sanguinem mouere, fundere & ad vterum concitare possunt, antea enumeratæ, & fluxio sanguinis est sine dolore. Si *διαίτησι* sic facta, fluxus sanguinis est copiosior, & adsunt grumi sanguinis, & signa vel sanguinis abundantis, præcesseruntque causæ antea propositæ, quæ vasa rumpere potuerunt, sanguinisque effusionem sine virium iactura fœmina in principio ferre potest; vel adsunt signa humorum acrim, fluxusque ipse est cum dolore in principio, & primum sæpe aliquid humoris ichorosi, flauis, vel nigricantis effluit, quem deinde sequitur maior sanguinis profusio; & præcesserunt causæ, quæ cacochymiam talem producere possunt, vel pessantia acrim fuere applicata. *Διασφύαισι* ex eo cognoscitur, quod fœmina sit habitu corporis molli & raro, sanguis tenuis & serosus effluit, atque fœmina victus ratione, quæ serosos humores eumulat, vel balneo aquæ dulcis frequenter vsa est.

Prognostica.

1. Quid mali portendat nimius sanguinis fluxus ex vtero, suo loco dicitur. Ideòque hæc saltem quid ipsa vasorum apertio prælagiat, dicendum.
2. Minus periculi coniunctum habet *διασφύαισι*; maius *ἀνασφύαισι*; maximum, *διαίτησι*. Etenim per *διασφύαισι* partem sanguinis effluit; in *ἀνασφύαισι* & *διαίτησι* plus.
3. Si apertio vasorum fiat à copia saltè sanguinis, & proinde in corpus sanum incidat, facilius curatur, quam si fiat à cacochymia & prauitate humorum.
4. Minus etiam periculi est, si apertio proueniat ab assumtis vel admotis apertentibus, quam si ab interna causâ & praua viscerum dispositione foueatur.

Indicationes & Curatio.

Apertio vasorum, vt ea claudantur, indicat. Verù Indicatio-modus id præstandi varius est, pro vitij diuersitate. *Ανασφύαισι* vniens & adstringens atque occludens indicat. *Διαίτησι* si sit simplex, agglutinans; si autem carnis aliquid amissum sit, simul carnem regenerans. *Διασφύαισι* condensans indicat. Ad quos scopos vtilissima sunt incrassantia dicta, quæ cum sint duplicia, citra lentorem & cum lentore; quæ citra lentorem incrassant, in anastomosi conueniunt, & talia sunt: *rose, myrtus, mespila, sorba, cortices granatorum, balaustia, santalum, coralia, C. C. noces cupressi*. Quæ cum lentore incrassant, magis conueniunt in *διαίτησι*, & talia sunt: *symphytum, plantago, gamini tragacantha, albumen oui, trochisci de carabe, bolus Armenus, farina, amyliani, oryza, cydonia, sanguis Draconis, mucilago sem. cydoniorum, sarcocolla, ichtthyocolla*. Verùm quia istæ tres vasorum in vtero apertionis differentie à multis variisque causis ortum habent, vt ex his, quæ supra de causis

Signa

Prognostica

Incrassantia Medic. Duplicia

dicta sunt, pater, neque morbi isti tolli, nisi caussis A illis sublatis, de eo commodissime dicitur infra de *nimio mensium fluxu part. 2. sect. 2. cap. 6.* de quo ea, quæ ad hoc caput supplendum necessaria sunt, petantur.

CAPVT IX.

De utero duplici, deficiente, & male conformato, ac rebus alienis in utero repertis.

Vterus duplicatus.

FOEminam duplicia sceminea habuisse rarissime obseruatum, & vnicum, quod sciam, exemplum apud Iulium Obsequentem occurrit, qui refert C. Claudio & M. Perpenna Coss. mulierem duplici natura mentam fuisse. Et Casparus Bauhinus, ex obseruatione Fratris Ioannis refert, in quadam puella vterum bipartitum, qualem canes habent, repertum fuisse.

Vterus deficiens.

Vterum verò defuisse quandoque obseruatum. A primo ortu id factum fuisse, refert Columbus, *lib. 15. Anat.* dum scribit, quod scemina quædam fuerit, cuius vulua ab aliarum sceminarum vuluis nihil peculiare & diuersum habebat, & matricis colli portio prominebat, vel matricis collo simile, matricis autem nulla aderat in abdomine, neque vasa sceminarum, neque testetes, & quoties cum viro coibat, (coibat autem sæpe) mirandum in modum conquirebatur.

Post ortum verò vterum exsectum fuisse, *supra sect. 1. cap. 12. de gangrana vteri* dictum, sceminis nihilominus superstitibus, vt referunt Aëtius, *retrab. 4. serm. 4. cap. 76. P. Aegineta, lib. 3. cap. 72. & lib. 6. cap. 88.* Nicolaus Florentinus, *serm. 6. tract. 3. cap. 26.* Marcus Gattinaria, *ad 9. Rhafis. Langius, lib. 2. ep. 39.* Beniuenius, *de abdit. sanar. & morb. caus. cap. 11.* Franciscus Rousselus, *de partu Casar. sect. 4. cap. 5.* alique.

Castrata scemina.

Castratas etiam sceminas fuisse, scribit Iulius Alexandrinus, *lib. 22. salubr. cap. 14.* Idque fecisse Gigen. Lydorum Regem scribit Cælius Rhodiginus, *lib. 19. antiq. lectio. cap. 29.* & recens exemplum recenset Vvterus, *lib. 4. de praestig. Damon. c. 20. edit. sexta.* Platerus etiam, *prax. lib. 1.* scribit conformationis vitio ab ortu vterum sic posse esse formatum, vt vel venæ, quibus sanguis menstruus effunditur, desint, aut penitus occalluerint in illis, quibus nunquam fluxerunt menses viraginitibus.

De Rebus alienis in utero repertis.

Res alienæ in utero repertæ.

Quia autores plerique, etsi res difficultate non careat, vt alibi dictum, ad numeri morbos etiam res alienas in corpore repertas referunt, & hoc capite de rebus alienis in utero repertis dicemus.

Vermes vteri.

Vermes vteri.

Vermes aliquando in utero reperiri Hippocrates, *lib. 2. de morb. mulierum*, docet, & in *Harmonia Gynec. cap. 25.* idem scribitur, signumque eorum esse, quod his prurit natura, & venter & corpus, humor citra naturam, vt putent se rheumaticas factas esse, sudor spissus est, & venter earum importunus. Iridis verò Illiricæ radices, & rubi radices tuntas & cribellatas misce cum mali granati succo, & ex eo maceratum pessarium suppone, antea verò ex ipso succo fomentabis. Item de succo hederæ fomentabis, postquam vinam fecerit. *Hæc Harmonia Gynec.* Et Ioan. de Tornamisa scribit, quod viderit mulierem, quæ ob ascarides in matrice pruritum habebat intolerabilem, cui cum clysterem vterinum inieciisset, ex decocto absinthij & hiera picra, pamos vermes in magna quantitate fuisse eiectos, sceminamque liberatam. Ideoque etiã in aliis,

Ascarides in utero.

si de vermibus suspicio sit, medicamenta vermes necantia vtero inieciere vel indere vtile est. Platerus, *in fine libri Terrij Practica* ex relatione cuiusdam refert, in sinum vteri matrem aliquotque penetrasse.

Adiposa materia & crines in utero reperti.

Mirum est, quod refert Guil. Fabricius *cent. 5. obser. 49.* in scemina quadam mortua vterum exemptum ad libras mercatorum octoginta & septem ponderasse, & partim chore quodam hinc partim materia adiposa & oleaginosa infarctum fuisse, & quod maximè admiratione dignum, in medio ipsius vteri crines, aut veluti lanam flavescentem ad pelæ illæ materiæ inuolutam repertam fuisse.

Lapides in utero generati.

Lapides in utero generari posse equidem in dubium vocat Mercurialis, *de morb. mulier. lib. 4. cap. 11.* putatque, si quid tale in utero reperiatum, esse sanguinem, grumolum, qui formam lapidis referat, aliàs materiam alienam, è qua lapis generari possit, non tam diu in eo hæzere posse, cum etiam semen effluat. Verùm negandum non est, lapides in ipso vtero gigni, cum id multi fide digni auctores referant, quorum testimonia iam proferam. Hæc tamen monendum, cauendum esse, ne lapides, qui ex vesica in sceminis interdum excernuntur, ex vtero excreti putentur. Cum enim meatus vterinus in sceminis sit breuis, interdum ea cum per eum satis magni excernuntur, vidique hæc calculum omnium columbinum magnitudinis excedentes, quæ ante aliquot annos quædam è vesica etiam cum maxima difficultate eiecit.

Generari autem lapides in utero testatur Hippocrates, qui, *lib. 5. Epid.* scribit, quod Fania Dyseridis in Lausa, cum iuuenula esset, vbi Vterus vteretur, fortiter circumcirca dolebat; alias autem sine dolore erat. Concepit autem nunquam. Et cum sexaginta esset annorum, dolebat à meridie, velut ex partu vehementer laboraret. Hæc cum ante meridiem porrum edisset multum, postquam dolor ipsam vehementissimus corripuit, ac priores omnes excedens, exsurgens asperum quiddam in ore vteri deprehendit. Postea cum ipsa in animi deliquium incidere, alia mulier immissa manu expressit lapidem asperum magnitudine verticilli fusi. Et sana tunc statim & postea erat.

Aëtius etiam *retrab. 4. serm. 4. cap. 98.* idem docet, & modum curandi trahit, dum scribit: Calculi aliquando tophacei in ipso vtero generantur; quos si extrahere volueris, aluum prius per clysterem stercoreis eductorium euacuato. Deinde scemigæci ac malux decocto rosaceo admixto, vterum eluito, & muliere supina disparatis cuiuslibet locata duos longiores sinistrae manus digitos in ani foramen immitto, dextra verò superiorem ventrem comprimito, calculumque extrorsum cogito ac propellito, simul per digitos in anum missos deducens ac extrahens. At verò tophaceam substantiam extra in vteri collo, aut osculo agnatam, muliere rursus locata & locis per dioptram dilatatis, scapello refecare oportet, & florido medicamento sicco inspecto curare. Ex Marsilio de Sancta Sophia simile citat Nicolaus Florent. *serm. 5. tract. 9. cap. 12.* & Marcellus Donatus, *de historia Medicamirab. lib. 4. c. 30.* Quo loco etiam refert, ex Hippolitæ Gatæ mortuæ dissecto vtero lapidem incredibilis magnitudinis gypsez consistentiæ, multo nigerimo mucori innatantem extractum fuisse. Simile exemplum refert Scholiographus, *ad cap. 28. Hollerij de morb. internis*, & Hollerius, *inter rarorum. 5.* Petrus Sal. Diuersus *ad cap. 113. Practica Altimari*, alique auctores non pauci similes historias referunt.

CAPVT

CAPVT X.

De vteri Magnitudine aucta & primo.

De vteri Inflatione.

Praeter naturam etiam interdum vterus augetur; & varia tumorum genera patitur, inter quæ primò est eius Inflatio, *ἰσχυρῶσις*, quæ est vteri tumor, cum is à flatibus in eius cavitatem conclusis distenditur, & in molem maiorem attollitur. Et hæc vteri inflatio non rarò falsam conceptionis spem præbet; vnde etiam à nonnullis ventosa vel flatuosa mola appellatur. Ita refert Valescus de Taranta, quod *lib. 6 cap. 15.* Vlyssiponæ viderit quandam iudæam, quæ crediderit, se esse prægnantem, cui omnia præparata fuerunt, quæ ad partum suum necessaria. Dum verò matrix ab obitetricebus tractaretur, magnam ventositatem sine vllò alio liquore exiisse à matrice. Et Matthæus de gradibus *in 9 Rhaf. cap. de mola*, scribit, se in propria vxore ita deceptam fuisse. Nam dum crederet vxorem in vtero habere, post decimum quartum mentem omnia impregnationis signa & ventristum delituore ex vlu pilularum Aloëphanginarum. E. Dozonæus, *cap. 49. obs. Medicinal.* obseruauit prodennibus per vterum flatibus eiusmodi inflationem curatam fuisse. Et Thaddæus Danus, *lib. Miscellaneor. cap. 8.* scribit, se à quodam rustico sene audiuisse, vxorem ipsius, cum toto biennio vterum tanquam prægnantem gestasset, tandem mirò quodam sonitu vel potius tonitru in ventre & pudendis facto magnam flatuum copiam peperisse. Narrat quoque D. D. Philippus Hechletterus, *Dec. 6. obs. 4.* Femminam quandam Augustanam textoris vxorem, sibi persuasisse, se viuum iocum in vtero gestare, verum legitimum pariendi tempus præterierit, & tandem biennio elapso, cum dolore parturitionum similiprehenderetur, ter cum maximo conatu flatum ex vtero per pudenda emisit. Et viuit in vicina adhuc femina Nobilis, quæ ante annos quatuor putabatur grauida, vt non solum omnia, quæ ad partum necessaria sunt, apparerentur, sed & maritus iam feras caperet pro conuiuio, quod post Baptismum cognatis & amicis exhiberi solet, instituendo. Sed præterit non solum mensis decimus, sed & decimus octauus, neque tamen peperit, sed venter postea sensim subsedit, flatibus illis proculdubio sensim discussis.

Causæ.

Generantur autem hæc flatu ex materia frigida, aquosa, vel etiam crassa & pituitosa ac flatuosa in vteri venis contenta & calore vteri imbecilli, seu simpliciter talis sit seu respectu materiae saltem cuius copia obruitur, et si alias satis fortis sit. Materia autem hæc ve. in ipso vtero generatur, vel aliunde in eam transmittitur, seu ex toto, seu aliqua parte, & colligitur ex potu & cibo frigido. Et quidem in vterum confluit materia vel per venas, per quas sanguis menstruus in vterum decumbere solet, idque plerumque accidit; vel per vasa seminalia. Calor autem vteri debilitatur ob partum difficilem & laboriosum, vel abortum, menstruorum retentionem, causas externas frigidas & alias, quæ supra *cap. 3. de intemp. vteri frigida*, enumeratae sunt. Imprimis verò externus aër, si ei se obiciant puerperæ, hoc malum excitare potest, id quod Hippocrates, *lib. 1. de mul. ἰσχυρῶσις*, id est, flatu lento spiritu repleri nominat. Cum enim post partum multæ impuritates in vtero hæreant, & exitum querant,

A si aër frigidus iis exitum occludat, in flatu facile vertuntur. Idem etiam fieri potest, si mulier tempore menstrui fluxus se frigido aëri exponat. Flatus autem hic continetur vel in ipsa vteri cavitatem, vel in vasis eius, vel inter vteri tunicas. Et quidem si flatus in vteri cavitatem conineatur, os vteri claudere oportet, vt nihil flatus exire queat. Si verò in substantia vteri conineatur, etiam os vteri a pertum esse potest, de quo *in questione infra dicitur.*

Signa Diagnostica.

B Malum hoc in genere ex tumore in abdomine regione vteri consistente cognoscitur, qui nonnumquam vtrinq; ad latera, nonnumquam ad umbilicum & lumbos ac diaphragma extenditur, & cum flatus nunc minuuntur, nunc augeantur, vterusque indò nunc detumescat, nunc attollatur, vterus de loco in locum moueri videtur. Ne autem tumor vteri vel pro hydrope, vel intestinorum inflatione & distensione habeatur, attendendum. Tumor enim vteri nunquam ad tantam magnitudinem peruenit, ad quam hydrops, neque totum abdomen occupat. Neque etiam, quæ vteri inflatione laborant, sicut ita vexantur, vt hydrofici; neque superiores partes ita, vt in iis emaciantur, vireque minus languent, interdum etiam per vices tumor crescit, quod non fit in tympanite. Ab intestinorum verò extensione & inflatione differt quod hanc acerbissimi dolores comitari solent, & præterea alius ferè supprimitur. Præterea in vteri inflatione menses supprimitur, adest anhelitus difficultas, non fit conceptio, pedes & caua oculorum intumescunt, & color corporis mutatur, quod non fit in intestinorum inflatione.

C Imprimis verò videndum, ne tales vteri inflationes pro vera conceptione habeantur, qua in re feminas interdum decipi antea dictum. Quapropter diligenter attendendum, an omnia, quæ in grauidis apparere solent, signa adsint, necne. Si enim vnum vel alterum absit, iam inflationis potius, quam veri conceptus suspicionem præbent. Imprimis diligenter explorandum, an motus infantis adsit, & si motus aliquis deprehendatur, num reuera talis sit, qualem infans exhibet; id quod manu abdomini imposita explorandum. Sæpe enim accidit, vt si abdomen manu comprimatur, paulò vehementius, motus quidam palpitationis non solum in vtero, sed & vicinis partibus, imò vniuerso abdomine deprehenditur, flatibus ad vicinas partes compulsi. Inflatio abdominis interdum crescit & decrescit; quod non fit in vera conceptione, in qua vterus iudies magis intumescit. Venter etiam percussus plerumque sonum edit, quod non fit in vera conceptione.

D Ab vteri autem hydrope eiusdem inflatione distinguitur, quod in vteri inflatione dolor quidam extensius percipitur & punctorius in partibus vicinis, neque tanta adest grauitas, vt in hydrope vteri, vnde etiam facilius moueri possunt; Flatus quoque ex vtero interdum erumpunt, vnde vterus modo attollitur, modo deprimitur. Venter etiam, si percutiatur, sonum instar tympani edit; quod non accidit in hydrope vteri. Idem magis tenuis est, quam in vteri hydrope. Præcesserunt causæ flatu generantes, & profunt flatu discutientia.

E A mola, quod in mola grauitas quædam & durities in ventre percipitur, vt cum femina de latere in latus mouentur, pondus quasi de latere in latus moueri sentiunt, quod in inflatione vteri non accidit. Nonnulli quidem inter signa, quibus à vera conceptione, tum etiam mola inflatio vteri discernitur, etiam lac in mammis ponunt, quod in vera conceptione & mola etiam quandoque appareat.

Q q

Signa.

Inflatione vteri quomodo à conceptione discernenda.

Ab hydrope vteri.

A mola.

Verum nobilis illa scemina, quæ vteri inflatione laborabat, cuius supra facta est mentio, lac in mammis habebat: quod ex retentis mensibus proculdubio accidebat. Verum an lac conceptionis signum sit, dicitur infra, *part. 2. sect. 3. c. 1.* suo loco *de signis virginis satis vera ac falsa.*

Hippocrates plura eiusmodi signa recenset, dum *2. de morb. mul.* scribit: Si inflati fuerint vteri, venter attollitur & inflatur, ac sonitum edit, & pedes & caux faciei partes intumescunt, & color deformis fit, & menses occultantur, & genitura hoc tempore non manet intus & anhelat, spumaturque & anxiosa est, & cum expurgatur è somno, recta ceruice spiratio ipsam concipit, & quicquid edierit aut biberit, ipsam molestat & suspirat, ac tristatur magis, quam antequam, edit, & suffocatur, & nerui contrahuntur, & vteri ac vesicæ dolent, & manus contactum non admittunt, neque lotium emittunt, propter maximam vteri cum collo vesicæ colligentiam, neque genituram suscipiunt. *Hæc Hippocrates.* An vero flatus in vtericavitate, an vero in eius vasis ac tunicis & spatiis inter eas contineantur, hoc modo discernitur, quod si in cavitate vteri sint flatus, sonus & strepitus percipitur, dum mulier mouetur, & si manu abdomen percutiatur, sonitus percipitur. Si vero extra cavitatem vteri sint flatus, dolores sunt maiores ac latius extenduntur, neque sonitus adest, cum flatus sint loco angustiore conclusi.

Prognostica.

Prognostica.

1. Inflatio vteri neque lethalis, neque diuturna est sua natura. Si tamen non rectè & citò curetur, alia mala excitare potest.

2. Facilius autem curatur malum, si flatus in vteri cavitate sint, quam si intra eius vasa, tunicas & angustias ac spatia concludantur.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio.

Materia flatulenta vterum distendens discutienda est; humor verò, è quo generatur, euacuandus, eiusque generatio prohibenda, & vteri intemperies corrigenda. Quia ratione autem & vterus & totum corpus, si ad vterum materiam mittat, euacuanda sunt, supra *cap. 6. de Intemp. Vteri cum Materia dictam.* Imprimis hic viles sunt hieræ species, electuar. diaphœnicum, quibus aliquid castorei addi potest. Vt & clysteres acriores, ex flatus discutientibus parati, quas vulgo carminatiuos vocant. Vbi tamen à puerperio oritur vteri inflatio, purgantibus locus non est, donec tempus puerperii transierit.

Vena scario.

Vena scario quidem hic rarò locum habet, cum malum à materia frigida & calore debili proueniat: Si tamen malum proueniat ex menstruis vel purgatione post partum suppressa; & adsit aliqua in corpore sanguinis plenitudo, vena aperiri potest, præcipuè saphena.

Flatus discutientia.

Quibus præmissis flatus discutientia & exhibenda & extra applicanda, quæ si frigore externo aut potu frigido calor debilitatus sit, fortiora esse debent. Exhibenda nimirum ea, quæ *lib. 3. part. 6. sect. 2. cap. 4. de Tympanite,* sunt proposita. Ex iis tamen ea præcipuè eligenda, quæ vterum respiciunt, qualia sunt: *folia pulegij, calamintha, semen dauci, fœniculi, cumini, baccalauri, cinamomum, costus, garyophylli, species diacymini, diagalanga, ol. carui, camini, anisi, theriaca.* Vt *℞. Conserva betonica, anthos an. ℥. j. B. rad. condit. eryngij, corusc. citri condit. an. ℥. B. spec. diacymini, diagalanga an. ℥. j. ol. destill. anisi gutt. vj. Cum Sir. de corticib. citri F. Elect. Vel ℞. conf. anthos, melissa an. ℥. iij. cort. citri condit. aurant. condit. an. ℥. j. spec. diacymin. ℥. j. Cum Sir. de cortic. citri. F. Elect.*

A Vel exhibeatur aqua vitæ mulierum dicta, supra *cap. 3. proposita.* Vel hæc *℞. Rad. angelica ℥. ii. imperator, helenij, corusc. aurant. an. ℥. vi. calamintha, pulegij, ruta, salvia, rorismar. an. M. i. sem. cumini, fœnis. anisi an. ℥. B. baccar. innip. M. j. zedoar. galanga, cnbeb. an. ℥. B.* Affundatur vinum bonum, & destillentur. Huius aquæ vnum vel alterum cochlear exhibeatur. Vel paretur talis potus. *℞. nucleor. persicor. num. xv. F. Emulsio cum l. q. eq. flor. chamam. Adde galanga, zedoar. cinam. costi, garyoph. an. ℥. i. Affund. vini Maluatici vel alterius fortis lb. ii. Stent in infusione, postea colentur. Colaturæ ℥. iv. vel ℥. v. exhibeantur. Vel ℞. Radic. imperator. zedoar. galanga an. ℥. j. cinam. ℥. j. B. croci ℥. B. F. puluis. Si libet addatur radix gentiana. Detur ℥. j. cum vino. Vel ℞. Rad. angelic. zedoar. an. ℥. j. sem. cumini accio prap. dauci an. ℥. B. castorei ℥. j. F. puluis. Vel ℞. spec. diagalanga, diacymini, diacalamintha an. ℥. i. sacch. ℥. iij. F. rotulæ. Vel ℞. spec. diagalanga ℥. j. succini gutt. iv. fœniculi. anisi an. gutt. vi. sacch. albi. ℥. iv. F. rotulæ. Eadem medicamenta simul vna opera intemperiem vteri corrigere, vterumque reborare possunt.*

Extra applicentur cataplasmata ex *ruta, artemisia, chamamelo, anetho, calamintha, nepeta, pulegio, thymo, serpill. maioran. ol. rutaceo, cheirino, chamamel. Infusus etiam ex iisdem plantis vel sacculi è milio, sale, flor. chamamel. melilot. bacc. laur. sem. cumin. fœnicul. actu calidi, vtri imponantur. Vel paretur tale linimentum. ℞. sem. cumin. carui, fœnicul. anisi, an. ℥. B. calam. arom. garyoph. cinam. an. ℥. B. castorei ℥. j. ol. cheirini, laurini, rutacei an. ℥. j. B. cera, serebinth. Cypria an. q. s. ol. destill. ruta, anisi an. ℥. B. M. F. Linimentum. Vel imponatur emplastrum de baccis lauri aut paretur ex gummi Carannæ, cui liquidambra & balsamum indicum addi possunt. Vel ℞. gummi Caranna ℥. ii. bdellii, sem. ruta, agni casti, calamintha, abrotani, cassia lignea, costi an. ℥. j. serebinth. q. s. F. Emp. Vel ℞. pulv. sem. cumini, anisi, pulegij, calamintha an. ℥. ii. vitell. ouor. num. iv. ol. laurini, rutacei an. q. s. Milce super igne. & addatur theriac. ℥. j. aq. vita mulier. ℥. i. B. M. F. Cataplasma. Vel ℞. fœr. caprini lb. i. Coq. in vino albo ad pulvis formam, Adde pulv. sem. cumini, baccar. lauri, an. ℥. i. sem. sem. apii ℥. B. fœnic. ℥. ii. mellis q. s. F. Cataplasma. Vel vtero immittantur clysteres flatus discutientes. Vt *℞. fol. calamintha, viticis, ruta an. M. Sem. sem. anisi, costi, cinam. an. ℥. ii. Coq. in l. q. Vini pro lb. Sem. Colaturæ adde hiera s. ℥. Sem. F. Clyster. Vel Pessus talis paretur. ℞. pulv. fol. ruta, cumini costi an. ℥. i. Sem. mell. q. s. F. Pessus. Aut suffitus instituantur è *ladawo, myrrha ligno aloës, cinamomo, baccis lauri, gallia moschata,* imprimis verò *nuce moschata* Videndum tamen, ne caput suffitu lædatur, aut bene olentibus scemina offendantur.**

Cucurbitula magna cum multa flamma pectini & regioni vteri applicata vtile & efficax est remedium. Vtiles imprimis hinc sunt thermæ sulphureæ, & bituminosæ ac salæ, flatus discutientes, tam potæ, quam loco balnei vsurpatæ. Si à partu ex frigore sit contracta inflatio vteri, purgatio post partum, si non procedat, promouenda vterusque calefaciendus. Hippocrates, *lib. 1. de muliebr. ouiculæ* vel capræ iecur cineribus contactum, deinde coctum in cibum sumendum, & vinum vetus moracius *σώπρωπος*, id est, viuificum, neque aquæ permixtione fractum exhibendum præcipit, nisi quid prohibeat, incendium nimirum maius febris, sitis, dolor capitis aut simile quid.

Dieta.

Victus ratio ad flatus deiciendos sit accommodata. Diæta. Aër sit calidior. Cibus sit calefaciens, incidens

& extenuans, & propterea iis, quæ flatus discutiant, A
conditus, non verò sit flatulentus, neque etiam ma-
gna eius copia exhibeatur.

QVÆSTIO.

An in inflatione Vteri Flatus quandoque
in ipsa vteri cavitare contineantur.

Statuunt quidem hoc Medici plerique. Pla-
terus tamen id negat, ea de causa, quod vterus par-
uus sit & crassus, cavitareque illius angusta, & pro-
pterea licet flatus in eum ferrentur, aut in eo gene-
rarentur, eam ad id distendere non possint. Quibus
accedere videtur & hoc, quod non probabile videat-
ur, vteri orificium ita claudi posse, ut nec flatus per
id erumpere queant.

Verùm experientia contrarium testatur. Re-
culimus eam supra ex Thaddæo Dano, è rus-
tica cuiusdam fœminæ vtero, quæ grvida pu-
tabatur, cum sonitu magno flatus erupisse. Et
Mauric. Cordæus comment. 3 in libro 1. de mu-
lib. Hippoc. refert, fœminam quandam horis
duobus à partu, cum aëri frigidò se exposuisset, quid-
dam frigoris in sinum pudoris subire persequisse &
exhorruisse. Hinc vterus ita distendi cœpit, ut
multò grandior, quàm dum grvida esset, euade-
ret. Neque causa est, cur non æquè in vtero
ut in aliis partibus flatus generari possint. Con-
fluunt enim ad eum multa excrementa, quæ à
calore vteri innato in flatus mutari possunt. Ne-
que impossibile est, ut vterus etsi crassus sit, di-
stendatur à flatibus, cum idem in conceptione
accidat, imò etiam ab aqua distendi aliquando
certissimum sit, ut capite, eq. dicitur, neque etiam
mirum, quod arctissime concludatur, ut flatus re-
tineat; cum idem in mola & aliis affectibus acci-
dat. Et vteri virtus retentrix & alteratrix nunquam
otiosa est, & non raro in eo etiam non satis ido-
nea retinenda & alteranda occupatur. Itaque dum
semen morbosum & infœcundum ab eo recipitur,
nihilominus id fouet, mutat, & putrescere non
sinit, sed in flatus mutat, qui ex sanguinis af-
fluentis parte aliqua, cum à plastica facultate,
qua tale semen destituitur, in partes corporis mu-
tari non possit, augentur, idque continuò fit,
quia in tali falsa gravidatione sanguis menstruus,
æquè retinetur ut in vera conceptione, & infla-
tus aliqua eius pars mutatur, unde postea cum
sanguis iterum fluere incipit, simul flatus prodeunt.
Neque enim ex tantillo semine tanta flatuum co-
pia, quæ vterum ita distendere possit, generari
potest. Docuit hoc Hippocrates, lib. de naturâ
pueri, his verbis: *Qua ultra decem menses vtero
gestare sibi visa sunt, ea hoc quem referam modo,
falluntur. Cum vteri à ventre flatum suppeditante
distenduntur & intumescunt: tunc mulieres se con-
cepisse existimant. Et si menses minimè prodeun-
tes in vteris collecti fuerint longioremque moram
fecerint, subinde alij eò confluunt, interdum qui-
dem flatibus, qui à ventre procedunt, permixti,
interdum verò incalescentes. Tunc quoque sanè
non prodeantibus mensibus, & in tumorem subla-
ris vteris, mulieres vtero sibi gestare videntur. Dein-
de quandoque menses sua sponte erumpunt, aut cum
alij insuper ad vtero, ferantur, & priores deturbent,
etiam flatus egreditur.*

CAPVT XI.

De Vteri Hydrope.

N Onnunquam verò aqua in eo collecta vterus ^{Hydrope}
distenditur, & in tumorem attollitur, qui Tu- ^{vteri.}
mor Hydrope vteri appellatur. Fallunturque etiam
hic interdum mulieres, eodem modo, ut in in-
flatione vteri, ut putent se esse gravidas, cum ta-
men saltem hydrope vteri laborent. Ita refert Rha-
ses. contin. 15. cap. 4. fœminam quandam, quæ
putabat se esse gravidam, cecidisse, & emisisse per
vulvam viginti quinque cotylas aquæ crocæ, &
conualuisse. Et Iac. de Partibus, ad lib. 3. fen. 21.
tract. 3. cap. 25. Auicenna, narrat, quandam fœ-
minam generosam se gravidam putasse, idemque
statuisse Medicos & obstetrices, sed cum tempus
pariendi aduenisse putaretur, multam aquam à ma-
trice eius prodiisse, atque ita ventrem deturuisse.
Tale quid etiam narrat Dodonæus, obseru. Med.
cap. 49. Vbi hoc, quod notandum, addit, fœmi-
næ illi post aquæ effluxum lacte vbera repleta fuisse,
non aliter ac si fœtum perperisset. Vesalius, ut l. 6. de
corp. hum. fabrica c. 9. scribit, Augustæ Vindelicorum
mulierem textricem, Helenam Lobin, annorum 50.
dissecuit, præserte Adolpho Occone, Reip. eiusdem
Medico, qui historię veritati testimonium perhi-
bet, in cuius vteri cavitare serosæ aquæ supra se-
xaginta Augustanæ mensuræ, quæ singulæ tres
capiunt libras, reperiæ, interim nullibi aqua cir-
ca intestina præserte, aut laxo in manibus aut pedi-
bus tumore, aut etiam viscerum, aut alterius cu-
iusdam organi sese offerente vitio, præterquam quod
magnus ille vterus, cuius fundi os miris modis oc-
calluerat, tota anteriori sua sede peritonæo erat con-
natus, & dextri testis glandulæ miris modis non secus
excreuerant, quam si nouem decemue, anserum,
aut struthiocamelorum potius vna vni inessent men-
branæ, singulæ humore ouorum albo non absimili
aut paulò crassiore oppletæ. Marcellus Donatus,
de histor. med. mirab. lib. 4. cap. 21. scribit, se
vidisse fœminam quandam, quæ vtero se gerere pu-
tabat malo corporis habitu, febre lenta correptam
extinctam. Cum verò ægritudinis tempore dispar
Medicorum esset sententia, dissecto ventre vterum
aqua plenum repletum fuisse, quod nullus eorum
animaduertat.

Colligitur autem ista aqua vel in cavitare vte-
ri, vel intra eius tunicas, vel in vasis ei insertis
annexisque. In cavitare vteri aquam contineri se-
pe experientia docuit, docentque id historię mo-
dò è Vesalio & Marcello Donato allegatæ. Ne-
que id impossibile est, neque necessarium, ut
aqua in vtero collecta statim sua quantitate vel
copia naturam stimulet, & per patens orificium
effluat. Etenim orificium vteri non semper patet.
& si aqua sensim colligatur, aduescit ei q. na-
tura. Quandoque verò vesiculas multas aqua
plenas vtero annasci docet Aëcius, terrab. 4. ser-
mon. 4. cap. 79. Et Christoph. à Vega, lib. 3.
sect. 10. capite 13. art. med. refert quandam Leo-
noram sex integris mensibus se vtero gestare per-
sualum habuisse, sexto verò mense ab vtero ex-
creuisse supra sexaginta vesicas membranefas ac
membranis hærentes aqua pallida plenas, casta-
næ quantitatis, septem vero frustra membranis
innoluta coloris carnis lienis: aquam verò libras
Romanas duodecim eppendisse. Et Valeriola, li-
bro 1. obs. 10. scribit, Loysonam quandam, quæ etiam
vterum se gestare existimabat, post octo gestationis

mensis magnis abortis doloribus ingentem peperisse membranarum globum bullis pellucidis aquosa & fœtida fame plenis refertum. Aliam etiam partem membranarum bullis innumeris refertissimam post sex gestationis menses eiecisse. Idem refert Mercatus *de morb. mul. lib. 3. cap. 8.* Felix Plateus, Guil. Fabricius, qui aquam hanc membranarum inclusam, molam aquosam appellat, *cent. 2. obs. 53.* & alij. Interdum vero magna aquæ copia circa testiculos colligitur, de quo infra *cap. 19* dicitur.

Hydrops
vteri cum
fœta con-
iunctus.

Nonnunquam hydrops vteri fœtui coniungitur. Habet eius rei historiam Schenkius. *lib. 4. obseru.* ex relatione D. Hieronymi Fabri de quadam fœmina, quæ à partu fœtus vivi retinuit ventris tumorem ita magnum, ut putaretur alium fœtum in vtero contineri, qui tumor, cum lochia malè procederent, postea ita increvit, ut venter in magnam distenderetur molem. Ipsa nihilominus rursus concepit. Ab ultimo partu, biennio ante mortem venter paulatim in tantam amplitudinem excrevit, ut tres vlnas Bavaricas in ambitu excoderet. Mortua tandem & abdomine aperto statim occurrit vterus in tantam molem extensus, ut totum ventrem inferiorem solus occuparet. Vtero aperto secundum substantiam suam integro, neque vlla putredine affecto, satisque crasso pro tanta distentione, incredibilis aquæ copia effluxit ultra vitram Monacensem æstimata. Cautas enim vteri tanta fuit iudicata, ut puer decem annorum facilè in ea potuerit delitescere. Quo minus verò ab vtero exitum habere talis aqua potuerit, arctè ibi conclusa, in causa fuit mirabilis quidam tumor in interna parte orificij vteri, qui se in ceruicem recludit, in orbem adnatus, glandulosus, & rotundus, sed per zonas distinctus. Quod verò mulier ista hydrope vterino laborans, iterum concepit, causa proculdubio fuit, quod à principio aqua propria membrana, vel pluribus vesiculis conclusa fuit.

Aliam historiam hydropsis vterini cum fœtu coniuncti, refert Guil. Fabricius, *centur. 2. obs. 56.* de propria vxore, quæ cum anno 1604. vtero gestare inciperet, præter molem malè habere cœpit, eique venter in monstruosam magnitudinem intumuit. Tandem cum die 2. Marti anno 1605. dolores parturientem apprehenderent, ore vteri aperto libræ octodecim aquæ limpidissimæ, nullo cruore admixto, vno impetu effluerunt. Post semihoram vero iterum dolore correpta, aqua, quæ fœtum comitari solet, ad libras nouem efflaxit, & postea puellum sanum & robustum peperit.

Causa.

Causa.

Causa hydropsis vteri est aquæ in vtero collectio, quæ sit vel à serosa & aquosa humiditate mensibus permixta, ex mala in epate & liene sanguificatione genita, siue ea accidat ob epatis & lienis imbecillitatem, siue ob errata in cibo & potu, ad vterum transmissa; vel ab vteri debilitate, ex partu laborioso, ab ortu frequenti, frigore æterni aëris vel aquæ, aut quacunque alia de causa, quæ vterum refrigerare, eiusque calorem debilitare potest, contracta, ob quam vterus sanguinem affluentem bene coquere, aut excrementa expellere non valet, in vtero genita. Quo imprimis facit diuturnus & nimius mensium fluxus, qui epat refrigerat, & vteri calorem etiam debilitat, ut & earum suppressio, ob quam calor natiuus vteri suffocatur. Ad collectionem autem humoris aquosi plurimum facit mensium suppressio, ob quam vitiosi isti humores, qui alias cum mensibus euacuantur colligi solent. Vnde etiam Aëcius & alij mensium suppressionem pronica fere hydropsis vteri causa ponunt. Aquosus ergo humor siue in vtero genitus, siue aliunde trans-

missus, si per orificia vasorum in ipsam vteri cavitatem excidat, vteri verò orificium occlusum sit, ut effluere non possit, in cavitatem vteri cumulat, id quod ipsa experientia testatur, ut de eo dubitare opus non sit. Occluditur autem orificium vel ob calum, sicut id in fœmina illa Augustana factum esse, scribit Vesalius, *loco allegato*, vel tumorem aliquem in ipso orificio vteri ortum, cuius exemplum antea è D. Hieron. Fabio retulimus. Imò vteri orificium non solum post conceptionem, sed & alias, nisi dum ad semen recipiendum aperitur, satis arctè claudi historia à Fernelio, *lib. 6. Pathol. cap. 15.* allegata docet. Mulier, inquit, quædam hoc hydrope correpta, quoties appetebat menstrua purgatio, omnem aquarum colluuiem ex vtero per ceruicem profundebat, peluesque sex vel octo complebat aqua citrina feruentissima, dum vterus totus subsideret; collecta proximo mense par colluuiem, itato tempore profluebat.

Quod verò nonnulli à grumis post abortum aut partum difficilem os vteri obstrui posse putant; verò consentaneum non est. Sanguis enim grumulosus tam diu aliquo in loco hæere non potest, quin putrescat; vnde grauissima symptomata exortantur.

Si verò humiditates istæ à venis excidant quidem, verum ob membranarum vteri oscula vasorum claudantium soliditatem in cavitatem eius effundi non possunt, ibi colligantur, & multæ vesicæ excitantur, qualis etiam in epate fieri Galenus, *7. aphorism. 55.* ipsaque experientia docet. Fieri tamen etiam potest ut aliquibus in locis vteri tunicæ separentur, atque ita inter eas aqua colligatur.

Signa Diagnostica.

Signa huius morbi Hippocrates, *1. de morb. mul. lib. 1.* hoc modo recenset. Si hydrops, inquit, vteris adnascatur, menses pauciores & prauis fiunt, & ante tempus deficiunt, & imus venter intumescit, & mammæ solidæ, molles fiunt, & lac nullum, & putat se in ventre habere, & ex his cognoscet, quod hydrops est. Sed & in vterorum osculo significationem dase præbet. Ad tactum enim gracile & humidum apparet, & rigor ac febris corripit. Quanto magis tempus processerit, tanto magis dolor habet in venter & lumbos & laterum mollitudinem ac inguina. Nimirum tumor in iam regionem corporis occupat, tumorque secundum vteri amplitudinem & figuram extenditur. Verum quia sepe hoc modo fœminæ affectæ se gravidas esse putant, imò Medici & obstetrices falluntur, quomodo hic tumor à vera conceptione, ut & à mola atque aliis tumotibus discerni possit, discipendum.

A conceptu hydrops vteri non ita difficile discerni potest, si mulier sit sana & viro bene valente accipiat. Tum enim sensim vterus in molem attollitur, fœtusque suo tempore motu se prodit. Verum quia non rarò accidit, ut mulieres etiam non satis benevalentes concipiant, atque tum & in vera conceptione, & in hydrope vteri menses suppressantur, & ipsæ fœminæ interdum falso se gravidas esse putent, & Medici & obstetrices falluntur. Imò imprægnatio cum hydrope vteri coniungi potest, si non ita, ut hydrops conceptionem præcedat, tamen veillam sequatur, illique coniungatur, aut si præcedat conceptionem, ut aqua peculiaribus vesicis includatur, & vteri substantia salva sit ut supra allegatæ historię testantur. Plerumque tamen fœtus ab aqua enecatur, ut postea prognostica 4. dicitur. Discernitur autem vera imprægnatio ab hydrope vteri primo, quod in hydrope vteri tumor æqualiter extenditur iuxta vteri & venteris amplitudinem, nec est acuminatus, ut in vera conceptione. Deinde si mulier iam adultior sit,

Signa

Hydr
vteri on-
ceptio
discer-
dus.

Post fomentationes venter inungatur ol. sambuci ebuli, iuino, quibus ol. destillata angelicæ, anisi, carui addi possunt. Imprimis vtilis sunt thermæ sulphuræ & nitrosæ. Regioni vteri applicetur empl. de bacc. lauri, vel aliud è stercore caprino, cochleis vtilis imò etiam cochlearum caro humorem euocat, teste Galeno, 11. de simpl. med. faculi. Vel ex radicibus & foliis ebuli cum oleo iuino & laurino F. cataplasma. Si vesiculis humor conclusus sit, danda opera, vt rumpantur per medicamenta modo proposita. Commodum etiam est, vt ægra sese paulò vehementius moueat. Vomitus quoque & stertutatio ad vesicularum istarum ruptione facere potest. Medicamenta antea enumerata & quæ supra *sect. 1. cap. 2.* proposita sunt, etiam vterum robore possunt. Si dolor vrgeat, is leniendus medicamentis tum internis tum externis. Vtilis est aqua vel decoctum flor. chamæmel. si ʒ. iv. quantitate exhibeatur. Extra verò etiam medicamenta anodyna applicanda sunt *ex althæa, malua, flor. chamæm. meliloto, sem. fenugr.* Clysteres etiam, quales in hydropicis applicari solent, in aluum iniicere, hic commodum est. Vt ʒ. fol. mercurial. ebuli, soldanel. artemis. matricar. an. M j. flor. chamæm. sambuci genest. an. ʒ. j. Coq. Colat. ʒ. ʒ. x. succibera mercurial. ebuli an. ʒ. vj. vrina pueri. ʒ. j. B. el. bieras. ʒ. vj. mellis ʒ. B. M. F. clyster. Si hæc omnia non satis prodelle videantur, nonnulli suadent fonticulum in vno vel vtroque latere excitare, vt humor a quosus paulatim exstillet atque euacuetur. Verùm non video quomodo humor in ipsa cavitare vteri, vel in vesiculis vtero adnatis conclusus per hanc viam euacuari possit.

Anodyna.

Fonticuli.

Dieta.

Dieta.

Victus ratio sit exsiccans, qualis *de humida vteri intemp. & de Intemp. cum materia* proposita est.

CAPVT XII.

De Tumore Vteri è sanguine in venis eius contento.

Tumor vteri è sanguine in venis.

Alium adhuc vteri tumorem describit Platerus, *Atract. 3. Pract.* qui fiat à sanguine in venis circa vterum coaceruato, easque distendente, qui interdum, vt hydrops vteri, interdum falsa conceptionis specieminas ludat. Atque istam vteri intumescenciam à sanguinis copia & collectione in venis vteri prouenire, vel hoc satis monstrare scribit, quod mensruus fluxus in iis diu substerit, tumor quo ille non post partum aliquem factus aut molæ vel alterius humoris excretionem, sed hæmorrhagiam copiosam superuenientem cesset. Sanguinem autem hunc non in vteri cauum sese insinuare, vterumque adimplendo dilatate, & in tumorem sic eum attollere posse, inde patere putat, quod cum carnosus & peruosus sit vterus, non ita, ac si membranens esset, ex repletione alicuius humoris diduci, nec nisi vna cum foetu aut mola excrecendo augeri, atque ampliari queat. Verùm hæc ratio parum roboris habet cum, vt *cap. præc.* monstratum est, sæpe obseruatum sit, aquam in vtero collectam eam non minus, quam foetum extendisse. Hæc firmior ratio est, quam subiungit, quod si sanguine vterus impleretur, ille tam longo tempore, quin efflueret, retineri minimè posset, vel saltem eum concrefcere, & corrumpi interea necesse esset, quod tamen non fiat, cum fluidus adhuc, cum pronupit, existat, & propterea è suis vasis, quibus integer conseruatus est, effluat. Et licet grumi aliqui cum eo prodeant, hi in mora portionis alicuius inter effluendū primum nascuntur.

A Sanguis nimirum, si longo temporis spatio in vteri venis, quæ cum implicant, retentus & congestus sit, non solum extrinsecus in vteri ambitu eas dilatât, atque eas quasi varicosas reddit, sed & in crassa vteri substantia venæ illic intextæ, quæ abas minima sunt & vix apparent, tunc impletæ sensimque dilatata vteri substantiam quoque nonnihil attollunt, amplioemque efficiunt, & sic illius tumorem, & venarum illum ambientium duratio inuolucenciam illam ventris profert, quæ & post fluxum mensruo redeunto, postquam venæ illa maruæ sunt, subsidentque, iterum euanescit, nisi aliò effectu accedente, veluti cachexia aut hydropis initio, à flatibus vel aqua venter aut vterus amplius distendatur, nec per hæmorrhagiam integrè soluatur. Tumor autem hic cum à sanguinis, qui per vterum euacuari solet, suppressione fiat, tota curatio in mensruum suppressorum prouocatione consistit, de quo infra suo loco dicetur.

B

C

CAPVT XIII.

De Inflammatione Vteri.

Si verò sanguis, qui ad vterum confluit, è vasis suis in vteri substantiam excidat, ibique incallescet & putrescat, vteri inflammationem excitat. Et quidem inflammatur vterus nunc totus, nunc secundum aliquam partem, nimirum vel parte anteriore, vel posteriore, dextra vel sinistra, superiore vel inferiore.

Dei im
mau
vteri.

Causse.

Causa proxima vt omnis inflammationis, ita etiam huius est sanguis præter naturam affluens: Iste nunc purus, nunc bilis vel pituitæ, vel melancholicæ aut atro humori permixtus; vnde inflammatio, nunc erysipelatodes, nunc œdematodes, nunc scirrholes oritur. Sanguis autem ad vterum confluit, vel quia attrahitur, vel quia ab aliis partibus transmittitur, vel, quod in hac parte peculiare est, quia sanguis, qui per vterum euacuari debet detinetur. Attrahitur à dolore vel calore, quod fit ex percussione, casu, abortu, partu difficili, secundinarum extractione violenta, cucurbitularum aut medicamentorum calidorum supra vterum applicatione vel in eundem immisione, longiore ambulatione, præcipue mensibus instantibus. Huc facere etiam potest gestatio foetus molesta. Si enim foetus vel grandior, vel malè in vtero collocatus sit, attrahitur illa molestia sanguis ad vteri cavitatem, & fit abortus. Si verò in eius substantiam, phlegmone excitarur. Transmittitur sanguis, si multus in corpore abundat, præcipue si calidior sit & tenuior, imprimis si causæ sanguinem mouentes accedant, vt æt feruidior eam fundens, vel etiam frigidior ad interiora pellens, aut corporis exercitatio nimia, animi affectus, imprimis ira, cibus & potus calidus. Detinetur verò, dum instante tempore mensruo, aut fluentibus mensibus, aut post partum aëri frigido se obicit foemina, aut alix causæ accedunt, quæ de *suppressione mensruum* proponentur.

Cau.

E

Signa Diagnostica.

Quamquam vesicæ & intestini recti inflammationem ob viciniam & connexionem ab vteri inflammatione discernere non ita facile sit: tamen si omnia accidentia diligenter perpendantur, eam à vicinarum partium inflammatione discernere non impossibile est; cum vtero affecto actiones vteri propriæ laxantur, & partes plurimæ, quæ cum vtero consensum habent, afficiantur. Tumor nimirum apparet in regione vteri, cum ardore & dolore ac di-

Sign.

stensione & grauitate muliebrum locorum, & si digiti in orificium vteri immittatur, feruor ibi percipitur, dolorque augetur. Si etiam ceruix vteri aspiciatur, videbitur orificium vteri esse oclusum, & versus interiora retractum, tota vero ceruix rubicunda apparebit, venulis vndiqueque instar telæ aranearum sanguine turgentibus. Adest febris, eaque continua, è genere lyncacharum, ardens, propter maximum vteri per arterias cum corde contentum, & propter vasa magna, quæ ad vterum pertingunt; nonnunquam Lipyras, in qua extremis algentibus interiora æstuant, & vruntur, cum horrore ferè perpetuo, ob humorum versus interiora motum. Lingua sicca est, & nigricans, vrgent vigiliæ, accedunt deliria, iactatio & inquietudo, ob insignem vteri cum partibus membranosis consensum. Mammæ etiam propter maximum cum vtero consensum inflantur, ac dolent. Partes plurimæ in consensum trahuntur, caput graue est ac dolet, & præcipue scinciput, propter vapores è sanguine putrescente per arterias ad caput elatos, quæ per collum ab vtraque vocati Infundibuli parte recta in scinciput discurrunt, vt Galenus, *6. epid. comm. 1. text. 2.* docet, dolorque ad oculos radices extenditur, ceruixque conuellitur, & pedum ac manuum extrema delirant. Dolor ad inguina, coxas, septum transversum, pleuram, imo clauiculas vsque extenditur, difficilisque redditur respiratio, adeo vt interdum pleuritidis speciem præ se ferat. Cùm enim vterus exteriorem tunicam à peritonæo habeat, eaque firmetur ac retineatur à parte superiore, si hæc membrana tenditur, etiam partes, quibus illa coheret, tenduntur. Adest nausea & vomitus, singultus, alui & vesicæ excrementa ob calorem & siccitatem & meatuum compressionem detinentur. Pulsus parui, frequentes ac debiles fiunt, in principio tamen Inflammationis vibrantes, & ob febris magnitudinem magni, celeres. Accedit animi deliquium, pedes atque extrema refrigerantur. Hippocrates ista signa ita proponit, *2. de morb. mulier.* Si vteri inflammati fuerint, *inquit,* menses obtorquentur & ceruix multis tenuibus veniculis ad telæ aranæ similitudinem variegatur. Et febris est acuta, & mentem percellens, & menses prauis ac paucis ipsi comparent: cùm vero quid comederit, reuomit, & dolor occupat immum ventrem ac lumbos, & animo languit, & per totum corpus perfrigoratur: venter autem nunc durus, nunc mollis est, & incenditur, & attollitur, & putat se in ventre habere. Quandoque vero ventris moles vacua apparet, & alius aqua impletur, & vmbilicus prominet, & osculum gracile fit, & repente apparent menses stridentes, & pauci ac prauis, & attenuatur circa clauiculas & collum & pedes intumescunt, & præsertim pedum extremitates: horrant etiam partes circa pudendum, pungitur, caput dolet & scinciput, caligo adest, & sudor frontis, extremæ partes refrigerantur, ac tremunt, & sopor profundus aliquando occupat, & audire non potest, neque reliqui sensus operantur.

Si pars vteri antica, quæ vesicæ coheret, inflammatur, dolor magis versus pubem extenditur, & vrinæ suppressio aut difficultas adest. Si verò posterior, dolor magis lumbos affligit, & spinam, aluique suppressio. Si alterutrum latus inflammatur, inguina eius loci tenduntur, & crus, quod è regione est agremouetur, ac claudicat, calorque in coxam transit. Si in fundo vteri sit inflammatio, dolor ad vmbilicum extenditur, imi ventris acutus dolor adest, & nec contactum quidem fert. Caussarum signa quod attinet, si sanguis sit purus, omnia symptomata sunt mitiora: si verò bilis admisceatur, eadem vehementiora sunt, & imprimis febris arden-

tior, sitis intensior, vigiliæ pertinaciores. Vehementissima autem sunt symptomata, si atra bilis admisceatur. Et ex signis alibi propositis abundans humor cognoscitur. Si inflammatio in pus mutetur, atque in abscessum conuertatur, dolor & febris augetur, & horrores sæpe sine ordine suboriuntur plerumque tamen circa vesperam redeunt. Omnia etiã reliqua symptomata, deliria, animi deliquia, singultus, extremorum frigiditas, capitis dolor intenduntur. Vbi autem suppuratio facta est, dolores & febres ac reliqua symptomata nonnihil minuuntur, tumor attollitur, & dolor punctorius adest, qui postea iterum augetur, vbi abscessus tumpitur, & tunc modò vrina, modò alius supprimitur, nonnunquam & pubes intumescit, & profluentis ac fluctuantis cuiusdam rei sensus percipitur, si abscessus sit maior. Si verò inflammatio sine suppuratione discutiatur, symptomata omnia mitigantur, & quiescunt, tumorque minuitur. Si in scirrhum inflammatio conuertatur, febris, dolor, ac omnia symptomata mitiora fiunt, tumor tamen & durities remanet, & grauitas ac pondus non solum in vtero, sed & partibus circumiacentibus percipitur, vt ægra corpus vix mouere possit.

Prognostica.

1. Inflammatio vteri malum periculosum est, præcipue si totum vterum occupet, & pauca euadunt. Prognostica.

2. Imprimis si prægnanti in vtero fiat erysipelas, lethale est, *5. aphor. 43.* Nam & fœtus ipse propter insignem istum calorem emoritur, vnde abortus sequitur, qui ad morbum aliàs grauem accedens, matrem iugulat.

3. Inflammatio vteri facillè in gangrænâ lethalem mutatur.

4. Quò etiã maior vehementia fuerit symptomatum, delirij, conuulsionis, singultus, sudoris diaphoretici, eò magis ægre periclitantur.

5. Tutius est inflammationem discuti, quàm in pus & abscessum mutari.

6. Si inflammatio vteri suppuretur, plerumque quidem ægræ ex hoc malo euadunt: mutatur tamen tunc inflammatio in vlcus sordidum & diuturnum, è quo ægræ lenta febre tandem contabescunt, vel in hydropem incidunt.

7. Tutius autem est, abscessum vteri in ipsam vteri cavitatem rumpi; cùm puri ibi exitus pateat, quàm pus extra vterum in vicinas partes effundi.

8. Si in scirrhum inflammatio mutetur, malum diuturnum euadit, & sæpe inde ægræ in hydropem vteri incidunt.

Indicationes.

Vt in aliarum partium inflammationibus, sanguis, qui confluit, reuellendus, repellendus, deriuandus; qui affluit, discutiendus, vel in pus mutandus; idque, vbi confectum fuerit, euacuandum est: ita eadem Indicationes in vteri inflammatione locum habent. Indicationes.

Curatio.

Principio ergo, nisi post abortum aut nimiam sanguinis euacuationem cœperit hæc inflammatio, statim ad reuellendum in cubito vena aperienda: cum sanguis ex epate & venis ei vicinis confluat, qui hoc modo reuellendus. Venæ sectionis loco etiam cucurbitulæ cum scarificatione scapulis & dorso affigendæ. In crure vero & pedibus nullo modo reuulsionis gratia venæ sectio institui potest, etsi Fuchsius & alij id statuerunt, vt pluribus in *Instit. lib. 2. par. 2. sect. 1. c. 18.* monstratū: eùm venæ in cruribus apertæ potius ad vterum sanguinem trahant. Et licet ex venis in cruribus apertis magna etiam possit fieri sanguinis euacuatio: tamen in inflammatione eu-

Curatio.

Venæ sectio.

An in pedibus ad reuellendum venæ sectio feridebeat?

510 Lib. IV. Part. I. Sect. II. Cap. XIII.

randā non euacuationis saltem gratia vena aperitur, sed simul reuulsiois.

Si tamen vbi non magna adsit sanguinis abundantia, aut si principium se è præterierit, vena in cruribus aperiatur, id non fit reuulsiois, sed deriuationis gratia. Idque commodissimè fit si inflammatio vteri ex suppressa mensium euacuatione ortum habeat. Et proinde vbiunque Galenus scribit, in vteri inflammatione venas, quæ in talo sitæ sunt, incidendas esse, id de venæ sectione deriuationis gratia intelligendum. Idque ipse Galenus docet, 2. ad Glanc. cap. 2. dum scribit: In locis muliebribus in contrarium trahes, si eas, quæ in cubito sunt, secueris venas, aut māmillis cucurbitulas apposueris, vel manus calefeceris & fricueris. Deriuationis autem, si eas, quæ in poplitibus sunt, venas dissecueris, & cucurbitulas coxis applicueris & crura calefeceris atque perficueris & ligaueris. Si tamen magna adsit sanguinis abundantia, prius vena in cubito aperienda, & postea secundo vel tertio die vena in poplite vel talo. Si vero ægra grauida sit, venæ sectione in partibus inferioribus abstinendum, ne abortus concitetur.

Sententiæ Galeni explicatio.

Euacuatiō.

Deinde si vitiosi humores, præcipue biliosi, in corpore abundant, qui reliquorum humorum in fluxu quasi vehiculum sunt, ij lenibus medicamentis, Sir. ros. & viol. solutio, manna, rhabarb. el. lenitio, diacatholico sunt euacuandi. Fortioribus medicamentis non vtendum, neque mensis mouentibus, ne humores ad vterum simul moueantur.

Vomitoria.

Auicennas quidem vomitoriis vti iubet, ideo proculdubio, vt humoris per distantissimum ab affecta parte locum fiat euacuatio. Verum etiā hic cautione opus est. Etenim si mitiora sint vomitoria, nihil pene euacuant: si fortiora, magnam corporis agitationem efficiunt, è qua in morbo tali faciliè plus damni, quàm commodi, emergere potest.

Alterantia.

Vtile quoque fuerit medicamenta alterantia & refrigerantia ad humorum feruorem temperandum exhibere, iulebos & emulsiones, quibus si dolor, vigilæ, & inquietudo vrgeant, papauer & somnum conciliantia addi possunt. Imo si dolor, vigilæ, deliria valde vrgeant, etiam ad narcotica accedendum.

Repellētia.

Vniuersalibus euacuationibus præmissis statim simul Repellentia, & si opus, dolorem lenientia imponenda. Cauendum vero hic, in quo incaute mulierculæ sæpe peccare solent, ne dolores isti ex inflammatione pro doloribus à flatibus ortis habeantur, & flatas discutientia calida adhibeantur, quibus inflammatio augetur. Ad repellendum ergo in principio regioni vteri, lumbis & lateribus apponatur oleum rosaceum, ungueatum rosaceum, refrigerans Galeni, cerotum santalinura, acetum rosaceum, oleum cydoniorum, mala cydonia in vino aut posca cocta: Cataplasmata ex farina hordei, sem. lini, fœnigraci, cum oleo rosaceo. Sibilis admixta, calorque maior sit, cataplasmata ex umbilico ♀, portulaca, plantag. endinia, solano, nymphæa, foliis vitis componenda. Vt ℞. fol. sempernini, portulacæ, lactucæ, umbilici ♀, vitis an. M. β. Coq. ad mollitiem in vino austero & contendantur. Concutis adde farinae bord. ℞. ij. balaust. ℞. ij. boli Armeni ℞. j. F. cataplasma. cui, si libet, ol. rosarum addi potest. Vel ℞. Empl. diachylis. ℞. ij. succi umbilici ♀, plantag. an. ℞. β. ol. rosac. ℞. j. sacch. ℞. j. Misceantur in mortario plumbeo. F. Vnguentum. E succis quoque plantarum modò enumeratarum pelli fieri possunt, addito oleo rosaceo & similibus. Plerique etiam infusus ex decocto malux, alrhææ, artemisiz, fœnigræci & similibus adhibendos censent. Verum cum tales infusus ex aqua ca-

Infusus.

lida humores in venis in omnibus partibus, quas attingunt, fundant, faciliè fieri potest, vt maior ad vterum confluxus fiat. Possunt ergo fomenta ex eodem decocto parata sufficere. Vel ex infuscis decoctis iniectiones in vterum fiant. Vel inieciatur lacteus multum cum aqua rotatum. Vel ℞. fol. plantag. umbil. Vener. nymphæa, lactuca an. M. j. flor. ros. rubr. p. ij. Coc. adde ol. myrt. ℞. j. accis ℞. β. M. F. iniectio. Clysteres etiam in album inieci ex decocto earundem plantarum & oleis refrigerantibus ob vicinitatem vtero prodesse possunt. Vt in clysteris minima tum sit quantitas, vt diutius teneatur, & ne comprimendo vterum dolores eius auget. Vt ℞. rad. alib. ℞. j. malua, violar. lactuca an. M. j. solani M. β. flor. violar. rosar. an. P. j. prunor. num. x. sem. lini ℞. β. Coq. in aq. bord. f. Col. ℞. ℞. vj. ol. rosar. ℞. iij. F. clyster. Si dolor vrgeat, Vitelli oui, pinguedo gallinæ, anseris, coccus, papauer, lac muliebre, mucilago sem. fœnigræci, lini, malux addi possunt. ℞. althæa, malua, violar. an. M. j. flor. rosar. meliloti, chamam. an. p. j. Coq. proforu. Plantæ vero contritæ per setaceum traiciantur atque adatur farina bord. sem. lini, fœnigr. an. q. s. camphora ℞. β. Cataplasma. Vtile est etiam Cataplasma è mica panis albi in lacte cocti.

In progressu morbi discutientia adiantur, flor. chamamel. meliloti, semen fœnigraci, artemisia, pulgiam, saluia, oleum anethinum, chamamel. lilior. alborum, irinum, butyrum, adyppes, quæ tamen omnes sint recentes: Veteres enim inflammationes exasperant. Vt ℞. pulu. rad. althæa, ℞. j. flor. chamamel. meliloti an. ℞. ij. artemisia ℞. β. farina bord. fab. an. ℞. j. Coq. purum in vino austero. Adde pingued. porcina, ol. chamamel. lilior. albor. an. ℞. j. F. Cataplasma. Et si animaduertatur, discutitione inflammationem tolli posse, id quod ex remissione doloris & grauitatis, ac pulsationis, quæ antea in inflammatione aderat, cognoscitur, in discutientibus & laxantibus persistendum, eaque augenda. Et tunc tutius infessibus vti licet.

Si inflammatio in pus abeat, maturatio adiuuanda. Cataplasmatibus ventri lumbisque appositis, ex farina sem. lini, fœnigraci, rad. althæa, caricis, farina tritici, Vnguento, dialib. Emplastro diachylo, f. Vt ℞. pulu. rad. althæa, flor. chamamel. meliloti, farina sem. lini, fœnigraci an. ℞. j. caricar. ping. num. viij Coq. Adde vitell. ouor. iv. croci ℞. β. F. Cataplasma. Sinus etiam pudendi spongia decocto tali imbuta foueatur.

Vbi pus confectum fuerit, danda opera, vt rumpatur abscessus motu corporis, tussi, sternutatione, cucurbitulis admotis, iniectionibus detergentibus & attenuantibus, vel pessis, qui rumpendi vim habent. Vt ℞. adip. anser. ℞. β. terebinth. ℞. ij. pulu. ruta, nitri, radic. irid. an. ℞. β. Misce, & cum lana F. pessus. Vel ℞. caricar. ping. ℞. j. folior. ruta M. β. Coq. ad mollitiem. Adde mellis, fermenti acris an. ℞. β. stercor. columb. pulu. rad. ireos an. ℞. ij. nitri ℞. β. adipis anserini ℞. ij. M. F. pessus. Cataplasmatibus stercus columbinum addi potest.

Abscessu rupto, quod ex eo cognoscitur, quia dolor minuitur, & tumor subsidet, videndum primò, in quam partem rumpatur abscessus. Nonnunquam enim in ipsum vterum rumpitur, (quod commodissimum est) & tum vlcus detergendum & consolidandum medicamentis supra, sect. 1. cap. 8. de vlc. vteri propositis. Si vero inter intestina & peritonæum rumpetur abscessus, id quod tumor circa illas partes hærens indicat, Aëcius, ierab. 4. ferm. 4. cap. 87. cutem è loci, postquam satis fuerit attenuata, specillo in summo apice discandam scribit,

Clyster aluc. aluc. vtero sunt.

Dolor mitiga

Discutientia.

Supp. da.

Abscessu aperti

Puris euacuat

qua parte effluxum commodiorem fore speramus. Aut si sanguinis eruptio metuatur, pro specillo seu scalpello cauterium eminentiori loco adhibendum censet. Post exercitum aut expressam humorem ægra collocetur, vt residuum commodè excerni possit, & lectio aqua mulla eluatur, & reliqua curatio vt in aliis viceribus peragatur. Si verò ex vicinia cum intestino recto per ipsum pus excernatur, clysteribus ex aqua mulla vtendum, vel hordei aut plantag. cum saccharo. Si ad vesicam rumpatur abscessus, & cum vana pus excernatur, emulsionem sem. 4. frig. maior. exhibendæ, aut serum lactis cum fr. violarum.

Dietæ.

Ær sit temperatus, ne vel eius caliditate fluxus & feruor humorum augeatur, vel frigiditate transpiratio prohibeatur. Lecti, in quibus ægra cubet, non sint calori augendo apti, quin potius, si magnus calor, sit refrigerantia pro tempore anni subletem pallant. Victus in principio Inflammationis sit tenuis; ita tamen, vt viriam, ætatis, consuetudinis habeatur ratio. Commodus cibus est pisanæ hordeacea, & panatellæ ac iuscula puilorum, acetosa, endiua, lactuca, succo granatorum condita. Potus sit cereuisia, vel decoctum hordei, non tamen valde frigidum, sed tepidum nonnihil. A vino verò planè abstinendum ad declinationem vsque. Motus animi & corporis nimius vitetur. Aluus laxa seruetur, & nisi spontè officium faciat, clysteribus molli-bus sollicitanda.

C A P V T X I V.

De Vteri Scirrho & Cancro.

POST vteri inflammationes sæpe materia terrestris & crassa relinquitur, è qua datus tumor generatur, qui scirrhus appellatur. Interdum tamen etiam sine inflammatione idem accidit. Fit autem & alterius affectus mentio ab Aëno, *1. corab. 4. serm. 4. cap. 84.* & P. Ægineta, *lib. 3. cap. 68* quem *scirrhos* ita dantem appellant, tumorem scilicet in ceruice vteri, minus tamen renitentem, & cum moderato dolore. Non tamen incommodè etiam *scirrhos* appellari posset durities vteri quæ sine tumore est, de qua supra, *sect. 2. cap. 4. de vteri sicca intemperie* egimus, siue ea sit in ceruice vteri, siue in ipsa vteri substantia: Scirrhus verò, cum durities eam tumore coniuncta est. Est autem scirrhus alius legitimus, qui neque sensum, neque dolorem habet; spinus verò, qui dolorem, vel sensum saltem aliquem coniunctum habet. Et quidem interdum scirrhus vteri satis magnus est, refertque Paræus, *libro 23. cap. 36* in mulierum quorundam cadaueribus dilectis visum esse vterum scirrhoso tumore caput humanum æquante obfessum, ita vt Medici in vivente conclusam latere molam persuasum haberent. Interdum autem totum vteri corpus in scirrhum degenerat, interdum saltem pars eius aliqua.

Causæ.

Causa proxima scirrhosi est humor crassus, terrestris & feculentus, quæ alis præcipuè est melancholia naturalis. Interdum enim nulla præcedente inflammatione generatur scirrhus in vtero, si humor crassus & terrestris colligatur, qualis est melancholia naturalis: quæ de causâ in scirrhum vteri incidunt scemina, quæ melancholico sanguine abundat, quales sunt fuscæ & nigricantes, aut rubore saturato perfusæ, & quæ minus rectè à menstruo purgantur, & alimentis crassis & difficilis coctionis vsæ

factunt, aut malacia, pica vel bulimo laborauerunt & iam ad ætatem inclinantem, annumque quinquagesimam accesserunt. Tum enim is per vniuersi vteri venas diffunditur, ibique hærens induratur. Humores tamen etiam pituitosi, visceri, crassi scirrhum vteri generant, si nimirum scemina diu frigidis & crassis cibis vsæ fuerint: quod facilius accidit, si melancholia admisceatur. Quandoque etiam vterus scirrhum contrahit, dum sanguine crasso abundat, ac scemina se imprudenter frigori exponunt, aut frigido potu vtuntur. Interdum verò & alij humores inducunt scirrhum, inflammationemque sequitur scirrhus, cum vel refrigerantia & adstringentia intempestiuè & nimium vsurpantur quorum vsu sanguis, præcipuè si sit crassior, aut humorem melancholicum admixtum habeat, parti impingitur, & induratur, vel caleficientia & discutientia medicamenta intempestiuè adhibentur, quibus quod est tenuis in inflammatione discutitur, crassam verò & terrestris relinquitur & induratur. Maximè tamen legitimus scirrhum generat humor melancholicus naturalis. Qui verò à mixtis causis oritur, & vbi vel pituita vel sanguis, vel bilis seu flaua seu atra melancholice admisceatur, nothus scirrhus est. Quæ autem causæ remotiores sint, quæ istos humores generant, nimirum epatis & lienis vitia, æris siccitas nimia, cibus crassus & coctu difficilis, vt modò dictum, maiores ac metus & similes, alibi explicatæ sunt.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur scirrhus vteri ex tumore duro, tætuque renitente citra dolorem. Menses subsistunt initio & parcius fluunt. Temporis tamen progressu, cum vterus consuecat sanguinis copiam suscipere & continere non potest, magnus sanguinis fluxus per interualla accidit. Si etiam præcellerit inflammatio, eaque præterierit & nihilominus pars leuior reddita non est, sed grauior potius euadit, tum ponderis & duritiei sensu, certum scirrhii id signum est. Accedit corporis grauitas, atque ægra ac motum tarda & segnis est. Qualis autem humor sit, qui scirrho materiam præbet, ex colore corporis, præcedente victus ratione, morbis præcedentibus & aliis signis humorum in corpore abundantium alibi explicatis cognoscitur. Quæ vero in parte vteri scirrhus sit, cognoscitur ex eo, quod si in ipsa vteri substantia est scirrhus, in coram & deorsum vterus decumbit, ibique dolorem excitat. In ceruice verò esse digitu contactu explorari potest, & in venere scemina offenditur, & vesica à tumore comprimitur, si in superiore ceruicis vteri parte sit, vel intestinum rectum, si in parte inferiore. Cum vero mola vteri affinia cum scirrho signa habeat, quæ ratione discernenda sint, videndum. In mola nimirum mentes, si fluunt, inordinatè fluunt: in scirrho autem vel supprimuntur, vel si fluunt, ordinem seruant. In mola etiam mammae lacteturgent: in scirrho vero extenuantur.

Prognostica.

1. Morbus curatu difficillimus est. Quæ enim longo tempore, & summè exiccata sunt, ea vix vnquam iterum humectari & emolliiri possunt. Præterea calor natius in partibus scirrho laborantibus penè exhaustus & absumptus est, Et cum non nisi emollientibus & resoluentibus scirrhii emolliiri possint, metus est, ne eorum vsu humor putredinem concipiatur, & in atram bilem mutetur, æque inde cancer excitetur.

2. Cum menstrua serè in hoc affectu detineantur, tandem hydrops vteri vel abdominis sequitur.

3. Circa collum tamen vteri scirrhus scemina curatur, quàm si in ipsa vteri substantia consistat.

Scirrhus legitimus. Notus.

Signa.

Prognostica.

Ca.

vi scirrh.

Ca. z.

Indicationes & Curatio.

Indicatio- nes & Cu- ratio. Materia, continens tumoris causa euacuanda est: materia verò quæ antecedentis causæ loco est, tumoremque augere potest, itidem tollenda, & euacuanda. Posterius quomodo præstandum sit, supra de *Intemp. vteri cum materia* dictum. Nimirum si sanguis simul peccat, is cum ex vena in cubito, rum in crure & pe de aperta euacuandus. Humor verò cum frigidus & sicus sit, humectantibus & calefacientibus præparandus, borragine, buglosso, fumaria, cichorio, epithymo, polypodio. Hinc purgandus foliis senæ, elleboro nigro & similibus. Ipsum tumorem quod attinet, is humectantia & emollientia, quæ tenuioris sint substantiæ, & moderatè calefaciant ac discutiant, indicat. Sola enim humectantia & emollientia faciliè putredinem inducere possunt; calefacientia verò & discutientia sola adhibita vel parros tenuiores saltem discutunt, crassaque relinquunt, & ita humorem magis indurant, vel vt humor in atram bilem degeneret, faciunt. Ideoque nec emollientia, nec discutientia sola vsurpanda, sed istis medicamentis vel mixtis vel alternatim adhibitis vtendum. *Vt ℞. rad. albh. lilior. alb. an. ʒ. ii. malua, violar. albh. branca vrsina an. M. i. artemisia, calaminthe, flor. chamem. an. M. ʒ. sem. lini, fœnigraci an. ʒ. ʒ. Coq. in aq. pro fomento. Aut infellus fiat, simplicibus istis maiore quantitate coctis. Vbi decoctum factum est, plantæ ad mollietem coctæ per serra ceum traiciantur, addaturque farina sem. lini, fœnigr. an. ʒ. i. ficuum num. vi. pulu. rad. iri. ʒ. ii. croci ʒ. ʒ. ping. gallin. ol. amygd. dulc. an. q. s. F. Caraplasma. Vel imponatur Emplastrum Diachylum. Ireatum. Vel ℞. rad. lilior. alb. althea, cucum. agrest. bryon. an. ʒ. j. cappar. ʒ. ii. fol. branca vrsina, malua, artemis. calaminth. an. M. i. flor. chamem. cheiri an. M. ʒ. sem. lini. fœnigr. an. ʒ. j. ficuum num. x. Coq. pro fomento. Pro infellu verò induplo sumantur, ægraque bis de die ad umbilicum in balneo insidear. Vel ℞. bdellij, ammoniaci, galbani an. q. v. Terantur in mortario cum oleo de been, & lilior. alb. Postea adde, mucilag. sem. fœnigr. lini, ficuum an. q. s. F. Linim: vel addita cera Emplastrum Vel ℞. ol. de cappar. lilior. alb. amygd. dulc. sesamini an. ʒ. j. butyri rec. pingued. gallin. anseris an. ʒ. ʒ. mucilag. sem. althea, fœnigraci, vnguenti dialth. an. ʒ. vi. ammoniaci vino dissol. ʒ. j. ictræ q. s. F. Vnguentum. Possunt ex antea descripto decocto etiam iniectiones in vterum fieri. Vel ℞. bdellij vino dissol. ol. amygd. dulc. lilior. alb. chamemel. an. ʒ. ii. medull. cruris vituli, adip. gallin. an. ʒ. j. vitellum oui. M. Per intertrenchitam in vterum iniiciatur. Si tamen scirrhus minus legitimus sit, medicamenta calefacientia & digerentia tutius adhibere licet, & ammoniacum, pinguedinisque calidiores vsurpare. Contra si scirrhus ex immoderato vtu medicamentorum calefacientium & discutientium contractus sit, medicamenta humectantia, emollientia, & modicè calefacientia tutius vsurpantur, vt malua, althea, radic. lilior. arbor. ol. dulce, amygd. dulcium. In declinatione, & vbi scirrhus bene emollitus fuerit, discutientia augenda, & artemisia calamintha, origanum, matricaria maiore quantitate vsurpanda. Imprimis hic vtilis est radix bryoniae. Non solum tamen topicis vtendum, sed etiam internis, iis ferè, quæ ad induratos lienes vsurpari solent, atque imprimis hic chalybis vsus vtilis est, de quo supra de obstructione vteri & scirrho lienis dictum.*

Dieta.

Dieta. Dieta vtendum est tali, quæ generationi humoris melancholici & atræ bilis resistat. Ideoque abstinendum à cibis frigidis & siccis, crassi & viscidis succi,

A item calidis exsiccandi vim habentibus, vt pane atro, carne suilla, bubula, caprina, anserina, anatum, piscibus grandioribus & viscidis, leguminibus, oleis præter borraginem, buglossum, inaluam. Vtusratio potius ad humidum & moderatè calidum declinet, cibique sint boni succi

Cancer Vteri.

Cancer equidem etiam ipsam vteri substantiam Vteri, corripere potest: quia tamen frequentius ceruicem vteri occupat, neque alia est curandiratio, si fundum vteri occupat, quam si est in ceruice eius quæ de cancro, ipse vteri dici possunt, supra, s. i. cap. 11. sunt proposita. Admirandum, quod Schenckius, lib. 4. obs. ex relatione Petri Quentzii refert, in dissectione cuiusdam mulieris 37. annor. vterum, totum lapideum inuentum esse, ponderis 7. librarum, epar vnico lobo, tunica cartilaginosa, lienem sphericum, vesicam lapideam, peritonzum adeo durum, vt cultro vix diuidi potuerit.

C A P V T X V.

De Vteri Situ M utate.

Et primò. ʒ

De Ascensu Vteri.

C Accidit quandoque etiam, vt vterus locum & Ascensu Vteri, asirum naturalem mutet. Idque vulgò quatuor modis fieri docetur. Vel enim sursum ascendit, & Medicis Ascensus vteri appellatur, qui an reuera fiat, mox dicitur; vel ad latera, & vteri inclinatio nominatur; vel deorsum, & quidem si intra abdominis cauitatem adhuc contineatur, descensus vteri appellatur; si verò extra abdomen è vulua prolabatur & promineat, prolapsus & procidencia vteri dicitur. Verum quia Procidencia vteri notus affectus est, Ascensus verò obscurus, ac de quo non sine causa dubitatur, an reuera detur, seorsim de huius affectibus agemus, & primò dispiciemus.

An Vterus in faminis reuera aliquando ascenda?

Anve in faminis reuera: an- da?

D Non solum faminae pleræque, sed & Medici quidam in ea sunt opinione, vterum è suo loco versus superiora & vsque ad ventriculum posse ascendere. Et quidem iam olim huic sententiæ fauisse videtur Hippocrates, qui, *ὁ ἀνδρῶν ὄστρος, & ὁ ἀνδρῶν ὄστρος* ita scribit: *εὐφραίνεται αἱ μήτραι ἐπιβάλλον τῆ ὕψους, ἃ ἔσται ἰσχυρότεραι ἐπιβάλλον: ἵνα ἰσχυρῶν ἔρχονται ἀνω πρὸς τὴν ἰσχυρότητα, & πρὸς τὴν πάλαι ποτὶς ἐνεργήσαντα μάλλον τῶν κενῶν. Τὸ δὲ ἴσχυρῶν ἔρχονται ἐπὶ, id est, conuersi vteri impetunt hepar, & ad præcordia irruunt: sursum enim ad humiditatem feruntur, à labore nimis reficcantur. Hepar autem gratiosus humoris fons est.* Et propter hunc motum Plato vterum appellasse videtur *ζῶον ἰσχυρῶν*, animal concupiscentiæ particeps, & Aretæus *ἐκείνη τὴν ζῶον ἐν ζῶῳ*, velut animal quoddam in animali. Inter recentiores verò Fernelius de hac vteri ἀναρρίσσει ita scribit, lib. 6. pathol. cap. 16. Galeni motus autoritate nonnunquam putauit vterum nihil aut perexiguum è sua sede dimoueri: ac ægrotarum mulierum modò querimonia, modo præcibus adductus hunc sæpe tactu deprehendi instar globi cuiusdam in ventriculum efferri, eumque grauitate opprimere. Hinc & sæpe manu depressus est, manifesteque in propriam sedem propulsus: quò ascensu non, quæ strangulatu, symptomate sunt, excitari, sed duntaxat premi mulierem quodam præcordiorum dolore, spirandi difficultate, aut animi defectione, at sine metu sine delirio, aut alio symptomata grauiore. Ferneliū sequū-

E

tur alii Medici, atque inter eos Eustachius Rhudius, qui, *lib. 2. Pract. cap. 51.* scribit: Vterus à propteritate & ingentia vi ad motum compellitur, quocumque ad ea vel ob id, quod amicum, familiare & iucundum est, amplexandum, aut consequendum, aut ob id, quod molestat, & infensum & inimicum est fugiendum, stimulat. Hoc autem quamvis Galenus non admittat, experientia tamen ipsa assiduo id comprobat, & nos obstetricibus & mulieribus parum credentes, uterum ipsum usque ad umbilicum, & nonnunquam supra ipsum eleuatum propriis manibus contrectauimus, & ut tunc Hippocrates, tum alii fecere, in propriam sedem paulatim propellendo deduximus. Insuper vel optimis & iucundis, vel prauis & foetidis odoribus sub naribus, vel subtus muliebrem sinum admotis, tum sursum, tum deorsum uterum assiduo moueri conspiciamus, & id ex respiratione ipsa vel oblata, vel libera eadem manifestè deprehendimus. Idem quoque in dulcioribus quibusdam cibis per os exhibitis contingere interdum cernimus. Ut enim uterus tum odores, tum cibos sibi familiares, atque iucundos complectatur, sursum repit, propter maximam eius conuentiam. *Et postea*, ut causam huius motus reddat, prælixè de virtutibus & motu vteri discutit. Admiratione digna est, *inquit*, facultas vteri retentrix, quæ foetum adeo vastum, ponderèque, & assiduo calcitratu molestum, tempore adeo longo, & quasi cognitione aliqua prædita sit, donec ad perfectam maturitatem deductus sit, retineat: Cum tamen ad eo nec alimentum, nec emolumentum aliquod capiat, sed potius è conuerso proprio nutrimento ab ipso continuo atrahente priuetur. Hoc enim aliud est, quàm paucam atteritum comminutumque cibum suauem atque iucundum pro sui ipsius nutritione quinque aut septem horum spatio detinere. Urina, faecesque, nisi sphincter præsto esset quamprimum, nulloque temporis momento intercedente à vesica rectoque intestino expellerentur. Vterus tamen, citra alicuius musculi adiumentum, tum foetum tum urinam longiori tempore sustinere deprehenditur: & quod magis est, ex propriis vasibus, & conceptaculis tunicatum hæc omnia obuoluentium & conseruantium materiam præbet. Sed quid de vteri alteratrice facultate dicemus? quæ non alimentum concoquit, vel fundit, aut segregat ab excrementis, ut tandem in propriam substantiam immuet: sed veluti emortuum semen & omnibus facultatibus consopitum viuificat, excitat, & ad perfectum actum illud vna cum omnibus ipsius facultatibus plenius deducit, ut ex ipso non alimentum proprium, aut aliud adiumentum, sed quoddam ab eo; & penes materiam, & penes formam omnino alienam & separatum generetur. Quod si nes hæc facultates in eo tam eminentes, sublimesque cernuntur, quis vnquam diceret vim illam, quæ non circa præsens, ut reliquæ, sed circa absens versatur obiectum, & quæ, quod consentaneum, & familiare est, insequitur, attrahit, & auidius complectitur, reliquis quoad vim proportionem non respondere? Nonne potius statuendum est, ipsam penes insitam virtutem reliquas omnes superare debere? nobis quidem sic videtur, cum illas & ordine & tempore præcedat, & in causa sit, ut ex omnes ad opus proprium excitentur, & traducantur. Quis itaque post hæc Diuinum non admirabitur Platonem? qui ad hanc potissimum attrahendi vteri validissimam vim respiciens, dicebat, quod vulua quoque matrixque in foeminis eadem ratione animal auidum generandi, quando procul à foetu per ætatis florem, aut ultra diutius detinetur, ægrè fert moram, ac pluri-

mom indignatur, passimque per corpus oberrans, & cetera. Quid enim per foetum, nisi semen ipsum virile Diuinus Vir intellexit, cuius gratia uterus creatus est? Cum igitur hanc attrahendi vim adeo exquisitam uterus consecutus sit, mirum non est, si, dum à re quapiam intrinseca, vel extrinseca, quæ vel amica vel inimica sit, irritatur, lacessitur & quasi succensens (ut ait Plato) de proprio loco decedat, & alias aliam in partem oberret, ut iucundum & blandum consequatur, & infensum & inimicum deuteret. Vnde in hoc Galenus non parum demirandus est, quod Platonis sententiam redarguerit. Is enim non dixit, uterum animal absolutum esse (quis enim esset tam fatuus?) neque usque ad cor, aut supra diaphragma perducit. Quamuis enim sursum ut plurimum à propria facultate compellatur, ut paulo post declarabimus, non tamen supra magis tendit, & mouetur, quàm à proptiis ligamentis, & ceruice sibi permittatur, quæ ligamenta ob id longa fuere creata, ut in exactam magnitudinem & paruitatem tum dilatari, tum constringi possent. Mouetur autem uterus, dum à propria virtute compellitur, potissimum sursum, & versus ipsum cor; quia maximam ad illud naturalem inclinationem habet, & id non abs re, cum ab ipso corde spiritus ipsos, & innatum calorem, omnes suas facultates viuificantem, suscipiat, & insuper, cum ad semen attrahendum & retinendum præsertim ordinatus sit uterus, seminis autem forma & omnis facultas in spiritibus consistat, mirum non est, si dum præsertim spirituum aut alimenti penuria laborat, aut aliqua præternaturali dispositione, versus cor, tanquam spirituum, & caloris & vite radicem, & versus iecur, & ventriculum, ut ait Hippocrates, quæ sunt alimenti veluti promptuarie, moueatur. *Hæc Rhudius.* Quibus positis causam facile inueniri posse putat, cur optimis odoribus naribus admotis statim uterus in quibusdam sursum feratur. Non enim id ideo accidere statuit, quia odores caput petant, & cerebrum feriant, cerebro autem ab odoribus affecto afficiatur uterus propter maximam conuentiam inter uterum & cerebrum, sed potius, quia corde optimis odoribus referto uterus illico sursum versus cor feratur.

Galenus verò, *6. de loc. aff. cap. 5.* pluribus hanc sententiam oppugnat, docetque, etiam uterus aliquomodo moueri possit, atque ascendere, id tamen exiguum esse, neque sufficere rationes contrarias ad hoc ut totum ipsius spatium ne ad ventriculum quidem ascendisse ostendant, tantum abest, ut hunc prætereundo ad septum transversum pertingere possit.

Neque contrarium Anatomie peritus facile asseruerit. Uterus enim validis ligamentis quatuor ita in sua sede sistitur, ut sursum tanto spatio moueri nullo modo possit. Et longè alia ratio est procidentie vteri, quàm hinc obicit Herkul. Saxonia & alij. Equidem notum est, cum procidit uterus ligamenta satis extendi, sed tunc prius ea hamectantur; cum verò ligamenta humectata & laxata uterum continere firmiter non possint, is pondere suo spontè delabitur, & ligamenta secum extendit. Nulla verò causa dari potest, cur si ligamenta laxentur, uterus sursum ferri debeat, & quidem tam subito, & subito rursum ad suum locum redire ac in eo quiescere. Procidentia enim vteri sensim fit, & semel is prolapsus non in momento loco suo restituitur. Et quamuis in conceptione dilatatur: tamen id sensim fit & æqualiter, non verò subito & ad vnum lateras. Neque etiam in conceptione ligamenta admodum laxantur, cum vteri fundum ab omni connexionis liberum sit, in lateribus verò saltem ligamentis connectatur. Ut verò non ita extensus,

plerumque enim pugni magnitudine saltem quid in ventre volui percipitur, subito hinc inde moueatur fieri non potest. Neque si humectatione vterus indigeat, loco moueri, & ad epar ac cor sanguinis fontem ferri necesse habet. Venas enim & arterias satis copiosas habet, quibus sanguinem attrahere potest.

Et omnino Galeni sententiæ assentiendum ob rationes modò allatas. Et si enim vtero motus quidam denegandus non sit, ilque naturalis, qui fit per fibras eius, quo & semen attrahit, & foetum iam maturum excludit: tamen motus localis talis, quo vsque ad diaphragma subito feratur, nullo modo ei competere potest; cum ligamenti in sua sede firmiter, ita vt supra os sacrum vix eleuari possit, continetur. Et cum vterus etiam recto intestino & pudendis annexus sit & cohareat, si vteri corpus reuera versus superiora subito moueretur, fieri non posset, quin partes istæ valde tenderentur; ac conuellerentur, atque extensione ista dolor in illis partibus excitaretur, qui tamen in eiusmodi foeminis non animaduertitur. Equidem inter Recentiores istam de vteri motu sententiam alio modo defendere conatur Adr. Spigelius, *de humani corporis fabr. lib. 8. cap. 19.* dum scribit, non solum vteri fundum, sed vterum cum testibus & vasis locum mutare, & non tantum extra pudendum procidere, sed & ascendere, & diaphragma ac epar comprimendo suffocationis periculum inducere. Et quamuis dubitatum sit à multis de hac re nostro seculo, quibus res visa fuit risu potius, quam fide digna: eos tamen potius ridendos censet, qui id negant, vt qui neque in Anatomicis quicquam, neque in rerum Natura experientia habeant. Reuera enim se multiplicem loci mutationem non tantum in iis, quæ vterum non gerunt, sed & in ipsis grauidis sæpenu-mero animaduertisse. Et propterea putat, non frustra doctissimum Hippocratem, *in lib. de mulier. morb.* tam crebram huius morbi fecisse mentionem, tamque sollicitè omnia ipsius symptomata assignasse. Modum verò & causam ascensus vteri quod attinet, statuit, vterum per se non moueri, sed ab aliis trahi vel pelli, & quidem in hoc affectu inflari vterum, & ligamenta ipsius à copiosis flatibus, vnde eum sursum trahi, & à flatibus repletum ob leuitatem ascendere, se inter intestina insinuare, & ventriculum ac diaphragma petere.

Verum enimvero & hac in re Spigelio viri Naturæ & Anatomix non ignari assentiri non possum. Etenim vterum aliquando inflari, extra dubium quidem est, & egimus de eo affectu *supra*: verum quod in vteri inflatione vterus sursum feratur, non obseruatum; sicut nec illud animaduersum, quod morbus hic flatibus ex orificio vteri erumpentibus soluitur, id quod in inflatione vteri accidit. Atque si vterus ipse ascenderet, ligamenta eius vel laxari vel rumpi necesse esset; quod in hoc affectu fieri nondum probatum. Etenim si hoc fieret, vterus pondere suo delaberetur, & vteri proci-dentia fieret. Et si enim obicere Spigelius posset, id ideo fieri, quia vterus flatibus repletus ob leuitatem sursum ascendat: tamen quia paroxysmus ille hystericus sæpe breui tempore soluitur, post eam & discussis flatibus id fieri deberet, cum ligamenta seu humiditate laxata & elongata, seu rupta tam citò ad pristinam naturam redire non possint.

Quia tamen negari non potest, foeminas interdum corpus & globum quasi circa vmbilici regionem oberrantem sentire, idque & obstetrices & Medicos manu admota deprehendere, quidnam illud sit, inquirendum. Albertus Borionus, *de morb. mulier. cap. 39.* statuit, malignum corruptumque vaporem à

A cohibito semine aut menstruo ortum, substantiæ sue tenuitate ac preinde mobilitate instar cuiusdam animalis per corpus moueri, & errare, & varias corporis partes afficere. Verum hoc quidem certum est, vapores prauos ex vtero ascendentes corporis partes superiores varias afficere: nondum verò hoc modo explicatur, per quas vias illi moueantur, & qua parte concludantur, vt globi quasi cuiusdam per abdomen circumuoluti speciem præ se ferant, Præterea vteri iste ascensus, qui ita appellatur, non idem cum suffocatione vteri malum est. In hoc enim vteri ascensu dicto non ea quæ in suffocatione vteri apparent, symptomata, neque metus, neque sopor grauis, neque delirium, aut alia eiusmodi grauiora symptomata adsunt, sed saltem foemina quodam præcordiorum dolore, spirandi difficultate, aut animi quodam deliquio premitur. Ideoque etsi à prauis vaporibus quocumque modo ad superiora ascendentibus suffocatio vteri fieri possit: non tamen vteri ascensus, in quo globus quasi quidam tactu in abdomine deprehendi potest, quod non fit in suffocatione vterina. Lud. Mercatus, *lib. 2. de mulier. affect. cap. 12.* docet, non vterum illuc recurrere, quò putatur, derelicta propria sede, sed in seipsum conuerti, & partem, quam simulat adire, in consensum trahere, aut versus illam partem flatu aut humore repleri, eamque summo opere lædere. Verum vterum in seipsum conuelli, & partem aliquam versus se trahere, credibile non est, & ipso tactu deprehendi potest, potius aliquid ascendere, quam descendere. Deinde quomodo versus illam partem, quæ in consensum trahitur, vterus flatu impleri possit, ita quidem, vt circa vmbilicam etiam percipiatur, non explicatur.

Verò magis consentaneum est, id corpus, quod tactu deprehenditur, non ipsum vterum esse, sed testes & vas illud cœcum, quod à Fallopio inuente, qui tubæ extremo orificio id comparauit, Tuba Fallopiana dicitur. Cum enim testes vteri sint penduli, & corpus Tubæ fistulosum, laxum & vagum, dum semine corrupto & vaporibus ac flatibus replentur & turgescunt, per hypogastrium hinc inde moueri, & ad vmbilicam vsque ascendere possunt. Possè autem testes & Tubam vteri tamorem ralem rotundum, qualis interdum in foeminis deprehenditur, efficere: obseruatio Viri Cl. Ioh. Rioliani docet, qui *Anthrop. graph. lib. 2. cap. 34.* scribit se in hysterice virginibus deprehendisse testes pugno grandiores seroso semine turgentes, quin etiam Tubam vteri amplificatam & valde dilatatam.

Causa.

E quibus facile patet, huius affectus causam esse posse, quæcunque ad seminis corrupti in testibus foeminiis cumulationem facere & vaporibus ac flatibus prauis vasa illa replere possunt, de quibus *part. 2. s. 3. c. 4. de suffocat. Vterina* dicitur. Eadem enim ferè causa est huius mali & suffocationis vterinæ; hæc saltem differentia, quod in suffocatione vterina vapores illi prauis per venas, arterias & nervos liberè feruntur, & propterea etiam partes principes grauius afficiunt; in ascensu verò vteri dicto testibus foemineis & Tuba vteri concluduntur maximam partem, vnde etiam tam graui symptomata, vt in suffocatione vteri, non inferunt.

Signa Diagnostica.

Ab ipsis foeminis, vt & aliis, quibus abdomen contrectandum exhibetur, quoddam corpus q. globosum hinc inde moueri & volui percipitur. Mulier quendam præcordiorum dolorem, & angustiam & spirandi difficultatem percipit, sine metu tamen, vt dictum,

Causa

Adscensus vteri suffocati terina quomodo fit a pt.

Signa

vt dicta, sine sopore, sine delirio & aliis grauioribus symptomatis. Præcesseruntque causæ quæ vterum afficere, humoresque in eo mouere poterunt, vt odores suaves naibus admoti, dulcia assumpta. Causæ vero, quæ ab aliis autoribus recensentur, non vteri Adscensus dicti, sed vteri ad latera declinationis vel descensus aut procidentia causæ sunt, quæ *cap. sequenti* proponuntur.

Prognostica.

1. Malum equidem hoc minus periculosum est, & minus graua, quàm suffocatio vterina, habet symptomata.

2. Ipsum tamen etiam non contemnendum est. Potest enim in vteri suffocationem degenerare, si vapores illi prauam viam querant, & per vasa ad membra principalia ferantur.

Curatio.

Vt malum hoc tollatur, necessarium est, vt semen corruptum & vapores prauis, qui inde exhalant, euacuentur, & dissipentur. Quod qua ratione fieri possit, infra, *part. 2. sect. 3. cap. 4. de suffocacione vteri*, dicitur.

CAPVT XVI.

De Vteri procidentia.

Procidentia vero seu prolapsus vteri; Barbaris etiam præcipitatio vteri dicta est, vbi vterus deorsum tendit, & interdum etiam extra abdomen propendet. Qui quidem prolapsus nunc maior est, ita vt ad dimidium coxarum & genua fere descendat; nunc minor, vt parum extra pudenda promineat. Si vero quidem versus inguina descendat vterus, non tamen extra abdomen prolabatur, descensus vteri dicitur. Si vero in alterum latus voluatur, inclinatio vteri appellatur, vt *c. præced. dictum.*

Causa.

Mutat autem præter naturam situm vterus, dum ligamenta illa quibus continetur, non recte sese habent. Vterus equidem ipse seu fundum vteri à parte superiore, anteriore & posteriore nulli parti alligatur, sed ab omni connexu liberam est, vt commode in omnem partem in conceptu dilatari & extendi possit. At in lateribus ligamenta habet quatuor, duo superiora, lata ac membranosa, à peritonæo enata, quibus ossibus iliacis lateribus alligatus; duo inferiora, quæ processus sunt neruici, teretes & caui, ortumque habent à lateribus fundi vteri prope vasa deferentia, quæ contingunt ad inguinæque descendunt per productiones peritonæi, ac supra pubis in latam ac neruicam exilitatem degenerant; reliqua pars vsque ad genu postea in internæ femoris membranam excurrit. Magnis vasibus etiam per venas & arterias, præsertim spermaticas, spinali medulla per neruos alligatur. Ceruix autem vteri cum vicinis partibus vndique connectitur, ante vesicæ vinarie & ossibus pubis beneficio membranarum à peritonæo procedentium, posterius recto intestino, cui toto ductu incumbit, & circumcirca fibris quibusdam vicinis partibus alligatur. Sicum ergo mutat vterus, dum vel in aliam partem trahitur, vel dum laxatis & solutis ligamentis, quibus continetur, proprio pondere delabitur. Trahitur ad latera, & id fit hoc modo, vt Galenus, *6. de loc. affect. cap. 5. & ex eo Aëtius, retrab. 4. serm. 4. c. 77.* his verbis docet: Suppressis mensibus, inquit, necesse est, venas & arterias ad vterum tendentes repleti. Nam sanguis vsque ad vasorum oscula accurrit quidem, verum intra vterum prodire non potest, autem, quod nimia crassitudine osculis im-

Operum Sennerti, Tom. III.

A pingitur, & grumosus fit: aut quod ipsa oscula clausa sunt, & transitum impediunt, ita vt vena humore repleta extendatur, & vicinis vteri appendices hamectent, quorum extensione vterus retrahitur. Si itaque ex vtraque parte æqualis retractio fiat, reclinatio aut reuulsio siue recursus vteri æqualis contingit. Si vero in alteram partem maior retractio fiat, alterum è visceribus his in causa est, splen videlicet aut hepar, quorum vena superfluo sanguine extenta à suis partibus vterum retrahunt; hepaticæ vena è dextris, splenicæ è sinistris, & rour alteræ magis fuerint repleta.

Fieri tamen etiam potest, vt à vasorum & ligamentorum laxitate, sed non nimia, ex vna parte vterus ad sanam inclinetur: ita tamen, vt etiam non nihil deorsum declinet, idque senibus maximè accidit.

B Proprio autem pondere descendit, & vteri procidentia fit, quoties eius cum partibus, quibus coheret, connexus soluitur, idque præcipue fit, cum ceruix vteri, cui fundum quasi basi innititur, à vicinis partibus, quibus fibris quibusdam annectitur, separatur. Et quidem si in vteri fundo vicino loco tantum nexus istius fibrosi solutio fiat, vterus in sinum muliebrem saltem descendit, ibique cum parte aliqua ceruicis inuersa subsistit. Si vero vndique & toto ductu à vicinis partibus ceruix vteri liberetur, tunc vterus cum ceruice inuersa extra corpus prolabitur & dependet, vterusque in fundo non inuersus, vt collum, sed ea forma, quam habet, dum in abdomine adhuc latet, suspensus, & ceruicis vteri cum basi innixus, orificio illius in imo saltem patente hærebit. Vnde autem connexus ista solutio fiat, non ita planum est. Vulgò quidem docetur, ligamenta vteri vel laxiora fieri ex humoris pituitosi affluxu, ideoque in senibus præcipue, eun-que in vtero ob eius debilitatem, ab aëris frigidi post partum, vel fluentibus mensibus in vterum admissione, pedum refrigeratione, sessione super lapide frigido & similibus causis contracta generari, vel à toto corpore aut parte aliqua ad vterum mitti: vel extendi ea ex frequenti & difficili partu, & graui ac onerosa fœtus gestatione; vel sumptu ex casu, vel ponderosi fœtus gestatione, aut ponderis eleuatione, præcipue post partum, aut saltatione, partu laborioso, aut abortu, violenta secundinæ extractione, ex sternutatione post partum, vociferatione. Quas causas externas & euidentes proponit Hippocrates, *lib. 2. de morb. mulier.* Omnis, inquit occasio vteros propellere potest, si quid malè habent. Nam & frigore pedum ac lomborum, & à saltatione & terrore, & lignorum sectione & cursu ad accliuem & decliuem locum & ab aliis causis multis propelluntur.

F. Platerus tamen aliter non nihil hac de re sentit, vteri procidentia causam proximam colli seu ceruicis vteri connexus fibrosi cum partibus vicinis solutionem esse statuit. Separationem hanc autem ceruicis vteri in vicinis partibus plerumque ipsum vterum perficere, si ille per vim deorsum in sinum detrusus adeo impellatur, vt adnatam illic ceruicem simul trahendo, vel impetu quodam subito, vel sensim, si minore vi, sed frequenter illud fiat, à fibris primo vtero proximis auellat, & si vterus procedat, reliquas quoque diuellendo, collumque inuertendo secum deorsum aliquousque, vel etiam extrorsum detrahat. Pelli autem hoc modo deorsum vterum docet in conatibus magnis sæpe iteratis, in deiectionibus difficilioribus, vel exsufflationibus, maximè vero ab eo conatu, quem in partu mulier adhibet, si præsertim is ob difficultatem parienti magna vi peragatur, vterusque cum fœtu in sinum ceruicis nimium detrudatur, vel si secundina ad læ-

R 1

rens adhuc vterò ab obstetrice ita trahatur, vt & vterus cum ea in sinum feratur, ceruixque simul trahatur; vel si saltu, aliaque corporis commotione valida vel sæpe iterata vterus in sinum impellatur. Alia tamen etiam de causa ceruicem vteri à vicinis partibus separari posse docet, nimirum coitu violento vel sæpius repetito, aut propter putredinem & corruptionem illic collum abluentem.

Ab aliis verò causis, quàm hisce violentè agentibus, vteri procidentiam fieri posse negat. Nam quod relaxationem ligamentorum atinet, membranas vterum connectentes ita comparatas esse scribit, adeoque laxas, vt cum vterus procidat, facile eum subsequi possint. Neque ab hac causa vteri procidentiam fieri posse, vel ex eo patere putat, quod hydropicis mulieribus, quibus vterus cum adnatis membranarum in aqua sæpe longo tempore innatat, non tamen procidit. Neque etiam membranarum disruptionem vteri procidentiam causam esse posse existimat, idque vel inde patere putat, quod in maliere quadam, cui has membranas putredine penitus absumptas fuisse, sectio post mortem patefecit, vterus minimè à sua sede recessit.

Verùm enim verò hoc equidem non negamus, non posse vterum procidere, nisi fibræ illæ, quibus collum vteri partibus vicinis connectitur, soluantur, atque id etiam citra grauiorem lationem & hæmorrhagiam accidere posse, si vterus pondere deorsum vergat. Hoc verò in quæstione est, an vterus saltè à causis violentè agentibus ita deorsum trahatur, an verò etiam pondere suo, in partibus vicinis alligeretur, deorsum ruat. Etsi enim parte superiori vteri fundus liber sit, vt distendi pro necessitate possit: tamen ad latera quatuor ligamentis, vt supra dictum, annecti, ex anatomia constat, quæ si laxantur, vel extendantur, vel rumpantur, causa esse possunt, vt vterus descendat. Itaque etsi non nego, proximam causam procidentiam vteri esse connexus illius fibrosi colli vteri cum partibus vicinis solutionem, eamque fieri posse ab vtero deorsum descendente: tamen vt vterus descendat, ligamenta vteri laxata, extensa vel rupta causa esse possunt. Quod verò in hydropicis mulieribus vterus non semper procidit, causa esse potest, quod aqua illa in abdomine collecta falsa est, quæ potius siccandi, quàm humectandi ligamenta vteri vim habet.

Signa Diagnostica.

Signa.

Si solum descensus vteri sit, extra vuluam, vel etiam intra eam, apparet exiguus tumor quasi extensa pellis, & pondus veluti oui maioris circa pendenda percipitur. Si verò vterus prolabatur, apparet tumor oui anseris instar, in cuiusima parte apparet foramen, quod est internum orificium vteri. In principio simul adest insignis dolor partium, quibus annectitur vterus, lumborum nimirum, hypogastrii, pudendi, & circa os facium, propter ligamenta tensa vel rupta. Postquam autem malum aliquandiu durauit, ob assuetudinem dolor mitigatur, & solum ponderis quædam molestia sentitur, & vterus prolapsus in ambulando impedimentum exhibet. Interdum etiam ob rupta vasa sanguis erumpit. Sæpe etiam feces alui & vrina supprimuntur ob compressionem. Accedit interdum febris. vt & conuulsio. An autem à relaxatione vel ruptione vel erosione ligamentorum procidentia vteri sit, sic distinguendum est. Si à laxitate ligamentorum malum est sensim generatur, & cum minore dolore est, ac præcesserunt causæ vteri ligamenta humectantes & laxantes. Si verò à ruptura ligamentorum fiat procidentia vteri, subito generatur, dolor est vehementior, & sanguis interdum erumpit, ac

præcesserunt causæ, quæ violentè ligamenta rumpere potuerunt, & nullum morbi alicuius vterius vteri adest indicium. Si ab vlcere ligamenta sint erosa, vlcere indicia adfunt, & simul puris aliquid effluit.

Prognostica.

1. Affectus hic dum recens est, & descensus potius vteri, quàm eius extra vuluam procidentia, facilius curatur. Prognostica.
2. Si vero malum diutius durauerit, & procidentia sit maior, non nisi longò tempore curatur, & difficulter planè.
3. Curatur autem facilius in iunioribus, quàm adultioribus, quibus vterus, etsi reponatur, leuè causa iterum procidit.
4. Malum ipsum per se rarè lethale est, valdè tamen molestum & turpe, quod fœminis in deambulando impedimento est, ac conceptionem præterea, & menstruorum rectam purgationem impedit.
5. Si tamen dolor, febris, conuulsio, & alia grauius symptomata accedant, fœminæ mortis causæ esse potest, præsertim puerperis.
6. Curatur autem difficilior vteri procidentia, quæ fit à ruptione vel erosione ligamentorum eius, quàm quæ fit à laxatione eorundem. Imorrupta vteri ligamenta iterum consolidare impossibile est, si malum inueteratum sit, cum partes callio iam obduæ consolidari nequeant. Quod etiam de fibroso vteri connexu accipiendum.
7. Interdum vterus ab ambiente aëris alteratione aut violenta repulsionem corrumpitur, & gangræna corripitur: quod si accidat, ob maioris periculi auersionem totus præscindendus est, quod tamen superstitie fœmina fieri potest.

Indicationes & Curatio.

Vterus è sua sede prolapsus in eam reponi postulat. Repositus vero in suo loco ne iterum prolabatur, continendus. Ligamenta ergo si sint laxa & humiditate madentia, exsiccanda & adstringenda; si rupta, agglutinantia & sarcotica vsurpanda, quæ in hernia intestinali adhiberi solent, quod vt commodius fiat, corpus prius euacuandum. Dolor si sit vehemens, mitigandus, & aliis, si quæ adfunt, symptomatibus occurrendum. Si verò vterus gangræna & tandem sphacelo corripatur, abscondendus est. Indicationes & Curatio.

Danda ergo opera, vt vterus in suam sedem vteri quamprimum reponatur, antequam ab externo aëre alteretur, vel compressione partium vicinarum intumescat, & inflammetur, quod fit si clystero præmissis, si flatus vel sterCUS in intestinis adfunt, & vesica etiam euacuata (nam cum vterus medio inter intestina & vesicam loco sedem suam habeat, si partes illæ plene & tensæ sint, vterus facile reponi non potest, partibus illis renitentibus,) agra supina in lecto collocetur, & coxis eleuatis ac poplitibus reflexis, & capite, quantum fieri potest, demisso, ipsa basin tumoris manibus apprehendat, eumque introrsum adigat. Quod si ipsa perficere non possit, Chæirurgus aut obstetrix digitorum in orificium eius immittat, vterumque sensim attollat. Si vero repositioni valde resistat, lana, vt docet Hippocrates, conuoluta tenui linteo circumdata, aut lana gossypina circumponatur baculo, cuius extremitas crassior vuluæ magnitudini respondeat, deinde in locum illum sacco aliquo adstringente perfusum immittatur, & blandè ac citra violentiam tuto vteri moles reponatur. Si tamen vterus intumuerit, ex alteratione ab aëre externo frigido, fouendus decocto maluæ, althææ, seminis lini, fœnigræci, flor. chamæm. baccar. lauri, & inungendus olea

lithor. albor. ac pinguedine gallinæ. Aut si inflammatio adit, ea sistenda, & repositio tamdiu differenda. Scribit etiam Rodericus à Castro, de morb. mul. lib. 2. c. 17. utile esse, vt Medicus vel Chæirurgus cauterium actuale ignitum manu ostendat, ac simul, quali vellet vterum eò tangere. Ita enim vterum retrahi, vt & intestina, si prolapsa sint. Refertque exercitissimum quendam Chæirurgum, in Academia Salamanticensi Professore, curasse quendam, qui vulnus in ventre acceperat, per quod intestina egrediebantur, quæ cum nullo remedio reduci potuissent, nihil aliud presuisse, quam quod candens ferramentum magnum coram patiente manu gestans, vulnere se applicaturum finxit. Eius enim rei terrore subito intestina è vestigio in suum locum reducta fuisset.

Antequam tamen vterus reponatur, non incommo- dum fuerit, ipsum adstringentibus & glutinantibus conspergere, vel fouere & inungere. Ita enim postea repositus in suo loco facilius retinetur, & medicamenta hæc adstringentia & glutinantia faciunt, vt partes diuulsæ facilius coalescant. Foculi sunt è plantis quæ mox enumerabuntur. Pulueres ex hisdem parentur, vt & mastiche, thure & similibus. Vt ℞. thuris, mastiches an. ʒ. ij. sarcocol. lacte rursæ ʒ. j. mumiæ, balaustris, sang. draconis an. ʒ. ʒ. ʒ. Puluis. Vt autem commodius ac facilius repositio fiat, suffitus instituat ex pelle anguillæ tale conditæ, & in femo exsiccata, ac in puluerem redactæ. Ad faciliorem vteri repositionem etiam faciunt cucurbitulæ cum multa flamma illibus, vmbilico aut sub mammis applicatæ: vt & suauolentia nanibus admota.

Postquam vterus fuerit repositus in suum locum, vt in suo loco contineatur, mulier in lecto reclinatur, cruribus extensis, ita vt vnum alteri incumbat, & in eo situ diebus 8. vel 9. maneat. Simul interim cura habeatur, ne alius vel pigrior sit vel laxior. Si enim feces duræ sint, vterus in his egerendis facilius præcipitatur. Lubrica verò alius membranas vterum alligantes laxat. Simul etiam omnes caussæ, quæ prolapsum excitant, tollendæ sunt, & vniuerso corpori, vt & vtero prospiciendum.

Medicamenta autem, quæ vtero reposito retinendo adhibentur, duos generam sunt. Quædam enim & vterum in loco suo retinent, & cum partibus vicinis agglutinant, atque vt quæ laxata sunt, coalescant faciunt: talia sunt medicamenta astringentia & agglutinantia, quæ tamen commodius opus suum perficiunt, si pessima applicentur vel pessus cum his adhibeatur. Quædam verò vterum tantum retinent, quæ cura Palliatiua nominatur. Equædem conglutinatio totius naturæ est; vt ea tamen rectè & facilius perficiatur, omnia faciunt, quæ vterum in loco suo retinent, imprimis vero medicamenta, quæ vulneribus consolidandis & herniis curandis adhibentur, tam interna, tum externa.

Vt in loco suo retineatur, pessus forma pyri seu figura vteri in eum mittendus. Nimirum is ex subrevel spongia in dictam figuram efformandus, & lana succida vino austero vel succo acaciæ, oleo mastichino, myrtino, cydoniorum, & rosatum madida inuoluenda, ac puluere sanguinis Draconis, boli armeni, mastiches conspergendus. Vel ex Vinagente Comitisse, vel alio adstringente cum pice, quibus & galbanum, bellinum, sarcocollam addere licet, fiat emplastrum durius, è qua magdaleon ea figura, quæ vterum impleat, fundamque attingat, formetur & in vterum immittatur.

Vmbilico interim, vel sub mammarum regione, aut utroque rene cucurbitula cum multa flamma, sine scarificatione, affigenda. Remibus quoque ac lum-

bis & abdomini tale Emplastrum imponendum. ℞. Opopanacis ʒ. ij. styrac. liquida ʒ. ʒ. thuris, mastice, picis, boli armeni an. ʒ. ij. cera q. s. F. Emplastrum. Vel. ℞. ladanis ʒ. j. thuris, mastich. an. ʒ. ʒ. ligni aloes, caryophylli, spica utriusque an. ʒ. j. ambre ʒ. ij. moschi ʒ. ʒ. F. duo Emplastra rotunda, quæ è regione vmbilici lateribus applicentur. In vtero aut dorso applicentur. Emplastrum contrarietatem, vel diaphanicum, vnguentum Comitisse & similia. Suffitus etiam ille ex pelle anguillæ tale conatæ continuandus, quem nonnulli hæc valde commendant: vel etiam aliis suffitus instituentus, & genitalibus immittendus est. Naribus contra suauolentia, nisi femina obnoxia sit si suffocationi vterinæ, moschus, ambra admoenda. Et omnino opus est his, cum foetida genitalibus adhibentur. Cum enim eorum odor, si ad nares pertingat, non solum vteri præcipationem inducere, verum etiam caput & cor offendere possit, non sine rebus odoratis naribus admotis vsurpanda.

Fomentationes quoque utiles sunt è decocto rad. tormentilla, bistorie, consolida maior. plantag. pentaphylli, fol. quercus, myrti, rubi, pini, cupressi, lauri, herniaria, polygoni, verbena, bursa pastoris, millefolii, betonica, artemisia, salvia, matricaria, balaustris, cortic. granator. cupular. gland. nucum cupressi, bassarum, myrti, sumack. Vt ℞. fol. rubi plantag. cande equina, myrti an. M. ij. absinthii p. j. balaustris ʒ. ʒ. Coq. in aq. & vini rubri partibus æqualibus pro fomentatione. ℞. rad. tormentilla, consol. maioris, bistoria, an. ʒ. ʒ. ʒ. balaustris ʒ. ij. xnc. cupressi ʒ. ʒ. fol. plantag. salicis, mepuler. quercus, summis. rubi, si res. rubr. an. M. j. Infusantur sacculo, qui loco affecto applicetur. In ipsum etiam vterum per syringam iniiciantur medicamenta eadem facultate prædita. Vt ℞. rad. consol. ʒ. j. bistoria, balaustris an. ʒ. ʒ. herniaria ʒ. ij. millefolii, artemisia an. ʒ. ʒ. Coq. in vino rubro. Quæ omnia si nõ proficiunt, thermæ sulphureæ efficacissimum auxilium sunt. Et quia plerumque vteri ligamenta laxantur ab humore nimio, quo imbuuntur, aquosos & pituitosos humores expurgare, corpusque & vterum exsiccare utile est, & interim medicamenta ad roborandam vterum exhibere. Commendatur decoctum musci quercini cum vino albo, vt & decoctum C. C. fol. lauri & myrti. Vt ℞. C. C. fol. lauri an. ʒ. j. myrtica ʒ. j. F. puluis pro duabus dosibus, deturque cum vino austero. Vel ℞. zedoar. sem. pastinace hortens. scul. ʒ. ʒ. p. j. nucis mosch. ʒ. ʒ. F. puluis. Dosibus ʒ. j. Vel ℞. rad. raphis barbari ʒ. ij. fol. myrti, sem. pastinace domestica an. ʒ. j. rasura C. C. ʒ. ʒ. cineris concharum ʒ. j. eo rad. rubr. ʒ. ij. F. puluis. De medicamentis tamen hisce assidue vterum cum internis, tum externis hoc obseruandum, cum simul menses sistendi vim pleraque habeant, cautè illis vtendum esse, si mulieri adhuc statò tempore menstrua fluunt, ne supprimantur, & alia grauiora mala inde excitentur: Et præstat tum pessus ad quo ad retinendam vterum firmam contentam esse, aut medicamenta hæc, vb. fluxus mensis non præcitat, vsurpare. Et si ex vitiosis humoribus ad vterum confluentibus & eius ligamenta laxantibus procidencia vteri proueniat, corpus vteri etiam conueniente modo purgandum & exsiccandum, in quibus vsum etiam commodum est decoctum rad. China, ligai Graiæci vel sartæ panice.

Vt autem à Procidencia, eam faciliè iterum accidit, femina secara sit, aut huiusmodi periculationis spes sit, subligaculum seu zona Hippocratica dicta, adhibenda. Hac enim mulier sine periculo procidencia ambulare & actiones suas perficere possunt, & vterus ab externo frigore defendatur. Paratur

autem ad eum ferè modum, quo fasciæ pro hernia parari solent. Pessaria quoque, quorum iam antea etiam facta mentio, in deploratis vteri procidentibus vtilissima sunt, quæ non in vteri ceruicem, sed ipsum vteri fundum immittuntur; quæ cum non facile possint retrocedere, vteri continent, & vt in sua sede subsistat, cogunt. De pessario hoc pluribus agit Franc. Roblesens, *de parti. Casar. sect. 6. cap. 3. 4.* docetque à Chæirurgis variè ea parari, quoad materiam, quoad figuram, & quoad vsum. Aliqui enim ex sola cera, alii ex argento aut auro excavato, alii ex subere cera teçto conficiunt. Præterea aliqui figura rotunda, alii ouali, alii triangulari aut quadrangulari, inæqualibus tamen lateribus, aut in angulo obtusos formant: alii forma cordis depressi, alii ex rotunditate oblonga & obtusa figurant: alii denique rotundos in latitudinem, quæ in medio aliquando, aliquando verò non, perforata sint, parant. Sic etiam multi indentes, funiculum ad alterum extremum alligant, quo commodiùs, quando voluerint, extrahere possint; alii absque funiculo indunt, ita tamen vt sine magna molestia, quando visum fuerit, extrahere possint, non secus quàm si funiculus alligatus esset. Sunt verò alii, qui nunquam eximere iubent, cum nihilominus mulieres vitis concumbere possint, etiam maritis, si modò ipsæ velint, ignorantibus: siquidem non solum locus laxus & amplus est, in quo continetur, sed etiam figura æqualis & polita est. Nec impedit etiam, quo minus mulier concipiat, eundem conceptum retineat, vtero gerat, & pariat. Quod sanè admirandum auxilium, tutumque est, quo tanto malo præcipitationis vteri occurrere potest, ita vt sæpius malum omnimode curet, postquam aliquo temporis spatia in corpore gestauere, ita vt eo opus postmodum non habeant. Imò etiam si mulieres prius propter vteri præcipitationem concipere non potuerunt, vt concipiant, auxilio est. Si enim Epiploon os vteri comprimens, vt *5. Aphor. 46.* Hippocrates habet, conceptum impedit, quanto magis tantus vteri prolapsus id impedit, qui in seipsum relaxatur, quasi seipsum oppressurus, nisi hoc modo in his occurreretur: quemadmodum in alius fit, corpus emaciando, quod sæpius diæta conuenienti præstatur.

Et cum mirum sit, & vix credibile, tale pessarium in fundo ipsius vteri retentum, nec conceptum, nec gestationem, nec partum impedire, *cap. seq. 5.* testatur, se cum pluribus fœminis Vernolii prope Senlicetum contulisse, quæ tali pessario vtuntur, quæ tamen nomen suum celari voluerunt, imprimis, cum ne mariti quidem ipsas pessario vti sciant. Nominat verò quandam Clementiam Herandie, quæ cum valde iuuenis ante decimum tertium annum prolem habuisset, procidentiam vteri passa est. Quæ dum tale pessarium ferret, tertio concepit, vtero gestauit & peperit. Quamprimum enim esset enixa, rursus vtero indebat, eo solum absterfo, & butyro oblitito, nec alio nouo utebatur. Ita vt iam ab annis quadraginta & ultra, vno eodemque pessario solum vsa sit, absque vlla ipsius pessarii corruptione, aut ipsius suberis putrefactione. Refert etiam, eius loci vicinasque obstetrices (præsertim verò la Mineuse nomine) constanter sibi affirmasse, ipsas iam pridem plurimis mulieribus in partu adfuisse, quibus prædicta Clementia pessaria dederat: inter cætera, autem nominasse mulierem la Nurette dictam, quæ filium ante annos nouem erat enixa qui ipsi ostensus fuit, cui, cum ante exclusum fœtum pessarium procidisset, ipsa quarto à partu die, cum vterus rursus prolapsus foret, denuo indidit, quod postmodum semper ad mortem vsque absque molestia in vtero reseruauit. Præterea tale etiam

A pessarium ab eadem Vernolii Genesæ Salantin nomine, adhibitum fuit, cui in primo matrimonio ob difficilem partum vterus prociderat. Quod cum per annos quatuor gestasset, interim licet grauida facta, pessarium tamen hoc toto gestationis tempore etiam tenuit, quod tribus ante partum septimanis sponte prolapsum, ita tamen vt idcirco ante præfinitum à natura tempus enixa non fuerit. Ab eodem tempore pessario opus non habuit, cum ab vteri prolapsu rectè fuerit curata: ita vt ab eo tempore iustus filios gemellos adhuc viuentes pepererit, quod sano multis de causis memorabile est.

B Neque solum experientia, sed & ratione probat, *cap. 8.* eiusmodi pessaria impedire non posse, quo minus spermata viti & mulieris, vti conuenit, recipiatur & conseruetur. Si enim tale semen receptum vni solum ipsius vteri parti adhæreat, & ab ea alimentum sumat, satis est, modo pro ipsius conseruatione & nutritione sufficientia acetabula adsint, nec magis omnibus opus habet, quam infans duabus mammillis, si vna sufficienter alimenta (vt sæpe accidit) ministrer. Quare pessarium hoc ex subere paratum non impeat, cum sit mediocre, leue & politum, & sic per coniequens embryonem nec comprimere, nec detrudere, nec lædere potest, quod in brutis polytocis, præsertim catellis vtero contentis, obseruare licet: quorum singulorum secundinæ separatim adhærent, à se inuicem satis distinctæ.

C Fiant nimirum talia pessaria commodissimè forma rotunda, ac tantæ magnitudinis esse debent, vt citra vim intrudi possint, vterum tamen, ne itorūm procidat, retinere queant. Et parantur commodissimè è cortice leuissimo suberis, aut glomere è filo, & in cera liquata intinguntur, & ea obducuntur. Adaptatur autem filum, vt quando libet extrahi possit: quod tamen rarius fieri debet, & non nisi cum viro se iungere cupit. Cùm, vt dictum, competum sit, eas, quæ pessarium tale gestant, in vtero concepisse. Guil. Fabricius, *cent. 4. obs. 61.* fœminæ cuidam nobili procidentia vteri laboranti fabricauit ex subere duos globos, alterum oualis, alterum ligatum immittere idque eo retinere potuerit, quorum alterutrius vsu, prout libuit, vterum in corpore retinuit, vt siue pedes deambulare, siue equum aut currum concendere voluerit, nullum tamen incommodum persenserit. Obduxit autem vtrumque Cerato sequenti, calido adhuc & liquido, & spatula eum læuigauit: *℞. cera noue ℥. iij. colophon. gummi elemi an. ℥. j. zeribimb. ʒ. iv. pulu. rosar. odorifer. myrtillor. balanstior. radic. consolid. maior. an. ʒ. j. mastich. olibani an. ʒ. iv.* Misce. omnia diligenter, & cum *q. s. oleo rosacei* F. Ceratum in forma solida. De pessariis autem hisce Caspar Bauhinus in Appendice ad Roussetum hoc modo scribit: Nostrates filum sumunt subtilissimum, quod delicatè obuoluunt, globum ouali figura, ouo tamen paulo minorem efformant, quem cera virginea obtegunt, ac in vteri collum indunt. Solet autem globus hic, dum menstruis laborant, elabi. Aliæ verò hoc pacto conficiunt: Accipiunt nucem iuglandem excavatam, quam cera virginea affabre obducunt, forma & magnitudine ferè oui gallinacæ, & in internam vteri concavitatem obstetricis opera ingeri patiuntur. Quod vt facilius fiat, fluxu menstruorum ferè desinente, foribus ac incessibus malacticis ad oris vteri relaxationem vtuntur: Dein pessarium indunt: tum locum adstringentibus & corroborantibus fouent, & decubitus supinum atque tranquillum præcipiunt. Tale Pessariū apud nobiles Germaniæ matronas, si vteri procidentia laborent, in vsu esse consuevit.

E

Possatiorum loco in vteri Procidentia, circulis aliquæ vti solent inatronæ; quare circulatorum formam à Socru mea, p. m. (quæ in arte medica fuit versatissima) mihi communicatam, quibus in multis vta est matronis, proponam. Accipe *radicem Vitis sylvestris*, & ex ea circulos rotundos, modò maiores, modò minores, pro cervicis vteri magnitudine, paritate conficito: dein accipe *ceram virginiam* q. s. cui adde *resina alba*, aut *terebinth.* parum, liquefiant simul: tum circulos prædictos hanc ceræ resinæ mixturæ toties immergito, vsque dum crassitiem debitam acquirant. Circulus talis in vteri collum inâitur, qui si minor sit, quàm oporteat, excidit: Sin verò iustam habeat magnitudinem, sine vlla noxa remanet, nec facillè elabitur: & melius est, vt non eximatur, sed vt vsque dum sponte excidat, relinquatur: quod si verò excidat, nec dum curata sit mulier, alius indendus erit.

Iohannes Bauhinus, Illustr. Principis VVurtembergici, &c. Archiater, frater meus chariss. ad Procidentiam vteri circulos ex filo argenteo rotundo cum ferca trifida ex eadem materia parata, confici curat. Hic sine vti in collum vteri inâitur, qui interdum facillè, nisi educatur, hæret: sin verò ab vteri pondere propellatur, facta retinendus erit. *Hæc Cap. Bauhinus.*

Si vterus gangræna corripitur, nec ea susti possit, sed in spaciolum abeat, vterus totus ascendendus, aut si mulier abscissionem, quæ terro fit, non ferat, ligaturam præcindi & tolli potest. Cuius rei historiam & modum habet Franciscus Rouletus, *de partu Casareo, sect. 4. cap. 5. histor. 6.* Philiberta Loyslon, *inquit*, Ioannis Baugin vinitotis vxor, Neoburgi inter Pithaueram & Puisseillum habitantis, cum mensium octodecim spatio sanguineo vteri fluxu, eoque copioso laborasset, adiuncto versus collum vteri pondere, subitò suis in ædibus perferens (res sane mira) vterum vsque ad internam femorum partem prolabi, tanta magnitudine, vt eum reponere non posset, triduo aut quatriiduo post, Bonaventuræ à Turra & Blasij Berthe Chæirurgorum Pithauerensium (quibuscum hac de re sæpius contuli) opem imploravit: qui cum soli sectionem adhibere non auderent, ligatura (meum aduentum expectantes) contenti fuere, quod anno 1580. 6. Kal. Martij factum. Ligaturam valde strictam, cum eum reponere non licuisset, adhibere, eamque non circa partem angustiorē quæ est inter cervicem & fundum vteri prolapsi, quo loci omnium tutissimè sectio fieri potest: sed ligatura facta in ceruicē vteri, quæ valde eminebat, ita vt ligatura vteræ aut cervicis vesicæ proxima foret. Priorē hanc ligaturam par dies cetero non mutauere, sed his finitis cum eò vna cum ipsis venissem, vt vterum secaremus, vteremus & auferremus: videns ligaturam in altiori, quàm par esset, loco, ita vt tuta sectio fieri non posset, vltio verò nulla ratione, etiam habita virtutum prostratarum ipsius æræ, consului, vt noua & arctior, quàm prior fuisset, eodem in loco fieret ligatura: illa enim cum magnam partem cervicis vteri secuisset, laxior erat redacta. Quæ facta, non absque dolore, altera hæc & fortior ligatura, magis adhuc partem incidit, & hæc sectio fuit in anteriori parte, eò loci, vbi nodus ipsius ligaturæ erat, vsque ad mediam canalem, per quem vterus in vterus prolapsus erat. Vnde magna copia peris effluxit: ex fundo nimirum vteri, qui iam niger & gangranosus ad femora propendebat, promanans. Postmodum cum alternis diebus noua & indies arctior ligatura fieret, vti inter nos conclusum erat, tandem post decimam ligaturam 13. Kal. Aprilis vterus sponte excidit: ipsa verò iam con-

ualuit, munia domestica rectius, quàm ante hæc obians.

Vterum autem sine vitæ periculo tolli posse, Medicorum obseruationes docent, quas supra cap. 8. recensuimus. Recensetque vteri sine mortis periculo excidit historiam 10. Franciscus Rouletus, *de partu Casareo sect. 4. cap. 5.* & duas vteri absque morte sponte elapsi, *ibid. cap. 6.* & exempla recedim vteri vel ex procidentia, vti gangræna, vel aliter vitæ totius citra vitæ periculum & valetudinis damnum excidit Caspar Bauhinus, *in Appendice historiarum ad tract. F. Roussesi de partu Casareo.*

De loco abscissionis Franciscus Rouletus, *sect. 4. de partu Casar.* hoc monet. Si solum, *inquit*, ipsius vteri collum procidat, corpus verò ipsum nondam sit prolapsum, tum conspici in ipsiustuado (quod tum parum maior, quàm fortè sit osium gallinæ) foramen, quod os ipsius vteri est, ad ipsum collum attractum, & ab ipsius vteri corpore depressum, per quod foramen in mulieribus iuuenis hoc malo diuexatis sanguinem menstruum promanare obseruatum fuit: & tamen facillè prolapsus talis in pristinum situm reduci potest. Sed si per foramen hoc pluribus de causis relaxatum ipsum corpus tanta mole procidat, quod quotidie accidere solet, tunc foramen id amplius non conspicitur, sed totum assimilari potest magno Vini cantharo, qui in superiore parte eualet figuram habet, sed infernè minorem: infernè verò alia est rotunditas, superiore longe maior, absque tamen foramine: in medio autem manifesta conspicitur coarctatio, binas has partes aliquo pacto separans, quod nihil aliud est, quàm os vteri dilatatum. Et tunc obseruatum fuit, ex tota illa parte inferiore, in iuuenis, tanquam per resudationem, sanguinem menstruum debito tempore profluxisse. Hic est intermedius angustior locus, cui ligatura inâici debet, quando animus est vterum prolapsum, & gangræna affectum auferre: rarius enim superior pars putredine tentatur. Hac ratione minor illa & superior rotunditas rursus reponi poterit, si inferiore parte ablata illa huius ponderis amplius non prematur, vt ante prolapsum fiebat, nec etiam decisum post omnimodam procidentiam trahatur. Si verò supra manifestam illam coarctationem, vti aliquando factum, ligatura fiat, id cum dolore summo, & etiam cum periculo coniunctum erit. Dein exiguus, aut nullus dolor, quem massa illa carnea prolapsa, vteri fundum puta, tam persentit, etiam si duriter tractetur, dum seducere est animus, prædicta attestatur. Est enim, vt verum dicamus, os ipsius vteri vna cum ligamentis, à quibus dependet, quæ exquisito sensu prædita sunt, non autem ipsius vteri corpus.

Si tamen sectione & vteri abscissione omne, quod corruptum est, tolli non possit, ne putredo altius serpat, caustico medicamento aut ferro candente pars putrida vrenda est, cautè tamen, ne conuulsio aut aliud grauius symptoma, ob vteri cum alius partibus contentum attrahatur.

Dietæ.

Ær, in quo viuunt ægra, ad siccum magis, quàm calidum vergat & præcipue si à laxatione ligamentorum sit vteri procidentia, ægra vitet ætrem humidum, & balnea; & in summa quiete viuat, nec moueatur multum, non clamet, non canet, non rideat, neque etiam, quantum fieri potest, sternuter vel tussiat. Viter quoque animi pathemata, præcipue terrorem & iram. Venter sit mollis, ne magno in excernendis fecibus conatu opus sit. Vetus ratio sit siccans & adstringens, & glutinans, ac propterea conueniunt oryza, amyllum, cydonia, pyra,

caseus recens. Fructibus horariis verò, piscibus mollibus, lacte, leguminibus ac pinguibus abstinentum. Vinum sit subadstringens rubrum.

Vteri Inclinationis Curatio.

Inclinatio-
nis vteri
curatio.

Si verò vterus ad latus alterum inclinet, vniuersalibus præmissis, cucurbitulæ parti ei, in quam vterus prolapsus est, contrariæ frequenter adhibendæ, & super eam partem etiam perpetuò decumbat fœmina. Obstetrix quoque digitum oleo dulci vel amygd. dule. inunctum in vterum immittat, atque paulatim vteri os in partem contrariam trahat. Refert etiam Schenkius, *lib. 4. obseru.* de Lucillo Philaltheo: Mulieri, quæ non bene purgata esset post partum, vterum procidisse, & cum alii existimarent ischiade laborare, Medicum iussisse obstetricem explorare, num vterus ad coxam esset delapsus, idque accidisse deprehensum esse. Opusitaque fuisse cheirurgia. Recte collocata in cella caua vel lecto, suffumigia rerum fœtidarum inferius, & naribus odorata adhibita, postea obstetricem digitis ol. amygd. dule. vel amar. inunctis, vterum reuulsisse à coxa, & rectè direxisse: ægramque aliquantisper in latere sano iacuisse.

C A P V T XVII.

De Hernia Vterina.

AD situm vteri mutatum pertinet Hernia Vterina, rarus & admirandus affectus, cuius nullum exemplum apud Medicos hactenus mihi occurrit. Quale autem ego obseruari, in *Instit. lib. 2. part. 1. cap. 9.* proposui. Cum autem morbus ille huiustractionis & loci proprius sit, eius historiam integrè ex allegato loco proponere libet. Virgula, vxor Martini Oditz, victoris, cum maritum in incuruanda perica, ex qua vinculum dolij parandum erat, iuuaret: forte ab eadem reciprocante ad sinistrum inguen percussa est ruptumque, seu laxatum potius, quantum ego quidem ex sectione iudicare potui, est peritonæum. Paulò post enim tumor ad sinistrum inguen oboritur, qui breui tempore tantum incrementum sumit, vt nullo modo intra abdomen recondi posset. Etsi verò de vtero prolapsio suspicio incideret: tamen nec ipsa, nec alix fœminæ id facillè crediderunt, donec tandem res ipsa atque euentus omnem dubitationem sustulit. Nam vterus conceptu grauidus, ita indies octo fœtu dilatatus, simulque cum eo cutis inguinis sinistri, qua vterus prolapsus erat, extensa est, vt vtero & cute conclusus fœtus instar sacci ferè, aut cucurbitæ oblongæ maioris modo propenderet; motusque infantis tandem & tactu & visu perciperetur. Quæ res cum ipsam, maritum, cognatosque perturbaret, Collegium nostrum in consilium adhibuerunt. Cùm autem ob fœtam iam iam maturum de vtero in abdomen reponendo, atque ideo partu naturali, nullam spem superesse videremus, si naturæ res relinqueretur, & fœtum & matrem tandem de vita periclituros, nullaque alia re, quæ sectione auxilium expectari posse, ostendimus. Quod cum & ipsa, atque maritus, cognatique facillè intelligerent, atque spem vitæ in angusto esse animaduertent: vt sectio fieret, omnes petierunt. Cum igitur die vigesimo primo Aprilis, anno 1610. partus tempus adueniret, doloresque parturientem apprehenderent, Deo imprimis in auxilium vocato, præsentibus mecum Dn. D. Ernesto Hettenbachio, & Dn. D. Tobia Tandlero, Collegis: item Henrico Silbermanno, Ecclesiæ nostræ Archidiacono; duabus obstetricibus, atque aliquot honestis fœminis hora octaua matuti-

na, sectionem instituit Cheirurgus Ieremias *Tranman*, ministrante & altero Cheirurgo Christophoro *Seesh.* Primùm lecta est cutis & peritonæum. Hoc enim, quantum ego quidem visu diiudicare potui, cuti integrum adhuc suberat, & in sectione à cute manifestè distingui poterat. Hinc & ipse, qui iam extra cutem facillè prærumpebat, vterus apertus, hæmorrhagia non adeo insigni, neque etiam adeo acerbò dolore, quod ipsa postea falsa est. Vtero secundum longuèdinem aperto, infans facillè cum secundina extrahitur est; inò quasi suo-pte motu, cum via facta esset, exitum quasiuit, & quidem, Dei beneficio, saluus & incolumis. De vtero verò intra abdomen reponendo, cùm, ob eius magnitudinem, nulla spes esset, cutis, sanguine conueniente decocto prius absterio, ipsi inducitur & confuta est: ipse verò vterus non confusus. Qui etsi aliqua insigni inflammatione non corriperetur: tamen quia extra abdomen propenderet, & ab externi aëris incurfu in curatione vulneris defendi non posset: membrana quasi purulenta circa labia vulneris obducta est: quæ tamen post, adhibitis idoneis medicamentis, sublata est, vterusque iterum purus euasit, & naturalem faciem & habitum circa diem decimum quartum ostendit, atque indies magis in se contractus ad naturalem magnitudinem rediit. Verùm post dies aliquot labia vulneris nigrescere, cum tangerentur facillè sanguinem fundere, atque adeo gangræna suboriri cœpit, vt ferro, sine sensu, particulæ de labis vulneris demi possent: sed cum idonea medicamenta adhiberentur, omne illud malum cessauit, & caro circa labia vulneris ad pristinum colorem & statum planè rediit, vulnusque indies angustius euasit: adeo, vt intra paucos dies coalitum vulneris speraremus, & vix vllum de recuperanda integra sanitate dubium superesset. Verùm enimverò eum illa 16. Maij hora quarta pomeridiana, extra lectum aliquandiu concedisset, atque iterum in lectum sese reciperet, lipothymia suboriri cœpit, & præter omnem spem intra dimidiam horam, procul dubio ab adstantibus, cum esset paupercula, non rectè in lipothymia tractata, vitam cum morte commutauit. Ipsa mortua, vt planè sciremus, an in vtero omnia salua fuissent, an verò aliqua latens putredo lipothymia & subitæ huic morti causam præbuisset, vterum aperimus. Verùm omnia salua in eo inuenimus. Infans etiam tum vixit saluus & incolumis, Dei beneficio. Huic enim soli & ipsa mater acceptum ferebat, quod toto gestationis tempore à variis & periculosis motibus nihil damni percepisset. Etsi enim vterum extra abdomen pendulum in fascia gestaret: tamen in obeundis domesticis negotiis, quæ ipsimet, ob rem familiarem angustam expedienda erant, vterum eum fœtu nunc in femore, nunc in hoc, nunc in illo loco, prout vsus & res expediendæ exigebant, reponere necesse habebat. Ita mirabilia sunt opera Domini. Puer isto demum sub finem anni 1619. mortuus est.

De eadem historia vir Cl. D. Michaël Doringius epistolam ad Guilhelum Fabricium scripsit, quæ cum responsione eiusdem Fabricij *lib. 3. obseru. cheirurgic.* Fabricij annexa est, quæ ibi videatur. Similis, vt dixi, historia apud Medicos mihi non occurrit. Cum tamen similem ferè de Nicolai Polij *Hemerologio Silesiaco, sub mensis Decembris die 9. & Samuelis Meigerij, historiar. nuclei classe 1. cap. 4.* recenset Dn. D. Doringius, allegata epistola, eam eius verbis hic adscribere libet: Niesæ, quæ vrbs est Silesiæ satis celebris, vixit paupercula: quæ quindecim annos viro suo cohabitauit, & nouem liberos enixa fuit. Accidit autem, vt in primo partu pro-

tumorem abortum cum apostematis signis evidentissimis. Caetero verò actuali vni ex lateribus profundissime impresso ex apostemate aperto copiosum sanguinem grumofum putridum & fœtidum extractum esse. Cum autem alterius lateris tumor non subsideret, & cum apertum fuisset, & secundinam inde extractam. Quæ omnia etsi non sine maximo dolore & vitæ periculo peracta fuerint, & ægra triennio lecto decubuerit, biennio verò fulchris innixa obambulauerit, tandem tamen pristinam sanitatem recuperasse, ita vt postea plures liberos pepererit. Ad eundem Rouffetum scribit Nicolaus Villanouanus, Moniali cuidam infimum ventrem intumuisse, qui, cum cauterio actuali ad fundum vteri vsque adacto apertus esset, tam per vulnera, quam per partes inferiores ultra septem libras puris emanasse, vlcusque hoc sex mensium spatio percuratum fuisse; eamque (quod qua ratione à moniali fieri potuerit, non intelligo) ab illo tempore filiam enixam fuisse: Et pharmacopœi cuiusdam vxori cauterio abscessum vteri apertum fuisse, & admirandam puris copiam inde effluxisse, eamque spatio trimestri curatam, statim post concepisse, & tres filios & vnâ filiam enixam fuisse.

Fœtus in vtero mortuus frustrillatum extractus.

Fœtum etiam in vtero mortuum, vterum exulcerasse, & per externas abdominis partes frustrillatum extractum fuisse, obseruatum. Albucahis, *Cheirurgia cap. 76* hoc modo ex apostemate ad vmbilicum abortio factam particulatim extraxisse, mulieremque adhuc diu superuixisse, vlcere tamen subinde nonnihil putrilaginis ex se remittente, refert. Et Alex. Benedictus, *lib. 25. de curand. morb. cap. 33.* scribit, fœtum intra vterum mortuo, ortisque in ventre tribus fistulis, ex vna, quæ omnium maxima erat, integram infantis caluariam extractam fuisse, ipsamque fœminam sanitati restitutam. Et duas eiusmodi historias fœminarum, quibus fœtus mortuus per abdomen extractus fuit, iis superstibus & sanatis, recenset Franciscus Rouffetus, *de part. Casar. sect. 4. cap. 4.* Et Mauritius Cordæus, *comm. 1. in lib. 1. Hippocratis de morb. mulier. 1. 11.* scribit, mulieri grauidæ equo excussa & saxo prægrandi alligata trigesimo die post tumorem secundum vmbilicum erupisse, eoque rupto sanam & fœtus particulas effluxisse, decimo tamen mense conualuisse, sed rursus concepisse. Platerus quoque, *tractat. 2. Pract.* scribit, fœtum mortuum cum inuolucris & vtero, vicinoque peritonæo corruptis penitus sectione in abdomine facta exemptum fuisse, quod in vna vna adhuc & diu postea superstitite manente fieri viderit. Quæ exempla omnia ostendunt, vteri vlcera omnia non solum non incurabilia esse, verum etiam quandoque iis sanatis fœminas rursus concipere posse: ideoque fœminas talibus vlcerebus laborantes non deserendas, sed omnem in curando diligentiam iis adhibendam esse.

Quia ratione autem talia vlcera curanda sint, ex iis, quæ supra, *sect. 1. cap. 8. de vlcerebus cervicis vteri, & cap. 10. de fistulis vteri* dicta sunt, patet.

Medicamenta interna.

Interna nimirum medicamenta parantur è radicibus *consolida maioris, rhapontici, foliis millefolii, plantaginis, lauri, florrosar. sem. viticis*, è quibus fiunt decocta: *bdellio, myrrha, thure, mastiche, succino, sarcocolla, styrace, coralliis, myrabolanis chebulis, sanguine Draconis, terra sigillata*, è quibus fiunt pulueres & pilulæ.

Externa.

Iniectiones verò in vterum, & vlcera in vterum penetrantia abstergentes fiunt ex *hydromelite, succo apii, thure, myrrha*, decoctis *rad. aristolochia, ireos, fol. marrubii, apii, absinthii, centaurii min. sem. lupinorum, fabarum, aluminis cum vino factis*. Vtile est & unguentum Ægyptiacum & similia. Sanan-

tia & consolidantia decocta fiunt è *rad. consolid. bistorta, foliis agrimonie, bursa pastoris, plantaginis, equiseti, millefolii, centummodie, pilosella, sansonula, pyrola, anserina, flor. rosar. balanstis: uicib. expressi & similibus*, quibus mel rosatum vel sir. de resis sicis addere licet.

Pulueres ex iisdem parentur, additis *thure, aloë, myrrha, sarcocolla, sanguine Draconis, bolo, lithargyro, cerussa, tuia, lapide calaminari*. Unguenta itè, addita terebinthina, resina abiegna, melle, spiritu vini. Reliqua supra loco allegato sunt propofita.

CAPVT XX.

De morbis testicularum & vasorum genitalium in fœminis.

Quandoque etiam, vtero saluo, in testiculis Mulierum & vasis spermaticis vteroque annexis morbi quidam accidunt. Primò aquæ interdum magna copia circa testiculos colligitur, vt patet ex historia, quam Casp. Bauhinus, *in appen. ad Rouffetum de part. Cas.* hoc modo recenset, an. 1588. Iunij 23. circa meridiem, Domina Sabina Schœxin, vxor Clar. viri D. Hectoris Volgelmanni, fato feliciter functa: posteaquam sedecim annis grauissimis morbis fuisset cõstitata: inter quos fuit ante aliquot annos Hemiplegia, quæ aliquot annis singulo die septimo molestabat: conuulsionibus quin etiam, vt & febribus tertianis, aliisque morbis sæpius diuexata, perpetuò tamen de dextro lateris dolore conquerens & defluxionem existimans. Ego verò renem corruptum censebam, eo quod vrinas cruentas aliquando se habuisse, referret: quin etiã pus per anum, per colulum matricis nonnunquam excreuerat: sic & in vrinis pus interdum & arenas crassiores conspexi. A venere multis annis & abhorruit, & propter dolorem abstinuit. A triennio nec stare, nec ambulare poterat, dolores ingentes perferens; tumores magni in latere dextro: fluor puris & sanguinis copiosus per aluum: aiebat se reicere arenas per aluum: à multis mensibus condyloma magnum in ano, quod multos dolores pariebat, & enematum iniectionem, quibus tamen subleuabatur, impediabat. Intumuit venter non parùm in dextro latere aliquot ante mortem septimanis: tibi quin etiam valde intumuerant, præsertim dextra: tumebat etiam labrum dextrum pudendi. Pridie mortis difficultatem spirandi cum raucedine per se sentit: hora vna, aut altera ante quam exspiraret, mortem præsemit, vt etiam pridie se suffocaturam dicebat: mens sana remansit, donec in Christo obdormiuit. Sequenti die ab ebitu cū Cheirurgo Pet. Borne, præfente marito, & D. Superintendente, hac ratione institui sectionem: Tumorem paracœtis modo aperui, ex quo serosi humoris mensuræ duæ aut tres, hoc est, ad 9. libras, effluxere: ducto humore, decussatim aperui abdomen: eo aperto, comperi tumorem adhuc insignem in latere dextro: hærebam nonnihil dubius, qualis esset tumor, & qua in parte, quem nõ aperui, donec omnes partes diligenter inuestigarem, incipiens ab intestino rectorat rectaui etiã intestina omnia vsq; ad duodenum & ventriculũ, & rursus à ventriculo ad intestinũ rectum manum deduxi in intestinis & circa illa nihil præter naturã animaduerti, præter appendicẽ (quæ cœci intestini loco) tumori adhærentem, sino tamen vlla corruptione: omentum non habebat: in mesenterio nullus scirrhus aut tumor. Ramus portæ hæmorrhoidalis satis magnus. Ligato intestino recto, separaui omnia intestinalia vsque ad duodenum: deinde peruestigauĩ vasa

Morb. sticuli & vas. m. genua.

spermatica, utramque arteriam reperi, & utramque venam valde amplam. Perquisivi testiculos matricis, quorum dexter vix apparuit, quia ex eo prodibat tumor ingens, ex quo eduxeram per paracentesin copiam feri prædictam: tumor ille constabat ex tunica crassa, quæ externè adhærebat quibusdam locis parti dextræ peritonæi, intus rugosa erat, nullibi peruia: adhærebat ei versus internam partem alter tumor insignis (quem postremo loco administrationis aperui.) internè etiam rugosa tunica sine exitu: circumcirca multi parui tumores, siue hydatides: Vas ejaculatorium valde tenue. In latere sinistro testiculus erat magnitudinis ferè totonei, summè inæqualis, qui scatebat hydatibus multis, magnis, & prolabebatur in capacitatem ossis sacri, relaxatis omnibus tunicis, videbatur comprimere & vesicam & intestinum rectum. Similem historiam recenset Ioh. Schenkius, *l. 3. obs.* ex relatione D. Ioh. Heintzj, quæ est hæc: Vixerat ancilla quædam, proceræ satis staturæ, per plures annos in thermis Carolinis, loco satis celebri, negotia hœntia non incommoda peragens valetudine, donec mensessuerent. His verò, ob errores in diæta commissos, suppressis, paulatim male habuit, donec tandem ita intumesceret venter, ut ratione molis malè auderet, atque hospitale ingredi cogereetur. Beno autem sibi inscia, cum pauca quædam pharmaca sumisisset, ac de vita desperasset, ut mortuum corpus secaretur, pro innocentis testimonio, petiit. Secto itaque 15. Maij anno 1592. cadavere, in præsentia Clar. V. D. D. Henrici Ludouici, Medici

tum temporis Viennensis excellentissimi, iuante etiam CL. V. D. Mauritio Stroncihero, Procerum Bohemæ Cheirurgo celeberrimo, atque emissa plurima aquæ copia, viscera omnia reperimus salua; ioint optime affectum; quantitate quinciam maximum; lienem laudandum, eumque rotundum, præter pulmones; quos ob aquam, quæ diaphragma penetrauerat, dimidia ex parte corruptos vidimus, itemque omentum, uti solet, atque testes. Hos enim ab utraque parte non solum tumidos, ad magnitudinem capituli recens nati puelli, sed etiam luídos, quasi fungosos, plenis vesicis aquosis, quæ maiori ex parte ruptæ fuerant, tantamque aquæ copiam effuderant, inque foramina atque viscera degenerauerant, ac plane putridos inuenimus; vterò aliàs eiusque vasis planè illæsis atque incorruptis. Alij quoque tumores testibus mulierum accidunt. Ita refert Ioh. Bauhinus, Lugduni cùm mulier quædam subito mortua esset, ut suspicio esset de vi aliqua ei illata, se eam, imperante Magistratu, aperuisse, & nullibi neque extra neque intus reperisse, in quod causa mortis referri posset, nisi tumorem magnum testiculi dextræ, ob copiam pilorum & materiam simili seuo cum pure, ut matricis perforationem vehementissimam & lethalem excitatam fuisse verisimile sit. Vermes quandoque etiam in testiculis mulierum nascuntur. Et ut supra etiam dictum, scribit Ioh. Riolanus, *Antropograph lib. 2. cap. 34.* se in hysteriis virginibus deprehendisse testes pugno grandiores seroso semine turgentés, quin etiam tubam vteri amplificatam & valde dilatatam.





LIBER QVARTVS.

PARS II.

DE SYMPTOMATIBVS, QVÆ FOEMINIS
in Vtero & ex Vtero accidunt.

PROOEMIUM.

POSTQVAM hætenus morbos, qui partibus genitalibus in fæminis accidunt, explicauimus, ordo iam postulat, vt Symptomata, quæ in vtero & ex vtero accidunt, explicemus. Cùm autem ea sint varia & multiplicia, adeo, vt re-
tè Democritus ad Hippocratem scripserit, sexcentarum ærumnarum, innumerarumque calamitatum mulieribus autorem esse vterum, perspicuitatis gratia in certas classes ea digeremus, & primò de Symptomatibus, quæ fæminis in vtero accidunt, agemus. Secundò dicemus de Symptomatibus, quæ fæminis circa menstruorum fluxum, & alias ex vtero euacuationes & fluxus contingunt. Tertio de iis quæ Virginibus, & omnibus ferè fæminis puberibus ex vtero euenire solent. Quarto de Symptomatibus, quæ fiunt circa conceptionem. Quintò de iis, quæ accidunt grauidis in gestatione fœtus. Sextò de iis quæ in partu, Septimò de iis, quæ post partum eueniunt.

SECTIO PRIMA.

De Symptomatibus, quæ fæminis in vtero accidunt.

CAPVT I.

De vteri imbecillitate.

Vteri im-
becillitas.

Vfus &
actio vteri
duplex.

PRIAM ergo Symptomatum classem quod attinet, eorum scilicet, quæ in ipso vtero accidunt, occurrunt primò *Actiones læsæ* ipsius vteri, & inter eas primo loco *Vteri imbecillitas* in actionibus suis perficiendis, quæ hoc loco, cum eius postea sæpe futura sit mentio, semel explicanda venit.

Est autem vteri vsus & actio duplex, vna priuata, qua sibi ex affluente sanguine alimentum conficit: altera publica, qua generationi inseruit: ad quam pertinet primò sanguinis menstrui debito tempore euacuatio, deinde Veneris appetitus, tertio seminis sui in actu Veneris excretio, & à viro suscepti retentio, quartò fœtus concepti in vtero vsque ad debitum tempus retentio, quintò fœtus iam perfecti in lucem exclusio. Quæ omnes actiones variè debilitari possunt. Si enim priuata illa vteri facultas lædatur, & alimentum in vtero non bene conficiatur, multa excrementa & superflua humiditates in vtero colliguntur. Deinde sæpe accidit, vt sanguis mens-
struus non ad iustum vsque terminum decinea-

tur, sed frequenter & per breuia interualla, vel etiam continuò euacuetur. Tertio interdum fæminæ nullo modo Venerem appetunt, imò eam fastidiunt, & si cum viro coëant delectationem nullam percipiunt. Quarto nonnunquam fæminæ semen à viro susceptum nullo modo retinent, sed statim reiciunt. Quintò, interdum quidem semen retinent, & formari inde fœtus incipit, verùm non ad debitum tempus vsque retinetur, sed primo, secundo, aut tertio mense excluditur. Tandem etiam nonnullæ in fœtu excludendo non satis robustæ sunt. Quæ omnes actionum læsiones imbecillitatis & debilitatis vteri nomine veniunt, tunc tamen vbi nullo alio morbo, vel organico, vel vnitatis solutæ in vtero existente, ob solum temperamenti & caloris innati vitium actio læditur.

Causa.

Causa enim proxima vteri imbecillitatis est vteri *Causa* intemperies, seu naturalis vteri temperiei mutatio, quæ accidit, cùm non solum primæ & manifestæ vteri qualitates mutantur, sed & cum calor vteri innatus & influens suffocatur aut dissipatur, vel etiam occultæ vteri qualitates mutantur. Habet enim

Vterus etiam quosdam qualitates, vt ex singulari vteri com rebus, variis sympathia & antipathia apparet, dum tamen virile appetit, illud, vt & factum fouet, odoribus suauibus delectatur, tectis laeditur, & tam miras vires & qualitates obtinet, vt Plato vterum animal in animali dixerit. Primas qualitates quod attinet, etsi quæcunque mutantur, vteri intemperiem constituunt: tamen non omnes debilitatem vteri, nec omnium mutatio eandem, sed vniuersalemque peculiarem debilitatem inducit. Caliditas equidem si sit nimia, intemperiem quidem constituit, ob quam vterus plus attrahit, quam possit conficere: debilitas tamen vteri non appellatur propriè: neque quæuis actio lætio vteri debilitas est, sed ea solùm, cum debilitat, vel nullo modo actio obitur. Frigiditas potius debilitatem vteri efficit, cum ob eam nec mediocrem alimenti quantitatem vterus conficere possit, & proinde multa excrementa cumulet; nec vlli alij actioni rectè obeunda aptus sit. Siccitas etiam sanguinem menstruum plus quam par est, retinet, sed nec ea intemperies propriè imbecillitatem vteri efficit. Humida verò intemperies cum neque sanguinem, neque semen, neque factum rectè contineat, vterum debilem reddit. Ex quibus manifestum euadit, debilitatem vteri præcipue è frigida & humida intemperie, seu sine, seu cum materia, calorisque tum insiti, tum influentis defectu, & occultarum qualitarum mutatione dependere, quibus quartò meritò additur laxior vteri substantia.

Signa Diagnostica.

Vteri imbecillitatem produunt Veneris appetitus languens aut eius fastidium, & nullius voluptatis in Venere perceptio, seminis retentio læsa, seu effluxus, frequens abortus, fluxus menstruum inordinatus, dolor in lumbis, pectine, quo tempore menses erumpunt, flatus ex vtero erumpentes, & excrementicij humores effluentes, dolores capitis & alia, quæ ex vtero prouenire solent, symptomata, quæ postea explicabuntur.

Causas quod attinet, signa intemperiei frigidae & humidæ, cum & sine materia, supra de morbis vteri, part. 1. sect. 2. cap. 2. & 3. proposita sunt. Calorem innatum & spiritus fuisse dissipatos è partu difficili, ex relatione ægræ cognoscitur. Occultarum qualitarum vitium difficulter cognoscitur; si tamen nullus frigiditatis vel humiditatis excessus deprehendatur, nec ex partu laborioso vel alia de causa calor & spiritus dissipati sunt, ab occultis qualitatibus imbecillitatè dependere argumento est; præcipue si vteri imbecillitas mox quamprimum menses erumpere incipiunt, sese prodant & calefacientia atque exsiccantia, quatenus talia, parum profunt.

Prognostica.

1. Vteri imbecillitas grauis affectus est, & variorum malorum sæpè causa, atque ab ea varia circa mensum fluxum vitia, Veneris appetitus læsus, conceptio læsa & sterilitas, & alia in alijs partibus symptomata accidunt.

2. Quæ autem intemperies quid mali in specie secum trahat, supra loco allegato, de intemperibus vteri dictum.

3. Longè autem periculosissimum est caloris innati extinctio & dissipatio, & calidum innatum semel amissum difficulter restituitur. Sicur & occultarum qualitarum vitium, à primo ortu contractum, & si hæreditarium sit, difficulter curatur.

Indicationes.

Imbecillitas vteri tollitur causis sublatis. Itaque si intemperies frigida adsit, vterus calefaciendus; si humida, exsiccandus; si calidum innatum & spiritus suffocati vel dissipati sunt, ij reperandi & in-

staurandi; si occultarum qualitarum vitium adsit vterus medicamentis tota substantia ipsi familiaribus roborandus.

Curatio.

Qua ratione intemperies vteri curentur, supra suo loco dictum. Calorem & spiritus instaurant, fouentque vsus rerum aromaticarum, & eorum medicamentorum, quæ calorem & spirituum effluuium impediunt, & vteri substantiam roborant. Nimirum aromata; Cinnamomum, caryophylli, nux moschata, macis: species diacalaminthe aromatici rosati, diaxylo, aloës, rosata nonelle, diamofthi, theriaca, Mithridatium; vt & Externa: oleum lilior, albor. nardinum, laurundula, & simi in vterum calefacientia & siccantia supra proposita; è quibus, si laxior vteri sit substantia, adstringentia eligenda.

Vtero verò tota substantia familiaria medicamenta, quia non isdem qualitatibus omnia sunt prædicta, conuenientia eligenda, quæ supra part. 1. sect. 2. c. 2. & 3. de intemp. vteri frigida & humida sunt proposita, & hic repetere opus non est. Composita saltem aliqua addere libet. Aquæ vitæ mulierum supra loco modò citato de intemp. vteri frigida proposita est. Est & hæc utilis, ℞. cinam. cl. ℥. b. garyoph. nucis mosch. macis, granorum paradisi, cardamomi, cubeborum an. ʒ. j. b. galanga ℥. b. pip. longi, Zinzib. an. ʒ. ij. zedoar. ℥. j. Incisis affunde vini albi Mensur. vj. Stent in digestionem octiduum, postea adde mentha, meliss. rosmarini, salvia an. ʒ. vj. sem. fenic. anisi an. ℥. b. Stent iterum in digestionem tribus diebus, postea destillentur. Vel ℞. castorei, ℥. iij. croci ℥. ij. Fiat ex vtroque seorsim cum spiritu vini extractum. Adde extr. artemisia ℥. ij. angelic. ʒ. j. magister matris perlar. ʒ. j. ol. caryophyllor. ʒ. j. angelic. succini, nuc. mosc. an. ʒ. b. Misc. Vel ℞. sem. pastinacæ sylvestris, cumini, anisi, dauci an. ʒ. j. rad. angel. leuistici an. ʒ. b. caryophyllor, galanga; cinam. an. ʒ. j. b. M. F. puluis.

Diata.

Cibi boni succi, & multi nutrimenti præbeantur, carnes pullorum & gallinarum, caponum, perdicum, caro vitulina, hœdina, columbina, oua recentia, amygdalæ, passulæ, pinex, d. ctili, cibique condiantur aromatibus. Potus sit vinum generosum, vel ceruisia bona.

CAPVT II.

De Pruritu Vteri.

AD actiones læsas & dolor vteri, ac genitalium Pruritus pertinet, cuius species est vteri, seu vuluæ po- vteri. tius, pruritus, qui in vteri ceruice & pudendis oritur, & sæpè, præcipue annosas molesto cruciatu & scalpenti necessitate ita fatigat, vt somnum adimat. Nonnulli hanc affectionem cum furore vterino confundunt; sed diuersissimæ sunt affectiones. In pruritu enim saltem, vt in alijs partibus, scalpenti desideriu An idem si adest, pertinetque affectio ista ad doloris species, ac cum furore vterino. ciditque, vt dixi, vteralis frequentius quam iunioribus, neque cum coeundi desiderio semper coniuncta est, & sæpe longo tempore durat. Furor verò vterini si ueniens accidit, estque sine dolore ac pruritu, & saltem Veneris desiderium vehemens sæpè vrget, & non ita longo tempore finitur, de qua affectione infra, sect. 3. cap. 5. dicetur.

Causa.

Causa pruritus huius est humor salis, serosus, atque adustus, & propterea acris & mordax, in ceruicem vteri, vel pudenda muliebria effusus. Quomodo iste humor colligatur, ex iis; quæ supra de morbis

& præcipue vlceribus pudendorum muliebrum dicta sunt, patet.

Signa.

Signa Diagnostica.

Ex ipsius fœminæ relatione malum hoc cognoscitur, quæ etiã manus pudendis frequenter admouet.

Prognosticum.

Prognosticum.

Malum potius molestum, quàm periculosum est; quia tamen somnum excutit, hoc modo vires decedere potest.

Curatio.

Curatio.

Curatio in eo consistit, vt primò vniuersum corpus euacuetur. Itaque si sanguis abundat, viresque ferant, etiam venæ sectio institui potest. Postea humores salii, acres & mordaces temperandi sunt *cichorio, fumaria, borragine, iuglosso*; atque euacuandi *epithymio, polypodio, foliis sene & similibus.* Corpore vniuerso euacuato humores salii & acres, proxima pruritus causa, è genitalibus tollendi & abstergendi aquæ dulcis, in qua *fol. lactuca, plantag. salicis, radices oxylapathi* ebullierint, balneo vel fomento, & pars inungenda vnguento refrigerante Galeni vel rosaceo, vel vnguento isto pellus illicus genitalibus immittendus. Si verò humores penitus parti insederint, fortiora, quæ humores istos extergant, adhibenda. Paræus, *lib. 23. cap. 84.* mulierem, quæ vehementi partium genitalium pruritu & vredine laborabat, vnguento *Ægyptiaco* curauit. Vtile est & hoc. *℞. Aluminis, nitre, sulphuris vini an. ʒ. vi staphidis agria ʒ. j.* Incorporentur omnia *aceto ros.* & addita *℥. q. butyri recensis* F. linimentum. Vbi fortioribus opus est, medicamenta, quæ argentum viuum recipiunt, & pruriti ac scabiei, quam interdum in senibus pituita falsa inter scrotum & anum excitat, vsurpari possunt, quale est vnguentum enulatum cum mercurio. Vel *℞. Saponis nigri, staphid. agria an. ʒ. ʒ. sulph. vini ʒ. j. mercur. vini ʒ. ij.* Incorporentur *aceto rosaceo,* & addita *pingu porcini. ʒ. q.* Fiat vnguentum.

Dieta.

Dieta.

Cibi sint boni succi, & humectantes ac refrigerantes. A salis, acris, vt & aromatibus multis abstinendum.

CAPVT III.

De Dolore Vteri.

Dolor vteri.

IPsum verò vteri corpus variis dolorum generibus afficitur qui nunc soli, nunc cum aliis morbis coniunctis fœminis valde molesti sunt. Interdum enim dolores sine vilo alio morbo vterum corripunt qui, vterini dolores, vulgo *die Mutter Wehe, oder Baroder Gabar Mutter* dicuntur, & eadem ferè ratione, qua dolores colici in ventre inferiore fœminas cruciant, & cum ligamenta vteri ad lumbos & coxas ferantur, eò vsque etiam hic dolor extenditur. Interdum gravidas dolor vterinus in inguibus molestat. Interdum & vteri inflammatio ardentem & pulsantem dolorem excitat, qui ad latera sese distendit, alii obstructionis & mictionis impedimenti, intestino recto & vesica in consensum tractis, causa est: nonnunquam & vteri vlcera, alique tumores dolorem coniunctum habent: quandoque & post partum in imo ventre dolor percipitur, quandoque in pudendis præcipue aliquot horis vel etiam diebus post partum, fœminas affligit, qui *dolores post partum* nominantur.

Dolor post partum.

Causæ.

Causæ.

Cum autem omnis doloris causa sit solutio continui, hæc quoque in vtero, vt parte membranosa,

A doloris causa est Prouenit vero ea vel ab vteri eiusque vasorum distensione, vel ab erosione partium vteri membranarum & sensibilibus. Et quidem vterinus dolor, qui fœminis non gravidis aut puerperis accidit, prouenit ab humoribus & flatibus, vel in ipsa vteri cavitare consistentibus, vel in vasis vteri hærentibus, atque ea simulque ipsum vteri corpus distendentibus. Prius quidem Platerus negat, verum experientia contrarium testatur, qua obseruatum, flatus copiosos ex ipso vtero erupisse, de qua re supra, *part. 1. sect. 2. cap. 9. de inflatione vteri* dictum. Quandoque etiam dolor in vtero oritur à grumoso sanguine in vteri cavitare potius, quàm in venis, vt nonnulli statuunt, hærente; cum in vasis suis vix grumescat sanguis. Hunc enim dum natura expellere conatur, idque ob loci angustiam nequit, dolor excitatur.

B Deinde ex vasorum distensione dolores vterini oriuntur ante mensium eruptionem, cum scilicet vasa non satis patent, vt cum difficultate sanguis vix penetret, aut cum sanguis crassius est, vt angusta vteri vasa non penetrare possit, sed in iis subsistat. Quò etiam faciunt causæ externæ, aer scilicet frigidus vterum ingrediens, aut sessio in aqua frigida, imprimis dum menstrua instant aut fluunt, vt & frigidus potus, præcipue si fœmina ab exercitio vel alia de causa antea incaluit: Dum enim ab hisce causis vteri vasa clauduntur aut coarctantur, sanguis libere effluere non potest, sed in vasis subsistens ea distendit, & dolores hos excitat. Interdum & dum menses fluunt, sed non rectè, vel dum sup-

C primuntur, vel dum vitiosi sunt, ac humorum prauorum colluuiis circa vterum colligitur, & in membranas eius sese insinuat, præcipue cum in flatu resoluuntur, idem accidit; imò etiam dolores iis accidunt, quibus menses ætatis ratione amplius non fluunt, cum humores vitiosi ad consuetas has euacuationis vias confluunt, & vasa vicinamque vteri substantiam & membranas distendunt, quod præcipue accidit, quando vitiosi isti humores in vasis vteri efferuescunt, & in vapores ac flatu resoluuntur, qui & dolores atque alia symptomata excitant. Quò etiam iunioribus & adhuc conceptioni aptis post coitum interdum accidit, dum ab eo sanguis aut vitiosi humores in vteri vasis incallescunt, & vapores ac flatu de se emittunt, qui vterum distendendo dolores excitant. Imò etiam sine coitu interdum vapores acres & maligni circa vterum cumulati & moti grauissimos dolores excitant. Nonnulli non solum à sanguine, sed à semine quoque vitiatò & corrupto ac vasa distendente eundem dolorem excitari statuunt. Excitatur & vteri dolor in inflammatione vteri, vt & aliis tumoribus, de quibus supra, *part. 1. sect. 2.* dictum, vbi etiam explicatum, quænam inflammationis, vt & aliorum vteri tumorum causa sit. Interdum & post partum vterinus dolor excitatur, qui ipsum vteri fundum molestat, dum scilicet, postquam fœtus exclusus est, orificiumque vteri adhuc patet, aer frigidus irrumpit,

D qui non tam refrigerando, quàm vasa vteri restringendo humoribus exitum intercludit, qui postea distendendo dolorem pariunt. Nonnunquam vero in orificio vteri præcipue dolores post partum excitantur, qui in specie dolores post partum, Germanis *die Nachwehe* appellantur, qui procul dubio excitantur, cum orificium vel ab aère frigido, vel ab humore aliquo irritatur, vt ab illo conatu, quem in fœtu excludendo instituebat, nondum desistat, sed eum aliquandiu adhuc continuet. De qua doloris specie infra *sect. 7. cap. 5.* peculiariter dicetur. Ab acrimonia vero & erosione dolor excitatur, præcipue in ceruice vteri dum in vlceribus

E vteri

vteri ac fluore muliebri & mensibus vitiosis acres humores per officium vteri effluunt, illudque vellicant.

Signa Diagnostica.

Dolorem ipsum femina patescit, & de eo conuenitur. Causas quod attinet, si dolor fiat ab vteri inflatione aut hydrope, cognoscitur è signis inflationis vteri supra, *part. 1. sect. 2. cap. 9. & 10.* propositis, quæ hic repetere opus non est. Si à grumoso sanguine sit dolor, præcessit sanguinis fluxus ex vtero copiosus; & dolor cum tenelimo & frequentimictione coniunctus est. Cum enim natura conatur grumolum sanguinem, à quo molestat expellere, ob assiduum conatum rectum intestinum & vesica in consensum trahitur. Dolores quoque hi fixi sunt; & in vna parte, ac præcipue circa officium vteri percipiuntur. Si autem sanguis iste diutius in vtero remaneat & corrumpatur, ac malitiam contrahat, alia etiam symptomata praua coniunguntur. Si ex mensibus, vel aliis humoribus vitiosis vata vteri distendentibus dolor excitatur signa mentium suppressorum, non rectè fluentium, vel vitiosorum, vt & interpeuici vteri cum materia suo loco exposita adsunt. Et si causa externæ malo huic occasionem dederint, ex relatione ægræ vel adstantium cognoscuntur. Si ex temere retento dolor vteri accidat, è femine conditione id patet & alia symptomata, quæ ex retento & corrupto semine accidunt, præsertim lassocatio vterina, adsunt. Inflammatio vteri qua ratione cognoscenda sit, supra, *part. 1. sect. 2. c. 12.* dictum. Dolorum post partum causæ etiam faciliè patefunt. Si ex viceribus vel aliis tumoribus dolor excitatur, suis signis, quæ supra, *part. 1. sect. 2.* tradita illi cognoscantur. Si tandem ex fluore muliebri vel vitiosis mensibus accidat, id ipsa ægræ, quæ de huius affectibus conuenitur, edocebit.

Prognostica.

1. Dolor ipse quod grauior est, eo plus periculi portendit; quo minor, eò magis periculo vacat.
2. Causarum vero ratione eò plus periculi metuendum, quo causa grauior; eò minus, quo causa mitior. Cum autem causæ, vt antea enumeratæ sunt, sint variæ, quid quæ ibet portendat, supra in diuersis locis *antea allegatis*, dictum.

Indicationes & Curatio.

Curatio ad duo dirigenda, primo ad dolorem, si is urgeat; secundo ad causas doloris. Primum si dolor sit magnus, vt metuendum sit, nisi ei succurratur eum vires prostratum, illi etiam, neglecta causa, succurrendum. Quæ autem hoc præstant, anodina dicuntur, quæ scilicet calore temperato consistant, & calori nostro sunt similis, vt certè primum calefacientium gradum non excedunt. Atque ita dulciter, quem mouent, partium dolore affectarum molestant tentationem abolent, vt *alibi* pluribus dictum. Tali sunt præcipue externa: *radix & folia althææ, maluæ, radices lilior. alborum, semen lini, fœnigræci, lac. butyrum recens, pinguedo recens porci. vituli, anseris, gallinæ, ol. oliuarum dulce medicæ aratis, amygdalar. dulcium chamemelinum, liliorum alborum, sesaminum, anethinum* & alia huiusmodi, quæ in colica extra adhiberi solent. Si verò anodina non sufficiant, ad narcotica accedendum, quæ alibi tradita sunt, & hic quoque cautè vsurpanda.

Causas quod attinet, qua ratione dolor vterinus à flatu in cauitate vteri contento curandus sit, ex illis quæ supra *loco allegato, de curatione inflationis & hydrope vteri*, dicta sunt patet.

Si à sanguine grumoso & concreto sit dolor vterinus, danda opera, vt is dissoluatur & euacuetur: ad

quam rem vtilia sunt calefacientia, & attenuantia medicamenta, è quibus euaporationes & suffusio, fomenta, balnea, & inunctiones parari possunt. Theriacam quoque vteri regioni illinere vtile est, vel rutam tritam & melle exceptam ac panno lineo inductam pectini imponere, vel clysterem ex ruta, femine fœnigræci, oleo rutaceo & urino iuuicere. Exhiberi quoque potest theriacæ ꝑ. b. cum vino, vel aqua theriacalis aut cinamomi.

Si ob vasa vteri non satis patentia dolores, dum sanguis exitum querit, excitentur, sanguine, si opus sit, euacuito, & corpore purgato, partes laxandæ & dilatandæ sunt, medicamentis, quæ postea *sect. 2. cap. 3. de suppressione mensium & mensibus distichilibus* proponuntur. Nim in inunctionibus, fomenta, inunctiones vsurpandæ, ex radicibus althææ, maluæ, femine fœnigræci, lini, floribus chamemel. oleo chamemelino, liliorum alborum, & similibus.

Si quoque flatus adsint, ii discutiendi, & omnia medicamenta ferè hic locum habent, quæ in colica à pituita & flatibus vsurpati solent; nisi quod medicamenta vtero accommodata hic eligenda sunt.

Vtilis nimirum est hic Clyster. ℞. *Mercurialis, artemisia calamentha, pulegy an. M. j. fl. chamemel, melilori an. M. b. sem. lini, fœnigræci, n. ꝑ. b.* Coquantur in aqua simpl. Colat. ℞. *ib. j. El. hiera simpl. benedictæ laxat. an. ꝑ. b. Ol. chevirini ꝑ. ij. El. de bacc. lauri, ꝑ. b. M. F. clyster.* Exhibeatur vterid aqua *Artemisie, Zedoariæ, radices Imperatorie, zedoariæ, angelica ad ꝑ. j. cum vino generoso, vel diacyminum, aut diamargarium calidum, Essentia castorei, Theriaca.* Vel ℞. *Schœnanthi ꝑ. ij. Zedoar. ꝑ. b.* Infundantur in aquæ artemisie sufficiente quantitate, Colatura exhibeatur. Vel ℞. *Matricaria ꝑ. ij. gran. iuniperi ꝑ. ij. sem. carni, camini an. ꝑ. j. nuc. mosch. ꝑ. j. b.* Coquantur in vase clauso in vino, vel infundantur in vino aut maluatico, & colatura exhibeatur. Vel ℞. *Rad. Angelicæ, Imperatorie, Zedoar. an. ꝑ. j. distamni albi, sem. anisi, dauci, cumini, schœnanthian. ꝑ. b. croci macis an. ꝑ. j. F. puluis, cuius ꝑ. j. vel per se, vel cum saccharo mixtus ex vino exhibeatur.* Vel proponitur aqua vitæ mulierum supra, *part. 1. sect. cap. & antea cap. 1.* proposita. Vel hæc paretur: ℞. *Cinnamontha M. ij. betonica, salvia, maiorana, pulegij, ruta, rorismar. an. M. j. Rad. aristoloch. mundæ, Angelicæ distamni albi, an. ꝑ. b. schœnanthi bacc. lauri an. ꝑ. ij. iuniperi. ꝑ. b. sem. cymini. carui, anisi, fœniculi an. ꝑ. ij.* Afunde vini generosi quantum satis. Stent in infusione diebus 8. postea destillentur. Destillato adde *nucis moschata, cinamomi, galangæ, Zedoariæ an. ꝑ. ij. edissi, granor. paradisi, garyophyllor. cubeborum piperris, an. ꝑ. j. Spiritus vini optimi lb. j.* Stent iterum in infusione 8. diebus postea destillentur. Topica quod attinet, in vterum talis clyster iniciatur: ℞. *Artemisie calamentha betonica an. M. b. sem. nigelle, cumini, dauci anisi an. ꝑ. j. spica nardi schœnanthi, nuc. moschata cinamomi an. ꝑ. b.* Coquantur in sufficiente quantitate vini F. clyster vterinus. Vel ex iisdem, vt & decodeto althææ, maluæ, chamemel, melilori, anethi, & sem. lini, fœnigræci euaporationes & fomenta omnes fiant. Post quas vesicula bubula oleis lentioribus & discutientibus calidis semiplena apponatur, vel vnguenta, cataplasmata, aut emplâstra idonea applicentur. Vt ℞. *Ol. anethini, liliorum alb. an. lb. b. adde cinamomi ꝑ. ij. castorei, sem. ruta, agnicasti an. ꝑ. b.* Stent in loco tepido per mensem, postea colentur F. oleum, quo venter inungatur. Vel ℞. *Ol. lilior. alb. irini an. ꝑ. j. ol. destillati Angelicæ ꝑ. j. piperis anisi, anseris, gallinæ an. ꝑ. b. mucilag. seminis lini, fœnigræci, aqua artemis. extr. an. ꝑ. ij. pulv. semin. camini.*

A pituita & flatibus.

A vasorum vteri angustia.

A pituita & flatibus.

dauci, carui an. ʒ. j. cera quantum satis F. vnguentum molle. Vel *ʒ. fol. Parietaria viridis* M. ii. *mercurialis* M. i. Contundantur. Adde *pulu. florum chamemeli sem. cumini anisi, dauci an. ʒ. i. vitellos ouorum x. Ol. liliorum alb. quantum satis* F. f. a. ca. taplasma, quod ventri imponatur. Umbilice quoque emplastra vterina applicentur. Cucurbitæ etiam magnæ cum multa flamma vteri regioni applicentur: Vel fomenta sicca ex *suena, sem. milii, anisi, cumini, dauci, sacco* inclusis. Suffitus quoque fiant ex *ladano, styrace, caryophyllis, cinamomo, moscho*, ne tamen fumus naribus excipiat. Tandem & pessii usurpari possunt, Vt *ʒ. Mellullæ ceruina, terebinthina, cera, adipis anseris an. ʒ. iii. croci ʒ. j. vitellorum ouorum coctorum num. viij. ol. irini, lilior. alb. an. quantum satis* F. Pessus.

A materia
maligna.

Si humores & flatus acres & maligni sunt, admiscenda contra malignitatem pugnancia, *radix scorzonera, lapis bezoar, semen & radix angelica, sberiacæ, Mithridatum, aqua Zedoaria & alia*, quæ de suffocatione vteri proponuntur. Si à semine corrupto sit dolor vteri, curatio quoque ad suffocationes vteri inhibenda. Si causæ externæ præcesserint, quæ malo occasionem dederint, cuiusque naturæ contraria opponenda. Et cum frigus hic plerumque primas habeat, calefacientia vterum interna & externa usurpanda, quæ supra, *part. 1. sect. 2. cap. 2. de intemperie vteri frigida*, sunt proposita. Quia ratione inflammatio vteri curanda sit, *ibid. cap. 12.* dictum; vbi quoque quæ ratione alii vteri tumores & vlcera curanda sint, dictum, quibus curatis, & ipse cessat. De fluore muliebri & mensibus vitiosis *sect. sequenti*, dicetur.

CAPVT IV.

De affectu Vteri, qui à sua uolentibus, & fœtidis excitatur.

Singulare omnino & admirandum symptoma vterum accidit, quod scilicet odoribus suauibus delectatur, graueolentibus verò & fœtidis offenditur, quod omnino hoc loco seorsum explicandum. Equidem à plerisque in capite de suffocatione vteri hæc de re agitur: Verum & sine ista causâ suffocatio vterina excitari potest, atque etiam sine suffocacione vterina ab odoribus bene vel malè afficiuntur fœminæ.

Vterus odoribus afficitur.

Vterum odoribus affici, & quidem variè, extra controuersiam est, ac docet id quotidiana experientia, quæ constat, si mulieribus vteri suffocacioni obnoxius zibethum, moschus, ambra, & similia naribus admouentur, eas suffocacionem vteri incurrere aut certè malè habere: Contra vero si eadem pudendis & fœtida naribus admouentur, paroxysmum cessare; imò quædam esse, quæ nec rosarum & similibus rerum odoratarum familiarium odorem ferre possunt. A fœtidis quoque rebus, præcipuè candelarum extinctarum fumo grauidas vehementer offendi, vt & ab ortum patiantur, experientia constat. Retulitque mihi vir quidam nobilis fide dignus, idem etiam equabus accidere, seque vidisse equam, quæ ob fœtorem candelæ extinctæ abortierit. Contra tamen dantur fœminæ, quæ nullo modo moschi, ambra, vel similibus odore offenduntur, sed eos bene ferunt: quales multæ reperiuntur in gynæceis principum & nobilium, quæ vœstibus moschi vapore & fumo infectis vtuntur.

Fœtida abortum concitant.

Quæ ratione autem hoc fiat, & quæ horum symptomatum causæ sint, explicare difficilimum est. Plato in *Timæo*, vterum fœminarum animal esse di-

cit; quod si verum esset, non ita difficile foret, huius rei rationem reddere. Verum vterus non est animal in animali, sed pars animalis, quæ tamen peculiare, vtetus est animal. quas aliarum partes non habet. proprietates obtinet, inter quas & hæc, quod odoribus variè afficitur. Quomodo autem hoc fiat controuersum est, & hoc imprimis quaeritur; An vterus odores, quatenus odores & sub specie odoris percipiat, an vero ab illis saltem ratione vaporis & auræ spirituosæ afficiatur. Qui prius affirmant, ea ratione vtuntur quod vterus à graueolentibus naribus admotis deorsum pellitur, à sua uolentibus vero naribus admotis sursum mouetur, ab illis verò pudendis admotis sursum retrahitur. Alteram opinionem qui defendunt, eo vtuntur argumento, quod odores olfactus proprium obiectum sunt, vterus verò organa ad odorandum necessaria non habet.

An vterus odores percipiat.

Vtraque tamen opinio aliter ab aliis explicatur. Alii enim statuunt, odores suaues caput petere, cerebrumque ferre, cerebro autem affecto vterum in consensum trahi, ob maximam, quæ inter cerebrum & vterum est, sympathiam. Verùm istam sympathiam non sufficere, vel illud docet, quod res fœtidæ æquè cerebrum afficiunt; & quod rebus suaueolentibus ac fœtidis non naribus admotis, sed pudendis applicatis etiam vterus afficitur. Trincauellius, *de rat. curand. part. corp. hum. affect. lib. 11. cap. 9.* veram huius rei rationem hanc esse putat: In omnibus, inquit, sensibus, (vt docuerunt Aristoteles 2. *de anima*, tum Galenus 1. *de sympt. causis*.) particulatim quædam voluptas percipitur, cum mouentur ab obiectis accommodatis & naturæ suæ conformibus: tristitia verò, & quidam quasi dolor, ab obiectis ingratis concitatur (quod maximè perspicuum est in sensu tactus) præsertim si vehemens sit eorum qualitas, quæ confertim mutet. Nam transmutationes sensum factæ, serè sensus latent. Sed quia affectiones istæ, quæ aut voluptatem, aut dolorem afferunt, vt fieri nequeunt sine instrumenti insigni mutatione, ita neque absque motu caloris natui, spiritusque cum sanguine, ita scilicet, vt hæc exterius expandantur, aut interius refugiant & reuocentur versus suum initium, vt ibi confortati, maioribus viribus recuperatis, possint rem tristem propulsare: exterius verò feruntur & expanduntur, dum percipitur res grata, cui, quasi amplexaturi & fruituri sensus, spiritibus & sanguine stipati, occurrunt. Quod fit, vt refrigerata interna viscera, dum sanguis & spiritus extrorsum ferantur; ab eorum fomento destituta magis lædantur à vaporibus & à mala qualitate materiarum menstruum vel seminalis in vasibus vteri corruptæ: qui item vapores vbi cum spiritibus commisti feruntur & distribuuntur per vniuersum corpus, ipsam perfrigerant. At verò cum molestiam ex malo odore refugientes natius calor spiritusque & sanguis, in intima viscera confertim mouentur, eo motu primum deorsum vterum detrudunt; & cum locus interior is refertus calefiat, subinde frigidior intemperies à vitiosa materia impressa remouetur, vitiosique vapores à nativo calore collecto, & facto fortiori, in intimis partibus dissipantur. Hæc ergo ratio est, cur odorata naribus admota lædant, fœtida verò profint. Sed in illis, quæ inferius adhibentur, hæc ratio locum non inuenit: quia hæc partes olfactu carentes, ex bono vel malo odore voluptatem vel tristitiam non sentiunt. Quare aliò confugiendum est. Quæcunque igitur à suffitu vel applicatione rerum odoratarum in his affectibus contingunt, per accidens fieri dicimus. Nam odorata calida & tenuium partium sunt ideoque laxant, attenuant, digerunt & secant lentas ac crassas

materias: qua ratione profunt, non à grato vel ingrato odore. Unde Galen. 1. ad Glauc. 14. non absolute pronuntiat, supponenda esse odorata: sed addit, & quæ laxare & calefacere possunt; quasi insinuans, non alia ratione illa iuuare, quam quod laxent, aperiant, & calefaciant, non autem quod bene oleant. Idem apertius exponit 5. aphor. Rectè igitur Galbanum extensum corio vel linteo mulieres ventri inferiori affigunt, maximeque quando vterini incommodis vexantur, plurimumque se iuari percipiunt: quod quidem & naribus adhibitum graui suo odore prodest, sed cum ventri interiori affigitur sub vestibus, facilius eius odor pertingit ad inferiores & genitalia, quam ad nares, dum vestibus contegitur.

Verùm nec hoc modo rem satis expedit Trincauellius. Primò enim quod res naribus admotas attingit, eius suauolentia naturæ grata sint, foetida ingrata, eaque auide accipiat, ista auerferat: tamen in eorum apprehensione tantus humorum & spirituum motus non fit, qualem hic ponit Trincauellius, vt ex eo partes internæ refrigerentur vel incalescant. In rebus gratis equidem & ingratas, quæ facultatem vitalem seu *symplicem* mouent, & varios affectus concitant, iram, gaudium, timorem, terrorem, id eadem: at nihil tale accidit in odoribus, quorum apprehensio fit per spiritus animales, & omnino blandè & sine vlla agitatione. Et si ex subita humorum agitatione talia in foeminis fierent, cur non etiam in viris acciderent, in quibus æque humores vitiosi sæpe in corpore latent, qui agitari spirituum motu possunt? Quantum verò ad odorata, quæ inferius officio vteri adhibentur, vero consentaneum non est, quòd calefaciendo, laxando, & attenuando hoc præstent. Etenim si hæc causa esset, cur suauolentia & graueolentia, quæ vtraque calefaciendi, attenuandi & digerendi vim habent, non idem præstarent? Etenim non medicamenta calefacientia & attenuantia, quæ nullo ferè odore sunt prædita, qualia non pauca dantur, idem præstarent: sed saltem moderata idem præstarent?

Eustachius Rudius in ea est sententia, omnia odorata primò ad narium meatus, deinde recta via & quàm citissime ad pulmones & cor ipsum perducit, & propterea in syncope nullum præstantius & magis præsentaneum auxilium inueniri optimis odoribus. Ideoque non mirum esse putat, corde optimis odoribus referto vterum illicò sussum & versus cor ferri, vtpote ad quod naturalem inclinationem habeat, & à quo spiritus & naturalem calorem omnes suas facultates viuificantes accipiat. Verùm ex ista opinione ratio reddi non potest, cur ab odoratis pudendis ita admotis, vt ab olfactu nullo modo percipiuntur, æque vterus afficiatur. Deinde falsa hypothese nixitur ista opinio, nimirum quod vterus ipse versus cor ascendat, quæ supra refutata est. Neque enim opus est, vt vterus sua substantia ad cor moueatur, vt ab eo spiritus & calorem naturalem accipiat; sed cor illa per arterias in totum corpus distribuit, quæ & vterus accipit. Alij ab odoribus quidem vterum affici concedunt; id tamen odores præstare statuunt, non quatenus odores, sed quatenus substantiam spirituosam vtero gratam vel ingratham communstam habent; sicut etiam cor & spiritus, qui odores, quatenus tales, non percipiunt, odoribus suauibus recreantur & reficiuntur, vt in animi deliquio & syncope videre est. Id quod vel inde patet, quòd odorata in suffocatione vterina pudendis apposita etiam vterum afficiant, & foetida cum propinata, tum umbilico apposita suffocationi vterinæ medeantur.

Hercules Saxonia statuit, bonos odores ad se trahere spiritus & calorem, vt ratione vacui per partem post partem moueantur quoque spiritus & humores in vtere contenti, præcipuè verò in us, qui multis aut prauis abundant humoribus; propelli verò spiritus odoribus ipsimet vtero administratis, quia ab iis vasa constringantur, excrementa retineantur, ligamenta repleantur, vt propterea fiat recursus ad superiora. Verùm affirmat Hercules Saxonia, non probat, quòd boni odores ad se trahant spiritus & calorem. Deinde falsum est quod prauis odores constringant vasa & excretiones retineant. Non enim vapores illi in rebus graueolentibus, puta castoreo pennis & pilis accensis, frigidissimi sunt & adstringendi vim habent, sed potius calidi & sicci.

Mihi, quod ingenuè fateor, nec alij in hac controversia plane satisfacunt, nec me aliis satisfactorum mihi polliceri possum. Hoc tamen mihi probabile videtur, vterum ab odoribus non effici. quatenus odores sunt, cum etiam per pudenda vterus ab iis afficiatur, & olfactus organon non habeat: qualitatem tamen illam qua, vterus bene vel malè habet, occultam esse, & ita coherere cum odoribus, vt ab iis separari non possit. Querit quidem hic Trincauellius, quænam sit illa qualitas. Verùm multæ qualitates sunt in Natura, quæ sensus nostros latent, quæ tamen, cum effectus earum sentiamus, negandæ non sunt. Dicat, quænam sit illa qualitas, quam dum naribus excipit canis, heri vel feræ vestigia inde agnoscit. Nos sensibus nostris eam non apprehendimus, canis tamen eam percipit.

Potro qua ratione qualitates istæ ad vterum perueniant, inquirendum. Si res odoratæ pudendis admouentur, patens ibi ad vterum via est, per quam eiusmodi spirituosas se in vterum insinuant: Et in suffocatione vterina suauolentia profunt, dum vterum roborant, & peculiari qualitate ei succurrunt, vt facilius venenatam illam auram discutiat, & vt spiritus in vtero & cum iis humores, potius versus inferiora, quam superiora tendant, faciunt. Si vero naribus admouentur, proculdubio ob sympathiam olfactus organi & cerebri cum vtero, vterum in consensum trahi, simulque affici, credibile est.

Idque sit cum perneruostum per arterias; cum & cor odoribus suauibus recreari subito videamus. Neque alicui mirum esse debet, quod tam subito, postquam odores naribus percipiuntur, vterus afficitur. Spirituosæ enim eiusmodi res subito penetrant, & *ἐξήρη μίξ, ἐν μέρει μίξ, ἐν μέρει μίξ, vt rectè loquitur Hippocrates. Mercurialis equidem statuit, odores sua natura caput & cerebrum percellere, cerebroque affecto vterum in consensum trahi: Verùm idem rationem reddere non potest, cur non prauis odores idem præstent, cum iidem quoque grauissime cerebrum percellant, idque offendant. Respondet quidem Mercurialis, prauis odores fundatos esse in vaporibus crudis & crassis, crudos verò & crassos vapores non ita cerebrum afficere, sed propter crassitatem potius obstruere cerebrum. Verùm falsum hoc est. Etenim odores prauis, qualis est in pennis & crinibus accensis, castoreo & similibus, non fundantur in vapore crasso, sed potius in subtili & tenui, & æque cerebrum percellunt, vt odores suaves. Et omnino magnum vteri cum cerebro & instrumento olfactus consensum esse, exploratio illa fecunditatis & sterilitatis per suffitus, ab Hippocrate, 5. aphor. 59. tradita docet, de qua infra, *sect. 4. cap. 2.* dicetur.*

Notandum tamen hic, vt etiam supra dictum, suaves odores equidem in omnibus foeminis, vtero gratos esse, foetidos ingratos, & à foetidis in omnibus foeminis vterum offendi. A suauibus tamen

Vterus odores non percipit.

Cerebrum vterum in consensum trahit.

Non omnes foemina suauibus odoribus offenduntur.

quomodo
suauolentia
suffoca-
tionem v-
terinam
inducant.

non eadem in omnibus fœminis symptomata induci. Nonnullæ enim odores suaves bene ferunt, iisque delectantur & recreantur, ea procul dubio, quæ vterum purum & plane bene constitutum, nec vllis humoribus vitiosis refertum habent: Aliæ verò & quæ vterum impurum habent, odoribus suauibus offenduntur, & sæpe in suffocationem vteri incidunt: ideo procul dubio, quod dum vterus suauibus illis vaporibus, & spirituosa rerum odoratarum seu substantia seu specie & occulta qualitate, cum qua peculiarem synpathyam habet, afficitur & quasi commouetur, humores vitiosi in vtero latitantes, præcipuè si quid ex semine corruptum sit, & fortasse etiam ipsum semen latitans agitatur: & cum spiritus in vtero procul dubio sursum versus rem odoratam sibi gratam moueantur, vnà etiam humores illi sursum rapiuntur, atque ita tetros vapores ad cor & partes superiores mittunt, qui suffocationem vterinam dictam excitant. Non verò ipse vterus sua substantia ascendit, vt supra, *part. 1. sect. 2. ca. 18. de adscens. vteri*, dictum. Cum verò eadem odorata pudendis admouentur, dum vterus iis quasi recreatur, spiritus in eo quiescunt, aut versus odo-

A rata mouentur, atque ita etiam humores, si qui in vtero sunt, vel quiescunt, vel versus inferiora mouentur. Alexand. Aphrodiseus quidem 2. *problem.* 64 statuit odorata pudendis admota facultate sua exsiccatoria humores absorbere. Verùm si hoc verum esset, etiam alia medicamenta exsiccantia, et si odorata non essent, idem præstarent. Quod tamen non accidit. Fœtida verò quod attinet, cum ea cum vtero singulari antipathiam habeant, dum ea vterus percipit, ea abhorret, & propterea spiritus in vtero ea vt ingrata, auersantur, & non ad superiora, sed inferiora potius mouentur, atque ita etiam humores illi vitiosi non amplius versus superiora, sed potius versus inferiora mouentur, imò natura ad ea excutienda insurgit, quod dum facit, sæpe vnà fœtum excutit.

Quæ de rebus suauolentibus dicta sunt, eadem etiam de dulcibus dici possunt. Offenduntur enim pleræque fœminæ à melle & aliis dulcibus, non quia vterus gustandi facultate præditi s est, sed quia sapore duli qualitas vtero grata coniuncta est, cuius causa dum vterus commouetur, vnà etiam vitiosi humores, si qui adsunt, commouentur.



LIBER QVARTVS.

P A R S II.

S E C T I O II.

De Symptomatibus, quæ circa menstruorum fluxum accidunt, & aliis
præter naturam ex utero fluxionibus.

C A P V T I.

De Fluxu sanguinis menstruo.



RERVM Creator Sapientissimus, ut ubique
sæ sapientia edidit specimina admiranda, ita &
illud constituit, ut fœmina viro matura tantum
sanguinis generaret, ut is non ad corporis sui nutri-
tionem solum, sed & fœtui formando & lacti pos-
sita, quo infans in lucem editus alatur, generando
sufficeret; vbi verò grauida non est, is singulis men-
sibus per vterum euacuaretur. Vnde etiam sanguis
menstruus, & absolutè menses, ac menstrua vo-
cantur, vulgo Tempora, quod scilicet statis tem-
poris fluat. A nonnullis etiam Flores dicuntur: ea
procul dubio de causa, quòd sicut arbores fructum
nonferunt, nisi flores præcedant: ita ad concipien-
dum apta non est mulier, nisi prius menses fluant,
Quamquam enim interdum fœminæ sine mensibus
conciant, id tamen rarum est, ut postea, *quest.*
1. dicitur.

Et quidem sanguis iste natura sua non prauus est,
sed bonus & talis, ex quo & fœtus in utero corpus
formari & augeri, & lac infantis editi alimentum
generari potest. Superfluous saltem est, dum fœminæ
nondum conceperunt, & propterea ne naturæ oneri
sit, euacuatur, atque ita licet excrementum secun-
dæ conditionis dici possint, quia scilicet in epate gene-
ratur, in venis continetur & cumulatur, ac per eas
excernitur: alio tamen modo excrementum dici non
potest, quàm semen & lac. Non enim simpliciter
superfluous est, ut bilis & alii excrementitii humores,
sed pro fœtus formatione generatus, ac proinde tum
solum excernitur, cum nulla facta est conceptio.
Quòd verò passim quidam effectus menstruo san-
guini attribuunt, isque stirpes enecare, canes in
rabiem agere, & alia plurima mala excitare dicitur,
id non sanguini menstruo simpliciter attribuendum,
est, sed tum solum, cum subsistens corrumpitur, aut
dum alij vitiosi humores ei admiscuntur, & aliunde
prauam qualitatem concipit. Solet enim natura de
hominis salute sollicita humores vitiosos, si qui præ-
ter naturam in corpore cumulantur, per hanc viam
vna opera expellere, de quo plura, *quest.* 2.

Erumpunt autem menses plerumque post secun-
dam septenarium, id est, annum decimum quartum,
& tum magis in corpore mutationes fiunt, pubes
erumpit, mammae intumescunt, fœminæ Veneris
Operum Sennerti, Tom. III.

stimulos sentire & iuuenes amare incipiunt, san-
guisque abundans venis amplius contineri non po-
test, sed per vteri venas erumpere incipit.

Durat autem ille fluxus plerumque vsque ad sep-
timum septenarium, & post quinquagesimum an-
num ut plurimum subsistit, quia tum calor innatus
imminuitur, nec tantam amplius sanguinis copiam
generat, sed tantum solum, quantum ad corporis
nutritionem sufficit. Nonnullis tamen mox à duo-
decimo anno menstrua fluere incipiunt, (noui etiam,
quibus undecimo fluxerunt menses, & ex plerun-
que salaces sunt) censenturque tales esse vitæ bre-
uioris; & quibusdam ad sexagesimum annum per-
durant: aliis contra vix decimo septimo, vel deci-
mo octauo anno fluere incipiunt, quæ longæuiore
habentur, aliis etiam citius subsistunt: pro natura-
rum & victus varietate. Rarum est, quod refert
Guil. Fabricius, *cent. 2. obseru. 61.* nimum cui-
dam sanguineæ robustæ & morbis parum obnoxie,
sterili tamen, menstrua ad annum vsque septuages-
imum octauum ætatis ordinatè profluxisse: eoque
anno cum inordinatius prodire inciperent, eam in
febrem continuam incidisse, & materia in crus si-
nistrum depulsa, inflammationem & gangrænam
ibi excitatam fuisse, è qua paulò post è vita discessit.
Quale quid quoque obseruauit Clar. Dn. D. Gre-
gorius Horstius, qui vidit nobilem fœminam, quæ
annum circiter septuagesimum tertium agens sta-
tis temporibus ordinario menstruorum fluxu labo-
rauit, ut refert Guil. Fabricius, *cent. 4. obser. 63.*
Vbi & aliam historiam refert Virgius cuiusdam
Dusburgensis, cui cum ab anno quinquagesimo
ætatis cessassent menstrua, circa annum septua-
gesimum demum menstrua superuenerunt, & tri-
bus ordinariis mensibus recursum habuit, postea
cessarunt, quæ etiam post euacuationem illam qua-
si reuiuiscens, ad centesimum ferè ætatis annum
peruenit.

Non autem statim & singulis diebus quicquid
sanguinis superflui collectum est, euacuatur, sed
congeritur, donec naturæ copia molestum sit, &
singulis mensibus expellitur, & mensis vnus spa-
tio tantum iterum colligitur, quantum antea pro-
fluxerat. Si enim singulis diebus id quod super-
fluum est, euacuaretur, sordidum hoc esset, & per-
petuam molestiam fœminis pareret, & viris eas in-
gratas redderet, minusque etiam conceptioni aptas,
cum vterus ista de causa lubricus & impurus semen
non facillè contineret, sanguinisque præsentia semen
Sf iij

Quandiu
fluat

Qua per
fluat

Fcus
Mstruus.

A sanguis
mstruus
si natura
superfluous

Quo do
mē is in-
cipit fluere.

receptum mox corrumperetur. Occurrit tamen & hic aliqua varietas, neque omnibus eodem exactè termino menses fluunt, sed ad minimum inter vnam & alteram purgationem viginti & duo dies intercurrunt, ad summum autem triginta, intra quos terminos fluxus naturalis variè fieri potest. Fertur quoque vulgò, iuniores Luna crescente, adultiores iam fœminas Luna decrescente purgari, vnde vetus;

Luna vetus vetulas, iuvenes noua Luna repurgat.

Verùm id experientia non semper respondet.

Spatium etiam, quo fluunt, non in omnibus idem est. Quibusdam enim solùm per dies duos fluunt, idque tempore Hippocratis familiare fuit. quibusdam per tres, quatuor, quinque & plures, in iis nimirum, quæ magnùm hepar habent, atque in otio viuunt, & genio indulgent, & cibos boni succi largius comedunt, ac propterea multum sanguinis cumulant, ita vt quibusdam fluxus ad duodecimum diem extendatur. Verùm id vix secundum naturalem fœminarum conditionem accidit, sed præternaturale est, aut ceriè fœminarum, quæ otio sunt deditæ, & gulæ indulgent, & sunt tales fœminæ ferè morbozæ vel steriles. Contra ex, quæ calidioris temperamenti sunt, & viragines, breuiori tempore purgantur; sicut & ex, quæ obefiores sunt, angustioresque venas habent, cum in iis sanguis in adipem absumatur; sicut & illæ, quæ tenui victu vtuntur, & multum exercentur. Et quidem fluunt menses nunc continenter ac confertim, vt fluxus paucis diebus absoluantur, interdum verò paulatim, ita vt fluxus quandoque intermittat, & ita pluribus diebus protrahatur.

Quantitas.

Quantitas sanguinis, qui effluit, vt Hippocrates docet, est ad duas heminas, seu sesquilibrium, aut duas ferè libras. Quæ tamen quantitas in omnibus fœminis non obseruatur, sed pro ratione temperaturæ, ætatis viciis, variat. Nam iuniores, & cum purgari incipiunt, minus purgantur: postea quantitas ad ætatis vsque florem augetur: florente ætate æqualis permanet: ætate declinante iterum paulatim minuitur, donec tandem plane subsistat. Ideoque ea mensuri quantitas naturalis est, quæ ætati, temperaturæ, vitæ generi competit, eaque ex eo cognoscitur, quòd post menstruum fluxum neque corporis grauitas aliqua, neque virium debilitas reïnquitur.

Qualitas.

Qualitatem quod attinet, sanguis hic dum rectè sese habet: neque nimis tenuis, neque nimis crassus esse debet. Iunioribus tamen tenuior effluit, & loturæ carniū recens maceratarum similis est: Senibus crassior & nigrior: in ætate florente medio modo sese habet. Odorem nullum habere debet: color debet esse similis colori sanguinis è venis animalis recenter iugulari, vel è vena secta prodeuntis, floridus & viuus, in biliosis tamen est flauior, in pituitosis subalbicans, in melancholicis subniger. Debet etiam sanguis absque vilo graui symptomate exire. Quæ verò fœminæ ante vel in mensium fluxu graua symptomata patiuntur, in iis menses sese rectè non habent.

Locus.

Vitæ, per quas sanguis euacuatur, venæ vteri sunt, eæque duplices à duplici ramo ex vtroque latere vno spermatico seu præparantium vasorum altero hypogastrico ortæ, vt ita ab omnibus corporis partibus tam superioribus, quàm inferioribus sanguis superfluous euacuari possit. Vena enim, quæ à spermaticis oritur, à superioribus descendit, & per vniuersum vteri corpus dispergitur, maximè tamen per fundum. Altera, quæ à ramo hypogastrico oritur, ab inferioribus per latera ceruicis ad medium vterum ascendit, & partim per ceruicem, partim per fundum disseminatur, & cum superioribus per

A anastomoses coit. Quæ verò ab hypogastrico ramo prodeunt, maiores sunt iis, quæ à spermaticis descendunt. Et per huius ramos inferiores, qui ceruici vteri inseruntur, in mulieribus quibusdam plethoricis, quæ primis mensibus copiosorem sanguinem, quàm pro factus nutritione opus sit, generant, aliquid sanguinis interdum primis mensibus euacuari sentent, cum os vteri, secundum aphor. 51. sect. 5. tùm clausum sit. Negat tamen id Adr. Spiegelius, de ham. corp. fabr. lib. 8. cap. 19. neque os vteri planè claudi, sed euacuari, id est, connuere saltem putat. Atque ex his mensuri fluxus naturalis conditionibus facile colligere est, qui fluxus præter naturam sint, & quæ circa mensium fluxum accidant symptomata.

Q V Æ S T I O I.

An mulier concipere possit, cui nunquam menses fluxerunt.

E Quidem supra diximus, menstruum sanguinem etiam nonnullis florem appellari, & quidem idèò, quod sicut flores fructus præcedunt, neque arbores fructum ferunt, nisi antea floruerint: ita etiam fœminæ non concipiant, nisi prius menses fluxerint. Et sane plerumque hoc accidit, imò à nonnullis etiam statuitur, fœminas concipere non posse, nisi prius menstrua fluxerunt. & fœminæ, quæ mensibus carent, plerumque steriles sunt. Obseruatum tamen etiam, quædam concepisse, quibus menstrua nunquam fluxerunt. Scribit enim Guainerius, tract. de agritud. matric. cap. 2. se adolescentulam prægnantem in cura habuisse, quæ nunquam menstrua passa erat; & aliam quoque plures partus edidisse, cui menstrua non fluxerant: Et Braßauolus, ad aphor. 36. lib. 5. Hippocratis, refert se nouisse plures mulieres, quibus nunquam menses fluxerunt, & tamen fuerint maximè sanæ & robustissimæ. Et Rondeletius, meth. curand. morb. cap. 24. scribit. Mulierem quandam Montisbani nunquam menstrua passam fuisse, & tamen peperisse duodecies. Et Trincauellius, lib. 10. cap. 3. de ars. curandi part. hum. corp. aff. refert, se nouisse fœminam Illyricam robustissimam, habitu, figura corporis simillimam viro agili & expedito, quæ nunquam per menses purgabatur, & tamen semel peperit. E Laur. Iouertus, populor. error. lib. 2. narrat, Tholosanam quandam fœminam vtriusque sexus fœtus decem & octo enixas fuisse, sine mensium profluio. Et Varcellus Donatus, de histor. med. mirab. lib. 4. cap. 23. scribit, se nouisse mulierem viraginem, quæ nunquam purgationes menstruas habuit, & tamen bis peperit. Referunt etiam mulieres Indicas mensibus carere. Similiter narrat Guil. Fabricius, centur. 5 obser. 41. se nouisse quandam fœminam, quæ sibi sanctè affirmavit, se nunquam fluxu menstruo laborasse, tum durante virginitate, tum etiam in ipso matrimonio, in quo tamen septem liberos feliciter peperit, in puerperio quoque lochia exigua habuit. Fuit autem illa ab ipsa iuuentute semper robusta, valida, morbisque parum obnoxia.

E

Causa verò huius rei est, quod tales fœminæ sunt vel natura calidiores, vt Indicæ, & viragines quædam, vel laboribus magnis exercentur, & hinc sanguinem superfluum non generant, & quidem si non plus eius generatur, quàm quòd alendo corpori sufficiat, planè steriles sunt. Si vero aliquid quidem abundat, quod ad corporis nutritionem non requiratur, tanta tamen eius copia non est, vt natura

An n
conci
possit,
nunqu
fluxer
men
men

Cur
dam
næ m
bus c
& tan
paria

Spatium
fluxus
menstrui.

eum in corpore ferre non possit, quem postea veras, vel concepit semen, fetus ad formationem ad se trahit. De qua re etiam infra, *cap. 2. de sterilitate* dicitur.

Q V A E S T I O II.

An sanguis menstrualis solum quantitate sit superfluus, an vero etiam qualitate vitiosus?

Multorum ea est sententia, sanguinem menstruum non solum quantitate superfluum esse, sed & qualitate, & quidem manifesta & occulta. Manifesta qualitate peccare probant primò, quòd non sine molestia & mordacitate exeat, deinde quia contactu huius sanguinis virile membrum in coitu cum femina, quæ menstruo laborat, excorietur. Occulta verò qualitate peccare & venenatum esse sanguinem menstruum, probant exoperationibus & effectibus sanguinis menstrui, quòd scilicet tempore, quo menstrua fluunt, vapor, què corpore exhalat, specula inficit, & corrumpit, eboris nitorem obscurat, vira corrumpit, ipse sanguis mens-truus, vel vena sanguine menstruo infecta si in plantas incidat, eas enecat; canibus linctus eos in rabiem agit, ab hominibus haustus epilepsiam, lepra, maniam & alios morbos parit: grauidæ ventritilitas abortum conciliat, vel sterilitatem inducit. In ipsis etiam feminis retentus multa mala, vteri suffocationem, vertiginem, lypothymiam varios dolores, in foetu etiam edito variolas & morbillos, aliasque cutis affectiones & scabiditates excitat.

Alii contra sanguinem menstruum qualitate peccare negant, & saltem copia excedere statuunt; cum si qualitate peccaret, imprimis si venenatus esset, integro mense citra damnum in Venis mulieris contineri non posset; & imprimis feminas enecare deberet, si præter solitum retineretur, cum tamen feminæ multæ, quibus menstrua satis diu retinentur, mediocri valetudine vtantur. Præterea cum ex sanguine illo postea retento fetus formetur & nutriatur, nec non ex eo lac, quo infans alitur, generetur non credibile est, eum insignem aliquem qualitatum excessum habere, multò minus venenatum esse.

Mihi probabilior videtur posterior sententia etiam antea proposita, nimirum sanguinem menstruum sua natura saltem copia peccare, non qualitate, seu manifesta, seu occulta. Sitamen vitiosi humores in corpore cumulentur, eos cum sanguine menstruo euacuari, eique permisceri, aut si sanguis menstrualis in corpore præter naturam retineatur, & corrumpatur, præcipue si vitiosos humores admixtos habeat graua symptomata inducere. Nam primò ipsa Naturæ intentio hoc docet. Cum enim primarius finis, cui hic sanguis superfluus in feminis generetur sit fetus formatio & nutritio, & lactis ad alendum foetum generatio: nullo modo vero consentaneum est, naturam tale quid vitiosum, imò venenatum pro fetus formatione & nutritio-ne generare. Deinde & aliz rationes pro ista sententia adductæ idem probant. Quomodo enim si vitiosus, imò venenatus est, poterit sine damno mensis spatio cumulari, & imprimis paulo ante fluxum, ubi eius maxima copia cumalata est, non grauiissima symptomata inducere? Nam si de corpore effusus est, quæ à priors sententiæ patronis allegantur, & tam graua mala inducit, cur non idem in corpore præstaret?

Ad ea vero, quæ pro contraria sententia afferuntur, faciliè responderi potest, si, vt supra dictum, sta-

A tuatur, illos omnes effectus; qui sanguini menstruo adscribuntur, ei non, quatenus talis, competere, sed quatenus illi aliquid vitiosum admiscetur, vel quatenus retentus corrumpitur, & alienam naturam induit. Cum enim Natura singulis mensibus sanguinem istum superfluum expellere soleat, de hominis salute sollicita, si quid humoris vitiosi in corpore sit collectum, id per eandem viam euacuat. Quia verò pauca sunt femina, quæ exactissima sanitate fruuntur, & in quibus non vel in viscere aliquo intemperies & debilitas est, vel quæ non in vitio aliquando delinquant, non mirum est, raras esse feminas, in quibus sanguis menstrualis sit purissimus. Si quis autem obiceret, raras esse feminas, quæ exactissima sanitate fruuntur, & quæ non subinde aliquos vitiosos humores cumulent, ac proinde, si à vitiosis humoribus permixtis fieret tales operationes mutandæ & veneficæ, quæ fuerunt recensitæ, & sanguinem istum foetui damnum allaturum, & lac factum vitiosum; cum tamen lac optimum alimentum foetui præbeat: præterea etiam iis, in quibus menses solè sistunt, grauiissima symptomata illaturum: ad id respondendum cenleo, istas, quæ interdum obseruantur, operationes mirandas sanguinis menstrui non à vitiosis humoribus, verbi gratia, bile, pituita, melancholia provenire, sed istos humores saltem aliquam molestiam in euacuatione hac excitare, grauiiores verò illos effectus ab iis non provenire; cum si ab iis provenirent, etiam in grauidis & lacte, & iis, quibus menses suppressi sunt, animadverterentur, sed ab vtero saltem ortum habere. Vterus enim peculiarem & admirandum vim habet, qua & Venere appetit & humores variè mutat. Credibile ergo est, si quid humoris vitiosi sit in vtero, id à sanguine per vterum fluente elui, & sanguinem alias etiam bonum inde inquinari; imò ab vtero, cuius proculdubio vis generationi dicata, qua & Venere appetit, & semen generat ac effundit, eo tempore, quo menses moueri solent, simul excitatur, sanguinem illum aliquomodo alterari, eique alienas qualitates imprimi. Cum verò sanguis, qui in suppressis mensibus in corpore detinetur, & qui lacti materiam præbet, impressionem istam non acceperit, effectus etiam illi perniciosi ab eo provenire non possunt.

Q V A E S T I O III.

Quomodo locus Aristotelis 7. de hist. animal. cap. 2. sit intelligendus.

Menses hunc continenter, & æquè seu confertim fluere, vt fluxus iste paucis diebus absoluat, interdum vero paulatim, ita vt fluxus quandoque intermitat, & ita pluribus diebus protrahatur, supra dictam: Quod etiam docuisse videtur Aristoteles, dum 7. de hist. animal. cap. 2. scribit: *ἢ τῶν μὴ συνίχει ἢ ἐκπορῶν ἐπιγὰς*, seu vt Gaza legit *αὐγὰς*, ἢ ἐκπορῶν ἐπιγὰς: *ἐκπορῶν δὲ τῶν μὴ συνίχει*, id est, continenter singulis mensibus raro, vel paucis, menses fluunt: mense verò tertio plerisque. Quem locum cum ita viderent vulgo, & acceperint, quod paucis menses singulis mensibus menses moueantur, plurimis autem intermissio vno mense, id est, tertio quoque mense; id vero non solum Galeno atque aliis auctoribus, sed & ipsi experientia repugnet; cum certum sit è sexcentis feminis vix vnã demum tertio mense purgari: multum in loco hoc explicando se torserunt & varias eius interpretationes & conciliationes auctores quæsiuerunt. Albertus Magnus, de animalib. lib. 9. cap. 2. inuertit Aristotelis sententiam, & plu-

rimas fœminas singulis mensibus, paucas tertio quoque purgari scribit, sed id sine vllius exemplaris Græci fide. Neque id etiam experientiz respondet, quasdam tertio saltem mense purgari. Mercurialis, *lib. 5. variar. lect. cap. 2. & cap. de morb. mulier. c. 1.* hoc modo Aristotelem defendere conatur, dum statuit, in versione Latina malè *σπιχῆς* vocabulum omissum esse, sensumque Aristotelis hunc esse: paucas mulieres singulis mensibus acervatim & copiosè, plurimas autem tertio mense acervatim & copiosius purgari. Verùm Mercurialem reprehendit Massarius, primò, quod vocem *σπιχῆς* malè reddiderit; cum *σπιχῆς* non acervatim vel copiosius, sed continenter significet. Deinde, quod falsum sit sua quidem sententia, paucas mulieres singulis mensibus acervatim, plurimas verò tertio mense copiosius purgari. Idem Massarius, vt Aristotelem à tam manifesto errore defenderet, si modò defendi posset, duplicem responsionem affert. Prima est, sententiam Aristotelis suo tempore veritatem habuisse, quo mulieres moderata victus ratione vsz sunt, & admodum sobriè vixerunt. Secunda est, sententiam Aristotelis veram esse, non de mensibus generaliter, sed de prima mensium eruptione, quæ non videtur ita continenter singulis mensibus euenire, cum principio rarè eueniat; vt exactè singulis mensibus periodum fluxus ille obleruet. Sed quod ipse suspiciatur, fortasse neutram responsionem difficultatem hanc soluere, id omnino verum est. Neque enim ab Hippocrate, vel aliis Physicis aut Medicis annotatum, olim aliam fluxus menstrui rationem fuisse infœminis, quàm nunc est. Quòd verò de primo mensium fluxu hic locus accipiendus sit, sine vlla ratione & causa dicitur.

Verùm enim verò disputatio potius de versione, quàm de verbis Aristotelis esse videtur, & proximè ad sensum Aristotelis accedit Mercurialis, qui rectè notat, in versione Latina vocabulum *σπιχῆς* omissum esse. Sensus enim in Græco hic esse videtur. Rarè seu paucis fœminis singulis mensibus continenter & sine vlla intermissione menstruum fluxum fieri, sed id accidere plerisque tertio mense. Neque deest huius rei ratio. Cum secundum anni quadrantes non leuis in humoribus mutatio fiat. Et genuinum hunc esse verborum Aristotelis sensum, mox sequentia verba docere videntur, vbi *σπιχῆς* explicat per *ἀφῆς*, & *καθαροῖς ἀφῆς*, seu purgationem confertim factam, *ὀλιγοχρόνιον*, nimirum *ὀλιγοχρόνιον* fieri dicit: Purgationem verò, quæ non fit continenter, *κατ' ὀλίγον*, paulatim fieri docet, eamque *πολλὰς ἡμέρας* fieri scribit. *Καθαροῖς ἀφῆς*, seu confertim facta euacuatio paucis diebus, duobus nimirum vel tribus diebus, absoluitur; quæ verò non continenter, sed paulatim fit, in plures dies protrahitur. Locus ita se habet: *Ὅσαι μὲν σπιχῆς ὀλιγοχρόνιον γίνονται, ὅσοι δὲ πλείους ἡμέρας ἀφῆς καθαροῖς ἀφῆς δὲ πολλὰς, κατ' ὀλίγον. πλείους δὲ ἡμέρας καθαροῖς πλείους δὲ ὀλιγον, κατ' ὀλίγον, ἀφῆς ἢ καθαροῖς γίνονται. ἢ τὸ σῶμα βαρύνεται σάπαι, ἢ κατ' ὀλίγον.* Id est, *Facilius ergo agitur cum iis, quibus brevi tempore, hoc est, biduo aut triduo proficiunt, sed quibus longum protrahitur, difficilius: Laborant enim id temporis. Aliis namque vniuersim hæc purgatio fit, aliis paulatim. At tamen omnibus corpus grauatur, quando effluit humor.* Quam explicationem si quis probare non velit, metuo, ne & hic nobis accidat, quod sæpe accidere solet, vt præsupponamus, magnos viros nihil falsi profiteri potuisse, & in soluendis eorum erroribus frustra laboremus. Si enim, quod euidentia verborum penè persuadere videtur, Aristotelis mens est, continenter & singulis mensibus paucas fœminas purgari, plerasque verò tertio

A demum mense, falsum id est, & experientia aliud docet.

CAPVT II.

De Mensibus nimis maturè fluentibus.

ET si vt modò dictum, menses primò post annum decimum quartum, nonnullis etiam mox circa duodecimum naturaliter fluant: tamen obseruatum est, nonnullis etiam multò citius fluxisse. Monstruosum fere est, quod Albertus Magnus, *ad lib. 2. Phys. Aristot.* refert, puellam quandam natam fuisse, vberibus pendentibus, & cum pilis in inguine, & sub axillis, quæ etiam patiebatur mensium fluxum: vt & illud, quod hisce diebus Berolini puellæ vndecim dierum humor quidam sanguineus per pudenda effluit, vt ad me Clariss. Dn. D. Martinus Vveisius præscripsit. Hercules Saxonia verò vidit Venetiis puellam, quintum annum agentem, quæ singulis mensibus modicè expurgabatur: & Ioh. Scheænius ex relatione D. Iacobi Suteri scribit, vxorem Vlrici Negelin. victoris Friburgensis in Brisgoia, puellam peperisse, quæ statim atque quintum annum exegit, menstruo fluxu, eoque ordinato laborare cœpit. Et Fernelius, *lib. 6. pathol. cap. 16.* puellæ octauo ætatis anno menstrua fluxisse, refert. Sed hæc omnia rara sunt; & procul dubio proueniunt è tali corporis cõstitutione, quæ sanguinis copiam nimiam maturè generat & tales plerunq; brevioris vitæ sunt: Vndecim verò ætatis anno fluere non ita rarum est, & ipse noui aliquot, quibus id accidit, sed plerunq; tales sunt salaces.

CAPVT III.

De Mensium defectu & suppressione.

ALIAS circa mensium fluxum varia accidit Symptomata. Et quidem cum mensium euacuatio vteri actio sit, vt aliz actiones, ita & hæc actio seu euacuatio vel tollitur, vel minuitur, vel nimia est, vel deprauatur. Tollitur in mensium defectu & suppressione: minuitur in mensium paucitate: augetur in mensium stillicidio, & eorum nimio fluxu: deprauatur, cum menstrua sunt difficilia, vitiosa, inordinata, tardantia, per aliena loca excernuntur, quo & fluor muliebri pertinet. De quibus ordine dicemus. Et primò quidem accidit interdum, vt nonnullis menses nunquam fluant, è quibus aliàs steriles fuisse, alias etiam concepisse compertum est, vt capite præcedente dictum: & ex iis nonnullæ integra valetudine fruuntur, aliæ vitam ærumnosam agunt, & morbis ac symptomatibus variis vexantur. In prioribus causa non est in vtero solo, sed in toto corpore, qualis habitus est viraginum, & vt refertur, etiam Indicarum mulierum, quæ nimirum habitu corporis sunt solido & compacto, colore corporis fusco, pectore & humeris latis, voce graui, corpore hirsuto, in quibus talis corporis temperies est, vt totus sanguis in partium corporis alimentum absumatur, & nihil superflui relinquatur: In posterioribus verò sanguis superfluis generatur, vteri tamen ea est constitutio, vt is per eum nequeat euacuari, ideoque in corpore retentus varios morbos ac symptomata excitat.

Sæpe etiam accidit, vt nonnullis nimis tardè fluant, & fluxus ad decimum octauum vel vigesimum annum differatur. Quibusdam verò menses, qui

Menses nimis mature fluere.

Mensium defectus.

Menses suppressione.

antea fluxerunt, subsistunt aliquandiu, etsi neque gravidæ sunt, neque lactent (his enim naturaliter subsistere solent) & quidem interdum satis diu, ut compertum sit, quibusdam triennium, quibusdam quinquennium, septennium menses non fluxisse, & tamen postea reuocatos esse. Est nimirum mensium in feminis defectus & suppressio sanguinis menstrui præter naturam retentio, ob eius vitium, vel viarum angustiam.

Causæ.

Deficiunt enim menses vel quia sanguis superfluous, qui singulis mensibus euacuatur, deest; vel quia, licet adsit, supprimitur, quod vitium in specie nonnulli mensium suppressionem appellant.

Sanguis autem, qui menstruo spatio euacuatur, deest, vel quia non generatur, vel quia genitus dissipatur, absumitur, aut in alios usus conuertitur. Natura enim de Individui conseruatione magis sollicita, quam de speciei propagatione, si sanguis non abundet, cum in Individui conseruationem absumit, & nihil ad vterum mittit.

Non generatur sanguis ob causas Internas quidem, ob ætatem iam senilem, vel frigidiorē corporis constitutionem, vel partium principum, imprimis epatis & cordis ut & ventriculi intemperiem frigidam, aut alios morbos, qui sanguinis generationem prohibere possunt, quales etiam sunt febres, quæ viscerum temperiem lædunt: Externas verò, ut in ediam, & cibi ac potus sufficientis defectum. Quod referri potest & crebra sanguinis, præcipue à venis superioribus, euacuatio, fonticuli etiam plures, qui & ipsi aliquid de sanguine absumunt, ut & vlcera diuturna. Absumitur verò vel in alios usus conuertitur, non solum in ætate ante pubertatem, vbi sanguis in augmentum corporis absumitur, sed & in gravidis, in quibus sanguis in fœtus nutritionem & augmentum assumitur, ut & i lactantibus pferisque in quibus sanguis in lac conuertitur. Compertum tamen est etiam quibusdam gravidis & nutricibus menses ordinate fluxisse: quod proculdubio accidit, cum sanguis copiosior vel natura, vel ex victu pleniore generatur. Præterea absumitur sanguis in temperatura corporis calidiorē & sicciore, vnde virgines quædam mensibus destituuntur, ut & saltatrices. In pinguibus quoque & obesis sanguis illē superfluous in pinguedinem conuertitur. Vnde Hippocrates & Galenus monent, quod corpora & gracilia & obesa aut plane menstrua euacuatione carent, aut exiguam habent: in quibus etiam irritō conatu, stantibus hisce causis, in menstrui prouocandis laboratur.

Morbi autem, qui sanguinem absumunt, sunt calidi & sicci, ut febris hectica, putridæ, ardentes vel diuturnæ: symptomata: euacuationes nimix per quamcunque partem factæ. Quædam tamen ex his causis non solum sanguinem, qui genitus est absumunt, verum etiam faciunt, ut paucus, & qui nec corporis nutritioni sufficiat, generetur. Itaque in febribus & similibus morbis, quæ epar debilitant, sanguinemque ab eo generatum in toto corpore absumunt, non solum nihil sanguinis superflui, quod singulis mensibus euacuatur, redundat, sed etiam ob eius defectum nutritio læditur, & corpus emaciatur. Idemque ij errant, qui in talibus casibus menstrua prouocantia exhibent; cum sanguis, qui euacuatur, non adsit.

Externæ verò & euidentes causæ sunt exercitia atque labores nimij, cura, mæror, terror: Quæ tamen posteriores causæ defectus menstruorum sunt, non solum quia sanguinem absumunt, sed etiam quia eum refrigerant, corrumpunt, calorem innatum absumunt, & ad viarum obstructionem faciunt. Itaque

fett Hippocrates, *6. epidem. sect. 8. in fine*, Abderis Phaëtusam Pythæi coniugem antea per iuuentutem fecundam fuisse, viro autem eius exulante diu menses defecisse, ex quo postea dolores & rubores ad articulos exorti sint. Quæ vbi contigerint, tum corpus virile, tum in vniuersum hirsutum esse redditum, & barbamque esse enatam, & vocem asperam redditam. Sed cum omnia, quæ ad menses deducendos facerent, tentassent, non proflixisse, verum haud ita multo post vita functam esse. Idem quoque in Thaso Namysia, Gorgippi coniugi contigisse. Omnibus autem Medicis, cum quibus etiam collocutus fuit Hippocrates, vnicam spem adesse visam esse, ad muliebrem naturam reduci posse, si menses secundum naturam procederent. Verum etsi omnia molirentur, huic prodire non potuisse, sed paulo post mortuam esse. Idem plurimis aliis feminis accidisse obseruatum, quæ ob vehementes animi affectus mensium fluxu alix per aliquot menses, alix per omnem vitam priuatæ sunt. Faciunt huc & balnea ac æstuaria, si iis se feminæ fluentibus vel fluxuris mensuris committant. Cum enim sudores copiosos prouocent, non solum sanguinem versus ambitum corporis rapiunt, sed & ferrosam eius partem, quæ imprimis fluxibilitatem ei præstat, absumunt. Suppressionis autem mensium propriè dictæ causa est viarum, per quas sanguis effluere debet, angustia, aut mala conformatio. Non autem dicemus hic de vteri clausura, ob quam etiam sanguinis menstrui effluxus impeditur, de qua supra, *part. 1. sect. 1. cap. 3.* dictum, sed de ea solum angustia, quæ tantum in vasis est, sanguinem hunc euacuantibus. Et quidem plerumque vasa, quæ sunt in ipso vtero, angustiora redduntur. Quibus autem de causis angustia vasorum vteri fiat, alij aliter docent. Plerique ex Auicenna dispositiones, quas sequitur vasorum vteri angustia, septem recensent. Prima est multitudo pinguedinis in omento, ob quam vasa vteri comprimantur. Secunda est tumor, ob quem eadem vasa itidem comprimantur, & angustiora reddantur. Tertia, clausura vasorum à carne vel membrana aliqua annata. Quarta est cicatrix post vlcera vteri relicta. Quinta vteri situs vitiat, & hinc facta ceruicis vteri contorsio. Sexta condensatio substantiæ totius vteri. Septima coalescentia vasorum vteri, ob abortum frequentem. Verum cum à Galeno *de causis morb. cap. 7.* constet, causas angustia meatuum seu vasorum esse obstructionem, constipationem, coalescentiam, compressionem & subsidentiam, etiam ex his causis angustia vasorum vteri petendæ.

Frequentiſſima angustia causa hic est obstructio ab humoribus crassis & viscidis. Nonnulli equidem hoc causæ genus in duo diuidunt, docentque, menstrua supprimiti, vel ratione vasorum, vel ratione humorum, dum scilicet ij crassi viscidis & leni sunt. Verum res eodem redit. Nam ij ipsi humores obstructiones vasorum vteri pariunt, & sibi ipsis vias præcludunt. Sanguinis verò copia suppressio mensium causa vix esse potest; cum venæ hæc satis late & amplæ sint, ut sanguini etiam copioso exitum præbere possint. Et quidem crassities hæc & visciditas est vel in ipso sanguine, quando is nimis frigidus & crassus generatur, vel sanguini bono humores excrementij, pituitosi scilicet & melancholici, permiscuntur, qui quando postea cum sanguine ad venas vteri feruntur, eas obstruunt. Atque hæc frequentissima, ut dictum, est menstruorum suppressorum causa.

Generantur autem humores & sanguis crassus ex ventriculi, epatis & lienis frigiditate, & alimentis crassis & viscidis, ut & frigidæ aquæ potu, præcipue

Suppressio-
nis propriè
dictæ causæ
sunt.

Viarum
angustia
causa.

Obstru-
tio.

tempore menstrui fluxus sumptis. Ita refert Galenus, *lib. de vena sectione aduersus Erasistras.* sua tempestate mulieres quasdam Romanas, cum frigidissimam ex niue potarent, nullo pacto purgatas aut diminutè purgatas fuisse. Ideoque ad hanc causam omnia, quæ crassum sanguinem generare, vterique venas obstruere possunt, pertinent. Et cum sanguinis tempore menstrui fluxus maior sit impetus, quàm alias, si sceminae & virgines præcipuè tempore, quo fluunt, cibis crassis & minus commodis vtantur, faciliè in suppressionem mensium incidunt. Referunt tamen huc nonnulli etiam vteri calidam Intemperiem, ob quam humores subtiles & acres dissipentur & absumentur, crassæ verò & terrestres partes relinquantur, aut ipse sanguis adustus in scirrhum, cancerum & alios tumores conuertatur. Alij & siccam vteri intemperiem addunt, ob quam vasa vteri coarctantur, quæ contrahatur à febris, quas scemina primis ætatis annis passa est.

Constipatio.

Deinde fit angustia à constipatione, dum ipsius vteri corpus densius redditur, cuius vitij mentionem facit Gal. 3. *de sympr. caus. c. 4. & 5. aphor. 28.* Et quidem vitium hoc interdum à primo ortu est, vnde perpetuam mensium suppressionem parit, nisi quis accommodatis medicamentis longoque tempore vterum ad meliorem habitum transferat. Post ortum verò vteri substantiam duriores reddere possunt, intemperies frigida, sicca, calida & sicca.

Compressio.

Tertio fit angustia à compressione vasorum vteri, quæ fit à tumoribus vteri, imprimis scirrhus & induratione, & vicinarum partium, vt intestini recti, vesicæ, grandioribus calculis, vt & vteri situ mutato. Nonnulli etiam addunt pinguedinem omenti nimiam. Possunt tamen etiam vasa constringi & coarctari ab externis causis, vt aère frigido, sicco & aquilonio, lapsu in aquam frigidam, aut aliàs mora in aqua frigida, præsertim si illa accidant fluentibus mensibus. Tunc enim & venæ vteri constringuntur, & humores densantur, ac in venis vteri tenentur, qui ibi hærentes crassescunt, & postea obstructions pariunt.

Coalescentia.

Quarto coalescentia fit à carne vel membrana aliqua vasis vteri obnata, vt & cicatrice, quod post vlcera accidit, vbi membranae interdum intus vtero obducuntur, aut post vlcera cicatrices relinquantur, quæ sanguinis effluxum prohibent. Idem interdum post abortum frequentem accidit, post quem venæ illæ, quibus secundinæ adhærent, ita coalescunt, vt postea aperiri non possint. Subsidentia hæc locum non habet: nisi quis ad subsidentiam referre velit eam obstructionem, quæ fit à medicamentis adstringentibus & siccantibus, quibus eæ interdum vtuntur, quæ virginitatem, quam non habent, venditare volunt. Ab eiusmodi etiam adstringentibus venæ vteri ita roborari & constringi possunt, vt sanguinem affluentem non suscipiant.

Tandem suppressorum mensium causa potest esse mala vteri conformatio, etiam præter clausuram vteri, ita vt vterus vel vasis illis sanguinem ad vterum ferentibus careat, vel ea malè conformata, aliò conuersa, aut contorta habeat, ita vt sanguis per ea effundi non possit; id quod accidit vel à prima conformatione, vel ex casu, percussione, aut morbo aliquo præcedente. Fernellius etiam huius causæ mentionem facit, dum scribit, se vidisse mulierem, cui ex hoc vitio nunquam vel menses vel aliud quicquid fluxit ab vtero, & nihilominus bene habita prorsusque incolumis annos vixit circiter sexaginta. Verum vix credibile est, saltè vteri conformationis vitio hoc accidisse: sed proculdubio sanguis superfluus non generatus fuit. Si enim sanguis superfluus in corpore generatus fuisset, eique exitus in vtero

non paruisset, sine incommodo in corpore detineri non potuisset.

Nonnulli tamen peculiaris adhuc causæ suppressorum mensium mentionem faciunt, nimirum adustionis, cum scilicet tempore hyberno sceminae incensos carbones ad frigus arcendem ventri inferiori subdunt, quorum calore vterus exurit, & incalcescit, & mensura exsiccantur. Vnde mensibus suppressis vterina strangulatio & similia mala oriuntur. Plura de causis videantur infra, *quest. 1.*

Signa Diagnostica.

An menstrua purgatio plane deficiat, ex ipsius sceminae relatione cognoscitur. Sunt tamen etiam signa, quibus et si mensuorum defectum fateri nolint sceminae, idem cognoscitur. Sunt enim plurima symptomata, prout ad hanc vel illam partem sanguis ruit, quæ ex mensium suppressione oriuntur, quæ eam faciliè indicant. Non tamen plane eadem sunt in virginibus & mulieribus. In virginibus enim sanguis suppressus per venas hinc inde vagatur, & obstructions parit, colorem corporis mutat ac febres inducit, & præcipue febriculam illam, quæ febris alba appellatur, & faciliè è facie agnosci potest, quòd virgini menses non rectè fluant: in mulieribus verò magis ad vterum fertur, & vterinos morbos ac symptomata parit. Vnde mulieres cibi fastidium, nauseam, vomitum, picam patiuntur: virgines verò rarò ex mensium suppressione hisce malis corripiuntur: Maior enim est ventriculi cum vtero consensus, quàm cum venis.

Signa.

Sunt autem signa, quibus mensium suppressio cognoscitur, varia. Vnum proponit Hippocrates, 5. *aphor. 39.* dum scribit: *Signa nec prægnans, nec præperera est, lac habet, si menstrua defecerant.* Id tamen potius propter autoritatem Hippocratis creditum, quàm vlla ratione confirmatum nonnulli censent, putantque, si ob causas morbificas menstrua retineantur, lac quod fetus nutriendi gratia saltem generatur, produci non posse, & si quid tale in mammis appareat, id ichorem quendam subalbidum esse, quo non solum virginum, sed etiam virorum mammæ interdum abundant. Verum non rationi aduersum videtur, sceminas etiam non grauidas lac in mammis habere posse. Est enim venarum vteri & mammarum magnus consensus. Mammariæ enim venæ rectè ad latera sterni vtrinque descendunt, & thoracem egressæ deorsum per musculo um internam faciem procedunt, & vbi ad umbilici regionem peruenerunt, pluribus anastomosibus cum epigastricis venis vniuntur & coeunt. Oriuntur autem epigastricæ venæ ab externo ramo iliaco, à quo etiam hypogastricæ venæ, quæ ad ceruicem vteri fundumque feruntur, ortum habent. Itaque dum sanguini per vterum exitus non patet, per venas ita coeuntes ad mammas faciliè ferri, atque in iis lac mutari potest. De qua re plura infra, *sect. 3. cap. 1. quest. 5.* dicentur.

An foetus non quidam dicitur in mammis habere possit

Alius deinde aphorismus, nimirum 61. est in eadem sectione, qui etiam signum quoddam suppeditare videtur, qui talis est: *Si mulier purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre superueniente, cibique fastidium accidat, prægnantem esse putato.* Innuere enim videtur hic aphorismus, si menses præter naturam sceminae supprimantur, horrorem inferre, ob materiae vitiosæ in habitum corporis distributionem, febrem autem ob putredinem, quam sanguis suppressus concepit. Verum non semper hoc accidit, sed tum solum, cum in cacochymicis corporibus menstrua supprimuntur. Clarius hoc explicat, & plura signa addit Hippocrates, *lib. 1. de morb. mul.* Tertio, *inquit*, mense, post suppressa menstrua incipiunt sentire suffocationes & horrores,

E

lumborum grauitatem, & quandoque febrim. Quod A si suppressio diutius perseveret, iam illis obdurefcit venter, vrina copiosior mingitur, cibi fastidium & vigilie ingrauescunt, ita vt inter dormiendum dentibus strideat. Et si adhuc retineantur, quinto mense his omnibus, & maxime doloribus vrgebitur grauius. Sed sexto mense insanabilis morbus reddatur, qui antea curari poterat. Et cum hoc anxia sit, & animo linquitur, pituitam vomit, sicut magna vexabitur, dolebunt partes ventris & pectinis, febris accedet, supprimenturque excrementa alui atque vesicæ, spina dorsi dolore vexabitur, & quasi balbutiet. Posthac autem intumescunt crura, pedes, venter, & vrina mingitur rubra, sanguineaquo, & dolor totum occupat corpus, maxime collum, spiam & inguina, atque sic moriuntur, scilicet ex hydrope. Quæ eadem ferè signa habet Galenus 8. *de loc. aff. cap. 5.* Accedit totius corporis grauitas, & lassitudo tenuia, dolor lumborum colli & lyncipitis, qui ad radices oculorum vsque extenditur, ob sanguinis retenti per totum corpus diffusionem. Imprimis verò hæc lassitudo crura & coxas detinet, propter venarum harum partium cum venis vteri consensum. Corpus in nonnullis, quibus menses diu subsisterunt, fit viride, & vniuersum hirsutum, barbæque enascitur, & vox aspera reddatur, cuius exemplum supra ex Hippocrate. 6. *Epid. sect. 8. de Phaëtula Pytheiconiuge* retulimus.

Quia vero mulierculæ ex illicito concubitu grauidæ, seque pro virginibus venditantes grauiditatem negare, & mensium suppressionem saltem accusare solent; & aliàs etiam multa signa grauidis & suppressione mensium laborantibus sunt communia, presertim si menses, qui mulieri fluere solebant, sint impuri & malis qualitatibus præditi: Medicus cautus esse debet, ne hac in re decipiatur, & proinde qua ratione grauidæ mulieres ab iis, quæ suppressione mensium laborant, discerni possint, diligenter inquirendum. Possunt autem hoc modo discerni. Primo quod grauidæ plerumque natiuum corporis colorem retinent; cum contra fœminæ suppressione mensium laborantes pallidæ sint, & fœdo faciei colore: grauidæ etiam hilares sunt, & parum in animi pathematis mutantur; cum contra in suppressione mensium plerumque tristes sint. Secundò symptomata, quæ grauidis in principio accidere solent, indies paulatim mitescunt: contra verò in suppressione mensium quò diutius menses subsistunt & cumulantur: eò magis symptomata augentur. Tertio in grauidis motus & situs infantis tertio mense manu ventri admota percipi potest; quod non fit in suppressione mensium, in quibus tumor quidam ædematosus & durus, nec vtero semper respondens percipitur. Quartò iis, quæ grauidæ non sunt, os vteri non ocluditur, aut cum quadam duritie ocluditur, de quo Hippocrates, 5. *aphor. 54. Quibus os vteri durum est, iis arctetur necesse est.*

A qua autem causa mensium suppressio ortum habeat, sic distinguitur. Internas quod attinet, si sanguis vel non generetur, vel absumatur, id totius corporis, epatisque aliarum partium dispositiones considerati, & omnia signa earum perpendenti facile patebit. E. G. An mulier obesa, vel habitu corporis calido & siccò prædita sit, & viraginem repræsentet, an vero grauem aliquem morbum passa sit, & omnino, quantum & quomodo sanguis in corpore generetur, diligenter Medicum latere non potest. Sanguinem etiam ad vterum non mitti cognoscitur, quod nulla circa vterum grauitas adest, neque dolor aut tumor: color vero corporis pallidus, & alia in partibus superioribus cacochimicæ signa, iecur aut lien obstructus:

Si ab obstructione venarum ortum habeat suppressio, quæ causa frequentissima est, atque ea fiat à pituita viscida, præcesserunt causæ pituitam generantes, totius corporis corpora adest, color albus, pulsus rarus, vrinæ sunt crudæ: si à melancholia sit obstructio, eius redundantis signa adsunt. Et cum ab obstructione malum est, instante tempore purgationis menstruæ dolores in lumbis & partibus vteri vicinis percipiuntur, & si quid fortè effluat, mucosum subalbidum, aut subnigricans est, & linteolis exceptum humorem peccantem facile indicat. Si vteri intemperies aliqua vasorum angustiam inducat, patet id ex signis intemperierum vteri supra positus. Si à compressione sit vasorum vteri angustia, vteri vel vicinarum partium tumores adsunt; vel vterus suo loco exedit. Si à coalescentia sit suppressio præcesserunt vlcera vteri. Si menses adulti sunt, causa ex fœminæ relatione cognoscitur, & adsunt mensium suppressorum symptomata alia, sed ea cum caliditate coniuncta. Et omnino quæ causa suppressorum mensium sit, non ita difficulter cognoscitur, si omnes causæ euidentes, quæ præcesserunt vel adsunt, diligenter considerentur, & an morbus aliquis in vtero, toto corpore, vel aliqua eius parte adsit, per signa suo loco proposita, inquiretur. Externæ etiam causæ si quæ præcesserint, maloque huius originem dederint, vt frigidæ aquæ potus, vel lotio in aqua frigida, vel frigidus aer admissus, ab ægra cognoscuntur.

Prognostica.

1. Suppressio mensium periculosum malum est, Prognosticè quo multa & graua oriuntur mala. Seu, vt Hippocrates, 5. *aphor. 57.* scribit, si menses subsistant, accidunt ab vtero morbi. Et quidem alia in ipso vtero, vt tumores, abscessus, vlcera; sicut inflammationis colli matricis ex suppressione mensium exemplum habet Guiliel. Fabricius, *Centur. 2. obseru. 62.* Vlceris, *ibidem obseru. 53.* inflammationis, gangræne & inde subsequente mortis, *obseruat. 64.* sterilesque fiunt mulieres: alia in toto corpore, vt febres, febris alba, leucophlegmatia; alia in aliis partibus, vt ciborum fastidium, sanguinis vomitus, epate affecto hydrops, cardialgia, tussis, difficilis respiratio, lipothimia, ophthalmia, melancholia, capitis dolores, mania, arthriticis. Quædam & hirsutæ fiunt toto corpore, imò, quod memorabile, quibusdam barbam erupisse & viris similes eas factas obseruatum, vt de Phaëtula refert Hippocrates, 6. *epid. f. 8. in fine.* De quibus malis ex mensium suppressione ortis pluribus agunt Hippocrates, *de morb. mulier. Galenus, 6. de loc. aff. cap. 5. aphor. 57. 3. prorrhetic. text. 31. de Venæ sect. aduers. Erasistr. c. 1. § 3. Auicennas, lib. 3. fen. 21. tract. 3. cap. 36.*

2. Quò diutius menses subsisterunt, eò difficilius reuocantur; sæpe etiam nunquam reuocari possunt.

3. Cum autem grauissima excitent sæpe symptomata menses suppressi, vt ex iis, quæ de signis & 1. Prognosticè modò dicta sunt, patet, quò plura & grauiora sunt symptomata, eò malum est periculosius. Si tamen per aliam viam sanguis euacuetur: quod interdum accidit, minus læduntur, de quo Hippocrates, 5. *aphor. 33. Mulieri mensibus deficientibus sanguis è naribus profluens, bono est.* Modò non fiat sanguinis euacuatio per vesicam, quod nonnumquam obseruatum est. In vesica enim sanguis in grumos facile concrefcit.

4. Imò tandem ex suppressione mensium mulieres moriuntur, id quod Phaëtusæ & Nanyssæ accidit, 6. *epid. sect. 8. sub finem.* Et quidem sæpe longo tempore cum mensibus suppressis vitam trahunt, si graua symptomata absint, sicut Hippocrates, 4. *Epid. refert, ancillam quandam redeuntibus*

mensibus, qui per septennium suppressi fuerant, sanitate recuperasse. Si vero graua simul adsint symptomata, dolores vehementes, vigilie diuturnae, animi deliquium, obtumescencia, tremor, paralysis, vteri suffocatio, febris, melancholia, varii tumores, cito moriuntur.

5. Pro ratione autem causarum hinc facilius, nunc difficilius menses reuocantur, vel etiam plane non reuocantur. Obstructio curari potest, & eò quidem facilius, quò malum est recentius. Coalescentia curari non potest. Densitas verò & durities diffiçulter & non nisi longo tempore. Quid de compressione à tumoribus sperandum sit, ex his, quae supra *part. 1. sect. 2. c. 7. de Vascularum vteri Angustia*, dicta sunt, patet.

6. Hippocrates equidem, *de morb. mul.* scribit: Si menses supprimantur sex menses, illos non amplius prouocari posse, & malum esse incurabile. Exstant tamen exempla contraria apud ipsum Hippocratem. Nam, vt modo dictum, *4. epid. 92.* est historia cuiusdam ancillae, qui septem annis suppressi fuerunt menses, qui tamen iterum fluere coeperunt. Et *5. epid. circa initium*, uxori Gorgiae in Larissa menses quatuor annis suppressi fuerunt & redierunt. Galenus quoque, *6. epid. comm. 3. c. 29.* meminit mulieris emaciatæ, cui mensibus octo menses fuerunt suppressi & redierunt. Itaque an malum sit curabile nec ne, non solum ex tempore suppressionis, sed ex ætate foeminae, corporis constitutione, & causarum varietate colligendum. Tanta enim interdum est causarum pertinacia, vt nullis remediis cedant, id quod ipse Hippocrates expertus est, qui *in fine 6. epid.* scribit, duas mulieres alteram Phaëtusam, Pythææ uxorem, alteram Namythiam, Gorgippi uxorem, multo tempore menses suppressos habuisse, in quibus etsi ipse cum aliis Medicis omnia fecisset, quæcunque fieri poterunt & debebant, nihilominus menses nunquam rediisse, & vtrisque mortuam esse.

Indicationes.

Indicationes.

Cum mensesideo non fluant, quia sanguis, qui euacuetur, deficit, vel etiam si adsit, propter vasorum vteri angustiam euacuari non possit, faciliè hinc patet, si sanguis non generetur, eius generationem promouendam: aut si absumat, causas, quæ eum absument, tollendas esse, absumtumque instaurandum. Si verò euacuari non possit propter vasorum vteri angustiam, eam tollendam esse. Cum autem angustiae variae causæ sint, vt supra dictum, varia etiam ad eas tollendas requiruntur remedia.

Curatio.

Curatio.

Morbos autem, ob quos sanguis vel non generatur vel absumitur, quod attinet, eorum curatio è suis locis petenda; neque menses mouentia medicamenta exhibenda his, in quibus nulla sanguinis est abundantia, sed in macilentis atque extenuatis sanguis primum bona victus ratione reparandus, qui vbi reparatus fuerit, sponte postea profluit. Si à nimio exercitio sanguis sit absurtus, quiete & otio ad naturalem statum foeminae reducendæ sunt; si sint obesæ nimis, emaciandæ; si emaciatæ, impinguandæ & omnino ad meliorem statum reducendæ. Quòd si factum fuerit, expultrix languida roborabitur, vt postea sese rectius ad expulsionem accingat. Causis verò angustiae quod attinet, cum frequentissima obstructionis mensium causa sit obstructio venarum vteri, de ea primo loco dicemus.

Vena factio.

Principio verò videndum, an aliqua sit sanguinis in corpore redundantia. Plerumque enim si sanguis supprimatur, in corpore cumulat corpusque grauat, & propterea leni euacuante præmissò, imminuendus est. Imò etiam alias & cum nulla plethora præcessit, modò non ex defectu sanguinis mensium

A suppressio ortum habeat, vena aperiri potest. Etenim sanguis, qui singulis mensibus subsistit, in corpore cumulat, & in venis hærens ad vterum reuocandus est. Vnde etiam Galenus, vt *6. Epid. com. 3. c. 29.* refert, mulieri emaciatæ extraxit tribus vicibus tres sanguinis libras, atque huius auxilii beneficio eam liberavit à diuturna mensium suppressione.

Aperienda autem vena in talo est; quoniam solum sanguinis copia, si adsit, immittitur, sed &, quod præcipuum, sanguini ad vterum motus conciliatur, de quo *quest. 2.* dicitur. De loco Venæ sectionis, vt & de cucurbitulis hoc etiam notandum, vt esse, cum hæc auxilia repetenda sunt, vt vna die sanguis ex vno cruce, postredie ex altero detrahatur.

B Quantum autem sanguinis euacuandum sit, copia eius & vires docebant. Paulus Ægineta equidem neque plus duabus libris cum dimidia, neque minus vna libra mittendum censet. Galenus, *loco modo allegato*, mulieri emaciatæ se extraxisse tribus vicibus tres libras sanguinis, atque huius auxilii beneficio eam liberasse à diuturna mensium suppressione scribit. Verum nostræ foeminae rarò tantam copiam sanguinis euacuari sinunt. Et præstat, vt quæ copia sanguinis euacuari debet, non vna vice emittatur, sed pluribus. Ita enim nec vires nimium deiciuntur, & sanguinis fluxus ad vterum rectius concitatur.

C Tempus autem venæ sectionis quod attinet, si salutem euacuandi sanguinis gratia vena aperitur, statim principio id fieri potest: quæ verò postea in talo aut poplite aperitur, reuocandorum suppressorum mensium causa, commodissimè è diebus tribus, quatuor, aut quinque ante tempus conuetæ euacuationis secatur, vt materia ad motum, quem eo tempore instituere solet, concitetur, de quo vide *quest. 2.*

Venæ sectionis loco in debilibus etiam crurum scarificationibus & cucurbitulis scarificatis, vt & hirudinibus cruribus adhibitis, vti possumus. Quandoque tamen etiam cucurbitulæ non scarificatæ adhiberi possunt ad sanguinem ad vterum reuocandum, præcipuè si ad alia loca feratur. Si enim sanguis ad alia loca feratur, per cucurbitulas verò non scarificatas ad inferiora trahatur, nec euacuetur, ad venas vteri ruit, easque aperit. Vt autem hoc commodius præstent, prius locis remotioribus, cruribus nimirum, deinde propioribus, coxis scilicet sunt applicandæ.

D Quod cucurbitulæ sine scarificatione præstant, idè ligaturæ & frictiones partium inferiorum, post totius euacuationem, & præcipuè eo tempore, quo menses fluere solent, præstare possunt. Nonnulli & hæmorrhoidum apertionem ad menses suppressos reuocandos vsurpandam censent. Verum cum vt Galenus *de cucurbit. scarif. cap. 10.* docet, hæmorrhoides ab vtero deriuent, earum apertio potius impedit, quam promouebit, mensium fluxum.

E Quidam etiam Cauteria cruribus & coxis inuendæ censent, scribitque Mercurialis *tom. 2. consil. 26. & 4. de morb. mul. cap. 1.* se multiplici experientia didicisse, cauteria infra genua posita suppressos menses reuocare. Verum cum & ista ab vtero potius deriuent, & humoribus, qui cum sanguine ex vtero fluere solent, aliam viam monstrant, inclinationem eorum ad vterum prohibent.

Medicamenta quod attinet, primo lenientia adhibenda. Inter quæ commodissima hic est hiera picra ad *℞. B.* in bolum redacta, vel pil. de tribus hiera s.

Præparantia postea parentur ex his, quæ calefaciendi crassosque humores incidendi & attenuandi vim habent, quæ supra, *part. 1. sect. 2. c. 6.* sunt proposita, præcipuè è *betonica, calamintha, matricaria, puleg. artemisia, &c.* Si tamen humor melancholicus

simul peccet *buglossa, borrago, melissa*, & similia humorem melancholicum respicientia addenda. Vt *℞. aq. artemisiae, calaminthae capill. Vener.* an. $\frac{3}{4}$ iii. *℞. de quinque radicib. de artemisia* an. $\frac{3}{4}$. ij. F. Potio pro tribus dosibus. Vel *℞. sir. de artemis.* $\frac{3}{4}$. ij. *aq. maricar. pulegy, gentiana cum vino destill.* an. $\frac{3}{4}$. ii. *cinam.* $\frac{3}{4}$. ij. Misc. pro duab. vel tribus dosibus. Vel *℞. rad. aperient.* $\frac{3}{4}$. b. *rubia tinctor. pimpinell.* an. $\frac{3}{4}$. ij. *artemis. betonic. chamedr. calaminth.* an. M. j. *cicerum rubr.* M. b. *fl. bugloss. anthos* an. p. j. Coq. in aq. f. Colatura dulcoretur saccharo & aromatizetur aqua cinamomi. Vtile est etiam pituitosis corporibus decoctum Guaiaci aut salisfras cum dictamno Cretico, vel alio vtero conueniente medicamento, si bibatur per dies 15. verum sine sudoris pro-
 uocatione.

Evacuatio: Humores preparati postea euacuentur, imprimis hieris, *agarico, mechoacanna, turbitib.* quibus *colocynthidem, scammonium, helleborum nigrum* pro humoris peccantis natura & corporis constitutione addere possumus. Vt *℞. Agaric. trochi.* $\frac{3}{4}$. ii. Infundantur in aq. *artemis.* $\frac{3}{4}$. ii. *oxymel. s.* $\frac{3}{4}$. j. Colentur. Adde *extr. mechoac.* $\frac{3}{4}$. j. M. Vel *℞. rad. aperient.* $\frac{3}{4}$. b. *artemis. beton.* an. P. ij. *fal. sena el.* $\frac{3}{4}$. b. *agarici albiss.* $\frac{3}{4}$. ij. *sem. fœnic. anisi* an. $\frac{3}{4}$. j. *galanga* $\frac{3}{4}$. b. *flor. rosismar.* P. i. Infund. in aq. i. Col. quæ sit $\frac{3}{4}$. iii. b. adde *Sir. de fol. sena* $\frac{3}{4}$. b. *aq. cinam.* $\frac{3}{4}$. b. M. Vel vino affueat tali ut possant. *℞. turbitib. el. mechoac. agarici* an. $\frac{3}{4}$. ii. *fol. sena el.* $\frac{3}{4}$. j. *b. capill. melissa, rosismar.* an. P. ii. *cinamomi, galanga* an. $\frac{3}{4}$. j. Sacculo inclusa suspendantur in vini albi f. q. horis XXI V. Postea $\frac{3}{4}$. v. vel $\frac{3}{4}$. vi. exhibeantur. Potest etiam in qualibet dosi, si hoc, *mannæ* $\frac{3}{4}$. b. dissolui. Vel *℞. rad. rubia tinctor. eryngy* an. $\frac{3}{4}$. b. *maiorana, melisse, betonica, rosismar.* an. M. i. *sem. carthami* $\frac{3}{4}$. b. *agaric. troch.* $\frac{3}{4}$. b. *turbith. el.* $\frac{3}{4}$. iii. *zinzib. galanga* an. $\frac{3}{4}$. ii. Affusi. vini q. f. Vel *℞. rad. aperient. eryng. rubia tinctor.* an. $\frac{3}{4}$. Sem. *aristol. rot.* $\frac{3}{4}$. iii. *bryon.* $\frac{3}{4}$. Sem. *valeriana* $\frac{3}{4}$. ii. *artemis. maricaria, pulegy, maiorana melissa* an. M. j. *flor. rosismar. cheiri* an. P. i. *sem. fœnic. anisi* an. $\frac{3}{4}$. j. *cartham. excori.* $\frac{3}{4}$. Sem. Coq. in aq. f. In Col. Infund. *fol. sena el.* $\frac{3}{4}$. ii. *agarici albi, tuperbi* an. $\frac{3}{4}$. Sem. *zinzib. galanga, zedoaria* an. $\frac{3}{4}$. j. Postea ebulliant & colentur, addita que sacchari f. q. coq. ad Sirupi consistentiam. Cui adde *aq. cinam.* $\frac{3}{4}$. Sem. F. Sirupus laxatiuus. Vel *℞. spec. diaturbith. cum rhabarb.* $\frac{3}{4}$. Sem. *mechoac.* an. $\frac{3}{4}$. ii. *agarici trochisc.* $\frac{3}{4}$. j. *spec. diarrhod. abb. cinamomi,* an. $\frac{3}{4}$. Sem. *chalyb. prep.* $\frac{3}{4}$. j. *pulpa passalar. per seiacum traiectar. q. f.* M. F. Elect. decur quantum nacem iuglandem æquat, vel plus etiam. *℞. spec. episcopi, diaturbith cum rhab.* an. $\frac{3}{4}$. Sem. F. puluis. *℞. spec. diaturbith. cum rhab.* $\frac{3}{4}$. a. *mechoac.* $\frac{3}{4}$. i. Vei *℞. pil. benedictar.* $\frac{3}{4}$. ii. *de tribus* $\frac{3}{4}$. j. *extr. scam.* $\frac{3}{4}$. ii. F. pil. Si fortiotibus indigeat, vsurpari possunt pil. de *agarico, fœtidæ & similes.*

Atque ista preparantia & purgantia per vices, si obstructio sit pertinacior, exhiberi & repeti possunt. Commodissima nam autem est, purgationes frequenter repetere, & per eorum materiam sensim euacuar. In quem vium de istis pilulis singulis vel alternis diebus $\frac{3}{4}$. Sem. vel $\frac{3}{4}$. ii. exhiberi possunt. *℞. agarici trochi.* $\frac{3}{4}$. ii. *rubia tinctor.* $\frac{3}{4}$. j. Cum *sir. de artemis. F. pilulæ* Vel *℞. Agarici albi* $\frac{3}{4}$. ii. *pil. de tribus spec. diacarcuma* an. $\frac{3}{4}$. Sem. *croci* $\frac{3}{4}$. $\frac{3}{4}$. ii. *ol. cinam. gutt.* i. Cum *sir. de artemis. F. pilulæ*. Vel *℞. aloës* $\frac{3}{4}$. iii. *pil. de tribus* $\frac{3}{4}$. i. Cum *succo sabina* F. pil. Aut tertio quoque die intasum *agarici* in aq. *artemis. & robæ tinctorum* factum & aqua cinam. conditum exhibeatur.

Agonia. Possunt interdum & vomitoria exhiberi, si multi
 Operum Sennerti Tom. III.

A crudi humores circa ventriculum hæreant, qui postea in venas delati malum augent.

De purgantibus autem medicamentis hoc notandum ea non exhibenda esse, cum mensium fluxus instat. Cum enim hoc tempore exhibitæ humores ad alias partes trahant, potius impediunt mensium fluxum, quam promouent. Postquam ita primò, & quod commoatissimum est, in principio mensis venæ si opus fuerit, sanguinis immoueat gratia, aperta fuerit, post preparantia & obstructions apertentia diebus octo vel decem, & hinc purgantia exhibitæ, aut per intervalla & vices vsurpata fuerint: diebus quatuor vel quinque ante conuictum fluxionis tempus venæ in pedibus aperiendæ, vel etiam diebus pluribus ante, si repetere venæ sectionem opus sit. Cucurbitulæ quoque coxarum sedi inferiori applicatæ, sanguinem versus inferiora trahunt, præsertim scarificatæ, vt & hitudines talo appositæ, & ligaturæ ac frictions à coxis ad pedes vsq; factæ.

Tandem medicamenta mentes mouentia interna & externa vsurpanda, quæ calefaciendo & attenuando sanguinem fluxui aptum reddunt, venarumque oscula aperiant, simulque peculiariter cum vtero cognationem habent. Neque enim credendum, medicamenta mentes mouentia in omnibus causis suppressionem mensium efficientibus vtilia esse; cum tum solum conueniant, eam à crasso sanguine & obstructione venarum vteri malum ortum habet. In aliis verò causis potius nocere, quam prodesse possunt; cum omnia sint calida & tenuium partium. Non autem quouis tempore hæc medicamenta exhibenda sunt, sed paulò ante id tempus; quo alias fluere menses solent & fluxus instantis & naturæ conatus aliqua indicia sese exhibent.

Medicamenta autem ista simplicia supra, *part. i. sect. 2. cap. 2.* sunt proposita. Hoc præterea hic monendum, medicamenta ista non omnia esse eiusdem generis, neque semper eadem conuenire. Nam cum multa ex iis sint, quæ etiam vrinam mouent, exhibitæ intempestiue potius nocent. Sunt autem menses mouentia trium generum. Primi generis sunt mitiora quæ adhibenda, cum suppressio nondum inueterata est, & cum corpus est plenius. Si enim fortiora tum exhiberentur, & febrem & inflammationes vteri tum excitare possent. Talia sunt *amygdala amara, cicer. rubrum, orobus, lupinus, radix graminis, rusci, asparagi, cichorii, eringy, capillus Vener. agrimonia.* Secundi generis sunt fortiora. vt *rap. pyonia, apij, petroselini, asari, ireos, rubie tinctorum, aristolochia gentiana, helenij, folia abrotani, artemisia, calaminthe, pulegy, cheresfolij, melissa, leuistici, bonice, maiorana, chana-dryos, mercurialis, ruta, sem. cruce, nasturij, petroselini, fœniculi, anisi, dauci, pastinaca satina, feseleos, nigella, baccæ lauri, iuxiperi; flores cheiri, lauendula, sambuci, chamemeli, fiacados, crocus, calamus aromaticus, cinamomum, cassia lignea, seu aromatica,* (errant enim hic valde, qui ad merf sciendos pro ista cassia, quæ ad cinamomum pertinet, cortice cassiæ fistularis vtuntur) *costus galanga, moschus, ambræ castoreum, myrrha, styrax, galbanum, sagapenum, extractum splenis bouis.*

Tertii generis valentius menses mouent: qualia sunt *radix bryonia, cyclaninis, encenmeris agrestis; pyrethri, staphis agræ, helleborus vterque, colocynthidis.* Quæ cautè vsurpandæ, & eorum minor dosis exhibenda, vel in maxima æquæ quantitate maceranda, & aquæ pauillum propinandum.

Parantur ex iis varia medicamenta, pulueres, vena medicata, decocta, aquæ, sirupi, rotulæ & morsuli, electuaria, pululæ. Pulueres: vt *℞. cinam.* $\frac{3}{4}$. Sem.

Menses mouentia.

Simplicia mentes mouentia simplicia.

Composita.

Succini ℞. j. *croci* ℞. j. *F. puluis. Vel ℞. trochisc. de myrrha, cassia, flor. cheiranth. ℞. j. croci* ℞. v. *F. puluis. Vel ℞. fol. sabinae* ℞. j. *cinam.* ℞. ij. *myrrha* ℞. j. *succini* ℞. ℞. *croci* ℞. j. *F. puluis. Dosis* ℞. j. *Vel ℞. trochisc. de myrrha, ℞. ℞. cassia lign. ℞. j. sem. cymini, ℞. ℞. F. puluis. Vel ℞. splenis bonis unioris in clibano exsiccati* ℞. ij. *cinam.* ℞. j. *macis* ℞. ℞. *croci* ℞. ℞. *F. puluis. Efficacissimum est Castoreum. ℞. Castorei, pulegij an. ℞. j. F. puluis. Vel ℞. cassia lignea, d. Etanni Creisci, boracis, castorei an. ℞. j. croci* ℞. ij. *F. puluis, dosis* ℞. j. Exhibentur autem poluere commode ex aquis conuenientibus, vino, vel decocto cicerum rubrorum.

Vina medicata. *Vina medicata: ℞. rad. rubia tinctor. ℞. j. ireos* ℞. ℞. *melissa pulegij, artemisia, rorismar. an. M. j. fl. cheir. M. ℞. cinamomi* ℞. j. *galanga* ℞. ℞. *Affunde vini q. s. Si cachexia simul adlit, tale vinum parari potest: ℞. limatura chalyb. ℞. j. rha pontici veri* ℞. iij. *maioran. rorismar. an. M. ℞. radie pimpinelle* ℞. ℞. *spica* ℞. ℞. *cinam.* ℞. ij. *Affundatur vini q. s. De quo haustus sepe detur.*

Decocta. *Decocta. Commendatur imprimis decoctum cicerum rub. otum. Vel ℞. radie opy, fœnic. an. ℞. ℞. artemisia beton. pulegij, melissa an. M. j. cicerum rubr. M. ℞. baccar. iunip. ℞. ℞. fl. cheiri p. j. Coq. in aq. s. Colatura dulcoretur saccharo. Vel ℞. colatura* ℞. ix. *fir. de artemisia* ℞. iij. *M. pro tribus dosibus. Vel ℞. rad. apij, fœnic. rubia tinctor. an. ℞. ℞. pulegij, matricarie, nepetha an. M. j. Coq. in s. q. aq. ad remanentiam* ℞. j. *℞. Adde fir. de artemis. ℞. iij. aq. cinam. ℞. ℞. F. potio pro 4. vel 5. dosibus. Vel ℞. cicer. rubr. M. ℞. radie. petrosel. ℞. j. Coq. ad remanent. ℞. j. ℞. Adde croci* ℞. ℞. *cinam.* ℞. j. *M. Dentur ℞. vj. Sequens decoctum miris modis commendat* *Quercatanus, in Pharmacop. restitit. ℞. milij solis, anisi, visiq. an. ℞. iij. dictamni* ℞. j. *croci* ℞. j. *Contusa macerentur 24. horis in vino albo generoso: dein patum bulliant. Dosis* ℞. iv. *tribus vel duobus continuis diebus. Vel Rosmarinus & fl. cheiri in vino coquantur, & exhibeantur.*

Aquæ si sint è simplicibus allegato loco propositis. Efficax etiam est aqua Mercati ex pane. ℞. panis bene fermentati & fere ad naturam fermenti redacti è forno adhuc calentis medullam. Adde mellis ℞. x. *pulu. sen. ut ice, danci, ammeos, anisi, fœnic. an. ℞. i. trochisc. gallia mosch. myrrha rubra an. ℞. i. corule fœride* ℞. ℞. *Sem. (Posteriorum trium dosis augeri potest) quæ omnia infunde in seq. decoctionis* ℞. iij. *℞. Phaeolor. rubr. cicerum rubr. an. P. Sem. (quantitas horum mihi nimis parua videtur) sem. iunip. ℞. j. radie. rubie rufci, raphani syluestris, asp. vragi, apij, oreoselini an. ℞. ℞. chamedr. M. j. ammeos, anisi, fœnic. ar. ℞. ii. Coq. stent postea aliquandiu in infusione, hinc destillentur. Huius* ℞. ii. *manè exhibeantur. Addi etiam potest sirupus capill. ♀. de duabus radicib. de artemisia. Dosis etiam sequentibus diebus augeri potest. Vtilis est & hic aqua vitæ mulierum dicta. Vel ℞. Melissa, betonica, pulegij, artemisia, nepetha, matricar. dictamni an. M. iv. Affunde vini boni* ℞. xxx. *Destillantur. Iterum adde herbarum an. M. iij. Iterum destillantur, & addatur. sem. fœnic. calami aromatici, cinamomi, cassia lignea, cardamomi an. ℞. ℞. Tertia vice destillantur.*

Sirupi. *Sirupi. In communi vsu sunt fir. de Artemisia, de Calamintha. ℞. aq. pulegij, sabina, calaminth. fir. de artemis. an. ℞. iij. aq. cinam. ℞. i. F. potio pro iij. dosibus.*

Rotula. *Rotula. ℞. extracti sabinae* ℞. j. *angelice* ℞. ℞. *helelij* ℞. vi. *ol. destill. cinam. gutt. iv. garyoph. gutt. ii. sacch. in aq. melissa dissol. q. s. F. rotula. Vel ℞. spec. diacalamini. ℞. j. ol succinigiutt. iv. cinam. gutt.*

A *iv. fœnic. gutt. vi. sacch. q. s. F. rotula. Ele&. ℞. Conf. beton. anthos, lauendula, melissa, borrag. an. ℞. j. rad. condit. pimpinell. cortic. aurant. condit. an. ℞. ℞. ol. cinam. fœnic. an. gutt. iii. Cum fir. de artemisia. F. Ele&. Magnæ quoque efficacitæ est electuarium de limatura chalybis, quod ad hunc affectum hoc modo parari potest. ℞. Chalyb. prap. ℞. vi. cinam. cassia lignea, an. ℞. ii. garyoph. ℞. j. pulpa passul. ℞. ii. sacch. albi in aq. artemisia dissol. q. s. F. Ele&.*

Pilula. *Pilulae commodissimæ sunt è trochiscis de myrrha, qui ad menses mouendos efficacissimi sunt, sed propter alæ fœtorem alia forma commode vix sumuntur. Ut ℞. trochisc. de myrrha* ℞. j. *extr. gentiana, sabina an. ℞. j. castorei* ℞. ℞. *Sem. F. pil. dosis* ℞. ii. *Vel quæ sunt Montagnæ. ℞. trochisc. de myrrh. ℞. j. ℞. sem. apij, cassia lignea an. ℞. ℞. moschi* ℞. xv. *Cum succo apij F. pil. Efficacissimi quoque sunt pilulae de hiera f. si tertio quoque die* ℞. ℞. *sumantur. Commendatur etiam fermentum singulis diebus auellanzæ magnitudine sumtum, præcipuè si addatur puluis trochisc. de myrrha, dictamni vel similis.*

Tempe. hibend. dicame. *Commodissimum autem talia medicamenta exhibendi tempus est, vt supra dictum, diebus aliquot antequam menses alias fluere solent, & quidem post balnea & fomenta, de quibus mox dicetur, quibus vteri vasa calefiunt & laxantur. Et post sumta talia medicamenta vtile est pedes in aquam calidam, præcipuè in qua herbæ idoneæ prius coctæ fuerint, immergere, & deinde inambulare.*

Extern *Externa enim quædam medicamenta etiam ad mensium prouocationem faciunt, vt fomenta & balnea ex emollientibus & laxantibus mensesque mouentibus parata. Videndum tamen, ne fomentis & balneis sudores moueantur, qui menses potius sistunt, quàm prouocent. Ut ℞. rad. alth. lilior. alb. an. ℞. ii. aristoloch. ℞. i. malua, mercurialis artemisia, sabina, matricaria, calamintha, pulegij, maiorana, fol. lauri an. M. ii. flor. chamae, cheiri. lauend. an. M. i. sem. fœnigr. ℞. j. baccar. iunip. laurian. M. ℞. Coq. in aqua pro fotu. Vel ℞. Mercurial. artemis. calaminth. origani, sabina, matricaria an. M. iii. flor. cheiri M. ii. Coq. & spongiæ vel linteo decocto calido madido venter & inguina foueantur. Vel ℞. Radie. lil. albor. ℞. j. aristol. rot. ℞. ℞. mercurialis, artemis. pulegij, calaminth. mont. sabina, an. M. ℞. sem. fœnigraci ℞. ℞. baccar. iuniperi M. ℞. Coq. pro fotu. Vel ex iisdem plantis balneum paratur, in quo fœmina vmbilico tenus sedeat & herbæ coctæ sacculo inclusæ ventri imponantur. Vel ℞. Rad. leuistici, lilior. arbor. bryon. an. ℞. ii. fol. matricar. pulegij, sabina, artemis. lauri, an. M. iii. flor. lauendul. cheiri, an. M. i. Coq. pro Balneo. Fœminæ etiam quædam è filis seu tela cannabina cum cineribus coctis vapores ventre excipere, vel ipsam telam calidam madidam ventri imponere solent. Vel decocto manè & vesperi pedes immergi, eoquæ summo ad imum descendendo ablui possunt.*

Vngua & ole *Post balneum vel fomentum partes circa vterum conuenientibus oleis vel vnguentis inungantur. Ut ℞. ol. lilior. alb. ℞. j. Sem. lauendula destill. ℞. Sem. pulu. calaminth. montana, nigella an. ℞. j. styracis calamintha ℞. j. M. Vel ℞. ol. lilior. alb. cheirini an. ℞. j. mucilag. sem. fœnoraci, aqua artemisia extr. ℞. vi. pingued. anseris ℞. j. pulu. rad. ireos, aristoloch. rot. an. ℞. Sem. cera q. s. F. Vng. Vel ℞. ol. lilior alb. oriui, amygd. amar. an. ℞. i. succi ruta, sabina an. ℞. ℞. Sem. styracis calamintha ℞. ii. cera q. s. F. vng. Vel ℞. farina lupin rum, cicerum rubr. ar. ℞. iii. pulu. pulegij, sabina, dictamni an. ℞. j. nigella, myrrha an. ℞. j. Coq. F. Cataplasma.*

Suffit *Vtiles sunt hinc & suffitus è medicamentis menses*

Cientibus, qui capite tamen munito, præsertim in A virginibus, quibus pessos adhibere non licet, com-
modissimè instituuntur & efficacissimi sunt. Vaso-
rum enim orificia aperiant, humores crallos attē-
nuant, & incidunt, & ita obstructions aperiant.
Eosdem tamen & mulieribus adhibere conuodum
est. Medicamenta autem, quæ ad suffitus adhiben-
tur, tria generum sunt. Quædam enim sunt quæ in-
tegra bene olent, accensa non olent; alia accensa &
in suffitum conuersa olent, non accensa non olent; vt
succinum: quædam & integra & accensa olent, vt li-
gnum aloës. Parantur autem ex *aristolochia, ruta, ar-
temisia, sabina, schœnantho, nigella, calamintha, cala-
mo aromatico, cinathio, gariophyllis, moscho, zi-
berho, gallia mosch, trochisc. de myrrha, de sabina.*

Vel *℞. myrrha, bdely, styrac, calamit. an. ʒ. j. B
benzoes ʒ. ij. gallia moschat. ziberthi an. ʒ. ss. Cum
Syraceliquid. F. Pil. vel Trochisc. Ne tamen à suffi-
tibus eiusmodi fœminæ offendantur, pannis ita regi
debent, ne fumi isti ad caput & nares pertingant. ℞.
caryoph. cinam. macis an. ʒ. ij. baccar. iunip. ʒ. ʒ. sem.
nigella ʒ. j. styrac. calam. ʒ. ij. F. puluis grossus, qui
carbonibus iniicitur, fumarique per infundibulum
vel sellam perforatam vtero excipitur.*

Vel *℞. Galbani, thuris, styrac. calamit. an. ʒ. j. ci-
naron fol. lauri, sabina, an. ʒ. ij. F. puluis carbonibus
iniiciendus. Vel ℞. styrac. calam. ʒ. ij. thuris ʒ. j. ben-
zoes, alipta mosch. an. ʒ. ʒ. caryoph. ligni aloes. cassia
lignea an. ʒ. ij. sacch. ʒ. ij. Cum tragac. in aq. Cinam.
solata. F. trochisci profumo.*

Vapor etiam decoctorum modò ad balnea & fo-
menta propositorum eodem modo excipi potest. Et si
obstructio sit ab humore melancholico, euaporationes
eum actuales sunt, quàm suffitus. Euaporationes
enim actuales humiditatem partem emolliunt, & laxant
humoremque ipsum melancholicum, si conuenientia
medicamenta eligantur, temperare possunt. Suffi-
tus contra sicci humorem etiam natura sua siccum
indurant.

Si hæc non sufficiant, ad clysteres & iniectiones
in vterum accedendum: quæ tamen medica-
menta cautè vsurpanda, cum magnas in vtero intem-
peries, inflammationes & exulcerationes incautius
adhibita excitare possint. Virginibus tamen neque
clysteres vterinos; neque pessos adhibere conuenit.
Conficiantur autem & medicamentis mensis cientibus,
quibus & purgantia interdum addere licet.
Vt *℞. Calamintha, pulegij an. M. j. sem. nigella tur-
bith. an. ʒ. j. colocynth. ʒ. ʒ. Coq. in vino dulci pro in-
iectione in vterum. Si post clysteres vterinos eiusmodi
aliquis ardor in vtero percipiatur, abluendus est
decocto maluarum, lacte, vel aqua hordei, & dolor
mitigandus butyro recenti infuso, oleo rosaceo, aut
cerato refrigerante.*

Sunt & clysteres alio iniectionis viles, imò necessarij
si alius sit obstructa. Cum enim ceruix vteri inte-
stinio recto incumbat, à clysteribus hisce affici po-
test. Vt *℞. rad. lilior. albor. ʒ. j. ieros valeriana an.
ʒ. ʒ. mercurialis M. ij. artemis. sabina an. M. j. flor.
chamam. lauend. an. P. i. sem. carui, nigella an.
ʒ. i. Coq. in aq. f. Col. ℞. ʒ. j. el. hiera f. bened. la-
nar. an. ʒ. ʒ. ol. cheirini ʒ. ij. el. de bacc. lauri ʒ. ʒ. B.
M. F. Clyster.*

Pessi etiam hic viles sunt: *℞. Fol. mercurial. ar-
temis. ʒ. v. Cotund & exprimat succus, quolana
madescat, & pessi loco vtero indatur. Vel folia mer-
curialis contusa sacculo indantur, qui pessi loco ad-
hibeantur. Possunt etiam flores centaur. minoris ad-
di. Vel ℞. Aloes ʒ. Sem. myrrha ʒ. ij. agar. albi,
sem. nigella an. ʒ. j. troch. de myrrha ʒ. ʒ. B. Cum
succo mercurialis & melle misc. pro pessario. Allium
etiam cum oleo de spica tritum & in sacculum ob-*

Operum Sennerti Tom. III.

longum inditum, ac pessi modo in vterum indi-
tum menses potentet promouet. Pessus etiam
conficitur à radice rubiæ mundata melle & consper-
sa puluere nigellæ vel alio. Vel ex melle & cera ac
pulucribus herbarum menses mouentium. Vel *℞.
Agarici, myrrha an. ʒ. ij. croci ʒ. j. galbani ʒ. ʒ. mel-
lis despumati ʒ. j. F. Pessus. Vel ℞. Sabina ʒ. ij. ca-
laminth. ʒ. j. trochisc. de myrrha ʒ. ij. styrac. calamit.
galban. an. ʒ. j. Excipiantur mell. despumato F. Pessus
qui huteo raro inducatur.*

In vsu tamen pessorum semper incipiendum à mi-
rioribus ex mercuriali, artemisia, pulegio, maiorana,
ruta & similibus; postea ad fortiores progre-
diendum. Fortiores etiam vbi vsurpantur, ne ali-
quid damni vtero inferant, mucilagibus & succis
ea temperare & acrimoniam corrigere conuenit, ad-
ditus us, quæ simul vterum emolliunt & laxant, atque
ad euacuationem aptiorem reddunt. Pessi etiam
non diu in vtero aut eius collo relinquendi, ne phleg-
monem aut febreem pariant, aut vterum exulce-
rent. Concubitus etiam; si legitime fieri possit, vir-
ginibus ex suppressis mensibus pallidis & malè ha-
bentibus, sanguinis hunc fluxum concitat. Si vitium
sanguinis aut obstructions in visceribus mensium
suppressorum causa sint, sanguinis istud vitium
corrigendum, obstructionsque aperiendæ, me-
dicamentisque ea admiscenda, quæ menses mo-
uent. Si ab aëris ambientis frigiditate menses quasi
repulsi sint, vel ex animi aliquo affectu retrocesse-
rint, danda opera, vt sanguis ad inferiores partes
omni ingenio retrahatur, frictionibus, vinculis, bal-
neis, deambulatione, cucurbitulis & aliis ante enu-
meratis modis. Si durities aliqua, callus aut scir-
rhus sit in vtero, ea tollenda, vt *supra* dictum, iis,
quæ emolliunt. Si ex vteri distortionem & vitio sit
tu menses supprimantur, vterus in suum locum re-
ponendus, & in eo retinendus est. Si ex tumore ali-
quo vteri vel partis vicinæ fiat mensium suppressio;
menses mouentia locum non habent, sed danda
opera, vt tumor conuenientibus remedijs tollatur.
Menses verò ex adustione suppressi hoc peculiare
in curatione habent, quod non calefacientia, sed
refrigerantia & humectantia requirunt, cum Inter-
na, tum Externa. Si menses propter morbum ali-
quem incurabilem reuocari non possint, vt in *Pregn.*
dictum, & fœmina sit plethorica, frequenter ve-
nam aperire, aut cucurbitulas scarificatas adhibere,
vel etiam hæmorrhagiam narium excitare, nisi
ea sponte superueniat, necessarium est, ne ob co-
piam sanguinis calor natiuus suffocetur, vas aliquod
rumpatur, aut aliud malum exciteretur. Potest autè
etiam vena in cubito quidem aperiri, sed commo-
dissimè appetitur saphena; cum natura semper mu-
lieres feliciter per venas inferiores purget, & præter
spem forsitan repetita ista venæ sectione fluxus mer-
struus reuocari possit.

Dieta.

Vitæ ratio medicamenti respondeat, sitque Dieta
calefaciens & extenuans, vt pane fermentato, se-
mine fœniculi, anisi, cumini condito. Cibique sint
boni succi: condiantur petroselino, satueria, rose-
marino, cinamomo, garyophyllis. Obseruatum
enim fœminas, quæ sese aqua frigida, fructibus im-
maturis, oleribus ac similibus cibis humores crudos
& crallos generantibus ingurgitarunt, sola victus
ratione in meliorem mutata, etiam seorsum sine medica-
menti sanitati restitutas esse. Vtile est decoctum ci-
cerum rubrorum cum croco, vt & pistacia. Assuetis
etiam allium & porrum concedi potest. Somno vta-
tur fœmina pauco exercitio frequenti.

QVÆSTIO I.

An alia præter supra enumeratas dentur suppressio-
nis mensium causa?

An plures
adhuc den-
tur causæ
suppressio-
nis mensium?

Nonnulli quidem plures adhuc, quam supra enumeratæ sunt, causas suppressionis menstruum addunt, verum sine necessitate. Nam primò huc referunt motum sanguinis ad alias partes, statuuntque, si sanguis ad alias partes ruat, per vterum non euacuari. Et certum est, sæpe per narium hæmorrhagiam, sanguinis sputum, vomitum, sanguinem, qui per vterum euacuari debebat effluere. Verùm mensium suppressionis causa non est motus humorum ad alias partes, sed suppressio mensium causa est, ut sanguis, qui per vterum euacuari non potest ad alias partes ruat, & per eas effluat. Cum enim venæ vteri sanguini euacuando à natura destinatæ sint, exque sint satis laxæ & amplæ, loco etiam corporis inferiore & ad superflua suscipienda commodissimi. nē constitutæ, natura viam hanc commodam non deserit, aliamque incommodiorem & infuetam querit nisi viæ istæ pateant.

Deinde nonnulli inter causas suppressorum mensium referunt facultatis expultricis debilitatem, id quod in conualescentibus fieri putat Massariæ. Verum probabilius est, causam suppressionis mensium tunc esse sanguinis paucitatem, eumque tam diu in corpore retineri, donec partes corporis morbo extenuatæ iterum reficiantur. Neque credibile est, si sanguis sit bene constitutus & superfluous, naturam tam debilem esse posse, ut eius aliquid expellere non possit. Si obiciatur, sanguinem facultati expultricis resistere posse, dum is crassus vel viscidus est: id quidem verum est, sed non vitium est in expulsionem sed sanguis viscidus obstructions parit, ut supra dictum.

Tertio nonnulli etiam robur vteri addunt, si nimirum facultas retentrix eius ita roboretur, ut sanguinem menstruum aliunde non suscipiat, idque accidere, dum vasa vteri constringuntur & densantur. Verùm ob vasorum vteri constrictionem menses suppressi posse, iam supra dictum: nullum verò vtero robur inde conciliatur; sed vterus ita dispositus est, ut vasa eius, cum per ea sanguis superfluous euacuari debeat, quandam imbecillitatem habeant, & sanguinem affluentem recipiant. Quartò quidam etiam vasorum vteri subsidentiam addunt: Verùm credibile non est, vasa ita conuicere & subsidere posse, ut sanguis per ea affluere nequeat.

Quintò videtur etiam aliam adhuc causam addere Galenus, dum, *3. de Sympt. causis. cap. 4.* scribit præter eam mensium suppressionem, quæ ex sanguinis defectu, vel propter affectum, qui in ipso vtero fit, exoritur, aliam adhuc dari, quando scilicet sanguis propter robur in alias partes defertur. Quid autem per robur hic intelligatur, dubium. Nonnulli in ea sunt sententia, per robur hic non intelligendam esse simplex robur, quod ad solâ temperaturam attineat; cum si ita seferes haberet, non minus facultas expultrix in expellendo sanguinem ipsum extra vterum futura esset robusta, sed per robur potius compositionem & vasorum vteri adstrictionem, eamque potissimum natiuam intelligendam esse. Quod ut simpliciter non negamus: ita putamus, absurdum non esse, si vterus sit fortis & habeat temperiem iusto calidiorem & sicciolem, qualis est in viragibus; non admittere sanguinem affluentem, Recipere enim sanguinem superfluum, debilitatis quasi cuiusdam est. Necesse est, tamen simul etiam esse robur in toto corpore, quod sanguinem

A Superfluum absorbat. Alias enim si ab vtero non admitteretur, & in corpore redundaret, alia damna pareret.

Sextò denique nonnulli huc referunt intemperies insigniores cum & sine materia, statuuntque, insignem frigiditatem constringere & densare corpus vteri, caliditatem autem vehementiorem potenter siccare & resoluere. Verùm etsi materia cum intemperie obstruendo menses suppressere possit: tamen sola intemperies, seu frigida, seu calida, seu sicca, ita claudere vasa non potest, ut transire sanguis non possit.

QVÆSTIO II.

B Quæ vena in suppressione mensium aperienda sit?

Quæ vena in mensium suppressione aperienda sit, autores dissentiant, non solum Recentiores, sed & Antiqui. Aëtius, *retrabl. 4. serm. 4. cap. 57.* statuit, & in cubito & in talo venam aperiendam esse; quem etiam alii Medici sequuntur, & statuunt, primò sanguinis abundantia causa, & ad sanguinem minuendum venam in cubito aperiendam esse, metuuntque, ne si statim in principio vena in crure aperiatur, sanguis magis versus vterum trahatur, ubi si exitum non inueniret, periculum esset, ne disrumperet aliquam venam, vel effusus in vterum inflammationem pareret. Subiata sanguinis redundantia venas crurum aperire iubent, ut sanguis ad inferiora reuocetur. Galenus autem, quoties mentionem venæ sectionis facit in hoc morbo, præcipuè de *sang. miss. cap. 11. 18. 19.* saltem venæ in talo meminit. Galenum cum Aëtio nonnulli conciliare operosè conantur. Inter quos est Donat. ab Altomari, *cap. 107.* qui Aëtium supposituisse magnam plenitudinem scribit, quæ cum copiosa vacuatione indigeat, quam vires facillè ferre non possint, ideoque primo venam in cubito, postea in crure aperiendam statuere, ut ex utroque tantum sanguinis euacuari queat, quantum alias vnica venæ sectione emittendum esse plenitudo requirebat. Galenum vero respexisse ad plenitudinem non adeo magnam, & vires robustas, & hac ratione sectionem venarum inferiorum probasse. Trincauellius verò, *de rat. curandi part. corp. hum. affect. lib. 11. c. 4.* statuit, hanc contouersiam ita componi posse, si consideretur, an suppressi mensium sit sola, an cum alio morbo, vel causa, quæ eam foueat, coniungatur. Si enim suppressio mensium sit sola, minimè venas superiores, rectissimè verò inferiores aperiri, ut sanguis ad vterum conuertatur. Si verò suppressio mensium à totius plenitudine foueatur, sectionem potius venarum superiorum, quàm inferiorum esse instituendam, ut sanguis potius ab vtero auertatur, quàm ad eum conuertatur. Ludou. Mercatus, *lib. 1. de morb. mul. cap. 9.* docet, si sanguis in toto corpore abundet, ita ut copia sua obstructionem in vtero aut vicinis partibus efficiat, ab vtero sanguinem reuellendum esse ad partes distantissimas. Si verò sanguis in vtero vel toto corpore propter obstructionem vteri abundet, venas inferiores aperiendas esse. Verùm inanem sæpe laborem autores impendunt; dum eos conciliare volunt, qui studiosè dissident; quod forsitan & hic accidit. Et enim Donat. ab Altomari ista de maiore & minore plenitudine, ac viribus robustis vel debilibus, præter autorum mentem præsupponit. Et potest etiam ex solis venis in cruribus aliquoties apertis æquè ac ex vena in cubito tantum sanguinis euacuari, quantum plenitudo requirit. Trincauellius verò & Mercati opinionem quod attinet, vi-

vix hic sola sanguinis copia obstructionis & suppressorum mensium causa est, cum venæ, per quas sanguis effluit, satis amplæ sint. Et sit, ut hoc fiat: tamen causa nulla datur, cur ad plenitudinem minuendam sanguis potius è venis cubiti, quàm venis pedum euacuari debeat, ut mox dicetur.

Itaque Galeni sententiam plurimi Medici sequuntur, & videtur ea rationi maximè consentanea. Et enim vena in cubito aperta sanguinem ab utero potius reuellit, quàm ad eum reuocat: quæ verò in talo & poplite aperitur, ad consueta loca sanguinem reuocat, & validas sæpe obstructions soluit. Et si enim, ut passim ex Galeno patet, venæ in talo aperitæ etiam ab utero deriuant, seu venas vteri repletas euacuant, tum scilicet, cum nimia sanguinis copia repletæ sunt: tamen eadem venæ sectio menses mouere, & sanguinem alibi subsistentem ad vterum mouere potest. Nam si sanguis in partibus inferioribus euacuetur, sanguis ratione vacui alius ex superioribus in locum inanitum subsequitur, sanguinis impetus ita excitatur, & qui prius immobilis quasi circa vterum subsistebat, moueri incipit, & viam naturalem potius quàm aliam secutus, per venas vteri erumpit, & ita consuetus fluxus reuocatur. Et vena in pede aperta vna opera & sanguinem imminuere, & ad vterum attrahere potest. Itaque cum & sanguinem imminuere & ad vterum attrahere possit, vena in pede aperta, longè commodius est, si magna adsit plenitudo, eam bis vel ter aperire, cum hoc modo vna opera sanguis ad vterum deducatur, quàm primo in cubito venam secare, qua sanguis ab utero auocatur. Vnde etiam Galenus, *lib. de sang. miss. aduersus Erasistratum*, Hippocratem laudat, qui, 2. *epist. sect. 4. in fine*. Schimargri famalæ suppressos menses habenti cum plenitudine in toto corpore nihilominus venam in talo secuit. Et si hæc vena in pedibus aliquoties aperiatur, nullus metus est, ne sanguis in vtero hæreat, ibique aliquid damni pariat, cum sanguis simul euocetur. In aliis verò vteri affectibus, in inflammatione, stititio, & nimio fluxu mensium & aliis in quibus præternaturam sanguis ad vterum mouetur concedimus, si sanguis euacuandus sit, in brachio venam aperiendam esse. Aperiatur autem vulgò vena, quæ sub malleolo interiore est, saphena dicta, nunc in pede vno, nunc in utroque, quæ ut magis turgida reddatur, pedes in aquam calidam immergendi ante & post venæ sectionem. Potest & in poplite vena aperi, sanguisque per eam facilius effluet.

QVÆSTIO III.

Quo tempore vena reuocandorum mensium gratia sit aperienda.

Galenus, *lib. de cur. rat. per venæ sect. cap. 18.* Tenet commodissimum tempus mittendi sanguinis in mensium suppressione esse tribus vel quatuor diebus ante consueta purgationis tempus ea de causa, quia tum temporis sanguini motus conciliatur & promouetur hoc remedio naturæ impetus. Paulus Aegineta verò, *lib. 3. art. medic. cap. 61.* scribit, venam secandam non esse ante præfinitum tempus, sed præterito iam dies decem adiciendos esse, seu ut Mercurialis allegat, nullo modo mittendam esse sanguinem ante tempus naturæ consuetum, sed mittendam esse diebus decem post purgationes præteritas. Atque hanc illustrem contradictionem esse putat Mercurialis, eamque variè conciliare conatur. Vel enim putat P. Aeginetam respexisse ad venæ sectionem in cubito, Galenum verò ad sectionem venæ partium inferiorum: vel Gale-

Operum Seanerti Tom. III.

num respexisse potius ad deriuationem, Aeginetam ad attractionem, vel Galenum locutum esse de suppressione mensium, Aeginetam de defectu.

Verùm conciliatione hic nulla opus esse puto; cum nulla adsit contradictio. Quod enim Galenus docet, eo tempore mittendam esse sanguinem, quo impetus naturæ promoueri potest, idem docet Aegineta, dum scribit, sanguinem non mittendum esse ante tempus consuetum. Quod autem addit, præterito iam dies decem adiciendos esse, seu mittendum diebus decem post purgationes præteritas, id priori sententiæ non derogat. Neque enim dies numerandi sunt à die, quo fluere cœperunt menses, sed præterito fluxus temporis dies decem adiciendos esse. Ponamus ergo, sceminx cuiusdam cum Nouilunio menses fluere incepisse; sit autem, ut fluant menses sex septem vel octo dies; temporis fluxus præterito adiciantur dies decem: aperienda ergo erit ex sententia Aeginetæ vena die mensis decima sexta, decima septima, vel decima octaua. Cum autem, ut Aëtius & Auicenna docent, inter vnâ atque alteram purgationem intercedant ad minimum dies viginti duo, ad summum triginta, si decimo sexto vel decimo septimo, vel decimo octauo à primo prioris fluxus initio aperiatur vena ex sententia Aeginetæ, incidet fere in tempus Galeni, qui diebus quatuor vel quinque ante consuetum tempus venam aperiendam censet. Et præcipue si, quod Galenus fecit, & omnes Medici suadent, bis vel ter instituenda sit venæ sectio, absoluta in diem vigesimum quintum incidet, qui multis est consueta fluxionis periodus.

CAPVT IV.

De Mensium paucitate.

Mensium paucitas

Et si ex his, quæ de suppressione mensium, *capite precedente*, dicta sunt, à quibus causis mensium paucitas & tarditas proueniat, ac quomodo hoc vitium curandum sit, patere possit: tamen in specie aliquod de eo addemus. Menses autem pauci dicuntur, cum parcius, quàm fieri solet, & debet, fluunt. Tardi verò dicuntur, cum post consuetum fluunt circuitum.

Causæ.

Paucitatis mensium causa querenda est vel in sanguine, qui expellitur, vel in facultate expellente, vel in viis, per quas effluere debet. In sanguine causa est, dum is vel quantitate, vel qualitate peccat. Quantitate peccat, dum vel paucus in corpore generatur, ut in provecâ ætate accidit, vel genitus absimitur, iis de causis, quæ *capite precedente* sunt expositæ. Ob sanguinem pauciorum in corpore abundantem nunc pauci, nunc tardi menses fiunt. Si enim venarum totius corporis facultas expultrix fuerit robusta, retentrix verò debilis, præcipue si sanguis aliquam acrimoniam & tenuitatem habeat, etsi non in magna copia colligitur, debito tamen tempore expellitur, sed menses pauci fiunt. Si verò retentrix fuerit robusta, expultrix verò imbecillis, ut non nisi magna sanguinis copia irricetur, menses tardi fiunt, & post consuetum circuitum fluunt, sed in solita quantitate: tractu tamen temporis & pauci & tardi fiunt. Vitium in qualitate est dum sanguis est crassior, vnde status quidem periodicus facultas expultrix ad expellendum insurgit, effluit tamen saltem tenuior pars, crassior verò relinquatur.

Causæ

An verò paucimenses ab vteri vasorum angustia

Co temp
pe vena
funda sit
i appr
nt.

aut semiangustia potius prouenire possint, inter
 An ab vte- Autores dubium. Affirmant id quidem plurimi: A-
 ri vasorum liij tamen id negant, eade causa; quoniam si detur
 angustia sanguinis collecti iusta copia, & sanguis etiam in
 vel semi- qualitatibus sese bene habeat, ac detur vasorum ali-
 angustia qua angustia, mensium potius stillicidium oritur, &
 paucimen- licet paulatim euacuetur, tandiu tamen fluxus ille
 ses flant? perseuerabit, donec quod superfluum est, omne ex-
 pulsum fuerit; atque ita iusta sanguinis quantitas
 effluet. Verum venarum angustia planè excludenda
 non videtur. Etenim si via non satis pateant, non
 ita expeditè sanguis expelli potest. Neque necesse
 est, vt quod propter viarum angustiam natura præ-
 stare non potest, temporis diuturnitate compenset;
 cum natura suos motus certis periodis absoluat,
 quibus elapsis postea quiescit. Præterea fit sanè, vt
 semiangustia pauci mensium fluxus causa esse non
 possit: verum cum venæ, per quas sanguis men-
 struus effluit, plures sint, fieri potest, vt aliquæ ve-
 næ pateant, aliquæ planè oclusæ sint, per quas
 cum sanguis effluere non possit, paucior euacua-
 bitur.

Signa Diagnostica.

Signa. Affectus ipse ex ægræ relatione cognoscitur. Causas
 quod attinet, an paucitas mensium fiat propter
 sanguinis defectum aut eius crassitiam, è signis *cap.*
præced. propositis patet. Vteri quoque vasorum an-
 gustiæ signa *ibidem* proposita sunt.

Prognostica.

Prognosti-
 ca. 1. Mensium paucitas, si fiat ob sanguinis pauci-
 tatem, periculo vacat; cum nulla mala symptoma-
 ta ei coniungi soleat.
 2. Si verò propter sanguinis crassitiam fiat, pe-
 riculo non vacat. De quo Hippocrates, *5. aphor. 57.*
Menstruis abundantibus morbi eueniunt, & si non
fiant, morbis contingunt. Et vt Galenus, *in comm.* ad-
 dit: si menstrua pauciora fiant, quacunque de cau-
 sa, temporis spatio vterum ipsum eiusmodi aliquo af-
 fectu laborare, qui vel ad phlegmonem, vel erysi-
 pelas, vel scirrhum, vel cancerum, defertur, tandem-
 que per consensum totum corpus affici, necesse est.

Curatio.

Curatio. Curatio etiam ferè è *cap. præced.* patet. Mensium
 paucitas à sanguinis defectu curatur, si detur opera,
 vt sanguis copiosior generetur, causæque, ob quas
 sanguis vel non generatur, vel absimitur, remo-
 ueantur; modo per ætatem aut alias circumstantias
 id sit possibile. Si verò paucius fluant propter san-
 guinis crassitiam, remedijs attenuantibus & inci-
 dentibus curatur, quæ *cap. præced.* sunt proposita,
 vt & externis medicamentis *ibid.* propositis. Simul-
 que totum corpus purgandum. Purgatio enim to-
 tius sæpe tales dispositiones sanat.

CAPVT V.

De Mensium stillicidio.

Mensium
 stillici-
 dium.

Cum imminuto mensium fluxu plurimi Medici
 coniungunt stillicidium mensium, & eodem
 loco de vtroque tractant. Sed tantum abest, vt stil-
 licidium mensium ad imminutum mensium fluxum
 referendum sit, vt potius ad superfluum fluxum per-
 tineat. Et si enim guttatim stillent menses, atque
 ita imminuti videantur: tamen quia diu fluunt, &
 interdum longo tempore continuò mulieribus iste
 fluxus molestus est, ad superfluum potius, quam
 diminutum pertinet. Sicut enim, vt Galenus, *1. epid.*
comm. 2. text. 4. scribit, multæ pluuiæ non solum
 appellantur, cum breui tempore largiter in terram
 decidunt, sed etiam si longiori tempore durent, licet

largiter non decidunt: ita etiam mensium fluxus qui
 diu durat, etsi non sit largus, ad nimium potius,
 quam imminutum referri debet. Quia tamen hic fla-
 xus cum dolore coniunctus est, ad deprauatum si-
 mul mensium fluxum pertinet: ideoque peculiari ca-
 pite de eo agemus.

Stillicidium enim mensium est ille sanguinis fluxus,
 in quo menstruus sanguis per vterum effluit, ve-
 rum non conueniente tempore ac modo, sed vel per
 plures quam aliàs fieri solet dies, vel continuò, pau-
 latim tamen & stillatim, ita vt loci muliebres ob
 sanguinem perpetuò ferè madeant, mulierque do-
 lorem in vtero percipiat. Qui affectus & fœminis
 valde molestus est, & viris eas ingratas reddit. Stil-
 licidiumque mensium cum stillicidio vrinæ Aëtius
 (quem solum inter Antiquos huius affectus men-
 tionem fecisse existimat Trincauellius, *de rat. cur.*
part. hum. corp. aff. lib. 11. cap. 7.) *tecrab. 4. serm.*
4. cap. 63. comparat, statuitque, sicut aliquando
 vrina supprimitur, aliquando stillatim exit, & quan-
 doq; difficulter mingitur: ita idem in mensibus fieri.

Causa.

Stillicidij mensium causas Aëtius, *allegato loco*,
 quinque recenset: meatuum angustiam diuersimo-
 dè contingentem, virium debilitatem, sanguinisque
 multitudinem, sanguinem pituitosum & sanguinem
 feculentum. Verum commodissimè peti videntur
 vel à sanguine, vel à viis, per quas fluit, vel à facul-
 tatis retentricis debilitate.

Primo sanguinem quod attinet, nonnulli sangui-
 nis copiam stillicidium excitare statuunt, si nimirum
 is maiore cum impetu ad vteri venas feratur, atque
 ita ab eo impetuose è delato via quadantenus ob-
 struatur, & vnitas soluatur, atque ita dolor exci-
 tetur. Verum non videtur probabile, sanguinem,
 si aliàs rectè sese habeat, & saltem copiosus sit, ac
 cum impetu feratur, neque vlla viarum adsit angus-
 tia, stillicidium mensium excitare posse. cum potius
 hoc modo nimium mensium fluxum excitare soleat:
 sed magis vero consentaneum est, stillicidium men-
 sium fieri ob sanguinis crassitiam aliquam, cum
 humore tamen mordaci coniunctam, & viarum ali-
 quam angustiam. Si enim sanguis sit crassior & fe-
 culentus, ac via non satis pateant, sanguis non ea
 copia, qua debet, sed stillatim excernitur: quia ta-
 men acris est, naturam continuò ad excretionem
 stimulat: & quia vasa, in quibus hæret, & vicinas
 membranas distendit, & præterea acris est, cum
 dolore excernitur. Vnde malum hoc potius iuuenes
 fœminas infestat, in quibus sanguis non deest: im-
 purus tamen & acris est, & ob vasorum angustiam
 debito modo expelli nequit. Aëtius imbecillitatem
 facultatis addit, quam tamen alij potius tardum
 mensium fluxum, quam stillicidium excitare putant,
 Si enim viae sint apertæ, sanguisque rectè sese ha-
 beat, & natura tam fortis sit, vt purgationem in-
 choare possit, eandem quoque perficere posse statu-
 unt. Et si imbecillitas sola causa stillicidij mensium
 esset, magis adultioribus fœminis accidere
 debere putant; cum tamen obseruetur, frequen-
 tius igniores hoc malo affici. Verum rectè Aëtij
 sententia explicanda est. Si enim de imbecillitate
 expultricis loqueretur, ea, quæ contra obiciuntur,
 locum haberent. Si verò Aëtij sententia de facul-
 tatis retentricis debilitate explicetur, non video, quid
 habeat incommodi; neque absurdum videtur, vteri
 facultatem retentricam, si sit debilis, permittere,
 vt continuò aliquid sanguinis exstillet. Sola tamen
 imbecillitas vix causa est stillicidij mensium, sed
 sanguinis vel copiam, vel tenuitatem & aquosita-
 tem accedere necesse est. Si enim sanguis sit copio-
 sior, & retentrix vteri debilis, facile per vterum ef-

Causa.

fluere potest. Potest idem fieri, si sanguis tenuis ac serofus sit; sicut isdem de causis, nimirum ob retentricam debilem, & sanguinis cruditatem cruentus alui fluxus hepaticus oritur.

Trincauclius, *allegato loco*, adhuc vnam causam addit, quam Aëtium præterisse putat, nimirum acrimoniã, docetque; sicut acrimonia in vrina caussa est, vt stillatim vrina excrenatur, nempe dum ob stipulum natura tantisper differre excretionem, donec multa colligatur vrina, non potest: ita etiam ex acrimonia menstrui sanguinis fieri posse, vt paulatim, sicut ad vterum defertur, ab eo expellatur.

Verum enim verò etsi concedimus, dolorem ab acrimonia humoris etiam fieri posse: tamen quòd stillicidium mensium ab eo accidat, verò consentaneum non est. Alia enim est vesicæ, alia, vteri ratio. Vesica enim musculum sphincterem habet, qui eius orificium claudit, & stimulam percipiens pro arbitrio laxatur: vterus verò sanguinem pro voluntatis arbitrio non emittit, sed venarum orificiis patefactis sponte, homine non aduertente, is effluit. Dolor etiam non solum ab acrimonia est, sed potius tenuius, acciditque à tensione vasorum vteri.

Signa Diagnostica.

Vitium ipsum ex mulieris relatione patet. Autem ex sanguinis vitio & viarum angustia, an verò ex facultatis debilitate proveniat, ex eo cognoscitur; quòd si à sanguinis crassitie, feculentia, & simul acrimonia, viarumque angustia proveniat stillicidium sanguinis, cum dolore accidit. Si verò ob sanguinis cruditatem, facultatis retentricis imbecillitatem accidat, sine dolore sanguis, inò sine sensu ferè effluit, quo passim etiam seminae ades inter ambulandum maculant. Ab exercitio & calidis medicamentis maior sanguinis profusus oritur, cum sanguis magis attenuetur, viarumque aperiantur. Qui autem humor sanguini admisceatur, è signis humorum alibi positus patet.

Prognostica.

1. Malum hoc foeminis valde molestum & graue est, easque maritis ingratas reddit.

2. Si diu duret, periculo non vacat, & eadem ferè symptomata, quæ fluxus nimius, inferre potest.

Curatio.

Cum de stillicidio mensium Medici variè sentiant, etiam in curatione non conueniunt. Rectissime autem instituitur curatio, si ad causarum, quæ illud excitant, ablationem dirigatur, & præterea dolor, qui agram molestat, tollatur. Cum autem supra causas tres impuimus posuerimus: sanguinem feculentum & acrem, viarum angustiam, & virtutis retentricis imbecillitatem, qua ratione humorum vitia corrigenda sint, supra *de intemperie vterum materia* dictum. Quomodo etiam vasorum vteri angustia tollenda sit, *loco dictum*. Ideoque Aëtius, *loco allegato*, prætermittit, quomodo causis occurrendum sit, & saltem de dolore vteri tollendo agit. Verum cum infra suo loco de dolori vteri dicturi simus, hic de dolore mitigando nihil agemus. Hoc saltem hic monemus, nihil commodius esse, quam bona diæta, quæ optimum sanguinem præbet, vti. Deinde, vt sanguis, si superfluous sit, euacuetur. Vbi hoc monendum, in hoc affectu, si à sanguinis copia dependeat, non licere plenitudinem demere, vena intalo aperta; cum hoc modo sanguis magis ad vterum trahatur, sed potius vena in brachio aperta prius sanguinem in toto abundantem immuendum esse. Tertio vt humores vitiosi sæpius per *intemperie* purgentur lenioribus medicamentis.

Si ab imbecillitate retentricis proveniat stillicidium mensium, vterus roborandus, medicamentis

Alterum confortantibus, quæ vim habent siccandi & nonnihil adstringendi. Et vt in pauca curationem redigam: si sanguis stillatim continuò ferè effluit, curatio eadem ferè est, quæ mensium nimis fluentium: nisi quòd ad angustiam vasorum, si quæ adsit, respiciendum sit: si verò sanguis paucus stillatim ac paucis diebus effluat, eadem curandi ratio est, quæ mensium suppressorum & imminutorum.

CAPVT. VI.

De Nimio mensium fluxu.

Retentioni & suppressioni mensium contrarius est affectus mensium fluxus nimius, quando tenet menses (de his enim hæc sermo, non de aliis fluxibus, qui interdum per vterum accidunt, de quibus postea suo loco) copiosius, quam solent & debent, profluant, aut longiore, quam par est, tempore fluunt. Ea enim in re ad mulieris naturam & consuetudinem ac vires respiciendum. Aliis enim maiore copia, aliis minore, aliis paucioribus, aliis pluribus diebus fluere solent. Ita que tum mensium fluxus saltem dicitur immodicus, cum ratione quantitatis vel diuturnitatis temporis huic vel illi individuo non conuenit. Non vero certa aliqua mensura sanguinis definiti potest: sed ea copia, quæ actiones naturales lædere potest. Mulier, quæ diu hoc affectu laborauit, ab Euangel. Matth. c. 9. appellatur *αιμειψουσα*.

Causæ.

Causas nimij mensium profluij Galenus, 3. de *sympt. causis*, cap. 2. & 5. aphor. 57. proposuit, dum scribit: possibile est, immodicas fieri menstruorum euacuationes, si ora vasorum, quæ pertingunt ad vterum, ultra modum aperiantur, & si sanguis vel calidior vel tenuior fiat, & sitotum corpus propter malum habitum aliquem grauetur sanguine, quem, licet modum conuenientem naturæ non excedat, expellit ad venas, quæ in vtero sunt. Quibus verbis causas omnes refert vel in vasa vteri, si nimirum eorum officia aperiantur: vel in sanguinem, qui peccans qualitate naturam ad excretionem stimulet. Quantitatis enim Galenus mentionem non facit, cum sola sanguinis copia per se, nisi vasorum officia plus iusto aperiat, nimium sanguinis fluxum non inducat, sed vbi copia nimia fuerit imminuta, fluxus sponte supprimitur. Cessante enim copia facultatem irritante, expultrix etiam ab expulsionem cessat. Verum causa immediata & proxima sola est vasorum præter naturam apertio. Vitia vero sanguinis mediatae causæ sunt, quatenus nimirum vasorum officia aperiantur.

DAperiantur autem vasa vel per anastomosis, vel diapedesin, vel per diarræsin seu ruptionem, vel per erosionem. Anastomosis fit à causis externis & internis. Internæ sunt: humidior vasorum intemperies, à qua officia vasorum laxantur, sanguis vel tenuis aut officia vasorum laxius, vel copia eadem aperiens. Externæ sunt, balnea & fomenta humectantia & calefacientia, vel vsus medicamentorum officia venarum aperiendi vim habentium, quale est aloë, vt & medicamentorum menses mouentium.

EPer diarræsin nimium mensium fluxum accidisse raro obseruatum. Id tamen se obseruasse scribit Forestus, *lib. 28. obseru.* 18. in foemina quadam biliosa & tenuem sanguinem habente, quæ ultra nouem menses purgationem menstruam hac de causa passa est, & tandem ea perit.

Ruptio vasorum fit interdum à plethora & sanguinis copia, quod in foeminis quandoque accidit, quibus menses diu substiterunt, & postea confertim

erumpunt. Idque fit èd'facilius, si externæ causæ sanguinem agentes accedant, ut aër calidior, frigidior, balneum calidius, exercitationes vehementes, choreæ & saltationes, animi pathemata, imprintsira. Uidentes verò & externæ causæ sunt, partus laboriosus ac difficilis, abortus; casus ab alto, percussio, ponderis grauis eleuatio, saltatio, coitus immoderatus & violentus; ut & sternutatio nimia & violenta, cuius rei exemplum habet Guil. Fabricius, cent. 3. obseru. 58. de quadam femina sternutatione violenta cortiperetur, ita ut per quadrantem horæ continuò sternutare cogieretur, menstrua ei fluere cœperunt, & quidem per duos menses, ubi quo vlla intercursione.

Erosio. Erosio denique fit etiam vel ab internis vel ab externis causis. Interna causa est sanguis acrior, qui talis euasit vel propter humorum acrium, salforum & mordacium, siue in toto, siue in aliqua parte geniti sunt, admissionem vel ex corruptione ac putredine genitus, sicut accidit, cum sanguis vitiosus post partum vel abortum non totus euacuatur, sed subsistens corrumpitur. Externæ sunt medicamenta acria extra applicata. Ita refert Ioh. Varandæus, è solo pessario acriori per aliquot horas retento profusam ex utero hæmorrhagiam & *uapudaperis* exitialem in nobili quadam femina excitatam fuisse. Fluxus autem iste sanguinis menstrui immodicus præcipue fit per venas, quæ fundo uteri inseruntur; cum etiam per eas naturaliter sanguis iste euacuatur: quæ verò sunt ceruice uteri, non nisi virgente necessitate aperiantur. Ex quibus omnibus patet, causas, è quibus vitales Indicationes peti possunt, esse vel sanguinem copiosum vel tenuem, acrem, subulem aut aqueum, vel humidam vteritemperiem, quæ vasa laxantur, vel vasorum sine causis internis rupturam à causis externis.

Signa Diagnostica.

Signa. Nimum sanguinis menstrui profluuium per se facile cognoscitur, si nimirum sanguis copiosior & præter modum euacuetur, & vires debilitentur, ut mala sequantur symptomata, in appetentia, coctionis debilitas, cachexia, coloris faciei mutatio, pedum tumor œdematosus. Si enim fluxus antea fuerit cohibitus, & postea maiore cum impetu fluat ac solius sit, neque vires deiciat, pro immodico non habendus. An verò ex utero fundo, an autem ex ceruice eius sanguis profluat, ex eo cognoscitur, quod sanguis qui ex ipso utero fundo profluit, nignior est, & plerumque grumosus: qui vero ex ceruice, rubicundior & fluidior. Signa autem causarum quod atinet, si à sanguine copioso ortum habeat, signa plethoræ aderunt, & sanguis qui exit, facile in grumos coërescit. Si sanguis sit acris, vel bilis, signa aderunt, vel sanguis in vtero detentus & corruptus fuit. Si etiam sanguis sit serosus & aquosus, tum ex colore sanguinis effluentis, tum ex signis humoris aquosi & serosi in corpore abundantis id patebit, & tenuis ac serosus minore copia effluit, biliosus maiore; sanguis etiam aquosus non facile in grumos mutatur. Et omnino qualis sit sanguis, qui excernitur, ex lintei, quo excipitur, inspectione cognosci potest. Solent enim circa sanguinem, & in circuitu eius humores, qui sanguini admittentur, apparere, & præcipue si pannus in umbra siccetur, qualis sanguis sit, colore se prodit. Biliosus enim flavescit, melancholicus nigrescit, pituitosus albidus fit. Si vterus sit humidior, vasa laxiora, & hinc facultas retentrix debilis cognoscitur id ex signis vteri humidioris supra. *part. 1. sect. 2. cap. 3.* propositis & præcesserunt causæ humectantes, balnea nimirum, fomenta & similes. Si vasorum sit ruptio, causæ euidentes violentæ vasa

A rumpentes supra enumeratæ præcesserunt, quæ orolatione ægræ facile cognoscuntur, & sanguis copiosus ac magno cum impetu effluit, ac facile grumescit. Si causa sit vasorum erosio, sanguis parcius & sensim effluit, interdum purus, interdum serosus ac cum sanie permixtus; adluntque humores acres, qui vim erodendi habent; vel vlcus, & interdum etiam dolor quidam adest, & vlcus signis supra *part. 1. sect. 2. cap. 18.* propositis se facile patefacit,

Prognostica.

1. Menstruis abundantibus morbi eueniunt, & **P**rognosis subsistentibus accidit ab vtero morbi. Hippocrates *s. aph 57.* Eterim immodico fluxu vires debilitantur, animi deliquium & syncope sæpe accidit epas & viscera debilitantur, vnde fluor albus, fœdus totius corporis color, pedum tumor, atropia, cachexia, & hydrops tandem ortum habet.

2. Quò autem si luxusest diuturnior, èd' difficiliùs curatur: imò sæpe incurabilis euadit, & mortem inducit.

3. Curatur etiam faciliùs, si ab anastomosi malum sit, minusque habet periculi. Minus adhuc periculosa est *diastomosi* & facillimè curatur, si maturè remedia adhibeantur. Si tamen negligatur, etiam lethalis fieri potest, ut supra ex Foresto dictum. Difficiliùs curatur hic fluxus, si vasa rupta sunt; adhuc difficiliùs, si fuerint erosa.

4. Si ab assumptis & admotis aperientibus aut erodentibus malum ortum habeat, minus periculi portendit, quàm si ab interna dispositione sanguinis proveniat, quam foueat icteris, lienis, aut alteritis alicuius visceris affectus præternaturalis.

5. Si virium debilitas, symptomatumque vehementia nullo modo minuatur, sed indies augeatur, mortem certam id portendit.

6. In senescente muliere menstruorum nimis fluxus plerumque incurabilis & lethalis est.

Indicationes.

D Fluxus mensum immodicus sistendus est. Si tamen adlit magna sanguinis copia, non subito id faciendum, & præsertim si per modum crisis accidat; quod tamen rarius euenit. Quomodo autem sanguinis fluxus sistendus sit, in genere docet Galenus, *s. m. m. à cap. 2. ad 7. usque* quibus ut e a saltem, quæ ad menstruum fluxum nimium sistendum necessaria sunt afferamus, sistitur is, si sanguis ad vterum non feratur, & si locus, per quem effluit, claudatur. Primum præstant ea quæ reuellunt, quæque sanguini impetum auferunt, eumque ita disponunt, ut non facile fluat. Ad alterum pertinent omnia, quocunque modo vasa claudere valent. Quapropter si causæ euidentes & procatartice, quæ fluxum excitant vel fouent, adsint, omnes eæ remouendæ. Si vel sanguinis copia, vel vitiosi humores adsint, sanguinis copia imminuenda, præterea sanguinis ad vterum impetus inhibendus, isque reuellendus, repellendus, refrigerandus, adstringendus, ut non ita cum impetu fluat: humorum vitium emendandum, iique euacuandi, & eorum proventus prohibendus, viscerum etiam vitiosa dispositio ad humorum talium generationem faciens corrigenda. Cum enim sanguinis copia officia vasorum aperire, & vasa rumpere, humores tenues & acres eadem vasorum officia aperire & vasa erodere possint, vitia hæc prius tollenda sunt, antequam in causâ proximâ amouenda laboremus. Tandem causæ proximæ fluxus tollendæ.

E Anastomosis si sit causa fluxus, officia vasorum hiantia sunt claudenda & constringenda. Si vasa rarefacta, condensanda. Si adsit ruptura, vas vniendum & conglutinandum. Si sit erosio, vlcus mu-

Indicatio-
nes.

andum & sarcocicis, quod absumtum est, instaurandum tandemque cicatrix inducenda.

Curatio.

Si ergo à sanguinis copia ad vterum sit iste fluxus, vena in cubito, hepatica imprimis, aperienda, & pro copia sanguinis is euacuandus. Hoc modo enim & sanguinis copia imminuitur, & impetus ad vterum sistitur. Commodius tamen est ad Reuulsionem sanguinis missionem pariter, & eam aliquoties repetere, quam copiosiore sanguinis missione vires deicere. Neque enim ad vires saltem presentes, sed & futuras respiciendum est; cum sanguinis continuus fluxus vires indies magis deiciat: & repetita venæ sectio potentius reuellat, quam semel instituta. Aut si vires sint debiliores, saluatella vtriusque manus aperiri potest. Cucurbitula tamen etiam epatis regionis apponi possunt. Et si fluxus perseveret, aut vires venæ sectionem non ferant, cucurbitula dorso applicanda, vel etiam mammis secundum Hippocratem, *5. aphor. 50. Mulieri, si places menstrua sistere, cucurbitulam quam maximam ad mammam appones, vel ut Galenus, in comm. suadet, non in ipsis manibus, sed infra ipsas, qua maximè parte venæ ex partibus inferioribus ad ipsas perueniunt. Quæ tamen in re attendendum; an euacuationis, an reuulsionis potissimum gratia cucurbitula applicentur. Etenim si euacuationis gratia applicentur, cutis parti applicari possent. Verùm partibus inferioribus nunquam applicare licet, ne sanguinis impetus ad vterum augeatur; sed commodè tam scapulis, dorso & brachijs apponuntur. Si verò Reuulsionis gratia præcipuè applicentur, cum in oppositam & longinquam partem, rectitudine tamen obleruata, fieri debeat, commodissimè mammis applicantur. Quia de causa etiam quæ dorso, scapulis, brachijs, applicentur, cum scarificatione sunt applicanda, quæ mammis, sine scarificatione. Et propterea etiam cucurbitula mammis applicata tum potissimum locum habent, quando profluuium cutis ob officia vasorum nimis laxata & aperta cura sanguinis copiam. Sitamen respiracionis difficultas suboritur, renouenda est ad mammam affixa cucurbitula; cum indicio sit, sanguinem adhuc copia peccare.*

Ligaturæ etiam & frictions brachiorum instituantur, non verò crurum, ut manifestè Galenus, *1. ad Glaucon. cap. 14.* docet, dum scribit: oportet nexus plures & fortiores fieri circa manus, quando per inferiores partes sunt euacuationes: quemadmodum quando per hæmorrhoides sanguis profluit, aut ventris profluuium adsunt, aut cuni per Vteros exierunt mulieribus mensura. Nam si tum cura fortius ligentur, sæpius aliquid ad partes inferiores attrahitur. De quo plura infra, *in questione.* Si verò alii humores sanguini admisti fluxum concitent, naturamque ad excernendum stimulent, humores illi temperandi & euacuandi. Si nimirum humores biliosi & acres sanguini admisceantur, ij temperandi & vt ad fluxum minus apti iucullandi sunt *decoctis & aquis plantaginis,* (quæ quocunque modo sumta ad sanguinis fluxum sistendos vtilissima est) *portulacæ, acetosæ, centummodij, bursa pastoris, sir. granator. derosis siccis, acetosæ portulacæ, coralliorum, conferuæ ros. rub. acetosæ, corall. margarit. bolo Armeno, terra sigillata.*

Simalum valde virgeat, interdum etiam ad narcotica, quæ alios fluxus, ita etiam sanguinis fluxum sistant, deuenire licet, nimirum Sirupum de papauere, theriacam recentem, philonium, laudanum, opiatum. Alexand. Massarias inter auxilia, quæ faciunt, ne sanguis ad vterum feratur, recenset etiam

animi deliquium, vt pote in quo sanguis confestim ad internas partes recurrat, & ita non amplius ad vterum tendat. Cum verò deliquium animi multis modis possit induci, præcipuè verò vehementissimis doloribus suboritur, putat, eos dolores in partibus superioribus excitandos esse; violenter ligatis brachijs, compressis digitis manus, sed omnium maximè constrictis mammis, quæ longè maximam cum vtero consensum habent. Verùm vana & absurda ista sunt. Quis enim ausit in malo isto, in quo antea vires ob nimiam sanguinis euacuationem deiciuntur, animi deliquium excitare, in quod agram conicere facilius est, quam ab eodem reuocare? Et quomodo ligaturæ istos humores reuellant tamen quæ femina ferret tam dolorificas eas institui, vt deliquium animi inducere possint? Et in mamma quidem, an non inflammatio ex tam violentis ligaturis excitari possit, quilibet perpendat. Istis exhibitis si fluxus nouum cesserit, indicio est, humorem biliosum malum fouere, naturamque ad excernendum stimulare, & proinde bilis Sirupo ros. solutius, manna, rhabarbaro, fol. senæ expurganda est. Purgantia verò fortiora neque in hac, neque in alijs causis exhibere licet: cum stimulo maiorem sanguinis fluxum concitent. Partibus vero circa vterum adstringentia medicamenta non facillè adhibenda; cum recentis humoribus biliosis & calidis maiorem postea fluxionem concitent. Si verò ex seroso, tenui & aquoso sanguine fluxus ortum habeat, quod in anastomosi sæpe fieri solet videndum diligenter, an ex epatis imbecillitate ille proueniat, quod frequentius accidit, an verò ob tenum debilitatem serum non attrahentium, & prout opus, vel renibus vel epati sua temperies suumque robur restituendum, de quibus *lib. 3. Pract. dictum.* Humor verò serosus sæpe euacuandus est. Humore enim isto seroso, qui sanguinem fluxilem reddit, euacuato, sanguis postea sponte subsistit: id quod mechoacanna & rhabarbaro commodissimè fieri potest. Vtile etiam est in hac causa sudores sæpius mouere, qui serosum maiorem, qui sanguinem fluxilem reddit, discutiant. Ad sudores autem mouendos hic comodissima est radix Chinæ.

Nonnulli quidem etiam diureticis hic ad vias vrinæ deriuationem fieri posse putant. Verùm diuretica sanguinem ipsum non deriuant. Et si verò humores tenues sanguini admixtos ad vias vrinæ deriuare possunt: tamen metus est, ne sanguinem fundendo eum magis fluxilem reddant, cuiusque ad vterum impetum augeant. Diæta quoque talis imperanda, qualis hisce affectibus competit. Vniuersalis istis, vbi opus est, adhibitis simul proximæ fluxus sanguinis causæ occurrendum. Anastomosis quod attinet, si ea à copia sanguinis fiat, omninò ea prius tollenda, sanguisque ad vterum ruens reuellendus, postea adstringentibus vtendum; siquidem si neglecta sanguinis euacuatione prius adhibeantur adstringentia, fieri facillè possit, vt sanguis cohibitus postea maiore impetu ad vterum ruat. Si verò tantum à relaxatione orificiorum vel tunicarum fiat fluxus, statim topicis orificia vasorum claudentibus & adstringentibus vtiliter licet, quorum vsu si fluxus cessauerit, ad venæ sectionem & nobiliora auxilia accedere opus non est. Si vero adstringentium vsu fluxus sanguinis non cesserit, ad venæ sectionem vel cucurbitulas accedendum, reuulsionis tamen potius, quam euacuationis gratia. Postea adstringentia medicamenta, quæ modò enumerabuntur, vsurpentur interna & externa. Nam vt & anastomosis, & ruptura & serosis vasorum rectè curetur; id agendum, vt sanguis crassior reddatur, & vasa aperta iterum claudantur. Id, quod præsta-

tur per interna & externa medicamenta, quæ omnia sunt adstringentia, & in erosione etiam viscida & emplastica; quæ omnia sanguinem sistuntia nominantur: Qualia sunt: Radices *symphyii maioris, tormentilla, Cortic. radic. mori, granatorum, cupula glandium*. Folia: *Polygoni, plantaginis*, (cuius succi ꝑ. iii. sumæ potenter hæmorrhagias sistunt) *hyperici cum fl. millefolij, bursa pastoris, cauda equina, sanguisoba, pilosella, portulaca, fragaria, myrti, rubi, quercus urtica*, quæ quidem non adstringit, sed tamen sanguinem sistit. Flores: *Rosarum cydoniorum, balaustra*. Sem. *Plantaginis, portulaca, acetosa, fabarum, lentes*. Fructus: *Pyra, cydonia, mespila, sorba, nuce cupressi, galla, glandes, sumach, ribes, berberis*. Succi & gummi: *acacia, hypocistis, gummi Arabicum, tragacantha, thus, mastiche succinum, sanguis Draconis*. Lapidés & Mineralia: *Lapis hamatites, corallium, margarita, gypsum, bolus Armenus, terra sigillata, crocus ꝑ.* Ab animalibus sumta: *C. C. Spodium, albumen onicæ seu*. Stercus etiam Asininum valdè commendatur extra & intus adhibitum, aded vt scribat Guainerius, sequens medicamentum numquam fallero, nisi fluxus ab ulcero p̄tueniat. ꝑ. *succi stercoreis asinini, sirupi myrtillor. an. ꝑ. B. aq. plantag. ꝑ. j.* Misceantur & nescienti mulieri exhibeatur. Et scribit Rodericus à Castro, expertissimum virum, Emmanuelem Vaëzinū, quatuor Lusitanæ Regum Medicum cubicularium, qui narium hæmorrhagia sæpius vexabatur, sterces asininum modicè exsiccatum in capsula semper ad manus habuisse, ac retulisse, se nullum aliud simile reperisse, præsertim si recens vel siccum cum succo urtica permixtum naribus adhiberetur. Ex his varia componuntur medicamenta, Vt: ꝑ. *Rad. symphyii maior, tormentill. an. ꝑ. ii. fol. portulaca, plantag. an. M. i. Coq. in aq. f. Col. ꝑ. ꝑ. vi. sir. ribes, cydonia, myrti an. ꝑ. vi. Misc. pro ii. dosib. Vel ꝑ. sir. portulaca, succi urtica depurati an. ꝑ. ii. ap. portulaca ꝑ. iv. trochisc. de carabe, de terra sigillata an. ꝑ. i. lapid. hamatit. ꝑ. B. Misc. Dentur Cochlearia ii. singulis diebus. Vel in iure decoctionis pedum vituli ebulliant folia plantag. vel sanguinaria & Colatura exhibeatur, Vel ꝑ. *Succi millefolij ꝑ. iii. Dulcoretur sacch. ꝑ. j. vel addatur. Sir. corall. M. Exhibeatur cochlear vnum atque alterum Præstantissimum est medicamentum. Vel ꝑ. panem ex amylo, farina hordei & oryza recentem. Affunde aq. chalybeate lb. viii. Adde ros. rubr. sic. M. i. succi millefolij, plantag. an. lb. B. consolida maioris cum toto virentis contusa ꝑ. iii. cauda equina, sanguinaria an. M. B. carnis pyrorum agrestium, cydonior. an. ꝑ. ii. balaustr. santal. omn. an. ꝑ. B. mastich. ꝑ. i. Dentillentur. Exhibeantur ꝑ. ii. cum Sir. portulaca aut ros. ꝑ. B. ꝑ. Radic. tormentill, bistorta, acori palustris, consolida maior. an. ꝑ. Sem. flor. ros. rubr. M. i. balaustr. ꝑ. Sem. cortic. ꝑ. ꝑ. ii. Crasso modo contulis affandatur vini rubri Menli. Electuaria: ꝑ. *Conf. ros. rubr. ꝑ. ii. fol. quercus tormentilla an. ꝑ. i. sem. plantagin. corall. rubr. an. ꝑ. i. lapidis hematite præp. ꝑ. Sem. Cum succo millefol. F. Electuar. Vel ꝑ. Conf. ros. antiq. ꝑ. ii. cydonior. condit. ꝑ. i. Sem. trochisc. de spodio de terra sigill. an. ꝑ. i. croci ꝑ. boli Arm. corall. rubr. præp. mastich. an. ꝑ. B. Cuna Sir. myrtino F. Elect. Pulveres: ꝑ. *Mastiches, corall. rubr. præp. an. ꝑ. i. marg. præp. smarag. præp. an. ꝑ. i. succini, lapid. hematite an. ꝑ. B. boli Arm. ꝑ. Sem. F. Pulvis Sequ. pulveres multas mulieres hoc affectu satis antiquo laborantes curatas fuisse scribit Ioh. Michaël Paschalius, de morb. cur. c. 55. ꝑ. Cort. duorum ouor. recent. vstos, thur. mastich. an. ꝑ. Sem. marg. præp. corall. rubr. præp. carabe an. ꝑ. ii. lapid. hematite, smaragdi præp. an. ꝑ. Sem. farina hordei****

A sine fursure P. ii. albumina ouorum iv. & si opus fuerit, adde parum aqua chalybeata, & Fiant duæ placentæ, quæ in furno coquantur, vt possint in puluerem redigi. Dosis à ꝑ. Sem. ad ꝑ. i. cum iure pedum arietinorum summo mane.

B Vel exhibeatur singulis diebus pulu. cortic. radic. mori ꝑ. i. Sequentem puluerem, ex arcanis Præceptoris sui Esidei, apud Bononienses Practici clarissimi, se accepisse scribit P. Forestus, quem maxime laudat, vt qui omnem diarrhæam sanet, ventris diuturna profluua, omnemque humiditatem consumat, album & rubrum fluxum mensium restringat, & matricis dolorem sedet. ꝑ. *Turtorem moderatè pinguem, ab intestini & fecibus repurgatum, eum deplumatum laua in vino rubro & aq. rosarum.* Deinde mastiches ꝑ. i. in ventre pone, rursus assuendo, ne elabi possit, atque ita veru ad ignem tota, & inter assandum loco butyri acetosi rosaceo adspersere. Post perfectam assationem turtorem ab igne & veru depositum, inque ollam vitreatam nouam coniectum, orificio luto Philosophicè obturato in furnum calidum demitte, vt turtur perfecte exsiccati possit: postea vnà cum ossibus & carne in pollinem tenuissimum redige. Huius pulueris magno commo dedit omni manè cochlear vnum, modo cum aq. plantag. modo cum alio decocto constringente. Pinguedine reseruata interrotandum exstillata in venterem, tum pectinem, inguina & regionem renum vt inungerent, mandauit.

C Rotulæ ꝑ. *boli Arm. ꝑ. Sem. magist. corall. ꝑ. i. marg. præp. ꝑ. i. sem. acetosa, plantag. an. ꝑ. Sem. spec. arom. ros. ꝑ. i. gumme tragac. ꝑ. Sem. sacch. in aq. plantag. dissol. q. l. f. Rotulæ.* In adstringentibus tamen exhibendis cautione opus est, & videndum, ne nimio eorum vsu venæ adstringantur & obstruantur, calorisque ventilatio prohibeatur, & febris accendatur. Quapropter frigidis adstringentibus rarò solum vtendum, sed calidorum aliquid, qualia sunt, *absinthium, mentha, coriandrum, mastiche, myrrha, thus, addendum.* Si hæc non plane satisfaciant, etiam narcotica admiscere vel exhibere licet. Inter quæ conuenientissima sunt, quæ simul astringant, vt *trochisc. de terra sigillata, de charabe cum opio.*

D Externa medicamenta quod attinet, pessi hic non adeo vtilis sunt; cum rarò ad aperta orificia venarum pertingant. Si tamen venæ in ceruice vteri apertæ sint, locum habent pessi, paranturque ex herbis adstringentibus contulis, sacculoque inclusis. Imprimis vtilia hic sunt, *folia quercus viridia conuassata, vel unguentum Comitisse* aut aliud conueniens lana molli exceptum immittatur. Vel ꝑ. *Rad. bistorta tormentilla an. ꝑ. Sem. balaustr. sem. plant. an. ꝑ. ii. rad. consol. maior. ꝑ. Sem. thur. mastich. an. ꝑ. j. acacia, sang. dracon. thur. an. ꝑ. j. lapid. hemat. amyli an. ꝑ. j. Sem. Puluerisata excipiantur albumine oui & mucilage tragac. in aqua rosar. facta, & F. pessarum, quæ sindone rubra obducantur.*

E Clysteres vterini commodius adhibentur, qui fieri possunt è *succo millefolij, sanguinar. plantag. consolida maioris*, quibus aliquid *beli Armeni, sanguinis Draconis* & similitum addi potest. Vt ꝑ. *succi millefolij, polygoni an. ꝑ. ii. mucilag. gummi Arabici in aqua plantagin. fact. ꝑ. ii. M. F. Clyster. Vterinus. Vel ꝑ. Fol. pilosell. plantagin. sanguinar. an. M. i. rad. bistort. ꝑ. ii. alum. ꝑ. Sem. Coq. in vino & aqua chalybeata pro clystere vterino. Vel ꝑ. *polygoni, millefolij, plantag. burs. pastoris, cauda equin. an. M. Sem. Coq. pro lb. Sem. vel ꝑ. vii. Colatur. adde. acacia ꝑ. iii. sanguinis Draconis ꝑ. i. boli Arm. ꝑ. ii. lap. hemat. lenigati ꝑ. i. Misc. F. Clyster. vterinus. Viles etiam sunt suffitusex *thur. mastich. ladan. ros. myrtillis. Vt ꝑ. thuris, mastich. an. ꝑ. ii.***

Composita. Decocta.

Aqua.

Vinum.

Electuaria.

Pulveres.

Rotula. Cautio i adstring. exhib.

Narcoti

Externa

Clystere vterini.

Suffituse.

myrtillos, ladanii an. ʒ. j. succini, ros. rubr. balau-
stior. an. ʒ. Sem. Cum infusione tragac. in aq. ros.
 facta F. trochisci profumo. Vel acetum supra scorias
 aut laminam ferri candentem fundatur, & vapor vte-
 ro excipitur. Nonnulli etiam tuffitum ranarum
 combustarum commendant, scribitque Ioh. Michaël
 Patchalius, *de medic. morb. cap. 55.* se eo fœminam
 quandam, quæ septem ferè mensibus hoc fluxu
 laborauerat, curasse. Idem etiam *suffitum unguis*
mulia hunc fluxum minuscè sistere, expertum esse
 scribit. Extra quoque regioni vteri vnguenta, cata-
 plasmata & emplastra ex adstringentibus parata
 adhibeantur. Vt *℥. ol. myrsini, cydonior. an. ʒ. ij.*
succ. plantag. polyg. cauda equina an. ʒ. j. Coq.
 ad succorum conjunctum. Adde *bol. Armeni, sem. plan-*
tag. myrtillos, cerusse an. ʒ. Sem. sera q. l. F. Vngu. Vel
 vnguentum Comitule lumbis & pectini inungatur.
 Umbilico etiam ista medicamenta applicanda sunt;
 cum ibi sit magnus venarum concursus. Notandum
 tamen hic adstringentibus frigidis solis vtendum non
 esse, sed admiscendum aliquid, quod vim aromaticam
 habeat, & roboret, vt sunt *rosa, sansali, mastiche,*
thur, caminum tostum, coriandrum tostum.

Vel *℥. carnis cydonior, & pyrorum syluestriam*
 an. q. v. Coq. in vino rubro auctero. Adde *bol. Ar-*
meni, mastiches, sanguinis draconis, acacia q. l. F.
 Cataplasma. Vel membro muliebri imponatur spon-
 gia aceto rosaceo imbuta. Vel *℥. sem. acetosa, plan-*
tag. portulace, bol. Arm. sang. Draconis an. ʒ. ii.
thur. mastich. myrrh. an. ʒ. iii. terebinth. ʒ. j. succ. plan-
tag. millefolij an. q. l. Coq. ad succorum confumt.
 Adde *cera q. l. F. Cerotum.* Nonnulli etiam in seffus
 seu balnea adhibent. Verùm metuendum est, ne ca-
 lor actualis balnei humores plus fundat, & moueat,
 atque ita fluxum mensium augeat. Itaque si ea ad-
 hibere libeat, vis adstringendi in medicamentis iis
 ætuali aquæ caliditatem vincere debet. Aut bal-
 nea eiusmodi tepida, & ad frigiditatem ferè ac-
 cedentia usurpari debent. Tutius Fomenta ad-
 hibentur, *℥. fol. polyg. plant. myrti an. M. ii. nucum*
cupressi ʒ. ii. balaustior. ʒ. j. Coq. in vino rubro pro
 fomento. Facit quoque ad menses sistendos multum
 lotio erurum & coxarum aqua frigida facta. Epatis
 etiam regioni, præsertim si id calidius sit, epithemata,
 vnguenta, cerota & emplastra refrigerantia, ad-
 stringentia & roborantia imponi possunt. Interim
 dum hæc fiunt, per interualla humores vitiosos
 euacuare, & reuulsionibus debitas instituire neces-
 sarium est. Et quidem si bilis flaua peccet, sæpe
 per interualla *rhabarbar. ʒ. Sem. vel ʒ. j. cum conf.*
ros. exhibere vtile est. Si ex vena rupta profusa san-
 guis, rupta vasa vnienda & conglutinanda sunt, &
 medicamenta modò propolita etiam hic locum ha-
 bent. Ea tamen hic eligenda, quæ simul glutinant.
 Nam aliis, quæ in cæteris causis requiruntur
 hic opus non est, si sanguis sit purus. Itaque
 præmissa, si opus sit, venæ sectione, exhibenda me-
 dicamenta è *corallis, bolo Armeno, myrtillis, ra-*
dice consolida maioris, acacia, hypocistide, trochis-
cis de terra sigillata, de charabe, sir. myrsino, con-
serua ros. rubr. antiqua tormentilla, succo plantag.
sanguinaria, millefolij. Non ita tamen, vt in reliquis
 causis, hic vtilia & efficacia sunt medicamenta inter-
 na; cum nullum vitium sanguinis adsit. Plus commo-
 di afferunt externa, quæ rupta vasa claudunt. Extra
 ergo applicetur Cataplasma ex albumine ouorum
 conuassato, *sum puluere bol. Armeni, rosar. myr-*
tillorum, thuris, mastiches & similibus. Vel (quod
 etiam in priore causa locum habere potest.) *℥. Rad.*
bistorte, tormentilla, nuc. cupressi, cortic. granator.
an. ʒ. j. Sem. balaustior. baccarum myrti, acacia, hy-
pocistidis, sanguinis draconis an. ʒ. j. bol. Arm. ʒ. j.

A *Sem. corall. rubr. mastiches, thuris an. ʒ. j. ol. ros. &*
cera q. l. F. Vngu. vel addita cera, Emplastrum. Non-
 nulli hoc emplastrum valde, in omni sanguinis fluxu
 laudant. *℥. gummi tragacantha torrefacti ʒ. Sem.*
corall. albi & rubri, ossis dactylor combust. hypocistid.
an. ʒ. j. balaust. scoria ferri præp. mumie, sang. draco-
nis, bol. Armeni, terra sigillata, mastich. an. ʒ. ii.
nucum cupressi, corticum thuris an. ʒ. Sem. bdelly
torrefacti, styracis calamita, troch. de terra sigill. an.
ʒ. j. fuliginis camini, plumbi vsti an. ʒ. j. picis, colo-
phon. glutinis piscium aceto macerati an. ʒ. i. F. l. a.
 Emplastrum. Applicetur pannococcino. In vte-
 rum verò infundere conuenit albumen cui conuassato
 factum, vel succum plantaginis, sanguinaria, mil-
 lefolij, radic. consolida maioris, foliorum bursa
 pastoris, plantaginis, polygoni lysimachia, summit.
 rabi cortic. granatorum, balaustium immittere,
 vtile est. Et si in ceruice vteri venarum ruptio facta
 sit, pessos ex iisdem paratos cum bolo Armeno, ba-
 laustis, farina volatili, sanguine Draconis, immitt-
 ere conuenit. Potest etiam talis suffitus parari. *℥.*
Colophon. ʒ. Sem. spodi mastich. thuris an. ʒ. iii. sem.
papau. nigri ʒ. Sem. Conuassata super prunas con-
 iiciantur, & vapor vtere excipitur.

Si à vase erolo fiat menstruorum nimius fluxus, iis,
 quæ cacochymiam & caustam antecedentem respi-
 ciunt, præmissis, & humore bilioso temperato at-
 que euacuato, ac recia Diæta ratione instituta, auer-
 sionibus item & reuulsionibus institutis, vlceri seu
 venarum exesioni prospiciendum, & medicamenta,
 quæ partim obstruendi, partim agglutinandi vim
 habent, usurpanda: qualia sunt: *radix filipendu-*
le, bursapastoris, farina volatilis, amyllum tunci-
lagines omnes, gummi Arabicum, tragacantha, succus
portulace, plantaginis, bolus Armenus, terra sigil-
lata: quæ omnia lentore suo impediunt, quo minus
 humores acres partem erodere possint, foramenque
 obcurant, & fluxum sanguinis sistunt, vt natura
 sine impedimento carnem instaurare foramenque
 occludere possit. Radix nimirum filipendule Drach.
 j. pondere cum ovo forbili, vel in alio liquore con-
 ueniente sumta, sanguinem vndecunque fluentem,
 præcipue ex vtero efficaciter sistit. Vel paratur syru-
 pus ex iisdem radicibus, cuius Vnc. i. dormirete
 exhibeatür.

Vtero etiam vel partibus externis ex iisdem medi-
 camenta parata imponenda, nimirum ex albumine
 oui conuassato, & cum gummi Arabico, tragacantha,
 bolus Armeno, & sanguine Draconis misto. Em-
 plastrum quoque Diapbænicum frigidum extra im-
 poni potest. Nonnulli etiam ad sanguinem ex vtero
 fluentem sistendum commendant succum cheledonie
 mannis appositum. Periammata & extra adhibita
 & quæ in aliis hæmorrhagijs adhiberi solent, & hic
 locum habere possunt. Radix icilicet nigelle sub lin-
 gua detenta, lapis hamatites, radic. papau. errat. mu-
 scus arboreus sub axillis gestatus, sanicula & fragaria
 plantis pedum alligata.

Diæta.

Diæta medicamentis respondeat, & proinde pro
 Diæta
 causarum varietate etiam aliquo modo mutanda
 est. Si ex sanguinis copia proueniat fluxus mensium
 immodicus, cibus paucus exhibendus, vt sangui-
 nis copia imminuatur. Ideoque à cibis, qui multum
 nutriunt sanguinemque multum præbent, abstinend-
 um. In reliquis ferè causis victus ratio instituat-
 ur, quæ vasa patentia claudat. Aer itaque ad
 frigidum declinet, & ita dispositus sit, vt neque calo-
 re humores fundat, neque frigore humores ad inter-
 riora pellendo fluxionem moueat. Cibus & potus re-
 frigerandi & adstringendi vi sit præditus. Conue-
 niunt ergo hordeata & iuscula, lactuca, portulaca,

endiua & similibus condita. Carnes sint assæ potius, A
quàm elixæ. Vtilia hic sunt viscera & pedes animalium, quæ sanguinem minus fluxilem reddunt, oryza item, mylium, panicum, caseus recens, cydonia, mespila, pyra, fructus rabi, pruna syluestria, fercula ex oui albuminibus & amylo cum aqua ros. parata. Vino ægra abstineat, eiusque loco vel aquam hordei vel chalybeatam, vel cum mastiche aut coriandro coctam bibat. Vitet etiam animi motus vehementiores. Venere longiore tempore abstineat; cum obseruatum sit, quædam ex vfu veneris recidiam passas esse ab omni quoque motu & exercitio nimio abstineat: frictions tamen & ligaturæ partium supernarum institui possunt. Somnus sit moderatus & longior potius, quam breuior; cum omnes euacuationes in somno retineantur; fiatque cruribus eleuatis & complicatis. Decumbat etiam ægra in lecto molliore quidem, præcipuè si vires iam debilitatæ sint, non tamen calidiorè, ne sanguis incalescat. Nonnulli etiam hæmorrhoidum vteri mentionem faciunt, & peculiariter de illis tractant. Verùm non alius videtur hic fluxus à nimio mensum fluxu, vel à mensum stillicidio.

Hæmorrhoides vteri.

Q V Æ S T I O.

An reuulsiois gratia in cruribus frictions & ligatura fieri possint.

Frictions & ligaturas reuulsiois gratia tantum in brachijs, mensibus nimis fluentibus, instituendas esse, supra ex Galeni, *lib. 1. ad Glauc. cap. 14.* dictum, ratioque id suadet; cum reuulsio sanguini motum à fonte, qui est epar cum vena caua, non ad locum affectum, sed ad contrarium conciliare debeat. Verùm nonnulli putant etiam reuulsiois gratia frictions & ligaturas in cruribus fieri posse, idque probare volunt, primo autoritate Hippocratis, qui *2. de morb. mulier. in principio*, iubet laqueum non solum supra cubitos, sed & ad poplites supra genua adhibere. Deinde ex Galeno, qui, *de sang. miss. cap. 18.* scribit quod sectiones venæ, quæ in cruribus fiunt non solum reuellunt, sed etiam menses euocant; putantque eandem frictionum & ligamentorum esse rationem. Tertio autoritate Aëtij, *terr. 4. ferm. 4. con. 64.* & *P. Aëtij. l. 3. cap. 62.* Auicennæ, *cap. proprio*, qui iubent, frictions & ligaturas faciendas non solum brachijs, sed etiam cruribus, atque ab inguinibus incipiendum esse. Verum enim verò prior Galeni sententia vera est, & consentit cum legibus reuulsiois ab eo passim propositis, & in Institutionibus etiam, *lib. 5. part. 2. sect. cap. 18.* traditis. Autoritates verò illas in contrarium adductas quod attinet, Hippocratis locus proculdubio deprauatus est; cum contradicat manifestè alijs locis & imprimis *5. aphor. 54.* Sicut quoque deprauatus est locus Galeni, *1. lib. de currat. persang. miss. cap. 18.* est que in Institut. loc. alleg. monstratum, quod omisâ sit negatiua, & legendum sit, venis in cruribus apertis non solum non reuelli, sed & euocari menses possunt; quam lectionem non solum antiqua Gaudani versio, sed & codices quidam Græci probant. Et cum res ex iis, quæ de reuulsioibus dicta sunt, satis clara sit, neque auxilia, quæ menses prouocant, eosdem sistere & reuellere possint non opus est, vt in contrarijs autoritatibus Aëtij & Aeginetæ conciliandis multum laboremus. Longè verò alia ratio est inflammationis vteri, in qua vena in cruribus interdum aperitur, non reuulsiois, sed deriuationis gratia.

C A P V T V I I.

De mensibus cum molestia & grauibus symptomatibus fluentibus.

Menses dum recte fluunt, confertim satis erumpunt, & sine difficultate ac dolore. Interdum tamen accidit, vt difficulter, ac cum grauibus symptomatibus, imò etiam diminutè & stillatim effluat; quod vitium propterea etiam à nonnullis stillicidium mensium appellatur: longè tamen aliud est ab eo stillicidio, quod supra *capite 5.* est propositum, atque hoc vitium ad deprauatum mensium fluxum pertinet, ac simile est vrinæ difficultati. Menstrua nimirum difficilia ea sunt, quæ cum dolore & molestia, grauibusque symptomatibus fluunt. Accidunt autem ista symptomata vel instantibus mensibus, vel iam fluentibus. Priorum meminit Hippocrates, *2. epid. part. 1. t. 13.* dum scribit: dolores lumborum aut femoris posttridie in menses desinunt. Dum enim sanguis crassus per angustas vias prorumpere conatur, eas & partes vicinas distendit, doloremque excitat. Nonnullæ vero, dum menses prorumpunt, comitem habent molestiæ sensum & inquietudinem in toto corpore; capitis dolores, oris ventriculi morsus, ventris & lumborum cruciatus, animi deliquia.

Causa.

Causæ huius mali eadem ferè sunt, quæ suppressorum mensium, sed minus vehementes; & iis ferè fœminis accidunt, quæ nondum pepererunt. Nimirum aliqua valorum vteri obstructio, sanguisque crassus & feculentus: facultas tamen expultrix satis robusta est. Ideoque cum ea sanguinem expellers conetur, viæ autem non satis pateant, ac sanguis ipse crassus sibi viam præcludat, sanguis subleuens vasa distendit, dolorque non cessat, donec sanguis profluet; quod tamen non rectè fit, sed vel stillatim vel *spis* & confertim effluit, vel etiam grumiterumpunt, neque etiam satis ordinatè sanguis erumpit.

Signa Diagnostica.

Malum hoc ab ægra cognoscitur. Nimirum diebus aliquot ante mensium fluxum de capitis dolore, ventriculi morsu, doloribus in lumbis & imo ventre conqueruntur fœminæ: interdum etiam cordis palpitationem & animi deliquium patiuntur, quorum symptomatum quædam quoque in nonnullis dum menses iam fluunt, præcipuè dolor remanent. Alia etiam symptomata adfunt, de quibus *capite seq.* inter signa dicetur. Qui enim menses viciosi sunt, cum difficilibus signis accidere solent. Causarum verò signa quod attinet, crassus sanguis dum euacuatur, aut in grumos concreuit, etiam facillè innotescit, & dolores longè ante euacuationem ingrauescunt, dum natura per angustâ vala conatur crassum humorem expellere. Si ex flatu sit dolor, per interualla reuertitur, subitoque exacerbatur, neque in vno loco consistit, sed hinc inde vagatur, cessatque flatu excreto; audiuntur etiam murmura ventris inferioris. Humores si sint acres, ex sanguinis excreti natura, pruritu partium genitalium, doloris modo, ex fœminæ corporis constitutione & antecedente diætâ cognoscitur. Vlcus si adfit, ex signis supra, *part. 1. sect. 2. cap. 18.* traditis, & præcipuè ex pure, quod cum sanguine excernitur, cognoscitur.

Prognostica.

1. Grauius malum hoc affligit virgines & steriles, quàm eas, quæ iam pepererunt. Venæ enim vteri magis

magis patent in iis, quæ pepererunt, à purgatione, A quæ post partum fit, dilatatz.

2. Non contemnendum etiã hoc malum est. Interdum enim in mensium suppressionem abit, atque alia mala excitat.

Indicationes & Curatio.

In affectu hoc ad duo respiciendum: Causa I icatio- re & Cu- scilicet eius tollenda, & dolores ac symptomata 220. mitiganda. Causæ amotionem quod attinet, si humores crassi sint, ij attenuandi & euacuandi; si acres, temperandi; si vlcus adsit, curandum. Quæ omnia qua ratione expedienda sunt, ex us, quæ hætenus dicta sunt, satis patet. Hoc saltem addendum, vniuersalibus præmissis, si ex sanguinis crassitie malum hoc accidat, fomenta & B inunctiones locis distentis adhibendas esse, & præterea ea exhibenda, quæ humores attenuandi & fundendi vim habent: qualia sunt *agua graminis, capill. & decoctum radic. aperientium, syr. capill. & de quinque radicibus, theriaca.*

Vbi tempus menstruorum præterierit, idonea victus ratio instituenda, ne crassus eiusmodi sanguis iterum generetur, attenuans nimirum, & exercitio moderato, sed frequenti, vt & balneo tepido, cui fœmina ad umbilicum usque insideat, sæpius vtendus.

Ad dolorem leniendum ea vsurpanda, quæ supra de dolore veri sunt proposita, fomentationes nimirum & inunctiones ex leuentibus & anodynis, ex *malua, semine lini, fenigrasi* & aliis. Vt *℞. panis triticeus lb. j. farina sem. lini lb. s. vitell. ouor. iij.* Coq in lacte. Fiat cataplasma, quod pectini & vteri regioni apponatur. Vel *℞. ol. lilior. arbor. lini, amygd. dulc. ruta an. ʒ. s. vitell. ouor. ij. croci ʒ. j.* Misce. F. linimentum, quo umbilicus & partes circa umbilicum illinantur. Et solent ista ferè, quæ partes laxant, ac dolorem leniunt, etiam causæ subuenire, & crassos humores attenuare, ac flatas discutere.

CAPVT VIII.

De menstribus vitiosis & decoloribus.

Menses autem non solum quantitate aut ef- Mees vi- luendi modo, sed etiam qualitate, imò potius uol substantia peccant; cum scilicet vel ipse sanguis natura sua prauus est, vel alij excrementij humores ipsi permiscentur, ita tamen, vt sanguis abundet. Si enim alij humores abundant, aliud vitium est, quod fluxum muliebrem appellant, de quo postea dicetur. Appellat autem vitium istud Hippocrates, 6. aphor. 36. menses decolores idèò, quod non sanguis, sincerus, quod fieri debebat, sed aliis humoribus permixtus excernitur. Potest in genere etiam *menses vitiosi* appellari. Est enim vitium hoc menstrua purgatio deprauata, propter vitiosos humores sanguini menstruo permixtos.

Causa.

Causa nimirum huius mali est sanguis vitiosus: Qui quidem vel natura sua talis est, cum scilicet aut ex intemperie totius corporis, aut ex partibus alicuius præcipue, imprimis ventriculi, epatis aut lienis, vt & praua victus ratione, prauam naturam acquisit; vel ob admixtionem humorum vitiosorum & præternaturalium talis euasit; vel ob suppressionem ac retentionem corruptus est; vel ob vteri vitium, intemperiem scilicet, corrumpitur, aut ob prauos humores in vtero contentos simili labè inquinatur. Humores autem, qui sanguini admiscentur, sunt nunc pituitosi; nunc biliosi, nunc

melancholici, atque hinc pro varia sanguinis corruptione, atque interdum etiam putredine, humorumque vitiosorum admixtione, menses sunt nunc albi, nunc pallidi, luidi, virides, nigri, fœtidi. Et quidem albi & pituitosi menses maxima ex parte ventriculi vitio fiunt; pallidi & flauia nimio rectoris calore; nigri vitio lienis.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hoc malum ex eo, quod sanguis, qui effluit, à sanguine naturali & bono, tum consistentia, tum imprimis colore differt. Cum enim sanguis menstruus naturali modo sese habens colore sit rubeus, qualis est sanguis recens mactatorum animalium, consistentia neque nimis tenuis, neque nimis crassus, aut viscidus: si color iste mutatur, & vel pallidi, vel albicantes, vel flauo, vel virides, vel luidi sunt, aut plures colores menses habent: odore etiam sunt fœtidi, & sanguis est vel nimis tenuis, vel nimis crassus, menses vitiosi sunt. Plerumque etiam accidit, quod menses tales non debito & stato tempore excernuntur, & vel consuetum tempus anteuertunt, vel diutius morantur. Imò etiam alia symptomata accidere solent, de quibus Hippocrates, lib. de morb. mul. Incipiente morbo purgatur mulier diebus, quibus solita fuit, non pluribus. Progredientibus autem mensibus pluribus diebus purgatur, & menses pauciores ac singulis diebus apparent, & febres succedunt erroneæ, acute cum horrore & cibi fastidio aliàs atque aliàs, & stomachi dolor. & dolebit magis, ubi menses appropinquauerint. Postquam autem purgata fuerit, & ad medium tempus superiorum respiciendum melius habuerit, postea rursus ad idem perueniet. Dum autem curatur, cito sana fit. Si vero non curetur, & tempus procedat, omnia prius relata valde ipsam affligent, & dolor corripiet inam venis pariter infra umbilicum, nunc inguina, nunc lumbos, nunc coxendicum ad sedem iuncturam, nunc collum; aliquando verò strangulatio foris accidet, & caligo ante oculos obuersalis, & vertigo, utpote purgatione sursum vergente & adscendente, &c.

An autem menses pituitosi, biliosi vel melancholici sint, ex colore & substantiæ modo imprimis cognoscitur, de quo Hippocrates, 1. de morb. mul. scribit: *Arenam tenuem & siccam, subiecto, & cum menses prodeant, in Sole sanguinem superfundito, & siccare finito, & si quidem biliosus fuerit sanguis, in arena siccatus pallidus erit, aut si auersus: Si vero pituitosus fuerit, vel vis mucus conspicitur: luidus verò & ad nigrum vergens apparebit, ubi melancholica sit mensura purgatio.* Eadem tamen hæc etiam ex signis humorum abundantium in corpore cognosci poterunt. Menses etiam vitiosi ob pituitam aut melancholiam diu protrahuntur, biliosi verò & ex seroso humore festinantèr prodeunt. Corrupti menses ex eo quoque cognoscuntur, quod siue anticipant, siue cunctantur, in neutro tamen certam tempus & periodum observant; etsi ægra eandem diuinitatem obstruet, quod inde accidit, quod sicut temperatura bona semper sibi consistat, & partim huc vel illuc mutatur: ita intemperata corporis constitutio inconstans est, & nunquam in eodem statu permanet. Si ex mensium suppressione ij corrumpantur, præcessit mensium suppressio, & postea dolores in pectore & pulsationes fortes sentiuntur, & tactum etiam non sustinent fœminæ. Et si melior habitus est, menses ipsi erumpunt, & profluit pus ac sanguis & graue olens, ad septimum, aut octauum, aut nonum diem. Si prauo humores in vtero contenti sanguinem inquinaverunt, cognoscitur id ex signis intemperie vteri cum materie.

Prognostica.

Prognostica.

1. Malum hoc non contemnendum. Varios enim morbos humores vitiosi in utero abundantes excitare valent. Humores nimirum crassi obstructions uteri, & mala hinc pendentia excitare; acres verò uterum exulcerare valent. Steriles etiam non raro foeminae hoc affectu laborantes fiunt.

2. Quò autem maior est à naturali statu recessus, eò malum deterius est: & imprimis pravi sunt menses nigri & foetidi.

3. Maximè verò periculosi sunt menses suppurati. Qui tamen si per dies septem, octo, aut nouem effluant, mulier liberatur. Si verò vlcera inde in utero excitentur, melius quidem habebit, sed sterilis fiet. Quod si per pudenda non effluant, vel ad partes supra inguen prorumpunt citra tumorem, & iuxta hypochondria foras prodeant, & tum foemina aut superstes non manet, aut sterilis euadit: vel post dies duas tres aut plures menstrua super inguen excitant tumorem magnum, rubeum, sine capite, quia caro ibi impletur, estque talis tumor œdematodes, atque à sanguine pituitoso per vniuersam carnem disperso oritur, qui non sine periculo secatur. Melius est, si sanguis ad pudendum conuertatur, mensesque prodeant. Quod si non fiat, & ibi menses suppurentur, superius relata pericula fiunt.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & Curatio.

Cum malum hoc ab humoribus vitiosis sanguini menstruo admistis dependeat, generalis Indicatio est, humores illos vitiosos euacuandos esse. De quo Hippocrates, §. aphorism. 36. Mulieri menses decolores, neque secundum idem tempus semper venientes, purgationem indicant esse necessariam. Preparatio tamen & euacuatio, vt & victus ratio, cuiuslibet humori debita instituenda: quæ qua ratione fieri debeat, supra, de uteri Intemperiebus cum materia, & aliquoties iam dictum. Hoc saltem hic monendum, cum humores crassi, vt commodius purgentur, attenuatione indigeant, cauendum esse, ne pro attenuantibus menses vehementer mouentibus vtamur; cum talia serosos humores colliquant, & humores ad uterum moueant, atque ita vasis angustioribus magis impingant. Sensim itaque & paulatim attenuantibus primò vtendum, & si aliqua eorum, quæ menses vehementer mouent, vsurpentur, mioribus sunt temperanda. Acerum autem & acida hic locum non habent.

Si post purgationem tandem reliquæ aliquæ vitiosorum humorum superfuerint, siue in toto corpore, siue in utero, absumendæ sunt. Quæ in toto corpore supersunt, rectissimè sudoribus dissentiantur: aut si flaua bilis peccet, quæ sudorifera calida non semper admittit, balneis aquæ dulcis tepidæ reliquæ discutendæ sunt: quæ etiam in humore melancholico vtilissima sunt. Vtero ipsi verò pessi, fomenta, suffitus, de quibus antea, adhibenda. Vel exhibeatur *theriacæ*, *Mithridaticæ*, aut *decoctum radicis angelicæ* humoribus frigidis peccantibus: quæ tamen etiam reliquias humorum in toto corpore absumunt.

CAPVT IX.

De Menstruis debitum tempus anteuertentibus.

Cum menses & menstrua inde nomen habeant, quod singulis mensibus semel foeminis fluere soleant, rectè si is fluxus habet, si statim temporibus, & absoluto menstruo spatio accidat. Verùm sæpe euenit, vt nunc tardius, nunc citius, quàm menstruo spatio, reuertatur, nunc etiam singulis mensibus non semel, sed aliquoties, aut contra non singulis mensibus, sed duorum vel plurium mensium spatio semel fluant; cuius fluxus genera omnia Inordinatorum mensium nomine comprehendimus. Etsi enim etiam aliquando menses stato tempore debitum tempus anteuertere, aut tardius reuerti videantur: tamen nec is fluxus fit debito tempore, & raro diu eandem periodum, idemque tempus obseruat. Hoc capite saltem de mensibus debitum tempus anteuertentibus agemus.

Est autem fluxus is mensium excretio deprauata, quæ debitam periodum semel vel iterum anteuertit. Aliquando enim saltem ante debitum fluxionis tempus menses fluere incipiunt; aliquando verò singulis mensibus etiam bis menses fluunt.

Causa.

Est autem huius symptomatis causa proxima expultrix & retentrix uteri læsa, quæ in suo officio aberrant, vt sanguis vel sæpius, quàm par est, vel citius, quàm par est, vel tardius, quàm par est, expellatur, vel effluere permittatur. Causa verò, quæ vel expultricem irritat, vt ante debitum & consuetum tempus sanguinem expellat, vel facit, vt retentrix sanguinem amplius tolerare non possit, querenda est vel in ipso sanguine, seu expultrice facultate totius corporis, quæ superfluum & sibi molestum sanguinem ad uterum mittit, vel in ipsa facultate retentrice uteri, quæ cum sanguinem sibi molestum amplius retinere non potest, facultatem expultricem in consensum trahit, quæ quod molestum est expellit; interdum & causæ hæ omnes concurrunt.

Sanguinem quod attinet, potest is copia peccare, si scilicet statim multus in corpore generetur, nimirum si foemina sit boni habitus, hepaticque calidius, & humidius obtineat, & alimentis boni ac multi succi vtatur, ac præterea vitam otiosam agat. Cum enim his de causis breuiore temporis spatio plus sanguinis, quàm ad corpus nutriendum necessarium est, generetur, natura, quæ sanguinem copia sibi molestum tolerare nequit, ante tempus consuetum ad eius expulsionem insurgit. Idem accidit, si sanguis nimis calidus, tenuis, acris & mordax sit. Etenim & is facultatem expultricem irritat. Idque longè facilius accidit, si vis retentrix in utero languida & imbecilla sit, & contra facultas expultrix robusta & exquisito sensu prædita. Tum enim etiam à minore copia aut minore acrimonia facultas retentrix offenditur, & expultrix stimulatur, atque ita sanguis ante debitum tempus effluet, præsertim si nulla adsit vasorum angustia, sed potius laxitas. Interdum & causæ euidenter, lapsus, percussio, animi pathemata facere possunt, vt menses consuetum tempus anteuertant.

Signa Diagnostica.

Affectus ipse ex mulieris relatione cognoscitur, quæ refert, se longè citius, quàm aliàs consueuerit,

aut intra mensis spatium bis vel ter sanguinis mu- A
liebrem fluxum pati.

Causarum autem, quæ ita manifestæ non sunt, signa quod attinet, sanguinis copia cognoscitur è signis plethoræ in Institutionibus, & alibi explicatis, sanguisque, qui excernitur, est fluidus & naturalis. Caliditas verò tenuitas & acrimonia humorum innotescit ex temperie totius corporis, atque imprimis epatis, caliditate, & victus ratione præcedente, quæ tales humores cumulare solet, alitque humorum biliosorum signis, sanguisque est dilutior, decolor, fluidior. Retentricis debilitas & vteri vasorum laxitas cognoscitur ex habitu corporis humido & laxo. Si causa aliqua eu- B
dens vel externa præcesserit, ea ex fœminæ relatione cognoscitur.

Prognostica.

1. Affectio hæc molesta potius, quam periculosa plerunque habetur: suis tamen incommodis non vacat. Interdum enim conceptionem impedit. Interdum etiam inde nimium sanguinis profluuium oritur, & reliqua mala, quæ fœminæ, quibus menstrua immodicè fluunt, patiuntur, suboriri solent.

2. Quò autem causa huius mali magis seu minus pertinax est, eò etiam curatio est faciliior vel difficilior.

Curatio.

Si mensium anticipatio fiat à facultate irritata, & quidem à copia sanguinis, is imminuendus, C
quod fit tenui dieta, & exercitio frequentiore ac validiore, & si copia sanguinis sit grauior, etiam venæ sectione. Si verò à sanguinis acrimonia proueniat, humores acres temperandi, cum victu conueniente, tum medicamentis, postea conuenientibus medicamentis euacuandi, quæ quæ ratione fieri & expediri debeant, supra, part. 1. sect. 1. cap. 5. de incom. vteri cum bile, & alibi etiam dictum.

Hic saltem superioribus hoc addimus, acidulas & thermas, quæ vim ferri abundantem habent; vtiliter potari; cum acrimoniam humorum temperent, ac viscerum, epatis, renum, vteri intemperiam calidam corrigant, atque ita acrium humorum generationem prohibeant, facultatem etiam D
retentricem vasorum roborent, & laxitatem eorum emendent.

Si à facultate vteri retentrice, & vasorum laxitate malum ortum habeat, ea vsurpanda, quæ causas illius imbecillitatis tollant, & vteri intemperies frigida & humida corrigenda, vt supra suo loco dictum, & permiscenda adstringentia, quæ meatus nimis patentes nonnihil claudant: non tamen nimis adstringentia vsurpanda, ne contrariam malum, mensium scilicet retardatio vel suppressio, inducatur.

Si dictus, casus, aut alia causa euidentis hoc malum induxerit, curanda vasorum apertio vt supra, part. 1. sect. 2. cap. 7. de vasorum vteri apertione, dictum, & vteri regioni ac vicinis partibus imponendum cataplasma aliquod adstringens.

Vt *L. Puluer. radis. consolide ʒ. ij. flor. ros. rubr. sang. Dracon. mastich. thuris an. ʒ. j. farina volatilis ʒ. i.* Cum aq. ros. & albumine ouorum F. Cataplasma.

CAPVT X.

De Menstruis ultra consuetum tempus subsistentibus.

Interdum contra accidit, vt menstrui sanguinis Menstruæ fluxus aliquot diebus, modò pluribus, modò di- paucioribus, vltra consuetum tempus moretur, & simul plerumque nullo certo ordine ac periodo reuertatur.

Causæ.

Affectus hic cum sit proximè enumerato contrarius, causas etiam contrarias habet, sanguinis nimium paucitatem vel crassitiem, viarum angustiam, & facultatis expultricis imbecillitatem, sensusque obtusionem & quasi torporem: quæ causæ omnes vt seorsim mentes remorari possunt: ita si plures vel omnes coniungantur, diutius menses detinentur.

Si enim sanguis paucus generetur, non stimulat facultas expultrix ab eo, donec multus cumuletur; quod cum menstruo spatio fieri non possit, tamen purgatio hæc differtur, donec ea sanguinis copia cumuletur, quæ naturam stimulare possit. Sanguis verò crassior expulsionem resistit, & facile vias obstruit. Quod præstant etiam humores crassi sanguini permixti, de quo Galenus, 5. aphorism. 36. scribit, quod cacochymicis mulieribus non modò decolores menses appareant, sed etiam statum periodi tempus non seruent, humoribus, qui crassiores sunt, & ad fluendum ineptiores, morantibus. Per vias etiam angustas sanguis facile euacuari non potest, donec tandem post longius temporis spatium à maiori sanguinis copia collecta natura cogatur cum impetu ad expulsionem se accingere. Quæ autem causa angustia sit, supra, part. 1. sect. 2. cap. 6. dictum. Facultas verò expultrix debilis, opus, quod debet perficere, longius protrahit; sensusque obtusior stimulum non statim percipit, & neque pondus, neque acrimoniam, donec nimia sit, percipit. Præter has causas quidem alia adhuc est, ætas. Verùm cum ea ad sanguinis paucitatem redigi possit, neque curationem admittat, de ea plura dicere opus non est.

Signa Diagnostica.

Symptoma hoc ex mulieris relatione cognoscitur. Causarum signa quod attinet, sanguinis paucitas cognoscitur ex eo, quod fœmina victu tenuiore vta est, aut nimium seie exercuit, & nullam percipit molestiam, etsi fluxus mensium protrahatur. Si verò ob sanguinis crassitiem & visciditatem id fiat, cacochymiae istius signa alibi explicata aderunt, & sanguis, qui excernitur, est albidior, crassus & viscidus. Imbecillitas facultatis expultricis cognoscitur ex intemperie vteri frigida, cuius signa suo loco tradita sunt; & vbi debitum purgationis tempus præterit, fœmina ob sanguinem cumulatam molestiam percipit. Stupor tandem cognoscitur è morbis, quæ stuporem inducendi vim habent, & ex vtu nimio medicamentorum refrigerantium; & quod licet iam debitum menstrui fluxus tempus præterit, & sanguinis in corpore redundantis signa adtunc, nullam tamen circa vterum grauitatem aut molestiam fœmina percipit.

Prognostica.

1. Minus quidem periculosa est hæc affectio, quàm mensium suppressio: neque tamen omni periculo vacat, præsertim si fœmina sit plethorica, vel

caechymica; cum ex retento præter consuetum tempus sanguine, vel etiam vitiosis humoribus varia mala oriri possint.

2. Curatur autem hoc malum facilius vel difficilius, prout causa magis vel minus est pertinax.

Indicationes & Curatio.

Indicatio-
nes & Cu-
ratio.

Curatio tota consistit in caussarum huius symptomatis ablatione. Si sanguis sit paucior, adhibito victu pleniore, laboribusque & exercitiis nimis omissis, sanguis copiosior generabitur. Si sanguis sit crassior, vel feculentos & crassos humores admixtos habeat, sanguis is attenuandus atque incidendus, ut fiat motui aptior, & humores vitiosi crassi sanguini admixti præparati convenientibus medicamentis euacuandi. Ut autem suo quodlibet horum remediorum tempore adhibeatur, commodissimum est, mox menstrua purgatione finita, & ita corpore euacuato, medicamenta, quæ humores crassos & viscidos incidere, attenuare & abstergere possint, exhibere; quæ si menstrua purgatione instante exhiberentur, maiores obstructions parerent. Inter medicamenta autem, quæ hoc præstant, efficacissima est calamintha, quæ tardantes menses feliciter promouet. Post ista medicamenta deinde purgantia exhibere utile est, antequam multum sanguinis in utero & vicinis partibus iterum colligatur. Quod si nec sic debito tempore menstrua redeant, attenuantia & purgantia repetenda, & corpus per epicrasin euacuandum.

Quibus peractis postea vasa vteri aperiencia vsurpanda, quæ supra, *part. 1. sect. 2. cap. 6.* proposuimus. Commodissimè autem talia medicamenta diebus aliquot ante consuetam mensium purgationem vsurpantur; sicut etiam utile est, diebus quatuor vel quinque ante consuetam mensium purgationem talos scarificare, pedes in aqua calida detinere, crura fricare, cucurbitulas cum multa flamma sine scarificatione interiori coxarum parti ad-mouere, suffimentis & pessis internis, si commodum sit, uti. Sicut & variis medicamentis ventrem inferiorem inungere utile est, quæ *de mens. suppress.* sunt proposita. Si ob sensus hebetudinem ac stuporem tardius, quàm par est, menses fluant, medicamenta, quæ aliàs stupori & paralyti conueniunt, vsurpanda; & si ob frigidam & humidam intemperiem sensus hebetudo, ut & facultatis expultricis debilitas accidat, ea, quæ ad frigidam & humidam vteri intemperiem corrigendam supra, *part. 1. sect. 2. cap. 5.* proposita sunt, simulque facultatem expultricem debilem irritant & facultant, vsurpanda, & si humores pituitosi coniungantur, ij euacuandi, ut etiam suo loco dictum.

CAPVT XI.

De mensium per aliena loca excretionem.

Observatum etiam est, menses suppressos non per vterum, sed per alia loca præter naturam excretos fuisse, & quidem varia. Per nares excretos fuisse, refert Brasauolus, *comm. ad aphor. 33. lib. 5. Hippocratis*, & Paræus, *lib. 23. cap. 11.* Idem, *eodem in loco*, scribit, cuidam menses subsistentes per hæmorrhoides euacuatos fuisse. Quibusdam singulis mensibus vomitu per os retici, refert Hippocrates, *lib. 1. de morb. mulier.* unde idem Hippocrates scribit, *5. aphor. 32.* Mulieri sanguinem vomenti mensuris erumpentibus solutio fit; Aretæus, *lib. 2. cap. 2.* Rabbi Moyse, *part. 24. aphor. Beniueniens, cap. 41 de abditis sanar. & morb. causis.*

Brasauolus, *loco allegato & comm. ad aphor. 31. lib. 5.* Nonnunquam & per aluum euacuatur, ut etiam Hippocrates, *loco allegato*, refert. Galenus, *5. aph.*

33. Quæ autem via sit ab utero ad intestina & ventriculum, non ita planum est. Equidem posset hoc fieri, si sanguis in venam cauam regurgitet, & hinc ad epat, & ab epate ad venas mesaraicas perueniat: sed via hæc nimis longa esse videtur. Compendiosior est per *διαιρούσιν* illas, quas habent venæ vteri cum mesenterij venis. Per eas enim sanguis facillè & in ventriculum, & in intestina effundi potest. Cum vrina quoque sanguinem menstruum exiisse, scribit Brasauolus, *comm. ad aphor. 75. lib. 4. aphorism. Hippocratis.* Menses etiam, quæ per ætatem iam fluere debebant, in virgine quadam sanguineis guttis, lacrymarum instar, frequenter ex oculis profluentibus euacuatos fuisse, refert Dodanæus, *cap. 15. obseruat. Medicinalium.* Vidit quoque fœminam, cui vnoquoque mense sanguis modicus per maiorem sinistri oculi angulum fluebat, Ludouicus Mercatus, ut refert, *lib. 1. de morb. mulier. cap. 7.* Mulierem in Flandria, cui forte fortuna eum elisus dens molaris, solitique alioquin menses supprimerentur, singulis mensibus ex elisi dentis vuluisculo sanguineus quidam gurgus, purgationi proportionem respondens, effluebat, se nouisse scribit Bald. Rousseus, *lib. de hom. primordiis & hystericis affectionib. cap. 28.*

Per mammarum papillas sanguinem effluxisse in duabus nobilibus fœminis, altera Lusitana, altera Itala se obseruasse, docet Amat. Lusitanus, *cent. 2. curat. 21.* Idem refert Paræus, *lib. 23. cap. 52.* Cordæus, *comm. 6. in lib. 1. de mulier. morb. Hippocratis.* Per Umbilicum mulieri cuidam Tridennæ sanguinem singulis mensibus erupisse, scribit Nicolaus Florentinus, *serm. 2. cap. 8.* Per minimum manus digitum, & per annularem sinistræ manus singulis mensibus sanguinem effluxisse, se ter vidisse, refert Ludouicus Mercatus, *lib. 1. cap. 7. de nauier. affection.* Non prætereundum hic est, quod Mercatus, *loco allegato*, refert, cuidam mulieri sanguinem quidem menstruum per aliena loca non effluxisse, sed rubore quodam facto in altera maxillarum singulis mensibus naturam purgationem menstruam negasse.

Causæ.

Causa huius affectionis est mensium suppressio; Causæ eaque perfecta, potissimum à vasorum in utero angustia, quacunque de causa orta. Potest tamen hic facere etiam vteri robur, ob quod sanguis non admittitur, & contra aliarum partium, per quas effluit, debilitas: sicut & in quibusdam vasorum vteri vitiosa conformatio & insertio. Ex causis enim istis, vel etiam aliis, si sanguis supprimatur, nec natura eum per consueta loca expellere possit, copia eius grauata fœminæ saluti proficiens, & pericula, quæ ex suppressione mensium oriri solent, præcauere cupiens, aliam viam quaerit, per quam sanguinem euacuet. Nonnulli etiam naturæ errorem addunt & accusant, statuuntque, si natura salutis fœminæ causa coacta talem euacuationem molitur, eam impedire aut peruertere nefas esse: Si verò per naturæ errorem fiat fluxus, eum sensim & leniter permutandum esse. Verùm non facillè adduci possum, ut credam, naturam, si nullum ipsi impedimentum obiciatur, viam consuetam deferere, & aliam insolitam quaerere. Et licet verum sit, fluxum illum, quem natura salutis fœminæ causa instituit, non peruertendum aut impediendum esse, ne sanguis in corpore relictus grauiora mala excitet: tamen vbi

fluxus ille cessat, danda est opera, ut natura ad con-
suetas vias reuocetur.

Signa Diagnostica.

Affectus ipse per se patet.

Prognostica.

1. Malum hoc potius molestum feminis, quam
periculosum esse solet; nisi quod hoc habet incom-
modi, quod conceptui impedimento esse potest,
cum sanguis, qui pro conceptione necessarius est,
ad alia potius loca, quam uterum feratur.

2. Minus tamen periculi est, si per nares sanguis
euacuetur; cum natura aliàs sanguinis abundantis
copiam per nares euacuare soleat.

Indicationes & Curatio.

Duo scopi hic Medico sunt propositi, primus &
præcipuus; ut sanguis, qui per aliena loca euacua-
tur, ad uterum, ut huic euacuationi destinatum lo-
cum, reuocetur; alter, ut si sanguis per aliena lo-
ca non sufficienter euacuetur, & inde aliqua eius
copia colligatur, ea imminuatur. Prius expeditur
venæ sectione in talo, triduo, antequam sanguis
fluere incipiat, instituta, cucurbitulis, femoribus,
coxis & suris nunc cum scarificatione, nunc sine ea
applicatis, frictionibus item, balneis, fomentis inun-
ctionibus, clysteribus uterinis, pessis & aliis, quæ
de suppress. mens. sunt proposita. Alteri scopo satis-
facit venæ sectio, quæ tamen commodissimè in talo
instituitur.

CAPVT XII.

De fluore muliebri.

ET si per uterum nihil aliud, quam sanguis sin-
gulis mensibus euacuari solet: tamen accidit in-
terdum, ut præter naturam, & alix res per eum ex-
cernantur. Inter eas autem primò est Fluor mulie-
bris vel uterinus, seu Menstrua alba appellata; Excretio nimirum ex utero vitiosa,
vbi pro rubro sanguine illuues quædam cruda, ple-
runque alba, modò saniosa, liuida, aut viridis,
modò subrubra & saniosa excernitur, & quidem
non singulis mensibus & itatis temporibus, sed sin-
gulis ferè diebus, aut inordinatè, nunc breui, nunc
longo temporis spatio, & nunc iis accidit, quibus
mensès fluunt, & mensium rubrorum fluxu abso-
luto incipit, nunc mensium fluxum præcedit, inter-
dum & iis accidit, quibus mensès suppressi sunt.
Virgines rarò hoc malum infestat, frequentius adul-
tiores, nonnunquam & gravidas. Autor tamen est
Fernelius, lib. 6. de morb. & symp. cap. 16. etiam
puellam octauo ætatis anno, hoc malo oblectam,
ac diu postea grauiter afflictam se vidisse.

Decolores verò mensès, quorum antea facta est
mentio, aliud ab hoc fluxu vitium sunt. Mensès
enim decolores adhuc ad mensès pertinent, & de-
prauati sunt, color tamen ruber adhuc in iis conspi-
cuè apparet: mensès verò albi & substantia & colo-
re à mensibus differunt. Deinde etiam exeundi tem-
pore & modò à mensibus decoloribus fluor mulie-
bris differt. Mensès enim decolores etiam suam
periodum obseruant, etsi non semper exactè: fluor
verò muliebri alio, quam mensès, fluunt tempo-
re, nonnullis continuò, aliis ante, aliis post men-
sès; gravidis quoque & quibus mensès suppressi
sunt, accidit.

Discernendus etiam fluor muliebri à materia
purulenta, quæ ex vlcerebus uteri effunditur: atque
cum materia purulenta effluit, vlcerebus præsentis
notæ adsunt, quæ absunt in fluore muliebri. Ip-
sum etiam pus, si sit laudabile, crassius est & albi-
Opertum Sennertii Tom. III.

A dum, quam mensès albi, & minoris quantitatè. Si
verò sit saniosum, cruentum perfusum est, & cum
dolore excernitur.

A Gonorrhæa verò & materia seminali distingui-
tur, quòd hæc in minore quantitate excernitur, al-
bidior est & crassior, & longioribus interuallis ef-
fluit, sicut à pollutione nocturna eò discernitur,
quòd pollutio ista per somnum saltem accidit, &
cum imaginatione rei veneræ est coniuncta; cum
fluor muliebri quauis hora accidat.

Causæ.

Causa proxima est humor excrementitius, à san-
guine tota natura alienus, non tamen eiuſdem sem-
per speciei, sed modò albus & pituitosus, modò bi-
liosus, modò melancholicus, modò saniosi san-
guinis colorem representans, modò mixtus.

Colligitur autem iste humor nunc in corpore to-
to, nunc in aliqua parte, & ad uterum transmittit-
tur, & per pudendum frequenter & assidue effluit.
Sicut enim natura, dum boni sanguinis copia in
fœminis cumulata est, eam per uterum euacuare
solet: ita etiam si vitiosi humores in corpore cumu-
lati sint, iisdem viis ad eas expellendas uti solet. Et
imprimis hoc accidit in mulieribus humida & frigi-
da constitutione præditis, mollibus, delicatis, se-
dentariam & otiosam vitam agentibus, & alimen-
tis frigidis & humidis ventibus. E partibus imprimis
ventriculus, hepar & lien huic malo originem

præbent, & præcipuè mulieres, quæ cruditate
ventriculi laborant, huic malo sunt obnoxie. Fa-
cilius tamen hoc accidit, si uterus debilitatus sit.
Imò solus uterus malè affectus huius vitij causa
esse potest; si nimirum ob frequentes abortus, vel
alias causas is debilitatus sit, & potissimum si fri-
gida & humida intemperie (de qua supra, part. 1.
sect. 2. cap. 5. dictum) laboret. Tum enim etiam
bonum alimentum affluens non rectè concoquit, &
propterea multa excrementa cumulantur, quæ quo-
tidie ex utero effluunt. Multò magis verò hoc ac-
cidit, si sanguis, qui affluit, non purus sit.

Atque ita humor vitiosus, qui fluxum hunc ex-
citat, nunc in toto corpore vel aliqua parte gene-
ratur & ad uterum transmittitur, nunc in utero
præcipuè colligitur. Docet id clarè Galenus, 6. de
loc. affect. cap. 5. dum scribit: Verèdum accidit in-
terdum fœminis utero nihil laborante muliebri
vocatam profluuium, cum vniuersum corpus per
ipsum expurgatur, quemadmodum interdum per
renes quoque euacuatur. Contingit potissimum
iis fœminis, quæ tenuiore & pituitosiore habita
sunt præditæ. Has itaque intacto utero, per reme-
dia, quæ toti corpori adhibentur, sanauimus. Et,
3. de caus. symptom. cap. 4. hæc habet: Cæterum
deprauatæ fluxiones per uterum fiunt, expur-
gato per hanc partem corpore vniuerso; vocatur
autem id symptoma fluxus muliebri: Præter hæc
deprauata ex utero sit vaenatio propter malum ali-
quod in ipso factum. Quamquam enim de hisce
locis pugnet cum Mercuriali Mallarias: tamen
clarum est, Galenum statuerè interdum (non
semper) saltem fluxum hunc à toto fieri; præter
hunc tamen aliam deprauatam fieri ex utero eua-
cuationem, propter malum aliquod in ipso utero
factum.

Vias per quas hic fluxus sit, quod attinet, Pla-
terus in ea est sententia fluorem uterinum tantum
à cervicis uteri venis prodire, non verò ex fundi
cavitate in collum illius effluere, indeque postea
expurgari; cum tam angustas in utero sinus tan-
tam copiam humoris, quantum plerumque ema-
nare videmus, capere non possit, nec, donec ute-
rum gestent fœminæ, amplius. Verum equidem
V u ij

A Gonor-
rhæa.
A pollutio
ne noctur-
na.

Causæ.

dicatio-
& Cu-
rio.

For mu-
liæ.

Fluor mu-
liæ dif-
fert men-
sibus deco-
loris.

Ale ex
vlecebus
uteri.

Per quas
vias flu-
or mulie-
bris?

negandum non censeo, per cervicis vteri venas, ut ampliores, hunc fluxum frequentissime accidere: interim tamen non impossibile est, ex ipsius vteri venis eundem humorem effundi posse. Cum enim aliàs hæ venæ in vterum sanguinem ferre soleant, non mirum est, naturam etiam his abuti ad excrementicios istos humores euacuandos, præsertim ubi in ipso vtero illi generantur, isque imbecillius huius fluxus causa est, (quod Platerus districte non potest,) & non è toto corpore vel aliunde confluunt. Neque opus est, ut totus, qui euacuatur, humor, in cavitate vteri primum congeratur, & hinc euacuetur; sed ut sensim affluit, ita sensim euacuatur. Neque etiam, ut dictum, totus iste humor ex vtero, sed pars eius è venis cervicis vteri effluit. Non autem mirum, naturam vitiosos humores sine sanguine è venis expellere; cum non solum extra consuetum menstrui sanguinis fluxus tempus id accidat, sed & natura vitalem sanguinem retineat, vitiosos humores verò eliciat, quod etiam in alui fluxibus & vomitibus, in quoque materia è venis euacuatur, accidit.

Causas remotiores quod attinet, sunt ex omnibus, quæ dictos vitiosos humores in corpore vel parte aliqua vel vtero cumulare possunt. Scribit etiam Platerus, se observasse, mulieribus, quæ nunquam hunc fluxum passæ fuerunt, cum, postquam medicamenta cathartica sumisissent, supervenisse, quia natura eorum vsu ad alias excretiones molendas excitata fuerit: Multas quoque dum thermis aliquandiu insedisissent, hoc vitium contraxisse, non ob contagium, quia cum aliis, quæ eo laborabant, in eodem balneo sederunt, sed quòd vsu harum continuo natura incitata excrementa crassiora, quæ per sudorem expelli non poterunt, per hanc viam commodiorem expulit.

Quanam corruptat fluor muliebri.

Corripit autem hoc malum scæminas omnis generis; frequentius tamen adultiores; nonnunquam tamen & iuniores, imò & virgines. Etsi enim nonnulli negant, virgines hoc profluviu[m] pati, & si id accidat, eas corruptas esse, temerè & incautè pronuntiant: Observatum tamen est à doctissimis Medicis, fluxum hunc virginibus, de quibus nãt la corruptionis suspicio esse potuit, accidisse, imò nonnullas biennib[us] antequàm menses erumperent, fluxu hoc laborasse, & puellam octo annos natam fluxum hunc passam esse, antea ex Fernelio dictam. Et causa nulla est, cur hoc sit impossibile; cum cause, ob quas fluxus hic accidit, in omnibus scæminis locum habere, eæque etiam tales crudos cumulare possint.

Differentia.

Differentia.

Ex modò dictis iam patet, humorem, qui muliebri profluviu[m] constituit, non esse eiusdem semper naturæ, sed modò album, modò pallidum, modò lividum, modò subrubum & saniosum, modò ad viriditatem vergentem, modò viscidiorè, modò tenuiorem, modò frigidiorè & minus acrem, modò calidum atque acrem, modò fœtidum, modò fœtoris expertem. Fluxus tamen albus, ut Hippocrates, 2. de morb. mulier. in initio, scribit, in senioribus magis fit, quàm in iunioribus: fluxus fulvus in vtrisque; fluxus ruber in iunioribus.

Signa Diagnostica.

Signa.

Vitium hoc Medico ex ipsius scæminæ relatione innotescit. Accedunt præterea & alia symptomata, facies fœdatur, urinæ turbidæ minguntur, ægræ, præsertim ieiunæ, nausea & cardialgia corripuntur. Si humor sit acris & putris, sæpe febres lentæ accedunt. Si humor sit pituitosus & copiosus, æligamenta vteri laxiora reddat, procidentia vteri excitatur. De quo Hippocrates, de natura

A mulier. Cum fluxus albus, inquit, abortus fuerit, vel uti urina asinina apparet, & dolor in vtero ventrem habet, & lumbos, & lateris molliitudinem, & tumores sunt crurum & manuum, & caua eleuantur, & oculi tumidi sunt, & color argenteus & albus fit, & carn iter facit, anhelat. Ægra etiam rectissime referret, quænam humoris, qui euacuatur, qualitas sit. Eadem tamen è linteis, quibus humor ille excipitur, facile patet. Si enim, ut Hippocrates, 2. de morb. mul. docet, lintea infecta arefacta simplici aqua laentur, & scellantur in vmbra, ac post inspiciantur, manifestè colorem abundantis excrementi referunt. Quæ ratione verò à cognatis vitiis discerni possit, iam supra dictum: De malo ipso cum Medicus est certus, eius muneris est, iam amplius inquirere, ubi humor ille vitiosus generetur. E toto corpore humorum illum prauum confluere, cognoscitur ex eo, quod cacochymia in toto corpore signa, alibi explicata, adsunt; nullius verò in vtero morbi signa adsunt. Si verò ex aliqua parte humores illi ad vterum confluant, eius affectus signa aderunt, quæ è prædictis nota sunt. Si verò ex vtero ipso solum hic fluxus originem habeat, nec cacochymia in toto corpore, nec ullius partis affectus signa adsunt, contra verò vteri malè affecti signa aderunt, quæ supra, part. 1. sect. 2. de morbis vteri, sunt exposita. Præterea si à solo vtero fluxus hic proveniat, materia pauca est, utpote, quæ solius vteri est excrementum: Si verò à toto, vel aliqua parte, copiosior.

Prognostica.

1. Equidem malum hoc, si moderatum sit, nullaque grauiora accidentia coniuncta habeat, sæpe diu satis sine insigni incommodo id scæminæ ferunt. Non tamen contemnenda est. Reddit enim primò scæminas viris iminùs gratas, præterea etiam plerumque infæcundas; non tamen semper. Si enim humor iste per vasa cervicis vteri euacuetur, ita conceptioni non obest.

Prognostica.

2. Deinde si diu durat, in graues morbos scæminas conuicit, in languorem scilicet totius corporis, atrophiam, tabem, cachexiam, hydropem, vteri lapsum, vlcera. Si materia mordax sit, etiam pruritus, mordicatio & ardor in pudendo scæminæ vexat.

3. Interdum mœstitia, melancholia, animi deliquia & conuulsiones accedunt. De quo Hippocrates, 5. aphor. 56. Si muliebri profluui[o] conuulsio aut animi defectus superueniat, malum. Cum scilicet, ut Galenus, in comm. addit, malum vehemens fuerit; vel diu durauerit, & materia cerebro ac nervoso generi communicata fuerit.

4. Eò deterior autem est hic fluxus, quò humor peior est. Et proinde Aretæus cum censet esse deteriorè, qui lividus est, saniosus ac fœtidus, quàm pallidum & album.

5. Faciliùs autem hoc vitium initio curatur, dum causæ, à quibus pendent, nondum potentes sunt, nec radices egerunt; progressu verò temporis malum difficilius redditur, & totum corpus tandem excrementa per hanc viam expellere adfuescit, atque ipse vterus debilior iam redditus excrementa aliena faciliùs suscipit.

6. Senes scæminas hoc malum plerumque ad mortem vsque comitatur, ob pituitæ copiam & facultatis coëctricis debilitatem.

7. Aliàs fluxus citrinus, viridis, minus contumax est, quàm albus, si idonea remedia adhibeantur: maiora tamen pericula ob materiæ prauitatem inducere potest.

Indicationes & Curatio.

Tota autem huius affectus curatio in causarum remotione consistit, quibus ablati fluxus cessat.

Indicationes & Curatio.

Medici equidem plerique ad fluxum hunc sistendum multa remedia adstringentia proponunt. Sed non video, quomodo consultum sit, humores istos prauos adstringentibus adhibitis in corpore retinere; cum facile fieri possit, ut in corpore retenta talia excrementa, ad alias partes nobiliores ruant, & alia grauiora mala excitent: ni forsitan propter vteri humiditatem & laxitatem corrigendam talia siccantia & adstringentia adhibeantur.

Primo ergo videndum, an totius corporis vitio; an ob partem aliquam priuatam, an verò vteri saltem culpa hic humor eo ligatur. Si in toto corpore humores; qui per vterum euacuantur, colligantur, quod plerumque accidit, humores vitiosi euacuandi, ab vtero auertendi, & ne iterum generentur, cum bona victus ratione, tum medicamentis præstandum. Quid de venter sectione statuendum sit, infra *quest. 1.* dicetur. Itaque, si, quod frequentius accidit, pituitosi & crudi humores abundant, ij præparandi & euacuandi. Corpore vniuerso euacuato, reliquæ humorum decocto ligni Guaiaci, tartæ parillæ vel radicis Chinæ absumenda; simulque victus ratio exsiccans & extenuans præscribenda. Non incommo- dum etiam fuerit, post purgationes institutas diuretica exhibere, quæ reliquias materię ad renes diuertant, & per vrinam euacuent, de quo infra *quest. 2.* Si verò humores biliosi & acres abundant, medicamenta, quæ acrimoniam bilis temperant, non nihil adstringant exhibenda, qualia sunt præcipuè cichorium, endiua, acetosa. Humor præparatus euacuandus *rhabarbaro, triphera Persica, pilulis aggregatis, de rhabarbaro.* Si humor melancholicus admisceatur, & is conueniente modo præparandus & euacuandus, de quo alibi. Quomodo verò, si serosus & aquosus humor abundet, curatio instituenda sit, docet Galenus, in *lib. de præcognit. ad Postbumum, cap. 8.* exemplo curationis à se institutæ in vxore Boëthi fluxu muliebri laborante. Cuius summa hæc est. Cum vxor Boëthi muliebri fluxu laboraret, maritus eius Medicos Romanos præcipuos, atque inter eos Galenum conuocauit. Inter quos equidem conuenit, ut ea medicamenta, quæ ab Hippocrate & aliis post Hippocratem optimis quibusque Medicis tradita essent, adhiberentur, quæ eò tendebant, ut non solum vterus, sed etiam vniuersum corpus exsiccaretur. Verum cum hac curandi ratione nihil proficerent, sed & malum deterius redderetur. Medici hæsitabant, & ad aliam curandi rationem accedere quidem cupiebant, nihil tamen melius inueniebant. Interea matronæ huic tumor in vtero abortus est, ita ut muliercolæ grauidam eam existimarent. Verum suspicionem hanc hoc exemit, quod cum aliquando lauaretur; in primo balnearum cubiculo vehementissimis doloribus, quales parturientem prehendere solent, correpta fuit, & tunc humorem aqueum adeo copiosum excreuit, ut animo inqueretur. Vnde venter statim detumuit. Cum verò alij Medici quid porro agendum esset, dubij essent, ac hærerent. Galeno in mentem venit, se in hoc muliere insignem circa hypochondria mollitiem deprehendisse, ex quo in eam sententiam venit, quod mulier frigidæ & humidæ valde temperaturæ esset, & propterea non solum siccantia nimis humiditati, sed & calefacientia nimis frigiditati opponenda essent. Itaque in victus ratione potum paucum admodum exhibendum, deinde redundante humorum per aluum, vrinam, & eam esse euacuandum statuit. Idque ut rectè præstare posset, à Boëtho impetravit, ut solus decem dies vxoris curationem susciperet. Itaque primò medicamento aqueum humorem per aluum purgante vltus est, deinde aquam, in qua asarum & apiū

A ferbuerant, illi bibendum propinavit. Cum verò post biduum vteri fluxus iterum inciperet, tertio die rursum medicamento per aluum purgante vltus est. Postea quotidie mulierem melle inunxit, & corpus linteo primùm molli, deinde asperrimo fricauit, simulque conuenientem victus rationem instituit. Quia curandi ratione factum est, ut spatio 15. dierum nullum prorsus morbi vestigium amplius apparuerit, sed mulier integrè conualuit.

Si verò humor in parte aliqua, ventriculo, epato, vel alia colligatur, eius ratio habenda, curandumque, ne talem humorem generet. Et quia imprimis circa ventriculum crudi humores colliguntur, vomitus idoneis medicamentis concitatus maximè utilis est: videndum tamen, ne vomitoriis ventriculus debilitetur. Postea quia ventriculus, vbi pituitosi humores in corpore colliguntur, plerumque intemperie frigida & humida laborat, is calefaciendus, siccandus & roborandus est, ut suo loco dictum. Si verò bilis peccet, plerumque laborat intemperie calida. Itaque ille conuenientibus medicamentis refrigerandas. Si ab vteri vitio & intemperie fluxus hic ortum habeat, id corrigendum, ut supra, *part. 1. sect. 2.* dictum.

A quacunque verò causa proueniat hoc malum, viles sunt thermæ, quæ nõ totum vitiosos humores in corpore redundantes euacuant, & ad aluum ab vtero auertunt, sed & viscera ac vniuersum corpus roborant, & vteri intemperiem frigidam & humidam emendant. Eligendæ autem sunt thermæ cuiuslibet corporis constitutioni conuenientes. Tandem; ut dixi medicamenta exsiccantia, & adstringentia, ad fluxum hunc sistendum ab Autoribus solent proponi; *portulaca* nimirum, *plantago polygama, balaustra, cortices granatorum, rad. x. bistortæ, tormentilla, filipendula* quæ valde commendantur, *hypocistis, bolus Armenus, terra sigillata, rasura eboris, spodium, succinam, corallia, C. C.* Hinc commendatur tale Electuarium. *℞. Conf. ros. rubr. veteris ʒ. iv. cichor. ʒ. ij. corall. rubr. pulu. rad. bistortæ, tormentilla, rasura eboris an. ʒ. ij. Cum syr. myrrino F. Electuarium. Ve ʒ. Coral. rubr. præp. boli Armeni, terra sigill. an. ʒ. i. marg. præp. ʒ. i. mastich. ʒ. ʒ. rad. cyperi ʒ. ij. macis ʒ. ʒ. sacch. ros. tabulati ad pondus omnium. F. puluis. Vel ʒ. spec. diarrh. abb. ʒ. j. santal. omn. an. ʒ. i. coriandri præp. ʒ. ij. mastiches corall. rubr. præp. an. ʒ. i. sacch. albi q. s. F. rotulæ. Vel ʒ. sem. coriand. præp. acetosa, plantag. an. ʒ. j. terra sigill. boli Armeni an. ʒ. ʒ. spec. arom. ros. an. ʒ. j. Cum s. q. sacch. F. rotulæ.*

Verum ut dictum, talia non nisi corpore antè euacuato exhibenda, metuendumque, ne si fluxus retineatur, sero, quod plerumque contingitur, retento venter intumescat; quod Boëtij vxori accidit, ut refert Galenus, *de præcogn. ad Posth. cap. 8.* Et ne à frigidis exsiccantibus aliquid incommodi oriatur, calida sine omni periculi metu exhiberi possunt, ut Theriaca vetus, Methridarium, cui aliquid conf. rosarum & absinthij addi potest. Vel *℞. conf. anihos ʒ. j. diacori vulgaris ʒ. ij. spec. diarrh. abb. arom. ros. an. ʒ. j. corall. rubr. præp. ʒ. i. ʒ. theriaca ʒ. ij. Cum syr. de cortic. citri F. Elect.*

Ne quoque à vitiosis & prauis humoribus interna vteri superficies lædatur, liquores extergentes sæpe in vterum iniicere vtile est; qui excrementa eiusmodi detergant, & abluant, paratos è decocto hotdei cum melle rosato, sero lactis caprino, cum syrupo de rosis siccis, vel decocto absinthij, menthæ, matricariæ, rosis rubris aluminis & similibus. Post lotionem vbi loca exsiccata fuerint, suffitus adhiberi possunt è thure, ladano, mastiche, santalis, nuce moschato, rosis rubris.

Diata.

Diata.

Diata cum medicamentis conspiret. Ideoque aet eligatur purus, ad calidum vergens, & siccus, vicetur vero pluuiosus austrinus, & frigidus inclementia. Cibi sint facilis coctionis & boni succi; ut à calore debili facilius coqui possint, & nullo modo cacochymiam augeant. Qualitate sint humori peccanti contrarij, omnes tamen vim siccandi obtinentes, quia plerunque crudi & pituitosi humores peccant, vel admiscetur. Vitentur vero omnia cruda & humida, olera, fructus fugaces, pisces molles, lac, pinguis, dulcia, salia. Interdum à cœna abstinere in hoc affectu utile est. Potus sit vinum rubrum. Somnus & vigilia sint moderata. Agra versus vterum trahantur. Exercitium sit moderatum. Inprimis vero vitiles sunt frictions partium superiorum, quæ humores pituitosos discutiant, & ab utero auertunt. Abstineat fœmina à Venere, ne eius usu humores versus vterum concitentur. Animi affectus nimij, inprimis ira & metus, vitentur.

QVÆSTIO I.

An vena sectio in fluore muliebri locum habeat?

An vena sectio in fluore muliebri locum habeat?

Cum fluor hic totus à cacochymia, non vero à plethora dependeat, nullus omnino locus esse venæsectioni videtur. Præterea non consultum videtur, prauos istos humores ad vterum fluentes in venas reuocare, & massam sanguinis inquinare. Tandem cum vires affectu hoc plerunque diuturno decendant, & corpus contabescat, sanguinis missione id amplius debilitandum, nutrimentoque fraudandum non videtur. Nonnulli contra, si ex mensium suppressione accidat hoc malum, à sanguinis missione principium curandum faciendam, atque venam in cubito aperendam esse censent. Verum prior sententia rationi magis consentanea, neque sectio venæ vlllo modo necessaria hic videtur. Et licet ex suppressione mensium malum hoc originem habeat; tamen sanguis supp. ellus iam corruptus est, & in cacochymia degenerauit, neque tanta sanguinis copia adest, ut per venæ sectionem in brachio institutam eam imminuere opus sit.

QVÆSTIO II.

An Diuretica conueniant in fluore muliebri?

An diuretica conueniant in fluore muliebri?

Dictum supra, humoris, præcipuè pituitosi, reliquias diureticis per vrinam euacuandas esse. An tamen hoc rectè fiat, à nonnullis dubitatur idèd, quòd diuretica etiam menses mouere valent. 4. de simpl. medic. fac. atque ita humores ad vterum mouere & fluxum augere possunt. Verum enimvero equidem negandum non est, diuretica, dum humores fundunt, secundariò etiam menses mouere. Verum si corpore purgato exhibeantur, nullus metus est, ut maiorem fluxum excitent. Et enim humores ad renes non spontè ruunt, sed à virenum attractiue alliciuntur. Ad vterum verò neque ab eo attrahuntur, sed à natura eo pelluntur; quod non fiet, si maxima pars per purgantia euacuata sit. Tum enim reliquæ à diureticis susæ à renibus facillè attrahuntur.

A

CAPVT XIII.

De Gonorrhœa.

Gonorrhœa non solum Viris, de qua, lib. 3. Gonorrhœa. part. 9. sect. 2. cap. 4. dictum, sed & mulieribus quandoque accidit. Quæ qua ratione in fœminis à fluore muliebri differat, capite præcedente dictum. Accidere autem potest Gonorrhœa omnibus viro maturis fœminis. Mercurialis tamen grauidis non accidere posse putat; quia semen semper in vterum eiici putat. Verum quia & prægnantes venere vtuntur, mensurque non in vterum, sed ad ceruicis vteri latera emittunt, per easdem vias etiam gonorrhœa accidere potest. Præter gonorrhœam veram, quæ naturalis seminis effluuium est, ut viris, ita etiam fœminis interdum ex lue venerea humores fœtidi & corrupti effluunt, qui tamen fluxus propriè gonorrhœa non est, ut loco allegato dictum, ad gonorrhœam tamen etiam vulgò referri solet.

Causse.

Causse. Causse huius mali præcipua est retentricis facultatis imbecillitas & vasorum semen continentium laxitas. Hinc ad gonorrhœam excitandam faciunt omnia, quæ vasorum seminalium laxitatem inducere possunt. Verum cum de causis gonorrhœæ in viris plura dicta sint, lib. 3. p. 9. sect. 2. c. 4. ea hic repetere opus non est. Patet ex iis facillè, quæ causæ ex ibi allatis in gonorrhœa fœminarum locum habere possint.

Signa Diagnostica.

Qua ratione autem gonorrhœa à fluore muliebri discernenda sit, dictum capite præced. Quo modo verò gonorrhœa vera à virulento illo in lue venerea fluxu discerni possit, lib. 3. practica loco allegato dictum. Quo loco etiam causarum signa explicata sunt.

Prognostica.

1. Si gonorrhœa diu duret, fœminis vteri laxitatem ac debilitatem sterilitatemque inducit.

2. Quia verò semen ex optima sanguinis parte generatur, si fluxus iste perseveret, tandem tabem inducit. Reliqua prognostica lib. 3. practica loco allegato videantur.

Curatio.

Curatio. Curandi etiam ratio cum gonorrhœæ, tum pollutionis nocturnæ lib. 3. practica loco allegato, tradita est. Pauca saltem addere libet. Si à seminis copia sit fluxus iste, salicis fructus cum vino propinatus, libidinis impetum coerces. Idem de folio salicis docet Plinius, lib. 24. cap. 9. & lib. 26. cap. 1. Si à facultatis retentricis debilitate sit gonorrhœa, castorei Serup. ℞. sumpta utilis est. Reliqua allegato loco videantur. Topica in fœminis ventri, regioni renum, & ad latera, quo loco testes sui sunt, adhibeantur. Balneum etiam potest fieri decocto fol. salicis, myrsi, malicydonij an. M. ij. roris. flor. ros. rubr. an. M. j. nuc. cupress. ℥. ij. In quo fœmina. Umbilicotenus sedeat. Sacculus quoque iidem repletus renibus, lumbis & pubi applicetur. A balneo loca ista inungantur oleo mastichino, myrtino.

CAPVT XIV.

De rebus alienis ex utero excretis.

Non solum autem menses illi albi dicti & semen præter naturam ex utero euacuantur, sed & aliæ quædam res. Et primò quidem pus interdum ex utero excernitur, quod in vlceribus vteri & cervicis eius accidit, de quibus cum supra *part. 1. sect. 1. cap. 8. & sect. 2. cap. 18.* actum sit, hic plura addere opus non est.

Lapides ex utero excreti.

Lapidem asperam magnitudine verticilli fusi formulam Dyteridis in Laissa ex utero eiecit, Hippocrates, *5. epidem.* refert. Calculos tophaceos aliquando in utero generari tradit, & modum, quo extrahi possunt, docet Aëtius, *terr. 4. serm. 4. cap. 98.* Ioan. Anglicus, *cap. de sterilitate*, narrat, se vidisse aliquando lapidem quantitate oui, quem mulier ex utero eiecit. Vallesius, *in comm. ad allegatum locum Hippocratis*, se quidem non observasse scribit, lapides ex utero excretos fuisse, ab aliis tamen sibi narratum esse, duabus mulieribus id accidisse. Petrus Sal. Diversus, *ad cap. 113. Pract. Alimari*, refert, Monialem quandam,

A post cruciatus, qui nullo medicamento leniri potuerunt, tandem eiecit per pudendum lapidem scabrosum, magnitudine & forma ovi anatini, quo eiecto cessarunt quidem dolores, superueniente tamen ex utero fluxione putrida, tabe consumta vita functa est. Talia & alij Medici obseruarunt.

Vermes

Ascarides in pudendo muliebri nasci, Hippocrates, *lib. 2. de morb. mul.* scribit. Garcias Lopus, *varia Medicallectionis cap. 13.* refert, se vidisse, matronam quandam per vteri collum multitudinem ascatidum magnam expulisse.

Mola.

Molarum etiam varia genera ex utero excerni, suo loco dicitur.

Intestina.

Intestina per vuluam disruptam prolapsa fuisse, scribit Benuenius, *de abdit. sanat. & morb. causis cap. 5.*

Externareiecta.

Puellam quandam *castaneam* in vuluæ os intrussisse, & cum manibus extrahi non potuerit, sternutatione pipere excitata eiecit, scribit Sauanerola, *tract. 6. cap. 5. rub. 11.* In finem vteri *muræm* aliquousque penetrasse, sibi relatum fuisse, Platerus, *tract. 3. pract.* refert.





LIBER QVARTVS.

P A R S I I.

S E C T I O I I I.

*De Symptomatibus, quæ virginibus & omnibus ferè fœminis post
pubertatem ex utero euenire solent.*

C A P V T I.

De Virginitate.

VM autem primo loco meritò dicen-
dum sit de his affectionibus, quæ virgi-
nibus ex utero euenire solent, quædam
de virginitate & signis eius præmittenda
videntur. Et si verò alij etiam pro sua intentione
virginitatem definire soleant: Medicis tamen vir-
ginitas est partium muliebrum integritas, à con-
cubitu & congressu virili non violata. Quæ autem
illa virginibus propria partium muliebrum consti-
tutio, ac quæ virginis signa sint, apud Medi-
cos controuersum est. Et primò quidem controuer-
titur, an membrana hymen dicta in omnibus vir-
ginibus reperitur? Secundò an sanguis in virgini-
bus in primo coitu necessariò effundatur? Tertio
an vuluæ adstrictio & angustia virginis signum
sit? Quarto an lac in mammis apparens corruptæ
virginis signum sit?

Virginitas
quid.

QVÆSTIO I.

*An hymen virginis indicium in omnibus
virginibus appareat?*

An detur
Hymen,
virginis
indicium?
An membrana aliqua detur, quæ virginis
claustrum & nota sit, inter Medicos & Anatomicos
controuersum est. Mucus Ant. Vlnus, de *Utero
muliebr. sect. 1. cap. 7.* scribit, se à decimo quat-
to ætatis anno usque ad ætatem vtilem continen-
ter & sedulò studio Anatomico incubuisse, & hu-
ius membranæ inueniendæ gratia dissecuisse abor-
tus plures puellares octimestres, præterea quæ vel
statim, aut hebdomadæ, mensis, sequenti à par-
tu interiere, dissecuisse fœminas vnius, duorum,
trium, quatuor annorum, usque ad septennium,
neque vnquam huius membranæ vel vestigium vi-
dere potuisse; idque idè in istius ætatis puellis, non
verò adultioribus fecisse, ne violationis huius mem-
branæ vlla esset suspicio. Ideòque hymenem
pro pura puta fabula, quæ ab Arabibus forsitan di-
manarit, habet. Non negat tamen, in nonnullis
puellis reperiri posse membranam obsidentem in-
teriora conni, sed id præter naturam esse putat.
Eodem modo Andr. Laurentius, signata esse, quæ
de transversa illa membrana & perforata scripse-
runt multi, statuit, scribitque, se & abortiuas puel-
las, & trimestres, & trium, quatuor, sex, septem
annorum virgines diligenter obseruasse, & specil-
lo ad uteri os internum usque immisso nihil, quod
resisteret, inuenisse. Et si quæ adsit talis membra-

Anula, præter naturæ institutum esse putat, & mor-
bum esse organicum in vitiosa conformatione, qui
vulgò claustra uteri appellatur. In eadem sententia
est Ambrosius Paræus, qui, *lib. 23. cap. 42.* de hanc
membranam in plerique virginibus omni ferè
ætatis à trimata ad duodecimum ferè annum stu-
diosè exquisiuisse, reperire verò non potuisse. Co-
lumbus quoque te tantùm eam inuenisse scribit.
Ranchinus etiam, de *mor. virg. sect. 1. cap. 2.* scri-
bit, huiusmodi membranam imaginariam esse, &
ab antiquis tum Medicis tum Poëtis fictam atque
depictam.

Contra, clarissimi Anatomici & Medici eam da-
ri asserunt. Auicenna, *lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 1.* scribit:
Ante violationem pueritæ Virginis sunt in collo
matriæ panniculi contexti ex venis & ligamentis
subulibus valde, ortis ex omni parte eius, quos de-
struit violator, & currit, quod in eis est de sanguine.
Et *lib. 3. fen. 21. tract. 3. cap. 10.* de mulieribus
est, cui accidit, cum violantur, dolores magni, &
propter eum collum matriæ eius est strictum, &
panniculi virginales sunt texturæ densæ, & virga
de virginantis est grossa. Et Auenroës, *tract. 4. col-
lectan. cap. ultim.* Orificium vuluæ virginis est
crispam, & ex crispitudine illa oriuntur venæ mi-
nutæ, habentes pelliculam vnâ contextam duo-
bus texturis, vna tendit in longitudinem, & illa est
minor, & altera vadit in latum dinem. Eadem ferè
ex Auicenna docet Nicolaus Florentinus, *serm. 1.
tract. 1. cap. 7.* Et *ibid. tract. 3. cap. 30.* scribit;
Ante deflorationem os matriæ est velatum panni-
culo, contexto venis & arteriis, quæ cum deflorat-
ur, rumpitur, & inde sanguis emittitur. Augustinus,
1. de Ciuit. Dei, cap. 18. refert; Si obstetrix
Virginis cuiusdam integritatem manu veluti explo-
rans, siue malenolentia, siue inscitia, siue casu dum
inspicit, perdidit, non opinor quemquam tam stul-
tè sapere, vt huic perisse aliquid existimet etiam
de ipsius corporis sanctitate, quamuis membris il-
lius integritate iam perdita. Et I. C. Scaliger, *Exerc.
175. sect. 1.* herbæ cuiusdam mentionem facit, super
qua si Virgines, quæ præ sunt pasuis, sedeant, aut
urinam reddant, eis perinde rumpi Naturæ mem-
branam, atque si à viro fuerint vitiatæ. Vel alius
quoque, *lib. 5. de corp. humani fabr. cap. 15.* eam
dari affirmat. Eandem Fallopius, in *obseruationi-
bus Anatomicis*, admittit, docetque, membranam
quandam nerueam, non carneam, immediatè post
adesse, & claudere sinum per transversum:

non tamen esse integram membranam, sed in medio perforatam, ut minimus manus digitus suo apicē in adultis facile ingredi possit. Vvrius, *lib. observ. affert*, vniuersum puellarum genus donatum esse ab initio hac membrana, nulla excepta. Eandem dari docet Costerus, *in tabul. Anat. Platerus, de corp. hum. structura*. Inter recentissimos verò Anatomia scriptores eam dari statuit Andr. Spigelius, qui, *de humani corp. fabrica lib. 8. cap. 18.* scribit, ridendos esse illos, qui nunquam, post hos, qui rarò admodum inuenti, nec nisi præter naturam, existimant. Se enim in omnibus, quas secuit, virginibus eam deprehendisse, & in publico theatro sæpe numero demonstrasse, & si desit, id præter naturam esse, vel petulantī manu ruptam, vel ab effluxione humorum erosam fuisse. Hymenem autem membranam cum carunculis myrtiformibus corrugatam formam calicis parvæ rosæ semi expansæ referre, & inde fortassis ab antiquis florem dictam, & hinc natam phrasin, deflorare virginem, quod expugnare pudicitiam significat, scribit, de quo mox Catullus versus proponitur. Inter recentissimos Clar. Ioannes Riolanus eandem dari statuit, *lib. 2. an- thopogr. cap. 23.*

Mirum verò, ut verbis Marci Ant. Vlmi, *de Viro mulieb. scilicet. 1. cap. 7.* utar, imò prodigio simile, Naturæ consultos atque peritos de eo, quod est obiectum sensus, cum visus, tum tactus, dubitare, sit nec ne. Sed ita sæpe accidit, ut dum nonnulli ea, quæ à maioribus acceperunt, vel suas præconceptas opiniones defendere conantur, etiam sensibus repugnantia proferant.

Verum ut de hisce paucis meam sententiam aperiam, hymen, ut vult Vlmius, non Arabum inuentum est, sed Græcis iam notares, qui hoc quicquid est virginittatis testimonium, pro membrana habuerunt, & hymenem καὶ ἰσχυρὸν appellauerunt, atque inde naptiarum Deus Genilibus Hymenæus nominatus; ἡμιον quoque & ἑσπασίον dixerunt: Vnde illud vetustissimi Poëtæ: *Sine engio puellam inuenis.* Poëtis quoque zona virginittatis & castittatis nominatur: hinc apud Græcos Poëtæ deuirginitatæ puellæ ἀνεπίστου appellatur; & apud Catullum zonam solvere virgini, est virginem corrumpere. Itaque existimo, cum tota Antiquitas in ea sit sententia, esse aliquam, quod Virgines à mulieribus discernat, & quod in primo coitu violetur, & tot Clarissimi Anatomici hymenem dari, eumque se vidisse asserant, iis omnino fidem habendam, restetque ab Andr. Spigelio, *loco allegato.* scriptum putamus, in rebus Anatomicis audiendos neutiquam esse, ut- cunque in aliis Medicinæ partibus docti fuerint, qui experientia & obseruationibus carent. Imprimis cum experientia ratio suffragetur; certumque sit, aliquid in primo coitu in virginibus mutari, vnde non solum dolor excitatur, sed etiam sanguinis effusio in eo plerumque accidit, & pro virginittatis nota habetur, de quo *questione sequenti* dicitur. Neque quæ contra affert Laurentius, magni momenti sunt, quod scilicet specillum ad vteri os internum vsque immiserit, nihil verò quod resisteret, inueniret. Neque enim qui hymenem dari statuunt, vteri orificium ea membrana planè claudi, quod p. n. in atretis ac imperforatis accidit, sed in medio patere, omnes statuunt.

Quid autem illud sit, quod virgines à mulieribus discernit, & hymenis nomine venit, non ita planum est. Membranæ nomine ab antiquis etiam indigitatam & hymenem membranam καὶ ἰσχυρὸν appellatam fuisse, modo dictum. Et plerique hymenem describunt, quod sit membrana neruea tenuissimis venulis conspersa, quæ ubi in primo coitu

rumpitur, sanguis effluit. Alij hymenem dicunt esse quatuor carunculas membranulis quibusdam cocuntes, quæ florem virginem caryophyllo nondum explicato persimilem constituunt; cum quibus consentit Andr. Spigelius, qui, ut antea dictum, statuit, hymenem esse membranā, cum carunculis myrtiformibus corrugatam, quæ formam calicis parvæ rosæ semi expansæ refert, & florem virginittatis dictum constituit, de quo elegantes sunt Catulli versus:

*Vt flos in sepiis secretus nascitur hortis,
Ignosus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent aura, firmat Sol, educas imber,
At uli illum pueri, multa, optare puella:
Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nulla optare puella.
Sic virgo, dum intacta manet, tum chara suis; sed
Cum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.*

Varolius & Hier. Fabricius ab Aquapendente, hymenem esse coalitum alarum seu nympharum interuentum membranæ tenuissimæ statuunt. Ioannes Riolanus obseruauit circulum quendam carnosum iuxta nymphas ceruicis vteri, obscuris venulis conspersum; cum quo consentit Vesalius, *in obseruat. Anatom.* qui membranam hanc non nerueam, sed carneam veluti statuit.

Verum ut rem paucis comprehendamus. In omnibus quidem virginibus partem illam, quæ membrum virile admittit, angustiore esse atque aliter aliquomodo se habere, quàm in iis, quæ Venerem expertæ sunt, certum esse puto: non tamen in omnibus eodem planè modo. Interdum enim, quò Arabes ferè inclinant, hymenem constituunt rugæ illæ, quæ sunt in collo Vteri, dum extremitatibus venarum & subtilibus ligamentis connectuntur & quasi rete panniculum tenuem contextum exhibens, & circulum quasi nunc carnosum, nunc membranosum, ipsumque ideo florem virginittatis, de quo modò dixi, constituunt, qui venarum & ligamentorum contextus in primo coitu violatur, atque inde plerumque sanguis effunditur. Interdum verò panniculus iste latius extenditur, & quidem non eodem modo, sed ut Vesalius, *loco allegato,* scribit, quemadmodum linguæ præputiique non idem semper modus est, ita quoque hymen non æquè perpetuò crassus, meatumque colli vteri eadem forma ocludens, aut virginittatem pariter commendans reperitur, ita ut in quibusdam foramen, quod in medio eius est, sit amplius & oblongum, in quibusdam paruum & oblongum, ut velut pupillam aut viperæ os referat, in quibusdam angustum & rotundum, pisi magnitudine, imò in Atretis planè ocludatur: Quæ ipsa diuersitas fecit, ut, cum non semper eodem modo constitutum inuenirent Anatomici, in diuersas abierint sententias. Quibus accedit & hoc, quod in omnibus virginibus non reperitur, idque idè, quòd Veneris stimulis agitæ Virgines interdum digito indito vel alio modo coalitum & membranam in ceruice vteri rumpunt; interdum etiam imprudenter obstetricis eundem violant: quod nonnunquam & per effluxum humorum fieri potest.

QUESTIO II.

An Virgines necessario in primo coitu sanguinem effundant?

Multa equidem nonnulli de signis Virginittatis scribunt; atque Ethnici etiam olim variis modis virginittatem explorare conati sunt, quorum tamen plerique frivola & fallaces opiniones sunt. Nos

Hymenis
descriptio
vulgaris.

vnam atque alteram saltem, quæ præcipue videntur, considerabimus, ac primo quidem cum certum sit, vt ex præcedente quæstione patet, naturam notas quasdam virginittatis in pudendis: virginum potuisse, ac in primo coitu florem illum virginittatis, cuius quæstione præced. facta est mentio, violari & amitti, grauis incidit quæstio; an Virgines necessarid in primo coitu sanguinis aliquid effundant, & si id non fiat, an corruptæ virginittatis id indicium sit.

An virgines in primo coitu sanguinis aliquid effundant.

Qui id affirmant, adducunt locum ex Sacris, in Deuteron. cap. 22. *Si duxerit vir uxorem, & postea odio habuerit eam, quæ seritque occasiones, quibus dimiserit eam, obiciens ei nomen pessimum, & dixerit; Uxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginittatis eius ad Seniores urbis, qui in porta sunt: & dicit pater; Filiam meam dedi huic uxorem, quam quia odis, imponit ei nomen pessimum, vt dicat, Non inueni filiam tuam virginem, & ecce hæc sunt signa virginittatis filie meæ. Expandent vestimentum coram Senioribus ciuitatis: apprehendentque senes urbis illius virum, & verberabunt illum, condemnantes in super centum scelis a genti, quos dabit Patri puella, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israël: habebitque eam uxorem, & non poterit dimittere omnibus diebus vita sue. Quod si verum est, quod obicit, & non est in puella inuenta virginittas, obiciens eam extra fores domus patris sui, &c. Neque solum apud Iudæos ista nota magni habita fuit, sed & apud alias gentes. Ita enim Claudianus, in Epithalamio Honorij:*

Et vestes Tyrio sanguine fulgidas

Alter virginis nobilitet cruor:

Tum victor madido prosiliat thoro

Nocturni referens vulnera prelij.

Et ex Leone Africano referunt, apud Africanos etiam hoc obseruari, apud quos Sponsus & Sponsa simul atque ex solenni pompa domum sunt regressi, conclaui se obserato abdunt, vique dum nuptiale paratæ conuiuium. Interim annosa quædam cithæra præ sordibus expectat, quæ perfectum sibi à sponso iam marito cruenta tum limbe columin mediam in istos in turbam ouantem refert, quæ postea hæta exulatur. Quod si nihil cruoris spona per genitalla illarit, redditur illa parentibus cum magna ignominia, & turbæ inuitata cum tristitia domum impræstia redit.

Alij contra ad experientiam prouocant, quæ constat, sæpe Virgines bonæ famæ, & de quarum virginittate nullam dubium sit, nihilominus in primo coitu nihil sanguinis emisisse. Ideoque statuunt, si sanguinis aliquid in primo coitu effluit, id certum virginittatis signum esse; si vero id non accidat, non mox virginem pro corrupta habendam.

Et omnino posterior hæc sententia vera est. Et si enim plerumque accidit, vt à diuisione hymenis & caruncularum quatuor, vel etiam, vt ij, qui hymenem rugas statuunt, à rptione ligamentorum venarumque, quibus in virginibus rugæ internæ vteri coherent, sanguinis aliquid in primo coitu effundatur, præsertim in tenellis & iunioribus puellis, & si membrum virile crassius sit: tamen si Virgines adultiores iam sunt, & ob longum iam mensiuorum fluxum partes hæc duriores sunt & ampliores, & membrum virile paruum sit, non necessarid sanguis effunditur. Aut si puella lasciuæ digitorum immisione vel alio modo partes has, antequam cum viris coeunt, dilatauerint & ruperint, nulla sequitur sanguinis eruptio. Ideoque lex Mosaica & mos Africanorum tantum de eo, quod plurimum accidit, accipiendum, neque è lege Mosaica plus conclu-

di potest, quam vbi hoc signum adest, esse indubitatum virginittatis notam; de eo verè, vbi abest, non agit.

QVÆSTIO III.

An Vulua adstrictio virginittatis signum sit?

Extra controuersiam est, adstrictionem sinus muliebris variam esse secundum ætatem, habitum corporis, & alias circumstantias. In iunioribus enim maior est adstrictio, quam in adultioribus virginibus; cum membranæ illæ, quæ sinum vteri constituunt, magis cohereant, in adultioribus verò ob mensium fluxum, & Veneris tentiginem magis dilatentur. Hoc præterea certum est, sinum muliebre magis adstrictum esse in virginibus, quam in iis; quæ Venerem passæ sunt. De hoc tamen quæstio est, an sinus muliebris adstrictio & angustia certum virginittatis signum sit; quod negandum censemus. Etenim alstringentibus quibusdam medicamentis adhibitis etiam post multos concubitus sinus vterica coactari potest, vt quæ Venerem passæ sunt, virginis appareant. De quo supra, part. 1. sect. 1. cap. 1. dictum, vbi ex Dn. Philippi Hechsteri obseru. medic. Dec. 3. casu 5. in scholio, relatum fuit, ancillam quandam sponfam, proculdubio vt sponso virgo, quæ non erat, apparet, balneo, in quo radices consolidæ maioris decoctæ erant, vlam fuisse, in quod cum postea hera inscisa insedisset, ei ita officium pudendi coactatum fuit, vt maritus uxorem claustrum virgineale recepisse testaretur.

An vter adstrictio virginittatis signum sit?

QVÆSTIO IV.

An lac in mammis apparens amissa Virginittatis signum sit?

Magna tandem momenti quæstio, an virgo lac in mammis generare possit, & an si lac in mammis appareat, corruptæ virginittatis signum sit. Nonnulli lac in virginum mammis generari posse negant, idè quod generatio lactis finem habeat infantis nutritionem, & proinde lac generari non existimant, nisi factus sit in vtero, cui iam in lucem progressuro lac alimentilo loco præparetur; quæ causa & qui finis cum in virginibus desit, lac etiam in virginum mammis generari posse negant.

An lac in virginum mammis dari possit?

Addunt & hoc, quod menses subsistentes non in lac mutantur, sed citò corruptantur & varios morbos, & symptomata procreant, vt de suppressione mensium dictum. Et si enim vis vterica in mammis insita sit: tamen ea non vires suas exerere, nisi præsentè conueniente obiecto, & sine vtili proposito. Et propterea cum extra tempus conceptionis sanguinis elaborati & ad lactis generationem apti copia tanta ad mammas non affluat, nec etiam finis adit, etiam lac verum in his non generari. Et licet alij ad experientiam configiant, & lac in mammis virginum inuentum esse dicant; tamen id verum lac fuisse negant, sed tantum fuisse partem alimenti mammarum proprii redundantis, & quæ tres illas partes, quæ lac constituunt, in se non obtineat, statuant.

Alij contra lac in virginibus generari posse affirmant, adduntque pro sua sententia autoritatem Hippocratis, qui, 5. aphor. 39. scribit: *Si qua nec prægnans, nec puerpera: est lac habet; ei mensura defecerunt;* cui Galenus assentitur, in commentario, qui licet id raro euenire scribit, tamen aliquando fieri posse concedit. Præterea ad experientiam iidem prouocant. Scribit enim Alexand. Benedictus, lib. 3.

anas. cap. 4. se vidisse mulierem, cui cum virgo esset, quoniam infœcunda erat, menses substituerant, lacte mammarum semper distulserint. Et Christoph. à Vega, com. ad alleg. aphor. Hippoc. refert, se vidisse puellam Brugensam, cui mensibus suppressis lac in mammis inerat.

Nostram sententiam ac breuiter aperiamus, ratio equidem accidere putamus, vt virgines lac generent, & propterea, si alicui, quæ virginem se prædicat, lac in mammis appareat, ei non facile fidem habendam, sed diligenter inquirendum existimamus, an non & alia conceptionis signa adsint. Interim Hippocrati & experientia contradicendum non putamus, & diximus iam supra, part. 2. sect. 2. cap. 3. rationi non aduersum videri, scæminas quoque lac in mammis habere posse. Et quidem plerorumque est sententia, quam & alleg. loco propositi, fieri hinc ob venarum cum vtero consensum, cum sanguis, cui per vterum egressus non patet, ad mammas ruit. Sed vt res, quod in facturum ibi promisi, clarius explicetur, commodior videtur Viri Doctissimi & in Hippocrate veratissimi, Maurij Cordæi, in Hippocrat. lib. 1. de muliebr. comm. 4. & 6. sententia, quam postea secutus est Andr. Laurentius, qui illud lac, quod in non grauidis generatur alterius naturæ esse ab eo, quod in grauidis generatur, nec à sanguine ab vtero adfluente generari docet. Is in initium duò lactis genera constituit, quæ constitutionis tempore, vt & modo etiamque chymo, sapore, copia & colore differant. Prius generari statuit ex sanguine, cui exitus consuetus per vterum denegatur, vndique ad mammas refluxo, & nihil aliud esse, quam superfluum mammarum alimentum, à propria earum vi & facultate lactescens, quod sine vlla vteri gestatione, sine partu, vel etiam sine viri congressu generari possit, de quo aphor. 39. lib. 5. Hippocrati intelligendus sit. Alterum puerperiale nominat, quod non nisi foetu præsentem, & quidem penè maturo generetur, & ex vtero communicetur. Et de hoc lacte verum esse, quod alleg. loco de muliebr. Hippocrates de mola scribit: *Εἴη δὲ πῶς τὸ κέρδιον, ὃ ἐστὶν ἀδύνη γάλα ἐκ ἡδύνης* id est, *Est certum signum mola, quod scæminis in mammis lac non generatur.* Cum contra lac verum in mammis certum infantis in vtero detenti & viuens sit indicium. Differentiam autem hanc lactis prouenire docet, ex sanguinis, è quo lac vtrumque generatur, & viarum seu venarum, per quas id ad mammas defertur diuersitate. Sunt verò eæ duplices, communes & propriæ; Communes, vulgò externas nominant, sunt, quæ saltem sanguinem pro alimento mammarum afferunt, qui si sit superfluum, & copiosior, quam ex vltro sit ad mammas alendas, à glandulis mammarum in speciem quamdam lactis conuertitur. Quod ipsum etiam quoque sit album, tenuior tamen substantia esse dicit, quam lac verum, neque etiam ita dulce, vt lac verum, neque tam copiosum, quale quandoque etiam viris generari posse, Aristoteles 1. de hist. animal. cap. 12. & 3. de hist. ar. cap. 20. scribit, idque factum esse aliquando alij obseruauerunt. Propriæ verò seu mammariæ venæ etiam & ita aliquid sanguinis ex vena caua proximè ad mammarum nutritionem deferre possunt: tamen eum sanguinem, è quo lac nutriendi infantis gratia generatur, non ex vena caua simpliciter accipiunt, sed is, vt Hippocrates, lib. de glandulis loquitur, *ἀπὸ τοῦ ἄνω πρὸς τὰς μαστοὺς ἐκ τῆς καυῆς ἐκ τῆς καυῆς* Id est, *ab vtero ad mammas aduenit, vt sit post partum foetui alimentum.* Atque vt modum explicemus, hoc fit per illum consensum mammarum & vteri, qui fit per *ἀνω γυναικ.*

Operum Sennerti. Tom. III.

venarum mammariarum & epigastricarum. Venæ enim mammariæ rectà ad latera sterni vtrinque vna descendunt, & vbi ad mucronatam cartilagineam peruenierint, thoracem egrediuntur, deorsumque per rectorum musculorum internam faciem perueniunt, donec ferè ad umbilici regionem appulerint, vbi pluribus anastomosis cum epistagricis venis, ibidem obuiam factis, vniuntur, coeuntque. Et quia ab eodem ramo, quo hypogastricæ venæ, quæ ad ceruicem vteri fundumque feruntur, epigastricæ oriuntur, fit, vt in iis, quæ recentè enixæ sunt, in magnam molem attollantur, & sæpe minimi digiti crassitiem adæquent, vt hac de re Adr. Spigollus. hum. corp. fabrica lib. 9. cap. 2. scribit. Quod ipsum etiam CL. Io. Riolanus, Anthropograph. lib. 3. cap. 3. docet, dum scribit: In puerpera recentè enixa mammariam internam, & epigastricam, crassitie & mole calamo scriptorio pares vidi: quin etiam puerperæ sentiunt lac frigidum supra stomachum secundum ventris longitudinem ad vterum decurrere.

Quem consensum mammarum & vteri quoque probat sanguinis menstrui per mammas aliquando facta euacuatio, cuius rei historias infra, parte 3. sect. cap. 5. proponemus. Atque hinc accidit, vt lac illud, quod ex sanguine ex vtero missò in grauidis generatur, longè sit alterius naturæ, quam id, quod ex sanguine per venas mammarum, externas præcipue, è caua vena proximè affluente generatur.

Hic enim, qui ab vtero communicatur, iam ab vteri calore nativo & peculiari vi cultem aliquam & elaborationem accepit, & propterea hoc lac non paruam cum sanguine, quo in vtero infans alitur, habet conuenientiam; sicut omnino æquum erat, vt infans ex vtero egressus cognatum illi, quo in vtero vixit, alimentum inueniret, & in ipso vtero infans lacti quasi aduesceret. Quem sanguinis, quo infans in vtero alitur, cum lacte consensum proculdubio innuit Hippocrates, dum, lib. de alimentis, scribit, *γάλα ἢ αἷμα πρὸς τὸ στήθος. ὅθεν οἱ ἐστὶν τὸ ἀδύνη, ἢ ἡμερῶν ἢ ἐκ τῆς καυῆς ἐκ τῆς καυῆς* id est, *Lac & sanguis, alimenti redundantiæ. Circuitus ad multa consentiunt, ad foetum, & ad illius alimentum.* Rursus autem sursum repit, in lac & in alimentum, & ad infantem. Ex qua doctissimi Viri opinione patet, verum lac in mammis non generari, nisi sanguis ab vtero communicetur, id quod fit in grauidis mensibus posterioribus. Cum tamen in iis, quæ etiam grauidæ non sunt, imò; quæ nec virum expertæ sunt, ex superfluo alimento mammarum, à vi mammarum *γαλακτοποιῶν* quæ præsentem materia non feratur, sed sese exierit, sui generis lac generetur, si tale in mammis Virginitum appareat, non vt corruptæ statim infamandæ sunt.

E

CAPVT II.

De Morbo Virgineo seu febre alba, & fœdis virginum coloribus.

Postquam hæc ita in genere de Virginitate diximus, iam symptomata, quæ Virginitibus vel propria, vel magis familiaria sunt, explicabimus. Inter quæ primò est fœdus ille virginum color, & febris alba dicta, qui affectus virginibus ita familiaris, imò proprius quasi est, vt morbus virgineus quoque à plerisque Autoribus & Medicis appelletur. Est enim & intemperies, & humorum crudorum

X x

copia, & obstructions, pedum tumores & alij. A imprimis vero in mesenterio; adest mensium suppressio.

Morbus virgineus.

Appellatur autem affectus iste ab Hippocrate *χλωρός*, à *χλωρός* seu *χλωρός*, quæ vox virorem, vel etiam pallorem significat, quod virginis hoc morbo affectæ è pallido virescentes appareant: vulgo vocatur morbus virgineus, quod virginibus iam viro maturis magis familiaris sit; cum virginibus tum temporis sanguinis menstrui fluxus ad vterum contingat, qui si effluere non possit & subsistat, ad maiora vasa, & hinc in varias corporis partes, cor, epas, præcordia, & totum penè corpus regurgitat, B & in his varia symptomata excitat.

Febris alba.

Nominatur quoque Febris alba, non quod febrius semper coniuncta sit, sed quia sic affectæ speciem febricitantium, calore pallido, virium debilitate, pulsus celeritate & frequentia, quæ non à caloris augmento, sed à ventilationis defectu, calorisque suffocatione quasi ortum habet, præ se ferunt; cum potius plerumque iste affectus frigidus sit: ut & Febris Virginea, quod virginibus familiaris sit; & amatoria, cum ratione coloris, iuxta illud, *Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti*; cum ratione ætatis, cum virginibus viro maturis maxime accidat. Nominatur etiam fædas seu pallidus virginum color; ut & Icterus albus, quod si- C cutur in Ictero redundante humore bilioso totum corpus flauo colore tingitur: ita in hoc affectu pallido & albo colore inficitur. Plurimæ quidem virginis colorem hunc non pro fædo, sed pro pulcro habent, & amantibus conuenire & gratum esse persuasum habent, iuxta illud moso dictum, *Palleat omnis amans*, coloremque rubicundum rusticum esse putant, ideoque ut talem colorem sibi concilient, rerum noxiarum & absurdarum esu, frumenti, cretæ, cinerum, gyphi, nucis moschatæ, viscera intemperata reddant, & obstructions in iis excitant. Sed imbecillitas hæc est iudicij, & peccant tales non solum in suam valetudinem, sed & in Deum, cuius sapientiam vituperant, & datam ab eo pulcritudinem deformare conantur.

Febris virginea.

Amatoria. Pallidus virginum color.

Completitur autem hic affectus plura mala ac symptomata, & actio num facultatis naturalis, & motus animalis læsiones, totaque ferè corporis œconomia in hoc affectu peruertitur: coniungitur etiam sæpe malacia, pica cordis palpitatione, difficultas spirandi, melancholia, febris lenta, capitis dolor, totius corporis cachexia, pedum inflatio, tumor.

Morbus virgineus quid.

Est nimirum morbus virgineus coloris faciei naturalis in pallidum & virescentem mutatio, cum virium languore, & grauitate omnium membrorum, cibi fastidio, cordis palpitatione, respiratione difficili, mœrore, pedumque & palpebrarum & totius faciei tumore œdematoso, à deprauata nutritione, & humorum crudorum copia, ex viscerum hepatis, lienis, ventriculi praua dispositione genita, & hinc vasorum circa vterum, & vicinorum suppressione proueniente, ortum habens. Atque ita cum in hoc affectu varij morbi & symptomata complicata sint, etiam ab aliis aliter definitur, nunc per morbum, nunc per symptoma. Adest enim in toto corpore intemperies frigida, calorque totius ab humoribus crudis suffocatur & opprimitur; aliquando tamen, sed rarius, humor putrescit, vnde plus iusto incalescit: adest tumor œdematosus in facie & cruribus; adest obstructio venarum, cum in vtero, tum in epate & liene,

Causa.

Causa vero prima ordine generationis est mensium suppressio; seu impedita sanguinis menstrui euacuatio; proxima vero est crudorum ac prauorum humorum in corpore collectio. Etenim dum in virginibus nubilibus sanguis menstruus ad vterum confluere incipit, si via non pateat, sanguis ad venas maiores, & ex his ad ipsa viscera, epas, lienem, mesenterium regurgitat, eorumque calorem obruit, & vasa obstruit, vnde vitiosa fit in visceribus coctio & sanguificatio, & hinc crudi humores in toto corpore cumulantur, qui ad habitum corporis delati, cum partibus perfectè vniri non possint, cachexiam, quæ ad leucophlegmatiam via est, excitant, in reliquis quoque partibus varia symptomata pariunt.

Causæ autem, quæ obstructions in vasis vteri pariunt, sunt humores crudi, sanguisque pituitosus & viscidus, qui plerumque è praua victus ratione ortum habet, dum virginis iam nubiles, ut antea quoque dictum, ut palleant, & ut illum amatorium colorem sibi concilient, acetum potant, triticum crudum, aut alia frumenta cruda, cretam, terram, calcem & similia comedunt, aut aliàs in dixta, dum menses instant, & præcipuè primò fluere incipient, peccant: In quibusdam tamen natua est vasorum horum angustia, ob quam sanguis mens-truus cum primò ad vterum confluat, rectè euacuari non potest. Accidit autem affectus hic plerumque virginibus iis, quæ viro maturæ, rarò viduis aut maritatis sterilibus: & quidem pulchrioribus & colore albo præditis. Earum enim corporis constitutioni cum sanguis iste crudus minimè conueniat, etiam non assimilatur, sed redundat, vnde color iste albus & tumor corporis oritur. Faciliùs enim iste calor albus ex humore pituitoso in corpore aliàs candido apparet, quàm in fusco vel nigro.

Signa Diagnostica.

Signa, quibus hoc malum cognoscitur, ex iis, quæ hæcenus dicta sunt, satis patent. Faciæ & labiorum color naturalis in subalbidum, sæpe quoque virescentem, mutatur. Cum enim qualis humor est in corpore, talis color sit in cute & præcipuè in facie, in hoc vero affectu humores pituitosi, crudi ac serosi abundant, & ad ambitum corporis quoque protendantur, non mirum est, colorem naturalem in album mutari. Ex eodem etiam facies, & præcipuè palpebræ intumescunt, & quasi inflantur, præcipuè mane post somnum, cum per noctem calor plus vaporum ac serosorum humorum eleuauerit, quàm discutere potuerit; crura quoque & pedes, imprimis circa malleolos, intumescunt, totumque corpus laxum & molle euadit, ob pituitosorum ac serosorum humorum abundantiam. Crurum quoque tensua lassitudo adest: respirationis difficultas molestæ est, arteriarum pulsus paruus & frequens in collo & temporibus ac dorso percipitur, cor palpat si moueantur & accliuem locum aut scalas ascendant, aut choreas ducant. Cum enim sanguis crassus incalescit, multi vapores attolluntur, qui difficultatem spirandi pariunt, & cordi molestiam afferunt, quod propterea, ut eos discutiat, pulsus instituit. Dum etiam humores corrumpuntur & putrescunt, atque incalescunt, febres inordinatæ atque erraticæ quandoque excitantur. Cibum quoque ægra fastidiunt, ob minus felicem chyli distributionem, maximamque crudi humoris copiam. Quasdam & pica ac rerum absurdarum desiderium affligit, dum ventriculi tunicæ prauo humore imbutæ sunt. Adest mensium suppressio.

Signa diagnostica.

Ita enim vitiosis illis humoribus vomitu reiectis, facile viscera conualescunt. Si autem humores in locis ventriculo vicinis hærentes ad penitiores partes obstructione laborantes deferantur, morbus inde grauior redditur.

Si mesenterium.

Si mesenterium præcipue obstructum sit, hoc Electuarium laudat Mercatus: ℞. *Spec. diarrhod. alb. diacure. agarici troch.* an. ʒ. j. *medulla caribami* ʒ. ij. *cortic. rad. ruzicis, rubea. semin. dauci* an. ʒ. j. β. *garyophyllorum* ʒ. j. *chalybis minutiss.* & *uino preparati* ʒ. ij. *mellis despumati q. s.* F. Electuarium. Cuius dosis est à ʒ. ij. ad ʒ. iv. Quod si eo assumto laborans vomuerit, non est prohibendum, nisi aliquod damnum timeris, aut diu vomitus persistat: quod vitium vitare poteris purgata inferne aluo, & ablatis à compositione carthamo & agarico.]

Si epar.

Si verò epar præcipue obstructum sit, chalybs subtilius præparatus exhibendus, atque medicamenta epatica, & quæ per aluum euacuant, nullo verò modo vomitum mouentia, admiscenda. Epate affecto hoc Electuarium idem commendat: ℞. *Limatura chalybis* lb. β. quam vase vitreo excipe, additis vini albi opt. ʒ. viij. mox vas illud igni lentissimo appone, diligenter hinc & inde chalybè & vinu sursum ac deorsum agitando, tandem decem aut duodecim ebullitiones feruere finito, quoadusque eius spumofum sursum ferri videas, ac mediocriter crassescere conspicias, tunc spumofam ac pinguisam chalybis partem, quæ feruore separatur, simul cum vino in aliud vas transfunde, atque id quater facito, ordine prædicto: nimirum denudè aliam vini quantitatem conice in eandem limaturam, & eodem modo feruere sine, parique ratione separari, & pro tertio & quarto idem facies, seruato prædicto ordine. Itaque vinum cum supradicta quadruplici spuma quatuor coctionibus ex chalybe extracta rursus igni appone, donec rursus feruens mellis spissitudinem acquisierit, quo tempore vsui seruare oportet, ex qua Electuarium hoc modo conficito: ℞. *sem. petroselini, dauci, spec. diacurthema, diarrhod.* an. ʒ. j. *cinamomi* ʒ. j. *chalybis modo dicto preparati* ʒ. vi. cum melle optimo & despumato F. Elect. Cuius ʒ. iij. ad ʒ. v. summo mane præmissio leui exercitio exhiberi possunt.

Si liena.

Liene obstructo splenitica medicamenta addenda. Mercatus liene affecto hoc modo chalybem præparat. ℞. *limatura chalybis* lb. j. quam semel ablue aceto, & à recrementis expurga, postea, facta colatura, super pannam inspergito, & proice pulu. *garyophyllor.* ʒ. β. quæ per diem & noctem eodem modo sunt diuitenda: & mox ea excipere oportet vase aliquo vitreo, cui adde *vini albi opt.* ʒ. x. ac proice desuper limaturam cum pulueribus *spec. diarrh. scelopendr. fol. sene. & cort. rad. cappar.* & aliis supradictis, aut citra ipsos: deinceps quam validdè concutito, commota vehementer phiala, mox tamen Soli feruenti expone per integrum diem, ac si hyems fuerit, in furnaria stupha, aut loco alio calido adserua: tandem octo aut decem diebus idem facies, donec limatura ipsa in vinum ferè liquetur, parumque aut nihil in fundo resideat, sed veluti mixtum quoddam factam sit, cuius summo mane ʒ. ij. exhibeto, purgationibus tamen & exercitio præmissis. Idem Mercatus sequentia adhuc quatuor medicamenta ex chalybe præparat: ℞. *scoria chalybis prepar.* ʒ. xij. *passul. sine arillis* lb. ij. Infundantur per dies tres in lb. vj. aquæ, & infine bulliant ad consumptionem tertie partis. Et tunc adde *origani, ameos, vel inisp. limatur.* an. p. j. Bulliant parum & colentur, & ex colatura cum suffic. q. Sacchari F. Serapium, cui incoquito in

Syrupi chalybe.

ligatura croci sine oleo ʒ. ij. Secundum fit ea eadem scoria & eisdem rebus, croco excepto, & loco eius addito *dialacca, rhubarb. el. pulueris. agaric. trochise.* an. ʒ. ij. quibus dum coquantur, aut saltem ab igne separantur ligatis F. eadem ratione Syrupus. Tertio verò modo fit ex rubæ radicibus, aqua lupulorum, in qua squama ferri pluries fuerit extincta, diutius incoctis, & additis passulis & croco, ad syrapi formam post colaturam redactis. Quarto idem auxilium parabis ex pseudorhabarbaro, hoc est, rhubarbari monachorum appellato: nimirum ex radice eius decocta & facta etiam serapio. Sunt & hæ formulæ ex chalybe viles. ℞. *chalyb. prepar.* ʒ. j. *cinnam. sem. anis.* an. ʒ. ij. *spec. diamoschid. sine moseho* ʒ. j. *sacchar.* ʒ. j. Fiat pulu. Detur ʒ. j. & superbibatur vini albi aqua artemisæ diluti haustus. Possunt & cum saccharo rotulæ formari. Vel ℞. *limatur. chalybis* ʒ. ij. irrorata aqua artemisæ, in qua aliquid Salis absinthij & artemisæ dissolutu sit. Relinque tamdiu donec incipiat rubiginem contrahere. Hinc exsicceetur & teratur: adde *cinamomi* ʒ. ij. *magister. corall.* ʒ. j. *spec. diatrionsantal. diaxyloal.* an. ʒ. β. *sacchari* ʒ. ij. F. pulu. Vinum chalybeatum simplex hoc modo paratur: ℞. *limatura chalybis* ʒ. iij. *cinam.* ʒ. β. *vini albiss.* lb. iij. Stent in vitro clauso ad Solem 8. diebus quotidie agitando. Cum exhibetur, non nihil agitetur, & cyatho vno absumto alter affundatur, donec dimidium chalybis absumtum videatur. Dosis ʒ. vj. vel ʒ. viij. horis 4. ante prandium diebus xv. vel xx. sumtoque vino ambulandum.

Secundò post chalybem Mercatus commendat radicem Scorzonæ, & se experientia comprobatum habere scribit, eam in vino per noctem maceratam & summo mane sumtam plurimas ab obstructionibus liberasse. Suadet etiam, vt in aqua & saccharo coquatur, comedatur, & decoctum superbibatur. Tertio laudat, vt experimentum probatum, lapidem bezoar, ad aperiendas obstructiones, compescendisque materiz venenatæ insultus, præsertim in fœminis delicatioribus, & in quibus aliquid humoris melancholici coniungitur, vel quid corruptum ex semine vitiato cor affligit, cuius singulis diebus ʒ. vj. vel viij. exhibet. Monet autem circa chalybis vsu Mercatus, statim inurationis initio aliquod ex chalybe medicamentum præmittendum esse, cum præparandi vias gratia, tum vt præcaueamus, ne subita mutatione ex valido medicamento illata, grauius accidentia accersamus. Tale ergo ille præparat medicamentum. ℞. *Limatura chalybis* ʒ. iv. quam ferreo aliquo instrumento excipe, & igne candescere permitte, moxque proice in lb. ii. *aqua lupulorum, graminis, rubia, borraginis, vel alicuius fontis,* qui aquam nanciscatur nitidissimam, purissimam & tenuem, & postea coletur, & iterum igniatur prædicta chalybis limatura, & sic septies facito: ac rursus sume totidem uncias noui chalybis, & eodem modo in prædicta aqua facito, idque reiterato ter quaterve facies, donec chalybis lb. i. consumpseris, & facta colatur, adde *syrupi violarum,* vel *borraginis,* aut *mellis rosacei* ʒ. iv. Cuius fœmina, facta modico exercitio, summo mane capiat Vnc. iv. citra frigiditatem actualè, ac deinde perficiat exercitium lentè, paulatim & moderatè. Postquam verò prædictum medicamentum ter quaterve aut pluries exhibueris, prout affectus duriciem postulare cognoueris, ad efficièdus (licet hoc plerumque in delicatioribus ac puellis sufficere videatur,) te confères. Commendat etiam *confessionem alcherme*

Pulu chalyb.

Vinu chalybeatum.

Radi Scorzonæ.

Lapis bezoar.

De morbo Virgineo seu febre alba, &c. 567

vel de hyacinto, si ꝑ. s. pondere chalybi addatur.

foranda
a cha-
lybi vsum.

In genere tandem circa vsum chalybis notandum, primò commodius vere & autumno, quàm aliis anni temporibus chalybem exhiberi. Secundò antè eius vsum conuenientes purgationes præmittendas. Tertio & ante & post eius vsum exercitio & motu corporis opus esse, eoque validiore, & quantum fœmina terre potest, vt medicamentum facilius in corpus distribuatur. Quarto, victus ratione omninò accurata in chalybis vsum opus esse. Quintò terminum assumendi non in omnibus eandem esse, sed nunc dies 14. sufficere, nunc etiam vsum ad diem trigessimum, vel quadragesimum, pro morbi pertinacia, donec nimirum viuidus faciei color redit, & corpus agile redditur continuandum. Cæterùm cum malum diuturnum esse soleat, per vices exhiberi debent, modò præparantia, modò purgantia, modò roborantia; imò ipsæ medicamentorum formæ variandæ, ne medicamenta eadem forma fastidium ægris pariant.

conferat.

Et quia licet ctaliores humores euacuati sint, sæpe tamen adhuc aquosi & serosi in ambitu corporis restant, qui corpus refrigerant ac grauant, commodissimè ij sudoriferis tolluntur. Ad quam rem vtilissimæ sunt thermæ, quæ si delunt, balnea artificialia de decocto fol. artemis. calamintha, nepeta, ebulli, salvia, lauri, rorismar. mercurialis, hederæ, rad. bryonia, iridis, helenis, parari possunt. Corpore euacuato, obstructionibus relesatis, symptomata, quorum supra facta est mentio, facillè euanescent. Cum tamen inter dum symptomata quædam vigeant, antequam curatio absolui possit, iis succurrendum: quod qua ratione fieri debeat, ex iis, quæ postea de reliquis symptomatibus ex vtero oriundis dicentur, patebit. Viscerum tandem intemperies, si quæ adsit, modo alibi explicato corrigenda, & viscera roboranda. Denique & hoc circa hanc curam monendum, licet fœmina rubicundior vegetiorque fieri incipiat, non statim à curatione desistendum esse, sed eam repetendam & continuandam esse, donec vel menses fluere incipiant, vel certum sit, omnes viscerum obstructiones liberatas esse.

Dieta.

Aut sit purus & ad calidum vergat: vnde curatio, vt supra quoque dictum, tempore verno & æstiuo feliciter procedit, & æstate hoc morbo laborantes longè commodius curantur, quàm aliis anni temporibus, & si aeris constitutio simul contra morbum pugnet, plus vna septimana, quàm tempore frigido & humido totidem mensibus perficietur: quæ verò in locis frigidis & humidis habitant, vix integrè sanantur. Cibi sint boni succi & facili coctionis: omnes verò prauis succi cibi studiosè vitentur, vt & frigidi ac humidi. Abstineant igitur ægræ planè ab oleribus, fructibus horariis, lacte & facticiis, piscibus item. Condiantur cibi hyssopo, salvia rotamario, cinamomo. Panis sit benè fermentatus, semine fœniculi, carui conditus. Potus sit vinum aut cereuisia bona; ab aquæ verò potu, vt & iusculis & liquidis nimis abstineant. Est & acetum hoc affectu laborantibus noxium, etsi ægræ id sæpè appetant, vt pote quod calorem viscerum debilitat, ac in acrio est, vt Hippocrates nominat, seu vtero noxium. Motus & exercitium corporis in principio & declinatione morbi conueniunt, vt quæstione 2. dicitur. Imprimis viles sunt frictions asperiores manè in lecto institutæ: otium verò iis valdè noxium. Venus ipsis vtilis est, non tamen vbi malum in vigore summo est, & dum virium maxima adest imbecillitas, vt quæstione 3. dicitur. Vigilia & somnus sint moderata, non verò somno nimium indulgeat, etsi ob vaporum copiam ad ce-

Operum Sennerti, Tom. III.

rebrum ascendentium in somnum sint propensiores; Imprimis manè non diu dormiant; nisi forsitan noctu vigilauerint.

QVÆSTIO. I.

An ægris res absurde, quas appetunt, sint concedendæ?

Affirmant id nonnulli, idè quia cibi illi prauis tanquam remedium sint, quòd deprauatum illum appetitum corrigit; deinde quia si denegetur id, quod appetunt, graua inde sequantur symptomata, in virginibus quidem tristitia, in grauidis verò notæ rei appetitæ & denegatæ, & stigmata fœtui imprimantur:

An fœtibus res absurde appetentibus ea sint concedendæ?

Verùm in hac re perpendendum, an maius damnum vel commodum ex denegatione vel comestione rei denegatæ proueniat. Qua in re discernendum est inter virgines & grauidas. Virginibus nullo modo concedendum, vt porro res eiusmodi vitiosas & absurdas deuorent; cum malum hoc eorum vsum foueatur & augeatur, nullo verò modo res eiusmodi deuoratæ, puta calx, creta, arena, cineres, remedij locum habere possint, vt pote quæ nec concoqui & corpori apponi, nec causam morbi tollere valeant. Et licet tristitia aliqua inde afficiantur: incommodum tamen adeo magnum inde non sequitur, & momentaneus est ille appetitus, damnum verò, quod ex esu talium oritur, diuturnum. Grauidarum verò alia ratio est. Danda enim quidem opera est, vt verbis persuadeantur, vt à rebus eiusmodi abstineant, quæ tot malorum causa esse solent. Si tamen hoc modo appetitus sedari non possit, concedendæ potius eiusmodi res, quàm permittendum, vt vel abortum grauida patiat, vel fœtus stigmate aliquo deformetur; modò res, quæ appetitur, talis non sit, quæ in præsens aliquod vitæ periculum grauidam præcipitare possit.

QVÆSTIO II.

An motus & exercitio in morbo virgineo competat?

Possit quidem alicui videri, motum & exercitio in morbo virgineo non competere, primò propter corporis imbecillitatem, torporem & ad motum ineptitudinem; deinde ob difficultatem respirationis, tertio ob cordis palpitationem, quæ duo symptomata motu paulò vehementiore & exercitio ita ingrauescunt, vt sæpe suffocationis periculum accidat; neque mirum, cum exercitio crudi humores in toto corpore cumulati agitentur, atque inde vapores ad cor & alias partes transmittantur.

An motus in morbo virgineo vtilis sit?

Verùm nec otium hoc morbo laborantibus competit, sed potius cruditates cumulat, malumque auget. Exercitio verò & motus longè vtilior est; cum calorem languentem in visceribus excitet, atque ita calore aucto meliorem in visceribus coctionem promoueat, alimenti distributionem adiuuet, viscerum obstructiones, mouendo humores & medicamentis viam parando, aperiat, (vnde & ante vsum medicamentorum aperientium, & post eum, fœminas exerceri vtile est) humoresque ipsos discutiat. Ideoque antequam malum valdè incrementum sumat, vtile est exercitium, & in declinatione quoque morbi, si quidem & calorem excitare & reliquias humoris discutere valet. Modus tamè in exercitio & motu esse debet, ac pri-

Xz iij

modò frictions ac deambulatio sufficit; hinc in dies ad paulò maiora exercitia accedendum, imprimis corpore prius euacuato. Euacuatio enim corporis si præcesserit, allegata antea incommoda faciliè præcauri possunt.

QVÆSTIO III.

An Venus virgineo morbo laborantibus utilis sit?

An Venus in morbo virgineo utilis?

Diffuadent nonnulli vsùm Veneris idèd; primò, quia Venus non utilis sit, nisi corporibus temperatis, qualia non sunt Virginum isto morbo laborantium, morbo verò affectis & impuris nocet: Secundo, quia virgines tales adeo Venerem non appetant, ob frigidam vteri constitutionem: tandem etiam ob virium maximam debilitatem, respirationis difficultatem, & cordis palpitationem Venerem non ferant, sed & ea offendantur. Verùm probabilior est, & rationi & experientia consentanea sententia, & consilium Hippocratis, cum *lib. de morb. virgin.* scribit: Ego, *inquit*, autor sum, ut virgines hoc malo affecta quàm celerrimè cum viris coniungantur, iisque cohabitent: Si enim conceperint, conualescent. Si verò in pubertate hoc malo non corripientur, tum paulò post easinuadit. Hippocrates secutus Ioann. Langius, *lib. 1. epist. 2.* Nobili cuidam, cum filiam hoc morbo laborantem ob imbecillitatem elocare dubitaret, nuptias suadet. Etenim venere vterus & partes circa vterum incallescunt, vixque aperiuntur & laxantur, ut sanguis menstruus postea facilius ad vterum confluere & per eundem effluere possit. Cautione tamen hic opus est. Si magna adsit in corpore cacochymia, illa prius tollenda, & cura, quæ huic malo competit, præmittenda, postea virgo viro iungenda, ut id, quod medicamenta planè effectum reddere non potuerunt, Venus supplicat: aliàs si dum morbus in summo vigore est, viri & que valdè debiles, viri virgines iungantur, eas ex intempestiua venere, aut imprægnationis & partus labore de vita periclitasse compertum est. Et imprimis melius habent, si concipiant, ut Hippocrates ait, non solùm quia conceptionem antecedit mensium profluuium, cum id non semper sit necessarium, sed quia sanguis, qui præter naturam antea retinebatur, iam in fœtus formationem absumitur, & si quid vitiosorum humorum in vtero cumulatam sit, id post partum euacuatur. Venus tamen moderata esse debet, ne vires antea debiles deiiciantur.

QVÆSTIO IV.

An venæ sectio in morbo virgineo locum habeat?

An venæ sectio in morbo virgineo conueniat.

Nonnulli venæ sectionem non admittunt, primò quia insignis adest totius corporis refrigeratio, & iam incipiens cachexia. Deindè crudi potius humores, quàm sanguis, peccant. Tertio, quia maxima adest virium debilitas, quæ venæ sectionem non admittit. Contra Hippocrates, *lib. de morb. Virgin.* sanguinem, si nihil impediatur, statim detrahere præcipit, atque id hac ratione, cum nihil facilius aut commodius sanguinis copiam, qui hic supprimitur, detrahere possit, quàm venæ sectio. Verùm distinctione hic opus est. Etenim si malum inueteratum sit, & corpus valdè refrigeratum, humoresque crudi & pituitosi atque aquosi iam potius, quàm sanguis, abundant, nullo modo habet locum venæ sectio; cum malum potius augeat,

quàm tollat. Si verò malum adhuc recens sit, & à vacuatione sanguinis suppressa ortum habeat, sanguisque, qui retentus est, adhuc abundet, neque in alium humorem degenerauerit, vena omninò aperienda est; modò viresferant, & primæ corporis vix euacuatæ sint.

CAPVT III.

De Symptomatum ex vtero, seu partium aliarum cum vtero consensu, & hysteriis affectionibus in genere.

Reliqua symptomata quæ ex vtero oriuntur, ferè omnia virginibus & mulieribus communia sunt, & vix vllum datur, quod solis virginibus competat. Quapropter etiam de iis, ut virginibus & mulieribus communia sunt, agemus.

Primò autem in genere de miro illo vtericum aliis partibus consensu, & de affectionibus vterinis dictis, seu symptomatibus in variis partibus ex vtero ortis dicemus. Etsi verò illa *ἕρπεια* & *ἕμπτια* Hippocratis, atque hinc orta *συμπίδια* occulta locum habere possit: tamen cum omnibus ferè partibus corporis manifestum quoque consensum habet vterus, ut rectè scripserit Democritus ad Hippocratem, Sexcentarum ærumnarum innumerarumque calamitatum mulieri autorem esse vterum, & Hippocr. *lib. de virg. morb.* dixerit, multis & incomprehensibilibus ferè affectionibus premi miserimas. Etsi autem quocumque modo vterus actiones suas non rectè expedit, varia symptomata excitantur: tamen in primis ex sanguinis menstrui & feminis retentione grauissima & varia oriuntur symptomata. Dum enim, ut Hippocrates ait, virgo iam matura viro fuerit, natura duce sanguis menstruus ad vteri venas confluit, qui cum ob earum angusta oscula, quæ nondum patuerunt, aut in viduis, vel etiam aliis viscidis & crassis humoribus obstructa, aut tandem ob sanguinis crassitiam erumpere non possit, tum rursus per venæ caux arteriaque magnæ ramos ad cor, epar, & præcordiorum venas regurgitat, pars etiam capiti communicatur: vnde varia in omnibus hisce partibus symptomata excitantur, ut præcedenti capite de morbo virgineo dictum, & in seq. dicetur. Semen verò præter naturam retentum sæpe adhuc grauiora accidentia excitat: ut rectè hic illud Galeni, *lib. de differenti. respirat.* vsurpari possit: Vnum est, quod secundum naturam se habet in animantis corpore, varium autem & dissimile, & multiplici errore inuolutum id, quod p. n. est, adeo, ut necessariò sequatur esse incomprehensibile. Et reuera ab vno vtero in fœminis tot oriuntur symptomata, ut facile scripto comprehendi omnia non possint. Sanguis autem menstruus & semen dum p. n. retinentur, nunc saltem in qualitativibus manifestis alterationibus suscipiunt, & tum symptomata quidem aliqua, calorem, sitim, torporem, & æstetiam, variisque dolores excitant; ea tamen omnia non admodum graua. Vbi verò eadem putrescunt, vel etiam malignas qualitates acquirunt, varia, eaque graua, sæuissima & terribilia symptomata producant.

Affectiones verò vterinæ ex sanguine menstruo & semine corruptis varix sunt: & varia ac diuersa indè excitantur symptomata, non modò in diuersis fœminis, sed sæpe in vna & eadem, & quidem non tantùm diuerso, sed etiam eodem tempore: quod proculdubio inde accidit, quod sanguis menstruus & semen, quod corrumpitur, non planè eiusdem naturæ est, sed vitiosi humores, cum in vtero,

cum alibi geniti, ei admiscetur, & quod constitutio vteri, & locorum in vtero, in quibus fit corruptio, non semper eadem est; & quod ipsa humoris corrupti quantitas nunc maior, nunc minor est; & quod partes, à quibus corrupti illi & maligni humores ac vapores excipiuntur, sint variae. Quod verò tam grauiam inde excitantur symptomata, ideo accidit, quod corruptio sanguinis & seminis, utpote subitantiarum nobilissimarum, pessima est, & res ita corruptæ veneni quasi naturam induunt; sicut etiam aliàs videmus, oua pessimam corruptionem subire, ut & lac in ventriculo infantium, & sanguinem concretum in alus corporis humani partibus.

B Consensum autem partium aliarum eum vtero quod attinet, constituitur potissimum in tribus, in partium similitudine, vicinia, & per vasa connectione. Primò enim quia vterus membranosa est substantia, cum membranis in nervoso genere maximum habet consensum. Deinde etiam vicinas partes faciliè in consensum trahit, vnde in vteri affectibus sæpe intestinam rectum tenesmo afficitur, & vrina supprimitur. Tertio per venas, arterias & nervos penè cum omnibus corporis partibus consensum habet. Venas habet vterus copiosas & magnas, quæ etiam in non prægnantibus non adeo magnæ sunt, ab affluxu tamen sanguinis in grauidis ita sæpe extenduntur, ut in digiti crassitiem excreuisse eas obseruatum sit. Omuirur autem vena hæc ex utroque latere à ramo præparantium vasorum & hypogastrico. Arterias quoque duas habet vterus, similiter ab arteriis præparantibus & hypogastricis derivatas. Nervos tandem obtinet octos, partim à sexto pari cerebri, partim ab ossis sacri nervorum paribus ortos. E quibus omnibus de vteri cum variis partibus consensu faciliè iudicare est.

C Primò enim magnus est vteri cum cerebro consensum, & primò quidem ob nervos & membranas spinalis medullæ, deinde propter arterias; & non raro, qui per nervos fieri creditur, potius per venas & arterias accidit. Per arterias enim & venas ab vtero refluentis sanguis, & cum eo alij humores & vapores ad cerebrum, cuius membranæ pluribus venis & arteriis refertæ sunt, mittit, variaque in eo symptomata excitat. Vapores à cerebro postea faciliè per nervos in totum corpus distribuuntur, vnde in dorso lumbis, cruribus, brachiis & toto nervoso genere dolores & varia symptomata excitantur.

D Deinde maximus cordis & vteri consensum est per arterias. Ex arteriis enim vteri humores & vapores ascendentes recta via ad cor peruenire possunt: è quo postea in totum corpus omnesque partes, quibus arteriæ infusæ sunt, distribuuntur.

E Cum Epate verò habet consensum per venas, quas vterus omnino maximas habet, ideoque per eas sanguis, aliique humores ad epar ex vtero regurgitant. Ventriculus etiam insignem consensum habet cum vtero, cum per quasdam *arterias*, quas vteri venæ cum venis mesenterij habent, tum imprimis per arterias. Hypogastrica enim arteria interior, è qua numerosa arteriarum soboles in vteri fundum & cervicem distribuitur, non procul à cælica distat. Hinc faciliè humores & vapores vitiosi ab vtero ad mesenterium & ventriculum per arterias penetrare possunt. Imò cum venarum arteriarumque ad vterum tendentium frequentes sint anastomoses, in vtero tandem definitas, etiam ex venis humores & vapores in arterias recipi, & hinc ad ventriculum peruenire possunt. Imò cum, ut mox dicetur, maximus lienis & vteri sit consensum, in liene verò venarum & arteriarum sint anastomoses, ex arteriis in venas, & hinc ad ventriculum

humores & vapores penetrare possunt.

Imprimis verò maximum habet lien cum vtero consensum, vterique affectus faciliè lieni communicantur. Estque is consensum satis manifestus per arterias. Cum enim humores vitiosi vaporisque ex iis orti in arterias hypogastricas regurgitant, faciliè in arterias superiores penetrant, & cum cor, quantum potest, eos à se propellat, ad lienem, qui copiosas arterias obtinet, ut & ad alios per mesenterium dispersos ramos feruntur: vnde accidit, ut plerumque fœminæ, quibus in iuuentute menses non satis rectè fluunt, sanguinemque calidiorem obtinent, adultæ hypochondriacæ fiant. Et sæpe ita affines sunt vterini & lienis ac hypochondriaci affectus, ut Medicum suspensum teneant, vtrum symptomata, quæ agram molestant, vtero, an lieni adscribenda sint. Imò frequenter vteri & lienis adfectus coniunguntur.

Est & insignis mammarum cum vtero consensum, partim per venas, partim per nervos. Epigastrica enim vena, à qua vterus etiam venas accipit, præcipuo ramo extra peritonæum progrediens, vtrinque sub recto musculo ascendit, & vbi ad umbilicum peruenit, cum mammarum venis descendentes per anastomosi coniuugitur, de quo consensu Hippocrates, *s. aphor. 37. 38. & 50.* agit. Deinde etiam per nervos sextæ coniugationis inter vterum & mammam consensum est, vnde fœminæ, si ipsis mammæ contrectantur, libidine tentantur.

Atque ex his manifestam euadit, cum vterus sanguine menstruo euacuando dicatus sit, simulque per eum alij etiam vitiosi humores euacuentur, & is in fœminis quasi corporis sentina sit, in qua varij humores vitiosi cumulantur, nullam ferè in toto corpore partem esse, quæ non per vterum affici possit. Afficitur enim ab vtero cor, diaphragma, caput, cerebrum, & hinc omnia sensus & motus organa, item epar, lien, ventriculus, mesenterium, venter, vesica, intestinum rectum, dorsum, lumbi, coxendix, brachia, crura. Et in hisce partibus innumera & præter spem & rationem nunc euanescentia, nunc recurrentia symptomata excitantur. Etenim si ad cor vapores illi maligni penetrant, cordis anxietates, mœritia, lipothymia, & syncope oritur, & vbi ad diaphragma & pulmones insuper distribuitur, difficilis respiratio, suffocationis ac strangulationes quasi excitantur. Arterix etiam in dorso & mesenterio valdè pulsant; Nonnunquam per arterias intercostales in thoracis partes membranosas materia effusa dolori grauis excitatur. Vbi porro materia ad caput ascendit, & per partes externas diffunditur, varij ibi dolores oriuntur. Si verò in ipsum cerebrum eiusque membranas effunditur, & hinc in organon sensuum ac motus distribuitur, sensuum internorum & externorum læsio, aponia, conuulsiones, tremor, & resolutio pedum & manuum sequitur. Si ad epar, totum corpus cachecticum redditur. Si ad lienem & mesenterium, symptomata, quæ affectionem hypochondriacam comitari solent, gignuntur, in ventre murrura, dolores & cruciatus ventris. Si ad ventriculum, ciborum fastidium, absurdorum appetitus, vomitus, cardialgia oboriuntur. Materia in ambitum corporis distributa, fœminæ in facie calorem & ardorem subitaneum, & rursus mox euanescentem percipiunt, modò rubent, modò palent; modò in toto corpore refrigerantur, modò incalescunt. Vnde rectè scripsit Galenus, *6. de loc. affect. cap. 5.* hypericam passionem vnum quidem nomen esse, nihilominus sub se comprehendere innumera & varia accidentia.

Cum liene.

Cum mammis.

Symptomata ex vtero.

CAPVT IV.

De Suffocatione Uteri.

Verum ut ista omnia clariora fiant, de quibusdam adhuc in specie agemus. Et primò quidem de suffocatione uterina agere libet; cum is grauiſſimus & admirandus sit affectus, & varia sub se comprehendat ſymptomata, & propterea non ſolum ægrotantibus, ſed Medicis ſæpe & adſtantibus timorem incurrat. Subitò enim fœminæ ſecundum vniuerſum corpus refrigerantur, respiratio & vox læditur, pulſus ceſſat, imò nonnunquam ſenſus & motus aboletur, vt ægræ quali mortuæ iaceant, adeo, vt quædam pro mortuis habitæ ſepultura deſtinatæ fuerint, quæ tamen poſtea reuixerint.

Suffocatio
uterina.

Dicitur autem hæc affectio Græcis *ἀνὴ ἰσπίου*, ſuffocatio uterina, & mulierum, & ſtrangulatus ab utero, quod uteri vitio, uteroque cauſam ſupeditante, fœminæ ſuffocari & quali ſtrangulari videantur. A nonnullis etiam *ἁσπασμὸς* nominatur, quod respiratio præcipuè lædatur. Appellatur & hysterica paſſio. Quamuis enim, vt *capite præcedente* dictum, omnes, quæ ab utero veniunt, paſſiones & affectus, hoc nomine veniant: tamen *ἀνὴ ἰσπίου* in ſpecie ſuffocationi uterina hoc nomen tribuitur, vt quæ poſſima huius affectionis ſpecies eſt.

Eſt autem ſuffocatio uterina nunc ſaltem respiratio difficilis, nunc etiam ſyncope, nunc quoque animalium, aliarumque actionum læſio, cum totius corporis refrigeratione, à vapore maligno, ab utero ad partes ſuperiores eleuato, ortum habens. Neque enim per vnum ſymptoma, ſeu respirationem læſam, ſeu ſuffocationem, ſeu ſyncopen, ſeu vniuerſi corporis refrigerationem, hic affectus deſiniri poteſt; cum magna ſit in eo ſymptomatum varietas, & nunc plura, nunc pauciora appareant, vt poſtea, *de differentiis & ſignis*, ac *quæſtione 1.* dicitur.

Cauſa.

Cauſæ.

De cauſa huius affectionis Medici diſſentiant, vt poſtea, *quæſtione 2.* dicitur. Nos vnicam & proximam cauſam eſſe ſtatimus, vaporem malignum & venenatum, per arterias, venas & neuroſum genus ad ſuperiores partes eleuatum, earumque actiones variè, prout ad hanc vel illam fertur, lædentem. Neque enim humores ipſi tam ſubitò in vniuerſum corpus diſtribui & penetrare poſſunt, ſed ſubtiliſſimus vapor, aura & ſpiritus, mole quidem exiguus, vi verò & efficacia potens attollitur, qui ſubitò & in momento quaſi totum corpus penetrat. Attollitur autem iſe à minera ſui generis, vt mox dicitur, partes verò ad quas fertur, & quæ ab eo afficiuntur, non ſemper eadem ſunt. Cum ſuffocatio ſaltem impendet, ac ſi fauces laqueo ſtringerentur diaphragma imprimis affici & comprimere putat Platerus. Verùm potius vapores in vaſis moueri, & non extra ea in cavitatem abdominis eſſendi videntur; & magnam omnino vaporum copiam eſſe oportet; & quæ cavitatem abdominis comprehendere non poſſet, vt diaphragma comprimere neceſſe habeat; neque etiam à flatibus abdomen ſemper diſtendi in hysteriſis mulieribus videmus. Et ægræ potius circa fauces respiracionis impedimentum & ſuffocationem, quàm circa diaphragmā percipiunt. Ideoque potius à vapore per œſophagum aſcendente ſtrangulationem hanc fieri probabile eſt; ſicut & vapores in hypochondriacis aſcendentes, & fungorum quorundam eſus ac elleborus & venenata quædam idem præſtare ſo-

Vapor ma-
lignus.

Ad quas is
partes fe-
ratur.

lent. Atque vapores hos etiam ventriculum & ſophagum petere, illud docet, quod cum difficili respiracione, cardialgia ſæpe, nauſea & vomitus coniunguntur. Poſſunt tamen idem vapores etiam ad pulmones aſcendentes difficilem respiracionem excitare; vt & ſi muſculorum thoracis motus lædatur. Si verò ad cor imprimis tendant hi vapores, non ſolum respiratio læditur, ſed & cordis motus ceſſat, ac veluti ſyncope comprehenſæ fœminæ concidunt. Si porrò ad cerebrum ferantur, actiones animales variè læduntur.

Vapor autem ille, ſpiritus malignus, ac aura venenata, ortum habet à ſanguine & ſemine in utero corruptis, vt & aliis humoribus vitioſis ibi collectis, & malignam ac venenatam naturam induentibus, vt *quæſtione 2.* pluribus dicitur.

Vnde
uetur.

Sicut enim ſanguis ac ſemen, quæ ſunt noſtræ generationis primordia, optimæ in corpore noſtro ſunt ſubſtantia, ita, dum corumpuntur; peſſimam naturam induunt, vt *cap. præced.* dictum. Et imprimis ſemen, vt eſt nobiliſſima ſubſtantia, ita corruptum peſſimum caadit, eique corrupto maior, quàm menſtruis, vis eſt ad noxam vniuerſo corpori inferendam, vt docet Galenus, *6. de loc. affect. cap. 5.* quo loco etiam ex euentu monſtrat, ſemen ſuffocationis uterinae cauſam eſſe, quod ſcilicet cum fœmina quædam excreuiſſet craſſum plurimumque ſemen, ab affectu hoc liberata eſt, quod dum vidua eſſet collegerat, vt idem, *lib. 2. de ſem. cap. 1. ſcribit.*

Eſt verò malum hoc magis familiare virginibus ætate iam prouectiõibus & libidinofis, ac in venerem pronis, vt etiam viduis ad Venerem procliuioribus, in quibus ſemen retentum corumpitur, & prauam hanc qualitatem induit. Quandoque tamen & vetulas cacochymicas hic affectus corripit, imprimis eas, quibus iuuenibus menſes non rectè fluxerunt, aut quæ fluore muliebri diu laborarunt, quibusque vitioſi illi humores iam ſupprimuntur. Interdum & prægnantibus hæc affectio accidit, iis nimirum, quæ corpore ſunt cacochymico, quibusque prauis humoribus, poſtquam conceperunt, in corpore retinentur. Quandoque & puerperas hoc malum infeſtat, quando ſcilicet lochia non ſatis fluunt, aut poſt partum laborioſum, vel abortum, ſanguis aut prauis humoribus in utero relinquuntur.

Quibus
miliare

Omnino autem ſiue ſanguis menſtruis, ſiue ſemen, ſiue alius humor mali huius cauſa ſit, cum peculiari modo corrumpi, & malignitatem inducere neceſſe eſt. Aliàs multæ virgines & mulieres ſunt, quæ nec Venere vtuntur, nec rectè per menſtrua purgantur, uteri tamen ſuffocatione non laborant. Accidit autem hæc corruptio ob uterum, qui vt peculiarem, quam nulla alia corporis pars, vim habet, ita etiam humores vitioſi, ſi iſe rectè ſeſe non habeat, peculiari modo in eo corumpuntur.

Atque hinc adeo euenit, vt licet in viris ſemen retentum etiam aliqua ſymptomata excitet, ſicut viro illi, cuius mentionem facit Galenus, *6. de loc. affect. cap. 5.* accidit, qui cum viduus ſemen diu retinuiſſet, cibi appetentiam & concoctionem amittebat, vomitu corripiebatur, ac mæſtus erat, à quibus ſymptomatibus ſtatim liber euaſit, poſtquam iterum Venere vluſ eſſet: non tamen iam graua, vt fœminæ, ſymptomata patiuntur; cum in viris ſemen in vaſis, vt pote calidioribus retentum, non ita corrumptur; nec tantam malignitatem acquirit; ſicut in fœminis in utero, ob peculiarem loci naturam. Aliter enim ſeſe habet uterus, cum ad conſeruandum ſemen in fœminis, quàm in viris teſtes,

alique humores in vtero in feminis, quàm in vasis spermaticis, in viris admiscuntur, & omnia in feminis laxiora sunt, præcipuè tuba vterina dicta.

Uoloco
crassa-
r.
Continetur autem illa materia corrupta, è qua maligni isti vapores eleuantur, in vasis vteri, testibus, & tuba vterina dicta, vix veò in ipsa vteri cavitare; cum ex ea exitus facillè detur per ceruicem vteri, nec probabile sit, vapores illos iterum sese in vasa penetrare, cum per collum vteri erumpere possint. Vasa equidem illa exilia videntur: in gravidis tamen, aut si aliàs præter naturam sanguis in illis detineatur, ita interdum intumescunt, vt digiti quoque crassitiem æquent. Imprimis verò & plerumque maxima huius affectionis causa colligitur & continetur in tuba vterina dicta, & testibus. Corpus enim Tubæ fistulosum est & laxum, ac testiculi muliebres è vesiculis quasi simul conglobatis contexti sunt, habentque, vt Vesalius, *de corp. hum. fabric. lib. 5. cap. 25.* scribit, mulierum testes intus, præter vasa, sinus quosdam tenui aqueoque humore plenos, quin sanis, velut crassiasculum lactis ferum, albus est; in ægris verò & hysterica affectioni obnoxii mitè luteus, croceusque, & paulò crassior: id quod obseruauit in nobili quadam puella vteri strangulatu laborante, in qua alterius testis sinuum vnus duntaxat instar mausculæ pilæ protuberabat, croceo humore, simulque grauissimè olentis, venosumque quid & tetrum præ se ferente infarctus, & conteminas sedes non secus tingens, quàm al às colum intestinum, qua sub iecore fertur, à bilis vesicula luteum reddi cernimus. Et refert Cl. Ioan. Riolaus, *Anthropograph. lib. 2. c. 34.* se in virginibus hysterice deprehendisse testes pugno grandiores, seroso humore turgentés, quin etiam Tubam vteri amplificatam & dilatatam.

Atque hæc ipsa proculdubio vteri tuba cum testibus est, quam Fernelius & alij quidam Medici tætu pro vtero se deprehendisse scribunt, quamque mulieres Medicis tangendam pro vtero monstrare solent. Est enim globus quasi quidam in ventre inferiore percipitur: tamen non vterus est, sed testes & tuba vteri. Etenim cum testes penduli sint, & tuba vteri laxa ac mobilis, cum semine corrupto ac humoribus vitiosis ac flatibus turgent, facillè vsque ad umbilicum eleuari possunt. Qua de re supra, *part. 1. sect. 2. cap. 14. de adscensu vteri*, dictum.

roxyf-
m in hy-
stecorum
ca 2.
Inuadit autem hoc malum nunc crebrius, nunc rarius, paroxysmi que nunc breuiore, nunc longiore tempore durant, pro materię copia, quæ nunc citius, nunc tardius colligitur, nunc etiam citius, nunc tardius discutitur. Habent enim & venenatæ tales cause in corpore humano sua digestionis & exaltationis tempora quæ vbi attigerunt, subito, & in momento quasi ad agendum erumpunt, & agendi vim, quam occultè continebant, patefaciunt, totumque corpus subito afficiunt. Præterea humores tales quieti aliquandiu in corpore delitescere possunt, agitati verò in totum corpus auram venenatam emittunt. Cessat verò raudiu malum, & ægra paroxysmo iterum non corrigitur, donec materia rursus collecta & iterum exaltata atque agitata fuerit. Cuius res exemplum videmus & in aliis venenis, vt canis rabidi, cuius exiguum sputum tantum in corpore delitescit, donec sua digestionis tempora absoluerit, & exaltatum satis fuerit. Tunc enim, & quidem, sæpe post longum temporis spatium sese exerit, & spiritus ac humorum massam immutat, ac consumit, idque facilius, si à causa aliqua euidente agitur.

Agitant autem humores, & vt vapores isti maligni in mulieribus, ad hysterica affectionem dispo-

litis, eleuantur, faciunt res odoratæ naribus admotæ, vel dulcia sumta, tetrore, atque ira. Postquam enim humores tales vitiosi à quacunque causa agitantur, vapores ex his attolluntur, qui cor & caput petunt, imò in totum corpus distribuuntur.

Differentia.

Est autem huius affectionis non parua varietas & differentia, pro causæ imprimis efficientis magnitudine & diuersitate, & hinc dependente symptomatum varietate, de quibus postea in signis dicitur. Aliquando enim suffocatio & respirationis læsio leuis est, & quæ citò soluitur; aliquando grauis cum syncope, sensus & motus immutacione, ratione manente integra, aliquando vehementissima est, & tunc præmina respiratione, sensibus omnibus & motu priuatur & mortua quasi iacet; aliquando & alij affectus vomitus, deliria, conuulsiones coniunguntur, vt ita varios affectus hysterica affectio referat, & nunc saltem ad respirationem læsam, nunc ad syncopen, nunc ad apoplexiam, nunc ad epilepsiam & conuulsuos motus accedat. Præterea, pro diuersitate humoris venenati & maligni, nunc huic vel illi parti aduersi, varia symptomata inducere solet. Aliam enim naturam induit sanguis corruptus, aliam, & longè peiorem, semen, & quidem pro varia vteri constitutione, aliorumque humorum admixtione varia variam.

Signa Diagnostica.

C Quando suffocatio vterina imminet, percipitur lassitudo perpetua totius corporis, crurum imbecillitas, pallor faciei, aspectus tristis, in quibusdam quasi globi cuiusdam motus in ventre percipitur, in nonnullis murmuratio & varij tonitus in ventre audiuntur, scribitque Cornelius Gemma, *lib. 1. cosmocri. cap. 7.* in suffocatione vteri laborantibus mirandas interdum voces ex inuis visceribus exaudiri, nunc velut raram coaxatus, nunc serpentum sibilos, crocitas corporum, gallorum cucurritus, latratus canum, &c. quæ omnia pro viarum & spiritus erumpentis proportione causi effingit, ita vt interdum æmoniacum quiddam subesse, vulgus opinetur, & pro *hysteria* (vide Iul. Cæsar. Scaliger, *ex. 258. sect. 3.*) eas habeat, sonitumque illum loquentis intus dæmonis esse putet. Ad sunt & rictus, oscitatio, pandiculatio, respiratio breuis & crebra, cordis palpitatio, pulsus imminutio, cibi fastidium & nausea, actionum animalium torpor. Risus etiam hysterice suffocatione vteri instante accidere solet, & mirabile est, quod refert Scholiographus *ad cap. 59. lib. 1. Hollerij, de morbis internis*, de duabus filiabus Præsidis Rhodomagenis, quæ instante paroxysmo risu longo ad horam, aut horas duas capiebantur, quem neque metu iniecto, neque hortatu, neque aliis artibus poterant compescere, & à parentibus interrogatæ & obiurgatæ, respondebant, se non posse continere risum.

E Cuius symptomatis mihi quæ causa fuerit, explicare equidem non ita facile est: mihi tamen probabile videtur, risum illum accidisse, vapore illo ex vtero eleuato sese in membranas thoracis insinuante. Sicut enim, aliàs, si latera digitis contrectentur & titillentur, risus excitatur, cui non cessat, donec titillatio intermittatur: ita & si sine quid à vapore acri membranas illas saniter veleari fieri potest. Alia contra lætæ materię, atque vtrumque faciunt, & motu ac conuulsione eugam non cessant. Quæ Symptomata paroxysmo iam præsentem omnia incrementum sumunt, respiratio intercipitur, & fauces quasi constringuntur, vt ægra suffocari videatur, sensus motusque atque omnes actiones vitales abolentur & deprauantur. Quædam enim de-

Differen-
tia.

Signa dia-
gnostica.

Risus in
hysterice
causæ

lirant, quædam, vt dictum, lacrymantur, quædam A
vtrumque faciunt, nonnullæ quibusdam partibus
conuellantur, vox intercipitur, aliquibus sensus
interiores & exteriores abolerentur: quædam verò
audiunt, quæ circa se geruntur, & eorum post pa-
roxysmum etiam meminere, loqui tamen non
possunt. Pulsus etiam imminuitur, totumque cor-
pus refrigeratur, oculi clausi manent, ita vt mortuæ
planè videantur.

Sympto-
matum hy-
stERICORUM
CAUSA.

Atque symptomata ista omnia ortum habent ab
vno illo vapore maligno ex vtero eleuato, pro vt il-
le in diuersas partes distribuitur, earumque actio-
nes lædit. Vbi enim ad cor fertur, eiusque actio-
nes prosternit, spiritusque vitales lædit, spirituum
vitalium & caloris natui influxu ad extrema inhi-
bito; imò spiritibus ad cor recurrentibus, totum
corpus extra frigescit, & facies pallefcit, pulsusque
imminuitur, imò affectus ipse ad lypothymia &
syncopes naturam accedit. Atque ita cum nec vsus
virgeat, nec facultas fortis sit, & pulsus par-
uus redditur, & respiratio difficilis euadit. Vbi
idem vapor ad cerebrum ascendit, spiritusque ani-
males turbat, lædit, eorumque influxum prohibet,
sensus & motus animalis læditur, vnde etiam mo-
tus thoracis & diaphragmatis impeditur, difficilis
respiratio redditur: quod probabilius est, quàm ab
vtero ascendente, & à vaporibus diaphragma
comprimentibus respirationem lædit. Et quidem ab
istò vapore, pro vt in diuersas partes facultati ani-
mali inferuientes sese insinuat: ita etiam actiones
animales variè læduntur. Vbi enim spirituum ani-
malium fluxus in eos nervos, qui voci edendæ in-
feruunt, saltem prohibetur, eodem ferè modo,
quo dormientibus in Incubo, vox intercipitur, sen-
suum verò internorum, vt & auditus organa salua
manent. Vbi verò etiam in alia facultatis animalis
organa totumque ferè cerebrum vapor iste pene-
trat, sensus interni & externi motusque animalis,
abolerentur. Sub accessionis declinationem humor
quidam è locis muliebris effluit, intestina obmur-
murant, oculi atolluntur, genæ rubore suffundun-
tur, actiones animales restituntur, corpus incalefcit,
ægræque suspiriis profundis emissis ad se re-
deunt.

Suffocatio-
nis vterinae
à cognatis
Symptoma-
tibus diffe-
rentia.

Quæ symptomata omnia si diligenter perpen-
dantur, affectio hæc à cognatis affectibus, non diffi-
citer discernitur. Generalia autem signa tria sunt,
quibus ab omnibus aliis affectibus distinguitur. Pri-
mum est, quod morbus hic muliebris est, ac qui-
busdam sceminis familiaris. Si ergo vel ex ægra, vel
adstantium relatione cognoscitur, sceminam hy-
stERICÆ affectioni esse obnoxiam, si talia sympto-
mata ingruunt, de alio affectu suspicari opus non
est. Secundum est, quod sceminæ tales de vtero ma-
le habente conuenerunt. Tertium est, quod hyste-
ricæ mulieres à paroxysmo liberantur, fetidis nari-
bus, & suæuolentibus pudendis admotis, quod non
accidit in aliis affectibus. Verùm cum scemina ali-
qua hæc affectione corripi possit, quæ ea antea non
laborauit, signa, quibus ab aliis symptomatibus
discernantur, cognita habere vtile est.

A Syncope.

A Syncope distinguitur primò modo inuasionis,
qui magis præceps est in Syncope, cum in suffoca-
tione vterina euidencia signa futuri paroxysmi præ-
cedant. Deinde pulsus in Syncope ad sentum ces-
sat, in suffocatione verò vterina remanet, etsi par-
uus sit. In Syncope etiam sudores frigidi adsunt,
pallorque faciei maior est. Si tamen cor valdè affli-
gatur, omnino Syncope interdum cum hystERICA af-
fectione coniungitur. Syncope quoque non ita diu
addurat, sed breui spatio, vel ad salutem, vel ad
mortem terminatur: suffocatio verò vterina inte-

grum diem, interdum etiam biduum vel triduum
durat.

Ab Apoplexia modo inuasionis differt, quod hæc Ab Apo-
subitò sine significatione aliqua inuadit. Deinde xia.
symptomatibus; quia in hystERICA affectione partes
non ita resolutæ sunt, vt in apoplexia, & si pun-
gantur, vel ipsis pili extrahantur, id sentiunt, &
manu interdum indicant, se dolorem percipere.
Non etiam stertor vllus in respirando adest, qualis
in apoplecticis animaduerti solet, sed respiratio fe-
rè plane cessat. Post paroxysmum tandem hyste-
ricæ plerumque meminere eorum, quæ circa ipsas
dicta & facta sunt, quod non accidit in apoplexia.

Ab Epilepsia verò discernitur, quod conuulsini Ab Ep-
motus nec perpetuò conuulsi sunt cum suffoca- pta.
tione vterina, nec vbi adsunt, ita vniuersales sunt,
vt in Epilepsia, sed vnum vel alterum saltem mem-
brum conuulsiunt. Pulsus quoque in Epilepsia ma-
ior est, quàm antea: in hystERICIS contrario modo
se habet. Præterea quæ hystERICA passione labo-
rant, spumam circa os non habent, vt Epileptici,
sed veluti dormientes excitantur. Epileptici etiam
post paroxysmum non meminere eorum, quæ
circa ipsos acciderunt. HystERICÆ verò sæpe eorum,
quæ circa ipsas dicta vel gesta sunt, meminere.
Imò & phantasmatis agitantur hystERICÆ, quod
non fit in Epilepsia, vel aliis cognatis affectibus.

A Lethargo differt, quod febris, quæ lethargum
comitatur, abest, pulsus etiam in lethargo maior est.

Imprimis verò necessarium est, vt à mortuis hy-
stERICÆ distinguantur, cum sæpe instar mortuarum
suffocatione vterina laborantes iaceant, vt com-
pertum sit, quasdam iam sepulturæ destinatas fuisse,
imò quasdam in sepulcro miserè reuixisse, vt
Alex. Benedictus, *Præf. lib. 10. cap. 10.* & Paræus,
lib. 24. cap. 19. referunt. Atque inde obseruatur,
aut certè obseruari debet, vt mulieres, quæ hoc
malo frequenter laborant, si eo corripiantur, non
nisi post triduum elapsam sepeliantur. Nonnulli id
explorant flocco lanæ carminatæ vel penna leuiori
admota, quæ si non moueatur, ægram pro mortua
habent: alij speculum tersum ori admouent, & vi-
dent, an halitus ex ore emissio inficiatur; alij pelui
aqua plena pectori imposita, in qua si aqua nullo
modo moueatur, itidem ægram pro mortua ha-
bent. Verùm non satis tuta sunt hæc signa. Cum
enim ægræ non respirent, non tantum expiratur è
pulmone, vt inde lana vel penna moueri, vel spe-
culum infici possit, nec pectus ita mouetur, vt aqua
in pelui inde moueri queat, sed saltem interna
transpiratione ægræ vitam trahunt quæ non pe-
ctoris aut pulmonum motu perficitur, sed cordis
potius internarumque arteriarum, obscura quædam
& latenti motione, eodem modo, vt quædam ani-
malia tota hyeme frigida & mortua videntur, quæ
in cauernis vitam trahunt. Certius signum est, si
sternutoria, quæ aliàs etiam paroxysmo tollendo
vtilia sunt, naribus immittantur. Si enim ægra ad-
huc viuit, sternutatio mouebitur. Alii pilos è pu-
dendis euellere iubent. Neque tamen hæc ipsa indi-
cia in graui malo planè certa sunt. Itaque tutissi-
mum, elapsum triduum expectare.

Causarum signa quod attinet, semen in causa
esse, plurimi ex signis sceminis abundantis colligunt.
Verùm, vt antea dictum, sola sceminis retentio
hanc affectionem non inducit. Ideoque etsi scemi-
na semine abundet, venerem assumptam intermife-
rit, & salax sit: tamen semen detentum corrupti
necesse est, si hanc affectionem excitare debet:
quod fit vel partium, quibus id continetur, vito
vel ab aliorum humorum vitiosorum admixtione.
Colligitur tamen, à semine hoc malum excitari, si

A Leth-
go.
Hyster:
quomo-
dò mori-
distingi-
tur.

Sign-
causarum
Sceminis

menfes rectè sefe habent, & refpirationis difficultas, A
voci interceptio, fuffocatio, conuulfiones, & om-
nia fymptomata funt vehementiora, & paroxyfmo
declinante humor femini fimilis è pudendis effluit.

inguinis A fanguine menftruo hoc malum ortum habere
colligitur, fi fœminæ, præfertim quæ Venere fati
vitur, menfes fupprimantur, aut non rectè fluant.

Si tandem fœminæ & Venere fati vtatur, &
menftrua etiam rectè fluant, imprimis fi fœmina fe-
minalis vicina fit; aut cacochymica, ex vteri aliquo
morbo laborans, non ex femine corrupto, neque ex
fanguine menftruo, fed ab excrementitiis humori-
bus in vtero detentis & corruptis, malum hoc ori-
ginem fumere indicio est.

Prognofica.

1. Malum quidem plerumque fœminis lethale
non est, ipfis tamen & domesticis valdè moleftum,
& terroris plenum est.

2. Aliquando tamen, fuperueniente fyncope, aut
grauibus conuulfionibus, aut calore natiuo extin-
cto, ægræ è vita tolluntur.

3. Quæ à femine est fuffocatio vterina, periculo-
fior est, quàm quæ à fanguine; cum semen corru-
ptum peiorem naturam induat, quàm fanguis. Et fi
enim, quæ à menfibus vitiolis fit, fuffocatio vteri-
na; etiam fati grauis fit: tamen id non accidit à
menftruo fanguine, quatenus talis, fed quatenus
alios vitiofos humores, imprimis melancholicam
admixtam habet.

4. Quo plures partes in confenfum trahuntur &
afficiuntur, & grauiora fymptomata excitantur; &
quò refpiratio & pulfus magis aboletur, & lipothy-
mia accedit: eò malum periculofius est.

5. Minus verò periculofum malum est, fi refpi-
ratio non valde lædatur, fensus & motus integri
mancant, & paroxyfmus non diu durer.

6. Si mulieri fuffocatione vteri laboranti fternua-
tio fuperueniat, bonum. Nam & naturam excitat
& robur cerebri indicat, partemque maligni vapo-
ris in cerebro difcutit, & facit, vt vitiofi humores in
vtero hærentes euacuentur.

7. In iuuenibus plerumque definit hoc malum,
vbi parere incipiunt. In feniorebus verò, fi diutius
durauerit, vix curatur, propter viriam debilitatem,
& cacochymiam, qua fcatere folent.

8. In prægnantibus & puerperis periculofum
malum est; in illis quidem propter metum abortus;
in his verò ob virium poft partum debilitatem.

9. Quò fæpius malum inuadit, & paroxyfmi diu-
tius durant, eò periculofius est, metuendàmque, ne
refpiratio læta, & cordis vitibus tories debilitatis,
ac calore & fpiritibus à maligno vapore infestat-
is, tandem calor natiuus extingatur, ægræque inte-
reat, idque magis metuendum, fi fpuma in ore ap-
pareat.

10. Non tamen de vita ftatim defperandum, et fi
paroxyfmus diu durer, nec ante triduum, vt antea
dictum, fepultura fœminæ tales tradendæ, multò
minus fectionibus anatomicis fubiiciendæ; cum
quafdam ferè triduo elapfo reuixiffe obferuatum fit.
Si enim calor cum vita euauerit, neque corpus ab
anima amplius regatur, tunc cadauerofum fœtorem
expirare incipit. Refert hic miram hiftoriam Am-
brof. Paræus, lib. 23. cap. 46. de Anatomia ne-
glectæ parente & inftauratore (proculdubio Vefalium
intelligit,) qui cum in Hifpania ad nobilem
mulierem, quæ ex hiftorico strangulatu mortua
credebatur, difsecandam vocatus effet; ecce ad fe-
cundam adactæ nouaculæ impreflionem de repente
ad fe illa redire, & artuum, corporisque, quod
pro cadauere habebatur, motu & clamore, vitæ
adhuc fuperftitis figna præbere cœpit. Quæ retan-

tum amicorum odium in fe conciliauit, vt periculi
cuitandi gratia, prouincia quàm ciuiffimè excedere
cogeretur, & non ita multo poft mœritum confe-
ctus interierit.

Indicationes.

Curationes fuffocationis vterinæ duæ partes funt, Indica-
vna, quæ præfentem paroxyfmum refpicit; altera, tions.
quæ tempus paroxyfmi liberum. Illa naturam exci-
tat, vaporem illum malignum ex vtero adfcenden-
tem diflipat, & à membris principalioribus auer-
tit; imò vt ipfe humor, è quo eleuatur vapor, euacue-
tur, operam dat: hæc humorem & mineram, è qua
vapor ille attollitur, aufert, eius generationem pro-
hibet, & omnia, quæ ad humoris illius generatio-
nem faciunt, tollit.

Curatio in paroxyfmo inftituenda.

Medicus ergo ad ægram talem vocatus adftan-
tium officia ita difponere debet, ne, quod in terrore
plerumque fieri folet, confufis operis ægræ potius
moleftæ, quàm vtiles fint. Poftquam ergo fœmina
in lecto fupina ita collocata, vt facilius fpi-
ret, & facie corporis omnes: folutæ fuerint, naturam ex-
citant, clamores & proprii nominis inclamatio, pi-
lorum; in pudendis præcipuè, auriumque vellica-
tio, ligaturæ & friftiones dolorificæ.

A partibus verò fuperioribus auram adfcenden-
tem reuellunt eadem ligaturæ & friftiones dolori-
ficæ partium inferiorum, femorum, crurum ac pe-
dum, cucurbitulæ fine fcarificatione cum multa
flamma, primò furis & femoribus, deinde etiam
inguinibus appofitæ. Naribus graueolentia admo-
nenda, quibus partim vapor ille difcutitur, par-
tim eius adfcenfus, dum vterus graueolentia auer-
fatur, impeditur, qualia funt, plumæ auium, im-
primis perdicum, combuftæ, pili, corium, cornu
combufta, caftoreum, afa fœtida, galbanum,
oleum fuccini. Difcutit quoque vaporem illum ma-
lignum ruta naribus admota. Imprimis vtiles funt,
& à plurimis commendantur, vt præfentaneum
auxilium, & quod momento quafi mulieres fuffo-
catas reuocet, verrucæ, quæ tibi equorum ad-
nafcuntur, fi in furno ficcentur, & in puluerem re-
digantur, & fumus ex eo carbonibus iniecto na-
ribus excipiat. Contrà pudendis fuaueolentia ad-
mouenda, vt zibethum, mofchus, galla & alipta
mofchata, vt humorum & fpirituum motus in vte-
ro verfus inferiora reuocetur. In pauperioribus fuf-
ficiunt, puluis garyophyllorum, cinamomi, nucis
mofchata. Vel ℞. ftyracis calamita, benzoes an.
ʒ. j. gallæ mofchata ꝑ. ʒ. ʒ. Cum mucilag. tragac.
F. trochifci, qui carbonibus iniiciantur, & fumus
per infundibulum in orificium vteri immittatur.
Vel fiat tale Linimentum: ℞. ftyrac. calamita,
benzoes, an. ʒ. j. gall. mofch. ꝑ. ʒ. zibethi ꝑ. iij.
Cum ol. amygd. d. Fiat Linimentum. Vel ℞. mof-
chi, zibethi, an. ʒ. iij. ftyrac. liquid. ꝑ. ʒ. Mi-
ceatur, & miftura lana bombicina imbuatur, quæ
pudendis indatur. Cauendum tamen hic tegumen-
tis neceffariis, ne odor ille fuaui ad nares ægræ
pertingat, malumque augeat. Reuocant etiam &
reuellent materiam ad fuperiora adfcendentem
clyfteres flatu difcutientes alio iniekti. Vt ℞. de-
cocti carminatiui ꝑ. ʒ. el. hieræ f. ʒ. vi. bened. la-
xariu. ʒ. ʒ. olei ʒ. ij. el. de bacc. lauri ʒ. ʒ. Fiat
Clyfter. Vel ℞. artemifia, mercurial. maioran. pu-
legij, an. M. i. rute M. ʒ. fem. carui, cumini an.
ʒ. ij. Coq. in aq. f. Colat. ꝑ. ʒ. el. diapenic. hieræ
f. an. ʒ. v. extr. caftorei ꝑ. ʒ. ol. rutæ ʒ. i. ʒ. Fiat
Clyfter. Clyfterum vicem habere poffant glandes
æriores. Vt verò ipfa materia, quæ vaporem il-
lum emittit, ex vtero tollatur, clyfteres vterini &
pelli, in maritatis & vterem expertis, vtero ia-

Curatio in
paroxyf-
mo.

Naturam
excitantia.

Reuella-
tia.

Verrucæ
equorum.

dendi. Cum verò virginibus eos adhibere non liceat, Nascalia Barbaris dicta, ceruicis vteri orificio apponenda, Vt *℞. el. hiera picra, diaphanic. an. ʒ. ij. terebinthina ʒ. ʒ. mellis mercurial. ʒ. j. castorei ʒ. ʒ. Misc. & cum gossipio F. pessarium vteri ceruici imponendum.*

An etiam titillatio & frictio pudendorum institui debeat, dubium. Refert quidem Galenus, viduam quandam restitutam fuisse immisso digito ab obstetrice in vterum, ac semine effulo; & Auicennas, vt idem fiat, præcipit. Verùm cum malum hoc raro lethale sit, atque alia dentur remedia, quibus à paroxysmo scemina excitari possint, frictio verò ista Veneris vicem gerat; à Christiano Medico suadenda non videtur.

O. ℞.
A Chymicis valde commendatur oleum *℞.* quòd sic paratur: Solue stannum Anglicum in aqua forti, ex nitro & alumine facto s. attem. Et stannum ipsum paulò post in fundo apparebit in modum calcis albicantis. Hanc calcem exsicca, & per ollas super cucurbita turbulata positas sublima, quemadmodum alias sunt flores *ʒ* albi: atque ita exprus *℞* sursum fertur in forma pulueris, seu farinae candidissimæ. Hunc puluerem solue in aceto destill. & extrahe per biduum, quotidie sæpius vas agitando. Solutiones & extractions repete per recens acetum destillatum, donec tota completa fuerit extractio. Tandem extractum omne coniunge, & acetum destillatum vsque ad siccitatem inde euapora, aut destilla. Quod remanet, cum spiritu vini extrahe, quemadmodum cum aceto destill. factum: separa vicissim spir. vniusque ad medietaem. Pone in locum humidum, & enascentur Cryskalli, quos demum in liquorem per deliquium solue. Is liquor umbilico hysterice immisus, statim suffocationem sistit. Intra à gutt. j. ad ij. ad sum. m. ij. repetitis vicibus exhibetur.

Discutientia sternutatoria.
Discutiant verò vaporem illum malignum, ruta, castoreum, vt & sternutatoria, secundum *aphor. 35. sect. 5.* Vt *℞. ellebori albi, ʒ. ʒ. pipæris longi, zinzib. an. ʒ. ʒ. F. pulu. naribus immittendus. Vel ℞. pipæris albi, pyrethri, castorei an. ʒ. j. helleb. albi ʒ. ʒ. F. puluis. Naribus quoque oleum succini illinatur. In aures etiam ol. saluæ, spicæ, succini, titillari potest.*

Linimenta, & Vng.
Tandem extra Vteri regioni vnguenta & emplastra vapores illos malignos discutientia, & vias, per quas humor vitiosus effluat, dilatantia applicanda, nimirum ol. nucum, lilior. a bor. rutaceum, anethinum, de Castoreo. Vt *℞. ol. laurini, ruicæ, an. ʒ. ij. pulu. sem. cumini, castorei aceto dissol. an. ʒ. ʒ. cera paruum. F. Liniment. Efficax est & Vnguentum, quod fit ex solateâ in butyro cocta, addito gummi tacamahaca; quod & umbilico imponi potest. vel Caraplastma hoc pectini & vteri regioni imponatur: *℞. fol. leuistici cum radicib. filicis, mercurial. an. M. i. ruta M. ʒ. Coq. in vino ad mollitiem, contulsis adde ol. nardini q. s. F. Cataplastma. Vel umbilico applicetur Emplastrum de galbano, cheronem aut aliud paratum à galbano, pice, castoreo, asa fetida, aut saltem galbano & asa fetida confectum. Vel vteri regioni ea parte, per quam vapor ad superiora adicendere sentitur, theriaca ol. rutaceo dissoluta illinatur.**

Medicamenta interna contra suffocationem vteri.
Sumenda verò & ori ægræ infunda aq. destillata composita, huic affectiõni destinata. Vt *℞. zedoaria, sem. pestinac. sylu. rad. leuistici. an. ʒ. ij. myrrha rubr. castorei an. ʒ. ʒ. rad. pæonia ʒ. iij. visci q. decrese. ʒ. collecti ʒ. iij. Preparatis affunde aq. matricar. lb. iv. ʒ. pi. vini lb. j. ʒ. Stent in vase clauso octo diebus, postea destillentur. Dosis cochlear j. vel per se, vel cum aq. tilia aut alia con-*

Aueniente. Vel exhibeantur aliquod guttz ol. succini cum aq. artemisæ, aut theriaca, vel Mithridatium in aq. artemis. vel pulgij dissoluta. Vel trochisci de myrrha in ius dissoluti propinentur, vel etiam hæc pilulæ: *℞. castorei, myrrha, asa fetida, an. ʒ. j. pipæris ʒ. ʒ. Cum Syr. de artemis. fiant pilulæ, quarum duz vel tres dissolutæ exhibeantur. In prægnantibus tamen cautè ista medicamenta vsurpanda, ne abortus concitetur, & potius in extenuorum vsu subsistendum. Apollonius Menæzus, de alce cap. 10. scribit contra suffocationem matricis vngulam alcis præsentaneum esse remedium, & se ab aliis audiuisset, & periculo facto cognouisset, dum rasuram huius cum radice zedoaria, aliisque exhibuit. Vitales sunt & iuliuicis iuglandis exsiccati puluerisati, & ad ʒ. ij. cum ol. succini gutt. ij. in conuenienti liquore exhibiti. Vt & radix angelicæ; sicut & petasitæ cum zedoaria in vino calido exhibita; item peucedani radix in ore detenta. An vino in hysterico paroxysmo exhibere liceat, infra *quæstione 3.* dicetur. Mercatus scemina, quæ ex menstruorum suppressione hoc malo laborant, tutissimam & vtilissimam esse existimat, sanguinis è talo missionem, nullòque alio vires onere pressis, via nimia redundantia ob creatas & suffocationis periculum leuari citius, quàm hoc existimat. Verùm eniuicèd cum in suffocatione vterina maxima sit virium prostratio, & totius corporis refrigeratio, ad id vt sæpe de vita desperetur, nullo modo venæ sectio tutum est remedium. Deinde suffocatio vterina non saltem à sanguine suppresso, naturamque onere quasi premente, originem habet, cum multæ scemina suppressione mensium laborent, quæ nihil tale patiuntur, sed corruptio sanguinis suppressi accedat, necesse est, quam non tollit venæ sectio.*

Curatio extra paroxysmum.

Curatio extra paroxysmum. Postquam è paroxysmo eluctata est scemina, laborandum, ne is recurat, quod fit causarum remotione. Cum verò, vt antea dictum, proxima huius affectus causa sit vapor malignus ab vtero eleuatus, hic verò ex semine, sanguine menstruo, vel alio humore corrupto eleuetur: danda opera, vt semen, sanguis, vel humor corruptus euacuetur, neque quicquam horum amplius corrumpatur, vterisque roboretur.

DItaque si à retento semine affectio hæc ortum habeat, vniuersalibus purgationibus, quæ lenes esse debent, ac sæpè repetendæ sunt, præmissis eis, quæ seminis copiosam generationem prohibent, vtendum, quæ supra *sect. 2. cap. 13.* de gonorrhœa sunt proposita. Imprimis verò curandum, ne semen in vtero corrumpatur, ac propterea si aliquod in vtero vitium sit, id corrigendum, aut si corruptum sit semen, maturè euacuetur, quod commodissimè fit clysterinis vteris & pessis supra propositis. Vt reliquæ verò discutiantur, & vterus roboretur, conuenientia emplastra & vnguenta vteri regioni adhibenda. Vt *℞. styrac. liq. ʒ. ij. garyophyllor. semen. agni casti, argelica an. ʒ. ʒ. alipta mosch. ʒ. j. ol. nardini, lil. alb. cera an. q. s. Fiat Vnguent. Vel ℞. sem. agni casti ʒ. j. santalor. omn. an. ʒ. ʒ. pulu. ros. alb. ʒ. j. gummi tacamahaca Scrup. j. caranna Scrup. ij. alipta mosch ʒ. ʒ. terebint. ladani, cera an. q. s. F. Emplastrum. Imprimis verò in hoc causæ genere bona dixta opus est. Vtantur huic affectiõni obnoxia & semine abundantes victu tenui, carniuum nimio vsu, vini potu, & omnibus, quæ semen copiosum gignunt, abstineant, lasciuos sermones, conuersationes, lectiones venereas vitent, & si Virgines sint, viro iungantur.*

Si verò

A Si verò à mensuris retentis & corruptis malum originem habeat, ea curatio instituenda, quæ supra, *sect. 2. c. 3. de mensurum suppressione* est proposita. Si tandem ab humoribus vitiosis in vtero collectis affectio hysterica dependeat, ea curatione opus est, quæ supra, *part. 1. sect. 2. cap. 6. de intemperibus Vteri cum materia*, est proposita.

Suffocatio-
no vteri
pobètia. Quia tamen nec semen retentum, nec menstrua suppressa, nec vitiosi humores in vtero collecti, suffocationem vterinam excitant, nisi peculiari modo corrumpantur, & malignitatem occultam ac venenositatem induant, communia quædam medicamenta sunt, quæ humores illos ducunt, malignitati aduerlantur, vterumque roborant. Parantur verò talia ex *melissa, mentha, pulegio, calamintha, radice angelica, imperatoria, mei*. Imprimis efficax & utilis hic est *radix bryonia*, de qua *Matthiolus, in Diosc. lib. 4. cap. 176.* scribit, quod mulier quædam, quæ longo tempore huic malo obnoxia fuit, cum vinum album bibisset, in quo vitis albae radicis vicia vna efferbuitet dormitum itura semel in hebdomade, atque hoc medicamento per annum vsa fuisset, optimè ex illo morbo conualuit.

Vtiles sunt hic Aquæ hystericæ dictæ inter quas & hæc: *Radix leuisticæ, pæonia, angelica, Zedoar.* an. ʒ. j. *Visci q. d. decresc. coll. ʒ. ij. mentha nullif. calaminth. betonic.* an. M. i. *sem. dauci, pastinac. sylvestris, castorei* an. ʒ. ʒ. *Contolis affunde aq. marricar. & vini albi* an. q. l. Stent in infusione 8. diebus, postea detillentur. Vel *ʒ. Rad. bryon. valerian. mei, angelic.* an. ʒ. ʒ. *meliss. calaminth. puleg. betonic.* an. M. ʒ. *Coq. in vino. Col. Adde Sir. de artemis. ʒ. j. F. haustus pro tribus dosibus.* Vel *ʒ. rad. angel. bryon.* an. ʒ. ʒ. *meliss. puleg. artemis.* an. M. i. *fl. rosmarin.* M. ʒ. *Suspendantur in sacculo in vino, de quo ægra bibat. Castoreum quoque solum singulis diebus ʒ. ʒ. pondere cum conuenienti liquore sumptum vtile est. Chymici non solum in hoc affectu, sed & mensibus inordinatis, suppressis. fluore albo* *Vitriolum ætis* commendant, si ʒ. i. cum ʒ. ij. sacchari, aliquot septimanis in vino vel alio liquore conueniente exhibeatur.

Pulueres tales concinnari possunt. *ʒ. sem. dauci, cumini, pastinac. sylv.* an. ʒ. j. *F. pulu. Detur ʒ. j. Vel ʒ. saccula bryon. ʒ. ij. sem. cymini, pastinac. sylv.* an. ʒ. j. *succini præp. ʒ. ʒ. garyoph. ʒ. ij. cinam.* ʒ. j. *F. puluis.*

Vtiles sunt species diagalangæ, diacalaminthæ, diacinam. diamolchi, & inde confectæ rotulæ. *Vt & hæc pilul. ʒ. Castor. ʒ. j. asa foetid. ʒ. ʒ. myrrh. galban. sagapens* an. ʒ. j. *melis mercurialis q. s. F. pil.* De quibus testimina frequenter ʒ. ʒ. vel ʒ. j. sumat. *Vtilis est & theriaca & Mithridatium.*

Vel Fiat tale Electuarium. *ʒ. Conseru. anthos, betonic. melissæ* an. ʒ. j. ʒ. *spec. diamosch. diacalaminth.* an. ʒ. ʒ. *cumi sir. de artemis. F. Electuarium. Vel ʒ. Conseru. maioran. anthos. buglossæ* an. ʒ. ij. *theriaca, Mithridar.* an. ʒ. ij. *spec. diacymini, diamoschi,* an. ʒ. ʒ. *cumi sir. de artemis. F. Electuarium.* Causant simul tæcinæ huic affectioni obnoxie, ne retum tuæuolentia in odores naribus excipiant, sed potius globos seu poma ex castoreo, galbano, asa foetida, sagapeno, manibus gestent, aut castoreum saltem secum ferant. Vitent etiam mel & omnia dulcia, quæ æquè, vt sua uolentia, vterum commouere solent.

Extra quoque, quæ semen & humores corruptos discutiant, applicentur, qualia sèdè *de mensurum suppressione* proposita. *Vt ʒ. rad. ireos, rubia. lilior. alb. valeriana, angelica,* an. ʒ. j. *artemisia, nepetha, matricaria, melissæ,* an. M. ij. *baccar. lauri inniperi* an. M. ʒ. *Coq. pro fotu aut balneo.*

Operum Sennerti Tom. III.

A Vel venter inferior inungatur *ol. lil. arbor. angelice, theriaca.* Vel *ʒ. theriaca ʒ. ʒ. sem. viticis ʒ. j. ol. angelica cumini* an. ʒ. j. *Incorporentur cum emplastro de baccis lauri. F. Emplastrum.*

QVÆSTIO I.

Qualisnam propriè affectus præter naturam sit suffocatio vterina.

De Natura affectionis huius Medici valde discrepant. Alij enim ad morbos referunt, & intemperiem frigidam esse statuunt, ideo quod fœminæ hoc malo correptæ adeo toto corpore refrigerantur, vt à mortuis vix discerni possint. Alij refrigerationem istam agnoscunt, sed ea non morbum intemperiei esse statuunt, sed saltem qualitatem mutatam, ideo, quod intemperies, quæ morbum constituit, nec citò fiat, nec citò desinat, sed sensim & successiue generetur; suffocatio verò vterina citò oritur & citò desinat, & refrigeratio illa nullis contra intemperiem frigidam adhibitis remediis sponte causâ sublata cesset, & propterea etiam nulla actionum læsio inde sequatur. Qua in re quidem, dum istam refrigerationem non ad morbos intemperiei, sed saltem qualitates mutatas referunt, rectè sentiunt. Veruntamen refrigeratio ista non præcipuum est symptoma, nec per eam solam definiti potest, cum longè grauiora coniungantur. Alij actionem læsam esse statuunt. Sed ij rursus in varias sententias abeunt. Alij enim respirationem læsam, alij syncopen, alij conuulsionem esse dicunt. Verùm si rem diligenter persequamur, vno symptomate hoc malum definiti non potest; cum vix vnum saltem adit, sed plura, neque semper eadem. Conuulsio certè non semper adest, nec omnes hystericæ conuelluntur, sed multæ quietæ, immobiles, & quasi mortuæ iacent; interim alia ad sunt symptomata. Vapor enim iste malignus ac venenatus varias functiones lædit, prout in hanc vel illam partem fertur. & prout is copiosus vel paucus, magis vel minus malignus est. Primò quidem ferè semper respiratio læditur, sed & non semper sola, verum viribus cordis prostratis lipothymia, syncope, & pulsus mutatio accidit, & hinc totum corpus refrigeratur. Interdum & actiones animales læduntur, ægreque vertigine corripiuntur, delirant, conuelluntur, sensus & motus abolentur, vt ægrè concident, vt supra de differentiis, & signis diagnosticis pluribus dictum. Neque mirum alicui videri debet, à tam exiguo vapore, spiritu vel aura, tot & tam grauiam induci symptomata. Non enim manifestis agit qualitibus, sed occulta malignitate, cuius corpus humanum variè afficiendi vis est, vt in venenis patet. Neque etiam per vnã viam & ad vnã saltem partem vapor iste ex vtero eleuatus fertur, sed varias, & quidem nunc plures, nunc pauciores.

QVÆSTIO II.

Quæ sit vera causâ Suffocationis vterinæ.

De causis suffocationis vterinæ variz sunt Medicorum opiniones, quæ tamen omnes ad duas classes redigi possunt, etsi vtroque in specie non planè conueniant. Alij enim ab ascensu vteri, alij à vapore ex vtero ascendente suffocationem vteri prouenire statuunt. Qui priorem opinionem sequuntur, imprimis ad respirationem læsam respiciunt, cuiusque proximam causam esse statuunt compressionem diaphragmatis; hanc verò

Y y

fieri ab vteri adscensu, dum scilicet vterus versus cor, vt ab eo spiritus & sanguinem accipiat, adscendat, atque ita diaphragma comprimat. Alij adscensum hunc vteri per conuulsionem explicant, idque variè. Alij ab irritatione eam fieri putant. Ita scribit Mercatus (qui tamen in causis huius morbi reddendis parum sibi constat) si spetma in vteri cavitare & vasis corrumpatur, vterum magno nervorum musculorumque nexu conuelli, vt eius virulentiam exprimere & expellere possit. Alij verò à plenitudine & inanitione conuulsionem hanc fieri statuunt. A plenitudine quidem, dum ligamenta & vasa ad vterum pertingentia, ab humorum copia obstruantur. Hoc enim si fiat, vteri conuulsionem & ad superiora vel latera contractionem fieri statuunt, in qua repleto corpore, quantum vterus in latum & profundum extendatur, tantum in longitudine abbreviatur. A siccitate verò alij aliter conuulsionem fieri dicunt. Autor libri de sterili præfocationem vteri ideo fieri scribit, quod vasa vteri inanita stimulent naturam quæ exsiccata lursum moueantur, vt humiditatem à corde caloris naturæ fonte accipiant. Alij verò ideo propter siccitatem suffocationem vteri fieri statuunt, quia vterus maximè nervosus est. Cum autem nerui omnes à cerebro orientur, exsiccatio vtero necessàrio compati cerebrum, cerebro autem maximè patiente cor in consensum trahi spiritus.

Mercatus cum animaduertet ista omnia vix defendi posse, scribit, Hippocratis de vteri adscensu & motu ad alias partes verba non intelligenda esse, vt sonant, cum vterus reuera sicut non mutet, sed ita, quod vterus venis, arteriis & filamentis alligetur variis corporis particulis, quæ vel repleta, vel manita & exsiccata conuellantur, damnumque circa illam partem inferant, haud secus, quam si vterus iisdem partibus incumberet.

Verum ista omnino à veritate aliena sunt. Primum enim non solum ad respirationem læsam respiciendum est; sed longè plura adhuc in suffocatione vterina contingunt symptomata, syncope, pulsus mutatio, sensuumque & motus animalis læsio, quæ nullo modo à sola diaphragmatis compressione provenire possunt, sed talis causa querenda, à qua omnia, quæ in suffocatione vterina contingunt, symptomata deduci possunt.

Deinde ipsum vterum versus diaphragmata adscendentem nullis huius causam esse, equidem à Platone desumptum videtur, qui, in *Timæo*, scribit, vterum cum animal prolem generare cupiens, si in tempe tiuè diuque infructuosum fuerit, succensens, ægè ferre, erransque per totum corpus, & spiritum in meatum obstruens, ac respirare non sinens, in extreme anxietatem deicere, atque multos alios morbos excitare. Verum ista opinio solidè à Galeno, 6. de *loc. aff. cap. 5.* refutata est, & vterum adscendere non posse, supra, *part. I. s. I. cap. 14. de adscensu vteri*, satis monstratum.

Tertio & ea quæ de Conuulsione vteri dicuntur omnino falsa sunt neque tale quid animaduertitur. Et si, vt vult Mercatus, à seminis corrupti malignitate vterus conuelleretur, vt id excuteret, potius versus inferiora fieret retractio. Et siue plenitudine, siue ex inanitione vterus conuelleretur, potius descenderet, & versus inferiora retracteretur, quàm vt versus superiora adscenderet. Neque etiam vterus inanitus, & ob exsiccationem versus superiora, vt reficiatur, adscendit. Non enim vterus, vt sanguinem & spiritus attrahat, opus habet, vt corpore suo ascendat, sed vasa habet, quæ sanguinem & spiritus continent; è quibus sibi necessarium alimentum & sanguinem ac spiritus, loc-

A non mutato, attrahit, sicut & reliquæ corporis partes omnes idem faciunt, quæ quietæ in suo loco alimentum sibi alliciunt.

Neque etiam ob siccitatem & nervosæ substantiæ exsiccationem, propter quam contrahatur, & in consensum cerebrum trahatur, hæc affectio oritur. Non enim solum cerebrum afficitur, sed etiam cor, & plerumque cor prius, quam cerebrum. Tandem nec Mercati effugium locum habet, cum putat non ipsum vterum, sed potius vasa ad vterum tendentia, seu repleta, seu inanita conuelli: siquidem probabile non est, in corpore viuente venas & arterias ita repleri, seu inaniri posse vt ita conuellantur, & conuulsione, tam graua symptomata excitentur.

B Itaque non opus est, tot causas comminisci, cum vnus ille vapor ex vtero ad superiora adscendens omnium horum symptomatum causa esse possit, pro vt in hanc vel illam partem fertur. eamque infestat. Fernelius equidem inter vteri suffocationem & adscensum distinguit, & separatim de iis tractat, & suffocationem vteri à vapore ex vtero sublato fieri statuit, adscensum verò vteri ab ipsius vteri corpore versus superiora eleuato fieri existimat, & in adscensu vteri non ea, quæ in strangulatione, fieri symptomata, docet, sed duntaxat premi mulierem quodam præcordiorum dolore, spirandi difficultate, cum animi defectione, at sine metu, sine delirio, aut alio symptomate grauiore. Verum sine causa id facere videtur. Et enim hysterice affectionis multi gradus sunt, qui ab eadem causa, copia & malignitate differente, proueniunt. Nam fieri potest, vt vapor ille malignus in testibus & tuba vterina moueatur, & tubam vterinam aliquoufque eleuet, quia tamen conclusus maximam partem in ea manet, non grauiora, & non nisi ea, quæ Fernelius recenset, & quæ suffocationis vterinæ initia sunt symptomata excitat. Si vero idem vapor viam ad venas & arterias inueniat, & per eas ad cor & cerebrum penetret, plura symptomata, atque omnia, quæ in suffocatione vteri fieri dicuntur, symptomata inducit. Et rem sese ita habere vel illud docet, quod circa principium hysterice affectionis manifesta quædam agitatio, & quasi globus quidam quem fœminæ pro vtero habent, percipitur, cui inhibendo ægræ adstantium operam implorare solent, quæ vel manibus globum illum versus inferiora comprimunt, vel fascia lata hypogastrium eoastringunt, atque ita efficiunt, vt vaporis illius ascensus prohibeatur.

D Vaporem illum ergo ex vtero adscendentem merito pro vnica affectionis hysterice causa agnoscimus. De eo ipso autem vapore alij aliter sentiunt. Nonnulli enim saltem hic in qualitatibus manifestis consistunt, & vaporem hunc frigidum esse, atque ab eo vniuersum corpus adeo refrigerari, vt & respiratio & pulsus sensu deprehendi, nequeant, statuunt. Cum enim totum corpus, & in eo cor ac spiritus vehementer refrigerantur, non putant necessarium esse, amplius aëris externi attractionem, quæ fit ad caloris contemperationem, neque etiam expirationem fuliginosarum exhalationum, quæ calore tunc imminuto, non eleuantur. Verum non credibile est, à tantillo vapore vniuersum corpus ita refrigerari posse, sed vero magis consentaneum est, docentque symptomata, (quæ nec tot, & tam varia nec tam graua; nec tam subito ingruentia, à sola frigiditate prouenire possunt,) potius à maligno vapore & spiritu affectionem istam dependere, qui cum sit spiritus vitalibus aduersissimus, functiones cordis lædit, simulque respirationem. Atque refrigeratio totius à cordis functionibus læsis

Suffocatio vteri non consistit saltem in respiratione læsa.

Vterus non ascendit versus diaphragma.

Vterus in suffocatione vterina non conuellitur.

Vera causa ionis tingentia

Vaporis affectionis hysterice qualis

proficiscitur, sicut & respiratio iasa, non verò refrigeratio totius cordis actionum hiesarum & respiratoris læte causa est. Cordis enim læto & spiritibus vitalibus vel suffocatis vel corruptis etiam animalium spirituum generatio sese rectè non habet, & spiritibus animalibus non sufficienter in nervos & musculos influentibus, thoracis quoque motus læditur. Imò vapor iste malignus etiam animalibus spiritibus inimicus est. Agnoui vaporis huius malignitatem Galenus, qui, *6. de loc. aff. cap. 5. vbi de affectione hysterica agit*, huius vaporis malignitatem torpedinis veneno, phalangum mœsui, & ictui scorpionis comparat: quæ venena eî omnia sunt mole exigua, in corpus tamen humanum recepta, exiguo temporis spatio: stud vehementissimè afficiunt & immutant, & gravissima symptomata in eo excitant.

Porro nec de minera & materia, è qua ille vapor eleuatur, autores planè consentiunt. Platero enim vero adeo consentaneum non videtur, etiam à semine retento & corrupto hanc affectionem excitari, ideo, quod quandiu semen in propriis valis continetur, vi suam naturam amittat, & si ex iis effusum retentum sit, erosionem potius illius loci, quam talia precreet accidentia. Verùm semen illud non semper purum est, sed eî tæpe alij humores vitiosi admiscuntur, nec vasa illa, quæ semen continent, semper bene constituta, sed intemperata sunt, & intumescunt, vt supra dictum. Interim libenter concedimus, non semper seminis vitium ad hanc affectionem inducendam necessarium esse, sed quibus humor hominis, in vtero corruptus idem præstare potest. Neque etiã simpliciter seminis vel sanguinis menstrui retentio, huius mali causa est, cum & eas quæ vterum gestant, & quæ viri consuetudine fruuntur, æque, vt aliàs hoc malum infestet, & contra in cœnobii plurimæ virgines videre videmus, quæ diu semen retinuerunt, nec tamen hysterici affectionibus sunt obnoxie: sed corruptio ex loci natura, vt humor & vapor hic malignus generetur, accedat, necesse est, quæ peculiaris omnino est in vtero, quam in aliis partibus. Vnde enim vita, vt loquitur Fernelius, illinc & summa veneni perniciès excitatur.

QVÆSTIO III.

An vinum in hysterico paroxysmo exhibere liceat.

Suasisse id videtur Hippocrates, dum, *1. de nat. mul. ita scribit. Si vteri ad epar accesserint, muta repente fit mulier, & dentes conserit: tum manibus subius depelle, ac infra hepar & hypocondria fasciâ mulierem constringito, ac ore aperto vinum odoriferum infunde, naribus grauolentia offer, subius vero aromatis bene redolentibus suffito.* Et summa refrigeratio corporis, viriumque elapsus id postulare videtur, cum vires vix aliud citius reficiat, quam vinum generosum. Contra Auicenna scribit: *Cave ne des ei sin potu vinnu, quoniam aqua est eis conuenientior, neque carnes grossas, & ea que addunt in carne & spermate.* Et ratio id quoque suadere videtur, quoniam vni potus materiam vitiosam magis agitare, pluresque vapores excitare potest. Mercatus vt Hippocratem cum Auicenna conciliaret, statuit, Hippocratem accepta à virtute deficiente indicatione, quæ cæteris præpoller indicationibus, pro reficiendo virtutis robore vinum odoriferum exhiberi suasisse: Auicennam verò cum ex sanguinis redundantia & coæruata in vtero spermatis copia suffocatio orta fuerit, tum ea, quæ sanguinem & spermata in viduis & virginibus adaugent, Operum Sennerii. Tom. III.

A rectè vetare, qualia sunt, care & vinum. Si verb suffocatio vteri sit ex obstructione venarum à sanguine crasso facta, se aquæ potum penitus dissuadere, vinumque album & tenue præbendum arbitrari.

Veritas, vt controuersia decidatur, hoc attendendum, hic de tempore paroxysmi quæstionem esse, in quo ob subitum virium lapsum & ingruentem synopen, rectè vinum, vt præsentaneum auxilium, exhibetur. Ideoque loco Hippocratis præter rem obicitur locus Auicennæ, qui non de paroxysmo hysterico loquitur, sed de diætâ extra paroxysmum, in iis saltem, quæ ex seminis copia in hunc affectum incidunt. Iis enim rectè aquam, quam vinum, vtiliorem esse, dicit, & omnia, quæ multum seminis generant, prohibet. Neque metus est, vt paucum vinum, quod pro reficiendis saltem viribus exhibetur, statim ad vterum penetret, humoresq; vitiosos in eo agitet.

CAPVT V.

De Furore vterino.

E X vtero & aliud graue & turpe symptoma ortum habet, quod virgines, præcipuè viro maturas, interdum tamen & viduas ac alias feminas venerem expertas, infestare solet, quod Furorem vterinum appellant, quo quæ corripuntur feminæ, pudore & verecundia omni abiecta, & nulla honestatis ratione habita, lasciuis & obscænis sermonibus delectantur, venerem auidè & furiosè quasi expetunt, & ad eam viros inuitant, iisque se prostituunt, omniaque audent, quæ ad explendam venerem facere possunt.

E quo patet, affectum hunc à salacitate diuersum esse. Et si enim in salacitate quoque sit magnus veneris appetitus: tamen nullum adest delirium, & feminæ salaces intra honestatis rationis limites adhuc se continent, & si quid peccant, tamen occultè id faciunt, in præsentia verò aliorum appetitum illum venereum celant.

Ita etia differt à pruritu vteri seu pudendi. Pruritus enim iste in senioribus etiam ortus sine libidine & veneris appetitu esse potest, si sit in pudendis non eo loco, qui veneris appetitus primaria sedes est: & si sit coniunctus cum venereo, saltem salacitatem parit, & feminas libidinosas facit, sine delirio & furore, quales fuerunt Semiramis Regina & Messalium, quæ lassari quidem poterat venere, sed non satiari. Si cui affectui est similis, satyriasi in Viris est similis, cum in eo partes, in quibus veneris appetitus maximè residet, turgeant, intumescant, vt extra prominere videantur.

Est quidem & alius affectus huic cognatus, quem vteri vel matricis feruorem antiqui appellarunt, quando nimirum vniuersa vteri substantia & totum eius corpus incalescit, cum dolore & lumborum grauitate, horripilatione, fastidio, & vrinx ac excrementorum alui suppressione, & fœmina coitum vehementer appetit, sed ob dolorem venere vti pertimescit. Verùm à sola intemperie vteri calida prouenit iste affectus non à seminis acrimonia, vt furor vterinus.

Ad furorem vterinum pertinet & illud symptoma, quo nobilem aliquam feminam, ætatis mediocris, bonæ habitudinis, sanguineam, albam, carnosam, & facie rubram, elegantis corporis, aliasque pudicam, correptam fuisse scribit Matthæus de Gradibus, *cons. 80. Ea, cum non esset prægnans, per interualla quædam in mentis perturbationem incidit, & furiosa quasi euasit. Primum totum corpus eius tremuit, omnesque eius partes, et si immobiles*

Furore vterino.

Differt à salacitate.

A pruritu vteri.

Vteri feruor.

detinerentur, in ventre eius sonitus audiebantur, & hinc præter solitum veneris ac libidinis cupido inuasit, cui inmoderato appetitui cum vir satisfacere siue non posset, siue non vellet, reddebatur vigilans, & incipiebat quasi insanire. Postquam vero à viro concepit, semper libera fuit ab omnibus hisce accidentibus: si vero post partum intra annum aut duos non conciperet, in pristinum furorem incidere solebat.

Furor vterinus quid.

Est nimirum hic affectus veneris immoderatus appetitus, feminas ad insaniam ferè redigens, à seminis copia & acrimonia, ac peculiari qualitate ortum habens: seu, delirium ex immodico veneris appetitu ortum. Cum autem delirium hoc sine febre sit, & cum ardore coniunctum, mania est proximum. Appetitus nimirum naturalis sensitiuum stimulat,

qui etsi à ratione corrigi & supprimi deberet: tamen, ut in causis iam dicitur, cum sit nimius, ratio succumbit, & vincitur, & delirium quasi excitatur, ut feminae, omnis honestatis oblitæ, obscena loquantur, appetant & faciant: imo quandoque etiam mortem sibi ipsis afferant. Et cum varia hic appetitus naturalis & sensitiui pugna sit cum ratione, quæ in honestis feminis moderari & supprimere appetitum conatur, hinc huius affectus quidam gradus seu differentia oriuntur. Interdum enim honestæ feminae hunc appetitum persentiscunt, sed eum, quantum possunt, supprimunt, nec præ pudore patefacere audent, unde præ nimio veneris appetitu contabescunt. Interdum verò feminae ab appetitu illo vincuntur, ut cum recta ratione nec moderati nec celare possint, unde cum impudentia & audacia, nulla verecundia habita ratione, cogitationes suas liberè proferunt, & turpia atque obscena loquantur, virosque sine pudore sectantur, & sollicitare audent. Ideoque plurimi statuunt hoc affectu laborasse virgines illas Milesias, & mulieres Lugdunenses. De virginibus enim Milesias refert Plutarchus, de virtute mulier. eas cateruatim sese suspendisse, nec potuisse motis, precibus aut nulla vi impediri. De Lugdunensibus verò mulieribus refertur, quod cateruatim sese in fluuios & puteos præcipitarint, quod ideo factum esse putant, quod cum somno veneris appetitu laborarent, nec tamen præ pudore affectum hunc patefacere audent, nec etiam appetitum illum tolerare possent, præ impatientia vitam laqueo & aqua finire aggressæ sunt, sicut de peste illa Atheniensi scribit Lucretius, libro sexto, quod ægri præ ardore in fluuios se præcipitarint: & amore insano quosdam laborantes, cum re amata potiri non possent, sibi ipsis violentas manus intulisse, ex historiis notum est. Atque sententia favere videtur ipse Hippocrates, qui, lib. de morb. virgin. Muliebris natura, inquit, magis est abiecti & infirmi animi, quam virilis, ac proinde virgines, ubi iam matura sunt viro, nisi habeant effluxus convenientes, materia ista præ multitudine regurgitat ad diaphragma, ubi primum cor infatuatur, deinde delirium succedit, & propter istam compressionem strangulationes sibi parant, & mortem velut quoddam bonum, sibi exoptant.

Verum vix credibile est, tot feminas hoc affectu, qui aliàs rarus est, simul laborasse, & ita de morte sibi consciscenda quasi conuenisse: sed magis probabile est, nouam istam & communem fuisse insaniam, qua qui laborabant, mortem expetebant. Ei forsan etiam demonis fraus & astus accessit.

Causa.

Causa.

Duo verò in hoc malo affectus præter naturam concurrant, vnus est in cerebro, nimirum appetitus immoderatus, seu imaginatio, imò forsan etiam ra-

tiocinatio deprauata; circa insatiabilem veneris appetitum, qui animalis facultatis deprauatio est: Alter verò, & à quo appetitus animalis vitiatu oritur, est appetitus naturalis veneris nimius. Ut enim in aliis actionibus naturalis appetitus sensitiuum mouet, hic verò ipsam etiam ratiocinationem, quæ tamen vtrumque, si omnia rectè sese habent, moderatur: tamen appetitus sensitiuus interdum rationalem vincit, vnde ut Poëta ait:

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas,

Et multa contra honestatem, & rectam rationem, & verbis & factis committuntur. Nonnulli quidem delirium hoc oriri à vapore per spinalem medullam, & vasa ad cerebrum pertingentia à semine calido adscendente existimant, qui spiritus animales turbet, atque hoc delirium excitet. Verum non puto necessarium esse hunc vaporem ex semine adscensum, sed solum nimium appetitum sufficere. Cum enim in vitis amor insanus è continua de re amata cogitatione excitari possit, sine vaporis alicuius spiritus turbantis communicatione & è testibus adscensum idem etiam in feminis accedere potest ex nimio appetitu, qui imaginatione & ipsam rationem quoque vincit. Prima ergo huius affectus causa est seminis copia, caliditas & acrimonia præternaturalis quidem, naturali tamen simillima, & lenis mordicationis particeps, & apparatus, ac ut sic dicam, turgentia, naturam ad sui expulsionem stimulans, & ad veneris appetitum irritans. Nonnulli semen etiam putrescere, & putredine ista acrimoniam acquirere statuunt. Verum si semen putresceret, proculdubio malignam & venenatam qualitatem indueret, & suffocationem vterinam excitaret. Vero magis consentaneum est, quod semen inter vasa sua propria saltem incalescit, & maiorem, quam naturaliter solet, acrimoniam acquirit, naturam tamen & formam suam retinet, (quod non fit in semine corrupto, quod suffocationem vterinam excitat,) & ita nulla praua symptomata inducit, sed saltem veneris nimium appetitum excitat. Quamuis autem Hippocrates in lib. de morb. virg. retentum sanguinem menstruum causam huius mali esse dicit: tamen id non accipiendum est de causa proxima, cum obseruatum sit, feminas quasdam, quibus menses rectè fluxerunt, hoc malo laborasse, sed de remota. Sanguis enim menstruus retentus (sed is calidior tantum) facit, ut vteri vasa, & ita etiam semen in eo incalescat.

Cerebrum itaque est pars affecta saltem per consensum, lædunturque functiones animales ob errorem externum, seu obiectum nimis vehemens. Pars verò primariò affecta est vterus, & quidem ea eius pars, in qua veneris appetitus præcipuè viget, quam cum nonnulli Nympham nominant, inde etiam Nymphomania à nonnullis hic affectus appellatur: quæ pars etiam manifestè in furore vterino intumescit & incalescit.

Verum notandum primò, Nymphas propriè dictas non esse sedem appetitus veneris, sed Clitoridem. Quia tamen veteribus Anatomicis Clitoridis nomine Nympha accepta fuit, ut ex Gal. 11. de usu part. c. 3. patet, etiam Nymphomania à nonnullis, ut dictum, hic affectus appellatur. Deinde malè à Mercato Nymphotomiam hoc symptoma appellari. Facit equidem Nymphotomiam mentionem P. Ægineta. lib. 6. de re med. cap. 70. verum non intelligit per Nymphotomiam symptoma, de quo iam agimus, sed operationem cheirurgicam, quod Nymphæ excrecentes (de quo affectu supra, part. 1. sect. 1. cap. 2. dictum) seu Clitoris excrecens (Nympha enim pro clitoride hic accipitur) abscinditur: quod Ægyptios olim nupturis virginibus facere solebant, ut docet Galenus, in Introductorio, cap. 10.

Pars affecta.

Veneris petitus i qua pars resideat Nymphomania.

Nymphotomia.

Virginum Milesiarum affectus. Mulierum Lugdunensium.

Nimia autem seminis caliditas, vt ad rem redeamus, & acrimonia contrahitur ab vteri caliditate, eaque insigni & ad semen acre generandum disposita, vt & humoribus calidis in vtero femininarum collectis, sicut etiam ex sanguine calidiorē, è quo generatur.

Intemperiem autem istam vteri calidam Mercurius præcipuè in ea parte residere putat, in qua maximè appetētia viget, quod vt simpliciter non nego, cum partem primariò affectam eam esse, in qua appetitus veneris maxime residet, supra diximus: ita cum de causa quaeritur, mihi probabile videtur, in temperiem istam maximè residere in iis partibus, quæ generationi seminis dicatæ sunt, testibus nimirum & vasis spermaticis ipsis annexis. Ab iis enim vbi semen calidius generatur, idque postea turget in parte, in qua is præcipue viget, veneris appetitus excitatur. Atque apparet hoc ex eo, quod sæpe inflammationes in vtero, vt & vlcera æcidiunt, & tamen furor iste vterinus non excitatur; quod ideo euenit, quia non semen præcipuè incalcescit, atque hinc libidinis ille stimulus non excitatur.

Hinc etiam manifestum euadit, huic affectui maximè obnoxias esse virgines alacriores & *Ursæ* *xiui*, vt & nigricantes, sanguinemque non nihil adustum habentes, & ætate florente constitutas, quales sunt ex imprimis, quibus menses fluere incipiunt, quas propterea Aristoteles, 7. de gen. animal. diligenter custodiendas monet; vt & iuniores viduæ, & nuptæ steriles propter impotentiam ignaui marici. Ad intemperiem autem istam cum vteri, tum sanguinis, conciliandam faciunt & causa externæ, ciborum nimirum calefacientium & aromaticis nimis conditorum vsus, vini meracioris potus, vt & medicamenta, quæ partes genitales calefacere possunt; ferturque quædam incidisse in hunc affectum ob hauritum vini Hippocratici, in quo aliquid horacis dissolutum fuerat; aliis post congressum cum viris, qui ad venerem augendam & voluptatem feminis conciliandam, membrum virile moscho & oleis calidioribus inunxerant. Quò etiam facit vita otiosa, delitiis, voluptatibus, choreis dedita, conuersatio cum adolescentibus, lectio rerum venerearum.

Signa Diagnostica.

Fœminæ, quæ hoc affectu corripiuntur, primò, cum stimulus veneris sentiunt, appetitum veneris tamen præ pudore manifestare non audent, taciturnæ sunt & tristes, oculos hinc & inde lasciuus conuertunt, & de re venerea facta mentione iis facies rubore suffunditur, & pulsus mutatur: vnde Galenus ex pulsu mulierum furibundos amores se cognouisse gloriatur. Postea verò, subuersa ratione vitioque pudore, euadunt garrulæ, lasciuæ, iracundæ, nunc in risum, nunc in fletum sine causa soluantur, tumultuantur, vociferantur, & de rebus venereis & viroto consortio sine pudore loquuntur, gaudentque si alij de iis loquantur, virosque sectantur, eosque etiam ad explendam libidinem sollicitant, & inuitant: & nonnullæ quibusuis obuiis sese prostituunt.

Prognostica.

1. Turpis hic affectus est, & qui totis familiis maculam adspersit.
2. Non tamen ita difficulter curatur, si maturè ei occurratur. Si verò negligitur, in maniam degenerare potest.
3. Salutis verò spes est, quando longiora malum habet interualla, aut quando rerum venerearum mentio eas non amplius ita afficit & perturbat.

Indicationes & Curatio.

Cum delirium hoc à nimio veneris appetitu dependeat, is verò à seminis caliditate & acrimonia

A proueniat, videndum primò, quousque malum progressum sit. Nam si adhuc sit in principio, & ratio nondum sit penitus corrupta diligenter monendæ sunt virgines vt suæ, imò totius familiæ, famæ atque honori consulant, neque tam turpiter se prostituant, precibus & ieiuniis veneris illum tumultum doment, cum honestis & pudicis virginibus & matronis conuersentur, turpia & obscena nec audiant, nec videant, nec legant, cum iuuenibus non cõuersentur. Turpissimum quoque est, vt tales virgines matrimonio honesto viro iungantur; cum melius sit nubere, quàm vri, & vt Augustinus ait, durissima sint prælia castitatis, vbi quotidiana pugna, rarissima victoria.

B Cum verò affectuum ea sæpe vis sit, vt monitis non satis domentur, & surdis plerumque narretur fabula, interdum etiam matrimonium ineundi occasio non detur, aut à viris non satis potentibus ardor ille extinguere non possit: vt causa, quæ est feminis acrimonia sanguinisque caliditas, tollatur, danda opera.

Quia tamen sanguis seminis est materia, si is corpore abundet, calidiorque sit, euacuandus, & quidem non semel, sed sæpius, si opus sit; cum sanguinis missione, & sanguinis massa & totus corporis habitus, & vterus refrigeretur, & proinde vix præstantius remedium aliud ad hoc malum vincendum, quàm sanguinis missio, sit.

C Si verò humores calidi & vitiosi, qui vteri ac feminis caliditatem fouere & augere possint, abundant, & ij temperandi, ac lenioribus & convenientibus medicamentis euacuandi sunt. Si tamen humores adulti adsint, & ad maniam malum declinare videatur, etiam fortiora, quæ atro humori competunt, vsurpari possunt. Imprimis verò ad vterum, vt & vniuersum corpus refrigerandum, humorisque feruorem temperandum, vtile est aquæ dulcis balneum, potestque tale parari: *℞. fol. lactuæ. salicis, nymphæ, vitis, portulac. umbilici* ♀ *an. fasciculum 1. flor. ros. rubr. viol. nymphæ an. M. ij. Coq. in aq. dulci pro balneo, cui fœmina bis de die inleat, sedorem tamen caueat. Postquam hoc modo vniuerso corpori prospectum, iam proximæ causæ, vteri scilicet & feminis calori, huiusque acrimoniæ occurrendum, & causa proxima, quæ ad venerem stimulat, tollenda.*

D Faciunt autem huc primò refrigerantia, vt *Lactuca, viola, nymphæ*, de qua Dioscorides, lib. 3. c. 131. scribit, quod contra veneris insomnia bibatur, & ea prorsus adimat, potaque aliquot diebus genitale infuset; quod & Galenus, 8. de simp. med. fac. confirmat: *Salix*, cuius folia trita, & pota, & sumpta per se, & cum aqua, præstant mulieribus, ne concipiant, teste Dioscoride, lib. 1. cap. 17. & vt Plin. l. 24. c. 9. habet, cuius folia contrita & pota libidinis intemperantiam coercerent, atq; in totum auferunt sæpius sumpta; *portulaca, umbilicus veneris*.

E Deinde quæ occulta qualitate semen extinguunt, vt *Virex*, quæ etsi vim calefactoriam habeat, & menstrua moueat, teste Dioscoride, lib. 1. cap. 117. & tenuis sit substantiæ & acris, secundum Galenum 6. de simpl. med. fac. occultam tamen proprietatem habet, ad extinguendum semen; & veneream libidinem coercendam, vnde & agni casti nomen accepit, cuius & flores & folia & semen id præstant; vnde mulieres Athienses, in Thermophoriis seu sacris Cereris, vt ea sit essent, lectis folia viticis substernebant, *ruia, anethum*, quorum & semina & cornu comesta, aut cocta ac pota venerem extinguunt: *cannabis*, cuius semen idem præstat, & vt Galenus 8. de simp. medic. fac. docet si præteritum comedatur, seminalem materiam absumit; *camphora*

Veneris
causa.

Purgatio.

Semen re-
frigerantia.

Salix.

Semen ex-
stinguentia.
Virex.

Prognosti-
ca.

Indi-
cationes
curatio.

quæ plerorumq; Medicorû testimonio venereos ardores potentissimè extinguit, ac inter reliqua huius generis medicamenta facillè primas obtinet. De eius tamen temperie, vt & facultate venerem extinguendi Auctores discrepant, vt infra in *quest.* dicetur.

Tandem vtraque facultate id præstant *Corallia*, quæ & vim refrigerandi ac siccandi, & proculdubio etiam occultam qualitatem habent, quibus teste Dioscoride, seminis profluua, albosque mulierum fluores curant, nocturnasque pollutiones arcent; *Smaragdus*, de quo et si affirmatur, etiam gestatum venereum actum impedire, vel in coitu frangi: experientia tamen id non respondet. Interim sumtum venerem inhibere negare nolim: *Cicutæ*, quæ potentissimum remedium est ad extinguendam venerem, scribitque de ea Dioscorides, *lib. 4. cap. 74.* herbam cum coma tritam & testibus circumlitam libidinum imaginationes in somno compescere, & genitale resolueret, atque pueris præstare, vt eorum testiculari alimentum non sentientes cõtaberent, & propterea genitalibus imposita venerem extinguit. Equidem à quibusdam etiam sumptam facile in eundem usum fertur, scribitque B. Basiliius, *homilia 5. supra hexaënerum*, se vidisse quasdam, quæ potione cicuta extinxerint rabiosas cupiditates; & de Atheniensibus Sacerdotibus refert, eos vsu cicuta libidinis flammam extinxisse; & B. Hieronymus, *contra Iouian.* & Alex. ab Alexandro *lib. 4. genial. diæ. cap. 17.* scribit, Hierophantas pontificatum adeptos, cicuta se castrasse. Verùm cum ex Dioscoride, Galeno, Matthiolo, omnibusque Med. cis notum sit, cicutam esse præsentaneum venenum, sine periculo exhiberi non potest.

Atque ex his parantur varia composita interna & externa. Aqua castitatis dicta, supra, *lib. 1. part. 2. cap. 10.* proposita est. Potest & talis parari: *℞. fol. nymphaea, viticis, salicis an. M. iij. lactuca, portulac. umbilici ♀ an. M. j. sem. lactuca. papau. 4. frig. maior. an. 3. B. anethi 3. ij. fl. nymph. M. j. violar. M. B. Contundantur omnia recentia, & irrorentur succo Linonum, ac stent in digestionem hor. 24. postea distillentur, & destillati singulis libris addatur camphoræ 3. j. Seruetur ad usum Dos. 3. j. Vel *℞. fol. viticis, ruta, salic. an. M. ij. mentha, summit. anethi an. M. j. fl. nymphaea M. B. sem. vitic. canab. coriandri, lactuc. an. 3. B. Contundantur & effusa f. q. aquæ distillentur in vesica, & postea addito succo limon. lb. j. rectificentur addimidiis. Vel decoctum tale fiat. *℞. summit. viticis, fol. lactuc. salicis fl. viol. nymphaea an M. j. Coqu. F. Potio, quæ aromatizetur sem. coriandri, & dulcoretur saccharo, vel cum f. q. sacchari F. Sir. cui sub finem adde camph. 3. j. Emulsio talis fieri potest. *℞. sem. lactuc. papau. albi, 4. frig. mai. an. 3. B. aq. lactuc. nymphaea, salicis an. 3. iv. F. Emulsio. Adde iulebi viol. 3. ij. magister. corall. 3. j. M. Electuarium tale paratur: *℞. Conserua fl. nymphaea, viol. summitat. viticis florentis recentis an. 3. j. ros. 3. B. corall. rub. præp. smaragdi præp. an. 3. j. caul. lactuc. Italica condit. 3. j. Cum Sirup. viol. & nymphaea. F. Electuar. Externa & Topica quod attinet, ea equidem tantam in fœminis, quantum in viris utilitatem non præstant; cum viri testes extra pendulos habeant, fœminæ intus latentes: tamen balnea ex decocto enumeratarum plantarum non sine fructu adhibentur. Vt *℞. summit. viticis, fol. lactuca, ruta. nymphaea, summit. anethi, flor. nymph. an. M. iv. vel. q. v. Coq. pro Baln. Post Balneum fiant inunctiones ol. nymphaea, ynguent. ros. camphorato, aliusque è succo viticis, lactucæ,******

A hyosciami, cicuta, salicis paratis, addita camphora. Cataplasma quoque ex mercuriali & lenticula palustri paratum, lumbis & pectini impositum utile est. Vt & lamina plumbi in lumbis gestata. Vtilis est pessus in mulieribus ex succo plantag. portulacæ, & cucubita.

Verùm de hisce medicamentis, præcipuè iis, quæ occulta visemèn & venerem extingunt, moneandum, & cautè ea vsurpanda esse, & non nisi in Moralibus & iis Virginibus, quæ certis de causis coniugium inire non cupiunt. In virginibus vero, quæ olim matrimonio se vitis iungere cupiunt, ab iis abstinentium cum steriles efficiant. Talesque vniuersalibus illis, & medicamentis, quæ saltem qualitatibus manifestis, humorum ac seminis caliditatem & acrimoniam temperat, contentæ esse, & imprimis sanguinem sæpius emittere debent. Quæ si non sufficiunt, nihil tutius est, sese honesto matrimonio viro iungere; cum congressus legitimus coniugum matrimonio coniunctorum certissimum, & à Deo hominibus, qui dono continentia carent, concessum ad libidinem & ardorem venereum demandum remedium sit. Interim verò dicta commoda, quæ non parum quoque ad ardorem libidinis compescendum facit, uti opus est.

Dietæ.

Victus autem ratio in hoc affectu tenuis esse debet, id est, parca & iobria, quæ corpori alendo saltem sufficiat, non verò nimiam sanguinis copiam suppeditet, simulque refrigeret; cum fœminæ, quæ tali affectu laborant, refrigeratione indigeant. Itaque aer sit frigidus, cibi non multi nutrimenti, & proinde abstinentium à multo carniū usu, imprimis gallinarum, perdicum, caponum, & similibus, vt & ouis. Potius conueniunt carnes bubulæ & pices recentes. Cibi condiantur aceto; Aromatibus verò multis & sale copioso abstinentium; cum ita venerem irritent, & hinc venus & spuria maris dicatur orta. In vsu etiam sint lactuca, portulaca, endiuia, cichorium, acetosa; melones cucurbitæ, cerasa, poma, pruna, mespila. Ab Amygdalis verò, pineis, pistaciis, daetylis, ficibus, abstinentium. Vinum non bibendum, nec cereuisia crassior, sed tenuis aliqua, aut aqua costæ semine coriandri condita. Ista tamen mutatio non subitò, sed sensum fieri debet: aliàs inordinata & subita mutatione, & ad cibos non consuetos transitu, ægræ sibi alia & magis graua mala attrahunt. Otium vitent tales fœminæ, & laboribus exerceantur, & iis continuis. Nam

*Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
Exstinctæque iacent & sine luce faces.*

Somnus sit moderatus, & parcius potius, quam nimius, in principio quidem: vbi vero iam delirare incipiunt, somno multo ipsas uti commodius est. Neque dormiant in plumis mollibus, sed in culcitra, aut lintheaminibus, quibus folia viticis & salicis subternantur. Cogitationes de rebus venereis, quantum possunt, omnino excutiant, idque facilius præstabunt, si cum masculis non conuersentur, librorum, qui de rebus venereis & amatoris agunt, lectione abstineant, picturas eiusmodi non inspiciant, sed potius ea videant, audiant, legant, quæ tristitiam in animo excitare valent. Imprimis meditationibus colloquiisque sanctis & sacris precibus cum ieiuniis aduersus libidinem pugnent.

Q V Æ S T I O.

An Camphora sit frigida vel calida, & an Venerem extinguat.

Camphora an sit frigida vel calida.

De utraq; qualitate Camphoræ Medici dissentiunt. Pleriq; Camphoram frigidam esse statuunt, ideo proculdubio, quod & in ardoribus externis à Sole inductis, & capitis doloribus, oculorumque inflammationibus vsurpari solet, & venerem extinguat. Alij calidam esse statuunt ideo, quod inflammatur; tenuis & penetrans est substantiæ, saporemque acrem & amariusculum habet.

Et omnino posterior sententia ob dictas rationes veromagis consentanea est. Quod verò ardores extinguit, inflammationes sanat, dolores capitis à causa calida mitigat, id ex accidente euenit, dum nimirum similitudine substantiæ calidos vapores & humores ad se trahit & discutit, eo modo, quo oleum lini, vernix, & similia ambusta sanant. Nonnulli quidē istas discrepantes opiniones hoc modo conciliare conantur, dum statuunt, duplicem in Camphora esse substantiam, vt in aceto, rhabarbaro, rosis, aliisque, vnā calidam, quæ Camphoram reddat penetrantem, acrem & inflammabilem, aliam verò frigidam, cuius vi venerem extinguat, & inflammationibus oculorum proficit. Verum calidam substantiam omnino in ea agnoscimus, frigidam verò etiam in ea esse affirmatur, sed non probatur. Neque enim in Camphora duplex substantia separari potest, vt in Rhabarbaro & rosis, sed si inflammetur, aut calefiat, tota exhalat, nihilque frigidi in ea monstrari potest. Quod verò refrigerat, non per se hoc facit, ex frigiditate, sed ex accidenti, vt modò dictum.

An venerem extinguat.

Facultatem verò venerem extinguendi quod attingit, negat eam I. C. Scaliger, exerc. 104. sect. 8. dum scribit: *Extingui venerem ea non esse verum, pro certo habemus. Coiuit enim validissime iuuenis qui eam in manu habuit. Cani leporaria, qua cauliebat, in potu dedit, in ossa dedit, in nares dedit, quo refrigeraret, eamque quæstiuæ collo appendi, in naturam indi insum est. Frustra omnia. Coiuit, concepit, peperit.* Verum experientia ista non sufficit. Nam dum dicitur, Camphoram venerem extinguere, non ita accipiendum est, quod vno actu, & si semel atque iterum saltem vel extra adhibeatur, vel sematur, id præstet, sed si sæpius id fiat.

C A P V T VI.

De Melancholia Virginum & viduarum.

Melancholia Virginum & viduarum. Differentia eius à vulgari melancholia.

Cognatum furori vterinò malum est melancholia, quæ virgines, viduas & steriles fœminas interdum infestare solet, dum citra manifestam causam tristes, timidæ, cogitandæ & anxie sunt.

Quæ melancholiæ species à vulgata melancholia, quæ viris & fœminis communis est, eo differt, quod hæc à causa viris & fœminis communi, illa autem à causa fœminis solis propria provenit: præterea, quod hæc nulla alia præter metum & tristitiam, ac de re vna definitam cogitationem, coniuncta habet symptomata; Virginum verò & viduarum melancholia etiam risum & fletum atque anxietatem & desperationem quasi comites habet: ac proinde affectum illum Virginum Milesiarum, quæ se ipsas strangularunt, & mulierum Lugdunensium, quæ in aquas sese præcipitabant, quarum capite præcedente facta est mentio, ad melancholiam hanc,

A quædam vterinum futurum, referre malim. Habet hæc melancholiæ species & hoc præ aliis melancholiz speciebus peculiare, quod varios dolores coniunctos habet, præsertim dolorem sinistri lateris, & regione cordis, qui interdum integram sinistram mammam occupat. Tandem melancholia illa vulgaris continuo & sine intermissione affligit hæc autem per intervalla, occasione aliqua data. Etsi verò de ista melancholia iam lib. 7. part. 2. cap. 13. dictum sit: tamen ne aliquis hic tectus, etiam hoc loco de ea aliquid dicemus. Est nimirum melancholia hæc Virginum & viduarum delictum, cum tristitia, anxietate & fletu vel risu, per intervalla sine febre inuadens.

Definitio.

Causa.

B Causa huius melancholiæ est vapor melancholicus, ex sanguine eiusdem generis in vasis circa cor contento, ortus, cor anxium reddens, spiritusque animales obscurans & inquinans, qui phantasmata lzdunt, qua læsa porro & ratiocinatio afficitur. Cum enim vterus per arterias, quas satis copiosas habet, cum corde consensum habeat: si humor melancholicus in vteri vasis cumuletur, ad magnas in hypocondriis & circa cor arterias regurgitare solet, qui & spiritus vitales & animales inficit & inquinat, atque ita anxietatis cordis, tristitiæ & delicti causa est. Fit autem hoc facilius, cum aliis supra, allegato loco, ex Hippocrate patet, fœminæ sint deiccti animi, & imprimis si menses retineantur aut curæ amatoriz, quod fit interdum in Virginibus, vel mœror, quod fit in viduis, accedant, aut semen euacuari solitum in iisdem retineatur. Anxietas autem ista, vt & melancholia, non continua est, sed dum sanguis in arteriis quietus est, nullus inde vapor eleuatur: dum verò motu corporis vel animi aut quacunque alia de causa sanguis effertur, vel agitur, vapores attollantur, & fœmina mœrore & anxietate cordis corripitur, & tum arteriz prope dorsum, vt & circa lienem, præter solitum pulsare incipiunt. Vapore illo dissipato, & agitatione sanguinis in arteriis quiescente, læta iterum fœmina, quod mirum euadit, & pulsus ille arteriarum vehementior quiescit, ac symptomata omnia cessant.

Causa.

D Mercatus equidem potissimam huius mali causam esse statuit, cui consentiant cerebrum & cor, quæ adultis & terris fuliginibus obscurantur. Verum etsi interdum & calidi quidam humores admisceantur: tamen nec propriè dicta inflammatio arteriz in dorso est, neque etiam vterinò, sed melancholici potius humoris abundantia adest, & quidem non præcipue in arteria iuxta dorsum, sed potius in arteriis vtero vicinis, & iis, quæ in mesenterio, omento & locis cordi vicinis, & omnino in hypocondriis continentur, in quibus vbi humor melancholicus agitur, vel etiam humorum calidorum admixtione effertur, quæ eius natura est, multum flatuum emittit, qui cum in arterias maiores distribuuntur, etiam quæ iuxta dorsum est arteria, vehementius pulsare incipit.

Signa Diagnostica.

Signa.

Fœminæ hoc malo laborantes per intervalla sine causa mœritæ, cogitandæ & tristes euadunt, & de anxietate cordis conqueruntur, nec tamen quid mali patientur, satis exprimere possunt, sed ædio habent omnia, nulla que re delectantur: interdum rident, interdum flent sine causa, plerque sunt vigiles, somnia habent turbulenta, & insomnia terribilia. Arteriz circa lienem & dorsum pulsant solito vehementius, de dolore sinistri lateris & regione cordis, qui sinistram etiam mammam

aliquando occupat, feminæ conqueruntur, vaporibus & flatibus proculdubio ex arteriis intercostalibus in ea loca effusis, & membranas thoracis vellicantibus & distendentibus: fauces plerumque sunt siccæ, imò strangulatio quædam interdum, vt in suffocatione vterina imminet. Vbi verò ille vapor melancholicus discussus est, subito, quod mireris, omnia symptomata euanescent, nisi malum iam sit inueteratum, & cor ac cerebrum per essentiam affectum. Vbi in Maniam degenerare malum incipit, quæ antea etant tristes, cogitabundæ, & taciturnæ, loquaces & garrulæ fieri incipiunt, ac varia spectra & dæmones se videre putant.

Prognostica.

1. Quò recentius malum est, eò faciliorem curationem suscipit.

2. Si verò diutius malum protrahatur, vt affectus ille ferè in mores habeat, vt femina amplius imaginationibus istis resistere non possit, neclatur amplius cum amicis & familiaribus non solum curatu difficile malum est, sed & periculosum. Sæpe enim eiu' modi affectu laborantes desperare incipiunt, vt mortem vita pretiosorem habeant, & se vel strangulando, vel in aquas præcipitando, malorum finem querunt.

3. Si femina hac melancholia laborans plane motus mutauerit, & iam nec loquatur, nec respondeat, metus est, ne melancholia in maniam degeneret.

Judicationes & Curatio.

Vapor ille qui cordi molestus est, & spiritus animales obtulcat, tollendus. Humor vero, è quo eleuatur, euacuandus. Et cum plerumque è sanguine suppresso humor melancholicus oritur, etiam tum sanguis euacuandus, quod tamen aliàs quoque, si is calidior: huic malo occasionem dedit, faciendum. Sæpe enim sanguis calidior & adustus, vt melancholiam aliàs generandæ apus est, ita & huic affectui causam præbet.

Vt tamen curatio rectè instituat, videndum quousque malum progressum sit. Etenim si sit in principio, & sanguis sit calidior, vena aperienda: & quidem sæpius. At si menses suppressi non sint, in cubito vena aperiatur: Si verò menses suppressi, diebus aliquot antequam fluere solent, vena in talo aperiatur.

Simul detur opera, vt animus quibus potest modis à molestia ad libertatem auocetur. victusque tenuis & humectans instituat. Si verò (vt plerumque non prius Medici vocant) malum iam aliquot usque progressum sit, & præcipiè humor melancholicus peccet, is præparandus & euacuandus est. Si tamen sanguis adhuc peccet, ne is malum augeat, euacuandus est, paucius tamen, quàm si malum sit in primo initio.

Vt ergo humor melancholicus præparetur, talis potio exhiberi potest. *℞. sir. borrag. bugloss. an. ʒ. j. sem. Aq. borrag. melisse an. ʒ. iij.* Misc. pro duabus dosibus, ac aliquoties repetatur.

Postea puretur conuenientibus medicamentis. Vt *℞. fol. fena ʒ. vj. agaric. trochisc. ʒ. j. fl. borrag. violar. an. p. j. cortic. citri ʒ. ij.* Infundantur in *f. q. Vini Rhenani* loco calido houis *vj.* postea per chartam bibulam colentur. Adde *Julebi viol. ʒ. j. F. Claretum* pro haustu. Vel *℞. radic. scorzon. ʒ. ij. borragin. ʒ. j. melisse M. j. fol. fena el. ʒ. iij. agaric. trochisc ʒ. ʒ. cort. citri ʒ. vj. zedoar. ʒ. ij. fl. cordial M. j.* Affunde *succi pomorum suauolentium* lb. ʒ. *borrag. bugloss. an. q. l.* Macerentur vase clauso bidui spatio. Postea colentur. Col. adde *sacchari ad instam spissitudinem colli q. s. Aq. cinnam. ʒ. ʒ. F. Syrupus,* cuius *ʒ. iij. vel ʒ. iij. sæpius* exhibeantur. Exhibeantur etiam ea, quæ cor & spiritus

A exhilarant. Vtilis est confectio de hyacintho, species lactificantes, & imprimis Confectio alchermes, in iis, quæ camferre possunt.

Verùm cum de cura supra, *lib. i. alleg. loco*, satis dictum sit, plura hac de re hic addendum non censeo. Et est ferè huius melancholiam eadem, quæ melancholiam hypochondriacæ, curandi ratio, cum iisdem vasis ferè causa harum melancholiam specierum hæreat, nisi quod in hac melancholiam specie humor vitiosus ab vtero communicatur, & propterea etiam in vasis vtero proximis, magna eius portio continetur, ac præterea in curatione semper simul ad vterum respectus habendus, & si quod in eo sit vitium, eo, quo hæctenus dictum, modo id curandum. Et quod in omni melancholiam curatione obleruandum, nec hic negligendum, vt corpus non temerè, vel purgantibus, vel aliis medicamentis excicetur, ne in affectum incurabilem aut maniam transeat, sed balneis, victu humectante, & aliis, quibus fieri potest, modis humectentur.

CAPVT VII.

De Epilepsia ex vtero.

Quandoque & Epilepsia vteri consensu excitatur. De qua etiam *lib. i. part. 2. cap. 31.* actum fuit. tamen & hoc loco aliquid de ea addere libet. In genere verò de Epilepsia hic multa disputare opus non est, cum *allegato loco*, satis ea de re dictum sit. Est autè hæc Epilepsia longe grauior, quàm Epilepsia ab aliis causis, cum plura & grauiora symptomata coniuncta habeat. Cuius quidem rei causa est, quod in Epilepsia, quæ per primarium cerebri affectum, vel etiam per aliarum partium consensum accidit, causa saltem nervosum genus infestat, & per neruos cerebro communicatur: vapor verò ille malignus, qui ab vtero, semine, sanguine & aliis humoribus corruptis eleuatur, non solum per neruos, sed & arterias & venas ascendit; vnde non mirum, & alias partes, in quas arteriæ & venæ inferuntur, affici, & plura symptomata, quàm vbi aura illa venenata saltem per neruos eleuatur, excitari.

Causa.

Est enim Epilepsia ex vtero causa ille idem vapor & spiritus malignus, qui suffocationem vterinam excitare solet. Verùm quia non semper per neruos ascendit; sed sæpius è per arterias, tum non Epilepsiam, sed cordis & alios cerebri affectus excitat; vbi verò & potissimum per neruos ascendit, aut in cerebrum per arterias & venas eleuatus è cerebro in neruorum principium detruditur, Epilepsiam gignit.

Ideoque etiam hoc malum iis feminis, & iisdem de causis accidit, quibus suffocatio vterina accide solet, & multa, quæ in suffocatione vterina, symptomata simul suboriri solent. Quibusdam enim totum corpus simul conuellitur, quibusdam aliquæ solum partes, alius oculi, aliis lingua, caput, manus, vel alterutrum crus, aliquibus respirationis instrumenta, aut etiam diaphragma, & quidem id non continuo, sed per interualla, nullo tamen certo ordine accidit. Sensus quoque tum externi, tum interni variè afficiuntur. Quædam enim apertis oculis non vident, quædam non audiunt, quædam etsi audiant, loqui tamen non valent, quædam etiam delirant, & multa falsa & absurda se videre aut audire existimant, quædam vociferantur, quid tamen mali patiantur, exprimerè non possunt; quædam rident, quædam flent. Et quidem alia plura,

Indicatio

Prognostica

Indicatio - nes & Curatio.

Veneratio.

Preparatio.

Purgantia.

B

C

D

E

Epilepsia ex vtero.

Causa.

aliæ pauciora patiuntur, omnes tamen sensum tactus amittunt.

Quæ symptomatum multitudo & diuersitas, vt dictum, accidit ideo, primò & præcipuè, quod aura illa & vapor malignus ac venenatus non solù ex vtero per neruos, sed per arterias & venas ascendit, ac proinde omnes partes lædit. Deinde, quod vapor ille & spiritus in cerebrum transmissus, in varias partes è cerebro transmittitur & detruditur. Potest tamen tertio & hoc accedere, quod humor corruptus, è quo vapor ille malignus eleuatur, non semper est eiusdem generis, sed nunc semen, nunc sanguis, nunc alius humor vitiosus, qui propterea etiam nunc huic, nunc illi parti magis infestus est, nunc cordi, nunc cerebro, & proinde nunc hæc, nunc illa Symptomata excitat. Quæ etiam ea ipsa de causa nunc diutius durat, nunc citius cessant. Si enim vapor ille copiosus sit, affectus diu durat: si paucus, citius discutitur. Si vapor non admodum malignus sit, femina post paroxysmum surgunt, quasi nihil mali passæ essent: Si verò peior sit, etiam post paroxysmum malè habent, & vel circa cor vel in capite de variis adhuc symptomatibus & molestiis conqueruntur.

Signa Diagnostica.

Ex quibus omnibus, quæ hactenus dicta sunt, facillè hæc Epilepsia species cognoscitur. Conuulsio enim quidem vel totum corpus, vel aliquæ in eo partes, sed non sola conuulsio adest, vt in simplici Epilepsia, sed simul alia symptomata adsunt, & ea quidem pleraque, quæ in suffocatione vterina apparere solent, quæ antea sunt proposita, & hic repetere opus non est. Spuma etiam ante os raro apparet. Non enim causa ista ita firmiter circa initium neruorum hæret, neque cerebrum ita concutitur, vt spuma inde generetur, sed aura illa vaga est, & in particulares neruos detruditur. Vnde quandoque accidit, vt omnibus sensibus femina hoc malo laborantes non priuentur, sed plerumque audiant.

Hoc tamen notandum interdum accidere, vt eum ingruere paroxysmo natura causa morbifica stimulat per venas & arterias malignam materiam expellere conatur, vis partium principalium adhuc fortior ei occurrens, eam in loca ignobiliora & remotiora, in crura & pedes, detrudat, vbi dolor & tensio percipitur, donec tandem cumulata, vires acquirat, & vel per easdem vias, vel per venas, & alias vias ad cerebrum fertur, epilepsiamque excitat. Vnde sæpe dubij Medici redduntur, an illa Epilepsia sit per consensum vteri, an verò crurum & pedum. Talis casus habetur in Consiliis Brunneri, *consil. decimo quarto & decimo quinto*. Illustrissima quædam domina (vt historiam morbi Medicus eius domesticus descripsit) sub finem vtriusque suræ, in primis verò sinistri cruris, in parte domestica, & quidem in profundo sub musculis, vbi nimirum fines eorum capitibus aliorum inferuntur, dolorem patitur ad tactum subacutum, sed ita vt superficie cutis & carnes subiectæ sint molles, & naturaliter vndiquaque constitutæ appareant, in profundo verò neruosa musculorum partes ad contrectationem paulò fortiores duritiem cum dolore, quasi conuulsæ & rigentes, præ se ferant, talis autem dolor matutinis ferè horis, circa tertiam coctionem, hora quarta vel quinta per interualla (primùm mensium, nunc dierum) intenditur: atque tum subitò aliquid ab isto loco ascendere percipitur. Quo (statim atque ad cerebrum defertur) oculi distorquentur, conuulsorij motus artuum oboriuntur, dentes arctissime committuntur, cumque ob dolorem clamare affectet, lingua intercipitur &

mordetur, vrina quandoque inuoluntariè excernitur, neque eorum, quæ in paroxysmo ab adstantibus aguntur, recordatur. Perdurant hæc quandoque dimidiæ, nonnunquam integra (sæpe etiam paulò vterius) quadrantis horæ spatio, finiuntur verò quandoque cum stermitatione: nunquam autem cum humoris alicuius excretionem, quandoque etiam nulla spuma circa os apparet. Quod si subdoloris perceptionem vincula cruribus secundum locum affectum versus genua iniiciantur, & ligaturæ fiant fortes, frictiones quoque instituuntur partium inferiorum, sub eodem loco affecto, insultus paroxysmi intercipitur, vel certè vis illius paululum imminuitur. Iunguntur quoque hæc Symptomatibus, vel excitantur potius ab illis, quandoque etiam peculiariter inuadunt (exactly enim ex Symptomatibus discerni possunt) suffocationes vteri; quantum ex vteri versus vtrumque inguen per interualla motu, vterinis quoque deliquis, actorem reminiscencia, nec non curatione, (dum ea, quæ strangulatis ab vtero aliis profunt, hoc quoque loco conferant) constat, paroxysmo ita modo diutius, modo breuius perdurante.

Ex qua relatione, Medici quidam in consilium adhibiti, concluderunt, fomitem mali in sinistro crure delitescere, & hinc ad caput eleuari, sicut puero illi apud Galenum, cui aura frigida à pede ascendens epilepsiam excitabat, & propterea frictionibus, scarificationibus, emplastris materiam illam discutere & euacuare conati sunt, vt allegato *consilio 14.* patet.

Verùm CL. Brunnerus, *consil. seq.* potius, & vt mihi quidem videtur, rectius ab vtero Epilepsiam illam ortum habuisse statuit, hæc ob rationes; quod Illustrissima domina, cum vterum gestaret talia Symptomata passa est, quæ non potuerint sine maligni & prauis alicuius vel humoris vel vaporis, aut spirituosæ & quasi venenatæ substantiæ in vtero latentis suspitione accidere, & verisimile fuerit, illo toto tempore gestationis vteri sanguinem menstruum retentum in corruptionem transiisse, prauis aliis humoribus simul retentis, qui aliis cum fluxu menstruo exclusi fuissent, ex quo concursu prauitas & malignitas quædam post generari potuerit. Confirmat deinde id primus huius mali insultus, qui accidit in primis annis, quibus menstrua primo fluere inceperint. Tum enim, & antea nunquam, huiusmodi paroxysmos perpeffa est, etsi tum neque in sura aut pollice pedis sinistri, neque etiam toto vtero que pede aliquid doloris tum temporis persentiret. Quæ de causa vero postea in cruribus dolor excitatus sit, modo expositum est. Quibus tertio accedit hoc, quod locus ille in crure ad talem materiam generandam ineptus est, neque tumor aliquis, aut cicatrix aliqua, vel quodcunque læsionis, vulneris, punctiõis vestigium in crure apparuit. Quarto idem & hoc persuadere videtur, quod Epilepticis Symptomatibus iuncta fuerint vterina symptomata, & vteri suffocatio.

Prognostica.

1. Quod de suffocatione hysterica prælagiri solet, id etiam de hac Epilepsia specie dici potest.
2. Non tamen tam pertinax malum est, vt vera Epilepsia, sed etsi grauissima habeat accidentia: tamen si idonea adhibeantur medicamenta, sæpe ita euanescent, vt nunquam redeat.

Indicationes & Curatio.

Et in reliqua Epilepsia, ita & in hac specie duplex est Curatio, vna in paroxysmo, altera extra paroxysmum. Quæ in paroxysmo instituitur, eo dirigatur,

Indicatio nes & curatio.

vt vapor ille malignus conuulsionum initia excitans discutatur : extra paroxysmum id agendum , vt minera & humor , e quo vapor eleuatur , tollatur , prauaque vteri dispositio ex humore corrupto nata corrigatur.

In paro-
xyfmo.

Quid in paroxysmo Epileptico Medico agendum sit, lib. 1. loco alleg. dictum. In hac tamen Epilepsia specie ea simul adhibenda, quae in suffocatione vterina antea sunt proposita, & proinde vtilissima hic sunt ruta & castoreum, quae vtrique affectioni medentur.

Extra pa-
roxysmum.

Extra paroxysmum vero Cura instituenda eodem plane modo, vt in suffocatione vterina extra paroxysmum, de qua cum antea, cap. 4. vt & lib. 1. loco alleg. dictum sit, ea hic repetere opus non est.

Hoc saltem praeterea attendendum, vt quia hic caput imprimis afficitur, illius simul in curatione habeatur ratio, idque simul roboretur, & ea quoque medicamenta exhibeantur, quae Epilepsiae proprie conueniunt, quae de re de Epilepsia dictum. Vnum atque alterum tamen medicamentum, quod vterum & caput simul respicit, proponemus. ℞. rad. paeonia, scorzonera, bryonia, visciq. an. ℥. ℥. polypod. q. ℥. j. ruta, pulegij, calaminta an. M. j. sem. paeonia, seseleos, agni casti an. ℥. iij. carthami contusi ℥. ℥. fl. anthos, salvia, stachad. borrag. an. p. ij. Coq. in Aq. f. pro ℥. j. ℥. In Colatura & succi betonic. millefol. mercurial. artemis. f. q. Infunde fol. sene el. ℥. v. agaric. trochisc. epithymi an. ℥. ℥. B. Rhab. el. caryophyll. an. ℥. ij. sem. anisi, fenic. an. ℥. iij. Mane ebulliant & colentur. Col. adde sacch. q. f. F. l. a. Sitopus, qui aromatizetur aq. cinam. ℥. ℥. Dosis ℥. ij. singulis mensibus bis. De pilulis vero sequentibus singulis septimanis sumat bis ℥. j. vel ℥. j. hora vna ante cenam ℞. rad. paeonia, fol. sene el. an. ℥. ℥. B. artemisia betonic. ruta, millefol. an. M. ℥. Coq. in decocto clarificato & succi mercurial. purificati ℥. j. dissolue aloes ℥. j. ℥. Vbi feces subfederint clarum effundatur, & ad Solem vel ad furnum excicceetur, idque ter repetatur. Postea adde rhabarb. aq. cinam. omni aspersi, ℥. ij. agaric. troch. ℥. ℥. B. mastich. pulu. Epileptici an. ℥. ℥. Cum Sir. de artemis. F. pilulae. Ad caput vero & vterum roborandum, & vitiosam vteri dispositionem emendandam sequentia exhibeantur. ℞. fecula paeonia ℥. j. bryonia, succini prap. Visci q. an. ℥. j. ℥. lapid. bezoar. cranij hum. prap. an. ℥. j. F. puluis. Dosis ℥. j. vel ℥. ℥. cum aq. iulia & scorzon. vel cum sacch. F. Rotulae. Vel ℞. sem. agni casti ℥. j. ligni aloes ℥. ℥. B. rad. paeonia, Visci q. an. ℥. j. F. puluis. ℞. rad. scorzon. garyophyll. paeonia, visci q. sem. paeonia, rosar. vngula alcis, distamn. Creitici an. ℥. j. off. de C. C. cranij hum. prap. an. ℥. ℥. succini prap. stercoris pauonis an. ℥. j. pulu. el. de gemm. diamosch. d. an. ℥. j. ℥. cinam. ℥. ij. betonic. maioran. melisse an. ℥. j. ℥. sem. agni casti, ruta an. ℥. j. sacch. candi. ad pondus omnium. F. puluis. ℞. conseru. melista, iulia, anthos, lill. conuall. rad. condit. scorzon. an. ℥. j. ℥. spec. diamosch. d. ℥. j. pulu. sem. agni casti rad. paeonia an. ℥. ij. Cum Sir. de stachade F. Electuar. Vel ℞. rad. paeon. scorzon. distamn. albi an. ℥. j. ℥. salvia, melisse an. M. j. galande, nucis mosch. cu. beb. zedoar. granor. paradisi an. ℥. ℥. B. affande aq. lil. conuall. cum vino destill. & vini an. q. f. Stent in infusione 8. diebus, postea destillentur.

CAPVT VIII.

De dolore capitis ex vtero.

Quidem in variis corporis partibus dolores ab vtero excitantur : frequentissimi tamen & grauiissimi in capite, & quidem varij. Aliquibus enim totum caput dolet, quibusdam alterum latus, nonnullis circa oculos dolor imprimis percipitur, vt ex sede sua quasi erupturi videantur.

Capitis do-
lor ex v-
tero.

Causa.

Causa autem huius doloris est materia ex vtero per venas & arterias in membranofas capitis partes effusa, easque vellicando & distendendo dolorem excitans. Materia autem haec duplex est, vaporosa & humorosa. Interdum enim ex vitioso sanguine, ac humoribus saltem vapor eleuatur; intercaum ipse sanguis vitiosus, & praecipue serosa eius & acrior ac subtilior pars ex vasis vteri ad maiora regurgitat, atque in ipsum caput ascendit, & in membranofas partes effusus in iis dolorem excitat. Provt autem vapor & humor sese habet, & nunc copia praecipue peccat, nunc vero acrimonia, ita dolor etiam nunc tenuis saltem; nunc vlcerosus, & pungens excitatur. Et quia vaporum & humorum materia frequentissime per arterias eleuatur, dolores etiam maxima ex parte sunt pulsatorii, non ij, qui in partium inflammationibus fiunt, sed ex arteriis in parte aliqua sanguine feruido repletis accidunt.

Causa.

Signa Diagnostica.

Dolor ipse perse manifestus est, & graue de eo ita conqueruntur, vt membranas cerebri sibi quasi dilacerari, & caput tantum non rumpi conquerantur. Quod vero per consensum vteri fiant hi dolores, cognoscitur ex eo, quod menses foeminis non recte fluunt, & quia dolor praecipue infestat, aut augetur, dum mensium fluxus instat, vel alio modo vterus non recte se habet, de cuius rei signis saepius haecenus dictum. Et si in postica capitis parte dolor praecipue percipitur, id doloris capitis ex vtero proprium est, vt infra, in quaestione dicetur.

Signa.

An vero vapor vel humor simul doloris causa sit, patet ex eo, quod vbi vapor ascendit, dolor est citra grauitatem & interdum euanescit, ac mox recurrit: Si vero humor dolorem excitet, grauitas capitis adest, quae si simplex, sanguis peccat; si cum mordacitate & punctione coniuncta sit, bilis; cum torpore, pituita; si cum tristitia, melancholia.

Prognostica.

Dolores hi molestissimi sunt, & vigilias inducant, virisque in foeminis deiciunt, & quid in genere capitis dolores portendant, lib. 1. part. 3. cap. 3. de dolore capitis dictum.

Prognosti-
ca.

Curatio.

Curatio, vt in aliis doloribus, dirigitur vel ad dolorem ipsum, vel ad causam doloris. Dolor capitis quomodo mitigandus sit, loco allegato dictum. Causam quod attinet, equidem vapor & humor, qui ad caput ascendit, reuellendus, repellendus, vt lib. 1. part. 1. cap. 5. 6. 7. de intemperie cap. cura materia, dictum: quia vero ab vtero communicatur, praecipue ad vterum respiciendum. Quia ratione autem id fieri debeat, ex iis, quae haecenus de intemperie vteri cum materia, de mensibus suppressis & suffocatione vteri dicta sunt, satis patet. Videndum nimirum qui humores in vtero peccent, & quam ob causam colligantur, iique euacuandi & dispositio vteri vitiosa corrigenda. Ita enim

Curatio.

facile vaporum & humorum, qui dolorem pariunt, A
adscensus prohibetur. Et si quæ postea reliquæ sunt,
eæ facile discutuntur, vt de dolore capitis in genere
dictum.

Accidunt & in aliis partibus ex vtero dolores, præ-
cipue in lumbis. Verùm cum ii inde oriuntur, quod
humores vitiosi ex vteri venis & arteriis in maiores
venas & arterias tranponuntur, atque hinc rursus
per capillares venas in spatia partium & membra-
nas effunduntur, vel dum ad caput delati, & tem-
eratum intra cranium cumulat, in partes inferiores
delabuntur: facile hinc apparet, eam etiam pri-
mam curam esse debere, ne vterus vitiosos humo-
res amplius suppeditet, & si qui in corpore vel aliis
partibus collecti sint, tollantur quod qua ratio-
ne expediendum sit, ex iis, quæ hæcenus dicta B
sunt, facile patet.

Q V Æ S T I O.

Qua in parte capitis dolores ex consensu Vteri
in fœminis excitentur.

Qua in parte dolores hi maximè excitentur, au-
tores non idem sentiunt. Galenus, 6. Epid. comm.
1. sexti. 2. vbi prolixè de capitis cum vtero consensu
disputat, dolores capitis ex vtero maximè in syn-
cipite excitari statuit; atque antiqua est opinio,
vt ex Galeni loco allegato videre est, Galenus-
que huius rei has causas affert, dum scribit: *Primi-
mum, inquit, vapores illos calidos proximè dictos,*
(de febris ex vtero ortis loquitur) *per arterias
in caput subnolare, ratio ostendit: ipsas quoque
arterias per colli ab vtraque vocari infundibuli par-
te recta in Syneciput discurrere videre licet. Præ-
terea & omni sanitatis tempore tenuia & halitiosa
cerebri excrementa maximè per syneciput distari sole-
re affirmamus signidem in ipso sutura laxissime sunt;
& ipsa calvaria subtilissima pluribusq; meatibus per-
uia; ad hæc multa sensibilia corpora per suturas ena-
dunt. Membranula enim quadam crassum cerebri in-
uolucrum pericranio vocata tunica connectitur; &
multitudo tenuium conceptaculorum per suturas ex-
siliant; æquos autem magnitudine affectus sensibilibus
ab inferentibus dolorem causas magis cruciantur.*
Hæc Galenus.

Ludou. Mercatus verò docet, hos dolores magis
contingere in postica capitis parte, ob venas & ar-
terias, quæ iuxta dorsum eam partem adeunt. Ve-
rùm enimuero neutrum simpliciter verum est, sed
vtrumque verum est. Et enim & in vertice ac
synecipite, & in occipite dolores capitis ex con-
sensu vteri sunt; Illi quidem cum vapores & humo-
res per arterias & venas in caput adscendant, ed
quod arteriæ & venæ copiose eo loco concurrunt;
quæ tamen causa vitis æque ac mulieribus commu-
nis est: hi verò & qui fœminis proprii sunt, non, vt
vult Mercatus, ob venas & arterias iuxta dorsum
eam partem adeunt, sed ob connexionem spinæ
cum vtero. Cum enim vterus membranosa consistet
substantia, & neruosa natura intexta, per spinalis me-
dullæ membranas ac neruos cum cerebri membranis
consentit, & ira seu per condolentiam seu per mate-
riæ alicuius communicationem, eas in consensum
trahere potest, cum neruosa neruosis consentiant, vt
in epilepsia & motibus conuulsiuis fieri videmus.
Quia verò spinalis medullæ & neruorum origo in
postica parte capitis est, eo loci dolores hi magis
percipiuntur in fœminis ob vterum, quod non accidit
in viris.

C A P V T I X.

De Cordis affectibus & arteriarum in dorso & hypo-
chondriis pulsatione ex Vtero.

Cor etiam interdum palpitare miris modis, & Cordis
anxietatem circa id percipi à fœminis, supra affectus ex
de mensum suppressione, Febre alba, & vteri sus- vtero.
focatione dictum. Adhuc tamen de eo aliquid ad-
dere libet. Ortum autem habent hi affectus à pra-
uis vaporibus ad Cor ab vtero per arterias eleuatis
ex sanguine menstruo retento, prauisque humoribus
in vtero cumulat, & facultatem cordis expultricem
stimulantibus.

Ab vtero autem hanc palpitationem proficisci, ex Signa:
eo patet, quod alia vteri affecti signa & symptomata
ex vtero oriunda simul adsunt.

Qua ratione autem huc symptomati succurren- Curatio:
dum sit, ex iis, quæ de mensum suppressione, febre
alba, & suffocatione Vterina dicta sunt, facile patet,
Vt pauca saltem, quæ in paroxysmo agenda sunt,
addamus, imprimis opera danda, vt vapores & fla-
tus illi maligni cor vellicantes & molestantes dissol-
uantur, & cor contra eorum iniuriam roboretur; quod
fit medicamentis cordialibus.

Exhibenda nimirum aq. vitæ alba, cordialis, cina-
momi, virtutum melissæ; pulueres item cordiales.
Extra verò cordi applicanda, sacculi, epithemata,
linimenta cordialia, imprimis melissa, de quibus, lib.
3. de palpitatione Cordis, dictum.

Cogitatum palpitationi cordis malum est Pulsatio Pulsatio
arteriarum, quam fœminæ, Virgines præcipue & arteriarum
vidæ in hypochondriis, sinistro imprimis, & dor- in hypochō
so, eo loco, vbi arteria magna sita est, percipiunt. dorso.
Apud antiquos equidem de hac affectione vix
vlla sit mentio, nisi quod Hippocrates, 1. Pro-
gnostic. scribit: *Præcordiorum venæ si pulsant,
aut perturbationem aut delirium portendant.* Ar-
æteus quidem, lib. 2. de causis & signis acut. cap. 8.
quibusdam arteriam secundum dorsum inflammari
scribit, idque pulsationem in alteris præcordiis ma-
nifestare. Sed non est illa affectio, quæ ab vtero
prouenit. Fernelius, de pari. morb. & symp. lib. 5.
cap. 2. vbi de melancholia hypochondriaca agit, scri-
bit in hypochondriis arterias & venas vehementer
pulsare. Lud. Mercatus equidem assentitur
Fernelio, in Melancholia hypochondriaca id fieri,
imò statuit, sub saltum illum in toto ventre, & po-
tissimum iuxta ipsius fundum vsque ad vmbilicum
fieri: Verùm pulsationem hanc longè diuersam esse
statuit ab arteriæ, quæ recta per dorsum tendit, pul-
satione, & longè etiam minorem esse. Et verum
quidem est, diuersas esse arterias: quæ in dorso &
hypochondriis pulsant; quæ in dorso pulsat arteria,
est caudex ille arteriæ magnæ; quæ in hypochon-
driis pulsant; sunt rami minores splenici & mesen-
terici; & propterea etiam pulsatio maior est in
dorso, quam in hypochondriis: verumtamen ab vna
causa proficiscitur vtraque pulsatio, nisi quod pulsa-
tio arteriæ in dorso à cordis affectu prouenit.

Causa.

Causa verò huius pulsationis est inflammatio Causa:
arteriarum; verum eam non proprie dicta, sed vbi
est, vbi nimirum vitiosi humores ex vtero in ra-
mos arteriæ maiores effunduntur, atque ibi viciu-
sto, præcipue si cor simul incalcescit, vehementer
pulsant. Imò arteriæ iste motus sepe per totum
corpus diffunditur; & ex humore effervescente va-
pores in totum corpus effunduntur; vnde febris
quasi excitatur, qui calor tamen, cum nulla adsit pu-

credo, postea facile discutitur & euanescit. Atque hæc humorum efferuescentia si per arterias ipsi cerebro communicatur, ex sententia Hippocratis, mania excitatur, quæ delirium est sine febre. An vero

An arteria ipsa arteria magna inflammari possit, sicut tale quid inflammatur.

Signa.

Pulsus ipse manifestus est, & ab ægris, imò si manus ab adstantibus hypochondriis admoueat, ab iis etiam percipitur. Præterea adsunt alia affectionum vterinarum & hypochondriaca signa, vt & melancholiæ ex vtero. Et cum calor ille præternaturalis ex arteriis in totum corpus diffundatur, nutritio læditur, & corpus contabescit.

Prognostica.

Prognostica.

1. Affectus hic equidem grauis non videtur: cum egi suo modo sic satis sani esse, & sine insigni actionum læsione viuere videantur.

2. Periculotamen non caret; cum à causa pertinaci foueatur, quæ viscera lentum debilitat, iisque habitum aliam intemperiem inducit, vnde corpus & vires citra euidentem causam insigniter mutantur.

Curatio.

Curatio.

Curationem quod attinet, ea omnino talis est, quæ melancholiæ ex vtero & mensium suppressioni, vt & affectioni hypochondriacæ ex vtero, de qua capite seq. agetur, conuenit. Ideoque de ea hic nihil amplius addemus.

Nonnulli de Curatione huius affectus prolixè agunt longè tamen aliam, quam quæ huius loci est, affectionem curant, nimirum febrem ardentem. Verùm cum ea huius loci non sit, & equè feminis & viris ea competat, de ea hoc loco non agimus.

C A P V T X.

De Lienis præter naturam affectionibus, & hypochondriacæ ex vtero.

Lienis & hypochondriorum ex vtero affectiones.

Afficitur & lien, ac hypochondria ex vtero, & quidem frequentissimè, vt supra, cap. 4. de affectione hysterica in genere dictum, vt sæpe dubitetur à Medicis, an feminæ vterina vel hypochondriaca affectione laborent; cum tamen vtrique pleræque sint obnoxia. Oritur autem ista lienis & hypochondriaca affectio ex vtero per arterias. Cum enim vterus arterias duas habeat, vnam à præparantibus, alteram ab hypogastricis deriuatam, hypogastrica verò non procul à cæliaca, quæ venterculo, pancreati, omento, tenui intestino duodeno, ieiuno, coli intestini parti, & lienis ramos plurimos largitur, faciliè hinc patet, si vitiosus sanguis in vtero colligatur, & ex vteri arteriis regurgitet ad hypogastricæ arteriæ exortum, ex ea faciliè ad cæliacam, & hinc ad partes modò dictas diffundi posse, imprimis ad lienem, qui arteriis multis præditus est; & sit hoc facilius, cum natura aliàs humores vitiosos ad partes in hypochondriis ignobiliores, & corporis quasi sentinam detrudere soleat. Et quamuis non omnes humores vitiosos in arteriis cumulentur: tamen quia non solum venarum

inter se, & arteriarum inter se, sed & venarum cum arteriis mutua anastomoses in partibus & internis & externis dantur, atque in vteroca etiam animaduertitur, ita vt si spermatica aliqua vena insuffletur, altera cum arteriis etiam insuffletur: hinc manifestum euadit, vitiosos humores, in quibuscunque etiam vasis colligantur, faciliè ad lienem & hypochondria per arterias peruenire posse. Qua de causa autem vitiosi humores in corpore colligantur, hæcenus sæpius dictum. Præcipuè tamen hoc hic accidit ob mensium suppressionem. Ac proinde lienosæ & hypochondriacæ ex vtero ex feminæ imprimis euadunt in ætate iam matura, quibus iuuenibus menses non satis copiosè fluxerunt, quæque sanguinem calidiorem habent.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur autem hoc malum è sinistri lateris dolore, qui sæpe & thoracis latus sinistrum mammamque sinistram occupat, & ad iugulum vsque extenditur; adest respirandi difficultas, ructus crebri; aluus est siccior & tardior. Feminæ tales sunt cogitabundæ, tristes, solitudinis amantes. Vbi sanguinis istius pars tenuior incalescit totum corpus & imprimis faciem occupat, quædam subito occupat, quæ subito iterum euanescit; & alia affectionis hypochondriacæ signa adsunt. Quæ tamen hoc peculiare habet, quod feminæ sua uolentia non ferunt, & si graua ingruant symptomata, sœtidis naribus admotis, melius habent.

Neque materia istius affectionis causa, vt in viris ita & in feminis semper in hypochondriis concluditur & coercetur, sed sæpe pars eius tenuior, & vapores ex ea in totum corpus per arterias diffunduntur, & varia symptomata excitant. Obseruauit tale quid in femina nobili in Lusatia, quæ primò dolorem grauiatum ingruente paroxysmo in ventre & circa umbilicum percipiebat. Deinde sonum quemdam quasi & stridorem in capite, & auræ seu vaporis calidi motum se sentire dicebat, qui sumi inuitat faciem peruadebat, & calore ac ruborem in ea excitabat, atque oculos obfuscabat, & dormituræ, etiam clausis palpebris, varia phantasmata obiciebat, quæ somnum turbabant. Deinde in thorace dolorem quendam & quasi compressionem, cum periculo suffocationis & lipothymia, se percipere dicebat; imò in thorace pustulas exiguas cum maximo ardoris sensu erumpere aiebat, quæ postea rumpebantur, & ichorem effunderent. Et cum ista symptomata ingruerent, etiam in extremitatibus & pulpis digitorum motum arteriarum & formationem quasi se sentire affirmabat. Symptomata autem omnia ista non diu durabant, sed vapore illo dissipato remittebant. Alias se predicabat sanam, & domestica negotia satis bene perficiebat.

Prognostica.

1. Cum hypochondriaca affectio lienisque morbi alias curatu difficiles sint, adhuc grauiores euadunt, cum vteri affectus coniunguntur.

2. Degenerat autem, nisi maturè curetur, in melancholiam lienis scirrhum, & alios graues ac periculosos morbos.

Curatio.

Cum menstruorum suppressio huic malo ferè ansam præbeat, ac sanguis plerumque sit calidior; vterque læsione opus est: quæ qua ratione instituenda sit, supra sect. 2. capite 1. de mensium suppressione, dictum. Imprimis verò hic utilis est hæmorrhoidum apertio. Quia etiam hic vitiosi humores, imprimis melancholia, abundant, per interualla ij, lenibus medicamentis, sed sæpius, euacuandi. Vtilis hic sunt *Pilula Tartaræ Quercetani, de ammoniaco, de aristoloch. Fernely, & alia.* Imprimis vero plurimum prodest

prodest chalybis usus. Et omnino purgatio hic in-
stituenda eo modo, qui de affectione hypochondr.
lib. 3. part. 5. sect. 1. & supra, part. 2. sect. 2. cap.
3. de mens. suppressione, ac hac sect. cap. 6. de me-
lanchol. ex vtero est propositus, nec medicamenta
hic repetere opus est.

CAPVT XI.

De Epatis præter naturam affectione, & Barbe pro-
uentis ex consensu vteri.

Epatis af-
fectus.

Cum vterus venas, quam vlla alia pars corpo-
ris, copiosiores, easque satis grandes habeat,
si sanguis vel copia, vel qualitate peccans, alique
vitiolis humoribus inquinatus, in vtero colligatur,
& ex eo in venæ cavae ramos maiores regurgitet, per
eos facile vsque ad epar, quod principium venarum
est, ascendere potest. Atque hinc epar variè pro pec-
cans humoris natura afficitur. Interdum enim à
copia sanguinis suppressi calor nativus epatis suffo-
catur, ut iam non bonum sanguinem, sed crudum
& pituitosum generet, qui postea in totum corpus
diffusus, morbum Virgineum appellatum, & ca-
chexiam in vniuerso corpore parit: varia etiam tu-
morum genera hinc inde in toto corpore excitantur:
& ubi humores postea ex epate in reliquis venas
diffunduntur, in istandem putrescunt, unde febres
excitantur. Et omnino nihil morborum est in vni-
uerso corpore, quod ex epate excitari solet, quod
non ex vteri consensu etiam oriri possit. Cum enim
vitioli humores, ut dictum ex vtero facillimè per
venas epati communicentur, illi epar lædunt: epar-
que læsum sua vitia sursum per venas in totum cor-
pus diffundit. Quæ ratione autem huic vitio succur-
ri possit, ex iis, quæ supra part. 2. sect. 1. de men-
suum suppress. & sect. 3. cap. 2. de morbo virgin. di-
cta sunt, patet.

Barba in
fœminis.

Cum autem de venis non solum corporis partes
nobiliores suam nutrimentum accipiant, sed ex iis-
dem & flux originis & incrementi materiam pili ac-
cipiant, non hic prætereundus peculiaris affectus,
Barbae nimirum in fœminis quibusdam proeuentus.
Referentem Hippocrates. 6. Epid. sect. 8. aphor. 45.
Phærusiam Pythij coniugem in Abderis fœcun-
dam fuisse. Cum verò maritus eius in exilium fugis-
set, menses illi multo defecerunt tempore. Quo fa-
cto dolores & labores in articulis deinceps accide-
runt. His autem factis corpus virile, & in vniuer-
sum hirsutum & pilosum redditum est, barbamque
emisit, & vox ipsa aspera facta est. Et si autem om-
nia, quæ ad menses prouocandos necessaria essent,
tentant Hippocrates, non fluxerunt tamen menses,
sed cum haud multo tempore post vixisset, mortua
est. Idem Amyliæ, Gorgippi uxori conuenisse idem
refert, lib. aph. proxime seq. Et Alex. Benedictus,
lib. 26 de curat. morb. cap. 4. scribit. Vidua cur-
dam, quæ sæpius prius conceperat, ex abstinentia
purgationibus menstruis sublatis barbam exortam
esse. Cum enim pili ex ignobiliore & excrementicia
sanguinis parte generentur, si sanguis, qui singulis
mensibus per vterum in fœminis euacuatur, retine-
tur, & humores vitioli, qui cum eo euacuari solent,
cum alijs in ambitu corporis morbi & symptomata
excitantur, tum etiam interdum, quamuis rarius,
ex retentis illis excrementis corpus fœmineum præ-
ter naturam hirsutum reddi, & barba crescere solet.

CAPVT XII.

De ventriculi p. n. ex vtero affectionibus.

Tandem etiam varia & graui symptomata in Ventriculi
ventriculo ex vteri consensu excitantur, & nunc ex vtero
in fœminis appetitus imminuitur, vel aboletur, vel
augetur, vel deprauatur, ut fœminæ absurda & cor-
pori noxia loco cibi auidè expectant: nunc singultus
excitatur, nunc vomitus, nunc ructus, nunc dolor
& Cardialgia dicta. Causse.

ex vtero
affectus.

Causse omnium Symptomatum sunt halitus &
vapores prauis ex semine, sanguine, vel alijs prauis
humoribus in vtero corruptis eleuati, & ad ventri-
culum delati. Communicantur autem isti halitus
maligni via satis patente, dum ex vteri arteriis in
hypogastricam, & ex hac in celiacam feruntur.

Causse.

Varia autem halitus iste inducit symptomata,
prout ipse diuersæ naturæ est, & ad diuersas ventri-
culi partes fertur. Si enim calidus ille vapor fuerit,
in appetentiam cibi excitat, & sitim gignit: si frigi-
dus, coctionem lædit. Quia tamen plerumque mali-
gnam & æstiuam qualitatem obtinet, miranda etiam
Symptomata, & quorum causse è manifestis qua-
litatibus reddi non possunt, excitat. Hinc accidit,
ut fœminæ res absurdas, cretam, calcem viuam,
gypsum, carbones & similia expectant. Obserua-
uit quoque Lucius Mercatus, illustrem quandam
fœminam hac de causa potum auersatam fuisse,
aliam vero nullomodo potuisse potum admittere,
quia protinus vomitu & alijs accidentibus excandef-
ceret, hanc potum porrigi expecteret, ita ut sexa-
ginta diebus sine potu vixerit. In qua fœmina pro-
culdubio, ille malignus halitus eam naturam in-
duit, quam humor, qui hydrophobiam excitat, ha-
bere solet.

Deinde nunc has, nunc illas ventriculi partes hic
humor impent. Si ad os ventriculi feratur, appe-
tentiam lædit, & cardialgiam parit: Si in ventriculi
cauitatem effundatur, ructus & vomitus excitat. Si
in tunicis ventriculi hæreat, perpetuam nauseam gi-
gnit, vel si actior sit, singultum parit, & dum ven-
triculum distendit, dolorem parit. Et quamuis ha-
litus hic & vapor mobilis sit, atque ita affectum
diuturnum parere non posse videatur: tamen hi af-
fectus sæpe lætis diuturni sunt, quod scilicet similis
humor etiam ex vtero in vasis per membranas ven-
triculi dispersis hæreat, & halitus hic interdum hu-
mores vitiolos, partim tunicis ventriculi impactos,
partim in cauitate ventriculi hærentes offendit, qui
ab isto halitu prauam & malignam naturam in-
duunt & ventriculum lædunt atque ita malum fo-
uent & augent.

Signa Diagnostica.

Ipsa symptomata per se manifesta sunt. Hoc sal-
tem hic inquirendum, an ventriculus per se afficiat-
tur, an vero consensu vteri. Cognoscitur autem hoc
præcipuè ex eo, quod si ventriculus per se afficitur,
symptomata ista ferè continua sunt, nec vteri affecti
signa adsunt: in symptomatibus vero per consensum
vteri ortis, symptomata interdum intermittunt,
mox tamen redeunt, prout vapor ille & halitus ex
vtero adscendens ventriculum impent: & ad-
sunt vteri adfecti signa alia, vt & lienis ac mesente-
rij, per quorum vasa ex vtero materia illa ventricu-
lo communicatur. Et adsunt alia insueta sympto-
mata, quæ ubi ventriculus per se afficitur, conspici
non solent, vt nimirum mæstita fiant fœminæ, & om-
nium rerum ratio afficiantur, & omnino mira adest

S. gna.

symptomatum varietas, quæ aliàs in ventriculi affectibus conspici non solet.

Prognosticum.

Prognosticum. Symptomata hæc periculosiora sunt & grauiora, quàm si à primario ventriculi vitio proueniant; & non curantur, nisi vteri præter naturam dispositio, quæcunque ea sit, tollatur; & sæpe accidit, vt cum Medici ventriculi curationem saltem dirigunt, omnia frustra tentent.

Curatio.

Curatio. Curatio ergo & ad ventriculum & vterum dirigenda. Hoc tamen perpendendum, an malum diu durauerit, & iam in ipso ventriculo ex affectu per consensum morbus per essentiam contractus sit, an verò per sympathiam saltem, à vapore ex vtero transmissio ventriculus afficiatur, nulloque per *idoneum* morbo affligatur. Posterius enim si accidat, cura præcipue ad vterum dirigenda. Vteri enim morbo sublato, sponte cessat ventriculi affectus, modò paululum versus iniurias illas ab vtero prouenientes ventriculus muniatur & roboretur. Si verò ipse ventriculus iam per se laborat, maximè eius cura habenda.

A Primò ergo videndum, an humores aliqui vitiosi in ventriculo hæreant. Ii ergo euacnandi iis medicamentis, quæ *libro tertio part. 1. sect. 1. de intemperie ventriculi cum materia, & de imbecillitate ventriculi*, sunt proposita. Si enim multi humores vitiosi in ventriculo hæreant, malum fouent, & vaporis illius maligni qualitates suscipiunt, & praua symptomata postea inducunt. Vomitus etiam hic vitiosus est.

B Qua ratione verò vtero succurrendum sit, ex iis, quæ hæctenus, cum in aliis capitibus, tum *de intemperie vteri cum materia & suffocatione vteriva* dicta sunt, satis patet, nec opus ea, quod multi faciunt, centies repetere.

Hæc vbi expedita fuerint, ventriculus roborandus, & reliquæ, cum in ventriculo, tum in vtero absumendæ. Ad quam rem vitilis radix angelicæ quocunque modo sumpta, theriaca, Mithridatium, spec. aromat. ros. ol. cinamomi, garyophyllor. Vt *℞. spec. arom. ros. ʒ. j. extr. angelic. ʒ. ss. ol. caryophyll. cinamomi an. gut. v. sacch. albi ʒ. ij. F.* Rotulæ. Item pilulæ ex aloë & mastiche frequenter sumere, vitile est.





LIBER QVARTVS.

P A R S II.

S E C T I O IV.

De Symptomatibus, qua fiunt circa Conceptionem.

C A P V T I.

De Veneris appetitu laeso.



D hominis genera-
tionem viri & femi-
nae coniunctionem
necessariam esse, no-
tissimum est. Sunt
vero lux utriusque in
generatione partes
& officia. Et si enim
solum & mas & femi-
na conferat, & ut
*Aristoteles, de gen.
animal. cap. 13.* ex

Empedocle scribit,
maris & feminae quasi symbolum sit, totum vero a
neutro proficiscitur: tamen praeter seeminis commu-
nicationem alia praestat vir, alia mulier, in genera-
tione. Quae viri partes sunt in generatione, *lib. 3. part.
9. sect. 2. cap. 1.* dictum. Cum ergo hoc loco de sym-
ptomatibus, quae circa conceptionem in feminis
accident, dicendum sit, primo loco videndum, quid
in femina ad conceptionem requiratur.

A verem non appetit, maritumque libens non admit-
tit, admissumque diu ferre non potest, & si cum pa-
tiatur, nullam vel exiguam voluptatem percipit, &
ita quidem, ut interdum ex coitu non plus delecta-
tionis percipiat, quam ex contactu externo. Deinde
nimia veneris appetentia, cum interdum aliqua
feminae verem nimis appetunt, & ita quidem,
ut tunc in furorem quasi agantur, sicut *de furore
vicino supra, cap. 5.* dictum, & si verem patia-
tur, satiari non queant, earumque libido nec plu-
rimorum virorum congressibus expleri possit.

Causa.

Causa.

Appetitus autem huius defectus addidit ob seeminis
defectum, vel id nimis calidum, spiritumque im-
primis in vasis seminalibus inopiam, ob quas caus-
las partes in feminis, quae sunt appetitus venerei
seces, nullo modo stimulantur. Quibus de causis
autem semen deficiat, minusque candidum & spirituo-
sum sit, *lib. 3. part. 9. sect. 2. cap. 1.* dictum & cap.
seq. dicitur. Interdum & a mala conformatione va-
sorum semen deferentium hoc malum excitatur, quae
qualis sit, vix in viuis cognoscitur. Si etiam castra-
tione vasa seeminis materiam deferentia excindan-
tur, procul dubio appetitus venereus imminuitur.

Et si vero castrar. feminas, homines scilicet, nus-
quam gentium receperunt fuerit, & Platerus etiam
scribat castrationem in seeminis tentatam fuisse, se-
neque auduisse, nec legisse, castratas tamen fuisse in-
domita libidinis feminas quasdam, se certos auto-
res habere scribit Iul. Alex. aeternus, *lib. 22. salubr.
cap. 14.* Et Gyges Lydorum Rex eius seculi ab
historicis accusatur, quod feminas Eunuchas fece-
rit. Et Vveterus, *lib. 4. de prestig. aem. cap. 20.*
scribit, quendam in Ducatu Chuenfi, artis castran-
di pecora gnarum, filiam suam, cum quendam sa-
milianus ea uti animaduverteret, violenter in cubi-
culum raptam castrasse.

Signa diagnostica.

Signa.

Vitium hoc ipsa feminae maritis sevis manifestare
solent, qui id rursus Medicis, quorum consilium
expetunt, patefaciunt.

Prognosticum.

*Prognosti-
cum.*

Atque symptoma hoc quidem in feminis non ita
noxium est, ut in viris, in quibus nisi insignis sit ad
verem appetitus, nullus coitus fieri potest: cum
feminae, et si verem non ita appetant, tamen coire
possint: plerumque tamen indicium est, feminas ta-
les semen fecundam non habere, & propterea ste-
riles esse.

Ad conce-
ptionem in
femina
quae neces-
saria sunt.

Appetitus
veneris in
femina.

Primo autem necessarium est, ut femina app-
etum ad verem habeat: deinde ut mensibus vi-
rile admittat: tertio ut semen in coitu a viro acci-
piat; quarto ut ipsa semen, quod cum viri com-
misceatur, emittat: quinto ut semen verumque re-
tineat, & ut ei calore foueat, ut ex eo fetus for-
metur. De quibus iam ordine dicemus, & quoniam
circa haec symptomata accident, videbimus. Nam
omnia, quae de generatione & conceptione dici pos-
sunt, tractare huius loci non est, sed pertinent ea
ad Physicam.

Primo ergo, ut in viris, ita in feminis appetitus
veneris nimis accidit, et si is plerumque in viris ma-
ior sit, femina vero, ut Seneca loquitur, *ep. 95.* pa-
ri nata sit. Excitatur autem is venereus appetitus in
feminis, in aetate quidem florente seeminis, *lib. 2. cap. 5.*
seu, ut sic dicam, turgentia. Cum enim semen spi-
ritu malo refertum sit, humiditatemque quasi sero-
sam in se contineat, ubi illa humiditas spiritusque
mouetur & agitur, & ad sui excretionem animal
stimulat, motu illo suo in genitalibus partibus in-
cundam titillationem, & mirum ad coitum appetitum
excitat. In Eunuchis et si semen deest, quia tamen
calor & spiritus quidam suppetit, etiam veneris ap-
petitus excitatur, ut docet I. C. Scalig. *exerc. 175.
sect. 2.* In ipso vero coitu mira voluptas excitatur.

Circa hunc veneris appetitum & voluptatem in
coitu duo symptomata in feminis excitantur, Ve-
nus nimirum extincta, dum femina virum & ve-
nerem non appetit, maritumque libens non admit-
tit, admissumque diu ferre non potest, & si cum pa-
tiatur, nullam vel exiguam voluptatem percipit, &
ita quidem, ut interdum ex coitu non plus delecta-
tionis percipiat, quam ex contactu externo. Deinde
nimia veneris appetentia, cum interdum aliqua
feminae verem nimis appetunt, & ita quidem,
ut tunc in furorem quasi agantur, sicut *de furore
vicino supra, cap. 5.* dictum, & si verem patia-
tur, satiari non queant, earumque libido nec plu-
rimorum virorum congressibus expleri possit.

Curatio.

Curatio. Curationem quod attinet, dictum est de ea *lib. 3. loco allegato & seq. quoque cap.* aliquid dicitur. Hoc saltem hic addimus, linimenta & unguenta, quæ *loc. alleg.* ad venerem stimulantem adhibenda diximus, in feminis in lumborum & pubis regione applicanda esse. Ut verò maiorem in congressu femina voluptatem percipiat, glandem viri ante coitum zibetho, vel felle gallinæ, aut lucij piscis illinendam esse.

Contra *Salacitas* nimia etsi conceptionem impedire non videatur: tamen cum feminarum maxima & præcipua virtus sit verecundia & pudicitia; turpe omnino vitium in feminis est salacitas, ac præterea etiam vaga libidine, quæ vitium hoc sequitur, sæpe procreatio prolis impeditur.

Causæ verò eadem fere sunt, quæ furoris uterini, de quo supra, *sect. 3. cap. 5.* dictum, minus tamen vehementiores, nimirum seminis copia, acrimonia & commotio. Semen enim si sit copiosum & turgens, quasi naturam ad excretionem stimulat, atque ita veneris appetitus excitatur.

Præcipue verò hoc accidit, si semen maiorem, quam par est, acrimoniam acquirat; id quod à cibis calefacientibus & aromatis conditis, ut & medicamentis venerem excitantibus accidit, item ab humoribus calidis in utero seminique permixtis, idque acre reddentibus: unde mulieres impuræ, semenque acre & vitiosum habentes, insatiabili veneris desiderio tenentur.

Equidem feminæ plerumque hoc vitium celare solent: quandoque tamen maritis patefaciunt, & ex moribus & gestibus in iis agnoscitur.

Compescitur autem illa salacitas & libido in iis, quibus veneris usus nondum concessus, medicamentis seminis copiam imminuentibus, & calorem atque acrimoniam eius mitigantibus, de quibus *allegato loco, de furore uterino*, dictum, nec opus est, ea hic repetere.

CAPUT II.

De sterilitate & Conceptionis defectu.

Conceptionis vitia.

ET si verò appetitus veneris nec in mare, nec in femina deest, atque etiam coitus sequitur: tamen non semper fit conceptio, vel non fit, ut debet; ac plura omnino circa conceptionem sunt vitia. Vel enim femina non concipit, vel minus concipit, vel non eo, qui maximè naturalis & vulgaris est, modo, dum nimirum gemellos, trigeminos, vel plures adhuc fœtus concipiunt, aut postquam conceperunt, post aliquod temporis intervallum alium adhuc fœtum concipiunt, quæ conceptio Superfœtatio appellatur, vel vitiosi aliquid concipiunt, molam nimirum vel monstrum aliquod. Est quidem adhuc aliud symptoma, dum feminæ quidem concipiunt, sed fœtum perficere, & ad debitum tempus gestare non possunt. Verùm de ipso symptomate *sektione sequenti de partus Symptomatibus & de abortu* dicetur. De hisce verò modò enumeratis circa conceptionem vitis & Symptomatibus ordine iam agemus, & primò de Sterilitate & Conceptione laxa.

Conceptionis vitia seu sterilitas. Ad conceptionem necessaria.

Cum autem Conceptio sit seminis, fœcundi à viro emissi & cum feminino mixti ad perfectionem, ut ex eo fœtus formetur, traductio, à reterrice & alteratrice uteri facultate facta, patet hinc requiri, primo ut & viri & feminæ semen sit fœcundum, calidum, & optime temperatum ac spirituosum, & omnino animæ traducendæ idoneum subiectum; &

A quidem utrumque in femina uterum eodem tempore immittatur, in eoque misceatur, & ab utero retineatur, eiusque calore proprio & alteratrice vi foueatur, ut forma, quæ in fœcundo illo semine latet, sese exerat, sibi que idoneum domicilium fabricet & fœtum formet. Neque enim mas sine femina, neque femina sine mare concipere potest, sed utriusque semen necessarium est, & femina æque fœcundum semen emittit, ut in *Instit. lib. 1. cap. 10.* probatum. Fœcundum inquam semen: Neque enim quicquid in coitu emittitur, semper fœcundum est, sed id solum fœcundum semen est, quod ita dispositum est, ut anima in eo idoneum subiectum & habitaculum habere, & cum eo propagari possit. Deinde ut in uteri cavitate intro mittatur, necessarium est. Ad quam rem imprimis uteri attractio necessaria est. Etenim si futura est conceptio, femina cum voluptate uterum quasi seminis desiderio versus pudenta moveri percipit, ut semen concipiat. Acceptum deinde recondit uterum, & avidissimè comprehendit, ut nullum inter semen & uterum spatium inane relinquatur; os etiam in mare adeo coarctat & claudit, ut nec specillum intrare queat. De qua re Galenus, *1. de sem. cap. 2.* scribit, *Dixerunt*, inquit, *michi mulieres, ubi semen conceperint, quandam se in vulva motionem sentire, quæ quasi conuellar, ac paulatim in se illam contrahat. Imò etiam mihi hoc ipsum, quod dicunt, concipere semen, & non en hoc, Conceptio, id est, comprehensio, hinc à mulieribus fuisse impositum videtur.*

Verùm attractio hæc seminis atque comprehensio nondum proprie conceptio est, quamvis id nominis ratio indicare videatur. Sæpe enim uterum semen quidem avidè attrahit, verùm diu continere non potest, sed post biduum aut triduum elabi sine interdu metiam, ubi illud attraxit, atque comprehendit, at tamen diutius inuoliter seruat, & ad actum non perducit, nec si perducit, ad actum perfectum traducit, ut in irrito conceptu & mola etiam contingere solet. Necessarium itaque est tertio, ut retineatur semen in utero, eiusque calore foueatur, & in actum traducatur. Quarto, ut sanguis fœtui gerando necessarius in promptu sit. Etsi enim prima rudimenta & delineatio q. fœtus ex semine fiat: tamen statim etiam benigna, sed mediocri sanguinis quantitate irrigari, & ex eo incrementum sumere debet.

Quia autem ille ipse sanguis, qui menstruo spacio per uterum expurgari solet, fœtui formando materiam præbet, quaeritur, utrum necessarium sit, ut prius menstrua fluxerint in femina, quæ concipere debet, de qua quaestione supra, *part. 2. sect. 1. cap. 1. quæst. 1.* dictum.

Nimirum si menses vel ob ætatem, ut in iuenculis, vel senioribus iam seminis desint, vel etiam ob morbum supprimantur, omnino Conceptio speranda non est; cum materia fœtui formando necessaria deficiat. Si verò ut *loco alleg.* dictam, vel ob caloris excessum, vel ob labores & exercitia nimia menses non fluant, conceptio non semper impeditur, modò tantum adhuc sanguinis super sit, quantum fœtui formando necessarium est. Vnde etiam accidit, ut puerperæ interdum iterum concipiant, antequam menses post partum illis fluxerint. Hinc credibile est, feminas quæ paucum habent sanguinem, facilius concipere mensibus instantibus, contra tunc conveniens sanguinis quantitas ad uterum affluat: eas verò, quæ sanguine abundant, desinente fluxu facilius concipere, postquam aliqua portio sanguinis superflui euacuata est, quæ semen facile aliàs in principio fluxus menstrui suffocare potuisset.

An femina cui menses nunquam fluxerunt, concipere possit.

Atque ista omnia si rectè sese habent, conceptio fit, si non rectè se habent, mulier sterilis & infœcunda manet, etsi sit iuxta ætatis atque viro vtatur, quod vitium Græcis *ἄστια & ἀστερία*, Latinis Sterilitas dicitur. Estque impotentia quædam vteri, ob quam is semen virile vel non attrahit, vel non retinet, vel non conuenienter fouet, & in actum deducit.

Causa.

Ex quibus facile patet, quæ sterilitatis & conceptionis lætæ in fœminis causæ sint. Quibus verò de causis ratione maris conceptio lædatur, *lib. 3. part. 9. sect. 2. cap. 1. & seqq.* dictum.

Cœundi
impotentia. Prima causa, ob quam conceptio non fit, est cœundi impotentia, quæ accidit vel ob clausuram vteri, de qua, supra *part. 1. sect. 1. cap. 3.* dictum est, vel ob tenellam & paruam, seu ætatis seu structuræ corporis ratione, partium genitalium conformationem, ob quam fœmina virum, præcipuè qui crassum membrum habet, non potest admittere, aut non nisi cum dolore admittit, atque ita concubitam auersatur, vel ob tumores & vlcera atque excrescentias, quæ in pudendo & collo vteri virilis membri ingressum non admittunt.

Secundò, cum æque fœminæ ac viri semen ad conceptionem requiratur, idque fœcundum, etsi vir semen fœcundum emittat, fœmina verò vel nullum, vel paucum, vel intemperatum & infœcundum, aut etiam non eodem tempore emittat, vt vtriusque statim exacta mistio fiat: nulla fit conceptio. Idque frequentius proculdubio accidit in fœminis, quàm in viris: Siquidem vir semine destitutus actum venereum excernere nequit, cum contra fœmina etsi semine destituatur, venereum pari possit. Semen autem non generatur, vel infœcundum generatur in fœminis, ob testium & vasorum semini generando & continendo dicatorum intemperiem. Quò etiam referenda est ætas, cum nec nimis tenella, nec adulta semini fœcundo generando apta sit. Etenim autem ætatem hanc alij aliter definiunt: tamen certum est, in viris ætatem ad venereum commodam non esse citra decimum octauum annum, in fœminis non ante decimum quartum, sicut & post 60. annum rarò viri fœcundi sunt, & fœminæ post quinquagesimum rarò concipiunt. Etsi enim verum sit, sæpe iuvenes ante decimum octauum annum coire posse, & generare, ac fœminas etiam ante decimum quartum annum concepissee, sicut & viros quosdam post sexagesimum generasse, & fœminas post quinquagesimum concepissee: tamen fœtus illi plerique debiles sunt, & fœminæ, quæ ante hoc tempus nubunt, in partu periclitantur, & sæpe profus steriles redduntur, si vterus sit debilis, vasus ruptis. Imò Plato 6. *de Legibus*, censet vt proles sit vegetior, commodissimum tempus generandi esse in viris à trigésimo, in puellis à decimo octauo: Scribitq; hic Mercatus, hanc ipsam causam esse, cur tot monstruosi & mente parùm valentes sint Principes & Magnatum primogeniti, & plerumque non vitales aut firmi, quia nimirum ob imperium & principatum vel pueri puellis iunguntur, aut senibus puellæ. Quia in re tamen non simpliciter ad annorum numerum respiciendum, & ætas generationi apta non solum annorum numero, sed robore corporis & temperamento metienda: & si tam in fœminis, quàm in viris venereus appetitus stimulat, melius est nubere, ante terminum à Platone definitum, quàm vii, aut vagæ libidini indulgere. Communiter in fœminis tempus conceptioni aptum est, cum ipsis menses erumpere, & mammæ augeri & fororiari incipiunt, suntque ab hoc tempore aptæ ad concipiendum, donec menses subsistunt.

Rara verò in hoc genere quædam exempla patrum Operum Sennerti. Tom. III.

A sim annotantur. Cæl. Rhodiginus, *antiq. lect. lib. 14. cap. 8.* refert ex Hieronymo, puerum quendam decem annorum nutricem suam imprægnasse. Foroliuensis scribit, puellam octo annos agentem fuisse imprægnatam: Sauanarola, *tract. 6. cap. 21. rubrica 6.* puellam annorum nouem gravidam fuisse. Et Ambr. Paræus, *tract. de Renunc.* ex Iouberto refert, in Vasconia fœminam ætatis anno nono peperisse. Scribit etiam Mula, *Epist. 29. tom. 2.* Venetiis nobilissimam matronam sexaginta fere annos natam cum coniuge, qui & ipse ferme septuaginta annorum erat, puellam decimo quinto mense peperisse, sed cum in tali ætate rarò vegeti, perfecti & vitales fœtus edantur, fuisse orbatam oculis, truncatam manibus, & quinque mensibus saltem vixisse. Plinius, *lib. 7. cap. 14.* scribit, M. Catonem Cenforinum octogenarium filium genuisse, è filia Salonij clientis sui. Eodem loco refert, Massinissam Regem nonagenarium reliquisse puerum quadrimum. Quendam Germanum nonagenarium prolem suscepisse, testatur Al. Benedictus, *de curand. morb. lib. 25. cap. 11.* Et Sauanarola, *tract. 6. cap. 21. rubr. 23.* narrat, Nicolaum de Palouicinis habuisse filium à se generatum centesimo ætatis anno. Et Leuinus Lemnius, *de occult. nat. raiac. cap. 24.* scribit, sibi nauclerum quendam fide dignum narrasse, se Stockholmia interfuisse nuptus viri cuiusdam annorum centum, qui in matrimonium adsciuerat triginta annorum Sponsam, è qua complures sustulerit liberos. Cui planè simile refert F. Platerus, *lib. 1. obseruat. 11. de vitalis motus defectu*, de auo suo materno, qui post centesimum ætatis annum adhuc vegetus, vxote virgine 30. annorum ducta, filium ex ea genuit, cuius nuptus viginti annis post centesimum adhuc superstes interfuit, & sexennium adhuc postea vixit, & ita 126. ætatis annos compleuit. Et in *sine istius libri* scribit; Parentem suum Thomam Platerum anno ætatis 73. secundam vxorem duxisse, & sex ex illa liberos intra decennium procreasse, quorum vltima filia ætatis istius anno 81. nata fuit. Sed hæc rara sunt, & quarundam regionum & familiarum propria. Deinde semen non generatur in fœminis, vt & in maribus, ob vasorum ad semen generandum malam conformationem. Obseruatum enim aliquando arterias spermaticas defuisse, vel non suo loco insertas fuisse.

D Circa hæc causæ genus & hoc notandum, cum Creatori placuerit, non ex vno semine, vt alia perfecta animalia, ita & hominem generari, sed ex duplici, masculino scilicet & fœminino multis, certa esse debet, etsi ea ferè æquæ sit, inter virile & fœmininum semen proportio, quæ si desit, nulla fit conceptio. Atque hinc accidit, vt sæpe fœmina, quæ in primo coniugio sterilis fuit, in secundo sterilis fiat. Hinc quoque euenit, vt interdum fœmina decem vel pluribus annis viro cohabitet, & non concipiat, postea verò concipere & parere incipiat; proculdubio ob corporis temperaturam progressu ætatis mutatam, ob quam & semen aliam temperiem consequitur, vt quod primò viri semini proportionatum & conueniens non erat, iam proportionatum esse incipiat. Quænam autem illa proportio seminum esse debeat, explicare difficilimum est: modò non in hac humanæ mentis caligine impossibile sit. Plerique quidem in qualitatibus primis subsistunt, & censent, si temperati temperatis, vel etiam intemperatis iungantur, eos semper gignere: intemperatos verò tunc solum, quando suæ intemperiei contrariis copulantur, idque etiam Galenus docuit, *s. aphor. 61.* dum scribit: *Tam mulieres, quàm viri, si semperie quatuor qualitatuum pariatur, generant, quàmuis semperie illa priuatis eorum.*

Proportio
seminis viri-
lilis & fœ-
minæ.

miscantur: intemperati vero nunquam generant, nisi contraria intemperie prædiis iungantur, ut pore calidi frigidis, humidi siccis, & sic de singulis: ut & Lucretius his verbis:

*Usque adeo magni veseri, ut semina possint
Seminihus commiseri generaliter apta.
Crassaque conueniunt liquidis, & liquida crassis.*

Tamen proculdubio in primis qualitatibus hic non subsistendum; cum sine dubio & occultæ qualitates in seminibus sint, ob quas semina conueniunt, vel discrepant. Et huc pertinent ea, quæ Astrologide causis sterilitatis afferre solent.

1. Semen
corruptum.
penia.

Pertinent ad hoc causæ genus & Medicamenta, quæ Græcis *επισπαστικά* dicuntur, quod occultis qualitatibus ad extinguendum semen, & impediendam conceptionem faciunt, qualia perhibentur vulua capræ vel mulæ, mentha, ruta, camphora, acetum. Quod etiam veneficia & incantationes referri possunt, cuius generis plura à nonnullis, ut & Rodenico à Castro recensentur. Verùm tutius est, ea silentio præterire, quàm occasionem præbere, ut huiusmodi rebus vel conceptus impediatur, vel fœtus contra diuinam legem eiciatur.

2. Semini
attractio
læsa.

Secunda causa sterilitatis est, cum vterus semen non attrahit, & debito modo recipit; id quod accidit facultate attractiue vel labefactata, vel immeditata. Læditur facultas, dum vterus & eius orificium frigida, vel humida, vel vtraque intemperie laborat, siue sit sine materia, siue sit cum materia, imprimis pituitosa. Quod & aliud vitium referendum videtur, cum scilicet fœmina virum auersatur, eumque odio habet, vel cum timore, tristitia, aut simili animi affectu laborat. Tum enim spiritibus aliò auocatis vterus semen auisè non trahit. Impeditur verò propter tumores & vlcera vteri, & officij eius, ut & ceruicis angustiam, quæ ex vteri malo situ & contorsione excitatur, vel à tumore in eo, aut compressione, quæ fit à tumoribus vicinarum partium, aut nimia pinguedine, ut quidem Hippocrates, 5. aphor. 46. sentit, dum scribit: *Quæ præter naturam crasse non concipiunt, iis vteri oris ab omento comprimitur, & priusquam extenuata fuerint, non concipiunt.* Quinquã huius rei ratio alia ferè probabilior reddi possit, quod nimium feminis materia in pinguedinem ablutatur. Historiani tumoris in vtero feminis receptionem impediens habet Guilhelm. Fabricius, cent. 1. obseru. 65. dum refert, se sexagenariam matronam scirrhum instar annuli orificium matricis circumdantem habentem; & aliam, seq. obseru. præsentem Clariss. Do. D. Iano Antonio Saraceno, Medico Regio, dissecuisse, atque in ceruice ante orificium fundi vteri, scirrhum magnitudine oui asserini inuenisse, ipsi adeo adhærentem, ut vnum videretur corpus, nec vlllo modo ab ea diuelli potuerit, & propter hunc scirrhum semen virile ad vterum penetrare non potuisse. Et rectè addit. Nemini igitur mirum videri debet, quod Medici aliquando in sterilibus frustra sibi multa negotia facessant. Huiusmodi enim causæ Medicos latent.

3. Seminis
retentio
læsa.

Tertia sterilitatis causa est seminis retentio læsa. Læditur autem ista quoque facultate vel labefactata, vel impedita. Læditur facultas propter humidam intemperiem Si enim vterus multis excrementis & pituitosis aliisque humoribus scateat, enervatur vis retentrix vteri, eiusque fibræ laxantur, ut non possint sese contrahere ad retinendum susceptum semen, ipsumque semen propter mucos illos, quibus vterus scateat, ei adhærescere non potest. Etsi enim obseruatum sit, fœminas quasdam fœtum in vtero habuisse, simulque hydrope vteri laborasse: tamen non conceperunt eæ, cum iam hydrope vteri

A laborarunt, sed postquam fœtum iam in vtero habuerunt, hydrope vteri accessit. Ad semen concipiendum & retinendum etiam vterus ineptus est, si nimis densus sit, & non carnosus ac mollis, nec sanguine affluente irrigetur: quod quibusdam ab ortu accidit, quæ propterea natura steriles sunt, quibusdam adultioribus iam euenit, cum parere desinunt. Si verò ante seniam talem constitutionem acquirat vterus, steriles quoque euadunt. Cum enim necessarium sit ut quamprimum vtero semen concipitur, sanguis adsit, ut semen vtero adhaesi, & ex sanguine incrementum sumere possit: si vterus densus sit, ut nihil sanguinis affluat, conceptio impeditur. Impeditur verò seminis retentio propter vlcus, vel nimiam superficiem vteri internam læuitatem & densitatem, vel propter vteri orificij hiatus, dum non rectè clauditur, quod in vteri fluxibus accidit, cuiusque sint generis; qui fluxus & sanguinis & aliorum humorum, id quod in fluore muliebri & gonorrhœa virulenta accidere solet, alio etiam modo retentionem lædunt, quod scilicet, ut dictum, vteri internam superficiem lubricam reddunt, feminisque concepti vim extinguunt, idque secum rapiunt. Hians etiam officium vteri redditur, post partum laboriosum & abortum, quo vteri officium nimis distenditur, eiusque fibræ ita laxantur, & debilitantur, ut sese contrahere non possint, unde accidit interdum, ut fœmina post partum difficilem amplius non concipiant. Retentio seminis quoque impeditur, si fœmina post coitum tussiat, sternutat, clamat, saltet, aut alio motu vehementius exerceatur, vel ira, terrore, alioque animi affectu vehementiore percellatur.

Quarta sterilitatis causa est vteri alteratrix facultas, quæ propriè ad conceptionem pertinet, quæque latentem in semine formam & vim in actum deducit, læsa. Hoc loco autem notandum, non solum, ut antea diximus, inter semen masculinum & femininum debere esse certam proportionem, sed etiam inter semen masculinum & vterum femininum. Ut enim non quæuis fert omnia tellus, sed plantæ quælibet terram sibi conuenientem, alia pinguem, alia arenosam exposcit, & quæ in pingui crescere solent, in sicca & arenosa exarescunt: ita, cum vterus sit quasi ager, in quem semen conicitur, etsi semen viri fœcundum sit, tamen si in vterum minus naturæ suæ conuenientem immitatur, nulla sit conceptio; & ut semina quædam in palustri loco suffocantur, alia in arido & arenoso emoriuntur & adurantur: ita quoque semen virile interdum in vtero humido suffocatur, in calido exsiccat: Est præterea proculdubio in vtero *ιδιουυπερσία* quædam, quæ huic quàm illi semini fouendo conuenientior est.

Læditur autem alteratrix facultate vel labefactata vel impedita: Labefactatur itidem propter intemperiem vteri. Si enim illa *ιδιουυπερσία*, quæ semen receptum fouet, eiusque vim excitat, vel à natura vitiosa sit, vel postea mutetur, semen in vtero non fouetur & perficitur, sed corumpitur, vimque *ωραίνω* amittit; vnde postea ut inutile ex vtero eicitur. De hac causa scribit Hippocrates, 5. aphor. 62. *Quæcumque frigidis & crassis vteros habent, non concipiunt, & quæ præ humidis habent vteros, non concipiunt. Extinguitur enim in iis genitura, & quæcumque siccos magis & adurentes. Nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quæcumque vero ex vtrisque mediocrem habent temperaturam, ea fœcunda sunt.* Etenim, ut Galenus, in comm. explicat, cum frigiditas immoderata tantum præpollet, ut densior vterus euadat, tum & angusta admodum strictaque sunt vasorum ad ipsum pertinentium ora,

4. Altera-
trix vteri
læsa.

& steriles mulieres redduntur, utpote, quæ neque fecundis coherere & agglutinari ad vasorum ora parentibus, neque si id quandoque fiat, probè inquam conceptu nutrito. Vel enim nullo modo talibus mulieribus fluunt purgationes, vel admodum exiguae, & hæc ipsæ vitiosè solo tenuiore & aquosiore sanguine per arcta vasorum officia elabente, quæ & ipsa faciliè obilitantur, cum ob naturam angustiam, tum quia magna ex parte tali natura præditæ humorè cumulant pituitosum. Quin etiam maris semen talibus locellis exceptum refrigerari accidit, nisi sit natura calidius, &c. Impeditur verò alteratix propter tumores & vlcera.

Sanguinis vitium.

Tandem etiam necessarius est sanguis menstruus, qui quidem initio multus non requiritur, tantus tamen, qui ad prima fetus rudimenta necessarius est. Hic ergo si desit, conceptus non fit. Hinc iuenculæ, quibus menses nondum fluxerunt, & fœminæ seniores, quibus iam menses deficiunt, ut & quibus menses ob morbosam aliquam constitutionem supprimuntur, & viragines, quæ venas vteri angustas habent, & omnes omnino fœminæ, quibus sanguis ad fœtum formandū necessaria copia desit, non concipiunt. Quod & iis accidit, quibus vasa vteri cicatrice sunt obducta. Eadem de causa & Nutrices quæ lac copiosus habent, rarius concipiunt; cum sanguis fœtui formando necessarius, qui ad vterum confluere debebat, ad mammas feratur.

Crassæ fœminæ cur non concipiunt.

Ad hanc causam malim referre fœminas præter naturam crassas, quas non concipere Hippocrates, 5. aphor. 46. scribit, quàm officij vteri compressionem. Etenim fœminæ pingues, si id ipsius naturale sit, & menses satis copiosè ipsis fluant, sæpe fœcundæ sunt, ut experientia testatur: si tamen præter naturam (de his enim Hippocrates loquitur) pinguescant, & quæ antea macilentæ erant, obelæ & pingues evadant, tales rarè concipiunt; cum & partes genitales, præsertim si vir obelus accedat, ad coitum non rectè dispositæ sint, & sanguis, qui semini & mensuris materiam præbere debebat, in pinguedinem absorbetur.

Adultiores virgines cur non facile concipiunt.

Ista de causa etiam evenit, ut virgines iam adultiores, & quæ diu à matrimonio abstinerunt, non tam facile concipiunt, ut ex, quæ statim in iuventute matrimonium inveniunt. Cum enim vterus in talibus nunquam sanguine perfusus, & ita ad conceptionem aptus redditus fuerit, sed veluti ex sanguis manserit, sanguine mensuris spatium magis per venas cervicis vteri, quàm quæ ad fundum eius tendunt, evacuari solito, postea facile non concipiunt. Contra quoque accidere potest, ut sanguis quantitate nimia peccans, & confertim ad vterum confluens, semen quasi obruat & suffocet, eiusque vim extinguit.

Sterilitatis causa.

Ex quibus apparet, omnes sterilitatis causas reduci posse vel ad coeundi impotentiam, vel ad testum & vasorum seminalium intemperiem, aut malam conformationem, vel vteri intemperiem, humidam imprimis & frigidam, quæ & seminis attractioni, retentioni, & alterationi non commoda est, interdum & calidam, & siccam, quæ ad semen fovendum apta non est; vel vteri officij ex partu dilationem, aut tumores tum colli & oris vteri, tum ipsius vteri, tum vteri malum situm, & vasorum ad vterum tendentium angustiam; vel sanguinis mensuris ad fœtum formandum necessarii defectum, aut copiam nimiam.

Patet etiam hinc, frequentius sterilitatem accidere ex parte fœminarum, quàm virorum. Cum enim in viris tantum requiratur, ut semen fœcundum in vterum fœmininum effundant; in fœminis præter seminis sui communicationem etiam requiratur, ut semen recipiant, illi locum idoneum præ-

beant, idque foueant, & materiam formando fœtui necessariam præbeant: in istis omnibus variis erroribus, è quibus singularis sterilitas accidere potest, contingere solent.

Notandum tamen de hisce causarum generibus, primum causæ genus, non proprie dictam sterilitatem, ut reliquæ causæ, sed improprie saltem dictam excitare. Si enim clausura vteri dicta tollatur, & meatus ille arte aperiatur, tales fœminæ postea concipere solent: sicut etiam ubi tumor vel ex crescentia aliqua in collo vteri orta, ingressum virilis membri impedit, si tollatur, concipere postea solent. Ita quæ ob tenellam ætatem virile membrum non admittere possunt, adultiores factæ id admittunt. Sic etiam, quæ ob parvitatem pudendorum crassum virile membrum non admittunt, aliud minus crassum admittere possunt. Atque ita hæc fœminæ quidem non concipiunt, cum viro congruere non possint: steriles tamen proprie non sunt.

Ioannes Anglicus cap. de sterilit. etiam quasdam causas externas sterilitatis recenset, scribitque conceptionem impediri, si fœmina comedat de corde cerui; si portet secum lapidem gagatem; si scolopendria suspendatur super lectum eius; si supra sanguine menstruo alterius mulieris ambulet, vel eo se imungat; si de corde mulæ potet, aut ipsum portet; si applicet cornua limacum; vel succum menthæ in matricem iniiciat.

Differentia.

Differentia.

Ex iisdem quoque manifestum euadit, sterilitatem non omnem esse eiusdem generis, sed esse quandam eius differentiam, quam ob curationem & prognosin rectè instituendam, ut postea in prognosticis dicetur, obseruare utile est. Nam quædam fœminæ à primo ortu vitio aliquo in vtero contracto steriles sunt, quatum Aristoteles, 2. de gen. animal. capite 5. mentionem facit. Aliæ non simpliciter steriles sunt, sed respectu ad virum, cum scilicet fœminæ semen ad viri proportionatum non est, quæ postea coniugio mutato concipere, & fœcundæ fieri solent. Aliæ rursus ob morbosam aliquam vteri constitutionem, præcipuè intemperiem aliquam, non concipiunt, qua ætatis progressu, aut arte mutata, & in meliorem statum deducta, postea concipiunt, & quæ iuvenes steriles erant, adultiores concipiunt. Tandem quædam sunt, quæ peperunt quidem semel vel aliquoties, postea tamen steriles fiunt, in partu proculdubio vitio aliquo in vtero contracto, quod conceptionem postea impedit.

Signa Diagnostica.

De signis in genere hoc notandum, aliud esse Signa. inuestigare signa sterilitatis, aliud signa conceptionis, quæ tamen signa plerique confundunt. Dum enim de signis conceptionis queritur, hoc queritur, an fœmina iam actu sit gravida: dum vero de signis sterilitatis queritur, id queritur, an fœmina, quæ non est gravida, ita disposita sit, ut nunquam concipere possit. Scorsim igitur de his signis agemus, & quidem de signis sterilitatis hoc loco, de signis conceptionis sequenti sectione.

Si ergo fœmina à marito non concipiat, primò inquirendum, an causa sit in viro, an verò in fœmina. Etsi verò nonnulli multis modis, imprimis ex vrina, id explorare conantur: tamen quia pleraque, quæ afferunt, fabulosa sunt, nec vlla ratione nituntur, nonnulla etiam ab honestate & pietate aliena, ea prætermittimus. (de rebus odoratis tamen, quæ vtero admota, sterilitatem indicare perhibentur, postea in fine doctrina de Signis dicemus,) & proinde tutissimum putamus, primò in-

quirere, an causa sit in viro, quod ex iis, quæ *libro tertio de sterilitate in viris* dicta, facile innoscitur. Quod si in viro nihil vitij deprehendatur, putandum, causam in femina esse, quæ cum plures esse possint, constitutio eius diligenter perpendenda. Vbi tamen, quod supra diximus, notandum, feminas alias simpliciter esse steriles, quæ, cuiuscunque etiam viro iungantur, nunquam concipiunt: aliàs vero respectu saltem ad virum. Accidere enim potest, ut femina in primo coniugio sterilis sit, ea de causa, quod eius semen & uterus ad semen virile debitam proportionem non habet; quæ si alteri viro iungatur, cuius semen ipsius semini & utero conueniat, ex eo concipiat & imprægnetur.

Rectissime autem ista signa inuestigabimus, si omnes causas, ob quas femina steriles redduntur, perlustremus. Primum ergo inquirendum, an ad venerem apta sit, & quidem an veneris appetitum habeat, & an membra virile rectè admittere possit. Horum enim si alterum desit, causa cur non concipiat, proculdubio in femina hæret. Secundò indagandum, an semen, & quidem fecundum, & quod virili semini iustè proportionatum sit, habeat; an semen extinguentibus via sit, aut ea ab aliis illi propinata sint. Semen vel nullum vel paucum emittere feminam cognoscitur ex eo, quod in coitu vtnullam, vel paucam & breuem voluptatem percipit. Semen infecundum esse colligitur ex morbo, imprimis intemperie uteri, de cuius signis *sup. part. 1. sect. 2.* dictum. Idem indicat totius corporis, vel membri alicuius principalis vitiosa constitutio. Ex vitioso enim sanguine bonum semen generari non potest.

An verò femininum semen, ut & uterus proportionem iustam ad semen masculinum habeant, difficillimum est inuestigare. Etenim quodnam & viri & feminæ temperamentum sit, inuestigare exactè non facile est, neque etiam quæ proportio inter vtrumque semen & feminæ uterum requiratur, satis cognosci potest. Breuiter ut aliquid dicamus; Temperati cum temperatis fecundissimi sunt; cum optima virtusque constitutio concurrat. Si verò intemperati intemperatæ in eodem excessu coniungantur, sterilitas sequitur; si verò iungatur feminæ, quæ illum defectum contrario excessu corrigere potest, ea concipiet. Consideranda autem & hic totius corporis in vtroque sexu temperatura, ut & temperatura testium in viris, & vteri in feminis, quæ qua ratione cognoscenda sint, alibi dictum.

An medicamentum, quod semen extinguere potest, sumptum sit. ægræ vel adstantes patefacient. An autem Incantatio vel maleficium sterilitatis causa sit, colligitur ex aliarum causarum absentia, & quia coniuges, etsi se mutuo ament, coire tamen non possunt, aut quod, cum antea amore sese mutuo complectuntur, nunc, & quidem sine causa, sese odio habent. Confirmatur hæc suspicio sequentibus. Primum quod vir cum sua coniuge coire non potest, etsi cum aliis eorundem potentiam habeat: Deinde cum appetitum coeundi cum vxore habet maritus, eamque amat, sed cum ea coire non potest. Tertio etsi cum vxore coit, semen tamen emittere non potest.

Tertio perpendendum quomodo uterus cum ad attrahendum, tum ad retinendum, tum ad fouendum semen dispositus sit. Etenim si intemperies aliqua seu cum seu sine materia, vel tumor, vel alius morbus in utero adsit, facile colligere est, utrum semen neque rectè attrahere, neque retinere, neque fouere posse. Et cum sæpe nativum & hæreditarium aliquod vitium adsit, querendum de natalibus & familia, an nimirum multæ steriles in ea

familia reperiantur. Si quoque partus difficilis vel abortus præcesserit, quo officium uteri nimis & violenter dilatatum sit, indicio est, id rectè claudi non posse.

An autem vitium sit in officio uteri, vel in ipso utero, sic discerni potest. Si statim à coitu, aut post breue interuallum semen effluat, læsæ attractricis, & in utero vitium aliquod adesse indicio est, quod vel obturatum, vel compressum, vel distortum esse, & ita semen in cavitatem uteri non admittere, signa illorum morborum docebunt. Si vero semen per aliquot dies retineatur & postea eiciatur, vel semen femineum infecundum esse, vel intemperiem aliquam uteri adesse oportet, ob quam semen foueri & in actum deduci non potest, vel sanguinem foetui formando deesse, necessarium est, quæ ex suis signis nota sunt.

Tussis, sternutatio & similes corporis vehementes motus, semen quidem excutere possunt, sed sterilitatis nullum indicium præbent.

Tandem si sanguis menstruus desit, id cognoscitur vel ex naturali constitutione in viragibus. quæ plerunque pilos in mente habent, vel ex mensum suppressione, vel corporis pinguedine, vbi materia seminis in alimentum corporis & pinguedinem abit, vel gracilitate & macie, cum sanguis & materia ad generationem necessaria deest. Sanguinis quoque defectum patefaciunt causæ externæ & evidentes, sanguinem absumentes, inedia scilicet & ieiunia, labores nimij, sanguinis nimia euacuatio, vigilia nimix, næior, febres, fistulæ, & vlcera diuturna, & fonticuli nimium fluentes.

Vltimo circa hanc dectinam non prætereunda videtur illa, quæ per res odoratas utero admotas, sit sterilitatis & fecunditatis probatio, cum antiqua sit, & à magnis viris tradita Hippocrates, *s. aphor. 59.* scribit: *Si mulier non concipit, & scire placet, an sit conceptura, velle præligatam, & vndique obnolutam sabrer suffio, ac si odor corpus peruadere videatur, ad nares & os vsque, non sine culpa sterile esse putat.* Et *lib. de sterilitate*: Netopum vnguentum lana exceptum & pessi figura efformatum, ac in uterum per oblitricem immisillum, idem docere refert. Neque solum sua uolentia, thus, styracem,

myrrham & similia adhibebant, sed & graueolentia. Ideoque idem docet, si caput alij detasum & purgatum integrum ad uterum exponatur, ac postmodum per os odor percipiatur, feminam concipere posse. Alij galbanum igni emollitum, sericoque inclusum pudendis noctu inferere, & caput mulieris purè lotum linteolo & reticulo inodoroato obligare solent, & si manè vertex mulieris galbanum redoleat, & si manè vertex mulieris galbanum redoleat, mulierem fecundam esse statuunt. Nonnulli pessum ex aristolochia cum melle in ceruicem uteri imponunt, ac si salua dulcescat, feminam fecundam censent. Atque habuerunt huiusmodi probationes plurimas antiqui, & fuit hæc doctarum pronubarum res, ut Plato, in *Theateto* docet. Idque ea de causa faciebant, ut Galenus in *comm. alleg. aphorismi* docet; Quia sæpe ut sacerdotalis aut regalis propagatio quædam & soboles superesset, studiosè faciebant ciuitates, ut ab iis, seu viris seu mulieribus susceptos liberos haberent, ad quos solos eius progeniei spes erat redacta; deinde vbi mulieres non concipiebant, vtrius causa id accideret, quærebant, ut factò diuortio ex aliis susciperet liberos. Quænam autem huius probationis causa sit, obscurum. Galenus, *allegato loco* scribit: In iis solum mulieribus totum corpus non permeare intensi odoris qualitatem, quibus durum densumque adest uteri corpus, quod ad conceptionem ineptum est. Alij putant, si odor transit ad os & nares

An per odores explorari possit an femina steriles vel fecundæ sint.

Incantationis signa.

neceffe esse, os vteri apertum esse, nec non patere etiam oscula venarum ad vterum venientium, & bene temperatam esse mulierem, aliter non posse sentire odorem ex naribus. Quæ ut neganda non videntur, & proculdubio vterum purum ac ita dispositum esse oportet, ut per eum ad nares vsque odores transire possint: ita omnino peculiarem & non facile explicabilem cerebri & instrumenti odoratus cum vtero consensum esse idem persuadet, qui si respectu vteri se non recte habet, sterilitatis indicium est.

Prognostica.

Prognostica.

1. Sterilitas non solum apud Iudæos, sed apud omnes fere gentes probrosa fuit. Nam ea de causa imprimis viri uxores ducunt, ut ex iis liberos generent, ac familiam conferuent, genusque humanum propagent.

2. Steriles etiam fœminæ morbosæ; quia ij humores excrementij, qui cum prole post partum euacuari solent, in iis retinentur: tardius tamen fenescunt, quia à molestis, quæ tempore grauiditatis, partus & puerperij fœminæ, quæ concipiunt, patiuntur, immunes sunt. Neque enim sine causa Medæa apud Euripidem dixit, se malle ter sub clypeo in acie dimicare, quam semel parere.

3. An autem sterilitas sanabilis sit, necne, ex causis è quibus ea pendet, coniectandam. Etenim si nativa, vel quæ in habitum quasi iam degenerauit, adsit vteri intemperies, aliaue vteri dispositio, vel quicunque morbus incurabilis, sterilitas quoque incurabilis est. Neque enim fœcunda fieri potest mulier, antequam causæ illæ tollantur. Ideoque mulierum, quæ ex hereditaria aliqua vitiosa dispositione, aut propter venenatos aliosque graues morbos steriles sunt, curatio non suscipienda. Huc pertinet illud Hippocratis, 2. *Prognost.* 3. *Sterilitas ex ulceribus difficulter curatur.* Imò si vlcus sit magnum, & quod plures vteri partes occupat, etiam si curetur: tamen fœmina sterilis manet propter cicatricem magnam ibi relictam, ob quam semen vtero adhærere, & sanguis affluere non potest. Qui autem morbi vteri curati possint, qui non, ex iis, quæ supra, *parie prima de morbis vteri*, dicta sunt, patet.

4. Si verò non simpliciter sterilis sit fœmina, sed quia ipsius constitutio virilis feminis constitutioni parum conueniens est, non solum mutatione matrimonij fœcunda reddi potest, sed etiam ætatis progressu, qua temperies etiam mutatur; ut & medicamentis, quæ illam intemperiem corrigunt.

5. Nec tamen & ex fœminæ simpliciter steriles habendæ sunt, quæ insignem quandam intemperiem habent in prima iuuentute, ob quam à nullo viro tunc concipere possunt. Modò enim vel ætate, vel medicamentis ea intemperies corrigi possit, postea fœcundæ redduntur.

6. Aristoteles, 2. *de gen. animal. cap. 4* omnem sterilitatem ab ortu contractam pro incurabili habere videtur. Estque id verum, si vitium sit magnum. Interdum enim si vitium sit paruum, vel ætatis progressu; temperamento mutato, vel medicamentis vitio illo curato, quæ antea steriles habebantur fœminæ, fœcundæ fiunt.

Indicationes & Curatio.

Indicationes & curatio.

Sterilitas tollitur causis, à quibus ea pendet, sublatis. Quæ cum sint varix & multiplices, varias quoque suppetant indicationes, quæ per se manifestæ sunt. Primò manuum si vteri aditus clausura, & angustia ceruicis, ut & oris vteri quacunque de causa orta, ea tollenda, ut supra, *pari. 1. sect. 1. cap. 3.* monstratum est. Si intemperies aliqua vteri & testium adsit; siue cum materia, siue sine materia, ob quam vel semen nullum, aut infœcundum,

A aut masculino non conueniens generatur, vel vitio semen non attrahitur, retinetur, & debito modo fouetur, intemperies ea corrigenda, eo modo qui supra, *pari. 1. sect. 2. cap. 1. & seqq.* est traditus. Si imprimis vis feminis attractrix in fœmina languat, membrum virile ante coitum illinendum zibetho, felle hircino & similibus. Maxime verò hic vitia sunt, quæ occulta proprietate ad semen generandum veneremque excitandam faciunt, & ad sterilitatem proprie dictam, à quacunque ferè causâ, vniuersalibus præmissis vitia sunt, qualia sunt *radices saryry, rasura eboris, semen erysini, eruca, hormini, seselios, ammi* (quod præ aliis efficac) *pastinaca syluestris, testiculi vulpis, apri & aliorum animalium, matrix suilla, vel ceruina exsiccata & in puluerem redacta.* Vel *matrix leporis* assata, & cum pulu. seq. comesta; *℞. nucis moschat. ʒ. j. zingib. piperis, an. ʒ. ʒ. maiorana sicca ʒ. j. sem. eruca, sileris mont. an. ʒ. j. F. puluis.*

Medicamenta contra sterilitatē.

Medicamenta autem talia ad sterilitatem plurima passim existant, quorum pauca proferemus. *℞. sem. eruca, sileris montani, an. ʒ. ʒ. rasura ebor. cinamomi nuc. mosch. an. ʒ. j. moschi, in us qui eum ferre non possunt, gr. iij. santali albi ʒ. iij. F. pulu. Detur ʒ. j. ex vino generoso. Vel ʒ. spec. diamosc. diambra an. ʒ. j. matricis leporis, testicul. apri, genitalis cerni an. ʒ. ʒ. nucis mosch. cinamom. garyophyll. sem. eruca, pastinaca syluest. an. ʒ. j. mosch. ambra an. gran. iv. sacch. ad pondus omnium. M. Dentur ʒ. ij. ex vino generoso. Confectio talis pareretur: *℞. Confect. amygd. d. pistacior. pincar. auellan. Lombardicar. an. ʒ. j. cortic. citri. Zingib. garyophyll. cinamomi an. ʒ. ʒ. sem. eruca ʒ. ij. M. Detur cubitum iuræ cochlear. j. Vel fiat panis Martius talis. *℞. amygd. d. ʒ. iv. pincar. pistacior. auellan. Lombard. an. ʒ. ij. spec. diambra. diamosch. an. ʒ. j. rasura eboris ʒ. j. aq. cinam. ʒ. ʒ. F. panis Martius. Vel ʒ. spec. diambra, diamoschi an. ʒ. j. pincar. mundat. pistacior. cort. citri an. ʒ. ij. ol. desil. maioran. ʒ. ʒ. ciuam gutt. iij. sacch. albi ʒ. v. F. Morfuli. Vel ʒ. radic. eryngij ʒ. j. artemisij M. j. maioran. M. ʒ. Coq. in vino. Detur cyathus manè & vesperi cum iriphera magna sine opio. Idque diebus aliquot continetur. Vel ʒ. spec. fndica, schænanambi, calami aromatic. sem. anisi, cinneos, sesel. matricar. an. ʒ. j. Coq. in aq. vel vini: lb. iij. vase clauso. Colatura dulcoretur saccharo & melle, dentur ʒ. iij. vel ʒ. iv. Vitale est & hoc electuarium. *℞. Conseru. antikos ʒ. vj. radic. saryry condit. ʒ. ij. radic. orobi, renam scincor. testiculor. apri, matricis suilla, pudendiceru. rasura eboris, sem. napi, elaphobosci, foeniculi, vrtica, eruca satua, hormini, erysini an. ʒ. ij. pincar. amygd. d. an. ʒ. ʒ. spec. diamosch. d. ʒ. j. ol. nuc. mosch. expressi ʒ. ij. Cum Sir. betonic. F. Elect. Vel ʒ. conseru. rorismarin. maioran. an. ʒ. j. B. radic. condit. saryry, eryngij an. ʒ. j. garygib. in China condit. cortic. citri condit. an. ʒ. ʒ. rasura eboris, matricis leporis prop. sem. eruca, cinneos an. ʒ. j. spec. diambra diamosch. d. cinamomi, garyophyllor. an. ʒ. ʒ. Cum sir. conseruat. ʒ. iij. in China condit. F. Electuarium. Efficax est & Tryphera magna sine opio. Aqua hæc etiam frigidis & humidis valdè prodest. *℞. Cinamomi, garyophyllor. cubebar. an. ʒ. j. nucis mosch. macis, piper. longi, galange, an. ʒ. j. zedoaria. sem. ammi, seselios, an. ʒ. ʒ. gran. iuniperi, ʒ. j. Vini Rheñani, aq. rorismar. maioran. melisse an. q. s. Stent in digestionem sex diebus, & postea destillentur, & manè ac vesperi cochlear. ij. vel iij. exhibeantur. Extra quoque balnea, infusiones, fomenta, affusus adhiberi possunt. Et balnea quidem menstrua purgatione finita dieb. quinque continuari possunt.*****

E

Vt *℥. rad. bryonia, imperatoria, valerian. ireos. fol. betonic. mercurial. artemis. pulegij, maioran. lauri, salvia matricar. summit. iuniperi, baccar. iunip. an. q. s. F. Balneum.* Imprimis verò hic vtilis sunt thermæ naturales sulphuræ, bituminosæ, aluminosæ, nitrosæ, ad quas plerumque fœminæ sterilestantum ad asylum confugiunt, & quidem sæpe non sine fructu. Ex earundem plantarum decocto feruente vapores per idonea instrumenta pudendis excipi possunt. Vel suffitus fiant è pulueribus aut trochiscis carbonibus iniectis. *℥. Ladani, styrac. calami. benzoes an. ʒ. ij. ligni aloës, ʒ. j. moschi ʒ. vj.* Cum infusione *tragacantha aq. ros. facta.* F. Trochisci. Vel *℥. thuris, mastiches, benzoes, styrac. calami. gummi iuniper. an. ʒ. j. garyophyllor. santali citrin. cinamomi, an. ʒ. s. castorei ʒ. j.* F. Puluis. Pessii fiant è fol. mercurialis, & matricaræ recenter contusis. Vel *℥. mastiches, styrac. liquid. an. ʒ. s. fol. melissa, nepetha, mercurial. an. ʒ. j. garyophyllor. nuc. mosch. an. ʒ. s. Zibeth. ʒ. s. cera alba q. s. F. pessarium.* Post balnea & suffitus pectinis & umbilici regio inungatur oleis & linimentis vterinis. Vt *℥. ol. cheirini ʒ. s. destill. maioran. ʒ. j. garyophyllor. ʒ. s. nuc. mosch. expr. ʒ. j. styrac. liq. ʒ. ij. Zibethi, moschi, an. gr. vj. cera parum.* F. Linimentum. Vel balneo egressa dimidia hora in lecto decumbat, & sacculum iustæ magnitudinis ventri imponat, è melissâ, calamintha, mentha, aut matricaria paratum & vino conspersum. Tandem emplastra perinæ & lumborum regioni applicentur, quæ gestentur continuo, vel singulis noctibus, vsque ad vltimam, qua menses erumpere solent; septimanam. Vt *℥. empl. matricalis ʒ. j. styrac. liq. gummi caranna an. ʒ. ij. gallia moschata ʒ. s. ol. garyophyll. ʒ. s. nuc. mosch. express. ʒ. j. Misc. cum ol. cheirino.* F. Emplastrum.

Si verò vterus sit nimis lubricus & laxus, abstergendus clysteribus ex succo mercurialis cum melle. Deinde balnea, pessii, suffitus & alia topica adstringentia & roborantia vsurpentur. Si os vteri hiet, è foliis myrti, lentisci, vitis, oliua, absinthij, radic. cyperi, consolidamator. bistorta, quinque fol. st. ros. rubr. balaustis. F. decoctum in vino rubro, quo partes genitales foueantur. Vel suffitus fiat ex *mastiche, thure aluminæ, balaustis, ligno aloës, baccis lauri, nucibus cupressi.* Si corpus nimis pingue & obesum sit, id extenuandum victu tenui, laboribus & exercitiis, purgationibus lenibus sæpe repetitis, sudoribus, vt alibi docetur. Et omnino si etiam alij morbi velin vtero, vel in parte aliqua principali corporis, vel toto corpore sint, remouendi ij, vt suo loco dictum. Neque enim est eorundem morborum curatio in omnibus, quæ sæpe sunt plurima symptomatibus, quæ ab iis proueniunt, est repetenda. Si qui etiam alij vteri morbi sunt, ij curantur, vt sup. part. 1. sect. 2. de vteri morbis, est traditum.

Diata.

Diata medicamentis respondeat. Ad semen augendam cibi boni & multi succi vtilis sunt, atque inter eos *pulmentum ex vino, ouorum luscis, saccharo, cinamomo, accroro* paratum. Somnus, vigiliæ, motus, quies, omnia sint moderata. Tempore coitus omnes animi affectus, præsertim mœstitia, timor & profundæ cogitationes amouendæ. Non coëat etiam vir cum inuita fœmina, sed potius amore ardente, qui facit, vt spiritus copiosi ad vterum & partes genitales confluant, isque semen auidius accipiat

CAPVT III.

De sterilitate ad Tempus, & raro Conceptu.

Interdum accidit, vt quidem fœminæ non sint Iplanè steriles, tardius tamen, quàm par est, aut rariùs concipiant. Nonnullæ enim, etsi nubant, tamen non statim concipiunt, sed obseruatum, nonnullas demum sexto, septimo, octauo, vel etiam decimo aut duodecimo anno concepisse; deinde alix sunt, quæ quidem statim concipiunt, sed post primum partum non mox iterum, sed post aliquot annorum interualla, & rarissimè concipiunt.

Causa.

Quod autem nonnullæ tardius concipiunt, causa est primò ætas. Cum enim plerumque fœminæ conceptioni aptæ sint post annum 14. aut certè postquam menses fluere cœperunt, nisi ex morbosa constitutione diutius subsistant: si virgines ante illud tempus nubant, non concipiunt. Deinde idem accidit, si vitiosa aliqua dispositio sit in vtero vel semine. Tunc enim fœminæ non concipiunt, antequam ea vel ætatis progressu à natura vel arte & medicamentis corrigantur, qua sublata, postea concipere incipiunt. Nonnunquam etiam enicit, vt etsi fœmina sic satis sana videatur, quia tamen vteri & seminis eius constitutio virili semini non respõdet, nec conueniens est, non concipit, donec progressu ætatis ea constitutio in aliam mutetur.

Quod verò quæ semel conceperunt, postea rariùs pariant, sit etiam primò ratione ætatis. Si enim virgines nimis adhuc tenellæ nubant, plerumque difficulter pariunt, & partu difficili vterus & præcipuè os eius debile valde redditur. Idem accidit & fœminis, quæ iam adultiores nubunt. Cum enim iis affluxu sanguinis menstrui vterus debito modo non sit humectatus, aut non concipiunt, aut rarò concipiunt. Deinde idem ex morbosa constitutione euenit. Quibus enim fœminis vel menses non redè fluunt, vel aliam morbosam constitutionem habent, ex vel non concipiunt, vel rarò concipiunt. Tertio accidit hoc interdum & iis, quæ quidem iusta ætate nubunt, & etiam sic sanæ sunt, postea vero in partu difficili vel abortu, vel fœtu mortuo, vel mola aliquid damni in vtero patiuntur. Si enim ex partu laborioso vel abortu in vtero aliquid aut rumpatur, aut distendatur nimis, aut labefactetur, vel exfœtus corrupti illuue, aut mola, eamque plerumque sequente immoderato sanguinis fluxu, vteri temperies debilitetur, aut eius situs mutetur, accidit, vt fœminæ tales postea vel nunquam, vel raro concipiant. Imo accidere potest, vt fœmina aliqua à natura tam debilis sit, & tam debilem vterum habeat, vt etsi partus laboriosus non sit, tamen gestatione fœtus à partu ita debilitetur, vt vires ad concipiendum postea deficiant, aut non nisi longiori tempore post partum primo recolligantur: id quod tenellis & delicatioribus ac vitam otiosam agentibus euenire solet. Hinc scribit Hippocrates, *de aëre, aquis & locis*, Seytharum ancillas ob vitam laboriosam minus steriles esse, quàm vxores, quæ vitam otiosam agunt. Tandem & huius symptomatis hæc causa esse potest, quod fœmina aliqua, cum primum nupsit, sana fuit, post partum vero primum in morbum aliquem incidit, ob quem vterus ita debilitatus fuit, vt ad frequentius concipiendum ineptus redditus fuerit. Et possunt fœminis, in principio coniugij sanis, varij & partium principalium & vteri morbi accidere, ob quas postea ad concipiendum ita habiles amplius non sunt.

Signa Diagnostica.

Signa.

Omnia autem hæc rectissimè ex ægræ & adstantium relatione cognoscuntur: An fœmina nimirum ætate nimium tenera maturius, aut adultiore iam tardius nupserit; an in partu grauius laborauerit; an abortum passa sit; an fœtum mortuum vel molam excluserit, & hæc de causis vterus læsus sit: an morbo aliquo, dum nuberet, aut postea concepta sit, qui conceptioni obesse possit. Si verò nihil horum acciderit, & fœmina iusta ætate nupserit, & cætera satis sana sit, præcudubio latens aliquod vitium in vtero hæret, aut certe semen & vterus fœminæ ad semen virile non iustam proportionem habet, quæ tamen ætatis progressu mutari solet.

Prognostica.

Prognostica.

1. An, vt fœminæ crebrius pariant, effici possit, è causis patet. Quæ enim tenellæ nubunt, si pepererint, & postea concipere desinant, ætatis progressu viribus collectis, iterum parere incipiunt. Si verò vterus insigniter læsus sit, & aliquid in eo ruptum, vel alio modo læsum, vix iterum restituantur, vt concipere possint.

2. Virgines, quæ adultiores iam nubant, raro fœcunda sunt, vel raro concipiunt.

3. Fœmina si iusta ætate nupserit, & nullo insigni ac notabili morbo labore, etsi statim non concipiat, tamen pro sterili ideo non habenda. Sæpe enim accidit vt latens aliqua in vtero sit dispositio quæ conceptionem primò impedit, quæ ætatis progressu mutatur, vt fœminæ postea tales satis fœcundæ euadant.

Curatio.

Curatio.

Si fœmina nimis tenera ætate nupserit, & non concipiat, aut postea, vbi semel concepit, concipere desinat, ea rarisimè venere vtatur, donec adultior facta robor, ex primo coitu vel partu amissum, ætatis progressu recuperauerit. Vtatur etiam bonâ diæta, & cibo boni nutrimenti, laboribusque multis non exerceatur. Contra si virgo iam adultior nubat, & propter vteri siccitatem ad conceptionem minus apta sit, balneis, pessis & fomentis emollientibus diutius illa emollienda, & curandum, vt menstrua rectè fluant. Si ex debilitate naturæ, quod in delicatis accidit, fœmina non concipiat, corpus cibis solidioribus & exercitio sensim solidandum, vterusque roborandus, vt suo loco dictum, talesque frequenti concubitu abstinere debent.

virgines valetudinarias quot attinet, an ex nubere debeant, dubium est. Vulgata quædam est opinio, Virgines valetudinarias, si viro copulerentur, meliorem valetudinem consequi; & sanè accidit interdum, vt quæ virgines pallidæ & decolores fuerint, si nubant, vegetæ fiant, & roseam faciei & corporis colorem acquirant. Contra compertum est, quasdam post nuptias non conualuisse, sed in peiorem statum collectas fuisse. Ideo distinctione opus est. Etenim si ex mensibus, vel semine retento, valetudo illa aduersa ortum habeat, rarissimum est, Virginem marito coniungere. Ita enim & semen retentum euacuatur, vterusque expurgatur. Si verò in viscere aliquo, præcipue epate vel hene, aut etiam toto corpore vitiosa aliqua dispositio adsit, illa veneris vi non tollitur, sed potius augetur, & vitiosi humores in toto corpore abundantes ad vterum alliciuntur, atque in eo obstructions excitant, vnde febres diuturnæ, & alia mala excitantur. Accidit etiam, vt cum in talibus valetudinariis fœminis sanguis sit vitiosus, nec semen bonum inde generetur, nec fœtus probum nutrimentum suppeditetur, inde fœtus debiles, partus laboriosi, abortus, malæ, & alia plurima mala ortum habeant. Quapropter tutius

An virgines
valetudi-
narias nu-
bere de-
beant.

A est, tales fœminas primùm curare, & ad meliorem statum reducere, & postea viro iungere, aut si morbus sit incurabilis, tutissimum est, tales Virgines manere, & à coniugio abstinere. Rectèque scribit Fernellus, l. 1. *Pathol. cap. 11* Perclatæ generi humano consultum videretur, si soli parentes bene habiti atque sani liberis operam darent. Si enim agricolæ sementem facturi, parum semen & fœtum seligunt, experti, frugem malam è marcido percipi: quanto id diligentius in procreandis liberis obseruandum?

Sani liberis
operam dare
debet.

B Si à partu difficili vel abortu, vel simili de causa vterus intemperiem & debilitatem vel alium morbum contraxerit, curandus est, vt de morbis vteri dictum. Et quia plerumque ex labore in partu in tenentis corporibus vterus ita debilitatur, vt postea multa excrementa recipiat, à quibus naturalis eius status mutatur, & intemperies frigida & humida inducitur, quæ curanda, vt suo loco traditum. Aut si quia in dorso, osse sacro, coxendice, & vicinis partibus laxatum, ruptum, vel quocunque modo læsum sit, curandum, vt de his, quæ partem difficilem sequi solent, malis corrigendis dicetur. Si post molam vel nimium sanguinis fluxum, vel simile quid vterum debilitauerit vitium id corrigendum, vt suo loco dictum & dicetur. Si ex fœtus inortu propterea colliuit intemperies & praua aliqua qualitas vtero indurata sit, illiuius illa prima abstergenda, succo mercurialis & similibus, postea theriaca: Methindatum dissoluta in vterum infundenda, vel per pessum indenda, vel extra adhibenda; aut suauolentibus vterus recreandus. Itaque limenta & vnguenta è styrace, benzoë, balsamo, oleo angelicæ, laudulæ & similibus adhibenda, cauendo tamen, ne odor ad nares pertingat.

CAPVT IV.

De conceptione & fœtus formatione.

P

OSTquam semen vtriusque sexus, maris scilicet & fœminæ, in vtero exceptum est, ab eoque bene clauso & coarctato retinetur, ab vteri peculiari facultate, quæ in tali partu in toto corpore concessa est, forma in femine latens excitatur, & ad *conceptum* prorumpit, & per vim formatricem, quæ spiritu insito, quasi instrumeto, vteru, ad corporis ei similis, à quo decifum est, fabricationem sese accingit, quæ actio *Conceptio* appellatur, & propterea definitur potest, quod sit vteri actio, cum matris & fœminæ semen fœcundum ab eo excipitur, miscetur, fructur, ei sique vis ad manus proprium extequendum excitatur. Id verò quod concipitur, *conceptus* seu *conceptio* appellatur. Nondum enim hic, cum ad multa dubia eret hanc materiam soluenda faciat, differre *conceptum* & *conceptum* seu *conceptum*. Semen enim proprie loquendo est id, quod ex vasis feminaibus ab utroque parente in coitu excernitur, ex quorum vterum *conceptum* impto vllius speciei animal generatur: *conceptus*, eò est id, quod ex utroque semine, tanquam duobus principiis, mixtum constat, & quod perfecti animalis principia in se continet, atque è quo suo tempore perfectum animal formatur.

Conceptio.

E

Quando
fœtus conce-
pitur?

Fit autem ista conceptio, non demum septima die, vt nonnulli existimant, sed vt recte Lud. Mercatus, lib. 3. *de morb. mul. cap. scribit*, vbi femina in vtero constitit, atque etiam infra septem horas post eiaculationem in effusionem relapsa reuertatur fuerint, si vteri calore conseruentur, reganturque, concepisse fœminam credendum est. Ne-

que enim vel momento, multò minus ad septimum diem, natura otiosa est, sed statim se ad formationis opus accingit. Vnde etiam Hippocrates, non à septima die, sed ea, qua semen retentum fuit conceptionis initium computandum docet, dum *lib. de genitura*, scribit: *Si mulier aliquando partum experta fuerit, & aduertit, quando genitura non exciderit, sed intus remanserit, sciet, qua die conceperit.* Quia tamen vel feminum vel vteri debilitas interdum impedimento est, vt inchoatum opus absolui non possit, si sine suo frustratur natura, intra septem dies præcipuè elabi sinit femina. De quo Hippocrates, *lib. de septimo partu: Embryonum conceptio & abortus; & partus mulieribus in eotempore iudicantur, in quo cunctis hominibus morbus, sanitas & mors.* Id est, sicut natura morborum crises per septimanas instituit: ita si conceptum se perfecturam diffidit, septima die eum reiicit. Si verò femina vltique ad septimam diem permanerint, & femina ipsa esse fecunda, & vterum sese recte habere indicio est, neque de opere formationis absoluendo plerumque dubium amplius est: quo sensu, & non alio, intelligendus est Aristoteles, dum *lib. 3. de histor. animal. cap. 3* scribit: Si semen in septimum diem intus permanerit, conceptum esse iam certum est.

De ipsa autem formatione, & præcipue de vi Formatrice, pluribus in *Institutionibus lib. 1. ca. 10. & de consens. ac diff. Chym. cum Gal. cap. 9.* egi: vbi monitum cum Themistio, in *1. de anim.* & I. C. Scaligero, *exerc. 6. sect. 9.* Animam in semine latentem esse sui domicilij architectam: quibus amplius nihil addo, quàm me mirari, quomodo magni etiam viri in re plana se torserint, & vt candidè dicam, errarint; cum facultatem formatricem omnes agnoscant, animam verò cuius est facultas, cognoscere non potuerint. Facultas certe seu potentia præsupponit substantiam, à qua pendet & emanat, & accidens ac qualitas nulla est in subiecto, & omnes directione formæ, à qua fluunt efficaces sunt. Quæ res virum nunquam satis laudatum, & aliàs Aristoteli addictissimum, ac Interpretum eius, ac Scholasticorum lectione versatissimum, I. C. Scaligerum, mouit vt sicut semper, ita & hic, libertate Philosophica & homine ingenuo digna vteretur, & illud, quod vulgo dici solet, Formas edici è potentia in materiæ, optimum (quem quidem opinio & locutio non satis commoda recipere potest) sensum traheret, & explicaret. Etsi enim optimum ab Aristotele dictum esse sciret, semen esse potentia animal, & quod ita non possit esse simul actu & potentia: tamen recte rem sic explicauit, vt in *Instit. loc. alleg. pag. 88.* dictum, Potentia semen animatum esse, non quia non sit ipsa essentia animæ in semine, semenque actus primi respectu non animatum sit: sed quia careat instrumentis expressis, quæ sint in eius potestate, quibus postea perfectis, in actum secundum erumpat, & omnes operationes edat, quas ob defectum organorum edere non poterat: sicut infantes nec ambulare, nec ratiocinari perfecte possunt, non ob animæ, sed organorum defectum & ineptudinem. De quo idem Scaliger, *exerc. 6. sect. 9.* egregiè: aiunt: *Si canis anima esset in semine, canis semen esset canis. Assentior. Est enim canis imperfectus, carens tantum articulationibus.* Et si iam demum in corpore formato & iam organus suis instructo producit anima, quis ex semine, antequam anima adveniret, organa illa construeret? Et idem *exerc. 6. sect. 5.* Si, inquit, extrinsecus venit forma atque interea, vt scribunt, omni perfectionum genere instruitur materia, ab aliquo intus & qualitates, & quantitates & numeros, & ordines, & situs apparari, atque institui ne-

Vis formatrix corporis animati.

Semen quo modo sit potentia & actu animatum.

A *cesse est: denique corpus ipsum totum fabricari. Hac fabrica fit aut à substantia, aut ab accidente, aut ab utroque. Non ab accidente solo. Primum quia nullum accidens agit, nisi per vim suæ substantiæ. Deinde quia nullum accidens cognoscit. Illa verò virtus tam vobilis templi architecta sapientissima ab omnibus Philosophis indicata est. Adificabitur igitur à substantia. At hæc forma seminis est. Sane seminis forma, si non est anima, bruta res est. Et si fabricat, est equalis animæ. At incrementis, & amissa carnis repositione, opus illud anima est. Erit igitur in semine anima formatrix, antecedens animam, cui parat illud domicilium. Quare prior illa posteriore hac sapientior, ac nobilior. Et paulo ante: Ipsamet forma eius præparationis autor est. Ipsa enim sibi & alterat totum, & disponit partes. Neque cum ad summam peruentum fuerit perfectionem præparationis, tum ad substantiæ quoque formam peruenitur. Est enim ipsa forma ante existens. Ergo ad eam non peruenitur, sed ad eius actum, quo ipsius deinceps usum capessere possit.*

Ac proinde in re plana frustra se torquet Fabricius Baitoletus, in *Encycloped. Hermetico dogmat. Physiol. cap. 5. quest. 1.* dum quidem concedit, causam adæquatam nomen conformationis esse animam vegetatiuam, non tamen eo modo, quo ego & Piccolhomineus statuimus. Nam, scribit, quod anima vegetatiua sit causa conformationis, quatenus instruitur à Deo, hoc est principium Christianum, quod & ipse facit: sed interim quarimus causam naturalem, qua naturaliter in secundo & quarto modo dicitur de se sit causa naturalis conformationis. Quare Piccolhomineus non respòdit interrogationi per quid. Consimiliter Sennertus probat quid semen esse animatum, sed illius consequentia non tenet; semen est animatum. Ergo semen animatum est causa conformationis. Verum enim verò si Bartoletus vt Christianus, credit, animam, quatenus à Deo hanc vim accepit, esse principium conformationis, causam nullam habet, cur idem vt Physicus negare debeat. Neque enim veritas duplex est. Et illa ipsa ignoratio creationis, qua Deus omnibus rebus creatis vires peculiare & admirandas indidit, easque conseruat, (conseruatio autem rerum, vt Scaliger ait, creationis continuatio est) fecit, vt Galenus & alij gentiles frustra in rerum occultarum causis inuestigandis laborarint, dum saltem ad naturam, non vero ad naturæ autorem Deum respererunt, & res naturales considerarunt, quasi vires, quas habent, ex se, non à Deo haberent. Deinde dum probaui semen esse animatum, me etiam probasse puto, in semine esse causam conformationis. Quid enim opus est in vtero, vel extra semen causam querere, quæ in ipso semine est? cum anima illa non otiosa, sed suis facultatibus instructa sit: id quod ipse negare non audet, dum concedit causam adæquatam conformationis esse animam vegetatiuam. Dum vero alium modum ponere vult, quàm ego, in absurdissimam opinioem incidit, dum statuit, genituram (ita appellat illud, quod primis septem diebus ex semine elaboratur, esse opus facultatis vegetatiuæ seminis, quando semen in formam genituræ corrumpatur, id est, ad seminis corruptionem illius quoque facultas alteratrix & formatrix corrumpatur, & ex potentia facturæ educatur alia facultas vegetatiua, quæ factum in genitura delineatum perfecte conformet; absoluto vero factu, ex factus potentia deduci animam sentientem, quæ factui aliquam perfectionem tribuit. Verum enim vero, vt I. C. Scaliger *exerc. 6. sect. 2.* scribit, vulgo quidem semen, quia desinit semen esse, corrumpi dicitur:

Creationis ignorantia gentilibus errandi causa fuit.

dicitur : tamen apud Sapientes, quia nihil perit, A
recreta perficitur. Absurdus verò hoc est, statuere,
vnam facultatem in aliam corrumpi; cum faculta-
tes inseparabiliter ab anima dependant. Ideoque
sicut, dum ex semine vel nucleo planta vel arbor
generatur, non fit vnus facultatis in aliam corru-
ptio, sed eadem anima, quæ semini vel nucleo inest,
à principio ad finem totius operis architecta est,
sed alio modo agit, aliaque producit, pro diuersi-
tate materiz, quam sibi adsciscit: ita etiam in ani-
malium semine eadem forma, à principio foeturæ
ad perfectam foetus absolutionem, totius operis di-
rectus est.

Foetus for-
matio.

Qua ratione autem & quo modo partes omnes
corporis formentur, non huius est loci, vbi de af- B
fectionibus præter naturam foeminarum agitur, di-
cere, sed pertinet id ad Physicam & Physiologiam,
& de ipso foetu formato extant egregij Tractatus
vitorum doctissimorum, Hier. Fabricij ab Aqua-
pendente, & Adr. Spigelij, Professorum Patavi-
norum, qui à Medicis studiosis legantur.

Tempus
formatio-
nis foetus.

De tempore verò formationis variaz Medicorum
Disputationes sunt, quæ sine abortuum, qui raro
inspiciendi exhibentur, crebra inspectione, decidi
non possunt. Commodissime tamen, vt in *Institut.*
lib. 1. cap. 10. dictam, ij tentant, qui statuunt, pri-
mò omnium membranas, quibus foetus inuoluitur,
cum vasis vmbilicalibus, quibus vtero matris con-
nectitur, & alimentum accipit foetus, formari, hinc
partes omnes delineari, exornari & perfici, & qui- C
dem alias citius, alias tardius, & pro ratione digni-
tatis & necessitatis, prove foetus, dum in vtero est,
vel etiam postea dum in lucem prodiit, inseruire de-
buerint. Quibus autem temporis momentis singu-
las efformentur, humana ratio adsequi non potest.
Deo soli hæc nota. Iehouah,

*Compago mira corporis nostri, tuæ
Miraculum est solertia.
Masse recentis rudia aëhuc primordia,
Rudisque massa semina,
Ceu scripta haberes, corporisque lineas
Motam, statumque noueras:
Et membra, nondum cum forent, quid adderent
Dies sicbas singuli.*

Ad foetus
formatio-
nem quæ
requiritur.

Hic cum nobis sit propositum, de morbis mulie- D
rum agere, hoc primò notandum est, vt rectè for-
matio foetus fiat, tria requiri, ipsum semen foecun-
dum vtriusque parentis, & quidem bene constitu-
tum, calidoque innato ac spiritu perfusum, in quo
anima in formatrice instructa residet, quæque sui
domicilij architecta est; deinde sanguinem mater-
num, è quo postea foetus augetur, & perfectam
molem accipit, tertio vterum matris bene consti-
tutum, qui semen fouet, eiusque latentem vim ex-
citat. Quæ tria si se rectè habeant, formatur foetus,
vnus plerumque, sanus & perfectus, ilque suo tem-
pore in lucem editur. Si quid tamen à vulgari modo
discrepet, aut præter naturam sese habet, forman-
tur vel gemelli, & foetus plures ac numerosi con-
cipiuntur; vel postquam primus foetus conceptus
est, post temporis aliquod intervallum alius, ad-
huc concipitur, quæ Superfoetatio dicitur; vel vi-
tiosa sit foetus conformatio, dum aut foetus debi-
les formantur, aut qui aliquam partium defectam
vel excessam, (quo & hermaphroditis pertinent)
vel vitiosas conformationes habent, aut quod ali-
quando obseruatum, foetus in lapideam durtiorem
mutatur, aut pro homine mola, aut tandem mon-
strum generatur. De quibus vitis hoc loco ordi-
nemus. Etsi enim nonnulli de hisce inter partes
vitiosas agere soleat: tamen quia in pariendi tem-
pore vel modo nihil vitij occurrit, sed quale for-
Operum Sennerti, Tom. III.

matum est, tale editur, commodius inter forma-
tionis vitia de hisce agitur.

CAPVT V.

De Gemellorum & numerosa prolis generatione.

ET primò quidem Gemellos quod attinet, etsi Gemello-
rum genera-
tione.
Animalia bruta pleraque plures foetus concipi-
ant & generent: tamen frequentissime foeminae
in hominibus vnum saltem foetum generant: ra-
rum verò est in nostris regionibus, vt gemelli, ra-
rius vt trigemini, rarissimum vt plures foetus con-
cipiantur & generentur. Quandoque tamen id ac-
cidere, obseruatum est. Et quidem nonnullis locis
hoc familiare est. Ita Aristoteles, *lib. 7. de histor.*
animal. cap. 4. scribit: Quod plurimum, & locis
plurimis agitur, mulieres singulæ singulos pariunt.
Sed sæpe & locis plerisque geminos etiam, vt in
Ægypto quoque fieri certum est. Pariunt etiam
tres & quatuor. Et quidem nonnullis in locis val-
dè ita sit, quod dictum iam est, sed quinque cum
plurimum nascuntur. Iam enim pluribus hoc eue-
nisse conspectum est. Et quædam viginti partibus
quatuor edidit; quinos enim singulis partibus eni-
xa est, maiorque eorum pars enutriti & adolefcere
potuit. Et Plinius, *lib. 7. cap. 3. natural. hist.* scri-
bit; Trigiminos nasci certum esse, idque Hæra-
tiorum Curiatorumque exemplo monstrari; & an-
nis supremis Diui Augusti Faustam quandam è ple-
be Ostiæ duos mares & totidem foeminas enixam
esse. Et ancillam quandam Augusti Imp. in agro
Laurente vno partu quinque enixam esse filias re-
fert. Et Albucasis, *Chirurg. lib. 2. cap. 76.* scribit,
se compertum habere, quandam mulierem abortu-
endo emisisse septem, & aliam quindecim, omnes
formatos. Et Comitissam quandam Querfurtens-
em vno partu nouem infantulos edidisse fertur. Et
Cromerus, *lib. 9. de origin. & gestis Polonorum.* scri-
bit, quod anno 1270. die 20. Ian. in Cracouiensi
regione, honesta quædam matrona Margarita, tri-
ginta sex pueros viuos vno partu ediderit. Et alia
exempla multa apud Historicos & Medicos extant,
quæ recensere longum & superuacaneum foret. Vi-
deri verò possunt apud Ioan. Schenkiuum, *lib. 4. ob-
seru.* qui ea collegit. Sequentia verò planè prodigi-
osa sunt, vt quod refertur à Ludou. Viue, Erasmo
Rotterdamo, Ludou. Guicciardino & aliis Flan-
driæ Historicis, quod Margarita Florentij Comi-
tis Hollandiæ filia, cum mulierculam stipem peten-
tem, gemellosque in vlnis gestantem acerbe incre-
passet, neque vno partu duos producere potuisse,
nisi duorum quoque virorum via esset commercio,
affirmasset, postea anno 1276. ætatis 32. ipso die
parascæues, pepererit infantem 364. partim mares,
partim foemellas, pollicis magnitudine, qui simul
in pelui baptizati, maribusque Ioannis, foemellis
Eulæbethæ nomen impositum fuerit. Idem planè
plures Historici de Margarita Comitissa Holste-
nij referunt, quæ Imperante Henrico VII. etiam
vno partu infantulos 364. ediderit. Et miraculo-
sum planè videtur, quod Auentinus, *lib. 7. anna-
lium,* scribit, Mechildim Comitissam ab Henne-
berg, finam Florentij IV. Bathayini Comitissæ, sor-
orem Guhelmi Regis Roman. sub Frider. II. Im-
per. mille quingentos quatuordecim pueros simul
genuisse, qui in malluio ab Othone Traiectensi
Episcopo, auunculo eius sacra aqua iustrati fuerunt.
Cuspinianus tamen tantum 350. fuisse refert.

Plurium
foetuum
generatio.

Foetus for-
matio quot
modis iz-
datur.

Ut verò de istis, quæ prodigiola & ferè miracu-
Causæ.
A A 2

lofa sunt, nihil dicam, sed saltem causas, cur gemini, trigemini, aut paulò plures fœtus interdum generentur, inquiram, hoc certum est, gemellorum & trigeminorum conceptionem ab vno coitu fieri, & eo differre à superfœtatione, quod illa à pluribus congressibus fit. Cur autem plures fœtus in vno coitu formentur, nonnulli in cellulas vteri causam referunt. Verùm nullæ tales cellulae dantur in vtero humano, sed vteri cavitatis saltem linea, futura simili, qualis etiam in seroto virili apparet, secundum longitudinem in dextram & sinistram partem diuiditur. Nonnulli in nimiam seminis copiam causam reiciunt. Verùm etsi magna sit feminis copia, vt plerumque in iuuenibus robustis, qui primùm coeunt, esse solet: tamen plures inde fœtus non fiunt, nisi semen in partes diuidatur. Alij gemellos, trigeminos vel etiam plures fœtus formari aiunt, quoribus semen vtrumque in eodem congressu sæpius emittitur, vt diuidatur in partes & iufficiat ad plurium fœtuum perfectam generationem. Et omnino verum est, necessarium esse, vt, si plures fœtus generari debent, semen in plures partes diuidatur; cum in quolibet semini, minimo vis formatrix integra lateat, & ex singulis partibus singuli fœtus generentur. Verùm de hoc dubito, an diuisio ista seminis fiat eiaculatione seminis pluribus vicibus in vno coitu facta; cum in seminis emissionem, quæ fit in vno coitu, ea interualla vix dari possint, vt semen ita in partes diuidatur; cum vteri cavitatis in non prægnantibus exigua satis sit, & vix fabæ magnitudinem superet, vt facillè tota repleti possit, nec spatium plerumque sit, vt semen in diuersas partes diuidi possit. Idcirco hoc mihi magis probabile videtur, in fœminis, quæ fœtus plures concipiunt, cavitatem vteri in coitu non ita angustam fuisse, vt modò dixi, & vt vulgò in fœminis esse solet, sed paulò ampliorem, vt semen in eo, quod tamen copiosius sit, quasi in plures partes diuidi potuerit.

Gemelli
vnam se-
cundinam
habent.

Signa.

Ut tamen in vno coitu concipiuntur gemelli, ita vnam secundinam habent & communem Placentam, quæ vtriusque vasa vmbilicalia recipit, quamuis vterque fœtus suum habeat amiculum, cum duo, qui in superfœtatione formantur, fœtus, duas secundinas habeant.

Signa Diagnostica.

An autem fœmina gemellos vel plures fœtus in vtero gesserit, agnoscere ante partum non ita facile est. Quamuis enim duo fœtus maius spatium requirant, quàm vnus, & ita duo fœtus plus vterum distendant, quàm vnus: tamen sæpe etiam accidit, vt mulieres alia plus humorum in vtero, dum grauidæ sunt, cumque sint, alia minus; atque hinc accidit, vt quæ vnum tantùm fœtum gestant, tam magnam ventris molem habeant, qualem interdum vix habent, quæ gemellos gestant. Quæ tamen geminos gestant, ventris molem non ita æqualem habent, sed eminentiis quibusdam, & rugis ac sulcis quasi diuisam. Maius etiam pondus fœtus sentiunt, quàm quæ vnum fœtum gestant; & quidem inæquale pro eius vel illius inæquali magnitudine; cum rarò plures fœtus eiuſdem roboris & magnitudinis sint. Motus tandem, qui fit in vtero, non est vnicus, sed sæpe in duobus locis percipitur, nec etiam est vniformis.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

I. Quid autem prælagendum sit, tum ex viribus matris, tum fœtus coniectandum. Vt enim fœmina plures fœtus, quos concepit, ad tempus partus vsque nutrire possit, viribus integris, corpore vegeto esse, & sanguine abundare, vtrumque bene constitutum habere debet.

2. Si verò fœmina sit debilis, malo corporis habitu prædita, vtrumque malò constitutum habeat, & graua patiatur symptomata, in magno periculo versatur, cum vel abortu, vel difficili partu & longis partus laboribus, aut copioso partum sequente sanguinis fluxu, vires facillè deiici possint.

3. Si mulieri grauidæ geminos ferenti altera mammarum extenuetur, alterum abortit: & si quidem dextra, marem; si sinistra, fœminam excludit, 5. aphor. 38. Quo aphorismo etsi Hippocrates indigitare videtur, alterum è gemellis abortu excludi posse, altero saluo: id tamen rarissimum est.

4. Sunt autem gemelli vnus sexus viuaciores, quàm diuersi; propter varietatem seminis, inæqualitatem incrementi, motus ac perfectionis diuersitatem, ob quam accidit, vt feliciter eodem tempore edi non possint, sed aut marem præter naturam cunctari, aut fœminam præuenire necesse sit. Interdum tamen accidit, vt etiam diuersi sexus gemelli vitales sint. Refert enim Rod. à Castro, de nat. mulier. lib. 3. cap. 13. Fratrem suum Franciscum gemellum esse cum sorore Leonora, & vtrumque agere annum quadragesimum, viribus integris, & sororem etiam numerosam prolem edidisse.

CAPVT VI.

De Superfœtatione.

VT interdum ex vno coitu plures Infantes concipiuntur: ita nonnunquam, etsi rarò, ex diuersis congressibus plures fœtus concipiuntur, quæ Superfœtatio appellatur, & quidem vario modo, pro diuersa temporis, quo concipiuntur, ratione. De qua te Aristotel. 7. de hist. animal. cap. 4. ita scribit: In muliere rarò euenit, vt superfœtet, sed factum tamen aliquando est. Qui itaque longo post tempore sint concepti, nihil perfici possunt, sed præternaturali dolore, quo ipsi & primus fœtus intereat, mouent. Iam incidit, vt facta corruptione duodecim superfœta puerperia egererentur. At verò si proximè à primo conceptu secundus sit factus, absolui edique potest, quod superfœtari: vt quasi gemini nasci videantur, quomodo Herculem & Iphichlem procreatos esse fabulantur. Nam id etiam constitit adultera quadam, quæ alterum suo marito, alterum adultero similem peperit. Iam & cum geminos quædam ferret, tertium superfœtauit: & cum tempore pariendi iustum iam esset, primos vitales peperit, tertium quinto mense elisit, qui statim mortuus est. Altera cum primùm septimo peperisset, qui mortuus est, mox duos iusto mensium numero edidit, qui vixerunt. Quædam etiam sub abortu conceperunt, atque alterum abegerunt, alterum continuerunt, pertuleruntque ad partum. Plurimis si concubuerint mense octauo, infans mucore oppletus exit. Esculentorum etiam, quæ mater comederit, sæpè gerulus venit in lucem, & si sale immodicè vsa est, ipse sine vnguibus nascitur. Hac Aristoteles. Et quod de Hercule & Iphicle è Poëtarum fabulis narrat Aristoteles, Plautus etiam in suam Amphitruonem transtulit, dum de Alcmena ait, hodie paries filios geminos, eorum Amphitruonis alter est, alter Iouis: alter primo post mense nascetur puer, quo seminatus est: alter mense septimo. Quod & Plinius, lib. 7. nat. hist. cap. 11. confirmat, & hoc addit. Proconnesiam ancillam eiusdem diei coitu alterum Domino, alterum procuratori eius genuisse; & aliam suum fœtum iusto partu, quinque mensium alterum edidisse; &

rursum alium septem mensium edito puerperio, A infecutus mensibus geminos enixam fuisse. Et Nicolaus Florentinus, *gesta. 6. tract. 1. cap. 21.* scribit, foeminam quandam peperisse masculum, & hinc ad tres menses peperisse alium masculum & bene vixisse ambos. Dodonæus quoque *in annos. ad cap. 3. Beninensis*, refert, foeminam quandam peperisse filium bene gestatum Anno 1570. Decembris die 7. hora 10. vespertina. Postridie verò eadem hora, præter expectationem obstetricis ac sui ipsius, peperisse eandem foetum alterum, sed nondum quadrimestrem, utpote cui neque oculi, neque ospaterent. Et Paulus Pereda, *schol. ad cap. 55. Io. Michaël. Paschaly lib. 1. de curas. morb.* scribit, Valentiae uxorem cuiusdam Doctores post quatuor menses ab obitu viri filium peperisse, & deinde nono mense alterum. Et Franc. Rouilleus, *de partu casar. sect. 6. cap. 7.* scribit Foeminam quandam tres filios vna utero gestasse, hinc factum esse, ut circiter quintum mensem ex filiis vnum tantum ederet, cum & ipsa & Medici duos alios foetus nihil aliud, quam lochia retenta esse, aut molas, irritosque conceptus putarent, ipsi post octauum ab abortu diem, purgante medicamento ad ea abigenda incaute summo, abortus secundus duorum filiorum sequeretur. Et Casp. Bauhinus, *in appendice ad partum casar. Russæi*, refert, Foeminam quandam 1575. Apuli mense puellam feliciter enixam fuisse, quæ dies solū nō undecim superuixit. Finito toto puerperio, cum ad consueta properaret munia, septimanis quinque & totidem diebus post primum partum, dum in vineis esset, nihil minus, quam de alio partu cogitans, filium enixam esse, qui diu superuixit. Idem scribit; Nobilem quandam foeminam peperisse post mariti mortem puellam, sed mortuam & calaria carentem. Quæ de re cum defuncti Nobilis hæredes certiores facti essent, possessionem feudorum omnium attriperunt. Vidua verò cum subumida maneret, & vel tumorem præter naturam, vel aliquem morbum in suo corpore residere putaret, ad thermas profecta est, ibique decima hebdomade à priori proximo partu masculum saluum edidit, qui postea omnium feudorum ab agnatis repetitorum hæres factus est, & diu vixit. Exemplum etiam singulare superfoetationis refert Hercules Saxonia, *Præf. Med. lib. 4. c. 27. de nobilitate*, quæ filium peperit nono mense, vnum & perfectum, octauo die à primo partu alium isidem, & non omnino absolutum, post 15. dies iterum alios duos. Et cum reconcaluit, anno sequenti, cum iterum utero gereret, habuit eosdem omnino partus, & singuli eorum in propria tunica erant inuoluti. Cum tertio concepit, & filium edidisset primò, & adhuc vterus esset filius plenus, amplius parere non potuit, & obiit. Ut ita de rei veritate dubitare opus non sit; cum tot historiarum eam confirmet. Quamuis enim Hippocrates, *5. aphor. 15.* scribit, os vteri in grauidis ita clausum esse, ut ne quidem aciculam deinceps admittat: tamen impossibile non est, quin dum mulier grauida coit, & magnam in coitu voluptatem percipit, non nihil eius orificium ad semen accipiendum iterum aperiat, idque attrahat, & indetæctus formetur.

Causæ.

Superfoetatio nimirum accidit, dum mulier, quæ antea concepit, cum viro iterum coit, & ex voluptate, quam percipit, vteri orificium ad semen arripendum auidam, non nihil iterum aperitur, semenque attrahit. Si tamen vterque foetus vitalis esse debet, necesse est, ut id accidat à primo conceptus die vsque ad quartum aut circiter, quando primus foetus adhuc exiguus est, ut non difficulter

Operum Seonerti. Tom. III.

locum inueniat, nec dum omnes venarum & articularum propagines à primo factu sunt occupatae. Si verò prior foetus iam maior sit, ex superfoetatione excitatur abortus, vel vtriusque, vel illius, qui vltimò conceptus est. Inuoluuntur autem foetus illi plures in superfoetatione diuersis secundis, singuli singulis. Cum enim aliquanto post primum conceptum secundus fiat, prima genitura iam suis membranis, quæ primò formari solent, circumdari & inuolui cœpit. Itaque necesse est, ut etiam secundum semen, quod recipitur, sua & peculiari membrana concludatur, & proprium etiam receptaculum habeat. Neque enim vbi foetus concipitur, natura omnia vteri vasa in vnius foetus nutritionem impendit, sed aliqua vel ad mensium purgationem, si foemina sanguine abundet, quæ quibusdam foeminis grauidis accidere solet, vel ad nouum conceptum alendam referuat

Differentia.

Ex quibus etiam patet, superfoetationis aliquam esse differentiam, quæ præcipuè ratione temporis accidit. Etenim interdum paulò post primum conceptum, vel eadem, vel sequenti die, aut certè non longo interuallo, noua conceptio accidit, & tum vterque foetus vitalis esse potest. Interdum verò longiore post primum conceptum interuallo superfoetatio accidit, & tales grauidis plerumque dolores & sibi & priori foetui intentum conciliant. Est & tertia differentia, cum foemina tertium superfoetant, ita ut duos foetus vitales edant, tertium verò intempestiuè euciant. Imò & hoc obseruatum, foeminam primum foetum peperisse mense septimo, & rursum geminos mense nono enixam fuisse.

Signa Diagnostica.

Superfoetatio non facillè cognoscitur: nisi forte ex motu infantis, si tardius in utero conceptus sit & moueatur. Si tamen post breue à primo conceptu interuallum superfoetatio facta sit, à gemellis superfoetatio non facillè discernitur.

Prognostica.

1. Si longiore post primam conceptionem interuallo superfoetatio accidat, matri plerumque non parua pericula attrahuntur. Aut enim foetus vltimò conceptus, cum vix vitalis esse incipit, abortum concitat, & sibi & priori foetui intentum parat; aut si primò conceptus vitalis sit, partu tamen duplici labores & grauidæ attrahuntur, & magna hæmorrhagia plerumque sequitur, ac foemina vires deiciuntur.

2. Si autem post breue interuallum superfoetatio fiat, & vterque foetus vitalis est, eadem ferè eorum ratio est, quæ gemellorum, nisi quod duplicis secundinæ extractio facillè largiorem sanguinis profusionem excitare potest.

Curatio.

Si superfoetatio accidat, naturæ totum negotium committendum: Interim accuratum regimen, quale grauidis præscribi solet, obseruare debent grauidæ, & si pondere nimio venter grauetur laxantibus & emollientibus abdomen mungendum, ne quid rumpatur, foetusque compressione non lædatur. Imò interdum fasciis ventrem sustentare opus est, ne peritonæum rumpatur, & hernia excutetur. Tutissimum tamen est, foeminas cauere, ne facillè superfoetent, & proinde vbi se concepit animaduertunt, cotum & amplexus lasciuiores vitare.

Causæ.

CAPVT VII.

De vitiosa fetus formatione.

Vitiosa fetus formatio.

Accidunt circa fetus formationem & plurimi errores ac Symptomata. Interdum enim fetus debiles formantur; interdum in numero partium aliquid deest, interdum aliquid abundat, quo & hermaphroditæ pertinent; interdum pars aliqua nimis parua aut magna est, interdum vitiosa fit conformatio, & pars aliqua vel plures, aliter, quam secundum naturam fieri debebat, conformantur: quos errores & symptomata, quæ circa formationem fetus accidunt, hoc capite complectemur.

Imbecillioris fetus causa.

Primò imbecillitatem fetus quod attinet, perdet ea vel à vitio seminis, vel à vitio sanguinis, quo infans alitur, vel ab utero aliqua mala dispositione. Etenim si semen vel patris, vel matris, vel vtriusque, non optimè dispositum, sed debile sit, vel ob ætatem, vel malam corporis constitutionem, ex tali semine non nisi debilis fetus generari potest. Ideoque malè posteritati consulat, seu femina, seu viri, qui vel in ætate tenera nimis vel senili, vel valetudinarij liberis operam dant. Cum enim tales non nisi debile semen generent, ex eo non nisi debilis fetus formari potest. Eadem ratio est sanguinis in feminis. Etenim si femina probum sanguinem non habeat, sed cacochymica sit, ex vitioso sanguine non nisi debilis fetus, & ipse cacochymicus fieri potest. Ita si uterus sit intemperatus, vel alio morbo afficiatur, semen conceptum non rectè fouet, eique aliquam intemperiem imprimit, & præterea sanguini affluenti suam intemperiem communicat, vnde non nisi debilis fetus formari potest. Nec tamen hic prætereunda Altorum vires. Cum enim certum sit, & id Agricolis notissimum, non parum referre, quo tempore, & quo Altorum situ & adspectu semina terræ mandentur: cur non idem etiam in hominis conceptione accidat? Et imprimis Luna hic multum potest, quæ vt plena, vel lumine diminuta, aut noua est, hunc vel illam cæli locum occupat, aut hanc vel illam cum Planetis & stellis fixis configurationem habet, varias conceptui dispositiones imprimit, ac multorum sæpe morborum causa est. Neque enim minus ad corpus afficiendum positus cæli tam tempore conceptionis, quam natiuitatis potest; cum tota corporis natura à conceptione pendeat. Et si qui in Nouilunio in lucem eduntur, plerumque viciati sunt, ac rarè vitales, qui in Eclipsibus, Epilepsiæ obnoxij: cur si iisdem temporibus conceptio fiat, iidem morbi oriri non possint? Quæ autem debilitationis fetus causa esse possit, facillè patebit, si & parentis & matris natura diligenter consideretur. Vt enim referunt sua semina plantæ, & vt Saluator ait, mala arbor non fert fructus bonos: ita ex malè affectis parentibus fortes liberi sperari non possunt. Consulere itaque bene Reipub. & posteritati, si & homines iusta ætate uxores ducerent, & nuberent, & qui morbo aliquo affecti sunt, qui in fetum deriuari posset, non prius nuberent, quam affectus iste esset curatus; quod quomodo præstandum sit, ex iis quæ dicta sunt hæcenus, patet: qui verò valetudinarij planè sunt, aut morbo aliquo incurabili laborant, planè à coniugio & venere abstinere. Vt enim nisi agricola lectissima semina terræ mandet, sed quæuis obuia, & lolij ac aliorum zizaniorum seminibus mista serat, ita agrum zizaniis replebit, vt in iis eradicandis postea multis annis laborandum sit: ita dum pueri

Non nisi sani nuberent.

A vel puellæ, imbecilles, senes, valetudinarij, aut pessimè morati nubunt, quod plerumque diuitiarum acquirendarum causa sit, Rempublicam stolidis, fatuis, imbecillis & valetudinariis hominibus, atque ad omnia officia ineptis replent.

Quod ipsum iam olim monuit antiquus ille Philosophus, Ocellus Lucanus, Pythagoræ auditor, qui in lib. 1. de viuis, de vniuersi natura in fine, hæc habet: Μιστὴ πάσης οὐα σπουδῆς ἔχει ἀποσοφῆς διὰ κατὰ βέλτερας, ὅπως τὰ ζῴων ἄνθρωπον γίνεται χαλεπώτατα, ἔχει ζῴων ἄνθρωπον καλῶς ἀναστραφῆναι. Οὕτω γὰρ διέκειτο, πρὶς φιλοσοφίας ἔχει φιλικώτατος μετὰ πάσης ἐπιμελείας προσιδῶσαι παιδείαν ἢ γινώσκων ὡς δεῖ, ἔχει ὡς δεῖ, ἔχει ὅτι δεῖ, ἔχει πῶς διακινῶν ἄνθρωπον γίνεσθαι τὰς μίξεις ἔχει τὰς κοιτάσεις, τὰ ἔχει ὡς ἐπιχε γίνεσθαι παρῴων ἄνθρωπον: τοῖς δὲ ἀνθρώποις μὴδεῖα παιδεύει λόγῳ ἢ ἰδίῳ ἐγὼ τῶν, ἀλλὰ ζῴων ὡς ἐπιχε, ἔχει ζῴων ἄνθρωπον εὐχρηστῆν ἔχει τῆς τροφῆς ἔχει τῆς παιδείας, ταῦτα γὰρ ἀμειλιώτατα πῶς κακίας ἔχει σαυλοῦ τῆς παραίτη γίνεται, βοσκομητιώδη ἔχει ἀζῴων ἀποπλουῶσα τὰ ζῴων ἄνθρωπον. hoc est. Itaque omni studio & intento animo eniti debent, vt sciti admodum & elegantes nascantur liberi, & cum orti suscipitque fuerint, liberaliter educentur. Iniquum enim est, eos, qui equos, aut aues, aut canes amant & alunt, omni diligentia curare, vt beuvas quem admodum, & ex quibus, & quo tempore oporteat, generent, & quonam modo affecta sese admiscere & copulare debeant, ne vilis ac vulgaris nascatur soboles: homines vero nullam filiorum suorum curam suscipere, quin potius illos, vt fors tulit, procreare, & canes genuerint, ipsorum educationem institutionemque negligere. Nam isthac si contemnantur, omnis improbitatis & nequitiæ causa sunt, quippe quæ efficere soleant, vt qui orti fuerint, belluarum similes, vilesq; ac degeneres euadant.

Parua & magna corporis statura vnde.

Deinde varij errores interdum in conformatione accidunt. Euenit enim nonnunquam, vt pumili & pygæorum q. statura homines inueniantur, alij contra giganteam quasi proceritatem habeant. Quam staturam etiam in utero non accipiunt: tamen in utero delineationem eam membrorum acceperunt, quæ ad hanc figuram acquirendam apta est, vt quacunque etiam cura alantur, nec grandiores, nec minores euadere possint. Equidem regionibus nonnullis in solens talis corporis figura consueta. Quæ de Pygmæis narrantur, vulgò nota. Contra in India quibusdam locis fertur ad cubitorum quinquorum & duarum palmarum proceritatem hominum corpora excrefcere. Accidit tamen, vt interdum in iis etiam regionibus, vbi mediocris est hominum statura, quidam vel nimis proceri, vel parui generentur. Nani & pumiliones passim in aulis Principum visuntur, & tres tales describit Platerus, lib. 3. obseruation. quorum primus annos natus 38. longus tantum tres pedes fuit, proluxa barba præditus; Secundus annos natus 45. longus pedes duos cum dimidio, barba etiam longa præditus; Tertius, qui in nuptiis Ducis Bavaricæ integrè armatus & in artocreate occultatus in mensam appositus fuit, & rupto artocreate erumpens, stricto gladio in mensa saltans, spectatoribus risum & admirationem excitauit. Contra monte rupto olim oraculi iussu, Orestis corpus resossum septem cubitorum fuisse traditur. Et sub Claudio Imperatore quidam robustissimus hominum nouem pedum & totidem vnciarum & Arabia aduectus est. Et nostra ætate fuit quidam procerus homo Antonius, in aula Ducis Brunsvicensis, cuius sceleton in Academia Helmæstadiana adseruatur. Et ante annos non ita multos; Polonus quidam grandis staturæ spectaculi loco in Germania circumducebatur,

Et Platerus, *lib. 3. obseruation.* scribit, se vidisse anno 1613. adolescentem Lunxburgensem Iacobum Dammam, annos habentem ætatis 22. longum pedes octo, manus longas pedem unam & trientem habentem. Et in pago quodam ditionis Basileensis, Anno 1565. se vidisse puellam quinque annorum, cum infantibus ludentem, adeo corpore vasto, ac si femina esset multorum annorum, coxas seu femora habentem, qui equi sui collum superarent; surasque, quæ hominis alicuius robusti & quadrati femora adæquarent, cinguloque, quolumbos cingebat; matris illius & patris corpora iuncta potuisse comprehendi, & antequam auni spatium ætate compleuisset, tantum, quantum sacculus tritici octo modiorum, ponderasse.

Partes corporis iusto maiores vel minores.

Postea etiam si omnes corporis partes iustam magnitudinem habere debeant; tamen interdum accidit, vt pars aliqua corporis iusto maior vel minor sit. Ita videmus interdum quosdam, qui capita maiora, quam corporis proportio requirit, habent. Alios, quibus pes vel manus iusto minor vel maior est. Ita refert I. C. Scaliger, *exerc. 199. sect. 2.* se manum fœminæ altera duplo maiorem vidisse.

Partium defectus.

Insuper accidit interdum, vt pars aliqua à primo ortu delict, quod vitium à prima conformatione ortum habet. Ex Romana historia refert Iul. Obsequens; C. Valerio & M. Herennio Coss. ancillam puerum vnimanum peperisse. Et T. Graccho & M. Iuuentio Coss. puellam sine manu natam. Et in Piceno infanctem absque manibus & pedibus natum, Lycosthenes, *lib. prodigior. & ostent. narrat.* Sine brachiis etiam natos, qui vel ore vel pedibus mirabiliter opera manuum vice perficiebant, passim ex historiis patet, & nostra etiam ætate talia exempla vidimus. Cælius Rhodiginus, *antiq. lect. lib. 4. cap. 12.* ex Dione refert, inter alia munera Augusto missa ab Indis, fuisse & adolescentulum sine humeris, qui tamen pedibus manuum functionem obiret, & arcum intenderet ac sagittas exeret. Et Alexand. Benedictus, *lib. 1. Anat. cap. 2.* scribit, se vidisse mulierem sine brachiis natam, pedes pro manibus ad nendi suendique artem habuisse. Ac similia exempla hominum manibus destitutorum, qui pedibus scripserunt, ac pinxerunt, arma tractarunt, & alia, quæ manibus aliàs perfici soleat, peregerunt, recententur à Lycosthene, *de prodigiis, Cardano, lib. 17. de Subtilis. I. C. Scaligero, exerc. 334. Paræo, lib. 24. cap. 6.* Et nostra memoria vixit Halæ Sueuorum Thomas Schveigker, qui manibus destitutus, pedibus ita eleganter scribebat, scripturaeque emblematis ornabat, vt eos in hoc genere vinceret, qui artem eleganter scribendi publicè profiterentur. Exstatque passim in Bibliothecis eius effigies cum scripturis ab eo elegantissimè delineatis, & pennis ab eo ad scribendum paratis. Idem etiam dolando, scindendo, sculpendo mira perfecisse fertur. Ante annos etiam non ita multos, & hic & passim in Germania visa est mulier, quæ manibus carens ore nebat, & scribebat, ac Studiosis in Album, quod vocant, nomen suum inferebat. Ita & sine pedibus natos esse obseruat dum est.

Partium numerus superfluus.

Contra alij partes quasdam plures, quam par est, habuisse obseruatum. Sic brachiis tribus vel pluribus, vt & pedibus, quosdam natos fuisse, ex Iul. Obsequente, Lycosthene, & Iouiano Pontano patet. Digitos in manibus & pedibus senos fuisse, sepe obseruatum, & M. Curiatij ex patritia filias duas ob id sedigatas appellatas, & volcatium sedigitum, Plinius, *natural. histor. lib. 11. cap. 43.* refert. Et puerum Arelatæ visum, cui in vtroque pede septem ierant digiti, in vtraque manu digiti sex, scribit

Operum Sennerti. Tom. III.

A Francisc. Valleriola, *lib. 4. obseruat. 2.* Dentium quoque numerum consuetum non semper obseruari, sed nunc plures, non pauciores esse, aliquando duplicem etiam ordinem dentium fuisse, obseruatum est.

Conformatio partium vitiosa.

Eorum verò, qui distortos & inuersos pedes & manus habent, passim exempla obuia sunt. Connexio etiam sæpè præter naturam vitiosa. Noui hic viri cuiusdam docti liberos, qui omnes in manu vna digitos duos connexos habent. Quod etiam nati & alia quibusdam liberis à matribus imprimantur; notissimum est. Ita ex historicis referunt, Persinam Æthiopiæ Reginam ex marito pariter Æthiopiæ fectum suscepisse albo colore insignem, quod in viri amplexibus, ex quo grauida euasit, fixis oculis intentoque animo albam Andromedæ imaginem adspexisset. Sic incendij terrore rubris maculis insigniri, ex cerasorum, fragorum vel vini rubri it corpus grauidæ conspersione, infantibus simile quid cerasis, fragis, adnasci, & maculas instar vini rubri in infantibus conspici, sæpè annotata est. Gemma, *Cosmocrítica lib. 1. cap. 6.* narrat; Cum maritus quidam iratus in vxorem grauidam gladium strinxisset, velut in cranium impacturus, accidisset, vt quanquam mulier fuga salutem reperisset, infanti tamen eadem caluarix parte, cui acies minitabatur, magnum continuitatis diuortium appareret. Notatu etiam digna est historia partus monstrosi, quæ exstat in obseruat. Cl. D. Gregorij Horstij, *lib. 1. part. 2. obseru. 34.* Opilionis vxor in pago Othmarsheim Ducatus Wirtenbergici, tertio circiter imprægnationis mense, fortè molam præterit frumentariam, fasciculum graminis capite gestans, cum eo ipso momento molitor asinum malè feriatum fustibus exagitans extra mollam propelleret. Asinus è foribus prorumpens prætereuntis grauidæ ventrem grauiter offendit, ita vt illa subito perterrita impulsu manum dextram oculis prætenderet, sicque vix paulatim sese recolligeret. Ex forti autem imaginatione factum est, vt non solum ipsi quoque fœtui brachium dextrum oculorum regioni (oculis & naso simul deperditis) adnatum, sed & capiti noua calua vel cutis densior, asininis pilis horrida afficta fuerit. Quin etiam in offensione ista, ruptis vasis vmbilicalibus, è teneo Embryonis corpusculo epatis parenchyma cum potissima intestinorum parte, peritonæo inclusa, extra vmbilicum procidit, vulnusque progressu temporis, remanente hac hernia satis mirabili, callo reclusum fuit, & epar figuram oblongam acquisiuit. Licet verò natura in conseruatione huius Embryonis satis laboriosa fuerit: tamen ex defectu alimenti, circa septimi mensis principium, pridie scilicet Calend. Ianuarij Anno 1614. abortu reiectus fuit, magnitudine pedis vnus circiter.

Memorable inter alia & illud est, quod Anno 1610. die 17. Iulij, Pragæ accidit. Natus enim ibi fuit puer, quoad alias partes sanus; verùm intestinis, epate, ventriculo, liene extra abdomen, cuius tamen cutis diuisa non fuit, propendentibus. Cuius deprauatæ conformationis causâ fuit imaginatio, quam mater concepit tribus aut quatuor ante partum mensibus, cum vituli macini intestina & viscera ex abdomine aperto propendere vidisset.

Cui simile ferè est, quod Dn. D. Philippus Hechstererus, *obseru. dec. 6. cas. 5.* recenset: Vxor cuiusdam lanij, qui intestina mundata cum annexis visceribus separatim vendit, peperit infanctem integrum & perfectum, sed mortuum; cui intestina cum omento per vmbilicum ex ventre propendebant, inuoluta & tecta membranis suis, quibus vasa vmbilicalia inuoluuntur. Mater toto gestationis

A A a iij

tempore ægra tempus consuetum præuertit partus. A Quod conformationis vitium etiam ab Imaginatione ortum habuit. Matri enim quotidie ob oculos erat totum illud, quod ex abdomine seu ventre bovis euisceratur, intestina nempe, fumen, ventriculus, viscera. Impressit igitur hæc imago illi, quod in utero gerebatur, ita ut miser infans exta pandula ex umbilico monstraret. Et vicina quædam mea ante annos non multos, cum grauida vidisset lanium suis mactati caput securi diuidentem, filium genuit, cum maxilla utraque, & os ad nares ac palatum eodem modo diuisa erant. Infantes interdum nasci, labia diuisa, quæ leporina appellant, habentes, passim notum est. Et plurimos alios huiusmodi errores in conformatione in utero fieri, B fœtusque postea talia vitia habentes nasci, nemo ignorat.

Causa.

Causa. Causa autem istorum errorum omnium querenda est in semine matris & fœminæ, sanguine materno, utero, & in formationis errore. Est enim omnium istorum vitiorum causa proxima sit facultatis formatricis actio læsa: tamen ea non semper per se læditur, sed sæpissimè, et si rectè agere intendat, tamen propter materiam, in quam agit, ineptitudinem, & loci incommoditatem, finem suum assequi, & opus, quod intendit, rectè perficere non potest. Interdum tamen quamuis materia & locus sese rectè habeant, nihilominus errat, dum ab imaginatione matris turbatur & ad id, quod non debebat agere, agendum dirigitur. Quod interdum enim nani & puuiones generantur; equidem eius rei causam nonnulli esse putant angustiam cavitatis uteri. Ut enim fructus, qui etsi natura sua grandiores fierent, si in angusto vase in generationis principio coarctentur & concludantur, debitam magnitudinem non assequi, & non plus, quam capacitas admittit, excrecere possunt: ita etiam fœtus ob uteri angustiam ad iustam magnitudinem excrecere non posse putant. Verùm rarò puto hanc solam huius rei causam esse; cum etiam in tenellis & parua staturæ fœminis uterus facilè extendatur, ut fœtus sæpe satis grandes lædant. D Malim ergo in feminis, è quo prima omnium partium delineatio fit, paucitatem causam huius rei referre. Contra si semen nimis copiosum sit, talis fœtus ex eo delineari potest, ut postea cum ex sanguine in utero affluente, tum in edito in lucem exalimenti, in proceram & insolitam magnitudinem augetur.

Partium defectus & excessus causa. Partium defectus & excessus causa. Partium defectus & excessus causa. Partium defectus & excessus causa.

Figura vitiosa causa. Ut fœtus non naturalem figuram nanciscatur, à feminis non recta permissione fieri potest. Sicut & à sanguine, quo infans, dum adhuc in utero est, nutritur, augeturque, fieri potest, ut magnitudo partium, vel etiam figura earum minus conueniens sit.

Imaginationis vis. Plerumque tamen & frequenter ista vitia, ut & hermaphroditæ, de quibus *lib. 3. part. 9. sect. 1. cap. 13.* dictum, quæ ex feminis commistione, dispositione ac mutatione accidunt, ex formatricis errore proueniunt, quæ ab impressione quadam facultatis superioris, quæ tempore conceptus aut post in grauidis fit, accidit, dum nimirum mater terrore aut alio animi vehementi affectu vel intentione imaginatione afficitur. Quod pertinet & desiderium alicuius cibi, cuius si grauida non fiat particeps, accidit, ut mater notas quasdam fœtui imprimit, quæ talium fructuum figuram & colorem referunt.

Neque hoc solum fit ex appetitu, sed etiam si tales fructus ex improviso matris corpori incidant. Noui fœminam, cuius mater cum sub moro staret, in qua alius mora legeret, & mora aliquot dorso eius incidere, ipsa in dorso tot excrementas habuit, quæ mora figura & colore repræsentarent, quot mora ex arbore dorso matris illapsa fuerant. Et talia apud Medicos & historicos exempla plurima, imò etiam vulgò nota sunt, ut ea recensere omnia prolixum foret. Et licet fuerint quidam in ea sententia, talia ab imaginatione non prouenire, sed à fortuito humorum concursu, aliisque de causis accidere, & falsò imaginationi tribui: tamen experientia, quæ etiam fœminis notissima, contrarium docet. Et si fortuito saltem humorum concursu talia fierent, cur semper notæ, quæ infantibus imprimuntur, imaginationi determinatæ respondent?

Qua ratione autem Imago formationem fœtus mutare, eique aliquas notas imprimere possit, valdè obscurum est, & diximus ea de re, de *consens. & diff. Chymic. cum Aristotel. & Galen. cap. 14.* ubi de viribus Imaginationis egimus. Libet tamen & hoc loco aliquid, quantum quidem fœtus formationem attinet, de ea dicere. Ut autem in contrariis opinionibus recensendis non morer, Augustinus, *lib. contra Iul. cap. 9. & lib. 12. de Cisir. Dei, cap. 25. & lib. 18. eiusd. operis cap. 5.* docet, (ut mentem eius potius, quam verba recenseam) accidentia, quæ sunt in rebus realiter, in animam transire intentionaliter, & rursus transiendo ad fœtum, in ipso reale tales qualitates præducere. Quam sententiam plerique Medici & Philosophi sequuntur. Verum hac responsione res non satis clara redditur, neque omne dubium tollitur. Ideoque ut nostram sententiam in re obscura proponamus, Phantasiam seu Imaginationem per se atque immediatè, & per simplicem imaginationem actum, id non efficere, certum est. Etenim Imaginationis, ut immanentiæ & cognoscentis potentia, actiones in cerebro absoluuntur & terminantur, speciesque phantasie obiectum, nullam aliam vim habent, qualitatem realem producendi, fœtumque formandi: & quotidie variorum rerum imagines à grauidis concipiuntur, quæ nullo modo fœtum signant; neque etiam imago potentiam habet per speciem sibi oblatam ullam qualitatem, multò minus corpus aliquod efficiendi, cum nulla species intentionalis aliam vim habeat, quam potentiam cuius obiectum est, mouendi. Cum verò itidem extra controuersiam sit, totam fœtus formationem facultatis formatricis opus esse, eamque fœtui partium quantitatem, figuram, situm, cum aliis connexionem, colorem & alia tribuere, & nihilominus ob præcedentem imaginationem istæ actiones formatricis mutantur: in duabus quæstionibus huius rei cardo vertitur: prima est, An omnes omnino illi formatricis errores proximè ab imaginatione pendeant; altera, quomodo imago errorum istorum formationis causa sit, & quomodo formatricem turbet, & per formatricem potentiam hoc vel illud in fœtu efficiat.

Ad primum respondemus, etsi omnia quæ in fœtus formatione accidunt, à formatrice fiant: tamen non in omnibus ab imaginatione dirigitur, sed interdum, etiam matre nihil tale vnquam cogitante, ab animi affectibus spiritus & humores turbantur; & hinc cum impetu aut immediatè ad uterum confluunt, vel aliò ruunt, unde facultas formatrix in opere suo turbatur, & pro fortuito humorum in hanc vel illam partem in cursu; fortuito etiam à sua scientia quasi deflectens partes format, & vel humorum copia obruta, vel spiritibus & humoribus

Qua ratione imaginatione formationem fœtus mutat.

An omnes formatricis errores ab imaginatione dependeant. Animi affectus vitiosa formationis causa.

aliò conuersis destituta, eas non rectè format, & vel maiores vel minores quàm par est, dum ad vnam plus alimenti affluit, quàm ad aliam, efficit, vel dum magna humorum copia in vna parte obruitur, debitam figuram, numerum, situm & alia ipsi non tribuit. Imò accidere potest, vt inde febris, abortus vel mors fœtus sequatur. Et propterea talium errorum causa non phantasia, sed animi passionibus, quæ varium & inordinatum humorum & spirituum motum excitant, & per eum formationem turbant, tribuenda est. Et imaginatio in talibus affectibus non aliter concurrat, quàm facultatem appetentem excitando, quæ postea mediantibus facultatibus hanc motum humorum & spirituum excitat. Atque talia errata, cum saltem pro fortuito humorum in hanc vel illam partem incurso & motu fiant, & nullam cum rebus externis determinatam similitudinem habeant, communia appellari possunt, neque propriè signaturæ sunt.

Errata formationis communia.

Determinata.

Imaginatio quomodo fœtum signet.

Sunt deinde alia errata determinata, quæ cum obiecto aliquo externo grauidæ oblato in specie similitudinem habent, v. g. viuo rubro, igne, cera, moro, iure, simia & similibus. Hæc simpliciter ab imaginatione mediantibus animi affectibus fieri non possunt; cum illi saltem in genere humores & spiritus turbent, & moueant, ad tale autem quid nullam determinationem habeant. Siue enim à cane, siue à glire, siue ab hoste terreatur grauida, idem terror fit, eundemque spiritum & humorum motum efficit, & propterea etiam eandem in fœtu mutationem efficiere deberet, quod tamen non accidit. Nam quæ terretur à glire grauida, notam aliquam gliris; quæ à cane, canis; quæ à simia simiæ, fœtui imprimit. Alia ergo hæc causa querenda est, quæ formatricem facultatem, quæ corpus fœtus seu bene seu malè format, dirigat vel turbet. Nullam verò hanc causam inuenire possumus, quàm imaginationem.

Quomodo autem Imaginatio facultatem formatricem ad tales effectus edendos dirigat ac disponat, explicare difficillimum est. Omnino necessarium videtur, aliquam fieri inter imaginationem & formatricem communicationem, & ab imaginatione speciem à sensibus externis communicatam formatrici facultati communicari, eamque illi quasi exemplar & regulam, vt Augustinus, lib. 1. de Trinitate, cap. 8. appellat, obici, ad quam opus conformationis perficiat. Quomodo autem ista communicatio fiat, valde in hac humanæ naturæ caligine obscuram, & latet nos exquisita illa cognitio. Nonnulli id fieri existimant, vibratione spiritus per nervos, & vehementem agitationem spiritus formam, quam continua imaginatione reuoluit, fœtui imprimere putant. Verùm cum nulli nervi à matre ad fœtum ferantur, & fœtus tantum per vasa umbilicalia, inter quæ nulli sunt nervi, matri connectatur, etiam à cerebro matris species à phantasia acceptæ ad fœtum deferri non possunt. Alij statuunt phantasiam spiritibus cerebri species imprimere, spiritus illos misceri sanguini, qui fit alimentum fœtus, & per illum tandem species fœui imprimi. Verùm species, quæ sunt obiectum phantasiæ, sanguini misceri, & cum eo aliò deferri nequeunt. Ideoque alias probabiliores causas inueniamus necesse est.

Consensus facultatum superiorum & inferiorum.

Mihi probabile videtur, causam esse illum consensum facultatum superiorum & inferiorum. Equidem nonnulli existimant, consensum illum inter eisdem animæ facultates non sufficere, ideo quod consensus inter facultates eiusdem animæ & in eodem individuo nihil determinati efficit, sed saltem facultas superior inferiorem excitet, vt ea in actum erumpat; cum tamen hic imaginatio formatricem

ita dirigat, vt determinati aliquid efficiat, & non saltem fœtum formet, sed hoc vel illo modo, imò aliter, quàm naturæ ductu solet, formet, & alio modo formet fœtum ob imaginationem muris, aliter ob imaginationem simiæ, aliter ob imaginationem fragi vel mori, quales signaturæ omnino uisunt sunt, pro obiectorum varietate. Verum sciendum, phantasiam non solum in alia parte aliam potentiam excitare, sed & determinare posse pro operationibus, quas facultas illa edit. Si enim facultas excitata ab imaginatione vnicum & simplicem agendi modum habet, actus etiam semper est vnus & idem; vt dum ex venerarum rerum imaginatione penis erigitur, actio illa vita est, & nulla sit actionum varietas.

Vbi verò potentia vario modo agere apta nata est, actiones etiam valde variantur; cuius exemplum loco motiua suppeditat, quæ ab imaginatione mediante appetitu stimulata varios & infinitos motus instituit, pro specie in phantasia concepta. Ita cytharædus non simpliciter digitos mouet, sed ad speciem soni in phantasia conceptam. Eodem modo in sermone & cantu ad regulam quasi speciei in phantasia & ratione conceptam & musculos laryngis & linguam facultas motrix mouet. In quibus motibus enim species in imaginatione concepta non ad ipsos digitos vel musculos laryngis & linguæ à cerebro feratur, & nihilominus, ad eorum præscriptum talis motus fiat, qui sonum ad exemplum

& regulam in imaginatione conceptam efficit: cur opus sit, vt ad vterum ipsum species in imaginatione grauidæ concepta feratur; cum formatrici facultas etiam non ad vniformem aliquam actionem, sed ad varias determinata sit, aliudque in corpore, aliud in pede efficiat? Neque opus est, vt per aliquam speciem, sicut phantasia & intellectus cognoscunt, formatrici etiam cognoscat; etsi suus etiam cognoscendi modus ipsi non sit denegandus, sicut alijs etiam facultas vegetans alimentum cognoscit, & vile attrahit, ac retinet, inutile respuit; de quo I. C. Scaliger exerc. 307. sect. 29. scribit: *Natura in animali omnino anima est. Ipsa sibi fabricat calces, dentes, cornua ad vitam tuendam. Itaque iis & vititur & scit, quo sit vtendum modo, sine obiecto, aut phantasia ulla.* Quapropter licet facultas cognoscens à formatrice differat: aliquo tamen etiam huic cognitio tribuenda videtur, vt modò ex Scaligeri dictam, & vtraque facultas ab eadem anima fluit, & eiusdem animæ hæc potentæ sunt, & proinde inter se aliquam communicationem habent, etsi modum, quo id fiat, atlequi non ita facilè sit. Eadem enim est anima in toto corpore, & vbique omnibus instructa facultatibus, etsi omnes in omnibus non exerat, sed singulas per propria organa perficiat: Mouet cor, coquit in ventriculo, recoquit in intecore, perficit in venis, digerit in membra, mutat in corpus, vt Scaliger, allegat. loco. loquitur ad lo portò; sentit in membranis, gustat in lingua, olfacit in naribus, audit in aure, videt in oculo, imaginatur & discurrit in cerebro. Itaque fieri potest, vt in vna parte excitata & in actum deducta aliqua potentia aliam in alia parte excitet. Ita ex imaginatione rerum venerarum penis erigitur, non alia pars corporis, etsi imago illa ad penem non perueniat. Non tamen imaginatio, quod in alijs facultatibus fit, solum potentiam formatricem ad exercitium actus sui simpliciter incitat & ita per nudum imperium ad agendum mouet, sed etiam istas actiones

varijs modis determinat.

Quamquam autem conceptus aut fœtus suam animam habet: & propterea nonnulli absurdum esse putant, quod imaginatio fundata in anima matris debeat mouere formationem, quæ est in anima fœtu.

Quomodo imaginatio matris possit mouere formationem fœtu.

tus, idque tam absurdum esse opinantur, quam absurdum est, ut phantasia vnus hominis possit mouere appetitum alterius hominis: tamen quia non solum fœtus corpus est contiguum corpori matris, & humores ac spiritus à matre in fœtum deriuantur, & cum matris humoribus & spiritibus sunt continui, sed & suo modo fœtus ab anima matris, quando uiuit in utero dependet; (sicut fructus in arbore, etsi semen iam perfectum & fœcundum continent, aliquo modo, donec decidant, de vita arboris participant,) probabile est, ea, quæ potentias animæ in matre mouent, eadem quoque in semine facultates excitare & mouere posse. Ac propterea ubi formatrix facultas in semine & utero materno in operatione est, si species aliqua imaginationi matris obiciatur, atque illa cum intentione & quasi admiratione eam apprehendat, & circa eam occupetur, species talis imaginationi obiecta ad fœtum signandum sufficit.

Quæ imaginatio si gact.

Etsi verò imaginationem notas fœtui imprimere certum sit: tamen & hoc certum, non omnem imaginationem id præstare. Sæpe enim accidit, ut grauida aliqua pictas multas animalium formas, imò ipsa animalia videat, sicut quotidie grauidæ canes, feles, boues, sues adspiciunt, cerasa, fraga vident & tangunt, nec tamen vllam notam inde fœtui imprimunt. Quapropter sciendum, non quâuis imaginationem fœtum signare posse, sed eam solum, quæ appetitum insignem, vel admirationem, vel terrorem, metum, tristitiam grauidæ incutit: quod cum & imagines pictæ, utpote quæ rerum sunt species, resque repræsentant, præstare possunt, earum intuitus sæpe non minus, quàm res ipsa oblata, facit, ut notæ fœtui imprimantur. Hinc adeo accidit, ut mulieres delicatiores & timidæ, quæ facillimè ad rerum paulò minus tritarum & obuiarum adspæctum, imò umbras rerum ferè, animi pathematis corripi solent, faciliùs tales notas fœtui imprimant, quàm aliæ, quæ animosiores sunt, & nec facillè terrentur vel timent. Quibus & hoc accedere potest, quod etsi res ipsa per se non sit talis, ut merito timei possit: tamen si grauida nouit, aliàs grauidas ex rerum talium adspæctu & cogitatione fœtui notas impressisse, facillè timere potest, ne & sibi quid tale accidat, & hoc ipso timore & cogitatione facere, ut fœtui nota imprimatur.

quomodo animi pathemata ad signandum fœtum concurrant.

Quamuis verò supra dictum, imaginationem per animi pathemata non signare & notas fœtui imprimere: tamen id saltem intelligendum est, quod animi pathemata proximè & per se talia id non præstant, utpote quæ saltem humores & spiritus agitant: interim ut causâ adiuuans & sine qua non concurrere possunt, dum nimirum faciunt, ut species fortius imaginationi imprimantur, & conformatricem turbent, quæ turbata ab opere suo, quod secundum naturæ instinctum, & scientiam absoluturam erat, desistit, & facillè ad aliud exemplar, quod imaginatio offert, auocatur.

Neque tamen omnis imaginatio, quam animi passiones sequuntur, fœtui notas imprimere potest, sed requiritur, ut illæ animi passiones sint fortes, ut ad vterum vsque eorum efficacia, & quidem subitò, pertingat, & facultas formatrix non ita fortis sit, sed se facillè in opere suo turbari permittat; ut materia idonea ad id formandum, quod à specie in phantasia offertur, suppetat. Eorum aliquid si desit, imaginatio ad notas fœtui imprimendas non sufficit. Non enim omnia, quæ imaginationi obiciuntur, facultas formatrix efficere potest, sed ea saltem, ad quæ materia suppetit, & quæ ea afficere apta nata est. Nimirum plumas, squa-

mas, vera cornua producere non potest: Neque talia formandi vel scientiam vel materiam habet, sed simile quid carneum efficit.

Fiunt autem tales mutationes rarò tempore conceptus, plerumque tempore grauiditatis, dum facultas formatrix in ipso formationis opere est. Suntque ex omnino variæ. Interdum enim numerus mutatur. Ut si grauida adspiciat alium, qui sex digitos habet, potest fœtum concipere, qui totidem quoque digitos habeat. Si contra adspiciat alium, qui quatuor tantum digitos, vel vnum pedem habeat, similem prolem generare potest. Potest eadem producere pilos in iis partibus, in quibus aliàs generari non solent, ut & varias excrescentias in variis corporis partibus. Figuram quoque variarum partium non nihil mutare potest imaginatio, ut fœtus similitudinem aliquam cum bruti alicuius capite vel pede habeat. Ita per imaginationem fieri potest, ut partes, quæ continuæ & integræ esse debent, diuisæ fiant, si vulnus aliquod, vel rem aliquam gladio vel securi diuidi videat. Potest eadem colores varios, vel sanguinem, vel ignem referentes corpori inducere. Non tamen quouis tempore quouis notæ fœtui imprimi possunt, sed aliæ in principio, aliæ in fine, aliæ toto gestationis tempore. Colores quouis tempore, etiam in fine formationis mutari, ut & carnea quædam tubercula adnasci, pili & similes leuiores mutationes fieri possunt. In medio, ut & fine gestationis, potest magnitudo partis mutari, dum natura ad hanc vel illam partem plus vel minus nutrimenti attrahit, eique adponit. Numerus verò partium & figura insigniter posterioribus mensibus, ubi formatio fœtus absoluta ferè est, mutari non potest.

Quando imaginatio si gact.

CAPVT VIII.

De Fœtu lapidefacto seu Lithopædio.

Hoc loco non prætereunda mirabilis historia fœtus viginti octo annis in utero gestati, & in lapideam duritiem conuersi, quam Ioannes Albofius describit, quam tamen si ad partus vitia si quis referre malit, per me licet. Est autem ea talis. Mulier Senouensis, nomine Columba Chatry, quæ sartori cuidam vestium nupserat, ab annis quadraginta octo fracta ætate & valetudine occubuit, die 16. mensis Maij, annum agens ætatis sexagesimum octauum. Hæc à primis nuptiis demum ante annos ante obitum 28. conceptionis certa habuit indicia, & decursu gestationis tempore, labores puerperij graues, & abdominis dolores experiri incepit, vrina ad aliquot dies suppressa, quæ postea currenti velut alueo & magna vi erupit, profuso illo ichore, non tam ex vesicæ meatu, ut credibile est, scaturiente, quàm ex mulieris loculis, omnino tunica disrupta, cum vna cum istis serosis recrementis (quas mulieres aquas vocant) aliquis concreti sanguinis trombus emerferit. Inde autem & mammæ concidere visæ sunt, motus infantis aut ignauus, ut nullus labores mulieres tolerabiliores. Quibus omnibus attonitæ fuerunt obstetrices, quæ antea certissimum puerperium expectassent. A ludibrio autem istius fœturæ totum triennium lectulo illa decubuit, ad extremum vitæ calcem de valetudine conquesta, de tumore, de duritie, de torminibus alui (quam obuiis quibusque & Cheirurgis & Medicis tractandam exhibebat) de inuili & graui illo pondere, quod pro vario gestantis motu, modò in hanc, modò in illam partem procumbebat. Denique de languente & deprauata appetentia, quam subinde acetariis,

Fœtus Pætrefacti hioria.

& absorpto omphacio sollicitabat, alioqui perpetuo *ἀσπίς*. Illamque ferunt vicinæ, inter suos sales sæpe dictitasse, (ve erat genio satis lepto) se foetum vtero gerere, qui tandem parenti foret exitio & internecioni; quanquam cum serio loqueretur maleficium acceptum potius accusaret. Postquam autem fato esset functa eius vit officiosus in vxoris manes (quam tamdiu & tantopere excruciatam viderat) accersuit vnum atque alterum ex Cheirurgis, ambo valentes arte & artis vlu, quibus (licet de scirrholo tantum tumore cogitarent) dissecto mulieris abdomine, & reiecto infra peritonæo, vterus sese offert, ad spectu quidem rugosus & verlicolor, vt crista illa pendula, quæ Gallis Indicis ex summo capite prolabitur, vel potius vt operimentum illud cutaneum quod illorum collum ambit, tactu autem durus, testaceus & crassus instar *πῶ δὲ σπικροδίσπρωι*. Tum nouaculam in portentosam illam molam & gypseam iniiciunt, qua ad aciem cultelli renitente scalprum altius adigunt. Eorum autem alter inflicto casu in cranium vulnere, & in aliquot coltas, tandem humerum dextrum impetit, à quo erumpens ossis caput, certissimam fecit fidem ossium illic latitantium. Ex quo scalpellum aliò transferunt, & magna vi, sensim tamen & recta vterum secant, diductisque durissimis vulneris labris, infantem in orbem implicitum, & ex transuerso in vtero positum introspiciunt in penitissimo sinu, & altissimis labris itabalantem, in suamque veluti cystin, quam Allantoidem tunicam fuisse puto, callotissimam reconditum. Quo spectaculo inexpectato obstupefacti Medicos conuocant, quos in re inaudita consulant, adhibeantque in testimonium & iudicium rei huius, quæ penè fidem superet. Interea multis ad nouum prodigium accurrentibus, & opas Cheirurgorum interturbantibus, venit ipsis in mentem, totam istam molem ex illo veluti antro & manibus & vncis Cheirurgicis, qua valerent, vi abstrahere, vt arborem ex suo caudice, deo nunquam comportare, vt priuatim & apud se accuratius corpusculi anatomen sectarentur, & cum peritis de portento nouo & inaudito consilia conferrent. In præcipiti autem & violenta illa laniena non licuit opus festinantibus introspicere, quod subitatum esset infantulo Chorion, quæ veteri acetabula, qualia vmbilici vasa, quis esset Allantoidis cum vtero & cum foetu nexus, cum vterus ipse, præcipue ad coxam dextram, ad nares, & ad partem spinæ docti cute infantuli omnino coaluisset.

Sicut infantis erat penè sphericus, facie ad thoracem affixa, sublati ad nares genibus, vnde postea ex patula reclusæ & resimæ conspectæ sunt. Ossa capitis tenuia quidem, sed firma, & instar cornu nitentia, cute capitis multis in locis pilosa, caput in sinistrum brachium ita procumbebat, vt à protuberante humero auris, & os occipitis impellerentur, quod inuauatam ea parte introcessisse conspicerentur.

Cubitus ad summum humerum reflectebatur, porrecti sola manu, quæ in pugnum adeo firmiter contracta & summi digiti ita palmæ adhærebant, vt licet apparerent seriatim inter se distincti, re ipsa tamen in vnum idemque verè lapideum corpus concreuissent. Dextrum autem brachium ad vmbilicem manum extendebat, quæ ad carpum inaduersè abstrahita fuit, & in alio matris relicta. Femur, genu, tibia sinistra dextris incumbebant: quibus tamen erant ita implicita, vt talus sinister pedisque planta in dextrum pedion implantarentur, quibus excauatum cederet, & penè indissolubili nexu colligarentur. Vtrumque crus in ventrem,

& pectus reflectebatur, certissimamque feminei sexus notulam tegebat, tibia vtraque ad nares intorquebatur, pedibus & pedum digitis ita inter se compactis & lapidifacis, vt facto ex oculis & tactu iudicio, totum istud opus dixisses esse alicuius Phidæ, qui vel ex ebore, vel ex marmore maturæ ætatis embryi absolutissimam iconem expressisset, maximè cum in ea duritie corpusculi moles non cõcidisset, imò cum cute nitida integram suam & *συνιστησίαν & πλυσσησίαν* retinuisset. Partes autem interinæ, viscera nempe omnia, cor & cerebrum habebant se naturaliter, eo denitò, quod ultra modum induruerant, minus tamen quàm externæ, ita vt hodie quoque exsertum istud corpusculum, neque putredinem minetur, neque teredinem. Ex quo postea dentem exemit inopiante quidam obuius, qui prodigium contrestabat, vt dentis sedem in ipso aluuario adhuc cõspicere liceat. *Hæc Ioan. Albosius.*

Circa hanc autem mirabilem historiam duo imprimis inquirenda, primum est, qui factum sit, vt foetus ille in puerperij laboribus in vtero matris extinctus, non, quod aliàs fieri solet, computruerit, & vel matri subitum interitum attulerit, vel paulatim petrefactus eiectus fuerit, vel facta per abdomen via particulatim, quod interdum accidit, vt suo loco dicemus, egressus; in primis cum vterus sit locus calidus & humidus, & in mulieribus quasi corporis sentina, & propterea res in eo contentæ facillè putredinem concipiant. Alterum est, qua vi foetus ille in lapideam duritiem fuerit conuersus.

Primum quod attinet, sunt nonnulli in ea sententia, vterum præter naturæ modum, fracti caloris imbecillitate, per irritos labores patus, per eruptionem aquarum, per effusa quædam cruenta, per aëris externi frigidi, dehiscente vtero, & diductis in expectatione partus ci uribus, admissi iniuriam, refrigeratum foetum mortuum à putredine tutatum fuisse. Verùm cum mater viginti octo annis adhuc post foetum mortuum superites fuerit, non credibile est, in vtero potuisse esse tantam frigiditatem, quæ putrefactionem planè inhibere poterit.

Mihi ergo probabilius videtur, istarum duarum quæstionum explicationem ab vno principio pendere. Causa enim, quæ duritiem illam lapideam foetui induxit, eadem illum à putredine tutata est. Quænam verò causa illa sit, obscurum. Etsi verò notissimum sit, extra corpus humanum dari fontes non paucos, in quibus res iniectæ in lapideam duritiem mutantur, & ex aquis fontium illorum decurrentium in canalibus & aliis locis vicinis topfos lapideos con crescere: tamen vt ex tali causa foetus ille lapidifacis sit, credibile non esse nonnulli existimant; cum vterus multi sanguinis venosi & arteriosi affluxu & vicinorum viscerum benigno tepore foueatur, vt in aliquid congelari non possit.

Plerique ergo hic ad primas qualitates corporis confugiunt, sed alij aliter. Nonnulli siccitatem huius rei causam esse statuunt inductam à vigiliis, inedia, & ichoris copioso effluxu. Verùm cum siccitas qualitas passiva sit, & omnino ad agendum segnior, alij frigus, alij caliditatem ei addunt. Qui frigiditatem & siccitatem huius effectus causam esse statuunt, eo imprimis persuadentur, quod frigiditas & siccitas putredini quæ hic prohibita est, maximè est contraria. Modumque huius concretionis nonnulli ita explicant. A frigore dicunt, humores, qui in venis, mediisque spatiis vterinæ molis & concepti foetus pertinaciter impacti erant, concretionem coactos fuisse, eodem planè modo, quo scirrhii generari solent. His ita

Cur foetus hic mortuus non computruerit?

ad absolutam duritiem tendentibus serosum humorem per halitum resolutum fuisse, nullam verò humiditatem post hanc coitionem per venas, quæ solæ fœtui alimentum conferebant, in media vteri spatia illapsam fuisse & proinde factæ feri & cruoris effluio, in loco frigido, sicco & saxeo fœtum maderere desuisse, imò induruisse. Verùm consentaneum veritati non est, in corpore humano viuente, quale matris corpus fuit, tantam frigiditatem & siccitatem esse, quæ hoc modo fœtum indurare possit. Et licet verum sit, postquam fœtus emortuus fuit, nihil amplius alimenti affluxisse: tamen causâ hinc nulla datur, cur non putrescere potuerit. Nam si fœtus mortuus aliquis ex vtero matris eximatur, & saxo etiam includatur, tamen putrescit, quia calore interno, à quo regatur, destitutus est.

Alij ergo à calida & sicca intemperie istam duritiem prouenisse statuunt; cum mater tandem veluti hectica febre decubuerit, & calidis ac siccis medicamentis vsa fuerit, quibus cum intus tumoris admotis assidua illa tormina sedare, flatus discutere, & vlcus illud vteri deturbare conabatur mulierularum vulgus. Verùm etsi hæc omnia ita acciderint & circa matrem gesta sint: tamen lentus iste omnis calor fuit, neque ista medicamenta efficere poterunt, vt infans non statim, postquam mortuus est, in vtero putresceret. neque in tantam duritiem fœtum mutare potuerunt.

Verùm cum in *Instit. lib. 2. part. 2. cap. 9. & tract. de sens. & dist. Chymic. cum Aristot. & Gal.* satis monstratum fuerit, caliditatem, frigiditatem & siccitatem equidem, vt causas adiuuantes, ad generationem calculi in corpore humano concurrere posse, causam tamen præcipuam esse succum lapidescentem seu spiritum lapidificum: in eo etiam & hic meritò acquiescimus. Etsi enim infans iste sua habuerit generationis principia: tamen proculdubio minus para fieri, & debilia, & imprimis sanguini humores tales succum lapidescentem & sua vi ad concretionem tendentem continentes proculdubio admixti fuerunt, vnde etiam fœtus viuis in lucem editus non est. Idque fieri posse, molæ, quæ interdum in fœminis generantur, & cum us consenscunt, imò commouuntur, & non putrescant, vt & schizæ ac tophi & lapides, quos in omnibus ferè corporis partibus, & in ipso vtero etiam genitos fuisse obseruationes Medicorum docent, satis probant. Quod si cui mirum de fœtu viderat, is sciat, ratum hunc casum esse, & qualis vnicus, quantum ego quidem memini, in tota historia Medica annotatus est.

CAPVT IX.

De Mola.

INter errores, qui in formatione fœtus contingunt, & is est, cum pro vero fœtu quiddam informe, id est, à corporis humani forma alienum, generatur, quod Græci *κύων*, Latini Molam appellant, proculdubio à pondere, quod instar molaris lapidis fœminis graue & molestum est. Est enim mola caro & massa sine ossibus & visceribus ex imperfecta conceptione loco fœtus genita.

Differentia.

Est autem magna molarum differentia. Nunc enim est tantum caro informis sine ossibus, nihil certi referens, venis tantum referta, & cute vel membrana obducta, imò interdum etiam præter membranam exteriorem, nihil, quo intertextantur, habet, sed saltem parenchymata viscerum

A refert. Aliàs membranosa & fibrosa magis est, & quidem interdum ita viscida & tenax, vt nec ferro cedat, qualem Petrus Salius Diuersus vidit, vt in *annos. in Altom. cap. 112.* refert; simul tamen informis. Nonnunquam formam alicuius rei refert, habetque interdum formam oblongam, interdum orbicularem, interdum rhomboidem. Plateus vidit molam, Stellam arborescentem matrinam appositè representantem. Aliquando brutorum animalium figuram molæ referunt; aliquando etiam membri alicuius humani figuram; refertque Petrus Salius Diuersus, *alleg. loco*, se nouisse honestam & nobilem mulierem, quæ tres molas ad similitudinem pudendis virilis formatas peperit. Imò historia ab Hippocrate, 2. *Epidem.* recensita probare videtur, quod etiam forma humana mola nasci possit, modò ossa & viscera non habeat. Refert enim ibi, Antigenis coniugem puerum carnosum, membris discretis, crassum, sine ossibus, digitorum quatuor peperisse.

B Et quidem molæ quædam vita omni destitui videntur, & tantum instar concreti sanguinis sunt, aut placentæ vterinæ dictæ similes, cui vasa umbilicalia inferuntur: quædam saltem vegetantur & nutriuntur: interdum verò & sensum aliquem ac motum obscurum habent, instar zoophytorum. Et tales varias figuras habent; interdum instar vesicæ ex amplo ventre in angustum verticem mola surgit, rostro suo vel alterius animalis similis. Interdum polypi modo in plures ramos & rostra plura vel brachia q. diuiditur. Aliquando & motum habet. Ita refert Marth. de Gradibus, in 9. *Rhas. cap. de mola*, se vidisse bis vter fœminas frustum aliquatiter figuratum excreuisse, quod mouebatur, & vixit per aliquot horas.

C Nonnunquam etiam vna, nunc plures simul molæ excluduntur. Alb. Maguus, *lib. 18. de histor. animal. cap. 16.* narrat, se vidisse duas molas vno partu excretas. Et Nicol. Florentinus, *serm. 6. tr. 3. cap. 20.* scribit, se fœminam quandam vidisse, quæ emisit nouem frustra vno die, separata & distincta, quorum vnumquodque erat figuræ enormis, nec figura erat similis figuræ alterius, & pendeat vnumquodque ab vncis tribus ad octo.

D Præterea nunc ab vtero excluduntur solæ, sine fœtu, nunc ante fœtum, nunc cum fœtu, nunc post fœtum, & quidem nunc breviori tempore, nunc post aliquot dies, sicut Guil. Fabricius, *Cent. 2. obseru. 54.* fœminam quandam septimo mense enixam esse molam scribit, quæ magnitudinem capitis æquabat, nono verò mense filium saluum peperit. Sæpe etiam aliquot mensibus in vtero molæ hærent. Imò interdum longo tempore cum fœminis consenscunt. Eius rei variæ historiæ passim extant. Aëtius, *terrab. 4. serm. 4. cap. 80.* scribit, in quibusdam mulieribus carunculas ad iuglandis nucis magnitudinem per pudenda excretas fuisse, aliquando singulis mensibus, aliquando bimestres aut trimestres: Molam annorum quinque se vidisse Sauiatorola, *tract. 7. cap. 21. rubr. 27.* refert. Viduam quandam molam in vtero annis plus minus quindecim gestasse scribit Dodonæus, *cap. 49. obseru. Medicinal.* Et Doretus, *comment. ad Coacaprasiaga*, scribit, se vidisse molam annorum quindecim. Et Paræus, *lib. 23. cap. 24.* Molam totos annos septemdecim vtero circumtulisse quandam fœminam refert. Nicol. Florentinus, *serm. 6. tract. 3. cap. 20.* narrat, se vidisse mulierem, quæ molam plusquam viginti annorum spatio gestauerit. Ad finem verò vitæ Genuensem mulierem malam gestasse Alexand. Benedictus, *lib. 25. de cur. morb. cap. 34.* testatur. Idem, *ead. libr. cap. 29.* refert, Nobilem

quandam fœminam Venetam septimo mense, quo vterum gestaret, polypum peperisse monstruosum, quem ipse dissectuerit, & in medio masculinum fœtum integrum palmi magnitudine reperit, quem monstrum illud in se genitum inter eas angustias accrescere non patiebatur. Annexusque erat umbilicus polypo. Id quod proculdubio factum, quod antequam fœtus conciperetur, mola iam vteri sinum occupauit; & propterea fœtus radicationi locus datus non est: itaque in subitrata mola carnea & sanguine plena radices agere necesse habuit. Tale quid quoque vxoris ux accidisse refert Fr. Valleriola, *ob medicinal. lib. 1. obseru. 1.* quæ cum summo vitæ periculo molam & carnem informem, crassam, duram, semiputrem, & multis partibus laceram eiecit, cui quatuor vinculis fortibus infans masculus alligatus erat, quadrimestris circiter, omnibus suis membris integer. Idem, *ibidem*, refert, aliam quamdam fœminam Arelatensem octauo gestationis mense parum probè iam dearticulatum & suis omnibus partibus constantem molæ quoque vinculis alligatum eiecisse, magno cum virum discrimine.

Monstrò potiùs, quàm molæ simile fuit illud, quod nauæ cuiusdam vxorem peperisse scribit Levin. Lemnius, *lib. 1. de oscul. nat. miracul. cap. 8.* Primum, *inquit*, illa magno conatu ac molimine massam quandam informem emixa est, cui vtrinque ansæ duæ connexæ erant in brachiorum longitudinem ac modum exprorectæ: palpitabat autem, illique vitale quiddam inesse visum est, vt spongiæ & vriticæ marinæ, quas illi Elschouve vocant, quarum innumere ætate in Oceano fluitant, exentæque mari distillant, ac diutius manibus contrectatæ liquefcunt, inducto pruritu ac mordaci vredine, vnde nomen id obtinuerunt. Postmodum monstrum delapsum est ex vtero, adunco rostro, longo teritico collo, oculis vibrantibus, cauda acuminata, eximia pedum agilitate. Id post primum lucis intuitum conclaue stridoribus implet, atque vtrò citroque discurrans latebras persequitur; tandem mulieres puluini impetunt, ac suffocando perimunt. Hoc monstrum genus, quoniam hirudinis more sugillando tugendoque fœtum infestum est, ac sanguinem admittit, sanguisugam nominant, vulgò *Sungers*. Postremò mulier hæc plus satis delassata, non sine summo vitæ discrimine prolem masculam edidit; à monstrò ita excarnificatam, vt à sacra lotionem quàm minimum vitæ superesset, mulier verò ægrè resocillata, quas molestias aetorturas perpessâ sit, optima fide mihi enarrauit.

Nonnulli etiam molæ aquosæ mentionem faciunt, sed pertinet ea ad hydropem vteri, de quo supra dictum.

Causa.

Proximam molæ causam esse facultatis formatricis errorem, extra dubium esse puto. Sed qua de causa ita abertet facultas formatrix, non ita planum est. Mercurialis in ea est opinio, molam ex solo sanguine menstruo absque villo semine generari posse. Sed falsa est hæc opinio. Nulla enim in sanguine solo est vis formatrix, sed ea in semine tantam hæret. Quapropter in eo quidem plerique consentiunt; debilitatem feminis & sanguinis copiam huius rei causam esse. Verùm an vtriusque semen requiratur, an verò sine virili semine mola generari possit, dubium. Nonnulli in ea sunt sententia, sine virili semine ex semine fœminæ cum sanguine menstruo mixto molam generari, alij ex semine virili cum sanguine menstruo copioso mixto. Verùm puto tutissimum esse statuere, plerumque quidem ab vtroque semine masculino & fœminino molas generari, cum facultas formatrix, præcipuè si debilis

A est, ob semen exiguum non bene constitutum, & sanguinis copia obruitur, ita vt etiam venas aliquas vel earum rudimenta, & membranas quædam effingat, totam verò fœtus structuram elaborare non possit: interdum tamen etiam in viduis à solo fœminino semine & sanguine molas fieri posse, observationes Medicorum docent, vt postea, in *Quæstione*, dicetur.

De causa molæ iam olim scripsit Hippocrates, *lib. 1. de morb. mulier.* Molæ, *inquit*, conceptus hæc causa est: Cum multi menses exiguum & morbosum semen exceperint, neque conceptus rectus sit, & venter plenus est veluti prægnantis. Et *lib. de sterilitate*: Fit mola in vtero, cum mensium copia B exiguum & minimè robustum semen virile conceperit, aut etiam muliebri.

Generatur autem faciliùs mola, imò vario modo generatur, si sanguis non solum copiosus sit, sed & impurus & ad fœtus nutritionem ineptus, quem natura menstruo tempore, vt inuilem excretura erat: Hinc adeo accidit, vt mola plerumque generetur, si fœmina cum viro concubat imminentibus iam vel fluentibus, & nondum planè cessantibus menstruis, vnde etiam proculdubio Germani molas appellant *Monxinder*: Interdum & in iis, quæ diu menstrua suppressa habuerunt. Ita Hippocrates, *5. epid. de vxore Gorgiæ* refert, quod ei menses per quadriennium non fluxerint, & fœmellam pepererit, & subsecuto diuturno vteri fluore, post 40. dies C proieceroit molam, post quam sana facta est.

Disputant etiam hîc nonnulli, An mola fiat à nimio calore, an à frigore: cum Aristoteles, *lib. 4. de gen. animal. cap. 7.* scribat, molam fieri eodem modo, quo ea, quæ inquinari dicimus, cum elixantur, nec per calorem, vt quidam volunt, sed potius propter caloris debilitatem. Contra Auicennas, *fen. 23. tertij, tr. 2. cap. 18.* vehementiâ caliditatis necessariam esse, à qua sanguinis coquatur, & carnis formam acquirat. Verùm si rem accuratè æstimemus, neque à calore, neque à frigore solum & primariò fit mola, sed à facultate formatrice, errante tamen in suo opere. Neque molæ generatio saltem coctio est, & rei similis plane productio, sed formatio quædam, vnde magna molarum, vt supra dictum est, diuersitas, & præter carnem, venas, membranas, etiam interdum animalium quorundam formas molæ habent. Si verò de causa instrumentali quæramus, rectius sentit Aristoteles, quàm Auicennas. Calor enim, quo facultas formatrix, vt instrumento vtitur, in debili semine debilis est, & à copia sanguinis obruitur.

Signa Diagnostica.

Molam cognoscere non facile est; cum & verum D fœtum, & hydropem, aliosque vteri tumores & obstructions à suppreffione mensium æmulari possit, imò interdum cum ipsis coniungatur. Præcipuè verò ante quartum mensem nulla cognitio certa de istis est, & vix à verò fœtu discerni possunt, cum vtroque eadem se: apparent symptomata, menses retineantur, cibi fastidium & nausea suboritur, colorque faciei mutetur. Temporis autem progressu facilius cognoscitur, & quatuor potissimum signis. Primum est motus. Postquam enim fœtus iam moueri incipit, à mola discerni potest. Nam quantum etiam à mola & flatibus motus quidam excitari possit: tamen peritæ fœminæ faciliè fœtus motum à flatibus discernere valent. Præterea si fœmina de latere in latus conuertitur, mola in latus, in quod decumbit, inftar lapidis voluitur, cum insigni ponderis sensu, quod longè maius sentiunt, quàm dum fœtum viuam vtero gerunt. Aut si quem motum habet mola, is tremulus saltem & palpitans est, con-

An sine virili semine mola generetur.

Signa diagnostica.

strictionis saltem & dilatationis, ut in spongiis & Zoophytis, non verò in omnem situs differentiam, quod in vero fœtu accidit. Si verò tempus, quo moreri solet infans, præterierit, & nullus motus in utero percipiatur, interim verò venter intumescat, nec tamen hydrops adsint indicia, molæ latentis id signum est.

Secundò, fœtus verus à mola ventris figura & mole discernitur. Vbi enim fœtus verus in utero est, venter præcipuè versus umbilicum, attollitur, & acuminatur, & versus latera molliter utrinque coarctatur. In mola verò venter in omnem dimensionem æqualiter attollitur, & quidem globus quasi seu massa in uteri & lumborum regione posita tactu percipitur.

Tertiò in gravidis lac verum circa quartum mensem generari incipit, quod natura de fœtus nutritione sollicita generare maturè inchoat. In mola verò mammae equidem etiam intumescunt, sed verum lac in iis non generatur, sed quædam cruda materia ex suppressis menstruis & ad mammæ tendentibus, quæ progressu temporis tandem evanescit.

Quartò, graviora, quæ molas, quàm quæ verum uterum gestant, habent Symptomata. Vires enim magis prosteruntur & languent, respiratio est difficilis, doloresque dorsi & inguinum frequenter mulieres molestant.

Si tandem post decimum mensem, & præterlapso tempore partus legitimo, venter adhuc tumeat, nec hydrops signa adsint, de mola non levis suspicio est. Soletque ea sese postea magis prodere; cum interdum non solum mensibus pluribus, sed & annis in utero hæreant molæ. Omnino verò difficulter cognoscitur mola, si cum fœtu vivo coniuncta sit: nisi forsitan ex mole ventris maiore & gravitatis pondere, ac symptomatibus gravioribus; ut & si hydrops vel alij tumores coniungantur, ea etiam difficillimè cognoscitur.

Si verò certum sit, mulierem minimè esse gravidam, non tamen semper planum est, an adsit mola, vel alia de causa venter intumuerit. Cognoscitur autem mola testissimè & pondere & gravitatis sensu in utero, & ex motu eius, quem ægra, dum se erigit vel ambulat, vel de latere in latus mouet, percipit. Nonnulli etiam ex mensium fluxu aliquid de mola colligere volunt, statuuntque, quibus menses fluunt, in iis molam generari non posse. Et verum quidem est, rarum esse, ut fœminis, quæ molam habeat in utero, menses fluant. Verumtamen obicit Ambr. Paræus, ut *lib. 24. cap. 41.* refert, mulierem molam gerentem utero, menstruo fluxu laborasse. Idem obseruavit Guil. Fabricius, ut testatur, *cent. 4. obseru. 39.* in fœmina quadam Bernensî, quæ etiam eius magnitudinis molam gestabat, ut ab omnibus percipi posset, tamen menstrua fluxerunt, sed in minori quantitate, vsque ad finem vitæ, etsi à mola liberata non fuit. Ut enim gravidis interdum per venas ceruicis uteri menses fluunt, ita etiam molam gerentibus idem accidere potest. Neque molæ continuò augentur, ut fœtus, ideoque tanta copia sanguinis, præcipuè in plethoricis, opus non est. Alij & hoc signum addunt, quod molam gerentes contabescant, & malè coloratæ sint. Verum nec hoc perpetuum, sed obseruatum, nonnullas molas gerentes, corpore bene valido, & bene coloratas mansisse.

Prognostica.

Prognostica.

1. Mola semper periculosus affectus est: quia insigniter uterum & totum corpus lædit. Retinentur enim menses, & cum toti in augmentum molæ non absumentur, magna humorum colluies in

A utero & circa eum cumulat, quæ utero & toti corpori plurimum damni affert.

2. Si in plures partes mola diuisa est, minus periculi affert; cum plerunque tertio aut quarto mense, dum adhuc mollior est, eici solet. Vbi verò vnica & solidior massa est, plerumque in vitæ periculum fœminas conicit; cum vel non excludatur, & ob partium uteri dilacerationem insignes hæmorrhagiæ sequantur, quæ cum sisti nequeant, fœminis interitum afferunt. Cuius rei exemplum habet Guil. Fabric. *Cent. 2. obseru. 55.* de quadam fœmina, quæ ab initio se gravidam putabat, postea verò spe frustrata, ultra duos annos grauiter afflicta vixit, & tandem à vita discessit, cuius abdomine aperto, plurimum aquæ, carnis loturæ similis, effluxit. Uterus in magnitudinem ingentem extensus, peritonæo à linea alba ad costas vsque spurias & renem dextrum adeo tenaciter adhærebat, ut vix auelli posset: hinc dolor ille maximus quem in latere passa erat. Ren sinister planè putrefactus conspiciebatur. Hepar vndique abscessibus putridis scatebat. Hinc aqua, quæ in vacuo ventris continebatur, sanguinolenta facta fuerat. Utero adaperto aquæ fœtidissimæ puri permixtæ ultra sex libras effluerat. Mola quoque in conspectum sese dabat, magnitudinem capitis longè excedens, inæqualis, nonnullis quoque in locis dura, atque hinc inde putrida ac fœtida. Illa autem non solum vasis cotyledonibus, verum etiam tota illa parte, quæ dorsum respicit, tam tenaciter adhærescebat, ut sine dilaceratione uteri auelli & separari non potuerit. Ambo quoque testiculi præter naturam adeo excreuerant, ut magnitudinem pugni excederent, erantque inæquales, duri & ad instar ferè vix. Non tamen semper, ut Hippocrates, *lib. de Sterilitate*, scribit, mulier, quæ vnica molam gerit, si expellatur, perit. Obseruatum enim sæpe est, molas prægrandes vnica, spontè ex utero eiectas, vel extractas fuisse, sine fœminæ periculo.

3. Si fœtui iungatur mola, cum vel enecat, vel insigniter lædit.

4. Si molæ hydrops coniungatur, ferè lethale est; cum duos grauissimos morbos fœmina vix superate possit.

5. Si molæ solæ sint, sæpe non solum pluribus mensibus, sed & pluribus annis in utero hærent, quibusdam etiam consenscunt; semper tamen in causa sunt, ut mulier citius, quàm, si absque mola fuisset, factum esset, intereat. Et quò diutius hæret in utero, eò difficiliùs tollitur & sæpe tolli non potest. Quin & consenscunt fœminæ & commoriuntur, ut Aristoteles, *lib. 4. de gen. an. cap. 7.* testatur. Et quidem interdum fœminis ex molis, quas longo tempore gestant, nullum incommodum & periculum, præter molestiam ex mola & pondere percipiunt. Interdum indurantur, ut ferro etiam scindi non possint, ut Aristoteles, *loco allegato*, docet: interdum putrescunt, & uterum eadem contagione afficiunt, & varia symptomata, imò & mortem inferunt, ut Progn. 2. dictum.

6. Interdum molæ eiectionem dysenteria præcedit; sicut id cuidam fœminæ post tres vel quatuor annos accidisse refert Aristoteles, *lib. 4. de gen. anim. cap. 7. & 10.* quæ in dysenteriam periculosam incidit, & postea molam eiecit, ægramque tandem iugulauit.

Curatio.

Tutissimum verò fuerit, præcauere, ne fœmina molas concipiat, id quod ea præstabit, si non coeat mensibus instantibus, ut fluentibus, & corpore impuro & non purgato, aut & utero imperato, aut obstructo. Si enim molarum generatio præcaueri

Molæ præcautio.

ueri debet, hæc vitia omnia prius remouenda sunt, antequam fœmina coëat. Nec coitus nimis frequentus esse debet. Si enim coitus frequentior, præteritum in corporibus non satis robustis & vegetis, semen debile generatur, quod ad molas generandas aptum est.

uratio.

Si verò molam in vtero genitam esse, cognitum satis sit, danda opera, vt quamprimum, antequam radices firmiores in vtero agat, tollatur: Id quod fiet, si purgantia, aperientia & detergentia, ac facultatem expultricem irritantia adsumantur, tum etiam extra adhibeantur vasa vteri & ligamenta emollientia & detergentia, & omnino ea ferè medicamenta, quæ in mensibus suppressis, & partu difficili ac fœtu mortuo vsurpari solent.

Totam vitam curandi rationem complexus est Hippocr. lib. 1. de morb. mulier. Primum, inquit, totum corpus foueto, deinde per sedem clysterem adhibeto, quò sanguis multus erumpat; fortassis enim, quod compactum est, commoueris, id quod fœtus esse putatur, muliere à pharmaco concalesceta: sed & vteros colluito, quò sanguinem educaas, sin minus, subdititiis vteratur fortissimis: è buprestis, & dictamnium Creticum è vino bibas: sin minus, castoris testem & retro cucurbitulam ipsi adlaterum mollicitudinem affigito, & plurimum sanguinem detrahito: atque hoc maximè rerum, ac vtrum ipsarum coniectura facta, facito. Ergo, si mulier sit plethorica, venæ sectio largiori institui potest. Vt enimaliàs oblargiorem sanguinis emissionem grauidæ abortire solent: ita etiam si sanguis ad nutriendam molam subtrahatur, natura ad eam expellendam faciliùs sese accingit. Si verò mulier minus sit plethorica, sanguinis euacuatio parciore esse potest. Vtrobique tamen commodissimè in talo aut poplite venæ aperitur; cum venæ istæ mensibus prouocandis & vtero purgando sint apertissimæ. Si tamen sit magna sanguinis copia, venæ sectio repeti & sanguis largiùs detrahi potest; si minor eius, copia, parcius.

Post venæ sectionem purgantia exhibenda, & quidem validiora, & eaque si opus sit, repetenda. Cum enim purgantia medicamenta maguam fecum deiciendi vim habeant, in mola quoque exturbanda plurimùm valent: id quod confirmat illud Aristotelis, qui, 4. de gen. animal. cap. 7. scribit, mulierem molam tres vel quatuor annos gestasse, & tandem dysenteria superueniente molam eiecisse.

Purgato corpore primò emollientia & laxantia adhibeantur. Vt ℞. Rad. altheæ, lil. alb. an. ℥. ℞. fol. altheæ, mercurialis, parietaria, branca vrsinæ an. M. j. fl. chamæmeli meliloti an. M. ℞. sem. lini, fœnugraci an. ℥. vj. Coq. in decocto in iuculo carnis, tum Col. ℞. ℞. j. Adde butyri recent. oleum amygdalar. dulc. lil. alb. an. ℥. j. F. Clyster. qui aliquoties repetatur. Ex iisdem plantis fiant balnea, fomenta, vt & linimenta atque vnguenta ex ol. lil. albor. amygdalar. dulc. butyro s. sale, pinguedine caponis, anseris, vt viæ & vincula quibus mola vtero adhæret, laxentur. Hinc exhibenda etiam interna medicamenta mensis mouentia, dictamnium Creticum, aristolochia, bryonia, & similia. Extra quoque huius generis medicamenta vsurpanda: Exempli gratia, Clyster talis fiat: ℞. rad. bryonia, aristoloch. rot. longæ an. ℥. ℞. a. ariz. ij. fol. ruta. sabina, arteris, diazani, puleg. matricaria an. M. j. fl. sambuci, chamæmel. an. M. ℞. sem. fœnugr. lini an. ℞. ℞. Coq. in aq. l. Col. ℞. ℞. j. el. hieræ picre, ℞. j. trochisc. albandal. ℞. ℞. ol. rutacei, cheirini an. ℞. j. ℞. F. Clyster. Ex magmate verò, à quo clyster paratus est, cataplasma fiat, quod ventri imponatur. Pessus verò talis fiat: ℞. trochisc. de

Operum Seanerti. Tom. III.

A myrrha, galbani, opopanax in vino dissol. an. ℥. ij. rad. cyclaminis ℥. j. ellebori albi ℥. ℞. Cum succo ruta F. Pessus.

Si verò talia omnia frustra tententur, & vsurpentur, ad Cheirurgiam accedendum, quæ primò sola manu perfici potest, id quod feliciter præstitit Guiliel. Fabricius, vt refert Cent. 2. obseru. 52. Cum enim mulier quædam 22. Martij peperisset, simulque secundinam eiecisset, mola verò ad diem 27. Martij vsque in vtero retineret, & febris ac alia symptomata plurimè accederent, fœmina rectè collocata, manuque in vterum immissa, digitis elementer paulatimque fungosam molam ab vtero separauit, atque vnica vice totam semiputridam & fœtidam sine vehementia & dolore extraxit, imò salua matre.

Deinde instrumentis, dum, collocata rectè fœmina, vteroque dioptra vterina aperto, mola instrumento, quod Embryulcum nominant, quodque à similitudine pedis gryphi nomen habet, extrahitur. Cautè tamen in instrumento immittendo, & in mola extrahenda procedendum, ne damnum aliquod vtero inferatur, & aliquid in vtero dilaceretur, aut vterus loco suo moueatur, aut hæmorrhagia immoderata excitetur. Itaque, obseruat. modò allegata, Guil. Fabricius commodius instrumentum excogitauit, & depinxit, forcipem scilicet, cuius extremitates in cochlearis aut rostri anatis, sed profundè satis desinunt, in cuius medio exsuperant dentes tres quadrati & acutissimi.

Danda etiam opera, vt mola tota extrahatur. Et si enim nonnulli parte molæ extracta suppurantia adhibenda censent, vt reliqua in pus & saniem mutata spontè elabantur: tamen periculo hoc non vacat: cum faciliè ex materia putrida febres, animi deliquia, dolores, conuulsiones vteri, vlcera excitari & fœmina in vitæ periculum cornici possit.

Tutius est, si nec à Cheirurgia salus sperari possit, naturæ negotium committere, quæ molam suo tempore excernere solet.

Monet etiam hic Guil. Fabric. Cent. 1. epistol. cent. 4. obseru. annexa, epistol. 39. Si operatio Cheirurgica primò statim ex voto non succedat, non desistendum, sed post dies aliquot, aut mensem, reiterandam esse. Cum enim in muliere quadam Colonienfi collum vteri ita dilatasset, vt manu & forcipe molam apprehendere posset, ipsam tamen extrahere ausus non fuit, sed quam primum id conatus est, tanti circa lumbos dolores superuenierunt, vt ab opere desistere coactus fuerit. Quapropter ad quindecim dies negotium distulit, & postea operationem feliciter peregit.

Cum verò post malam eiectionem plerumque insignes hæmorrhagiæ & dolores sequi virè que deici solent, hæmorrhagiæ nimix succurritur partium superiorum frictione & ligatione, focu manuum linteis vino calido immersis, & alus, quæ de fluxu mensiu nimio enumerata sunt. Vt ℞. fol. plantag. E burse pastoris, rubi, quercus, fl. ros. rubr. an. M. j. Coq. in aq. chalybeata. Postea ℞. farina bordei volatilis ℥. ij. pulu. balast. nnc. cupressi, cetic. granator. ros. rubr. radic. consolide maior. an. ℥. i. ranar. combustar. beli Armeni, sang. dracon. an. ℥. ℞. Cum decocto antea parato & modico aceti F. Cataplasma, quod vteri regioni imponatur. Vsurpetur etiam hic pessus: ℞. turndarum è supa cannabina molli, quæ madefiant succo plantaginis vel decocto superiore & conspergantur hoc puluere: ℞. farine volatilis ℥. j. ℞. terra sigill. ℥. ij. sang. dracenis ℥. ℞. cinerum ranar. aquatil. combustar. ℥. ij. F. Puluis. Dolores leniuntur anodynis, de vteri dolore propolitis. Vires seruantur alimentis sagulis

B B b

coctionis, boni succi & nutrimenti multi, ouisnimirum, iusculis & carnibus pullorum, gallinarum, caponum, perdicum; vino, margaritis, conseruis ros. viol. borrag. spec. elect. de gemmis, de hyacintho.

QVÆSTIO.

An mola sine viri congressu, & sine virili semine generari possit?

An mola sine viri congressu generari possit?

Non parui momenti hæc est quæstio, & in qua interdum cardo pudicitæ & impudicitæ feminarum versatur. Si enim virgo vel vidua molam eiciat, eam nonnulli suspectæ pudicitæ habent, & cum viro congressum esse statuunt. Alij contra sine congressu viri & sine semine masculino concurrente molam generari posse existimant.

Priorem sententiam qui defendunt, primò ad experientiam prouocant, & omnes seu virgines seu viduas, quibus tale contigerit, suspectæ pudicitæ fuisse putant. Deinde rationibus idem euincere conantur, quod scilicet primò plerumque molæ ad modum superfætationis fiunt, & cum vero fœtu coniunguntur; deinde, quod nulla sine virilis seminis cum fœmineo coniunctione fieri possit formatio. Tertio, quod si solus sanguis cum semine fœmineo ad molam procreandam sufficeret, frequentissimè in Virginibus nubilibus, aut viduis vegetioribus, quibus & seminis & sanguinis copia suppetit, tales molæ generarentur, quod non obseruat ir. Quarto, licet aliquando semen extra vasa spermatica in vterum effundatur, vt aliquando per pollutiones nocturnas accidit: tamen in vtero non retinetur, sed effluit.

Alteram verò sententiam, qui defendunt, etiam ad experientiam prouocant. Etenim I. C. Scaliger, *ad text. 43. lib. 10. de hist. animal. Aristotel.* id doctorum autoritate se confirmaturum pollicetur. Et Dodonæus, *obseru. medic. cap. 49.* refert, honestam quandam viduam molam excreuisse. Et Marcellus Donatus, *lib. 4. de hist. medic. mirabil. cap. 25.* scribit: Nobilem mulierem indubie honestatis matronam, quinquagesimum sextum annum agentem carnosò corporis habitu, & plurimo sanguine redundantem, absque viri concubitu, cum iam per aliquot annos menstruæ purgationes defecissent, anno 1573. & 1574. molas plures carnosas edidisse, fluentibus veluti in naturali partu mensibus copiosè & maximis cum cruciatibus, interposito duorum, aliquando trium, aliquando vnius mensis spatio. Erant autem carneæ illæ molæ nonnullæ ad pugni crassitudinem, aliæ minores, durissimæ nonnullæ, aliæ verò minùs duræ.

Etsi verò, vt dictum, nonnulli obiciunt, citra seminis virilis & fœminei commistionem nihil generari posse: id tamen tantum de integri fœtus formatione intelligendum. Interim quid imperfectum etiam ex sanguine, concurrente semine fœmineo formari posse, impossibile non est.

Etenim cum semen fœmineum etiam sit semen, etsi debilius, facultas formatrix ei quoque non profus deneganda est, quæ licet perfectum fœtum formare non queat, aliquid tamen, etsi informe, & sanguine affluente effingere potest. Et cum videamus ouipara sine mare oua subuentanea in se gignere, cur non etiam in viuiparis & homine aliquid sine mare generari possit? Et frustra experientiam eludere conatur Mercatus, dum illud, quod interdum à fœminis sine viri congressu excreatum est, vteri lumbricos esse statuit. Experientia enim contrarium testatur; & vidua illa, cuius

A mentionem facit Dodonæus, non lumbricos, sed molas pugni magnitudine excreuit. Et ipse Mercatus postea concedit, semen fœminæ, cum sit exigui caloris, membranæ concretionem fabrefacere posse. Atque Hippocrates scribit, *lib. de sterilit.* fieri molam in vtero, cum mensium copia exiguum & minimè robustum semen vtile conceperit, aut etiam muliebre.

Vt verò in re, quæ multos Medicos dubios habuit, meam sententiam exponam. Pleraque molas è semine vituli debili cum fœmineo mixto & sanguine copioso formari puto: Interdum tamen, sed rarò, viduas etiam quasdam sine virilis seminis concursu molas generasse, historiarum supra allegatarum docent; verum eas planè rudes, & minùs, quam ex, quæ ex virili semine fiunt, formatas, id quod vel historia illa à Marcello allegata docet, de molis illis, quas vidua excreuit, quæ vt plurimum, postquam excreta fuerunt, sub aère diutius permanentes, in aqueam liquefactæ soluebantur substantiam. Vt verò Virgines sine concubitu cum viro molas generent, fieri posse non puto. Etsi enim accidere possit, vt vel ex lasciuia, vel per somnium semen profundant: tamen quia semen fœmineum per se solum debile est, sanguis ad formationem necessarius ab eo nec attrahetur, nec spontè affluet, vt pote qui ad fœtus formationem in iis affluere consuetus non sit; id quod in viduis, quæ antea pepererunt, facilius accidit: & vasa ipsa vteri sunt in Virginibus longè angustiora, quàm in iis, quæ pepererunt, & propterea etsi semen forsan in vterum in iis confluat, sanguis tamen, qui ad molam formandam necessarius est, deest.

Ista tamen præcipuè de molis non vitalibus accipienda sunt. Vt verò mola vitalis sine virili semine in virgine vel vidua generetur, vix possibile esse puto, & propterea earum pudicitiam meritò suspectam esse, quæ vitales, quàm quæ non vitales molas edunt.

CAPVT X.

De Monstris

Interdum verò accidit, vt pro fœtu sano non saltem concipiant & generent, sed & varia monstra viuientia & animalia præter & contra naturam producant. De vermibus in vtero genitis supra, *sect. 2. cap. 8.* dictum. Molis verò quid simile in vtero generari, quod formam vel bufonis, vel muris, vel piscis habeat, sæpe obseruatum, vulgò feram appellant, idque vitium Lombardiæ mulieribus familiare esse refert Gordonius, *part. 7. cap. 12. Lily. Tormira, ad c. 89. lib. 9. Rhaf. ad Almans.* Apuliæ mulieribus Guainerius, *de agrit. matric. cap. 32.* Ioan. Mich. Saunarola, *tract. 6. rub. 27.* Alex. Benedictus, *de curat. morb. lib. 25. cap. 35.* Hispaniæ mulieribus Lud. Bonaciola, *lib. 1. de morb. mul. c. 6.* Neapolitanis & Flandris Lud. Viues, *de anima.* Serpentes, canes & alia animalia, vel fœtus brutorum quasdam partes habentes, & alios eosque variis modis monstrosos genitos fuisse, è Lycosthene & aliis, qui de prodigijs & monstis scripserunt videre est, neque operæ pretium est, historias illas omnes hic adducere. Vnam tantum historiã ex *appendice Caspar. Bauhini ad libell. Franc. Rousseti de partu Casar.* adponere libet, quæ sic se habet: Mulier, *inquit*, cuiusdam baiuli, dicta Anna Tromperin, in Xenodochio nostro inter pupillos educata, cum iam annorum esset circiter triginta,

enixa est puerulum cum duobus serpentibus, Anno 1576. circa festum S. Ioannis. Sed paucis de gestatione fœtus, de partu atque educatione, & etiam de serpentibus vna enixis: & prius de serpentibus tanquam primò in corpore natis. Narravit mihi, fide data, se Anno 1575. circa festum Ioannis, cum esset messis, & summe caleret, bibisse ex scaturigine fontis in syluula *Brunderholz* dicta, qui locus quarta parte miliaris Basilea distat, vbi suspicatur bibisse se sperma serpentum: paruo enim tempore post potum aquæ cœpit venter augeri: tribus dein mensibus post grauida reddita, vna cum fœtu aucti etiam serpentes: tantum verò in molem abdomen excreuit, vt fascia vti cogeretur ad gestationem ventris. Dum iciana esse, sentiebat morsus & panctiones circa ventriculi regionem: cibo verò sumto melius habebat, mania etiam commodè obibat; verum solo lactis desiderio tenebatur, & etiam utebatur. Cum verò iam tempus adesset partus, tribus diebus ante partum à cibo planè abhorruit, ita vt nec lac, nec minimum alterius alimenti assumeret. Monuit tum ipsa, vt quamprimum foret fœtus exclusus, supponeretur orca lacte repleta, de serpentibus, vel de venibus enim apud ipsam esse suspensionem, idque partim propter morsus, partim propter mirabilem motum, quem toto anno persenserat. Quare feliciter puerulum enixa, cum quo copiosissimi ichores, quos aquas vocant, effluxere: dein, cum ad secundinæ exclusionem se præpararet, orca tum cum lacte supposita, prodiit serpens: vnde mulieres parturienti adstantes perterritæ, arrepto puero secessere: quare & ipsa puerpera timore percussa, eleuato capite, non solum serpentem vidit, sed & alterum prodeuntem non solum persensit, sed etiam obseruauit. Puer paruulus erat, ita emaciatus, vt vix ossibus hæret, viuax tamen: foramen habebat in cernice tantæ magnitudinis, vt facile nux indi potuisset, quod sanè factum puto tribus iis diebus, quibus mater lacte abstinerat, aliàs corpore toto absque noxa: hic annum vnum & septimanas duodecim superuixit, tandem verò anno 1577. eam apud nos pestis straxit, ea lue correptus obiit. Serpentes verò erant longitudine vna, qui crassitie penè infantis brachium æquabant, maculis variegati: qui ita viui ab obstetrice fuerin cœmeterio S. Elisabethæ sepulti. Iam ad matrem redeo, illa dimidiò anno à partu corpore incuruato incessit: se enim erigens dolores imensos & in abdomine & in dorso perfererat. Postmodum tamen ventrem semper habuit satis magni, ac si vtero gestaret: sed & ab illo tempore quatuor habuit liberos. Ventriculo tamen hætenus imbecilli, cum dolore vteri. Sesquianus est, ex quo alio symptomate fait correpta: cum enim per septimanas 25. menstrua essent suppressa, venter indies augetur, se tamen grauidam non esse certò sciret: consultis duobus, vt ipsam mihi narrant, grauidam esse pronunciarunt: ipsa ergo cum à tanto tempore viro caruisset, & hoc à veritate alienum esse nosset; propter consilium secuta stafam ingressa est, cucurbitulas sedecim affigi curat & femibus, aliisque corporis partibus: sequenti die binas incidi venas, & copiosè detrahi sanguinem curat: tertia postmodum die menstrua copiosè cœpere fluere, sicque ventristumor concidit. Verum dum hæc narraret, satis magnum habebat adhuc ventrem, qui aliquando augetur, aliquando concidit. *Hæc Baubinus.*

In genere hoc obseruandum. Monstra illa omnia (hos quidem loco, vbi de vitiosa conceptione agitur: nam & alia monstra in natura dantur) dici, vbi pro fœtu humano aliquid aliorum ani-

Operum Sennerti. Tom. III.

A malium speciem, seu ex toto, seu ex parte referens, vel etiam humanam quidem speciem habens, sed plures partes, vt capita vel pedes obtinens, aut alio modo insigniter vitiosè conformatum gignitur. Neque enim vbi infans vel sex digitos in vna manu habet, vel similis minus enormis in conformatione error commissus est, is pro monstro habendus,

Causæ.

Etsi verò ex semine humano cum semine bruti monstrum procreari posse, quod partim hominem, partim brutum aliquod referat, negandum non sit, idque historicè doceant: tamen hoc rarissimè fit, ideoque aliæ causæ monstrorum, quæ in homine generantur, inquirendæ. Cum verò ad formationem fœtus requiratur ipsa facultas formatrix, instrumenta, quibus facultas in operando vitur, & materia, ex qua fœtus formatur: ipsa facultas per se non errat, sed vel seducitur ab imaginatione, vel suo sine in operando frustratur, ob instrumentorum, spirituum scilicet & caloris, vel materiæ, seminis puta & sanguinis, vitium: atque ita monstrorum, vt omnium in formatione fœtus errorum, causæ quærenda vel in imaginatione, vel spiritibus & calore, vel semine aut sanguine. Ideoque etsi monstra dicantur esse errata natura, id non aliter accipiendum, quàm quod dictas ob causas id, quod vult & intendit, perficere & assequi non potest. Cum enim natura nunquam sit otiosa, & ob perfectionem vniuersi melius sit eam aliquid agere, & ex subiecta materia aliquid producere, quàm planè quiescere & materiam inalteratam ac rudem relinquere, formam, quam potest, ei inducit, & si hominem non potest, aliud animal generat. Itaque vt monstra generentur, præcipua causæ est Imaginatio, de cuius viribus supra, cap. 6. dictam. Ita ex Volaterano referunt, foeminam quandam, cum conceptionis tempore attentè Imaginem D. Ioannis Baptistæ, velle pilosa indari, adspexisset, infantem pilosum & hirtutum peperisse. Eodem modo obseruatum, mulieres grauidas ex adpectu hominum laruatorum, dæmonesque referentium, monstrata cornuta, rostrata, pedibus bitidis genuisse. Deinde si spiritus & calor, ac semen & sanguis sese rectè non habeant, varij errores in formatione fœtus, & hinc varia monstra generari possunt. Etenim si spiritus & calor debiles sint, vt in omnes seminis partes æqualiter, & vt debent, agere non possint, pars aliqua seminis non rectè elaboratur, & formatur, sed rudis & imperfecta relinquitur. Si verò vel semen vel sanguis non satis copiosus sit, defectus aliquis in partibus fieri potest; Contra si materia sit nimis copiosa, vt facultas formatrix eam totam gubernare non possit, etiam informe & monstrolum aliquid inde generari potest. Præterea si semen masculinum, & foemininum non rectè miscantur, vel per vterum variè dispergantur, aut sanguis non æqualiter affluat, etiam deforme & inæquale ac monstrolum quid inde formari potest.

Non tamen hic prætereundum, etiam ex Dei voluntate, ad significandam aliquid hominibus, interdum talia monstra gigni: vnde etiam monstra, portenta & prodigia nominantur, quod aliquid futuri monstrant, portendant & significant; atque obseruatum, post talium monstrorum partum sæpe publicas calamitates subsecutas fuisse.

Verum de monstris in genere & ex professo scribere huius loci non est. Neque etiam monstrum genitum Medici opera emendari potest. Hoc saltem Medici est, monere, qua ratione præcaueri possit, vt, si semel foemina monstrum quid peperit, amplius

Præserua-

110.

B B b ij

tale non gignat. Quod qua ratione præstari possit, JA *cap. præced. de mola*, dictum. Nimirum cauendum fœminis, ne dum grauidæ sunt, res monstruosas adspiciant. Deinde ad spiritus & calorem roborandum, exhibenda ea, quæ vterum calefacere & roborare possunt, quæ supra proposita sunt. Tertio danda opera, vt & semen & sanguis è quo fœtus formatur, se rectè habeant, quod qua ratione fieri possit, antea etiam dictum. Quarto & imprimis cauendum, ne fœminæ enim menstrua patiuntur, cum viro coeant: Fœminæ, dum mensuris laborantes faciliè monstra generant. Nam licet sanguis menstruus per se non sit vitiosus, sed copia saltem peccat: sæpe tamen accidit, vt natura vitiosos humores, si qui in corpore cumulati sunt, eadem opera cum mensibus per vterum expellat. Si ergo eo tempore, quo menses fluunt, fœminæ concipiant, & sanguis ille impurus & spurcus materia fœtus fiat, mirum non est, si vitiosum & monstruosum quid ex eo generetur.

CAPVT XI.

De falsa conceptione & grauidatione.

Falsa grauidatio.

TAndem circa Conceptionem & hoc interdum accidit, vt fœminæ, quæ non conceperunt, se grauidas esse putent, cum iis menstrua supprimantur, & venter intumescat. Quæ de re cum fœminæ ancipites & dubiæ sæpe Medicos consulant, qua ratione vera Conceptio à tali falsa distingui possit, notum esse debet. De quo et si etiam supra *part. 1. sect. 2. cap. 9.* aliquid dictum sit: tamen & hoc loco de eo agendum.

Falsa grauidatio & Conceptio.

Est nimirum falsa Conceptio seu grauidatio, cum fœminæ menses supprimuntur, venterque intumescit, & accidentia Conceptioni veræ similia adsunt, vnde fœminæ spem falsam concipiunt, se grauidas esse, & vt Hippocrates loquitur, putant, se in ventre habere; cum tamen fœtum nullum vtero gerant. Atque errorem hunc fœminæ ob accidentium similitudinem sæpe non statim agnoscunt, sed postquam decem menses præterierunt, se deceptas fuisse fatentur.

Causæ.

Causæ.

Causæ verò, ob quas vterus intumescit, plures sunt. Interdum enim flatus saltem in vtero includitur, ventremque distendit, de quo supra, *part. 1. sect. 2. cap. 10. de inflatione vteri*, dictum, interdum aqua, de qua *ibidem cap. 11. de hydrope vteri*, dictum, interdum pus, sanies vel pituita crassa, & viscida vtero concluditur, vnde is intumescit.

Colliguntur autem tales materiæ, vel ob semen morbotum & inutile conceptum, circa quod cetera natura frustra occupetur, & tam irritò conatu, vt nec molam etiam inde formare possit, nihilominus verò sanguis affluit, flatus, aqua, vel ichor aliquis inde in vtero colligitur, vel intemperies vteri infignis, ob quam nec semen, nec sanguinem vis potest elaborare & perficere, vnde in alienam substantiam mutantur; vel mensium vitium, qui si sunt impuri, semen corrumpunt, & vt flatus, aqua, vel alij humores vitiosi in vtero colligantur, faciunt. Equidem etiam ex vteri clausura in Virginibus, dum mentes fluere incipiunt, tale quid fieri potest: sed vitium hoc diu latere non potest, verum dolore se patefacit, & visui obuium est.

Signa Diagnostica.

Menses primò fœminis hisce supprimuntur, quod B ipsis cum grauidis commune est. Verùm cum non vera adsit Conceptio, ex suppressis mensibus, capitis, lumborum, dorfi, ventris & inguinum dolorem patiuntur. De quo Hippocrates, 2. *prorrhetic.* *Quæcumque in vtero se concepisse putant, & non conceperunt, & per multos menses falluntur, mensuris purgationibus non apparentibus, & ventres augeri ac moneri vident: hæc & caput dolent, & collum, & præcordia, & in mammis lac ipsis nou est, nisi modicum quiddam & aquosum.* Præterea venter citius intumescit, quàm in vera conceptione. Manu etiam percussus, tympani sonum edit, si scilicet tumor à flatu, vel grauitas & fluctuatio in ventre & vtero percipitur, vel saniosum quid ex vtero exstillat. Totius etiam corporis color mutatur, pedesque nonnunquam & facies intumescit, (nisi ex flatu sit tumor.) Insuper cibi fastidium, appetitus deprauatus, animi deliquia, febres inordinatæ, & alia symptomata, quæ supra *de inflatione & Hydrope vteri* sunt proposita, adsunt. Certissimum verò signum falsæ conceptionis est, si tempus partus legitimum præterierit, nullusque partus sequatur.

Prognosticum.

Mulieres hoc modo affectæ plerumque steriles Prognosticæ euadunt, aut vteri vel pudendorum vlcera contrahunt.

Curatio.

Communissima Indicatio est, id, quod præter naturam in vtero continetur, & ventrem attollit, euacuare. Verùm cum nunc flatus, nunc aqua, nunc sanies vel pituita id præstet, peculiari modo horum quodque tollendum: quod qua ratione fieri possit, supra, *part. 1. sect. 2. cap. 6. de Intemperie vteri cum materia, & ibid. cap. 10. de Inflatione, & cap. 11. de Hydrope vteri*, dictum, quæ hic repetere opus non est.

Signa diagnostica

Prognosticum

Curatio

LIBER QVARTVS.

P A R S II.

S E C T I O V.

DE REGIMINE GRAVIDARVM, ET AFFECTIO-
nibus præter naturam quæ grauidis accidunt.

C A P V T I.

De signis Conceptionis.

Postquam fœmina utero concepit, fœtumque gestare incipit, diligens danda opera, ut toto gestationis tempore usque ad partum fœmina ita regatur, ne quid vel ipsa vel fœtus damni patiatur. Et cum plerumque, ob sanguinem menstruum retentum & gestationem fœtus, fœminæ multis symptomatibus & præter naturam affectionibus sint obnoxia, iisdem Medico succurrendum; seu, ut Hippoc. 1. de morb. mul. scribit: *Prudentia multa opus est, si mulier gestare puerum, nutrire, & à partu euadere debet.* Vtrumque qua ratione fieri debeat, hac Sectione expeditum dabimus. Hoc tamen capite signa Conceptionis præmittere libet. Valdè enim necessarium est, ut Medicus sciat, an mulier, quam curandum suscipit, grauida sit necne: ut I. Crostaceam, quos marito defuncto in hæreditate diuidenda, in tortura & ultimis suppliciis dictandis similibusque casibus scire utile est, an mulier prægnans sit necne.

Conceptionis signa.

Cognoscitur verò fœminam concepisse, si semen in uterino retineatur. Semen autem retineri in utero, cognoscit cum vir, si nimirum in coitu virgam q. sugi & attrahi ab utero fœminæ, loca verò muliebria non humectari senserit; tum fœmina, si scilicet nihil vel parum seminis effluere senserit, tota concutiat, & veluti rigore afficiatur, aut titillationem quandam in utero percipiat, propter magnam ex venere delectationem, & uteri circa fundum ad semen amplectendum & retinendum contractionem. Deinde iis uteri interioris orificium clauditur, ut Hippocrates, 5. aphor. 51. docet, & ita quidem in principio, ut ne specilli mucronem, admittat. Hinc sequitur menstruorum retentio, de qua Hippocrates, 5. aph. 61. scribit: *Si mulieri purgationes non prodeant, neq; horrore, neq; febre superueniente, cibi que fastidium accidat, prægnantem esse putato.* Sanguis enim ad formandum fœtum retinetur, & propterea venarum orificia per cotyledones ad vasa umbilicalia constituenda fœtui continuantur. Et si, quod aliquando in plethoricis fieri solet, primis mensibus menses grauidis fluant, aut quædam alba uteri excrementa in cacochymicis euacuantur, id per venas, quæ ceruici uteri inseruntur accidit.

Vbi hoc notandum, fœminas interdum falli, dum de initio conceptionis à tempore suppressionis mensium conceptionem supputant. Nonnullis enim post conceptionem semel atque iterum, & quibus-

Operum Sennerti. Tom. III.

dam etiam tertio adhuc mense fluunt menstrua. Imò obseruatum, interdum toto gestationis tempore, menses ordinatè & copiosè sine damno fluere, cuius rei exemplum exstat lib. 1. part. 2. obseru. CL. Dn. D. Horstij. obseru. 39.

Ob menses & humores excrementitios, qui cum mensibus euacuari solent, primo conceptionis tempore quædam Symptomata excitari solent, horror nimirum cum refrigerationis sensu per interualla quædam inuadens, cibi fastidium, nauſea, pica, vomitus. Quædam enim cibos quosdam & quidem peculiare, ac quibus antea maximè delectantur, ita auersantur, ut si vel ipsis offerantur, vel eos viderint, imò nominari audierint, penè in animi deliquium incidant. Contrà alii cibos & potus, à quibus antea alienæ erant, vel quos etiam auersabantur, tam auidè appetunt, ut nisi eorum participes fiant, maximè lædantur. Atque ista symptomata tam diu durant, donec fœtu iam grandiore facto maior sanguinis pars in fœtus formationem & nutrimentum absumatur, & humores excrementitij, in iis locis, in quibus lochia asseruari solent, colligantur.

Vbi fœtus iam incrementum sumit, uteris distenditur & venter attollitur, non, ut in hydrope, diffusa per totum abdomen aqua, sed tumore vertus ventriculum acuminato. Circa quartum mensem, aut medium gestationis tempus, infans moueri incipit, & quidem secundum varias situs differentias, quod in mola non accidit. Motusque ille, nec pondere molestus est, nec fluctuantis aquæ, nec flatus vagantis speciem refert, sed lenis, blandus, ordinatusque est. Tandem mammæ intumescunt, papillarumque color mutatur in liuidum, & lac in mammis colligitur, natura prouida sanguinis partem aliquam pro futuro editu fœtus alimento ad mammas mittente.

Atque hæc certiora & firmitiora conceptionis indicia sunt, quæ si diligenter perpendantur, fœminam concepisse satis certo cognosci potest. Paulus Zacchias equidem, *quæstionum Medico-Legalium lib. 1. tit. 3. quæst. 1.* statuit, Prægnantiam, ut loquitur, in quocumque tempore sit, nullatenus cognosci posse per signa quædam certa, infallibilia, demonstratiua ac euidentiæ, sed saltè per aliquas coniecturas, & signa quædam probabilia. Cui assentiri non possumus, atque ex centum grauidis vix vna illi assentietur, quæ secundum Zacchias sententiam omnes usque ad tempus partus dubitare deberent, an sint grauidæ, cum tamen pleræque sint cer-

B B b ij

tiffimæ, se esse gravidas. Equidem ante primos quatuor menses si signa ferè esse probabilia, cōcedo: sicut & hoc non nego, si signa, quæ enumeravi, si seorsim & separatim sumantur, esse saltem probabilia. Neque enim mensium suppressio, neque tumor ventris, neque lac in mammis, neque reliqua, si seorsim sumantur, conceptionis certa signa sunt. At si fœmina semen post coitum retineat, hinc menses supprimantur, cibos quosdam fastidire incipiat, venter attollatur, motus in utero percipiatur post quartum mensem, & tandem mammæ intumescant, & lac in eis appareat; non amplius fœmina dubitat, se esse gravidam. Et quæ semel gravidæ fuerunt, & in se & in aliis tumorum ex conceptione ab aliis abdominis tumoribus facilè discernere possunt, sicut & motum infantis, à motu, qui fit à flatibus, vel aqua, vel mola.

Aliæ verò, quæ ab autoribus recensentur, minus certa & firma sunt, nec in omnibus apparentia; nimirum veneris inappetentia, utero iam repleto, oculorum nitor mutatus, maculæ quædam in facie, atque imprimis in fronte, quales interdum in fœminis ætate ob radios Solis oriri solent, viuidique faciei coloris mutatio.

An ex vrina cognosci possit, fœminam esse gravidam.

Vrinas quod attinet, equidem, vt *lib. 3. Instit. part. 1. sect. 3. cap. 10.* dictum. Medicorum superiorum seculorum, imò & Modernorum quorundam, qui ne indocti videantur, talia, quæ in Artis potestate non sunt, pollicentur & iactant, culpa accidit, vt vulgus existimet, ex vrina certò cognosci posse, an fœmina gravis sit, necne. Verùm etsi aliquam in gravidis ob menses & alios humores retentos in vrina fieri mutationem, præsertim primis mensibus, accidere negandum non sit: hæc tamen mutatio certum signum Conceptionis non est; cum eadem ob suppressionem mensium sine conceptione, & humorum vitiosorum in corpore cumulationem fieri possit. Hoc tamen nonnulli pro certo conceptionis signo habent, si vrina fœminæ in vitro bene clauso per triduum seruetur, (addunt quidam ad radios Solis) & postea per linteolum rarum coletur, apparere vermiculos quosdam instar pediculorum, si mulier sit gravis.

An mas vel fœmina gestetur.

De signis discernentibus, an masculus vel fœmina gestetur, scribit Hippocrates, *5. aphor. 42.* Si mas geritur, mulier coloratior est; decolor, si fœmina. Et *ibid. aphor. 48.* Mares dextra uteri parte, fœmina sinistra gestantur. Hinc etiam cum mas gestatur, dextra mamma maior & tumentior est, & lac copiosius fundit, & papilla eius nigrescit: Surgens gravis, si marem gestet, dextrum pedem primum promouet, & sedens dextræ manui incumbit, venæ & arteriæ dextri lateris magis replentur, quàm sinistri, motus fœtus magis percipitur, paucioribus etiam symptomatibus est gravis obnoxia, est vegetior, læta atque agilis. Contrario modo sese res habet, si fœminam gestet.

CAPVT II.

De Regimine & diata gravidarum.

Regimen gravidarum.

Postquam certum est, fœminam esse gravidam, omnino alia ratione regenda, quàm dum non erat gravis. Et iam non solum ipsius, sed & fœtus concepti, vtilis vsque ad partum saluus & incolumis conseruetur, habenda est ratio, & præcipuè primis mensibus. Vt enim teneri arborum flores quavis aura vel pluvia marcescunt & decutiuntur: ita etiam fœtus tener quavis iniuria facilè offenditur.

A Regimen autem hoc duplex est, vnum, quod iis debetur, quæ sanæ planè sunt, quo, ne gravis in morbum incidant, vel aliquid præter naturam patiantur, præcauetur. Alterum, quod iis conuenit, quæ iam aliquem morbum vel symptoma patiuntur.

Regimen Duplex.

Prius Regimen in bona diata præcipuè consistit. Aër ergo, in quo versatur gravis, quantum quidem fieri potest, omni excessu in caliditate aut frigiditate careat. Et imprimis delicatæ & morbo alicui obnoxie aëris ambientis in qualitatibus excessu & iniuriis facile offenduntur, & vt Hippocrates, *3. aphor. 12.* scribit: Si Australis hyems, & pluuiosa ac tepens fuerit, ver siccum & aquilonium, mulieres, quibus partus in ver incidit, quavis occasione abortiunt, aut si pariant, tam infirmos & morbosos partus edunt, vt vel statim ipsi intereant, vel tenues & valetudinarij viuant. Aër etiam sit purus, vitentque gravis omnes graues odores, & imprimis foetores lucernarum extinctarum, & similibus, cum ex eiusmodi odoribus uterus & fœtus offenduntur, & abortus facilè concilietur.

Diata Aër.

Foetores cauendi.

Nocet & herbarum, quæ fortem odorem habent, odor, vt ruta, pulegij, menthæ, vt & Castorei, ac sulphuris. Contra etiam pleuræque, & imprimis, quæ suffocationi uteri sunt obnoxie, suaueolentia non ferunt, cum & ab hisdem uterus commoueatur.

Adspæctum quoque rerum horridarum & terribilium caueant; cum ab eo formatio vitiari, & varij nauis fœtui imprimi possint, vt & vehementes sonitus, vt tonitruj, bombardarum, tubarum, tympanorum, cum gravis terrere possint, eadem vitent.

Res horrenda. Sonitus.

C Cibum quod attinet, cum eodem sanguine, quem mater ex alimentis assumit generat, & ipsa & fœtus alatur, omnino diligens victus ratio habenda; cum errores in eo commissi duplex damnum inferre, & tam matri, quàm fœtui, nocere possint. Cibum igitur, quantum cuiusque fert conditio, sit boni succi & facilis coctionis, & in qualitatibus temperatus, aut si gravis sit intemperata, talis, qui eius intemperiem corrigere possit. Frequenter edat poma cydonia, quæ fœtui vigorem conciliant; neque sine causa. Claudunt enim, si post cibum sumantur, orificium ventriculi, & prohibent, ne mali vapores ad caput ascendant, idque turbent, & coctionem, quæ sæpe in gravidis laborat, adiuuant. Vtiles etiam sunt amygdalæ dulces cum melle. Vt passæ, mala punica, pyra, poma dulcia. Nonnulli suadent, vt partu appropinquante, gravis singulis diebus aliquot ficus allas ante reliquum cibum comedant: inde enim secundinas postea facilius separari & extrahi. Abstineat gravis à cibis acrioribus, insigniter amaris, salis, & imprimis iis, quæ ora venarum aperire, mensesque mouere, vel etiam alui fluxum concitare possunt, qualia sunt allium, cepæ, oliuæ, sinapi, petroselinum seu apium hortense, fœniculum, piperis & aliorum aromatum nimis vsus. Vltimo tamen menses cinaomoni vsus frequentior commodus est, vt & crocus moderatè vsurpatus. Vitent fructus horarios, rapas, raphanum, item legumina, fabas, pisa, lentes, quæ tormina & inflationem ventris parere solent. Et præcipuè mensibus primis, vbi adhuc fœtus est tenerior, diligens victus & qualitatis cibi habenda est ratio. Quantitas cibi sit talis, vt bene confici possit: vltimis tamen mensibus, vbi grandior iam fœtus est, copiosior cibus requiritur, & omnino tutius est, gravis peccare in cibo copiosiore, quàm diata nimis tenui, quæ fœtui alimentum subtrahit.

Cibus.

E Potus sit vinum bonum & clarum, vel cereuisia bonæ notæ, quæ mediocri quantitate assumatur,

Potus.

ne fluctuationes & inflationes ventris pariat.

Motus. Motus omnes violentos & immoderatos cum corporis tum animi vitent grauidæ, & propterea choreas immoderatè non ducant, curtu succutiente non velantur, pondera graua non eleuent, aut quocunque alio modo corpus vehementer agitent, præsertim primis mensibus, vt & octauo, quo interdum partus, etsi is parum plerumque felix, accidere solet. Mense tamen nono paulò fortius moueri incipiunt, vt calor natiuus excitetur, partes dilatentur, & iam fœtus ad partum præparetur.

Venus. Venere primis mensibus grauida abstinere, ne vteri cõmotione fœtus excutiat, aut superfœtatio fiat, vel mola concipiatur. Post medios tamen menses, & imprimis vltimo moderatè venere vti licet, cum ea B vteri ceruix dilatetur, & ad partum aptior reddatur.

Balnea. Balnea primis mensibus vtilia non sunt; cum vterum & ligamenta eius laxent: postremis verò mensibus singulis septimanis lauet grauida, vt partes genitales ad partum laxentur.

Animi pathemara. Animum habeat tranquillum, & omnes immoderatos animi affectus, iram, mœsticiam, timorem, læticiam immoderatam, & risum nimium caueat. nec etiam Imaginationi cuius indulgeat, ne natiuum aliquem fœtui imprimat.

Somnus & vigilia. Somnus & vigiliæ sint moderatæ. Somno tamen potius, quàm vigiliis indulgeat.

Aluus. Aluus non sit adstricta: & si tardior sit, cibus aluum emollientibus in prima mensa vtatur, vt prunis, passulis, iusculis gallinarum, quibus aliquid manna admisceri potest. C

Fœtum cõfortantia. Insuper & medicamenta quædam, quæ vterum & fœtum roborant, cum interna tum extetna vsurpanda, quorum formulas aliquot hoc capite, plures autem infra cap. 7. proponemus.

Interna. Elect. Paretur ergo tale Electuarium: ℞. *Conf. borrag. bugloss. ros. rubr. an. ʒ. ij. melissæ ʒ. j. cortic. citri condit. myrobalan. chebul. condit. an. ʒ. i. extr. ligni aloës ʒ. i. marg. præpar. ʒ. ʒ. corall. rubr. præpar. rasur. eboris an. ʒ. i. fragment. lapid. pretiosor. an. ʒ. i. nuc. mosch. condit. ʒ. ii. Cum Syr. de pomis & mîna cydon. F. Elect. Vel ℞. *Conf. ros. rubr. ʒ. iv. garyophyllor. nuc. moschata. cinamomi an. ʒ. ii. confect. sem. fœnicul. ʒ. ij. Contundantur omnia, & cum mellis puri ʒ. iv. misceantur in mortario, affundendo vini maluatici cochlearia iv. De qua mixtura sepe exhibeatur portio dimidiæ nucis iuglandis magnitudine. Vel exhibeatur interdum cochlear spiritus illius destillati, quem Balsamum puerorũ appellant, cuius descriptio infra, c. 7. proponetur. Exhibeantur etiam species diamarg diâbræ sine moscho; vel hæ Rotulæ. ℞. *margaric. præpar. ʒ. i. corall. rubr. præpar. rasura eboris an. ʒ. ʒ. fragmentor. lapid. pretiosor. an. ʒ. i. cort. citri flavor. macis, cinam. garyophyll. an. ʒ. ʒ. croci ʒ. i. ligni aloës ʒ. i. ambr. gryf. ʒ. vi. sacch. aq. ros. dissol. ʒ. vi. F. Rotulæ.* D**

Rotulæ. Vel Claretum tale paretur: ℞. *zinzib. garyophyllor. an. ʒ. i. spicanardi, galanga, sem. anisi, coriand. præpar. an. ʒ. ii. sacch. lb. ʒ. vini Rhenani vel rubri mensuras ij. F. ʒ. 2. Claretum.* E

Claretum. Extra etiam confortantia vmbilico admoueanur, ex nucis moschata, garyophyllis, macere, corallis, mastiche, è quibus vel sacculi, vel emplastra parari possunt. Vt ℞. *nucis mosch. garyophyllor. fl. ros. rubr. an. ʒ. ij. mastiches ʒ. ʒ. terebinth. cera an. q. f. F. Emplastrum. Vulgò panem mellicum, vel panis crustam vino maluatico aut balsamo puerorum conspersam ventri grauidæ imponere solent. Vel ℞. garyophyll. nuc. mosch. macis, mentha crispa, an. ʒ. i. mellis ʒ. ij. Misceantur super igne.*

Externa. Mistra crustæ panis parum costriuntur, & vmbilico imponantur. Vel saltem crusta panis super

A igne calefiat, maluatico vel alio vino generoso humectetur, puluisque menthæ crispæ aspergatur, & ventri imponatur.

CAPVT III.

De Curatione grauidarum in genere.

Quia verò frequenter accidit, vt grauidæ non planè anæ degant, sed morbis quibusdam, & symptomatibus, variisque molestis affligantur, quæ ratione iis occurrendum sit, iam docendum. Et primò quidem in genere quædam de curatione grauidarum dicere libet, ne eadem postea in diuersis præter naturam affectionibus repetere opus sit.

Primò interdum morbi acuti, vt febres ardentes, pleuritis, angina, & viscerum inflammationes grauidas inuadunt. De quo Hippocrates, 5. aphor. 31. *Mulierem grauidam morbo quoquam acuto corripit; perniciosum.* Nam, vt Galenus, in comm. explicat, siue acutus cum febre morbus sit (qui propriè acuti dicuntur) necesse est febrem continuam esse: Talis enim est morbus acutus. Vnde geminum impendit fœtui periculum, vnum à febre ipsa eum perimente, alterum, quod ex longo interuallo cibaria dantes eundem alimenti indigentia & fame enecamus. Quod si vt hunc seruemus, cibaria benignè & crebrò exhibuerimus, intemptiuo cibo aucta febre continua prægnantem tollemus de medio. Siue absque febre alius quispiam morbus acutus fuerit, qualis epilepsia, apoplexia, conuulsio, tetanus, morbi tum magnitudini tum vehementiæ par grauida esse nullo modo poterit. Quibus accedit & hoc, quod necessaria auxilia, quæ tales morbi requirunt, imprimis venæ sectio & purgatio, non semper tunc in grauidis adhiberi possunt. Non tamen semper acuti morbi in grauidis lethales sunt, sed magna ex parte; & nonnunquam quædam euadunt id quod docet Valleriola, lib. 1. obseruat. 1. & lib. 6. obseru. 6. Hollerius, comm. ad libr. 5. aph. 30. Hippocratis; & Forellus, lib. 2. obseru. 27. vbi plures tales historias recenset; imò ipsa experientia sæpe testatur.

Quandoque & chronicis morbis mulieres corripuntur, febribus intermittentibus, tussi, aliisque, morbi. Chronici à quibus ante partum plerumque vix liberantur.

Circa curationem autem horum morborum sex præcipuè quæstiones occurrunt, quæ hoc loco discutienda sunt. 1. An grauidis morbo acuto laborantibus, tenuis diæta conueniat. 2. An grauidis venam secare & sanguinem subtrahere liceat. 3. An eadem purgare liceat. 4. An periculosior sit in grauidis venæ sectio, an purgatio. 5. An salutis grauidarum causa abortum concitare fas sit. 6. An clysteres, diuretica & sudorifera grauidis conueniant. Quas ordine iam explicabimus.

QVÆSTIO I.

An tenuis diæta grauidis conueniat?

Dubium hoc mouet Galenus, loco allegato, dum scribit; quod si grauidis tenuis victus & ex longo interuallo cibus exhibeatur, fœtus alimenti indigentia & fame enecatur: Si vero crassior & crebrò exhibeatur, intemptiuo cibo aucta febre continua prægnans tolletur de medio, atque ita & mater & fœtus periclitantur.

Vtrumque periculum autem vt euitetur, media diæte ratio obseruanda, & propter fœtum aliquid tenui diæte, quam aliàs fœmina, si grauida non

Morbi acuti grauidarum.

Chronici morbi.

An tenuis diæta grauidis conueniat?

esset, simpliciter obseruare deberet, adiiciendum; propter febrem verò acutam aliquid de pleniori victu, qui grauidæ, nisi febre acuta laboraret, conueniret, detrahendum. Simul tamen ad fœtus ætatem & magnitudinem respiciendum. Primis enim mensibus, cum multo alimento nondum indiget fœtus, tenuior diætâ instituenta, mediocri mediis, paulò largior vltimis. Parari autem potest talis victus ex pitana, ouis sordibus, iusculis pullorum, vel etiam carnibus pullorum: Carnibus verò solidioribus abstinentium, vt & vino.

QVÆSTIO II.

An vena sectio & sanguinis detractio grauidis conueniat?

An grauidis venam secare liceat.

Egimus de hac quæstione in Institut. lib. 5. part. 21. sect. 1. cap. 17. Prolixè etiam hanc quæstionem tractant Horatius Augenius, de rat. curandi per sang. miss. 100 ferè lib. 6. & Ioan. Baptista, Syluaticus, contr. 83. Rem hic omnem breuiter complectemur. Duos autem casus quæstio hæc complectitur, primò cum grauida febre acuta laborat; deinde cum ob copiam sanguinis abortum metuit. In genere verò prohibere videtur venæ sectionem in grauidis Hippocrates, 5. aphor. 50. dum scribit: *Mulier in vtero gerens vena secta abortit, coque magis, si fœtus sit grandior.* Cum enim infans sanguine materno alatur, si is illi subtrahatur, subtracto alimento fœtum, præsertim si iam grandior sit, & copiosius alimentum requirit, enecari, & abortum fieri necessè est. Contrà ipsa morbi necessitas sæpe venæ sectionem requirit, quæ si omittatur, & matrem & fœtum de vita periclitari necessum est & quidem in vtroque casu, tum in febre ardente, tum vbi ob copiam sanguinis abortus periculum imminet. Et omnino hi rectè sentiunt, in vtroque casu. Ac primò febrem ardentem quod attinet, omnino si adsit sanguinis missionem Indicans, quod hic est sanguinis plenitudo, & tanta quidem, vt eo omni fœtus pro alimento non indigeat, viresque venæ sectionem permittant, & nihil sit, quod prohibeat, instituenta est venæ sectio. Quid autem prohibere possit, præter vires ipsius grauidæ, est metus abortus. Cum verò, vt Galenus, in comm. in allegat. aphorism. docet, & omnes Medici consentiunt, causa, propter quam venæ sectionem in grauidis abortus sequi debeat, sit, quia alimentum fœtui necessarium subtrahitur: si mulier sanguine abundat ita, vt licet aliquid eius euacuetur, tamen sufficiens eius pro fœtu alendo quantitas supersit, abortus nullo modo metuendus est. Itaque si indicetur venæ sectio in febre ardente, viresque grauidæ eam permittant, licet venæ sectionem instituere, si hæc conditiones obseruentur: Prima est, cum, vt dictum, nullo modo fœtui alimentum necessarium subtrahere liceat, vt sanguinis missio sit parciore, non copiosa, quæ vel magnam in corpore perturbationem efficeret, spiritus dissiparet, vel fœtui alimentum subtrahere possit. Et si sanguinis copia largiorem sanguinis missionem requirit, potius repetenda venæ sectio, quàm largiore sanguinis missione semel facta, vires & matris & fœtus deiciendæ. Secunda est, vt talis vena secetur, quæ aperta vterum non facilè afficiat, scilicet, non in pede, non basilica, sed potius humeraria, vel mediana. Tertia est, vt ante & post venæ sectionem fœtum roborantia, de quibus cap. præcedent. dictum, & infra, cap. 7. dicitur, vmbilico applicentur.

Hæ conditiones si obseruentur, non facilè abortus, quem Hippocrates, *allegato aphorismo*, venæ

A sectionem sequi scribit, metuendus. Intelligendus enim is est, de venæ sectione, quæ larga erat, ad libras scilicet, quam nos non laudamus, sed in vncias subsistendum putamus. E qua sanguinis missione cur semper abortus sequi debeat, causa nulla datur. Etenim si fœmina sanguine abundet, etiam si immoderatè subtrahatur, tamen alimentum fœtui sufficiens supererit. Et testatur ipsa experientia, sine damno, imò cum commodo, venam grauidis apertam fuisse, omnibus ferè mensibus. Amatus Lusitanus, *cent. 5. curat. 27.* mulieri Vrbinati vtero gerenti ad secundum mensem febre continua laboranti venam communem brachij aperuit, & sex vncias sanguinis extraxit, quæ melius inde habuit. Et *ibidem* alteri mulieri, quæ iam secundo mense prægnans erat, & febre continua laborabat, externam brachij venam aperuit, & septem vncias sanguinis effluere permisit, quæ & ipsa melius habuit. Et *ibid.* Alteri fœminæ Mediolanensi quinto mense vtero gerenti, ophthalmia laboranti, brachij externam venam aperuit, quæ & ipsa conualuit. Et Rodericus à Castro, *lib. 3. de morb. mulier. cap. 21.* scribit, se mulieri Vlyssiponenſi pleuritide correptæ, & ab aliis Medicis pro desperata relictæ, quater sanguinem misisse, eamque conualuisse, & filium sanum peperisse. Et Petrus Sal. Diuersus, *de aff. part. cap. 22.* refert, se aliquando venæ sectionem etiam copiosè factam in vltimo mense, instante partus tempore, dum vtero gerens ardenti conflictaretur febre, plurimoque abundaret sanguine, tentasse, & hinc remissionem febris & partus accelerationem sperasse, & vtrumque ex sanguinis missione consecutum, fœtumque & matrem vna periclitantem solo hoc remedio saluasse. Et sit sanè, vt vena secta in eiusmodi febribus abortus accidat: is tamen, si Indicationes & conditiones antè dictæ obseruatæ fuerint, non venæ sectioni, sed violentiæ morbi imputandus erit, qui etiam sine venæ sectione fieri potuisset. Interim necessarium pro matre seruanda auxilium à Medico non fuit omisum. Si verò Medicus ipse metuat, venæ sectione instituta abortum futurum, nullo modo vena secanda, nec vt maior seruetur fœtus perdendus; cum incertum sit, an, si abortus sequatur, mater seruari possit; cum abortus accedens morbum acutum non leuet, sed augeat, viresque magis deiciat. Cum autem non facilè sit definire, an in grauida tantum sanguinis supersit, vt eius parte aliqua carere possit fœtus in vtero nutriendus, omnino hic cautione opus est, & omnes circumstantiæ diligenter perpendendæ sunt. Et cum postremis mensibus copiosiore alimento indigeat fœtus, quàm primis, tutius est, vt primis, quàm vltimis mensibus instituat venæ sectio.

Alterum verò casum quod attinet, etiam citra febrem in grauidis sanguinem mittere, interdum non solum tutum, sed & vtile ac necessarium est; cum obseruatum sit, quasdam fœminas, quæ copioso sanguine abundant, abortum pati; abortum verò præcaueri, si circa quartum vel quintum mensem sanguinis mittatur, sicut eius rei exemplum habet Amat. Lusitanus, *centur. 2. curat. 89.* & plura recitat Marcellus Donatus, *de hist. med. mirabil. lib. 4. cap. 16.* Scribit etiam P. Salius Diuersus, *de aff. part. cap. 22.* ad præseruandas mulieres ab abortu, quæ in hunc incurrunt, ob multitudinem & copiam sanguinis fœtum suffocantis, nullum validius remedium excogitari posse venæ sectione, qua ipse plurimas ab abortu, in quem frequenter inciderant, præseruarit.

Et omnino si grauidis febre acuta laborantibus venam secare licet, vt modò rationibus & experien-

ria monstrata, multò tutius id fieri potest in grauidis, quæ febre non laborant; quia vires non solum magis constant, sed etiam copiosius nutrimentum, quo fœtui quoque alendo satisfiat, exhibere licet: ac propterea nullo modo ex subtracto sanguine fœtus lædatur, sed potius melius inde habebit, vt qui eius copia ante præne suffocabatur.

Nec huic sententiæ, in vtroque casu, obstat allegatus aphorismus Hippocratis. Cum enim, vt rectè in *comm.* Galenus id explicat, aphorismus hic venæ sectionem in grauida prohibeat, quia venæ sectione alimentum fœtui subtrahatur: si venæ sectio in grauidis ita instituat, vt sufficiens alimentum fœtui relinquatur, periculum abortus iam nullum amplius metuendum. Aphorismus verò ille tantum est intelligendus de iis grauidis, quibus, si B vena aperiatur, necessarium fœtui alimentum subtraheretur, quales sunt, quæ sanguine non abundant: His enim etsi parum sanguinis saltem euacuetur, tamen æquè facillè fœtui tum alimentum subtrahi posset, ac si alij fœminæ, quæ sanguine abundat, multum sanguinis detraheretur. Egregiè ergo de venæ sectione in grauidis Celsus, *lib. 2. cap. 10.* hoc modo scribit: Antiqui primam vltimamque ætatem sustinere non posse hoc auxilij genus iudicabant, persuaserantque sibi, mulierem grauidam, quæ ita curata esset, abortum esse facturam. Postea. verò vsus ostendit, nihil ex his esse perpetuum, aliaque potiores obseruationes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis consilium debeat. Interest enim, non quæ ætas sit, neque quid in corpore intus geratur, sed quæ vires sint. Ergo si iuuenis imbecillus est, aut si mulier, quæ grauida non est, parum valet, malè sanguis emittitur. Emoritur enim vis, si quæ sapererat, & hoc modo erepta est. At firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier valens, tutò curantur. Maximè tamen in his Medicus imperitus falli potest, quia ferè minus roboris illis ætatibus sibi est. Mulierique prægnanti post curationem quoque viribus opus est, non tantum ad se, sed etiam ad partum sustinendum. Non quicquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus faciendum est: cum præcipua in hoc ars sit, quæ non annos numeret, neque conceptionem solam videat, sed vires æstimet, & ex eo colligat, possit necne superesse, quod vel puerum, vel senem, vel in vna muliere duo corpora simul sustineat. *Hæc Celsus.*

QVÆSTIO III.

An grauidas purgare liceat?

An prægnantes purgare liceat?

Purgantia, præsertim fortiora, grauidis sine periculo non exhiberi, certum est. Etenim cum natura à purgante irritata ad expellendum pharmacum & humores insurgat, facillè etiam hic naturæ conatus ad vterum peruenire posset, fœtusque vnà extrudi. Præterea cum medicamenta purgantia magnam humorum turbationem efficiant, facillè easque ad fœtum pertinere, & cum alijs purgantia fortiora aduersas corpori nostro qualitates obtineant, ab iis facillè fœtus lædi posset. Ideoque non facillè exhibenda sunt. Quibus autem in morbis, & quando exhibenda sunt, docet Hippocrates, dum *4. aph. 1.* scribit: *Prægnantes purgabis, si materiam turgeat, quadrimestres, & vsque ad septimum mensem; sed has parcius. Minore verò aut grandiore conceptu cautius religiosusque agendum.* Ex quo aphorismo patet, neque in omnibus morbis, neque quouis tempore, sed omnino cautè & religiosè in prægnantibus purgationem esse instituen-

dam. Primò enim non in quouis morbo, sed acuto saltem, & dum res in dubio est, purgantia exhibere licet. Nam si morbus nihil periculi conuinctum habeat, per purgantia mater & fœtus in periculum non conuicti. Contrà si morbus desperatus sit, purgantia non exhibenda; ne quam ipse morbus interemit, purgans exhibitum necesse dicatur. Si verò materia in acuto morbo turgeat, purgantia exhibere licet. Hoc enim modo periculum, quod ex turgente materia accidere posset, euitatur, & quia turgens materia ductum purgantis medicamenti facillè sequitur, sine maiore perturbatione purgatio perficitur, quod non fieret, si materia quæta & fixa esset. Deinde non quouis tempore purgantia grauidis propinare fas est, sed ab initio quarti mensis ad finem sexti, seu septimi initium. Vt enim tenelli fructus, (quo simili Galenus, *in comm. alleg. aphorismi* vtitur,) à prima generatione infirmis pediculis continentur, atque ideo facillè decidunt, si quando ventus vehementior eos concussit: ita etià ligamenta, quibus fœtus vtero coheret, primis mensibus imbecilliora sunt, coalitusque infirmior. Et rursum sicut fructus, vbi ad maturitatem peruenierint, sponte sua & sine vi vlla externa decidunt: ita etiam cum fœtus vltimis mensibus iam grandior sit, & ad exitum properet, facillè in caussa esse possunt purgantia, vt fœtus ante extudatur. Qua de caussa ex, quæ septimum mensem iam attigerunt, minus tutò, quam quæ propiores sunt quarto purgantur, cum septimo mense si partus non accidit, moueri tamen à talibus caussis fœtus possit. Commodissimè verò instituitur in grauidis purgatio, quarto, quinto & sexto mense; cum eo tempore ligamenta, quibus fœtus vtero coheret, firmiora sint, coalitusque firmior & auulsioni minimè obnoxius. Eas tamen, quæ quartum mensem nondum attigerunt, aut quæ sextum iam superarunt, non omnino à purgatione excludit Hippocrates, sed maiore *cautione*, & circumspectione purgandas esse monet.

Tertiò etiam videndum, quibus medicamentis purgatio perficiatur. Aloë enim cum insigniter amara sit, & fœtui noxia, venarumque orificia aperiat, commoda non est; vt & colocynthis, scammonium, turpethum. Tutius exhibetur manna & cassia, quæ vt in maiore copia exhibere opus non sit, rhabarbarum addi potest; vel etiam rhabarbarum solùm cum conferua rosarum, inaprimis ea, quæ cum manna parata est, & in Institut. describitur, commodè exhibetur, vt & agaricus, sena, & similia mitiora purgantia. Imprimis hic utile est dicitur cydonium purgans è mitioribus purgantibus paratum, aut cydonium in infuso purgante maceratum. Potest tamen enumeratis medicamentis stimulo loco interdum aliquid Eleustrij de succo rosar. vel alterius paulò fortioris purgantis, addi. Et hæc quidem de purgatione in acutis saltem morbis dicta sunt. Accidit verò sæpe, vt & chronicis morbis grauidæ confluentur, & præseruationis gratia purgationibus opus habeant: quæ etiam sine periculo benignioribus medicamentis, præcipuè in aduetsis, institui possunt. Pilularum tamen & aloes vsus minus commodus est, cum ob amarorem, tum quod orificia vasorum aperiat. Interim dum siue in acutis, siue in alijs morbis vel etiam ob præseruationem instituitur purgatio, fœtum roborantia, vt & de venæ sectione quæstione præced. dictum, vmbilico imponenda, parata è cydonijs, paneto-sto vino asperso, nucem moschata, rosis, caryophyllis, corallijs. Febristamen ratione minus cauida eligenda.

QVÆSTIO IV.

An purgare, an verò sanguinem mittere, in gravidis periculosius sit?

An purgare, an verò sanguinem mittere in gravidis periculosius sit?

Purgationem tutiorem esse, quàm venæ sectionem, id probare videtur, quod Hippocrates, 4. *aphor.* 1. purgationem permittit in certo casu & tempore: contra verò de venæ sectione absolute scribit, 5. *aphor.* 10. quod abortum excitet.

Contra, *quest.* 2. probatum est, quod quandoque etiam sine damno venam secare liceat, imò quandoque necessarium sit. Præterea purgantia medicamenta, ut *quest. preced.* dictum, magnam humorum perturbationem & agitationem efficiunt, B ipsaque plerumque corpori nostro adversam qualitatem obtinent, & præterea menses movent, torsionesque ventris excitant: cum contra sanguinis missio minore cum humorum perturbatione administratur, neque alio modo noccat, nisi quia fœtui alimentum subtrahit; quod tamen sæpe, si sanguis copiosior sit, nullo modo metuendum.

Et omnino posterior sententia verior est, ob allatas modò rationes, semperque purgatio cum maiore periculo instituitur, quàm venæ sectio, modò eadem sit Indicantium & permittentium ratio. Et cum multi acuti morbi ex sanguinis copia oriuntur, omnino in illis casibus tutissimè venæ sectio administratur. C

QVÆSTIO V.

An abortum salutis matris gratia concitare liceat?

In genere de hac quæstione prolixè egerunt Ioan. Baptista Syluaticus, *controuers.* 82. & Franc. Ranchinus, in *comm. in Hippocratis Iusurandum*, aliique; quæ huc afferre omnia operæ pretium non est, neque de re, quæ apud Christianos extra omnem dubitationis aleam posita est, operosè disputandum censeo. Omnes siquidem Christiani impium & nefarium esse meritò censent, aliquem vel aliquam, ut vel libidinem suam libetè expleat, vel D quia fœtum oderit, vel ne scelus prodatur suum, vel quacunque de causa abortum procurare, siue percussione, siue venenis, siue medicamentis, siue laboribus nimis, vel oneribus gestandis, siue sternutatione, siue saltu, siue quocunque alio modo. Idque honesti Medici etiam inter gentiles, iam Hippocratis tempore, sese non admissuros iuramento obstituerunt. Quod verò Hippocratis factò nonnulli contrarium persuadere volunt, qui, de *Natura pueri*, scribit, se saltatrici, quæ utero ferre volebat, consuluisset, ut septies in terram desiliret, quod cum fecisset, genitura sex dierum iam delineata, ut *alleg. loco* describitur, in terram decedit: nullo modo admittendum. Vel enim ob istud ipsam consilium liber iste Hippocrati non est adscribendus, ut censet Ioan. Baptista Syluaticus, vel si omnino est Hippocratis, factum hoc Hippocratis non probandum, sed inter vanas pagavorum ratiocinationes, de quibus D. Paulus, *ad Rom. cap. 1. vers. 21.* agit, recensendum. Nam quod Mercurialis, cum aliis quibusdam, hoc Hippocratis consilium eo saluare & palliare vult, quod putat, animatum quidem fœtum nunquam interimere licere, inanimatum verò, qualis sit ante septimum, corrumpere fas esse; in cõsui promissi immemor est. Pollicetur enim se libetè dicturum, quid Christianis agendum sit, interim verò ex Aristotele 7. *de repl. cap. 16.* legem Ethnicorum veterum affert, qua licuit, conceptum

A nondum animatum (quem illi quidem putabant) corrumpere; quæ quàm iniqua sit, à prudentibus Medicis satis monstratum. Recteque scribit Ioan. Baptista Syluaticus, *allegato loco*, si finem ipsum spectes, in eundem utrumque (conceptus nimirum impedimentum, & fœtus, qui nondum putatur animatus, corruptio) tendit, & ab utroque animalis vita è medio aufertur. Et propterea decretum illud Iuris Canonici, in *Decreto, in cap. Sicut ex literarum. De homicidio*, ubi Monachus, cuius opera mulier partum abegerat, irregularis non habetur, & sacris operari non destitit, quia fœtus non vivebat, meritò à Fr. Ranchino, *loco alleg. quest. 1.* iniustum nominatur, & distinctio illa vitiosa. Cum enim non liceat conceptum impedire, multò minùs licet iam factum corrumpere. Etsi enim nonnulli conceptionem impediri licitum esse censent, quibus in quibusdam casibus adsentitur Mercurialis, 2. *de morb. mulier. cap. 2.* tamen rectè idem Ranchinus, *alleg. loc.* consilium istud Mercurialis malitiosum, & multandum censet, cum vitæ puritatem non seruet secundum Hippocratis iusurandum, legemque Ethnicorum, quæ habetur 7. *politic. cap. 16.* apud Aristotelem, qua licebat, ad fugiendam liberorum multitudinem, conceptionem impedire, ut iniustam & contra naturam datam damnat, & rationes, quæ pro ea adferuntur, ac vel honoris, vel vitæ conseruandæ, vel alio pallio velantur, nullius momenti esse, ipsius conscientiæ testimonio statuit. Contra naturam enim hæc sunt, seu potius naturæ autorem omnipotentem, qui genus humanum per indiuiduorum propagationem conseruatum cupit, quæ nullo modo impedienda, quod qui facit, in ipsum Deum iniurius est.

Verùm in hunc sensum plura in genere non affero. Quæstionem verò in specie propositam quod attinet, mulierem gravidam acuto morbo corripit plerumque lethale esse, in principio huius capituli ex Hippocrate dictum; cum in us & mater & fœtus periclitetur, & utrumque seruare sæpe difficile sit. Censent igitur nonnulli, cum & mater & fœtus ratò simul seruari possint, consultum esse, ut matri potius, quàm fœtui prospiciatur, & cum matri plerumque sine damno fœtus succurri non possit, maturè id faciendum esse: imò præstandum, ut fœtus statim eiiciatur, quàm postea, ubi vires iam deiectæ sunt.

Alij contra statuunt, non licere hominem interimere, utpote quod contra pietatem sit & iusurandum Hippocratis; & non facienda esse mala, ut eueniant bona, nec cum fœtus damno matrem seruandam esse. Deinde abortu ratò aliquid commodi in matrem redundare, imò potius ex abortu, præcipuè in morbis acutis, matres in præsentissimum vitæ periculum conici.

Et omnino sententia posterior vera est, neque vnquam Medicus, ob allatas rationes, primò abortum intendere, & medicamenta ad eum prouocandum adhibere debet. Si verò ut mater seruetur, vel sanguis mittatur, vel purgatio instituat, & præter spem ac Medici intentionem abortus sequatur, non Medici culpa fit, sed ob fœtus & naturæ debilitatem, & præstat tum solam matrem seruate, quàm neglecto necessario auxilio permittere, ut mater cum fœtu pereat. Si verò fœtum in utero iam mortuum esse certò cognitum & perspectum habeatur, ut is quamprimum expellatur & extrahatur, danda opera.

An gravidis morbo laborantibus abortum concitare liceat?

QUESTIO VI.

An clysteres, diuretica & sudorifera grauidis conueniant?

An clysteres, diuretica & sudorifera grauidis conueniant.

Clysteres equidem planè in grauidis mulieribus interdum reuocantur: ideo, quod ab iis & veterum comprimi, & naturam ad excretionem stimulari posse putant. Verùm si fœminæ aliàs clysteribus adueta sint, pericula & incommoda hæc facillè euitari possunt. Si nimirum clysteres in minore quantitate infundantur, & ex iis parentur, quæ acrimonie expertia sunt, & saltem emolliendi & leniendi vim habent. Talia enim non plus periculi afferre possunt, quàm lenientia medicamentorum sumta.

Diuretica verò non satis tuta sunt; cùm menses simul prouocare possint. Sudorifera si sint mitiora, tutò vsurpari possunt: obseruatumque grauidas etiam à peste, lue venerea, & similibus morbis sudoriferum vsu liberatas fuisse. Vbi enim humores vitiosi in corpore adsunt, natura, modò mediocriter valida sit, plus commodi, quàm damni ex vsu medicamentorum, quæ ad eos profligandos exhibentur, percipit, & sese medicamentis contra causas morbificas coniungit, iisque profligatis postea facillè vires recuperat.

Syrupus de Alterantia cuiuslibet morbo conuenientia eligenda. In morbis calidis commodas est & grauidas roborat hic Syrupus: ℞. *succi vinarum non planè maturarum, circa initium Septembris expressi & despumati cantharosij.* Cui adde pomorum citriorum aut limonum confosor. ℞. Coq. ad pomorum mollitiem & exprimat. Tandem adde sacchari albi ℞. j. Coq. ad Syrupi consistentiam.

CAPVT IV.

De Symptomatibus, quæ primis gestationis mensibus grauidas accidunt.

Symptoma, quæ grauidis primis mensibus accidunt.

VT verò iam in specie de affectionibus præter naturam, quæ grauidas accidunt, dicamus, & qua ratione amoueri possint, doceamus, sunt ex omnino multæ & variæ, & aliæ quidem primis, aliæ mediis, aliæ postremis mensibus magis accidunt. De quibus iam breuiter agemus, & quidem saltem de iis, quæ fœminis maxime propriæ sunt. Nam quæ iis cum viris communia sunt, & quæ in genere de his dici possunt, in libris tribus prioribus Practicæ proposita sunt, quæ hic repetere opus non est.

Primis autem mensibus magis accidunt grauidas ciborum fastidium, pica, nausea, vomitus, tormina & dolor ventris, alui fluxus, dolor dentium, & capitis vertigo, de quibus hoc capite agemus.

Causa in genere.

Ortum autem habent ista symptomata omnia ex retentione mensium, præcipuè in cacochymicis. Cum enim humores cuiusmodi prauis, qui antea singulis mensibus cum sanguine euacuabantur, iam in corpore retineantur, ad ventriculorum confluentes, & in ventre detenti, varia symptomata excitant, aut ad caput delati, in eo quoque quædam symptomata pariunt.

Cibi fastidium in grauidis.

Et primò quidem in grauidis plerumque initio ciborum, & quidem certorum, fastidium grauidas infestat, quod propterea inter signa conceptionis refertur, de quo Hippocrates 5. aphor. 45. *Si mulieri cessent purgationes neque horror, neque febris superueniat, & fastidia cibi accidunt, iudica, ip-*

A sam in utero habere. Excitatur autem cibi fastidium, cùm menses supprimuntur, & melior sanguinis pars in alimentum fœtus absumitur, reliqua ignobilior relinquitur, quæ vt & humores vitiosi, in utero & venis retenti vapores ad os ventriculi mittunt, & pars eorum ad id confluit, eiusque temperiem euertit, eique malam & vitiosam qualitatem imprimit, vnde vel omnium vel certorum ciborum fastidium accidit. Nonnulli tamen etiam cibi fastidium in grauidis accidere statuunt in plenilunio & cum capilli in fœtu germinant.

Spontè verò plerumque hoc malum cessat, vbi fœtus iam grandior factus, & sanguis omnis in fœtus alimentum absumitur, ac humores vitiosi, qui cumulantur, in suo loco, ad partus vsque tempus reconduntur, ideoque vel nullis, vel paucioribus medicamentis opus. Si tamen propter cibi defectum mater contabescat, & metus sit, ne & fœtus ob alimentum denegatum periclitetur, danda opera, vt vitiosi humores è ventriculo euacuentur, quod commodissimè fit leni vomitu, quem natura sæpe cum grauidarum commodo spontè instituit, vel pilularum stomachicar. aut alophanginar. vsu, addito, si opus sit, rhabarbaro in exigua dosi ante cœnam vel prandium. Exhibeantur simul, quæ ventriculum roborant, mala cydonia, punica, rotula aromati rosati, diarrhod. abb. Vel ℞. *Conf. ros. rubr. ℞. b. betonica ℞. j. cydon. condit. ℞. b. Spec. arom. ros. diamarg. corall. rub. prap. an. ℞. j. margarit. prap. ℞. b. Cum Syr. conseruas. zinzib. in China condit. & mina cydon. F. Elect.* Extra verò ventriculus inungatur ol. mastichino menthæ, cydonior. absinth. myrrino. Vel imponatur Ceratum stomachale, Empl. de crusta panis, vel crista panis tosta vino irrorata. In cibo dentur adstringentia & austera, assa potius quàm elixa; vitentur pingua.

Pica.

Deinde Pica sæpe grauidas infestat, cùm ex quidem cibum appetunt, sed illum naturæ non conuenientem verùm absurdum, alienum & noxium. Et miranda plane huius vitiosi appetitus exempla à Medicis annotata sunt. Nam interdum grauidæ carbones, arenam, cineres, & animalia viua appetunt. Matrem suam gammaros fluuiatiles crudos comedisse Trincauella; lib. 3. de curand. part. hum. corp. affect. cap. 5. refert. Se nouisse mulierem grauidas, quæ crudas anguillas deuorauit, & aliam, quæ pellem ouillam crudam cum lana comederit, Forestus, lib. 8. obseru. 7. scribit. Imò interdum, quod mirum, carnes humanas grauidæ appetunt. Ita refert Ludou. Viues, in comm. ad lib. 27. August. de ciuit. Dei cap. 25. se vidisse grauidam, quæ morsum, cervicis iuuenis cuiusdam auidè infixis dentibus appetiuit, & abortum penè fecisset, ni momordisset. Et Langius, lib. 2. Epid. 12. scribit, mulierem quandam veterem gerentem desiderio humeri pistoris denudatæ irretitam, mortuam omnem cibum, præter carnem de humero pistoris, fastidiisse: maritumque charæ miserum vxoris certam pecuniam pro singulis de pistoris humero morsibus cum eo pactum esse. Duos itaque dentium mulieris insultus pistorem sustinisse, tertium verò doloris pertælum ferre noluisse. Itaque accidisse, vt mulier ter geminos ederet, duos viuos, tertium mortuum. Idem, eodem loco, refert, in oppido Coloniensis ditionis ad Rhenum grauidam carne mariti vesci desiderasse, & propterea, aliàs percharum, occidisse, & dimidia seise carne coniugis saturatum, reliquam sale macerasse. Lembe gi etiam in Silesia quendam lotis & nudis pedibus egressam balneo, inque plantis de more crepidas gestantem, mulierem grauidam subsecutam, pedum desiderio

captam, procidisse à tergo in genua, & ambabus manibus crure altero apprehenso de calce illius mordicus dentibus frustum euulsiſſe.

Quamuis autem plerumque grauidæ talia sine damno comedant, imò nisi eorum participes fiant, fœtus lædatur: tamen obseruatum quoque, grauidas inde damnum passas fuisse. Refert enim Nicolaus Florentinus, *serm. 5. tract. 4. cap. 36.* se nouisse mulierem, quæ prægnans comederit circiter libras 20. piperis, & tamen non abortuerit, sed post partum remanserit ei fluxus menstruorum cholericorum subtilium, quo exulcerata est eius matrix & mortua est. Et Brasauolus, *comm. ad lib. 5. aphor. 24. Hippoc.* narrat se curasse mulierem utero gerentem, quæ ob malaciam frequenter glaream comederat, atque indetussim intensissimam, ventriculi dolorem, & coctionis læsionem contraxerat, & difficulter ac tardè curata est.

De huius affectus autem caussis & curatione cum satis superque *lib. 3. part. 1. sect. 2. cap. 5.* dictum sit, non opus est, ut ea, quæ ibi tradita sunt, hic repetantur. Hoc saltem addimus, imprimis vtilem hinc esse succum è tenellis vitis foliis expressum, vel cum myia cydonior, exhibitum, vel aquam mense Maio è foliis vitis destillatam; quæ non solum appetitum istum sistit, verum etiam si, cum grauidæ appetitui satisfieri, & eius, quod appetit, particeps fieri non potest, aliquoties exhibeatur, præcauet, ne fœtus aliquid damni patiat.

Vtilis est & hic Spiritus. *℞. cortic. citri, pomor. aurant. radic. pæonia mundat. an. q. v.* Affunde vini maluatici *q. s.* Stent diebus aliquot in digestionem, postea cortices & radices contundantur, Maluaticum rursus affundatur, & destillentur.

Nausea & vomitus.

Tertiò *nausea* quoque & *vomitus* grauidis sæpe accidunt; qui etiam excitantur à vapore & humore vitioso, ob sanguinem menstruum retentum, in ventriculi cavitatem effuso. Vomitus iste, si facilis sit, & post eum fœminæ melius habeant, non facile sistendus, sed naturæ negotium committendum; cum plerumque post vnum vel alterum mensem, spontè cessare soleat. Si verò vel exiguus, vel nimis & laboriosus sit, aut fœminæ cibum assumptum statim reiciant, nihilque eius retineant, periculo non vacat.

Ideoque ut vomitus talis sistatur, materia eum excitans euacuanda, & postea ventriculus roborandus. Quapropter si vomitus sit exiguus, & laboriosus, leni vomitorio ex hordeo vel simili vomitus adiuuandus. Vel euacuandus ventriculus rhabarbaro, aloë, sena, pro natura peccantis humoris, atque leniter faciendum. Roborantia ventriculorum interna & externa, supra, *lib. 3. de affect. p. n. Ventriculi & cap. de vomitu*, sunt proposita. Vitales quoque sunt pulueres pepici, post cibum sumti.

Ventristormina & dolores.

Quartò *tormina & dolor ventris* ortum habet in grauidis à flatibus ex humoribus circa vterum cummulatis, ad intestina ruentibus, eaque distentibus. Suntque dolores, qui à flatibus hisce excitantur, sæpe tam graues, ut fœminæ in lipothymiam incidant. Flatus igitur illi discutiendi sunt, & propterea sacculi ex flatus discutiendis ventriculo imponendi, ac postea ol. rutaæo vel laurino venter inungendus, aut emplastrum vel cataplasma flatus discutiens imponendum; qualia *lib. 3. de Colicâ*, & supra, *part. 1. sect. 2. cap. 9. de Inflatione vteri*, fuerunt proposita. Haurida tamen sementa multa, quia vterum eiusque vasa laxant, vitanda. Masticanda cinamomum, cortices citri, anisum, vel pulueres ex iis cum vino exhibendi. Sumenda quoque aqua cinamomi, vel vinum aromaticum.

A Quintò *Alui fluxus* quandoque etiam grauidas infestat, quod malum non contemnendum est; cum, ut Hippocrates, *5. aphor. 34.* scribit, *Mulieri uterum gerenti si alius multum fluat, periculum sit, ne abortiat*; cum & fœtui alimentum subtrahatur, & natura ad excernendum stimolata, talo quid in utero quoque facillè tentare possit. Ideoque maturè ei succurrendum, & primò leni abstergente simulque roborante medicamento, ut Syr. ros. solutiu. myrobal. rhabarbaro, euacuandi, & postea roborantia & fluxum sistentia medicamenta cum interna tum externa exhibenda, nimirum poma cydonia cocta prima mensa, pultes ex oryza, amylo, amygdalis, danda Conf. ros. myia cydonior. Umbilico verò imponendum cataplasma è cydoniis coctis cum mastiche, nucè molchata macere, garyophyllis, & alia supra *lib. 3. de diarrhœa* proposita vsurpanda.

Alui fluxus.

Sextò quandoque primis mensibus & dentium dolor grauidis molestus est, qui & ipse in nonnullis certum signum est, eas concepisse. Oritur autem iste dolor à parte acris humoris ob retentionem mensuum cumulati, ad caput adscendentis, & ad dentis alicuius radicem irruentis, partesque membranofas ibi lædentis. Cessant aut hi dolores plerumque progressu temporis spontè, ut alia Symptomata, quæ in principio conceptionis fœminis molesta sunt. Si tamen dolor sit grauior, ei succurrendum, ut *Pract. lib. 2. part. 1. cap. 11. de dolore dentium* dictum, ut temporibus ad fluxum inhibendum emplastrum ex mastiche & taxamahæa, vel aliud adstringens imponendum. In ore verò detinendum decoctum radic. filicis, pentaphylli, bistortæ, ros. rubr. saluiz, cortic. mori & similitum.

Dentium dolor.

Septimò, *dolor Capitis* quandoque grauidis molestus est, dum ex mensibus retentis vapores ad caput eleuantur, cerebrique membranas distendunt & vellicant. Qui dolores & ipsi plerumque cessant, ubi fœtus grandior sit; & plus alimenti attrahit, humoresque excrementitij retenti in sua loca reconduuntur. Si tamen graues sint, repellentia & dolorem lenientia capiti applicanda, de quibus *lib. 1. part. 3. sect. 1. cap. 3. de dolore capitis* dictum.

Dolor capitis.

Octauò *Vertigo* quoque grauidis molesta est; quæ oritur à vaporibus & mensibus retentis & vitiosis humoribus inde cumulatis, ad caput adscendentibus, Spiritusque turbantibus, qui vaporum adscensus sit partim per venas & arterias, quæ ad cerebrum tendunt, partim per œsophagum ex ventriculo. Nisi autem spontè, quod plerumque fieri solet, fœtu grandescente cesset, repellentia temporibus imponenda, vapores verò discutiendis & cerebrum roborantia interna exhibenda, ut de *Vertigine lib. 1. part. 2. cap. 4.* dictum. Si verò è ventriculo hi vapores eleuentur, pulueres pepetici post cibum sumendi. Ut *℞. Coriandri præp. ʒ. j. cinam. ʒ. ʒ. macis ʒ. ij. sacch. ros. tabul. ʒ. iij.* Fiat puluis. Vel post partum poma cydonia, vel myia cydonior, sumatur.

Vertigo.

CAPVT V.

De Symptomatibus, quæ grauidis mediis gestationibus mensibus contingunt.

Mediis verò mensibus grauidis accidere solet *Tussis*, *palpitatio cordis* & *Lipothymia*, *vigilia*, *dolor lumborum* & *coxendicis*, *hemorrhagia*, de quibus hoc capite agemus.

Primò mediis mensibus *Tussis* prægnantibus interdum molesta est; quæ sit ex vapore acris à sanguine

Symptomata quæ mediis mensibus grauidis accidunt. Tussis.

ne menstruo suppresso eleuato, & in faucibus, asperam arteriam & pulmones irruente, vel etiam ex tenuiore sanguinis illius parte ad venas pectoris conuerso, vel ex humoribus vitiosis ad caput eleuatis & rursum in pectus delabentibus. Periculosa autem Tussis est in grauidis, cum musculos abdominis vehementer concutiat, & periculum abortus inducat, vigilias excitet, vires proternat, capitisque dolores concitet. Ideoque vt cohibeatur danda opera Quapropter, vt quantum quidem fœminæ conditio patitur, vitiosi humores, qui ad caput & thoracem fluunt, aut vapores eò mittunt, euacuentur, exhibendum rhabarbarum vel agaricus; deinde caput, ne affluentes humores recipiat, roboretur, sacculus impositus, quales de Catarrho descripti sunt; aut si quid humorum in capite hæreat, per nares euacuetur. Tandem thoracica

medicamenta, vel linctus, vel rotularum vel trochisc. forma exhibenda, prout materia vel calidior & tenuior, vel frigidior & crassior fuerit, quæ lib. 2. de tussi, sunt proposita. Secundo *Palpitationem cordis*, imò quandoque lipothymiam grauidæ patiuntur, quæ symptomata accidunt à vaporibus & flatibus a sanguine menstruo retento per arterias in cor irruentibus, interdum & à sanguinis copia, cum per vterum exitum non habens, ad partes superiores regurgitat, & cor ac vitalem facultatem opprimit. Isteque si ex vapore & flatu sit lipothymia vel syncope, assumenda medicamenta cordialia, de palpitat. cord. & lipothymia lib. 2. proposita, vt margarita, lapides pretiosi, bezoar, sl. de geminis, species cordial. radix Scorzoneræ; atque vitius est Confectio alchermes, in iis, qui eam ferre possunt, vt & aqua de cordibus in Instit. libro 5. part. 3. sect. 3. capite 5. descripta. Extra verò itidem roborantia cor, & flatus discutientia vsurpanda, & melissa vino irrorata cordis regioni imponenda, aut oleum melissæ vel citri euillendunt, vel linteamina aqua aliqua vel Spiritu cordiali madida ei imponenda.

Si verò à sanguinis copia palpitatio vel lipothymia mediis mensibus accidant, quæ sæpe abortus futuri in plethoricis sunt indicium, tutissimum est, venam aperire, & sanguinem moderatè emittere, quo modo grauidas & ab hisce Symptomatibus, & ab instanti abortus periculo liberatas fuisse sæpe obseruatum. Tertio *Vigilie* interdum grauidis molestæ sunt, quæ ortum habent à vaporibus siccis & acris ad cerebrum è suppressis mensibus ascendentibus, quieteque spirituum animalium turbantibus. Quæ vt auertantur, frictions extremorum & lotiones pedum humectantes, sub tempus somni instituere, & Symplicium de papauere vel rosæ siccis, vel emulsionem amygdal. dulcinum & seminis papaueris albi exhibere vtile erit.

Quarto *lumborum & coxendicium dolores* prægnantibus molesti sunt, qui proueniunt partim à sanguinis suppressi copia, in venas eorum locorum decumbente, partim à fœta grandescente, à quo cum ligamenta vteri extenduntur, vicinæ partes in consensum trahuntur, dolorque in iis excitatur. Si ergo plethora adsit, sanguinis missio moderata institui potest. Si vero tantum à pondere fœtus, quod vterus & ligamenta vix sustinere possunt, dolores hi excitentur, commodissimum est, fasciis collo appensis sarcinam abdominis gestare, & pondus vteri sustentare, quieti & somno indulgere, & oleis anodynis partes istas inungere.

Quinto accidere interdum solet, vt prægnantibus sanguis per vterum, nares, hæmorrhoides fluere incipiat. Ortum autem habet hic sanguinis fluxus vel à sanguinis copia, vel à fœtus debilitate sanguinem Operum Sennetti Tom. III.

A non attrahentis, vel à prauitate, vitiosisque humoribus sanguini permixtis, naturam ad excretionem stimulantibus. Potest etiam fluxus sanguinis ex vtero in grauidis accidere, si vasa vteri rumpantur, aut lacerentur, & motu vehementi, saltu, casu, percussione, ponderis grauis eleuatione, tussi vehementi, animi perturbatione. Causarum autem ista varietas signis discernenda est. Si ex copia saltem sanguinis fluxus est, fœmina bono colore prædita est, fluxusque sit sine molestia, & à fœmina facillè toleratur, & alia plethoræ signa adsunt. Si fœtus sit debilis, ex suis signis, quæ infra proponuntur, patet. Si verò ab humoribus prauis fluxus is excitetur, quæ effluunt, acris sunt, malè colorata, fœtida & cum dolore ac guttatim effluunt, ac signa cacochymia adsunt. Si à causâ euidente & violenta sanguinis fluxus proueniat, ex relatione fœminæ ea patefunt.

Neque hoc symptoma sine periculo est. Scribitque de eo in genere Hippocrates, s. aphor. 60. Si prægnanti purgationes menstrua cursum suum tenent, bene valere fœtam est impossibile. Minus tamen periculi est, si saltem ob sanguinis copiam is vel per venas ceruicis vteri, vel nares euacuetur, cum hoc modo plethora alias damnum allatura imminuatur, & aliàs venæ sectione ad eam imminuendam opus fuisset; modò fluxus non sit nimius, qui alimentum fœtui subtrahat. Obseruatum enim, quibusdam menstrua ad quinque vel sex menses fluxisse, vt testatur Brasauolus, comm. ad lib. 5. aphor. 6. Hippocratis. Imo plurimis nutricibus, vt & grauidis, quæ sanguine abundant, & pleniore victu vtuntur, menses ordinatè fluxisse: præterea quasdam etiam visas, quæ ad iustum tempus fœtum non ferebant, nisi præter has purgationes vena quoque cubiti secta sanguinem minuerent, à cuius copia animo linqui & suffocari se pronuntiant, testatur Sylius, comm. de mensib. mulier. Cardanus, de causis & signis ac loc. morb. Columbus, lib. 12. anat. Iouertus, comm. ad lib. 2. Gal. de fac. nat. cap. 3. Augenus, lib. 5. epist. 1. cap. 10. Periculosum verò est, si ex fœtus debilitate sanguinem non attrahentis fluxus is excitetur. Plerumque enim abortus sequitur, aut partus difficilis fit, aut ultra legitimum tempus protrahitur. Si verò sanguinis copia per interiores vteri venas affluat, & in ipsam vteri cauitatem effundatur, periculum abortus imminet, cum quod alimentum fœtui detrahitur, vterusque hiat, tum quod sanguis in vtero aliàs clauso retentus corrumpitur, & praua symptomata affert. Non minus periculi grauidæ imminet, si ex prauitate sanguinis is fluxus accidat, & sanctus ac malè coloratus, vel etiam fœtidus effluat. Magnæ enim cacochymia, quæ & matri & fœtui plurimum damni afferre potest, indicium est.

Si ergo à copia sanguinis fluxus sit, commodè, cautè tamen, venæ sectio instituenda, & simul adstringentia, quæ alias hæmorrhagiis competunt, vsurpanda: Vt ℞. margar. præp. ʒ. j. corall. rub. præp. ʒ. ij. macis, nuc. moschata an. ʒ. j. cinam ʒ. ʒ. F. Puluis. Vel cum sacch. in aq. ros. d'ffel. ʒ. ij. F. Rotulæ. Vel paretur hic puluis, qui cum iusculis & cibus etiam sumi potest: ℞. corall. rubr. præp. ʒ. j. margarit. præp. ʒ. ʒ. lap. præios. an. ʒ. ʒ. sant. rubr. ʒ. ʒ. bol. Arm. ʒ. j. terra sigill. rad. torment. an. ʒ. ʒ. sacch. ros. tab. vel manui Christi perlat. ʒ. vj. F. puluis. Vel ℞. Conf. ros. rubr. ʒ. ij. borrag. ʒ. j. boli Armeni terra sigill. corall. rubr. præp. an. ʒ. ʒ. marg. præp. ʒ. j. Cum Sir. granator. F. Elect. Vel ℞. Conserua ros. rubr. ʒ. ij. tormentill. ʒ. j. Dissolue in Aq. torment. ʒ. iv. borragin. portulacæ an. ʒ. ii. Colentur. Colatura adde Sir. corall. ʒ. i. granator. ribes an. ʒ. i. ʒ. Misc. protribus vel 4. dosibus. Possunt & cem. modè

C C C

Palpitatio cordis & lipothymia.

Vigilæ.

Dolores lumborum & coxendicium.

Hæmorrhagia.

foetum roborantia antea proposita vmbilico imponi. Vtiles sunt & frictions ac ligaturæ, & cucurbitulæ brachijs adhibentur. Si cacochymia adfit, vitiosi humores temperandi & quantum licet, euacuandi. Amuleta quoque, quæ alias in hæmorrhagijs vsurpari solent, in manibus vel ore teneri, aut de collo suspendi possunt. Si hæmorrhoidum fluxus adfit, ne dolor accedat, cauendum, aut si adfit, is mitigandus, ne vterò in conuulsam tracto abortus sequatur. Grauida bibat vinum rubrum, in quod nux moischata tosta calens adhuc miecta fuerit.

CAPVT VI.

De Symptomibus, quæ grauidis vltimis mensibus accidunt.

De Sympt. quæ grauidis accidunt vltimis mensibus.

TAndem vltimis mensibus grauidis accidunt, vrinæ suppressio, Alui durities, Tenesmus, venarum in cruris & coxis distensio, crurum tumor & inflatio, fissuræ quasi cutis ventris, Aquæ ex vtero fluxus, quæ hoc capite subiungemus.

Vrinæ suppressio.

Primo *Vrina* interdum grauidis vltimis mensibus *supprimitur*, cum vterus pondere suo collo vesicæ incumbit, idque comprimit, maximè cum fœmina stat erecta. Ideoque vt vrina prouocetur, fœmina iacere debet, & regionem vesicæ fouere fomento & sacculo, vel Cataplasmate aut Balneo parato è parietaria, radic. petroselini, semmelini ac similibus. Quibus adhibitis si vrina non profluat, & periculum ex retentione imminet, catheter immittendus & eo vrina elicienda.

Alui durities.

Secundo *aluis* sæpe *rardior & durior* est, præcipuè in fœminis, quæ calidum & siccum epas vel lienem habent, cum infans iam grandior omnem ferè humiditatem ad se trahit, aut iam grandior factus intestina comprimit. Quæ alui durities periculo non caret cum violento egerendi conatu partibus omnibus in abdomine repletis, facillè aliquid rumpi, vel matri vel foetui damnum inferri possit. Ideoque & calor viscerum si adfit, temperandus, & aluis cibus liquidis & humectantibus, vt iusculis purgantibus, butyro, malua, borragine alteratis, prunis daleibus prima mensa sumtis, vel etiam melle rosato ad 3. & 4. cochlearia exhibitio laxanda. Quæ si grauida respuat, clysteres humectantes & emollientes sine omnibus purgantibus minori quantitate iniici sine periculo possunt.

Venarum in coxis & cruribus distensio.

Tertio *Vena in coxis & cruribus* ac præcipuè circa poplitè, *distenduntur* & intumescunt, vt quasi varicosæ fiant, ob sanguinem menstruum retentum. Cum autem tumor ille nihil periculi afferat, sed post partum sanguine & lochijs euacuatis, spontè euanescat, venæque ad pristinum statum redeant medicamentis multis opus non est, sed saltem monendæ grauidæ, ne multum ambulent, sed potius crura eleuata in sedili aut lecto teneant, ne sanguis ita ad pedes decumbere possit.

Crurum inflatio & tumor.

Quarto *crura* in grauidis *inflantur*, & intumescunt, quod accidit ob menses & sanguinem suppressum, præcipuè si is ferosior & aquosior sit & foetui alendo inutilis ob epatis debilitatem, qui ad crura detrahitur, eaque distendit. Pariunt autem hoc modo affectæ grauidæ plerumque puellas: & tumor per se nihil periculi habet nisi quod interdum incessam difficiliorem reddit, & sponte post partum humore aquoso cum lochijs euacuato, euanescit. Ideoque medicamentis ferè abstinendum, ne humor ad superiora regurgitans in viscera nobiliora ruat, si tamen tumor magnus sit, & ambulationem impediatur, digerentia & discutientia extra applicanda

A & crura fouenda lixiuio è sarmentis vitis cum vino parato, vel decocto origani chamæmeli, pulegij, calamamenti: Vel *℞. farina fabarum, lupinor. an. ʒ. ij. Tartaris ʒ. j. stercoris columbini ʒ. ʒ. B.* Cum *aq. chalybeata & succo canlium* F. Cataplasma. Vel sacculo sale & cineribus pleno crura innoluantur, pedes etiam fricentur & lauentur aqua salsa, in qua chamæmelum, anethum origanum, cocta sunt. Si epas sit debilius, medicamentis idoneis, quæ de cachexia & debilitate epatis, libro 3. sunt proposita, roborentur. Quinto cutis abdominis, præcipuè in primo partu, & in iis quibus frequenti conceptu nondum extensa est valdè distenditur, vt quasi findi videatur.

Fissuræ ventris.

B

Ne ergo vel dolor excitetur, vel deformitas, post partum relinquatur, post quartum mensem laxantibus linimentis & vnguentis vtendum, vt medulla crurum vituli, arietis, ol. amygdalarum dulcium pinguedine gallinæ aq. rosar. abluta, vng. pomato; vel pellis canina oleo amygd. dulc. illita toti abdomini imponenda. Sexto aqua illa, quæ tempore gestationis inter membranas foetum inuoluentes colligitur, naturaliter demumpartu nistante effunditur. Interdum tamen partum nondum instante, vltimis mensibus in grauidis effunditur, cum membranz illæ violentia aliqua, vt casu, percussione, saltu, vel simili rumpuntur. Fluxus hic periculo non caret. Cum enim foetus aqua ista à partium circumiacentium duritie defendatur, ea affluente facillè molestiam aliquam percipit, & postea etiam partus difficilior, aqua ista, quæ vias humectat, deficiente, redditur. Ideoque optimam victus rationem grauida obseruet, & foetum roborantibus interitis & externis vtatur. Et quidem hæc præcipua sunt Symptomata, quæ grauidis familiaria quasi esse solent. Accidunt quidem sæpe iis & alij morbi ac symptomata, vt dysenteria, tenesmus, pleuritis, febres, & alij præter naturam affectus, sed ij grauidis cum illis quæ non sunt grauidæ, inuè cum viris communes sunt.

Aquæ ex vtero fluxus.

CAPVT VII.

De foetus debilitate.

D

Præter enumerata Symptomata & hoc grauidis interdum accidit, vt foetus, quem vtero ferunt, debilius fiat. Accidit autem hoc, vel quia semen, è quo foetus formatur, debilius est, vel ob alimentum quo nutritur penuriam aut prauitatem. Penuria alimenti accidit ob morbum aliquem matris in diam vel aliam causam euidentem, alimentum absummentem; prauitas itidem à matris morbis & vitiose corporis constitutione dependet, atque hinc accidit, vt infans variis morbis & ipse corripatur, de quo plura infra scilicet. seq. cap. 2. dicentur.

Foetus debilitas.

Ne ergo vel abortus sequatur, vel foetus moriatur, vt id maturè cognoscatur, foetusque roboretur, danda opera. Cognoscitur autem foetum in vtero debilem esse primo, si mammæ, quæ antea turgidæ erant, subito extenuentur, & lac copiosum vel aquosum fundant. De quo Hippocrates, 5. aphor. 53. *Quæ foetum sunt peritura, iis mamma extenuantur.* Acciditque hoc ob alimentum in venis vteri mammarumque communibus inopiam. Et 16. aphor. 38. *Si mulieri vtero gerenti mamma subito extenuentur, abortus sequitur.* Et aphor. 52. *Mulieri geminos ferenti si altera mamma extenuetur, alterum abortu edit.* Et si quidem dextra mamma extenuata est, marem; si verò sinistra, fœminam abortitione excludit: Si lac copiosè è mammis effluat, de quo Hippocrates, 5. aphor. 52. *Mulieri fatam gerentis si*

Signa.

E

lac è mannis copiose fluat, fœtum imbecillum s-
guifcat. Si vero firme foliæque mamma fuerint,
valentorem conceptum indicant. Iudicio enim est,
fœtam sanguinem non iatis attrahere, & propterea
ad mammae regurgitare. Tertio, si menses sæpius
gravidas fluat, alimentum fœtui subtrahitur: de
quo Hippocrates, 3. aphor. 65. Si pregnantis pur-
gationes non sine curam suam teneant, bene vale-
re fœtum est impossibile. De quo antea, cap. 5. di-
ctum. Quarto si mater sæpe aut diu agetur, iudi-
cio est, & ipsum fœtum fore debilem. Cum enim
sanguine suo ipse nutriat, is in corpore agra-
nus esse non potest, humoresque vitiosi sanguini
permiscetur, qui cum fœtui alimentum cedunt,
ipsum inde male valere necesse est. Quinto si fœmi-
na alui profluvio laborat. Cum enim alimenti etiam
aliquid subtrahatur, ob defectum eius fœtus debi-
litatur. Sexto si fœtus, qui iam moveri inceperat, aut
qui iam moveri debebat, motus non percipitur, vel
is rarior aut languidior sentitur.

Si ergo ex his signis percipiatur, fœtum esse de-
bilem, causa, ob quam fœtus debilitatur, tollen-
da, & fœtus roborandus. Itaque si mater morbo
aliquo vel symptomate infestetur, unde fœtus de-
bilitatur, illa remouenda sunt, de quo hætenus di-
ctum: Fœtus roborationem quod atinet, sic ea pri-
mo bona diata, si nimirum mater cibis succi boni &
facilis coctionis utatur, carnibus nimirum pullo-
rum, gallinarum, ovis & similibus. Vtilis sunt &
amygdalæ dulces, quæ & inter bellaria, & melle
deipumato macerata manè & ante cœnam sumi pos-
sunt; vix passæ, poma cydonia.

Deinde roborant fœtum medicamenta quædam,
ut margarita, corallia, lapides pretiosi, cortices ci-
tri, macis, cinamonum, zedoaria, garyophylli,
Balsamum puerorum, seu aqua
Embryonis
lignum aloës, crocus, plantæ pleræque veterum ca-
lescentes & roborantes. Et ex his parata, diamar-
gar. frig. & calidum, prout opus, Aqua seu spiri-
tus ille, quem Balsamum puerorum nominat, quod
quia nostris mulieribus frequenter usu est, & ab his
cum lauitur, tum extra umbilico & ventri impo-
nitur, eius descriptionem hic apponere liber: ℞.
nucis moschate, macis, caryophyllor. cinam. ʒiij.
ʒib. albi, cubebæ, granor. paradisi, zedoar. an. ʒ. j.
ʒ. B. galanga ʒ. vj. st. silie, tunicis an. lb. j. herbar
salvia, se pilli, fœnic. verberna, lauend. an. ʒ. iij.
mentha crisp. ʒ. ij. rad. pæon. & sem. eiusd. visci
q. decref. D. a. coll. an. ʒ. ij. medull. panis tritic.
ʒ. vj. Herba & radices incidantur minutim: aro-
mata verò crassa seculè pulverifentur, panisque me-
dulla in frustula confringatur: quo facto omnia com-
mifce. & affas vini maluat. mesf. iv. in vase fictili
vitreato probè clauso, ne quid expiret, sepeliantur
in cella vinaria sub tetram, stentque ibi in digestio-
ne per septim. 3. Deinde dis præced. antequam hæc
è terra rursus eximere volueris, samico amygdal.
dulc. excort. lb. j. His in mortario prius probè
contusis, & in vitreo vel vitreato vase aliquo mun-
do collocatis affunde aq. ros. alb. st. buglosf. an. ʒ. j.
viij. Stent in infus. per hor. xxiv. Tam verò rursus
accipe, hordei germinantis rosti, Malx lb. j. hoc in
mortario grosso modo confringe, illique superaf-
funde aq. fragor. lilij conuall. an. ʒ. vij. Stent etiam
simul in alio vase in infus. per hor. 24. Tandem
amygdalas in infusione stantes exactè terito, &
cum aquis, quibus immaduere, diligenter subigito,
quo facto & hordeum rostum aquis suis infusum
huic amygdaloga: iungito, ac in olla simul omnia
stadiosè permifceto. Quod si aquarum amygdalis
& hordeo superinfusarum quantitas commifioni
non suffecerit, de vino maluatico, in quo aromata
& herba sub terra defosse macerata sunt, quantum
Operum Seanerti Tom. III.

sufficere videbitur, adiungito, vt sic omnia probè in
olla simul concussa permifceantur, donec mistura
lacti euadat similis. Tum demum aromata, herbas &
radices, quæ vna cum vino Maluatico reliquo infusa
steterant, & iam dicta omnia, additis mellis despumati
ʒ. viij. simul confundito & misceto, & cucur-
bitæ inditis, leni igne aqua ex arena destillato Nunc
verò ℞. veterem caponem, quem fune suspensum
suffocabis, mandatumque exenterabis. Huic in fru-
stula dissecto abiecta omni sorte & pinguedine, af-
funde vini maluat. mens. j. quo sanguinem elues, &
dissolues, cum vino hoc maluatico, & iam dicti ca-
ponis carnibus iungito aq. borrag. verberna, fœnic.
salvia an. lb. iij. dactylor. recent. exoffat. vuar. pas-
sar. passul. mix. nucis mosch. an. ʒ. ij. caryophyll. ci-
nam. ʒ. iij. ab. cubeb. gran. paraais. zedoar. an. ʒ. ʒ. B.
croci ʒ. ij. conf. ros. rubr. ʒ. iv. Incidenda incidan-
tur, & ollæ operculo diligenter clausæ ac circa iun-
cturam operculi pasta diligenter circumlitæ, ne quid
expirare queat, indita, sensim simul decoquantur,
donec carnes caponis ab ossibus se separatint: tunc
brodio huic adhuc feruenti iniice panis triticeo à fur-
no adhuc calens & in frusta confracti ʒ. xvij. de
libo vel pasta mellea cum aromatiibus bis cocta, in
laminas dissecta, super craterem rosta, & melle ullira ʒ.
xvj. atq; olla probè clausa sic per noctem, vt in bro-
dio cuncta mollescant, state finito. Deinde verò bro-
dium à rebus infusis separa, caponemque vna cum
rebus reliquis sibi iunctis exime, contunde, donec
pultis formam acquirat, quàm pulcem, brodio prius
separato, redde, reamq; in brodio iam dicto dissolue,
& aliis ampullæ inditis magna cū diligentia aquam
ex arena leui calore destilla. Tam verò primam &
secundam aquam hanc commifce, in iisque infun-
de auri purissimi quantum volueris, vitroque accura-
te clauso Solis calore & radiis ad insolationem expo-
nito; ac tum demum rursus aquam hanc omnem cum
diligentia per destillationem ab auro abstrahito.

Circa hanc Balsami puerorum præparationem
equidem quædam monenda essent, cum aurum &
alia quædam non paruo sumptu admifceantur, ex
maiorum nostrorum sententia, qui in destillationi-
bus omnium, quæ in cucurbitam coniecerant, vires
in alembicum eleuari persuasum habebant, de qui-
bus non paucis in hil destillato liquori communica-
tur: quia tamen compositio vfitata est, & experi-
entia ipsa testatur, gravidis hætenus (etsi de ali-
quibus nihil in alembicum adscendat) multum pro-
fuisse, eam hoc loco integram & immutatam propo-
nere volui. Datur autem cochlear. j. vel ij. si fœmi-
na vel territa, vel ita commota, vel in calore affecta
fuerit, aut ei sanguis sflaxerit, aut flatu & tormina
veteris senserit. Vel seman fœniculi & cumini in aqua
mellis coquantur, ac fœminæ haustus propinerit.
Vel ℞. coral. rubr. ʒ. j. margarit. præp. ʒ. ʒ. B. saphi-
ri, granati, hyacinth. smaragdi, rubini, an. ʒ. j.
cinam. ʒ. j. zedoar. cardamom. ligni aloes, cubeb. ra-
sura ebor. an. ʒ. ʒ. B. gall. mosch. ʒ. j. sacch. in aq. ros.
& meliss. dissol. ʒ. vj. F. Rotulæ.

Vtilis sunt & amygdalæ dulces hoc modo con-
ditæ, ℞. amygdalas dulces excorticatas, & fun-
dum vasis vitrei vel fictilis mundi orificii latioris re-
ple. His insperge puluerem è garyophyllis, cynam.
nuce moschat. & sem. fœniculi, postea iterum im-
pone amygdalas dulces, atque ita fiat S. S. S. Tan-
dem omnibus affunde saccharum cum aq. vel sim-
plici, vel borraginis, vel rosar. vel alia conuenien-
te clarificatum, vt saccharo tegantur. De hoc con-
dito fœmina sæpe aliquid sumat. Vel ℞. nuc. mosch.
ʒ. ʒ. B. galang. ʒ. ij. cinam. ʒ. j. off. de C. C. nu. ij. Con-
spergantur spiritu vini vel maluatico, & affundatur
mel despumatum calidum. De hac mixtura sæpe
C C c ij

Amýgdalæ
dulces con-
ditæ.

grauida instar fabæ sumat. Extra verò ventri, & umbilico imptimis imponatur panis dulcarius seu mellitus. Vel ℞. *garyophyll. nucis mosch. ruta granor. iunip.* an. ʒ. j. Confusis affunde mel calidum despumatum, & super igne misceantur, & calidè fructo panis fecalini oblongo illinatur, qui umbilico imponatur. Vel ℞. *vini maluatic.* lb. iij. Catefiat, & in eo dissolue *ol. nuc. mosch. express.* ʒ. ʒ. Adde *pulu. garyophyll. ruta an.* ʒ. j. *aq. ros. salu. maioran. pulg.* an. lb. j. *vita* ʒ. iij. Hinc spongia noua in maiores & minores, vt variis locis sint aptæ, partes concidatur; & liquore hoc illæ imbuantur, & sub mammam sinistram, sub axillas, umbilico, sub poplites, pulsibus in carpo, plantis pedum imponantur, & vbi resiccata fuerint, iterum madefiant. Vel ℞. *nucis mosch. macis, garyophyll. granor. iunip. partes æquales.* Adde mel calidam, vt F. instar Lin. menti, & crustæ panis vel panis mellis illinatur ac umbilico imponatur. Vel ℞. *pomum;* præcipue cydonium, repleatur *theriaca, garyophyllis, mastiche,* aut si calor adsit, puluere *corall. myrrillor. ros. rubr. spec. diarrhod. abb.* & affetur ac vmbilico imponatur. Vel ℞. *dactylor. pomi. cydon. in vino coct.* an. ʒ. j. *ʒ. farina volatilis* ʒ. j. *pulu. garyoph. macis. cinam.* an. ʒ. ʒ. Cum vino in quo dactyli & cydon. coctæ fuerint, F. Cataplasma. In calidis morbis, & præcipue vbi sanguinis fluxus adest, tale F. Cataplasma. ℞. *boli Armeni, sang. drac. mastich. thuris.* an. ʒ. ij. *balaustror. trochisc. de carabe* an. ʒ. j. *nucis cupressi* ʒ. j. *ʒ. farina volatilis* ʒ. j. Cum vino rubio vel succo cydon. F. Catapl. quod vmbilico imponatur. Vel ℞. *stoccor. panni coccines* ʒ. iv. *galanga. cinam. macis* an. ʒ. ij. *mastich.* ʒ. iij. *sang. drac.* ʒ. j. *mellis q. s.* F. Cataplasma. Vel vnguentum Conuulsæ dorso & ventri illinatur, vel sacculas ex rosis rubris, mastiche, corall. macere, nucis mosch. garyophyllis fiat, & ventri imponatur. Vel ℞. *ol. myrini, cydon. mastich.* an. ʒ. j. *ʒ. hypocistidis, acacia, boli armen. st. ros. rub. balaustr.* *sang. drac. sant. citrin.* an. ʒ. j. *cera q. s.* F. Vng. Vel ℞. *galang. ʒ. ʒ. nuc. mosch. macis, garyoph. boli armen. nuc. unsp. ess. balaustr. sang. drac.* an. ʒ. ʒ. *mastich. ladani* an. ʒ. ʒ. *thuris* ʒ. ij. *gummi Arab.* ʒ. j. *serbin. h. Veneta* ʒ. ij. *piscis nanales* ʒ. j. *cera q. s.* F. Emplastrum.

CAPVT VIII.

De Vagitu vterino.

Vagitus vterinus.

TAndem inter ea, quæ grauidis accidunt, non prætereundus ploratus seu vagitus vterinus. Et si enim Aristot. 7. de *histor. anim.* c. 10. scribit vocem non emitti à fœtu, antequam egredietur: comperit tamen est, quandoque infantes in vtero plorasse, & vagitum edidisse. Fabricius, in *epist. ad fratrem*, refert, anno 1551. Milenæ fœtum in vtero plorasse; & Iacobus Fincelius narrat, anno 1546. paulo ante bellum Germanicum, infantem in vtero matris fleuisse, vnum in Nisina, alterum Rotuulæ ad Nicum. Mart. Vveinrichius de *monstris c.*

A 26. ita scribit: Nostris temporibus infans triduo, antequam ederetur in lucem, nullo ad exitum parato aditu, flere auditus est in hac ipsa vrbe nostra Bressa. Factus is homo & morbis & fortuna miserimus vsque ad obitum. Et And. Libavius, in *de vagitu vterino*, refert, D. Leonhardum Doldium, de vagitu vterino hæc ad se scripsisse: Cum Argentina nuper apud fratrem agerem, certò relatum est, vxorem sartoris in vicinia illius fœtum vtero adhuc gestatè hunc ipsum vagientem cum aliis auduisse, non procul absente partus tempore. Idem, *ibid.* scribit: In nostro oppido (Rotenburgiad Tubarim) anno 1596. 12. Nouemb. qui fuit ante partum quadragesimus secundus, parentes fœtus fœminei vagitum vitæ perceperunt, & sequente quoque die bis, mortua in partu mater est, filia adhuc superstite. Superioribus item annis memorant ciuitatem talem intra matrem edidisse fœtum alium voce ab adstantibus etiam in foro mulieri manifestè percepta, quæ res postea confirmata est relatione cuiusdam villicæ, suam obseruationem in fœtu suo proferentis. Cum item eadem de re in conuentu quodam colloqueremur, attestant idem de sua filia cuius eiuusdam coniugis partui vicina audiuimus viuum auctoritatis & fidei non contemnendæ. Dum hæc scribo, Cal. Mart. anno 1632. in oppido nostro Vvitebègeni est fœmina, iam vltra vndecimum mensem grauida, quæ ipsa, vt & maritus eius, infantem aliquoties ante partum plorantem audierunt (Paulo post tamen feliciter peperit.) Et superiori anno in suburbio fœmina filium peperit, quem triduo ante partum plorare audivit, qui annum tantum vixit. Plerique pro malo omine talem fœtum habent, & vel fœtu vel matri, vel Reip. calamitatem aliquam portendi aiunt. Soletque interdum talium motuum in natura inusitatorum ductio à causâ superiore fieri, & tum pro portentoso talis ploratus meritò habetur. Verùm etsi à Medicis pauca eius exempla à notata sint; tamen non ita plane rarò occurrunt, sed non pauca accidunt, quæ in Medicorum notitiam non veniunt, nec annotantur. Siue autem aliquid portendat, siue non talis vagitus, siue sponte sua cum in ploratum fœtus feratur, siue à causâ superiore dirigatur: proximam tamen causam omnino Physicus & Medicus querere debent. Cum verò ploratus vox quædam sit, eaque edatur aëris per asperam arteriam expulsionem, omnino concedendum est, aëris etiam aliquid in cauis & vacuis partibus, atque ita etiam in pulmonibus infantis contineri, quod ibi vel ab humoribus & spiritibus evaporauit, vel per *Equor* illam, vel quocunque modo eo peruenit, sicut & aërem talem in ipsis ouis, in quibus pulli pipiunt, contineri negare non possumus. Si ergo & aspera arteria, & pulmones, & thorax, & omnia quæ ad respirationem & vocem edendam necessaria sunt organa, iam absoluta sint, infantis ipse satis validus sit, videri talem vt edat, possibile est. Stimulatur autem ad eam edendam proculdubio à re molestiam afferente: quod fœtan nostro, & aliis pluribus, à diuturna & præter tempus ordinariam lægæ in vtero mora accidit, ob quam & alimentum copiosius & spiritum liberiorrem appetiuit.



LIBER QVARTVS.

P A R S II.


SECTIO VI.

De Symptomatibus, quæ circa partum accidunt.

C A P V T I.

De Partu in genere.

Partus naturalis.



POSTQVAM fœtus in utero absolutus, & omnibus numeris perfectus est, angustia illa uteri amplius commodè contineri non potest, & liberio rem tam spiritum maioremque refrigerationem, calore cordis cum mole eius adco, quàm qualem transpiratio & arteriæ matris suggerunt, copiosiusque alimentum requirit, & propterea horum indigentia motus calcitate, & membranas ac vincula, quibus continetur, disruptis, iisque solutis, è locis quibus continetur, angustis erumpere, & lucis huius usuram quærere conatur. Cuius conatum natura ac uterus, & ipse grandiore fœtus mole & motu stimulatus, adiuuat, venasque & arterias, quibus secundina utero annectitur, separat, eodem ferè modo, quo pediculi maturorum fructuum si ne vi abscedunt, & vini expultricem quæ præditus est, exerit, fœtumque magno conatu, quem parturientis etiam labor, qui fit contracto spiritu & depresso diaphragmate, ac compressis abdominis musculis, adiuuat, excludit; quæ actio *Partus* appellatur.

Partus quid.

Partus differentia.

Partus naturalis.

Opus autem hoc admiratione dignissimum non vni forme semper est, sed & modo & tempore variat, & infans non semper eodem modo, nec eodem tempore in lucem prodit: vnde partus alius naturalis, alius non naturalis; alius legitimus, alius illegitimus appellatur.

Partus naturalis est, cum, vt modò dictum, fœtus iam grandior factus, & copiosiore alimento ac liberio rem spiritu indigens, è locorum istis angustis exitum quærens sese conuoluit, & capite versus uteri orificium tendit, crura verò sursum, & manus ac brachia etiam sursum ad femora dirigit. Hoc enim situ, & dum capite primùm egreditur, reliquæ omnes partes faciliè & sine impedimento sequuntur; cum contra, si corporis partes flexiles, pedes & manus, primò prodeant, variis suis motibus corporis reliqui exitum impedire possint. Hinc membrana, amnios dicta, rumpitur, & humor, qui toto gestationis tempore cum ulatus fuit, effluit viasque ad faciliorem partum humectat. Postea infans maiore impetu se mouens acetabula rumpit, & secundina ab acetabulis separatur, ac reliquæ membranæ rumpuntur, vnde sanguis in uteri cavitatem fluit, doloresque parturientem apprehendunt, & ipse infans exitum quærit, & uteri facultas expultrix insurgens infanti exitum quærenti subsidio venit, & uteri os dilatat, vt obstetrix digitum immittere possit: con-

Operum Seanerxi Tom. III.

tra fundum contrahit, fœtumque expellit: quam actionem & diaphragmatis & musculorum abdominis, præsertim tranuersorum, compressio adiuuat, atque ita dum hæc omnia sese rectè habent, infans sæpè per lubricas istas vias tanto impetu extruditur, vt decidere potius, quàm expelli videatur. Statuunt quidem hæc nonnulli, infantem matrem facie ac matris anum, fœmellam verò facie ad matris pudenda conuersa in lucem prodire & quidem ea de causa, quod in utero contrarius illis situs erat, & quod (mortalem causam addunt) natura ab ipsis vitæ primordiis marium oculos ab obscænis mulierum partibus abstinere voluerit. Verùm quotidiana experientia aliud testatur, quæ docet tam maris, quàm fœminas frequentissimè facie ad pedicem matris conuersa nasci. Contrarium verò rarius fieri, exitusque hic longe facilius est. Ideoque etiam hoc semper suadet, vt in omni partu præternaturali in meliorem dirigendo hoc obseruetur, vt facies infantis matris dorso obuertatur. Quod opus sane admiratione dignum & captu intellectus humani maius est, scribique ea de re ipse Galeus, 15. *de usu part. cap. 7.* Alio extra partum tempore omni os uteri ita clauditur, vt ne specilli quidem cuspidem in matricis queas immittere, in partibus verò integrum animal illuc egreditur, & os uteri ita aperitur, vt possit fœtibus faciliem præbere exitum, idque nemo ignorat, sed quo pacto accidat, mirari possumus, intelligere non possumus.

Et admirationem auget, quod uterus ossibus vndique quasi circumualuatus, & parte anteriore pubis osse, posteriori osse sacro & coccyge, vtrinque verò ilium ossibus circundatur, vt quomodo per has angustias fœtus exitum liberum tam faciliè inueniat mirum sit. Et imprimis de ossibus pubis quæstio est inter Medicos, an illa tempore partus diuellantur. Tractat hanc quæstionem Andr. Laurentius, *pubis in lib. 8. anatom. in fine, quæst. 33.* vbi Hippocratis, *in fine libri de natura pueror.* & Pinei sententiam & rationes pro affirmante parte affert, & refutate conatur: ipse verò diuisionem hanc æni posse negat ideo, quod ita illa vniantur, vt nullo impetu diuelli & si diuellantur, nullo medio & glutine vni possint. Aliquantulum tamen dehitere posse concedit. Laurentium alij etiam sequuntur, qui coccygis os potius retrahi, quàm os pubis diuelli, & hinc puerperas non de osse pubis, sed coccyge & pedice conqueri statuunt.

Mihi imprimis Adriani Spigelij sententia probatur, qui, *lib. 2. de corp. hum. fabric. c. 24.* scribit,

C C c ij

Opus partus admirandum.

An ossa partus diuellantur.

absoluitur, & partus acceleratur. Plerumque tamen debilis est infans septimo mense natus, quia formationem absolutam nimis cito partus sequitur; Et propterea etiam qui initio mentis septimi nascuntur, plerumque moriuntur, aut certe valde debiles sunt: qui vero circa finem mentis septimi nascuntur, seu dierum, ut Hippocrates definit, 210. sunt vivaciores & vegetior esunt.

Octavo mense nati.

De octavo vero mense editis scribit Hippocrates, lib. de ap. xi. Οκτάμηνος οὐδὲν ἄριστον ἐστὶν βίβησιν αἰματι. Octavo mense editus nullus unquam vivit, & partus ducentorum quadraginta dierum non est, & est, id est, apparet quidem post ortum, sed nequaquam est; quia statim vita excedit. Rationemque addit, lib. de oct. partu, quod duas ἐπιπέρας ἔχει τὸ σῆμα, duas continenter consequentes afflictiones ferre non possit. Cum enim septimo mense, ob conatum excundi debilitetur infans, sequentes partus labores mox ferre non posse putat, sed octavo mense ipsi quiescendum esse, ut vires instaurentur. Assentiuntur Hippocrati Pythagorici & Arithmetici, qui numeros pares, inter quos octavus, pro imperfectis & infecundis habent, & septenarium numerum perfectionis, & ut Cicero nominat, omnium rerum Nodum appellant, & propterea tum primum partum vitalem edi statuunt. Astipulantur & Astrologi, & suas causas ex astris afferunt, quas suo loco relinquitur, de his tamen postea aliquid dicemus.

Illud non praterendum videtur, observatum esse, quosdam & mense octavo, & quidem vitales genitos fuisse, & quod in Aegy pro hoc factum fuerit, & Vestiliam Cæioniam Cæsaris Principis conjugem octavo mense pepererit, Plinius, nat. hist. lib. 7. cap. 5. refert, & ex Varrone Gellius, Noct. Att. lib. 3. cap. 16. nonnunquam octavo mense partum editum esse scribit. Et Cardanus, 1. tract. 3. contrad. 8. quendam nobilem duos habere octimestres filios narrat. Idem, in comm. ad lib. Hipp. de sept. partu, duos filios Cardinalis Sfondrati, & ipsum Cardinalem Sfondratum octavo mense natum esse. Neque etiam certum an fetus naturaliter septimo mense ad exitum moveatur. Et si enim tam perfectionis principium accipiat: non omnes tamen τὴν ῥοιάν, ut Arist. 4. de gen. anim. 6. 4. & 6. appellat, ultimam & absolutam perfectionem accipiunt, cum nonnulli hoc mense in cælis matribus prædeant, ut Aristot. 7. de hist. anim. cap. 4. testatur. Neque gravidarum testimonio confirmatur, quod mense septimo maior, quam alio tempore, motus fetus fiat. Et infantem octavo mense natum Florentiæ triennium vixisse, Marsilius Ficinus, lib. 3. de vita cælitus comp. scribit. Cavendum tamen hic, ne fœminarum relatione Medici decipiantur; cum interdum putent se mense octavo parere, cum revera nono pariant, & de prima seminis conceptione incertæ sint; præsertim cum quibusdam secundo post conceptionem mense sanguis menstruus fluat, quæ propterea vno mense ante, quam putant, conceperunt.

Nono & decimo mense nati.

Maxime autem legitimum pariendi tempus & quo plerique fetus in lucem eduntur, est mensis nonus & decimus, à die decimo quinto noni mensis ad diem decimum quintum decimi mensis. Tum enim τὸν ῥοιάν fetus affeetus est, & verioris alimenti & liberioris respirationis desiderio ad exitum properat, de quo Hippocra. lib. de natur. puer. in dix. μὴ τὸν ῥοιάν ἔσται τὸ μακρότερον, In decem mensibus, quod longissimum est, nascitur fetus. Vnde etiam quia in decimo mense vsque ad medium, ipso ad finem eius plerique nascuntur, decimus mensis pro naturalis partus termino à pluribus habetur. Atque hinc Salomon Regum sapientissimus, lib. Sapient. cap. 8. scribit: Sum

A quidem & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius qui puer factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensum tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis. Et Menander ἡμῶν δὲ ἀγάλωτος, Mulser decem mestrus parit. Et Virgilius: Matri longa decem tulerè fastidia menses, quod, ut Phavorinus apud Gellium, lib. 13. cap. 16. de anno loquitur, de mente decimo non confecto, sed affecto intelligendum.

An nonus vel decimus mensis magis legitimus sit.

Neque opus esse puto hic multum disputare, uter mensis magis frequenter nascendi terminus sit, nonusne an decimus. Etsi enim fœminarum vulgo opinio est, nono frequentiores partus fieri: contra Plato, s. de republ. & Arist. 7. de hist. animal. cap. 4. alique docti viri, ut ex allegatis modò locis patet, ut plurimum partum legitimum decimo mense fieri statuunt: tamen sciendum, non ita strictis terminis partus tempus adstringendum esse, cum, ut dictum, à noni medio, imò & initio ad decimi medium, imo etiam decimi finem hic pateat, & pro vegetior vel debilior fetus est, mas vel fœmina, ita etiam intra hos terminos citius vel tardius edatur. Er quamvis Poëta frequenter, ubi de conceptione & partu loquantur, anni spatii mentionem faciunt: tamen, ut rectè fauorinus apud Gellium id explicat, id de anno affecto & non confecto intelligendum est, sensusque est; partum futurum, antequam annus ad finem sit peruenturus, quod vel clare versus Homeri, quibus Neptunus Nympham alloquitur, testatur: Χαίρειαι φίλοισι θεοσχεμίνοισι ἐπικυτὸσσίην ἀλαστίκα σὺλακίον, voluente anno, seu dum voluit, & antequam ad finem perueniet.

Vndecimo & duodecimo nati.

C Post decimum vero mensem fetus grandiori raro & alimentum, & spiritus ac locus in utero sufficit. Gellius equidem, Noct. Attic. lib. 3. cap. 16. qui hac dere videatur, è M. Varrone refert, etiam vndecimo mense nasci posse hominem: Et Plinius, lib. 7. cap. 5. Vestiliam Suilliam Ruffum vndecimo mense edidisse. Cardanus, lib. 1. tract. 3. cons. 8. scribit: Petrum Aponensem, Conchiatorem dictum, fuisse vndecimestrem. Er Amat. Lusitanus, cent. 1. curat. 27. fœminam quandam post decem menses & vndecimi tres dies filium peperisse scribit. Plin. allegato loco è Massurio refert, L. Papyrium Prætozem secundo hæredæ lege agente bimotum possessionem cõtra eum dedisse, cum mater tredecimi mensibus partum se tulisse diceret. Imò etiam decimo

D quarto & decimo quinto quosdam editos fuisse, nonnulli referunt. Et ipso quo hæc scribo tempore, ut supra dictum, de vaginæ uterina, fœmina hic est, quæ vndecim menses fœtam gestavit, & postea peperit, & quod mirum, quem ipsa & maritus ante partum aliquoties plorantem audiverunt. Imo retulit mihi Vir Clariss. & Excellentiss. Dn. D. David Faber, Sereniss. Elect. Saxon. Archiatrus, Collega & amicus meus honorandus, Monspelii, cum ibi Medicinæ operam daret, Collegium Medicum eo loci consultationem instituisse de valetudine fœminæ cuiusdam nobilissimæ, quæ cum antea legitimo tempore peperisset, ultimos duos partus, alterum decimo octavo alterum vigesimo mense edidit. Varias autem ea de re fuisse Medicorum sententias. Nonnullos quidem in ea fuisse opinione, fœminæ huius relationi fidem habendam non esse: Alios non esse certa homini pariendi tempora: alios, & quidem maximè probabiliter, statuisse, etsi sint hominum certa pariendi tempora, tamen ut in aliis actionibus variæ mutationes, varique errores accidunt, & hinc etiam crises, quæ certa tempora habent, variæ sunt, pro agentis & patientis varia dispositione & constitutione: ita etiam in partu, quem casibus comparat Hippocra. lib. de septimæstri partu, idem hæc

E

ri posse, ob varia, quæ gestationis tempore ipsi acciderunt symptomata, deiectam appetentiam, frequentissimas lipothymias, superfluum singulis mensibus sanguinis fluxum, quibus alimentum foetui subtractum fuit, eiusque vires deiectæ, quibus destitutus egressum ex utero legitimo tempore conari non potuit.

Sed hæc rariora sunt, neque pro lege naturæ habenda. Et cum septem dierum quadragenariis decimus mensis absoluitur, vt Hippocrates, *in lib. de octimestri partu*, tradit, & foetus tum sit perfectissimus, vt edatur, paratus est: si verò partus longiore tempore protrahatur, indicium est, vires & matris & foetus esse debiles, caloremque natium torpere, atque expultricem languere, vnde plerumque tales partus debiles sunt.

Varij temporis partus causæ.

Huius autè varietatis causæ proculdubio est formationis & perfectionis varietas, quæ pro facultatis robore & debilitate non eodem temper tempore absoluitur. Vt enim in lucem editi alij subito inerementum sumunt, alij ob morbosam constitutionem tardè augentur: ita in foetu etiam, si facultas formatrix fortis sit, formatio citius absoluitur, & partus citius sequitur: si debilis, & formationis & partus tempus protrahitur.

Atque hæc antiqua & vulgata, ac ab Hippocrate desumpta de partus tempore sententia est, quam Medici ferè omnes sequuntur & explicant, etsi in explicando in quibuidam variant, vt passim apud Medicos, imprimis Horatium Augenum, qui ex proffesso, *in libris de partu humano*, vt & Nancelium, *de analogia Microcosmi & Macrocosmi. lib. 7. part. 4.* & Rodenc. à Castro, *de morb. mulier. lib. 4.* & alios plures videre est.

Pauli Zachæ de partu tempore sententiæ. Homo an habeat certum nascendi tempus.

Ab omnibus verò dissentit, & nouam opinionem proponit Paulus Zachæus Medicus Romanus, *in questionibus Medico Legalibus. lib. 1.* quæ hic præterenda non videtur. Atque vt, quæ ille prolixè hac de re dissentit, & à Lectore videri possint, paucis comprehendam, primò ille hoc improbat, quod ab Hippocrate sumptum Plato, *5. de reipub.* Aristoteles, *7. de histor. animal. cap. 4. & 5. de gen. animal. cap. 6. & problem. sect. 10. problemate 30.* Galenus, *Pannus. lib. 7. nat. hist. cap. 5.* Gellius, *lib. 3. noct. Attic. cap. 16.* & qui sequuntur Medici, Philosophi, & Iuriconsulti approbant. Hominem, non vt cætera animalia, certum nascendi terminum habere, sed varium, vt & septimo, & octauo, & nono & decimo, & vndecimo, vt dictum, mense, quidam nascuntur. Ipse verò contra statuit, Hominem quoad nascendi tempus nullum peculiare ab aliis animalibus, sed veluti reliqua determinatum habere, certa tamen latitudine comprehendam, idque esse nonum & decimum mensum. Probat autem hanc sententiam suam hisce rationibus; quæ firmiores videntur: prima est, quod si plures essent nascendi termini, inque naturales, qui in iis eduntur, æque vitales & sani esse deberent, ac qui nono vel decimo eduntur. Verùm testatur experientia, eos, qui nono vel decimo mense eduntur, plerumque esse vitales, & contra septimestres paucos esse vitales, & si sint vitales debiles: octimestres verò ex sententia Hippocratis nullo modo, aut certè rarissimè viuere. Secundò cum in vnoquoque genere eorum, quæ à natura sunt, necesse sit dare, quod perfectum est: & consentientibus Medicis terminus pariendi maximè legitimus, sit mensis nonus & decimus, legitimi esse non possunt septimus, octauus, vndecimus, qui ab eo longè absunt. Tertio cum natura nihil temerè, nihil à seors; nihil frustra, nihil casu agat, si hominem possit in utero septimo mense perficere, cur plerumque illam absolutionem &

Nonus & decimus mensis legitimus pariendi tempus.

A perfectionem ad decimum differret?

Secundò ergo statuit, cum nonus & decimus mensis sint legitimus pariendi terminus, quicumque alio tempore nascantur, omnes, ob causam aliquam præter naturam ita nasci; & qui septimo vel octauo mense nascuntur, non differre ab abortibus aliis, qui ante septimum mensem accidunt, nisi quod illi adhuc à sua perfectione magis absint; & propterea debiliores sint, hi verò, qui septimo & octauo mense nascuntur, à perfectione minus absint, & propterea validiores & robustiores sint: & ideo possibile esse aliquando, vt superata causa morbifica, propter quam ante tempus editi sunt, viuant, licet plerumque imbecilles sint, valetudinariam vitam agant, & mirè us diuturnam. Confirmat ista sua experientia, reser que se nouisse duos septimestri partu editos, quorum prior, cum natus esset, coronalem futuram mirè hiantem habuit, ventrem verò adeo pellucidum, vt interiora omnia intuentibus paterent, crura verò tam imbecilla, vt maior factus nunquam stare potuerit, & iam triginta annis maior morbis valde obnoxius sit, & neque deambulare, neque erectus stare possit: alter vero puer, quia quinquennis sit, ab utero progrediens auricular ab osse temporum mirum in modum diuulsas habebat, anum vero adeo patentem, vt crassio rem pollicem admitteret, futuras præterea hiantes.

Reliqui menses omnes illegitimi.

Cur septimestres aliquando sint vitales.

Quod autem homo tempore illegitimo sæpius nascatur, quàm alia animalia, causam esse statuit, quod homo, vt aliis pluribus morbis, quàm animalia, est obnoxius: ita etiam in utero ferendo plurimè patitur incommoda quàm illa: siquidem illa raro, & non nisi in principio abortiunt; homo vero sæpius & omnitempore abortit, & eadem quoque de causa septimo & octauo mense parit. Itaque statuit, si ante nouum mensem nascatur, non naturale & legitimum id tempus esse, sed à causa præternaturali partum hunc prouenire, neque hominem ante nouum mensem eam perfectionem & *πεπερισσῶν*, quæ ad viuendum & ad bene viuendum aptus sit, acquirere in utero posse, quacumque etiam sit temperatura præditus.

Cur homo magis varium, quàm alia animalia, nascendi tempus habeat.

Rationes autem quæ vulgo afferuntur ad probandum, aliam hominis, aliam brutorum in tempore partus esse rationem, plurius, *alleg. locor. 2. quest. 1.* examinat, quæ breuitatis studio hic prætermitto, & res plana esse videtur. Siue enim ad temperamentorum varietatem, & diuersam eorum dispositionem, siue vtriusque varietatem in variis individuis constitutionem, siue ad varium & incertum coeundi tempus in hominibus causa referatur, eadem omnia etiam in brutis reperiuntur, quæ tamen certam, etsi cum latitudine aliqua pariendi tempus habent.

In specie & tertio cum Lalamantio, *in comment. in lib. 2. de diebus criticis*, contra Hippocratem & Galenum statuit, septimestrem partum non esse legitimum; nec pro ratione, vt loquitur Hippocrates, id est, naturaliter, & secundum naturam communem cursum nasci, sed penè abortiuum esse: idque probat primo eo, quod hoc tempore nati semper imperfecti & imbecilles sunt, & vt plurimum intereunt, & vel capitis commissuris hiantibus, vel aurium meatibus obtusis aut nimis patentibus, vel hærentibus inter se manuum pedumque digitis, podice etiam vel nimis amplo & ad aperto, vel nullo modo referato, ossibus inter se disiectis vel adeo tenellis, vt nullam debitam duritiem habeant, nascuntur, viuentes autem vix breui donati sunt, neque omnes ætates percursunt, aut eas ætates quidem brevissimè peragunt, & quàm citissimè senescunt, & licet ad quinquagesimum vel sexagesimum

Septimestris partus non est legitimus.

E

annum perveniant, tamen, valetudinarij sunt, & morbis obnoxiam vitam agunt, quod nec Hippocrates, nec Aristoteles, 7. de hist. animal. dicitur, & ipsa experientia docet: quod à natura esse non potest, à qua cuilibet animali perfectè & suo tempore nasci datum est, quod si anticipetur, id præter naturam intentionem est.

Secundo, cum partus naturalis ob defectum alimenti fiat, cum fœtus tam magnus & vegetus est, ut ei sufficiens alimentum in utero denegetur: qui vero septimo mense nascitur, non satis perfecti sint, & debiles ac minime vegeti: non ob alimenti defectum naturalem, sed ob aliam causam præternaturaliter eo tempore nascuntur.

Tertio, fœtinæ multos liberos omnes ferè nonimelstres, nullos aut certè paucissimos septimestres pariunt. Ideoque illi solem secundum naturam nascuntur, hi præter naturam, neque id à natura intenditur, sed à causâ præternaturali proeunt.

Otime-
stis partus.

Quarto, octimestrem partum quod attinet, et si Hippocrates, & eum sequi Aristoteles, 7. de hist. anim. cap. 4. Plinius, nat. hist. lib. 7. cap. 7. & omnes postea Medici cum non pro legitimo & vitali, sed penè pro mortuo habeant ipse octimestrem ex sua natura esse magis vitalem statuit septimestri, etiamsi ex accidenti contingat, ut difficilius viuat ille, quàm hic, idque idè quod septimestris magis à perfectione & ordinario ac statuto patiendi tempore, quod mensis nonus & decimas est, abest & distat, & propterea etiam octimestris maius robur habet; & solidiora membra ac magis formata & calorem vegetiorem.

Fundamentum autem vulgaræ opinionis quod attinet, asseritur vulgo, partum septimi mensis ideo magis vitalem esse, quàm octavi, quia infans septimo mense iam omnem perfectionem habeat, ideoque & alimentum copiosius & liberiorespirationem appetere, & propterea exitum affectare, quem si inueniat, viat, sin minus, à labore illo debilitatum, eum sequenti mense male habere, & proinde quadraginta dies requirere, ut vires colligat, atque ideo nono mense demùm viribus collectis vitalem edat: si verò viribus nondum instauratis octavo mense edatur, vitalem non esse. Verùm diximus supra iam de mense septimo & octavo dubium esse, quod præsupponitur de motu illo insigni, qui fiat mense septimo, quo fœtus exitum querat, idque gravidarum testimonio destituit. Fœtus quidem post dimidium gestationis tempus, ubi iam validior est, moveri incipit, sed motus is singulis mensibus accidit, non solum septimo: neque tantus est, ut inde vires debilitari possint, neque talis, qualis accidit, cum fœtus exitum parat, qui que gravidis dolorem quasi parturientium parit. Neque etiam plerumque fœtus, ut antea dictum, septimo mense ita perfectus & omnibus numeris absolutus est, ut exitum querere debeat. Et si esset non sine damno partus ad mensem nonum differri posset, & qui iam septimo mense satis alimenti & respirationem satis liberam non habuisset, octavo iam grandior factus ob utriusque defectum magis periclitaretur & debilitaretur: & ita nono mense ad partum non vegetior esset, quàm octavo, sed debilior.

Atque hæc, quæ à P. Zacchia breviter attuli, satis vero consentanea sunt, & probabiliter dicuntur. Cum enim inter mille infantes, qui in lucem eduntur, vix unus vel alter septimo vel octavo mense nascatur, sed reliqui omnes nono aut decimo, non videtur partus septimi & octavi mensis pro planè legitimis habendos, & quod tam mature edantur, id ob causam aliquam præternaturalem fieri, quàm si ob naturæ robur ipsius exitus viuat, vitalem esse per accidens, et si

A plerumque tales esse possint, vel brevis vitæ. Potestque & istud, quæ de varietate partus humani dicuntur, suspectum reddere, quod in computandi partus tempore sæpius saepe errant: dum si las verum conceptiois tempus latet. Cum enim reliqua animalia pleraque stata & certa congruè tempore habeant, homo solus omnibus anni diebus & quibuslibet diei, ac noctis horis concipitur: unde cum fœtinæ saepe concubitu utitur, non semper satis certè sciunt, à quo conceperint.

Hoc saltem explanationem adhuc desiderat, qui fiat, quod septimo mense nati magis vitales sint, quàm octavo mense nati. Cum enim, ut hæcenus dictum, octavo mense nati diutius in utero morantur, & propterea quoque maiorem perfectionem acquirant, quàm septimestres, vegetiores etiam & magis vitales esse deberent. Contrarium tamen ferè omnes Medici docent, & ipsa experientia id testatur. Causam illam à motu, qui per se septimo mense accidat, & infantem debilem reddat, sumptam non sufficere antea dictum est. Paulus Zacchias lib. 1. tit. 2. quest. 4. hanc causam reddit: Quotò, inquit, tenerior & recentior fœtus est, èd facilius à morbifica causa lædi potest: quo verò fortior est, èd magis morbificæ causæ resistit, & non nisi à forti causa læditur. Cum verò & qui septimo, & qui octavo mense nascitur infans, uterque non plane legitimo tempore nascatur, & ob causam morbificam partus anticipetur, putat, septimestrem fœtum, quia debilior, cui etiam causæ cedere, octimestri è vero, quia fortior non nisi cum magna difficultate cedere, diutiusque cum morbo luctari & ex ea pugna debilitari eius vires, & neque partus labores, neque externi aënis iniurias tolerare, neque vires recolligere posse, atque ita necessario interire. Verùm præstipponitur hæc, non probatur, causam, quæ naturam ad partum ita impetuum stimulat, semper maiorem esse octavo mense, quàm septimo, quàm si quis in puerperis, quæ tale quid patiuntur, inquirat & consideret, rem semper ita sese habere non inueniet. Deinde fieri potest, ut fœmina aliqua febre tertiana, vel alio morbo chronico laboret, quæ septimo, octavo, nono & decimo mense easdem vires habeat, ipsa pestea pariat, minus tamen ea periclitabitur, si nono vel decimo mense & legitimo tempore pariat, magis si septimo, omnium maxime si octavo. Ergo alia adhuc causâ querenda videtur.

Cum vero inferiora hæc gubernentur à celestibus, non absurdum videtur etiam hic, ubi alia firmæ rationes non suppetunt, ad astrorum vires & motus confugere: modo probable aliquid asseratur. Vulgo quidem Astrologi quidam hanc huius rei causam reddunt: Quamprimum concipitur fœtus, primo mense ei Saturnum dominari dicunt, secundo Iovem, tertio Martem, quarto Solem, quinto Venerem, sexto Mercurium, septimo Lunam. Si igitur per hoc Planetarum peracta, fœtus iam absolutus in lucem prodeat, vitalem esse dicunt. Si vero debilis sit, ut octavum mensem expectare cogatur Saturni octavo mense iterum dominantis maleficæ vires experiri, caloremque eius minui, & si edatur, ideo vitalem non esse.

Verùm ista sine omni ratione ita ponuntur: neque vlla ratione probatur, cui fœtus concepto Saturnus primo mense, & hinc reliqui, à Luna ultimo dominari debeat. Probabilior esset, si Lunæ primi mensis dominum daretur, vltimi Saturno. Nosiis fundamentis insistemus, quæ in Institutionibus, de diebus criticis, posuimus. Datum autem est ibi, dies criticos à Luna gubernari, breuiusque morborum terminationes à Luna, longiorum à Se-

Cur septi-
mon nse
nati magis
vitales sint,
quàm octa-
vovati

dependere. Cum ergo partus aliquo modo crisi- bus veto respondeat, etiam ex mente Hippocratis, lib. de septimest. partu, ita scribentis; Mulierum & foetuum conceptiones & partus eodem tempore. indi- cantur, quo & morbi & sanitas & mors cunctis mor- talibus: omnia autem istorum alia mensibus, alia diebus euenire videntur: omnino partus, causa, etiam gestatio foetus ferè annum durent, in motu Sol- is mihi querenda videtur. Etsi autem septenarij numeri magna est dignitas; creauitque Deus omnia in mensura, numero & pondere: numeri tamen quatenus numeri id non praestant; sed Creator sa- pientissimus numeris motus quosdam adiuuauit, si- cut certum est; Lunæ mutationes & motus varietates per septimanas fieri, & hinc acutorum mor- borum motus & crises pendere. Quapropter si in Solis annuo motu causa querenda est, vix com- modior inuenietur, quam in Triplacitibus dictis. Cum enim sol singulis mensibus signum vnium per- agret, solo mente quarto & octauo ad signa eius- dem triplacitatis peruenit, qui propterea etiam gra- uidis plerumque grauissimi esse solent. Nam cum ob mensium retentionem in omnibus grauidis qua- dam in corpore in praeternaturalem mutatio fiat, al- teratur illa & corrigitur, vbi Sol ad signa aliorum triplacitatis peruenit, quod sit exacto mense pri- mo, secundo, tertio, quinto, sexto, septimo, nono, decimo. Augebitur solum mense quarto & octauo. Hæc mea coniectura est, quam nulli pro demonstratione obtu- do. Statuatur hic quisque quod

A quid non sensu ac vita circumscriptum & definitum erit. Agnouit Aristoteles, id est im- pium esse, id, quod vult & sentit, perdere: sed si, vt verba eius plurimi interpretantur, demum post septimum diem id fieri statuit, malè sensit. Etenim si vtrumque semen sit secundum, & vterus bene dispositus, eo ipso momento, quo semen vtrumque in vtero recipitur & miscetur, anima in eo latens nullo modo otiosa est, sed vires suas statim exserit, & quod sui officij est, expedit: & proinde id, quod tum conceptum est, eicere & perdere velle, im- pium est. Et cum Hippocrates rectè docet, septi- mo die conceptus habeat, quæcumque habere de- cet: à quo, quæso, prioribus illis diebus illarum par- tium formatio facta est, si nulla vita adfuit? Itaque malo hic cum Macrobio, lib. 1. in somn. Scipion. c. 6. sentire, qui scribit, Semen, quod post iactum suis intra horas septem non fuerit in effusionem relapsum, habuisse in vitam pronuntiat. Et paulo post: Con- ceptum, quem quisque ultra septem horas sustinuerit, esse ad vitam creatum.

Paulus Zacchias quidem etiam foetum mortuum, etiam iusto tempore edatur, abortum dicendum esse putat. Verùm causa nulla est, si foetus iam per- fectus vel paulo ante debitum partus tempus vel in ipso partu moriatur, cur non verus, etsi foetus mor- tui, partus sit dicendus. Abortus enim propriè di- ctus, is saltem partus est, qui ante legitimum pa- riendi tempus accidit, & à causa aliqua violenta naturam ad immaturam expulsionem stimulante: si verò natura sponte statuto tempore ad expellendum insurgat, abortus non est. Et quidem si stricte rem æstimare velimus, etiam septimo & octauo mense editi abortiui dici possent: tamen quia interdum, si foetus vegetior sit, & causam morbificam, ob quam maturius editur, & aëris & partus iniurias vincit: si propriè abortiui dicendi sunt, qui ante septimum eduntur. Etsi enim quidam quinto & sexto mense nati perhibeantur, qui vitales fuerint: tamen id communi Naturæ legi derogare non debet.

Et sunt aliquæ Abortus, temporis & magnitudinis foetus ratione, differentiæ. Aliquando enim quod eicitur paruum planè est, & globosum, instar vnae acui, & in eo caput, brachium, crura, caput à trunco vix discerni possunt, quale quidem primis statim diebus eicitur: interdum quod eicitur, di- giti longitudinem æquat, & membra omnia iam di- stingui possunt: interdum spiculae longitudine foetus imperfectus eicitur: interdum abortiuum non multum à perfectione abest.

Proxima Abortus causa est Facultas expultrix ad expellendum irritata. Retentrix equidem in abortu etiam læditur, proxima tamen abortus causa non est. Quandoque enim primò quidem læditur, vt foetum retinere non possit, verùm læsa expultricem stimulat, quæ proxima abortus causa est. Quando- que verò expultrix primò læditur, postea verò Re- tentrix ex accidenti læditur, quatenus expultrici cedere cogitur.

Expultricem autem irritari vel offendi Galenus, 3. de fac. nat. cap. 12. tribus de causis docet, ob mole- m, aut pondus aliquod, aut morsum. Verùm causæ multò plures sunt, quæ tamen ab authoribus plerisque valde confusè traduntur. Vt eas, quan- tum fieri potest, elatè & ordine proponamus, duæ diuisiones proponendæ sunt: vna continet modos causarum, quæ expultricem stimulare valent: Al- tera per omnia causarum internarum & externa-

Abortus quorempore fiat.

Differen- tia.

Prima cau- sare diui- sio, & modi causarum.

CAPVT II.

De abortu.

Verùm vt iam ad ipsum partum accedamus, & Symptomata, quæ circa partum accidunt, re- censeamus, primò occurrit Abortus, Hippocrati ἀπορροή, & ἀπορροή & ἀβ. οσσι, aliàs etiam ἀπορροή, quod Symptomata, vt ipsum nomen indicat, abortus enim quasi non ortum, vel frustra ortum significat) est foetus nondum perfecti, neque vitalis, ante legitimum partus tempus exclusio. Si enim primis statim diebus, antequam aliqua formatio apparet, semen liquoris forma effundatur, ἔκρυσις, non ἔκρυσμις ap- pellant.

Tempus autem illud, post quod abortus dicendus sit, Aristoteles, 7. de histor. animal. cap. 3. Septi- mi diei spacio desinit, quod proculdubio sumit ex Hippocrate, qui lib. de carnibus, genituram vtero acceptam in septimo die habere quæcumque corpus habere decet, & abortum hoc tempore factum in aqum iniectum omnia diligentè inspicientia om- nium partium rudimenta exhibere docet. E quo loco nonnulli, sed satis imperitè concludere conantur, conceptum demum septimo die fieri. Hoc quidem rectè Aristoteles dixit, loco allegato, si semen in septimum diem permanerit, conceptum iam esse: sed naturam isto septem dierum spacio otiosam fuisse, inde non probatur. Et ista de conceptus demum septimo die opinio Gentilium impio dogmati occa- sionem præbuit, quod proposuit Aristoteles, 7. po- litic. cap. 16. dum scribit. Εἰ δὲ δὴ τὸ ἐκ τῆς γυναικὸς τὸ σπέρμα ἐκπίπτει τὸν ἑβδόμητον ἡμέραν, οὐκ ἐστὶν ἔτι γέννησις, ἰσχυρὸς δὲ τὸ σπέρμα ἐκπίπτει τὸν ἑβδόμητον ἡμέραν, οὐκ ἐστὶν ἔτι γέννησις, id est, quod si quibus inter se copulatis & con- gressis plures liberi, quàm definitum sit, nascantur, prius quàm sensus & vita inferatur, abortus est fo- etus inferendus. Quid enim pius ac religiosum sit,

Conceptus quorempore fiat.

uterus eius nullo morbo laboret, nec vltus à gràuida error committatur, neque ea ab vlla causa externa vel euidente lædatur, nihilominus tamen abortus sequitur & foetus spontè exitum querit, expultricemque vteri irritat. Quod accidit, si foetus debilis sit, & vel à parentum vitioso semine aut sanguine in ipsa conceptione debilem constitutionem corporis contraxerit, vel postea in utero debilitatus, vel etiam planè mortuus fuerit. Si enim debilior foetus sit, aut molestiam aliquam percipiat, inquietus fit, & se variè agit, inde etiam expultricem vteri stimulat. Si vero emoriatur planè, vt inutile pondus vterum grauat, retroque vapores & tandem quoque saniem de se emittit, quibus omnibus vterus ad expellendum stimulat. Debilitatur autem foetus, primò, dum idoneum alimentum non habet, idque vel quantitate vel

Debilitatis
infantis
causæ.

quantitate alimentum peccat, dum vel copia eius foetus obruitur & quasi suffocatur, vel contra quacunque de causa alimentum foetui subtrahitur. Alimentum foetui subtrahunt inedia & à cibo abstinencia seu voluntaria seu coacta, quò pertinet & appetitus deiectus, cum gràuidæ omnem cibum reiciunt; tenuis diæta in morbis acutis, immodica sanguinis euacuatio vel spontanea per vterum, nares, hæmorrhoides & alia loca quæcunque venis in iis quocunque modo apertis. Vnde Hippocrates, 5. aphor. 30. *Mulier in utero ferens sècunda vena abortit, coque magis, si sit foetus grandior.* Idem præstat alui profluuium, vt docet Hippocrates, 5. aph. 34. *Mulier in utero gerens si alius multum suat, periculis estne abortias.* Item lac, si sanguis qui ad vterum ad foetum alendum ferri debebat, ad mammas fertur præsertim dum adhuc partus tempus longius distat. Huc referenda est summa totius corporis gracilitas, in qua tantum sanguinis non suppetit, vt corpori matris, multò minus etiam foetui alendo sufficiat, de quo Hippocrates, 5. aphor. 44. *Quæ præter naturam tenues vterum gerunt, abortiunt, donec habitiores enaserint.*

Qualitate alimentum peccat, dum alimentum vitiosum foetui suppeditatur, quod fit, si mater est cacochymica, vel morbo aliquo totius corporis aut vteri laborat. Deinde debilis foetus redditur, vel etiam emoritur, ob morbos & intemperies insignes totius corporis vel vteri, ob externas & euidentes causas, quales sunt purgantia maligna & venenata medicamenta, vel à matre sumta, vel vtero apposita, quæ ipsi communicari possunt. Tertio omnes motus violenti corporis, quæ ipsi vim inferre possunt, item lapsus, percussio; tonitruum & bombardarum fragores, terror, ira, timor, frigidi aëris admissio, foetores & candelarum extinctarum fumus, & si quæ sunt similes.

Deinde et si foetus sit saluus, nihilominus vtero aliquid accidere potest, quod ipsum ad eiciendum foetum stimulet; & quædam hoc faciunt proximè & immediatè, quædam mediante retentrice læsa. Immediatè & proximè vterum ad expulsionem stimulant morbi, & dolores partium vicinarum fluxus alui, dysenteria, tenesmus, moles foetus maior, quàm vt angustia vteri ferre possit, inflammationes, tumores, vlcera, vulnera, graua symptomata, lapsus percussio, corporisque motus vehementes, animi affectus, qui spiritus & humores commouent, candelarum extinctarum foetor, purgantia medicamenta, vel alia venenata sumta, vel extra adhibita, Venas frequens & nimia. Mediantè vero retentrice læsa expultricis læditur, dum retentrix ita læditur, vt foetum amplius retinere non possit, sed quasi sponte excidere permittat. Tum enim expultricis in consensum trahitur, ipsumque

foetum, quem retentrix non amplius continet, excutit. Debilitatur autem retentrix vterob morbos vel totius corporis, aut partium vicinarum, quibus vterus in consensum trahitur, quales sunt febres acutæ, & longæ, vel ipsius vteri morbi, vt inflammationes & erysipelas, vteri internæ superficiæ leuitas à pituitoso & viscido humore proueniens, orificij vteri laxitas, causæ externæ violentæ, quæ ligamenta, quibus vterus foetui coheret, rumpe possunt.

Atque hi modi causarum sunt, quibus expultricis ad foetum intempèstiuè excludendum excitatur, quos iam per omnia causarum internarum ac externarum & euidentium genera videbimus. Hoc principio monendum, causas quasdam non vno modo, sed pluribus ad abortum excitandum facere posse vt iam patebit. Internæ causæ sunt primò morbi totius corporis, siue ij sint acuti, siue remissi & diuturni, quorum vis ad vterum pertingit & foetum debilitat. Nam in febris seu acutis seu intermittentibus, & vtero ipsi intemperies illa communicatur, ob quam & foetum nec rectè retinet, nec fouet, ipsique foetui intemperies quædam inducitur, & vitiosum nutrimentum suppeditatur, in acutis etiam ob tenuem diætam & appetitum deiectum, minus, quàm par est, alimentum foetui suppeditatur, vnde is debilitatur vel etiam moritur.

Deinde Symptomata graua, vt lypothimia & syncope, conuulsiones, dolores quocunque, vomitus, tussis sternutatio, & similia spiritus & humores agitando, musculisque abdominis & ipsum vterum, imò ipsum foetum concutiendo, naturam ad expellendum impellere possunt. De quo Hippocrates 7. aph. 27. *Si prægnans tenesmus superuenerit abortus causa est.* Trahitur enim harum partium dolore & excernendi conatus vterus in consensum. Quò pertinent & clysteres aciores, ratione doloris, quem excitant, item sanguinis euacuationes nimis, alui profluua, quæ partim spiritus & humores agitando, partim alimentum foetui subtrahendo abortus causæ sunt. De quo Hippocrates, 5. aph. 34. *Mulier in utero gerens si alius suat multum, periculum est, ne abortiat.* Et 1. aph. 27. *Si prægnans tenesmus superuenerit, abortus causa est.*

Vteri ipsius morbos quod attinet, si ille malè & p.n. dispositus est, nec foetum rectè retinere & fouere, nec ei idoneum aut sufficiens alimentum præbere potest, vnde ille molestiam percipiens mouetur vehementius, & ligamenta ac membranas suas distumpit; vel etiam emoritur; morbo quoque aut causa morbifica stimulatus vterus facilè ad expellendum foetum insurgere potest. Hinc abortus causæ sunt Inflammationes & erysipelas vteri, vel intemperies frigida & humida, cum pituitosi humoris abundantia, ob qua ligamenta laxiora redduntur vt eum amplius retinere nequeant, vel etiam frigida & sicca, quæ omnibus vitæ actionibus aduersa est, vel tumor aliquis durus & confirmatus in vtero, ob quem is foetum incrementum sumentem retinere non potest, vel interioris vteri superficiæ leuitas à pituitosi & viscosi humoris abundantia proueniens, quæ facit, vt secundina cum vtero minus firmiter connectatur. De qua Hippocrates, 5. aphor. 45. *Quæ mediocriter corpulenta abortum faciunt, secundo mense aut tertio sine occasione manifesta, iis cotyledones lentoris sunt plene, nec præponderare continere fatum possunt sed abruptis decidit.*

Ad abortum etiam facit vteri angustia, ob quam foetum grandiozem capere non potest, de quo in questione; eisdem item dèilitas, ob quam secundina cum vteris valis firmiter non connecti, nec vterus satis distendi potest. Situs etiam vteri mutatus & præcipuè

Causæ
internæ.

Causæ
abonæ
internæ.

Morbi
vteri.

ad inferiora prolapsus, vel orificii eius relaxatio, quæ potissimum accidit ob humidam cæli constitutionem, & nimium aquæ dulcistepidæ balnei vsum, aut frequentem venerem fœtu iam grandiore facto abortuscaussa esse potest. Ad abortum quoque faciunt vterivulnera & vlcera, quæ expultricem eius facultatem stimulant.

Fœtus vitia. Fœtus vitia supra iam omnia enumerata sunt, vbi qua ratione debilitari, imò emori possit, dictum. Pertinet huc & nimia eius magnitudo, dum nimium is nimis grandis est, vt vtero capi non possit, vt propterea molestiam percipiens & ipse exitum querens, & vterus eandem sentiens, onere isto sese liberare cupit. Accidit autem hoc cum fœminæ tenelle & paruo corporis habitu præditæ proceræ statura viris iunguntur, & præfertim dum primò pariunt id euenit. Tuac enim paulò post septimum abortite solent, postea verò, quia vterus sensim magis dilatatur, mense octauo, tertio in principio noni, donec tandem vterus satis dilatationi aduetus fœtum retinere possit.

Aliam adhuc abortuscausam, cuius alii autores non meminerunt, affert Guilielmus Fabricius, *cent. 2. obseruat. 50.* vbi hoc modo scribit: *Torentina Mayer, coniunx M. Urbani Ale, matrona honesta ac robusta, quæ ætatis tempore, anno 1605. ad quinti mensis finem ferè, signis omnibus fœtus viuui a parentibus, granida fuit. Circa finem verò quinti mensis fœtus primò imbecilliter ac languidè mouebatur, ita vt vix perferri potuerit. Deinde paulatim & intra paucos dies omnino cessabat moueri. Mammarum quoque, quæ antea lacte turgabant, nunc subsidebant, hæcasselabant, & exsiccabantur, aliæque signa aderant, ex quibus fœtum in vtero mortuum esse, facillimè conieciere licuit. Tandem circa finem octauo mensis, parturientium doloribus correpta, enixa est masculum, quem per tres ferè menses mortuum gestauerat. Huius autem abortuscausam nullam aliam inuenire potuimus, quàm milam acineptam conformationem vasorum vmbilicalium. Chorda enim, vt vocant, vmbilicalis, quæ communiter & in omnibus vlnarum aliquot longitudines esse solet, in hoc abortu vix spithamæ erat longitudinis. Hinc perspicuum fit, crescentem fœtum in vtero materno paulatim placentiam ab acetabulis sine cotyledonibus abstraxisse & separasse. Abstracto autem hepate vterino, necessariò moritur fœtus. Eandem historiam prolixius repetit *ibid. obseruat. 51.**

Causæ externæ. Causas Externas quod attinet, primò nobis occurrit frigidior aër, post calidum & humidum præcipuè, qui in vterum admissus, & ipsum vterum lædere & irritare, ac ipsi fœtum nocere potest. De quo Hippocrates, *3. aphor. 12.* *Si australis hyems & pluuiosa ac tepens fuerit, Per siccam & aquiloniæ mulieres, quibus partus in ver incidit, quauis causa abortiunt, &c.* Nam vt Galenus, *in comm. explicat,* corpora per hyemem videri, hoc est, tepidâ ac clementem, humida & mollia & rarefacta initio facillè ad intimas vsque sui partes ambientis nos aëris verni frigiditatem admittunt. Quo fit, vt partus, qui longo iam tempore aëris tepori & clementiæ adueuerunt, vehementius à frigore percellantur & offendantur.

Astrologi non sine causa hic addunt malignos siderum aspectus, quos nulla alia apparente causa manifesta frequentes interdum abortus in grandis sequuntur, quod propterea partus instantis indicium habetur.

Cibus. Cibus si copiosior sit, fœtum suffocare potest; si exiguus, & fœtui alimentum subtrahitur, & mater debilitatur; si prauus ac mali succi, paruum nutri-

A mentum fœtui suggerit, ob quod is debilitatur, vel etiam emoritur. Cibi quoque aperientes & medicamentosi & vterum & fœtum stimulare possunt. Eadem potus ratio est. Calidior enim & vtero & fœtui intemperiem vitiosam imprimit, mensesque mouet; copiosus calorem vteri & fœtus suffocat.

Vigilæ nimis spiritus exhauriunt, Somnus nimius calorem hebetat. Sed istæ causæ rarò tantam vim habent, vt abortum excitare possint. **Vigilæ & somnus.**

B Euaeuatio nimia per aluum, vomitum, quo & purgationes pertinet, abortum excitant, cum quod alimentum fœtui subtrahunt, tum quod in vniuerso corpore humores & spiritus exagitant, qui motus facillè ad vterum & fœtum etiam peruenire potest, tum quod in purgantibus fortioribus maligna qualitas & vterum & fœtum offendit, idque præcipuè fit ante quartum mensem, & post septimum de quo supra, *sect. 5. cap. 3. quæst. 3. An gravidas purgare liceat,* dictum. Sanguinis verò per vteri venas & hæmorrhoides effluxus nimius fœtui alimentum subtrahit præcipuè si is grandior sit; contra nimia repletio & sanguinis abundantia fœtum interdum suffocat, & abortum excitat. Dum enim maior sanguinis copia ad vterum confluit quam à fœtu absorberi possit, circa vteri venas cumulatur, naturamque grauat, vnde vel mensium fluxus excitatur, qui vt fœtus simul excludatur, occasionem præbet, vel si retineatur, calorem & fœtum copia suffocat. **Inanitione & repletio.**

C Motus corporis quicumque nimius & violentus fœtum excutere potest, vt saltus, quo modo Psaltria apud Hippocratem conceptum excussit, gestatio aut eleuatio grauis ponderis, lapsus cursus, in equo aut cutru succutiente vestio, percussio ventris ac dorsu, obdominis compressio, tussis magna, vomitus, starnutatio, conuulsiones, Veneris vsus immoderatus; quæ vel musculos abdominis comprimendo, vel ligamenta, quibus fœtus vtero annectitur, rumpendo, vterum agitando, vel vasa vmbilicalia rumpendo, cuius rei exemplum habet G. Fabricius, *cent. obseru. 50.* vel vterum & fœtum agitando abortuscaussa esse possunt. **Motus & quies.**

Idem præstant animi pathemata, ira, terror, metus, quæ spiritus turbando & agitando, vel calorem suffocando abortuscaussa esse solent. **Animi pathemata.**

D Res verò non necessario occurrentes quod attinet abortum excitant partim alimentum fœtui subtrahendo, ut venæ sectio, purgatio, inedia, partim spiritus & humores turbando & cum expultricem in matre excitando, tum fœtum in vtero agitando aut ledendo, vel ligamenta, quibus fœtus vtero coheret, rumpendo, quarum iam ante de motu & inanitione facta est mentio, vel alio modo fœtum mouendo, quod itidem præstant motus violentus, medicamenta maligna & venenata, quocumque modo adhibita, imprimis quæ fœtum excutere valent, & in vtero dicuntur, qualia sunt, asa fœtida, castoreum, myrrha. Et quæ extra variis modis adhibentur, vt opopanax, galbanum ammoniacum, sulphur, vngulæ asini suffitus, colocynthis, ruta, cucumer syluestris, sel vaccinum, camphora. Fœtida item, quæ inter causas istas facillè primas obtinent. Atque imprimis fœtorum candelarum extinctarum, quem etiam equabus fœtorum excutere se obseruasse, vir nobilis fide dignus mihi retulit. Sumit hic occasionem fragilitatem hominis deplorandi Plinius, *lib. 7. hist. nat. cap. 7.* dum ita scribit: *Miseret, inquit, atque etiam pudet astimantem, quàm sit friuola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. His principiis nascuntur T. vranis, his carnifex animus. T. u, qui corporis viribus fidis, in qui*

fortuna

Fortuna minor à complexaris, & te ne alumnus quidem eius existimas, sed partum: tu, cuius semper in victoria est. mens, tu qui te Deum credis, aliquo suo casu cumens, tanti perire potuisti: æque etiam hodie innotis potes quantum serpenti illius dente; aut etiam, ut Anacreon Poeta, acino vna passe, ut Fabius Senator Praetor, in laelis haustu uno pilo strangulatus. Is demum profecto vitam aequalance pensabis, qui semper fragilitati humana memor fueris. Hæc Plinius. Tandem etiam venena, quæ & matri & foetui nocent, abortum excitare possunt.

Hoc loco mirabilia abortus frequentis historia non prætereunda, eiusque causæ inquirenda. Fœmina quædam honesta, temperamento sanguineo, & corpore *robustum*, primum filium grandisculum laboriosè enixa est, postea verò septies abortit, & quod mirum, etiam diuersis temporibus, & nunc breuiore, nunc longiore à conceptu temporis spatio, nimirum nunc mense primo, nunc secundo, nunc tertio, imò etiam quarto & quinto abortiret: tamen omnes abortiui eiusdem magnitudinis fuerunt, pollicis articulum ferè æquantes, membrorum tamen delineationem exhibentes, & vasa umbilicalia i utar filii tubulis albi. Post singulos verò abortus sanguis laudabilis & copiosus effluit. Dum verò grauida esset, vomitionibus; enormibus semper infestata fuit. Huius itaque frequentis & miri abortus causæ quæ fuerit, non ita facillè dicta est. Hæc quidem pato esse probabile, causam primariam tot abortuum esse sanguinis materni, à quo, ut altero generationis principio, per venam umbilicalem post primam ex semine factam conformationem, affluente, perfectionem & augmentum foetus sumit inopiam & defectum. Causam autem, cur sanguis ita in formatione foetus defuerit, reddere difficillimum est. Etenim sanguis in corpore non defuit, quod matris constitutio sanguinea, & copiosus sanguinis laudabilis post partum fluxus docent. Cùm ergo ille ad foetum formandum & augendum non perueniret, quæstio prima est; altera, cur natura conceptum, quem perficere non potuerit, non citis reiecerit; tertia, cur tot abortus diuersis mensibus facti, semper eiusdem magnitudinis fuerint.

Primum quæstionem quod attinet, posset quidem alicui in mentem venire, in primo partu qui laboriosus fuit & forsitan violenta secundarum extractione officina venarum in utero tallosa facta fuisse, ut postea, ubi iterum concepit, sanguis ad foetus formationem assilire non potuerit. Verum vix fieri potuit, ut omnes pariter venæ in utero cicatricem vel callum obduxerint. Si v. aliqua saltem salua sint, conceptus fieri potest; cum compertum sit, ut ex superioribus, & F. Roull patet, maleres, quæ hydatides in utero habuerunt, aut pessum contra vteri proci dentiam gestarunt, imò skeleton foetus mortui in utero habuerunt, nihilominus concepisse. Præterea fluxus sanguinis copiosus, qui post abortum semper accidit, venas vteri satis patuisse probat. In ipsi vasis umbilicalibus potius causæ querenda est, cum ea plus iusto exilia & tenuia fuerint, secundina contra aliquod incrementum sumserit. Quænam autem causa vitij huius vasorum umbilicalium fuerit, inuenire difficillimum est. An debilitas vteri post primum partum laboriosum contracta in causâ fuerit, ut femina non rectè misceri, & ignobiliores partes, & inter eas vasa umbilicalia, non rectè conformari potuerint, sed exilia, tenuia atque infirma remanserint, quæ postea, accedentibus vomitionibus enormibus, quibus prægnans semper insigniter infestata fuit facillè abrupti potuerint: An vero, quia semen virile quidem, idque satis potens adfuit, & ex eo par-

tes spermaticæ nobiliores formatae sunt, femineum v. semē, ex quo imprimis, aut certè ex eo præcipuè cum masculino mixto, ignobiliores partes, ligamenta, & vasa umbilicalia etiam formantur, ob callum vasi ei acultatio fundo vteri inserto, ob partum laboriosum defuerit, vel paucum adfuerit, atque ita ob senis foemini defectam vel paucitatem, vasa umbilicalia perfici non potuerint, & tenuia atque exilia remanserint, Lectori perpendendum, & si hæc causæ non satisfecerint, rem altiori eius indagini relinquo.

Secundam & Tertiam quæstionem quod attinet, mihi probabile videtur, naturam ideo non statim conceptum eiecisse quod ipsius infans spermaticæ nobiliores, ex ipso semine, masculino præcipuè, satis rectè conformatae fuerint, ideoque eorum perfectionem Natura adhuc semper molita sit, & propterea de opere non desperans conceptum satis diu retinuerit. Quia verò in omni conceptu per vasa umbilicalia non rectè formata, sanguis maternus affluere non potuit, conceptus ille nullum incrementum sumit, donec tandem Natura de perfectione eius desperans, vel etiam aliis causis lacessita eum eiecerit.

Signa Diagnostica.

Abortus si iam factus sit, id per se manifestum est, nec signis quibus cognoscatur, opus est. Abortus verò instans & futurus ut prævideatur & cognoscatur, veile est. Cum autem foetus naturaliter constitutus in utero sine insigni matris molestia, in conuenienti situ, vsque ad partum tempus legitimum commorari, & sanguine materno alii debeat: abortus futuri indicium est, primò, si mammae extenuentur, ut Hippocrates, *5. aph. 37.* docet, dum scribit: *Si mulieri vterum ferenti mamma subito extenuentur; abortus sequitur.* Et *5. aphor. 53.* *Qua facta sunt perditura, is mamme extenuantur:* Et ibid. *aphor. 38.* *Mulieri geminos ferenti, si altera mamma extenuetur, alterum abortu edit.* Indicat enim mammarum hæc citra euidentem causam extenuatio defectum sanguinis esse in venis vtero & mammis communibus, ob quem foetus periclitatur: In aliis verò causis, ubi ob violentiam foetus agitur & vasa rumpuntur doloresque excitantur, spiritus & sanguis ad partes genitales ruunt, quibus mammae destitutæ extenuantur. Si etiam lac copiosum è mammis effluat, partum imbecillum & hinc metum abortus indicat, ut Hippocrates, *5. aphor. 52.* docet. Si verò iam grauida crebros circa ventrem & lumbos dolores percipiat, qui versus pubem & os sacrum desinunt, eum quodam ex vtero egerendi conatu, certum id imminentis abortus indicium est. Dolores ij enim membranas & ligamenta, quibus foetus vtero coheret, tendi & diuelli significant. Quod si post dolores & conatus hos sanguis vel purus, vel ichorosus, vel aqua ex vtero effluat, abortum iam instare, & disrupta iam vasa, ac membranas & os vteri apertum esse significat. Actum etiam situs mutatur, & qui antea E sublimis & fastigiatus quasi in medio ventre erat, iam conglobatus versus pudenda deuoluitur, & alia graui symptomata, rigores, tremores cordis palpitationes & similes sequuntur.

Ut curatio autem rectè institui possit, causæ discernendæ sunt. Morbitosus, ut & vteri, è suis signis, quæ in superioribus libris, & hoc ipso de morbis vteri sunt propostæ, cognoscuntur. Signa foetus debilis antea, *sect. 5. cap. 7.* sunt propostæ. Causæ externæ verò & evidentes cum sensibus manifestæ sunt, de iis ab ipsis grauidis & adstantibus Medicus certior fieri potest.

Prognostica.

Prognostica.

1. In abortu semper mulieres magis periclitantur, quam in partu naturali; quia violentior est, quam naturalis partus, & tempore alieno fit. Vt enim in fructibus maturis pediculi ab arbore laxantur, & fructus sponte decidunt: ita in partu naturali vasa & ligamenta, quibus foetus utero cohaeret, sponte laxantur, & solvantur, quae in abortu violenter abrumpi necesse est.

2. Aliquando tamen euadunt, sed multis symptomatibus infestantur, & steriles postea redduntur. Interdum enim ex disruptione vasorum violenta haemorrhagia nimis excitantur, ad quas syncope, deliria, conuulsiones & tandem ipsa mors sequitur, & raro seruantur, quibus in abortu vel post abortum conuulsiones accidunt. Interdum etiam propter dolorem & sanguinis affluxum, sanguinisque retenti putrefactionem febres excitantur, & alia praua symptomata.

3. Minus tamen laedantur, quae aliis sanae sunt, & quae infantes iam pepererunt, vt via iam patentior sit & partui allueta, & quae uterum habent humidiorum & laxiorum.

4. Imprimis vero primus abortus periculosior est; cum loca genitalia adhuc angustiora & grauidae doloribus istis non allueta sint. Dilaceratis etiam vasorum oculis ferè postea steriles euadunt.

5. Magis quoque periclitantur in abortu feminae nimis graciles, propter infirmitatem, vt & nimis crassa propter viam angustiam & adstrictionem.

6. Periculosior est abortus sexto, septimo & octauo mense; quia infans iam grandior in exitu maiores labores, & vasorum & ligamentorum ruptio nem affert.

7. Quibuscumque ex deperditione circa uterum, & tumoribus, in capitis grauitatem, permutantur in syncope dolores & quicumque alij ab utero, istis octo aut decem mensibus in coxendicem finiunt. 6. epid. comm. 1. text. 2. Videantur Interpretes.

Indicationes.

Indicationes.

Medico autem duo scopi in abortu sunt propositi. Vnus respicit praeseruationem, alter curationem. Et quidem commodius est, abortum praecauere, quam abortum subuenire, & idonea medicamenta feminae adhibere, vbi nondum grauida est. Quando enim mulier iam concepit, difficile, imò ferè impossibile est, ea remedia vel vniuerso corpori vel utero adhibere, quae vitia illa, ob quae femina ad abortum procliuus est, curare possint. Praecautur autem abortus, causis eius cum ante conceptionem, tum post conceptionem occurrente, quae cum omnino sint variè, etiam vna ab abortu praeseruandi ratio non est: Post conceptam vero simul & foetum & uterum roborantia vsurpando.

Curationem vero & ipsum abortum iam praesentem, qui praecauti non potest, quod attinet, danda opera, vt via laxentur, & expultrix adiuetur, vt minori cum molestia & labore foetus excludatur.

Praeseruatio.

Praeseruatio.

Vt femina, quae nondum est grauida, ab abortu, si concipiat, praeseruetur, totius corporis eius constitutio diligenter perpendenda, & si plethora, cacochymia vel morbus aliquis insignis in toto, & praecipue in utero adsit, is debito modo adiuuendus. Et imprimis si abortus accidat ob nimiam sanguinis copiam, sanguinem ante conceptionem secta in cubito vena imminuere vtile est: Imò si & post conceptionem eo abundet, metuentumque sit, ne ob copiam sanguinis abortiat grauida, quarto vel quinto mense vena in brachio sperienda, sanguisque imminuendus.

A Si vero ob cacochymiam, & quod frequenter accidit, ob pituitosos & frigidos humores, quibus uteri vasa & acetabula plena sunt, abortus fiat, totum corpus conuenienter euacuandum, hinc uterum per pellos idoneos purgandus, tandemque calefaciendus, exsiccandus, & roborandus de quibus supra, part. 1. sect. 2. c. 6. de intemperie uteri frigida & humida cum materia, satis dictum.

Si vero post conceptionem alia causa interna, vt morbus aliquis totius vel uteri, abortus causa sit, is curandus, vel graue symptoma aliquod adsit, illud tollendum, vt de singulis suo loco dictum.

Et imprimis ea, quae saepius abortum passae sunt cum facile conicere possint, qua de causa abortiatur, rectissime facerent, si illam tolli curarent, antequam iterum conciperent. Si tamen id neglectum sit, id etiam, dum grauidae sunt, praestandum, & ante illud tempus, quo ante abortire solitae sunt, vel venae sectio instituenda, vel si cacochymia insignis adsit, ea leni, sed frequenti purgatione, & per *iacuam* tollenda: atque iis, quibus humida adest corporis intemperies cum pituita, vterum laxans, decoctum Chinæ vel Sarsae parillae exhibere vtile est, additis iis, quae foetum roborant.

Externae etiam atque euidentis causae, quae abortum excitare posse diximus, omnes studiosè ac sedulò vitandae, & si ea fortè aliquid damni vel matri, vel foetui intulerunt, id contrariis medicamentis tollendum & corrigendum.

Et propterea grauidae, quae abortui obnoxiae sunt, in aere temperato versentur, vitent aestum & frigus, odores graues, imprimis candelarum extinctarum. Vtantur cibis temperatis, boni succi, facilis coctionis; ab aliis vero medicamentosis absterneant. Vinum bibant non potens, aut cereuisiam puram. Motus corporis & animi valentiores vitent. Non frequenter cum marito coeant. Ne alius constipetur & dura fiat, caueant. Foetus ipse si sit debilis, causae omnes, quae eum debilitare possunt, remouendae, isque roborandus, vt antea, sect. 5. cap. 7. monstratum. Alterantia quoque vsurpanda, quae vi adstringendi, & roborandi ligamenta, quibus foetus utero annectitur, praedita sunt, quaeque uterum firmant, & foetui peculiari proprietate vires ac robur addunt, quae allegato loco sunt proposita: inter quae non postrema sunt corallia, & D grana tinctoria, quae chermes dicuntur: quibus haec

Foetum & uterum roborantia.

℞. Magister. corall. ʒ. j. margar. prap. ʒ. ʒ. rasura eboris ʒ. j. mastich. ʒ. ʒ. granor. chermes ʒ. j. manus Christi perlar. ʒ. ij. F. puluis. Vel ℞. Conseru. ros. ʒ. ij. saluia ʒ. j. cortis. citri condit. ʒ. vj. myrobalan. chebul. condit. pulpa dactyl. an. ʒ. ʒ. marg. prap. ʒ. j. magister. corall. ʒ. j. Cum Sir. cydon. F. Electuar. Quod si abortus iam instet, & dolores ingruant, adstringentia cum exhibenda, tum extra vsurpanda. Vtilis est hic puluis vel magisterium coralliorum in ovo sorbili sumeum. Vel ℞. Conf. ros. rubr. ʒ. j. corall. rub. prap. mastich. an. ʒ. i. M. Extra regioni lumborum; renum, pectini & perineo illinatur Vng. Commisq. Vel ℞. ol. rosac. myrtini, mastichin. cydon. an. ʒ. ij. mentha ʒ. j. bdel. aceto dissol. styracis liquid. an. ʒ. ij. ol. nuc. mosch. express. ʒ. j. cera q. s. F. Vnguentum. Vel ℞. Thuris, mastich. an. ʒ. ij. rad. tormentill. ʒ. j. Santal. omn. ʒ. j. fl. ros. rubr. ʒ. ʒ. boli Armen. ʒ. ij. sang. drac. ʒ. j. ol. cydon. mentha, cera an. q. s. F. Vng. Ex iisdem etiam addendo picem naualem, resinam, colophoniam, fieri possunt Emplasta. In manu gestet granida, vel umbilico apponat magnetem; brachio alliget & sub alis gestet lapidem aquilae, vel qui in utero ceruae interdum reperitur, corallia item, iaspides, smaragdos adamantes.

Curatio.

Curatio.

Verum si medicamentis istis nihil perficiatur; sed dolores partus & foetum expellendi conatus magis magisque incrementum sumant, desistendum est ab adstringentibus; quia non solum foetum, sed & secundinas, & sanguinis, qui euacuari debet, effluxum impediunt, sed expulsio foetus, quae praecaveri non potest, potius adiuvanda. Ideoque laxantibus, imò facultatem expultricem irritantibus, utendum, quae hic proponuntur, opus non est, cum postea de partu difficili & foetu mortuo sint proponenda.

Q V A E S T I O.

An vteri angustia abortus causa esse possit?

Propter vteri angustiam abortum fieri posse docet Hippocrates, i. de morb. mul. dum scribit: Sed & ipsi vteri naturas habent, quibus abortum faciant, cum sint flatuosi, densi, magni, parvi, &c. Idem, lib. de superfet. propter angustiam vteri quandoque abortum fieri posse docet. Et lib. de sterilitate, scribit: Si mulier in tertio, quarto aut quinto mense abortum faciat, atque hoc pluribus vicibus, & eodem tempore, hoc ideo fieri, quia vterus distendi non possit. Et Galenus, 3. de fac. nat. cap. 12. de expultrice tractans, ventriculi, vesicae, vteri in specie mentionem facit: scribitque: Offensionis triplex est causa, aut nimia moles, aut pondus aliud, quod, aut motus. Mole, ubi vterus extendi amplius non tolerat: pondus, cum supra vires aegre sit, quod continet: motus, ubi vel humores, qui prius in membranis continebantur, in vterum sint effusi, vel etiam totus partus corruptus & putris tunicam vteri irritat & mordet. Et ratio idem suadere videtur. Cum enim partus naturalis fiat, ubi foetui iam grandiori amplius in vtero locus non est, si praeter naturam vterus sit angustior, ita ut etiam minori adhuc foetui sufficientem locum praebere non possit, causa haec abortus esse potest.

Contra alij in ea sunt sententia, vteri angustiam nullo modo ad abortum facere posse. Cum enim vterus à natura comparatus sit, ut ad foetus augmentum, & ipse, quantum opus est, distendi possit, non facile fieri posse putant, ut ob loci angustiam ante tempus excludatur foetus. Et si, ut vterus, non quantum opus est, distendi queat: tamen id saltem augmentum foetus impedire, non vitam auferre, vel abortum excitare putant.

Verum enimvero prior sententia vero similior videtur. Et si enim verum sit, vterum, dum naturaliter se habet, ita conformatum esse, ut naturaliter ad capiendum foetum & ad partum usque retinendum extendi possit, tamen causa nulla est, quin praeter naturam talis eius conformatio esse possit, ut ita angustus sit, ut ad foetum capiendum, donec legitimo tempore in lucem prodeat, non sufficiat, sed ab eius mole, ubi incrementum sumit, ita afficiatur, ut abortus inde sequatur. Ita ventriculus quidem comparatus est, ut pro cibi assumpti quantitate facile distendatur: compertum tamen est, ventriculorum quibusdam ita angustum fuisse, ut etiam mediocrem cibi quantitatem, quam alij facile ferunt, retinere non poterint, sed vomitu reiecerint.

Operum Sennerti Tom. III.

CAPVT III.

De Partu naturalis signis & modo, regimine parientium, & officio obstetricis.

Postquam femina partu tempus vicinum & vix ^{Grauidæ ante partum regimena.} una atque altera septimana abesse cognouerit, aëris frigiditatem & æstum cauere debet, vitare odores graues, imprimis candelabrum extinctarum foetorem. In conclau, in quo degit, non asseruet pyra vel cydonia, neque matichen aut thus; cum etiam vapores istarum rerum constriuant, partemque, quae laxari debent, ad partum minus aptas reddant. Non etiam res suaucolentes olfacere debet, ne vteri conatus, qui in partu deorsum esse debet, sursum fiat. Cibi sint facili coctionis, ac boni succi, eorumque vsus moderatus. Ab omnibus, quae adstringunt & densant, absteineat, ut oryza, milio, quis duris, auibus & carnibus durioribus. Utatur iusculis ex viuo conditis cinamomo & croco. Alius ut laxa sit, non dura, det operam. Imò si partum iam iam instare animaduertat, clystere emolliente aluum laxare utile, imò necessarium est; cum si aluo obstructa ad partus labores accedat, non partum periclitetur. Utile etiam fuerit, partum iam prope instans, alternis diebus vel quarto quoque die ante insidere balneo aquae dulcis tepido, in quo malua, althæa, semen foenigræci, lini, artemisia, flores chamæmeli cocti sint. Hoc modo enim partes omnes circa vterum humectantur, & laxantur; ut postea in partu facilius dilatari & foetui exitum praebere possint. Ita tamen eius vsus moderandus, ne vel grauida, vel foetus debilitetur. Post balneum dorsum, lumbi, venter, ac partes circa vterum inungi possunt linimento parato de mucilagine seminis althææ, lini, foenigræci, cydoniorum, & oleo liliorum alborum, amygdalarum dulcium, violarum, butyro sine sale ac pinguedine gallinae; vel solum oleo lili. alborum. Quae balneis uti nolunt, partes easdem foueant spongis vel linteis duplicatis eodem decocto madidis. Post balneum utantur grauidæ foetum confortantibus antea propositis.

Cæterum postquam infans perfectus est, & iam ^{Signa partus infantis.} tempus pariendi legitimum, de quo antea dictum, adest, ille exitum quaerit, & natura eundem expellere conatur. Ac tum dolores grauidam apprehendunt, qui ab umbilico ad inguina sese extendunt, & ad lumborum vertebrae extenduntur; qui accidunt, cum ob rupturam vasorum & ligamentorum, quibus foetus vtero cohaeret, tum praecipue ob insignem illum vteri conatum, quo, dum foetum extrudere conatur, fibrae eius membranosa extenduntur, & distenduntur, atque ij longe plerumque sunt grauiissimi, sine quibus tamen foetus non editur, & si cessent, pro malo signo proculdubio habetur, ideo forsitan, quod vis expultrix succumbat quasi. Hinc partes superiores circa umbilicum extenuari incipiunt, & quae super pectine & inguine sunt, extenduntur, & infans exitum quaerit.

Atque signa ista omnia obstetrices diligenter perpendere debent, ne, antequam verum pariendi tempus adsit, sine fractu, imò cum damno eius grauidam ad partus labores adigant.

Partus autem naturalis quomodo fiat supra, ^{partus naturalis modus.} capite dictum, nimirum commodissime fit, si infans capite deorsum versus vteri os conuertatur, crura verò sursum dirigat, & brachia quoque sursum ad femora directa habeat. Ita enim facilius exitum inuenit, nec manus & brachia fixabilia ipsi in transitu illo per locum tam angustum vllum iam

DD d ij

pedimentum afferre possunt. Atque tunc si obstetrix digitum in orificium vteri immittat, quoddam rotundum & durum instar oui ad orificium vteri hærere percipiat. Hinc ruptis membranis, aquæ, vt vulgò appellantur ab obstetricibus, ex vrina & sudoribus infantis collectæ effluunt, primò pauca, hinc copiosæ, denique sanguis aquosus effluit, atque vteri orificium ad fœtum excludendum aperiri incipit. Ac tum totum opus, Deo Optimo Maximo, cuius potentia hic conspicitur, & auxilium instante partu piis precibus implorandum, & parturientis labori & conatui, ac obstetris diligentia permitrendum, (& non verò prius, quàm os vteri hiare incipiat, in frustaneos labores conicienda) sella ad hanc rem idonea, & ad similitudinem Lunæ excavata seu semicirculi forma quatuor pedibus suffulta, & fulcro retrorsum inclinante instructa, vt infans commodiùs transire, & ab obstetrice excipi possit, collocada, in qua parturiens reclinato dorso & erubidiuaticatis sedeat. Nonnullæ tamen stantes pariunt, saltem spondæ vel sellæ innixæ: nonnullæ etiam in quo ira collocari debent, vt nec penitus supinæ iaceant, nec erectæ sedeant, sed erecto nonnihil dorso, vt liberior sit respiratio. Aër, in quo pariendum est grauidæ, sit temperatus.

Parturientis officium. Fœmina ita ad pariendum collocata, cum dolor sese exserit, & vterus sese aperire conatur, spiritum cohibeat, nec clamet, & omni conatu infantem extrudere conetur: dum autem dolores non vrgent, & vterus se claudit, & ipsa à conatu fœtum extrudendi cesset, nec frustaneo labore se fatiget, aut motu illo irritò causam præbeat, vt fœtus inuertatur.

Obstetricis officium. Obstetrix etiam non solum parturientem bene sperare iubeat, animumque eius erigat, & ad obsequendum alacriter hortetur, sed & parturientem iubeat decumbere, ambulare, stare, aut sedere, prout & quando opus est, motum etiam conuenientem in sella vel lecto parturienti monstret, & manus suas oleo liliorum alborum, vt & vterum fœminæ inungat, præcipuè in iis, quæ obesæ sunt, quorumque pudenda angustiora, & os vteri siccum, ac quæ primò pariunt. Vbi iam grauida in sella consedit, ipsa obstetrix ante parturientem in sella humili sedeat, vt ex superiore loco prædeuntem infantem excipere possit. Infantem vero exeuntem manibus linteo tenni ac molli obductis excipiat, diligenter cauendo, ne vlla pars lædatur.

Postquam infans in lucem editus est, sanguis qui in vasis vmbilicalibus est, versus infantis vmbilicum comprimendus, & ea, relicta parte quatuor digitorum transuersorum longitudine, abscindenda, & vmbilicus filo proximè ad ventrem, pollicis à ventre spatio constringendus mediocriter, vulnerique linteum duplicatum ol. rosaceo madidum imponendum. Cauendam verò, ne in vmbilici abscissione sanguis multus profundatur cum compertum sit, si infans debilis sit, & antequam vmbilicus vinciat, multum sanguinis effundatur, eum mortuum esse.

Danda quoque opera vt vna cum infante secundinæ exeant. Quæ si in vtero restiterunt, manu calido oleo illita in vterum immittenda extrahendæ sunt: quæ si vtero cohæreant, paulatim hinc inde circumagendæ, & tandem validius attrahendæ atque extrahendæ sunt.

Adstantii officium. Adstantium verò mulierum officium est, non solum verbis parturientem consolari, & animare, sed & fulcire & sustentare, & leniter patientis ventrem manibus patulis comprimere, & infantem deorsum deducere; ac si vires deficient, animique deliquia suspendeant, vino & aquarum destillatarum conue-

nientium odoribus eam recreare. Admittendæ vero ad eam operam non nisi mulieres, quæ & ipsæ sæpius pepererunt, & parturientibus adfuerunt: Iuuenulæ verò nuper nuptæ, & laborum istorum inexpertæ, quæ clamoribus & ciulatibus parturientis animum deiiciunt, non admittendæ.

CAPVT V.

De Partu difficili Naturali.

Atque hic partus naturalis modus est, qui etiam nunquam sine difficultate & dolore fit, & mulieres in partu plus, quàm bruta, laborant, iique dolores pœnæ loco lapsæ Euzæ in paradiso à Creatore indicti sunt: tamen dum naturaliter se habet, fit sine grauibus symptomatibus, infans fortiter mouetur, doloresque versus pubem tendunt, fœmina vires & spiritum fortem habet, interdum quoque in partu sternutat, & tunc partus facilis nominatur.

Contra vero ab isto naturali modo partus multis deflectere modis potest. Interdum tempus quidem legitimum & modus rectus & plane naturalis est, exitus tamen infantis difficilis: interdum tempus etiam legitimum est, sed modus non naturalis, dum scilicet infans non in caput conuersus, sed alia figura præternaturali exitum quærit: interdum ultra legitimum tempus in vtero hæreret: interdum fœtus in vtero plane emoritur: interdum nullo modo, nec obstetricis opera educi, nec medicamentis expelli, nec Cheirurgi opera fœtus extrahi potest, sed sectione opus, qui partus modus partus cæsareus appellatur. De quibus vitiis iam ordine agemus.

Et si verò partus difficilis, Græcis δυσία, in genere appellari possit omnis difficilis fœtus maturi expulsio, quacunque de causa ea fiat, ita vt etiam eum partum complectatur, cum infans non naturali figura exitum quærit, eumque propterea difficulter inuenit: tamen de non naturali illo partu, cum vitiosa figura in lucem prodit infans, qui partus difficilis præternaturalis nominari potest, sequenti capite agemus: hoc vero capite saltem de difficili agemus, cum sine figuræ vitio partus tamen est difficilis, & *partus difficilis naturalis* appellari potest.

Causa.

Causa autem difficilis partus est triplex, & vt partus difficulter fiat causa est vel in matre & vi expultrice, vel in fœtu ipso, qui editur, vel in viis, pequas egreditur infans.

Matris & expultricis ratione partus fit difficilis, quando ea debilis est: quod fit primò, cum ipse vterus debilis est, & ad expellendum non insurgit, ac dolores illi, qui ex vteri expellendi fœtum conatu excitantur, grauidam non apprehendunt. Deinde cum spiritus & sanguis, quibus natura tanquam primario instrumento vtitur, non in sufficienti quantitate in vtero musculisque abdominis adsunt, quod accidit, quia vel in toto corpore eorum est penuria, vel etiam si adsunt, non ad vterum, partesque, quæ partum promouent, fluunt. Deficiunt spiritus & sanguis in corpore, cum vel ob habitum corporis constitutionem laxam, raram, debilem, aut ætatem nimis iuuenilem senilemque spiritus & sanguis in corpore paucus est: vel cum ob æstum, inedia, immodicas euacuationes, venerem nimiam, spiritus & sanguis deficiunt; vel ob morbos aut symptomata graua, quibus grauidæ laborant, aut adhuc laborant, præcipue febres, absumentur,

Partus facilis signa.

Partus vitia.

Partus difficilis.

Partus difficilis naturalis.

Causa.

Matris & expultricis facultatis vitium.

& dissipantur, viresque deiciuntur. De quo Hippocrates, *s. aphor. 55. Qua gestantes vterum febribus corripiuntur, aut vehementer sine euidente causa extenuantur, ea difficulter & cum periculo pariunt, aut abortientes periclitantur.* Spiritus autem & sanguis aliò auocatur, cum parturientes mœstæ sunt, timidæ & pusillanimes, verecundæ nimium, aut alio animi affectu tenentur, aut propter dolorem, quod in delicatis accidit, fœtus expulsionem fortiter non aggrediuntur. Ad debilitatem matris quoque pertinet, si pectus & respiratori dicatæ partes sese non rectè habeant, ac spirandi difficultate laborent, & propterea spiritum, ut debeat, non cohibere & versus inferiora pellere possunt.

Fœtus vitia.

In fœtu causa est primò, si non vnus, sed gemelli sint, vel plures fœtus, & imprimis si vterque eodem tempore exitum querat, aut si fœtus molam coherentem habeat; aut si sit fœtus magnus, vel secundum totum corpus, vel secundum caput; si sit debilis, ob causas supra enumeratas, ut membranas rumpere & exitum sibi parare, cumque adiuuare non queat, & multò magis si mortuus sit. Huc tandem pertinet, si vasa umbilicalia aliquot gyris collo infantis circumuoluta sint

Vteri vitia.

In viis verò causa est, cum vel membranæ sunt crassiores & densiores, ut eas infans facilè dirumpere non possit, vel os, ceruix vteri, & rima pudendi angustiores sunt, aut minus lubricæ. Hæ enim tres viæ sunt, quas infans transire, & in partu dilatari debent. Os autem & ceruix vteri angustiores sũt in iis, quæ primò pariunt; deinde dum fœminæ nimis pingues & obesæ sunt; tertio dum tumor est in vtero, aut partibus genitalibus, vel exerescentia quædam; sicut refert Guillelmus Fabricius, *cent. 1. obseru. 67.* quandam fœminam totos sex dies parturientem tandem mortuam esse, corpore verò post mortem aperto vterum laceratum, & caput infantuli in ventris capacitatem immissum inuentum fuisse; partus verò difficultatis causam fuisse scirrhum in vtero, qui magnitudinem capitis infantuli fermè æquabat. Et *cent. 3. obseru. 57.* in fœmina quadam è partu mortua vterum in scirrhum, qui magnitudinem capitis infantis ferè æquabat, concretam atque induratum fuisse. Quarto dum comprimatur viæ ob tumores quoscunque partium circumiacentium, ut recti intestini hæmorrhoidum, duras in intestinis feces, flatus ea distendentes, calculum vesicæ. Quinto, dum ossa coccygis à prima conformatione non solùm firmiorem compagem, & articulationem habent, sed &, ac quidem præcipuè iusto laciore sunt, & extra ita compressa, vt intus gibba potius, quàm caua sint, & ab ossesacro & coccygis non satis distent, & ita fœtui exitum querenti viam præcludant, eamque non nisi angustam concedant, ut ita vel occipite vel sincipite infans in istis angustis necessariò hæreat, quæ maxima partus difficilis causa est, ob quam & fœtus & mater interdum periclitantur, imo pereunt: quod etiam fit ob ossa coxendicis malè formata & sita in claudicantibus. Sexto, dum vterus rectum situm non habet, & propterea eius os comprimitur; Viæ tandem minus lubricæ sunt, cum membrana ob tenuitatem nimis cito rumpuntur, ut aquæ, quæ vias istas humectare & lubricas reddere debent, citius, quàm par est, effluant.

Rimæ pudendi causa quidem rarius fit difficilis partus, infansque modo os & ceruicem vteri penetraverit, hanc facilius penetrare potest; tamen si breuior & angusta sit, fieri potest, vt infans & ibi subsistat, & partus non nihil difficilis fiat.

Signa Diagnostica.

Partum autem difficilem futurum, è causarum Operum Seueritè Tom. III.

Signa.

A modo enumeratarum præsentia cognoscitur, & si antea mulier difficulter parere solita est. Si vero parturire incipiat fœmina, ipsa, an facilè, an difficulter pariat, agnoscit, & an fœtus breui tempore edatur, per se patet. Partus etiã difficilis signum est, si dolores partus sint languidi, & per longa intervalla recurrant, dolores ad dorsum potius, quàm versus pudenda vergant. Quænam autem causa sit difficilis partus, facilè cognoscitur, si omnia circa matrem, fœtum & vterum diligenter perpendantur. Matrem enim debilem esse, causis, à quibus debilitatem eius pendere antea diximus, patet. An fœtus sit debilis, etiam è signis. supra, *sect. 7. cap. 7.* propositis manifestum euadit. An fœtus nimis magnus sit, vel caput magnum habeat, an gemelli adsint, & viæ sint angustæ, ab obstetrice cognoscitur. Si enim fœtus ipse rectè exitum querat, & mater officium suum faciat, nihilominus infans per illas angustias euadere non possit, sed in ipso officio vteri subsistat, & ingens distensio circa orificium vteri percipiatur, infantem aut eius caput nimis magnum esse, argumento est. Gemelli etiam & tactu ab obstetrico & situ cognoscuntur.

Secundinas duriores & densiores esse nec rumpi posse cognoscitur, quod partus labores perseuerant, & nihilominus aqua non effluit. Si omnia reliqua sese rectè habeant, & nihilominus exclusio infantis retardetur, aliquod fœtui adiunctum impedimentum proculdubio partum moratur; quod istud confirmat: quod grauida non satis commodè gestationis tempore sese habuit, sed variis molestiis vexata, & conceptionis tempora incerta & confusa habuerit.

Prognostica.

1. Omnis partus difficilis periculosus, & cum mater tum fœtus in eo periclitatur. Solent quæ grauiora mala, vasorum vteri & aliarum partium in abdomine, vt & pulmonum ruptiones, sicut Guil. Fabricius, *cent. 3. obs. 67.* narrat, fœminam quandam, è partu difficili intra 24. horas mortuam fuisse cuius venter apertus sanguine seroso repletus fuit; conuulsiones, vteri inflammationes, febres insignes, aliaque inde excitari. Interdum in partu difficili perinæum, & cutis à pudendis vsque ad anum rumpitur.
2. Interdum verò mater & infans salui euadunt: interdum & mater & infans periclitatur: interdum mater seruatur, infans moritur, & contra infans seruatur, & mater moritur.
3. Si mulier quatuor diebus in partu laboret, vix fieri potest, quin fœtus moriatur: quia interea temporis & matris & fœtus vires collabuntur.
4. Si partus difficilis fiat ob expultricis vitium, & debilitatem matris, quæ febre laborat, ea tamen nec acuta valde, nec diuturna, & mater & fœtus seruari possunt.
5. Si ob ossium pubis magnitudinem partus difficilis fiat, fœtus peribit, & nisi Cheirurgi ope extrahatur, etiam mater de vita periclitabitur.
6. Quid ex situ fœtus, dum exitum querit, vitioso prælagendum sit, capite sequenti dicetur.

Indicationes.

Indicationes præcipuas causæ suppeditant, quæ remouendæ. Si ob matris virium debilitatem partus difficilis accidat, vires roborandæ; spiritusque reficiendi, & facultas expultricis stimulanda. Si ob vitium fœtus partus difficilis accidat, sique sit nimis magnus, viæ dilatandæ. Si viæ nimis angustæ sint, eæ laxandæ, aut si alius morbus in his, is tollendus. Et cum dentur medicamenta, quæ partum facilitantia dicuntur, quæ proculdubio & fœtum ad exeundum & naturam ad expellendum stimulant.

D Dd iij

lant, ea quoque vsurpanda. Quæ omnia si non sufficiant, ad operationem cheirurgicam accedendum, fœtusque Cheirurgi opera extrahendus.

Curatio.

Curatio.

Partum facilem reddentia medicamenta.

Primò sunt medicamenta, quæ in omni partu difficili locum habent, quæ virtutem expultricem irritant & confortant, ac medicamenta partum facilitantia vocantur, qualia fere sunt, quæ aliàs menses prouocare solent, nempe *aristolechia rotunda, dictamnus Creticus, albus, semen lauendula thymum, satnreia, crocus, cinamomum*, & quæ ad cinamomum pertinet *cassia lignea* seu aromatica (vbino-tandum, nonnullos crassum errorem committere, qui ad partum facilitandum cassiæ lignæ seu aromaticæ loco vtuntur cortice fistularis, quæ ad laxandum vsurpatur) *myrrha, succinum album* & ij. vel 3. j. pondere ex vino albo vel aqua liliorum alborum, vel alia conuenienti exhibitum. Nonnulli etiam olei succini guttam ex aqua verbenæ propinant: *borrax mineralis*, quem ʒ. j. vel 3. ʒ. pondere exhibitum Fallopius & plures alii Medici commendant. De quibus tamen notandum, vt leuiora maturè, & cum partum instare colligitur, validiora, cum partus iam instat, exhibeantur, fortissima verò, quæ fœtui nocere possunt, non exhibeantur, nisi summa vrgeat necessitas, aut vbi fœtus mortuus est.

Ideoque in principio cochlear vnum Aq. Cinamomi exhibere sufficit. Vel ʒ. *cassia lignea, dictamnus Creticus* an. ʒ. j. *cinamomi* ʒ. ʒ. *croci* ʒ. j. F. puluis. Dosis ʒ. j. ʒ. *boracis mineralis* ʒ. j. *cassia lignea* ʒ. j. *croci* ʒ. vj. F. puluis, qui cum vino maluatico aqua verbenæ diluto, vel sola aqua verbenæ exhibeatur. Vel ʒ. *cinamomi* ʒ. j. *croci* ʒ. ʒ. *betonic, dictamn. Cretici*, an. ʒ. j. F. puluis. Dosis ʒ. j. Vel ʒ. *cassia lignea* ʒ. j. *dictamnus Creticus succini* an. ʒ. ʒ. *cinam. boracis* an. ʒ. j. ʒ. *croci* ʒ. j. F. puluis. Dosis à ʒ. ʒ. ad ʒ. j. Vel ʒ. *radic. aristol. rot. longa, pulegij, dictamnus Cretici, cinam. veri*, an. ʒ. ʒ. F. puluis. Vel ʒ. *succini albi* ʒ. vj. *cinamomi* ʒ. ij. *cass. lign. myrrha, boracis* an. ʒ. j. F. puluis. Vel ʒ. *aristol. rot. vera* ʒ. ij. *myrrh.* ʒ. j. F. puluis. Detur ex vino. Vel exhibeatur decoctum dictamnus Cretici & fl. leucoij lutei. Vel ʒ. *rad. Aristol. rot. vera, cass. lignea* an. ʒ. ij. *dictamnus Cretici, pulegij, sabina* an. M ʒ. fl. *lauendula, cheiri* an. p. j. Coq. in vino, & detur haustus eum aq. cinamomi ʒ. ij. Amatus Lusitanus, cent. 5. curat. 34. hunc puluerem è vino exhibitum commendat. ʒ. *cinam. opt. trochise. de myrrha, croci opt.* an. ʒ. ʒ. F. puluis. Sed croci copia paulò maior videtur. Alius experientia probatus. ʒ. *dictamnus albi succini* an. ʒ. j. ʒ. F. puluis, cuius dimidium ex vino calido exhibeatur. Rondeletio hic in vsu fuit. ʒ. *sem. lauend.* ʒ. ʒ. *plantag. endin.* an. ʒ. ij. *piperis* ʒ. j. F. puluis qui exhibeatur ex aqua caprifolij & endiuicæ. Potenter quoque promouent fœtum guttulæ aliquot liquoris è ligno coryli destillati, in conuenienti aqua exhibitæ. Vtile est & oleum cinamomi, si eius gutt. ij. vel gutt. iij. in aq. verbenæ exhibeantur. Imprimis ab autoribus commendatur Scundina siccata seu tosta puluerisata & exhibitæ, vt & vasa vmbilicalia, quæ hoc modo præparari possunt. ʒ. *partem secundina vel chordæ vmbilicalis, & in furno siccatur, ac puluerisetur.* Postea ʒ. *pulueris huius* ʒ. ij. *cinamom.* ʒ. j. *croci* ʒ. ʒ. Cum succo sabinae F. Trochisci. Dosis ʒ. ij. in liquore conueniente. Vel ʒ. Vrachum cum duobus vasis coniunctis, abluatur vino, & in fistilino vtratur in clibano, & denuo aqua endiuicæ & vino abluatur. Postea ʒ. *Huius cineris* ʒ. ij. *cinam.* ʒ. ʒ. *piper. longi, galanga* an. ʒ.

A j. *seminis plantag. endinia* an. ʒ. j. ʒ. *lauendula* ʒ. ij. F. puluis. Vel ʒ. *galbani, myrrha* an. ʒ. j. *radic. aristol. rot. dictamnus Cret. gentiana* an. ʒ. ʒ. *castorei, croci* an. ʒ. j. Cum succo salnia F. Massa, Dosis à ʒ. ʒ. ad ʒ. j.

Externa quod attinet, suffitus possunt fieri ex suaveolentibus, & in vterum immitti. ʒ. *ladani* ʒ. ij. *styracis calamis, benzoës* an. ʒ. ʒ. *moschi ambra* an. gr. vj. F. puluis, vel trochisci. Vel fiant pessæ fœtum prouocantes, vt ʒ. *galbani aceto dissol.* ʒ. j. *myrrha* ʒ. ij. *croci* ʒ. j. Cum ol. *irino*. Misc. F. pessus. Vel ʒ. *mercurialis q. sem. nigella, radic. cyclam.* an. ʒ. j. Cum linteo F. sacculus pro pessario. Vnguenta quoque, si vmbilico, pectini & pudendo illinantur, fœtum promouent. Vt ʒ. *ol. cheirini* ʒ. ij. *succisabina* ʒ. i. *porri, mercurial.* an. ʒ. ʒ. Coq. ad succorum consumptionem, adde *galbani aceto dissol.* ʒ. ʒ. *myrrha* ʒ. ii. *styrac. liquid.* ʒ. i. *rad. aristol. rot. cyclamin. cynam.* an. ʒ. ʒ. *croci* ʒ. i. *cera q. s.* F. Vnguentum. Vel paretur tale cataplasma: ʒ. *radic. bryon. aristol. rot.* an. ʒ. i. *artemis. pulegij, sabina, ruta* an. M. i. Puluerisetur, adde *farina lupinorum* ʒ. ii. & Coq. pro Cataplasmate.

Sternutoria præterea partum promouent, de quo Hippocrates, 5. aphor. 35. *Mulier hystorica aut difficulter parientis sternusamentum prodest.*

Amuleta quoque ad partum promouendum vulgò à fœminis vsurpari solent, *Exuvia* nimirum *serpentum*, quibus parurientem cingunt, *lapis æcites*, cuius vim clarissimi quique Medici obseruarunt, ac de eo Leu. Lemnius, *de occult. nat. mirac. lib. 4. c. 12.* scribit, eius vim vsu quotidiano in Gallia probatam esse, vt scilicet supra quidem alligatus fœtum retineat, ad femora verò, attrahat, partumque facilem & expeditum reddat. Refertque, heroinam quandam, cum tot gestandi vteri decursu, hoc à collo gestamine commoda valetudine vsa esset, partuque instante id adimere atque à pectore amouere neglexisset, sensit illa pariendi difficultatem, infantemque tardius desilire; sed detracto de collo Aëtite, eoque admoto femori in tetra parte non procul à pube, leuem placidumque partum consecuta est. Imo tantam occultamque vim habet Aëtites, vt non solùm fœtum, sed & vterum ad se trahat, scribitque Fr. Valleriola, *lib. 1. obseru. 10.* cum mulierculæ Valentinae cuidam mulieri difficili partu laboranti lapidem Aëtitem magnum ceteri alligassent, & edito partu propter imprudentiam & obliuionem lapidem à crure non amouissent, post paucas horas, prodeunte matrice, mortem miseræ illatam fuisse. Promouent & partum *corallia, iaspis, radix polygoni, coriandrum viride*, quæ coxæ aut plantis pedum alligantur. Atque ista remedia in omni partu difficili locum habent.

Causas verò in specie quod attinet, si vires, quibus in hoc labore maximè opus est, deficiunt, omnibus modis reficiendæ, & propterea Vinum odoratum vel panis recens vino madidus naribus admo- uendus, aut vinum cum nuce moschata & caryophyllis. Vtilis hic est confectio alchermes, quæ & cor confortat, & languentem facultatem excitat: in qua si quis lapidem Lazuli & moschum ac ambram reformidet, potest eorum dosis minui. Vel dentur spec. diamosch. vel diamarg. cal. ʒ. i. ex vino.

Si verò ratione fœtus partus difficilis est, & quidem si gemini adsint, ita manibus obstetrix eos regere debet, ne in exitu vnus alterum impediatur, & propterea eum, qui exitui propior est, promouere, alterum verò retrudere, donec prior exierit. Si fœtus sit magnus nimis, vias laxantibus & lubricantibus, de quibus mox dicetur, vtendum.

Si viarum vitio partus difficilis contingat, exque

Topical

Sternutatoria.

Amuleta.

Vires vt reficiendæ.

Gemini in partu vt regendi.

Via vt accommodanda.

minus lubricæ sint, quod aqua nimis citò effluerit, oleis & decoctis emollientibus laxandæ: si via angusta sit, itidem emollientibus laxanda, ol. amygd. de pinguedine gallinæ, anatis: quibus mucilag. sem. lini; cydonior. sem. althææ, addere licet.

Si tumor aliquis difficili partus causa sit, partes genitales leniter & blande tractare conuenit, vt citra insignem dolorem fœtui cedant, ideoque oleis & linimentis modò enumeratis inungendæ sunt.

Si ob ossium figuram vel situm minus conuenientem, vel etiam pinguedinem nimiam partus difficultas accidat, præcipua partum faciliorem reddendi ratio in conueniente parturientis situ consistit, quem obstetrix ipsi monstrare debet, vel ipsa etiam facillè animaduertit. Si feces in aluo duræ sint, clystere vel glande eliciendæ.

Si medicamenta non sufficiant, interdum ad manus operam deueniendum. Itaque si membrana solidior fœtum retineat, eam digitis oleo dulci inunctis rumpere obstetrix debet, vel discindere, vt Aëtius, *retrab. 4. cap. 23.* docet. Si verò membrana quidem rupta sit, fœtus tamen non prodeat, obstetrix omni modo laborare debet, vt fœtum viuam sine damno, quantum fieri potest, extrahat.

Et cum in partu difficili interdum fœtus tandem quasi semianimis in lucem prodeat, diligens eius cura habenda, ne plane emoriatur. Ideoque diligentes obstetrices spiritum ipsi per vtrumque os, ore & penna inflare solent, aromata mandere, & halitum adspirare & inspirare. Melle os perungatur. Lingua instilletur guttula aquæ vitæ, eademque pulsus & narium foramina perungantur, lauetur fœtus vino, lacte vel cereuisia; capiti imponatur sacculus ex nucem moschata, macere, caryophyllis, cinamomo, vino maluatico madidus; funiculus umbilici foueatur maluatico vel vino, aqua, vel cereuisia calida. Post sectum umbilicum *℞. maluatici & aq. vitæ part æq. calefiant, & in iis dissolu. ol. nuc. moschat.* Deinde pannus lineus iis imbaatur, eoque umbilicus inuoluatur. Pauperiores semen cymini coquere possunt in cereuisia, & eodem modo pannum lineum ea imbuere & umbilico imponere.

Diæta.

Diæta.

Vbi partum instare fœminæ senserint, versentur in aëre temperato, cibis adstringentibus abstineant, contra vtantur cibis facili coctionis & boni succi, iisque in pauca quantitate, sed frequenter exhibitis, iusculis gallinarum, & consummatis dictis, caricis, dactylis, uuis passis. Moderatè moueantur, non multùm vigilent, balneis laxantibus & decocto maluz, althææ, sem. sœnugræci vtantur, & loca genitalia ol. lil. alb. amygd. mungant. Animi affectus nimios vitent.

In ipso partu aër in cubiculo parturientis sit temperatus. Omnis fœtor amoueatur. Si partus iis diutius protrahatur, oua forbilia & panis vino malidus exhibendus, nuces conditæ, caro citri & cortices citri.

CAPVT V.

De partu vitioso seu difficili præternaturali.

Peculiaris verò partus difficilis differentia est, cum fœtus non eo situ & figura, qua naturaliter & frequenter edi solet, sed alia prodit, quæ in specie. *Partus vitiosus seu difficilis præternaturalis* appellari potest. Partus autem huius vitiosi & præternaturalis multi modi sunt. Cum enim partus naturalis fiat cum infans capite primùm exit, manibus & cruribus sursum protensus; quocumque etiam modo

aliter infans prodit, partus is vitiosus est. Pouissimum tamen tres modi sunt. Nam exire conatur infans vel pedibus, vel manibus, vel obliquus. Idque rursum variis modis. Dum enim manibus vel pedibus primùm exire tentat, prodit vel vtroque pede, idque rursum vel manibus ad femora applicatis, qui I. modus est: vel brachius & genubus extensis ad latera & distortis, qui II. modus est: vel manibus sursum extensis, qui III. modus est: vel vno pede, & rursum manibus ad femora applicatis, qui IV. modus est: vel brachius sursum extensus, qui modus V. vel in genua, qui est modus VI. vel vtraque manu, qui est VII. modus: vel vna manu, qui VIII. modus: vel manu & pede vtroque, qui modus IX. Obliquè dum egredi conatur, rursum variis modi sunt. Vel enim natibus primùm exire tentat, brachius sursum protensus, qui modus X. est: vel supinus dorso orificio vteri obuoluitur, brachius & cruribus sursum extensis, qui modus XI. est: vel humeris ad orificium vteri tendit, brachius & cruribus idem sursum extensis, qui modus XII. vel pronus ventre ori vteri obuiat, manibus & pedibus suusù versus dorsum reflexis, qui modus XIII. est. Ac vt geminos addamus, vel vterque gemellus in caput prodit, qui modus XIV. est: vel vterque in pedes, qui modus XV. est, vel alter in caput, alter in pedes, qui modus XVI. est.

Videatur schema.

Verùm proculdubio multò plures adhuc figuræ vitiosæ partus sunt, cum rectum quidem sit simplex, vitiosum multiplex, exque sæpe obstetricibus occurrant. Talis figura est, quam descripsit & depinxit Gu. Fabricius, *cent. 4. obseru. 57.* Fœtus is in transuersum situs erat, & ita quidem, vt caput sinistro, pedes verò dextro hypochondrio ita insisterent, vt in vtroque latere prominentia non obscura obseruari posset. Spina dorsii autem fœtus versus vteri orificium vergebat. Brachiam dextram extra orificium propendebat, sinistram verò, vt quoque crus dextrum (quod versus caput reflexum) mediantibus vasis umbilicalibus (qui truncum corporis bis circumdederunt) trunco corporis ita alligabantur, vt ab initio fœtus ad exitum minus commodè sese parare posset, sed omnia inuerso ordine acciderent. Itaque cum fœtus, qui & maturus & robustus erat, maximo impetu sese moueret, sinistro pede corpus vteri versus dextrum latus dilacerauit, vt pes extra vterum immineret. Hinc cum iam septem dies in partu laborasset, expultrix vteri plane & subitò quieuit, & parturientium dolores ac conatus cessarunt, atque ipsa expirauit.

Sed præter hos & alij modi sunt partus vitiosæ rariiores, seu rara quædam, quæ circa partum fiunt. Lutetiæ cuidam mulieri grauidæ fœtus exertam manum per umbilicum fuisse, & quindecim dies ad partum sic stetit, saluaque matre euasisse viuam & vitalem, Hollerius *interrara, num. 8.* refert. Quæ res cum plane mira sit, non sine causa optat Rouffetus, *de partu cas. sect. 4. hist. 5.* Hollerium addidisse, quomodo postea enixa sit ista grauida, & per quam viam, & an postea iterum vterum gestarit. Huic quid simile Ioh. Schenkius, ex relatione D. Tobiz Cneulini, recenset, dum scribit, Augustani Tinctoris vxorem omphalocolem ex partu contraxisse; & licet duodecim libererum mater facta fuerit, satis tamen commodè habuisse, quod fasciæ ad ruptionem idonea vteretur. Accidisse verò, vt in partu fœtus subito sursum ad omphalocolem abriperetur, inibique hæreret, turgente & expanso tantùm umbilico, vt ad tactum fœtus membra exactè dignosci possent, non sine matris & fœtus vitæ periculo. Factum tandem fuisse, vt peritissimæ

Fœtus per umbilicam manum exierens.

fœminæ manu in vterum immiffa fœtus fingulari dexteritate ab umbilico ad locellos reuocaretur, & filius viuus & vitalis ederetur.

Cauſſæ.

Cauſſæ. Hippocrates, in lib. de nat. puer. duas huius partus vitioſi cauſſas refert, vteri ſcilicet amplitudinem, & mulieris tempore partus ob acerbos dolores inordinatum motum, cum nimirum modò ſurgit, modò decumbit, modò in vnam, modò in alteram partem, & huè atque iſtuc ſeſe iactat. Hiſce enim motibus inordinatis fœtus à ſitu illo naturali facilè dimouetur. Quibus addi poteſt membranarum fœtum inuoluentium craſſities. Has enim cum capite rumpere non poteſt infans, manibus & pedibus id tentans, modò in hanc, modò in illam partem mouetur.

Signa Diagnostica.

Signa. Qua figura autem prodeat fœtus, & quæ pars primò oriſicio vteri offeratur, reſtiſſimè obſtetric explorare & deprehendere poteſt.

Prognostica.

Prognostica. 1. Omnes iſtæ fœtus exitum quærentis figuræ præternaturales, non ſolum difficiles ſunt, ſed & periculoſæ, vt interdum mater, interdum fœtus, interdum & mater & fœtus pereat.

2. Minus tamen periculi eſt, cum infans in pedes, præcipue vtrumque, exit. Latini hoc modo natos Agrippas appellant.

Agrippæ.

Curatio.

Curatio. Si fœtus non recto ſitu prodit, obſtetric manu oleo inuncta, vnguibus præciſis, partim adducendo, partim retropellendo, partim in rectum agendo, pro vt opus, fœtum dirigere, & in meliorem ac naturalem ſitum conformare debet; & omnis labor eò dirigendus, vt fœtus in cavitatem vteri reducatur. Non rarò enim accidit vt, poſtea proprio & naturali exundi conatu ſua ſponte naturalem figuram nanciſcatur.

Quod ſi non fiat, & prima figura ac in ambos pedes manibus ad femora applicatis prodeat, commodiſſimum quidem foret, ſi poſſet in vterum retrudi, vt in caput prodeat. Verùm cum metuendum ſit, ne ſi hoc tentetur, aliam vitioſiorem figuram acquirat, non facilè iſta figura mutanda, cum vix fieri poſſit, vt pedes ſurſum retrudantur, quò fœtus in caput exeat, ſed obſtetric oleo manibus inunctis vias lubricare, & brachia infantis prehendere, ne ſurſum protendantur, debet, & ſi propter magnitudinem, quam augent porrecta ad latera brachia, difficulter prodeat, os & ceruix vteri inungendus, exituſque adiuuandus; in quem finem etiam ſternutatorium naribus admouere vtile eſt.

Quod ſi II. Figura, in pedes ſcilicet, ſed pedibus, genibus & manibus diſtortis prodeat, parturientis à ſella ad lectum deducatur, & niſi infans ad naturalem ſitum redeat, vterus comprimatur & grauida aliquoties circumuoluatur, donec infans ad commodiorem ſitum perueniat.

Quod ſi III. Figura, in vtrumque pedem, manibus ſurſum extenſis exitum quærat infans, periculoſus partus eſt, & brachia facilè læduntur. Itaque vt partus hoc modo fiat, obſtetric permittere non debet, niſi infans nimis paruus ſit, & os vteri amplum, vt ſine damno facilè exitum habere poſſit. Ergo grauida in lectum ſupina capite demifſo, & natibus altioribus, collocanda, quod commodè fiet ſi ſupinæ molle aliquid ſub coxas ſubſternatur, & ſub lecti pedes, quo altiores ſint hi, à pedibus aliquid ſupponatur, & cervical nullum ſit ſub capite. Et tum ventrem ſurſum ſtringendo, tum infantem retrudendo, iſ in vterum repellendus, vt commodiorem figuram nanciſcatur. Cum verò retruſus fuerit

A fœtus, atque hinc & hinc obuoluitur, vt ſecundùm naturam conſtituatur, quicquid ſub lecti pedes & ſub coxas poſitum eſt, ſubtrahatur. Imprimis danda opera, vt facies infantis dorſo matris obuertatur: id quod in omni partu præternaturali obſeruandum.

Si verò IV. Figura, vno nimirum pede, altero retracto & manibus ad femora applicatis, infans prodeat, parturiens eodem modo in lecto collocetur, ſeſeque voluet aliquoties, vt infans naturalem ſitum acquirat. Quòd ſi non fiat, ſed pes alter quoque oriſicio vteri offeratur, iſ comprehendendus & partus eo modo, quo in I. figura promouendus.

Si autem V. Figura, vno pede ori vteri oblato infans prodeat, nullo modo iſta partus figura permittenda, ſed ad meliorem redigenda, vt III. figura dictum.

B Quod ſi VI. Figura in genua prodeat infans, manibus ad femora demifſis, vtrumque genu ſurſum impellendum, donec ſitum figuræ I. acquirat, & ſic vt in figura I. partus promouendus. Aut ſi id tutum non videtur, parturiens in lectum collocanda, & volutanda, donec infans naturalem ſitum acquirat.

Si VII. Figura in manus ambas prodeat infans, humeris apprehendendus, atque eo uſque intro reducendus, donec manus lateribus applicet. Et ne ad priorem partus figuram redeat, ab obſtetrice brachia ad latus deducenda. Quod niſi ſuceſſerit, ad lectum deducenda grauida, vt in eo infans naturalem ſitum acquirat. Quem ſi nullo modo adipiſci licet, partus omnino periculoſus eſt, niſi infans plane paruus ſit & vteri os amplum. Vt tamen tum facilius prodeat infans, os vteri oleis idoneis laxandum, vterus comprimendus, & brachia, quantum fieri poteſt, coniungenda.

C Si VIII. Figura, vna ſcilicet manu, pedibus in vterum porrectis ſeſe offerat infans, non extrahere eum conandum; cum magis hoc modo infans firmaretur, & membrum vel luxaretur, vel abrumperetur, ſed parturiens ad lectum deducenda, & tum ventrem ſurſum ſtringendo, tum infantem ſurſum pellendo, in vterum iſ retrudendus, vt naturalem ſitum acquirat: quòd ſi ſponte non fiat, inſerta manu eminens brachium ad latus componendum, vt ita naturalem ſitum infans nanciſcatur.

D Si IX. Figura, manibus & pedibus iunctis ſimul prodire conetur infans, obſtetric operam det, vt pedes ſurſum protrudat, brachia lateribus applicet, caputque infantis apprehendat, & ita ad naturalem partum diſponat.

Si X. Figura, natibus ori vteri obuertiſis, ad partum veniat infans, obſtetric manu anum ſurſum protrudere debet, & caput ad os conuertere, & ita ad naturalem partus figuram dirigere. Idque mature faciendum, ne in vitioſiorem aliquam figuram infans veniat. Quòd ſi obſtetric obtinere non poſſit, parturiens ad lectum deducenda, vt infans in meliorem ſitum conuertatur.

E Si XI. Figura, tranſuerſus ſcilicet & ſupinus, vel etiam in latus alterum inclinans infans prodeat, eodem modo, vt in priore figura, nates ſubleuandæ ſunt, caputque ad os vteri dirigendum. Quòd ſi non fiat, mater in lectum componenda & voluenda, donec fœtus ad meliorem figuram veniat.

Si XII. Figura, humero nimirum ori vteri obuerto exire conetur infans, porrectis ſurſum pedibus ac manibus, non ita difficulter in naturalem figuram dirigitur, humeros ſcilicet ſubmouendo, & ſurſum pellendo, vt caput ori vteri obuertatur.

Si XIII. Figura, ventrem & pectus ori vteri obuertat infans, manibus & pedibus retrò coniectis & ſurſum verſis, periculoſiſſimus partus eſt. Quapropter obſtetric inſerta manu brachia primùm in-

fantis apprehendat, hinc caput, idque orificio vteri obuertat, brachia verò submoueat, & ad latera dirigat. Quod si obtineri non possit, etiam in hoc casu parturiens ad lectum deducenda, vt se voluerit, vel etiam pedibus comprehendenda, atque concutienda, vt infans in aliam figuram statuatur, vt enim motu & agitatione partus naturalis in vitiosam figuram inuerti potest: ita idem motus & agitatio figuram non naturalem in naturalem mutare valet.

Si XIV. Figura Gemelli prodeant, & quidem capitibus simul ad orificium vteri conuersis, obstetricis officium est, alterum, qui ori vteri propior est, excipere, alterum verò, dum prior prodit, non planè dimittere, ne in vterum regrediens figuram aliquam vitiosam acquirat, sed priore nato, & ipse postea statim prodeat.

Si XV. Figura Gemelli pedibus vtriusque ori vteri obuertis prodeant, periculosus partus est. Quapropter obstetrix det operam, vt alterius brachium apprehendat, corpusque inuertat, vt caput ori obuertatur, idque postea in altero etiam faciendum. Quod si obtineri non possit, mulier in lectum deducenda, & danda opera, vt agitatione corporis gemelli in meliorem figuram reducantur.

Si XVI. figura Gemelli prodeant, alter in caput, alter in pedes conuersus, obstetrix eum, qui capite ad os vteri conuersus est, naturalemque figuram habet, primò extrahere & excipere debet: alterum verò in vterum submoueat & in naturalem figuram restituat; vel quòd tutius, vt de I. Figura dictum, pedibus cum obstetrix prehendere debet, & conari, vt eum extrahat.

Videatur Schema pag. 641.

CAPVT VI.

De Partu Tardo.

Partus tardus.

Circa partum nec hoc prætereundum, quosdam tardius quàm naturaliter solet, nasci. Cardan. lib. 1. tract. 3. *contrad.* 8. Patrem suum prædicasse scribit, se decimo tertio mense natum. E Plinio, lib. 7. cap. 5. & Aucerna, lib. 9. de animalibus constat, quosdam post menses quatuordecim peperisse. Et Alex. Benedictus, de *crand. morb.* lib. 25. cap. 23. refert, se accepisse, quandam quatuordecim mensibus partum tulisse. Et Massa, *epist.* 29. tom. 2. scribit, nobilissimam quandam matronam Venetiis ex coniuge septuagenario concepisse, & tandem quinto decimo mense puellam peperisse, orbatam oculis, & truncatam manibus, quæ vixit quinque mensibus. Et supra, cap. 1. relata est historia nobilissimæ cuiusdam feminae in Gallia, quæ duos foetus, vnum decimo octauo, alterum vigesimo mense peperit. Et Paschalis Gallus, in sua *Bibliotheca medica*, narrat, Renatum Thiboneau Med. D. edidisse miraculosam historiam foetus in vtero viginti tres menses gestati, apud Turonenses. Atq; ex Alberto Crantzio referunt, quod ex Dice Bauch Vandale vxor conceperit, & biennio prægnans fuerit, & pepererit infantem gradientem & loquentem. Et Auentinus, lib. 5. *Annal. Boior.* scribit, feminam biennio vterum ferentem maritum loquentem enixante esse. Mercurialis denique, *consil.* 85. ad Illust. & Generosiss. Dn. Christoph. à Volckenstein scribit: Nunquam, inquit, aut visum aut scriptum est, (quantum tum ipse recorder) mulierem vllam foetum viuum quatuor annis ventre gestasse, quemadmodum hæc à te mihi proposita mulier, quam scribunt anno 17. enixam matrem, mox primo coniuge orbatam, cum secundo ac tertio 16. annis sterilem mansisse, donec

A tandem quarto nupta concepit foetum, quem ipsa omnino affirmat, se iam quarto anno exacto viuum gestare, non modò absque vlla insigni molestia, verùm etiam eum summo valetudinis lucro, nempe quæ prius innumeris pene malis tentaretur, nunc verò à cunctis libera sit. Sed hæc rara & pene miraculosa sunt. Acciduntque proculdubio ob semen debile, vterique calorem languidum, quibus decaussis & foetus tardius absoluitur, & expulsi languet. Non est autem in Medici potestate talia corrigere, sed Naturæ omnia permittere.

CAPVT VII.

De Partu nullo, & Foetu in vtero mortuo.

Tandem in partu & hoc contingit, vt quidem tempore legitimo pariendi conatus sese manifestent, doloretque grauidam apprehendant, & aqua, vt fieri solet, effluat; postea tamen omnes illi dolores & conatus euanescent, nec vnquam redeant, aut si aliqui redeant, foetus tamen non excludatur, atque ita partus nullus accidat, sed infans intra matrem relinquatur.

Partus nullus.

Accidit autem hoc quatuor modis. Vel enim foetus & mater moriuntur, vel mater viua manet, & foetus moritur: vel mater viuunt, & foetus viuunt, in lucem tamen edi non potest: vel mater moritur, & viuus foetus in vtero relinquatur.

Differentiæ

Causæ.

Eadem ferè causæ, ob quas partus sit difficilis, si maiores sint, faciunt, vt infans planè excludi non possit, partusque nullus fiat. Etenim cum primò conatus matris validus, eiusque robur ad sustinendos partus labores requiratur, si vires matris non solum quacunque de causa sint imbecilles, sed & deficient, & dolores partus euanescent, vel etsi vtgeant, à femina tamen sustineri non possunt, conatusque excludendi deficiat, partus nullus fit, & sæpe mater vel infans, vel mater & infans hisce laboribus succumbunt & moriuntur.

Causæ.

Matris virium.

Deinde cum infans validus, fortiterque sese mouens partum faciliorem reddat, si infans sit imbecillus plane, vel etiam moriatur, partus nullus fit. Si quoque foetus magnus nimis sit, & mater tenella, accidit interdum, vt non solum partus difficilis fiat, sed & mater in partu succumbat, & vel mater vel foetus, vel vterque de via periclitetur & moriatur. Quod etiam accidit, si gemini sint, aut plures foetus, qui vna exitum querunt, aut mola carnea sit coniuncta, aut monstrum, uel si adeo foetus intumuerit, vt ipsi per consuetam viam exitus non detur. Imprimis verò non tantùm partus difficilis fit, sed & rariò nullus, si infans figura non conueniente, de qua *capite præcedente* dictum, prodeat. Cum enim hoc modo in orificio hæreat infans, & omnem matris conatum eludat, neque etiam ab obstetrice vel Cheirurgo in meliorem figuram disponi possit: fit, vt in istis conatibus varisque moribus & compressionibus non solum mater succumbat, sed & foetus interdum moriatur.

Foetus.

E

Tertio, si vix, per quas foetus transire debet, vel ob conformationem, vel ratione ætatis nimis angustæ sint, non solum difficilis, sed & nullus partus fieri potest. Imprimis vero hoc accidit, cum pubis ossa, quæ ob laxam cartilaginem, qua conglutinantur, non nihil in partu, præcipue difficiliore, cedere solent, foetui nullo modo cedunt, aut cum ossa coccygis nullo modo retrorsum cedunt, & lumbi in muliere breues sunt, & foetui exitus non patet:

Vitium.

Et quidem si fœtus sit fortis, aut partum promouentia fortiora exhibeantur, via verò non satis pateat, accidisse interdum compertum est, ut fœtus uterum pertriperit. Ita refert Guil. Fabricius, *cent. 1. obseru. 64.* se anno 1593. 21. Aprilis, Coloniae, praesentibus Clariss. & Doctiss. Ioanne Slotano, & Henrico Palantio M. D. D. dissecuisse orificis uxorem, habitantem in platea, quae appellatur longa ex parte mortuam. Comperta est matrix erumpente infante lacerata, eiusque caput in laeuam ventris capacitatem dimissum; eademque matrix, pars neruosa circa infantis collum contracta, quae ipsum proculdubio suffocarat. Mater totos undecim dies parturiens fuerat: obstetricibus Fabricioque tandem ipso pridie ante obitum frustra adhibitis: quum multò ante mortuus esset infans, in utero solo extante lauo brachio, quod propendebat. Et ibid. *obseru. 67.* scribit, honestam quandam matronam, Lustrix ad marginem Lemani lacus, totos sex dies parturientem fuisse. Ipso tandem aduocato, eam in agone mortis comperisse; ea ipsa etiam nocte à vita discessisse. Sequenti die se corpus aperuisse; uterumque dilaceratum, & caput infantuli in ventris capacitatem dimissum inuenisse. Huius autem difficultatis parienti causam fuisse scribit scirrhum, qui magnitudinem capitis infantuli propemodum aequauit. Hanc igitur scirrhum obstuisse, quo minus uterus tempore praegnationis sese satis extendere, & parturientis violentum motum fœtus sustinere potuerit.

Aliis tamen etiam de causis fœtus in utero emori solet nimirum ob alimenti defectum vel prauitatem, ob quam morbum aliquem in utero contrahit, vel copiam, à qua suffocatur, vel cum casu, percussione illi vis inferitur, aut iisdem causis, ut & saltu, tussi, sternutatione, acetabula, per quae alimentum ipsi defertur, soluantur, aut cum ex animi pathematibus nimis damnum percipit, aut ex medicamentis fœtum necare valentibus laeditur, ut ex morbis seu acatis seu longis, quae matrem infestant. Matris enim morbi fœtui communicari solent, quibus non solum laeditur & debilitatur, sed saepe planè moritur.

Signa Diagnostica.

Signa.

Siue autem mater moriatur, siue uiuat, omnino diligenter inquirendum, an fœtus adhuc uiuat, vel mortuus sit, ne si uiuat, in utero matris, tanquam in sepulchro, sine necessaria ope relinquatur. Etenim si mater uiuat, & fœtus mortuus sit danda, opera ut quamprimum expellatur vel extrahatur, ne putrescens matri damnum afferat. Si verò mater mortua sit, & fœtus uiuat, fœtus eximendus, antequam mater sepeliatur, qua de causa in sepultura non properandum, cum quae pro mortuis habentur, interdum reuiuiscere possint.

Fœtus mortui signa.

Cognoscitur autem fœtus in utero mortuus, quod mater & obstetrix motum illius amplius non percipiunt, etiam si roborantia, quibus alia vis eius languida excitari solet, adhibeantur: quando se de latere in latus conuertit, foetum ex vna parte in alteram instar lapidis dilabi percipit, facies & imprimis labra pallent, & partes extremae liuidae ac frigidae apparent, uteri regio & cernix frigida deprehenditur, mammae, quae antea turgabant, flaccescente incipiunt, & temporis progressu anhelitus fit foetidus, aqua & sanies foetida ex utero effluit, febres accenduntur, & horror febrilis accidit, animi deliquia, stomachi & capitis dolores, interdum & conuulsiones accedunt. Si etiam ante foetum secundina excludatur, foetus in utero mortui signum est; cum vasis umbilicalibus, quae spiritus & nutrimentum afferbant, ipsi spiritus & nutrimentum denegentur.

Prognostica.

A 1. Si fœtus ex utero edi non possit, periculosissimum est, & periclitantur cum mater tum infans: & quidem interdum fœtus moritur, mater verò manet: interdum mater moritur, & infans saluus superest: interdum mater & fœtus moriuntur: interdum & fœtus uiuus manet, atque uterque seruator Chirurgica extractione, de qua postea dicitur.

2. Nisi fœtus mortuus quamprimum excernatur, putrescens in vitæ periculum matrem conicit.

3. Quò peiora & plura fœtu mortuo in utero matres apprehendunt Symptomata, eo magis periclitantur, utpote si conuellantur, si tremant, si lethargo & somno graui corripiantur, si pulsus sit debilis. Si verò nihil tale patiuntur, ipsas seruari posse, spes est.

B 4. Et quidem plerumque grauidae ex fœtu morbos varios & mirandas affectiones partuntur, tandemque moriuntur, cuius rei exstant variae historiae. Fr. Rousselus, de partu Caesar. *sect. 4. cap. 2.* scribit, feminam quandam Aurelianensem, cum menstruorum suppressione & quartana laboraret, nec se grauidam esse suspicaretur, sed scirrhum se laborare putaret, tamen fœtum in utero gessisse, qui postea mortuus, nullis partus signis conspicuis, in utero computruerit, ut tandem ossa tractu temporis denudarentur, & uterum posteriora versus perforarent, ita ut sensim per aleum vna cum excrementis ossa fuerint excreta, & inter caetera os tibiae integrum fuerit reiectum: cum quo malo cum diu conflictata esset, interiit. Idem, *eodem in loco*, refert, quandam Catharinam de Fiefs, cum secundas contraxisset nuptias, eodem tempore in moibum incidisse, & grauidam redditam fuisse. Cum verò se utero gestare non suspicaretur, Lutetiae infinitis remediis, & quidem niata si dicitur (auxilium aduersus morbum quatuor) vsa est: etsi non decissent ex obstetricibus Reginae aliqua, quae grauidam ipsam pronunciant, eò quod symptomata ea, quae utero gerentibus accidere solent, in ipsa obseruarent, idque à tempore suppressorum menstruorum, donec etiam lac in mammis obseruabatur, & vsque ad nonum mensem: quo tempore omnia illa symptomata desiere, vna cum motu ipsius fœtus. Dein dolores partus irriti cum superuenerent, & statim post omnia signa fœtus emortui obseruare licuit, & tamen horum omnium signorum ratio non habebatur.

C 5. Contra obseruatum, feminas quasdam foetum mortuum sine omni ferè incommodo aliquandiu in utero retinuisse. Ita refert Guil. Febric. *cent. 2. obser. 50. & 51.* foetum mortuum tribus mensibus,

Variae h. storix fœtus mortui.

Fœtus putrefactus in utero.

D Quare cum Lutetia domum redisset, adhuc foetum mortuum utero gestauit, idque quindecim mensium spatio à die ipsius interitus supputatione facta, praeter antea octos nouem menses, quibus in utero materno vixerat. Sic partes molliores putrefactae per inferiora eiciebantur, quae non absque ratione aliqua per Dominum Ponetum, Medicum Melodunensem doctissimum, pro sanie ex utero vlcere promanente habebatur: quemadmodum ossa, quae remanserant, scirrhum lienis esse censebat. Tandem extincta cum esset 5. Non. Octob. Anni 1570. à Luca Campano & Iacobo Dazier, Tonsoribus Milliensibus, praesentibus Dominis de Vertau, & la Gainiere, plurimisque aliis aperta fuit. Quare copiosa adhuc sanies in abdomine reperta absque utero, & foetus ossa aliqua iam putrida. aliqua verò integra erant: & inter haec ossa vnum ex ossibus clauiculæ iam liuidum peritonæum & abdominis musculos iam perforarat, ita ut sola cutis integra remanserit, qui in latere sinistro foris fecus conspiciebatur, quod iam pridè pro splenis scirrhum habebatur.

E 5. Contra obseruatum, feminas quasdam foetum mortuum sine omni ferè incommodo aliquandiu in utero retinuisse. Ita refert Guil. Febric. *cent. 2. obser. 50. & 51.* foetum mortuum tribus mensibus,

nullis superuenientibus symptomatibus, in utero materno retentum, & octavo demum mense extractum fuisse, vix spithamæ & dimidiæ longitudine, cum vasis umbilicalibus vix spithamæ longitudine. Et aliam quamdam circa mensis octavi finem filium peperisse, qui longitudinem spithamæ cum dimidia non excefferit, & corpore extenuatus, cuteque & muscularibus rugosus exsiccatus fuerit, vt figuram sceleti planè referret, quem adstantes per menses tres aut circiter fuisse iudicauerunt. Cur autem fœtus hic uterque non putridus aut foetidus fuerit, causam esse putro, quod uterque defectu alimenti tabe confectus interierit, atque ita faciliè putredini obnoxius esse non potuerit.

Fœtus mortuus in utero detentus, ilio concepto ac genito.

6. Obseruatum ex fœtu in utero mortuo nonnullas quidem varia mala passas fuisse, verum non solum superstites mansisse, sed & iterum concepisse, imò quod mirandum, nonnullas fœtum mortuum vel fœtus mortui sceleton in utero adhuc gerentes concepisse, & peperisse. Albucasis, libro 2. *Cheirurgor. capite 76.* scribit: Vidi mulierem fœtum mortuum utero etiamnum gerentem, nihilominus denuo imprægnatam: eundemque fœtum ex secundo conceptu genitum mortuum: huic nullo tempore post apostemam in vmbilico obortum & inflatum suppuratum est. Vocatus itaque ad curationem diu eiusdem medicationi institi, neque tamen ad consolidationem vlcus deduci potuit. Itaque emplastra vehementer attrahentia adhibui, quorum beneficio paucis post diebus ossicula prodierunt. Admiratione igitur ductus, cum ventrem ossibus carere scirem, rem diligentius & mulierariam expendi, deprehendique, ossicula illa non nisi ex fœtuum mortuorum cadauerulis prouenisse. Causa itaque morbi certò cognita, medendique ratione inuenta, ossicula plerima per interualla ex apostemate eduxi: muliere indies melius habente, quæ postmodum diu adhuc superuixit: vlcus verò subinde nonnihil putrilaginis ex sese remisit.

Fœtus in utero putrefactus per abdomen exclusus.

Alexand. Benedictus, de *exrad. morb. lib. 25. cap. 33.* refert, Venetæ cuidam matronæ, cum partum legitimum exclusisset, alterum intra vterum inclusum mansisse mortuum, qui in magnis puerperæ difficultatibus tabefactus fluore quodam profluxit ex naturalibus oris, demum ortus in ventre tribus fistulis, ex vna, quæ omnium maxima erat integra infantis caluaria extracta est, cunctis mirantibus, deinde singulis diebus reliqua ossa demta sunt, vnde mirabili naturæ opere sanitati restituta est.

Achilles Petrus Gassarus, in *epist. ad D. Matth. Cornacem*, scribit, in conuitatu Feldkirchensi mulierculam quandam verè imprægnatam ad decimum vsque mensem satis incolumen vixisse. Quæ tandem partus tempore negligentius tractata ab adstantibus ad syncopas crebras adacta est, vt non solum fœtus in scitis illis suffocatus fuerit, sed & mater de vita periclitaret. Pro desperata igitur ab omnibus habita, nullo medicamento adhibito, solum ossibus ac gallinarum iusculis per interualla refocillata fuit. Et sic misera illa per reliquum puerperij spatium vteunque curata, paulatim dolores remittere, menstruorum tamen fluxum perseuerare sensit, & sine omni auxilio medicamento alicuius, per Dei gratiam, indies magis ac magis melius habere cepit: donec & muliebri profluuium cessaret, & dolores magna ex parte euanuerint quoque, adeo vt illa domesticis negotiis qualicumque valetudine præesse fategerit; ac decrecente insuper nonnihil vteri mole cuncta sibi prospera ad annum ferè integram promiserit. Quo tamen non planè euoluto, tumor quidam particularum in sinistra inferiori

ris ventris parte, paulò supra inguina apparere de nouo cepit: qui dum quotidie augetur, & demum etiam dolorem apostematofum cum cutis luore superinducere pergeret; ibi mulier de fœtu amplius non sollicita, Cheirurgi auxilium inuocauit. Is vigentibus tum accidentibus, quæ generationem puris concomitari solent, tum ingenti necessitate abscessum illum iam ad humani capitis magnitudinem excrecentem omnino detumefacta aluo, decussatum nouacula, vt in fungorum apertione vsus obtinet, discidit: quo facto, tanta fetidissima virulentæ copia effluxisse fertur, vt præsentium nullus, uedum ægrota mulier, aut ipsemet Cheirurgus faciliè sufferre potuerit. Nihilominus tamen vlcus illud sordidissimum Cheirurgus mundificare & abitergere pro more non destitit: quousque intra pauculos dies semiputrida quoque ac corrola ossicula vna cum pure exire ceperunt. Quæ cum is, remittentibus indies tum dolore, tum fetore, vndenam in ventrem, concauitatem nimirum exossem peruenissent, stupidus miraretur: ex tandem erumpentibus integris tibiari ossibus, posterioribusque caluarie fragmentis, manifestè deprehendit, ea ipsa reliquias esse fœtos illius, quem mulier ea ante annum peperisse debebat. Vnde vehementiore admiratione captus, decoctiones, loturas, & vnguenta, qua potuit, solertia, pro vlceris profundissimi mundificatione exsiccationeque semper adhibuit, donec illud, fœmina nihil ultra conquerente, per sese ad consolidationem properare animaduertit. Ibi cicatrificationi, quam vocant. inuigilans, mulierem eam omnino persanauit. Quæ posthac plures superstites fuit annos, ac redeuntibus in ordinem naturalem mensuris purgationibus, feliciter quoque postea puerum viuum enixa esse fertur.

Et Rouffetus, de *partu cesar. sect. 4. cap. 4. hist.*

6. In suburbus Sulhanis ad Ligerim, Margaritam Preuost, Petri Doreti molitoris vxorem, cum manifestò grauida esset, & tamen tempore partus eniti non potuisset, in grauissimum incidisse morbum scribit, vt tandem venter adeo extenderetur propter fœtum & ipsius tunicas putrescentes, vt præter totius abdominis tumorem, octauo nonouè mense circa regionem vmbilici peculiaris tumor valdè elatus obortus sit, similis abscessui molli rubro, vt iam ad apertionem maturus videretur. Quare abscessus hic anno 1550. die natiuitatis Christi, ab Ichierio Gallometo, eius loci Chierurgo, cauterio actuali apertus fuit, qui puris incredibilem quantitatem scutellis exemit: altero verò die, cum vulneris rationem esset habiturus, qualesnam essent pili, qui circa vulnus conspiciabantur, inquirere voluit, quare fœtus caput iam putrescens esse reperit, quod tum per vulnus dilatatum extraxit cum reliqua cadaueris parte, quod filiam fuisse agnitum: at tamen breui temporis spatio conualuit. Hanc pestem mortem Doreti mariti rursus alteri nupsisse, & circiter annos adhuc viginti septem, corpore sano, superuixisse, & demum anno 1577. diarrhoea periisse refert. Verùm ipsa vt nec prius, ita nec postmodum utero gestauit.

Idem, *ibid.* refert, Illustrissimam Principissam ex Bourbonia stirpe, vidisse iuuenulam ægotam, pallidam, prostratis viribus, tumens, tantisque doloribus diuexatam, ita vt nec quis morbus esset, nosceretur, nec spes vlla satis superesset. Quare misericordia mota Princeps, eam obstetricibus inspicendam tradidisse, quæ etiam rem vt ei habebat, patefecerunt: ægotam nimirum, quæ virgo censebatur, fœtum adultum, & à longo tempore mortuum ac putridum utero gestare, ita vt ossa

vtro perforato, ad latus vmbilici conspicerentur: ex quo loco Principe præseate ossa aliquot extracta fuisse, copiosissimè fetidissimo pure emanante, scribit, & breui tempore mulierem illam fuisse affectu illo percuratam.

Et Mauric. Cordæus, *comm. 1. ad lib. 1. Hippocras. de morb. mul. sex. 11.* scribit: Mulierem quandam rusticam: tam octidnestrem gerentem, dum ad forum vrbis Sacri cæsaris mandasset se via, è ferocienti equo excussam fuisse & in saxum prægrande, hoc est, eius angulum, ad vmbilici regionem impigisse, & à casu illo integridiem obmutuisse, sensum motuque priuatam. Perendieprehendisse eam acutam febrem, & conicatum quidem sæuioribus symptomatibus. Namque animoliquisse, vomuisse, delirasse. Repurgata illa itaque ex præscripto Medicorum aliquoties, ac iterata sanguinis detractio, & cæteris sumtis & admotis, quæ febrilem æstum infringere, & sanguinis intus latentis vim perniciosam retunderent trigesimo postea die, remissioribus symptomatis quibusque secundum vmbilicum tumorem quendam, magnitudinis vt minimum manus conclusæ, sese prodidisse, eoque rupto, fœdam saniem, virulentamque, vnà cum tabo primùm exisse, porulentis particulis carnis sequentibus, postremoque fœtus ipsius ossa frustillatim effluxisse. Decimo tandem ab hinc mense, vlcere concluso, perductoque ad cicatricem, mulierem coauuluisse.

Similem historiam ex relatione D. Felicis Plateri, Doct. Casp. Bauhinus, *in appendice ad Rousserum*, recenset de Concubina cuiusdam Sacerdotis in Zupfingen, Helvetiæ pago, Barbara Fhirera nominata, quæ cum tertio grauida & partui vicina esset, per octiduum pariendi conatus cum maximis vteri cruciatibus persequitur, neque tamen peperit, sed exacto illo tempore, cellantibus conatibus, quamuis diu postea ægra permaneret, tandem in ventre illius, paulò supra vmbilicum, vesica quædam nucis iuglandis magnitudine erupit, quæ cum illi maximos dolores per triduum caussaret, tandem ipsa admodum rogante, à muliere quadam subula pertusa, & disrupta fuit. Qua adaperata, admodumque propter ventris tumorem dilatata, mox fasciculus fœtum continens apparuit, qui postquam à Chirurgo, Ioanne Burgisso, Bremgarteni, deliberatione primùm diligenti cum obstetricibus habita, approbantibus singulis, parte aliqua dissectus esset, fœtus cubitus prominens in conspectum se dedit, quem cum forcipe ad id parata arripuisset, integrum foetum, sed semiputridum, artificiosè per foramen illud extraxit, nihil tunc grauius passa matre, nisi quod animo, cum foetus extraheretur, parumper defecerat. Dein alio adhibito Chirurgo Bruggensi, candela cerea accensa, & foramini nonnihil indita, postea etiam manibus in abdominis cavitatem inmissis, anne quid restaret, diligenter explorarunt, & cum nihil superesse deprehendissent, vulnus emplastris, ligaturisque curando, trium septimanarum spatio integrè consolidarunt. Mulierque à partu rectè & decenter, vti alias fieri solet, purgata, ab anno 1582. quo hæc facta sunt, ad anni 1584. diem 24. Augusti, quo extincta primùm est, adhuc vixit, miserè tamen afflicta, quod ventrem fasciis inuolutum & suspensum ab eo tempore, quo hæc passa fuit, gestare deinceps coacta fuerit.

Io. Langius, *tom. 2. epist. 39.* scribit, fœminam quandam cum fœtum viuum vtero gestaret, & tempus partus appeteret, vbera eius prius turgida lactis aequosi rore maduisse, ac decreuisse nec puerum in vtero subsiluisse, quæ signa fœtum mortuum testabantur. Tandem fœtus in matrice computruit.

Fœtus putrefactus in vtero, & eius ossa per anum excreta.

A Cuius de cruribus & cerebello ossa denigrata; & carie obstita, cum mulier ob intestini exulcerationem alui profluvio laboraret, tandem anno decimo, non per vuluæ ostium, sed per anum ea excreuit. Mulier tamen diu adhuc superstes mansit.

Similes fœtus mortui per aluum excreti historias recensent Marfilus Cagnatus, *variar. obseru. lib. 4. cap. 2.*

Marcellus Donatus, *de histor. medic. mirabil. libro 4. capite 22.* cum lotio etiam fœtus mortui digitorum articulos excreuisse fœminam, maiora verò ossa, tibiã, radiã, costas, per posticum cum excrementis emisisse, tandemque secundo à parturitione anno, maximos antea perpessam labores, caluariam totam cum cubito, costis & aliis ossibus eiecisse, conualuisse tamen, etsi toto biennio sanioso profluvio comprimeretur, atque ab omni accidente liberam euasisse.

Ægidius de Hertoghe, *epistola ad Matthiam Cornacem*, refert fœminam quandam annis duodecim vtero gestasse fœtum mortuum, vel potius sceleton fœtus mortui, ita manifestè, vt tactu vniciuique id explorare obuium fuerit. Cum enim Anno Christi 1549. mense Martio concepisset, & omnia signa felicitis imprægnationis adessent, fœtum insuper à quarto mense sentiret valentem & strenuè sese mouentem, vsque ad festum D. Andreæ sacrum, superuenirentque tum dolores partus vehementes, vterus quoque mirum in modum pronineret, vberaque lacte copioso turgent, nullum tamen partus breui futuri signum observare potuit obstetrix, præter dolores illos, qui toto biduo increbescabant, & totis postea quadraginta diebus, die & nocte illam sæpissimè affligebant neque etiam ab vtero aliquid interea effluxisse obseruatum est. Fœtus interim vehementissimè mouebatur, lac è inammis effluebat, sed illud acrius, vt etiam partes vicinas exulceraret. Quadagesimo demum secundo & quarto dorum die fœtus tam valdè amplius moueri destitit, tandem conatu vehementissimo ita fœtus mouebatur, vt inde transuersum in vtero reuolutum mater narraret. Post verò dies quatuor vel sex, cruenta quædam & nigra per aluum deicere coepit, singulis diebus ad sex libras. Cumque antea nullus in vtero collisionis ossium sensus voluntarius perciperetur, hic tandem putans misella se ab omnibus ærumnis liberam, vniciuique tangenti vterum sese prodere coepit: vt etiam illam non lateat ossium fœtus mortui situs, quippe cum digito monstret hinc caput, illic costas, hinc humeros, illic femora contineri. Quod ego (verba sunt Ægid. de Hertoghe) & alij complures, me monitore, deprehenderunt. Cadauer istud seu Sceleton in vtero matris iacet transuersum, capite cruribus introrsum, dorso verò extrorsum prominente. Sub illo dextro capite reconditur, quod cum profundius, quam matris spinam dorsum respiciat, non sine ratione tactus nostri iudicium refurgit: ibi tamen ossis humeri caput superius contineri manifesto constat. Sub illo sinistro sunt crura & pedes: sed introrsum reflexi, vt attingi minimè possint. Coniectura tamen artificiali & Anatomica ita esse, iudicare non esse difficile: cum ex situ reliquo corporis, tum quia ibi os femoris apertissimè deprehendatur. In medio ventre dorsum euidentissimè cognoscitur, vertebraeque omnes facillimè distinguuntur: costæ quoque maiori ex parte tam superiores quam inferiores dinumerantur: turget venter maternus tumore oblongo, qui in pudendum definit: eleuat totam istam molem sursum, eandemque pro animi arbitrio deprimit, non sine assistentium summa admiratione. Ossa, verò sic

C Quædam fœtus mortuum, vel potius sceleton fœtus mortui, ita manifestè, vt tactu vniciuique id explorare obuium fuerit. Cum enim Anno Christi 1549. mense Martio concepisset, & omnia signa felicitis imprægnationis adessent, fœtum insuper à quarto mense sentiret valentem & strenuè sese mouentem, vsque ad festum D. Andreæ sacrum, superuenirentque tum dolores partus vehementes, vterus quoque mirum in modum pronineret, vberaque lacte copioso turgent, nullum tamen partus breui futuri signum observare potuit obstetrix, præter dolores illos, qui toto biduo increbescabant, & totis postea quadraginta diebus, die & nocte illam sæpissimè affligebant neque etiam ab vtero aliquid interea effluxisse obseruatum est. Fœtus interim vehementissimè mouebatur, lac è inammis effluebat, sed illud acrius, vt etiam partes vicinas exulceraret. Quadagesimo demum secundo & quarto dorum die fœtus tam valdè amplius moueri destitit, tandem conatu vehementissimo ita fœtus mouebatur, vt inde transuersum in vtero reuolutum mater narraret. Post verò dies quatuor vel sex, cruenta quædam & nigra per aluum deicere coepit, singulis diebus ad sex libras. Cumque antea nullus in vtero collisionis ossium sensus voluntarius perciperetur, hic tandem putans misella se ab omnibus ærumnis liberam, vniciuique tangenti vterum sese prodere coepit: vt etiam illam non lateat ossium fœtus mortui situs, quippe cum digito monstret hinc caput, illic costas, hinc humeros, illic femora contineri. Quod ego (verba sunt Ægid. de Hertoghe) & alij complures, me monitore, deprehenderunt. Cadauer istud seu Sceleton in vtero matris iacet transuersum, capite cruribus introrsum, dorso verò extrorsum prominente. Sub illo dextro capite reconditur, quod cum profundius, quam matris spinam dorsum respiciat, non sine ratione tactus nostri iudicium refurgit: ibi tamen ossis humeri caput superius contineri manifesto constat. Sub illo sinistro sunt crura & pedes: sed introrsum reflexi, vt attingi minimè possint. Coniectura tamen artificiali & Anatomica ita esse, iudicare non esse difficile: cum ex situ reliquo corporis, tum quia ibi os femoris apertissimè deprehendatur. In medio ventre dorsum euidentissimè cognoscitur, vertebraeque omnes facillimè distinguuntur: costæ quoque maiori ex parte tam superiores quam inferiores dinumerantur: turget venter maternus tumore oblongo, qui in pudendum definit: eleuat totam istam molem sursum, eandemque pro animi arbitrio deprimit, non sine assistentium summa admiratione. Ossa, verò sic

D Quædam fœtus mortuum, vel potius sceleton fœtus mortui, ita manifestè, vt tactu vniciuique id explorare obuium fuerit. Cum enim Anno Christi 1549. mense Martio concepisset, & omnia signa felicitis imprægnationis adessent, fœtum insuper à quarto mense sentiret valentem & strenuè sese mouentem, vsque ad festum D. Andreæ sacrum, superuenirentque tum dolores partus vehementes, vterus quoque mirum in modum pronineret, vberaque lacte copioso turgent, nullum tamen partus breui futuri signum observare potuit obstetrix, præter dolores illos, qui toto biduo increbescabant, & totis postea quadraginta diebus, die & nocte illam sæpissimè affligebant neque etiam ab vtero aliquid interea effluxisse obseruatum est. Fœtus interim vehementissimè mouebatur, lac è inammis effluebat, sed illud acrius, vt etiam partes vicinas exulceraret. Quadagesimo demum secundo & quarto dorum die fœtus tam valdè amplius moueri destitit, tandem conatu vehementissimo ita fœtus mouebatur, vt inde transuersum in vtero reuolutum mater narraret. Post verò dies quatuor vel sex, cruenta quædam & nigra per aluum deicere coepit, singulis diebus ad sex libras. Cumque antea nullus in vtero collisionis ossium sensus voluntarius perciperetur, hic tandem putans misella se ab omnibus ærumnis liberam, vniciuique tangenti vterum sese prodere coepit: vt etiam illam non lateat ossium fœtus mortui situs, quippe cum digito monstret hinc caput, illic costas, hinc humeros, illic femora contineri. Quod ego (verba sunt Ægid. de Hertoghe) & alij complures, me monitore, deprehenderunt. Cadauer istud seu Sceleton in vtero matris iacet transuersum, capite cruribus introrsum, dorso verò extrorsum prominente. Sub illo dextro capite reconditur, quod cum profundius, quam matris spinam dorsum respiciat, non sine ratione tactus nostri iudicium refurgit: ibi tamen ossis humeri caput superius contineri manifesto constat. Sub illo sinistro sunt crura & pedes: sed introrsum reflexi, vt attingi minimè possint. Coniectura tamen artificiali & Anatomica ita esse, iudicare non esse difficile: cum ex situ reliquo corporis, tum quia ibi os femoris apertissimè deprehendatur. In medio ventre dorsum euidentissimè cognoscitur, vertebraeque omnes facillimè distinguuntur: costæ quoque maiori ex parte tam superiores quam inferiores dinumerantur: turget venter maternus tumore oblongo, qui in pudendum definit: eleuat totam istam molem sursum, eandemque pro animi arbitrio deprimit, non sine assistentium summa admiratione. Ossa, verò sic

E Quædam fœtus mortuum, vel potius sceleton fœtus mortui, ita manifestè, vt tactu vniciuique id explorare obuium fuerit. Cum enim Anno Christi 1549. mense Martio concepisset, & omnia signa felicitis imprægnationis adessent, fœtum insuper à quarto mense sentiret valentem & strenuè sese mouentem, vsque ad festum D. Andreæ sacrum, superuenirentque tum dolores partus vehementes, vterus quoque mirum in modum pronineret, vberaque lacte copioso turgent, nullum tamen partus breui futuri signum observare potuit obstetrix, præter dolores illos, qui toto biduo increbescabant, & totis postea quadraginta diebus, die & nocte illam sæpissimè affligebant neque etiam ab vtero aliquid interea effluxisse obseruatum est. Fœtus interim vehementissimè mouebatur, lac è inammis effluebat, sed illud acrius, vt etiam partes vicinas exulceraret. Quadagesimo demum secundo & quarto dorum die fœtus tam valdè amplius moueri destitit, tandem conatu vehementissimo ita fœtus mouebatur, vt inde transuersum in vtero reuolutum mater narraret. Post verò dies quatuor vel sex, cruenta quædam & nigra per aluum deicere coepit, singulis diebus ad sex libras. Cumque antea nullus in vtero collisionis ossium sensus voluntarius perciperetur, hic tandem putans misella se ab omnibus ærumnis liberam, vniciuique tangenti vterum sese prodere coepit: vt etiam illam non lateat ossium fœtus mortui situs, quippe cum digito monstret hinc caput, illic costas, hinc humeros, illic femora contineri. Quod ego (verba sunt Ægid. de Hertoghe) & alij complures, me monitore, deprehenderunt. Cadauer istud seu Sceleton in vtero matris iacet transuersum, capite cruribus introrsum, dorso verò extrorsum prominente. Sub illo dextro capite reconditur, quod cum profundius, quam matris spinam dorsum respiciat, non sine ratione tactus nostri iudicium refurgit: ibi tamen ossis humeri caput superius contineri manifesto constat. Sub illo sinistro sunt crura & pedes: sed introrsum reflexi, vt attingi minimè possint. Coniectura tamen artificiali & Anatomica ita esse, iudicare non esse difficile: cum ex situ reliquo corporis, tum quia ibi os femoris apertissimè deprehendatur. In medio ventre dorsum euidentissimè cognoscitur, vertebraeque omnes facillimè distinguuntur: costæ quoque maiori ex parte tam superiores quam inferiores dinumerantur: turget venter maternus tumore oblongo, qui in pudendum definit: eleuat totam istam molem sursum, eandemque pro animi arbitrio deprimit, non sine assistentium summa admiratione. Ossa, verò sic

si factis induruisse sentiuntur, ita vt validiori compressioni difficulter cedere videantur. Venter maternus interea, dum atrectatur, nullo dolore angitur, nisi id plus, quam par est, fiat diutius. Vallet sic satis illa mulier, omniaque sua munia tam domi, quam in agris vna cum marito suo optimè peragit: hilaris est, prudens mater familias, & vt cunque facta, annum nunc temporis agens quadragesimum quintum; corpore gracili, nec habitu illaudabili. Menses, cum annis quatuor essent detenti, potiunculis nonnullis illos promouentibus vsa, rursus manare ceperunt in hunc vsque diem. At mensibus singulis, cum terminus eorum instat, venter inferior intumescit, illamque dolores inuadunt vehementissimi, haud aliter quam si nunc esset enixura: nec antea cessant, nisi mensis omnino eruperint.

Mirum verò planè hoc, & penè incredibile, nisi testes fide dignos citaret, quod Marcellus Donatus refert, dum, de historia medic. mirab. lib. 4. cap. 22. scribit, quod anno Domini 1540. mense Martio, in Castris Pomponij, ditionis Dominorum de Gorzaga, non longè à Pado flumine sito, mulier quaedam nomine Ludouica, cum ante vtero foetum demortuū gestasset, iamque per vuluam corporis molliores partes putrescētē profluxissent, intro ossiculis corporis derelictis, cum reatè tamen valeret, iterum conceperit ac cum male admodum haberet, iamque in vitæ discrimen manifestissimum traheretur, fortè aduenisse cheirurgum quendam, ex iis, qui per viles aduenientes peregrinantur, cui nomen Christophorus, Bains qui mulieris casu audito, reque peiorimè ab adstantibus explicata, mulierem sanitati restituere promisit, dummodo illam ac mortuam manibus ipsius subiicerent, nummosque 10. aureos, si sanaret, persoluerent.

Quid sit partum recipiunt cognati pauperes, opem ferentibus & ipondentibus ditioribus illius loci quibusdam. Homo literarum imperitus, audax tamen, deligata muliere, opus aggreditur; dissectisque per longum ipsius abdominis musculis, peritonæo, vtero demum ipso, sceleton mortui pueri extrahit, ablutoque vtero vino calente aromatibus quibusdam permixto sutura vulneris labia conglutinat, candentique ferro partem inconsutam vrit. Mirandum dictu, sanata mulier, stato tempore alterum foetum peperit, non solum viuum, sed nulla ex parte labefactatum, & postmodum non semel, sed quater concepit, vtero, gessit, & feliciter enixa est. Testes afferit huius rei mirabilis idem Marcellus Donatus, D. Io. Baptistam Zorzonum, & Alexand. Begher, D. Frider. de Felinis, & D. Leonellum Zorzonum, & Ant. Maiochum seu Mazzochinum, aliosque complures, qui interfuere omni operationi.

Quam rem mirabilem confirmat alia historia, quam ex relatione D. Osyvvaldi Gabelhoueri, Schæckius, in obseru. affert, qui ad Schenckium scribit: In oppido Sindelfingen, trium circiter horarum itinere hinc distito, mirabile quid anidmaduertit. Viuit ibi femina, 30. annorum, vel minor, vel non multo maior ea cum partu propinqua, sex nimirum vel septem septimanis anto expectatam partus horam, salente glacie, supina dorsum muro illisisset, nihil amplius sensit vitale in foetu, quem gestabat vtero, neque tunc neque deinceps. Ventris moles eadem, nisi quod aliquandiu post lapsum increuit, ac deinceps iterum decreuit, sed non ex toto. Sed neque mortuum edidit foetum; nec menses, vel qualia in puerperio expurgari solent, ex eo tempore vidit. Interim tamen (nam Anno 1590. lapsa est) bis vel ter concepit, toties vitales edidit foetus, post partum tamen adhuc semper distentio vteris manet: ita vt in ea sit omnino sententia, habere se adhuc in vtero foetum

Operum Sennetti Tom. III.

illum mortuum. Quod quamuis contrarium ex toto sit, foetum in vtero mortuum non putrescere, foetu in vtero harente mortuo, alterum concipi, ac tandem in vtero foueri, donec iusto tempore in lucem edi possit: quia tamen post lapsum illum adusque primi infantis à lapsu partum, nihil ex vtero neque humoris neque solidæ substantiæ, vel ossæ, vel carnes exclusum sit, sit propemodum, vt credam, non competuisse quidem, sed in scirrhosam quasi abiisse substantiam infantem illum, & quasi contabuisse.

Curatio.

Si ergo partus nullus fiat, & foetus vitus adhuc sit, vel oblitricis aut Cheirurgi opera extrahendus, vt capite preced. de partu difficili dictum: vel abdomine & vtero secto eximendus, de quo. cap. seq. dicitur. Si verò mortuus sit, danda opera, vt antequam putrescere incipiat, ex vtero vel expellatur, vel extrahatur. Quanquam enim, vt ex historiis modò allatis patet natura quandoque spontè foetum corruptum expellit, & varias vias querit: tamen id non fit sine matris damno & periculo. Ideoque tutius est, operam dare, vt foetus mortuus, antequam corruptatur, ex vtero tollatur. Fit autem hoc duobus modis. Vel enim medicamentis expellitur, vel manu & Cheirurgi opera extrahitur.

Medicamenta, quæ foetum mortuum expellunt, facultate quidem expultricem etiam irritant, vt in illa, quæ in partu difficili exhibentur, sed fortius & potentius, cum infans tam amplius non viuat, exhiberi possunt. Talia sunt *sabina*, *dittamnus Creticus*, *mercurialis*, *aristol. rot. radix ireos*, *gentiana myrrha*, *castoreum*, *borrax*; Magna hinc etiam olei ligni *Heracleivis* est, si ad gutt. xv. vel xx. in vino maluatico vel conueniente aqua exhibeatur. Vt *℞. sabinae, aristol. rot. trochisc. d. myrrh. castor. an. ʒ. j. cinam. ʒ. ʒ. croci ʒ. j.* Dosis ʒ. j. cum aq. Sabin. Vel *℞. boracis, ditt. Creitici, sabina, an. ʒ. j. myrrhe, radic. asari, cinam. croci an. ʒ. ʒ. F.* puluis. Dosis ʒ. j.

Vt autem ista medicamenta facilius effectum suum edant, antequam propinentur, fœmina in balneo ex emollientibus desidere potest, vel partes circa vterum inungere ol. lil. alborum, amygd. dulcium, chamæmelino, adipe gallinæ, anserino. Neque inuile fuerit, si vires ferant, etiam purgantia medicamenta exhibere, quæ & vitiosos humores, qui in hoc fœminatum itatu facilè colliguntur, euacuant, & consequenter foetum propellunt. Externa quoque ad foetum mortuum eiciendum vsurpanda. Fiat nimirum foetus ex *mercuriali*, *dittamnus cretico*, *thymo cretico*, *radice ireos*, *cucumeris agrestis*, *fl. chamæmeli*, *stachad. geniste*. Post eius vsum, hypogastrium, & pubis regio, ac lumbi inungantur vnguento de atanita. Vel *℞. colocynthidis, agarici, aristoloch. rotund. an. ʒ. j. F.* puluis subtilis adde *ammoniaco vino dissol. fellis tauri an. ʒ. ij. ol. cheirini q. s. F.* vnguentum. Vel *℞. Rad. cyclamin. ireos, aristol. rot. cucumer. sylvestr. an. ʒ. ij. nitri myrrhe an. ʒ. j. farinæ lupinor. ʒ. vj. opopanax. ʒ. ʒ. ol. cheirini q. s. F.* Empl. vel potius Cataplasma. Vel *℞. adipis leporini, vulpini, part. equal. cancerum viuorum, lumbricos viuos*, & omnia in mortario contundantur, ac in lartagine fugantur, & inducantur alutæ, ac vuluæ applicentur. Vel *F. Pessus talis: Vel ℞. radic. aristol. rot. ireos, ellebor. nigr. colocyntib. myrrhe an. ʒ. j. pulueriscentur, adde ammoniaci vino sol. fellis taurini an. ʒ. ij. M. F. Pessus.* Vel *℞. galbani, opopanax, benzoës an. ʒ. j. ol. trini q. s. F.* Vnguent. pro pessus inungatur. Vel suffusus ex vngulæ asinæ combusta, vel galbano, castoreo F. & per tubulum fumus vtero excipitur.

Quod si frustra medicamentis in foetu mortuo

E E e

extrahendo laboratam fuerit, ad Cheirurgiam accedendum. Miserandam illam operationem, quæ, vt supra, è Plinio, *lib. 7. cap. 7.* diximus, quàm frivola sit animalium superbissimi origo quamque miserrima feminatum, non rarò superbarum, conditio, docet, dum non solum cum dolore pariunt, sed & in partu de vita sæpe periclitantur, & fœtui intra viscera sua mortuo, nisi miserabiliter extrahatur, sepulchrum præbent. Non tamen operatio talis tentanda, nisi seruari posse mulierem constet; deploratæ verò relinquendæ, ne quæ alias morituræ fuerant, à Cheirurgo occidat dicantur. Quæ verò seruari possint quæ non, supra, *Prognostico 3.* dictum.

Fit autè nilla operatio duobus modis, vel sola manu, vel instrumentis.

per Chei-
rurgica in-
strumenta
fœtus extra-
ho.

Per instrumenta fœtum mortuum extrahendi modum, prolixè describit Paulus Ægineta, *lib. 6. dere med. cap. 74.* & Aëtius, *teir. 4. serm. 4. cap. 23.* Atque Atelatenisibus mulieribus, quibus malui hoc frequè est sepe feliciter fœtus mortuos hoc modo extrahi, Valleriola, *lib. 5. observ. 2.* docet. Operationem autem integram è P. Ægineta proponere libet, cum in recentioribus, qui tamen eum ex P. Ægineta & Aëtio mutuati sunt, raro integer existet. Reclinata in lecto, *inquit*, sapina muliere & magis vt deorsum vergat, mulieres aut ministræ quædam crura elevata utrinque teneant: si hæ non adsint per vincula quædam thoracem mulieris ad lectum deligato, vt ne dum attrahitur fœtus, corpus ipsius sequens, tractus vigorem exsoluat. Deinde pudendialis per ministrum diductis, sinistram manum contractam, cum robustis ac constrictis digitis, pinguefactam in vteri osculum demittito, ac ipsum dilatato, & infuso in ipsum oleo laxius reddito, & vbi commodè vnus insigi possit quærito. Commodi autem sunt loci ad yncum insigendum, in his, qui in caput deferuntur, oculi, occiput, os ad palatum, mentum, claviculæ, & circa costas ac præcordia loci: in his verò, qui in pedes deferuntur, ossa supra pubem: & costarum intermedia spacia, & rursus claviculæ: & postea detentum dextra manu vncum, & flexuram ipsius inter digitos occultatam, per sinistram manum leniter inducito, & in quodam ex relatis locis insigito vsque ad inanem locum, & alterum huic oppositum, quo equalis & non ad alteram partem vergens attractio fiat. deinde æqualiter trahito, non solum in directum, sed etiam in latera, velut in dentium extractione fieri solet, & interim tensionem ne remittito: postea immisso indice digito pinguefacto, aut etiam pluribus, inter vteri osculum & impactum corpus, velut si excories, in orbem circumducito. Sequente vero pro ratione vnco, ipsum in vteriores partes transerte oportebit, atque sic facere vsque an perfectam fœtus extractionem. At si manus fœtus præmissa sit, & impacta retrudi non possit, obuoluto panniculo, vt ne ob lubricitatem elabatur aliquantulum attrahere illam oportet, & vbi prodierit totam de humero rescicare. Idem etiam faciendum est, si ambæ manus promineant. Similiter etiam pedes prominentes, reliquo corpore non subsequente, ab inguinibus rescicare oportet, & postea conari, vt reliquum corpus dirigatur: Si verò ex eo, quod maius est caput, obstructio fiat, si quidem hydrocephalus est fœtus, spathula polypis destinata, aut acicula, aut aculeato cultello, inter digitos occultato, caluaria diuidatur; quò aqua euacuata confidat. Si verò naturaliter ita amplum caput habet, diuisam similiter caluariam per forcipem dentibus aut ossibus extrahendis commodam contundimus, & si supereminet ossa, ipsa eximimus. At verò si protracto capite, circa thoracem obstructio fiat, eodem instrumento loci circa

A claviculas vsque ad inanem locum diuidantur, quò humore euacuato thorax concidat. Si verò non concidat facta dissectione claviculas ipsas auferre oportet: tunc enim thorax concidet. Si verò imus venter inflatus fuerit, mortuo fœtu, aut hydrope affecto, eadem ratione humor euacuetur vna cum ipsis intestinis. In iis verò, qui in pedes deferuntur, inclinatio facilè ad osculum vteri dirigitur. Quod si circa thoracem aut abdomen impactus fœtus hæreat, panniculo obuoluto attrahatur, & eodem modò facta diuisione, ea, quæ continentur, euacuentur. At si reliquis ablatis, caput recurrentes detineatur, sinistram manum immittito. & si quidem disparatum fuerit vteri osculum, manum in profundum demittito, & repertum caput digitis ad osculum deuoluito, deinde vnco vno atque altero infixo attrahito: si vero conclusum sit vteri osculum ob inflammationem, nulla vis inferatur, sed pinguis ac largis infusis vtendum est, infusibus item ac irrigationibus & cataplasmatis, quò disparato osculo educatur, velut dictum est. Porro qui in obliquum prodeunt fœtus, si quidem dirigantur prædictis modis vtendum est: sin minus, totus fœtus, intus dissecetur, & particulatim educatur: diligenti animaduersione habita, ne qua particula intus latens relinquatur. Post Cheirurgiam, curationibus ad vteri inflammationes vtendum est. Si verò etiam sanguinis eruptio fiat, etiam huius curationem habeas.

Hactenus P. Ægineta.

Potest tamen etiam siue instrumentis Cheirurgicis sola manuum siue & Cheirurgi solertia fœtus mortuus ex vtero matris extrahi. Modum sibi vsitatum descripsit Carol. Stephanus, *lib. 3. cap. 2. de dissect. part. corp. human.* Postquam fœtum mortuum esse cognouimus, cogitamus, *inquit*, de positione optima mulieris: eaque ita deliganda & constringenda, vt inter operandum nihil periculi subiret, nobis quoque nihil obstare posset, quo minus fœtum diligenter extraheremus. Adducimus sedentem matrem ferè vsque ad imam lecti spondam: tibiæ eius aliquantulum incuruamus, crura diducimus: fasciam latam, eamque longam ac validam, minimè duram, à medio comprehendentes, sub planta media pedis parturientis componimus: deinde efficiamus, vt alia fasciæ pars in dextrum tibiæ latus, alia in sinistram per pedion ex opposito inclinet, atque ita tandem vincula sub poplite deuoluimus: illic crucem rursus aliam efficiamus, cuius extremitates adhuc cibi inuicem superuictæ per cruris medium rursus tertiam crucem efficerent: tum ipsa extrema simul ad ceruicem per pectus ita deducimus vt leuiter crux & tibiæ inflexam continerent, à ceruice ad aliam corporis partem extrema prædicti vinculi penè deflecentes, atque ad crus alterius lateris exporrigentes: in eo ligamenta ducimus ex opposito in crurem, veluti in altero crure factum fuerat, deinde ad poplitum iterum aliam erurem imponimus, & rursus tertiam circa pedion: quomodo in alio latere iam feceramus; quodque extremum vinculi ad internam tibiæ spectabat, id sub planta sic inflectimus, vt ad extremum eiusdem tibiæ latus deuolutum cum alio extremo constringeretur, ne vel inter operandum dissolui posset, vel ipsam mulierem in motibus incompositis aliquo pacto offenderet. Id vbi factum fuit, reclinamus mulierem supinam: statuimus adiutores duos, qui crura diducta & firma continerent: præter alios tamen qui corpus mulieris reclinatam ita cohiberent, ne præ dolore vehementius subsultaret. Ministros autem huiusmodi delegimus ex iis, quos facilè agnoscebamus infracto & audaci esse animo, quique ab opere haud ita citò cessarè, nõ etià lachrymis

Manuum
solum ope-
ra fœtus
mortui ex-
tractio.

aut vocum pietate, aut rei ipsius crudelitate præter æquam mouerentur. Linteo calido, in multos sinus conduplicato, vtramque crurum mulieris regionem operimus, ne spectantibus dolor aut pietas concitaretur ex opere: sub eo etiam linteo manus vsque ad mediam ferè vlnam oculuimus, ne res ex se plane impia ad tantum affectus plus æquè concitaret, animosque parceret. Sinistra manum per pudendum intro demittimus, digitis sibi inuicem incubantibus, & ad internam manam arctissimè compressis. Sentimus per collum vteri fœtum in caput deuolutum: vix autem exilire potuisse, propter angustiam, quæ esset in collo matricis infimo, iuxta pudenda, tum aliam manum secundum palmam sinistrae concuam sensim intro demittimus: cumque iam se inuicem constringerent manus, fœtisque proximæ essent: tum vtramque in pugnam claudimus, quo robustior fieret totius brachij vis in diducenda parte & præmunienda fœtui via. Pugnis factis, totis viribus ad diductionem vtimur, medijs digitorum vtriusque manus articulis sibi inuicem concurrentibus inter diducendum: vt nostra brachia in eiusmodi motu plus viderentur foras operari, quàm intus manus. Vbi sentimus iustam viam præparatam, tum nos dextram manum leuiter extrahimus, sinistra partem fœtus, quæ magis sese offerebat (siquidem iusta nobis visa fuit) comprehendentes: erat autem caput. Nam si ex pedibus alterum sensissemus, nunquam is corripendus erat, vt à pede totum corpus extraheretur: si manum, intro etiam erat propellenda, donec caput sese offerret: nunquam enim tuta esset fœtus extractio à primis manibus aut pedibus. Si duplicatus sese obtulisset fœtus, hoc est, ventre, vel natibus, vel humeris ad exitum præparatis: commodius fuisset, leuiter partem prominentem intrò repulisse, fœtumque ad caput, quantum fieri potuisset, deuoluissè, quàm ita extraxissè: nunquam enim sine maxima parturientis noxa fieri id potest, quanquam aliquando fiat. Sed ad rem. Caput subtus corripimus, manu semper infra residente, nunquam autem supra; leuiter id extrahimus, donec altera manus adiutrix priori data esset. Sed & sinistram, quæ intus erat, vsque ad vmbilicum fœtus, iterum sursum duximus: eam enim inculpatum imprimis obseruare necessum fuit, propter secundinam: quam intus reliquissè lethale foret. Ipsum itaque inter duos digitos aut continuimus, aut molliter iis circumuoluimus. Eoque pacto puer extinctus vnè cum suo chorio nullo negotio tandem extractus est, tam si visus nobis fuisset fœtus maior aut tumidor, quàm qui maxima difficultate foras exiret, neque viuentem matrem posse permittere: cum præcipua diligentia sit in vmbilico adhibenda, tum vmbilicam excepissè, ac deinceps tutius fuisset, filiumque extra vterum depulisse, ne secundina intro concluderetur: deinde verò per ventrem & pectus incidenduse rat fœtus, viscera eius eximenda, quo gracilior fieret: postea autem vmbilico partes ad extractionem faciliores excipiendæ, atque id altero genu nostro ad lecti spondam inclinato, diligenter extrahendus, quando ita sola manus præstare non potuisset. Fœtu quouis depulso, nunquam vmbilicus est relinquendus, donec integra secundina subsequatur. *Hæc Carolus Srephanus.*

Modum hunc ferè secutus est Ioh. Bauhinus, vt historia fratri Casp. Bauhino communicata, & observationibus Schenkij inserta testatur. Est autem talis: Anno 1587. Octobris 26. cum essem in Illustrissimi Principis mei arce Horburg, quæ iuxta Colmariam est, vocatus fui à cœna, post horam septimam ad iunioris mei Principis Ludouici prius nup-

Operum Seanerti Tom. III.

A tricem Barbaram nomine, quæ doloribus partus diuexabatur. Hæc enim cum partui foret proxima, suppurationumque dies præterissent, 23. huius mensis per scalas supra dorsum delapsa, vt ferè in lithotomiam incidere, die 25. ante prandium partus dolores persentire cœpit: 26. verò auctis doloribus & ruptis inuolueris, aquæ effusæ, quo tempore vixisse adhuc fœtum, mulieres adstantes asserabant, quod ex motu apparente collegerint. Dum verò adfui, licet à 7. vsque ad 12. noctis adstiterim, nullum motum sentire potui: dolores tamen & conatus crebros non fortes & irritos pertulit. Sacculos ex lino in aqua coctos applicare iussi, & continuò pubi admoueri, idque ad partes emolliendas, & tumorem impediendum: ipsa verò aliquando fellæ insidebat, interdum stabat. Obstetrices bonum fœtus situm asserabant, caput & capillos se sentire, sæpius à me interrogatæ, asserabant. Ego tandem videns illam frustra entis, & torqueri, iubeo in lectum recumbere, discedo, rediturus cum vocarent. Vocor post quartam: dolores non aderant magni: de dolore tantum lumborum conquerebatur, ex dolore delirabat. Obstetrici iniungo, vt humectatam manum in decocto lini & inunctam butyro, pudendo inserat, & scrutetur, quo in statu sit fœtus, & an aliquid mutatum: responderet, esse in eodem, quo præcedente fuerat die, statu: ego tandem præparata manu, vt obstetrici, eam admoueri, comperio tumorem ferè extra collum vteri, qui tangendo restitit, digitos molliter supra tumorem ducendo, nullos sentio pilos. Hinc malum conuicio situm fœtus, intrudo manum, vt perquiram: comperio partem mobilem in tumore: dubius hæreo, quæ sit pars: paulò penitius perquirens, rumpitur ex improuito tunica amnios, & profluit aliquid liquoris: ad tactum apparet manus & vasa vmbilicalia: indico obstetricibus, eas deceptas eo tumore, & vt iterum admoueant manum, sed nihil trahant educantue, mihi alta ratione procedendum. Quare iubeo ipsam supra marginem lecti sedere, & dein per tranuersum in dorsum recumbere: pedes supra scamnum lecto admotum firmare: qui per duos tenerentur: supra corpus relinquendo culcitram, superinduco linteum, vt nullæ partes appaterent, nec etiam quæ ego manibus, vel obstetrici ageremus, quo honestius omnia tractarentur. His ita peractis, profundè in vterum protrusa manu ad mediam ferè vlnam, perquisiui pedes alternatim, modò dextra, modò sinistra manu vtens: satis commodè pedem vnum reperio, paulatim attraho, alterum perquiro: non possum inuenire, tandem fascia ligo pedem in ipso collo vteri: iubeo obstetricem paulatim trahere, dum iterum intrudam manum & perquiram alterum pedem, ducens manum secundum crura fœtus: peruenio ad podicem fœtus, intruso digito in podicem, traho paulatim, iterum perquiro pedem, sed frustra tandem paulò fortius podicem dextra manu trahq, & sinistra ligamentum pedi annexum res non nihil succedit: postea inuenio pedem, quo reperto, victoriam cano, attraho paulatim, eo educto, vtrumque pedem obstetrici trado: iubeo vt lente trahat, ego manu dextra vterum dilato, & sursum rugas repello: tandem sequitur abdomen cum dorso, hæret deinde circa humeros, alterum brachium perquiro & educo: iubeo obstetricem continuò modè trahere: manu impedio, ne vterus ad collum pueri claudatur, quod hæret, nisi manus impediret, manum in os pueri intrudo & paulatim caput attraho. Extra sto toto fœtu, subito, ne claudatur vterus, quod in momento fit, magno cum periculo, intromissa manu ad medium ferè cubitum, paulatim secundinam perquiro, ac sine vi, ne iouertatur vterus, vt eue-

E E e ij

nisse opera malarum obstetricum vidi) eam leuiter integram educo, sanguinem etiam grumosum, manu ducta per totam vteri capacitatem, extraho: subito retraho manum, & vt comprimam crura iubeo, paulatim supra lectum retrahendam euro: pudendis & abdomini cum sacculis appono panem coctum in vino & aqua: à somnio impedio, & à vini potu, ac quietem iniungo, paulo post aliquid iusculi curo exhibendum, interdicto ne nimum calefaciant hypocaustum. Operatio hæc feliciter fuit peracta intra horæ semis spatium. Deo Opt. Max. sic laus. *Hæc Ioannes Banhinus.*

Cùm autem in talibus operationibus vires valde deiciantur, ex reficiendæ sunt, doloresque muleendi, & partes laceratæ fouendæ, & omnia, quæ accidere possunt, symptomata præcauenda. Nimirum, vt aliis etiam, puerperæ à frigido aëre defendendæ, & in lecto diutius detinendæ, ne vterus ab eo lædatur, & tormina, suffocatio vterina, & alia symptomata excitentur. Exhibenda verò iuscula gallinarum, oua vinum odoratum cum pane, vel iuscula ex cereuisia, modò febris non adsit; species diamargar. frigidi, diambicæ, el. de gemmis, cum vino & aq. horraginis.

Vt dolor mitigetur, partesque roborentur, foetidæ decocto artemisæ, maltæ, torismarini, absinthij, myrti hyperici, & postea illinendæ vnguento Corniculæ, vel sequenti: ℞. ol. myrtini, amygd. aule. hyperici an ℥. ʒ. B. spermat. ceti ʒ. ij. sensibir. cini vel ceruini ʒ. j. cera a. s. F. vnguentum. Vel ℞. cera ʒ. iv. spermat. ceti ʒ. Liquefiant super igne, & vbi ab igne fuerint remota, tela cannabina ventri magnitudine respondens ei immergatur, quæ ventri imponatur. Verùm in nostris regionibus nunquam, aut certè rarissimè, fæminæ tales operationes admittunt, sed potius rem omnem Deo & Naturæ committunt.

CAPVT VIII.

De Partu Casareo.

Partus Casareus.

Tandem vnus adhuc superest modus fœtum ex vtero extrahendi, qui fit sectione abdominis & vteri. Fit autem in tribus casibus. Primus est, cum fœtus mortuus est, & mater viuit. Secundus, cum mater mortua est, & fœtus viuit. Tertius, cum mater & fœtus viuit: & qui hæc duobus vltimis modis viui eduntur, Casares, quod ex vtero excisi sint, nominantur, ipsaque illa actio, partus Casareus.

Fœtus mortui sectione vteri extractio.

Fœtus mortui gratia rarò sectio ista instituitur, sed is vel medicamentis expellitur, vel Chæirurgia extrahitur, aut Naturæ opus relinquitur, qui cum particulatim expellit. Historiam tamen gestationis in vtero fœtus mortui per annos quatuor, & tandem secto abdomine & vtero membratim extracti salua matre & fœcunda manente, Matthias Cornax, *Enchiridio suo consultat. Med.* subiunxit, quæ pag. 188. ibi exstat, cuius summa hæc est. Anno 1545. cuiusdam ciuis Viennensis. Georgij Voltzer, hospitis ad æles rubri cancri, vxor Margareta nomine, anno ætatis 25. concepit, & cum partus tempus adesset, in ipso pariendi conatu fragor quidam in ea increpuit sonorus, à quo vinacitas infantis amplius deprehendi non potuit, ipsaque grauida inde ægotare cæpit, et si lac copiosè afflueret, & indies pariendi spes minor facta. Mulier ita multas septimanas decubuit, ventris tumore, duritie, & fluxu, qui superuenerat nihil remittentibus, & omnis generis auxilia, sed frustra vsurpauit, & ita ad annum Domini 1549. seniuuua perdurauit, fluxu

putrilaginoso per locum muliebrem toto quadriennio durante. Anno tamen 1548. ad vmbilicum foramen apertum est, è quo multum sapiosi fœtidique mucoris profluxit, pest aliquot menses verò, adhibitis emplastris, locus apertionis coaluit. Anno verò 1549. mense Iunio, natura nouam viam, non procul à priore, aperuit, per quam collecta putrida materia multa effluxit, qui fluxus menses aliquot durauit, & foramine conspectui & tactui os quoddam sese exhibuit. Cùm dolorum fœtorisque grauitas indies accresceret, & crebra animi deliquia acciderent, viderenturque omnia ad intentum spectare, vocati sunt tres Chæirurgi, & duo Medici, & inter eos ipse Matthias Cornax Regis Romanorum Medicus, à quibus decretum, abdomen sectione aperiendum esse. Anno itaque Domini 1549. decimo Nouembris hora 12. pomerid. sectio hoc modo peracta est. Sectio à loco, quem paulò supra vmbilicum, in dextro latere, natura ipsa primò aperuerat, inchoata est, & recte deorsum per tractum musculi recti abdominis, longitudine plus minus octo vnciarum, hoc est, semipedis antiqui & duorum pollicum continuata: qua facta propter necessitatem & incredibilem fœtorem subito contentum in vtero à Chæirurgis vndique liberatum est & exemptum frustillatim fœtus masculi iam dudum emortui & semiputridi corpus, cuius caput torum contractum & cranij ossa dispersa erant. Absoluta sectione, quam sine animi deliquio pertulit, omnia Dei benignitate feliciter successerunt, & sine vlla sutura vulnus coaluit, & omnino consolidatum fuit, ac iterum menses bono ordine & modo fluere cœperunt. Et quod mirum, fæmina ista iterum concepit, puerumque gestauit bene valentem, vsque ad secundum diem mensis Iunij, Anni Domini 1551. quæ dies cum illucesceret, & infans robustus strenuè palpitaret, mater verò strenue in edendo fœtu laboraret, vocati iterum Chæirurgi, qui prius eam secuerant, & D. Matthias Cornax, qui cùm matrem omnibus viribus destitutam, cicatricem denique veterem per rimam longam quasi hinc inde, omneque fæminæ conatus frustraneos esse viderunt, ventrem, vt prius, ferro secandum esse iusserunt. Verùm cùm mater eius, & fæminæ præsentis aduentu nollet, hora noctis decima, cum frustra diu & strenuè luctata esset, viribus omnibus exhaustis & cruciatibus oppressa, animam exhalauit. Quod cum factum esset, subito Chæirurgis vocatus, statim infantem perfectum, masculum, omnibus numeris absolutum, sed mortuum exemit.

Similem Historiam D. Philippus Hechstetterus, *obseru. dec. 6. cas. 3. in Scholio*, refert, quæ sic se habet. Vmani Fabri incolæ Leinheimensi in Marchionatu Burganiensi vxor, nomine Barbara, grauida, sic Deo benedicente, facta nonum compleuit mensem, eo dolores parturientis sensit (fuit is 27. Martij Anni 1623.) sed inualidos, nec labor parturientis, nec diligentia obstetricantis quicquam promouit, mansit in vtero, quod eniterendum erat. Nec ardeates preces, nec suspensa lacrymis conspersa Deum expugnarunt, nisi quod animam fœtus ad se vocarit. Cadaver vterum in tumorem sustulit, & abdomen turgescere fecit, iacens in cauo transuersim. Octo transierunt septimanæ, in quibus nil conaminis in excludendo molestum sensit, nec dolores, nec parturientium nixum. Vires matris interim labefactatæ à fœtu putrido, & fœtente heceticum corpus dederunt, ac si ossa inclusa cuti essent. Adflucta singultientibus vetis mortem inelamant, & ardentè efflagitauit. Corclamatis sic & deploratis iam omnibus, misericordia Dei eam respexit, & Marchionissam Burgauensem mouit, vt eius mi-

ferta in hospitale reciperet Guntzburgi, ut ibi excideretur putridum, quod matri necem minaret. Duo igitur Chirurghi, consilio subministrante Excellentissimo Dni. Adamo Hebich. Medico Clarissimo Illustrissimæ Principis viduæ Marchionissæ in Guntzburg, ventrem intra vmbilicum transversim ad pubem versus aperuerunt, in qua regione iam signa apertionis in ventre à putredine conspiciabantur. Infans putridus & solum ossibus ac caluaria cognoscendus exemptus fuit, locus vulneratus mundatus, confusus & conuenientibus medicamentis tractatus & ianuam curatus, nisi quod ad consolidandum reliquum, opus habeat potius emplastris cicatrificantibus, quam manu medica.

Fœtus viuus
è mortua
matre sectione
tractio.

Secundo, interdum mortua matre fœtus viuus ex utero materno secto extracti, & inde Cæsares ac Cæsiones dicti sunt. Ita enecta parente Scipionem Africanum priorem natum fuisse, primumque Cæsarem, à cælo matris utero dictum: similique modo natum & Manlium, qui Carthaginem cum exercitu intrauit, Plinius, *lib. 7. nat. hist. cap. 9.* & alij referunt. Anno Domini 959. Bucardum Comitem de Lintzgovv, Buchorn, & Monteforti, post Abbatem Sangalientem, vulgò Ingenicum dictum fuisse, eo quod ex mortua matris utero exiisset: & Gerhardum Vthonis Comitis de Bregentz F. ex matris utero exsectum, Constantiensem Episcopum factum esse, anno 1001. & monasterium Petershausen ac templum Ciriacense extruxisse, è Bruschio Io. Schenk. *lib. 4. obseru. refert.* In annalibus Hispaniæ legi scribit Rod. à Castro, *lib. 4. de morb. mulier. cap. 3.* Regem Nauaræ Sanctium, matre è Saracenis inter venandum trucidata, per vulnus in ventre acceptum exertam manum ostentantem, à superueniente nobili Geuarra extractum, & clanculone nutritum fuisse, eumque postea de Principis electione disceptantibus proceribus obtulisse, controuersiasque sedasse. Cornelius Gemma, *Cyclognomo. lib. 2. cap. 6.* se iam sextò vitalem fœtorem ex mortua matre exsecuisse scribit. Et hor. Augenius, *lib. 5. ep. 2. c. 11.* Villicam quandam, quæ grauida nono mense ventriculi exulceratione laborasset, & viginti diebus sine cibo potuque permansisset, tandem mortuam esse, atque ex eius dissecto utero pueram viuam se extraxisse refert, qui Fortunatus ad fontem S. Baptistæ vocatus fuit. Carol. Stephanus, *lib. 3. de dissect. part. corp. hum. cap. 1.* se sectionem hanc aliquoties administrasse, & ex matre mortua fœtus viuos extraxisse scribit.

An fœtus
in utero,
matre mortua
aliquandiu
viuere
possit.

Monet quidem Roderic. à Castro, *de morb. mulier. lib. 4. cap. 3.* infantem superuiuere non posse in utero, mortua matre, nisi in eodem ista temporis, quo anima ex matris corpore migravit; ab utero extrahatur, aut paulo antedum in agone puerpera est, presentibus adhuc spiritibus vitalibus; idque ideo, quia vita & motu puerperæ cessante, cesset quoque infantis vita. Verùm vix possibile est, ut idu temporis vno operatio ista perficiatur, neque semper constat, quo momento anima è corpore emigret, neque semper, dum adhuc in agone mater est, sectio ista admittitur. Ratioque quam adducit, falsa est, quod cessante vita matris, cesset etiam vita infantis. Habet enim infans suam animam, & si tempus legitimum partus adsit, atque omnia corporis organa iam perfecta & absoluta habeat, sine matris beneficio viuere potest, mortua matre, eodem modo, ut in lucem editus sine matris adminiculo viuat. Ne tamen in utero suffocetur, danda opera. Ideoque Carol. Stephanus monet, ut matre in agone constituta, aliqua re inter dentes interposita apertum morientis os seruetur, & obitrix nunquam ab ostio vuluæ manum dimoueat, & incurua ac diducta

A mulieris femora, quanta poterit, diligentia contineretur, donec Chirurgica manu fœtus exsectus, & extractus fuerit. Infantem autem matre mortua in utero eius adhuc viuere, ex motu eius & subsultatione cognoscitur.

Modum autem, quem in extrahendo fœtu viuo, è mortua matre obseruauit Carolus Stephanus, *alleg. c. monua.*

loc. ita describit: Lineam, inquit, cultro rasorio leuiter duximus per sinistram mulieris hypochondrium circa uteri extuberationem: haud ita profundè tamen, sed tantum vsque ad peritonæum; cauendum enimerat, ne quid intestinorum aut attractum aut vitiatum esset, si fortè vna peritonæum incisum fuisset. Rursus ita admoemus nouaculam, ut summa tantum cuspidè peritonæum incidatur, ad digitos sinistræ manus intromittendos. Eo facto digitos peritonæum intro demissimus, iisque incuruatis peritonæum sursum aliquantulum ereximus: altera deinde manu (nempe dextra) nouaculam admoemus in eam peritonæi portionem, quæ digitis intermedius continebatur, leuiterque conleuimus id à peritonæo elatum, quod inter digitos comprehentum fuerat, secundum vulneris longitudinem. Iam tum liberè totam manum intromouimus vsque ad matricem, intestina paulatim sursum attollentes, ne quando delaberentur; eademque manu vulneris labrum superius diducentes, quò facilius veniret in conspectum uteri tumor. Hic non segnes fuimus, sed sinistra manu intus relicta, & vulneris labrum apertum continente, dextram ad confectionem aptauimus, ad vnus tantum digiti spissitudinem imprimentes nouaculam in tumorem uteri, eumque pro vulneris longitudine, quanta fieri potuit diligentia consecantes: haud tamen ita temerè, ut prima sectione matrix ad integrum conlecta videretur: incerta est enim, & varia matricum spissitudo, quemadmodum Galenus optimè censuit. Itaque sensim iterum atque iterum demissa nouacula, leuissimè tandem dileuimus uterum, quousque ad secundinam ventum esset: eam verò facilè cognouimus ex venarum confusa multitudinem sanguinem veluti expressum eructante: quod agnoscendi chorij indicium tibi sit omnium certissimum. Tum demum nouaculam reliquimus: iam ab obstetrice certiores facti, defluxisse aquosa excrementa, quibus innatare soleret fœtus: muliere nondum extincta.

C Alioqui nisi id & signis & verbis compertum nobis fideliter fuisset, tum excrementa defluxisse, tum matrem iam pridem è dolore laborasse: nondum quidem nouaculam reliquissimus; sed etiam secundinam penetrare tutius fuisset, & summa nouaculæ cuspidè ipsam incidere ad excrementorum effusionem: retenta enim huiusmodi excrementa integram adhuc secundinam esse indicant, quod præcipue fieri solet, immaturo adhuc partu. Itaque post factum in secundina foramen nouaculæ cuspidè, tum versusque manus digiti intromittendi sunt ad eam lacerandam. Nos autem & signis ipsis, & verbis agnoscentes defluxisse excrementa, & secundinam disruptam, tum quidem dextram manum secundum uteri altitudinem in profundam sensim demersimus, ut extensis digitis, integrum fœtum comprehenderemus: sinistra matricem conlecta labia sursum attollendo, ne fortè impeditur ab intestinis, atque in sese concideret. Vbi fœtum sub manu sensimus, tum ita leuiter ipsum conuertimus, ut eius spina toti nostræ palmæ incumberet, atque extensæ manui & brachiali insideret. Nam plurimum cauendum esse duximus, ne vel à thorace, vel ventre aut pede, aut brachio, aut etiam capite comprehenderemus; id enim sine periculo vix fieri potuisse credidimus. Sed quando caput infra deuolutum

E

senfimus, tum manu secundum spinam protensa, curauimus extremos digitos ad humeros paululum incuruare, quo facilius fieret apprehensio. At si sursum caput reperissemus, tum quidem extremi digiti sub natibus & osse sacro confirmandi fuissent. Itaque u. anum paulatim sursum attulimus, ita ut totum brachium in mulieris ventrem extremum leuiter incumbere, eumque modicè comprimeret: Eum quando conspeximus, sinistram manum dextræ adiutricem dedimus: & altera factum ostendente atque erigente, altera sensim extrahente, fecimus ut in ventrem mulieris supinus fetus depelleretur. Voluimus autem confestim experiri, uinceret necne, cum propter imbecillitatem ac laborem nullum artum promoueret, neque spiritum. Id uero facile cognouimus, primis digitis fetus umbilicum prominentem in xta ventrem molliissimè atrectantes: & modicè per aliquod spatium compiuentes, sensimus pulsantem arteriam in umbilico, etsi circa parietalium ossium fines, in eo, quem uocant fonticulum, nihil attolli aut moueri uideretur: nec digito admoto lingua calorem aliquem præ se ferret. Cum primùm percipimus arteriæ pulsus, in umbilico confestim creato filo, quod nobis erat in promptu, primùm strictè ligauimus ad trium digitorum longitudinem ab ipso ventre, dein iterum atque iterum etiam aliis locis constrinximus, extremos nodos semper strictiores efficientes. Scies quid postea acciderit: uix consummata hora integra, cepit puer oculos aperire, os deducere, de fonticulo pullare, artus etiam leuiter extendere: denique uocem atque eiulatum emittere. *Hæc Carolus Stephanus.*

Viui fetus
è uia ma-
tre sectione
extrahitio.

Tertius casus est, cum fetus uiuus è uia matris sectione extrahitur. Id quod faciendum, cum partum aliàs nullum secutum, ob causas, *capite præcedente*, propositas, certum est. Tum enim ne uel mater, uel infans, uel mater & infans simul de uita periclitetur, ad hoc extremum auxilium accedendum est.

Posse autem hanc operationem salua uiuente matre & foetu administrari, multæ historiæ docent, quarum plurimas peculiari libello, *de fetus uiui ex matre quæ sine alterius uita periculo caesura*, Fr. Rousselus collegit, in cuius *sectione prima* necessitatem huius operationis ostendit; quod scilicet, si ob causas, *cap. præced.* enumeratas nullius fieri potest partus, hoc modo fetus uiuus seruari potest, qui aliàs in utero materno suffocaretur, & ipsa mater seruari incolumis, cui aliàs etiam moriendum esset, & ita quidem, ut impofterum quoque utero gestando apta futura sit.

Deinde possibilitatem huius operationis probat historiis uariis, primò quatuor ab aliis relatis, quarum prima est de muliere quadam, quæ sexies, cum aliter parere non posset, sectione eiusmodi fetus uiuente semper est enixa, septimò uero grauida, cum Cheirurgus, qui priores sectiones obiebat, mortuus esset, nec alius esset, qui ipsi obueniret, mortua est; secunda, de alia, cui tres infantes uiui è latere extracti: tertia de Ioanne Marasio Cheirurgo, qui è propriæ coniugis latere inciso filium extraxit: quarta similem casum recenset: Sex uero historiis à se ipso uis & notatis, quarum prima est de quadam muliere, in cuius latere cicatricem, & factæ futuræ conspicua puncta, quæ post apertionem abdominis manserant, uidit, quæ tamen amplius non concepit, etsi ipsa & maritus iuuenes essent: Secunda, de alia, cui ipse sectionem suauit, & cum secaretur adfuit, quæ postea rursus concepit & peperit, herniosa tamen mansit; tertia, de quadam, è qua sectione fetus mortuus extractus fuit, quæ postea aliquoties peperit; quarta, de quadam, quæ primò grauida feliciter secta fuit, & postea iterum concepit,

A sed cum nec tum parere posset, & Cheirurgus prior mortuus esset, alij uero idem audere nolent, mater uia cum prole miserè perit, quinta, de alia, quæ felicissimè fuit incisa, & postea rursus grauida redita, naturali modo iterum enixa est: Sexta, de quadam, cui fetus mortuus sectione extractus fuit, quæ cum conualuisset septimans quinque post rursus menstruas purgationes habuit, statimque post concepit & peperit.

Sectione uero secunda eiusdem operationis possibilitatem rationibus probat: dum docet, & musculos abdominis, & peritonæum, & uterum posse absque periculo uitæ incidi.

Sectione uero tertia id, quod rationibus probauerat, exemplis & historiis confirmat, uariasque historias adducit, quibus probat, uulnera musculorum epigastrii, peritonæi, & uteri fuisse sanata.

B *Sectione quarta* casus longè periculosiores, quàm est sectio Cæsarea, qui utero acciderent, qui tamen sui respectu non fuerunt lethales, proponit, quos in quinque classes disponit. In prima classe agit de mulieribus, quæ seipsis ignorantibus utero gestarunt, in quibus fetus mortuus ac putridus caussa fuit, ut & uterus in corpore putresceret, ita ut temporis progressu interierint, quæ tamen superuixissent, si malo cognito, tempestiue sectione hac ipsis auxilium latum fuisset. In altera de mulieribus, quarum aliqua puerperæ fuere, aliqua uero non, quæ apostemate uteri laborantes apertæ fuere, non sectione Cæsarea, sed cauterio actuali abdominali impresso, quæ tamen non modò non mortuæ, sed nec facultate concipiendi priuata fuere: quæ tamen operatio, quàm sit Cæsarea sectio longè periculosior.

C In tertia de morbis uteri, circa interiorē partem fundi ipsius putrefacti, & quidē tanto cum ulcere, ut fetus mortuus è capacitate uteri ad intestina fuerint prolapsi, & inde per epigastrium extracti, (quo loci magnum solum apostema esse suspicio erat) absque tamen matris interiectione, aut postmodum utero gestandi facultate ablata, utero naturæ beneficio consolidato. In quarta classe recenset historias mulierum, quibus uterus prolapsus & putridus, absque uitæ periculo, totus, & quidem sectione, uisione, aut ligaturis ablatu fuit. In quinta itidem historias mulierum, quibus uterus ualde absumptus & putridus, tandem sponte, absque tamen morte aut morbo subsequente, exiit, proponit.

D *Quinta sectione* idem eorum, qui bruta castrare solent, exemplo confirmat.

E *Sexta sectione* probat, sectione hac fecunditatem feminis non auferri, sed ubi post sectionem conualuerint, iterum concipere posse. Eandem Rousseti sententiam aliis etiam historiis confirmat Casparus Bauhinus, in *appendice eius libelli*, inter quas notabilis prima est, quæ hoc modo refertur. Cum circa annum salutis 1500. Elisabetha Alespachin, Iacobi Nuseri uxoris, in pago *Siegeribausen*, (pæfecturæ Gotthebanæ in Turgauia, parochiæ Altshouilanz) uxor primò utero gestaret, & iam doloribus partus per aliquot dies diuexaretur, ad se obstetrices tredecim, & aliquot lithotomos uocauit, à quibus frustra tamen, opem sperabat, cum nec fetus excludi, nec etiam dolore smitigari possent. Quare iam desperata salute maritus uxori consilium suum communicat: quod si consentiret, uelle se, quod speraret, annuente Dominino felicem successum, in ipsa suam experiri industriam. Annuente ergo ipsa ad Archipræsidem Frauenfeldensem abiit, rem, uti se habebat, exposuit, conatum aperuit, licentiamque sibi dari rogauit. Re intellecta, Archipræses primùm quidem difficiliorem se exhibuit: dein uero fiduciæ mariti confidens, annuit. Quare

licentia impetrata, domum redit, obstetrices alloquitur, & hortatur, ut quæ cordatiores, sibi & uxori in hypocausto assistant, timidiores verò ex conclavi recedant; molitur enim se aliquid, quo benedicente Domino, salutem uxoris speraret. Obstetrices ergo, consilio magna cum admiratione intellecto, ex ipsis undecim ex conclavi recessere: duæ cordatiores cum Lichotomis mulieri parturienti assistere. Quare maritus implorato prius diuino auxilio, & lanua diligenter clausa, uxorem mentis imponit, abdomini vulnus (non secus, quam alicui porco) infligit. Verùm primo statim iectu ita feliciter abdomen aperuit, ut subito infans absque vlla læsione extractus fuerit. Cùm iam undecim obstetrices, quæ praeforis stabant, infantis vagitum audirent, intrare, sed frustra expeiebant: non enim intromissæ fuere, antequam tertus mandatus, vulnusque Veterinario more confutum foret, quod postmodum absque alio superueniente symptomate feliciter coaluit. Eadem enim post hanc *causam* secundò gemellos enixa est: quorum vnus Iohannes Nuser nomine, pagi *Sigershausen* Praefectus, annum iam agens sexagesimum, anno millesimo quinguesimo octuagesimo tertio, adhuc in viuis fuit. Post hos gemellos primùm anno salutis millesimo quinquagesimo septuag. septimo diem suum clausit. Reliquæ eiusmodi historiarum, ut & aliquot veteri electi exempla, vix manente matre, ibi videantur.

partus Cæsareus cum hernia vterina. Sectionis huius ad ministrandæ ratio.

Nec hic prætereunda partus Cæsarei cum hernia vterina coniuncti historia, quæ hic *Vittebergæ* accidit, & supra, *part. 1. sect. 2. cap. 16.* integrè descripta existat.

Tandem *Rousserus* Cheirurgus, qua ratione hæc sectio instrui possit, instruit hoc modo: Primò, inquit, tibi considerandum erit, aliquane sit spes alio faciliori modo fecerum nanciscendi. Dein, siue mulier robusta, & an signa lethalia adsint: præcipuè autem an non nimium ab obstetricibus, aut obsummos & violentos in partu conatus læsa fuerit, aut quorundam tonforum carnificina crudeliter dilacerata, quod frequentius ab ipsis, quam à matronis fieri solet. Si enim eam tum mori contingeret, causa mortis sectioni tuæ, non autem ipsorum erratis adscriberetur. Sic, postquam, inuocato tamen prius numine diuino, aliquis, qui tibi ad id commodus visus fuerit, iussu tuo, mulieri animum addiderit: & ut primò Deo bene confidat, dein etiam de tuo auxilio rectè speret, ad conuerit: conueniet te instrumenta hæc pauca habere, ad hoc opus peragenda necessaria: ita tamen, ut hæc instrumenta ab ipsa non conspiciantur. Nouaculam minutam acutam, nouaculam rotundæ aut globosæ cuspidis, acum cuspidè triangulari filo instructam, spongiam mollem, pannum lineum mollem, veterem, complicatum, confutum & iam imbutum decocto calido, de quo in sequenti agetur, vel alio simili decocto, quo dein bene expresso melius, quam spongia, vteris tam ad sanguinem imbibendum & exsiccandam, quam ad labia ipsius vulneris foris adstringente, & calore suauiter ac blando fouenda. Præterea etiam linteamina sint in promptu, quæ ipsi mulieri subternantur, & circumponantur, quo sanguis, qui promanabit, tegatur, cuius etiam parua quantitas magnam profusionem estentat, & tam mulieri patienti, quam adstantibus terrorem incurrit. Adsint etiam fasciæ, linamenta, splenia, stupæ bene pexæ, puluilli, vtriusque medicamenti adstringentibus imbuti: quæ omnia in primo post sectionem apparatu separatim habere oportet, aut eadem si tibi ita videatur, coniunges. Postmodum vbi te mo-

A nitore, urinam, si fieri poterit, reddiderit, quo vesica vacua deorsum concieat, & manibus impediatur, quatenus ea locum sectionis non attingat, situanda est, si vires valeant, supra lecti extimam partem in dorsum inuersa & inflexa, ita ut tibi aliquantum pendeant, sed firmiter coniunctæ seruentur, ipsa vero blande à familiaribus robustis & animosis sustineatur. Aut si vires sint prostratæ, semidecumbens continenda, hic enim situs à syncope præseruat, quod in sectione vterum, qui hypochondriis obnoxij sunt, obseruare solemus, ita tamen, ut versus pedes aliquantum propendeat, tibi vero æqualiter sint extensæ. Tum vtrum aut alterum, quod vobis, laus eliges: hoc enim in idem recidit, ut ex supra citatis historis colligere licuit. Attamen si epatis aut splenis aliqua durities adsit, consultus videtur si te, si oppositum latus incidatur, idque variis de causis, de quibus alibi actum sumus.

Si verò hernia sit in latere eo, quod incidere est animus, & quod censeatur intestinum ibi, nimirum inter peritonæum & vterum non hæere, difficulter enim ibi esse potest, quia vterus in muliere valde gravida prius, quam intestinum se offert, tum ibi sectio fieri poterit, eo enim citius, quàm in oppositum latus vterus decumbit. Hac ratione fiet, ut postmodum ægrota non ex utroque latere sit herniola. Et licet intestinum se tibi offerret, quod tamen fieri non potest, nil idcirco mali esset, modò in alium nouacula non adigatur, ne ipsum lædatur. Olim enim in curatione herniæ magna supra rupturam incisio, absque tamen noxa, fiebat, ut & *Celsus* & *Ægineta* testantur.

C Hoc factò, optimo atramento locum incidendam notabis, linea oblonga & recta per abdominis longitudinem ducta, cuius exsiccatio expectanda, ne rursus deleatur, quo recto tramite abdomen secutur. Fiat autem sectio inter umbilicum & illa tribus vel quatuor digitis ab inguine pecten versus, & id secundum recti musculi longitudinem, cauendo tamen, ne vel caput, vel cauda ipsius musculi lædatur. Notandum autem hoc loco, quod si sectio paulò altiori in loco potius, quam rimis infernè fiat, eam meliorem & tutiorem ratione hæmorrhagiæ fore: minus etiam molestam, si hernia remaneat: ad hæc minus etiam doloris causabit. Sed & eodem atramento, in quatuor aut quinque æqualiter distantibus locis, quatuor aut quinque paruas lineas transversales decussatas, super lineam primam per abdominis longitudinem ductam, notare oportebit, & ut exsiccetur, curandum: supra quas puncta futuræ sibi inuicem rectè respondentia locanda, quo recta fiat gastroraphia.

D His peractis, sectio ipsius cutis supra lineam dextrè adhibenda, ad pinguedinem vique, sed caute nouaculam adigendo: cuius vulneris longitudo erit dimidij circiter pedis, plus minusve, prout mulier magno paruoque corpore fuerit, postea eodem prioris sectionis tremite, prodeuter, & quidem secundum longitudinem, musculi ipsius *Ep. gastrij* incidendi, & etiam peritonæum. Sed caute, inquam, peritonæum secandum erit: sub eo enim ipsius vteri postpartum prætumidum se offert, ipsius intestini, quæ abscondita subiacent, i decumbens. Tum, implorato diuino auxilio, vterus incidendus erit, ita tamen ut alta non fiat sectio, ne fetus, si adhuc seruetur vita, lædatur: si enim mortuus sit, tum citius omnia peragi possunt, cauendo idem, ne nimium mater lædatur. Incipienda erit sectio in summo ipsius vteri, & deorsum inter latus & anteriorem partem ducenda, quo iis locis, vbi sunt epididymi, vasa spermatica, & testiculi multòctes, caueatur.

Quod ut tutius fiat, consultum erit, tum ad manus habere nouaculam alteram, dorso crassiore, acie

acutissima: ita tamen ut ipsius acuminis principium globulo plumbeo aut buxco muniatur (ad instar cultri eius, quo utuntur ij, qui omala præparant, & intestina repurgant) ne acumine infans, dum se in utero mouet, aliove pacto, lædatur.

Post foetus & secundinæ extractionem, linteamine tenui, molli, blando & veteri, octies vel decies breuiusculè complicato, & sequenti decocto imbuto (quo loco spongia vti licebit) diligenter & blandè is, qui aderit sanguis, abstergendus est, ita tamen ut blando calore foueatur, quo duabus satisfaciamus Indicationibus, & quidem contrariis, idque eodem tempore, habita ratione brenitatis temporis, quo id fieri debet. Decoctio sit talis: *L. herb. artemis. absinthij, agrimon. beonica, althææ, flor. malna arborescentis* (quam Rosam transmarinam aliqui vocant) si reperitur; *fol. aut flor. granatorum, ros. syluestrium odoratar. ros. rub. exsiccatar. an M. j. rad. aristol. longa & rotunda, cyperi, schœnanti an. circiter ʒ. ʒ. F.* omnium decoctio vsque ad tertie partis consumptionem, in vini crassi rubri & austeri lb. vj. (sunt duæ pintæ Parisienses) dein coletur: colaturæ addatur aq. fabrorum hemina, id est, quartarij duo (est dimidia cheopina Parisiensis & rursus vna bulliant. In hoc decocto temperati calor linteamine complicatum, eo modo, ut dictum fuit, intingatur, & exprimat: hoc eadem opera & saniem absterget, partem læsam fouebit, sanguinis fluxum sistet, partem defatigatam corroborabit, & lochia, quæ fluere debent, commouebit.

Sed hoc loco studiosè dictum illud, Festina lente. obseruandum. Hæc vbi ratione vteri peregeris, & cum blandè in locum conuenientem, absque tamen futura, reposueris. (vteri enim in seipsum contractio, quàm futura melior) tum statim gastroraphia adhibenda (id autem festinanter fieri non debet) vulnere ipsius abdominis, ne frigore interior afficiatur, obseruantes, & aptè vulneris labia committenda secundum lineas decussatas, vt iam dictum fuit. Quæ quidem res & secundi alicuius operam requirit, qui intestina, quæ tum iuxta vulnus, quod consuitu, occurrunt, intro tradat, ne ipsa vel aculædantur, aut inter puncta futuræ ocludantur, dum locum eum, quem prius vterus iam retractus obtinuerat, occupant. Nec etiam nimis cunctanter res agenda, vt prædictum, vel in curiosa gastroraphia administranda, vel aliquid cum ægrotæ periculo experiundo, ne totum opus corrumpatur: si quidem experientia conuertum, quod in iis, quæ incisa omnium optimè conualuere, nil aliud quàm cutis, & quidem paucis punctis confuta fuit, nec tamen propter herniam, quamuis valde magna foret, aliquid molestiæ pertulerunt. Nam, (vt est in prouerbio

A Gallico) melius est, infantem mucosum relinquere, quàm nasum omnino auellere.

Post futuram abdominis, reliqua, quæ in aliis etiam recentibus vulneribus fieri solent, erunt administranda, vsque ad cicatricis generationem: frigus tamen summè cauendum: Fiet autem id per vnguenta, cataplasmata, emplastra, fofus, puluillos, itupas bene pexas, pro ratione temporis, & indicationibus conuenientibus.

Ratione autem vteri duo potissimum conuenient: Pessaria nimirum, & iniectiones in vterum. Pessaria erunt effigiata in formam penicilli, pollicis crassitie, aut paulo minores, & satis longa, quò vsque in concavitatem vteri absque offensa indi possint. Parabitur autem pessarium ex linteo, aut ex candela cerea perforata in modum penicilli fistulati (quas Tentas cannuleas vocant) linteo aut bombace obducto, butyro recenti, pinguedine gallinæ, oleo rosato, vitello oui inuncto: quod sæpius extrahendum, & rursus intrudendum erit. Proderit tale pessarium, tum ratione longitudinis, tum etiam ratione perforationis, quo saniei pateat transitus: dein etiam vt collum & os vteri muniat, ne saniei acrimonia afficiantur: Hippocratis consilium imitantes, si modò communem interpretationem sequi velimus: Si vterus inter coxas iacens suppuretur, necessarium est immotum fieri. Quod si sæpius id extrahamus, non impedit, quò minus puri, humori pituitoso, aut grumis ipsius sanguinis detur exitus, sed potius ea secum ducet. In eundem vsum clysteres vterini conuenient, qui ipsum fouebunt, abluent, abstergent, roborabunt & consolidabunt: quæ parantur ex decocto artemisæ, agrimonæ, absinthij, althææ, plantaginis, ros. rubrarum: florib. aut foliis malnæ arborescentis, nepetæ, radic. aristol. falsæ pariliæ, cyperi, schœnanti, quæ omnia decoq. in aq. chalybeata, addendo parum vini crassi austeri, & opti hydromelitis aliquid. Horum nil aut parum in supra citatis historiis obseruatum fuit, quæ nihilominus tamen rectè, & citò curatæ fuere. Quare si prædicta omnia reperire non liceat, non tamen ob absentiam (vt est in vulgari prouerbio) vnus Monachi Abbatis electio intermittenda.

Victus ratio sit ex cibis euchymis, & sit, quoad ^{Dixta.} vires concedent, tenuis. Mulieres enim modò enixas, & tali pacto exereitas corroborare conuenit: at in vulneribus & apostematibus interioribus exquisita victus ratio requiritur: quare mediū seruare oportet.

Quod si alius non respondeat, clysteribus ex sacch. rubr. diapruno simplici, butyro recenti, oleo rosato, cum iure gallinæ pinguis, absq; herbis & sale paratis, vt oportet. Reliqua pro iudicio Cheirur. & prudentis Med. qui fortè aderit, sient. *Hæc F. Rouffetus.*

LIBER QVARTVS.

P A R S II.

S E C T I O VII.

De Regimine puerperarum, & affectionibus præter naturam quæ post partum
eis accidunt.

C A P V T I.

De Regimine puerperarum.

VBI femina foetum edidit, statim danda opera, vt secundina subsequatur, & extrahatur, quod in naturali partu etiam sine difficultate fieri solet. Interdum tamen subsistit, de quo *cap. sequenti* dicitur. Vbi verò & foetus in lucem editus, & secundina extracta est, puerpera in lectum componenda, eiusque vires, quæ in partus laboribus deiectæ sunt, cibis idoneis & quiete, quæ ipsis vulgò, & quidem Sacerum literarum auctoritate rectè conceditur, rescindendæ, neque ante finem sex septimanarum facilè ad labores consuetos admittendæ. Equidem obseruatum, fæminas quasdam, nulla puerperij habita ratione, ad consueta opera reuertisse: Ac Cælius Rhodiginus, *lib. 18. antiq. lect. cap. 22.* & alij ex Possidomo referunt, virum quendam Massiliensem mercede conduxisse viros & mulieres, qui agrum suum foderent. Ex his vna cœpit sentire dolores partus: relicto ergo opere, abiit paulisper extra agrum, emissoque foetu, rediit ad laborem, ne mercedi quid decerperetur: & cum Dominus agri videret, quod pensum difficulter solueret laboris nesciens quid ei accidisset, interrogauit, quid illi esset; cognita causa numeravit illi pretium, iussitque abire. Illa autem sumpto puero, lauit ipsum aqua fontis, & inuolutum panniculis incolumem domum portauit. Non absimile quiddam hic Vittebergæ accidisse memini. Fæminam quandam ad portam Elystræ in aliena domo noctu subito pariendi conatus apprehenderunt, & feliciter ea infantem peperit. Cum verò, quæ ad puerperium necessaria sunt, in illa domo non haberet, sed domi suæ, quæ erat in platea presbyterorum, ea apparasset, ipsa infantem modò editum succinctorio excepit, & pedes rectà domum, ad quam vix intra horæ quadrantem peruenire potuit, portauit, & ibi puerperium salua peregit. Verùm rata ista sunt, neque facilè in exemplum trahenda, sed omnino bona & peculiari dicta puerperæ opus habent.

Qualis aër puerperis conueniat. Aër, in quo degit puerpera, sic temperatus, & ad calidum potius, quàm frigidum declinans, & omnino studio è caueat puerpera, ne frigidum aërem, præcipue in vterum, immittat, cum is, vt semper, ita in puerperis imprimis, vterum inimicus sit, & lochiorum retentionem, atque hinc tormina & dolores, vteri inflammationes, & alia mala excitet. Omnia etiam odorata remouenda, ne suffocatio vteri excitetur. Si partus laboriosus fuerit, venter & lacera puerperæ ol. amygdal. dulc. lil. albor. cum

A pauco vino calente mistis inungantur.

Cibi sint boni succi ac facilis coctionis, iuscula scilicet gallinarum, & carnes cum pane albo, panatellæ, & in nostris regionibus iuscula è pane & cereuisia butyro recenti condita, oua sorbilia: quo victu primis duobus vel tribus diebus contentæ esse possunt. Postea carnes pullorum, gallinarum, caponum, hædina, vitulina concedi potest.

Potus sit vinum tenue, modo febris non adsit, si febris adsit, aqua cocta, cum modico cinamomi vel semine coriandri. In nostris regionibus commodissimus potus est cereuisia. Potus autem primis diebus non valde frigidus exhibeatur, cum tormina facilè excitet, sed quodammodo tepidus. In cibo autem & potu mediocritas obseruanda, nec à magna euacuatione statim ad plenum victum propinquandum, nec maherculis impetuis concedendum. vt subito cibo & potu nimio puerperas impleant & faciant, cum vires deiectæ magnam cibi copiam coquere non possint. Postea vero sensim alimenta augenda.

Arceatur omnis strepitus & clamor, ne quies puerperarum turbetur & spiritus agitentur. Imo ipsæ puerperæ non multum, præcipue alta voce, loquantur, ne humores & spiritus ad partes superiores moueantur, & purgatio post partum impediatur. Post vel circa vigesimum diem, & postquam purgatio lochiorum peracta est, vt iterum è lecto surgant, ipsis concedatur: aliis enim, & si nimis citò è lecto surgant, venter flatibus repletur, & tormina excitantur. Ad vires tamen puerperæ hic respiciendum: alia enim sine dàmmo citius è lecto surgunt, alia ob virium debilitatem diutius in eo morari coguntur.

Affectus animi nimij, terrores, metus, ira, risus & gaudium nimium vitandi; cum humores agitent, & vt in partem aliquam decumbant, facilè in causâ esse possint.

Vt iis, quæ infantes suos lactare nolunt, vel non possunt, purgationes post partum copiosius fluant, sanguinisque impetus à mammis auertatur, danda opera; quæ de causâ etiam repellentia sub axillis adhibenda; vnguentum scilicet rosaceum, aut cerorum santalinum aceto dissolutum, & ipsis manus cataplasma è farina fabar. orobi, cum oxymelice mistis imponendum, aut mammae fouendæ decocto. fol. menthæ, anethi, apij, vel folia concusa elimponenda.

Antequam puerpera iterum domo egreditur, & sese ad consueta munia accingit, balneo utatur, vt

lordes illæ, quas in puerperio contraxit, abluantur, & totius corporis partes roborentur. In balnei aqua coqui possunt radices lil. alborum, helenij, fol. artemis. agrimoniz, borrag. rorismarini, fl. chamæmeli, stæchad. semen lini, fœnigræci, cortic. citri. Nostræ mulieres puerperas in balneo emulsionis seminum cannabis abstergere solent.

Post balneum, ut femina ad conceptum iterum disponatur, nonnulli per biduum suffitu è thure, santal. citr. cortic. citri granis kermes, nuce mosch. cinam. garyophyllis pulverisatis & prunis iniectis uti solent, quem in sella perforata, aut ex iisdem in vino decoctis vaporem vtero excipiunt.

Atque si his hoc modo administratis omnia rectè procedant, nihil aliud agendum: Si verò quod præter naturam superueniat, ei, ut in sequentibus dicetur, subueniendum.

CAPUT II.

De Secundina & Mola post partum retenta.

Secundina retenta.

POSTquam fœtus in lucem prodiit, danda opera, ut membranz illæ, quibus fœtus in vtero inclusus & involutus fuit, Secundinæ, Secundæ, & Græcis *διυρτις* dictæ, quod secundum ab vtero fœtui sunt receptaculum, vel quod secundæ à fœtu prodeant, subsequantur, quod sine magno conatu fit, si omnia in partu prosperè & rectè succedant, cum ab umbilico infantis pendeant, & umbilicus postremo exeat in partu.

Interdum tamen post partum hærent Secundinæ, ac subsistunt, & sæpe non minores labores puerperæ afferunt, quàm ipse fœtus. Cum autem subsistit secundina, vel fundo vteri adhæret, vel si ab eo liberat, alij parti instar pilæ connectitur. Et quidem cum secundina detinetur, vel os vteri clausum est, vel patet.

Causæ.

Causæ.

Retinentur Secundinæ, vel quia nimis crassæ & tenaces, ac firmiter vteri lateribus coherent, vel quia propter diuturnum partus laborem intumescunt, vel, ut Hippocrates, *lib. 1. de morb. mul.* habet, si per vim infantisque conatum ruptus fuerit umbilicus, vel imperita obstetricis umbilicum præcidit, antequam secundina ex vtero egressa fuerit, aut umbilico absciso eum sinistra manu non firmiter tenuerit: tum enim Secundinam lubricam vteri facilè sursum trahunt. Tutissimum ergo est, secundinas ab umbilico non rescicare, donec simul exeant. Ideoque ut absque violentia & sine ruptura umbilici extrahantur, laborandum. Idque ut facilius fiat, etiam sternutatio de consilio Hippocratis excitanda. Si tamen nullo modo extractio secundinæ succedat, sectio umbilicetiæ non nimis diu differenda, ne infanti aliquod dampnum & periculum arrahatur. Vbi tamen umbilicus abscinditur, parrem secundinæ coherentem filo ligare & puerperæ femori alligare; vel manu obstetricis retinere conuenit, ne in fundum vteri Secundina retrahatur. Idem accidit, si aer frigidus in cavitatem vteri admittitur, vel propter odores vterus sensim contrahitur, vel puerpera terrore vel timore concutitur, vel propter impatientiam non in eo situ permanet, aut eos conatus non præstat, qui ad secundinam excludendam sunt necessarii.

Signa Diagnostica.

Signa.

Secundam in vtero relictam esse, obstetricem latere non potest. Causæ etiam, ob quas retentæ sunt, facile patefunt. Accedunt postea alia symptomata, & ut Hippocr. *1. de morb. mulier.* scribit, purgatio minus, quàm opus, procedit, & venter durus fit, &

A magnus, ac febris acuta & dolor per totum corpus, & ventris maxime parrem eam, quæ est infra umbilicum, & grauitas fit in vtero, & tormina, veluti fœtus insit. Quibus postea, vbi secundina putrefcere incipit, febris accedit, fœtor per illa loca erumpit, & ex vaporibus terris adscendentibus nausea, difficultas spirandi, & suffocatio, lipothymia, convulsiones oriuntur.

Prognostica.

1. Cum ergo tot graua symptomata ex Secundarum retentione accidere possint, patet hinc, non leue in alium esse, sed ex eo puerperæ multum periculi impendere, imò sæpe ea de causâ eam mori. 2. Salutis autem maior spes est, si, cum Secundina expelli vel extrahi non potest, copiosa sanies ex vtero effluit. Tunc enim spes est, secundas putrefactas vel consumptas sexagesimo die elapsuras.

Prognostica.

Cura.

Ut ergo Secundina retenta ex vtero quamprimum tollatur, danda opera: & propterea leniter manibus obstetricibus trahenda, sed non rectè, ne simul vterus sede sua moueatur & excidat, sed in orbem quasi agendo. Et ut conatus accedat, sternutatoria vsurpanda, & sternutatio promouenda, qua secundina excutiat.

Cura.

Deinde graueolentia è plumis perdicis & vngulis capræ accensis, ac similia, quæ in suffocatione vteri vsurpari solent, naribus admouenda, quæ spiritus in vtero deorsum quasi fugant.

Quod si nec hoc modo euacuetur Secundina, medicamenta Secundinam expellentia vsurpanda, quæ eadem ferè sunt cum medicamentis fœtum mortuum expellentibus. Inter quæ utilis est imprimis *distamnus Creticus & ol. ligni Heraclei. secundina preparata*, de quibus supra. Vel *℞. artemis. rubra M. j. Coq. in vino Rhénano, & cum haustu propinetur illud flammum ex fl. lil. alborum. Vel ℞. maioran. charefol. puleg. an. M. j. sabina M. ℞. sem. fœnic. anisi an. ℞. ℞. radic. leuistici, petroselin. an. ℞. iij. Coq. in aq. pro haustibus duobus. Vel ℞. sabina artemis. puleg. an. M. j. Coq. in aq. communi ad consumm. mediet. Col. ℞. ℞. ℞. Adde calenti ℞. j. vini odorati, cinam. pulueris. ℞. j. Stent in vase clauso, postea colentur. Detur sexta pars pro haustu mane & vespere. Vel ℞. distamni Creitici, trochisc. de myrrha, boracis an. ℞. ℞. croci, castorei an. ℞. j. F. Puluis. Vel ℞. aristol. rot. ℞. ij. myrrhæ ℞. j. F. Puluis. Detur ex vino. Vel ℞. radic. distam. albi ℞. ℞. cinam. ℞. j. sem. violar. ℞. ℞. F. puluis. Commendatur & testiculorum equorum frustillatim incisorum, & in furno exciccatorum puluis, quantum tribus digitis eius capi potest, bis vel ter cum liquore conueniente exhibitur. Utiles est & succus è foliis leuistici recentibus expressus, & cum vino Rhénano exhibitus. Ut & Castoreum cum vino vel cereuisia propinatum. Nonnulli iubent puerperam ter vel quater capam morsu comprimere, & succum deglutire, ac postea vini calidi haustum superbibere. Pelli fiant ex *artemisia, mercuriali, salnia, irido* pulverisatis, & cum *ol. cheirino* mistis. Vel *℞. aristol. rot. sabina, bryonia*, partes æqual. & felle bubulo ac melle excipiantur. F. Pelli. Fortiores sunt ex *desoito vel suco cucumeris asinini, colocyntididis, staphide agria, elleboro, melle, ac felle taurino*. Suffitus fiant ex *castia, nardo, artem. sabina, pulegio, distam.* Vel *℞. myrrh. castor. galbani an. ℞. ℞. opopanax, cinam. an. ℞. j.* Cum melle F. Trochisci, qui carbonibus iniciantur. Vel foueatur venter decocto modò dictarum plantarum. Vel *℞. farina lupinar. ℞. j. pulu. absinth. ℞. ℞. myrrhæ, ruta an. ℞. iij.* Cum felle taurino & melle. Misce in formam Cataplasmat.*

Secundinam expellentia.

E

Quod si nec hoc modo Secundina excidat, Clyster. A
vterinus iniiciendus ex decocto salvia, artemis, mercuri-
al. calaminiba, pulegy.

Tandem si nec manus opera, nec medicamentis
expelli Secundina possit, medicamenta suppurantia
in vterum iniicienda sunt, vt in pus mutata particula-
tim effluat. Ne tamen aliquid incommodi inde ex-
citetur, & vterus exulceretur, detergentia miscen-
da, vel per interualla iniicienda: Et dum ea ini-
ciuntur, simul medicamenta Secundinam expellen-
tia exhibenda. Vt ℞. Rad. malua, lil. albor. an.
ʒ. j. aristol. rot. ireos an. ʒ. ij. fl. chamemel. M. ʒ.
sem. lini, fenigr. an. ʒ. ʒ. Coq. in aq. f. Col. ℞ ʒ.
iv. ol. amygd. d. ʒ. j. vngenti Basilici ʒ. ʒ. Aegyptiac.
Drach. i. M.

De Mola post partum relicta.

Interdum mola cum foetu coniungitur, & post
partum atque lufanem in lucem editum in vtero re-
linquitur, quod cognoscitur non solum è signis mo-
læ supra, scilicet. i. capite 8. propositis sed quod
etiam foemina post partum non leuatur, & dolores
circa umbilicum; in dorso, in inguinibus reman-
ent, ac grumofus sanguis effluit multus, ab eua-
cuatione tamen illa puerpera non leuatur, sed tor-
mina, anxietas remanet, venter intumescit, dolo-
resque quasi partus per interualla recurrunt. Qua
ratione autem mola talis tolli possit, supra, alle-
gato loco dictum.

CAPVT III.

De Purgatione post partum imminuta vel retenta.

CVm sanguis, qui toto gestationis tempore in
vasis circa vterum retinetur, in foetus nutri-
mentum non totus, sed melior saltem absumatur,
contra deterior retineatur, & præterea quoque vitiosi
humores multum, qui aliàs singulis mensibus cum san-
guine, dum foemina non est grauida, euacuari solent
in istem vasis cumalentur: post partum natura san-
guinem illum, collectosque alios humores euacuat,
qui sanguis ἀρχία, & euacuatio illa ἀρχία aut ἀρχία-
δαρσις, vulgo purgatio post partum, & puerperia no-
minatur.

Hoc loco autem notandum, differre apud Hippo-
cratem ἀρχία & ἀρχία: ἀρχία enim & ἀρχία (vtrouque
enim modo scribitur) ipsa illa post partum purga-
menta seu materiam, & humorem, qui euacuatur, si-
gnificat, ἀρχία verò, aut ἀρχία est ἀρχία, seu euacua-
tio & effluxus illius materiae, vt ex Hippocrate. i. de
mulieb. in initio, apparet.

Purgatio autem ista, ob causas modò dictas, non
eodem modo sese habet. Si enim mulier sana sit,
sanguis effluit, quasi in modò mactata victima, si-
que cito concreuit, vt Hippocrates, i. de muliebr.
docet, id est, integer, sincerus, floridus & rosei co-
loris. Si verò mulier integra valetudine non fruatur,
& cacochymica sit, sanguis iste nunc aquosus, nunc
biliosus, nunc melancholicus est, neque in om-
nibus fluit eadem quantitate, nec in omnibus eod-
em tempore durat. Hippocrates, in initio libro de
morb. mul. scribit, quod defluant hæ purgationes in
sanis ad mensuram heminae vnius & semis, plus mi-
nusue, quæ quantitas indies minuat, donec perfe-
ctè euacuata fuerint. Et durare istum fluxum, si ma-
rem pepererit, ad summum diebus viginti vel ad
summum triginta; Si verò foemellam pepererit,
diebus triginta, ad summum quadraginta duo-
bus diebus. Verum cum ista varientur ex regionum
diuersitate & foeminei corporis constitutione,
alimento, vitæ genere, cum raro in vna foemina

eadem concurrant, mirum etiam non est, aliis co-
piousius, alias parcius, alias longiore, alias breuiore
tempore euacuari. Et in nostris regionibus sæpe mu-
lieres, quæ exercitiis magis deditæ sunt, & minore
copia, & breuiore tempore purgantur, & nonnullæ
ad octauum saltem, pleræque ad dies quindecim, ne-
quæ ex continuo, sed vnius vel alterius diei spatio
interposito. In aliis vero regionibus, & præcipuè
ex, quæ otio deditæ sunt, copiosius & diutius pur-
gantur. Purgatio autem ista sanguinis vel immittit-
tur & nimis parca est, vel planè supprimitur, vel mo-
dum & quantitatem consuetam excedit.

Causæ.

Imminutionem & suppressionem Lochiorum, de
qua hoc capite agemus, quod attinet, sic ea, cum
vafa per quæ euacuari debet sanguis, vel angustioria
redduntur aut planè clauduntur, vel sanguis alio re-
trahitur & auocatur. Prius fit, cum sanguis est
crassior, qui ipse sibi viam qualis obstruit, aut
vteri vafa ob vitiosum vteri sicut comprimuntur,
aut frigidus aër in vterum immittitur, qui officia
valorum constringit, quod fit, si conclaue, in quo
foemina parit, sit frigidus, aut pedes refrigerantur,
aut potus frigidus hauritur. Posterius vero acci-
dit potissimum à perturbationibus animi, terrore,
metu & similibus; vel si sanguis cum impetu ad mam-
mas ruit.

Signa Diagnostica.

Esti quantum cuiuslibet foeminae sanguinis post par-
tum euacuari debeat, definire sic difficilimum: tamen
non ita difficulter cognoscitur, an nimis parca san-
guis euacuetur: Si vero planè supprimitur, id nullo
modo latere potest. Accedunt postea & alia sympto-
mata, quæ ex sanguinis imminuta euacuatione, vel
suppressione ortum habent: venter nimirum in-
tumescit, dolor in vtero ac lumbos & in-
guina occupat, & sæpe ad manus & crura extendi-
tur, rigor & febris subsequitur, animique deliquia,
pulsus debilis, celer & inequalis, in vtris quid fu-
liginosum apparet, vterus interdum inde inflamma-
tur; quod si non accidit, graueolentia, liuida, nigra;
grumosa excernuntur.

Prognostica.

1. Ex quibus apparet, rem periculo non carere, si
lochia diminutè euacuentur, aut planè supprimentur ca.

Etenim si mensium suppressio omnia mala est: mul-
to deterior est eius euacuationis, quæ post partum
fit, suppressio. Cum enim in non grauidis san-
guis ferè solum copia peccans per vterum euacue-
tur in grauidis, quod optimum est, in nutrimen-
tum & augmentum foetus absumitur quod vero de-
terius est. relinquitur, & ipsa mora peius euadit, &
ferè atræ bilis naturam induit, ac propterea, si in
corpore retinetur multorum malorum causa est, vt
Galenus, i. epid. com. 3. i. 21. & 3. epid. com. 3.
i. 73. docet.

2. Accidunt enim modo enumerata symptomata, &
præcipuè febres, cuius historia est apud Hippocrate,
modò alleg. loc. 3. epid. com. 3. i. 73. de foemina in Thaso,
quæ postquam in partu purgata non fuit, in febrem
ineidit, quæ ibi videatur. Accedunt præterea melan-
cholia, sanguinis sputum, vomitus, alui fluxus, inflamma-
tiones hepatis, pleuritis, angina, phrenitis, mania,
paraplexia, hydrops, quæ tandem ipsam mortem
foeminae afferre possunt.

3. Si tamen sudor copiosus erumpat, vel ex vtero
liuida, nigra, graueolentis effluere incipiant, ab isto
periculo foeminam liberare valent. Ex corrupto ta-
men & putrido sanguine vlcera, nisi id præcaueatur
in vtero excitari possunt.

Curatio.

Quapropter non cunctandum, sed antequam

Mola post
partum
relicta.

Lochia.

quantitas
& tempus
purgationis
post partum.

grauē aliquod malum foeminam apprehendat, auxiliū ferendum est. Si enim talia graua mala accidunt, vix vllas postea auxiliis amplius locus est. Itaque si sanguinis copia adsit, & sanguis ad alias partes ruat, vt ad vterum conuertatur & reuellatur, danda opera; quod fiet frictionibus, ligaturis, cucurbitulis, & scarificationibus in inferioribus partibus adhibitis; quæ si non sufficiant, vena in pede aperienda, quæ & sanguinem versus vterum reuocat, eiusque plenitudinem, quæ periculum aliquod minuat, minuit. Imò si ista euacuatio planè suppressatur, necessarium est, vt statim venæ sectio instituat: reliqua tamen reuulsoria medicamenta non negligantur

Vias aperientia.

Postea vsurpentur ea, quæ vias laxant & referant, tum externa, tum interna. Inungatur regio vteri, imò totus venter, *ol. lil. albor. amygdal. d. sesamino unguento dialthææ, pinguedine gallinæ*, quibus addi possunt *crocus, oleum angelicæ, spica, cinamomi*; vel foueatur venter decocto plantarum supra, *part. 2. caput 3. de mensium suppressione*, propositarum Vt *℞. Radic. liliorum albor. aristoloch. rot. longe, bryon. angelicæ, an. ʒ. ʒ. ʒ. mercurial. artemis. puleg. sabina, calamintha, an. M. j. st. tanaceti, chamæmeli, sambuci, an. M. ʒ. sem. leni, fœnugr. an. ʒ. ij.* Incidantur & contundantur crasso modo, ac sacculo insuantur, qui in aqua calida coctus ventri inferiori & pudendis imponatur. Neque inutile fuerit, clysteres emollientes & laxantes iniicere, & si iam dies aliquot à partu præterierint, purgationem ex Rhabarb. agarico vel sol. Senæ exhibere, quò & viæ laxentur, & humores commoueantur. Vt *℞. Rad. lil. alb. althææ an. ʒ. ʒ. aristol. rot. longe an. ʒ. ij. fol. paristar. mercurial. althææ an. M. j. calamintha, fl. chamæmel. sambuci an. p. ij. sem. lini fœnugraci an. ʒ. ii. Coq. in aq. f. Col. ʒ. ʒ. x. ol. aneth. lil. alb. an. ʒ. j. hieres. ʒ. ʒ. vng. de artanina ʒ. i. M. F. clyster. Pelli quoque menses prouocantes vtero indidantur.*

Sanguinem fundentia.

Exhibeantur sanguinem fundentia & attenuantia, vt succus borrag. & petroselinum cum vino, vel decoctum radic. grauinis, petrosel. pimpinellæ. Vt *℞. radic. aperient. an. ʒ. ii. betonic. capill. ʒ. en. diu. schœnanthi an. p. ii. sem. anisi fœniculi, an. ʒ. i. cicer. rubr. cochl. i. Coq. ad reman. lb. j. ʒ. Adde aq. cinam. ʒ. ii. Sir. de quinque radic. ʒ. iii. Dentur ʒ. iii. Hippocrates, r. demuliebr. Erysimum primò leuiter tundere, vt quod impurum superficialiter adhaerescit, excutiat, deinde ita expurgatum accuratius terere iubet, & aqua dissolutum, saléque & oleo conditam, lenitet etiam adpersa farina exhibere mandat. Plura huius generis existant supra, p. 1. f. 2. c. 6. de angustia vasorum vteri, & part. 2. sect. 2. cap. 3. de mensium suppressione.*

Si sanguis totus ad mammæ ruat, considerandum, an ipsa mater sit infantem lactatura, vel nutrici eum traditura. Si enim ipsa infantem lactabit, non statim sanguinis motus impediendus sed impetus naturæ prius perpendendus, & videndum, an mammis repletis, sanguis ad vterum sit reuersurus. Quod si non fiat, necessaria auxilia vsurpanda. Si ad aliam verò partem sanguis ruat, reuulsionibus antea dictis institutis, eius habenda ratio, vt in sequentibus dicetur.

CAPVT I V.

De nimio sanguinis post partum fluxu.

Nimius sanguinis post partum fluxus.

Interdum contra nimia sanguinis copia, & cum impetu, post partum effluit. Cum autem secundum

A naturarum diuersitatem in aliis foeminis copiosus sanguis fluere soleat, neque copia in genere ita facillè definiti possit, ad vires respiciendam, isque pro nimio habendus, qui vires proterit ac deiciat.

Causa.

Immodici autem huius sanguinis effluxus causa est sanguinis copia, quæ nouem mensium spatio in vtero collecta fuit, eiusdem tenuitas & acrimonia, naturam ad excretionem stimulans, & imprimis vasorum apertio, quæ fit in partu difficili, vel cū secundinæ violentius auelluntur & extrahuntur.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem sanguinis nimius fluxus, si is grumolus effluat, & vt dictum, imprimis ex viribus, quæ spiritibus exhaustis deiciuntur; quibus accedit cibi fastidium, dolor in hypochondriis cum ventris torsione, pulsus debilis & frequens, visus obtenebratio, aurium tinnitus, actandem animi deliquium aut conuulsio.

Prognostica.

1. E quibus facillè colligere est, fluxum hunc periculo non vacare, & imprimis si diutius persistat, eum valdè vires deiciat.

2. Imprimis verò periculosus est iste sanguinis fluxus, si conuulsio, vel animi deliquium accedat. Quò etiam Hippocratis illud, 5. aphor. 55. accommodari potest. *Simuliebri profusio conuulsio aut animi defectus superueniat, malum.* Cum enim omne animi deliquium per se malum sit, imprimis malum in hoc affectu, cum subitam mortem interdum minetur Quapropter foeminarum tum diligentius habenda est ratio, & pulsus ipsarum frequenter adstantibus mulieribus explorandus, ne dum somnum simulant, mors ipsas occupet.

3. Sanguinis fluxus nimius post abortum plerumque periculosior est, quam post legitimum partum.

Indicationes & Curatio.

Sanguinis quidem fluxus nimius, vt sistatur, indicat. Cautè tamen hinc agendum, & vires quid tolerant, diligenter perpendendum, neque nimis subitò fluxus hic sistendus, cum definita quantitas sanguinis euacuandi ita facillè definiti non possit, & si id, quod expelli adhuc debet, in vtero retineatur, vel ad alias partes ruat, inflammationes ac alia graua mala inde excitari possunt. Primò ergo, & dum fluxus non supra modum nimius est, victus ratione & leuioribus auxiliis, præcipuè reuulsoriis, fluxus moderandus, & viæ laxæ firmandæ ac roborandæ. Quapropter exhibendæ carnes gallinarum, assæ vino granatorum adpersæ, cibi ex amylo & amygdalis, oryza, cydonia, conferua ros. rubr. Detur vinum rubrum aqua ferrata, vel in qua mastich. ebullierit, dilutum Brachia, manus & digiti ligentur (nostræ foeminæ serico rubro vtuntur) & fricentur. Vtile etiam est, manus linteo vino calido madido inuolueri. Venter inungatur ol. rosar. & myrtillorum. Cucurbitulæ sub mammis, & vtriq; hypochondrio, sine scarificatione applicentur. Epatis regioni cataplasma è ros. rubris, bolo Armeno, & aq. rosac. apponatur.

E Quod si fluxus planè nimius sit, viresque deiciat, ad fortiora auxilia accedendum. Vtile est in eiusmodi sanguinis profusionibus cibum copiosus paulò exhibere, non tamen vna vice, sed frequenter potius; cum hoc modo calor & spiritus, qui expulsionem in vtero adiuuant, ab vtero ad ventriculum auocentur, & vires deiectione instaurantur.

Simul exhibenda adstringentia & sanguinem sistentia, vt *Sirpus de rosis siccis, myrtinus, de portulaca, corall. de symphyt. Cons. ros. rubr. rad. tormentill. corallia, & eorum magisterium, bol. Armen. C. C. trochisci de charabe, cum aq. fragor. portulaca, tormentille,*

Sanguinis fluxus sistentia.

mentilla, plantaginis. Vt ℞. Conf. ros. rubr. antiq. ℞. ij. tormentilla ℞. j. diacydonij sine speciebus ℞. β. boli Armeni corallior. rubr. præp. an. ℞. β. Cum Syr. ribes & corallior. F. Electuar. Vel ℞. magister. corallior. ℞. j. radic. tormentill. boli Armeni, C. C. V. præp. an. ℞. j. F. pulu. Extra regio vteri vnguento Comitissæ, vel aliis adstringentibus oleis & vnguentis illinenda. Fomenta quoque ex adstringentibus ventri adhiberi possunt. Et suffitus vtero excipitur è thurè, mastiche, ros. rubr. tragac. vngula equi.

Quod si medicamenta nihil faciunt, nulloque modo sisti fluxus possit, vtilissimum est, venam in cubito aperire, & per vices aliquid sanguinis extrahere.

Si sanguis in vtero, in grumos concresecat, ibique subsistens dolorem & tensionem excitet, metuendumque sit, ne putrescens vapores tetros ad cor & cerebrum emittat, febrémque excitet, danda opera, vt maturè educatur. Ideoque puerpera, si vires ferant, non nihil deambulare, vel erecta aliquandiu sedere debet: quod si non sufficiat, decocto hordei tepido, cum pauco oxymelite vel melle rosaceo in vterum iniecto is dissoluendus. Cantè tamen hic agendum, ne dum grumos sanguinis dissolvere & educere volumus, nouus sanguinis fluxus concitetur. Plura eiusmodi medicamenta videantur supra, sect. 2. cap. 6. de nimio mensum fluxu.

CAPVT V.

De doloribus post partum, & ventris torminibus.

Dolor post partum.

DE Dolorè vterino supra, sect. 1. cap. 3. in genere dictum. Tria verò dolorum genera non confundenda, quod à plerisque fit, post partum fœminas infestare solent. Vnus peculiaris puerperis, & qui in specie post partum dolor appellatur; Germanis *die Nachwehe*, illi, qui in partu accidit, similis, vbi aliquis q. expellendifœtum conatus grauidas circa imum ventrem adhuc cruciat. Secundus, qui ab vteri inflammatione accidit, de quo supra, *de vteri inflammatione, & dolore vteri* in genere dictum. Tertius, qui non in vtero est, sed in ventre, & propriè tormina ventris nominatur.

Primi generis dolor sæpè non solum aliquot horis, sed & diebus aliquot puerperas excruciat, & perindè se habet, ac si alterum fœtum excludere vel lent, habetque sese ferè sicut tenesmus in intestino recto, & cum fœs ninæ illum pariendi conatum dolores, *die Mehe*, appellent, etiam, vt modò dictum, hunc dolorem post partum, *die Nachwehe* nominant.

Tormina ventris.

Ab his doloribus differunt tormina ventris; quæ non ipsum vteri corpus & fundum occupant, sed à membranis vasisque, quibus vterus suspensus hæret, proneniunt, & in latera ac ventrem extenduntur.

Causæ doloris post partum.

Oriuntur autem hi dolores, cum pariendi ille conatus quasi continuatur. Quod accidit, cum aliquid est, quod vteri fundum ad excretionem stimulat. Sunt autem causæ hæ ferè tres, prima est æer externus admissus. Cum enim extra partum orificium vteri internum exactè clausum sit, æer in eum facillè penetrare non potest. Cum verò in partu valdè dilatetur, neque ita exactè statim claudatur, nisi ab obstetricè muniatur, vterum, præsertim si frigidior sit, offendit, atque hunc dolorem excitat. Deinde idem fit, si sanguinis grumi in vtero contineantur. Ad hunc enim expellendam cum natura insurgit, hi dolores excitantur. Tandem euenit, si sanguis acrior & mordacior vtero adhæreat, eumque ad excretionem stimulet. Tormina verò illa ventris similia sūt illis doloribus, qui aliàs ante mensum eruptionem,

A aut in mensum suppressione accidere solent, & proueniunt à sanguine copioso; crasso, vel etiam æeri, qui vasa vteri, præsertim si nondum satis pateant, distendendo, irritandoque vicinas membranas, & per eas hypochondria & ventrem, qui per membranas consensum habet, in consensum trahit. Cum in venas totis nouè mensib. ab ista sanguinis excretionè cessarint, & sanguis interea crassus ac feculentus euaserit, dū per angusta loca transit, dolores parit. Vnde etiam dolores per intervalla reuertunt, & paulò ante sanguinis eruptionem fœminas infestant; sanguine vero excreto cessant, donec iterum alius egredi conatur.

Signa Diagnostica.

B Puerperæ ipsæ dolores hos facillè discernere possunt. Etenim dolores illi post partum in specie ita dicti in ipso vtero sunt; & vt veri dolores partus se habent; suntque partus dolores q. continuati. Reliqui verò dolores & tormina ventris dicta non sunt in vtero, sed circa vterum, & ad hypochondria & ventrem vsque extenduntur.

Causæ quoque non difficulter cognoscuntur. An nimirum æer frigidior in vterum admissus sit, ex iis, quæ circa ægram acta sunt, deprehenditur. Sanguis grumulosus ipse, dum euacuatur, sese prodit, & eo euacuato dolores aliquantum cessant. Sanguis acrior ex eius tenuitate & colore cognoscitur.

Prognostica.

C Dolores hi, præcipue post partum propriè dicti, puerperis valdè molesti sunt, & sæpè non minus eas, quàm partus dolores, excruciant, & vires valde debiciunt, ac propterea tollendi vel mitigandi sunt.

Chratio.

Vt verò in omni dolore danda opera, vt causa, quæ dolorem parit, tollatur, quæ ablata dolor spontè cessat, aut si id statim fieri non possit, dolor leniatur: id etiam in hoc dolore præstandum. Et quidem id efficiendi in vtroque dolorum genere ferè eadem ratio est. Danda nimirum opera, vt quod vterum molestat atque irritat, extenuetur, & ad euacuationem aptum reddatur. Vtilis hic sunt species diacymini & diagalangæ. Vel ℞. cinam. ℞. i. croci ℞. i. spec. diacymin. diagalang. zedoar. an. ℞. β. F. pulu. Detur ℞. i. cum aq. pulegij & paxillo cinamomo. Vel ℞. cymini spir. vini humectati & rursū exsiccati ℞. i. sem. ammeos, & in ℞. an. ℞. β. cinam. ℞. i. castorei ℞. β. F. pulu. Vel ℞. zedoar. rad. imperatoria, an. ℞. i. β. sem. cymini ℞. i. cinam. ℞. β. croci ℞. β. F. pulu. Vel ℞. radic. imperat. zedoar. an. ℞. i. schenanthi ℞. ii. cinam. nus. mosch. an. ℞. i. sem. carui, cymini. an. ℞. β. Infundantur in aq. pulegij vel vino maluatico, & haustus exhibeatur. Si, quod interdum accidit, deliquia animi accedant, cordialia addi possunt. Vt ℞. spec. diacymini ℞. i. diamarg. frig. cortic. citri, zedoar. an. ℞. β. F. pulu. Si verò fœmina sit biliosa, & humor tenuis atque acris, curatur ferè, vt dolor colicus ex bile. Vt ℞. Syr. viol. borrag. an. ℞. i. mucilag. sem. cydon. aq. viol. extr. ℞. β. aq. borrag. scorzonera, an. ℞. ij. Misce pro duobus haustibus. Vel ℞. ol. amygd. d. ℞. ij. syr. viol. ℞. i. aq. borrag. ℞. β. M. Externa quoque medicamenta humores extenuantia & vias laxantia adhibeantur, quæ vna opera dolorem sedant. Fotus vteris ex beton. artemis. maricar. melissa puleg. fol. lauri, calaminth. fl. cheiri, sem. cumini, carui, diuici, quæ vel sacculo includi, isque vino coctus ventri imponi, vel decoctum cum vino factū spongia aut linteo duplicato ventri imponi potest. Vel fiat cataplasma è radic. lil. alb. & cœpis coctis, cum farina sem. lini pulu. seminis cumini, addito oleo lil. alborum. Vel ℞. farina fabar. seminis lini, fanigrac. an. ℞. i. pul. fl. chamamel. sem. cumini an. ℞. β. Coq. & cum ol. lil. albor. F. Cataplasmata.

Vel. ℥. ol. lil. alb. ℥. ij. cheirini ℥. j. vitell. onor. A
num. vi. pulu. sem. cumini q. s. F. Cataplasma. Vel
℥. butyri res. adips gallin. an. ℥. j. medulla cerni-
ne. ol. cheirin. lil. alb. an. ℥. ℔. pulu. myrrh. castor.
an. ℥. j. cera parum. F. Unguentum, Vel ℥. cera
nua ℥. iij. spermat. ceti ℥. j. terebinth. V. eueta, aq.
artem. loca ℥. ij. ol. amygd. dulc. cheirini, an. ℥. j.
mastich. ℥. ℔. pingued. cerui ℥. iij. Liquefiant in
vase, & linteum ei immergatur, quod toti ventri ap-
plicetur. Possunt etiam ex decoctis plantarum per
fomenta propolita suffitus fieri atque vtero excipi.

CAPVT VI.

De Ruptura vulnæ ad anum, vteri prolapsu, in-
flammatione, ulceribus, suffocatione,
ac proci dentia.

Affectus hi omnes equidem partum interdum
sequi solent; & proinde hoc loco de iis tra-
ctandum videtur: quia tamen de iis iam suo loco di-
ctum, eorum saltem hic mentionem faciemus, ne
aliquis hiatus sit.

Ruptura
vulnæ &
perinæ;

Interdum nimirum in partu difficili, & imprimis
si fœtus sit magnus, puerpera verò tenella & iu-
uencula, vulua vsque ad anum rumpi solet, vt anus
& vulua vnum foramen & meatus fiant, de quo su-
pra, *part. 1. sect. 1. cap. 1.* dictum.

Vteri proci-
dentia.

Interdum à violenta fœtus vel secundinæ extra-
ctione vteriligamenta distenduntur, vt vterus pro-
cidat. Verùm cum hoc malum manifestum, & cu-
ratio non sit alia, quàm quæ supra, *part. 1. sect. 2.
cap. 15.* proposita est, nihil hîc addimus. Hoc sal-
tem monemus, dandam operam esse, vt potius quie-
te, ægra supina, pedibus ad ventrem attractis, ia-
cente, & fasciis vel suaucolentibus naribus, & fœ-
tidis pudendo admotis, quàm medicamentis nimis
adstringentibus, vterus in situ retineatur, ne lochio-
rum fluxus impediatur. Vbi verò ille præterit, po-
stea ad vterum retinendum & firmandum turò ad-
stringentia adhibeantur.

Vteri in-
flammati-
o.

Nonnunquam accidit, vt ex partu laborioso, &
vteri orificij, dum fœtus transit, compressione, aut
secundinæ extractione violentiore ac vteri lacera-
tione, inflammatio vteri excitetur, de qua supra,
part. 1. cap. 2. sect. 12. dictum. Hoc saltem mone-
mus, hîc quoque cauendum esse, ne nimio refrige-
rantium vsu lochiorum fluxus impediatur.

Vteri vlc-
era.

Et nisi inflammationi maturè succurratur, in vl-
cera interdum abire solet. Verùm etiam supra, *part.
1. sect. 2. cap. 18.* de his actum, quæ hic repetenda
non censeo. Hoc tantum addo, cum lochia fluen-
tia vlceris consolidationem impediunt, lochia verò,
si adstringentibus adhibitis supprimantur, pluri-
ma incommoda & pericula inde emergant, vt su-
pra dictum, tutius esse, lochiorum horum flu-
xum permittere, & vlceris curam aliquandiu post-
ponere. Rarò tamen, dum fluant menstrua, vlcus
excitatur.

Vteri suffo-
catio.

Post partum non rarò quoque suffocatio vteri
contingit, ex vaporibus illis, qui ex colluue lo-
chiorum vitiosorum attolluntur, qua sæpe fœminæ
in vitæ periculum coniciuntur. Verùm de hac affe-
ctione etiam supra, *part. 2. sect. 3. cap. 4.* dictum.
Fœminæ ad malum hoc præcauendum fascia ven-
trem inferiore in hypochondriis ad vaporum ad-
scensum prohibendum constringere solent. Aliquæ
in hunc finem vtuntur cingulo è corio humano vel
ceruino. Crura quoque fricanda & liganda sunt, iis-
que cucurbitulæ sine scarificatione imponendæ.
Naribus fœtida admoenda, castoreum, pennæ

perdicum accensæ, ruta. Pudendis verò suaucolen-
tia admoueantur. ℥. ol. lil. alb. ℥. i. croci ℥. vi.
moschi ℥. iii. Miscantur & ex linteo pessus F. qui
hoc oleo illinatur, & ceruici vteri, filo alligato, im-
mittatur. Vel vteri hic sacculus imponatur: ℥. me-
lissæ, matricar. summit. anethi, lupuli, fl. chama-
meli an. M. i. Indantur sacco, Coq. in cereuis. &
ventri imponantur.

Præterea ex magno illo fœtum excernendi & ex-
trudendi conatu interdum accidit, vt anus vnà ex-
tradatur & proci dat. Verùm non alia eam curandi
ratio est, quàm quæ *lib. 3. part. 2. sect. 1. cap. 7.*
proposita est, quæ ibi videatur.

Ani proci-
dentia.

B

CAPVT VII.

De Vigilis, deliriis variis, & Epilepsia
puerperarum.

EX vaporibus, qui ex commotione illa sangui-
nis & humorum à partu, & dum lochia fluunt,
attolluntur, in capite varia symptomata, præcipuè
si febris accedat, aut lochia non rectè fluant, exci-
tantur, nimirum vigilæ, delirium simplex, melan-
cholia, phrenitis, mania, epilepsia, de quorum
affectuum natura, *lib. 1. dictum est.* Refert Ama-
tus Lusitanus, fœminatam quandam, quamuis aliàs
optimè valeret, post partum illico melancholia cor-
reptam fuisse, & mensis spatio insanam mansisse,
postea tamen paucis adhibitis remediis conualuisse.
Franciscus Hildesius meminit alterius fœminæ, vt
in *obseru. Schenck.* habetur, quæ post inflamma-
tionem mammillæ in melancholiam incidit, vt sin-
geret, se esse mortuam; nihilominus aliquando ci-
bum sumit, & infantem vberibus admonuit; Ad-
monita autem, vt hoc vel illud faceret, semper res-
pondit, se libenter facturam, modò non esset mor-
tua. Et *ibid.* D. Ioan. Hessi obseruatio recensetur,
de quadam fœmina, quæ quarto anno à celebratis
nuptiis peperit filiam, & quarto die à partu cœpit
conqueri de vigilis & melancholicis insomniis,
paulò post facta est maniaca, ita vt vinculis eam
oportuerit contineri, quæ tamen postea curata est.
Sequenti anno & tertio feliciter peperit, & non de-
lirauit: quarto anno, cum rursus pareret, denuo iu-
cidit in eadem symptomata, & facta est planè ma-
niaca. Nèui ipse fœminatam, quæ aliàs ad melan-
choliam disposita est, quæ à primo partu melancho-
lico delirio correpta, & tentationibus variis afflicta
est, quod delirium aliquot septimanis durauit, post
puerperium tamen cessauit. Interdum quoque ex
vaporibus prauis ab vtero ad caput ascendentibus
epilepsia excitantur. Curatio autem istorum affe-
ctuum ex iis, quæ supra primo libro dicta sunt, pa-
tet. Imprimis danda opera, vt humores à capite ad
inferiora reuellantur, & lochiorum euacuatio re-
cta fiat. Hæc enim si rectè fluant, vitiosique illi hu-
mores, à quibus illi prauis vapores, qui caput læ-
dant, attolluntur, euacuentur, symptomata ista
spontè cessant.

Vigilia.

Delirium.

C

Mania.

D

Epilepsia.

E

CAPVT VIII.

De vteri, Ventris & pedum tumore à partu.

Interdum puerperis venter ac pedes à partu
intumescunt. Et quidem vteri ac ventris tu-
mor plerumque accidit à frigore in vterum incau-
tè immisso, & interdum tantus excitatur, vt in ma-
iorem molem assurgat, quàm postremo grauidita-

Ventris tu-
mor.

De vteri, ventris & pedum tumore à partu. 661

tistempose. Itaque consobrina cuidam suz accidisse refert Mauritius Cordaxus, *comm. 3. ad libr. 1. de mulieb. Hippocr.* Hæc enim tùm horis dyabus tantùm à partu rixas apud se audiret, quas verbo & clamore non posset componere, confestim surrexit è lecto, & aliquantisper ad cœnaculi gradus consistens & clamitans, quiddam frigoris in sinum pudoris subire perlenfit & exhorruit. Hinc vterus cœpit tumere & ita distendi, vt obstetrices & matronæ affirmarent, ventrem superiore multò grandiorē enasisse. Curata autem fuit à Medicis fotu hysterico & admota pelle recens mastata ouis, vnaque vino meraciori. Præterea tumores hi oriuntur, si fœminæ, dum grauidæ essent, minus accurata victus ratione vsæ sunt, aut dum à partu non satis purgantur, aut post partum nimio potu vtuntur. Tunc enim humores vitiosi, præcipuè si in flatu resoluuntur, vterum & abdomen attollunt, ex iisdem etiam ad crura descendentes crurum tumor excitatur.

Curatur autem hoc malum, si ortum habeat ab vtero, fomentis vterum calefacientibus. Si à vitiosis humoribus, bona dixta & pauciore potu, & postquam lochia fluere cessarint, conueniente corporis euacuatione, tandemque fomentis humores illos & flatu dissecantibus. Vt ℞ *fol. caulium, chamamel.* an. q. l. Coq. in vino, quo partes foueantur. Vel ℞ *farina fabar. hordei* an. ℥. ij. *pulu. fl. chamamel.* ℥. j. Cum decocto artemis. F. Cataplasma. Vel ℞ *absinthij, abrotani, artemis. fl. chamamel. betonice* an. M. ij. Coq. pro fomento pedum. Reliqua petantur è *parte 1. sect. 2. c. 10. & 11.*

CAPVT IX.

De Vomitu, fluxu alui, aluo duriore, & vrina incontinensia puerperarum.

Vomitus.

Q Vandoque & vomitus grauidis molestus est, quo nunc cibos inconcoctos & indigestos, nunc humores vitiosos, nunc etiam sanguinem eiciunt, cuius Hippocrates, 1. *de morb. mulier.* mentionem facit. Cibi crudi & indigesti reiciuntur, ob ventriculi debilitatem, qui vt aliàs ob vteri consensum affici solet, ita & post partum, cum omnes, qui in eo sunt humores agitantur, affici potest. Vitiosi deinde humores, si in locis ventriculo vicinis accumulati sint, facillè post partum, quo omnes ferè humores in corpore commouentur, ad ventriculum confluunt. Sanguinem verò vomunt, dum puerperia non rectè fluunt. Si enim menstrua, vt ex 5. *aphor. 31.* colligere est, suppressa per vomitum reici possunt, etiam puerperia suppressa eodem modo reiciuntur. Dum enim sanguini exitus non patet, ad venas maiores ac epar recurrit, & in cauo eius venas seu copia seu acrimonia aperit, vnde in ventriculum effunditur. Potest tamen etiam fieri, vt ex partu conatu & partu laborioso vena aliqua eò loci rumpatur.

Vomitus autem, vt Hippocrates, *lib. de nat. mulier.* scribit, vtcunq; puerperis superveniat, graue & periculolum malum est. Quippe si alimentum excernatur, deficient ad puerperij purgationem vires, & puerpera indies labescet magis, & lacti deerit commoda materia. Si verò reliqui humores expurgentur, vereri oportet, ne præ nimia eorum turbatione & agitatione febris subsequatur. Si verò sanguis erumpat, & rupta vel aperta epatis vena fuerit, metuendum est, ne epar valdè refrigeretur, & hydrops subsequatur. Et cuiuscunq; etiam generis sit per vomitum euacuatio, lochiorum fluxu.

Operum Sennerti. Tom. III.

A lum sistere potest. Itaque vomitus in puerperis, quicquid etiam eo reiciatur, statim sistendus est, ne huic motui natura adsuescat, & à lochiorum purgatione desistat. Si ergo cibus vomitu reiciatur, bona victus ratio præscribenda, cibique facilis coctionis præbendi, atque ea copia, quæ ventriculum onerare non possit, ventriculūque simul roborandus, cuiusque coctio & retentrix adiuuanda, de qua re libro tertio, *de symptomatibus ventriculi*, dictum. Si verò vitiosi humores reiciantur, eundem nec is vomitus permittendus: non tamen tam citò sistendus, ac qui est à cibo vel sanguine: danda verò opera, vt lenibus medicamentis illi abstergantur, ipsisque via ad aluum monitretur. Si verò sanguis vomitu eiciatur, reuellendus ad inferiora, frictione earum partium & cucurbitulis adhibitis, vel etiam sectione venæ in poplite aut talo, simulque lochia prouocanda. Cum verò venæ hic in epate patefactæ sint, medicamenta puerperia & menses mouentia exhibere non licet; extra tamen, quæ menses prouocant, applicari possunt. Exhibenda verò sunt ea, quæ vim emplasticam & consolidandi habent. Hippocrates puerperam talem aqua calida lauat, proculdubio ad temperandum sanguinem, & vteri venas, vt per eas sanguis effundatur, dilatandas. Postea ad dolorem leniendum, & si quid in epate ruptum vel apertum sit, lac asininum quinque vel septem diebus ieiunæ mulieri, postea vaccæ nigrae, vesperi verò sesamum tritum exhibet. Cibo autem interea omnis generis proculdubio interdixisse Hippocrates, vero consentaneum est, ne vel lac corrumpatur, vel venæ nimis repletae sanguinem facilius fundant.

Eodem modo interdum alui fluxus puerperis molestus est, earumque, laboribus partus antea debilitatarum, præcipuè si puerperiarum fluxus, isque copiosus, accedat, vires deicit, periculumque minatur, & si fluxus diu duret, interdum in dysenteriam aut tenesimum abit.

Alui fluxus.

Periculolum tamen etiam est, hunc fluxum statim sistere; cum medicamenta, quæ cum sistunt, simul lochia sistere possint, nec aliàs alui fluxus, quibus totum corpus euacuatur, statim sistere utile sit.

D Itaque si ex cibo non bene cocto fluxus alui fiat, bona dixta puerperæ præscribenda, ventriculūque roborandus externis medicamentis. Si verò interna quoque adhibere liceat, ita comparata sint oportet, vt ventriculum iuuent, vtero non noceant. Si verò alij humores per aluum euacuentur, videntur, qui hic vires ferant. Si enim fœmina fluxum hunc bene toleret, nec vires deiciantur, naturæ negotium, donec lochiorum fluxus subsiterit, permittendum. Deinde medicamenta abstergentia, decoctum hordei, Syr. & mel rosar. exhibenda; clysteres etiam humorum acrimoniam temperantes, eosque abstergentes iniiciendi. Quæ si non suffecerint, postea purgantia lenia, quæ simul adstringunt, vt Syrup. ros. solut. pulpa tamarind. rhabarb. exhibenda. Tandem quoque adstringentia, ex rosis, plantag. tormentill. cydonis, coralliis, & aliis, quæ supra, *lib. 3. part. 2. sect. 2. cap. 6. de alui fluxu*, sunt proposita, quæ hic repetere, opus non est. Eadem quoque extra ventri adhibenda. Inter cibos sint cydonia, pyra, prima mensa sumta, pulles & cibi parati ex amylo, amygdalis, oryza.

Quod si fluxum alui non bene ferant puerperæ, neque is aliquid ei conferat, perpendendum, an lochia rectè fluant. Si rectè fluant puerperia, bonis saltem alimentis & dixta agræ sustinenda, donec alter fluxuum spontè cesset. Si verò puerperia non rectè fluant, & indicium sit eos humores, qui per aluum euacuari debebant, per aluum excerni

FFF ij

tutissimum est, caussa fluxus illius suppressi tollere, & nulla medicamenta adstringentia, sed potius menses mouentia unguenta, pessus, euaporationes adhibere. Quod si puerperia omnino supprimantur, aluus non supprimenda est, prius tamen humoribus thabarbaro vel similibus euacuatis, adstringentibus tamen non intus, sed extra adhibitis, & menses mouentibus exhibitis.

Alui ob-
structio.

Contra sæpe aluus supprimitur puerperis. Quod si accidat, aluus primò saltem glandibus lenibus, ex sicu, lardo, sapone albo, vel similibus paratis, sollicitanda. Vbi dies quatuor vel quinque præterierint, clysteres iniiciantur, ex mercuriali, malua, parietar. sem. lini, cum ol. communi aut amygd. dulc. parato. Quæ si non sufficiant, tandem cassia vel manna exhibenda.

Vrinæ in-
continentia.

Interdum quoque post laboriosum & difficile partum vrinæ incontinentia accidere solet puerperis, ad quam curandam vsurpandum balneum, in quo fol. betonic. saluiz, lauri, rotifmar. puleg. organ. fl. steechad. Arabic. cocta sint. A balneo verò pubes inungenda seq. unguento: ℞. *satellos pingues*, qui in *ol. lumbricor. lal. alb. & vulpino* ad carnis ab ossibus separationem coquantur: Pinguedo colligatur, cui adde *thuris. styrac. calamis. benzoes. opopanax. macis* an. ʒ. j. *ol. nuc. mosch. express.* ʒ. ʒ. *pingued. anseris, cera* an. q. s. F. Unguentum. Vel vsurpentur unguentum citrinum & rosaceum mista.

CAPVT X.

De Rugis ventris post partum ac pendendi dilatatione emendanda.

Rugæ ven-
tris.

Cum cutis abdominis in grauidis omnibus, maximè tamen iis, quæ fœtus grandiores ferunt, valdè extendatur, & quasi in fissuras scindatur, vbi postea fœtu edito vterus in se contrahitur, etiam abdomen subsidet, atque inde rugæ in ventre manent. Quæ etsi valetudini nihil obsint: tamen quia deformitatem quandam pariunt, fæminæ eas tum præcauere, tum genitas abolere conantur. Vt eas præcauere, statim post quartum gestationis mensem, linteum oleo amygdalar. dulc. aut sesamino, aut lil. alb. madidum imponere solent, vt cutis mollior & laxior fiat, ac faciliùs & sine scissuris extendatur.

Si verò rugæ iam à partu contractæ sint, vt illæ aboleantur, & venter in pristinum statum reducatur, & cutis extensa crassior reddatur, unguento ex succo radic. lil. alb. melle & cera parato venter illinatur. Vel ℞. *pingued. veruecis recent. seui hircini, ol. amygd. d.* an. ʒ. j. *spermat. ceti* ʒ. ij. *cera* q. s. F. unguent. Post puerperiorum fluxum etiam adstringentia nonnihil, vt ol. mastich. rosar. addi possunt. Vel ℞. *farin. hordei, fabar. oryza* an. ʒ. ij. Coq. in *aq. ros. & lilior.* Adde *amygdal. dulc. confusar.* ʒ. j. *ol. mast.* ʒ. ij. F. Cataplasma. Aëtius, *septrab. 4. ferm. 4. cap. 112.* plura huius generis habet, atque inter cætera hoc commendat. ℞. *narcissi bulbos cortice detracto, concidito & in umbra siccato, & de his sume* ʒ. viij. *radic. struthij confusa, farinæ pisanæ, fabar.* an. ʒ. x. *rad. bryon. ari. cucum. syluestr. costi* an. trientem.

Terito & cribrato ac ventri per erui farinam decorsio inspergito, & rursus affricando detergito. Nam & rugas, & rimas generari non sinit, & genitas tollit, maculas etiam in quavis corporis superficie extrahit. In puerperis igitur ventrem oleo antea probè confricato, & postea chartam medicamento

conspersam adhibito, & fascia deligata, ac post quartum diem exsoluito. Deinde totum corpus in balneo detergito, & omnes nigredines ac rugas abolebis.

Ex partu etiam, præcipuè si fœtus sit grandior, & partus frequentior, ceruix vteri & pudendi orificium nimis dilatari solet, ita quidem, vt & sterilitas & procidencia vteri inde prouenire possint. Quod vitium quomodo emendandum sit, dictum, *part. 1. sect. 1. cap. 1.* In mammis quoque & circa lactationem non pauci morbi & symptomata puerperis accidere solent. Verùm de iis agetur *part. sequent. & vlt.* huius libri.

Virginali
adstrictio
compara-
da.

CAPVT XI.

De Febris & morbis acutis puerperarum.

Tandem etiam febres, exque plerumque continuæ, puerperas inuadere solent. Et primò plerasque puerperas inuadit febris, quam Lactis fæminæ appellant, quæ circa tertium vel quartum diem accidere solet, cum lac in mammis generari copiosius incipit, ortumque habet ex sanguinis ab vtero ad mammas conuersione & motu atque agitatione. Est autem ea febris ex ephemeris plurium dierum, & periculo vacat, atque post triduum vel quatrimum, circa diem nonum scilicet, sudore soluitur; modò puerperæ bonam dietam obseruent, nec frigidum aerem, quo sudor prohibeatur & impediatur, admittant, deturque opera, ne lac copiosius effluens in mammis coaguletur vel putrescat. Inde enim febres symptomaticæ oriri solent.

Febris la-
ctis.

Notandum hic, cum hæc febris circa quartum incipiat, & ad nonum ferè duret, quod fæminæ sæpe omnes febres, quæ eo temporis spatio oriuntur, pro febribus lactis habent, etsi sint continuæ putridæ, atque ita dum nihil auxilij adhibent, puerperas in periculum coniciunt. Quem errorem ne & Medicus erret, diligenter signa omnia, de quibus postea, perpendat.

Deinde febres putridæ continuæ sæpe puerperas, & quidem, vt mox dicetur, è variis caussis inuadere solent. De quibus antequam dicamus, quæ ratio hic expedienda, an febris, quæ puerperis accidit, initium computandum sit ab ipso partu, an verò à principio febris. Quia verò de hac quæstione pluribus, in *Institis. lib. 3. part. 3. cap. 11.* dictum, paucis rem expediemus, & veritati consentaneum putamus statuere, si febris paulò post partum, & quidem purgatione post partum rectè sese habente, nullaque alia caussa accedente oriatur, ab ipso partu computationem faciendam, & causam in humorum vitiosum apparatus referendam, qui partus laboribus motus & agitatus ac incensus putredinem concepit, atque ita in actum erupit. Etenim si aliæ caussæ euidentes, labores, dolores, & similes humores accendere, & in iis putredinem excitare valent, cur & partus labores idem non possint? Et licet febris statim primo die à partu symptomatibus vehementioribus se non prodit: tamen humores ex partus labore iam incaluerunt, & putredinis initia adsunt, quæ postea sese magis prodit. Eodem modo si statim à partu puerperia seu lochia subsistant, meritò ab ipso partu febris initium computandum, cum febris caussa tum iam præsens sit, & proculdubio putredinis humorum initia adsint. Si verò purgatio post partum primò rectè sese habeat, postea verò ob causam aliquam supprimatur, computatio faciendâ, & initium febris constituendum dies ille, quo lochia supprimi ceperunt. Idem faciendum, si

Vnde fe-
bris com-
putatio in
puerperis
fieri debet.

De febribus & morbis acutis puerperarum. 663

post sextum, septimum, octauum diem, aut longiore post partum interuallo febris oriatur. Neque enim credibile est, tamdiu febrem latere posse, vt se non prodatur, aut eum, qui in partu factus est, motum tamdiu sese extendere posse, sed vero simile est, motum illum incerea quicuisse, aliam verò causam, quæ febrem excitaret, accessisse.

Causa.

Febres autem illæ omnes è duabus causis proueniunt, vel à lochiorum suppressione aut imminuta purgatione, vel ab humorum vitioso apparatu, tempore gestationis cumulato & in partu agitato. Nonnulli quidem etiam nimiam lochiorum purgationem addunt. Sed ea causâ vix sola febrem excitat, sed latentem cacochymiam arguit. Sicut & febris, quæ post longius interuallum post partum excitatur, proculdubio etiam à vitioso humorum apparatu, & latente cacochymia aliqua de causâ eam mouente & ad putredinem disponente prouenit. Lochia enim quod attinet, si ea supprimantur, aut non satis copiosè euacuentur, aut postea supprimantur, sanguis ille, & vitiosi humores, qui plerique tempore gestationis simul cumulati sunt, ad venas maiores, & epar regurgitant, aut in vteri venis subsistentes putredinem concipiunt, sæpe quoque harum partium inflammationem excitant; atque ita febrem pariunt, etiam in iis sceminis, quæ sanæ sunt aliâ, & non cacochymicæ. Eius rei historias habet Hippocrates, i. epid. com. 2. l. 21. & 3. epid. com. 3. l. 75. suppeditatque similes quotidiana experientia. Si verò puerperij purgationes satis quidem rectè fluant, vitiosus verò humorum apparatus in corpore adsit, ex partus laboribus & doloribus ille agitatur, ac facile calorem & putredinem concipit, febremque excitat, quod etiam à dixte etroribus in puerperis accidere potest. Cùm enim, vt dictum, febres illæ, quæ cum lacte oriri solent, sudoribus aut certè *diaporesi* largiore finiuntur: si puerpera frigidum aërem admittat, & sudorem illum vel *diaporesi* impediat, facile fieri potest, vt febris illa per se salutaris, & quæ paucis diebus cessatura erat, in putridam periculosam mutetur. Talium febrium historias habet Hippocrates, i. epid. com. 3. l. 21. 28. 3. & epid. com. 2. l. 7. 8. 9. & quotidie in praxi similes occurrunt.

Signa Diagnostica.

Febres illæ lactis eo cognoscuntur, quod ferè circa quartum diem inuadunt, mamma lacte repleti incipiunt, scapularumque ac dorsi granitas percipitur, & puerperia rectè fluant. Si verò puerperia non rectè fluant, vel supprimantur, ab iis prouenire febrem indicio est. Et quidem si in vtero humores putrescant, scærida & saniosa per vterum deiciuntur, ac venter inflatur, & ad contactum dolet. Si verò nec à lacte febris sit, & lochia sese rectè habeant, à vitioso humorum apparatu febrem pendere argumento est. Idem indicatur, si partus laboriosus præcesserit; si puerpera sit primipara, corpus habeat cacochymicum, & dum grauida esset, dixta minus recta vsa est.

Prognostica.

1. Febris lactis dixta periculo vacat, & spontè plerumque post quartum diem cessat.
2. Quæ verò à lochiorum suppressione prouenit, valdè periculosa est, & humores in vtero putrescentes grauissima symptomata inducunt, & puerperæ plerumque moriuntur. Si tamen fluxus alui supervenerit, ac nigra & scærida per vterum deiciantur, melius habent, & euadunt.
3. Quæ verò ex humorum vitioso apparatu proueniunt, ex pericula coniuncta habent, quæ aliâs febres eiusmodi continuæ putridæ solent, de quo Operum Sennerti. Tom. III.

A suo loco de febribus dictum. In puerperis tamen periculosiores sunt, & indicant magnam adesse vitiosorum humorum copiam, quam natura per lochia expurgare non possit; & cum vires puerperarum ex partus laboribus sint deiectæ, febres tales eas amplius deiciunt, & naturam ab opere suo distrahunt, lochiorum fluxum facillè turbant, & vt vel supprimantur, vel parcius fiat, faciunt, lactis quoque generationem impediunt.

Indicationes & Curatio.

Si febris ex lactis generatione sit, totum negotium naturæ committendum, & ægra saltem bona dixta regenda, atque opera danda, vt *diaporesi* & sudores, quibus hæc febris solet terminari, nulla causâ impediatur, sed rectè sese habeant.

B Si verò ex lochiorum suppressione vel imminutione febris proueniat, præcipua cura esse debet, vt eorum fluxus copiosior procuretur, aut si id obtineri non possit, vel antequam id fieri possit, febris incrementum sumat, alia euacuatione defectus supplendus, & proinde vel venæ sectione sanguis euacuandus, vel vitiosi humores purgatione tollendi; interim tamen nec ipsa febris planè negligenda, sed vt putredo tollatur opera danda.

C Sin autem ex vitioso humorum apparatu febris proueniat, videndum, an puerperiorum fluxus et tollendo sufficiat, quod si lochiorum fluxus causæ febristollendæ par non sit, vel venæ sectione, vel purgatione id, quod illi non potest, supplendum. Si verò rectè scærida post partum purgetur, euacuationem illam nec inhibere, nec mouere, nec ei contrariam instituere, aut naturam aliis euacuationibus distrahere licet. Quapropter primò negotium naturæ committendum, & videndum, an purgatio illa sufficiens fuerit; quod si talis sit, & mitior, febris fiat medico acquiescendum est, & saltem bona dixta puerpera regenda; si verò affectus grauior sit, aliam adhuc purgationem instituere non abs re fuerit; si verò puerperij purgatio & non sit sufficiens, vel purgationem per vterum promouere, & copiosorem reddere, vel aliam substituere oportet. Neque tamen hic etiam febris planè negligenda, sed idoneis alterantibus putredo sistenda.

D Itaque præter dixtam rectam curatio febrium putridarum & acutarum in puerperis absoluitur, venæ sectione, purgatione, lochiorum, si non satis fluant, prouocatione, & alteratione ac putredinis inhibitione. Et primò quidem venæ sectionem quod attinet, etsi scærida eam in puerperis admittere plerumque formident: tamen si scopi venæ sectionem indicantes adsint, vireque eam permittant, & imprimis si lochia non satis fluant, nullo modo omittenda. Si verò satis copiosè sanguis per vterum efflatur, naturæ totum negotium committere tutissimum est. Et quidem commodissimè in pede vena aperitur, cum fluxum lochiorum promoueat; aut si venam aperire non liceat, cucurbitula cum scarificatione femoribus & cruribus apponendæ sunt, quamdiu scilicet adhuc sanguis fluit, aut tempus, quo fluere solet, nondum præterlapsum est. Si verò tempus, quo Natura fluxum illum sanguinis post partum absolueret, iam præterierit, non video, quid obstat, cur non, si febris natura id requirat, & vires scæridæ permittant, etiam in cubito vena aperiri possit; cum ea copiosius sanguinem euacuet, quam vena in pede, neque metuedum sit, quod venæ illa sectio naturalem per vterum purgationem impedire possit, cum tempus ei destinatum iam elapsum sit. Si verò partis alicuius priuæ inflammatio coniungatur, quid faciendum sit, postea de pleuritide dicetur.

De purgatione verò res longè difficilior est. Equi-

Curatio

Scopi in curandis febribus putridis puerperarum.

dē nonnulli Medici purgantibus in puerperis vterum censent. Ita Valer. *lib. 5. obseru. 10.* puerpera pleuritide laboranti post septimum diem purgans medicamentum ex agarico in melle ros. infuso, & manna ac syr. ros. exhibuit. Mercatus etiam, *lib. 4. de morb. mulier. cap. 11.* docet, si purgatio per vterum non sit sufficiens, purgante medicamento vitiosos humores euacuandos esse, vt natura parte oneris leuata, reliquos facilius expellat, idque faciendum esse, etiamsi aliquid per vterum fluat, modò sanguis non sit; meliusque esse statuit, subito causam deponere, quantum affectui sufficiat quàm parca euacuatione à natura facta contentos auxilium differre, donec ex toto natura succumbat, & nihil illud amplius proficit. Verùm enim verò omnino hic magna cautione opus est. Neque n. primò negligendus est *aph. 24. sect. 1.* qui præcipit; in acutis rarò, & non nisi per initia purgandum esse, idque cum magna præcautione; qui omnino etiam in puerperarum febribus acutis locum habet. Imò in puerperis multò magis is obseruandus, quàm in aliis; cum non solum à parui debiles sint, ipsique vires deficiant, sed & purgantia medicamenta lochiorum fluxu faciliè impedire possint, quod non sit sine damno, cum nulla ferè euacuatio, præter eam, quæ ex vtero sit, puerperis sit utilis. Si tamen iam sanguinis fluxus cessarit, & aliquid vitiosi humoris natura per vterum expurgare conetur, id tamen non sit sufficiens, indicio est, naturam vitiosum humorem à bonis separare, eorumque euacuationem moliri. Itaque tum, si febris id permittat, lenibus purgantibus commodè adiuuetur, & medicamenta lenia ex cassia, manna syrupo ros. solut. rhabarb. foliis senæ exhibere licet.

Alterantia verò medicamenta rarò exhiberi possunt, modò talia sint, quæ fluxum puerperiorum non inhibeant, qualia sunt, quæ sunt è *cichor. endiu. borrag. capit. Ven. aqua hordei*, quæ menses non retinet, *succus granatorum dulcium*.

Et omnino vt in reliquis corporibus reliqua curatio instituenda, saltem vt nimis frigidorum & acidorum vsus vitetur. Quoad enim sanguinis & aliorum humorum per vterum euacuatio procedit, aut procedere debet, ea nimis frigidorum vsu non turbanda, quin potius moderatè attenuantia & humores ad euacuationem præparantia admiscenda, nisi constet ex nimio calore & siccitate humorum adurentè & incrassante puerperiorum purgationem impediri. Acida verò vtero sunt inimica, & præcipuè eas, quæ nuper pepererunt offendunt.

Dieta.

Victus sit tenuis, præcipuè primis puerperij diebus, ex prisana hordeacea, iure pulli, & similibus. Corripiuntur & aliis febribus puerperæ, quas vulgò symptomaticas vocant; cum tamen rectius Comitata dicendæ sint, in quibus alicuius priuatæ partis inflammatio, pleuræ puta, faucium, epatis, febris putridæ continuæ coniungitur. Neque enim hæ febres ab inflammatione dictarum partium excitantur: sed cum febris oritur, pars materiæ vitiosæ ad partem aliquam priuatam detruditur, ibique inflammationem excitat, atque ita febris illa inflammatio adiungitur, non verò febris inflammationem sequitur. Habentque hæ febres illas causas, quæ modò enumeratæ sunt.

Inter inflammationes istas primò est Pleuritis, quæ oritur, dum vel ex lochiis suppressis, vel ex vitioso humorum apparatu è partus laboribus febris excitatur, & materiæ febrilis pars aliqua ad pleuram detruditur. Fit autem hoc præcipuè, cum puerpera sese frigido aeri in cautè obicit. Malum autem hoc per se patet, & è suis signis suo loco de pleuri-

Aride propositis cognoscitur. Periculosum autem hoc malum est, cum non solum febri aliàs in puerperis periculosa coniungatur, sed & curationem difficilem habeat.

Et quidem in curatione, imprimis de venæ sectione, inter Medicos magna controuersia est, quæ quæstio omnino hoc loco expedienda.

Venæ sectio in pleuritide puerperarum.

QVÆSTIO.

Quæ Vena in puerperis pleuritide laborantibus aperienda sint.

Dissentiunt de hoc valde Medici. Alij enim in ea sunt sententia, perpetuò venas in poplite vel talo aperiendas esse. Nam, vt Massarias hac de re loquitur, cum Galenus dicat, ac fateantur, omnes, congruam mensium fluxionem esse veluti clauum naui, præcipuamque, & fortè solam rationem, qua puerperæ possunt à plerisque malis & periculis curari & præseruari; ex altera verò parte Galenus doceat, *lib. de sang. miss. cap. 11.* sectionem venæ superioris muliebres purgationes reuellere: hinc manifestum videtur, venas in cruribus perpetuò esse incidendas, vt quæ valeant trahere ad vterum ac menstruam purgationem iuuare; contra verò, quæ in cubito aperiuntur, reuellere ab vtero menstruam purgationem, eamque impedire, & proinde multa pericula secum afferre.

Quæ vena aperienda?

Alij contra etiam in brachio venam aperiendam censent, idque ob Indicationes, quas inflammatio ipsa, & hinc pendens periculum suppeditant. Verùm alij aliter. Franc. Valleriola. *lib. 5. obseru. 10.* cum consensu Collegæ sui, puerperæ pleuritide laboranti, quarto à partu die internam dextræ brachij venam aperit, nulla facta mentione venæ in talo. Mercatus verò, *lib. 4. de morb. mulier. cap. 10.* suadet, vt in tali casu primò bis vel ter venâ in talo aperiatur; postea verò, si affectus non cedat, cum iam sanguine misso ex talo satisfactum sit puerperio, ad brachij venas deueniatur. Et in genere docet, in omnibus inflammationibus partium superiorum, si sanguine ab inferioribus partibus sufficienter misso, affectionem adhuc crescere contingat, sanguinem ex viciniore parte esse mittendum, etiamsi puerperium fluat. Nullo enim alio modo citius præcaueri posse suffocationis periculum in pleuritide, difficili respirazione, vel angina, quàm ex viciniore sanguine misso. Vt tamen interim euocentur menses, per frictiones, ligaturas, & cucurbitulas inferioribus partibus adhibitas, quibus ruentis sursum sanguinis impetus retrahatur.

Varandæus adhuc aliter distinguit, statuitque si lochia pleuritide præsentè effluent immo dicè, quàm primum venam secandam esse in brachio lateris dolentis, sanguinemque mittendum esse per epicrasin, & iteratis vicibus; vt vires conferuentur, simulque vacuatio ista immo dica sistatur. Si verò suppressa sit lochiorum purgatio per initia melius esse censet, venam poplitis aut malleoli vel tæo aperire, cucurbitulas & frictiones inferioribus partibus adhibere, & reliqua præstare, quæ necessaria sunt ad deducendum sanguinem versus vterum, vt fluxus lochiorum reuocetur. Quibus præstitis, si adhuc perseveret affectus, vel augeri videatur, statim brachij eiusdem lateris venam aperiendam esse; cum morbi pertinacia significet, fluxionem aliunde, quàm ab vtero pendere, aut ita conclusam esse materiam, vt versus vteri vias reuelli nequeat. Si verò lochia rectè fluant, distinctione vitetur. Si pleuritis oborta sit iam fluentibus mensibus; statim aperiendam venam in brachio eiusdem lateris. putat, vt

Febres Comitatae puerperarum.

Pleuritis.

ocurratur febrilissimo morbo, cuius generatio & augmentum non potuerit impediri ab illa vacuatione præsentē, sed omnem naturam conatum superavit. Si Verò pleuritis præcesserit, aut simul inceperit cum isto fluxu, expectandum esse aliquantisper existimat, ut videatur, utrum ab ista euacuatione præterit adfectus imminui possit. Nam si dolor & difficultas spirandi, quantumcumque fluat materia augetur, non esse cunctandū imitatur in secunda vena proximi cubiti, quæ citò & confertim causam morbi sicam morbi reuelliere possit.

Ex hac difficili controuersia ut nos expediamus, primò, quod sæpe dictum, hoc tenendum, febrem hanc non esse symptomatice propriè dictam, qualis ex habonibus & similibus inflammationibus interdum excitari solet, sed conitatum, quæ nimirum primaria est, comitem tamen & sociam habet inflammationem, dum natura partem materię, quæ febrem excitat, ad pleuram, vel etiam ad aliam partem detrudat.

Secundò naturam hic errare & vitiosam euacuationem instituire, dum huiusmodi vitiosam, quem per vterum expellere debet, ad pleuram vel aliam partem superiorem deponit.

Tertiò ea de causa nullo modo naturam hunc motum vitiosam adiuuandum esse; id quod fieret, si vena statim in brachio eiusdem lateris aperiretur: sed potius sanguinis ad vterum, per quem in puerperis Natura rectè agens eum euacuat, motum adiuuandum vel equitandum, vena intalo vel poplite aperta. Neque, quem casum ponit Varandæus; facile fieri potest, ut fluxus lochiorum nimis cum pleuritide coniungatur; cum si sufficiente quantitate fuerit hæc euacuat, ad pleuram sanguis non rueret. Sic tamen, ut hoc accidat: tamen impetus sanguinis & humorum præculdubio tum copiosorum non ad superiora conuertendus. Multò minus, si, cum lochia naturaliter fluere videntur, pleuritis excitetur, vel statim in brachio eiusdem lateris vena aperienda, vel expectandum & videndum, an ab ista euacuatione pleuritis minui possit, quod itidem vult Vrandæus. Etenim iustam euacuationis huius mensuram definire non ita facile est, eaque non nisi ex tolerantia foeminae æstimari potest. Itaque etsi sic satis copiosè sanguis post partum fluere videatur: si tamen pleuritis accedat, argumento est, Naturam non sufficienter, neque omnes, quos debet, humores per vterum expellere, sed partem eorum vitiosam conatu ad pleuram vel aliam partem depellere. Ideoque ut ab istis conatibus natura auocetur, nullo modo in brachio vena aperienda, quo modo conatus iste adiuuaretur, sed in crure vena aperienda, ut totus Naturæ, quod vitiosum & molestum est, expellere conantis impetus ad vterum conuertatur, & Natura ad partes superiores sanguinem mouere desistat, neque etiam an subsequutura lochiorum euacuat vitiosum illum motum naturæ emendare & reuocare possit, expectandum, sed statim Natura suo ab instituto auocanda, nec Naturæ vitiosè agentis res committenda, ne dum Medicus ociosus spectator est, illa in instituto suo pergat, & ita malum augetur.

Quartò, si post venam intalo, quod commodissime fit, apertam, pleuritis nihil minuat, sed dolor & difficultas spirandi perseveret, vel etiam augetur, non, quod vult Marsarius, in venam in crure sectione persistendum; cum illz nihil aliud, quam reuelliere, nullo, velò modo ex parte affecta

A deriuare queant, quod tamen in morbo periculoso, ut fiat, necessarium est. Si enim vena in crure secta pleuritis non minuat, vel etiam augetur, indicio est, materiam ita iam parti affectæ inhære, ut versus vterum amplius reuelli non queat. Ideoque venam in brachio eiusdem lateris aperienda, ut sanguis è loco affecto vicinisque partibus euacuetur & denuetur; quod nisi fiat, ægra in vitæ periculum conuicitur. Neque metuendum, ut hoc modo natura à motu ordinario versus vterum auocetur; cum ei incommodo per venam in crure apertam iam obuium itum sit: & si aliquid omnino periculi metuatur, frictionibus & cucurbitulis cruribus appetitis dum vena secatur, id præcaueri possit; interdum etiam tempus illius euacuationis maxima ex parte iam præterierit; interdum vero, vbi Natura planè vitiosè agit, vix motus, quem omisit, reuocari possit, & propterea vices eius venæ in crure apertæ suppleuerit, ut postea sine periculo parti affectæ & pleuritidi, vena propiore aperta, succurri possit. Nequid Galeni loca allegata prohibent; cum ea saltem de vteri affectibus sine aliarum partium inflammationibus, non de vteribus cum aliarum partium inflammationibus coniunctis loquantur.

Hæc de vena sectione.

Possum tamen etiam clysteres iniici, qui motum humorum versus superiora reuocent ad inferiora, simulque vteri vias laxent, ut per eas facilius sanguis euacuetur. Ut *℞. mercurialis, parietar. malua, althæa, fol. caulium rubr. an. M. j. fl. chamæmel. M. ℞. sem. lini, sanogr. an. ℞. b. Coq. in aq. s. Col. ℞. ℞. j. el. leuissu. s. ℞. j. diacathol. vel fl. cassia ℞. ℞. ol. violar. ℞. ij. M. F. Clyster.* Si febris nonnihil remittat, & tempus fluxus puerperij ferè præterierit, lenè aliquod purgans exhiberi potest.

Reliqua curatio, ut in quavis alia pleuritide instituenda, hoc tamen semper obseruato, ne, dum lochia adhuc fluunt, vilo medicamentorum genere eorum fluxus impediatur & sistatur. Medicamenta autem ad hanc rem idonea *lib. 2. de pleuritid.* sunt proposita, quæ hic repetere opus non est.

Angina quandoque etiam puerperæ corripiuntur, dum, ut in pleuritide ad latus, hic ad fauces pars materię vitiosæ ruit. Quod malum periculosum est, cum non solum vitiosum materię motum indicet, sed & eum augeat. Dum enim respiratio impeditur, thoraxque vehementer & velociter dilatatur, motus sanguinis versus vterum impeditur, itque versus superiora trahitur.

Curandi ratio, & reliqua, quæ de Angina dici possunt, *lib. 2. cap. de Angina*, proposita sunt. Venæ sectionem quod attinet, ea omnino eo modo peragenda, qui modò de pleuritide propositus. Reliqua vero peragenda, ut in angina fieri solet.

Tandem si epar in eadem de causis inflammetur, venæ sectio eodem modo, ut in pleuritide, instituenda. Non tamen hic venæ sectio in brachio tam necessaria est, quam in pleuritide, cum epar brachii non sit tam propinquum ut pleura & thorax, sed exortui venæ caue venarum in crura diuicatio tam propinqua ferè sit, ac venarum superiorum in brachia distributio.

Reliqua quoque curatio, ut *lib. 3. de inflammatione epatis*, proposita est, instituenda. Hoc saltem obseruandum, ne nimis refrigerantia & adstringentia adhibeantur, sed quæ tenuium partium sunt exhibeantur, ne lochiorum fluxus impediatur, sed potius adiuuetur.

Angina;

Epatis inflammatio.




LIBER QVARTVS.

P A R S III.

De Mammarum præter naturam affectionibus.

P R O O E M I V M.



ALTERVM corporis humani membrum, quo Fœmina à viro differt, Mammae sunt. Etsi enim in viris quibusdam pinguibus vel effœminatis etiam pars ea, quæ mammis in fœminis respondet, valde augeatur, tamen nec figura, nec substantia fœminarum mammis similis est, sed vt Aristoteles, 1. de histor. animal. cap. 12. scribit, caro viris spissa est, mulieribus fungosa & foraminulenta. Et propterea lac in iis non generatur. Etsi enim Ioan. Alexand. Benedict. l. 3. anat. cap. 4. Cardanus, lib. 12. de subtilit. Vesalius, lib. 5. de corp. hum. fabric. cap. 13. & alij referant, viros quosdam in mammis lac habuisse: tamen id rarum est, & contra communem naturæ ordinem, quo fœmina saltem liberis, quibus in utero ad formationem & incrementum sanguinem suppeditarunt, simili & familiari succo, qui in mammis earum generetur, aliquandiu nutriant, donec cibos solidiores concoquere possint. Vnde Phanorinus, Philosophus, apud Gellium, lib. 12. cap. 1. mammam fontem sanctissimum corporis, generis humani educatorem, eleganter nominat. Conciliant equidem mammae elegantes fœminis etiam decorem & pulcritudinem, quæ ad amorem masculos inuitat, & inuictos interdum vincit, sicut Galenus, lib. 4. de Hippocratis & Plat. decretis cap. 6. ex Euripide de Menelao scribit, quod, cum stricto ense in Helenam, quasi eam occisurus, feretur, ubi eam viderit, stupore adeo, ob pulcritudinem eius, correptus sit, vt ne tenere quidem gladium amplius potuerit, sed abiecerit, imò eam ex osculatus sit. Ita enim, in Andromache, apud Euripidem, Peleus Meneleum obiurgat:

ὄσ' ἐσεῖδες μάστι, ἐκβαλὼν ἔριφος,

φίλην' ἐδέξω, πρὸς δὲ πινυ ἀμάκτων κίβρα.

Vbi papillas eius aspexit, statim

Tibi coruscus gladius è manu excidit,

Et proditricis osculum excepisti canis.

Verùm præcipuus finis, ob quem mammae fœminis datae sunt, est lactis pro fœtu edendo generatio.

Multis autem morbis etiam mammae sunt obnoxiae, & iis, ac præcipuè circa lactis generationem, multa accidunt symptomata. Interdum enim mammae planè deficiunt, ac viriles saltem sunt, contra obseruatum, fœminam quadrigeminas mammas habuisse, interdum nimis flaccidae & graciles, contra interdum nimis magna sunt. Tumoribus variis corripuntur, venæ earum nonnunquam obstruuntur, morbo pilari dicto laborant, vermiculi & lapides in iis generantur, papillæ interdum deficiunt, interdum duplices sunt, interdum non patent, interdum scinduntur, & finduntur.

Symptomata verò, quæ circa lactis generationem accidunt, varia sunt, Lactis defectus, Lac nimis copiosum, Lac vitiosum, Lactis concretio, Lactis per aliena loca excretio, Res alienæ per mammam excretæ, vt sanguis & pus. Præter hæc & dolor mammis accidit: de quibus omnibus iam ordine agemus.

zus prohibetur, imminuitur, intercipitur, repellitur, vel aliò mouetur, aut cum à mammis sanguis non attrahitur. Fit hoc cum sanguinis sufficiens copia in toto deest, ob temperamentum epatis fierius, in ediam, laborem nimium, euacuationes nimias, vigilias, febres, & alios morbos, qui sanguinem in toto corpore absumunt. Intercipit sanguinem angustia venarum in mammis, de qua poitea. Repellunt sanguinem non solum adstringentia medicamenta admota, sed & vestes arctiores. Reuellunt cucurbitulæ partibus inferioribus sæpius adhibita. Non attrahitur sanguis, ob calorem mammarum debilem. Tandem etiam mammarum imminuntur & quasi contabescunt ex frequentiore infantium lactatione, quæ humidum radicale mammarum planè absumitur.

Plus autem incommodi habet mammarum gracilitas, quam magnitudo nimia, cum ad generationem lactis mammas ineptas reddat: curatu quoque difficilis est.

Emendatur verò gracilitas mammarum, primò si sanguinis sufficiens copia in corpore desit, cibi boni succi copiosus paulò exhibendi, & vinum album propinandum. Deinde causæ omnes intercipientes, repellentes, aliò auercentes auerendæ, & contra vt venæ in mammis aperiantur, calor in mammis excitetur, vt sanguis ab eis commodius attrahatur, fomenta ex aqua tepida, in qua herbarum emollientes coctæ sunt, vel ex vino albo fiant, & postea illinantur mammarum ol. amygdal. dulc. vel de nucu Indica. Frictiones etiam frequentes viles sunt. Hæc si non sufficiant, lenes dropacès imponi possunt.

Mammarum
mollities &
flacciditas.

Cognatum gracilitati malum est earum mollities & flacciditas, Cum enim non satis augentur, & præcipuè si antea lacte distentæ fuerunt, aut licet alimentum satis affluat, ipsarum tamen substantia nimis mollis & laxa est, mollis, flaccidæ & pendulæ fiunt. Quæ res cum turpitudinem quandam pariat, emendatur, si alimentum, quod deest, copiosius attrahatur, & postea adstringentibus adhibitis laxitas mammarum emendetur: quod quomodo præstandum sit, ex modò iam dictis patet.

CAPVT II.

De mammarum ex lacte tumore.

Tumor
mammarum
ex lacte.

Non solum autem mammarum in maiorem molem attolluntur, cum ex naturali alimento in omnem dimensionem nimium augentur, vt *cap. præced.* dictum, sed etiam præter naturam varia tumorum genera patiuntur. Et primò quidè mammarum tument, cum venæ illæ lactifera lacte nimium replentur & distenduntur, tumorque hic interdum totam mammarum, interdum partem eius occupat, prout venæ illæ, quæ lac deferunt, omnes, vel aliquæ lacte nimium replentur. Dolent autem ex distensione ista mammarum, & interdum etiam rubent. Aliquando etiam lac conerescit & induratur, vnde mammarum duras tumor oritur.

Causæ.

Causæ.

Tumoris huius causæ est lactis redundantia, in ductibus illis lac deferentibus. Lactis autem redundantia causæ est, vel nimia sanguinis, vnde lac generatur, affluentis copia, de quo infra, *sect. 2. cap. 2.* vel lactis retentio, quod post partum iis accidit, quæ ipsæ non lactant; deinde iis quæ lactant, dum infans totum lac exurgens non valet; Tertio, dum infantes ab lactantur.

Signa Diagnostica.

Tumor hic facillè cognoscitur. Mammarum enim ex lactis copia sine inflammatione distenduntur, dolent, & interdum etiam rubent.

Prognostica.

1. Tumor hic plerumque spontè cessat, vt remediis opus non habeat.

2. Interdum tamen, nisi id præcaueatur, in inflammationem mutari solent: interdum quoque, dum lac induratur, tumor durus inde oritur.

Curatio.

Curatur verò hic tumor, si proventus lactis nimius præcaueatur, de quo infra, *sect. 2. cap. 2.* dicetur, vel genitum educatur, aut absumatur. Educitur hæc in puerperis, quæ lactant, ore infantis; quod si vnus non sufficiat, plures adhibeantur. Solent & nostræ mulieres catellos adhibere.

Vel ab ipsa matre exurgatur vitro isto & instrumento sutorio, quo præcipuè opus est, vbi papillæ non satis patent, vel non satis exseruntur. Extrahuntur enim & patientiores isto instrumento fiunt.

Quia verò in iis, quæ lactare non volunt, vt & post ab lactationem, non commodum est, nouum lac semper affluere, affluxus inhibendus, & lac absumendum & exsiccandum est. Affluxus inhibetur, epithemate ex *aq. rosar. aceto rosaceo & alumine* parato.

Resoluunt & absumunt lac, *mentha, calamintha, apium seu petroselinum vulgare, vitex, coriandrum, brassica rubra, bryonia*, quæ herbarum virides contusæ imponantur. Vel imponatur Cataplasma à *farina hordei, fabar. lentium, orobi, lupinorum, flor. chamameli, absinthij, mentha, rad. althæa.* Vt *℞. farina hordei, fabar. lentium an. ʒ. ij. puluer. rad. althæa, flor. chamamel. mentha an. Vnc. ʒ. sem. viticis Scrup. ij. Coq. in vino, & addatur pauillum aceti atque olei anethini ʒ. ij. Fiat Cataplasma.* Vel *℞. farina fabar. lentium an. ʒ. ij. ol. rosar. aceti rosar. an. q. s. Misc. in formam Cataplasmatum, quod tepidum mammarum imponatur.* Vel *℞. mentha, fl. chamamel. an. M. j. gallarum, sem. cumini an. Vnc. j. Concisa & contusa*

coquantur in aceto ac colentur. Colatura pannus lineus duplicatus imbuetur, & tepidè mammarum applicetur. Vel *℞. panis secalini q. v. Adde Salis part. ʒ. Contundantur, & affunde aquam feruentem, vt F. instar pultis, quæ panno illita mammarum imponatur, vt tamen per medium panni foramen papilla exseratur. Ita enim lac partim effluet, partim absumetur.* Vel *℞. succum ruscæ, misce cum fermento & impone.* Vel *lenticula cocta instar Cataplasmatum imponatur.* Vel *℞. cera & aq. mentha q. s. Super igne misceantur, & pannus lineus immergatur, qui extensus toti mammarum imponatur.* Vulgo feminæ, ne lac copiosum in mammarum coaguletur, scopis illis à seta porcina mammas molliter fricare solent.

CAPVT III.

De Inflammatione & Erysipelate mammarum.

Postea etiam mammarum Inflammatione, tumore scilicet calido, sæpe corripuntur, idque præcipuè lactantibus accidit.

Causæ.

Cum omnium inflammationum causæ proxima & continens sit sanguis, idem etiam merito in mammarum eundem tumorem proculdubio excitat. Quanquam enim & lactis copia ad inflammationem

nem mammarum faciat: tamen non proxima inflammationis causa est, sed quatenus vel copia, vel dum incalescit & corrumpitur, calorem & dolorem parit, ob quem sanguis copiosius ad mammam confluit, & in venis capillaribus hærens, imò extra ipsas in laxam mammarum substantiam elapsus ibi incalescit, & putrescit, atque ita inflammationem excitat, de quo postea, in *questione*, dicitur. Aliis tamen quoque de causis sanguis ad mammam confluere potest, si nimirum lochia vel menses supprimantur; vel percussione aut lapsu; vel nimia ventum strictura mammæ lædantur.

Signa Diagnostica.

Signa. Vt in aliis partibus, ita etiam in mammis inflammatio facile cognoscitur ex tumore duro, rubro, B calido dolente, cui febris plerumque coniungitur.

Prognostica.

Prognostica. 1. Equidem inflammationes respectu aliorum tumorum calidiorum per se minus periculose sunt: partium tamen affectarum ratione sæpe periculose evadunt; & propterea quia mammæ sunt laxæ, multis glandulis præditæ, caloremque debilem, facile inflammationes mammarum in scirrhus & caneros degenerant.

2. Est quidem apud Hippocratem, s. *aphor.* 40. hic aphorismus: *Quibus in mammis sanguis colligitur, furorem significat.* Verùm non loquitur Hippocrates eo loco de inflammatione mammarum, sed cum sanguis adeo feruidus ad mammam fertur, ut ab iis in lac mutari non possit; sed immutatus è mammis effluat.

Indicationes & Curatio.

Indicatio- nes & Cura- tio. Quas inflammationes in genere indicationes suppeditent, sæpius dictum, & secundum eas mammarum inflammatio curanda; Nimirum sanguinis ad eas affluxus prohibendus, & is, qui iam affluxit; tollendus.

Venesectio. Primò ergo si sanguinis ea sit in corpore copia, ut metuamus, affluxu eius inflammationem augeri posse, sanguis mittendus. Et quidem si à menstruorum vel lochiorum suppressione, aut imminuto fluxu proveniat inflammatio; primò in talo vena aperienda, vel crura scarificanda, & postea, si opus sit, vena in cubito aperienda. Si verò vterus sanguinem non suppeditet, vena statim in cubito aperiiri potest.

Purgatio. Et cum sæpe accidat, ut vitiosi humores affluentes ad mammam sanguinis affluxui & inflammationi occasionem præbeant, lenia purgantia exhibenda sunt.

Alterantia. Et si sanguis sit calidior, aut humores calidos admixtos habeat, qui sanguinis motum adiuvent, refrigerantia, quæ motum vel impetum sanguinis nonnihil compescunt exhibenda, è lactuca, endivia, portulaca, plantagine, nymphæa & similibus.

Repellentia. Postea repellentia applicanda, sed ea minus valida & minus frigida, ne cordi vicino noceant. Imponatur ergo sæpius mammis linteum postea madidum, vel postea oleo rosaceo miscetur, & linteum ea imbutum mammis applicetur. Vel *℞. Fol. lactuca, portulac.* an. M. j. *℞. ros. rubr.* M. B. Coq. in aq. Col. *℞. ℞. j. aceti* *℞. ij.* M. pro epithemate. Vel *℞. aceti* *℞. ij.* Vbi ad ignem ebullierit insperge *ciboli Armeni* *℞. ij.* *lithargyri* *℞. j.* Postea adde *aquam*, in qua antea alumen coctum sit, & misc. in qua linteola madefiant, & mammis imponantur, papilla tamen nuda manente. Vel *℞. Succ. lactuc. portulac. solani* an. *℞. i.* B. *ol. rosac.* *℞. ij.* *chamamel. aceti* an. *℞. j.* Misc. Folia quoque lactucæ ol. rosaceo & aceto madida imponere utile est. Vel *℞. fol. solani, lactuc.* an. M. j. Coq. ad mollitiem & contundantur. Contusis adde *Farina*

A hordei *℞. ij.* *pulu. fl. chamamel.* *℞. B.* *oxymel. s. ol. ros.* an. *℞. j.* F. Cataplasma. Vbi principium inflammationis præterierit, discutientia repellentibus addenda. Vt *℞. Medulla panis albi farina hordei* an. *℞. i.* B. *fabar. sænigr.* an. *℞. B.* *pulu. fl. ros. chamam.* an. *℞. ij.* Coq. & add. *aceti rosac.* *℞. i.* *ol. rosac. chamamel.* an. *℞. j.* Fiat Cataplasma. Tandem sola discutientia adhibeantur. Vt *℞. Farina fabar. lapinor. sem. lini, sænigr. pulu. flor. chamamel.* an. *℞. i.* Coq. & addantur *ol. chamamel.* *℞. ij.* F. Cataplasma. Atque hoc modo si materia discutiat, & tumor minuatur, bene est. Quod si non fiat, alterutrum metuendum, ut vel materia induretur, vel ut suppuretur.

Induratio omnino periculosa est, cum si materia induretur, inde scirrhii curatu difficiles & interdum cancri oriuntur. Ideoque emollientia & attenuantia vsurpanda. Vt *℞. Fol. malva M. j.* Coq. ad mollitiem. Adde *farina sem. lini, pulu. rad. althæa, fl. chamameli* an. *℞. j.* Coq. & adde *ol. sesamini* *℞. j.* F. Cataplasma. Vel stercois caninum cum terebinthina mistum imponatur; aut lumbrici terrestres in ol. amygd. d. macerentur, olenique imponatur. Vel *℞. medulle crurum vituli* *℞. ij.* *œsji* *℞. j.* *croci* *℞. iv.* *cumini* *℞. ij.* *vitell. onii.* Misc. Vel *℞. farina sem. lini, sænigr.* Coq. in *oxymel.* Fiat Cataplasma.

Si verò ad suppurationem tendat inflammatio, id quod ex tumoris duritie, calore & dolore magno & pulsatili cognoscitur, danda opera, ut natura conatus adiuvetur, & materia quamprimum in pus mutetur. Imponatur itaque Emplastrum diachylon s. seu sequens Cataplasma: *℞. fol. malva, althæa* an. M. B. Coq. ad mollitiem, & minutim contundantur. Adde *pulu. rad. althæa* *℞. ij.* *farina sem. lini, sænigr.* an. *℞. i.* *fermenti* *℞. B.* Misc. & adde *unguent. dialthæa* *℞. ij.* F. Cataplasma. Vel panis triticeus in lacte coctus cum pauxillo croci imponatur. Vel *℞. fol. malva M. i.* *violar. M. B. ficum num. v.* Coq. ad mollitiem & contundantur. Adde *pulu. rad. althæa, farina tritici, sem. lini, sænigr.* an. *℞. i.* *vitell. ouor. num. iij.* *croci* *℞. i.* Misc. F. Cataplasma.

D Vbi pus iam generatum est, quod cognoscitur ex febris, caloris, doloris, pulsûque in mamma remissione, & tumoris in acumen quoddam, sub quo inundatio percipitur, elevatione, rectissime fit, si pus quamprimum effundatur. Si ergo natura spontè rumpat abscessum, bene est; si non, commodissimum est: ut scalpello aperiatur. Quia tamen ferrum & sectionem femina sæpe abhorrent, Cataplasmatibus vel emplastris maturantibus aliquid acre addi potest, præcipuè eo loco, quò tumor in altum attollitur. Vtiles sunt hic conchæ vstæ, quarum cinis cataplasmatibus vel emplastris eo loco inspergatur, qui parti magis acuminatæ imponitur. Dû autem ferro aperiatur, obseruandum, ut loco decliviore abscessus aperiatur, ut puri commodior exitus detur. Apertus abscessus mundandus est, ut ex abscessuum curatione generali patet. In mammis tamen summa diligentia in mundando abscessu adhibenda, cum substantia ipsarum sit spongiosa & cavernosa. Vt *℞. terebinth. mellis rosati, ol. ros.* an. *℞. B.* M. Potest etiam aliquid myrtæ addi. Difficulter verò integrè vlcus curatur, nisi & mamma alterius sanæ lac exsiccecur. Cum enim sanguis copiosior in mammam sanam ad lactis generationem affluit, simul etiam ad agram mammam confluit.

Emollientia & attenuantia.

Suppurantia.

Apertio tumoris.

QVÆSTIO.

An à solo sanguine, an verò etiam à lacte inflammatio mammarum fiat?

Constans Galeni, 2. ad Glauc. cap. 1. & de tumorib. cap. 2. atque omnium Medicorum est sententia, inflammationem esse tumorem calidum à sanguine ortum, & propterea omnino rectè statuitur, etiam mammarum inflammationem à sanguine fieri, non verò à solo lacte. Nonnulli quidem contrarium statuunt, atque inter eos est Mercurialis, qui, lib. 3. de morb. mulier. cap. 6. statuit, inflammationes mammarum duas causas habere immediatas, copiam sanguinis & copiam lactis. Cum verò, vt modo dictum, certum sit, ex Galeni & omnium Medicorum sententia, inflammationem esse solius sanguinis sobolem, seu tumorem à sanguine, præterea ipse inter signa inflammationis mammarum ruborem referat: respondet quidem ad primum dupliciter. Primum, quod inflammatio interdum sit nomen commune ad omnia apostemata calida; interdum sit peculiare nomen tumoris sanguinei: Secundò, quod inflammatio ex lacte sit vera inflammatio; quia lac nihil aliud est, quàm sanguis dealbatus. Ad alterum verò, non mirum esse, quod in tumore ex lacte etiam candidissimo subsequatur rubor, quandoquidem propter dolorem partis sit continua sanguinis attractio, qui dispersus per superficiem mammarum necessariò illas coloret colore rubro.

Verùm frustra Mercurialis in sua opinione saluanda (in qua tamen sibi ipsi non constat, dummodo statuit, inflammationem mammarum esse inflammationem minùs propriè dictam, modò concedit esse veram inflammationem, cum tamen vnum saltem verum esse possit) laborat. Primum enim, quod dicit inflammationem accipi interdum pro omni apostemate, (rectius dixisset tumore) interdum in specie pro tumore à sanguine, sine probatorum Medicorum autoritate id profert. Equidem verum est, φλυκίαι vocem ab Hippocrate & antiquis Medicis, vsque ad Erasistrati tempora, ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς, generaliter pro omni ardore, etiam citra tumorem, vsurpatam fuisse, & antiquo illo tempore tumores, quos hodie φλυκίαι seu inflammationes dicimus, non φλυκίαι, sed composito nomine σκληρὰ ἐν ἰσθμῶν ἀσθματι, idest, duros & dolorificos tumores nominatos; Deinde ab Erasistrati tempore tumores duros à sanguine, quibus rubor & pulsus accedit, φλυκίαι & inflammationes dictos fuisse, passim à Galeno patet. Verùm dum de inflammatione mammarum loquimur, non de φλυκίαι seu ardore saltem aliquo in genere agimus, sed, vt ipse Mercurialis inflammationem mammarum definit, tumorem durum, calidum, cum dolore pulsatili & cum renitentia accipiunt. Et talis φλυκίαι seu inflammatio propriè dicta saltem à sanguine provenit, & ad eam producendam solum lac non sufficit. Neque enim lac est sanguis tantum dealbatus, & lactis generatio in mammis non est saltem quedam alteratio & qualitatum mutatio, sed mutatio substantialis. Et cum diffiteri non possit Mercurialis, ruborem in inflammatione mammarum esse à sanguine, in omni verò inflammatione mammarum adsit rubor, cur non etiam concedat, omnem inflammationem mammarum esse à sanguine?

Hoc tamen concedimus, vt in aliis partibus inflammationes rarò puræ sunt, sed alij humores plerumque admiscerentur; ita in mammis, vbi san-

A quis calore & dolore attractus, vel etiam spontè irruens putrescere incipit, etiam vnà lac putrescere posse.

Erysipelas mammarum.

Frequenter quoque accidit, vt fœminæ, siue lactent, siue non, ex terrore vel ira, Erysipelate, vulgò Rosa, in mammis corripiantur. Verùm cum mamma substantiam laxam habeant, sanguisque ad lactis generationem ad eas confluere soleat, rarò erysipelas tale purum manet, sed statim phlegmonodes euadit, aut potius phlegmone erysipelatos oritur. Quod propterea etiam, vbi dies aliquot præterierint, curandum, vt inflammationes mammarum, de quibus modò dictum.

In principio verò & primo morbi insultu curatio instituenda; qualis Rosæ seu Erysipelati competit, & nullò modo parti affectæ refrigerantia, adstringentia, repellentia, vel pinguis imponenda. Itaque vt; de febris lib. 2. cap. 16. dictum, statim in principio medicamenta sudorifera è C. C. terra sigillata, carduobened. & aq. sambuci, quæ nostris ferè vsitata est, vsurpanda, vt subtilior illa pars sanguinis, quæ φλύκων concepit, & ardorem hunc excitat, discutatur. Extra verò non refrigerantia & adstringentia vsurpanda, sed resoluentia: Vulgò pannum lineum vel cannabinum, aut sindonem rubram, vel pannum lancum scarlatum, aut farinam hordei imponunt. Humectare enim partes Rosa laborantes nostris religio est. Commodè tamen pannus lineus aq. sambuci madesceri potest, & iterum exprimi fortiter & tepidus imponi.

Vel ℥. lixiij è cineribus sarmentorum vitis, vel alius ligni, ℥. j. ol. communis, vel quod commodius, sambuci ℥. iij. Sensim lixiuum oleo infundatur, & agitetur, donec lactis instar albescat. Madesciant ista mistura panni linei, exprimantur, & in aère parum saltem, ne valdè madeant, exsiccantur, & imponantur. Vbi dies aliquot præterierint, nec rubor iste discutatur, postea curatio, vt de Inflammatione dictum, instituenda.

CAPVT IV.

De Oedemate mammarum.

PRÆter inflammationem & alij tumores mammæ corripere solent. Est enim mammarum substantia laxa, spongiosa & glandulosa, atque omnis generis humores affluentes facillè recipit. Nonnulli & flatuoso tumore eas corripit statuunt. Verùm vix puto, exemplis & obseruationibus demonstrari posse, mammæ sine humore, quem facillè recipiunt, solo statu turgescere; cum nec locus flatibus generandis conueniens sit, nec aliunde cum recipere possint.

Oedemate verò seu tumore pituitoso interdum corripuntur. Vt enim in fœminis cachecticis, & febre alba dicta laborantibus, aliæ partes tumore frigido & albæ corripuntur, vt impressum digiti vestigium aliquandiu in iis remaneat: ita idem in mammis, parte laxa & spongiosa, fieri potest.

Causæ.

Colligitur autem hic humor pituitosus in iis præcipuè, quibus menstrua supprimuntur, & humores pituitosi & serosi in corpore abundant, qui à mammis facillè admittitur. Rarum est, vt in ipsis mammis à calore earum debili generetur.

Signa Diagnostica.

Tumor iste est mollis, laxis, & ferè sine dolore, quibus accidentibus facillè ab aliis tumoribus discernitur;

Erysipelas mammarum.

Oedemate mammarum.

Causæ.

Signa diagnostica.

discernitur; dolorque & tumor plerumque, ubi menstrui fluxus tempus initiat, non nihil augeri solet, qui ubi fluxus tempus præterit, iterum minuitur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Tumor hic mitior est, quam inflammatio, & ex se parum periculi affert. Quia tamen à cachexia totius corporis & grauiore vteri affectu pendet, sæpe vitæ periculum minuitur.

2. Rarius verò in suppurationem, sed plerumque per resolutionem terminatur. Interdum etiam, parte subtiliore discussa & crassiore relicta, induratur.

Curatio.

Curatio.

Imprimis hic calefaciente & siccante diæta opus est, in qua tota penè curationis spes sita est. Postea si cachexia vel menstruorum obstructio adsit, curatio ad istos affectus dirigenda, de qua suo loco dictum. Nisi enim ista vitia corporis tollantur, in mammarum tumore hoc curando frustra laboratur; cum quotidie eiusmodi humor iterum in mammis affluat.

Vbi toti corpori conueniente diæta & vniuersalibus medicamentis prospectum fuerit, topica resoluentia ac discutientia simulque partem non nihil roborantia vsurpanda. Cauendam tamen, ne nimis calefacientia & resoluentia fortiora adhibeantur: Siquidem topica calidiora sanguinem ad mammas, vt partem fungosam, & aliàs eò ad lactis generationem affluere solitum, facile attrahunt, qui pituitæ permixtus, diuturnis & periculosis tumoribus materiam præbet; fortia verò resoluentia subtiliores partes discutiant, & crassiores relinquunt, vnde scirrhii generantur.

Itaque conueniunt fomenta à *lixuio confecto à cinere vitis vel caulium, & sulphure, vel decocto hyssopi saluæ, origani, fl. chamameli.* Post fomentationem mammae inungantur *el. chamamel. lil. albor. laurino,* vel cataplasma imponatur *ex farina fabarum, orobi, puluere fl. chamameli, & sem. cumini.* Vel *℞. farina hordei ℥. iv. sem. lini, anethi, fœnugr. fl. chamameli. an. ℥. v. rad. albæ ℥. j. ol. obamamel. anethini an. q. l. F.* Cataplasma. Vel imponatur *emplastrum diachylum magnum, de meliloto, de rariar. de bacis lauri.*

Si tumor, quod tamen rarò fit, ad suppurationem tendat, ea ad adiuvanda, iis medicamentis, quæ *cap. 3.* sunt proposita, quibus in hoc tumore fortiora quædam addenda, *carica, rad. lil. alb. bryonia, diachylum iracutum, & similia.*

CAPVT V.

De Scirrho mammarum.

Scirrhus mammarum. Causæ.

Nonnunquam & Scirrhii, id est, tumores duri & doloris expertes in mammis oriuntur.

Causæ.

Generantur verò, cum post inflammationes, vel tumores pituitosos, quod crassum est relinquitur, subtili discussio, vel ubi humor melancholicus propriè dictus, non atra bilis, in venis cumulatæ ad mammas confluit, atque in earum subitancia laxa & porrosa colligitur; id quod præcipuè accidit, cum lienis constitutio ad humorem melancholicum cumulandam apta est, & menstrua, cum quibus euacuari deberet, minus rectè flunt.

Atque ita duæ causæ sunt scirrhii, pituita, non tamen illa tenuis & aquosa sed crassa, glutinosa & viscosa, exsiccata; & humor melancholicus. Etsi enim etiam post phlegmonas scirrhus oritur, ta-

Operum Senænti. Tom. III.

men illud, quod post inflammationem relinquitur, vel crassa sanguinis pars, est quæ ad melancholiam refertur, vel pituita crassa. Et quidem fieri potest, vt alteruter humor seu hum generet, interdum vterque misceatur. Interdum & alij humores misceantur. Atque hinc diuiditur scirrhus in purum seu legitimum, & nothum seu illegitimum. Purus est, qui ex pituita, vel melancholia, vel vtraque mista ortum habet. Nothus verò, qui alium humorem, sanguinem, bilens, vel atram bilem admistam habet. Nonnulli equidem illum, in quo partes tenuiores omnes nondum sunt absortæ, illegitimum, cum verò omnes partes tenuiores absortæ sunt, legitimum appellant: Sed commodius ille inchoans & imperfectus, hic perfectus & confirmatus scirrhus nominatur.

Scirrhus legitimus. Illegitimus.

Mercatus equidem, *de morb. mulier. lib. 1. cap. 17.* nouum tumoris genus inter scirrhum & cancerum medium se inuenisse putat, quod Hispani Zaratonos nominant, atque à cancro differre dicit, quod cancer sit tumor durus & inæqualis, venas habens in circuitu turgidas, lucescens, colore magis, quam inflammationes, nigricans, calidus, subito accrescens & dolore magno affligens; cum hic tumor nec maximum dolorem habeat, nec inflammationem, nec semper, sed ex aliqua occasione aut imminentibus mensibus, curationem etiam facilius admittat, quam cancer: Nec etiam scirrhum esse statuit, cum scirrhus omnino dolore careat, aut illegitimus dolore exiguum habeat, & quidem ea saltem in parte, qua tumor viget, cum iste tumor per interualla etiam vicinas partes affligat.

Verum enim verò frustra videntur hic entia multiplicari. Etenim si omnia diligenter perpendamus, tumor hic, quem vt peculiarem, & inter scirrhum & cancerum medium, describit Mercatus, nihil aliud est, quam scirrhus illegitimus, qui atrum humorem nouiter affluentem, vel ex sanguinis aut bilis, quæ aderat permixta, mutatione genitum admistum habet, & iam, quod concedo, in Cancrum degenerare incipit. Habet enim scirrhus illegitimus suos etiam gradus: siquidem humor, qui admiscetur, præcipuè bilis & sanguis, vel suam naturam retinet, vel iam atra bilis naturam induit, & tunc in cancerum degenerare incipit; & propterea non mirum est, si etiam alia symptomata sese prodant.

Quandiu tamen humor pituitosus, vel melancholia præualet, etsi humores aduerti admiscantur, rectè scirrhus, sed in cancerum iam abiens nominatur: ubi verò tota vel maxima tumoris materia in atram bilem mutata est, non amplius scirrhus, sed cancer dicitur.

Signa Diagnostica.

Scirrhus si sit legitimus, durus est, sine dolore ferè, inæqualis. Et duo præcipuè eius signa sunt, durities & doloris priuatio, si scirrhus sit legitimus & perfectus ac confirmatus. Color tunc albicans est, nunc ex albo subliuidus & niger, pro tumoris ratione.

Si verò non sit legitimus, nec perfectus, alia signa accedunt, calor & dolor, quæ quò minoræ sunt, scirrhum adhuc suam naturam retinere docent. Si verò calor & dolor ardeantur, in cancerum iam abire indicant, atque tumorem vix in ambitu lucescere atque intumescere incipiunt.

Prognostica.

1. Curatio verò difficilis est, & imprimis si scirrhus omnis sensus expertis sit.

Prognostica.

2. Et quidem quò maior & durius est, eò difficilius curatur, & cui pili superueniunt, incurabilis est.

G G 3

3. Et licet aliqua curationis spes superfit; ea tamen non, nisi longo tempore, perfici potest; cum materiam crassam & frigidam semel indurata non emollire difficillimum sit.

4. Nec periculo caret; cum facile in cancerum abeat.

Curatio.

Cum scirrhus duplex sit, legitimus & illegitimus, curandi etiam ratio secundum hanc differentiam non nihil variat.

Legitimum scirrhum curandi ratio in eo consistit, ut in vniuersalibus, quibus opus est, præmissis, & caussis in toto, vel vtero, quæ ad generationem huius tumoris facere possunt, amotis, ac diæta, quæ scirrhorum curationi conuenit, de qua de tumoribus in genere dicitur, præscripta, humor qui proxima & continens huius tumoris causa est, emolliatur, attenuetur, & discutatur. Rarè ad suppurationem scirrhus venit, neque eam tentare commodum aut tutum est, ut mox dicitur. Duo enim in usu horum medicamentorum obseruanda; Primum est, ne nimio calefacientium & attenuantium usu partes tenuiores discutiantur, & crassæ relinquuntur, exque duritiem lapideam acquirant, & ita malum incurabile reddatur. Alterum est, ne humectantium & emollientium usu, præcipuè si mixta sit materia, quasi fermentetur, & ex scirrho Cancer generetur. Ideoque quæ hic adhibentur emollientia, calida sint, & ferè in secundo, in passiuis temperata, ut neque siccent, neque humectent, quæ eo ipso à maturantibus differunt, quod hæc humidiora sunt. Et ista cautione magis opus est in scirrhus à melancholia orto, quàm à pituita; eum, qui à melancholia est scirrhus, facilius in cancerum abeat, quàm qui à pituita genitus est. Itaque tutissimum est Antiquorum consilium, qui suadent, ut nullum vel siccat, vel humectans medicamentum solum vsurpetur, sed vel alternis vicibus humectantia & emollientia cum digerentibus vsurpentur, vel emollientia cum digerentibus misceantur.

Emollientia autem in Institutionibus lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 6. & alibi sunt proposita. Itaque mamma scirrhus laborans foueatur decocto malua, althæe, sem. lini, fenigraci, branca ursina & fl. chamameli. Postea inungatur ol. amygd. d. chamamelino, pingued. gallina, medulla crurum vituli, unguento dialthæe. Vel imponatur sequens Cataplasma. ℞. fol. althæe, malua, branca ursina, summit. fenic. an. M. j. Coq. ad mollitiem. Contundantur, & per setaceum tranciantur. Postea adde farina hordei, fabar. sem. lini, pulu. radic. althæe, fl. chamameli an. ℞. j. F. Cataplasma. Vel imponatur emplastrum diachylum magnum, de ranis Vigonis. Vel mamma foueatur decocto althæe, branca ursina, sem. fenigr. lini, & similibus; Deinde suffitus instituat ex vino (acetum enim, quod aliàs in scirrhis emolliendis vtile est, in mammis ita commodum non est) fuso super lapide pyrite, aut molari candente. Et postea imponatur emplastrum ex ammoniaco & aceto vino dissolutis. Vel vsurpetur tale Emplastrum. ℞. mucilag. radic. althæe, sem. fenigr. an. ℞. j. caricar. ping. ℞. iij. ol. lil. albor. chamamel. lini, an. ℞. j. pingued. gallin. anseris. porci, seni caprini, terebinthina, lithargyri an. ℞. iv. Coq. omnia ad consumptionem mucilaginum, & cum cera q. s. F. Emplastrum, addendo ammoniaci, galbani, aceto solutor. an. ℞. iij. pulu. radic. irosos ℞. ij. M.

Scirrhi notati & in cancerum degenerantis curatio.

Si verò Scirrhus notus sit & illegitimus, metuentiumque, ne in cancerum abeat, corporis vniuersalis euacuatio per venæ sectionem, vel purgationem, prout opus, & in cancro incipiente fieri solet, præmittenda, & si quæ in visceribus sit dispositio, quæ humorem atrum generat, ea quoque con-

ueniente modo tollenda.

Topica quod attinet, in scirrhus legitimo eiusdem nullis repellentibus opus est: at cum in illegitimo dolor quidam adsit, qui affluxum humorum concitare valet, emollientibus exsiccantia quædam, addenda, quæ influxum humorum prohibeant.

Topica.

Vsurpanda nimirum ol. ros. succus plantag. & si calor aliquis adsit, ea in mortario plumbeo agitari possunt, ad coloris mutationem. Vel ℞. ol. rosac. ℞. iij. seni caprini, succi solani, an. ℞. j. Agitentur in mortario plumbeo ad coloris mutationem. Deinde adde cerussa, lithargyri an. ℞. iij. cera q. s. Iterum agitentur. F. Vnguentum.

Vel vsurpetur Vnguentum è ranis, quod hoc modo paratur. ℞. ranas virides in aquis puris degentes q. v. addito butyro in olla perforata per descensum, ut moris, oleum inde destilletur. Ranas postea comburito, & cinerem cum oleo misceto, & addito pauillo Cera q. s. F. Linimentum. Et si dolor augeatur, ut Canceri iam imminenti periculo instet, commodissimè inunguntur mammae linimento parato ex succo solani tamdiu in mortario agitati, ut formam linimenti acquirat.

Vng. è ranis.

Si hisce medicamentis non cedat, & omnino metus sit, scirrhum in Cancerum abiturum, nonnulli causticis medicamentis, alij sectione vtuntur. Priores exili cauterio ignito foramen in parte efficiunt, & huic Mercurij sublimati granum indunt, digestiuum imponunt, hinc vnguentum Ægyptiacum, aut puluerem Ioan. Vigonis adhibet. Sectio non faciliè instituenda, nisi tumor in summitate mammae consistat, ut sine vitæ periculo eximi queat. Vbi sectionem instituere commodum est, ægra rectè collocata, tumor versus summa mammae manu sinistra Chirurgi detrudendus est: Dextra verò cutis nouacula acutissima secundum longitudinem incidenda, & caro ab vtraque tumoris parte separanda, & postea tumor separatus à carne acu filoquo transigendus & à ministro tenendus, ab ipso verò Chirurgo ad radicem penitus abscondendus, sanguis sistendus, & postea vulnus debito modo curandum.

Chirurgica curatio.

Sectio non faciliè instituenda, nisi tumor in summitate mammae consistat, ut sine vitæ periculo eximi queat. Vbi sectionem instituere commodum est, ægra rectè collocata, tumor versus summa mammae manu sinistra Chirurgi detrudendus est: Dextra verò cutis nouacula acutissima secundum longitudinem incidenda, & caro ab vtraque tumoris parte separanda, & postea tumor separatus à carne acu filoquo transigendus & à ministro tenendus, ab ipso verò Chirurgo ad radicem penitus abscondendus, sanguis sistendus, & postea vulnus debito modo curandum.

Sectio non faciliè instituenda, nisi tumor in summitate mammae consistat, ut sine vitæ periculo eximi queat. Vbi sectionem instituere commodum est, ægra rectè collocata, tumor versus summa mammae manu sinistra Chirurgi detrudendus est: Dextra verò cutis nouacula acutissima secundum longitudinem incidenda, & caro ab vtraque tumoris parte separanda, & postea tumor separatus à carne acu filoquo transigendus & à ministro tenendus, ab ipso verò Chirurgo ad radicem penitus abscondendus, sanguis sistendus, & postea vulnus debito modo curandum.

Sectio non faciliè instituenda, nisi tumor in summitate mammae consistat, ut sine vitæ periculo eximi queat. Vbi sectionem instituere commodum est, ægra rectè collocata, tumor versus summa mammae manu sinistra Chirurgi detrudendus est: Dextra verò cutis nouacula acutissima secundum longitudinem incidenda, & caro ab vtraque tumoris parte separanda, & postea tumor separatus à carne acu filoquo transigendus & à ministro tenendus, ab ipso verò Chirurgo ad radicem penitus abscondendus, sanguis sistendus, & postea vulnus debito modo curandum.

CAPVT VI.

De Mammarum glandulis tumensibus, scrofulis, & Strumis.

Mammæ multis glandulis constare notissimum est. Hæ interdum ex humoribus affluentibus intumescunt. Interdum tamen, ut Mercato placet, ipsæ glandulæ non intumescunt, sed in mamma nouus tumor glandulosus, quem strumam vel scrofulam appellant, gignitur. Verum hanc differentiam alii non ita attendunt, nec glandularum tumorem à scrofulis & strumis distinguunt, Galenusque ipse, 14. method. med. cap. 11. strumas dicit esse scirrhosum glandularum tumorem. Platerus ramen scrofulas à strumis distinguit, quod scrofulæ plures sint & minores, strumæ verò pauciores & longè maiores. Verum causa & curandi ratio eadem est. Celso, lib. 5. cap. 28. rarum esse videtur in mammis strumas reperiri, dum scribit: In mammis quoque scrofularum strumas se reperisse, Chirurgicus Aeges auctor est. Verum nec magnam, nec rarum hoc putat esse Brasauolus, in comment. ad aphor. 26. lib. 7. Hippocratis, & se non solum in mulierum, sed & virorum mammis strumas vidisse refert.

Glandulæ induratae, & strumæ mammarum.

Causa. Scrofulas autem & strumas vulgè ab humore

crasso provenire putant, siue is sit pituitosus, siue melancholicus, siue ex pituitoso & melancholico mixtus. Platerus tamen monet, non solum ex pituita & melancholia strumas provenire, aliàs tandem non durarent, sed putredini & corruptioni subicerentur, & in pus mutarentur. Ipse verò statuit, eas à crassiore succo, quo istæ partes nutriuntur, si copiosius affluat, provenire. Cellus, loco allegato, strumas tumorem esse scribit, in quo subter concretæ quædam ex pure & sanguine quasi glandula oriuntur. Et reuera tales strumæ in feminarum mammis interdum reperiuntur, cum dolore coniuncti, qui caneros referunt, & in caneros mutari videntur, cum tamen sæpe diu atque aliquot annis durent, nec in canerum abeant. Quæcumque autem horum tumorum causa sit, suppuratur ea à mensibus suppressis, vel non rectè fluentibus, ubi humores crassi, qui cum menstruo sanguine euacuari debent, ad mammas regurgitant. Magnum enim esse mammarum cum utero consentum, & mutuum sanguinis & humorum hinc inde confluxum, sæpius dictum.

Signa Diagnostica.

Signa. Facile autem hoc tumorum genus innotescit, cum glandulæ grandiores fiant, & quæ antea latebant, nec tactu facile deprehenduntur, iam tactui obnoxie sunt, & tumores parvi multi deprehenduntur, & hinc inde moventur. Interdum tamen vnus tumor maior atque immobilis est.

Prognostica.

Prognostica. 1. Omnes tales glandularum tumores & scrofulæ difficiles curatu sunt; cum à materia crassa & terrestri orientur, quæ nec facile discutitur, nec emollitur. 2. Curantur autem facilius in mammis isti tumores, si sint cuti propiores; si verò profundiores & costis propiores, difficilius curantur.

Curatio.

Curatio. Materia autem, quæ continens tumoris causa est, tollitur, dum vel insensibiliter absorbitur, & discutitur, vel in pus mutatur, vel extinguitur.

Emollientia & resoluentia. Vniuersalibus ergo purgationibus præmissis, emollientia & discutientia viturpanda, sed fortiora, qualia ferè in scirrho curando sunt proposita. Vt *℞. radice iridis ℥. iij. Coq. in oxymel. diluore.* Terantur. Adde *terebinth. unguentis dial: hae an. ℥. iij. mucilaginis sem. fœnigræci ℥. j. Misce.* Vel *℞. radic. altheæ ℥. ij. bryon. ℥. j. ireos ℥. 6. Coq. in vino albo* ad mollitiem, & contundantur, ac per setaceum tranciantur. Adde *ammoniæ aceto solut. bdellij vino sol. an. ℥. j. picis nanae, cera an. q. s.* Fiat Emplastrum.

Suppurantia. Quod si tumor discuti non possit, ad maturacionem & suppurationem, vel etiam sectionem, vel caustica veniendam, de quibus de tumoribus in genere agitur; supra etiam lib. 2. part. 1. cap. 25. satis dictum, quæ strumis mammarum facile applicari possunt, nec ea hic repetere opus est.

Verùm cum non semper tumor sit, vel in scirrho, vel in strumis mammarum, maturacionem hanc tentare, cum facile fieri possit, vt in maturantibus materia corrumpatur, & tumor in canerum abeat; sectionem quoque feminæ raro ferant; & præterea tales tumores, sine insigni incommodo multos annos durent, neque hoc loco oculis, vt in guttore, pateant: præstat plerumque tales tumores intactos relinqere, quàm valdè molestæ & periculosæ curationi feminas subicere. Et ipse feminæ plerumque malunt cum aliquo incommodo & leuiore molestia vitam trahere, quàm grauiores curationis molestias & cruciatus sustinere.

CAPVT VII.

De Cancro Mammarum.

Quid Cancer sit, & à quibus causis ortum habeat, in genere & prolixè explicare huius loci non est, sed ad doctrinam de tumoribus in genere pertinet. Hoc saltem hoc loco explicandum videtur, quid Cancer occultus sit, cum Hippocrates, 6. aphor. 38. scribat: *Quibus oculis cancri adsunt, non curare melius. Cuius enim citius intereunt; Non curati verò longius vitam trahunt;* & an iste aphorismus etiam de mammarum cancro accipi possit. Galenus, in comment. occultos Caneros uci ait, vel qui sunt sine vlceratione, atque hoc modo etiam in mammis occultus cancer esse posset; vel latentes, id est, qui sunt in alto corpore, & hac significatione mammarum cancri occulti esse non possunt. Aëtius, retrahib. 4. serm. 4. cap. 43. scribit, quod qui sine vlcere sunt, ab omnibus ferè veteribus occultis appellantur: Philoxenus tamen canerum occultum priuatum nominat, qui in utero ac intestinis esset. Philotheus occultos nominat, qui sunt in profundo. Brasauolus, in comment. in loc. alleg. profundos appellat, qui non sunt in superficie, occultos, verò, qui occultas partes occupant, vt iecur, ventriculum, uterum, vel qui in cute & superficie parum quid habent, intus verò profundas iecerat radices. Mercatus, lib. 1. de morb. mulier. cap. 17. statuit, per occultos caneros Hippocratem intellexisse vlceratos, vbicunque sint, & non exulceratos, si in recondita corporis sede sint. Rodericus à Castro, de morb. mulier. lib. 1. cap. 22. Mercatum reprehendit, quod vlceratum canerum duntaxat, vbicunque sit, occultum dicat, inde suata ratione, quod curationem non admittat; cum Hippocrates, non quia non curationem admittat, occultum vocet, sed quia occultus est, curationem non admittere dixerit. Ipse verò cum Matthæo de gradibus, & Dino Fiorentino non vlceratum canerum illum duntaxat, qui in interioribus partibus latet, aut qui, etsi oculis sit manifestus, radices tamen in abditis corporis partibus occultas habet, siue exulceratus sit siue non, occultum appellandum censet.

Verùm enim verò quid Hippocrates, imò omnes Antiqui Medici, vno excepto Philoxeno, per occultos caneros intellexerint, clarè docet, loco allegato, Aëtius, nimium eos, qui sunt sine vlcere, & extra vlceribus in cute se nondum produunt. Non verò eos caneros occultos nominasse, qui in penitioribus & profundis sunt corporis partibus, vel ex eo patet, quod ij omnes sunt incurabiles, imò curari non possunt, & propterea Hippocratis breuitate indignum fuisset, de re inutili & omnibus nota superfluum aphorismum ponere. Itaque de his caneris loquitur Hippocrates, qui in propatulo sunt, & curari quidem possunt, curati tamen deteriores euadunt. Et tales sunt cancri omnes non exulcerati. Hi enim topicis medicamentis non sunt irritandi, & si non irriterentur, & tantum bona dicta obseruetur, & per interualla humoris melancholici purgationes instituantur, ægæ, præsertim si sit in mammis cancer, diu sine uligni incommodo vivere possunt. Ita ipse Galenus, in comment. aphor. 47. sect. 6. scribit, se mulierem quandam, quæ cancrosum in mamma tumorem habebat, quot annis vere inuente vacuantem sanasse, subinde forti pharmaco melanagogo vium: quam quidem purgationem si quando prætermisisset, dolorem profundum illam percepisse, atque

Cancer mammarum. Cancer occultus quid.

ita illico è se accersito purgari petiisse. Et Amatus Lusitanus, *cent. 3. curat. 52.* refert, se nouisse nonnullas mulieres, caneros in mammis habentes, quæ solo bono vitæ ordine absque villo medicamento- rum topicorum iuuamento, per longam vixerint tempas, ita incolumes, prosperæ ac sanæ, ac si nullum paterentur morbum. Idem cõfirmat Guil- lelmus Fabricius, *centur. 3. obseruat. 87.* docetque aliquot obseruationibus, fœminas quasdam can- eros non exulceratos in mammis habentes à cura- tione eiusdem abstinuisse, & ita multos annos, etiam 40. sine insigni dolore & incommodo vixisse. Contra verò, vt *ibidem* exemplo docet idem Fa- bricius, si cancer cum quo diu viuere potuisset fœ- mina irritetur emollientibus & pus mouentibus, vel aliis medicamentis, ita vt cancer exulceretur, eum breui, & sæpe semestri spatio ægras interimere. Atque id ipsa *allegat. aphorisma.* Hippocrates docuit.

Causa.

Causa. Oritur verò is tumor in mammis frequenter, quia fungosæ & laxæ sunt, & imprimis apud fœminas ortum habet ex vtero, ob illum, qui est inter vteri & mammarum vasa consensum, dum vitiosi hu- mores, qui per vterum cum sanguine menstruo euacuari solent, ad mammam regurgitant. Acciditque hoc præcipuè in iis fœminis, vt eius rei ali- quot exempla obseruauit, quæ calidioris & siccioris corporis constitutionis sunt, sanguinemque ad-ustum habent, & hypochondriacæ affectioni sunt obnoxæ; & imprimis vbi menses subsistunt, vel fluere desinunt. Tum enim humores illi adusti, qui per vterum euacuari solebant, ad mammam con- fluant, & hoc tumoris genus excitant. Oritur autem cancer, dum vel per se nullo alio tumore præ- cedente oritur, vel dum alij tumores in eum dege- nerant.

Signa Diagnostica.

Signa. Per se incipiens cancer non ita faciliè cognoscitur. Initio enim est tuberculum vix eicris aut fœ- bæ magnitudinem superans, paulatim verò postea au- getur, & in maiorem molem attollitur, & radi- ces longè extendit, venasque quasi varicosas, li- uidasque circumcirca habet. Vbi verò excelsa cute iam exulceratur, vlcus est fœtidum ac sordidum, labra sunt dura, saniesque inde tenuis & nigra ema- nat, quæ diu sæpe subsistit.

Prognostica.

Prognosti- ca. 1. Vt omnes cancri curatu difficiles sunt, imò faid & vix vnquam curantur: ita etiam mammarum cancri curatu difficillimi sunt.
2. Estque etiam in mammis verus allegatus ante *aphorif. Hippocratis 38. sect. 6. Quibus occultis cancri adsunt, non curare melius. Curati enim citius interimunt, non curati verò longiore tempore du- rant.* Cuius rei quidem rei causa est; quod humor ater, à quo oritur, pessimus & pertinacissimus est, & peculiarem malignitatem coniunctam habet; cuius contrarium & specificum remedium cum non satis cognitum sit funditus extirpari, eiusque ma- litiæ infringi non potest. Interim si vulgaria, quæ diu- tis tumoribus adhiberi solent, emollientia re- media adhibentur, imprimis pus mouentia, deter- rior medicandò fit cancer. Fermentatur enim qua- si & exaltatur; ac malignior redditur humor, ita vt tandem partem erodat, & exulceret. Emollien- tibus medicamentis simul vasa laxantur, & dila- tantur, vnde & facilius humorum confluxus fit, & humor corruptus in vicinas partes dispergitur, reliquosque humores instar fermenti inficit & cor- rumpit.

Curatio.

Cancer ergo occultus nondum exulceratus va- lentioribus remediis non tentandus, sed ex consilio Hippocratis relinquendus. Interim cum Galeno, vt supra dictum, sanguinem mittere, si opus sit, & humorem melancholicum sæpius euacuate, de quo sæpius alibi dictum, commodissimum est. Hoc enim modo incrementum cancri prohibetur, & vt fœmina sine insigni dolore atque incommodo vi- tam diu producere possit, præstatur.

Topica verò adhibenda, non quæ partem pu- trefacere & irritare possunt, sed quæ vel per expe- rientiam, vel Indicationem dolorem lenire, & incrementum cancri prohibere, compertum est. Talia sunt succus & aqua solani, cochlearum carnes elixa, ranarum viridum oleum per descensum pa- ratum, & cum cinere earundem ranarum in formam vnguenti mistum. Cancri contusi & cum aq. car- di bened. mixti & impositi, medicamenta è plumbo parata. Vt *℞. olei rosac. ℥. ij. succi è fructu solani ℥. j. s. cerussa lota, sacch. Saturn. an. ʒ. j. pompholygos ℥. s.* Ducantur in mortario plumbeo tamdiu, donec colorem mutant, & nigredinem ac crassitiem aliquam acquirant. Imprimis hic vtile est Geranium Robertianum, ob id Cancrofanum dictum, vt & acrimonia, persicaria, card. benedi- ctum, quæ herbæ vel contusæ, vel earum aquæ mammis apponantur. Habent & hic locum medi- camenta interna, vt cineres cancrorum combusto- rum, magisterium oculorum & in aq. persicaria ex- hibitum, & puluis è cinere cancrorum vstorum, & cortice interiore viridi ligni fraxini paratus; Gera- nium item Robertianum sumtum.

Auicennas iubet mitiores caneros, & qui in su- perficie sunt positi, radicitus excindere, & facta excisione sanguinem circumquaque exprimere, po- steaque locum cauterio inurere, vt vltione reli- quæ absumantur, membrum roboretur, & hæ- morrhagia prohibeatur. Modum autem eum ex- scindendi clarissimè tradit Fr. Arceus, *lib. 2. de curand. vulnerib. cap. 3.* quem eius verbis hic ad- scribere libet. Cum inquit, Cancrum excindere volumus, ipsum imprimis affectum corpus purga- tione præparasse oportuerit Syrupis per quatuor aut quinque dies exhibitis, quorum ad atram, aut ad adustam bilem concoquendam probata natura sit (ex his enim humoribus malum hoc enascitur ac coalescit) deinde purgatio est adhibenda, quæ cum affectione & hominis natura optimè conue- nire iudicabitur. Tertia à purgatione die, se- cunda aut tertia hora à prandio, duorum ouo- rum vitelli vnâ cum albo probè agitata sumto; addito si placuerit rosaceo modico. Præstè etiam erit magna lichinorum copia, ex tenuissima lini stupa comparatorum: præterea & puluisculi cum vitta, quinque digitos lata, & gausapis quoque bona pars paretur, atque etiam acus vulneribus consuendis idonea, cum satis tenaci filo, eodem- que duplo. Ipse verò homo aut in puluine, aut in culcitra resupinus collocetur: vtrinque autem duo alij homines sint, qui illius brachia firmiter conti- neant, ne ipse sibi contranitendo impedimento esse possit, dum curatur. Cheirurgus verò imminet, hominisque crura suis ipse cruribus contineat, geni- bus supra culcitram ipsam flexis & firmis: homo autem superiori à cingulo parte nudus esto: lin- teum autem vtrinque sit, quo sanguis defluat. Can- cer autem ipse manu apprehendatur, qui si contra ipsius mammæ papillam erit, sapienter est deuer- tendus, ne ipsa pereat excisa, quod si versus axil- lam fuerit, diuertendus etiam est, ne quid ex iis musculis, qui ex axilla oriuntur, lædatur. Vbi ve-

ro ita rectè constitutus fuerit, manūque sinistra firmiter comprehensus, tandem cutis acutissima nouacula aperiatur, quantus cancer ipse sit: aperi- tio autem in longitudinem fiat, deinde ex altero canceri latere caro commota abscinditur & separe- tur, ita tamen vt cancer non feriat, quod si lan- guis erumpat, globulo ex hombyce facto locus op- plendus est: quem, si id fieri conueniat, alter eor- um, qui brachia continet, digito comprimat, at- que ex altero etiam latere carnem à cancro separet. Hæc autem operatio celerrimam Cheirurgi postu- lat expeditionem, cum summa tamen diligentia ac sedulitate atque maturitate coniunctam, ne quid temerè peccatum sit. Vbi autem vtrinque cancer detectus, à carneque separatus sit, acu filoque me- dius transfigitur, filūque ipsum alteri filo inno- datum; alicui eorum, qui adunt, committatur: à quo contentè sublata manu tenendum est, atque hinc & hinc contra eam partem, qua Cheirurgus fecat, diuertendum: Vbi verò ex utroque latere probè fuerit à cætera carne cancer separatus, infe- riori ex parte penitus est abscindendus, idque quàm fieri possit expeditissimè, digito admotis, vt totus cancer abscindi sentiatur, nihilque ex eo penitus relinqui: hoc verò commodissimè fieri solet gla- diolo, illo quo Italici Cheirurgi ad tumores aperi- endos vtuntur, cuius figura scarificatorio gladio- lo persimilis est, aciem autem vtrinque acutam ha- bet; vtendum autem curua acie, cuspidèque acu- tissima: namque illa pars commodius ea, quæ in- feriora sunt, resceat, idque nullo erumpentis san- guinis, aut alterius rei nocumento sit: adeo autem celere operationem esse volumus, vt plus in tra- iiciendo cancro filoque colligando, quàm in eod- em penitus eruendo moræ sit: namque huiusmo- di abscissiones sæpe minus plerumque contingunt, qui- bus natura debilior, animūque magis deiectus, quàm viris est. Cum abscissum extractūque pe- nitus fuerit, ne quid ex eo intus relinquitur sit, diligen- ter est peruidendum: adeo autem datum est, vt me- tuendum hoc rarò sit. Hæc vbi expedita fuerint, sanguis omnis, qui ex vulnere fluit, diligenter ab- stergatur, ac mox hehū ouo intincti indantur; ita tamen, ne nimium compressi dolorem augeant: neque enim totus locus opplendus densa nimis li- chinorum inculcatione est. Imponendæ autem stu- pæ eodem ouo intinctæ, puluillique & vitta sunt adhibenda. Postero verò die eadem hora digulino curabitur, aut balsamo illo nostro, cuius magnā ad concoquendum, mundandum, carnemque in- ducendam efficientia; id plura leuiter vngendo fit additis etiam filis siccis, non tamen nimium compressis, vt caro ipsa paulatim coalescat & se se committat: circa ipsum verò vulnus, superque ac circa mammam defensuum addi oportuerit, ex rosaceo, cera, & bolo Armeno confectum. Eius autem quod diximus, balsami vsu, quàm citissimè emundabitur vulnus, caroque inducetur, atque sanabitur. Super balsamum autem emplastrum ba- silicon lino extensum imponimus. Tandem vbi sa- tisiam inductæ carnis erit, cicatrix filis siccis, im- positoque basilico, aut leonario dicto emplastro procurabitur: aut ex gummi elemi emplastro com-posito: quodcumque autem sit, sæpius per diem abstergendum. *Hæc A. cauis.*

Vlcerati
canceri cu-
ratio.

Vlceratum cancerum etsi nonnulli planè non ag- grediendum existimant: tamen inhumanum est, etiam in tali morbo ægrum sine auxilio relinquere. Fr. Arcæus, *loc. allegato* exulceratis canceris nullam aliam, nisi palliatiam curam deberi scribit. Ver-ùm nostri seculi obseruationes docent, caneros quoque exulceratos sectione feliciter sublatos fuis-

Operum Sennerti. Tom. III.

A se, idque se feliciter præstitisse, aliquot historis probat Guil. Fabricius, *seni. 3. obseru. 87.* Itaque rectè duplex à Medicis caneros exulceratos curan- di ratio traditur: vna vera, quæ ad ipsius canceri remotionem tendit, altera palliatia, vt loquun- tur, qua cancer quæ blanditur, eumque leuit, vt ægra cum minore molestia vitam tranfigat.

Vera caneros vlceratos curandi ratio primò se- ctione perficitur. Neque de ea, sed saltem medica- mentis, accipiendus est aphorismus allegatus Hip- pocratis; eum experientia constat, caneros etiam exulceratos, qui in summa aliqua corporis parte consistunt, sectione curatos fuisse, vt modo ex Guil. Fabricio dictum. Modus autem cancium exulceratum excindendi idem est, qui antea pro- positus fuit. Si tamen cancer nimis magnus sit, & vala maiora ac profundiora, sola sectio non sufficit, sed & vltio præterea adhibenda, quæ & reliquias materiæ malignæ absumit, & hæmorrhagiam ni- miam sistit. Vlceri mundato, hoc medicamentum infundi potest: *℞. herba Roberti, verbasci, sca- biosa, caprifol. anethi, olei humani, an. part. equal.* Omnia in cinerem comburantur, cuiusque \mathfrak{z} . iij. cum *aq. solani* \mathfrak{z} . vj. in mortario plumbeo mul- ceantur, & mistura aliquid vlceri intundatur.

Post canceri tamen per sectionem extirpationem, ne recidua fiat, sæpius medicamenta atram bilem purgantia exhibenda, & hæmorrhoides, si fieri possit, ac menses prouocandi. Simul quoque medi- camenta interna reliquias canceri absumantia & malignitati resistentia exhibenda: *Theriaca* nimi- rum, *Mithridaticum*, cum *borraginis* & *aceiose succo vel aqua, ius cancorum flumicilium ex lacte asinino.* Anton. Chalmetæus in omni cancro hanc aquam commendat, qua etiam nouem diebus ante excisionem vtitur. *℞. radic. rapsi barbari, scrofulariae an. \mathfrak{z} . ij. filipendul. ceterach, herba Roberti, agrimonia, tormentill. scabios. garyophyllata, lina- ria an. M. j. sem. urtica \mathfrak{z} . iij. flor. sambuci, roris- mar. an. p. j. F.*

Decoctio, quæ saccharo dulcoretur, cuius deco- cti altera parte pars affecta quoque foueri & ablu, & magna pottea forma Cataplasmatum apponi potest.

Deinde tentata; imò etiam perfecta quandoque fuit vera cura medicamentis quibuscum. Ita scribit Mauritius Cordæus, *in libr. 1. Hippocr. de mulie- rib. comm. 7.* Nobili cuidam mulieri propè castel- lam Neuenum degenti, totam partem dextram facii cancro eoque vlceroso diuissimè obfessam fuisse, magnis doloribus coniunctis. A Medicis itaque frustra peritis auxilium, ei in Gallis & Italis, tum etiam Germanis & Hispanis, exterisque aliis qui- busque, vulgaris cuiusdam Barbitonsoris remedio hoc sequente *℞. si.* sanata illam fuisse: Pullos illa gallinaceos in partes tenues concidit & latic, quas sæpissimè commutando interdum admouit parti affectæ. A quo vnico tandem præstante remedio, reliquis quibus il bet tentatis frustra, curationem recipiens, pristinam valetudinem recuperauit.

Circumfertur etiam & commendatur pulvis cuiusdam Antonij Fuchsi, Itali, vt refert Rodericus à Castro, qui eo multos caneros per Germaniam, Poloniam, Angliam, non sine admiratione, cura- uit, atque inde non exiguum lucrum fecit, atque ob id Medicus Cancrorum vulgè nominatus fuit. Pu- tat tamen Roder. à Castro, *demo. b. mulier. lib. 1. cap. 21.* tumores illos, quos curauerit, non fuisse caneros, sed scirrhus non exquisitos, quos Z. raton Hispanis dici scribit. Verùm dixi supra, si scirrhi illi rothi degenerent, & deteriores fiant, parum à canceris differre. Et cum tam celebris fuerit iste Fuchsius ob morbi huius curationem proculdubio

Antonij
Fuchsi
canceri cura

nouerunt ægri, qui se eius curæ commiserunt, an cæ- A
cro vel alio tumore laborauerint. Puluis autē ille,
quem Cancro imposuit, & benedictum appellat, hic
est: ℞. *Sandaracæ Græcor. seu arsenicæ albi calcinosis*
vulgò dicti, non splendidi q. vstrum, non rubei, sed
albi, (quod non ita malignum est) ℥. j. Subtilissimè
puluerifetur, per dies 15. de die tertio in tertium af-
fundatur *Aq. Vita*, vt cooperiat puluerem, post
triduum *Aq. Vita* abiciatur, & noua affundatur,
ac misceantur. Deinde ℞. *radic. dracunculi maior.*
in loco ventis persistatili exsiccata ℥. ij. Tertio
℞. *fuliginis camini splendidi, non arenosi, aut ni-*
mis sordati ℥. ij.

Redigantur omnia in subtilissimum puluerem su- B
per lapide marmoreo, & seruentur in vase bene
clauso vitreo, ne humiditatem recipiat, & longo
tempore durabit, imò diuturnitate temporis me-
lior redditur. Ante annum verò ad vsum non erit
ita commodus. Refert autem Rodericus à Castro,
loco alleg. cap. 23. Fuchium hunc, postquam hunc
suum puluerem inspersisset, si intra triduum tumor
non exacerbabatur, sed in melius tendebat, sanari
posse prædixit, cum proculdubio coniceret, radices
non admodum altè esse infixas, nec humorem
valdè adustum: atque tum in vsu pulueris ad 30.
diem perstitisse, quo termino, vt referebat, radices
extinctæ per se cadebant, ac si quid adhuc adhæ-
ret, scapello præsciudebat.

Puluerem autem hunc ita applicauit. Manè ipse
ieiunus sputum super bombacem apposuit: si can-
cer exulceratus, absterse prius vulnere ab omni san-
guine virulenta, aspersit puluerem, vt totus cancer
tegetur, & cum illa supra scripta bombace textit,
& eam sputo circumcirca liniuit, vt adhæreret.
Cum adhæret, nunquam cadit, nisi vnà secum ra-
dices tollat. Solet vt plurimum inferre dolorem,
non continuum, sed interpolatum, quando humor
acris & mordax non potest purgari per vlcus. Et
aliquando fit magnus tumor, quando ille acris hu-
mor purgatur per vlcus: eo tempore neque remo-
uendū medicamentum, neque aliud supra appo-
nendum, sed circumcirca rosaceum oleum illum-
dum, & postea dimittendum, vsque dum per se ca-
dat. Postea purgandum, sicut alia vlcera. Ipse
Fuchius vsus est puluere incarnationis & mundifica-
tione hoc ℞. *thuris, sarcocoll. mastich. myrrha,*
aloës, mumie, arisfol. rot. an. ℥. ij. ℞. *rij præcipit.*
℥. j. ℞. F. puluis subtilis. In diuitibus vsus est præ-
cipitato facto cum *Auro aralgamato*, cum seq. vng-
uento: ℞. *lytharg. auri* ℥. iij. *mumie* ℥. i. ℞. Sub-
tiliter puluerifentur, & cum *ol. rosac. & aceto rosac.*
misc. in mortario plumbeo, F. Vnguentum. Di-
gestiui loco solum vsus est *Ung. exterebinth. & vi-*
tello oui.

Semper autem animaduertendum, ne aliqua ra-
dices remaneant, & si remanserint, iterum puluis
imponendus. Existat aliquando, tum adfunt radices
varicosæ, vnus cancer super alterum, aliquando q. E
strumæ, tum oportet reiterare puluerem, vsque
dum omnes strumæ euellantur. Et isti canceri diffi-
ciles sunt curationis, cum sunt in thoracis partibus,
quia inter thoracem radices habent. Idem scribit,
Cancrum incipientem & nondum exulceratum se
curasse Emplastro ex ammoniaco aceto dissoluto.

Curationem canceri palliatiuam quod atinet, de
ea Galenus, *super alleg. aphor.* scribit; Quod si
adest exulceratio, est necessarium, vt si non aliud
agamus, saltem saniem abluamus, humido aliquo
vtentes, non quocunque, sed vel per experientiam,
vel per indicationem inuento, quod neque putre-
facere, neque immutare partem patientem sit na-

Canceri
exulcerati
curatio pal-
liatiua.

tura aptum. Itaque saltem danda opera, ne cancer
augeatur, dolorque eius leniatur, vt sine minore
cruciatu & molestia ægra vitam protrahere possit.
Talia medicamenta sunt, quæ nec putrefaciunt, nec
mordicant partem, sed moderatè siccant, & refri-
gerant, qualia sunt supra proposita, inter quæ im-
primis plumbum commendatur, & lamina plum-
bea maximè canceris imposita præstat. Inter compo-
sita commendatur imprimis à Guil. Fabricio hæc
aqua, qua fouendus & abluendus est locus. ℞. *rad.*
serofular. herba Roberti an. M. j. *arnoglossi, solani,*
buglossi, borrag. porulacæ, euphrag. beson. an. M.
℞. *ranar. aquatit. album. onor. conquassator.* no. ij.
sym. cydon. fœnigr. confusi aliquantum, an. ℥. i. *aq.*
ros. euphrag. an. ℞. j. Destill. in Alemb. plumbeo.
Cui non absimilis est, quam habet Chalmetæus:
℞. *succi solani, semper viui, acetos. scabios. capri-*
fol. rapsi barbati, serofular. filipendul. plantag. li-
nar. agrimon. an. ℞. ℞. *agrestæ* ℞. j. *carnis cancr.*
fluuiatil. ℞. ℞. *album ouor. vi. alamin.* ℥. iij. *cam-*
phora ℥. j. Destill. in alemb. plumbeo. Alii hunc
puluerem magna vtilitate etiam in vera cura can-
cro aq. serofular. prius abluto inspergi iubent.
℞. *sophia cheirurg. ℥. ii. serofular. ℥. x. saucula*
℥. i. cortic. rad. mali cydon. ℥. vi. carduben. ℥. ℞.
F. puluis. Cum cibus verò seq. puluis exhiberi po-
test: ℞. *Sophia cheirurgor. anagall. phœnicea, sero-*
fular. cydon. exsiccator. an. ℥. i. F. puluis. Lini-
mentum vel etiam vnguentum tale fieri potest. ℞.
Cerussa losa, plumbi vstis loti an. ℥. ℞. *lithargyri, in-*
tia prep. an. ℥. iij. *succi solani, scabios. rapsi barba-*
ti an. ℥. i. *ol. ros. deranis, cera an. q. s.* Vel *fol. ur-*
tica recens. contusa imponantur; aut ex vrtica suc-
cus exprimat, & cum pompholyge mixtus appli-
cetur. Vel ℞. *ol. ros. ℥. iii. succi solani ℥. ii. vrtica*
℥. i. sacchari ℞. ℞. ℞. Agitentur in mortario plum-
beo pistillo ligneo donec nigrescant. F. Vnguen-
tum in mortario plumbeo. Probatissimum sibi hoc
semper fuisse Fr. Arcæus scribit: ℞. *ol. rosac. om-*
phacini, an. ℞. ℞. *sebi hircini, vitulini, vng. rosati,*
populeon. an. ℥. ij. *succi solatri, plantagin. acetos.*
an. ℥. i. ℞. *vini granator. ℥. ii. ℞.* Bulliant omnia
D lento igne vsque ad consumptionem succorum & vi-
ni: postea colentur: addantur *cernissa* ℥. ii. ℞. *lithar-*
gyri ℥. v. *plumbi vsti* ℞. an. ℥. x. *cutia Alexandr.*
℥. i. ℞. camphores. a. triturate ℥. i. *cera alba q. s.*
Fiat vnguentum molle, videlicet, liquefacta cera
cum oleis, & in colatura ponantur reliqua minera-
lia, ducendo corpus ipsum vnguenti per horas duas
cum pistillo in mortario plumbeo, atque hoc op-
timum omnium in hoc genere medicamento-
rum est.

Nullò verò modo canceri aliorum vlcerum more
tractandi. Cum enim scemina quædam magnæ fam-
iliæ mammæ cancro laborans se cuidam cheirur-
go commisisset, atque ille emollitibus, calefa-
cientibus, & attrahentibus mali curationem esset
adortus; ita malum vires summisit, vt breui ægram
interemerit, autor est Paræus, *lib. 6. cap. 30.* Fer-
nelius verò, *method. med. lib. 16 c. 28.* refert, arseni-
cum & mercurium sublimatum mammæ cancro
acid haussit. Horis enim circiter tribus ab insper-
so puluere vehementi rigore concussa, vomitione
mox tentari, & crebris animi defectibus corripit
cepit, cum pulsu languido, quæ dein sensim aucta
ægram iugularunt. Et Guil. Fabricius, *alleg. loco,*
narrat, cum quidam Cheirurgus vnguent. Ægy-
ptiacum, quod cancerosis vlceribus est aduersissim-
um, cancro adhibuisset, summa malignitas cele-
riter excitata est, vicinâsque partes sanas celeriter
inuasit, & maximo cum cruciatu & dolore erosit.

CAPVT VIII.

De Vlceribus & fistulis mammarum.

Vlcera
mamma-
rum.

Vlcera quoque interdum post abscessus in mammis relinquuntur, de quorum causis, vt & signis in genere vt agamus, cum visui pateant, opus esse non putò. Curationem quod attinet, primo vniuersales euacuationes, prout opus, instituendæ sunt. Deinde notandum, non satis feliciter, nec facillè curari talia vlcera posse, si scemina sit puerpera, vel lactans, antequam lac absumatur, & motus sanguinis ad mammas sistatur. Cum enim nullum vlcus, nisi sordibus careat, & siccet, curari possit, quandiu hic humorum affluxus sit, curatio non rectè procedit.

Tertiò cum mammæ sic affectæ plerumque sint pendulæ, fascia apta de collo suspensa sustinendæ, ne nimius humorum affluxus fiat. Tandem etiam brachium eius lateris non mouendum, ne affluxus humorum concitetur. Hisce obseruatis vlcus conuenientibus medicamentis abstergendum & mundandum: quale est, quod paratur è *rad. rhaponici, zedoar. & foliis agrim.* in vino albo coctis. Et vlcæ nies commodè effluere possit, nec retineatur, cannula plumbea breuior vlceri indenda. Vlcere mundato consolidandum est, id quod efficitur vinum adstringens infusum, in quo *nucis cupressi, folia sumach, & agrimonie* cocta sint. Vel *℥. Vini potentis adstringentis* sextar. vj. *Rhois obsonior. nuc. cupress.* an. ℥. iij. *gallar. omphacin.* ℥. ij. Coq. agitando radice cupressi ad dimid. part. consum. 10nem. Postea coletur & exprimat, expressumque coquatur ad mellis ferè consistentiam & seruetur vsui in vase vitreo. Reliqua ex aliarum partium vlcera curatione patent. Si propter diurnitatem labia vlcis duriora fieri, & callum contrahere incipiant; atque ita fistula metuenda sit, maturè malo huic obuiam eundum, & propterea orificium vlcis ampliandum, & callus incipiens conuenientibus medicamentis, quæ alibi proposita sunt, detrahendus, & postea ordinaria vlcis cura continuanda & absoluenda.

Fistula.

CAPVT IX.

De Vasorum in mammis angustia.

Vasa mam-
marum.

Cum mammarum officium sit, lac generare, necessariò vias & vasa habere debent, quibus non solum alimentum pro ipsarum nutritione, sed & sanguis ad lactis generationem aduehatur. Præter ergo externas venas, quæ à ramo axillari oriuntur, & thoracicæ superiores vocantur; ac ceteram mammarum, sub qua excurrunt, nutriunt, & à ramo axillari ortum habent, etiam internas habent; quæ à subclauis proficiunt, & Mammariæ vocantur; & sanguinem quidem ad mammarum substantiam alendam, in primis tamen ad lac generandum aduehunt. Arterias etiam mammarias habent, similiter à ramis subclauis natas, quæ sanguinem arteriosum subministrant. Sanguis hic cum venosus, tum arteriosus, vbi venas omnes impleuit, à glandulis, quæ plurimæ per mammas sparsæ sunt, in lac mutatur, quod postea in vasa quædam candida, q. canales quosdam, qui propterea venæ lactiferæ vel canales lactiferi appellari possunt, recipitur, & tanquam in penuario asseruatur, donec per papillam, in quam canales hi omnes delinunt, ab infante exsugatur.

A Vt ergo & sanguis ad lac generandum necessarius aduehatur, & lac è mammis ab infante commodè exsugari possit, hæc vasa & canales hi omnes patere debent. Quod si non fiat, & quocumque modo vel angustiores fiant; vel planè ocludantur, vel etiam papilla non sit perforata, vt mox, & infra, cap. 11. dicitur, vel lactis generatio, vel lactatio impeditur.

Causæ.

Accidit autem hoc, dum vasa hæc vel ab humoribus crassis obstruuntur. Vt enim crassities sanguinis vel crassi humores sanguini admixti vasa vteri obstruunt, & suppressionis mensium causæ sunt: ita ab eadem causâ vasa, in mammis obstrui possunt. Deinde angustiores hi meatus fiunt, vel etiam planè abolentur, ob tumores duros in mammis, à quibus vasa hæc vel comprimuntur, vel obturantur. Tertiò vbi post vlcera, relicto callo, planè coalescunt.

Causæ.

Pertinet huc & meatus in papillis defectus, cum papilla non est perforata, vt lac transire non possit: quod vel à prima conformatione accidit, vbi post vlcera cicatrices relinquuntur.

Signa.

Quod vasa, quibus sanguis ad mammas deferretur, non pateant, cognoscitur ex lactis defectu, & mammarum gracilitate. Si verò mammæ satis lacte turgent, exsugari tamen non possit, vel in papillis vitium est, quod visu dignoscitur, vel si lac absit, in venis lactiferis. An verò obstructio vel tumor aut vlcus adsit vel aduerit, circumstantiis omnibus pensatis, etiam non difficulter innotescit.

Signa.

Prognostica.

1. Obstructio humoribus attenuatis tolli potest. Quæ à tumoribus externis est compressio, corrigi potest, si tumores tolli possint. Si verò à scirrhis tumoribus adsit obturatio, vel post vlcera coactus, inemendabile vitium est.

2. Ita etiam si papillæ vel à primo ortu non perforatæ sint, vel post vlcera occalluerint, incurabile malum est.

Curatio.

Si obstructio à sanguinis vel humorum crassitie adsit, attenuandi ij sunt. Vsurpanda verò ea medicamenta, quæ cum mammis conuenientiam habent, sanguinemque attenuando, fluidumque reddendo, & ad mammas deducendo lac generare dicuntur: qualia sunt *feniculum, anetum, petroselinum, anisum, sicera, semenence.* Fortius aperiunt *lambriici terrestres.*

Curatio.

Externa quoque, quæ humores attenuant, mammis imponere vtile est, fomenta scilicet & cataplasmata ex *feniculo, petroselino, mentha viridibus.* Frictio etiam crebra papillarum venas lactiferas aperit.

Si tumores aliqui adsint, ij quoque conueniente modo tollendi.

E

CAPVT X.

De rebus alienis in mammis genitis.

Secundum naturam equidem nihil in mammis generari debet, quàm Lac. Interdum tamen accidit, vt præter naturam in iis pili generentur vel reperiantur lapides item & vermes.

Primò enim pilos in mammis reperi, & cum lacte excerni, apud Medicos dubium non est, & sæpe id obseruatum, appellaturque ab iis hoc vitium morbus pilaris, cuius quoque Aristoteles, *lib. 7. de historia animal. cap. 11.* mentionem facit. Ve-

Pili in
mammis.

rùm de causâ eius dissentiunt autores. Aristoteles, *alleg. loc. statuit*, si pilus poculo haustus sit, dolorem moueri in mammis, qui non sedetur, donec pilus vel pressus exeat spontè, vel cum lacte exsugatur. Aristotelis sententiam sequitur Alfaraius, *tract. 14. pract. cap. 2.* qui visum fuisse sibi scribit, pilum fuisse è mammis excretum, & apud se non fuisse dubium, fuisse pilum hominis, & hoc notum esse mulieribus. Assentitur quoque Aristoteli Hieron. Cardanus, *lib. 8. de rer. varietate, cap. 44.* qui concedit, vetos pilos lactationis tempore ad mammas peruenire posse, quoniam attractrix virtus in eis tunc valida vrgeat. Et Thomas à Veiga, *comm. ad lib. 6. cap. 3. de loc. aff. Gall.* non absurdum esse putat, vel eorum, vel cum cibo sumtum pilum ob sanguinis ad vbera confluxum & partis laxitatem eò fluere.

Recentiores verò plerique ab Aristotele dissentunt. Vesalius, *lib. 5. de corp. hnm. fabric. cap. 12.* nulli dubium esse putat, pilum nequaquam per tot angustias tenuisque anfractus ab ore ad mammillas duci posse; etiamsi mammillæ illum forte, cum in ipsorum consisteret venis, amplexuræ essent. Non esse tamen etiam ex parte absonum, quid pilis simile in mammillis, quemadmodum in renibus, vrinariisque meatibus progigni posse. Mercurialis, *lib. 5. variar. lectio. cap. 4.* scribit, se patrocinari hac in re Aristoteli non posse. Puerile enim esse, cogitare, quod pilus haustus ventriculum, melsaricas, ibeur; atque adeo venas ipsas non mutatus pertransire, & ad mammarum cauernas per mille anfractus peruenire queat. Ipse verò statuit, si quid eiusmodi è mammis educatur, esse fibras sanguini à natura impostas.

Vt meam sententiam aperiam, longi & multi anfractus, per quos pilus haustus ad mammas peruenire deberet, vt Aristoteli non assentiar, me non mouent; cum etiam acus deglutitæ per vrinam reddita sint, vt Langius, *lib. 2. Epist. 40.* duas eius rei historias affert, quas etiam *lib. 3. part. 4. cap. 1.* allegauimus, & acus deglutita à puero sex annorum post decimum octauum annum, ætatis scilicet 24: tandem in crure apparuerit, vt Rodericus à Castro, *de morb. mul. lib. 4. cap. 26. in scholio*, refert. Pilos etiam in tot coctionibus immutatos manere, impossibile non est, cum sint durioris substantiæ. Hoc potius me mouet, tùm pili facilè alijs excrementis adherant, cur non cum fecibus alui, vel cum vrinæ exeat, sed per tot anfractus vsquè ad mammas protrudantur. Itaque in mammis hos pilos generari statuo. Quid autem sint, iterum dubium Mercurialis, vt dictum, fibras sanguinis esse putat. Verùm fibræ sanguinis à sanguine non separantur, sed totus, qui ad mammas affluit, sanguis in lac mutatur. Alij magis probabiliter statuunt, vt in alijs corporis partibus pili generantur, & ex iis excernuntur, sicut pilos eum vrina excretos fuisse, *lib. 3. part. 8. sect. 2. cap. 8.* dictum: ita etiam impossibile non esse, in mammis idem fieri posse, & si tales pili excernantur, ij longiores sunt. Verùm cura, vt Alfaraius scribit, in morbo pilari in mammilla sit rubedo, & quod Aristoteles etiam habet, fortis dolor, febrisque & dolor capitis; & talia symptomata pilus ibi generatus, qui facilè exitum habere possat, excitate non queat: maximè verò consentaneum esse putò, plerumque ex sanguine putrescente vermiculum talem, qui pili speciem præ seferat, generari; cum & in alijs corporis partibus idem accidat, sicut in dorso tales vermes generari, *lib. 2. part. 2. cap. 24.* & in vmbilico similiter *lib. 3. part. 10. cap. 4.* dictum est. Et probabiliorem reddit hanc sententiam illud, quod alijs etiam obseruatum est, vermiculos in mammis natos esse, sicut scribit Bald.

Ronsæus, *miscell. epist. 10.* se nouisse mulierem, quæ cum grauissimis vberum doloribus exagitaretur, ei dolor non prius desierit, quàm apertis vomitibus vtrinque vermes profuerint. Pilos autem hos in mammis carnosos flauiatiles illitos, vel marinos, vel muricum carnes appositas tollere, Plinius, *lib. 32. cap. 10.* scribit.

Lapides tandem quandoque in mammis concrefcunt, vt auctor est Leuinus Lempius, *de oculi. nar. mirac. cap. 12.*

Vermes in mammis.

Lapides in mammis.

CAPVT XI.

De Morbis papillarum.

Svos etiam & peculiare morbos papillæ habent. Primò enim interdum papilla vna vel vtraque deficit, idque vel à primo ortu, vel post vlcera, quibus absumentur, quod malum lactationem impedit, & incurabile est; cum papilla, quæ vel à prima conformatione deest, vel vlcere absunta est, nullo modo restitui possit.

Interdum verò papillæ non planè desunt, sed latent & minus exseruntur, ita vt ab infante labijs apprehendi & sugi non possint, quod vitium etiam lactationi obest.

Emendatur autem commodissimè, si vitro & instrumeto suctorio extrahantur, & postea vbi paulisper sese exserunt, catellis sugenda præbeantur. Amatus Lusitanus, *curat. medic. cent. 5. curatio 31.* Nobilem Venetam, quæ mammillarum papillas intus absconditas, contractasque habuit, vt lac nec pueri ore, nec artificio alio euocari potuerit, sic curauit: Vitream phialam, oris non admodum latam circumferentiam habentem, feruente aqua impleri iussit, ac illico ab ea aquam totam deponi, cuius phialæ sic calentis os ad papillam admouit, qua attractione papillæ formata & elongata manserunt, lactis autem non parua quantitas in phialam ipsam extracta fuit. Fœminæ etiam cupulas glandulari, aut testas auellanarum diuidias resina laricea repletas imponere solent.

Præterea papillarum ille meatus, per quem lac sugitur, interdum deest, & papillæ non perforatae sunt: quod fit, vel à prima conformatione, vel vbi callus post vlcus relinquitur, qui meatum illum concludit; quod vitium etiam lactationem impedit, & incurabile est. Si tamen meatus ille angustior quidem sit, aliquo modo tamen pateat, crebra suctione facta, vel ab infante, vel fœmina, vel à catello, vel instrumenti suctorii beneficio, patientior reddi potest.

Mulierem quoque, quæ in altera mamma duplicem papillam lac reddentem habebat, vidit Holle- rius, vt refert, *inter rara num. 6.*

Frequentissimum verò malum est fissura seu scissura papillarum, quæ acerbissimum dolorem lactantibus parit, ob quem sustinere non possunt, vt mammae sugantur.

Ortum autem habet à suctione, si infantes durius & fortius papillam, si ea tenuior sit,prehendant; præcipuè si serosi & biliosi humores adsint, qui cum lacte affluentes papillas erodunt. Neque enim crediderim, vt in alijs partibus, labijs, manibus, pedibus, fissuræ fiunt à sola siccitate, ita etiam in papillis idem fieri posse; sed accedit quædam excoarctatio à suctione fortiore. Malum autem hoc non solum molestum & cum acerbissimo dolore coniunctum est; sed & si diutius durat, in prava vlcera degenerat, & fœminas ad lactationem planè ineptas reddit.

Papillarum morbi. Defectus papillarum.

Papillæ latent.

Papillæ non perforatae.

Papilla duplex.

Fissura papillarum.

Causæ.

Præferua-
io. Præcauetur verò, si vltimis tribus gestationis
menſibus, è cera pura calices duo, inſtar calicum
ſeu cupularum glandium, aut digitalium, vt nomi-
nant, fomentur, tantæ magnitudinis, vt papillas
tegere poſſint; in ſingulos verò calices reſina abie-
tis infundatur, & calices papillis apponantur, & ne
decidant, thorace linco ad id parato retineantur,
ne ſeu de die ſeu noctu decidant. Vbi verò reſina
abſumta eſt, noua infundenda. Interdum tamen
vnum ſaltem meſem calices hos geſtare ſufficit.

Ve autem ſiſturæ ſanentur, varia vnguenta ad-
hiberi ſolent. Illinatur nimirum papillæ oleo cere,
vel calix serenus oleo myrtino repletus imponatur, vel
illinatur papilla Vnguent. de plumbo, vel de turia
recenti. Vel ℞. ſeu hircini Vnc. ſ. terebinth. Vnc.
iij. Miſc. Vel ℞. turia præpar. ſcrup. i. aluminis
ʒ. ſ. camphoræ ʒ. vi. Miſc. cum pingued. capi &
Vnguent. roſ. ſeco. Vel ℞. Ung. pomari Vnc. j. ſ.
maſſich. ſcrup. i. tragacanth. pulu. roſ. rubr. an.
ſcrup. ſ. Miſc. Vel ℞. turia præp. q. v. Miſc. cum
ol. roſ. & lil. albor. in formam limmenti. Vel ℞.
Vnguent. popal. de plumbo, pomari aq. Vnc. ſ. chur-
ris, boli Armeni an. ſcrup. ſ. Miſc. Vel ℞. Vi-

A tell. ouor. ij. cera, turia præpar. ol. roſ. an. parum.
Miſc. Vel caneros vinos contunde, ſuccum exprime,
& cum coagulo vitulino & flore lactis ſuper
igne miſc. Fiat vnguent. Vel ℞. mucilag. ſem. cy-
don. pſyllij, aq. roſ. exir. an. ʒ. i. turia præp. ceruſ-
ſe, maſſic. an. ʒ. ſ. ol. roſ. ʒ. ſ. Miſc. in mortario
plumbeo. F. Vnguent. Vel ℞. mico. aq. ſem. cydon.
aq. roſ. exir. ol. amygd. duc. an. ʒ. ſ. ouor. ʒ. ij.
vitell. ouor. coct. in m. i. crem. lactis q. ſ. F. Lim-
ment. Notandum tamen hic, ne Infans mamma
admoueatur, niſi prius vnguenta illa abſterſa, &
papillæ vino albo, aut aqua roſ. abluat fuerint.

Cum verò ſiſturæ iſtæ non ſtatur ſanentur, inter-
rim verò matres ſuctionem ob acerbiffimam dolo-
rem ferre non poſſunt, ne lacte mamma nimis re-
pleantur, illudque in ſiſis coaguletur, hoc artificio
præſtari poteſt, vt lac ſinedolore exſugatur, ſi ni-
mirum calix argenteus vel ſtanneus, ſuperiore par-
te perforatus, mammae reſpondens paratur, iſque pa-
pilla vberis recens maſſata vaccæ tegatur, & in-
fanti papilla illa vaccina ſugenda præbeat. Ita
enim papillam ſiſſam & dolentem nec tangit labus
infans, interim tamen lac exſugit.

Artificio
lac exſu-
geri ſine
dolore ex
papillis ſi-
ſſis.



LIBER QVARTVS.

P A R S III.

S E C T I O II.

De Symptomatibus mammaram.

POSTQVAM morbos omnes, qui mammam fœminarum infestare solent, absoluimus: restat tandem, ut de Symptomatibus, quæ iis accidunt, dicamus. Cum autem mammaram proprium officium sit, lac generare, illudque sugendum infanti præbere, hæc Symptomata hîc explicanda occurrunt: Lactis & lactationis defectus, lactis abundantia, lactis vitia & concretio, lactis per aliena loca excretio, rerum alienarum per mammam euacuatio, coloris papillarum mutatio, & denique commune cum aliis partibus symptoma, dolor mammaram. De quibus ordine dicemus.

C A P V T I.

De Lactis & Lactationis defectu.

Lactationis defectus.

Primo interdum accidit, ut matres & nutrices, etsi velint, infantes lactare non possint. Fit autem hoc & lactatio deficit, vel quia papillæ sese non rectè habent; quod fit, cum aut desunt planè, aut non satis exseruntur, aut non sunt perforatæ, aut finduntur, ut propter dolorem suctionem perferre non possint: vel venæ lactis in mammis non patent; de quibus vitis modò selt. præced. dictum: vel quia lac deficit.

Causse.

Lactis defectus.

Lac autem deficit, aut paucum est, vel quia sanguis, è quo generari debet, deficit, vel quia vis *γεννητικὴ* in mammis sese non rectè habet. Prius accidit, cum sanguis in toto corpore deest; id quod fit, dum vel vitio partium generationis sanguinis dicatarum, imprimis epatis, non generatur: vel absorbitur à febrili calore, aut aliorum morborum ratione, item ob ieiunia, quod sæpe accidit, dum gravidæ aut puerperæ ciborum fastidio laborant, parùmque cibi, eumque non bene nutrientem assumunt; ob vigilias, curas, labores nimios, nimias euacuationes, sudores, alui fluxum diuturnum, & imprimis dum euacuatur, quod fit in nimia post partum purgatione, aut mensium, quo tempore subsistere debebant, fluxu, aut hæmorrhagia narium: vel etsi sanguis adsit, is tamen crassior sit, ut ad mammaram venas penetrare non possit; aut venæ in mammis non pateant, seu propter obstructiones seu callos & cicatrices post ulcera, scirrhus, medicamenta, & alias angustię causas. Posterius euenit, cum etsi sanguis non desit in corpore, vis tamen & calor, natiuus mammaram debilis est, ut sanguinem neque attrahat sufficienter, neque eum coquat & in lac mutet; quod vitium quibusdam fœminis à primo ortu accidit, sicut Hippocrates scribit, matres quædam quamvis sæpe pariant, omnino lacte destitui naturaliter, id est, insito vitio; aliis verò post morbos,

ut tumores varios, contrahitur, vel etiam à causis externis provenit, dum nimirum fœminæ pulcritudini student, & vel Virgines, dum mammarum augeri incipiunt, vel gravidæ circa quintum gestationis mensem, ne mammarum nimis augeantur, remedia refrigerantia & adstringentia vel etiam narcotica mammis adhibeat, quo non solum vasa, quibus sanguis ad mammam attrahitur & confluit, constringuntur, sed & calor natiuus mammaram debilitatur, atque ita vis attractrix & coctrix earum læditur; quibus nonnulli addunt etiam infantis debilitatem. Cum enim suctio fortis multum faciat ad sanguinis attractionem, si infans debilis sit, & fortiter non sugat, non sufficiens fit sanguinis ad mammam attractio. Potest denique fieri, ut animi pathemata, mœror, terror, dolor & similes affectus sanguinis ad mammam affluxum prohibeant.

Signa Diagnostica.

Affectus ipse per se manifestus est, & mammarum signa flaccidæ sunt ac non turgent, & nihil, vel non sufficiens lactis copia inde exsugitur.

Causarum verò signa quod attinet, si aliquod vitium sit in visceribus naturalibus, & imprimis in epate; si sanguis vel calore febrili, vel alio morbo, vel ob causas evidentes, vel nimias euacuationes sanguinisque fluxum absorbitus sit, id facile quoque innotescit. Si verò sanguis adsit, sed is crassior sit, cognoscitur id ex lactis crassitie, & habitu corporis pituitoso aut melancholico. Vitium verò in mammis esse, idque natiuum, docet id, quod semper & quoties pepererunt, fœminæ lac non generant, mammarumque sunt natura nimis parvæ, rugosæ & contractæ. Si morbi aliqui præcesserunt, qui mammaram calorem ac constitutionem naturalem lædere potuerint, vel medicamenta ad incrementum mammaram prohibendum mammis imposita fuerint, id ex ipsa fœmina cognoscendum. Si infans debilis lac non sugat, prius sufficiens lactis co-

pie adfuit, quæ postea imminuitur, & infantis debilitatis signa alia adfunt. Si etiam aliqua perturbatio subititque casus præcellerit, & id feminæ atque adstantes patefacient.

Prognostica.

1. Ipse quidem lactis defectus matri vel nutrici vix aliquid damni adfert: à causis tamen, à quibus ille provenit, periclitari potest; quæ, ut morbi & aliz nimiz euacuationes, cum vires nostras deiciant, nec subito tolli possint, à lactatione mater vel nutrix desistere debet. Si verò causæ non sint vehementes & restitutionis spes sit, ea tentari debet, & lactatio interim continuanda.

2. Ipsi verò infanti non parum lactis matris vel nutricis defectus nocet. Cum enim sufficiens alimentum non habeat, non rectè nutritur & augetur; & quia non sat alimenti inuenit, plorat, vigilat, atque inde marcescit: aut si ob defectus lactis nutrix alia quærenda sit, nec id satis commodum est.

Curatio.

Causæ primò omnes, quæ ad lactis defectum faciunt, quantum fieri potest, tollendæ sunt. Deinde opera danda, ut lac copiosius generetur. Faciunt autem ad lactis generationem alimenta & medicamenta. Alimenta ad sanguinis generationem faciunt, & proinde debent esse boni & multi succi, ac facilis coctionis.

Medicamenta, quæ id præstant, lac generantia dicuntur. Et si verò, ut in *Institutionibus lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 9.* dictum, omnia medicamenta, quæ quocunque modo aliquid, quod lactis generationem impedit, tollunt, lac generantia dici possunt: tamen in specie talia dicuntur, quæ ut sanguis in corpore genitus ad mammas fetatur, & ex illo in iis lac generetur, faciunt, & obstructions vasorum in mammis, si quæ adfint, aperiunt, sanguinemque attenuant; & ut liberius ad mammas fluere possit, faciunt, & proculdubio quoque aliquam cum mammis cognationem habeant. Cum enim aliz partes omnes habeant medicamenta sibi peculiariter cognata, mammis eadem deneganda non videntur. Talia autem sunt è genere moderatè calefacientium & attenuantium, non verò siccantium.

Ut ergo lac deficiens instauretur, primò diæta optima opus. Aer sit temperatus, & potius ad frigidum, quam calidum declinet. Cibi sint boni & multi succi, ac facilis coctionis, alibi expositi. Easdem ergo condiciones habeant carnes & pisces. Vbera animalium lactantium, oua sorbilia, lac, conueniunt. Vitales sunt etiam pultes, & cibi ex farina tritici, hordei, lacte, ouorum vitellis, ex amygdalis, pineis, saccharo, oryza, butyro, caleo recentis profunt item pistacia, panis martius, uiz passæ, decoctum cicerum. In quibus tamen omnibus temperamenti varij & consuetudinibus habenda ratio. Ditiõribus & delicatioribus iuscula consummata è succis carniùm & vitellis ouorum parari possunt. Lac etiam copiosum confectio seu edulium ex semine lini & melle, vel semine sesami & melle paratum, vel psisana cum feniculo & aniso cocta gignit. Panis sit recens, ex bona farina, & rectè fermentatus, cui momentum sem. feniculi vel ammi addi potest. Potus sit vinum dulce album. In nostris regionibus commodissimus potus est cereuisia pura bene defecata, non tenuis nimis, imprimis triticea, quæ, si calefiat & butyro condiantur, ac panis addatur, lac copiosum generat. Animi pathemata, mæror, cura, ira vitanda sunt. Vigiliæ, corporis exercitia nimia, & euacuationes omnes vitandæ. Frictiones tamen mammarum duabus vel tribus horis post cibum factæ, vitales sunt; ut & partium superiorum.

A Lac autem generantia sunt *folia, radices & semen fenic.* omnia viridia adhuc & recentia, quod & de aliis obseruandum: siccata enim iam nimis siccant, scribitque Galenus, *lib. 5. de simplic. med. fac. cap. 21.* Quæ calefaciunt, nullamque in signem adiunctam habent siccitatem, lactis procreatricem facultatè habent. Verùm ea numero sunt per quam pauca. Nec n. facilè inuenta est, quod propositam intemperie sortitum sit mediocritatem: ceterum infinita sunt, & multitudine incomprehensa, quæ lac lædunt. Etenim quæcunque plus, quam expediat, calefaciunt, quæque desiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipsum sanguinem vitiantia, partim ipsum minorem reddentia, lac provenire prohibent. Itaque siccantia omnia in defectu lactis vitanda. Lac etiam argent *apij seu petroselinæ radices, anethum, ocymum, semen anisi, eruca.* Cominendantur & *lumbri terrestris* vino albo & succo feniculi prius loti, & in furno siccati, vel in olla combusti, quorum ʒ. j. vel ʒ. ij. ex vino albo diebus aliquot horis matutinis exhibentur.

Lac generantia.

Ad lac etiam generandum prodesse creditur *Cry-* Galactites: *stallus preparatus, lapis Galactites,* & qui *Lac Lavana* dicitur, & in montibus Helueticis reperitur, ʒ. j. pondere exhibitus, de quo videatur Anselmus Boetius, *de lapid. & gemm. lib. 2. cap. 229.* Amatus Lusitanus, *cent. 4. curat. 92.* scribit, Anconitanas mulieres hyppocampum pisciculum in puluerem redactum & vino exceptum ad lac prouocandum bibere, atque id votis optimè respondere. Composita quod attinet, talia præparentur. Ut *ʒ. fol. rec. feniculi, petroselinæ, an. M. j. hordei p. ii. cicer, rubr. ʒ. ʒ. Coq. & sacch.* dulcorentur: vel ebulliant in iusculo carnis bubulæ vel gallinæ. Vel *ʒ. lumbri cor. præp. ʒ. ʒ. vel rad. fenic. rec. ʒ. vj. hordei p. ij. Coq. in brodio carnis, & colentur.* Vel *ʒ. sem. fenic. ʒ. vi. anisi ʒ. j. ʒ. eruca ʒ. ʒ. Detur ʒ. j. vel ʒ. ij. cum iusculo carnis bubulæ vel gallinæ.* Vel *ʒ. sem. anisi, feniculi, an. ʒ. ij. lumbri cor. præp. ʒ. j. sacch. ʒ. vj. F. puluis.* Vel *ʒ. sem. anisi, fenic. seseleos, an. ʒ. ʒ. crystalli præp. ʒ. j. sacch. ad pondus omnium.* Detur ex vino pro daab. dosibus. Vel *ʒ. uber vacæ,* testulatum concindatur, & in furno siccetur, ac puluerifetur. Huius pulueris *ʒ. lb. ʒ. sem. anisi, fenic. an. ʒ. j. cymini, ʒ. ij. sacchar. ʒ. iv. F. puluis.* Extra etiam quædam ad vasa aperienda & sanguinem attrahendum adhiberi possunt. Vitia sunt fomenta calida, è decocto *feniculi & apij, mentha* item contusa mammis apposita, vel Cataplasma ex *farina hordei & fermento* parata. Vel tale. *ʒ. fol. fenic. petrosel. rec. an. M. j. Coq. & contundantur.* Adde *farina hordei ʒ. ʒ. sem. nigell. ʒ. j. styrac. calamit. ʒ. ij. ol. lilior. alb. ʒ. ij. F. Cataplasma.*

Imò dropaces & Sinapismi adhiberi possunt, sed non diu, & vix per hotæ quadrantem in mammis relinquendi, verùm potius sæpius per interualla repetendi.

CAPVT II.

De Lactis redundantia.

Contrarius affectus est lactis nimia copia & redundantia, quam Dioscorides, *lib. 2. cap. 98.* *μαρτάνωσι* nominat, cum lac ita in mammis abundat, ut inde ex turgeant & intumescant, imò doleant; vel etiam ipsum è mammis suæ suctione sponte effluat.

Lactis redundantia.

Causæ.

Provenit autem nimia lactis copia vel statim post

partum; cum sanguinis nimia copia ad mammas confluit; vel postea colligitur, cum matres ipsæ infantem lactare nolunt, aut postea ab lactant, aut licet infans mammas surgat, omne tamen lac, ob copiam noui semper succedentis, exurgere non potest. Copia autem illa lactis continuò succedentis à sanguinis copia prouenit, concurrente optima mammarum constitutione, & vi $\gamma\lambda\alpha\kappa\tau\omicron\mu\iota\upsilon\pi\alpha\kappa\iota$ in iis forti.

Signa Diagnostica.

Signa. Affectus ipse per se patet. An verò ex lactis retentione, an verò eius copiosa generatione proueniat, ipsa scemina facillè docere potest.

Prognostica.

Prognostica. 1. Si quaedam lactis portio effluat, minus periculi si lactis abundantia affert, sed hoc modo omne fere illud præcauetur.

2. Si verò retineatur, nec etiam ab infante ex fugi possit, multa mala parere potest, mammarum tumores, inflammationem, dolorem, lactis concretionem & corruptionem.

3. Imò ipsis infantibus lactis illa redundantia incommoda est; cum si mammx nimium turgeant, papilla ita commode ab iis apprehendi, & affluentis lactis impetus sustineri non possit. Præterea Aristoteles, 7. de *histor. animal. cap. 12.* scribit, Infantes plurimos conuulsione corripit, & præcipuè corpulentiores, & lacte videntes copiosiore, crassioreque; quem Aristotelis aphorismum à Galeno prætermittam esse miratur Rabbi Moyses, *sect. 9. aph. 120.* atque ipse eum in hunc modum citat: Spasmus etiam infantibus accidit, non ex vitio lactis, sed ex nimia eius potissimum si pingue est, copia. Accidit autem hæc conuulsio non solum, quia in ventriculo infantum corrumpitur, sed etiam quia nervosum genus percellit, & q. inebriat, de quo *de morb. Infant. parr. 2. cap. 7. de Siria si*, dicitur.

Curatio.

Curatio. Primus lactis adfluxus non facillè inhibendus est; cum postea spontè subsistat. Vbi verò postea lac superfluum, & copiosius, quam infans sugere possit, generatur, aut vbi eo pro nutriendo factu amplius opus non est, lactis prouentus inhibendus. Id quod fit, iis; quæ sanguinem generando lacti necessarium mammis subtrahunt, vel generationem lactis impediunt, ipsumque absument, occulta impemnis qualitate.

Sanguinis substractio. Sanguis subtrahitur commodissimè diæta tenuiore, & iis cibis, qui parum alimenti suppeditant, hordeo, oleis, potu aquæ vel cereuisiæ tenuioris, motu & exercitio corporis validiore, vigiliis. Si nimia adsit sanguinis copia, is etiam immitti potest, vel venæ sectione, vel cucurbitulis scarificatis.

Repuls. Repelli quoque potest sanguis medicamentis repellentibus, ad venasillas, quæ ab axillari ad mammas descendunt, non ipsis mammis, sed supra mammas versus brachia appositis. Sunt autem illa passim nota, & parantur ex adstringentibus, è quibus defensiva parari solent.

Lac absumptio. Lactis autem generationem prohibent, genitumque resoluunt, & absument, *mentha, calamintha, apium, vitex, coriandrum, cicuta*, quæ vt mammarum incrementum prohibet, ita etiam lac extinguit, vt Dioscorides, *lib. 4. cap. 74.* docet, non vi refrigerante, sed discutiente, qualem ipsi inesse, adeo vt etiam duros tumores dissoluat, vt monet Platerus.

Simplicia. Verum de mentha & apio dubium videtur. Mercurialis enim & Platerus, vt & alij quidam Practici, mentham & apium fomenti & cataplastatis loco ad sanguinem ad mammas trahendum: lidem usum ad lac exsuccandum & absumendum vtun-

tur. Antiquos si consulamus, Dioscorides, *lib. 3. c. 38.* de mentha, scribit, quod mammas, si tendantur, aut lacte turgeant, compescat. Et quod lac coire densarique in calcum non possit, si folia potionibus lactis immergantur. De apio verò scribit, *ibid. cap. 64.* quod mammarum duntaxat ex lacte concretam reprimat. Recentiores quoque Botanici mentham commendant, ad duras mammas, cum nutrices infantes ab lactant, ne lac coaguletur. Eodem modo *apium horiense*, seu *peiro selinum vulgare* post ab lactatos infantes mammis imponunt, ad lac dissipandum, eiusque concretionem inhibendum. Ideo causam non video, cur Platerus scripserit, mentham contusam mammis impositam lac allicere. Nisi forsan eo sine adhibeatur, cum pituitosus & crassus sanguis venas in mammis obstruit, qui hac ratione attenuatur.

Ex simplicibus verò modo propositis talia composita parari possunt. \mathcal{L} . *fol. apij, malua, mentha*, an. M. j. *sem. camini, fenigr.* an. ʒ. *ʒ. fl. chamem. melil.* an. p. j. Coq. in Aq. pro fomento. Sub finem aliquid vini adde. Vel ex iis ad mollitiem coctis & contusis, addita *farina fabarum & oxymelice* vel *oxycrato* F. Cataplasma. Vel \mathcal{L} . *sem. cymini q. v.* Coq. in *aceto*. In decocto madefiat spongia recens, & mammis arctè imponatur. Vel \mathcal{L} . *sem. agr. casti, psyllij, cymini*, an. ʒ. ij. *alumin. scissil.* ʒ. ij. Coq. in *oxycrato* ad consumptionem tertæ partis, & decocto maninx foueantur. \mathcal{L} . *succi mentha, salvia, petroselin.* an. q. v. Atque in eo pannus maceretur, & mammis imponatur. Vel \mathcal{L} . *farina lentium, lupinor.* an. ʒ. ij. *sem. cymini ʒ. ij. fol. mentha ʒ. ʒ.* F. Cataplasma. Vel \mathcal{L} . *mentha sicca* M. ij. *petroselini absinthij* an. M. j. Coq. in posca ac contundantur. Deinde adde *farina orobi, lupinor.* an. ʒ. ij. F. Cataplasma. Qui lactare nolunt, foueant primò mammas hoc decocto: \mathcal{L} . *fol. malua, lauri, fenic. apij, petroselini, mentha*, an. M. ʒ. Fiat decoctum, quo mammx foueantur. A fotu mammx ol. *omphacino* illinantur. Tandem \mathcal{L} . *terebinth. vino & aq. ros. lota ʒ. ij. ouor.* num. iij. *croci ʒ. i. cera q. s.* F. emplastr. quod super linteo extensum, & in medio perforatum, vt papillæ exeri possint, imponendum. Atque hæc cura singulis diebus manè & ante cœnam repetenda, atque si opus sit, ante emplastri impositionem lac exprimendum, vel exurgendum.

Ad affluxum etiam sanguinis prohibendum adstringentia supra mammas venis ab axillis ad eas descendentes imponi possunt, parata ex ol. *myrtino, rosaceo, aceto, bolo Armeno, folijs plantag.* in formam linimenti redactis. Vel spongia oxycrato madida mammis imponatur; vel cataplasma ex *farina lentium & sem. cumini* cum ol. *rosaceo*.

Talia tamen refrigerantia & adstringentia diu continuare tutum non est; cum eorum vsu lac in mammis facillè coaguletur. Tutius est, exsiccantia & discutientia antea proposita vsurpare.

Sitamen metus sit, ne mammx ob nimium lactis adfluxum inflammentur, omnino repellentibus opus est. Itaque *folia lactuca, nympha, papaueris, semperuini*, vel cataplastmata ex his parata mammis imponenda. Vel \mathcal{L} . *terebinth. aq. mentha lota ʒ. ij. pulu. sem. camini, radic. ireos, mentha* an. ʒ. j. *ʒ. croci ʒ. j. cera q. s.* Fiat Ceratum molle. *Crocus & Cuminum* collo appensa, vt mammas attingant, etiam lac absumere creduntur. Si nihil lactis spontè è mammis effluat, neque etiam medicamenta id absumere valeant, magna que sanguinis copia adsit, & matres infantes lactare velint, ne inflammatio mammarum excitetur, vel lac coaguletur, aut contumparur, per interualla ore sceminx alicuius leniter exsurgendum, non verò violenter, ne plus attrahatur,

Composita.

Cautio in refriger. & adstring. adhibendis.

atrahatur, interim medicamenta continuanda. Vbi vero dolor magnus, & metus inflammationis non est, & mater infantem amplius lactare nolit, vel eum ab lactare velit, optimo a lactatione abstinendum. Alias enim quo plus lactis exigitur, eo plus adfluit.

CAPVT III.

De Lactis vitis & coagulatione.

EThi vero lac quantitate moderatum sit; tamen præterea in substantiæ suo solo se se recte habere, nec nimis crassum, aut nimis terve esse debet: in qua itatibus esse dulce, non acre, salum, aut alterius saporis ingrati particeps, non nimis calidum, aut alium excellenti qualitatem habere, vt *part. 1. cap. 2. de morb. infantum*, dicitur. Degenerat tamen non raro ab istis bonis lactis conditionibus lac, & vitiosum euadit: quod quibus modis fiat, & quomodo lac vitiosum emendandum sit, de eo dicitur, *ibid. cap. 3.* cum vitia illa lactis potius infanti, quam matri aut nutrici noceant. Propterea etiam hoc loco de vitis lactis nihil dicemus, sed tantum de lactis coagulatione agemus.

Lactis coagulatio. Duos autem autores plerique lactis concretio- nis modos ponunt, vnum appellant *ῥέουσιον*, seu grumefactionem, id est, lactis in grumos concretionem; alterum *ῥέπαιον*, seu caseationem, vbi lac in caseum quasi coagulatur. Et grumefactionem quidem fieri dicunt, cum omnes lactis partes, butyrosa, caseosa, & serosa simul concresecunt. Caseationem vero, cum butyrosa saltem & caseosa pars concresecunt; serosa vero exhalat & separatur.

Causæ. Verum de causis valde dissentiunt. Et primo grumefactionem quod atinet, statuunt Donatus Anton. ab Alcomari, *de med. hum. corp. mal. cap. 58.* & Mercatus, *lib. 4. de morb. mul. cap. 19.* eam non posse fieri, nisi à frigido, idque ea de causa, quod lac in grumos non aliter conuertatur, quam sanguis: Sanguis vero in grumos non abeat, nisi vbi extra vasa sua elapsus calore suo destituitur. Eodem modo etiam in mammis deficiente earum calore lac in grumos abire statuit, præsertim si è vasis suis in spongiosa mammarum spatia elabatur. Caseationem vero fieri docet ex immodica mammarum caliditate, exsiccata ac per haliū digesta parte eius tenui, & serosa ac crassa relicta. Atque ea ipsa de causa Paulum Ægnetam, *lib. 3. cap. 35.* & Aëtium, *teorab. 4. ferm. 4. cap. 34 & 35.* diuersam instituisse horum affectuum curationem, & alia medicamenta pro lactis caseatione, alia pro eiusdem in grumos conuersione ordinasse. Mercurialis, *lib. 3. de morb. mul. cap. 5.* lac coagulari tam à causa frigida, quam calida statuit.

Verum enimvero vix probabile videtur, duas eiusmodi lactis concretiones dari, sed vnicam saltem esse puto. Neque enim serum coagulatur: & vbi etiam extra corpus lac coagulatur, serosa pars separatur. Præterea non recte supponitur, eodem modo lac in grumos conuerti, sicut sanguis in grumos conuertitur. Sanguis enim fibras habet, quibus concresecit, quæ si existantur, amplius non concresecit, quibus lac destituitur, & nihilominus vbi sanguis è vasis suis excidit, & in externo frigore adseruatur, serum à reliqua eius parte segregatur.

Deinde ipsam caseationem lactis, quam appellant, quod atinet, longe alia ratio mihi videtur caseationis lactis, quæ fit à coagulo, quam quæ fit in mammis. Coagulum enim nihil aliud est, quam fermentum quoddam, seu lac in ventriculo lactantium animalium fermentatum, quod postea lacti additum

A facit, vt & ipsum fermentari incipiat. Vt enim malsa seu pasta cruda panis, si adseruetur, æcerem quendam contrahit, & fermentum euadit, quo postea farina alia fermentatur: ita etiam in ventriculo animalium lac coagulatur, quod postea lacti additum & illud coagulat. Idem facit acetum vel vinum lacti infusum: imo antiqui lacte siculneo, quod non est frigidum, sed calidum & acre, lac coagulabant. Quæ omnia non quatenus frigida, sed quatenus spiritum quendam fermentantem in se continent, faciunt, vt & ipsum lac fermentari incipiat, qua fermentatione partes homogeneæ congregantur, & ab heterogeneis separantur. An vero hoc in ipsis mammis, vbi lac non in quodam spatio seu cavitato hæret, sed in suis vasis & glandulis continetur, fieri possit dubito. Mihi probabile videtur, si lac diutius in mammis detineatur, partes subtiliores & tenuiores tenuissimè exhalare, crassiores relinquere, & inde præcipue glandulas mammarum indurari, & laus durorum tumores inde fieri posse, cum lactis pars caseosa aliàs ad indurationem valde apta sit.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hoc malum, quod lac copiosum adest, & in mammis retentum fuit, vnde illæ tument, finduntur, & dolent, atque hinc inde dura quædam tubercula apparent.

Prognosticum.

Si lac concretum in mammis diu hæreat, dolorque qui excitatur, continuetur, facile fieri potest, vt inde sanguinis adfluxus concitetur, atque inflammatio, & ex inflammatione abscessus atque vlcus mammarum oriatur.

Curatio.

Curatio ferè eadem est, quæ scirrhi incipientis. Dauid nimirum opera est, vt concretio lactis, quæ nondum facta est, inhibeatur; id vero quod concretum est, dissoluatur. Ad lactis concretionem prohibendam *℞. Pul. fol. mentha, sem. coriandri an. ʒ. ij. ol. anethini ʒ. j. cera q. s. F. Linimentum.* Vel *℞. ol. mentha, chamemel. aneth. rutac, an. ʒ. j.* Misce. Ad resoluendum autem lac concretum, exhibeantur, quæ lac concretum dissolunt, vt *semen fœniculi, cumini, apij, agni casti, radic. fœniculi, eryngij, salvia, mentha, crocus, myrrha, coagulum leporis ʒ. j. pondere ex inaluatico exhibitum.* Vel *℞. rad. fœnic. eryngij, an. ʒ. j. fol. malua, M. j. fœniculi virid. M. ʒ. sem. anisi ʒ. j.* Coq. in l. q. aq. pro *℞. j.* Col. adde *fir. de duob. radic. exymel. s. an. ʒ. ij.* Misce. Extra vero mammæ foueantur *decolto fol. fœniculi, anethi, abrotani, fl. chamemel. meliloi, sem. lini, fœnigraci.* Vel *petroselinura seu apium hortense tritum* mammis imponatur; aut *mentha* cum butyro caprillo confusa. Vel *℞. sem. nigella q. v. mica panis, q. s.* Concreuitra misce, & forma cataplasmati impone. Vel *℞. fol. malua & caulium coctorum & per setaceum traictorum an. ʒ. j. farina lentium, ʒ. j. sem. lini, fœnig. fabar. an. ʒ. ʒ. b. pingued. gallina, ol. lil. albor. an. q. s. F. Cataplasma.* Si tumor sit durior, acetum addi potest. Vel *℞. fol. mentha, brassica, sarfurum an. M. j.* Coq. in aceto, & imponantur. Vel *℞. sacci apij, fœnigr. caulium, an. ʒ. j. aceti ʒ. vj. croci ʒ. j.* Misce. Vel *℞. fol. apij, anethi, caulium an. M. j.* Coq. ad molliem & contendantur. Postea adde *pulu. myrrha, ieros an. ʒ. ij. croci ʒ. j. ol. ruta ʒ. j. aceti ʒ. j. b.* Misce F. Cataplasma. Vel *℞. Farina lentium, hordei an. ʒ. j. sem. lini fœnigr. an. ʒ. ʒ. b. pulu. sem. cumini ʒ. ij. ruta, croci an. ʒ. j.* Coq. in aceti q. s. Postea adde *mellis q. s. F. Cataplasma.*

CAPVT IV.

De Lactis per aliena loca excretionem.

Lac cum
vrina ex-
cretum.Per quas
vias.

Lac ut in mammis generatur, ita etiam per ea-
rum papillas ab infantibus exsugitur, imò ali-
quando si copiosus sit, effluit. Refert tamen Ioann.
Schenkius, *ex obseru.* D. Capellæ, feminam quan-
dam lactis dimidium cyathum cum vrina emixisse.
Et Andr. Laurentius, *lib. 7. anat. quest. 11.* scri-
bit se vidisse puerperas quàm plurimas per vterum
& vesicam maximam lactis copiam excreuisse. Per
quas autem vias lac ad vterum feratur, dubium est.
Plerique id per consensum illum vteri & mamma-
rum per venas mammarias & epigastricas fieri do-
cent. Aliud tamen placet And. Laurentio, dum *lib.*
8. anat. quest. 11. scribit: *Volunt fere omnes Ana-*
tomici, epigastrica adscendentis ramulos cum mam-
maria descendens riuulis coire, fierique harum ve-
narum anastomoses. Ego, ut iam lib. 6. indicavi, har-
um venarum coitum non nego, sed patentiores &
breuiiores communionis huius vias inuenio. Epiga-
strica enim vena per vterum non spargitur, sepius-
que à ramo crurali oritur. Mammaria item, quam
vocant, per anteriorem sterni partem excurrit, trian-
gulari musculum alitur, neque ad mammas ramu-
los, nisi forte capillares, diffundit. Existimo itaque
per hypogastricam & spermaticam, qua peculiare
sunt vteri vena, restuere ad truncum caua sanguinem,
lac, ceterosque humores; à truncu mox in axillarem;
à qua thoracica due insignes exorta, pectorales
musculos & glandosum mammarum corpus ir-
rigans. Contra à thoracice restuere lac ad axillarem,
ab hac in caua truncum, à quo per spermaticum ra-
mmum in vterum per hypogastricam runc in vterum,
nunc in vesicam feratur: unde plerumque lactea fun-
dantur vrina post partum. Est etiam lactis per vri-
nas expurgationis locus breuiorque ductus per emul-
gentes ramos.

Verùm dubito, an ista, quam proponit Laurentius,
via sit breuior ab vtero ad mammas, & à mam-
mis ad vterum; cum ex eius sententia necessarium
sit, lac primùm in axillarem venam fluere, ab hac
in truncum ventæ caue: imprimis cum experientia
testetur, communicationem istam mammaram &
vteri fieri per mammariam internam, atque obser-
nari & videri CL. Io. Riolanus, *vt lib. 3. anthro-*
pograph. cap. 3. testatur, in puerpera recens enixa,
mammariam internam & epigastricam crassitie ca-
lamo scriptorio pares fuisse: imò interdum minimi
digiti crassitiem adæquent, *vt Andr. Spigelius, lib.*
5. de hum. corp. fab. cap. 2. refert. Et licet verum,
epigastricas venas non per vterum spargi, sed hy-
pogastricas: quia tamen epigastricæ venæ ab eo-
dem ramo oriuntur, à quo hypogastricæ, breuior
longè via est ex mammariis in epigastricas, ex epi-
gastricis in hypogastricas, atque ex his in vterum, &
contra, quàm à mammaria ad thoracicam, ab hac in
hypogastricam, & ab hac in vterum, ac contra.

CAPVT V.

De rebus alienis per mammas excretis.

Pus è mam-
mis effluës.

VT in mammis nihil aliud, quàm lac, secundum
naturam generatur: ita etiam nihil aliud ex iis-
dem excerni debet. Accidit tamen, vt res aliæ præ-
ter naturam interdum per mammas excernantur.

Primo, in vlcerebus pus per mammas effluit, &

A quidem in diuturnis vlcerebus satis diu, qui fluxus
postea sanato vlcere cessat. Et ex obseruationibus
D. Iohan. Bauhini Schenkius, *lib. 2.* refert, monia-
licuidâ, pus per mammillas ab aliquot annis fluxisse.
Verùm cum eadem fuerit vteri albis fluoribus ob-
noxia, proculdubio non verum pus fuit, sed illa ipsa
materia, quæ antea per vterum euacuabatur.

Deinde obseruatum, sanguinem menstruum sta-
tis periodis per mammas euacuatum fuisse. Ita au-
tor est Amatus Lusitanus, *cent. 2. cur. 21.* Mulieri
cuidam nobili, cum puerum lactaret, & menses loa-
go tempore suppressos haberet, per mammas san-
guinem illi effluere cepisse copiosissimum, à quo
præter fluxionis tædium, nullum capitis dolorem
aut noxam percipiebat. Facta tandem ex saphena
pedis sanguinis copiosa extractione, sanguinem illi-
co retractum fuisse, & mulierem ab hac sæda affe-
ctione liberatam fuisse.

Sanguis
menstruus.

Dalechampius in *annotat. ad cap. 15. lib. 26.*
Plinij, refert, nobili cuidam fœminæ, stato tempori-
interuallo, sanguinem è sinistra mamma fluere
guttatim solitum, quem cum Medicus imprudenter
adstringentibus remediis inhibuisset, ac retinuisset,
enatum inde cancerum, eoque illam periisse.

Et Mauritius Cordæus, *comm. 6. in lib. 1. Hip-*
pocratis de muliebr. ex D. Fabri relatione hæc habet:
Visa est mulier, anno 1569. Castelloduni ad
superiorem portam habitans, cui mensura per
mammas sinistrae papillam mensibus singulis tanta
copia profluebant, vt quatuor vel quinque lintea
vel mantilia imbubiret inquinaretque fordidissi-
mè. Eandem historiam Ambr. Paræus, *lib. 23. cap.*
52. refert. Idem Lusitanus, *cent. 7. obseru. 48.* nar-
rat, Mulieri cuidam, quæ iam ter pepererat, &
quartò vterum gestaret, & propè partum ageret,
ex mamma dextra sanguinem multum fluxisse, reli-
quam læuam lacte nouo, colostro dicto, plenam
fuisse, & postea puerum feliciter peperisse, & sal-
uam fuisse.

Et Andr. Laurentius in *Anatom.* scribit se vidisse
mulieres quasdam, suppressis mensibus, sanguinem
statis periodis, certisque circuitibus per mamma-
rum papillas profudisse.

De sanguinis ad mammas confluxu, scribit Hip-
pocrates, *5. aphorif. 40. Quibuscumque mulieribus*
sanguis ad mammas colligitur, furorem significat.
D Scribit tamen Amat. Lusitanus, *allegato loco,* se in
duabus nobilibus fœminis, altera Lusitana, altera
Itala, sanguinem per mammillarum papillas efflue-
re, obseruasse, quarum tamen neutra in furorem aut
insaniam deuenit, sed potius sanguine ex saphena
illico misso restituta fuit. Verùm existimo, Hippo-
cratem hoc aphorismo non loqui de menstruorum
suppressorum per mammas euacuatione, sed eo af-
fectu, cum, vt Galenus in *comm.* habet, plurimus
sanguis feruens per totum corpus vagatur, & caput
præcipuè petit, vnde insania oritur. Cuius cum ali-
qua pars ad mammas conuertitur, vt loquitur Hip-
pocrates, & per eas non euacuatur, sed ibi dolorem
vel inflammationem excitat tum sanguinis ad mam-
mas conuersio futuræ insanie indicium est.

Curatur autem affectus iste commodissimè, si sa-
phena in pede aperiatur, atque ita sanguinis impe-
tus, qui præter naturam versus superiora est, ad vte-
rum & partes inferiores reuocetur, vt obseruatio-
nes ex Amato Lusitano modò allatæ docent.

Pilos quoque interdum ex mammis excerni, su-
pra, *sect. 1. cap. 10.* dictum est.

Pili.

CAPVT VI.

De colore papillarum mutato, & mammarum dolore.

Papillarum
color.

Papillæ in virginibus naturaliter instar fragi rubeant, adeo ut nonnulli statuane, colorem illum mutatum, ob uteri cum mammis consensum, virginittatis amittæ signum esse. Sed falsò. Equidem in lactantibus liuent, nigricant in senibus: tamen cum & in mulieribus, quæ Venerem expertæ sunt sæpe iste color remaneat: & ex morbo etiam mutari possit: coloris ista mutatio, pro signo virginittatis amittæ haberi non potest. De quo scribit Hippocrates, *6. epid. sect. 5. Si mammarum papillæ, & quadrubertinilis, pallescat, morbosum eas est.* Namine autem *αὐτὸν ὄντος*, seu vasis, utrum intelligit. Cum enim uteri, ut dictum aliquoties, & mammarum maximus consensus sit, si uterus sese non bene habeat, etiam mammae compati, & color iste papillarum rubeus mutari potest. idque sæpe in virginibus ac mulieribus accidere potest.

A Tandem ut in aliis partibus sensu tactus præditis, ita etiam in mammis dolor quandoque excitatur. Dolor Ortum verò, ut in aliis partibus omnibus, ille habet à solutione continui: quæ fit à tensione in mammarum à lactis abundantis distensione & inflammatione; vel erosione & vellicatione ab acerbis humoribus in cancro & aliis vlceribus.

A qua verò harum causarum ortum habeat, facile ex ipsis affectibus cognoscitur. Et quidem qui à lactis copia prouenit, mitissimus est; grauior qui ab inflammatione; grauissimus, qui à cancro.

Tollitur verò commodissimè, causis hæc, & morbis, à quibus pendet, sublatis, de quo ante dictum. Interim tamen licet ad dolorem à tensione ex lacte & inflammatione vsurpare anodyna, ex *lactuca, chamamelo, panis medulla cum ol. rosar. & alia*, quæ in partium externarum dolore cum inflammatione vsurpari solent. In cancro verò ex *aqua solani. Vel ℞. nucleor. Persicor. q. v. Contundantur, infundantur in Aq. frig. s. vel lactucæ horis iv. Postea colentur, & colatura linteolum maderiat, & mammae dolenti imponatur, idque sæpius reperatur. Vel imponatur anagallis viridis contusa.*

Atque hæc de Morbis & Symptomacibus, quibus Mulieres obnoxia sunt, dicta sunt: quæ ut in plurimarum commodum & sanitatem cedant, Deus faxit.





DE
INFANTIVM
CVRATIONE
TRACTATVS.

A V T O R E.

DANIELE SENNERTO,

DOCTORE.

Libro tertio Practicæ adiectus.

P R O O E M I V M.



ETATIBVS etiam sui peculiare morbi sunt, ut Hippocrates, 3. aphor. 24. & seqq. docet; Galenus, 1. epid. comm 1. aphor. 1. explicat, immutantur morborum species primò per anni tempora, quia singulis anni temporibus varij sunt humores; secundò per naturas & etates, quia pro naturis & etatibus alia dantur temperamenta, & humorum exsuperantiæ dissident, pro quarum respectu morborum differentiæ commutantur. Imprimis verò infantes multi morbi infestare solent, qui etiam vulgo Infantium morbi nominantur.

Cum quibus tamen ita comparatum est, ut pauci omnino tali natura præditi sint, ut infantibus proprij sint, & solis accidant. Quapropter etiam factum puto, ut Antiqui eos seorsim non explicauerint, sed inter alios morbos eos recensuerint: ut Mercurialis sine causa Medicos antiquos, & Maiores nostros accusare videatur, quod partem hanc de Morbis infantium ieiunè, imò imprudenter & frigidè tractauerint; & Ranchinus parum prudenter scripserit, maiores nostros miserè de morbis puerorum tractasse, ut seipsum sepulta iacuerit partis istius theoria & praxis, & tantam fuisse Græcorum, Latinorum & Arabum negligentiam, ut tam præclaram, tamque necessariam Medicinæ Practicæ partem posteritati tractandam reliquerint. Iniuria adfici Antiquos, vel il docet, quod Mercurialis & alij, qui de hac materia scripserunt, singulis pene capitibus, Græcos, Latinos & Arabes allegant. Annon enim de variolis & morbillis scripserunt Arabes? Annon de hydrocephale passim Græci & Arabes? Annon de Achoribus, fauis, tinea, epilepsia, dentitione, balbutie, ranula sub

lingua, aphthis, exomphalo, ani prociencia, lumbricis, & aliis plurimis iidem Græci, Latini & Arabes? Illi ipsi potius accusandi videntur, quod multos morbos in suos libros congesserunt, qui ædultis non minus familiares sunt, quàm infantibus; & in morbis & symptomatibus infantium omnia, quæ de natura & causis eorum dici possunt, afferunt, cum tamen sæpe pauca causæ sint, quas enumerant, quæ in infantibus locum habent. Nos dabimus operam, ut eas præcipuè infantium præter naturam adfectus tractemus, qui infantibus vel solis competunt, vel magis familiares sunt, quales recenset Hippocrates, dum 3. apher. 24. scribit: Paruis & nuper natis puerulis sunt oris ulcera, vomitiones, tusses, vigilie, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates; & apher. 25. Aduentante dentitionis tempore, gingiuarum pruritus, febres, conuulsiones, alui profluvia, maximè cum caninos edunt, & iis præsertim qui aluo sunt dura; & apher. 26. Ipsis vero grandiusculis consillarum inflammationes, vertebrarum in occipitio inrorsum luxationes, anhelationes, calculi, lumbricis rotundi, ascarides, verruce pensiles, satyriasmus, stranguria, struma, & alia tubercula, præcipuè verò ante dicta. De quibus, & aliis quibusdam iam agemus, utpote quod quidam solis infantibus competunt, ut dentitio, & quæ eam comitantur symptomata, crusta lactea, & Achores: quidam infantibus maximè sunt familiares, & iis frequentius accidunt, quàm aliis ætatibus, quales sunt variolæ, morbilli. In festant autem hi adfectus præter naturam infantes frequentius, quia ista ætate dispositiones peculiare, adfectuum istorum causæ, magis vigent & præsentis sunt, ut in specie postea patebit, quæ postea in pubertate & aliis ætatibus euanescent & cessant. Et licet quidam ex istis adfectibus, quos proponemus, etiam aliis ætatibus conueniunt: tamen in iis hac ætate curandis peculiari prudentia opus est, cum infantes non omnia medicamenta, quæ adulti ferre possunt. Et quia non solum peculiarem curandi rationem infantes requirunt, sed & aliam longè dietam, quàm adultiores, etiam de diata infantium agemus. Atque ita tractatus iste duabus partibus absoluetur, in quarum prima de diata infantium, in altera de adfectibus præter naturam eorundem dicetur. In theoria tamen horum adfectuum penè omnia, quæ de natura eorum dici possunt, ut libris superioribus proposita, omitteremus; causas quoque eas saltem recensebimus, quæ infantibus proprie sunt.



PARS PRIMA

De Diata & Regimine Infantium.

CAPVT I.

De Nutricis electione & Diata.

DIETA infantium à Diata adultorum multum discrepat. Et primò alimentum quod attinet, cum infantes dentibus, ad ciborum masticationem idoneis, non instructi sint, neque etiam cibos tridiores concoquere possint, utpote quod in vtero materno solo matris sanguine nutriti sunt, Creator rerum sapiensissimus infantibus de peculiari nutrimento prospexit, mammalque feminis dedit, in quibus sanguis ille, qui infantem in vtero nutrit, edito eodem in luce in lac convertitur, quem infans progenitus, naturæ instinctu, statim è mammis fugit, quas propterea Phaurinus apud Gellium, *libro duodecimo, capite primo*, fontem sanctissimum corporis generis humani educatorem nominat. Itaque dum de Infantis regimine & diata agitur, prima cura de Nutrice esse debet, quæ infantem in lucem editum nutriat. Censamus autem lac maternum infanti commodissimum esse alimentum, utpote quod ex eodem sanguine generatur, è quo infans in vtero formatus, & nutritus est, de quo postea in questione dicetur.

Quale alimentum
infantibus
commodissimum.

Qualis nutritrix
eligenda.

Quia tamen interdum ob matris debilitatem & morbum aliquem, necessarò alia nutritrix adhibenda, eligenda, quæ primò sit sana, nec morbo aliquo detineatur, boni corporis habitus, colore potius rosco, qui optimi temperamenti signum est, quàm fusco, & cum matris constitutione corporis conveniat; nisi forsitan mater & infans non sint bonæ constitutionis, ut eam corrigere, & in meliorem deflectere opus sit; non sit luesca, ne infans eidem vitio adsuescat. Secundò, sit ætatis vegetæ, ab anno vigesimo ad trigessimum. Tertio, sit bene morata, animo tranquillo, non iracunda, non melancholica, non stolidi, non salax, non ebriosa. Quarto, non sit primipara, si haberi potest, lacque nec nimis recens, nec nimis vetus habeat, & propterea à partu non ultra decimum mensem absit. Quintò mammæ mediocres & bene conformatas, non laxas, non pendulas habeat, papillas elegantes & quas infans in sugendo bene capere possit.

Diata nutritricis.

Utatur autem nutritrix bona diata. Aërem intemperatum, seu frigidum, seu calidum, vitet. Mundicie studeat, corpus ab omnibus sordibus crebrò mundet, vestesque puras habeat. Cibis utatur boni succi & facili coctionis. Equidem commodum est, ut si mater, quæ est in re laeta, & suis vberibus prolem suam alit, saltem carne veruecina, hædina, vitulina, pullis gallinacis, gallinis & caponibus, perdicibus, turdis ovibus, & similibus vescatur: Verùm cum sæpissime nutritrices tenuioris fortunæ cibis delicatis non adsuetæ accersantur, ex à victu consueto non nimis subito transeant, & quæ cibis minùs delicatis adsuetæ est, non nimis avidè lautiorē

assumat sed paulatim ei adsuescat; à cibis tamen valde intemperatis, vitiosi succi, nimis salis, aut aromaticis valde conditis semper absteat. Non etiam nimio cibo se oneret, sed famem cibis, sitimque potus expectet, saturitatem verò nimiam caueat. Vini in adsuetis vsus sit moderatus, cum copiosius sumptum lac nimis calefaciat. In nostris regionibus cereuisia potus convenientior est. Vigiliæ, imò moderatas, quantum fieri potest, nutritrix vitet, & si interdum, dum infantes inquieti sunt, noctu vigilare oporteat, det operam, ut somnio matutino id compenset. Vitam non plane otiosam & desidiam agat, sed mediocribus laboribus exerceatur. Animi pathemata nimia vitet, neque domestici occasionem irascendi vel morandi nutritrix temerè præbeant; cum ex eiusmodi animi adfectibus lac corumpatur, indeque infantes in gravissimos morbos coniciant. A Venere nutritrices toto lactationis tempore abstineant; cum coitus lac corumpat, ipsique malas qualitates imprimat, & si concipiat nutritrix, infanti qui alitur, id noxium sit, eum & lac immutatur, & alienis qualitatibus inficiatur. Alius ne laxa sit, nec adstricta. Si propter viduum liberaliorem, aut alia de causa vitiosi aliquid humoris in nutritrice cumulatam esse suspicio sit, leui aliquo purgante nutritrix euacuanda, quæ eo die, aut certe maxima diei parte, à lactatione abstineat; nisi saltem eadem opera infans purgandus sit.

Q V Æ S T I O.

An commodius Infans lacte materno, an vero Nutricis aliena alatur?

Infantem commodissimè ali lacte materno, modò dictum est. Generatur enim illud ex illo ipso sanguine, è quo infans in vtero materno formatus & nutritus est, & proinde naturæ infantis maxime cognatum alimentum est. Nutricis verò lac, quantum etiam lac sit, & quidem humanum; tamen omnino in hoc non minor est differentia, quàm constitutionis corporis ac temperamenti matris & nutritricis, & nullius nutritricis lactantem habet convenientiam cum corpore infantis, quàm lac maternum, quod è sanguine generatur, è quo infans antea formatus, & in vtero nutritus est. Et licet vitulum hoc vel illo lacte vaccino alere perinde foret: tamen in homine hoc non parum refert, qui non ut vitulus ad pastum solidum, sed longè in nobiliorem finem & diuiniora opera educatur. Ideoque nonnulli eas matres reprehendant, quæ alienis nutritricibus infantes suos nutriendos tradunt. Ita Phaurinus Philosophus, ut A. Gellius, *lib. duodecimo*

An commodius
lacte materno,
an nutritricum,
alere infantes.

cap. 1. refert. cum audisset à matre nobilis cuiusdam puerperæ, parcendum esse ei, & adhibendas puero nutrices, ne ad dolores, quos in partu tulisset, manus quoque nutritionis graue ac difficile accederet, dixisse: Oro te mulier, sine eam totam integram esse filij sui matrem. Quod enim est hoc contra naturam imperfectum ac dimidiatum matris genus, peperisse ac statim à se abiicisse; aluisse in utero suo sanguine suo, nescio quid, quod non videtur, non alere nunc suo lacte, quod videat iam viuentem iam hominem, iam matris officia implorantem? Et Scipionem Africanum dixisse ferunt; Ego magis mihi iudico esse matrem, quæ etsi non me peperit, per biennium me nutriuit, quàm quæ me peperit, & postea deteliquit. Præterea cum parentes pij & probi liberos suos non solum facie & forma corporis, sed & ingenio ac moribus sibi similes fieri cupiant, id consequentur felicius, si mater suo lacte infantem alat; quàm si nutrici lactandum tradat. Licet enim nutrimentum facultati naturali proximè inferuat; non animal, atque ita ad ingenium formandum, quale etiam lac infans sugat, non multum facere videatur: tamen cum ex chylo sanguis, & sanguinis spiritus generentur, & certum sit quod mores sequantur temperamentum corporis, ad hoc verò condiliandum lac non parum faciat; cum ipsa lacte nutricis mores imbibuntur, qui plerumque minus probati sunt. Mercenariæ enim illæ nutrices, quæ etiam ad obitum liberos lactandos conducuntur, iustitæ plerumque sunt, aut certe de vulgo hominum, moribusque parum politis & probatis præditæ, imò sæpiissime meretrices. Graui oratione apud Gellium, loco allegato, id persequitur Phauorius: Quæ, malum, inquit, ratio est, nobilitatem istam nati modò hominis corpusque & animum benignè ingentis primordius inchoatum, insituo dègenerique alimento lactis alieni corrumpi? præsertim si ista, quæ ad præbendum lac adhibetur, aut fertilis, & vt plerumque fieri solet (de more sui temporis & gentis loquitur) externæ atque Barbaræ nationis, si improba, si informis, si impudica, si temulenta est. Nam plerumque sine discrimine, quæcunque id temporis lactens est, ad alibi solet. Patiuntur igitur infantem nostrum pernicioso contagio infici, & spiritum ducere in animam atque in corpus sumi ex corpore & animo deterrimo? Id hercle ipsum est, quod sæpe numero miramur quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus neque animis similes existere. Hinc immisericordiam Dido exprobratura Æneæ, 4. *Æneid.* apud Virgil. ait: *Hircæaque admorunt ubera Tygres;* quod ex Græco desumptum, *μαῖνας μασθιδὸν ἄρκα,* *Leona ubera suxit.* Insuper matrum amor maior est in liberos, quàm nutricum, quæ mercedis tantum causa hoc officium præstant, & proinde eorum curam negligentius habent, & neque detrimenti quicquam cauent, omnesque molestias, quas lactatio coniunctas habet, patienter sustinent, modo infanti bene sit, quod nutrices illæ mercenariæ non faciunt, & si à matribus de suo officio & infantis salute moneantur, monendo deteriores fiunt. Quæ nutricam improbitas & negligentia adeonora est, vt Græcis occasionem pro verbis dederit, quod extat apud Aristophanem, in *milit.* *ὅτι ἐὰν αἱ θήλειαι σὺν νηπίου ἔχουσιν, quemadmodum nutrices pascis male.* Tandem accidit sæpius, vt infantem ob illam continuam conuersationem, & acceptissimum ac gratissimum lactationis officium, nutrices plus ament, quàm matres, & vt Phauorius apud Gellium, *loc. alleg.* ait, ipsius infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea solum vnde alitur, occupetur, & proinde, prout in expo-

A sitis vsu venit, matris, quæ genuit, neque sensum vllum, neque desiderium capiat. Et frustra mammæ ac lac Natura matri dedisset, si illo infans non alendus esset, neque solum pauperum indigentis occurrere, sed omnium omnino infantium necessitate Creator optimus providere voluit.

Alij contra nutricebus tradendos esse infantes existimant, hisce de causis: Primò, quod sæpe matres non sint optimo temperamento præditæ, sed morbosæ, quædam etiam non bene moratæ, quàm vitiosam dispositionem, cum infantes à matribus acceperint, non augendam esse lacte matris vitioso, sed potius corrigendam lacte nutricis meliori temperamento præditæ. Secundò, ad dolores & labores, quos in pariendo tulisset mater, onus lactationis & nutritionis graue ac difficile addendum non censent, idque præcipuè faciendum esse in iis, quæ sunt teneriori corpore. Deliciores enim & molliores feminas, tantam & tam longam sætum lacte nutriendi molestiam ferre non posse. Tertio putant, quod recta dixta facilius nutrici, quàm delicatæ matri imperari possit. Quarto, ea de causa quoque nutricum potius lacte, quàm matrum, alendos censent infantes, quod animi adfectibus magis obnoxie sint matres, quàm nutrices, & facillè perturbentur, si malè habeant infantes, vnde lac corrumpatur, & in morbos infantes coniciantur. Quintò, quod matres Venetæ vtantur, atque inde vel imprægnentur, vel menses patiantur, vnde lac & imminuitur & vitiat. Sextò, quod lac primis diebus tenuius & aquosius est: ideo, quia sanguis primis diebus nondum adfuetus est ad mammæ adfluere, neque etiam mammæ in elaboratione lactis adhuc exercitatae sunt. Ideoque putant, commodius esse, infantem lacte nutricis alere, quæ habeat lac minus serosum & aquosum. Septimo, labem per contagium lacti accedere primis diebus putant, ex lochiis impurissimis & venenatis, nonimestri spatio detentis. Tandem ea quoque proculdubio causa est, quod matres plurimæ suis mammis alere infantes nolunt, ne pulchritudo corporis, quæ ex mammis est, corrumpatur.

Verum enimvero prior sententia vetior est, ob rationes pro ea allatas. Inter rationes vero pro contraria opinione adductas, prima saltem attendenda est. Si nimicum mater nimis debilis sit, aut morbo aliquo corripitur, aut corpus ~~corripitur~~ habeat, aut insigniter malè morata sit. Tum enim, commodiore nutrice adhibita, vitia illa animi & corporis emendare licet. Reliquæ vero rationes non magni momenti sunt. Nam secundo, etsi mater sit tenella & delicata: tamen qui vires dedit ad concipiendum, sætum gestandum, & pariendum, idem & ad lactandum vires dabit, ac testatur experientia, sæpe etiam tenellas scæminas prolem suam optimè suo lacte nutrire. Tertio matres honestæ longe obsequentiores sunt maritis & Medicis, ac dixtæ, salutis proles gratia, quam impense amant, obseruantiores, quàm mercenariæ nutrices. Quarto, testatur experientia, nutrices mercenariæ plerumque affectibus malis duci & moueri, & cum familiaris alere, facilius de causa ira commoueri, inde infantes sæpe in periculum graue conicere. Quinto, Venere in quod attingit, matres salutis liberorum amantes, etiam hac in parte, quid sui officij sit norunt, Venere abstineant; cum honestis matronis sæpe longiori tempore, ob itinera, vel morbos maritorum, debito coniugali carendum sit. Sexto, nesciam ex lacte primis diebus serosiore incommodi infantes percipiunt, vt ipsa experientia testatur: & si hanc ob causam materno lacte alendi non essent infantes, omnes omnino nu-

tricus tradendi essent. Et si quid incommodi habet hoc lac serosius, facile alieno lacte adhibito per paucos dies evitari possit. Conset tamen Adr. Spiegelius, lac istud serosius primis diebus nullum habere incommodum, sed naturam eo ipso saluti infantis prospexisse, ut scilicet isto lacte serosiore feculentis humores, in ventriculo & intestinis infantium, in utero materno collecti, abstergerentur. Septimò, nil quoque periculi ex lochus, quibus primis diebus lac infici putant, metuedum. Et enim quicquid vitiosum est, per uterum euacuatur, putissima verò sanguinis pars ad mammas, ad lactis generationem, mittitur. Et omnino, si aliquid valeret hæc ratio, saltem primis diebus, quibus lochia flunt, nutricibus tradendi essent infantes, non toto lactationis tempore. Tandem, quod pulcritudinem illam corporis & mammaram, quæ lactatione corrumpatur, attinet, de eo Phavorinus, *loc. alleg.* apud Gellium egregiè: An putas naturam fœminis mammaram vbera quasi quosdam nuzulos venustiores, non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? Sic enim pleræque istæ prodigiose mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem, arefacere ac extinguere, cum periculo quoque averti corruptique lactis, laborant, tanquam pulchritudinis insignia sibi deventer.

CAPVT II.

De Lactis boni conditionibus.

Sive autem mater siue nutrix aliena infantem aliat, lac bonum esse debet. Sumuntur autem lactis boni notæ primò à substantiæ modo. Bonum enim lac nec nimis crassum, nec nimis tenue esse, sed mediam consistentiam habere debet. Nam crassum facile in ventriculo infantis non coquitur: tenue verò ex cruditate provenit, & serosum humorem copiosum admixtum habet. Consistentia verò lactis cognoscitur, si ex Aëtij sententia pilus ei immergatur. Nam si lac bonæ consistentiæ sit, æqualiter pilo adhæret: si verò nimis tenue sit, planè defluit. Vulgò bonæ consistentiæ lac putatur, si patinæ, vngui vel speculo instillatum subsistat, & nec statim defluat, nec reclinatum immotum hæreat: si quidem si statim instat aquæ diffinat, nimis tenue & serosum est: si verò mora & reclinata parina, vngue vel speculo immotum hæreat, nimis crassum & viscidum est.

Secundò lac sit boni coloris, album nimirum & eius coloris, qui inde lacteus appellatur. Ab hoc colore quo magis recedit lactis color, eo deterior est, & vel cruditatis, vel adustionis, vel humoris vitiosi admixti indicium est.

Tertio, sapor sit dulcis & gratus, qualis lacti proprius est, & non facile in alia re inuenitur. Si verò lac insipidum sit, cruditatem arguit: si acidiusculum, intemperiem frigidam: si salsum, acre, amarum, intemperiem calidam, vitiososque humores admixtos habet.

Quarto, sit boni & sanis odoris, nihilque aere, virosi, nidrosi, acidum expiret. Tale enim quid si lac fererat, facile in ventriculo infantis corrumpitur.

A

CAPVT III.

De vitis lactis emendandis.

Cum verò non rarò accidat, ut cum matrum nutrimum lac ab ea, quam descriptimus, bonitate defleat, nec tamen semper nutrimum, seu mater, seu aliena sit mutare liceat, aut commodum sit: qua ratione lactis illa vitia emendari possint, dicendum. Sunt autem ea varia: de copia aut paritate hic nihil dicemus, cum de eo vide matrum, quorum munus est lac generare, symptomatibus egimus, *lib. 4. part. 3. sect. 1.* dictum est. Hic saltem de lacte tenui, crasso & alienis qualitatibus prædicto emendando agemus.

De Lacte tenui & aquoso.

Lac iusto tenuius evadit, ob seri & aquosæ humiditatis copiam nimiam, quæ sanguini, è quo lac generatur, permiscetur. Copia autem nimia seri colligitur, vel ob errores in victu commissos, vel ob coctionis, præcipuè in epate, debilitatem, vel etiam ob mammaram intemperiem, imprimis frigidam & humidam.

Lac serosius quomodo cognoscendum sit, *preced. cap.* dictum, cui hoc addendum, si lac coagulari permittatur, facile patet, an seri nimia copia adsit. Causæ etiam modò enumeratæ è signis suo loco propositis innotescunt.

Tenuius autem & serosius minus nutrit, unde infantes emaciantur, sæpe quoque in diarrhœam ea de causa incidunt: vel si lac acrius sit, appetitus deicitur, & pustulæ in corpore excitantur.

Ut verò lac crassius fiat, cibus siccantibus & calefacientibus utendum, pane bene cocto, aniso & fœniculo condito, carnibus assis, oryza, amygdalis: pisces, olera, fructus horarij vitandi, neque etiam iuscula multa sumenda. Potus sit vinum vel cerevisia bona. Nutrix utatur exercitio frequentiori, quæ diætæ ratione si nondum istud vitium corrigatur, lenis humoris serosi purgatio instituenda, ad quam rem *ser. ros. solvinius*, & *mechoacanna* vitia sunt, ac si serum sit biliosum, etiam *rhubarbarum*.

Tandem quoque sudores vel Laconico, vel medicamentis prævocandi, ut superflua humiditates in corpore absumantur. Si tamen ob epatis vel alterius visceris vitium humores serosi in corpore cumulentur, id emendandum, & bona in corpore coctio procuranda. Si mammarum sint frigidæ & humidæ calefacientibus & siccantibus ea intemperies corrigenda.

De Lacte crasso.

Contrarium vitium est lactis crassities nimia. Contrahitur autem illud vel propter cibum aut potum crassæ substantiæ vel propter mammaram temperamentum calidius & siccus, quo tenuiores partes sanguinis absumuntur & aduruntur.

Cognoscitur lac crassius, ut *cap. preced.* dictum, sicut & post lactis emulsi concrecionem, si parum seri habet.

Solet verò lac crassum plura secum trahere incommoda. Nam & difficiliter coquitur, & facile in ventriculo coagulatur, unde varij morbi & symptomata in infantibus excitantur.

Emendatur autem nimia lactis crassities cibus boni succi & facilis coctionis, quales sunt carnes pulorum, vitulina, hædina: à babulis verò potius & similibus, ut & caseo abstinere. Quæ si non sufficiant, medicamenta moderatè calefacientia & humectantia, ac simul attenuantia surpanda, ut *fructum recens hyssopus, cichoreum*, & si vitiosus aliqui crassi humores sanguini permixti sint, ij euacuentur.

Lac bonum
unde cog-
noscatu.

Lac tenue
& aquosum.

Signa
lactis serosi.

Prognosis.

Curatio

Lac cras-
sum.

Signa.

Prognosis
ca.

Curatio

Lac si sit crassius, interdum planè induratur. Et quidem si secundum omnes partes, butyrosam, caseosam & serosam concreseat *ῥόμβου* seu grumfactio dicitur: Si verò saltem secundum partem butyrosam & caseosam, *ῥόποις*, caseatio, nominatur. Verùm cum hoc vitium potius matribus & nutricibus damnum afferat, quàm infantibus, nisi quod ipsis lac alimentum subtrahitur: de hac lactis concretione supra, *lib. 4. part. 3.* dictum.

Lactis
acrimonia,
sapor, odor
&c. vitio-
sus.

De Lactis acrimonia, sapore, odore, colore vitioso.

Vitia ista omnia lac contrahit vel à prauæ diætæ ratione, vel ex morbis & intemperiebus, quibus viscera matris aut nutricis laborant. Nihil enim est in nobis, quod omnis generis impressiones & mutationes facilius suscipiat, quàm lac, quod vel brutorum lac docet, quod pro pascuorum ratione varium colorem, odorem, saporem contrahit. Quapropter si mater vel nutrix porro, cœpitis, frixis, salis, acidis, cibis nimis aromatibus conditis, oleribus, raphano & similibus vescatur, si ira vel aliis animi affectibus perturbetur, si libidine tentetur, si nimium vigilet, varias mutationes lac inde suscipit. Deinde si viscera matris aut nutricis sint intemperata, atque inde cacochymia cumuletur, ex sanguine vitioso lac bonum generari non potest, sed pro cacochymia ratione lac varia vitia contrahit, & nunc biliosum atque acre est, nunc salsum, nunc humoris atrii & melancholici particeps. Huc pertinent mammarum morbi. Nam si ex intemperie aliqua, inflammatione, a postematibus laborent, bonum lac generare non possunt.

Signa.

Cognoscuntur ista vitia, vel ex ipso lacte, vel matre, vel ex infante. Ex lacte quidem, si linteum candidissimum in eo immergatur & in umbra siccetur. Tunc enim ex colore vitium lactis patet; cum si lac sit biliosum, linteum flavescat: si melancholicum, nigrescat quodammodo. Gustu quoque acrimonia, amaritudo, falsedo deprehenditur: imò etiam si odorem grauem lac spiret, vitiosum est. E nutrice, quod cacochymia alicuius in ipsa adsit. Ex infante, quod plorat, tormina ventris habet, non bene nutritur, vlcuscula & aphthas in ore habet, per aluum liquida viridia vel flaua deiecit.

Prognosticum.

Lac autem eiusmodi infantes in periculosos morbos conuicere solet. Ex eius enim vsu tormina ventris & alui fluxus concitantur, vigilie, macies, aphthæ oriuntur, sæpe quoque epilepsia excitatur.

Curatio.

Emendatur vero lac eiusmodi, si sanguinis è quo generatur, vitium corrigatur. Ad quod emendandum plurimum valet bona victus ratio, si nimirum nutrix vtatur cibis optimi succi, qui cacochymiam optime corrigunt; si det etiam operam, vt cibos bene coquat; contra abstineat ab omnibus, quæ lac corrumpere & vitiare possunt, acribus, salis, cibis prauis succi, vitet iram, & alios animi affectus vehementiores, Venerem. Vini quoque boni & odorati vsus moderatus in assuetis lactis odorem vitiosum corrigit.

Si diætæ ad vitium sanguinis corrigendum non sufficit, medicamentis vtendum, quæ contrarias humoris peccanti qualitates habent. Tandem etiam si nec victus ratio, nec alterantia medicamenta vitium lactis emendare possint, lenioribus medicamentis & cacochymia ratione, *syrupo ros. solutio* & *rhabarbaro*, si cacochymia sit biliosa: *agarico*, si pituitosa: *foliis sene*, si melancholica. Eo tamen die, quo purgatur nutrix, mammam infanti non præbeat, donec purgatio absoluta sit; nisi forsan vna opera ipsum infantem etiam purgare non nihil necessarium. Lac enim purgantium vires facile induit.

A Denique si mammæ aliquo morbo laborent; is conuenienti modo curandus, de quo suo loco.

CAPVT IV.

De Diætæ & Regimine infantium recens natorum.

Vt autem in specie de diætæ & regimine Infantium agamus, postquam infantis umbilicus abscessus, ligatus & compositus, atque ipse infans lotus, statim constitutio eius inquirenda & perlustranda. Ideoque primo considerandum, an mater toto gestationis tempore, satis sana & incolumis vixerit. Id enim sanæ quoque infantis indicium est: imprimis si & pater sanæ constitutionis fuerit. Deinde videndum, quali colore præditus sit infans nuper natus. Optinus autem infantis recens nati color est subruber per totum corpus. Is enim indies paulatim in floridum mutatur. Qui vero primum editi colore sunt florido, aut diluore & albedo, ij plerumque parum bono temperamento sunt præditi & frigidiores, minusque vegeti, nec viuaces. Tertio vagitus & ploratus recens nati infantis debet esse clamorosus & clarus, qui spiritalium membrorum thoracisque validi & robusti ac spirituum copiosorum est indicium. Si vero lubmisse plorant, eos vitale robur imbecille, ac spiritus, pectorisque musculos mouentis facultatis debilitatem habere significatur. Quarto, considerandum, an omnium partium magnitudo, numerus, figura, meatus, situs, cum aliis connexio sese recte habeat. Itaque obstetrix illum blandè contrectet, atque exploret, an quid aliqua in parte sit malè conformatum, vt illud postea, quantum fieri potest, melius fingi & corrigi possit, brachia & crura sæpius extendat & contrahat, vt si quid mucii vel sordium iis adhæreat, abstergatur & dissipetur; palpebrarum, aurium, narium, podicis, vuluæ, penis ductus meatus & orificia exploret, an rectè pateant, in digitorum in manibus & pedibus interstitia inquiret, ne quid præter naturam cohæreat; digitum in os immitat, & à sordibus fauces & linguam mundet, & an vinculum linguæ sese habeat, exploret. Hinc fasciis & linteolis mollibus infans inuoluendus, & in cunas reponendus. Galenus, *1. de tuend. sanis. cap. 7.* antequam fasciis infans deligetur, totum prius corpus sale modico conspergendum censet, quo cutis eius densior solidiorque iis, quæ intus sunt, partibus reddatur. In vtero enim æque cum reliquis mollem fuisse. Verùm metuendum est, ne sal mordacitate sua pruritum excitet, & alia incommoda infanti afferat. Ideoque hic mos à paucis postea retentus, successitque in eius locum apud multos infantes recens natos vino ablundi consuetudo, nec ratio quam affert Galenus, vero consentanea est; siquidem cutis in vtero iam peculiarem constitutionem ab internis partibus differentem obtinet neque cutem densare, & transpirationem prohibere tutum est, vt ipse Galenus *cap. 10.* monet. Multò minus Barbarorum quorundam & inter eos Germanorum quondam mos imitandus, cuius Galenus, *loc. alleg.* mentionem facit, qui infantes adhuc ab vtero calentes proximo flumini immergebant, vt validiores solidioresque redderentur, & vt infantium, quos ad bellum præcipuè educare solebant, robur & vires explorarent; cum proculdubio hanc in aquam frigidam immersionem non nisi robustiores tulerint, renneriores verò & imbecilliores extincti fuerint, de quo Virgilius:

*Durum à stirpe genus natos ad flumina primùm
Deferimus, saucque gelu duramus & undis*

Signa ia-
fantis (es)

Sit enim sane, vt Iul. Alexandrinus, *salub. lib. 27. cap. 3.* scribit, vt cum nationes istæ barbaræ animaduertent, quàm à nascendi statim initio inter aduersissima quæque & incommodorum cursus assiduos, vita per bella & rapinas, ærumnaque omniâs, dies & noctes, nubilo, sereno, ventoso, quieto à ventis, tempestuoso ac furente, pacatoue celo, nullo discrimine ducenda fuerit, durandorum sibi natõrum aduersus istas iniurias, in annes à partu statim immersionem sibi commodam esse existimant, satiusque esse duxerint, vt vitæ in eo aleam subirent nati, à quo vel ingens expectanda esset atque incomparabilis ex successu reliquo omnitempore utilitas, quàm eos ad ærumnosam vitam reseruare: tamen barbarum & effetum hunc morem & inhumanam profus consuetudinem fuisse nemo negare potest, quàm ipsi barbari postea etiam abrogarunt, quæque ipsi sine reliquæ vitæ damno carere potuissent, cum aliâs, etiam si non in aquam modo natos immerfissent, ita parum delicate eos tractarij & educarij, vt prima educatio vitæ totius fuerit rudimentum, omnibusque iniuriis ferendis facile percommoda.

Antequam verò infanti mamma præbeatur, mellis aliquid vel *ol. amygd. dulc. recentis*, vel *diamygdalatum*, seu *mistura ex ol. amygd. d. recentis*, & *iacharo* confecta lingenda præbeatur, vt si quæ sordes & excrementa in vtero collecta in ventriculo & alio infantis hæreant, abstergantur. Solet enim in vtero materno in ventriculo & intestinis infantis materia quædam nigra & picea quasi colligi, quæ primò statim euacuari solet, quod nisi fiat, epilepsia concitari potest. Imò censent nonnulli, integro primo triduo diamygdalato isto vel simili materia infantem nutriendum esse. Alij etiam putant, cum lac primis diebus minus purum sit, aliam nutricem iuterim adhibendam esse, donec lac purius fiat. Quod vt non improbanus, ita lactis conditio est inspicenda, cum in aliis matribus citius, in aliis tardius lac purum fiat. Si enim valde impurum sit, præstat aliam nutricem adhibere, donec purius reddatur. Serosius non nocere putat Adr. Spigelius, vt supra dictum, sed potius prodelle, ad abstergendum istud nigrum excrementum.

Infans quoque ab omni externa iniuria muniendus, & in aère mediocriter calido seruandus. Si tamen temperamento optimo præditus non sit, aër non nihil ad contrariam qualitatem inclinet. Temporum tamen anni etiam habenda ratio, vt scilicet hyeme in aère calidioro, æstate frigidioro degant. Iaceat infans in cunis, in loco non minus luminoso, ne è tenebris vteri materni egressus, lumine nimio offendatur. Lumen siue Solis siue cancelarum accensarum ita ipsi obiciatur, vt rectis oculis id aspiciere possit, non verò sursum vel ad latus retortis aut contortis oculis id excipiat: Ideoque non retrò ad caput eius eandem ponatur, vel solis lumen admittatur, ne dum oculis in cunis lucem perquirat, nec corpus aut cervicem eò flectere potest, quocunque potest modo aut limis, aut transuersis, aut retortis aut distortis oculis lumen ad spectare conatur, teneros musculorum oculos mouentium tendines in eam consuetudinem adducat, vt natura habitum inemendabilem inde contrahat, & strabus infans fiat. Quod quamprimùm animaduertitur, imò si quid vitij huiusmodi ab ortu habeat, in quam partem sese præter naturam flexerit oculus, eius partem ex aduersum statuatur lumen diurnum nocturnumque, vel res splendidiore; vt pictæ tabulæ, aut olæa coloratiora ea parte oculis obiciantur, vt in contrarium oculos moueat infans. Quæ de causa etiam conopsea vel aliud velum in cu-

nis supra caput infantis extendi solet volgò, vt hoc modo lumen nimium excludatur, & vagus oculorum motus inhibeatur, ac vitus in lectum dirigatur.

Cauendum quoque studiosè, ne tæteatur infans. Nunquam etiam is, seu vigilans, seu dormiens, solus relinquatur, ne vel ab animalibus venentis, vel exteris aliis iniuriis, quas à se depellere non potest, lædatur: sicut compertum habetur, scorpiones, serpentes, lacertas in ore infantium interceptisse, vel eos alio modo laesisse, vel feles is incubantes eos suffocasse. Dormiat & cubet infans in cunis, non apud matrem vel nutricem in lecto, donec ipse manibus & pedibus solutus, ad motum iam aptior sit, ne, quod læpe compertum, manibus & pedibus fasciis ligatus & inuolutus, vel lecto, vel ab incumbente per somnum matre aut nutrice suffocetur. Cuius verò in quibus cubant infantes, sunt duplices, alix in semicircularibus subditis pedibus in pavimento vel tabulato agitantur: alix sunt persistes. Hæ comodiore; cum sine grauiore concussione, leuius mouentur, nec infans ex his facile excutitur: illæ verò cum maiore agitatione & concussionem mouentur, & interdum infantes ex his excutuntur. Sit tamen ploratus infantis sedari aut somnum leuialla pensilium cunarum agitatione conciliari non possit, harum fortiori agitatione interdum opus est. Quæ res ipsa ostendit, nullam omnino ætatem esse, cui torpor & quies nimia grata sit, sed omnes moderatis exercitiis delectari, & propterea infantes, cum ipsi nondum moueri & exerceri possint, aliena opæ, qua mouentur, gaudent.

Somno plus indulgeant infantes, quàm vigilis, vt concoctiones melius perficiantur, neque vigilis spiritus dissipentur: vnde si vigilix vigeant, cantionibus, cunarum agitatione, gestatione in vltis, & frequenti mammarum exhibitione somnus conciliandus: qua in re tamen cauendum, ne nimia cõpia lactis, quam concoqueie non possit, ventriculus infantis oneretur.

Recens natus infans singulis diebus semel balneo aquæ dulcis tepidæ abluendus, simulque corpus infantis moderatè fricandum. Frictiones enim eiusmodi concoctionem & distributionem alimenti adiuuant, exercitiique mollitiem nondum obire solent, loco est, omniaque membra roborat, & firmiora reddit. Et ad fricandum nonnulli olei dulci vtendum censent, cui quidam etiam salitriti paululum addunt, quod tamen in nostris regionibus vsitatum non est.

A Balneo infans fasciis linteis innoluendus, ne manus & pedes liberè mouere, & ossa quæ flexibilia adhuc sunt, distorquere, & figuram præuam eis conciliare possit. Post menses quatuor manus & brachia solui, & fasciis liberari possunt. Totus autem thorax & venter, etiam ultra annum, linteis innoluendus, ad fouendum calorem, & partes istas, tuendas. Alias etiam quoties expurgatur infans à sordibus excrementorum alui & vrinæ mundandus, ne ex his pruritus, dolor, & excoiatio aliqua contrahatur.

Curandum quoque vt alius libera & mollis sit, quod facile fiet, si lac bonum sit & convenienti quantitate præbeatur: quod si alius durior sit, oleis pinguedinibus & limentis emollientibus venter inferior infra vmbilicum illinendus, vel etiam elyster emolliens iniiciendus.

Ploratus quidem & vagitus mediocriter ad cerebrum euacuandum, pulmones dilatandos & euacuandos, caloremque natuum excitandum tamen verum immodicæ fluxiones in oculos, earithos,

hermiasque excitare solent. Minus quoque nocent prius antelactationem, & lacte plane concoctus plus vero post lactatum; cum concoctionem impediunt. Et cum infantes non sine causa plerumque, sed lacessiti à re aliqua molesta, prudens mater vel nutrix diligenter inquirat, quamnam causam ploratus sit, ut ea amota quies & somnus infanti concilietur. Videndum nimirum, an involucria sordida sint; cum infantes munditiam amant, nec involucria fecibus alui vel urina conspurcatis & sordidis placide dormiant: an fasciæ nimis strictæ sint, lintamina dura, aspera, vel contorta, vel acus, aut pungens aliqua res simul inuoluta: an vero tormina ventris adsint.

Qualis ei-
bus infan-
tibus præ-
bendus.

Alimentum quod attinet, primis aliquot mensibus saltem lac sugendum præbeatur, idque toties quoties illud postulant, modo non vomitu, vel alui fluxu laborent, ventriculique copia lactis non oneretur. In lactando autem infante hoc obseruetur, ut ei nunc dextra, nunc sinistra mamma præbeatur, præcipue cum infanti iam manus à fasciis solutæ & liberæ permittuntur, ne si sinistra solum admoueat, dextramque ita manu sinu & brachiis nutricis oppressam habeat, sinistram vero liberè moueat, è consuetudine hac solum sinistra manu uti incipiat. Post menses vero aliquot etiam pulmenta ex farina triticea infanti præbeantur, quæ cum sint nimis humida & viscida, & propterea tormina & obstructions pariant, vermesque & calculos generent in olla fictili noua in clibanum immittenda, & consue ferè ibi relinquenda, donec panis, qui simul immixtus est, coctus sit. Ita enim visciditatem illam deponit. Vel quod commodius est, parentur pulres ex medulla panis triticeæ, imprimis aqua macerata aut lora, cum aqua aut lacte parata. Vegetiores infantes maturè iis assuescere possunt. Post pulmenta autem sumpta per horam ferè à lacte abstinere infans, ne lac cum pulte diutius in ventriculo detentam corrumpatur. Atque talis diæta vsque ad dentitionem, obseruanda.

CAPVT V.

De Diæta Infantis à dentitione vsque ad ablationem.

Antequam infanti dentes erumpunt, non conuenit, ipsi solidiores cibos dare: cum eos masticare non possit. Postquam vero dentes eruperint, ipsum sensim solidiori cibo assuescere, lac tamen non denegare conuenit: & proinde panis à nutrice non nihil masticatus, hinc legumina cocta, & carnes item masticatæ interdum ori infantis indendæ: duriora autem quæ sunt, ea exhibenda non sunt. In hac tamen alimenti mixtione id cauendum, ne dum lac est in ventriculo, aliquid acetosum, austerrum, vel alium qualitatis excessum habens, ob quem lac in ventriculo coagulari vel corrumpi possit, exhibeatur.

Deinde cum infans iam membris firmior sit, & manibus ac pedibus iam uti, ac reperere & ambulare incipit, bonum indicium est, & caloris institoris ac vegetioris constitutionis argumentum, si infans crebro sese loco moueat, nec quietus plane sedeat. Qui vero quieti & quasi torpidi sedeat, minus alacres & viuaciores sunt. Non tamen nimis maturè ad motus tales infans admittendus; multò minus, quod interdum imperitæ nutrices faciunt, ut pedibus nimis maturè insistat, cogendus, unde crura adhuc mollia distorquentur & curuæ fiunt, infantesque varij, vacij, vel valgi euadunt. Cum au-

tem pedibus iam firmiter innititur, fascia molli cingulo connexa à nutrice semipendulus ducendus infans. Deinde ut solus ambulationi assuescat, patet curriculo, quem ipse protrudere, simulque cum curriculo ambulare, nec tamen cadere possit, includendus, quales passim apud matres famulas videntur, quatuor infra subditis rotulis sic compositi, ut quoquo versum sese egerit infans ei inelusus, facile sequatur. Hoc enim tanquam ludicris exercitiis, nunquam fallente pede, aut labente gressu, sensim infans ambulationi assuescit, & formare ac figere pedes, & gradus sistere incipit. Vbi vero iam ipse sine adminiculo ambulare incipit, cum vix fieri possit, quin aliquando cadat solus non relinquendus, & ut periculum omne præcaueatur, circulus quidam rotundus frontem ambiens, duos alios semicirculos, forma crucis in vertice capitis sese intersecantes annexos habens, ex lineo panno vel pelle aliqua molli, lana bombycina, vel pilis capreoli infarctos, veluti corona capiti imponendus, qui si infans forsan labatur, præcauet, ne alicubi caput in res obuias duras impingat.

Balneum quod attinet, equidem infans recens natus singulis diebus lauandus est; post tertium tamen mensem vsque ad septimum alternis diebus eum lauare sufficit: à septimo vero mense vsque dum à lacte remouetur, singulis septimanis bis lauare sufficit. Nec hoc circa regimen infantium hoc loco prætereundum, cum sæpe hac ætate infantes sinistra manu agiliores fiant, eamque vsu roborent, contra dextram torpescere sinant, fasciatione & obligatione sinistrae manus id præcauendum, & dextra manus ipsis libera, relinquenda, ut ea frequentiore vsu roboretur & agilior fiat.

CAPVT VI.

De Infantis ablatione.

Infans à lacte remouendus non est, antequam ferè perfectum dentium numerum habeat. Et enim si citius ablaetur, cibos solidiores ob dentium defectum masticare non poterit: quod cum in adultis incommodum sit, difficilis in ventriculo coctio fiat, si cibus in ore masticatione non præparatus ingeratur, multò magis in infantibus id accidit. Præterea cum infans in dentitione, & maxime cum caninos edat, febres, gingivarum dolorem & alia symptomata pati solet, periculum est, ne ablatio malum istud augeat.

Tempus ablaendi infantes non semper idem est. Quidam enim sunt vegetiores, qui citius ablaeri possunt: alij debiliores, qui diutius lactandi. Interdum quoque matris vel nutricis causa, si conceperint, vel non satis rectè valeant, citius quam fieri deberet, ablatio instituenda. Ideoque alij mense duodecimo, alij decimo quinto ablaentur. Commodissimum tamen est, ut ad sequiannum, vel etiam biennium infans lactetur; & commodius est, diutius paulò infans lacte nutrire, quam nimis citò ablaeri. Conuenientissimo enim hoc alimento partes roboratæ per omnes postea ætates huius benigni alimenti beneficium sentiunt.

Quocumque autem tempore ablatio fiat, non subito alieni cibi infanti offerendi sunt, sed dum adhuc lactatur, sensim iis assuescat; cum omnis subita mutatio sit periculosa, & cibus etiam bonus, quibus non assuevit, homo malè ferat. Ideoque pulmenta ex medulla panis loti, iuscula è carne gallinarum, vel bubula cocta cum pane triticeo exhibenda.

Ablatio
infantis.

Tempus
Ablati.



PARS SECVNDA.

De morbis & Symptomatibus Infantium.

CAPVT I.

De Infantium morbis in genere.



QVÆCUNQUE autem diligentia in infantum diæta rectè instituendâ adhibeatur, rarò tamen fit, vt non aliquid præter naturam patiantur. Etenim cum totis mensibus mensibus sanguinis mensibus euacuari solitus, & præterea vitiosi humores, qui interdum cum eo euacuari solent, in utero retineantur & cumulentur, facile fieri potest, vt labesilla in fœtum doriuetur; Insuper cum matres non omnes æque sanæ sint, & præterea multi graues sæpe in diæta errores committantur, omnè vitium illud vnâ cum alimento fœui communicatur, quæ omnia etsi non semper in utero morbos in infantibus pariunt, (quod tamen etiam nonnunquam fit tamen postea in lucem editis causæ istæ in utero collectæ sese exerunt, & varios morbos ac symptomata excitant. Accedunt postea & aliæ causæ externæ & euidentes, quæ cum aliis mouendo, cum ipsæ per se morbos pariunt. Primò nimirum ipsi partus labores, in quibus & ipso infans, dum comprimitur, sæpe non sine vi, ex utero extrahitur vel extrahitur, læditur. Deinde vmbilici abscissio & ligatura, è qua, antequam consolidescat, etiam aliqua molestia & dolor accidit, imò interdum inflammatio quoque. Tertio loci mutatio. Dum enim antea matris utero & peculiaribus inuolueris, carne, membranis, & humoribus, omnibus, tepidis, mollibus vel liquidis, infans ambiebat & tegebatur, iam aëri, cui non allueuit, obicitur, & hinc sicis atque asperiusculis inuoluitur. Quarto, qui antea matris sanguine, eoque purissimo, quem natura eligit, alebatur, nullo labore ventriculi accedente, iam nouo cibo, lacte nimirum vel matris vel nutricis, quod non semper æque probum, imò pulcibus sæpe alitur, vnde morbi matrum & nutricum in infantes deriuantur, & cibi iam in ipso ventriculo prius coquendi sunt, & postea in epate in sanguinem mutandi, qui omnibus partibus alimentum præbeat, à quibus concoctionibus variis errores accidere possunt. Tandem ipsa intemperies infantium calida & humida putredini & inde variis morbis est obnoxia. Et licet calor in infantibus satis sit copiosus & vegetus: tamen sæpe excrementorum copia obruitur.

Differentiæ

Sunt autem morbi & symptomata infantium plurima. Nonnulli quidem is cum adultis communes sunt, quibus tractandis quidam libros suos de infantium morbis augent. Verùm eos omnes hic, quantum fieri poterit, prætermittimus, & eos saltem, qui infantibus vel proprij vel magis familiares sunt, proponemus, in quibus recensendis autores etiam variant. Hippocrates secundum ætates eos diuidit, vt supra in præmio diximus, dum 3. aphor. 24. ita scribit: *Parris & nupernatis pueris fiunt oris ulcera, vomitiones, tusses, vigilia, paiores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.* Et ibid. aphor. 25. *Aduentante dentitionis tempore, gingi-*

Auarum pruritis, febres, conuulsiones, alij profluvia, maxime cum caninos edunt, & eis præsertim, qui crassissimi sunt, & qui alio sunt dura. Et, ibidem, aphor. 26. *Ipsis vero grandin' oculis, top' silia non inflammationes, vertebra in occipite, interiorum luxationes, anhelationes, calculi, lun' bric' rotundi, a carides, verruca pensiler, ja yri' smi, stranguria, struma, & alia tubercula, præcipue verò am' d' d'.* Et quidem verum est, quosdam ex his certis tantum temporibus proprios esse, vt vmbilici inflammationem nuper editi, quosdam temporis progressu fieri, vt dentitionem & calculos; Ietique tamen toti infantia communes sunt. Neque enim vigilia, paiores, tusses, solum nuper natis, sed & post accidunt: Conuulsiones, febres, non solum circa dentitionem, sed & nuper natis, & post contingunt. Et sunt præterea alij morbi, qui quoque infantibus infestant, vt variolæ, morbilli, crusta lactea, faui & achores, ranula sub lingua, vinculi lingue breuitas, intertrigo & alij. Quapropter practicos plerosque secuti à capite ad calcem morbos & symptomata ista, quæ infantibus seu propria, seu magis familiaria sunt, proponemus.

Et si verò nonnulli existimant, infantium morbos solum naturæ & mulieribus, quæ infantes tractant, committendos esse: tamen & hæc Medico suæ partes sunt. Equidem quidam morbi difficulter in infantibus cognoscuntur: cum infantes nec voce nec alio indicio partem affectam & morbum, & symptomata monstrare possunt: *scilicet* tamen etudito non rarò & hi cognoscuntur, quidam verò morbi & symptomata per se manifesta sunt. Etsi quoque non omnia medicamenta admittant infantes, neque omnia auxilia vires eorum imbecilliores ferant: dantur tamen auxilia, quæ ipsis infantibus commode adhiberi possunt, & ea ipsa de causâ peculiaris prudentia opus est in medicamentis infantibus præscribendis, atque ideo de infantium morbis curandis peculiariter tractare opus est.

In curatione autem infantium præcipue auxiliorum & medicamentorum habenda est ratio; neque enim infantes ob corporis debilitatem fortia medicamenta & auxilia ferunt. Sanguinis missionem certè non sustinent. Nam etsi Rhases, libro de peste, capite quarto, post quintum ætatis mensem pueris posse cucurbitulas apponi statuit: tamen nemo hodie in tam tenella ætate id audet. In ò nec Auicennæ consilium, qui quarta primi, doctrina quinta, capite vigesimo primo, post annum cucurbitulas pueris apponi permittit, facile quisquam hodie præcipue in nostris regionibus, lequitur. Et si purgatione opus est, fortia purgantia non ferunt infantes, sed vel glandes ano indendi, vel clysteres iniiciendi. Exempli gratia: ℞. Fol. viol. malua an. M. j. flor. chamamel. viol. an. P. j. Coq. in f. q. Aq. f. Col. ℞. ℞. iv. vel v. pro ratione ætatis, & adde Strop. vel mellis ros. sol. ℞. ℞. vj.

vel ꝑ. j. ol. violar. ꝑ. b. F. Clyster: Vel ꝑ. Serilactis caprin. q. s. Adde Sir. de cichoreo cum rhabarbar. vel mellis aut sirup. ros. vel viol. solutiu. ꝑ. j. ol. viol. ꝑ. b. F. Clyster.

Si aliis purgantibus opus est, matri vel nutrice comodissime exhibentur. Vis enim purgantium per lac in infantes derivatur. De quo Hippocrates, 6 epid. c. 6. tract. 35. *Mulier, capra, elaterium aut cucumerem syluestrem edentes, pueris purgatio.* Neque ut Galenus in comm. addit, elaterium solū, quod cucumeris sylvestris succus est, quemadmodum & ipsum cucumerem vescentem lac puerum lactantium purgatorium gignunt, verum si quod aliud etiam medicamentum purgatorium sumserint. Et quidem tutius est, ut fortiora talia capra comedant, & capratum lac ipsis matribus & nutricibus exhibeatur. Ita enim effertior vis medicamenti purgantibus, in tot alterationibus & mutationibus, quæ & in capra & in nutrice fiunt, restringitur. Ipsi vero matri miora purgantia exhibere tutius est. Ipsi tamen etiam infantilem pro ratione ætatis exhibere licet, ut Sir. & mel. ros. & viol. solut. Sir. de cichor. cum rhabarbar. de sol. sena manna, cass. passul. laxat. Et cum talia medicamenta non semper promptè sumant, pulvis mechoacannæ, ac pauxillum cinamomi vel zingib. iusculis inspergi potest. Purgantia v. ex ꝑ. & ꝑ. quacunque etiam ratione ab Empiricis commendentur, infantibus non exhibenda. Et memini aliquot infantes, ꝑ. vite, & croco metal. tenerè exhibitis, necatos fuisse. Imò nec alterantia fortiora ipsis exhibenda. Vetula hæc quædam, non ante annos multos, infanti recens nato epilepsia laboranti gutt. ij. vel iij. ol. succini exhibuit, vadè tantus in corpore infantis ardor excitatus est, ut tota cuticula, quasi feruida aqua combustus foisset infans, abcesserit, & infans paulò post mortuus sit.

CAPVT II.

De Febris Infantium, & Variolis ac Morbillis.

Febres infantium.

VT autem in specie de his dicamus, sunt Infantium morbilij vniuersales, alij particulares, vniuersales quod attinet, ex iis præcipue sunt febres & quæ interdum iis coniunguntur Variolæ & Morbilli. Sunt vero febres, quæ infantes inuadunt, vel sporadicæ & priuatæ, vel epidemiæ. Febres illæ priuatæ ex variis causis oriuntur. Primo enim Febres omnis generis, quæ adultis accidere solent, etiam eos ex iisdem causis corripere possunt; Testaturque ipsa experientia, febribus continuis & intermittentibus omnis generis, tertianis, quartanis, non saltem adolescentiæ proprie, sed etiam tenellos adhuc infantes corripit, sicut anno 1616. cum autumno quartanæ hæc frequentes valde essent, etiam infantes tres montes nati quartana correpti sunt. Verum de hoc febribus genere, cum infantibus cum adultis id commune est, hic non agam, neque rectè inter morbos infantium febres recensentur: & si inter morbos infantium hæc febres numerari deberent, multi quoque alij morbi, qui infantibus cum adultis communes sunt, hic addendi essent. Et propterea Mercurialis, l. 2. c. 1. de morbis, non rectè inter morbos puerorum de his febribus tractat. Et quanquam plures causas, cur in infantibus febres accidere possint, afferat: tamen ipsis cum adultis vel sunt communes, vel falsæ, ut pote quod corpora puerorum sint densa; cum conti à omni Medicorum consensu constet, esse laxa & mollia; & quod Galenus dicat, 3 aph. 25. propter ætatem puerilem febres fieri. Corrupta enim exemplaria sunt, in quibus legitur, *febricitant pueri propter ætatem; cum in emendationibus legatur, febricitant ætate propter dolores vigilias, & inflammationes.* Duo vero alia fe-

brum genera infantibus propria sunt: Primo enim infantes, & frequentissime quidem, febre corripuntur, ob lac corruptum: quoniam ubi hoc putrescit, & bilefcit, reliquos etiam humores accendit, vnde tandem calore accenso cordi communicato febris oritur. Deinde infantes febribus corripuntur, vbi dentes ipsis erumpunt. Nam, ut loco ante allegato, 3. aph. 25. dictum febricitant infantes propter dolores, vigilias, inflammationes. Et enim dum dentes ipsis erumpunt, dolor & pruriginosus & pungitiuus in infantium ore excitatur, nonnunquam & gingiæ inflammantur, vnde vigilæ oriuntur, quæ causæ omnes humores calcificandi, exsiccandi, inflammandique, atque ita febres pariendi vim habent.

Signa Diagnostica.

Febres ex primariæ iisdem signis, quibus in adultis cognoscuntur. Febres autem, quæ ex lacte corrupto fiunt, ex eo cognoscuntur, quod tunc dentes nulli erumpant, lactisque corrupti signa adsint, ventris tormina, alui detectiones crebræ, flauæ vel virides. Febres autem ex dentitione, dentitionis signis manifestantur.

Signa.

Prognostica.

1. Febres illæ plerumque periculo vacant; cum causa sublata spontè cessent. Si tamen lactis corruptio diu duret, interdum infantes in vitæ periculum conuiciuntur.
2. Quibus in dentitione febris acuta accidit, ij raro conuulsionibus tentantur. Hippocrates, de dentitione.

Prognostica.

3. Interdum tamen fluxiones alui & vigilæ accedunt, quæ infantes iugulant.

Curatio.

Si febris sit à lacte corrupto, cum tales febres plerumque sint biliolæ, frigidis ac humidis vitium illud corrigendum, & propterea alimenta talia matri siue nutrice exhibenda, lactuca, eniua, acetosa, emulsio sem. 4. frigid. maior. pisana hordeacea; Vino verò matres & nutrices, dum infantes, quos lactant febricitant, abstineant. Ipsa etiam nutrix manna, cassia, el. lenis, s. Diacathol. & Sirupo solut. leniter purganda.

Curatio.

Possunt & alterantia ipsis infantibus exhiberi, ut succus & sir. viol. sirupus acetos. citri, violar. Aqua cichory, endiu. violar. saccharo dulcorata.

Extra verò spina vnguento è mucilage sem. cydonior. & psyllij, cum ol. viol. & modico, cera parato, inungatur, Aut emplastrum ex semperuino, plantagine, solano, ruta, farina hordei & albumine oui, ventriculo imponatur. Et omnino vtile est, vbi lac corruptur, ac bilefcit, refrigerantia & adstringentia ventriculo imponere, ut lactis corruptio præcaneatur, & bona fiat concoctio. Ut ꝑ. Ol. rosar. mastichin. an. ꝑ. b. santal. rubr. coralliar. an. ꝑ. j. cere parum. Misc. Si verò à dentitione febris sit danda opera ut dentium eruptio facilis sit, & de ore, qui dentitionis accidunt, leniantur, de quo infra, cap. 14. de dentitione, dicitur. Alterantia quoque, quæ de febre ex lacte corrupto modò sunt proposita, & hæc locum habent, & vtilia sunt.

E

De Variolis & Morbillis

Interdum verò febres epidemice grassantur, quæ infantes præcipue corripunt, quarum crisis fit per variolas & morbillos. Egi autem de hoc febribus genere pluribus, lib. 4. de febrib. cap. 12. quæ ubi videtur. Pauca saltem hic addam. Primo causam quod attinet grauissima est de ea apud Medicos controuersia, & plures sunt ea de re autorum opiniones, due tamen præcipue, vna Arabum & eorum, qui statuunt, variolas & morbillos ex reliquis manibus imparitatis in vtero contractæ oriri. Altera Febrilij quidocet, ex peculiari malignitate hæris, corpora teneriora infantium afficientis; variolas & mor-

Variolæ & Morbilli.

billos generari. Rationes pro vtraque sententia *loc. alleg.* videantur. Vtrum commodissimum videtur, vt ibidem diximus, sententias istas coniungere & statuere in corporibus infantiam vtiuosam aliquam dispositionem in vtero contractam latere, quæ ab aëre externo maligno, vel contagio in actum deducta, ebullitionem quandam humorum & febrem excitet, cuius crisis fiat per variolarum & morbillorum eruptionem, quæ propterea etiam, vbi eruperint, cesset. Aut si quis adhuc magis in Ferneli partes inclinare velit, statuere posset, quod aër malignus & contagium pro malignitatis peculiari differentia, nunc has, nunc illas in humoribus corruptiones inducat, & nunc dysenteria nunc bubones, nunc carbunculi orientur: ita hanc etiam humorum corruptionem inducere, è qua variolæ vel morbilli orientur, præcipuè in infantibus, quorum sanguis calidior longè & humidior est, & longè aliter dispositus, quàm adultiorum, & propterea etiam vbi à maligno aëre vel contagio insicitur, aliam quàm in adultis corruptionem induit. Vnde etiam pro aëris constitutione varia, nunc mitiores, nunc peiores sunt Variolæ & morbilli: quod non fieret, si saltem ab interna in vtero contracta dispositione ortum haberent. Interdum quoque penè pestilentes sunt, & compertum est, tantam in variolis fuisse humorum corruptionem, vt sub crustis vermes reperti fuerint; Præterea non solum carnosas partes, vt Paræus, l. 19. c. 1. adnotauit, sed & ossa atroserint & corruerint, instar luis Venereæ, atque arthrosi & labefactatis cubiti, carpi, genuum & pedum dearticulationibus mouendi facultatem ademerint, imò etiam in ipsa interna viscera fixauerint, vt in dissectione morbo hoc extinctorum obseruatum, & eas in iis impressiones reliquerint, è quibus postea dysenteria, phthisis, hydrops secuta sint. Contagiosæ verò penè semper sunt infantibus. Et si enim plurimi infantes variolis & morbillis corripiuntur, ad quos contagiū non peruenit, ex sola aëris constitutione maligna: tamen infantes cum aliis infantibus variolis & morbillis laborantibus sine periculo non conuersantur, sed *mutuata* ab iis hauriunt, & eodem morbo corripiuntur. Deinde & hoc notandum, duo interdum genera februm accidere in Variolis. Etenim in Morbillis vbi sufficienter ij eruperint, vt & in variolis si pauca & benigna sint, solet febris planè euanescere. In variolis verò si sint copiosæ & prauæ, vbi suppurare incipiunt, cum tota cutis sæpè intumescat & quasi inflametur, solet noua febris, etsi prior ferè euauerit, accendi, quæ interdum periculosa est, quam prior, & quæ non prius cessat, donec variolæ maturatæ sint, & exsiccati incipient.

Præseruatio
à variolis &
morbillis.

Tandem etiam de præseruatione aliquid addendum, an nimirum tutum sit, à variolis infantes defendere. Vbi notandum, præseruationem inst. tui posse, vel dum infans nondum febricitat, metus tamen est, cum alij infantes plurimi hoc morbo laborent, ne & ipse variolis corripiatur; vel dum infans febricitat iam incipit. Prior præseruatio institui potest, vel mutatione aëris, vel medicamentis adhibitis. Aërem mutare commodum est, cum variolæ sunt malignæ, & plurimi infantes moriuntur. Si verò variolæ sint benignæ, & plerique omnes euadant, non necessarium est aërem mutare; cum nihilominus alio tempore, ac forsà periculosiori, idem morbus, vt omnibus fere necessarius, iis sustinendus sit. Non inutile tamen tunc est, pro ratione ætatis & corporis constitutione, infantes leniter purgare, vt cacochimia & vitiosi humores, qui malum exasperant, & febrem deteriore reddunt, subtrahantur. Deinde alexipharmaca mitiora & contra malignitatem pugnancia exhibere, quæ naturam roborant, vt postea in expellendis variolis & morbillis fortior sit. Si verò iam febris præsens sit,

A amplius præseruatio locum non habet, sed tunc danda opera, vt variolæ, vt & morbilli, maturè erumpant, quæ de causâ expellentia exhibenda, de quibus *loc. alleg.* dictum. Interim vtile est, partes quædam priuatas, vt oculos & fauces, vt itidem *ead. loco* dictum, à variolis & morbillis defendere. Narrauit mihi Illustriss. quædam Principissa in Aula paterna vilitatum fuisse, vt virginibus, quas variolæ inuadebant, tota facies linteo aqua rosar. madida. obtegeretur. Quæ re equidem deformitas, quæ excicatricibus variolarum oriri solet, præcaueri potest. Verùm dubito an semper tutum sit eiusmodi remedium, & an illam, quæ per faciem erupturæ orat, materiam, naturam ad partes ignobiliores sit detrusura. Quod nisi fiat & variolæ sint multæ, faciliè fieri poterit, vt in capite retenta cerebrum occupet, & delirium, phrenitidem, & alia mala excitet.

CAPVT III.

De Crusta lactea, achoribus & fauis.

Particulares verò corporis humani partium affectus, qui infantibus proptij vel familiares sunt, quod attinet, primò, si à capite ad calcem progredi libet, occurrunt crusta lactea, achores & faui, quæ omnia sunt vlcera & tubercula capitis imprimis, quæ infantibus tempore lactationis accidunt, è quibus perpetuò saniosum & purulentum quid emanat, quæ Græcis ἀχόρη & κρούρα seu fauos nominant. Vulgò eadem crusta lactea, seu lactumina, Germanicè *der Ansprung* nominantur. Nonnulli, neque planè sine causâ, crustam lacteam ab achoribus distinguunt, & illam plerumque infantibus in principio lactationis accidere; achores etiam in adultioribus oriri notant. Neque res est de nihilo, & omnino crusta lactea magis albicat, achores verò alium colorem habent. Crusta lactea quoque non solum occupat faciem, sed & vniuersam corporis cutem fere inquinat; cum achores saltem sint in capite. Quia tamen causæ non multum discrepant, & curandi ratio quoque eadem est, hoc capite istos affectus coniungemus, & definimus crustam lacteam, fauos & achores, quod sint vlcera seu vlcerosa tubercula, in capite præcipuè sed & interdum in reliquo corpore, in quibus apparent foramina, è quibus saniosum quid continuo effluit.

Crusta
lactea.

Crusta
lactea, faui
& achores
quid?

Causæ.

Causæ.

Oriuntur autem hæc vlcuscula ex humoribus excrementitiis, serosis & acribus, seu, vt Galenus, *l. de compos. med. sec. loc. cap. 8.* scribit, generantur ex humore misto, qui partim tenues, serosæque & mordaces partes, partim vero crassum succum secum habet, & omnino salsum & nitrosum quid in se continet. Hinc & color horum vlcusculorum nunc albus, nunc flauus, nunc ruber, nunc nigricans est semper tamen salus & mordax, vnde pruritus excitat, & ad scalpendum infantes inuitat. Celliguntur vero isti humores partim in vtero, ob impuritatem sanguinis materni, quo aluntur infantes, partim lactis vitio, quo à matre vel nutrice nutriuntur; postea verò à natura in ambitum corporis detruduntur.

Signa Diagnostica.

Signa.

Affectus hic sub aspectum venit & vulgo quoque notus est.

Prognostica.

Prognostica.

1. Equidem talia vlcera plerumque in infantibus ad secundam valetudinem facere creduntur: nec sine causâ; cum natura vitiosos humores è

De Crusta lactea, achoribus & fauis. 699

partibus interioribus ad ambitum corporis expellat. & propterea si euaneſcant, infantes in febres & alios morbos incidant.

2. Et Hippocrates, *lib. de ſacro morbo*, ſcriptum reliquit, infantes, ſi iſtis vlcera in capitibus vel circa aures, vel in facie, vel in reliquo corpore exciten- tur, liberari ab epilepſia; quod etiam annotauit Auicennas, *primaterij tract. 3. cap. 8.*

3. Sanantur verò plerumque ſpontè etatis progres- ſu hæc vlcera.

4. Si tamen nimis diu durant, ſequitur tinea, ca- pillorum deſluuium, & alopecia, & metuendum, ne tales exulcerationes vique ad cranium, imò cranium penetrent, ſi materia nimis praua ſit; & obſeruatum cranium ita huic vlceribus corruptum fuiſſe, vt exci- derit, & meninges cerebri conſpici potuerint.

Curatio.

Curatio.

Ideoque ſi nihil mali metuendum ſit, præſertim quando faciem non deformant, nec oculos lædunt, relinquenda iſta vlcera, imò danda opera, vt mate- ria reliqua expellatur, & ſi forſan vlcera talia euaneſcant, atque infans malè inde habeat, expellen- tia è *fumar. ſcabioſ. carduobened. C. C.* & ſimilia exhibenda. Refrigerantia & adſtingentia quæ materiam retro pellunt, non uſurpanda. Interim nutritrix bonam dietam obſeruet, & à ſaltis, acris, & omnibus, quæ vitioſos ſuccos generare poſ- ſunt, cibis, cœpis, porro, raphano, leguminibus carne ſalita & ſimilibus abſtineat; & ſi corpus habet impurum, humores vitioſos conuenienti medicamen- to euacuet. Hoc enim niſi fiat, omne illud vitium cum lætè in infantes deriuatur, & malum augetur. Si verò humores vitioſi euacuentur, citius cruſta decedit, & non renaſcitur. Quapropter alterentur & præparentur humores medicamen- tis è *borrag. bugloſſo, fumar. cichor. lupulo, radic. polypodij, oxylapathi*; Poſtea verò purgentur *folijs ſene, epithymo, rhabarb. helleb. nigr. el. diacathol. triphera Peſic.* & ſimilibus. Exhibeantur denique quæ vlcera roborare, & reliquos humores temperare poſſint & expellere, vt *℥. Conſeru. borrag. bugloſſ. violar. fumar. cichor. an. ʒ. j. rad. condit. ci- chorii, cortic. citri condit. an. ʒ. ſ. ſpec. diarrhod. abb. diamarga. frig. C. C. præp. an. ʒ. j. Cum Sir- iunicis F. Electuar. Vel ʒ. C. C. præp. ʒ. ij. magi- ſter. corall. ʒ. j. ſpec. diamarga. frig. ʒ. ſ. F. pul- uis, eius ʒ. ſ. aut ʒ. j. ſingulis diebus nutritri exhibeatur. Ex iſdem medicamentis etiam iſtis infantibus quædam exhiberi poſſunt, vt *ſir. de borrag. fumar. polypodio, lupulo*, Iplumque corpus etiam, pro æta- tis ratione euacuari clyſteribus, vel *manna, vel paſſul. laxatiuis, ſirupo de fumararia compoſito, de fol. ſene.* Si verò affectus iam diu durauerit, & metus ſit, ne putredo in ſignis ſub cruſta excitetur, & vlcera hæc in tineam degenerent, aut caro & cranium erodatur, ad topica accedendum, & primò ca- put lauandum *decocto malua & hordei*, vel *decocto radic. oxylapathi, fol. malua, chelidon. maior. abſinth. ſem. fœnuigr. ciccerum, lupinor. f. barnin.* Si fortius abſtergere volumus, in vino plantæ decoqui poſ- ſunt. Vel lotio fiat *decocto radic. althæa factò cum urina infantis* vel ſola vel *aq. hordei* admiſta. Po- ſtea inungatur locus *ol. roſac. amygd. amar. & mo- dico lythargyr. Vel ʒ. Cineris myrtillo. cortis. auellan. an. ʒ. j. urie ʒ. j. ſ. butyri antiq. aq. roſ. loti ʒ. j. Miſc. Vel ʒ. Succibete, chelidon. mar. an. ʒ. j. axung. porc. ʒ. ij. ſulphuris ʒ. j. M. Vel ʒ. Lytharg. ol. roſ. nutritri ʒ. j. ceruſſa ʒ. aloethuis an. ʒ. j. ſ. Myrrh. ʒ. j. ol. roſac. ruſac. an. q. ſ. Miſc. in mortario. Fortius eſt hoc: *ʒ. Pulv. roſ. rubr. ra- dio. bryon ſimi columbin. virid. aris. ſulphuris an. ʒ. ij. ol. inniperini, cheirin. an. q. ſ. M. in mortario*; quo**

Operam Sennerti Tom. III.

alternis diebus locus ungetur. Vel *℥. Ceruſſa, ly- thargyr. an. ʒ. ij. balauſt. agarie. an. ʒ. j. Cum ol. roſ. & aceri modico, F. Unguentum* Vel Saponè Anglico aut Belgico liquidæ ſubſtantia locus affe- ctus fricetur & ilimatur & poſtea conuenienti deco- cto abluatur. Efficax eſt & hoc *℥. Lythar. lb. j. acer. diſtill. acris q. ſ. Coq. in vale orichalceor horis dua- bus, colatura infundatur in cucurbitam vitream ca- pacem, & affundatur paulatim *ol. tart. per deliq. q. ſ. Puluis, qui præcipitatur, achoribus inſpergatur* Si cranium ab vlceribus læſum ſit, primo cruſta de- trahenda & emollienda *malua & violaria* in butyro marali decocta, vel axungia; poſtea eluenda & ex- ſiccanda vlcera lixiuio è cineribus vitis, fagi, fraxini, addito butyro. Vbi cranium apparet adhibendum *mel roſarum*, cui *ſpir. vini* aliquid additum ſit, po- ſtea eidem puluis *radic. ariſtolo. & balsam. Per- ſianus*, vel *terebinthina aq. Nicotian. colta* addi po- teſt. Pura medicamenta videantur apud Galenum, *i. de compoſ. med. ſec. loc. cap. 8.**

CAPVT IV.

De Tinea.

SI achorès & faui diu durent, aut tarde nimis vel Smaie cùrentur, in Tineam, vlcera nimium ca- pitis cruſtoſa, cutem eius erodentia, & fœtida, tranſeunt, vt *cap. præced.* dictum; & propterea iſte affectus merito inter morbos infantium, ſed paulò adultiorum referatur. Eſt enim adulti quandoque hoc morbo laborant: tamen rudimenta eius & ini- tia in infantia contraxerunt. Dicitur autem ti- nea à vermiculis illis veſtes erodentibus; quia vl- cera iſta cutem capitis inſtar tinea erodunt & corrumpunt. Quo nomine à Græcis hic affectus appellatus fuit, vix patet. Hoc verò nomine ab iis eum appellatum non fuiſſe, certum: proculdubio verò ſub achoribus & iſta vlcera comprehendunt. Arabibus verò quibus lactea cruſta & achorès Sa- hafati humidum dicitur, Tinea Sahafati ſiccum no- minatur. Differunt tamen non paucum cruſta lactea, faui, & achorès à tinea, cum illi ſint vlcera humidæ, è quibus perpetuo aliquid ſaniem emanat: hæc cru- ſtaea, & ſicca; & illi interdum non ſolum caput, ſed & alias corporis partes occupant, hæc ſaltem ſit in capite.

Cauſæ.

Cauſa proxima eſt humor ſaluſ & acris, ſed iam ad melancholiam & atrum degenerans, qui quidem prin- dè ex ſanguine materno, quo infans nutrituſ eſt, vel vitioſo matris lacte ortum habuit, vt *de achori- bus* dictum; poſtea verò temporis progreſſu & mor- bi diuturnitate ac ægri negligentia, quod læpè ſit in pauperibus, in atrum degenerat. Per contagium quo- que faciliè tranſfertur hoc malum infantibus, dum capitis tegumenta, quibus tinea laborantes vti ſunt, capiti ſuo infantes impoſunt.

Differentia.

Cum autem humoris, qui tineam excitat, non ſemper eadem ſit ratio, inde quoque tinea quædam differentia conſtituuntur. Alia enim eſt ruſta tinea, quæ ſquamæ, dum ſcalpitur, forſuribus ſimiles emittit; alia viſcoſa, in qua cruſta remota appa- rent rubææ, viuzque carnis particulae, quæ ſi- cutum grana interiora repræſentant. Alia quoque pro humoris maiori vel minori prauitate mitior, alia malignior eſt. Eſt quoque alia recens, alia diu- turna & vetuſ.

Signa Diagnostica.

Viſui iſti hoc malum patet, & vulgò quoque notū ſign.

est. Apparent enim in capite vlcera quaedam crustacea & arida, modò viridia, modò crocea, modò cinerea, è quibus parum aut nihil saniei effluit, & quod emanat, fetidum est.

Prognostica.

Prognostica.

1. Omnis Tinea difficilis est curationis. Curatur tamen facilius recens, & quæ ex humore flauo, ac non nihil adhuc humida est.

2. Antiqua verò, & quæ planè sicca & cinerea vel nigra est, contumax est, & curatu difficillima.

3. Etsi infantes adhuc tinea corripit, vix curari potest, antequam infans ad eam ætatem perueniat, quæ & medicamenta illa, quæ malum hoc requirit, & ipsas curationum molestias perferre possit.

4. Quanquam verò curatur tinea, rarò tamen in loco affecto nascuntur pili, & imprimis si cutis dura & quasi testacea euaserit, & ad frictionem non rubeat. Si verò cutis adhuc sit mollior, & post frictionem rubere incipiat, calor is vegeti adhuc indicium est, & spes, pilos adhuc renatum iri, etsi difficulter id accidat.

Curatio.

Curatio.

Quam reliqua vlcera indicationem habent, eam & ista, nimium magnitudo imminuta medicamenta carnem instaurantia indicat, soluta vitas conglutinantia requirit. Verùm istis Indicatis satisfieri non potest, nisi humor etodens tollatur, id quod sit medicamentis detergentibus, & quidem fortioribus ut malum radicibus tollatur: quod fieri non potest, nisi crusta prius detrahatur, quod præstatur non solum detergentibus, sed & quodammodo etodentibus. Quia tamen ipsi humores sunt sicci & adusti; & cutis ipsa inde siccat & densatur, etiam humectantibus opus est, & quæ poros cutis laxant & aperiunt.

Quoniam autem infantes tenelli ista medicamenta non ferunt, ne malum radices agat, interim *caulium* vel *beta folia* butyro vel pingued. porcin. illita vlcerebus imponenda sunt, quæ emolliunt & saniei exitum parant. Vel *℞. Succifumar. caulium, oxylapath. helen. an. ʒ. j. b. lybargyr. ʒ. ʒ. b. axung. porcin. ol. rut. an. q. s. cere q. s. F. Ung. molle* Vel *℞. Cortic. miridium ingland. vst. q. s. terebinth. parum, & cum ol. onor. M. F. Limentum.* Vbi autem etiam fuerit atas, & medicamenta fortiora, & curationis molestiam ferre possit infans, primò corpus vniuersum, quantum opus est, euacuandum, *senæ, rhabarb. agarico,* & similibus, deinde crusta detrahenda validissime detergentibus. Ut *℞. Sulphur. ʒ. ij. sinapis ʒ. b. stapæidis agria, rac. bryon. an. ʒ. j. aceti acer ʒ. j. tereb. el. ʒ. b. ping. vrsi q. s. F. Limentum.* Vel *℞. Nasturtium,* teratur & frigatur cum *axung. porc.* & capiti instar cataplasmatris imponatur, quod horis 24. ut crusta decidat, facit, & si continuatur, malum totum sanat.

Crusta ablata & ipsi pili cum radicibus euellentur; cum vis materia illa magis adhæreat; quod sit vel *volfellis,* vel *pilothris,* seu medicamentis capillos tollentibus. Vulgò vtuntur pileolo pice navali inducto, quem toti capiti seu loco, quem tinea obfedit imponunt, & aliquot diebus hæere sinunt, postea eo detracto vna pilos extrahunt. Vel caput consum melle illinatur & puluis resinæ eidem inspergatur, & placenta seu cataplasma è farina triticea applicetur, qui exactis octo diebus, vbi amouetur, pilos simul euellit. Vel *℞. Amyli aut farinæ triticea ʒ. ij. resina ʒ. b. Coq. in aq. ad formam pulvis* Postea inducatur liateo densiori, quod in partes aliquot discindatur, quæ tinea imponantur, & diem ac noctem hæere permittantur; postea iterum auellantur. Postea emollientia, quæ intemperiem cutis siccam corrigunt, poros ape-

riunt, atque excrementa in cute altius hærentia euocant & discutunt vsurpanda. Ut *℞. Rad. althæe, oxylapath. lil. alb. an. ʒ. j. malua. fumar. salu. an. M. ij. Coq. in lixiuio, aceto pauco adiecto, & singulis dieb. bis caput abluatur.* Hinc *℞. Rad. ofratij sulphur. an. ʒ. b. ol. onor. ʒ. ij. pingued. porci q. s. M. Postea ʒ. Rad. bryon. oxylapath. helenij an. ʒ. j. fol. fumar. chelid. mai. scabios. an. M. ij. ʒ. chamem. melilot. an. M. i. Coq. in lixiuio, & caput bis de die lauetur vel foueatur. Mox panno aspero vel *ol. de staphid. agr. vel raphano,* aut *succo cepar.* caput fricetur ad rubedinem vsque, ut humores vitiosi altius latentes euocentur, & ad externa trahantur. Vel *℞. Succo borrag. scabios. fumar. oxylapath. an. ʒ. ij. ol. antiq. ʒ. j. Coquantur ad succor. consumt. postea iniice picis liquid. q. s. Misc. Vel ʒ. Sallis, fulig. ol. olinar. picis liquid. an. q. s. Misc. Vel ʒ. Cineris capsll. hom. ʒ. b. fecis olei sem. lini ʒ. iv. mell. despumat. ʒ. ij. myrrb. ʒ. b. Misc. Vel ʒ. Succo fumar. scabios. lapathi acui, helenij an. ʒ. j. ol. antiq. ʒ. ij. Coq. ad succor. consumt. Postea inspergatur hic puluis: *℞. Ellebori vitriusque, sulphur. vitriol. calcis vna alim. gallar. an. ʒ. b. virid. eris ʒ. ij. Tandem adde picis liquid. cere an. q. s. F. Cerotum. Vel ʒ. Nicri ʒ. j. oxymell. s. ʒ. j. b. Misc. Vel ʒ. Sulphur. vini ʒ. j. elleb. albi, staphid. agr. an. ʒ. ii. axung. porcin. q. s. Misc. Vel ʒ. alumin. vsti, vitriol. an. ʒ. j. b. aristol. rot. argin. an. ʒ. ii. picis naualis ʒ. j. axung. equi ʒ. j. b. butyri antiq. ʒ. b. Misc. Aliqui etiam arsenico, auripigm. mercur. viuo & similibus vsi sunt. Verùm cum locus affectus cerebro proximus sit, vix talia vsurpanda, ne venenata qualitas cerebro communicetur, è qua postea vel mors attrahatur. Refert enim *Valescus de Taranta, lib. 7. cap. 35.* cum miles, quidam fecisset vnguentum ex istis nepoti suo tinea laboranti & capiti raso sub noctem imposuisset, manè illum mortuum in lecto repertum fuisse. Argentum tamen vium tntius, quam arsenicum adhiberi, & propterea salua hominis icium extinctum, medicamentis modò propositis admisceri potest.***

Dietæ.

Victus ratio sit eadem, quæ in achoribus, abstinendumque è cibis salis, acribus, allis, cepis, pis, brassica, carne suilla, & aliis prauum succum gignentibus.

C A P V T V.

De Phthiriasi.

Equidem & in adultis, si in sordibus viuant, nec vestes mutent, ac sæpius mudent, pediculi generantur, sed præcipue in vestibus. Infancibus tam familiaris malum est, quod nec nobiliù liberis parcat, Phthiriasis, cum pediculi in infantium capitibus, qua parte pilia nascuntur, generantur. Quod malum propterea inter morbos infantium omittendū non est. Et proinde hic de pediculis in infantium capite saltem agemus, vbi tamen generalia quædam de pediculis inspergemus.

Non autem hic operose disputabimus, an pediculi in capitibus infantium sint morbi in numero, nimium substantia toto genere præter naturam capiti addita, quæ secundum naturam nullo modo adesse debebat, sicut lumbrici in intestinis, & c. sculi in vesica inter morbos in numero à Galeno referuntur; an vero sint symptomata in excremento mutato, quatenus scilicet excrementorum capitis soboles sunt, & à cute capitis prodeunt; an verò causa morbifica, quatenus solutionem continui & dolorem in se solutam vnitatem rodendo inducunt: cum quæ-

Itio illa sit Logica, ut Galenus appellat, & ad usum artis parum faciat, ac hoc loco merito omitti possit. Hoc consideratione dignum est, cum pediculi sint animalcula quædam, quæ cum alibi ex sordibus vestium, cum præcipue in infantibus ex excrementis capitis nascuntur, quænam sit eorum generatio, & quæ materia, ac causa efficiens.

Causa.

Causa.

Materiam pediculorum quod attinet, scribit de ea Aristoteles, 5. de histor. animal. cap. 31. quod fiant ex carne, cum multa humiditas in ea abundat, & cum emerfari sint, fiant pustulæ quædam, sine pure, exiguæ, quæ si pungantur, pediculi exeant; quo loco per carnem cutem intelligit Aristoteles, id quod Antiquis vsitarum fuit, ut ex Galeno, lib. 5. de simplic. med. fac. cap. 4. patet. Neque etiam cum dicitur ex carne, simpliciter materiam, quam paulo post multam humiditatem in corpore esse dicit, describit, sed locum simul generationis innuit. Si enim ex carne corrupta pediculi nascerentur, in sordidissimis ulceribus & cadaueribus id potius fieret, in quibus tamen vermes quidem gignuntur, nunquam verò pediculi. Galenus verò, 1. de compos. med. f. loc. cap. 7. pediculorum generationem acervatim quibusdam fieri statuit, ex multis humoribus calidis, sed non ad tantam caliditatem progressis, ad quam perveniunt acres ichores. Eodem modo scribit Aëtius, terrab. 2. ferm. 2. cap. 67. pediculorum generationem quibusdam acervatim in capite contingere, multis humoribus moderatè calidis in profundo cutis collectis. Quod etiam docet Avicenna, 7. quartis cr. 3. cap. 1. atque alij Arabes, qui scribunt, pediculos oriri ab humiditate, cum aliqua caliditate, & benigna quadam putredine. Atque ita Græci & Arabes, ac recentiores quoque Medici consentiunt, materiam pediculorum esse humorem excrementitium, & quidem præternaturalem, ita dispositum, ut sit calidus moderatè, actu verò & potestate humidus, inter crassum & tenuem medius, & potius ad ichorem, quàm ad crassum vergens, putrescens, non tamen excellenti putredine, sed miti & moderata.

Theophrastus equidem, lib. 2. de causis plant. cap. 12. sanguinem materiam pediculorum esse scribit, quem propterea nonnulli variè impugnant. Verùm cum corruptum sanguinem intelligat, non aliud proculdubio accipit, quàm excrementitiam quandam sanguinis & impurissimam pituitosam; aut alimentum in tertiam coctione partem.

putredo non
proxima
pediculorum
causa est.

Verum enim veto etsi hoc modo materia, è qua pediculi generantur, dispositio per manifestas qualitates & putredinem describatur: tamen hoc animam veritatis auidam non sariat. Nam putredo sola nullam speciem producere potest, & si quid omnino ad generationem facit, non facit id quatenus putredo, sed quatenus cum ea est calor quidam benignus, à quo vis seminans excitatur. Præter qualitates enim primas occultum, quid, & seminales quædam vis in materia latet, quæ ad certam speciem producendam disposita est. Unde ex materia, è qua pediculi generantur, non pulices, non vermes fiunt, sed hæc animalis species: sicut in plantis idem fit, ubi è qualibet plantæ specie, dum corrumpitur, peculiariter animalia fiunt. De quo Scaliger, exerc. 59. scribit: Plantæ gignunt in seipsis animalia, non putrefactione, sed quædam quasi semina fouentes ad generationem. Et exerc. 190. Animalia, inquit, non in plantis putridis, sed tanquam successivis operis soboles nascuntur; de qua re pluribus, de cons. & diss. Chym. cum Gal. cap. 12. dictum.

Unde & cum causa efficiens pediculorum inquiratur, non in calore putredinali solum acquiescendum,

sed ut, loc. alleg. monstravi, vis quædam seminalis quæ huius operis causa sit, indaganda & agnoscenda, quæ etsi vulgo negligitur, non tamen naturæ scrutatores diligentiores latet. Laudo hic proinde Viri Doctissimi, Ioh. Thomæ Minadoi, quondam in Patavino Gymnasio Professoris accuratissimum iudicium, qui, de humani corporis turpidinibus lib. 2. cap. 9. quo de Phthiriasi agit, hoc modo scribit: Hoc loco, inquit, occurrat animus humanus, ac tanquam noctycoracis oculus caligat ad lumen huicæ & similis cognitionis. Et mox, cum eorum sententiam, qui saltem calorem causam efficientem ponunt, reconsulisset, addit: Ex altera verò parte cum formæ introductio totiusque animalis elaboratio non simplicem unius caloris actionem sequi videatur posse, sed ex provida quadam actione cuiusdam opificis cum discursu & prudentia operantis pendere, mens ulterius præter calorem aliud quoddam agens cogitur inquirere, quod cum consilio & delectu singula in animalis fabrica disponat & moderetur. Neque enim unicus calor aliquando dedit brachio, oculis, cæterisque membris, suam unicuique formationem ac staturam condere, neque alicuius præceptoris disciplina uti consuevit, sed eadem semper agens ratione, ad varia se conuertit, ad varias formationes se comparat, prout conditor & architector omnium partium illum dirigit atque permouet. Neque solum perfectiorum animalium generationem virtuti superiori acceptam fert Minadous, sed & pediculorum. Etsi enim Galenus ad cimicum, pediculorum, pulicum, similibusque animalculorum generationem conuersus, vix, imò ne vix quidem ausit illorum generationem formationemque huic diuinæ formatrici virtuti adscribere, hæc intelligens, quoniam pacto tam præstantis, & tam nobile agens ad vilia hæc opera sine suæ maiestatis læsione queat descendere: tamen satius esse putat, statuere, etiam horum animalculorum generationi eandem mentem, quæ grandiotibus animalibus gignendis præest; præficere, eamque communi quadam providentia etiam minutatum rerum moderatricem constituere, neque æquum esse putare, eam noueræ ritu, rerum factu delectu, has quidem contemnere, soli fortunæ aut casui relinquendo, has verò, ut sibi proprias, consecrari; cum tamen illarum nulla sine opificis providentia atque consilio ad finem deduci, recteque absolui queat.

Atque hæc ita sese habere, nec pediculorum generationem simpliciter æquiuocam esse, vel illud evincit, quod pediculi generant, & sese propagant. Cuiusmodi pediculi, qui ex humore excrementitio fiunt, sint eiusdem speciei cum iis, qui postea propagatione nascuntur, ut omnia, quæ formæ specificæ identitatem monstrare solent corporis nimirum conformatio, vis generandi, & omnes actiones, id docent: omnino statuendum est, & illos, qui ex humore excrementitio nati sunt, à vi seminali provenisse. Etsi verò Aristoteles, 5. de hist. animal. cap. 31. scribit, pediculos quidem per coitum generare lendes, ex lendibus verò præterea nihil nasci posse: tamen contrarium experientia docet, qua constat, non solum pediculos sese copiosissimè multiplicare, sed & per lendes id fieri. Sunt enim pediculi animalia suo modo ovi para, & per coitum lendes, instar ouorum, producunt, è quibus pediculi postea fiunt: quod ex eo patet, quod nisi lendes frequenter peccine vel scopis seraceis detrahantur, magna pediculorum multitudo excrescit; & quod postquam è lendibus pediculi sunt exclusi, spolia capillis hærentia, erepita amplius, si digitis compricantur, ut antea exclusionem pediculorum, non edunt.

Finis pedi-
culorum.

Idem finis consideratio persuadet. Etsi enim finalis causa pediculorum apud Medicos non detur cum pediculi res præter naturam sint: tamen cum in natura nihil frustra fiat, etiam à Physico horum finis porpendendus. De eo verò alij aliter sentiunt. Mentò I. C. Scaliger, *exerc. 260. sect. 1.* eos irridet, qui pulices (eadem animalculorum eiusmodi aliorum ratio est,) hominis causa creatos dicunt, aut ad inutilem eius sanguinem sugendum aut qui cinicem à natura ablegatum dicunt, ut noctu ex importuno somno excitet nos ad preces cælitibus fundendas. Rectè verò Avicennam scripsisse, melius esse gigni pediculos, quam materiam putrem intra permanere, Vni doctissimi, qui & in pediculi structura mirum artificium agnoscunt, consent. Si enim omnium rerum optime primum spectemus, is, ut suam infinitam sapientiam & omnipotentiam proderet, maluit viuentia, quam corruptam & putrem vitæque carentem materiam in natura multiplicari. Itaque Creatori sapientissimo hoc placuit, ut viuentium perfectorum corpora, dum corrumpuntur, non simpliciter in putridam materiam abeant, sed in animalia ignobiliora. Hinc ex animalium partibus, excrementis, ex plantis, & plantarum fructibus, varia animalculorum genera prodeunt, & quidem è determinatis determinata. Idem sensit & docuit I. C. Scaliger, qui *alleg. loco* ita scribit: Homo propter Deum; propter hominem Mundus factus est. Et *max:* Animalium princeps homo. Non erat autem homo futurus princeps, nisi talis; quippe in medio. Non potest esse medius, nisi inter extrema. Igitur extrema facta sunt, ut esset medius. Propter medium igitur facta sunt. Extremorum autem & eorum, quæ medium inter & extrema sita sunt, si deesset aliquid, daretur in formis vacuum. Quod longè maius esset flagitium in natura, quàm vacuum in quantitate sine corpore. Quid enim absurdius, quàm medium sine extremis. Quod iam olim etiam docuit Augustinus, *de ciuit. Dei lib. 12. cap. 4.* Vicia, inquit, pecorum, & arborum, aliarumque rerum mutabilium atque mortalium, vel intellectu, vel sensu vel vita omnino carentium, quibus eorum dissolubilis natura corrumpitur, damnabilia putare ridiculum est: Cum istæ creature cum modum nutu Creatoris acceperint, ut cedendo & succedendo peragant infimam pulcritudinem temporum, in genere suo istius mundi partibus congruentem. Et *max:* Cuius ordinis decus propterea nos non delectat, quoniam parti eius pro conditione nostræ mortalitatis intexti, vniuersum, cui particula, quæ nos offendunt, satis aptæ, decenterque conueniunt, sentire non possumus. Et *iterum:* Non ex commodo vel incommodo nostro, sed per seipsum considerata natura dat artificii sui gloriam. Viuentia nimirum nobiliorum corporis gradum constituunt, quàm mixta simpliciter.

Causa
adiuuans.

Et si verò vis seminalis in materia idonea latens pediculorum, ut & aliorum huiusmodi animalculorum, primaria causa efficiens est; calor tamen est causa adiuuans, qui feminalem vim excitat, & in actum deducit. Isque licet sit in materia excrementitia, & sæpe quoque putrida, tamen non hoc præstat, quatenus in materia putrida est, sed quatenus adhuc benignus, & aliquomodo naturalis. Et sæpe ad putredinem confugitur, ubi non opus erit; neque quod excrementitium, statim putredum & in materia excrementitia latere potest calor aliquis, qui vim generantem & formatricem latentem excitare potest. Et licet aliqua adsit putredo: tamen non tanta est, ut caloris illius benigni, & virtutis latentis actionem impedire possit. Atque

A hinc accedit, ut ætas prima & sexus fœmineus, in quibus humida & calida excrementa multa cumulantur, ad generationem pediculorum magis promi sint.

Ad generationem verò excrementorum faciunt etiam cibi quidam, & sicut imprimis, quas Galenus, 2. *de aliment. fac.* P. Aegineta, Orbasius, Auicennas, & Arabes omnes, ad pediculorum generationem facere statuunt. Confirmatque id experientia, nec dissentit ratio. Suppediant enim succum pinguem, natura sua ad cutem vergentem, ibique visciditate hærentem, qui actione caloris partim caris, partim ipsius materię, in pediculos conuertitur. Idem ciborum promiscuorum & variorum vsus, sordidum purgatio & absterio, quæ per lotiones balnea & pestinationem frequentem fieri debet, omissa. Sunt præterea & alie causæ, quæ ad pediculorum generationem faciunt, ut sordes vestium & corporis mundatio neglecta, vestes ex lana vel pellibus ouium morbidarum, aut à lupis laceratarum confectæ. Verum hæc ad doctrinam de pediculis in genere pertinent.

Locum generationis pediculorum quod attinet; generantur equidem & multiplicantur in vestibus, & ex vno vel altero pediculo in veste generato, vel aliunde communicato, magna pediculorum copia nasci potest, ut & in tota corporis cute. Cum tamen hic saltem de pediculis inter morbos infantum agamus, commodissimus iis locus est cutis capitis, ratione pilorum, quibus excrementa capitis adhærent, & in quibus tanquam sylua morantur, præcipuè si achores & faui accedant, & capita infantium non sæpe mudentur. Aristoteles etiam, *loc. alleg.* ex carne, id est, cute, pediculos emergere, & primò pustulas quasdam in ea sine pure generari scribit, quas si pungas, pediculi exeant. Verum raro hoc fit: sed frequentissimè in ipsa cutis superficie, & inter pilos generantur. *Signa.*

De Signis diagnosticis aliquid addere opus non est. *Signa.*

Prognostica quod attinet. Pedilare malum tuipe, tædiolum & molestum est, ob pruritus quem excitat. Etsi in toto corpore nascantur pediculi, (ut hoc inseramus) periculosum malum est, atque aliquos ea fœditate obusse præditum, ut Alemanem Poëtam, & Pherecidem Syriam, ut *alleg. loc.* Aristoteles, refert, ut & alios ut ex historicis notum. Q. Sereni versus hæc de re hi sunt:

*Sed quis non pauca Pherecidis fata Tragædi,
Qui nimio sudore fluens, animalia terra
Eduxit, turpi miserum que morte tulerunt.
Sylla quoque infelix tali languore peresus
Carnit, et facta se vidit ab agmine vincit.*

2. Idem Aristoteles, *eod. in loco*, scribit, minus laborare eorum capita, quibus pediculus in capillo est.

3. Pediculi moturos delerere solent, & agminatim excurrere: quod proculdubio accedit, quod humida, tepida ac blanda exhalatione, quæ ad earum generationem & conseruationem facit, destituuntur, & contraprauis vaporibus in morituris offenduntur.

Præcautio à Pediculis.

Ut iam de pediculis in toto corpore præcauendis præseruatio non dicamus, quæ bona victus ratione, corporis purgatione, vestimentorum crebra mutatione, & corporis lotionem constat: in infantibus præcauetur, ne pediculi generentur, bona dixta, & abstinencia à cibis prauis succi, imprimis à ficibus, corporis conueniente, quam quidem ætas fert, purgatione, & præcipuè capitis crebra pestinatione ac lotionem. Imprimis autem ea medicamenta admisceri possunt, quæ materiam, è qua pediculi generari solent, ita disponunt, ut amplius ad eorum generatio-

am apta non sit. Quod equidem frigida & sicca, quæ vitæ, quæ in calido & humido consistit, sunt inimica prætare possent. Verùm cum pleraque talia sint adstringentia, tuta non sunt, cum materiam illam vitiosam in capite deinceant. Medicamenta, quæ calida & sicca ac tenuium partium sunt, & materiam ex alto euocant, simulque nimiam in ea humiditatem absorbunt, commodiora sunt. Qualia innox de pediculorum generatorum curatione proponuntur.

Curatio.

Curatio.

Si pediculi autem iam geniti sunt, tolluntur vniuersalibus, si opus sit, præmissis, medicamentis externis, quæ partim materiam, quæ pediculos genitos fouet, & plures suppeditat, abstergunt, partim ipsos pediculos enecant. Sunt autem talia medicamenta alia mitiora, quæ, vt dixi, sunt calida & sicca, tenuium partium & ex alto trahentia, & plerumque etiam amara. Qualia sunt *staphisagria*, quæ inde pedicularis appellatur, *absinthium*, *scordium ruta*, *fol. pini*, *cupressi*, *rad. helenij*, *aristol. longa*, *lupini*, *semen vrtice*, *elleborus niger*, *colocynthis*, *sulphur. fol. taurinum & hircinum*, *sapo*, *aqua marina & salsa*, *lixinium*: è quibus lotiones & linimenta parari possunt. Vt \mathcal{L} . *Arist. long. lupin. fol. pini, cupressi, partes equal.* Coq. pro lotionem capitis. Vel \mathcal{L} . *Rad. helenij* \mathcal{Z} . ij. *bryon.* \mathcal{Z} . *B. beta, mercurialis, saponaria*, an. M. j. *lupinor.* \mathcal{Z} . j. *nivri* \mathcal{Z} . β . Coq. pro lotionem capitis. Ad lauandum autem sapo aliquis odoratus adhiberi potest. Vt \mathcal{L} . *Saponis Veneri* \mathcal{Z} . vj. *pulu. cinamom.* \mathcal{Z} . β . *el. anisi* \mathcal{Z} . j. *moschi*, \mathcal{g} . v. F. Pila. Post lotionem caput illinatur tali Vnguento: \mathcal{L} . *Pulu. staphid. agræ* \mathcal{Z} . iij. *farin. lupinor.* \mathcal{Z} . β . *agari. alb.* \mathcal{Z} . iij. *sulph. vsui* \mathcal{Z} . ij. *fell. saurini* \mathcal{Z} . β . *ol. absinth. q. s.* F. Linimentum. Vel \mathcal{L} . *Staphid. agræ* \mathcal{Z} . j. *absinth. ruta* an. \mathcal{Z} . β . *sulphur. nirsian.* \mathcal{Z} . ij. F. Puluis, & cum *ol. laurino*. F. Vnguentum. Fortiora sunt *elleborus albus* & *argentum viuum salina exstictum*. Nonnulli & *arsenicum* vsutpant, quod tamen sine periculo fieri non potest. Vt \mathcal{L} . *Sem. staphid. agr.* \mathcal{Z} . j. *elleb. albi* \mathcal{Z} . iii. *argenti viui salina exsticti* \mathcal{Z} . ii. *pingued. porci, ol. laurini* an. q. s. F. Vnga. Verum in infantibus tenerioribus nec argenti viui vsus satistutus; cum grauius symptomata excitare possit: & sunt alia medicamenta benigniora, quæ huic malo tollendo sunt paria.

CAPVT VI.

De Hydrocephalo & capitis inflatione.

Hydrocephalus.

Equidem Hydrocephalo, qui tumor capitis totius aquosus est, quandoque etiam adulti corripitur, cuius rei historias duas annotauit Carolus Pifo, de morbis à colliuue ferosa, obseruat. 1. & 2. vnam Guiliel. Fabricius Centur. 3. obseruat. 19. Verùm frequentius accidit hoc malum infantibus, quorum capita molliora sunt, vt in omnem dimensionem extendi possint. Imò obseruauit Epiphanius Ferdinandus; *hystor. medic.* 21. etiam in vtero matris infantem hydrocephalo laborasse. In lucem vero editos infantes plurimos hydrocephalo laborasse obseruatum est. Rhafes, de morb. infant. cap. 3. scribit, se vidisse puerum, cuius caput adeo augmentabatur in longitudine & latitudine, vt corpus eius id ferre non posset. Et Albucasis, *lib. 2. Cheirurg. cap. 1.* refert sibi visum puerum, cui caput indices ob aquosum humorem contentum grandesceret, tandemque in tantum tumorem sublatum, vt ipsum nec stans, nec sedens ceruice sustinere posset, adeo vt paucis diebus interiret. Paræus etiam, *lib. 7. cap. 1.*

se quatuor pueros hoc morbo laborantes vidisse, & curassq; scribit. Verùm de Hydrocephalo satis egimus, *lib. 1. pract. part. 1. cap. 28.* qui locus ibi videatur. Quia verò pleraque ibi dicta hydrocephalo ex aqua extra cranium collectâ ortum habenti conueniunt, quædam de hydrocephalo ab aqua intra cranium collectâ addemus; etsi & medicamenta ibi proposita hic conuenire possunt. Generatur enim, vt ibi dictum, etiam hydrops capitis ab aqua intra cranium collectâ. Imò, vt Vesalius, *lib. 1. cap. 6. de fabric. hum. corp.* refert, quandoque ab aqua intra ventriculos cerebri contenta. Id quod accidit, si infans in vtero matris talem situm habeat, vt caput dependeat, vnde aqua facilè eò defluit, vel ob ipsius cerebri humidam intemperiem.

B Et tum tumor non adeo magnus est, ac magis durus, quàm vbi aqua est extra cranium. Signa.

Curatur verò longè difficilius, quàm vbi aqua extra cranium colligitur, & plerumque morbus lethalis est. Prognosticum.

Indicatio vero & hic est, aquas illas euacuandi & exsiccandi. Fit verò hoc medicamentis, *alleg. loc.* propositis, quæ tamen non solum extra cutem capitis, sed & auribus & naribus applicanda sunt. Vt \mathcal{L} . *Cochlear. in testis N. xxx. maioran. artemis.* an. M. j. Contund. Adde *Camphora* \mathcal{Z} . j. *croci* \mathcal{Z} . β . Cum *oleo chamamelino* F. Cataplasma. Et alia ibi proposita imponatur. Naribus verò sequens aqua immittatur. \mathcal{L} . *Nucis moschata caryoph. cubeb.* an. \mathcal{Z} . j. *calami arom. vulg. cortic. thuris* an. \mathcal{Z} . β . *aq. maioran.* \mathcal{Z} . iii. Misc. & naribus liquor immittatur; vel *Balsamum maiorana, caryophyll. nuc. moschat. cum moscho & ambra* naribus illinatur. Auribus olea calida immittantur. Quod si hoc modo aqua intra dies 20. non absorbatur & resoluatur, incisio tentanda, & cranium aperiendum, & aqua extrahenda, sed paulatim & partitis vicibus, ne vires infantis deiciantur. Cauendum quoque ne aer frigidus cerebrum lædat.

D Faciunt & alterius tumoris capitis mentionem autores, quem *ruparis iniqua*, capitis inflationem nominant, qui à flatu sub cute capitis, vel etiam membranæ cerebri contento, caputque distendente, & in maiorem molem attollente generetur. Verùm vix solus flatu sine aqua, in parte hæc corporis frigidiorè, tanta copia colligi potest, vt tale quid efficiat: sed si aqua ibi colligatur, aliquid eius in flatu resoluè posse, impossibile non est. Quod si accidat, rarefacientia & discutientia, qualia *allegat. loc.* proposita, vsurpanda, & capiti imponenda, ex *charamelio, ruta, origano, sero, cumini, anisi*, & similibus.

CAPVT VII.

De Siriasi.

Inter morbos infantum & is recensetur, qui Græcis Siriasi, *Zipias*, proculdubio à *opis*, quæ vox Græcis foueam, seu fossam, aut eorum corpus, in quo semina seruntur, significat. Plinius, *lib. 20. cap. 3.* ardorem capitis nominat. Aëtius autem, *teirab. 1. ferm. 4. cap. 13.* scribit, esse affectionem, quæ cum febre accidat, & quidem inflammationem cerebri & membranarum, adeo, vt syncipitis & oculorum cauitas consequatur.

Causa.

Causam huius mali proximam alii pituitam, alii bilem esse statuunt. Verùm cum inflammatio sit, à pituitosa simpliciter materia esse non potest neq; etiam bilis sola in infantibus facilè, præcipuè

cerebro, colligitur. Vero consentaneum est, esse sanguinem pituitosum putrescentem, qui dum putredine incalescit, biliosus quodammodo euadit.

Causæ verò remotæ sunt, aër calidior & æstiuans, ut & lac calidius ac spirituosius. Quod si cui mirum videatur, is sciat, lac quoque spiritum calidum, imò inebriandi vim in se continentem habere. Docuit iam olim id Lucretius, l. i. qui fœtus teneros caprarum demerari à lacte mero scribit, his versibus:

*Et eandem lacteus humor
Veribus manat distentis; hinc noua proles
Artubus infirmis teneras lascias per herbas
Ludit, lacte mero mentes percussa nouellus.*

Et I. C. Scaliger, exerc. 87. autor est, Tartaros lactis tenuissimas partes ignis vi sublatas, atque à crassioribus exemptas, quod sublimari dicitur, in usu habere, presentissima facultate ad inebriandum. Et probabile hoc videtur, cum lac butyrum multum quod pingue & oleosum est, in se contineat. Dixi verò alibi, pinguis & oleosa omnia spiritus Chymicis dictos suppeditare, & olea à spiritibus vix aliter, quam substantiæ modo differre. Mirum ergo non est, si matres aut nutrices potu spirituosiore, vino nimirum, vel cereuisia fortiori copiosius vtantur, lac spirituosum inde generari, quod infantes lactentes inebriare quasi & demerari, & hinc cerebri ac membranarum eius inflammationem inducere possit.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur hic morbus ex syncipitis calore eiusque & oculorum cauitate, rubedine faciei, febre ardente & pallore, corporis siccitate, prostrato appetitu & vigiliis. Et quidem cauitates syncipitis, è qua hic affectus nomen habet, *das Blat schiessen oder fallen* appellant Germani. Ollæ enim syncipitis parte superiore, vbi sutura coronalis & sagittalis cœunt non dura sunt, sed membranacea quasi, & omnium postremò indurantur. Quod os seu membrana potius instat folij, vnde Germani *das Blat* nominant, in infantibus interdum subsidet, & foueam quasi constituit, proculdubio quod cerebrum præter naturam subsidet.

Prognostica.

Prognostica.

1. Morbus hic periculosus est, & prolethali etiam vulgò à foemina habetur, si infanti quocunque morbo laboranti, os hoc seu membrana subsideat, & foueam efformat.

2. Et quidem plerumque intra triduum infantes perire solent; & huic pleriq; *aph. 50. sect. 7. Hippocratis* applicant: *Quibus cerebrum sideratum est, intra tres dies intereunt; si verò hos superauerint, sani fiunt.*

Curatio.

Curatio.

Quia adest intemperies calida cum materia, intemperies calida refrigerationem indicat, humor verò, qui affl uxit dissolutionem. Ne tamen plus materix affluat vtile est, vt alius subducatur. Quod commodissimè sit clystere, vel exhibitio *fir. ros. vel viol. solutiuo.*

Refrigerantia quod attinet, possunt ea parari è *succo & aqua lactuce, cucurbitæ, melonum*, vel cucurbita recens in laminas conscilla imponi potest. De quorum tamen usu monendum, ea quidem quodammodo aëta frigida imponenda esse, & quoties incaluerunt renouanda: simul tamen cauendum, ne cerebrum, quod proxime subest, & non nisi cute & membranis reatum est, nimio refrigerantium usu ledatur, & contrarius affectus infantiq; mors inducatur. Tutius oleo rosaceo locus inungitur. Vel *℞. Olei rosacei ℥. ℞. vng. populei ℥. ij. album. oui j. emuls. sem. papau. aq. ros. factæ ℥. ij. Misce.* Vbi fluxio præterierit, & inflammatio sedata est, discutientia è chamemelo, anetho, & similibus paranda. Vt *℞. Ol. chamemel. ℥. j. B. anethini ℥. ℞. visell. oui*

j. Misc. Vel ℞. Summitat. anethi M. ℞. fl. chamamel. p. i. Coq. in aq. Adde ol. chamamel. ℥. j. Misc. Vel aqua chamameli & anethi imponatur.

Dieta.

Imprimis verò bona Dieta Nutricis opus est, quæ lactis caliditas temperetur. Vtatur ergo ea cibus refrigerantibus, ptisana hordeacea, emulsione sem. frig. mai. papaueris, lactuc. endiuiz. Vino planè abstineat, ut & cereuisia potenti, & vel aquam vel cereuisiam tenuem bibat. Degat cum infanti in aëre frigidiore, corporis & animi motus nimios, imprimis iram, caueat.

CAPVT VIII.

De Pauore in somno.

VT verò iam ad symptomata facultatis animalis accedamus, in sensu communi & imaginatione duo accidunt symptomata, pauor in somno, & vigiliæ nimix. Et primò pauorem in somno quod attinet, est ille nihil aliud, quàm somnus perturbatus, & cum somniis terribilibus, de quo est *aphor. Hippocratis 24. lib. 3. Parris & nuper natis puerilis accidunt pauores inter dormiendum.* Equidem Aristoteles, 4. de hist. an. cap. 10. negat, infantes ante quartum ætatis annum somnare, & post quartum etiam annum paucis ipsis somnia contingere. Verùm cum experientia aliud doceat, & infantes somnare ex risu & pauore in somno satis pateat, locus iste Aristotelis non aliter accipiendus est, quàm vt ipse Aristoteles, 7. de hist. animal. cap. 10. sese explicat, dum scribit, somnare infantes, sed serò meminisse imaginum. Et reuera proculdubio, somnia non adeo clara habent infantes; ideoque etiam hic affectus serò incubo in adultis respondet. *Causa.*

Causa proxima sunt vapores impuri & tetri, qui spiritibus animalibus miscentur, eosque turbant, & phantasmata terribilia imaginationi obiciunt. Ortum autem habent vapores illi ex ventriculo, & deprauata coctione: Ideoque hic affectus iis infantibus præcipuè accidit, qui lac audius sugunt, & voraciores sunt, & ita plus alimenti adsumunt, quàm ventriculus concoquere possit, vnde id corrumpitur, & vapores, qui cerebrum petunt, & spiritus animales turbant, eleuantur. Non absurdum tamen putauerim, statuere, hos vapores non solum per œsophagum, sed & per venas ad caput ascendere. Vt enim in incubo, qui ex nimia cibi copia sanguinem flatibus crassis plenum suppeditantis generantur, vapores crassi per vasa ad cerebrum descendunt, & affectionem eam inducunt: ita si infantes cibo nimio ventriculum repleuerint, sanguis etiam inde vaporibus crassis plenus generari potest, iique ad cerebrum eleuati affectum hunc excitant, Ideoque non solum in ventriculo oriuntur hi pauores, sed & in febribus, variolis & morbillis infantibus accidunt. Galenus, 3. aphor. 24. alio modo pauores fieri statuit, dum docet, eos accidere, cum multi & vitiosi humores os ventriculi, quod sensu exquisito præditum est, grauant & mordent, qui morsus, vt alii ad porrò explicant, cerebrum in consensum trahat, & exagitet, è quo cerebri motu fiat concussio, & ex concussione pauor ille. Quandoque & à vermibus proueniunt.

Signa Diagnostica.

Affectus ipse ab adstantibus facile agnoscitur, cum infantes in somno plorent, vel gemant, & concutiuntur, ac subito exterræfacti in clamorem erumpant. Ex ore plerumque simul calidus vaporisque fœtidus exhalat.

Prognostica.

Malum non contemnendum est, cum sæpe epilepsia sit prodromus, & in eam, si sapius reuertatur, mutetur.

Curatio.

Curatio.

Quapropter opera danda, ut malo huic maturè succurratur. Id quod fit, si humores vitiosi è ventriculo tollantur, & ne cibi porro corruptantur, detur opera. Præstatur hoc, si nutriti ipsa sit sana, & cibis boni succi moderatè utatur; à præteritis vero cibis omnibus abstineat, ut ita lac, quod infans sugit, sit probum, non vitiosum, de quo supra, parte 1. dictum: Infans etiam parcius lactetur, & de alimento eius aliquid detrahatur; ne nimia eius copia ventriculus grauetur. Neque infans post lac vel cibum iuramentum ad somnum statim componendus est, sed aliquandiu gettendus, ut cibus ad ventriculi fundum descendat & solidetur, ac facilius coquatur; atque ut corruptus cibus è ventriculo tollatur, vomitu reiciatur, infanti *ol. amygd. dulc.* exhibeatur, vel *meis rosæ solutivæ* cochlear unum atque alterum, quod humores illos vitiosos abstergit, & ad alium promouet. Causa morbi sublata ventriculus roborandus; quod fit, commodè *magisterio coralliorum*, quibus species diaphanis & confectioes de hacytho addi; & cum lacte exhiberi possunt. Vel *℞. Magist. corallior. ʒ. j. Spec. diaphanis ʒ. j. Sacchari in aq. ros. dissol. ʒ. j. F. rotula.* Extra vero ventriculus *oleo absinthij, mentha, nardino, mastichino nuc. moschata* inungatur. Ante somnum autem rotulam *j. diamofchi d. lacte solutam* infanti exhibere vale est. Si à febre sit hoc symptoma; illi occurrendum, ut supra dictum. Si à veniibus, iis convenientia remedia opponenda, de quibus infra. Nonnulli hic & amuleta quædam usurpant, ac de collo infantium suspendunt *corallia, dentem lupi, cornua scarabæi Lucanici*, quem volentem ceruum nominant.

CAPVT IX.

De vigilis nimis.

Vigilia. nimis.

Fœtus quandiu est in utero, perpetuo fere somno detinetur, ut Aristoteles, *5. de gen. an. cap. 1.* nabet, uterum quoque egretilis, initio, si bene se habet, maximam partem dormit, cum cerebrum habeat adhuc humidissimam, & multis humiditatibus abundet. Cum ergo multum vigilare incipit infans, & neque cunarium motu, neque cantu, neque mamma exhibitâ, neque villo alio modo ipsi somnus conciliari potest, morbosæ & præter naturam constitutionis indicium est.

Causa.

Causa.

Que autem vigilantium nominum causa sit in adultis, dictum est, *lib. 1. part. 2. cap. 1.* E causis ibidem enumeratis in infantibus præcipue locum habent, lactis vitium & eius in ventriculo corruptio, è quo vapores acres continuo ad cerebrum adscedunt, spiritusque animales agitant, nec eos quiescere permittunt. Cum vero *cap. præ. ed.* dictum sit, ex cibi in ventriculo infantium corruptione etiam pauorem illum in somnis accidere, queritur, quæ causa sit, quod ex cibi corruptione modo pauores in somnis, modo vigilæ excitantur. Mercurialis causam esse putat, quod vbi à costo cibo non feruntur vapores, sed tristitiæ phantasmata, quæ solam imaginationem percellunt, efficiantur insomnia terrificæ; vbi vero vapores effertur, atque illi acres, somnus impediatur atque vigilæ excitentur. Verùm nulla phantasmata tristitia à corrupto

A cibo in caput feruntur, sed phantasmata in cerebro à facultate imaginatrice formantur: quod autem tristitia sint; accidit, vel quia cerebrum per consensum à ventriculo vellicatur, vel, ut maximè probabile, quia vapores terri spiritus animales inquinant, & ut tristitia phantasmata formantur, faciunt, qui vapores vbi non sunt acres, sed potius crassi, non vigilas, sed pauorem in somno excitant. Si vero vapores illi acres sunt, continuo spiritus agitant, atque ita vigilas nimias excitant. Possunt tamen ob vapores acres somnum in infantibus turbantes etiam è venis & arteriis in caput ferri, in febribus. Præterea etiam dolorificæ affectiones in infantibus vigilas pariunt.

Signa Diagnostica.

B. Affectus ipse per se manifestus est, & infantes nullo modo ad somnum deduci possunt, sed curantibus plorant. Signa.

Prognostica.

1. Periculosus verò affectus est, non solum quia in genere somnus & vigilæ, si modum excesserint, male sunt: verùm imprimis, quia hic affectus ab infantium natura, qui plurimum dormire solent, alienus est. Prognostica.

2. Vigilis enim nimis in iis humores accenduntur, & exsiccantur, unde facile conuulsus motus, febres, catarrhi, & alia mala in infantibus excitari possunt. Curatio.

Si vapores illi acres, qui somnum turbant, & vigilas excitant, à lactis vitio & eius corruptione propeunt, ut lactis vitium modo, qui parte 1. propositus est, tollatur, & humores illi ex lacte corrupto nati, tollantur, necesse est, & corruptio cibi porro præcaueatur, de quo *cap. præced.* dictum est. Curatio.

Si febris vel dolorifica aliqua affectio adsit, ea tollenda, & lintea ac leuissimè munda iis subternenda, scribitque Galenus, *lib. 1. de tuend. sanitat. cap. 8.* cum puellus quidam totum diem itatus fuisset, piorassetque, ac inmodicè se & inordinate iactasset, & neque papilla in os immissa, neque vinarum agitati, nec villo alio modo ad somnum componi potuisset, se deprehendisse, tum lectum, tum inuolucra & vestes sordidas, ipsumque puellum immundum atque illotum, & propterea lauare ac detergere & inuolucra ac vestes mundas præbere iussisse: quibus peractis illico dormiuit puellus non solum suauissimum, sed & longissimum somnum.

D. Medicamenta vero somnum conciliantia non ita tutò infantibus exhibentur; cum eorum ingenia stupida reddant. Solent quidem interdum nutrices, non infantes vigilantes ipsis noctu molesti sint, & ut ipsæ somno commodius indulgere possint, sub noctem infantibus sirapum de papauere exhibere: Verùm hoc valde noxium est infantibus, & plerumque ingenia stupida reddit. Multo minus vero fertiora hypnotica infantibus exhibeantur. Nutricibus potius medicamenta somnum conciliantia propinanda, sed & ea moderata, ut *amygdala dulces, lactuca, semen papau. albi.*

E. Externa quod attinet, lotio pedum instituenda, è *decocto summi. anethi, fl. chamameli, fol. malvæ, salicis, vitis, capium papaueris.* Et vtilissimum est, ut plantæ pedum medulla ossium ceruinorum inungatur. Capiti vero fortiora refrigerantia, vel narcotica non applicanda; cum debile & humidum infantium cerebrum ab iis facile offendantur. Tutissimum est *oleum anethinum recens*, quo tempora illinantur, vel inungantur eadem *oleo rosæ* cum paulillo *oleo nuc. mosch. expresso misto.* Vel imponatur cataplasma ex *sem. papau. albi* cum *lacte muliebri, vel aqua rosar. aut solani* & momento *croci.* Natus etiam infantes oleum violarum cum paucis succo lacticæ mixtum illinatur.

Si siccitas cerebri adsit, linteum, quod semicirculæ ligneo instar vel infantium capiti obtendi solet, aqua frigida, vel violar. aut lactucæ madefieri, iterumque expressum supra caput infantis expandi potest.

CAPVT X.

De Epilepsia & Conuulsione.

Epilepsia. Non raro quoque Epilepsia & conuulsionibus laborant infantes; de quo symptomatum genere cum satis *lib. 1. part. 2. cap. 31.* dictum sit, hic adsum agere nolo: pauca saltem addam. Frequentissime autem Epilepsia infantibus accidit, & propterea, vt *alleg. loco dictum*, ab Hippocrate *morbus puerilis*, & ab Arabibus mater puerorum vocatur. Accidit verò infantibus vel per consensum partium inferiorum, præcipue ventriculi & intestinorum, cum lac in ventriculo corrumpitur, aut prauam qualitatem habet, id quod sæpe euenit, cum nutrices malè moratæ, iræ, & animi affectibus nimis indulgent, & postea statim mammam infantibus præbent, aut vermes in intestinis hærent, aut potius, quod in variolis, morbillis, & aliis febribus euenit, cum ex humoribus vitiosis prauis vapores eleuantur, & cerebri membranas vellicant; vel per primarium cerebri affectum, cum humores dispositionem epilepticam habentes in cerebro generantur; idque accidit vel ob hæreditariam dispositionem, quæ à parentibus communicatur, vel ob temperiem & alimentum vitiosum, ad quam rem non parum facit vini potentioris copiosius à nutricibus hausti vsus. Dolores quoque dentium vehementes, cerebro in consensum tracto, conuulsiones excitare possunt. Excitatur præterea epilepsia à terrore subito, si infantes eo percillantur. Nonnulli quidè epilepsiam in infantibus à pituitoso humore provenire statuant. Verùm si hoc ita se haberet, cur non senes, quorù cerebriù maximè est pituitosum, epilepsia, & contra infantes æque ac senes apoplexia laborarent; quod tamen non accidit? Monstratum verò fuit, *loco alleg.* Epilepsiam nullo modo à pituita provenire, sed potius ab occulta & acri, cerebrique mēbranas peculiariter infestante qualitate, quod omnino in infantibus quoque locum habet. Sit enim sanè, vt infantes multam pituitam in capite cumulent, vnde catarrhi suffocatiui, vel alia mala oriuntur: epilepsiam tamen non excitat, nisi *diādiis* epilepticam concurrat. Et humorem illum, qui epilepsiam excitat, non simpliciter esse pituitosum, sed corruptum, acrem, & prauum; sc̄da illa vlcera & tubercula, quæ infantibus interdum in capite oriuntur, id satis docent. Hæc enim vlcera & tubercula si euanescant in infantibus non solum epilepsia, sed & mortis sæpe causa existunt.

Signa Diagnostica.

Signa. Ipse affectus manifestissimus est. An verò à lacte vitioso aut corrupto, vel à vermibus, imminentibus variolis, morbillis, vel aliis febribus, vel dentitione proveniant, è signis horum adfectuum suo loco propositis patet. An etiam terror causa sit, adstantes docebunt. Quæ omnia si absint, à primario cerebri affectu malum provenire, credibile est.

Prognostica.

Prognostica. 1. Est autem epilepsia non solum in omni ætate morbus adeo horridus & sc̄dus, vt Arctæus scribit, vt si se mutuo in accessionibus spectantes ægroti, quæcunque patiuntur cernerent, non ultra vitam ducere vellent, sed & infantibus periculosum malum, & si infantes admodum paruos, & mox in

A prima ætate corripiat frequenter, raro euadunt.

2. Si autem iam adultiore & per longiora intervalia ac certas periodos inuadat epilepsia, ætatis mutatione euanescit, & curatur, de quo Hippocrates, *5. aphor. 7.* Qui morbo comitiali corripiuntur, ante pubertatem curantur: Post annum autem vigesimum vel vigesimum quintum, ferè vsque ad mortem comitat ur. Et Celsus, *lib. 3. cap. 24.* sæpe morbum hunc, si remedia non sustulerunt, in pueris Veneris, in puellis menstruorum interuentu tolli scribit.

3. Epilepsia & motus conuulsui, qui infantes non raro in variolarum & morbillorum principio inuadunt, ex se quidem nihil periculi habent, & modo variolæ ac morbilli erumpant, nunquam amplius nec adultos epilepsia infestat. Si tamen natura in expellendo succumbat, sæpe infantes moriuntur, non epilepsia, primarij morbi causa.

Curatio.

Curatio autem tam extra paroxysmum seu præseruatio, quàm in paroxysmo *alleg. loc.* proposita est. Vt quædam addamus, præcauetur, epilepsia, si infanti, quàm primùm in lucem editus est, puluis hic cum lacte exhibeatur. *℞. rad. pæonia maris decrese. Luna collecta ℥. j. magist. corall. ℥. β. fol. auri dimidium. F.* puluis. Efficax est & hic puluis. *℞. Margarit. preparat. magist. corallior. r. n. br. an. ʒ. β. visci q. ʒ. ij. succini albi ʒ. j. fol. auri num. v. j. sacch. ad pondus omnium. F.* puluis. Vel *℞. Rad. pæonia ʒ. j. sem. pæonia, visci q. unguis alcis, cranij hom. præp. succini præp. an. ℥. j. moschi ʒ. ij. F.* puluis.

Italis, & Florentinis præcipue, quibus hoc malum familiare est, pueros recens natos ferro candente, aut particula ligni igniti adurere solent, vbi summa vertebra capiti coniungitur, vel candelæ cereæ accensæ guttam vnã vel alteram feruentem in eundem locum destillare motis esse, præcauendi epilepsia gratia, *alleg. loc. lib. 1.* dictum caproculdubio de causa, vt cerebrum hoc modo exsicceetur, & per dolorem humor, qui ad cerebrum fluxit, vel fluxurus est, ad occiput trahatur & deruetur, imprimis si fonticulus est ex vltione exciteur, per quem continuò, quicquid in cerebro colligitur, euacuetur. Et scripsit iam olim Celsus, *lib. 3. cap. 23.* ferro candente in occipitio & infra, qua summa vertebra capiti committitur, adurere duobus locis, vltimum epilepsia esse remedium. Verùm enim uero non satis tutò in mollissimis & tenellis infantium corporibus tam generosum auxilium adhibetur; & omnino hic obseruandum P. Æginetæ consilium, *lib. 3. cap. 13.* scribentis, si infans adhuc fuerit, qui epilepsia corripitur, nihil curiosè esse tentandum. Si enim tenera infantium corpora nec purgationem, nec venæ sectionem ferunt, quomodo igne tolerabunt; cum hoc remedium in infantibus continuos dolores vigiliasque excitet, atque ita eorum vires deiciat. Et sit sane, vt in quibusdam locis, vbi epilepsia per primarium cerebri affectum familiaris est, istud auxilij genus locum habeat: tamen in epilepsia, quæ per consensum partium inferiorù, quæ sæpe infantibus accidit, nihil prodesse poterit cum auram illam malignam, quæ ex inferioribus ascendit, à cerebro auertere non possit. Verùm de quæst. ista prolixè tractat Ioh. Baptista Syluaticus, *contron. 87.* qui videatur.

Mater imprimis, vt & nutrix, bonam dietam seruet, nec aliquid in cibo sumat, quod morbum infanti conciliare possit, de quo *part. 1. de nutricis diata*, dictum. Si infans epilepsia obnoxius lac ventriculorum nimis repleuisse animaduertatur, vt id vomitu reiciatur, danda opera, quod sit, si lingua infantis comprimatur, vel penna ol. amygd. d. vel olii.

olii. illita in fauces intrudatur, quæ ratione interdum paroxysmus tollitur, si fiat in ventriculo à lacte repletione.

Si à vermibus sit epilepsia, remedia contra vermes *lib. 3. part. 2. sect. 1. cap. 5.* tradita, & quorum etiam postea mentio fiet, usurpanda, quæ eos euecent, & exturbent, quibus radices pæoniæ, & alia contra epilepsiam remedia addere licet.

Si cum febre coniungatur epilepsia, eam nonnulli fieri statuunt, quia calore absumatur cerebrum & quasi colliquescat, atque inde infans moriatur. Verùm cum infantes in febribus statim in principio interdum epilepsia, corripiantur, causa hæc locum non habet: Vero magis consentaneum est, Epilepsiam hæc fieri à vapore maligno, ab humore febrili excitante eleuato. Et cum propterea epilepsia superueniens prauitatem materię arguat, non mirum est, infantes plerumque tum mori. In curatione autem epilepsię talis, non simpliciter ad epilepsiam respiciendum, sed simul ad febrem, nec nimis calida contra epilepsiam exhibenda, sed quæ temperata sunt, vt corallia, smaragdus, vngula alcis, & similia. In paroxysmo exhibeantur aquæ epilepticæ, ac seruiæ & synciput iisdem, vt aq. lauendulæ & ol. succini fricetur, collo infantis etiam radix pæoniæ, vngula alcis, smaragdus appendatur, aut in vola infantis complicato pugno retinenda dentur.

De Conuulsione.

Conuulsio. Qua ratione autem conuulsio & conuulsui motus differant: *lib. 1. part. 2. cap. 28.* dictam. Ad conuulsuos motus pertinet epilepsia, de qua modò dictum. In epilepsia nimirum cerebrum magis afficitur, & propterea omnes totius corporis partes conuelluntur, & simul omnes sensus interni & externi abolentur; Motus tamen ille deprauatus non ita diu durat, cum cerebrum id, quod molestum est, omni conatu excutiat. In conuulsione verò cum materia circa spinalem medullam & in musculorum exortu consistat, omnes partes ita non conuultur, neque animales actiones cæteræ læduntur. Malum tamen hoc pertinax est. Habet autem ortum ab iisdem causis, quæ *lib. 1. part. 2. cap. 28. & 31. de epileps. & conuuls.* propositæ. Nonnulli quidem multa dubia hic proponunt: verùm cum ea omnia ex hypothesi oriuntur, nimirum conuulsionem fieri vel à repletione, vel ab inanitione; de eo verò quid sentiendum sit, *lib. 1. part. 2. cap. 28. qu. 1.* dictum sit: hic nihil ampliùs addimus. Hæret verò illa materia plerumque in spinali medulla, & quidem pertinaciter. Et propterea malum periculosum est, & infantes plerumque moriuntur.

Medicamenta ad hunc affectum vtilia, *alleg. loco* sunt proposita. Infantium corpora, & præcipuè spina dorsii lauanda est *decocto radic. althææ, lil. albor. pæoniæ, fl. chamæmeli.* Hinc linimento aliquo illinenda, parato ex *pingued. human. anser. ol. lincbricor. irino, lilior. alb. vulpino, cerebint. mastichino, styrac. calamit. & similibus.* Paulus Aegineta *heliotropium* herbam aqua coctam pueris conuulsione laborantibus prodesse scribit, si ea lauentur.

CAPVT XI.

De Strabismo.

Strabismus

AD actiones animales læsas pertinet Strabismus, quo infantes nuper nati etiam corripiantur. Estque hoc malum vel natium, ex vitiosa oculorum conformatione; vel ex consuetudine contrariorum Seanerti. Tom. III.

Afficit, dum infantes in cunis capitolei aut eandem læ accense aduerso, vel ad latera posito iaceant, atque ita oculos continuo luci obuertunt, quo cum infantes collinant, distorsionem hæc oculorum efficiunt. Vel etiam à morbo excitatur, dum post frequentem epilepsiam, conuulsis & contractis oculorum musculis, situs hic oculorum vitiosus contrahitur.

Prognostica.

Si sit à primo ortus Strabismus in infantibus, vix curatur; vt etiam ille, qui epilepsiam frequentem & fortem sequitur. Si verò sit à mala consuetudine, curationem suscipit, dummodò recens malum sit; inueteratum enim curatur.

Curatio.

Curatur autem, si lucerna in partem oppositam, quo oculi præter naturam declinant, ponatur; vel aulæ picta & variegata simili modo oculis obiciantur, vt infans fixo obtutu eam adspiciens, in contrarium oculos flectat. Idque rariùs faciendum, donec assiduo eiusmodi oculi in contrarium motu is in naturalem statum & situm formetur. Potest quoque lacina vel cappa faciei infantis obdici, & foramina oculis opposita ita disponi vt infans in partem oppositam ei, quo oculos præter naturam vergunt, eos dirigere & mouere cogatur. Vide *lib. 1. part. 3. sect. 2. cap. 23.*

CAPVT XII.

De Aurium dolore, inflammatione, humiditate, ulceribus & vermibus.

INter morbos pueriles, Hippocrates, *3. aph. 24.* Auriū etiam *ἄνω ὑγίειναι*, aurium humiditates, nominat. Cum enim cerebrum infantium sit valde humidum, superflua humiditatis pars quædam interdum per aures euacuatur. Sed rarò hoc fit sine inflammatione. Plerumque enim si humores superflui copiosè ad aures conflant, inflammatio inde excitatur, cui grauis dolor coniungitur, quæ cum in infantium corpore humido non discutitur, sed in pus mutetur, fit, vt postea linguis, pus & sanies effluat. Interdum & vermiculi in auribus nascuntur quæ affectio aurium verminatio, & aures verminosæ appellantur.

De aurium autem inflammatione, vermibus, & dolore in genere dictum; *lib. 1. part. 3. sect. 3. cap. 2. 4. 8.* quæ ibi videntur. Hoc loco saltem quædam, quæ infantibus propria sunt, asseremus.

Causa.

Est in infantibus, vt dixi, maximè humiditas cerebrum, & excrementa multa cumulat, quæ natura rectè agens per palatum & nares euacuat. Vbi verò eorum nimia copia colligitur, quandoque per aures confluens dolorem, dolor sanguinis affluxum excitat, vnde postea inflammatio oritur, quæ vbi in pus mutatur, sanies ex ea effluit, & natura postea huic viæ adhaeret, & omnia, quæ in cerebro colliguntur, excrementa per hanc viam deinde euacuat.

Signa Diagnostica.

In infantibus humiditatum ex auribus effluxus non difficile cognoscitur, cum sensibus partat. Dolor verò & inflammatio non ita facile cognoscitur; cum infantes ipsi, quid mali patientur, narrare non possint; sed colligitur hoc malum ex eo, quod infantes plorant & inquieti sunt, quodque, dum aures contrectantur, clamant, & tactum auerlantur. Rubedo quoque & color circa aures percipitur.

Prognostica.

1. Malum hoc non negligendum, Dolor enim ipse

qui plerumque coniungitur, cum adultos, ut Hippocrates, 3. prognost. 1. 16. scribit, die septima irregulari possit, multo magis potest idem in infantibus præstare, in quibus vigilias, epilepsiam, & tandem mortem adfert.

2. Præterea, quia puerorum aures sunt humidiores, si sordibus his scateant, vermes in iis generantur.

3. Insuper ex continuo humorum adfluxu & sordibus ulceris latius seipentis tandem aurium ossa, & præcipue spongiosa & cauernosa illa, corrumpuntur & cariosa euadunt, & nisi temporis progressu vlcus sanetur, incurabilis surditas inde oritur.

Curatio.

Curatio.

Itaque maturè curatio instituenda. Ac primò quidem si dolor adsit grauior, statim is est sedandus, modo, qui alleg. loco cap. 8. propositus est. Fortiora tamen, tenellorum infantium corporibus non conueniunt. Sufficit hîc lacte tepido aures fouere, vel oleo ros. violar. vel decocto capitum papaneris; aut oui albumen cum lacte aut pauillo croci auribus indere.

Ad ipsas verò aurium humiditates abstergendas vtile est mel. rosaceum, & aq. mellis, quæ per turundam auri indantur. Quæ si non sufficiant, alumen vino dilutum, molli lana exceptum auri indatur. Vtilis etiam hîc est radix iros, myrrha, crocus. Vel nitrum, alumen & crocus cum vino & melle miscantur, & lana excepta auribus indantur. Vel ℞. Mellis virginici ℥. s. vini rubri ℥. ij. aluminis, croci, niri an. ʒ. j. M. super igne. Vel olenm ex sem. cannabis recens expressum cum pauillo vino mistum instilletur.

CAPVT XIII.

De Aphthis, vesiculis gingivarum, & inflammatione tonsillarum.

Aphthas.

Oruntur in ore infantium sæpe vlcera quædam, quæ Aphthæ vocantur, ortumque habent ex lacte vitioso, vel in infantium ventriculo corrupto. Cum enim partes oris internæ in infantibus sint molles acteneræ, nec in vtero vllcibo adscitæ, si lac non sit planè dulce, sed acre ac vitiosum, facillè ab eo exulcerantur. Idem accidit, si ex lacte in ventriculo corrupto vapores acres adscendant, idque eo facilius, cum tunica, quæ fauces inuestit, œsophago communis sit, & facillè vitia ventriculi per eam faucibus communicentur. Verùm cum quæ de aphthis dici possunt, omnia ferè lib. 2. part. 1. cap. 18. proposita sint, eorum saltem hîc mentionem facere volui, reliqua inde perantur.

Vesiculæ gingivarum.

Cognatæ sunt aphthis, vel ferè eadem cum aphthis, vesiculæ, quæ in gingiuis infantium interdum oriuntur, habentque etiam ortum ex lacte corrupto vel vitioso, atque eadem etiam eas curandi ratio est. ℞. Lentium excortic. q. v. Pulueriscentur & masticeantur, & gingiuis illinantur. Vel ℞. Farina milij ℥. s. aq. ros. ol. omphac. an. q. s. Fiat Liniuentum.

Inflammationes tonsillarum.

Inter puerorum morbos Hippocrates, 3. aphor. 26. & tonsillarum inflammationes recenset, de quibus quidem in genere, lib. 2. part. 1. cap. 22. actum, pauca tamen hic addam. Πυρίδιον tonsillæ dicuntur, & propriè locum affectum significant: alleg. tamen loco Hippocrates pro ipso affectu accipit, seu tonsillarum inflammatione. Equidem & infantibus, ut Hippocrates, de dentib. scribit, dum dentium tonsillæ inflammantur & exulcerantur: idem tamen, alleg. aphor. πυρίδιον, pueris iam grandiusculis, id est, ut Galenus, in comm. explicat, ab

unde citò ad decimam tertiam partem progredientibus, malum hoc familiare esse scribit: quia tum vis expulsiua fortior sit, quàm fuit in prima infantia, & partes istæ, iam non amplius ita molles manent, sed humorem adfluentem faciliùs retinent, eùm antea, cum molliores erant, eum facillè transudare, & in fauces defluere paterentur.

Curatio ex alleg. loco patet. Danda nimirum opera, ut alius laxior sit; & si opus sit, clystere mouenda. Postea in principio repellentia adhibenda, deinde resoluentia admiscenda, tandem sola ferè vsurpanda. Quæ commodissimè in adultis forma gargarismi, & collutione oris vsurpantur. Verùm cum infantes minus adulti talia commodè vsurpare non possint, locus affectus illinendus melle, rosaceo, syr. de rosis siccis, myrino, granator. diamoro, rob-nucam, pro vt morbi status postulat. Extra verò collum infantis illinendum oleo amygd. d. chamæmelino, hyperici. Reliqua alleg. loco videantur.

CAPVT XIV.

D Dentitione.

Inter omnes morbos & Symptomata, quæ infantibus accidere solent, maximè ipsis propria est Dentitio. Sunt enim quidem multi alij morbi ipsis familiares, pauci tamen necessarij. Vnicam dentitionem necessariò omnes infantes ferè necesse est. Et si verò dentitio naturæ opus sit: tamen propter morbos & symptomata varia, quæ ipsi coniungi solent, inter morbos infantium recensetur, vbi quidem non tam de ipsa dentitione, quàm de difficili dentitione agitur. Dentibus equidem infantes, dum in lucem eduntur, iam præditi sunt: latent tamen in suis alueolis, sed gingiuis tegantur, ac postea tuo tempore erumpunt. Obseruatum tamen interdum, infantes cum dentibus eminentibus ortos fuisse. Sic refert Plinius, nat. hist. lib. 7. cap. 16. Marcum Curium & Papirium cum dentibus natos fuisse, & eam ob causam Curium Dentati nomen meruisse: Valeriam quoque Romæ cum dentibus natam Regum temporibus, Suesam Pometiam, illa ætate florentissimam urbem, deportatam esse, responso auruspicum vaticinante, exitio ciuitati, in quam delata esset, futurum. Narrat quoque Balduin. Ronstæus, de vita hum. primord. cap. de dentit. Anno 1564. Goudæ se puellam vidisse, quæ cum ordiretur lucem, duos incisores dentes in maxilla inferiore haberet.

Tempus dentitionis.

Prodeunt autem & erumpunt dentes circa septimum mensem, & quidem primò Incisori, quos aliquo temporis interuallo sequuntur Canini dicti, tandem Molares. Et si verò, vt modò dictum, dentium eruptio, quæ Græcis ἰδονία, Latinis dentitio appellatur, naturæ opus est, quæ ipsos propellit: tamen præternaturales affectiones, quæ ex solutione illa continui gingivarum accidunt, plures coniunguntur. Et infantes primò magnum pruritus in gingiuis sentiunt; postea quasi aculeo gingiuarum, dum aculeatis illis ossibus perforantur, punguntur, vnde vehementissimus dolor, vigilæ, inflammationes gingivarum, febres, alui profluvia, conuulsiones excitantur; Idque maximè accidit, cum caninos edunt, qui vulgò ab oculis nominantur, vnde in prouerbio dici solet; Parentes de liberis gaudere non possit, donec dentes ab oculis editi sint. Fit quidem & alia dentitio circa annum septimum, dum lactis dicti dentes dicuntur; alique firmiores & duriores erumpunt, sed eùm tum gingiuarum antea perforatæ sint, id sine dolore accidit.

Signa Diagnostica.

Signa.

Et si ipsi infantes nondum sermone dolorem, qui in dentitione accidit, indicare possunt: tamen dentitio cognoscitur, primò ex ipso tempore, quo dentes erumpere solent, quod est circa initium septimi mensis; deinde quod infantes frequenter digitos ad dolorem demulcendum in os inferunt; tertio, quod matres vel nutrices papillas fortius stringi, quam antea, percipiunt; quarto eo loco, ubi dentes erumpere conantur, gingiua albecat. Tandem interdum varia mala accidunt, dolor, vigilix, alui profusivum, febres, convulsiones. Et quidem febres illæ symptomaticæ, quæ dentitionem sequuntur, oriuntur ob dolorem, vigiliæ, gingivarumque inflammationes; ac dum hamores accenduntur, biliosi & fluxiles sunt, diarrhæa sequitur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Grauis, imò sæpe periculosa est dentitio in infantibus, ob morbos & symptomata, quæ coniungi & superuenire modò diximus, ita ut non pauci febribus aut convulsione superueniente moriantur: & eo maius periculum est, quò difficilius, & longiore tempore dentes erumpunt.

2. Quibus cum dentes erumpunt, alius crebrò demittit, minùs convulsione tentantur, quàm quibus rarò alius subducitur. Hippocrates, *lib. de dentit.*

3. Quibus in dentitione febris acuta accidit, ij rarò convulsionibus tentantur. *Ibid.* Quia febre materia, quæ convulsionem facere poterat, absumitur.

4. Qui in dentitione bene habito corpore permanent, & graui somno premantur, periculum est, ne eos convulsio prehendant. *Ibid.*

5. Quibus hyeme dentes erumpunt, si cætera similiter habeant, ij facilius evadunt. *Ibid.* Et quibus dentitionibus hyemis superuenit, ij si diligenter curentur, facilius ferunt. Rhases tamen, *in continem.* scribit, dentitionem, quæ fit vere, esse minus molestam. Verùm proculdubio ad diuersa respexerunt autores hi. Hippocrates quidem ad ipsum virtutis robur, quòd hyeme, ob caloris natui vigorem, maius est, & ita facilius dentes protrahit, si cætera omnia rectè sese habeant, & infantes ab externis aëris iniuriis defendantur. Rhases contra ad laxitatem gingivarum, quæ vere & ætate maior est.

6. Non omnes dentibus erumpentibus convulsione tentati moriantur, plerique etiam seruantur. *Ibid.*

7. Dum infantes caninos dentes adunt, peius habent, ac grauius laborant, quia illi acutiores & grauiores dolores infansibus inferent.

Curatio.

Curatio.

Qua ratione autem, ut dentitio facilius fiat, curari possit, supra, *all. g. loco*, dictum. Ut quædam addamus, cum difficilis dentitio proueniat à densitate & crassitie gingivarum, danda opera, ut laxantur & emolliantur gingivarum, ut facilius dentes erumpere possint, quòd emollientia præstant, deinde ut dolor & inflammatio, si quæ adfit, leniatur, quòd refrigerantia præstant, quæ tamen sola, ne gingiua adstringant, usurpata non debent, sed emollientibus admisceri. Fricentur ergo gingiua digito melle illito, vel melle cum butyro mixto, aut *candela ex cera virginea* infanti masticanda detur. Ita enim gingiua laxantur, ac pruritus lenitur. Vel inungantur gingiua *mucilage semin. cydon. ag. malua* parata; vel cerebro leporino. Extra quoque foveantur maxilla decocto althææ, flor. chamæmeli, anethi. Vel succo malæ & butyro s. s. aut melle passulæ & butyro s. s. Vel *mucilage sem. cydon. & alihææ*, cum *viscellis oui* mista. Si inflammatio gingivarum

A adfit, frigida, ut *succus solani, lactuca*, addantur. Maxilla quoque emollientibus foveri possunt, & si dolor sit vehementior, *succo solani* cum *ol. ros.* inungantur. Nutrix ipsa, dum infantes dentunt, bonam dietam obleruet, victusque sit temperatus, & potius ad frigidum, quàm calidum declinet. Et si enim ratione: pius dentitionis calida dieta nutribus imperanda videtur; cum *Antoteles*, *7. de hist. an. cap. 20. & 5. de gen. animal. cap. 8.* scribat; Quæ candiore lacte veicuntur pueri, ius properat ortus dentium; tamen de tempore saltem dentitionis *Antoteles* loquitur, in ipsa dentitione verò victus frigidior commodior est ob febrem, quæ hoc modo vel minuitur, vel præcapitur. Vtetur itaque nutrix forbitionibus ex *hordæo*, vel *asena* paratis, cuius forbilibus, prunis, lactuca, endiua, à falsis verò, acribus & mordacibus abtineat; ut & vino. Reliqua videantur *loco allegato*.

CAPVT XV.

De Vinculo lingue solvendo, & ranula sub lingua.

Accidit quoque non rarò, ut in infantibus à primo ortu lingua vinculo suo atcaus adstringatur, ut satis extendi, & liberè exteri non possit. Interdum etiam eò loci, ubi lingua frenum est, tumor mollis & albus apparct, quem *ranulam* appellant. De quibus vitus cum *lib. 1. pars. 3. sect. 5. cap. 4. & 5.* actum sit, ea, quæ ibi cæta, hic repetere nolo: pauca saltem addo. Lingux adstrictio seu lingux ligatio Chæurgia commodissimè curatur. Solent quidem interdum obstetrices statim edito infante, vel unguibus rumpere, vel nummi acie disticcate hoc vinculum: sed sæpe hoc sine necessitate agunt, & in operando errant. Commodus ergo Chæurgo perito res committitur. Quia tamen operam hanc infantes non facile admittunt, & facile fieri potest, ut festio ista vltieris, quàm par est, fiat, aut et si ea rectè facta sit, labia vulneris non statim coeant, limentum hoc commodè adhibetur: *℞. Farina hordæ ʒ. ʒ. ʒ. Mii. cum mellis despinmati q. s. & lento calore humiditas omnis exhalct, ut in puluerem redigi possit. Postea ℞. vitell. ouor. ad duriciem coctior. & vase clauso in furno exsiccatorum, ut in puluerem redigi possint, ʒ. j. iheris, mastiches an. ʒ. j. alumin. ossi ʒ. vj.* Puluerentur omnia, & cum melle rosæ. F. Limentum.

Lingux adstrictio.

Ranulam verò sub lingua quod accinet, sunt sub lingua venæ satis conspicuæ & simplæ, quæ interdum sanguine vitioso replentur. In his ergo si in infantibus humor pituitosus colligatur, atque ex iis transudet, & intra carnis meatus ibi hæreat, ex eo & sanguine tumor hic q. fungus in arboribus generatur. Cum v. si diu duret, & incrementum tumat, balbutiem inducere, & vocem intercipere possit, maturè ei occurrendum. Quapropter medicamentis *alleg. loc.* propositis, ut *sale armeriaco*, vel *sale & thure* mistis, item *pulvere salviae* aut *origani* cum *mell. ros.* misto, quibus spirit. vitriol. gutta vna atque altera addi potest, tumor abigendus. Vel *℞. Off. serice, salis gemma, piper. an. ʒ. j. spongia ʒ. ʒ. ij. F. puluis*, quo tumor fricetur, vel cum melle limentum, quo tumor illinatur. Sub mento verò emplastrum apponi potest, paratum ex *sterc. asferin. & mellis* partibus æqualibus, in vino ac vini consumptionem coctus.

Ranula sub lingua.

CAPVT XVI.

De Catharro, tussi, & difficili respiratione.

Catharrus. E Quidem de catharro *lib. 1. part. 2. cap. 34. de tussi lib. 2. part. 3. cap. 5. & difficili respiratione cap. 1. actum fuit. Quia tamen inter infantium morbos ab Hippocrate, 3. aphor. 24. tusses, & ibid. aphor. 26. asthmata seu anhelationes nominantur, ista symptomata hic prætermittenda non sunt. Quia verò aliqui à catharro ortum habent, de iis coniunctim hoc capite aliquid breuiter dicemus.*

Causse.

Causse. Ortum autem habent catharri in infantibus à naturali eorum constitutione, seu humidissima cerebri temperie, ob quam facilè in eo multa excrementa cumulantur. Accedit his à *ἀσθμία* infantium, cum lactis copia nimia ventriculum onerat, vnde vapores multi in caput ascendunt, cerebrumque replent. Cerebrum ergo si excrementitii humoribus repleatur, & vel ab externo aere frigido, cui in vtero infantes non sunt aduerti, vel à caliditate, dum nimis calidè lauuntur, aut pluribus calidis tegumentis eorum capita inuoluuntur, materia in capite funditur & agitur, ad nares, aut ad fauces, aut etiam pulmones copiosius descendit. Excrementitij ergo hi humores, si per nares euacuari non possint, in asperam arteriam delabuntur, & tussim excitant. Si itidem in pulmonum bronchia descendant, difficilis respiratio, seu anhelitus difficultas, quam Hippocrates, *alleg. aphor.* asthma appellat, excitatur. Cæterum cum infantes sæpe ex *ἀσθμία* in primis viis multos crudos humores cumulent, & hypochondria inflata, ac tumida habeant, accidere quoque posse puto, vt, sicut *lib. 2. part. 3. cap. 2.* dictam, crudi humores per epar, seu ex cruditate & crasso chylo in epate genitus sanguis pituitosus, per venam arteriosam in pulmones effundatur, & bronchia pulmonis comprimens respirationem difficilem seu asthma excitet.

Signa Diagnostica.

Signa. Ipsa hæc symptomata facilè cognoscuntur. An verò humor sit frigidus vel calidus, deprehenditur ex eo, quod si humor est calidus, catharrus est tenuior, sæpius infantes sternutant, facies est floridior, faucesque rubent, & ex ore infantium vapor calidus exhalat, quem & nutrices in papillis percipiunt. Si verò humor sit frigidior, crassior est, infantesque non sternutant, nec rubedo in facie aut faucibus, nec calor in ore deprehenditur. An verò difficultas respirationis sit ex materia à capite descendente, an verò ex sanguine pituitoso, è venis ad pulmones ascendente, cognoscitur ex eo, quod si à capite descendit, catharrus & simul tussis adest, & inter respirandum stertor quidam ac sonus percipitur, dum aer non liberè, sed per obstructa pulmonis bronchia transit. Si verò sit ab humore pituitoso ex hypochondriis ascendente, catharrus & tussis adest, & hypochondria sunt inflata ac tumida.

Prognostica.

Prognostica. 1. Catharri hi, & inde sequens tussis, ac difficilis respiratio, in infantibus non negligenda sunt; cum tusses non solum vigilias & vomitus frequentes excitare, sed & herniam inducere, imò catharri suffocationem & mortem adferre possint.

2. Non autem ita facilè curantur; cum in infantibus non omnis generis remedia adhiberi possint, neque iidem materiam expectorare atque exspuere valeant.

A

Curatio.

Quas Indicationes catharrus, tussis, & difficilis Curatio. respiratio suppeditet, *allegatis loc.* dictum. Verùm cum non omnia remedia ibi proposita infantibus adhiberi possint, vt mirer, nonnullos pilulas & bolos infantibus præscribere; saltem quædam infantibus vtilia & commoda adferemus. Danda autem imprimis opera, vt intemperies, quæ materiam suppeditat, emendetur, & humoris ad pectus adfluxus impediatur. Et cum infantes multa medicamenta nec sumere, nec ferre valeant, & natura ipsa plerumque sine medicamentorum ope humorum catharri causam concoquere, atque ita catharrum sistere soleat, modò recta diætæ ratio obseruetur, imprimis danda opera, vt nec infans, nec nutrix in diætâ quicquam peccet, & proinde infans nec lacte, nec alio cibo ventriculum repleat, sed ei potius aliquid à cibo subtrahatur. Nutrix verò ab acerbis, salis, acidis, & omnibus, quæ vapores ad caput multos mittunt, absteineat. Commodum quoque fuerit, nutrici decoctum aliquod pectorale exhibere. Vt *℞. Ficum, iniubar.* an. num. x. *sebesten.* num. xxx. *passul. enuel.* ʒ. x. *glycyrrh.* ʒ. ij. *capill.* ʒ. *hyssopi, violar.* an. ʒ. ʒ. Coq. in lb. ij. aquæ, ad tertiam part. consumptionem. Medicamenta quod atinet, vt alius laxa seruetur, curandum, eamque melle, vel syr. ros. solutio, cassia, manna, vel clysteribus. sollicitare, vtile fuerit. Commodè quoque exhibetur cochlear. j. *ol. amygd. dulc. rec. expressi,* cum *saccharo cando* mixti, quod non solum ventrem laxat, sed & tussim sedat. Vel lingua compressa vomitus prouocetur. Imprimis verò alui laxatione opus est, si difficultas spirandi à repletionem ventriculi & hypochondriorum proueniat, & rum etiam lini semen cum melle & momento sem. cumini exhibere conuenit. Postea exhibeatur *succus fœniculi* cum lacte, vel syr. *iniubin.* *capill.* ʒ. & si materia sit crassior, de *hyssopo & prassio.* Vel *emulsio amygd. d. & pinearum* cum aq. scabiosæ, vel alia conueniente facta, & saccharo cando dulcorata exhibeatur. Vel eclegma aliquod ex *spec. diaireos f. diatragac. frigidi, saccharo penidio, cum syr. iniubino* paretur; vel ex melle, oleo amygd. dulc. & *succo glycyrrhyzæ ac fœniculi.* Vtile est & *semen gossypij*, bombæcis vulgo vocant, excorticatum, cum vitello oui & ol. amygd. d. ac saccharo penidio mixtum, pro linctu datum. Grandi sculisiam *rotala ex spec. diaireos f. diatragac. frig. cum extr. glycyrrh.* & vna vel altera gutta ol. fœniculi dari possunt. Si tamen catharrus sit calidior, emulsio sem. 4. frig. maj. cum aq. maluz parari, eique spec. diatrag. frig. addi possunt. Extra verò ad excandam materiam catharrosam, stupa cannabina super prunis calefacta, & puluere ros. rubr. ac thuris conspersa imponatur. Pedes quoque infantium lauare aqua, vel apud nos cereuisia, in qua herbæ cephalicæ coctæ sint, & postea plantas, pedum pinguedine lucij, vel seuo hircino aut ceruino, vel ol. laurino aut costino inungere vtile est. Et quia interdum catharri ad fauces & asperam arteriam delabuntur, quod nares in infantibus obstructæ sint, si id accidat, nares supremæ inungantur *butyro s. s.* vel *ol. amygd. d.* aut *amararū*, prout opus, aliquoties de die. Vel *℞. Succibeta, maiorana* an. ʒ. ij. *alsines* ʒ. ʒ. *ol. amygd. d.* ʒ. j. Misc. & nares eo inungantur. Vel naribus *butyrum s. s.* pisi magnitudine indatur. Vel naribus *ocymum caryoph.* aut *maiorana* admoueat, vt sternutatio excitetur, & materia, quæ per asperam arteriam defluit, per nares excernatur. Tandem nonnulli ad respirationem faciliorem reddendam pectus butyro s. s. vel pingued. gallinæ, vel ol. chamæmel. aut amygd. d. illiunt.

CAPVT XVII.

De Singultu.

Singultus.

DE Singultu actum in genere *lib. 3. part. 1. sect. 2. cap. 10.* Singultus autem accidit infantibus ex alimenti in ventriculo corruptione, aut ventriculi à lacte repletione, aut ventriculi ab externa aëris refrigeratione. A quibus causis omnibus, cum expultrix facultas ventriculi in infantibus offendatur & irritetur ad id, quod sibi molestum est, expellendum, hunc motum conuulsioni similem instituit. Alia singultus causæ, quæ à nonnullis hic plures recensentur, & alleg. loco fuerunt propositæ, in infantibus plerumque vix locum habet.

Causæ.

Signa Diagnostica.

Signa.

Affectus ipse per se manifestus est. Quod verò infans ventriculum lacte nimis repleverit, cognoscitur ex nutrice, ventriculi tumore, & quod singultum talem vomitus sequi solet. Si ex lactis corruptione fit singultus, cognoscitur è suis signis; quod nutrices lac vitiosum habent, infantes dolent ac plorant, fecesque alui etiam corrupti lactis indicium exhibent.

Prognostica.

Prognostica.

1. Singultus in infantibus plerumque nihil periculi habet, & causâ sublata cessat.
2. Si tamen causâ sit tantæ vehementiæ, vt reliquo nervoso generi communicetur, & ita epilepsia, vel alia conuulsiones aut conuulsui motus coniungantur, plerumque lethale est.

Cura.

Curatio.

Si ab alimenti corruptione proueniat singultus, commodissimum est, vt cibus vomitu reiiciatur, & propterea ad eum ciendum, lingua digito comprimitur, vel penna oleo illita faucès illinantur, & postea ventriculus calefacientibus roboretur, ac de lacte & cibo aliquid subtrahatur. Si ex lactis corruptione & vitio fiat singultus, lactis vitia, vt suo loco dictum, emendanda, & lac corruptum *syr. vel melle ros. solutino* ex ventriculo abstergendum. Postea infanti *conserva ros. rubr. cum pulu. corall. vel bolo Arm.* exhibeantur. Si à refrigeratione fit singultus, ventriculus cum internis tum externis medicamentis calefaciendus. Exhibeatur infanti *syr. de monia, de betonica*: foueatur ventriculus *de cocto. fol. mentha, origani, absinthij, radis. cyperi,* & postea inungatur *ol. mentha, mastichino, anethino,* vel imponatur *cataplasma ex mentha & sem. anethi trito, cum ol. mastichino.* Vel *mastiche & rhus cum album oni,* officio ventriculi imponatur. Vel *℞. Mastich. ʒ. j. thuris, sem. anethi aa. ʒ. ij. cumini. ʒ. j.* Pulueriscentur & cum *succo menthe* mixta, ac stupra canabina excepta ventriculo imponantur. Est & alius adfectus singultui cognatus, quem Mercurialis etiam ad singultum refert, qui infantibus plorantibus accidit, vbi cum insigni sonitu, & singultu quasi plorant, ita, vt ipsis etiam interdum vox intercipiatur. Causam autem huius affectus, qui inter plorandum infantibus accidit, Mercurialis esse putat, quod pueri vehementes animi passiones habent, præsertim verò iram & voluptatem. Vbi verò vehemens sit passio, vehemens quoque in corde sit agitatio, atque vbi magna facta est agitatio, spiritus magno impetu emittitur, qui cum confertim exire nequeat, intercipitur, atque interceptus quasi subsultans, dum egredi vult, singultum edit.

Verum enim verò affectus iste propriè singultus non est, neque in ventriculo accidit, sed si cui ap-

Operum Sennerii. Tom. III.

Apellare libeat singultum ille est, cuius Aristoteles, *sect. 33. problem. 1.* mentionem facit, & à pulmone prouenire dicit. Et de hoc singultu vera esse potest sententia Plateri, quam, *tract. 1. Prax.* habet, vbi diaphragmati singultum tribuit. Verum non oritur ventriculo primario affecto, & diaphragmate contracto, sed, vt Mercurialis rectè scribit, ab animi adfectibus, ira scilicet, & dolore, in quibus cum magna sit spirituum agitatio, illi non, vt vult Mercurialis, dum magno impetu & confertim exire conantur, intercipiuntur, sed quia à corde vicino ad diaphragma ruunt, vnde eius conuulsio quædam quasi accidit, à qua cum eius motus impediatur, respiratio interdum cessat, & spiritus in infantibus planè intercipitur, interdum vocem clangosam, spiritu subito erumpente, edunt. Cessante verò animi adfectu, etiam hoc symptoma cessat. Matres tamen, dum spiritus intercipitur, manu dorsum infantis percutere solent, proculdubio vt spiritus vel vapor ille, qui motum diaphragmatis & respirationem impediuit, dissipetur.

CAPVT XVIII.

De Vomitu.

DE Vomitu in genere actum fuit, *lib. 3. part. 1. Vomitus. sect. 2. cap. 12.* In infantibus is fit, vel à copia lactis, quod auidè luxerunt, quæ frequentissima **Causæ.** ferè causâ est vomitus in infantibus: vel eius prauitate, vel ob vermes, à quibus prauis humores in ventriculum regurgitant. Potest quidem & à pituita à capite in ventriculum delabente vomitus excitari, sed rarius hoc fit in infantibus. Facit tamen in infantibus ad vomitum frequentiore & ventriculi debilitas, quæ ab eius humiditate & laxitate prouenit. Vt enim siccitas maximè facit ad retinendum: ita laxitas retentioni obest, vnde accidit, vt in infantibus ventriculus à copia lactis facilè offendatur, & ad vomitum concitetur.

Signa Diagnostica.

D Si à copia lactis sit vomitus, id nutrix facilè patet, & post vomitum infantes melius habent. **Signa:** Si ex corruptione lactis oriatur, id ex eius, quod vomitu reiicitur, qualitate cognoscitur, estque flauum, viride, vel alterius vitiosi coloris, odoremque prauum habet, ipsumque lac nutricis non satis bonum est. Vermes suis signis cognoscuntur.

Prognostica.

1. Vomitus in infantibus plerumque nihil periculi coniunctum habet, estque vulgata quidem inter feminas sententia, eos infantes esse viuaciores, qui à primo ortu interdum vomunt. Neque ratione caret hæc opinio. Cum enim infantes nuper nati aliquid vitiosi humoris in vtero collecti in ventriculo habeant, ac nouo alimento non sint adfecti, præterea ipsorum ventriculus laxus, humidus ac debilis sit: facilè fieri potest, vt ex lacte, quod sæpe infantes nimis auidè, sugunt, cruditas in ventriculo generetur, vel lac corremptur. Itaque si collecti vitiosi humores vomitu reiiciantur, commodius ac salubrius est, quam si retineantur, & in penitiores corporis partes distribuuntur.

2. Si à copia lactis sit vomitus, minus habet periculi, & plerumque post vomitum infantes melius habere solent.

3. Si verò à corruptione lactis sit, peior est; cum interdum alia symptomata attrahere soleat.

4. Si vomitus diu duret, periculosum est, cum atrophis, imò tandem mortis causâ esse possit.

K K k ij

Si s. alba & pituitosa reiciantur tutius est, quam A
si crocea, v. rida, aut ind. gra.

Curatio.

Curatio.

Si à copia lactis sit vomitus, infans non sæpè la-
ctetur, & de lacte ei aliquid subtrahatur.

Si à lactis corruptione sit vomitus, lactis vitium
emendetur, vt supra dictum, & quod corruptum est,
abstergatur syr. vel melle ros. solutiuo. Vt tandem
ventriculus infans, qui humidus & laxus est, siccetur,
Syrupus mentha, cydonior. exhibeatur. Vel
℞. Ligni aloes, corall. mastich. an. ʒ. ʒ. B. galange
ʒ. ʒ. Cum syr. cydon. Misc. in formã linctus. Vel
puluis cum lacte macerno aut nitricis exhibeatur.
Si humor sit acris & calidus, exhibeatur syr. gra-
nator. ribes, ceralliorum Extra imponatur ventri-
culo empl. de crusta panis, cerotum stomachale, vel
crusta panis vino maluatico medida. Vel ℞. Ol.
mastich. cydon. mentha, absinth. an. ʒ. ʒ. iij. int.
mosch. expr. ʒ. ʒ. pulueris card. iophyllor. ʒ. j. Misc.
Vel ℞. Ol. nuc. mosch. expr. ʒ. j. destill. mastich.
ʒ. ʒ. mentha gatt. iij. Misc. Vel ℞. Fl. ros. rubr.
M. ʒ. mentha p. j. rad. cyperi, granor. myris an. ʒ.
ij. Coq. in vino rubro, quo spongia imbuatur, &
ventriculo imponatur. Vel ℞. M. scam panis alibi
tosti, & aceto madefactam, vitellos ouor. ad duris-
simum coctos. num. iij. Adde mastich. thuris, gummi
Arab. an. q. l. Cum succo mentha. F. Emplastrum.
Vel ℞. Mastich. thuris, fl. ros. rubr. an. ʒ. ij. ca-
ryophyll. ʒ. j. Cum succo vel aq. mentha F. Cata-
plasma. Si lac calidus sit, ventriculus inungatur ol.
ros. myrtino, cydon. Vel ℞. Ol. ros. myrtini an. ʒ. j.
accu ʒ. ij. pulv. corall. santal. emm. an. ʒ. ʒ. M. Vel
℞. Mastich. fl. ros. rubr. an. ʒ. ij. balanst. ʒ. j. p.
s. tosti & acet. rosac. madefacti iterumque expressi
ʒ. j. ol. ros. q. s. F. Cataplasma. A proprietate oc-
cultâ corallium prodest, & propterea infantium col-
lo ad vomitum prohibendam appenditur.

CAPVT XIX.

De Torminibus ventris.

Tormina
ventris.

FRequentissimum quoque, quo infantes labo-
rant, malum sunt ventris dolores & tormina,
quæ nunc sola, nunc cum alui fluxibus variis in-
fantibus molesta sunt.

Causa.

Causa.

Tormina in infantibus ferè solum à lacte proue-
niant, & quidem dum ex eo vel flatus, vel humores
acres generantur. Si enim copia lactis in infantibus
ventriculum oneret, cruditates & flatus inde pro-
ueniant; quod etiam accidit, si nutrices cibus, qui
flatus generare solent, videntur, aut si venter infan-
tium ad acrem frigidum laedatur. Si verò lac in ventri-
culo corrumpatur, vbi ad intestina descendit, ea
vellicat ac mordicat, & dolorem in iis excitat.
Idem faciunt & vermes in intestinis hærentes.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscuntur tormina ventris & dolor in infan-
tibus, quod infantes sunt inquieti, & continuo plo-
rant, mammas auersantur, nunc huc, nunc illuc se
iactant. Si à flatu sit dolor, interdum remittit, in-
terdum acerbatur, venter inflatur, ructus & ven-
tris crepitus eduntur. Si sit ab humore, dolor ferè
continuus est, & quidem si à pituitoso & viscido, al-
uius ferè obstruitur, & feces mucosæ sunt. Si verò à
lacte corrupto & biliosis ac acris humoribus sit
dolor, fluxus alui plerumque coniungitur, & quæ
excreantur, sunt crocea vel viridia. Si à vermibus
sunt dolores, signa cruditatis, flatuum, vel corrupti
lactis absunt, signa verò vermium adsunt.

Prognostica.

1. Dolores hi, si diu durent, vires deiciunt, & u. Prognosti-
terdum convulsiones ac epilepsiam excitant. ca.
2. Sunt verò grauiores, qui à lacte corrupto &
acris humoribus prodegnunt. Periculosi quoque
qui à vermibus.

Curatio.

Curatio.

Si à flatibus & crudis humoribus hæc tormina ur-
tam habeant, & alui obstructa sit, commodissi-
mum est, vt Clyster. iniiciatur. Vt ℞. Parietar. fl.
chamam. an. M. ʒ. Coq. in bradiq. carnis. Colatu-
ra ℞. ʒ. iij. vel iv. mellis rosati colati ʒ. j. vitell.
oui dimid. F. Clyster, qui etiam infanti mensera-
num vel duos nato turd inilei potest. Vel infanti
ol. amygd. dulc. recens expressum (cui absterisionis
& laporis gratia aliquid sacchari addi potest) hora
vna ante cibum exhibeatur, quod & aluum laxat,
& dolorem lenit. Ioan. Heurnius, meth. ad prax.
lib. 1. cap. 16. scribit, se vltu comperisse, à feminis
arisi. ʒ. j. crasse comminuto, iam recens natos
puerulos commotissimè à viridibile, & scæda pi-
tuita purgari, si cum pulvere saccharatam sumunt,
primò cochleari indatur, ac illis exhibeatur: cla-
mosos quoque ventris dolores illud sedare. Extra
quo leniter calefaciant, attenuant, dissipant, &
laxant, atque ita simul anodyna sunt vlturpanda.
Ea propter oleo anethino venter infantis laigiter
inungendus. Vel parietaria contusa, & ol. commu-
ni vel chamamel. mixta, ventri imponatur; vel fo-
mentum ex parietaria vel fl. chamamel. parietur.
Vel ℞. Flor. chamamel. summit. anethi an. M. j.
sem. lini, factigr. an. ʒ. ʒ. Coq. in vino, quo bis
die ante cibum venter foueatur. Si verò à lacte cor-
rupto & humoribus acris sit dolor, abstergentia
vtilia sunt. Exhibendus ergo syr. ros. solutiuus, vel
mel ros. solutiuus, vel syr. de cicbor. cum rhabarb.
vel clyster ex furfurum & parietar. decocto, ac syr.
ros. sol. iniiciatur. Vel ℞. Decocti hordei ʒ. iij. vel
iv. ol. anethini ʒ. j. vel j. B. vitell. oui j. F. Clyster.
Extra verò ol. rosaceum, cum anethino & chama-
mel. mistum adhibeatur.

CAPVT XX.

De Ventris & hypochondriorum inflatione.

NON rard accidit, vt infantibus hypochon-
dria & venter sub costis notis intumescat, &
quasi inflatur, vulgò appellatur *das Herxgispän*.
Ortum autem habet hæc hypochondriorum infla-
tio ab *adspayis* infantium, dum plus lactis sugunt,
vel alterius cibi sumunt, quam rectè concoquere
possunt, vnde crudi humores & flatus in ventricu-
lo, & locis vicinis cumulantur, vnde is & hypo-
chondria inflantur & intumescunt.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur hæc affectio, quod ventriculus &
hypochondria sunt dura & inflata quasi, & infantes
angustiam & oris ventriculi compressionem ha-
bent, ac Cardiacam quasi patiuntur, & difficili res-
piratione laborant.

Prognosticam.

Malum hoc non difficulter curatur, modò recta
diætæ ratio obseruetur.

Curatio.

Itaque à cibo aliquid infanti subtrahendum, vt
cruditates concoquantur, nec lac ipsis, vel cibus
alius præbendus, donec prior concoctus sit. Dein-
de vile est, vt eundem hanc ores euacuentur, quod
commodissimè sit melle ros. sol. exhibitio. Vulgò
femina nostrates decoctum vel aquam cardiacæ,

aut auriculae muris, vltimpre solent. Et quidem Cardiacam quod attinet, testè hoc sit, quia nomen hoc accepit, non quod cordi, sed ventriculi orificij, quod antiquis Graecis, teste Galeno, 2. meth. med. cap. 2. *cardia* nominatur compressioni & angustiae, atque anxietati exinde excitatur, de qua lib. 3. part. 1. sect. 2. cap. 15. actum, mundatur. Obstructiones enim aperit, & pituitam deterget. Auricula verò muris quomodo commodè in hoc affectu adhiberi possit, non video; imò ne cum damno eius decoctum infantibus exhibeatur, quæcumque cum adstringat, & obstruat, & propterea rupturæ valorum ac sanguinis luto ac fluxui inde orto vitis sit. Exhibetur quoque commodè infantibus *pulsis ex rad. peonia, ireos, sem. cumini, sesami*: vel ex puluere cum melle aut *ol. amygd. dulc. aut sacch. F.* Linctus. Hypochondria verò extra foueantur *decocto cardiacæ, flor. chamæmeli, sem. cumini*: vel cataplasma ex his paratum imponatur. Atque hypochondria, inungantur *ol. chamæmel. rutaceo, laurino.*

CAP. V. XXI.

De alui fluxu.

Diarrhœa
Causa.

Diarrhœa quoque & alui profluuium satis familiare malum est infantibus. Idque primò accidit dentitionis tempore, vt Hippocrates, 3. aphor. 25. scribit. Et quidem ob coctionem turbatam, & alimenti corruptionem. Accedit enim plerumque febris dentitioni, atque ita calore præternaturali coctio læditur. Deinde vigiliis nimis, quas parit dolor, coctio turbatur, quæ aliàs somno adiuuari solet. Tertio doloribus calor ad coctionem alimenti necessarius à ventriculo auocatur, atque ita coctio turbatur. Quarto calor febrilis humores agitatio & fundere solet, qui ad aluum ruentes, fluxum eius excitant. Tandem etiam ob febrim, quæ dentitioni coniungitur, infantes plus sugunt, vel bibunt, quàm par est: imò ipsæ nutrices plerumque, sed malè, vt infantes plorantes placent, eosque ad somnum disponant, sæpius, quàm par est, iis mammam præbent: atque ita dum cibus & potus iste non rectè coquitur, crudus vel corruptus per aluum sæpius eicitur. Mercurialis, de morb. puer. lib. 2. cap. 25. aliam adhuc causam fluxus alui, qui in infantibus dentitionis tempore accidit, addit, dum scribit; dentitionis tempore in gingiuis à dolore calorem præternaturalem excitari, à quo attrahantur humores ad eas partes, qui ibi putres, salii & acres redditi, nec non ad stomachum deinceps, & intestina præcipitati, mirificè expultricem facultatem excitent, & consequenter alui fluxum inducant. Aliis hoc probabile non videtur. Primò, quia humores illi attracti non morantur in ore aut gingiuis, sed vel ad thoracem, vel ventriculum delabuntur. Secundò, quia dentes & gingiua à lactis continuo vsu leniuntur & temperantur. Tertio, quia in pueris humidissimis tantus calor esse non possit, qui acrimoniam & faldedinem illam possit producere. Quarto, quia si humores illi tam acres & salii essent, vlcera generarent in ore. Verùm et si Mercurialis sententia simpliciter accepta, locum vix habere possit, neque sit credibile, in ipso infantium ore humores ita acres, salios, imò putres reddi posse, vt in ventriculo & intestinis facultatem expultricem excitare, & hinc alui fluxum inducere possint: tamen cum in ipso ore cibi aliquam alterationem accipiant; in infantibus verò in dentitione gingiua valdè alterentur, imò sæpe inflammantur, vt etiam calidum expirent infantes dentientes;

Alac verò facile materur, & corrupti, vt non impossibile videtur, vt lac, quod à matris inguit infantes, aut etiam alij cibi, quos allumant, vt ore aliquam, eamque prauam alterationem suscipiant, atque ob eam postea fletu in ventriculo rumpantur, & corrupti expultricem facultatem intestinorum & ventriculi stimulent.

Interdum tamen extra dentitionis tempus infantes alui profluuij corripiuntur, cum vel ventriculus & intestina ab externo aere refrigerantur, & propterea coctionem alimenti non rectè perficiunt. vel etsi ventriculus sese bene habeat, ista tamen à corrupto cibo potus oneratur, vnde cruditates, & cibi corruptio sequitur; eruditque & non satis cocti, aut corrupti cibi si non vomita reiciuntur, per aluum excernuntur, eamque ad crebram defecationem inuolunt. Potest idem fieri vel ob lactis & alimenti prauitatem, ob quam vitiosus chylus in ventriculo generatur, qui naturam ad excretionem crebram assumit. In infantibus tamen humiditas & laxitas interdum etiam alui profluuium excitare potest, ob quam retentis, quæ siccitate maxime gaudet, seditur, quæ lactis expultricem postea in consensum trahatur. Humiditas autè ista habet ortam rpe ab humore acro in ventriculo, & ex ventriculo in intestina delabente. Et quidem istis causis, siue copia, siue prauitate, siue humorem à capite deflura, ventriculus & intestina interdum sese rectè intus habent: à causis tamen istarum vi & continuatione tandem intemperiem contrahunt, ob quam cibi vel erudi & inconcocti, vel corrupti per aluum crebro excernuntur.

Signa Diægnostica.

Isse fluxus per se patet. An verò ex dentitione, an verò alia de causa accidat, ex signis dentitionis, quæ supra proposui, præsentibus vel absentibus colligi potest. Si ex intemperie ventriculi vel intestinorum fluxus alui ortam habeat, cognoscitur id ex eo, quod signa aliarum causarum abijunt, & causæ alique externæ, quæ intemperiem frigidam vel humidam, ventriculo vel intestinis imprimere poterint, præcesserunt. Si ab humore à capite descendente fluxus sit, ex ipso catarrho præsentis id cognoscitur, fecesque sunt spurcæ. Qualis etiam sit materia, quæ excernitur, facile cognoscitur. Si enim sint humores erudi, cibi non concocti excernuntur, ructus adiant, & excrementa sunt picuola & alba. Si verò humores sint caudi, ac cibi corrupti, quæ excernuntur sunt fæua, vel vitidia, fæcide, & tormina ventris maiora adiant.

Prognostica.

1. Quod Celsus in genere de fluxu alui docet, per vna die fluere aluum, atque etiam pluribus, sæpe pro valeudine esse, modo febris absit, & nihil intra septimum diem finatur, id etiam in infantibus verum est. Et propterea fluxus alui in infantibus, si cum bene ferant, non statim sitendus, cum sæpe humores in ventriculo corrupti per eum commotè euacuentur, qui si detineantur, graua mala exortare solent.
2. Vnde etiam Hippocrates, lib. de dietis. scripsit; Quibus cum dentes erumpunt, alius sæpius deicitur, minus conuulsione instantur.
3. Si tamen infantes fluxum non bene ferant, ad oblatos cibos sese malè habeant, vitæque deficientur, fluxus nimis diuturnus sit, & atrophiam infantes corripiat, omnino sitendus.
4. Periculosus etiam est alui fluxus in infantibus, si per febres acutas accidat, vt & singra euacuat.

Curatio.

In curatione autem primò attendendum, vt in-

fans adhuc lac sugat, nec ne; deinde an dentes erumpant, vel non. Si enim lac adhuc sugat, cura non saltem ad infantem, sed & ad matrem aut nutricem dirigenda, & præcipuè videndum, an lac bonum sit, nec ne. Si enim lac vitiosum sit, eius vitium corrigendum, aut si id statim fieri non possit, nutritrix mutanda. Ipsi quoque cibi subadstringentes exhibendi. Abstineant verò nutrices à fructibus, & cibis crudis, ac difficilis coctionis. Si verò infans amplius lac non sugat, cura saltem ad infantem dirigenda. Siue autem lac sugat infans siue non, humores vitiosi, qui euacuantur, non in tempestiuè suppressendi. Imprimis in dentitione non facile aluus sistenda; cum ab iis, quæ lædere potuerint, corpus expurgeretur, quæ retenta febrem augere, & alia mala inducere possint, sed naturæ negotium committendum; imprimis si fluxus sit non adeo copiosus, & infantes eum bene ferant: aliàs causæ, unde fluxus pendet, tollendæ, humoresque simul abstergendis iis medicamentis, quæ adstrictionem post se relinquunt, vt *syr. vel melle ros. solutiuo, coaserua ros. cum manna* parata quæ in *Instir. lib. 5. part. 3. sect. 3. c. 10.* est descripta. Vel iniiciatur talis clyster. *℞. Decoctisem. milij, myrobalan. omnium, an. ℥. ij. vel iij. syr. ros. simplicis infus. ℥. i. vel ii Fiat Clyster.* Vbi humores sunt absterfi, si causa sit calida, exhibeatur *syr. de ros. siccis, cydonior. myrtinus, corall. ribes;* vel detur puluis si *margaritis, coralliis, mastiche, C. C. flor. ros. rubrarum.* Vel puluis *myrtill. cum momento sang. drac.* exhibeatur. Vel *semen oxylapathi cum vitello oui* super igne subige & exhibe. Vel *℞. Fl. verbasci, ros. rubr. an. p. j. rad. consolid. maj. tormentill. an. ℥. i. Coq. Colaturæ ℞. ℥. iij. syr. ribes ℥. j. Misc. Vel ℞. Nuc. moschat. mastich. an. ℥. j. Exhib. cum succo cydonior.* mista. Extra verò venter inungatur *ol. myrsino, ros. mastich.* Vt *℞. Ol. myrtini ℥. j. mastichini, rosar. an. ℥. β. cera parum.* Misc. Vel venter foueatur *decocto fl. ros. rubr. verbasci, plantag. cum vino rubro* parato. Vel *℞. Fl. ros. rubr. ℥. j. myrtillor. mastich. an. ℥. ij. ol. myrtini q. s. cera parum.* F. Vnguentum. Vel *℞. Fl. ros. rubr. verbasci an. M. j. rad. cyperi ℥. ij. mastich. ℥. β.* Cum linteo albo F. sacculus, qui coq. in vino rubro adstringente, & ventri imponatur. Vel *℞. Cydonior. in vino rubr. coctior. & per seiceum iraxellorum ℥. iv. panis tost. aceto adpersi ℥. j. β. ol. mastich. q. s. F. Cataplasma.* Vel *℞. Farina hordei ℥. ij. pul. fl. ros. rubr. ℥. j. sang. drac. balustior. mastich. thuris an. ℥. ij.* Cum modico aceti rosacei & oui albumine. F. Cataplasma. Vel imponatur ventri *emplastrum de crusta panis,* aut *Cerorum stomachale.* Vel *℞. Rad. consolid. maj. ℥. j. fol. plantag. verbasci an. M. iij. fl. ros. rubr. M. i. balustior. ℥. β.* Coq. in aqua pro intestu. Si verò causa sit frigida, & alba deiciantur, exhibeatur *syr. mastichinus, cydonior. cum aq. mentha.* Coagulum quoque *hædi vel leporis* ℥. β. pondere exhibitum à plerisque commendatur. Eo tamen die infans à lacte abstinat, ne haustum in ventriculo coaguletur, sed pulmentis interim vtatur, è pane albo vel similitudine in aqua coctis. Extra medicamenta ex *mentha, absinth. mastiche, cumino,* vsurpentur. Vt *℞. Anthera rosar. ℥. j. sem. cumini, anisi an. ℥. ij.* Cum *ol. mastich. & absinth.* & pauca *cera* F. Vnguentum. Vel *℞. Ol. nardini, mastich. mentha an. ℥. β. pul. corallior. ℥. β. ol. nucis mosch. expr. ℥. ij. cera q. s. F. Vnguent.* Vel *mentha* vino decocta ventri imponatur, aut *crusta panis aqua mentha madida.* Vel sacculus ex *mentha absinth. ros. rubris, mastiche, nucis moschata, caryophyllis* ventri imponatur. Plura hac de re videantur *lib. 3. part. 2. sect. 2. cap. 5. & 6.* quibus de *lienteria & diarrhæa*

A agitur, & varia medicamenta proponuntur, quæ facile etiam infantibus accommodari possunt.

CAPVT XXII.

De alui adstrictione.

CONTRA sæpe accidit, vt infantibus aluus adstringatur, aut tardior sit, de quo symptomate in genere, *lib. 3. part. 2. sect. 2. cap. 4.* dictum, vbi causæ omnes, ob quas aluus obstrui potest, expostæ sunt. Infantes quod attinet, est in iis aluus tardior, vel adstringitur, primò ob intemperiem intestinorum frigidam vel siccam, quæ nonnullis infantibus à primo ortu accidit: Deinde ob viscidos, & pituitosos humores, quibus feces alui obuoluuntur, atque intestinis tenacius adherent, & propterea difficulter excernuntur. Fit autem hoc præcipuè ob lactis vitium, quo infantes aluntur, & ex quo pituitosi & viscidi humores in ventriculo generantur: quod accidit, ob debilitatem ventriculi, & cum matres vel nutrices cibis crassis, viscidis & adstringentibus vtuntur, ac nimis parcè bibunt. Nam vt ipsi infantes talibus cibis vescantur, raro accidit, & non nisi in adultioribus. Potest tamen etiam ad alui siccitatem & suppressionem in infantibus facere epatis, lienis, aut renum calida intemperies, ob quam feces alui exsiccentur. Tandem etiam hoc accidit, si quacunque de causa bilis è vesicula fells, quæ intestina ad excretionem stimulat, ad ea non confluat.

Signa Diagnostica.

Ipsam vitium per se manifestum est: quæ autem causæ sint alui tardioris, vel suppressæ, diligenter inquirendum. Si siccitas naturalis intestinorum mali causa sit, aluus ferè semper tarda est, quæcunque etiam diligentiz in ea mouenda adhibeatur, & aliarum causarum signa adsint. Si pituita viscida & crassa causa sit, feces, cum excernuntur, ea obuolutæ adparent. Si error aliquis in dicta & victu matris vel nutricis commissus sit, ex iis cognoscitur.

Si visceris alicuius vicini intemperies calida & sicca adsit, ex eorum signis patet. Si bilis, quæ intestina ad excretionem irritat, ad intestina non fluat, feces alui non sunt tinctæ, sed albæ vel cineritæ, & in infantibus corporis color sit flauus.

Prognostica.

1. Quibus aluus natura adstrictior est, equidem interdum satis commode & sani viuunt; cum natura illud aquosum fecibus permixtum euacuare, vel insensibiliter discutere soleat.

2. Rarò tamen fit, vt infantes, quibus aluus adstrictior est, satis sani viuant, & tutius semper est, in iuuenibus aluum laxiorem esse, quam suppressam, 2. aphor. 53. Nam si aluus suppressitur, vapores ex alui fecibus in totum corpus distribui, & tormina ventris, dolor capitis, & alia mala inde excitari possunt.

Curatio.

Curatio alui suppressæ in infantibus duobus modis perficitur, primò, si causæ, ob quas aluus suppressi solet, tollantur, deinde, si aluus suppressa laxetur. Primò ergo danda opera, vt causæ omnes, quæ alui adstrictionem istam inducere possunt, tollantur. Si nimirum intestinorum intemperies adsit frigida vel sicca, crebrò infantes lauandi, & quidem in intemperie frigida in balneo herbarum calefacientes stomachicæ, in sicca verò humectantes, *malua, althæa, parietaria, branca ursina,* coquendæ, & venter, si adsit intemperies frigida, calefacientibus,

Alui ad-

Causæ.

Signa.

Prognosti-

Curatio.

si sicca humectantibus, vt oleo lil. albor. unguento dialthæa, pingued. gallina butyro s. f. & similibus inungendus. Deinde si mater vel nutritrix cibis, vta sit, quæ aluum adstringere possunt, vt cydonis, ræspilis, pyris, sorbis, berberis, ribes, fabis, & similibus, ab iis omnibus impostecum abstineant, & contra cibis, quæ aluum emolliunt, vtatur, vt malua, passulis, prunis, iure caulium, & similibus. Si infans iam grandiusculus sit, & aliis etiam cibis, quàm lacte, vtatur, ab omnibus adstringentibus abstineat, & emollientibus vtatur: & caulium seu brassicæ rubræ succus vel decoctum cum modico sale aut melle exhibitum, aluum in infantibus laxare potest. Si pituita viscida & renax intestinis adhæreat, & feces ea obuoluantur, incidentia & abstergentia vlturpanda, vt mel. rosarum solutiuum, syr. de passio, & similia. Si viscus aliquod vicinum calidum & ficcum sit, eius intemperies corrigenda syr. viol. cichor. decocto hordei, emulsione seu. frig. maj. & similibus. Si bilis ex vesicula fellis ad intestina non perueniat, meatus biliarij obstructi aperiendi, decocto rad. graminis, fœniculi, asparagi, capill. ♀, & similibus. Cum verò non semper expectare liceat, donec causæ omnes sublatae sint, sed ad symptomata præcauenda maturè aluus aperienda sit; præstari id potest extremis & internis medicamentis. Inter externa sunt glandes seu suppositoria dicta, quæ sunt ex melle & sale, vel melle crûdo linteolo indito; lardo, sapone, radice malua, butyro illita. Vel ℞. Stercoris muris ʒ. ʒ. ʒ. & adipi hircino misc. ac F. suppositorium. Verùm non nimis frequenti horum vlturpata ad glandes eiusmodi adsueta faciendâ. Aliâs enim, nisi sollicitata, aluus officium non facit, & postea iterum statim supprimitur. Præstat ergo Clysteres & alia externa vlturpare, quæ simul causam morbi tollere, & siccitatem intestinorum emendare, aut pituitam viscidam incidere aut abstergere possunt, prout necessarium est. Vt ℞. Ol. commun. ʒ. iij. vel iv. sacchari rubri ʒ. ij. vel iij. vitell. oui ʒ. salis ʒ. iij. F. Clyster. Vel ℞. Rad. althæa ʒ. ʒ. malua, parietaria, an. M. ʒ. fl. chamaemelip. ʒ. sem. lini, fœnigr. an. ʒ. j. Coq. in aq. l. In colatura ʒ. iij. v. vj. pro ætatis ratione, dissolue fl. cassia ʒ. ij. iij. vel ʒ. ʒ. ol. commun. ʒ. j. vel ʒ. j. ʒ. vitell. oui ʒ. j. F. Clyster. Extra vmbilico infans quæ aluum laxant, epomphalia dicta, imponi possunt. Nimirum butyrum vel ol. amygd. d. aut sola, aut cum vno atque altero grano scainmonæ aut colocyntidis. Vel adeps gallina cum felle bubulo, aut succo cyclaminis. Vel ℞. Aloës ʒ. ij. fellis tauri ʒ. j. scam. ʒ. j. butyri s. f. q. s. F. Ung. quo testa nucis iuglandis impleatur, & vmbilico infantis adponatur. Imò totus venter inungatur. Vnguento aliquo emolliente. Vt ℞. Butyri rec. s. f. pingued. gallin. anser. an. ʒ. ʒ. ol. amygd. d. lini an. ʒ. iij. medulla vituli, ungu. dialthæa an. ʒ. ij. cera parum. Misc. Vel ℞. Fol. malua, althæa an. M. j. sem. lini, fœnigr. an. ʒ. ʒ. ficum num. vj. Coq. in aq. & contund. ac per taceum traiciantur. Conuulsis adde butyri s. f. adip. gallin. an. ʒ. j. ungu. dialth. ʒ. ʒ. croci ʒ. j. Misc. F. Cataplas. quod ventri imponatur. Si fortius laxare libet, aloë, & alia purgantia addantur. Vel ex farina volatilis & succo ebulli F. Cataplasma, quod ventri imponatur, vt ventriculum non tangat; quod in aliis etiam medicamentis & cataplasmatibus, quæ vim purgandi habent, obseruandum.

Grandioribus iam terebinthina Cypria, ciceris magnitudine, vel ʒ. j. aut ʒ. ʒ. exhiberi potest; vel decoctum brassicæ rubræ cum melle, vel syrupus violar. rosar. aut mel rosar. & solutiuum, vel passula laxatiua, vel cassia, à ʒ. ij. ad ʒ. vj. vel manna, quæ

A commodè in lacte dissoluitur, aut pulmentis admiscetur. Vel hoc: ℞. Carnis caricar. pingv. passul. ennel. an. ʒ. ij. iuinbar. num. vj. ʒ. cassia ʒ. ʒ. elect. diasebest. solutiu. diaprunis sol. an. ʒ. ij. Cum syr. conseru. myrobalan. chebulor. F. Electuar. Dosis ʒ. j. Iunioribus verò lac cum saccharo exhibeatur, vel mel lingendum detur. Possunt & nutritri medicamenta purgantia, sed leniora, & ætati ac constitutioni infantis conuenientia adhiberi.

CAPVT XXIII.

De Lumbricis.

Cum de Lumbricis satis, lib. 3. part. 2. sect. 2. Lumbricis. Cap. 5. dictum sit: hic saltem quædam, quæ infantibus propria sunt, proponemus.

Nascuntur aures præcipuè vermes in infantium intestinis, ita quædam, vt obseruatum sit, in ipso matris vtero lumbricos in intestinis infantium ex materia feculenta genitos, & ab editis pauld post excretos fuisse, vt annotauit Autor, lib. 4. de morbis. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Causa.

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

Caussa. In infantibus verò in lucem editis generantur ob eorum ad digestionem, & lactis cum aliis cibis confusio-

rem frigidum sæpe sudant infantes, in facie color rubei apparet, mox iterum pallefcunt. Interdum conuulsiuis motibus corripiuntur. Febres quoque sæpe accedunt, eaque satis prauæ, colluueilia excrementorum circa vermes putrescente. Ista tamen signa, quæ plerique omnibus communia esse dicunt, magis longis & teretibus, quàm latis lumbricis vel ascaridibus competant, habentque illi alia signa.

Qui enim lato lumbrico laborant, cibi appetitum nimium habent, & nisi is offeratur, dolorem & morsum in ventre percipiunt, vt aliquando lipothymia corripiantur, nisi statim is offeratur. Aliàs tormina in lato lumbrico sunt mitiora. Ignauior enim est lumbricus latus, & intestinis adhærescit, nec facile de loco in locum mouetur. Corpus valde extenuatur, & imbecillum redditur, ac alia quædam signa interdum ex modò recensitis adsunt. Hoc verò certissimum signum est, si cum alui excrementis corpuscula quædam cucurbitæ seminibus similia excernantur.

In ascaridibus vehemens pruritus in ano adest, & assidua ad egerendum irritatio. Hærent enim in intestino recto, idque continuò vellitant; excrementa sunt veluti iumentorum, & malè olent.

Prognostica.

Prognostica.

1. Equidem infantes sæpe satis diu lumbricis laborant, sine insigni aliquo detrimento: sæpe tamen grauiora, quæ modò enumerauimus, symptomata inducuntur.

2. Minùs noxiè lumbricis sunt ascarides, cum sint parui, & hæreant in intestino recto, loco à partibus nobilioribus remotiore, & per quem non ita difficulter excernuntur. Aliquando tamen vlcera in intestino recto excitant.

3. Lati quidem lumbrici difficillimè curantur, imò sæpe homini consenscunt: grauiora tamen symptomata vel mortem non facile inferunt.

4. Longi & rotundi maximè noxiè sunt, & varia interdum symptomata inducunt, compertumque est, lumbricos tales non solùm intestina, sed & abdomen perforasse.

5. Melius autem est, si lumbrici hi graciles & extenuati exeant, quàm si crassi, magni, & q. sanguine repleti sint. Si enim graciles sint, iudicio est, materiam, qua aluntur & fouentur, non ita copiosam adesse; contrarium si accidat, argumento est, abundare in corpore multos tales humores excrementitios, à quibus incrementum tantum sumferint.

6. Melius est, si lumbrici sint pauci, quàm si multi.

7. Melius etiam est, si lumbrici sint albi; peius, si flauï, huidi, rubri, nigricantes.

8. Simpliciter figura lumbrici mitiores sunt; deteriores, qui serpentinam, vel aliam prodigiosam figuram habent.

9. Melius est per aluum, quàm per os vermes exire; pessimum verò, si partes alias perforent, & per eas exitum querant.

10. Lumbrici cum febre magis perniciosi sunt, quàm qui sunt sine febre.

11. Si conuulsio cum stridore dentium atque obmutescencia accidat, periculosum est.

12. Si vermes mortui non vi remediorum aut defectu alimenti eiiciantur, sed causa materix morbificæ enecati fuerint, periculosum est, non quia non sit bonum vermes reici, sed quia prauitatem causæ morbificæ arguit.

Reliqua prognostica videantur loco allegato.

Præseruatio.

Præseruatio lumbricorum.

Tutius est, præstare, ne lumbrici in infantibus generentur, quàm vt generati enecentur & expellantur. Præcauetur autem generatio lumbricorum

A diæta & medicamentis. Diæta sit talis, vt nullo modo ad generationem vermium faciat, sed eam potius impediatur, & imprimis victus ratio talis esse debet. Itaque exhibendi cibi boni succi, iique condiendi interdum succo granatorum, aurantiorum, citri. Vitanda verò dulcia, pingua & viscida, imprimis lactis & piscium multus esus, vt & fructus horarij & ficus. Potus in aduetis, quod tamen rarò commodum, sit vinum tenue, vel aq. graminis & acetosæ dilutum. Vinum enim lumbricis aduersum est; aut eereuisia pura. Potui rasuram cornu cerui, vel C. C. præparatum, vt & iusculis ac medicamentis admiscere vtile est.

B Medicamenta verò quod attinet, imprimis danda opera, vt materia, quæ generationi vermium apta est non detineatur, sed euacuetur, atque exsicceetur, & ad generationem vermium inepta reddatur. Itaque danda opera, vt aluus laxa sit, & materia, è qua forsân vermes generari possent, sensim euacuetur. Hic nonnulli quidem aloën, hi eram picram, rhabarbarum, infantibus forma pilul. & boli exhibenda præscribunt, sed quomodo infantibus talia propinari possint, ipsi viderint: nostris talia frustra præscribuntur; nisi adultiores iam sint. Violenter etiam infundi vix commodè possunt, vt mox dicitur. Commodius est, si infantibus clysteres iniiciantur, vel singulis diebus ante cibum decoctam sebesten exhibeatur, vel rotula diaturbith. cum rhabarb. aut aliæ conuenientes, aut elect. diasebesten, aut syrupus aliquis ex decocto plantarum vermes necantium, cum fol. senæ, agarico & paxillo rhabarbaro.

C Inter medicamenta autem, quæ materiam exsiccant, ac generationi vermium resistunt, commodissima quidem sunt amara, vt absinthium, scordium, & similia. Verùm quia ista infantes non facile adsumunt, alia quæ minùs ingrata sunt, infantibus interdum exhibenda, vt decoct. radic. graminis, auricula muris, succus limonum, curri. Interdum etiam gutta j. aut ij. spiritus vitriol. in conuenienti liquore propinari potest.

Curatio.

D Si autem vermes iam geniti sint, & de eo certis signis constet, danda opera est, vt ij expellantur. Medicamenta autem quæ id præstant, alleg. loc. sunt proposita; quædam hic saltem eligimus, quæ infantibus commodè exhiberi possunt. Et si enim nonnulli, ex Antiquis etiam, vt ex P. Ægineta, lib. 4. de re med. cap. 57. videre est, suadent, si infantes medicamenta auersentur, ea vi, dentibus diductis, cochleari argenteo fistulato in os vsque ad fauces immisso, infundenda esse, vt, velint nolint, tales potiones hauriant: tamen talia faciliùs præcipiuntur, quàm expediuntur, & quilibet, qui talia tentare velit, facile experietur, qua cum difficultate & periculo talia tententur: & talia medicamenta vi infusa facile vomitu ab iis iterum reiciuntur.

Curatio.

E Inter medicamenta autem, quæ infantibus commodè exhiberi possunt, vtilis est imprimis corallina, semen santonici, radices diastamni albi, C. C. aqua & decoctum radic. graminis. Potest & mercurius dulcis locum habere, si cautè exhibeatur, eius nimirum ḡ. viij. in aq. graminis per noctem infundantur, & abiecta postea mercurij substantia, aqua exhibeatur. Pulueres autem tales passim occurrunt, qui infantibus cum lacte vel aq. gramin. vel decocto sebesten à ḡ. j. ad ḡ. ij. exhibentur. Et quia aliàs infantes facile epilepsix obnoxii sunt, & ex ipsis vermibus quoque epilepsia generari potest, commo. lè iis pulueribus medicamenta contra epilepsiam admiscenda.

Vt ℞. Sem. santonici ʒ. ii. corallina, C. C. præp.

De Hernia.

an. ʒ. j. rad. paon. distanni albi, magister. corallior. an. ʒ. j. F. Puluis. Vel ℞. Sem. santonici, coralline, an. ʒ. j. ʒ. rad. distanni albi, tormensill. an. ʒ. ʒ. F. puluis. Vel exhibeatur essentia fl. persicorum, aut decoctum vel aq. filicis, ab ʒ. ʒ. ad ʒ. j. vel puluis eiusdem à ʒ. ʒ. ad ʒ. ʒ. Considerandum tamen hic, an febris vermibus coniungatur. Nam si febris adsit, frigidis magis utendum, & ea addenda, quæ malignitati repugnant, ut *succus limonium, granator. aurantior. acetum, C. C. ʒ. ʒ. car. confectio de hyacintho.* Vel talis potiuncula exhibeatur. ℞. Aq. gramin. ʒ. iv. syr. acetos. citri ʒ. j. violar. ʒ. ʒ. ʒ. spir. viriol. gutt. ij. vel iij. Misc. Exhibeatur cochlear. j. vel alterum.

Deinde & hoc observandum, medicamenta vermes necantia, præcipuè amara, per os exhibenda esse, dulciora verò in alium iniicienda. Ita enim dum amara & sibi aduersa medicamenta auersantur lumbrici, versus inferiora descendunt, & dulcibus eodem alliciuntur, atque ita facilius è ventre exturbantur. Itaque dum vermes necantia medicamenta exhibentur, clyster ex lacte infundatur. Vel ℞. Passulas num. x. caricas num. vij. Coq. in aq. f. Colat. ℞. ʒ. iv. vel vj. in quibus dissolue sacchari ʒ. j. vel ʒ. j. ʒ. ʒ. Fiat Clyster. Notandum & hoc, non vni saltem medicamento insistendum esse; cum vni facile adsuescant vermes, neque eo abigantur. Extra verò ventri, præcipuè circa umbilicum, adhibenda medicamenta parata ex iis, quæ vermes enecant. Ideoque vtilia sunt *folia persici trita & umbilico imposita, vel folia persici, absinthium, & lupini*, pari pondere coquantur, & ventri imponantur. Vel cuminum cum felle taurino mistum ventri adplicetur. Vel cataplasma ex *absinth. hyperico & felle taurino* factum. Vel ℞. pulu. absinth. nigelle, centaur. minor. sem. santon. farina lupinor. an. ʒ. ʒ. ol. absinth. q. s. cera ʒ. ʒ. Misc. super igne F. Vnguent. quo venter inungatur. Vel ℞. Pulu. sem. nigella, absinth. an. ʒ. ij. farina lupin. ʒ. ij. succi ruta ʒ. j. ʒ. absinth. ʒ. iv. Vel si succi desint, ol. rutæ & absinth. F. Cataplasma, quod palmi magnitudine umbilico imponatur. Vel ℞. Theriaca ʒ. ʒ. Dissolu. in succo absinth. & ventri illinatur. Vel ℞. Farina lupin. ʒ. iv. pulu. aloës, myrrha, iavaceti, sem. santonici an. ʒ. ij. aceti scordy, ʒ. ij. fellis bonis ʒ. ʒ. succi vel ol. absinth. q. s. F. Cataplasma. Vel tale balneum paratur: ℞. Fol. persicor. absinth. an. q. l. Coq. in aqua, cui infans ad umbilicium vsque insideat. Si tamen febris adsit, temperatiora adhibeantur. Ut ℞. Succu portulacæ, fol. persicor. an. ʒ. iij. aceti ʒ. j. farina lupinor. q. s. Fiat Cataplasma. Reliqua vid. allegato loco.

CAPVT XXIV.

De Hernia.

Hernia.

DE Hernia egimus, lib. 3. part. 2. sect. 1. cap. 6. & propterea hic saltem quædam infantibus peculiariana adferemus.

Causæ.

Corripiuntur autem pueri hernia, ex intestinorum tenuium in scrotum, laxato vel rupto peritonæo, delapsu. Laxatur autem vel rumpitur peritonæum fetu nimio, tussi, & nimio egerendi alium, si is adstrictior sit, conatu; in adultioribus verò pueris etiam motu aliquo corporis nimio, præcipuè qui sit diuaticatis cruribus, aut lapsu. Peritonæum enim in infantibus adhuc est minus solidum. Quapropter si causa aliqua, qua distenditur vehe-

menter, accedat, facile nimis scrotum, aut etiam rumpi potest. Alius tamen etiam tumor scroti infantium recens natorum sæpe accidit, qui ad hernias vulgò quoque refertur, in quo peritonæum saluum est, humor verò aquosus in abdomen abundans in scrotum descendit, idque in tumorem rem attollit.

Signa Diagnostica.

Ipse quidem tumor scroti, seu hernia, per se manifesta est. Hoc verò diligenter considerandum, an tumoris sit ex intestinorum in scrotum prolapsu, an verò saltem ex aquoso humore eò defluente. Discernitur autem hoc, quod in enterocele tumor plerumque est in vna parte scroti, (rard enim in utroque latere in infantibus peritonæum rumpitur) dextra vel sinistra; & intestina prolapsa tactu percipi possunt. Præterea foramen illud, per quod intestina dilabuntur, digito explorari potest. Tumor verò scroti aquosus plerumque est in utroque latere. Scrotum etiam est magis inflatum, quam in enterocele, neque foramen vllum in peritonæo deprehendi potest, neque causa vlla, quæ enteroceleu introducere potuerit, præcessit; sed potius cruditatis signa adsunt.

Prognostica.

1. Enterocele in infantibus facilius curatur, quam in adultis; cum peritonæum adhuc sit mollius, & facilius vni possit.

2. Nonnulli quidem omnem herniam aquosam deteriorem esse enterocele statuunt; sed in infantibus id falsum est. Testatur enim experientia, faciliè discurrentibus adhibitis herniam istam aquosam curari, imò sæpe ætatis progressu spontè euanescere, humoribus absorbentis.

Curatio.

In hernia intestinali danda imprimis est opera, ut aluus sit laxa in infantibus, & ne nimia ciborum copia venter valdè repleatur, infans non multum ploret, & si iam adultior sit, ab omni motu vehementi absteineat. Deinde infante in dorsum reclinato, intestina molliter reponenda sunt, & emplastrum vel cataplasma conueniens applicandum, qualia alleg. loco sunt proposita, & subligaculo alligandus & constringendus. Vel ℞. Arnoglossa, sanicula an. ʒ. ʒ. farina lenium, lupinor. fl. res. rubr. an. ʒ. ij. thuris ʒ. j. alumin. ʒ. ʒ. Fiat puluis, cuius sume q. s. & cum album oui conuassato F. Cataplasma, quod loco adfecto imponatur. Vel ℞. Thuris nuc. cupressi, aloës, acatia an. ʒ. ij. myrrha ʒ. j. F. puluis, qui excipiatur ichthyocolla glutinæ, & forma emplastri imponatur. Vel ℞. Nuc. cupress. ʒ. ij. balaustror. pulu. rad. consolid. maj. perfoliata, sanicula, herniaria an. ʒ. j. bdellij ʒ. j. ʒ. boli Armeni ʒ. ij. sang. dracon. ʒ. iv. picis Græca ʒ. j. resina pini ʒ. vj. Cum terebinth. cera & ol. ouor. F. Ceratum. Simplex, sed vtile, emplastrum est, si gummi elemi in æceto maceretur, donec acetum in superficie q. cremore obducatur, & postea adfusis aliquot ol. ouor. guttis, igne lento ad Ceroti consistentiam coquatur. Vel ℞. Fol. strid. perfoliata, & rad. consolid. maj. recent. Contundantur minutim & addita cera noua parte tertia F. emplastrum, quod loco adfecto imponatur. Vel ℞. Radic. consolid. maj. mundatas, conterantur, & calefactæ linteo albo inducantur, atque emplastri modo loco adfecto imponantur, & post horas duodecim aliud imponatur. Simul etiam quædam medicamenta interna exhibeantur, quæ glutinationem adiuuare possunt. Ut ℞. Sanicula, arnoglossi an. M. ʒ. agrimon. M. j. rad. consolid. maj. ʒ. ʒ. Coq. in vase duplici in aqua lb. j. Colatura dulcorretur saccharo, quæ sæpe calidè infanti propine-

E

ter. Vtilissima est *auricula muris*, cuius Matio colle-
 da pulvis singulis diebus in infantibus cum pulve crinis
 & aliis cibis præbeatur. Idem præstat *pulvis Ima-*
riæ minoris, ex vino rubro, vel decocto consolidæ
 exhibitus. *Perfoliata* etiam, seu forma pulveis seu
 decocti propinata, hernias sanat. Idem præstat *her-*
niaria. Vel *consolida mai. radices* aqua herniaræ,
 ut moris est, macerata, condiantur, & cum eadem
 aqua, in qua macerata sunt radices, syrupus pro
 conseruatione radicum coquatur, & cum syrupus,
 tum ipsa radix condita exhibeatur.

Si ab humore aquoso sit seroti tumor in infanti-
 bus, ea in medicamenta seroto adhibenda, quæ hu-
 morem illum discutunt & absorbunt. Inungatur
 propterea serotum *ol. sambuci, laurino, rutaceo*, vel
 cataplasma ex *farinâ fabar. sem. lini, farinigr. pulue-*
re fl. chamameli, sambuci, sem. cumini, imponatur.

CAPVT XXV.

De Umbilici prominentia.

Cognitum herniæ malum est umbilici promi-
 nentia, cum infantibus umbilicus in tumor-
 em sine inflammatione attollitur, & magis, quam
 par est, prominat.

Causa.

Accidit autem hoc cum umbilicus rectè non li-
 gatur, & pars eius maior, quam debebat, relicta
 est, quæ in alium attollitur, & protuberat & pro-
 minet; vel cum peritonæum laxatum est, & pro-
 pterea eo loci umbilicus nimium distenditur, & in
 eum humores aquosi vel flatus sese insinuant: quod
 fit à fletu nimio infantium aut tussi; vel cum peri-
 tonæum usque de causis rumpitur, vel cum umbi-
 licus exulceratur, & intestina in umbilicum prola-
 buntur, quod malum proprie exomphalon & om-
 phalocæle appellatur. Causa plures ab aliis auto-
 ribus solent recepisse, quæ quidem in adultis, sed
 non in infantibus, de quibus iam agimus, locum
 habent.

Signa Diagnostica.

Tumor umbilici manifestus est. Discernendus
 vero est ab inflammatione, hoc modo: In inflam-
 matione durities est: in umbilico vero prociduo vel
 prominente tactus cedit umbilicus. Deinde in in-
 flammatione calor & rubor apparet, qui non per-
 cipitur in umbilici prominentia, in qua color cutis
 non mutatur, nec diversus est color à reliqua cute.
 Præterea in inflammatione umbilici pulsus & do-
 lor adest, qui in umbilici prominentia non percipi-
 tur, nisi intestina valde prolapsa sint. Tandem
 etiam inflammatio cito finitur, cum sit tumor cal-
 lidus: umbilici prominentia diu durare potest.

Causas vero quod attinet, si umbilicus non re-
 ctè sit præcisus, facile id ex eius quantitate apparet.
 Si laxatio sit saltem peritonæi, non ruptio, non ita
 multum prominat umbilicus, & ferè tumor æqua-
 lis semper manet, nec in clamore vel fletu incre-
 mentum maius sumit; si vero ruptum sit planè peri-
 tonæum, tumor sæpe variatur, & dum infans supi-
 nus iacet tumor vix percipitur, eum intestina in
 alium locum relabantur: contra dum ambulat, vel
 sedet, incrementum sumit, & imprimis dum flet,
 clamat, vel lauat. Vlcus quoque umbilici per se
 manifestum est.

Prognostica.

Si obstetricæ umbilicum non rectè præcidat,
 sed longiorem, quam par est, relinquat, malum
 incurabile est; magis tamen molestum, quam peri-
 culosum.

2. Si vero umbilicus ruptus est parte in ea solida-
 tus postea vel extendatur nimis, vel in partem, vel
 exulceratur, quò recentius malum, eò facilius cu-
 ratur. Si vero protrahatur, difficulter curatur, &
 sæpe incurabile euadit.

3. In d. nisi in infantia curetur, potest in adulta
 ætate, si intestina prolapsa in fluxu manentur, ileum
 lethalem inducere.

Curatio.

Si peritonæum saltem relaxatum sit, adstringen-
 dum ac roborandum: si ruptum, vincendum & con-
 solidandum. Et si causæ, quæ peritonæum exten-
 dere, laxare, vel rumpere possunt, adsint, ea om-
 nes amouenda. Danda itaque opera, ut quantum
 fieri potest, infans à fletu & euulsa ad quietem &
 somnum tradatur: si tussis adsit, ea sedetur, ali-
 que omnes motus vehementes vitentur. Balnea
 etiam non conueniunt, cum umbilicum laxent. A
 cibis flatulentis abstinendum cum nutrice, tum in-
 fanti. Aluus ut sit laxa, danda opera, ne vehemen-
 ti in exercendo conatu opus sit.

Deinde si peritonæum nimis dilatatum sit, flatul-
 que umbilicum extendant, è pulueris *sem. cumini,*
bacc. lauri, & *farin. lupinor.* part. æqual cum vi-
 no rubro fiat cataplasma, & umbilico imponatur.
 Aut fiat sacculus ex sem. cumini & spicæ Cælica, ac
 in vino rubro coquatur, & umbilico imponatur.
 Postea umbilico adstringentia imponantur, &
 pulueri superposito umbilicus fascia contineat-
 ur, ne amplius distendi possit.

Si vero peritonæum ruptum sit, intestinis prius
 in locum repositis, medicamenta, quæ *cap. præced.*
 in hernia intestinali sunt proposita, umbilico impo-
 nenda, & pulueri superposito fascia umbilicus
 arctè ligandus, ne intestina iterum procidere pos-
 sint. Vtilis est hic plantago, & muscus, qui in pru-
 no syluestri nascitur, si in vino rubro coquatur &
 umbilico imponatur. Fortius in recenti exom-
 phalo infantium nuper natorum quatuor rotulas ad
 formam stufani seu nummi partu rotundas è corio
 conficit, easque oxycrocco obducit, & sindone ru-
 bra coopent, & ita vnam rotulam umbilico im-
 ponit, nec ante quantum vel quantum diem amo-
 uet, postea aliam imponit. Vel mentha cum albumi-
 ne oui contrita umbilico imponatur. Vel *℞. Pulv.*
nucum cupress. thuris, myrrha, mastich. sarcocolle,
alannin. ichel. yocolla an. ʒ. j. album. euor. q. s. Fiat
 Cataplasma. Exhibeantur etiam medicamenta ad
 hernias vtilia, ut *radic. symphiti ʒ. j.* infanti detur.
 Vel *℞. Rad. consolid. mar. corall. rubr. mastich.*
burse pastoris an ʒ. j. F. Puluis. Nonnulli etiam
 puluerem rad. scrofulariæ cum lacte exhibent. Si
 umbilicus sit exulceratus curatio, ut *seq. cap.* di-
 cetur, instituenda, umbilicoque imponendum ol.
 rosaceum, in quo cerussa lota contrita sit, vel em-
 plastrum gryseum dictum. Reliqua, quæ adultis
 competunt, petantur, ut dictum, è *cap. de hernia in-*
testinali, & l. 3. part. 10. cap. 2. de hernia umbilicali.

CAPVT XXVI.

De Umbilici inflammatione.

Interdum inflammatur umbilicus in infantibus,
 atque id præcipuè accidit post umbilici abscessum
 tionem. Dum enim ex dolore, præsertim si ligaturio-
 ra non rectè facta sit, & læsione ab ære externo,
 sanguis eo concurrat inflammationem excitat.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur, inflammatio umbilici ex tumore
 dum durities, rubor, calor & pulsu

Prognostica.

Prognostica.

Prognostica.

1. Si male huic statim iuecuratur, non ita difficulter curatur.
2. Si verò non rectè tractetur, febris, ob quam infans periclitatur, accidere solet.
3. Si inflammatio in abscessum mutetur, isque rumpatur, intestina, procidunt, ac læpe infans moritur.
4. Si verò malum protrahatur, interdum contingit, ut occasione inflammationis natura, quæ in vtero per hunc locum humorem serosum euaculare solebat, eius officii nondum oblita, iterum ad hunc locum eundem transmittat, atque ita curationem difficilem reddat.

Curatio.

Curatio.

Veinallis inflammationibus; ita & hic dolor leniendus, affluxus sanguinis reprimendus, & quod influxit, discutiendum.

Ad dolorem leniendum fiat tale Cataplasma: ℞. *Malua colt. & contus.* ℥. j. *farin. hordii* ℥. β. *lupinor. fanigr.* an. ℥. ij. *ol. ros. q. s.* F. Cataplasma. Vel ℞. *Spica Celtic.* ℥. β. *terebinth.* ℥. iij. *Cum ol. amygd. d. vel sesamino* F. Unguentum. Ad sanguinem repellendum sequens adhibeatur. ℞. *Pulu. thuris* ℥. j. *acacie, psyllij* an. ℥. β. *Cum albumine oui* F. Cataplasma, quod umbilico imponatur.

Stuppuratio, quantum fieri potest, prohibenda. Si tamen ad suppurationem & inflammationem perueniat. ℞. *terebinth.* ℥. β. *vitell. oui* j. *ol. rosac.* ℥. ij. *Misce.* Vel unguentum ex cerussa, lithargyro, terebinthina & ol. sesamino adhibeatur.

CAPVT XXVII.

De ani proidentia.

Ani proidentia.

Contingit interdum etiam, ut infantibus anus procidat, quod fit ob musculi, qui eum claudit, laxitatem. Prouenit autem hæc vel à nimia eius humiditate & emollitione, quæ alui fluxum frequentissimè sequitur, vel ob nimium egerendi conatum, qui in teneismo, & aluo dura accidit, quo anus protrahitur extra, reuerti verò in suum locum non potest. Idque eò facilius in infantibus accidit, quia ipsorum corpora sunt humidiora & molliora, & musculi adhuc laxi & languidi. Aliæ verò causæ, quæ ab aliis autoribus proponuntur, in infantibus vix locum habent.

Signa Diagnostica.

Signa.

Affectus ipse per se manifestus est. An verò proueniat à nimia humiditate, & humoribus ad aluum confluentibus, an vero ex egerendi conatu nimio, faciliè ab æstantibus cognoscitur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Si à nimio egerendi conatu sit ani proidentia, non ita difficulter curatur; modo maturè auxilium adhibeatur. Quò enim diutius anus extra locum suum fuerit, eò magis alteratur, ac postea difficiliter reponitur.
2. Si vero sit à nimia humiditate, difficulter curatur, & præcipuè si fluxus alui ei coniungatur. Perfectè enim malum vix curari potest, antequam fluxus alui cesset. Præterea medicamenta necessaria non facile derinentur, sed à fecibus alui eorum actio impeditur.

Curatio.

Curatio.

Curatio tota in ani restitutione, & repositi in suo loco retentione consistit. Itaque statim anus in suum locum reponendus. Quod si à tumore eius facile fieri non possit, decoctio malua & albae fouendis, & oleo lilior. albor. inungendus. Aut infans in balneo ex iisdem herbis parato infideat. Deinde ut in-

Operam Senneri. Tom. III.

A c estina reposita in suo loco maneat, medicamentis adstringentibus præstandum. Ut ℞. *Polarum rubr. balaust. nac. cupress. cortic. granat.* an. ℥. β. *sumach, thuris, mastich.* an. ℥. ij. *Coq. in vino austero,* & spongia decocto hoc madida anus seuatur. Absoluta fomentatione puluis ex istis medicamentis paratus inspergatur: Ut ℞. *Fl. ros. rubr. balaust.* an. ℥. β. *thuris, mastich. myrrh.* an. ℥. j. *F. puluis,* qui gossipio exceptus ano imponatur. Aut ex iisdem suffitus fiat, qui cum ita commode ab infantibus ano excipitur, linteis mundis aq. alumina antea madefactis fumus excipiendus, & linteis ano imponenda. Ne quoque anus, ubi repositus fuerit, iterum elabatur, infantes crutibus coniectis taceant, & si teneri adhuc sunt, crura eorum fascis colliganda sunt. Abstinendum à balneis, quæ laxare possunt. Plura de hac materia videantur, *librè 3. part. 2. sect. 1. cap. 6.*

CAPVT XXVIII.

De Calculo Vesicae.

FRæquenter etiam in vesica calculus in infantibus generatur, rarissimè vero in renibus; tunc contra senes frequentius calculo renum laborant.

Causa.

Calculus vesicae.

Qua ratione calculi generentur in corpore humano, in genere, *lib. 3. part. 3. sect. 1. cap. 6. & part. 8. sect. 1. cap. 1. dictum,* quæ hic repetenda non censeo. In infantibus calculus in vesica præcipuè, ut Hippocrates, *lib. 4. de morbis,* docet, generatur ex lacte, quod infantes sugunt, quod si sit impurum, non solum lapides, sed & alij morbi ex eo nascuntur. non tamen quoduis impurum lac calculo materiam præbet, sed illud, quod ex cibis crassis, viscidis, & aliâs materiam calculi producendi aptis generatur; & præcipuè si infans illud nimis avidè sugat, ventriculumque eo onerat, ut inde cruditates generentur. Quod vero lac rariare potest, idem pulmenta ex farina triticea cruda cum lacte cocta possunt, quæ præsentissima sunt calculi in infantibus materia. Quia tamen videmus multos infantes tali lacte, & talibus pulmentis vesci, nec tamen omnes calculo corripri, alia causæ addendæ sunt. Primum nimium epatis & ventriculi debilitas aliqua, ob quam assumptum alimentum non rectè coquitur, & inuenta non separantur, sed multum fecci illius terrestriis, & lapideicentis in chylis relinquitur.

Causa.

Deinde renum intemperies calidior, ob quam chylus iste, imprimis per vias patentis, attrahitur, & attractus ad vesicam, præcipuè si ea hereditariam ad calculum dispositionem habeat, peruenit, in ea, ut debet, non alteratur, nec terrestriis ac crassa pars æquè ac liquida humori exactè permiscetur unde vrina turbida & crassa fiunt, quæ propterea etiam albae niuguntur, & interdum ardorem vrinae excitant. E qua vrina non exactè mista subinde aliquid terrestre & crassam subsidet, ac vesicæ adheret. Quamprimum vero aliquod calculi rudimentum in vesicâ cogitur, circa id postea indies noua materia conglobatur & concreuit. Saepius autem in pueris, quam in puellis calculus vesicæ generatur: quia meatus vrinarius in feminis breuior & patentior, quam in masculis & propterea materia, quæ calculum producere poterat, facilius in feminis externitur.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur calculus vesicæ in infantibus, quod signum vrinam cum dolore emittant; eamque guttatum

Tape excrement, in d'ape vna planè supprimitur. Vrina verò, quæ excrementur, est nunc limpida inftar aq. x, nunc alba, inftar lactis, vel feri lactis; interdum & sanguinis aliquid cum vrina emittitur, & sabulum in vrina apparet. Præterea infantes puritum in membro virili percipiunt, vnde frequentissime manu id tangunt & tealpunt: Virga tandem lubinde ipsi arigitur.

Prognostica.

1. Malum non contemnendum est calculus in vesica infantum. Et si enim infantes non subito iugulat: tamen, si non statim curatur, indies incrementum sumit, & postea non nisi sectione, & calculi extractione curatur.

2. Neque tamen ipsa sectio periculo vacat, sed si lapides sint grandiores, cum infantes, cum adulti moriuntur.

Curatio.

Si ex vrinæ difficultate & aliis signis appareat, puerum ad calculum dispositum esse, danda diligens opera, vt eius generatio præcaueatur. Itaque ventriculus alimento nimio non replendus, & ab omnibus cibis crassis, viscidis, & ad calculi generationem facientibus, cum nutrice tum infanti abstinendum. Aluus semper laxa sit. Simul verò medicamentis eum internis, tum externis calculi generationem prohibenda. Itaque balneum parandum infanti ex decocto malux, althææ, parietariæ, petroselini, anethi, sem. lini, fœnugræci. Post balneum loca circa vesicam inungenda vnguento dialthææ, ol. lil. alb. scorpionum; & imponendum postea cataplasma ex parietaria viridi, cum ol. lil. alb. vel chamæm. coctum. Exhibeatur verò infanti ℞. j. vel ij. pulu. vel magister. ocul. cancr. lincini albi, sang. hirci præp. cum aq. petroselini; vel gutt. ℞. spiritus vitrioli; aut iv. vel v. ol. oculorum cancr. cum eadem aqua. Vel aqua petroselini, eryngij, lappæ maioris, saxifrag. propinetur. Vitale etiam est interdum terebinth. Cypriz ℞. b. exhibere. Plura videantur loc. abeg. l. 3. Præf. de calculo vesica.

CAPVT XXIX.

De difficultate & retentione Vrina.

Quandoque etiam infantes vrinam cum difficultate & dolore reddunt, & sæpe guttatim; quandoque etiam vrina ipsi planè supprimitur.

Causse.

Causse harum adfectionum plures in adultis esse possunt, quæ lib. 3. part. 8. sect. 2. cap. 2. de suppress. Vrina cap. 4. de stranguria, & cap. 5. de dysuria sunt præpositæ. Verum in infantibus duæ præcipue causse sunt: nimirum humor ille crassus, è quo calculus generari solet; qui stranguriam vel dysuriam inducit; Deinde calculus, qui suppressionem vrinæ excitat. Causse autem, è quibus ille humor crassus generatur, cap. præced. de calculo, sunt præpositæ, nimirum lac crassum & viscidum, puluerentia ex fatina vitici & lacte, caseus.

Signa Diagnostica.

Ipsa vrinæ retentio per se patet. Si verò vrinæ difficultas adfit, cognoscitur, quod guttatim & cum affectu infantium redditur, atque ipsa vrina est, crassa, turbida & vitulenta. Si calculus adfit, is per catheterem explorari potest, eoque ab orificio vesicæ remotò, vrina rursus profluit.

Prognostica.

1. Satis graue & periculosum hoc malum est. Etenim si sic à materia crassa, nubes manet tollantur, in calculum degenerat.

2. Si verò ab ipso calculo sit vrinæ suppressio, eadem perniculæ habet cõiuncta, quæ calculus vesicæ.

3. Et ipsa vrinæ suppressio per se periculosa est, præcipue in pueris; cum nulla excretio naturalis sine periculo in infantibus supprimitur.

Curatio.

Curatio ergo maturè instituenda. Est verò eadem ferè curandi ratio, quæ de calculo modò præposita est. Causa nimirum seu difficultatis seu suppressionis vrinæ tollenda, quæ cum fuerit humor crassus, imprimis danda opera, vt eum nutrix, tum infans, iis alimentis vtatur, quæ ad humoris calculo generando apti productionem non faciunt. Deinde exhibenda medicamenta humores illos è primis viis euacuantia, qualia sunt mel. rosarum solutiuum, flores cassia, terebinthina. Postea balnea, fomentationes & vnctiones fiant, ex iisdem medicamentis, quæ cap. præced. sunt præposita. Exhibeantur quoque medicamenta, quæ cap. eod. sunt tradita. Eadem enim & humores illos, qui calculum generare possunt, expellere valent. Vtilis est & aq. graminis marini, ononidis, filipendula, decoctum cicurum. Vel ℞. Sang. leporis j. rad. saxifrag. ℞. vj. Comburentur in fictili nouo. Pulueris huius ℞. j. vel ℞. b. cum vino albo vel aq. conueniente datur.

Si lapis vesicæ orificium obstruat, ex eo amouendus; quod fit vel infante supino collocato, & crinibus concusso, vel cathetere immisso; postea curatio ad calculum dirigenda. Plura videantur locis allegatis.

CAPVT XXX.

De Vrina incontinentia.

Quia infantes in prima ætate, dum in cunis iacent, neque dum quid turpe vel decorum sit, intelligunt, vrinam in muolucra & fascias emittunt, adulescunt, interdum huic rei, vt postea adultiores etiam in somno vrinam in lectum emittant. Sunt præterea nonnulli, qui inuiti non solum in somno, sed omni tempore vrinam reddunt.

Causse.

Ab illa enim consuetudine musculus orificio vesicæ claudendo dicatus ita disponitur, vt non voluntatis arbitrio vrinam retineat, sed quamprimùm ab aliqua eius copia stimulat, eam, nulla loci & temporis ratione habita, emittat. Interdum tamen eiusdem sphincteris adest imbecillitas, dependens à frigida & humida eius intemperie, contracta à crassorum & frigidorum humorum abundantia, quorum in puerili ætate magna est copia, vel ab obstructione & compressione neruorum ad sphincterem tendentium ab eadem causa dependente. Nonnunquam & calculus vesicæ eundem sphincterem lædit, vt vesicam claudere, & vrinam continere non possit. Aliæ causse, quæ ab autoribus recensentur passim, in infantibus locum non habent, v. g. aer frigidus, potus aquæ gelidæ. Neque enim infantibus vnquam gelida aqua propinetur, neque ita aeri frigido exponuntur, vt sphincter vesicæ ita ab eo refrigerari possit.

Signa Diagnostica.

Affectum hunc in tenellis infantibus cognoscere non ita facile est, cum et si aliquid morbosi adfit, id ætati tribuatur. Vbi verò infantes iam in ea ætate sunt, vt ipsi agnoscere possunt, non conuenire, vt vrinam in lectum emittatur, idque nihilominus ab iis fiat, vitiosum hoc esse certius patet. Neque etiam difficulter innotescit, an saltem ex consuetudine id fiat, an vero inuitis accidat; sicut & si calculus

adfit, is suis signis facile deprehenditur.

Prognostica.

1. Si saltem à prava consuetudine sit hic adfectus contractus, plerumque spontè ætatis progressu corrigitur, cum infantes iam adultiores facti verecundia & pudorisationem habere discunt, & propterea, ne inter dormiendum tale quid committant, magis solliciti sunt.

2. Si verò à consuetudine in habitum abeat, vel morbosum aliquid accedat, & adultiores facti largius bibant, sæpe ad mortem vsque hoc vitium ipsos comitatur.

3. Contra si consuetudo illa quocunque modo aboleatur, ipsa causa non ita difficulter tolli potest; cum ætatis progressu illa intemperies corrigatur, & corpus infantis indies siccus euadat.

4. Si à calculo sit iste adfectus, non tolli potest; nisi calculo sublato.

Curatio.

Curatio.

Si saltem à mala consuetudine sit iste affectus, adhortatione, minis, & quibus fieri potest modis, infantes ed adducendi, vt pudoris habere rationem discant, & solliciti de reddenda vrina dormiant. Si verò sit ab intemperie frigida & humida, ea per contraria alteranda, ac humor pituitosus absumendus & exsiccandus. Itaque victus nutricis ratio ad calidum & siccum vergat, cibique eius condiantur salua, hyssopo, maiorana, fœniculo, satureia. Infans non multum bibat, eiusque aluus vt laxa sit, detur opera.

Extra regio circa vesicam inungatur exsiccantibus, *ol. costino, irino* & similibus. Vel paretur balneum ex *sulphure, nitro, & fol. quercus*; nisi thermæ naturales sulphuræ & aluminosæ habeantur. Exhibeatur verò seq. puluis: *℞. Vesica porci, vel apri, vel ouis tosta, testiculor. lepor. testorum, gutturis galli tosti an. ʒ. ʒ. glandium ʒ. ij. fol. nepeta, macis an. ʒ. j. F. puluis. Detur ʒ. j. vel ʒ. ʒ. cum aq. fol. quercus.* Plura huiusmodi medicamenta proposita sunt, *lib. 3. part. 8. sect. 2. cap. 6.* quæ ibi videantur.

CAPVT XXXI.

De Intertrigine.

Intertrigo.

FRæquenter quoque euenit, vt infantibus cuticula in coxis à vera cute separetur & quasi abra- datur, atque dolor ed loci excitetur, qui infantes infirmos atque inquietos reddit, quod malum *Intertrigo* nominatur.

Causa.

Causa.

Accidit autem infantibus hoc loco Intertrigo ab vrinæ acrimonia, si linteamina, quibus inuoluntur infantes, non crebro mutantur. Etsi verò à nonnullis etiam causis externis recensentur: tamen in infantibus locum non habent, & si infantes sæpius mutantur, vix Intertriginem patiuntur. Ii tamen, qui vrinam habent acriorem, huic malo magis sunt obnoxij; vt & qui corpulentiores sunt; cum sordes in coxis, ob corpulentiam quasi corrugatis, iis facilius adhærescant.

Signa Diagnostica.

Signa.

Malum ipsum per se manifestum est, & abra- sicuticula cutis viua & nuda ac rubra conspicitur.

Prognosticum.

Prognosticum.

Malum equidem curatu non difficile est: interim tamen, quia dolorem excitat, vigilias parit, & nisi curetur, exulcerationem ea in parte excitare valet.

Curatio.

Curatio.

Non curatur autem hoc malum, nisi causa tollatur.

Operum Sennerti Tom. III.

latur. Et proinde linteamina; quibus infans inuoluitur, sæpius mutanda sunt, ne si vrina maceat & fordida sint, malum augeant. Infantes ipsi sæpe lauandi, & abstergendi sunt; & commodum est, si in aqua balnei althæa, malua, parietaria, rosæ sive fures coquantur. Post balneum *nibili album* vel pompholygem albam linteamini raro in forma noduli includere, & per eius allisionem locum affectum conspergere nostræ fœminæ solent. Vel puluis subtilissimus ex *spuma argenti, anthera & fl. rosæ aluminæ vsto ac thure* paratus inspergatur. Vel locus *unguento de lythargyro, albo, diapompholygos* illinatur.

CAPVT XXXII.

De Macie & Fascinatione.

ET si macies ad morbos vniuersales infantum, de quibus supra egimus, referri potuisset: malum tamen hoc loco isto affectu Tractatum hunc concludere. Equidem & adulti sæpe contabescunt: verum id plerumque fit ob febres, phthisin, & alios morbos manifestos. Infantibus verò peculiariter sæpe accidit, vt sine causa aliqua satis nota contabescant, & hec comedant, tamen inde non rectè nutriantur, nec augeantur.

Macie
Fascinatione.

Causa.

Causa.

Itaque etsi causæ maciei & extenuationis corporis plures sint in adultis; hoc loco tamen saltem eas proponemus quæ infantibus peculiare sunt. Primum autem hic occurrit lactis vitium, si nimirum illud vel desit, aut non copiosum satis sit, vel sit vitiosum, & non temperatum, sed calidum & siccum, vitiosisque humoribus inquinatum, à quo idoneus corpori abendo sanguis non generatur. Vnde videmus sæpe infantes, dum ab ista nutrice aluntur, pæne contabescere, dum verò alteri admoventur, bene nutiri & augeti.

Causa.

Lactis
vitiunt.

Secunda maciei in infantibus causa sunt lumbrici, cum enim chylus in sanguinem, qui totius corporis alimentum est, mutandus, & per intestina transeat, si in intestinis lumbrici stabulantur, eum pro suo alimento ij attrahunt; atque ita sanguini generando materia, toti verò corpori nutrimentum subtrahitur, vnde macies sequitur.

D

Tertiò, etsi sanguis generetur, & ad totum corpus nutriendum per venas transmittatur: tamen si in ambitu corporis à vermibus in dorso, brachijs & cruribus, & omnibus ferè partibus externis generatis absumatur, & ab iis nutritio impediatur, itidem infantes emaciantur. Egimus autem de hisce vermibus, *lib. 2. part. 2. cap. 24.* appellanturque vulgò à Germanis *die Mieser, oder Zehru vuerme*, quod alimentum infantium absumant, vnde etsi satis comedant, atque aliàs bene valeant, non nutriuntur, sed pendè contabescunt. Suntque vermes hi subtilissimi, & in musculosis dorso, brachiorum & crurum partibus generantur, & intus in his & cute hærent, nunquam autem toti prorepunt, sed post frictiones in balneis tantum capita, instar pilorum nigrorum, exserunt, & ad occursum aëris frigidiusculi ea retrahunt. Generantur autem ex materia viscosa & vermium generationi apta, in venis capillaribus conclusa, & ob prohibitam transpirationem in hoc vermium genus mutata.

Vermes
dorsi.

Quartò, antiqua est opinio vulgi, fascinatione infantes contabescere posse, eosque, qui bene valentes ab aliqua conspecti subito male valere, interdum contabescere incipiunt, Fascinatos, & illam, quæ ad spectu præcipuè fieri creditur, latio-

Fascinatione

nem, Fascinationem nominant, vocabulo à Græco *Εξαίρεσις*, quod inuidere significat, deducto. Et quidem non solum infantibus, sed & brutorum sætibus teneris, gallinis, agnis, equis, idem accidere posse opinantur; vnde illa Virgilij:

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos:
Et.

-----Baccare frontem

Cingite, ne Vati noceat mala lingua futuro:
& passim similia occurrunt. Et quidem pluribus modis fascinationem talem fieri posse creditur. Primò visu, de quo allegatus modò Virgilij versus:

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
Et iam olim vulgi ista fuit opinio, visu infantem fascinari posse, non solum ab inimicis, inuidis, vel sagis, sed & ab amicis, & familiaribus, imò parentibus. De quo Plutarchus, 5. *sympos. cap. 7.* Haud sane ignoras, *inquit*, quod & amicis, & familiaribus, & parentibus, nonnulli oculum fascinantem esse existimant, vsque adeo, vt mulieres non ostendant illis pæros, nec diutius ab istiusmodi hominibus inspectari sinant. Imò hominem sibi ipsi visu nocere posse existimatum fuisse, fabula Narcissi in aqua se adspicientis, vt & Euehedyæ, apud Plutarchum, *loco alleg.* qui cum sibi pulcer visus esset, propria specie in fonte captus, in morbum incidit, & habitum bonum vna cum pulcritudine amisit, docet. Deinde idem halitu fieri posse traditur: tertio contactu: quartò sermone, de quo antea allegatum illud Virgilij:

-----Baccare frontem.

Cingite, ne Vati noceat mala lingua futura.
Neque solum malam linguam infantibus nocere posse, sed laudationem amicorum vulgò creditur: quod vt præcaueatur, iam olim, dum rem aliquam laudarent, in vltu fuit, addere; Græcis *ἑβρακίτης*, Latinis, præficine, quasi præter fascinum, seu ne fascineris, hæc dixerò; vt nostris mulieribus, dum vel infantem, vel brutorum sætibus teneros laudant, vltatum esse addere, Deus te tueatur, id est, Deus auertat, ne laudatione ista fascineris, vel ista laus tibi noccat.

An' dotur
fascinatio.

De qua re quid sentiendum sit, vt breuiter dicam, primò visum quod attinet, visu quatenus visus, infantem fascinari, iisque aliquid damni inferri non posse, certum esse puto; eum visus sit actio immanens, & absoluat per receptionem specierum visibilium in oculum, atque in oculo terminetur, & opinio eorum, qui emissionem spirituum opticorum visionem fieri dicunt, passim solidè refutata sit.

Ideo que secundò quod de visu dicitur, de halitu aut vapore potius, seu *ἀπρίσις* & occultis illis effluuiis accipiendum est, quæ dari & à corporibus fieri, vel inde patet, quod canes odoratu vestigia feræ vel heri agnoscunt, obiectumque tale, quod ab hero vel fera absente relictum est, percipiunt; & quod nonnulli felis, etiam cistæ inclusæ, præsentiam in eodem conclaui ferre non possunt, & animo linquantur, nisi ea amoueatur. Imò è pestilenti contagio dari talia effluuia, passim multi cum suo damno experiuntur. Et quidem talia effluuia etsi è toto corpore (quamuis sensibus hominis non percipiuntur) effluunt: tamen interdum præcipuè ex oculis egrediuntur. Hinc ophthalmia laborantes si quis attentius adspiciat, & ipse ophthalmia corripitur; de quo illud Poëtæ:

Dum spectant oculi laesos, leduntur & ipsi.

Mulsoque corporibus transitione nocent.

Et mulieres menstruo laborantes sæpe, si specula lucidissima inspiciant, ea inquinant & contaminant, vt Aristoteles, *lib. de insomn. cap. 2.* scribit, & ista experientia testatur. Itaque si corpus aliquod sit

malè constitutum, qualia sagæ & aliæ anas inuidia erga alios laborantes habent, & omnino, si vitiosa sit corporis constitutio, non est impossibile, tales vitiosa *ἀπρίσις* & *μιάσματα* ex eo & præcipuè oculis, effluere posse, quæ infantibus noxia sint. Quæ autem sic illa vitiosa corporis constitutio, è qua talia effluuia, quæ aliis corporibus nocent transitione, exspirant, explicare in mentis humanæ hac caligine impossibile est; interim effectus docet, rem ita se habere. Et si nihil aliud, vnicum pestilens contagium satis docet, quanta & quam miranda effluuionum harum sit potentia. Neque enim ad putredinem vel manifestas qualitates hic recurri potest; eum ultra manifestarum qualitarum vires hæc effluuia agant, & in multis ex reperiuntur, quæ nihil tale præstant. Plinius, *lib. 7. cap. 22.* ex Ifigono & Nymphodoro refert, in Africa esse familias quasdam effascinantium, quarum laudatione (proculdubio non voce, sed halitu) intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes, & alibi etiam eiusdem generis esse ibidem tradit.

Afficiuntur autem hoc modo infantes facilius, quam adulti, quod eorum corpora sunt tenera & talia, quæ à talium caussarum potentia facilius, quam duriora offenduntur; rariora etiam, & in quæ talia *μιάσματα* sese facilius penetrant.

Quod si per tales effluxus corpora infantium lædi possunt, facilius id fiet, si à corporibus talibus tangantur. Vt enim contactu scabies, scorbutus, lues Venerea, lepra, & alij morbi communicantur: ita etiam contactu talium corporum malè dispositorum *μιάσματα* & inquinamenta infantium corporibus communicari possunt.

Tandem vocem quod attinet, vox, quatenus vox, lædere non potest, & ridicula est, imò superstitiosa illa opinio, quæ omnes Nationes ferè peruasit, laudando infantibus noceri posse, & propterea ad præcauendum & auerrucandum fascinum, bona comprecatione opus esse: Nulla enim vocis ad talia efficienda potentia. Si quid omnino damni voce inferatur, id ex halitu prauo, exspirando è corporibus talibus quasi venenatis emissò, prouenit. Vt tamen infans tunc lædatur, morbidam illam *ἀπρίσις* & exhalationem infantem tangere necesse est. Cum verò ij homines, qui infantem laudando lædere creduntur, optima corporis constitutione plerumque sint præditi, & nihil tale ex iis exhalet; præterea eo sæpe interuallo ab infante distent, vt nullus halitus ab eorum ore ad infantem pertingere possit: nullo modo infantem quantumcuque etiam laudent, voce lædere possunt.

Quæ omnia si diligenter perpendantur, nulla, qualis quidem vulgò putatur, datur infantum fascinatio, quæ nimirum visu saltem, vel voce, quatenus talis, fiat: sed vt morbosus affectus per *μιάσματα* quædam & *νοσήσια ἀπρίσις*, ac morbosa effluuia, è corporibus ægrotis in alia transferuntur: ita in corporibus non quidem ægris, sed malè dispositis, & quasi venenatis, eiusmodi *μιάσματα* nascuntur, quæ in corpora tenella infantium transfusa, ea lædunt, & vt Poëta loquitur, iis transitione nocent; vt ita homines tali vitiosa corporis constitutione præditi, potius venefici, quam fascinatores dici debeant. Si quis tamen actionem istam fascinationem appellare velit, per me licet. Et ita dum vulgi ista opinio meritò pro superstitiosa habetur; res ipsa proculdubio, & illa actio occulta non planè damnanda. Nam quod nonnulli, si quid tale accidat, in timorem superstitiosum referunt, quem quis concipiat ex adspectu sagæ, vel alterius inuidi aut maleuoli, id in infantibus locum habere non potest; cum ij homines nondum, quales sint, agnoscant.

Quod verò Vallesius, de sacra Philosoph. cap. 68. scribit, non verisimile esse, posse cuiquam homini secundum naturam esse vim alteri homini venenosam; nam ut animal animali sit venenosum, facere naturæ dissidium & coarctationem: ita viperam homini, & hominem viperæ habere saluam venenosam, sed neque viperam viperæ, neque hominem homini adeo habere aduersam naturam: Idita simpliciter verum non est. Verum quidem hoc est, secundum naturam, & dum omnia naturaliter sese habent, id fieri non posse, ac præter naturam in animali aliquid nasci posse, quod alteri individuo eiusdem speciei nocet, omnes morbi contagiosi, & venenum quod in rabido cane generatur, docet, quod æquè canibus, quàm aliis animalibus noxium est.

Id ipsum verò non solum in corporibus ægris, sed & aliis malè dispositis, etsi ad speciem sic latis sana esse videantur, fieri non impossibile est, & venenum in corpore aliquo generari vel cumulare posse, ita ut corpori, in quo est, non noceat, aliis verò noceat, multa exempla docent. Nota est historia puellæ veneno nutritæ, Alexandro M. ad eum perendum militæ, & Plutarchus, loco allegato, refert ex Philarcho, circa Pontum habitare, quosolim Thybes appellabant, qui non tantum pueris, sed etiam viris perniciosi fuerunt. Tabescere enim & ægrotare, qui aspectum eorum, & halitum ac sermonem exciperent. Et refert I. C. Seahger, exercit. 175. sect. 1. ab Indo Cambajæ Regulo filium veneno educatum, qui adultus venenosus adeo factus est, ut mulier, quæ solo suctu cutem modò perstringeret, interirent. Quem ipsum proculdubio hominibus etiam nocere potuisse, id probat, quod de Poro Indorum Rege narratur, qui serpentibus & venenis quotidie vesceretur, & inde adeo venenosus factus est, ut ceteros homines, vel tactu, vel halitu, vel seratu perimeret. Et mensuram historia Indica de alio etiam Rege simile legisse, qui adeo venenosus fuit, ut quos morte mulctare vellet, in eos acersitos expueret, atque hoc modo eos interimeret. Hæc enim omnia monstrant, in homine, etiam ad speciem sano, tam venenatos humores generari posse, ut eorum halitus & excrementa aliis hominibus nocere possint.

Si quis tamen cum Basilio Magno, in homin. de invidia, interdum ad super naturalem causam confugere, & statute velit, sagas & maleolos non per se infantes ledere, sed demonem id prætere, si malique sagis persuadere, ab ipsi hoc facturum esse, cum eo non pugnavo. Nesci enim & scelerati illi homines, partem cum diabolo ineunt, ut quos invidè, hædè, vel itacuse adpexerint, ali nocere possint; quod tamen non ipsi, sed, permittente Deo, Janus præstat.

Talis proculdubio fuit ille, de quo Hieron. Vicia, lib. 2. borabye. scribit:

Quandoquidem memini Thuses alta in rupe
terbi

Ipse senem vidisse ferum. cui dura rigebant
Ora, granæque oculi, suffelli sanguine circum,
Fronsque obscæna sita, hirtique in vertice canis
Ille truci (scelus!) obitu genas omne necabat
Reptantium, teneras animas parvasque volantes:
Quin etiam si quando hortos ingressus, ubi annus
Exfuit expleto turpem novus orbe senectam,
Floribus & passim per agros incannit arbor,
Ille hortis stragema dedit, arboribusque ruinam,
Spemque anni agricola mæsti fleuere caducam.
Nam quocunque aciem horribilem intendisset, ibi
omnes

Cernere erat subito adflatos languescere flores.

Operam Sennerti. Tom. III.

A. Addimus tandem & hoc, cum habitus, qui ad summum gradum pervenit, periculosus sit, ut Hippocrates docet, & qui nitidiores sunt, suspecta a bona habere debeant, ut Celsus monet: sæpe accidit, ut infantes, cum ad summum sanitatis & pulchritudinis pervenerunt, in morbum subito illabantur; cuius rei causam cum vulgus non intelligat, in fascinationem id refert.

Signa Diagnostica.

Infantes si contabescant, intuentium oculis id patet. Causarum verò signa quod attinet, si ex febre vel alio morbo adultis communi extenderentur infantes & contabescant, tales causæ etiam facile cognoscuntur, nec latere possunt. Si verò tales causæ omnes absint, prius diligenter inquirendum, quale sit lac nutritis. Si enim lac sit nimis paucum, vbera sint flaccida & lacte destituta, infantes mirram avidè arripiant. in lactis defectu macies illa referenda. Si verò lac adsit, ac sit vitiosum, de eius notis, part. 1. dictum, atque imprimis si lac calidum ac siccum & biliosum, ex ipsa nutritis constitutione, & lactis consistentia ac colore, vitium lactis cognoscitur, & tunc in lactis vitium causa meritò referenda. Si lac accusari non possit, videndum an vermes sint in intestinis, de quorum signis suo loco dictum.

Si nec vermium in intestinis latentium signa adsint, de venibus illis cutaneis inquirendum, quos vulgò ita agnoscere student. Infantes, quos suspicantur hisce vermibus laborare, in balneo infervunt, & externas corporis partes, ac præcipuè dorsum, manibus, plerumque melle cum pane mixto adhibito, fricant. Ita enim q. capilli quidam cinerici aut nigri è cute erumpunt.

Si vero nulla causa siue externa siue interna adsit, nec ex parte matris vel infantis, aliquid quod infanti nocere possit, commissum sit, vermium signa adsint, nec remedia aliquid profint, de fascinatione aut potius latione præter halitum, aut hæc venenosum suspicio esse potest. Quæ propter inquirendum, quæ remedia infantem tractant, vel cum eo conversari fuerint.

Prognostica.

1. Si ob lactis defectum vel vitium infans extenuetur, malum faciliè curatur, alia nutritæ adhibita.
2. Quæ lumbrici in intestinis periculi habeant, antea lib. 3. part. 2. sect. 1. cap. 5. dictum.
3. Macies ex canonibus seu cutaneis illis vermiculis non difficulter curatur.
4. Si à saga, vel maleolo aut venenoso homine per se, & occultam impressionem, inducta sit macies, non ite faciliè curatur; cum illius occultæ qualitatis & malignitatis natura tardas, & propterea contraria medicamenta ei faciliè opponi non possint.

Curatio.

Qua ratione lactis defectus corrigendus, aut vitium lactis emendandum, de eo suo loco dictum, nec id hic repetere opus est. Quod si vitium emendari non possit, nutritæ mater, de qua eligatur, quæ lac vel copiosius, vel melius, provt opus est, habeat. Lumbrici ut necandi & expellendi sint, alleg. loco dictum.

Si à vermibus illis in dorso, brachiis & ceteribus gentis sit macies, infantes vel levandi in balneo, in quo micæ panis, (commodum est, si mel soltem admisceatur) comestæ sint; vel partes masculosæ in balneo linimento ex farina truci, vel mica panis truci & melle confecto, illinendæ & fricandæ. Vel Rad. vitæ albæ M. C. cum lixivio è cinere quercu, & decocto mian. sic curantur. Vbi tam vermiculi capita intar papuæ eferunt, uo-
L L I I J

cula vel crusta panis ea abradenda, & detrimenda. A
 Idque aliquoties per dierum intervalla repetendum. Ad fascinationem multa equidem remedia passim circumferuntur, & multa contra fascinationem vulgò sunt, quæ tamen pleraque sunt superstitionosa. Antiquum est, ut supra etiam dictum, cum quis quem laudat, addere, *ἀγαθὸς*, vel præfiscine dixerit: & nostris feminis versitatum est, ei, qui laudatur, bene precari: quod etsi per se bonum sit, quia tamen ea opinio accedit, nisi benedictio ista accedat, laudationem ei, qui laudatur, damno futuram, id superstitionosum est. Apud nonnullas Nationes ad præcauendam fascinationem medium digiti ostendere solent; alij exspuere, quod ex Plinio sumtum, qui, *lib. 28. cap. 4* repercuti fascinationes desputatione affirmat. Aristoteles, *sect. 20. probl. 33*, disputat, quam ob causam rota fascinationis remedium sit. Dioscorides, *lib. 3. cap. 89*, alydum commendat, scribitque, si appendatur in domo, ubi sunt infantes, arcere effascinationes omnes. Plinius, *lib. 26. cap. 10*, radicem orchidis feminæ fascinis vtilem esse scribit. Idem, *lib. 13. cap. 8*, officula quædam palmarum; & *lib. 28. cap. 8*, corium frontis Hyæntæ contra fascinationem commendat. Nostrates feminæ cunis infantium *conyram cœruleam*, quam inde *Bruffirant* nominant, contra fascinum imponere solent. Aliis suffitus *ex thure, ligno aloës, radicib. cyperi, caryophyllis, ciuamomo*, in usu est. Q. Serenus Sammonicus, *cap. Infantibus stridentibus, vel strige inquietatis*, alium collo appensum laudat, dum scribit:

Præterea si foris præmit strix atra puellus,

*Virosa emulgens exseris vbera labris,
 Alia præcepit Titus sententia nelli.*

Vel ut alij legunt,

*Alia præcepit tundi sententia Velli,
 Qui veteres claras expressit more rogatus.*

Alij *succinum & corallium* collo infantium appendi iubent. Et quidem medicamenta quod attinet, impossibile non est, plantis & gemmis tales vires inesse posse, ut occultis illis inquinamentis, quæ à maleficis corporibus effluunt, resistent; sicut *radix bryonia & vngula alci* appensa contra epilepsiam profunt, & contra alios morbos alia amuleta dantur. Verùm cum illæ occultæ qualitates ignotæ sint, de talibus aliquid certi statuere difficile est. Et propterea experientia, omni superstitione remota consulenda.

B Missis itaque talibus: saltem quædam vulgaria & nota contra maciem infantium remedia addemus. Quæ viscerum internorum vitia corrigant, huc adferre opus non est; cum alibi sint exposita. Si verò macies oriatur ab inter perie sicca totius corporis; nullum efficacius datur remedium, quàm frequens *balnei humedantis* usus, quod paratur ex *aqua dulci*, in qua *malua, althea, branca ursina, capus castrati, & similia* cocta sint. Post balneum inungatur corpus *ol. dulci, vel amygdal. dulcium*. Si siccitati caliditas adiungatur, balneo, *lactuca, endiuia, violaria, papaueris capita* addi possunt, & *unguentis ol. ros. & violarum*. Si frigiditas coniungatur, calida admiscenda sunt, ut *fl. chamameli, melilotsi, ol. anethinum, chamamelinum*.

C O N C L U S I O.



ACCIPE ita, Lector beneuole, etiam *Librum quartum Præctica Medicina, de Morbis Mulierum*, cum adiecto *Tractatu de morbis Infantium*. Qui si forsantæ expectationi undiquaque non respondebit, eum nec meo voto planè respondere, scito. Natus enim est non solum inter istos publicos bellorum tumultus, qui è fortissimis etiam cuiusque animo omnes serius cogitationes excutere possint, sed & inter prinatas calamitates plurimas, quæ ut hic recenseantur, opus non est, amicis verò & familiaribus non ignota sunt. Si quid ergo quod Tibi gratum & utile esse poterit, in eo reperies, Deo Opt. Max. omnis sapientiæ Auctori, acceptum feras: si quid secus, id homini adscribas, velim. Potuisssem equidem eum aliquandiu adhuc premere, & commodiora illum expoliendi tempora expectare: sed quis ea nobis polliceri ausit? aut quis mane nonis, quid vesper allaturus sit? Præterea vita summa breuis, quam mihi superesse ætas ipsa iam monet, spes me verat inchoare longas. Et sunt adhuc alia, quæ partim promissa, partim non promissa absolunda restant. Quæ quidem omnia me perfecturum polliceri non possum: faciem tamen, quatenus Deus mihi vitam & sanitatem benignè concesserit, ne unquam otiosus fuisse videar.

INFERIOR SVM OMNIBVS BENEFICIIS TVIS DOMINE,
 TIBI GRATIARVM ACTIO, LAVS ET GLORIA INFINITIS
 SECVLIS.

P R A C T I C A E
M E D I C I N A E
 L I B E R Q V I N T V S.
 Q V I E S T

De } Tumoribus,
 } Cutaneis vitiiis,
 } Fracturis;

De } Ulceribus;
 } Vulneribus;
 } & Luxationibus;

AUCTORE DANIELE SENNERTO D. ET
Medicina in Academia Vitebergensi Professor publ.

LIBER QUINTVS
MEDICINAE
GVISS

De...
De...
De...

...



SERENISS. ATQVE ILLVSTRISS. PRINCIPI AC D.

D. CHRISTIANO V.

REGNORVM DANIAE,
NORVVEGIÆ, GOTHORVM, VVANDALO-
rumque Electo Principi, Duci Slesvici, Holfatiæ, Stormariæ,
Dithmarsicæ; Comiti in Oldenburg & Delmenhorst, &c.

Domino meo Clementissimo.



*C*heirurgiam, Serenissime atque Illustrissime Princeps, Domine clementissime, *Arts Medica* partem esse nobilissimam, & reliquis nullo modo postponendam, quicumque eius necessitatem & antiquitatem accuratè perpenderit, facile perspiciet. Etenim virtus ratione ea, quam *Natura* & sua cuique fortuna suppeditat, plerique contenti viuunt, & non nisi il, qui in lautiore re sunt, ea de causa Medicos consulunt. Multi quoque morbosura humorum apparatus diu in corpore circumferunt, neque tamen de eo tollendo, & morbis, qui inde oriri possunt, præcauerdis solliciti sunt. Imò multifebris ab illis que morbis correpti Medicos non consulant, nec eorum opem & auxilium implorant, seu totum negotium *Natura* committunt, & vel eius solius ope conualescunt, vel vi morbi moriuntur. At si cui crur vel brachium fractum fuerit, si quis vulnus paulo grauius acceperit, mox *Cheirurgi*, cuiusque etiam conditionis & noticiis sit, opem implorat, & ab eo salutem & sanitatem sperat. Vnde & ob ipsam necessitatem factum, ut hæc *Medicina* pars omnium primò exaltata fuerit, & Antiquissimi Medici, quorum quidem memoria ad nos peruenit, *Cheirurgia* imprimis nomine clarerint, *Æsculapius*, *Podalirius*, *Machaon*, atque post hos *Hippocrates Coss*. Qui etsi de omnibus *Medicina* partibus multa præclare scripserit, ad eò ut Princeps Medicorum nominari meruerit: tamen in *Cheirurgia* præcipue excelluit, & de ea præ reliquis diligentissime scripsit, ita ut cum in aliis nimis plerumque breuis & concisus sit, ordinem sepe susque deque habeat: non raro minas perspicuus sit: in *Cheirurgicis* conscribendis, ut ex libris eius de officina Medeci, (quem ita inscripsit, etsi in eo nihil nisi *Cheirurgica* tractet) de fracturis, de articulis, de capitis vulneribus appareret, accuratissimus & ordinis obseruantissimus est, nullisque verbis parcit, ut omnia clarè & perspicuè tradat. Quem postea secuti sunt omnium seculorum Medici clarissimi, *Galenus*, *Aëtius*, *P. Ægineta*, *C. Celsus*, *Auicennas*, & alij, qui *Cheirurgicam* *Medicina* partem æquè, ut aliàs, non solum scriptis accuratè tractarunt, sed & ægris in iis affectibus, qui *Cheirurgia* imprimis curantur, operam ipsi præstiterunt.

Nescio verò quo fato infelici factum, ut cum superioribus seculis ferè omnes bona literæ barbarie conspurcarentur, etiam *Medicina* hoc damni passa sit, ut *Cheirurgia* à *Medicina* reliqua separaretur, atque alij dicerentur *Physici*, alij *Cheirurgi*. Hinc enim a deo accidit, ut cum Medici *Cheirurgiam* negligerent, & à se amandarent, barbitorsores, balneatores, aliique operarii *Cheirurgie* possessionem à Medicis derelictam inuaserint, homines plerique omnis *Medicina* ignarissimi, qui neque eorum, quæ agunt, causas reddere, neque medicamenta inuenire, neque corpora & affectus distinguere norunt, sed eundem calceum ferè omnibus pedibus adaptare conantur: inò quod caput rei est, qui corporis humani structuram, quantum quidem *Cheirurgo* imprimis necessaria est; partiumque situm & conformationem penitus ignorant, & ex *Anatomia* nunquam didicerunt. Accessit postea & aliud incommodum. Cum enim intelligerent, sine reliquarum *Medicina* partium subsidio *Cheirurgum* suum scopum adsequi non posse, & animadverterent,

etiam ad externos corporis affeetus manuum operam semper non sufficere, sed internis quoque medicamentis sapissimè opus esse: saltem in alicuam necessitatem multi miserunt, & cum purgantia, tum alia interna medicamenta exhibere temerario arsu aggressi sunt; et sine corporis agrestatibus, nec medicamentorum vim & facultatem, nec curandi methodum intelligerent. Quæ res quanto cum agrorum periculo & damno coniuncta sit, nemo non intelligit. Interim, ut consuetudo est pessimus tyrannus, iste mos in plerisque regionibus, præcipuè nostrâ Germania, ita inualuit, ut alia Medicorum, alia Cheirurgorum partes maneant, imò qui Cheirurgiam hodie exercent, iniuria se affici querantur, si istud officium Medici ad se retrahere conentur. Agnouerunt tamen iam superioribus seculis, cum Medicina cum reliquis bonis literis in locum è tenebris, quibus obrutærat, protracta est, diuortii huius iniquitatem Medici quique doctissimi, & propterea ex iis quidam ipsam Cheirurgiam tractare aggressi sunt, quidam vero scriptis cruditisimè excoluerunt. Quod & nostrâ memoria à clarissimis Medicis factuatum. Et omnino omnibus, qui Medicinæ solitam cognitionem sibi comparare volunt, incumbit, ut & hanc Medicinæ partem diligenter cognoscere, ut si non ipsi manus agris ad mouere velint, aut ob inueteratam consuetudinem non possint, nihilominus Cheirurgorum vulgariū actiones dirigere, eorumque errores, ubi occurrunt, corrigere queant.

Quæ res ipsa fecit, ut cum superiores quatuor libros Medicinæ Practicæ absoluissem, & hunc quintum, qui ea maxima ex parte, quæ Cheirurgorum sunt, tractat, necessario addendum putarem. Qui cum iam in publicum prodeat, ei que, pro more huius seculi, Patrenus querendus sit, eum Seren. & Illustr. T. Cels. nomini, non leuibus causis motus, inscribendum existimaui. Etenim quantus Seren. Reg. Maieft. Dn. Parentis, & Seren. ac Illustr. Celsi. Tuæ erga bonas litteras, atque imprimis artem medicam, sit amor & incredibilis beneuolentia, omnibus notissimum est, & testis est eius rei locuples Vir Cl. Dn. Henningus Arnixus, Philosophus & Medicus excellentissimus, amicus meus singularis. Et Sereniss. & Illustriss. T. Celsitud. eandem beneuolentiam ipse non ita pridem in Sereniss. Elect. Saxon. Viduæ Aula, quæ Lichtenburgi est, satis superque perspexi & expertus sum. Quam propterea, pro mea virili, etiam ad posteritatem huius libri dedicatione commendandam putauit. Deinde cum scripta mea omnia in hac Elector. Saxon. ad Albim Academia nata iure quodam Sereniss. Saxon. Elector. Domui deberi, ei que sacra esse agnoscam, ea me ad aliam artem (quod apud Antiquos nefas putabatur) transferre non existimaui, si Sereniss. & Illustr. T. Celsitud. cui tam arcta cum Sereniss. Elector. Saxon. familia necessitudo & cognatio intercedit, hunc librum offerrem. Accipe ergo, Sereniss. & Illustrissime Princeps, hoc quicquid laboris & operis est, eo vultu, quo alias bonarum literarum cultores, & Sereniss. Elect. Saxon. Domui addictos soles, mihi que & meis conatibus clementissimè faue. Deus verò ter Opt. Max. Sereniss. & Illustriss. T. Celsitud. saluam, florentem, & felicem undique præset. Wittebergæ, Calend. Marti, Anno Christi M. DC. XYXIV.

Sereniss. atque Illustriss.
Tuæ Celsitud.

Subiectissimus

DANIEL SENNERTVS D.
Fac. Medic. ib. Profess. & Senior, ac
Sereniss. Elect. Saxon. Medicus.

LIBER QVINTVS.

P A R S I.

D E T U M O R I B V S.

C A P V T I.

De Tumorum Natura, Causis, & Differentiis.

Tumoris
nomina.

Oedema.



Phyma.

Tumores
an rectè
apostemata
appellen-
tur.
Apostema
quid?

Vi Tumor, tuber, & tuberculum Latinis dicitur morbus, iis Græcis *ὄγκος* appellatur; Hippocrati & antiquis Græcis Medicis etiam *ὄδιμα* nominatur. Etsi enim Recentioribus Medicis iam Galeni quoque tempore *ὄδιματα* sint tumores molles, & qui, dum premuntur, dolore vacant, quos Antiqui cum adiectione *ὄδιματα μάλαργα* & *ἀνάδωρα*, id est, tumores molles & non dolentes, appellabant: vox tamē *ὄδιμα* Hippocrati & Antiquioribus Medicis in genere omnem omnino præter naturam Tumorem significat, ut à Galeno annotatum est, in 1. prognost. text. 29. 4. aph. 34. 5. aph. 65. & 66. & alibi passim. *φύμα* etiam interdū nomen generale est, significatque omnem in genere Tumorem, sponte tamen & sine causa externa, præcipue in externam corporis partem, erumpentem, sicut planta è terra erumpit; ut videre est apud Galenum, 6. epid. comm. 1. cap. 23. In recentiorum Latinorum, eorumque, quos Barbaros vulgò nominant, libris, nomine Apostematis omnes omnino tumores comprehenduntur, Imò ex Recentioribus quidam, quibus Græca lingua forsan non satis cognita est, eos valde decipi scribunt, qui aliquam inter nomen Tumoris & Apostematis differentiam esse statuunt; quod tamen cum autoritate omnium antiquorum Medicorum & Græcæ linguæ vsu pugnat. Græcis enim Medicis *ἀπόστημα* solum is tumor est, qui suppuratur, ut infra, cap. 3. dicitur, & Latinis *Abscessus* & *Uonica* dicitur, Recentioribusque ac Barbaris, sumto ex interprete Auicennæ vocabulo; *Exitus*. Omnes autem tumores ad suppurationem non perueniunt, ut erysipelas plerumque, herpes, & phlegimone sæpe, tumoresque alij.

Neque tamen ista nominum confusio Arabibus attribuenda, sed Barbaris eorum interpretibus, qui Arabum vocabula non idoneis vocabulis expresserunt. Arabes n. non minus, quam Græci, Tumores & Apostemata nomine distinxerunt, & tumores in genere Bothor, Apostema Dubellet & Dubellatum nominarunt. Ideoque de vocabuli cuiusque significatione eius linguæ auctores consulendi sunt, non alterius; seu, ut Galen. in libell. ad Traj. lib. an ars tuenda san. ad Medicinam spectet, cap. 32. docet, si Assyriorum linguæ vocabulum sit, ab ipsis res dicenda est, cui nomen illud indiderunt, sive sit Persarum linguæ, aut Indorum, aut Arabum, aut Æthiopum, aut omnino aliorum quorundam, illos perscrutari oportet.

Quid autem Tumor sit, iam dispiciemus, ubi hoc prius monuerimus, nos de Tumoribus p. n. & qui è morborum genere sunt, præcipue hic acturos. Non enim omnis tumor & partis ultra naturalem habitum incrementum; Tumor p. n. est. Nam quævis obesi quidam ultra naturalem habitum in latum & profundum augentur: tamen cum nondum in iis est aliqua actionis læsio, ob quam demum aliquid p. n. affici dicitur, etiam p. n. se non habent, sed solum non naturaliter, *δρόσι*, & *ὄσις* *ἰδὲ φέσις*, ut ait Galenus. Hæc n. ut idem Galen. de tumorib. p. n. c. 1. scribit, est inter ea corpora, quæ secundum naturam se habent, & ea, quæ se habent p. n. n. media quædam constitutio. Sic etsi quoque aliqua pars augetur ultra naturalem habitum, ita tamen, ut eius actiones non lædantur, nullusque doloris sensus adsit: tum etiam tumor ille non est præter naturam, nondumque morbus appellatur, sed potius symptoma. Vnde Galenus quoque suum librum de tumoribus, non simpliciter, sed de tumoribus præter naturam inscripsit. Longè verò minus mamma læte turgida & majores, quam in non lactantibus esse solent, & venter inferior tempore gestationis in gravidis in maiorem molem excrefcens morbo laborare dicuntur; cum ista secundum naturam & naturæ leges fiant.

Quid v. tumor sit, & ad quod morbi genus pertineat, non adeo liquidum est. Alii n. alias definitiones afferunt, quas hic coacernare opus non est, & Galenus ipse non semper idem docere videtur. Næ 13. meth. med. c. 1. tumorem morbum esse dicit. in quo partes à naturali habitu in quantitate recesserunt. Et 1. de causis. sympt. c. 2. tumores ad morbos organicos refert, dum scribit, *φλίμυσις* seu inflammationes, & scirrhus, & abscessus, & id genus alios morbos instrumentalium esse partiū. De differ. verò morbor. c. 13. & de causis. morb. c. 6. inter intemperies, & simularium partium morbos tumores recenset. Recentiores etiam opinionibus dissident. Fallopius Galeni sententiam in 13. m. m. c. 1. sequitur, & tumores ad morbos instrumentales, nimirum magnitudinem p. n. auctam, refert; Hieron. Capivaccius, in cap. de phrenitide, omnem tumorem esse necessariò morbum in intemperie, non autem necessariò in mala compositione scribit: quam opinionem sequitur Hieron. Fabric. ab Aquap. Alii, inter quos Eustach. Rudius, statuunt, tumorem esse vitium ex aucta magnitudine & intemperie compositum, auctamque magnitudinem cum intemperie esse cuiuslibet tumoris formam; statuitque Rudius, eos solum tumores proprie dici, qui in partibus ex materia p. n. affluxu sunt: tumores v. qui in lava-

Tumor
Non carnis
tumor
bus est.Tumor
quid?

tionibus, intestinorum in scrotum prolapsu. & acutissime fiunt, proprie dictos tumores non esse.

Verum si rem accuratius perpendamus, significatamque vocabuli Tumoris & eius consideremus, & tumorem essentiam per se contemplari velimus, Tumorem, quatenus tumor est, recte cum Galeno definimus, quod sit *morbis, in quo corporis nostri partes, à naturali statu magnitudine aucta recedunt.* Ομογενία Græci τὸ ἐκ τῆς μέρους. ἢ ἀλάτῃ, ἢ ἄλλοις, διὰ τὴν nominant, vt de tumoribus, cap. 1. scribit Galenus, vt certe absurdum sit, statuere tumorem sine magnitudinis aucta, id est, sine tumore. Et si enim verum sit quod modo monuimus, & quod Galenus, quoque de diff. morb. cap. 12. annotauit, tumorem, si tantus non sit, vt ex eo membrum affectum operationum aliquam læsionem pariat, symptoma esse, eumque p. n. affectum potius per intemperiem præsentem, quæ lædit actionem, quàm per tumorem, qui non lædit actiones, definiendum esse: tamen propterea non sequitur, quod etiam tumor, qui morbus est, quique actiones lædit, potius per intemperiem, quàm magnitudinem auctam, definiendus sit. Imò sæpe numeros tumores cum vel à carnosa, vel ab ossa & dura substantia, vel flatuolo spiritu, qui nec frigidus, nec calidus valde sit, producantur, sine intemperie sunt. Interim tamen alios morbos aucta magnitudinis, quæ tumorem essentiam constituit, coniungi posse, non negamus, qui tamen non sunt de eius essentia. Etenim si materia, quæ tumores efficit, calore, frigore, siccitate, aut humiditate excedat, illam intemperiem parti affectæ communicat, vnde etiam morbus intemperie tum concurrit. Si præterea materia eadē vel tendendo, vel distendendo continuum soluat, vitæ quoque solutio accedit. Interdum & figura corrumpitur; interdum & cavitates, canales ac meatus comprimuntur, vel obstruuntur ob multitudinem materiae quæ cum plerumque tumori coniungantur, etiam indifferentia & curatione tumorum non solum de quantitate aucta, sed etiam de reliquis morbis concurrentibus agitur. Interim ratum manet, tumorem, quatenus tumor, esse morbum in aucta p. n. magnitudine, qui ex re p. n. parti adiecta ortum habet. Nec alicuius momenti est, quod Rudius hic obicit, quod in tumoribus, qui ab humoribus, & qui à partium prominentia & proidentia ac similibus causis fiunt, sit penes causam efficientem, proximam & continentem differentia; & quod ab hac artificiosa & vtilis indicationes sumantur, non verò ab aucta magnitudine. Etenim licet in causa continente speciali differant, quod ea sit nunc humor, nunc os, nunc intestinum: tamen in generali conueniunt, quæ est res p. n. parti adiecta, eamque in tumorem attollens. Et in omni tumore, ab hac, vt in omnibus morbis, qui à causa continente pendent, nulla sumitur vtilis indicatio, etiam in tumoribus qui ab humorum influxu pendent. Generalis enim indicatio, sed inutilis, est, humorem attollit, esse remouendum: quomodo verò hoc fieri debeat, id iam artificiosum est. Interim quod tumores ex humoribus orti inter compositos morbos ex magnitudine aucta & intemperie cum materia & figura vitiosa referri possint, non nego: id tamen non omnibus tumoribus competit. Vnde proculdubio etiam factum, vt Galenus tumores modo inter morbos partium similiarum, vt de differ. morb. cap. 12. modo inter morbos organicos, vt 13. meth. cap. 1. retulerit.

Neque distitendum, autores interdum dum tumorum p. n. faciunt mentionem, non tumores in genere accipere, quales etiam sunt, quos intestinum prolapsum vel ossa substantia prominens excitare potest, sed eos in specie, qui ab adfluxu humorum fiunt, & minime sunt morbi compositi ex magnitudine au-

cta, intemperie, figura vitiosa, & plerumque etiam solita vitato.

Causa continens tumorem, in genere accepti, est aliquid præter naturam parti adiectum, quod eam eleuat, distendit, in maiorem magnitudinem attollit.

Hæc autem materia eadem triplex sit nimirum humor flatus, & substantia solida, præcipua etiam differentia tumorum à causa continente sumitur. Sunt quidem & alie tumorum differentie, vt alii sint magni, alii parui, alii externi, alii interni, alii recentes, alii antiqui: Verum hæc sunt accidentales differentie, & aliquam quidem mutationem adferunt, & conditionem mutant, speciem verò non variant. Differentie autem, quæ speciem constituunt, sumuntur à materia & causa continente, quæ triplex est, vt dictum. Primum enim tumores ex humoribus ortum habent, verum nullam peculiarem appellationem obtinent, sed generali saltem tumorem nomine comprehenduntur: imò vt dictum, à nonnullis solum Tumores appellantur. Secundò, flatus in aliqua parte conclusi eam distendunt, & in tumorem attollunt, quos tumores Græci ἐμφυσμα, Latini Inflationes appellant. Tertiò equidem interdum carneum quasi, aut membranaceum, aut osseum, aut simile quid parti alicui adhaerent, tumoremque excitat: verum cum eadem substantia ex humoribus ortum habeant, hoc tumorum genus cum primo coniungemus. Denique & ipsæ solidæ corporis partes tumores efficiunt, cum locum mutant, & situm, atque in aliquam partem prolabantur, eamque distendunt & attollunt, qui & ipsi nullam peculiarem appellationem habent.

Sunt tamen & alie differentie. A qualitate materiae coniunctæ alii dicuntur calidi, alii frigidi; alii humidi, alii sicci; alii molles & laxi, alii duri. A magnitudine, qui maiores sunt, simpliciter generis nomine tumores appellantur; qui parui, tubercula A sita, quod alii sunt interni, alii externi, & hi vel altiores & profundiores, vel superficiales. A figura quidam lati, alii acuminati.

Omnes autem istas tumorum differentias nominibus & numero comprehendere facile non est Galenus, in fine libri de tumoribus, nullam tumorum præter naturam speciem, quæ ibi dicta non sit, se reliquit scribit, & collegit ex eo libro Ioh. Philippus Ingrassias, de tumoribus tractat. 1. capite 1. comm. 2. p. 77. sexaginta & vnum tumores, quos hoc ordine recenset: 1. Corpulentia. 2. Phlegmon. 3. Tumorum abcessus calidus. 4. Sinus. 5. Fistula. 6. Abscessus ex solidis humidis corporibus. 7. Atheroma. 8. Steatoma. 9. Meliceris. 10. Anthrax. 11. Cancer. 12. Gangrana. 13. Sphacelos. 14. Erysipelas. 15. Herpes simpliciter. 16. Herpes esthiomænos. 17. Herpes miliaris. 18. Scirrhus. 19. Ecchymosis. 20. Aneurisma. 21. Oedema. 22. Phagedæna. 23. Vlcus Chironium seu Telephium. 24. Scabies. 25. Lepra. 26. Elephantiasis. 27. Exostosis. 28. Satyrismus seu Priapismus. 29. Acbor. 30. Cerio. 31. Myrmecia. 32. Acrochord. 33. Psudracio. 34. Epizotis. 35. Dothien. 36. Phyma. 37. Bubon. 38. Phygeston. 39. Struma. 40. Sarcocoele. 41. Hydrocele. 42. Epiplocele. 43. Enterocoele. 44. Enterocyplocele. 45. Cirsocoele. 46. Varices. 47. Bubonocoele. 48. Exomphalos. 49. Ascites. 50. Tympanites. 51. Anasarca. 52. Epulis. 53. Parulis. 54. Thymos. 55. Vicia. 56. Paristhymia. 57. Antiades. 58. Polypus. 59. Encanthis. 60. Vuguis. 61. Staphyloma. Ipse v. Ingrassias numero hoc non contentus, adhuc centum sexaginta quinque addit, nimirum qui capituli sunt proprii 27. quos pag. 301. hoc modo recenset: 1. Excresma. 2. Elydriò, huc Papilla. 3. Sycò, id est, ficus, seu ficosum exithema. 4. Exithema, id est, ylcerosa efflorescètia. 5. Ganglion.

Tumoris
causis.

Differen-
tiz.

Tumorum
numerus
& nomina
secundum
Galenum.

Tumorum
numerus
& nomina
secundum
Ingrassiam.
Tumores
capituli 27.

Tumores oculorum & eorum partium 63.

5. Ganglion. 6. Hydrocephalus. 7. Siriasis. 8. Phrenitis. 9. Lethargus. 10. Typhomania, seu agrypnion coma. 11. Catachus Pauli. 12. Catalepsis seu catococh. 13. Carus. 14. Apoplexia. 15. Rhia alsabian. 16. Sibar. 17. Fatera. 18. Sexaxilis. 19. Testudo. 20. Talpa. 21. Topinaria. 22. Lactumen. 23. Cornu. 24. Alopecia. 25. Ophiasis. 26. Pityriasis. 27. Phthiriasis. Oculis & partibus eius proprios sexaginta tres, quos hoc ordine pag. 351. enumerat: 28. Proptosis Galeni, siue epiefmos Pauli. 29. Taraxacis. 30. Ophthalmia. 31. Epiphora. Introductorij. 32. Chemosis. 33. Xerophthalmia. 34. Sclerophthalmia. 35. Scirophthalmia. 36. Phlyctena. 37. Bobrion. 38. Coeloma. 39. Argemon. 40. Epicauma. 41. Encauma. 42. Myocephalos. 43. Melon. 44. Clauus Pauli & Aëti. 45. Clauus Introductorij & Celi. 46. Hypopyon. 47. Onyx, id est, vnguis. 48. Hyposphagma. 49. Achly. Aëti. 50. Nephelion. Aëti. 51. Vla, seu Nephelion. 52. Leucoma. 53. Sebel. 54. Bother. Auicennæ. 55. Hymenepanastasis. 56. Nyealopia. 57. Anthracosis. 58. Carcinoma. 59. Synchysis. 60. Myriasis. 61. Proptosis Pauli. 62. Ptilosis. 63. Madarosis, seu Milphosis. 64. Pladarotes. 65. Emphysema. 66. Symphysis, siue Anchylosis. 67. Ectropion. 68. Lagophthalmos. 69. Trachoma. 70. Sycofis. 71. Tylosis. 72. Dactima. 73. Pachytes. 74. Barytes. 75. Hydaria. 76. Psorophthalmia. 77. Crise. 78. Chiazion. 79. Poriasis. 80. Lithiasis. 81. Alantifac. 82. Sude. Auc. 83. Sarcosis. 84. Lupia. 85. Mydesis. 86. Pustula Abz. 120. aris. 87. Scleriasis. 88. Anchylops. 89. Ezylops. 90. Epinyctis Plinii. Et tandem alios in aliis partibus nonaginta septem, quos hoc ordine recenset: 91. Arivus. 92. Parotis. 93. Phera. 94. Ozena. 95. Sarcoma. 96. Thelus Albuc. 97. Alharbian. Auc. 98. Chaisum Arabum. 99. Hemorrhoides Atabun. 100. Batrachos. 101. Glossmegethos. 102. Anchyloglossu. 103. Aphra. 104. Cyananche. 105. Paracyananche. 106. Syuananche. 107. Parasyuananche. 108. Gongrona. 109. Folium. 110. Bronchocele. 111. Alhadal. 112. Dionysisci. 113. Hypopion. 114. Fonti, seu vari. 115. Mniagra. 116. Ephelis. 117. Ignis sylvaticus. 118. Noli me tangere. 119. Buxis. 120. Gutta rosacea. 121. Sparaganosis. 122. Chondriosis. 123. Trichiasis. 124. Gyacomastion. 125. Pleuritis. 126. Peripneumonia. 127. Phthoe. 128. Althahalep. 129. Napra. 130. Cyprosis, seu Cyrtosis, & hybosis. 131. Lordosis. 132. Scoliosis. 133. Coelacis. 134. Auris. Ralis. 135. Colica. 136. Ileos. 137. Condiloma a. 138. Hamorrhoides. 139. Marisca. 140. Hepaticus. 141. Cachexia. 142. Altherel, Bellunenlis. 143. Thebegi. 144. Altherbel, Bellunenlis. 145. Splenicus, Aureliani. 146. Nephritis. 147. Lithiasis. 148. Syriasmus. Pauli. 149. Cercosis. 150. Mola. 151. Nymphemegetho. 152. niw, Hippocr. 153. Scleroma, Pauli. 154. Arthritis. 155. Podagra. 156. Cheragra. 157. Jschias. 158. Lupia. Gaudonis. 159. Tophi. 160. Cornua, Auc. 161. Anchylosis, seu Anchylos. 162. Paronychia. 163. Pterigion. Celi. 164. Condyl. 165. Perniones. 166. Gemusa, Plinii. 167. Dentis muris Bellunenlis. 168. Alliatan. 169. Lupus. 170. Dactilia. Haliab. 171. Malum mortuum. 172. Terminthos. 173. Emphysema. 174. Phlyctena. 175. Turmussis, Auc. 176. Impetigo. 177. Effere. 178. Palmos. 179. Clauus. 180. Caili. 181. Egritudo bouina, Abenz. & Albuc. 182. Dracontium. 183. Syronet, seu Pidicelli, Guid. & Archilata. 184. Variole. 185. Morbilli. 186. Rubeola. 187. Cystalli. 188. Exanthemata. 189. Ectymata, Fernel. 190. Hidroa, seu Sudamina. 191. Epiniethis, Romanarum. 192. Botherlenes. 193. Ganglia. 194. Septi. Hippocr. 195. Spina ventosa. 196. Bubasticon vlcus. 197. Hyperfarcion. 198. Cacoethe. 199. Sipedon. 200. Nome. 201. Therioma. 202. Herpes esthiomenos, Celi. 203. Herpes esthiomenos, Auc. 204. Tnymion, Celi. 205. Fenis sacer, Celsi. 206. Cervo, Pauli.

Opertum Sennerti Tom. III.

207. Pararrimata. 208. Aporsmata. 209. Zerma. 210. Racula. 211. Spina. 212. Morsus diaboli. 213. Paturfa, id est, morbus Gallicus. 214. Scopuli. 215. Tincosati. 216. Pinita. 217. Spili. 218. Tufus Aiti. 219. Eparma, Hippocrat. 220. Rosboth. 221. Cunus, Rhafis. 222. Alboibir. Albucasis. 223. Naxir, Alb. 224. Alchalan, Abenz. 225. Arcella Abenz. 226. Rosula sataritia. Ut ita numerus omnium tumorum quos recenset Io. Philippus Ingrassias, sit 226.

Verum sine causa hoc modo multiplicantur entia. Neque enim omnes affectus, qui hic sub tumoribus recensentur, tumores sunt, atque vnus & idem tumor interdum sub variis nominibus repetitur; neque etiam reliquos comos de tumoribus non absoluerit. Ingrassias, facile patet, quos tumores nonnulli nominibus intelligat. Certè, vt de vno atque altero saltem, exempli gratia, dicamus, inter tumores, sinus & fistulas, vlcus Chironium, & vlcera alia recenset. Quis vero inter tumores propriè dictos lethargum, typhomaniam, catochum, catalepsiam, carum, apoplexiam, lordosin, cæliacam affectionem, colicam, affectum epaticum, spenicum, & similes alios affectus, qui vel ad symptomata, vel aliorum morborum species potius, quàm tumores pertinent, numerare audeat? Imo tumores multi, qui in hoc catalogo recensentur, non peculiare tumorum species sunt, sed specierum secundum partes affectas differentia.

Ideoque duas præcipuè differentias tumorum attendendas censemus, vnã, quæ sit à causarum

Differentia tumorum.

varietate, alteram, quæ sit partium affectarum ratione. Causam tumoris continentem triplicem esse diximus, humorem, statum, & substantiam solidam.

Causa continens.

Humores rursus variis sunt, sanguis, pituita, melancholia, humor ater, aqueus, serosus, varique ichores; item mixti humores, & materia, in quam alii humores degenerant, ac humores maligni.

Ex sanguine oritur nimia corpulentia seu *πλοσσυρία*, & *Inflammatiō*. Ad inflammationem etiam referunt *Gangranam* & *Sphacelum*, quod Inflammatio interdum in ea degeneret. Verum cum Gangrana & Sphacelus sæpe sine inflammatione ex aliis causis oriuntur, neque tumorem semper coniunctum habeant, & vlcibus magis cognata sint, aut in ea degenerent, de iis postea de *Vlcibus*, dicemus. Rectius ad Inflammationem refertur *Erysipelas* seu *Rosa* vulgò dicta, *Bubo*, *Furunculus*, *Phyma*, *Phygelion*, *Parotis*, *Carbunculus*, *Paronychia*, *Perniones*, *Echymosis*, vt postea ex speciali horum affectuum explicatione patebit.

Ab bile oriuntur, *Herpes*, eiusque differentia.

Ab humore pituitoso prouenit *Oedema*.

Ab humore melancholico, *Scirrhus*.

Ab atra bile, *Cancer*.

Ab humore aquoso, *Hydrocephalus*, *Hernia aquosa*.

Verum serosi humoris & ichorum, è quibus varia tubercula oriuntur, magna est differentia, ac sæpe serosi, falsi, ac biliosi humores cum aliis miscentur, atque inde oriuntur varia exanthemata, *Psycdracia*, *Vari*, *Sudamina*, *Epiniethides* & *Terminthi* Effere Arabum, *Elcydria*, *Scabies*, *Lepra* Græcorum *Vuuligo*, *Impetigo* & *Lichen*, *Crusta lactea*, *Achores*, *Fauis*, *Tinea*, & cætera.

Tandem ab humoribus quidem etiam prouenit peculiare tumorum genus, ab iis tamen, quos hætenus commemorauimus dupliciter differens. Primo quidem, quod non ex vno humore prouenit, sed à pluribus, pituita scilicet, sed quæ alios humores, melancholiam vel bilem, admixtos habeat, ita tamen, vt coniuncta causa non amplius humor sit, sed alia materia ex humoribus genita. Deinde, quod materia illa peculiari membranz includitur. Eiusmodi tumores sunt

M M m

Struma & Scrofula, Bronchoccele, Ganglia, Nodi, meliceris, Atheromata, Siscatomata, Testudo, Talpa, & Natta.

Ex humoribus etiam, sed in aliam materiam degenerantibus generantur *Polypus, ranula sublingua herniacarnosa, verruca, cornua, fungi, & his similia.* Sunt præterea & tumores à malignis humoribus ortum habentes, vt *Variola, morbilli, Lepra Arabum* seu *Elephantiasis Græcorum, Tumores Venerei varij, Bubones & Carbunculi pestilentes.*

A flatu sunt *Emphysemata* seu *Inflationes, & tumores flatulenti* quicumque.

A partibus solidis alio procumbentibus fiunt *Hernia in scroto & umbilico*, cum intestina eò procidunt *Epiploccele*. Pertinet huc & *Aneurisma* tumor ex dilatata arteria ortum habens, vt & *Varix* tumor ex dilatata vena.

Ab ossibus fit *Exostosis*, & ex vertebra dorsi prominentibus *gibbositas*; sicut & in aliis partibus tumores fiunt, cum ossa luxata vel fracta eò excidunt.

Accipiunt autem isti tumores varia nomina pro partium affectarum ratione, de quibus suo loco dictum.

De multis tamen tumoribus hoc notandum, iis equidem multis vulgò apud multas Nationes affligi, & vulgò etiam eos curari: quæ tamen nomina Germanica, Italica, Gallica, Hispanica, aliarumque nationum alia, quibus nominibus Græcorum, Latinorum, & Arabum respondeant, non semper constare; quæ res Medicinæ studiosum in autorum lectione non parum moratur. Conquestus est hac de re etiam Io. Philippus Ingrassias, qui in conferendis & explicandis Græcorum, Latinorum, & Arabum nominibus plurimum laboravit, dum in hunc modum, *de tumoribus tract. 1. capite 1.* scribit: Non vehementer admirari, si illi ac non dolere nequeo, maximam nostri seculi infelicitatem, in quo variis & innumeris ferè morborum speciebus continuè vexamur, præsertimque ob depravatam victus rationem, huiusmodi tumore (de dothiene seu furunculo loquitur) indies affligimur, adeo, vt notissimus proculdubio affectus sit; nomen tamen eius, non secus atque epinyctis & psyracion, plutinis adhuc in ambiguo sit, vt inde morbi proprium caput, & curationis methodum apud Latinos atque ipsos etiam Latinè loquentes Græcos aut Arabes inuenire difficilissimum nobis fiat.

De signis Diagnostiis, Prognosticis, Indicationibus, & Curatione tumorum in genere, solent nonnulli non pauca adferre. Verùm pauca planè sunt, quæ de tumoribus hoc modo in genere consideratis dici possunt, sed plerumque speciebus certis conueniunt. De quibus omnibus postea ordine & in specie dicemus.

CAPVT II.

De Tumoribus ab humoribus ortis in genere.

Tumores ab humoribus nati.

Frequentissimum autem tumorum genus est, quod humores efficiunt. Quæ de causa de eo primo agemus. Huius proxima causa est humor, partem p. n. in maiorem molem attollens. Qui cum plerumque aliquem qualitatum excessum habeat, & vel calidus, vel frigidus, vel humidus, vel siccus sit, illam qualitatem parti affectæ communicat, quæ cum à membri patientis temperie differat, inæqualem in eo temperiem excitat; atque ita tumori inætemperies coniungitur.

Causæ.

Causæ. Humoribus autem, qui tumores efficiunt, magna

A est diuersitas. Nam & naturales & præter naturales humores, quorum differentia suo loco sunt explicatae tumores excitant, quò etiam pertinet materia serosa & aquosa, pus, sanies, & alia omnia, in quæ humores degenerant, & in tumoribus reperiuntur, atque è partium corporis numero non sunt, quorum magna est varietas. Galenus *lib. 2. ad Glauc. cap. 7.* scribit, & lapidibus, & arenis, & testis, & lignis ab arboribus, & limo, & sordidiorum balnei, feci & amurcæ, & multis aliis talibus similia in abscessibus corpora contineri, deprehensum fuisse: & *14. meth. med. cap. 12.* vnguium, pilorum, ossium, testarum, lapidum similia inuenta esse docet. Vermes etiam in tumoribus reperiuntur testatur experientia, videlicet tales tumores Fallopius & alii, atque ipse tales non semel vidi.

B Nicolaus Renigius, *lib. 3. demonolatria capite 1.* scribit, suis oculis se vidisse globum, quales in texturis videre est, qui ex vomica, in sura cuiusdam incisa, exemitus fuerat. Et V. Vierns, *de præstig. demon. cap. 13.* ex vomica in sinistro latere supra lienem, cultrum ferreum exemitum fuisse cum magna puris copia, in quadam puella, refert. Quale quid etiam Langius, *lib. 1. epistol. 38.* annotauit. Tale quid si accidat, vulgus mox veneficiis & incantationibus ad ascribere solet. Verùm non opus est, in omnibus, quæ præter pus ex abscessibus euacuantur, statim ad tales causas confugere, & inter causas præter naturales tumorum recensere; cum multa ex his ex humoribus modò enumeratis generentur. Cùm enim experientia constet, in corpore humano pluribus in locis ex humoribus excrementitiis lapillos, tophos, pilos, aut hys similia, ac varia vermium genera procreari, & extra corpus humanum etiam mira vermium & aliorum animalculorum genera ex aliorum corruptione produci mirum non est, in tumoribus materiam, præcipuè si ea praua sit, & diutius conclusa ibi detineatur, putredine varias mutationes subire. Si tamen talia in vomicis & tumoribus reperiuntur, quæ à natura in corpore humano, aut solius naturæ ope, arte non concurrente, generari non possunt, vt sunt metalla, acus, cultri, clauis ferrei: illa iam ad naturales causas referri non possunt, sed à demonum præstigiis, astutia & potestate accepta ferenda sunt. Quomodo autem talia in corpore seu procreentur, seu ei insinuantur huius loci non est disputare: Reliquas causas tumorum ab humoribus ortorum pertexamus.

C Causas itaque remotas, cuiuscunque sint generis, quod attinet, faciliè ex cognoscuntur, si modum generationis tumorum inquiramus, & videamus, videntem, & qua ratione humor ille, qui causæ continentis rationem obtinet, in partem affectam veniat. Humor autem proxima tumoris causa in parte vel sensum & paulatim congeritur, vel in partem à se ipsius & confortim influit. Congeritur sensum materia primo & præcipuè ob membri aliquod vitium, cum nimium vel vis concoctrix est debilis, quæ nutrimentum, vt par est, non potest elaborare, & plura, quàm debebat, excrementa generat, vel cum facultas expultrix excrementa omnia, vt debet, non eiicit: id quod accidit, vel quia ipsa debilis est, vel quia vitæ, per quas excrementa eiicere debet, non satis patent. Deinde etiam congeritur humor in partibus, cum ipsum alimentum vitiosum est, ex quo nempe vel tanta excrementorum copia generatur, vt ea omnia facultas expultrix eiicere non possit, vel ita crassa, vt natura ea faciliè expellere nequeat. A quibus autem causis hæ causæ dependant, suo loco explicatum, nec opus est, id prolixè repetere. Vt paucissimis rem complectar, imbecillitas facultatum à partium intemperie & calore nativo debilitato dependet. Meatus ob-

In abscessibus reperiuntur varietas.

Tumorum generatio.

Per congectionem.

struuntur à materia multa & crassa; à frigoris vi du-
rem condensantur. Cibi mali succi multa excrementa
suppeditant: qui autem tales sint, à Galeno, in l. de
cibus boni & mali succi, explicatum.

Attractione Fluit autem humor ad partem aliquam (quæ fre-
quentior tumorum causa est) vel ab ipsa parte attra-
ctus vel aliunde in eam immixtus. Attractio primò
fit à calore, genito vel motu nimio, vel à calore So-
lis & radiis Solaribus, ab igne, & acri medicamen-
to. Ab his enim causis calefactæ partes, ex reliquo
corpore humores ad tetrahunt, etsi in reliquo cor-
pore non sit aliqua humorum abundantia: Quamvis
si humores in corpore abundant, eò maior illorum
copia attrahatur.

Deinde etiam dolor satis frequenter tumores, at-
trahendo humores ad partem dolentem, excitat. At-
trahit autem dolor non per se, sed per aliud & vulgò
ob tres causas attrahere statuitur. I. Quod natura,
dum tentat partem dolenti subuenire, copiosè & cum
maiori conatu, ad partem dolentem sanguinem &
spiritus mittit, atque ita partes nimium replet. II.
Partes dolens à copia sanguinis & spirituum à natura
transmissorum incalescit, unde postea ob calorem
magis attrahit. III. Dolor debilitat membra. Mem-
bra autem debilitata, si non attrahunt, tamen po-
tentissimè recipiunt, & non resistunt hinc inde con-
fluenti materiæ.

Transmissio Secundò per defluxum fit tumor, dum humores in
partem aliquam, etsi ab ea non attrahantur, trans-
mittuntur. Cum enim omnis pars non solum habeat
facultatem familiaria attrahendi, sed etiam superflua
& molesta expellendi, à copia vel qualitate excre-
mentorum & humorum stimulara, ac lacerata, ea,
quæ vilia non sunt, aut etiam molesta, ad aliquam
aliam partem expellit, & deponit. In qua si non di-
geratur, aut transpiratione euacuetur, rursus ad
alias compellitur, donec tandem ad aliquam debilio-
rem perveniat, quæ expellere transmissos humores
non potest, in qua illi relicti tumorem efficiunt. Nam
ad hoc, ut tumor per transmissionem, aut transmissa
aliunde materia excitetur, requiritur & pars quæ
mittit, & quæ recipit, & via per quas fluunt humo-
res. Transmittunt partes, quando facultas valida, à
qualitate vel copia materiæ ad expulsionem irrita-
tur. Etenim nisi facultas irritaretur, ad expellendam
se non accingeret, & nisi valida esse, expellere non
posset. Quò etiam faciunt causæ externæ fluxio-
nem concitantes, calor nimirum humores dissolvens
& fundens, ac frigus constringendo partes eas com-
primens.

Hæc tamen duabus fluxionis causis addi potest
tertia, ipsius humoris & impetus, sicut videmus
in hydropticis aquam pondere suo in pedes & scrotum
descendere, qui motus etiam tempore nocturno ces-
sare solet; quod non fieret, si à natura humor expel-
leretur.

Partes reci- Recipiunt autem humores aliunde affluentes par-
pientes. tes imbecilles, & ad recipiendas fluxiones proclives.
Semper enim fortiora membra ad debiliora super-
fluum amandant. Debiliora autem membra hic pu-
tantur, quæ vel in prima conformatione vitium ali-
quod contraxerunt, aut postea læsa sunt, aliquam
præter naturam constitutionem contraxerunt, aut
à natura debilia facta sunt, & ita creata ac compara-
ta, ut excrementa aliarum partium facillè recipiant,
ut sunt cutis, & partes laxæ ac raræ. Naturam enim,
ut principes & nobiles partes à morbis tueretur con-
stituit in corpore humano partes aliquas debiliores, in
quas partes principes humoribus oppressæ & gra-
uatæ illud, quod superfluum & molestum est, de-
ponere possunt, quales sunt cutis & partes glandu-
losæ. Hinc cor ad axillas, cerebrum post au-
Operum Sennerti Tom. III.

res, & epur ad inguina humores pravo deponit.
Proclives autem ad recipiendum sunt, quæ in par-
te mittente connectuntur, viæque, per quas humo-
res recipiunt, patentes habent, quibus autem rotu-
m expellant, vel nullas, vel angustas obviunt,
aut quæ talem situm habent, ut mittentibus subiac-
ceant, & humorum ad eas proclius ex mittentibus
sit decubitus.

Vias, per quas fluxio fit, quod attinet, sunt hæc vel
occultæ, vel patentes. Nam cum totum corpus sit
conflaxile, ex vna parte in aliam partem occul-
tos meatus fluunt. Ita serena in abdomine collectum
per occultos meatus in scrotum & circa descendit,
partesque has in tumorem attollit; id quod etiam
sepe fit in anis paribus. Nonnunquam humores
intra cranium & cutem capitis collecti sub cute in par-
tes inferiores descendunt, ratio tamen inde tumores
fiunt. Frequentissimè autem humores, qui tumores ex-
citant, per patentes vias, venas & arterias, fluunt.

Sed ut ad differentias tumorum ab humoribus
accedamus, etsi plures sunt accidentales diffe-
rentiæ: hæc tamen, per quas tumores ab humoribus
verè inter se distinguuntur, à cause continentis seu
humoris tumorem efficiens varietate sumantur. Sunt
autem humores varij, Sanguis, bilis, pituita, melan-
cholia, atra bilis, serena. E quibus etiam varia quorundam
genera excitantur. Et quidem nunc humores, qui tumo-
rem excitat, simplex & sincerus est, videlicet tumo-
rum puris excitatur; nunc vero plures humores ad
vnum tumorem constituendum concurrunt, acque in-
de fiunt nothi tumores.

Signa Diagnostica.

An tumor ex partis alicuius prolapsu fiat, facillè co-
gnoscitur. Quæ causa si obicit, ad humeris affluxu
eum fieri concludendam.

An verò tumor per congestionem, an verò per
fluxionem ortus sit, discernatur hoc modo: quod qui
per congestionem sunt, longiore temporis tractu &
paulatim generantur, neque adeo magnam spatium
occupant, neque vlla fluxionis causa aut signum
præcessit. Si vero per fluxionem generetur tumor,
contraria signa adsunt. Et quidem si in parte affecta
nullus dolor vel calor præcesserit, aut fluxio-
nem per transmissionem, non attractionem, factam
esse; sicut conicit, per attractionem tumorem
factum fuisse, dolor vel calor partis affectæ præce-
dens arguit.

Signa temporum quod attinet, primum patet adest,
cum pars incipit distendi. Incrementum, cum pars
iam in notabilem tumorem accollitur, & signa tunc
ta, quæ vnam quodque humoris genus connotant,
manifestè augentur. Status est, cum tumor ex-
promata omnia sunt maxima. Declinatio est, cum
moles tumoris, & symptomata minuitur.

Prognostica.

1. Quantum ad Prognostica tumorum in genere,
ratione loci affecti, tumores interni præteritiores
sunt externis, & magis vel minus lethales pro parte
affectæ præstantia & vlt.

2. Quanto tumor maior est, & intemperies con-
iuncta maior, & humor tumorem excitans vici-
osus, eo tumor curatu difficilior & periculosior est. Quan-
to verò humor tumorem generans minor & vici-
osior est, eò tumor minus periculosus est, & cura-
tu facilius. Omnium verò facillimè sanis ex le dis-
cutitur.

3. Omnes autem tumores ex humoribus orti,
nisi retrocedant & delitescant, seu ipso seu medi-
camentorum opo, quatuor modis terminantur. Vel
Galeni, libro de inæquali tempore videtur: scilicet
vel per discussionem, quæ fit per transpirationem,
vel per absorptionem, vel per diuresin.

nem, dum humor tumorem efficiens in pus mutatur, vel corruptione, dum partis affectæ temperies calorque innatus à prauitate materiæ vincitur & corrumpitur; vel induratione, dum materia tumorem efficiens induratur.

Signare-
solutionis
tumoris.
Suppurati-
onis.

Resolutionis signum est, membri leuitas, & pulsatio molesta cessans.

Signa suppurationis instantis sunt, dolor & palpitatione in parte, & febris accedens vel etiam præsentis incrementum, iuxta Hippocratem, 2. aph. 47. *Dum pus fit, febres fiunt.* Dum autem pus iam confectum est, pars leuior quodammodo fit, calor imminuitur, dolor sedatur, & tumoris aliqua pars eminere & in mucronem fastigiari & eleuari incipit, mucronisque illius color iam albescere, & pars si digito tangatur, mollior, ac pus sub digito fluctuans percipitur. Sæpe tamen accidit, vt pus ob loci profunditatem, vel partis crassitatem lateat, & non facile agnoscat, vt Hippocrates, 6. aphor. 41. monet.

Corru-
ptionis.
Indura-
tionis.

Instantis corruptionis signa sunt, liuor vel nigredo partis. Indurationis signum est, tumoris imminutio, duritiei verò eius augmentum. Reprocessionis verò & decrecentiæ signum est, subita tumoris imminutio, quæ si ab interna causa fiat, perpetuò mala est, nisi materia retrocedens per conuenientem viam euacuetur. Ad retrocessionem materiæ febris excitatur, si antea non adfuit, aut si ante adfuit, augetur, & alia praua symptomata ex materiæ in corpore retentione oriuntur.

Optimus autem solutionis tumorum modus est, qui fit per resolutionem: post hunc is, qui fit per suppurationem. Malum autem est, tumores indurari: pessimum verò ipsam partem corrupti.

Curatio.

Curatio.

Ipsa tumoris natura, quæ est aucta magnitudo, nullam vtilem indicationem suppeditat, sed sumitur ea à causa continente. Hac enim remota tumor illico euanescit. Si intemperies coniuncta sit: calidostumores refrigerare, frigidos calefacere, humidos exsiccare, siccos humectare conuenit. In alteratione autem hac partium natura, earumque temperies, actio, vsus, figura, situs, & sensus consideranda sunt, quæ alterationis mensuram præscribunt, de quo alibi dictum, in *Institut. lib. 5. part. 2. sect. 2. c. 1.*

Causa tu-
moris quo
modo tol-
landa.

In causæ verò amotione spectandum, an tumor iam factus sit, & non amplius fiat & augeatur: an verò adhuc incrementum sumat. Si enim tumor iam totus factus sit, solùm ad causam continentem respiciendum, eamque amouere sufficit. Si verò tumor adhuc in fieri sit, etiam ad causam antecedentem, aliasque remotiones respiciendum, eaque amouendæ. Idque præcipue faciendum, vbi tumor ex affluxu humorum generatur. In hoc enim tumore genere fluxio ipsa inhibenda est, omnesque eius causæ tollendæ. Tollitur autem fluxio, si fluens humor vel euacuetur sanguinis detractione aut purgatione: vel aliò auertatur: quod fit vel ad contraria reuellendo, humorum motum in via intercipiendò, à parte affecta repellendo, ad vicina deriuando. Fluxionis autem causæ tolluntur, si omnia ea, quæ vel ad transmissionem, vel attractionem, quibus modis fit fluxio) faciunt, tollantur. Ad transmissionem faciunt, cum vel totum, vel pars aliqua, vel copia, vel qualitate humorum, vel vtraque stimulata, id quod molestum est, ad aliam partem debiliorem vel procliuorem pellit. Ideoque quod molestum est toti vel alicui parti, venæ sectione vel purgatione, vel vtroque modo tollere conuenit, & partem vitiosos humores generantem vel colligentem roborare, & ab obstructionibus liberare decet. Attractio

Fluxionis
ablatio.

A fit ratione doloris vel caloris, quapropter dolorem amouere & calorem refrigerando temperare oportet. Si verò paulatim materia tumoris congeratur, causa congectionis, siue sit intemperies, siue aliud partis vitium, amouenda. Quæ omnia postea in speciali de tumoribus doctrina clariora fient.

Quod autem iam factum est tumoris, tollitur humoris, qui tumorem excitat, è parte affecta ablatione. Tollitur autem è parte affecta humor, vel eius in aliam partem translatione, vel è corpore euacuatione. Transfertur in aliam partem, vel adstringentibus & repellentibus, vel comprimentibus & partem constringentibus, vel tractione ad alias partes, quæ fit dolore, calore, ratione veni. Repellentia tamen, vt alibi dictum, solùm habent locum in materia, quæ parti nondum impacta est, sed in eius vasis seu maioribus seu minoribus, vel etiam extra ea in partis spatiis adhuc fluctuat, & quæ non crassa ac lenta nimis est, vt repellentibus resistere possit. Si vero materia adeo impacta iam est, in parte, vt repelli ex ea non possit, vel etiam non tutum sit eam repellere, de quo in *Instit. lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 8.* dictum, repulso locum non habet. E corpore euacuat materia vel sensibilibiter, è parte mirum sensibilibiter effusa, vel insensibilibiter, materia per poros discussa.

Humores
è tumore
ablatio.

Repulsio.

Si materia non sit admodum multa, & pars superposita rarior, ipsaque materia non adeo crassa, insensibilibiter est discutienda. Si tamen materia discutienda durior, prior emollienda, vt commodius per poros cutis discuti possit. Si verò materia in tumore contenta copiosior sit, crassior & pars superiacens densior, sensibilibiter potius tumore aperto euacuanda.

Discussio.

Effusio.

Verùm cum ista omnia maximè conspicua sint in Inflammationibus, quæ de tumorum ex affluxu humorum ortu in genere dici posse videbantur, de inflammationis curatione postea proponemus. Saltem hoc loco in genere aliquid de abscessibus dicemus.

CAPVT III.

De abscessibus.

Sæpe enim accidit, vt materia tumoris causa insensibilibiter discuti non possit, sed in aliam materiam mutetur, eaque in peculiari loco coaceruetur. Quod etsi frequentissimè in inflammationibus accidat, alij tamen tumores etiam non pauci temporis progressu in abscessus mutantur. Quamvis enim pus solùm ex sanguine fiat, vt *capite 5 de Inflammatione* dicitur: tamen si etiam in alijs tumoribus materia inflammationis causa insensibilibiter discuti non possit, à natura, quæ nunquam est otiosa, præcipue ad iuncta à calore medicamentorum, & præsertim si pars aliqua sanguinis admixta sit, in quiddam puri simile, idque pro natura humoris variè progressu temporis mutatur, quod vbi à partibus continentibus omnino secerit, & in cavitatem partis colligitur, proprie, vt in *instituto cap. 1.* dictum. Apostema appellatur. Equidem vulgò Apostematis & abscessus nomen pro omni tumore vsurpantur: sed male, vt supra *cap. 1.* dictum. *Apostema* enim & abscessus ab abscedendo nomen habent, quod partes continentem, quæ se antea contingebant, à se inuicem abscedant, & cavitatem efforment, in qua pus colligitur. Estque abscessus puris seu materiæ parulentæ in partis alicuius cavitatem collectio. Plin. apostemata suppurationes nominat, *lib. 20. c. 3.* Auicenn. dubellet, vel al dubellet vocat.

Apostema
Abscessus.

Abscessus
quid?
Suppurati-
o.

Dubellet.

Maturatur a. Tumores alij citius, alij tardius. Qui ex bono sanguine, atque in parte carnosâ fiunt, facile maturantur: qui verò ex humoribus alijs, qui que

Abscessuum
differentiæ

prope articulos, & in partibus nervosis ac debilibus, & calorem nativum exiguum habentibus consistunt, difficulter maturantur. Materiam etiam, quæ in abscessu colligitur, pro humorum varietate magna est Varietas. Ex sanguine bono laudabile pus generatur; ex aliis humoribus puri quid simile, viride, flavum, vel alterius coloris, acre, fetidum. Natura enim materiam p. n. si discuti non possit, à partibus continentibus separat, eamque ab aliis partibus secretam in vnum locum colligit, & quantum quidem subiectæ materiam natura admittit, elaborat.

Et omnino materiam, quæ in abscessibus reperitur, magna est varietas. Non enim solum pus in iis reperitur, sed & interdum pulvis, mellis, sebo similes materiam, nunc vini fecem, nunc olei anjircam, nunc melleum mucosumque, eumque sæpe ita fetentem, ut odorè nemo ferre possit, nunc pilos, nunc ungues, ossa, lapides, vermes, ligna, carbones, testas referens, ut supra etiam, in initio cap. 2. diximus. Imò interdum vermes & animalcula in abscessibus reperiuntur, atque Philoxenus, referente Aëtio, *tetrab. 4. ser. 3. cap. 7.* se aliquando reperisse animalia in tumore culicibus, aut muscis parvis similia, scripsit. Et omnino in vermes & alias res varios humores in corpore mutari posse, notissimum est. Si verò carbones, ligna, testæ, vel alia, in quæ humores abire non possunt, & præcipue quæ artificium referunt, reperiuntur, procul dubio hoc veneficis adscribendum. Est de differentia abscessuum, ut Galenus, *14. meth. med. cap. 12.* docet, & hoc notandum, quod materia, in quam humor tumorem efficiens mutatus est, nunc in cavitate tumoris fluctuat, & in sinum collecta est; nunc peculiaris membranz & folliculo includitur, ut de meliceride, atheromate, & steatomate dicitur. Et si nonnulli fuerunt, ut ex Paulo Ægineta, *lib. 6. cap. 36.* videre est, qui propriè solum abscessus vocari putabant, qui inflammati sunt & dolorosi, acremque & evidentem humorem continent, & non in propria pellicula aut tunica continentur.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur autem humoris tumorem efficientis in pus mutatio, facile in inflammatione. Dantur tamen & in aliis tumoribus signa, quæ monstrare possunt, an illi in abscessum mutantur. Nimirum dum tumor in abscessum muratur; nihil is immittitur, sed in parte pulsatio maior percipitur, calor, dolor, & alia symptomata intenduntur, unde Hippocrates, *2. aph. 47.* scribit, dum pus fit, dolores ac febres vigere. Præterea pars tumoris aliqua acuminari incipit, materia exitum quærente, & partem in tumorem attollente.

Vbi vero humor in pus vel materiam puri similem mutatus est, febris & dolor remittit, tumor nonnihil circumcirca immittitur, & tensio ac durties remittit, ægerque aliquam allevationem sentit, calorque in tumoribus calidis remittit & immittitur, cum materia in vnam partem iam collecta sit: Et tumor ipse ea in parte, vbi materia collecta est, in mucronem attollitur. Tandemque si locus digito comprimatur, mollities in parte, & subiectæ materiam fluctuatio percipitur. Quia in re tamen ne fallamur, cautione opus est. Interdum enim fluctuatio nulla percipitur, vbi scilicet materia est valde crassa, vel in parte præfunda. De quo Hippocrates, *6. aph. 41.* Quibus suppuratio in corpore existens non innotescit, iis ob crassi: radinem puris aut loci non innotescit. Interdum verò fluctuationi quid simile percipitur, etsi pus nullum subsit, quod accidit circa genua & alios articulos, vbi cara sub cute non subsit.

Indicationes & Curatio.

Dum pus gignitur, calor partis pus coquens, me-

Indicatio-
nes & cu-
ratio.

Opera Scæneri. Tom. III.

A dicamentis calorem partis augmentibus seu maturantibus augendus est, & ita puris generatio adiuuanda & acceleranda, & dolor, qui tum adest, mitigandus. Cum verò pus aut quiddam puri simile generatum est, cum id sit toto genere p. n. nec parti assimilari possit, è corpore tollendum est, quod commodissimè fit abscessus a pertione, siue is sponte rumpatur, siue arte aperiatur. Rarissimè verò, & cum ea plane tenuis est, materia in abscessu contenta discutitur.

Dolorem tollunt, partisque dolorem mitigant *ad d. 2. & 3. a. a. s. i. d. i. c. t. a.* lac, butyrum, oleum, adeps, suillus, gallinaceus, unguentum dialthæa, emplastrum diachylon simplex.

B Maturantium & pus mouentium qualis natura sit, in *insti. lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 9.* dictum. Talia sunt, *hydræolum, oleum temperatum, farina triticea, & panis triticeus, adeps vitulinus, suillus gallinaceus, anserinus, pix, resina cera oleo subacta & mista, unguentum tetrastarmacum ex cera, resina, pice, & adipe constans.* Et adeps quidem in mollioribus corporibus suillus, in durioribus taurinus recipiendus. Obseruandum enim hoc de maturantibus, quod naturæ corporis, cui applicantur, similitudo esse debent. Ideoque in pueris & fœminis, & omnibus corporibus mollioribus humidiora requiruntur: in duris corporibus minus humidiora locum habent. Quod etiam intelligendum est de natura tumoris. Modicè calefacientia & humectantia, sed temperata, in inflammationibus quidem commodissimè vsurpantur, quia tamen & alij tumores frigidiores, etsi tardius maturantur, & materia eorum crassa, si non in pus laudabile, tamen in materiam puri cognatam, mutatur; calor partis, etsi temperatis maturantibus adiudetur, materiam frigidam maturare non potest, medicamenta paulò calidiora addenda sunt. Quod & in partibus natura sua frigidis & ætate senili obseruandum. Vnde medicamenta pus mouentia duum generum constituuntur. Pri-

Pus mou-
uentia.

C mi generis sunt temperatè calida, & viscida, quibus in tumoribus calidis vtendum, eaque propriè pus mouentia dicuntur; qualia sunt ante enumerata, *hydræolum, ol. dulce, farina tritici, lac, medulla panis tritici, pinguedo suilla, butyrum recens, cera cum duplo olei mista, malua & althæa cum oleo cocta, melleisag. seminis lini, fenigræci, malua, althæa.* Compositum si quis expectat, tale fieri potest.

Maturan-
tium diffi-
rentia.

D *℞. pulv. rad. althæa, fol. malua, ana Vnc. j. farina tritici Vnc. j. ℞. sem. fenigræci, lini ana Vnc. ℞. croci Drach. ℞. Coquantur in decocto caricar. vel lacte. Adde pingued. suilla, unguen. dialthæa ana Vnc. j.*

Fiat Cataplasma.

E Secundi generis sunt paulò calidiora, quibus vtendum in tumoribus frigidis & naturis ac partibus frigidioribus. Talia sunt, *Terebinthina, lacryma abietina, laricæ, pinea, carica, passula, sem. fenigræci, lini, capsæ sub prunis cocta, fermentum, ol. chamamelinum, lil. albor. pinguedo gallina veteris butyrum vesus bdellium, galbanum, ammoniacum.*

E quibus tale cataplasma fieri potest. *℞. pulv. rad. althæa, farine tritici, sem. lini, fenigræci, caricar. contusar. ana Vnc. ij. fermenti Vnc. ℞. pulv. fl. chamamel. Drach. ij. Coq. in aq. s. Adde pingued. gallin. ves. ol. chamamel. ana Vnc. j. ℞. F. cataplasma. Vel ℞. foliorum althæa, radicum liliorum alborum, althæa ana Vnc. j. sem. cepar. Vnc. j.*

Coq. ad mollitiem, contundantur & per setaceum traiciantur.

Adde farina tritici, seminum lini, fermenti

M M m iij

ana. Vnc. j. terebinthina Vnc. β. croci Drach. β. ol. chamamel. pingued. gallina ana q. s. F. Cataplasma.

Vsualia sunt, emplastrum de meliloto, diachylon magnum cum gummatibus.

Vbi pus confectum est, aut materia tumoris in humorem puri similem mutata, ea è corpore euacuanda est: quod cum dupliciter fieri possit, vel sensibiliter, vel insensibiliter, seu per insensibilem digestionem, optimum quidem esset, præcipue infancie, ne cicatrix ex apertione remaneat, materiam insensibiliter discutere, in quem finem medicamenta quædam à Galeno, 6. de compos. med. sec. gen. c. 14. 15. & 16. descripta sunt, quæ ibi videantur. Verùm rariò hoc accidit, metuendumque, ne si magna sit puris copia; aliquid relinquatur & induretur, aut si pus acre sit, mora & calefacientium applicatione acrius reddatur, partemque affectam & vicinas lædat: ideo tutissimum plerumque est, apostema, nisi maturè sponte aperiat, aperire.

Aperiri autem abscessus loco eminentissimo, quo cutis tenuior esse solet: loco tamen decliui, vt puri exitus facilius pateat. Apertio autem fit vel medicamento caustico, vel ferro. Verùm plerumque tutius est, ferro aperire, quàm medicamento caustico. Medicamento enim cura protrahitur, calor & dolor in parte excitatur, partisque temperies, quæ antea ex morbo debilis est, euertitur, vnde læte praua symptomata excitantur. Interdum tamen exempli gratia, in tumore aquoso testium, vbi ferro ad locum, in quo materia vitiosa continetur, facile penetrari non potest, cauterio potenciali utendum. Via enim cauterio potenciali aperta, postea quantum libet, vt ad profundiora penetret, dilatari potest.

Apertio quæ ferro fit, fit vel ferro ignito, vel ferro non ignito incidente. Ferro ignito raro utimur, & non nisi in tumoribus frigidis; & dum abscessus est in partibus, in quibus multæ vel magnæ sunt venæ & arteriæ, vt hæmorrhagia præcaueatur. Frequentissimè verò & commodissimè ferro incidente. Cùm autem ex abscessus apertione interdum dolor, sanguinis effluxus, & ex copiosa materiæ euacuatione, vt & timore & dolore, animi deliquium excitetur, danda opera, vt sectio quàm citissimè & cum minimo dolore perficiatur. Si hæmorrhagia metuetur, sanguinem sistentia medicamenta ex thure, aloë, oui, albumine, bolo Armeno, balautiis, sanguine draconis, & similibus in promptu habere oportet. Ad animi deliquium præcauendum, præsertim in pueribus, mulieribus, & aliis timidioribus, medicamenta contra animi deliquium vsitata in promptu habenda sunt. Vt autem rectè sectio fiat, partis conditio, venarumque & arteriarum ac neruorum situs, vt & musculorum natura Cheirurgo ex anatomia cognita esse debent, ne venæ & arteriæ temerè incidantur, & hæmorrhagia excitetur, vel neruis læsis aut incisis dolor oboritur, aut membri sensus tollatur, aut musculis læsis partis motus aboleatur. Imò & fibrarum in musculis habenda ratio, & secundum earum ductum sectio instituenda, non verò transfuersim, quæ sectio partis actionem lædit. Attendendum quoque quanta sectio sit facienda. Si enim minor fiat, pus, præsertim crassius & grumosum, non exit, sed compressione opus est, quæ & dolorem excitat, & callositatem in parte, quæ fistulæ causa esse potest, parit. Si verò sectio nimis magna fiat, cicatrix magna & turpis relinquitur; Deinde aër ambiens ingrediens partem alterat. Ideoque tanta sectio fiat, quæ puri educendo sufficiat. Et licet sectio paulò minor fiat, tårunda tamen immissa foramen facile dilatari po-

test. Ad incisionem adhibentur vel nouacula, vel gladiolus myrteus, vtrique acutus, quo Itali & Galli venas secant, vel etiam phlebotomus, quo Germani utuntur, vel Syringotomos; recuruum instrumentum & solùm in interna seu concava parte incidens.

Facta incisione, si sanies sit pauca, vt facilius excat, pars digitis comprimenda. Si verò sit multa, sensim extrahenda, ne si confertim euacuetur, multi spiritus simul exhalent, & animi deliquium sequatur.

Post incisionem & puris euacuationem commodum est, mannam thuris prima die imponere: Secunda die digestium aliquod imponere, vt si quid adhuc coquendum restet, coquatur. Quod si lordes aliquæ adhærent, quæ carnis generationem impediunt, eæ abstergendæ. Vt *℞. terebinthina ℥. j. mel. ros. ℥. β. farina herdei parum.* Misce. Si vlcus sit sordidius, fortioribus, vt unguento Apostolorum utendum, Tandem Sarcotica vsurpanda, & vlcus cicatricè claudendum.

Notandum hoc loco, interdum abscessus non solùm sub musculis externis, sed & profundioribus, imò interioribus diu latere. De abscessibus musculorum abdominis dictum, lib. 3. pari. 10. cap. 7. De abscessibus in psoa musculo duas historias refert Guilieimus Fabricius, cent. 1. obseru. 63. narratque primò, quandam matronam decubuisse cum acutissimis doloribus circa lumbos, febre, lipothymia, & vrinæ difficultate. Et cum ex doloris specie, aliisque indicibus cognosceretur, apostema esse internum

(exterius enim nihil apparebat, nec tactu quicquam apprehendi poterat) & quidem sub psoa musculo, ægræque vitæ periculum prædiceretur, nisi aperto abiectione humor efflueret, ipsaque & amici consentirent, ad spinæ dorsi latus cutis & musculi exteriores ad psoam vsque nouacula incisi sunt, effluxitque humor purulentus & fætidus, ipsaque medicamentis mundificantibus & abstergentibus ad menses aliquot adhibitis conualuit. Altera historia, quam describit, hæc est: Anno 1585. iuuenis quidam annorum ferè 27. dum ex Cincij montis fastigio ad radices descendit, in semita admodum procliui, sibi minùs prospiciens, repentino impetu cecidit supinus. Et quod ad mali cumulum accessit, ensis eius capulus sub costis nothis & rene sinistro interceptus, lumbos non leuiter contudit. Post casum primis diebus paucos, posteris remissos dolores in lumborum parte sinistra sensit, qui sensim incrementum sumserunt, ita vt tandem acerbissimi euaderent. Hinc vigilæ assidue, appetentia deiecta, quum interim nec sitis magna, nec febris admodum sensibilis, hominem affligerent: nec etiam in affecta parte liuor, aut tumor, aut macula extrinsecus omnino apparet: sed plana omnia, & à situ naturali, coloreue nullatenus discrepantia. Sed quod rei ipsius euentus postea perspicuè docuit, ingens humorum vis ex vniuerso corpore ad musculum psoam secesserat. Primò autem à quodam Medico pro Nephritico tractatus fuit, sed perperam. Cum verò nulla nephritidis signa apparerent, nec curatio illa succederet, ad Ioannem Griffonium ductus est. Qui confestim totum quod erat morbi & mali cognouit, & perniciem ex pure intus concluso imminentem iuueni prædixit, idque euacuandum esse censuit. Cuius voluntati consentiens iuuenis curæ se commisit. Hic verò quamprimum curauit, vt materia, quæ vniuersam lumborum regionem occupabat, in vnum eius locum, adhibitis medicamentis, potenter ex alto trahentibus, conuocaretur: vbi scilicet & præcipua vasa pauca essent, & motus instrumenta minus inter operandum lædi possent. Quod postquam stilo

Puris euacuatio.

Abscessuum latentium historia.

argenteo partem identidem pertentans, ex doloris sensu affectum se esse vidit, illico ad latus sinistram, quartæ lumborum vertebræ, nouacula ignita vulnus infixit: profundum certò quantum digiti indicis longitudo ex vola prominere, sicuti ex penicillo postmodum iniecto licuit coniecere. Tum nihilominus duobus digitis in illud idem vulnus intromissis; quò patentior fieret exitus, pus ex eo copiosum effluxit. Posito verò yacnationis iuxta artis præcepta modo, Chirurgus ægrotò peniculum, seu turundam argenteam imperauit, quæ vnguentis mundificantibus & detergentibus illita, ad aliquot menses vteretur. Et sic vulneris labra sponte coaluerunt, & perfectam sanitatem iuuenis recuperauit.

Humoris
ex abscessu
in alias
partes de-
cubitus.

Notabile & hoc, abscessus alicubi latentes non apertos, aliam viam interdum quarere & aliò effundi. Ita refert prædictus Guil. Fabricius, *cent. 1. obseru. 81.* Trimestrem puerum abscessu circa humerum dextram laborasse. Parentibus verò incisionem non admittentibus paulatim tumorem immittutum fuisse. Inciso verò tandem eo aliquantum puris effluxisse, paulatim verò magis subsedisse tumorem, defluente sensim in immum ventrem & genitalia humore, à quo extincto calore nativo gærnam enatam, & paucos post dies sphacelum, in gdeque mortem secutam fuisse.

Atque hæc de tumoribus ex humoribus ortis in genere dicta sunt. Iam in specie de iis dicendam. Primo autem loco occurrunt tumores ex sanguine orti, atque inter eos Corpulentia nimia.

CAPVT IV.

De Corpulentia nimia.

Quidem Galenus, *lib. de tumoribus cap. 1.* Obefos se habere scribit, *επιπληθισμένους*, sed *εὐφρονοῦντες*; addit tamen *ἰβιδέμους*, quod excessus dispositionum, quæ non naturæ sunt, præter naturam sunt: læsio verò actionis est terminus excessus eorum. Ideoque cum corporis moles interdum ad tantam molem excreseat, vt actiones lædat, non sine causâ *lib. de differ. morb. cap. 9.* nimiam corpulentiam ad morbos magnitudinis auctæ refert. Refert enim Galenus, *allegatio cap. 9. lib. de differ. morb.* cuidam Nicomacho Smyræo ad tantam molem corpus increuisse, vt loco moueri non posset. Nostra quoque memoria vel ex picturis publicis, nota est restiarij Argentoratensis vxor, quæ anno 1613. ipsa triginta sex annos nata, libras 480. pendebat. Et vidi hæc diebus virum hic, qui plures, quàm 400. libras pendebat, in publicum tamen prodibat, in quo verò natura per vmbilicum quandam ferosi humoris euacuationem tentare incipiebat. Id quod aliis quoque accidisse compertum est, quibus corpus ita auctum est, vt nec moueri, nec respirare liberè potuerint. In talibus autem non omnes partes corporis æqualiter augetur, vt in iis qui crescant, & naturaliter augetur, sed tantum caro & pinguedo nimium increfcunt.

Causa.

Causæ.

Coniuncta ergo tumoris huius totius corporis causa est caro & adeps. Et quidem nunc plus adeps, nunc caro augetur: interdum æqualiter vtrumque augetur. Antecedens autem sanguinis pinguis & boni nimia copia. Atque ea de causâ hic tumor ad sanguineos tumores refertur. Longe tamen alia est eius ratio, quàm aliorum tumorum ex sanguine oriundorum. Tumor enim sanguineorum continens causa est sanguis, huius verò tumoris continens causa est adeps & caro: antecedens verò sanguis.

A Reliqui tumores sanguinei propriè dicti oriuntur è sanguine è vasis in aliena loca elapso, quod in nimia corpulentia non accidit in qua sanguis non excedit in loca aliena, sed corpori apponitur.

Quæ autem causæ sint, vt multa caro & pinguedo generetur, facilè inuenietur, si causas generationis carnis & adipis consideremus. Generatur autem caro in iis, qui sunt *εὐφρονοῦντες*, si & materia carnis superet, & virtus carnem generans sese benè habeant. Materiam carni præbet multa boni sanguinis copia, ad quam producendam faciunt cibi boni & multi succi, & jecoris temperamentum bonum, calidum scilicet & humidum. Vt verò ex multo sanguine multa caro generetur, facit habitus corporis seu partium in corpore musculosarum temperamentum bonum, calidum & humidum. Facit huc & otium in quo non multum sanguinis absumitur, vt & consuetæ sanguinis euacuationes, præsertim in mulieribus, suppressæ. De adipis generatione varia apud Medicos occurrunt controuersæ, quas examinare huius loci non est. Breuiter dicimus, adipem seu pinguedinem generari ex vinctuosa & oleaginosa sanguinis parte, extra venas & arterias in partes membranosas excidente, & à membranarum virtute, & calore minus vehementi coacta. Copiosus vero adeps vt generetur, imprimis facit epar, quod si ob temperamenti benignitatem non multum terrei & frigidi, neque multum biliiosi & calidi succi generet, sed sanguinem dulcem, pinguem & oleaginosum producat, eoque venas & arterias compleat, isque sanguis in habitu corporis non absumatur, sed is frigidior & humidior sit, sanguis ibi in adipem mutatur. Quo facit otium ac intermissa exercitia, retentæ consuetæ euacuationes, alimenta calore temperata & humida, & omnino omnia, quæ siue extra siue intra ad copiosi & temperati sanguinis generationem facere, feruoremque sanguinis, viscerum & habitus corporis remittere ac temperare possunt. Vnde Galenus scriptum reliquit, corpora vergentia ad frigidum & humidum pinguis reddi. Cum quo congruit quod Prosper Alpinus, *de medic. Egypt. cap. 9.* scribit, quod corpora Ægyptiorum sint calida & sicca, cum sub calidissimo & sicco cælo habitent: quia vero caliditatem & siccitatem minuunt assiduo potu aquæ, ciboremque refrigerantem facultatem habentium, vt & assiduo vsu balnearum ex aqua dulci paratorum, maximè pinguis euadant, adeo quidem, vt nusquam gentium viderit in tanto numero ita præpingues viros, quales Cayri obseruauit. Refert enim plurimos adeo pingues esse, vt mammas habeant longè mulierum maximis mammis maiores & crassiores. Et temperamentum calidius eparis ad pinguedinem multum facere, alia etiam docent. Noui enim Nobilem, qui postquam febri maligna laborasset, ita obesus euasit, vt vix loco mouere se possit, & mole corporis viro illo, cuius antea mentionem feci, non cedit.

Signa Diagnostica.

Ipsa vero corpulentia in oculos occurrit. An vero saltem deformitatem aliquam pariat, & symptoma sit, an vero morbus, actiones lætæ docebunt, de quibus iam dicemus.

Signa.

Prognostica.

1. Quæ incommoda secum habeat nimia corpulentia, verbis Auicennæ proponere libet. Ita autem ille *septima quartæ, tract. 4. cap. 5.* *Pinguedo superflua est impediens corpus à motu & deambulatione ac operatione, coarctans venas coarctatione constringente eas: quare oppilat spiritui vias suas, quamobrem exstinguitur multoties: & similiter non peruenit ad eos spiraculum aëris. Quare corrumpitur propter illud complexio spiritus: & sunt in timore,*

quod expellatur sanguis eorum iterum ad locum constrictum. Quare fortassis findetur vena subito scissione pernitiosa. Et in huiusmodi quidem dispositione, quæ est ante eam, accidunt constrictio anhelitus, & pulsus cordis. Et isti quidem expositi sunt morti repentina. Et ad summum mors super ultimos in pinguedine festinat, & proprie illos qui impingantur in prima etate: ipsi enim minores habent venas & constrictas. Et sunt expositi apoplexia, & paralyse, & pulsui cordis, & diarrhæa propter humiditatem ipsorum, & malitia anhelitus & syncope, & febribus malis, & non tolerant famem, neque sitim, causa constrictio nis meatuum spiritus, & vehementia frigoris complexionis, & paucitatis sanguinis, & multitudine phlegmatis. Et similiter isti non sunt generantes, neque prodecentes embryonem. Et sperma ipsorum est paucum (quod scilicet consoletum sit, ob caloris inbecillitatem, multum vero propter humiditatem esse potest: aquosum nihilominus, Galeni etiam documento, ac tenue & infecundum, vel feminarum generatiuum.) Et similiter quæ de mulieribus sunt pingues, non concipiunt. Et cum concipiunt, abortiunt. Et earam appetitus (naturalis videlicet) est debilis. Hæc Auicenna.

2. Curatio equidem huius affectus sperari potest: tardè tamen procedit, neque breui tempore perficitur, & ægrum obedientem requirit.

Curatio.

Curatio.

Tumoris huius curatio in ablatione causarum, quæ est nimia carnis & adipis copia, consistit. Caro autem & adeps copiosus tollitur, si id, quod iam generatum est, absumatur, & ne amplius multiplicetur, prohibeatur: Id quod fit, si caueatur, ne sanguis nimis copiosus generetur, aut qui iam generatus est, & ipse absumatur. Vtrumque præstant efficacia calida. Cum enim epar, si remissum & temperatum calorem habeat, magnam sanguinis dulcis & oleaginosi copiam generet, & ita adipi multo & carni copiosæ materiam suppeditet: si temperata epatis constitutio mutetur, eparque calidius & siccius reddatur, pro sanguine laudabili pingui & oleoso, sanguinem calidum & biliosum, vel ferofum aquosumque generat. Itaque calida ac sicca medicamenta & sanguinis copiosi atque oleaginosi generationem prohibent, & adipem generatum absumunt. Ad carnem vero absumendam vitiora sunt medicamenta, in quibus siccitas præualeat; caliditas vero mediocritatem seruat. Ideoque in hoc affectu curando attendendum, an caro, an vero adeps præualeat, & ita idonea medicamenta eligenda, & iis, qui verè carnosus sunt, qualis fuit athletarum habitus, non calefacientia, sed merè siccantia & attenuantia medicamenta præscribenda; qualia sunt, veræ sectio, purgatio, inedia, frictions. In pinguibus vero calefacientia etiam rectè adhibentur, in quibus tamen adhibendis cauendum, ne nimia calefactione alius morbus excitetur.

Itaque eum sanguis & carni & adipi copioso materiam præbeat, is euacuandus & imminuendus. Et quidem in carnosus liberalius sanguinem euacuare licet, modò euacuatio ad extremum non perueniat, ut monet Hippocrates, 1. aph. 3. In pinguibus autem euacuatio sanguinis parciore sit: cum pingues in frigidis morbis sunt propensi. Cucurbitulæ quoque & cum scarificatione & sine scarificatione vtrisque vtilis sunt. Imprimis conueniunt asperæ frictions totius corporis. Plinius, lib. 11. cap. 37. scribit, L. Apronij consularis viri filio detractos adipem, leuatumque corpus immobile onera. Verum remedium hoc sæuum nemo facile admittet. Vtilis sunt thermæ exsiccantes & potæ & pro balneo adhibita. Conueniunt purgationes frequentes ex aloë,

Adeps è corpore obeso extractus.

A cui myrrha & niterum addi potest, ideoque pilulæ de tribus vtilis. Vt & amara & calida exhibita, absinthium, myrrha, thus, ruta, oxymel s. & compositum, scilliticum, Sirupus de duabus & quinque radicibus, & diuetica omnia. Quapropter radices asparagi, fœniculi, petroselini, & similes in frequenti vtu esse debent. Laudatur hic pulvis. ℞. Salis niri ℥. j. alumin. ʒ. ij. myrrhe, thus, cortis. ligni gnaiaci, radic. sarsaparille an. ℥. ij. F. pul. cuius Drach. ʒ. manè ad duos menses exhibeatur. Efficax est etiam Sal. ex viperis.

Diata.

Diata quod attinet, cibi & potus sint, qui alium lubricam reddunt, facile coquuntur, sed alimentum exiguum præbent. Vinum sit tenue. Ieiunium & à cibo abstinencia frequentior & tenuis diata plurimum ad corpulentiam minuendam facit, exercitationes sint frequentes, scribitque Galenus 14. meth. med. cap. 15. vbi ex professo de obesitate & corpulentia curanda agit, se virum quendam circiter 40. annos natum oppidoque obesum curasse, tum antidoto, quæ aduersus articulares morbos est composita, tum sale theriacæ, ipsaque theriaca, ac reliquo extenuante victu & pro exercitio cursu veloci. Præparasse autem hominem ad cursum peisericando parum linteis asperis, quoad cutis ruberet, deinde statim cum oleo, quod infè digerens aliquod medicamentum habebat, inunxisse, quo etiam post cursum rursus utebatur.

Diata:

CAPVT V.

De Inflammatione.

Sed vt ad tumores proprie dictos ex sanguine veniamus, frequentissimi ij sunt tumores, utpote qui non solum ex se oriuntur, sed & pluribus aliis morbis, ut vulneribus, fracturis, luxationibus, superuenire solent. Atque appellatur hic ex sanguine tumor Græcis φλεγμῶν, Latinis Inflammatio. Aliter vero vocabulum φλεγμῶν antiqui Medici, aliter. Recentiores vsurparunt. Hippocrati enim, & omnibus ante Erasistratum Medicis φλεγμῶν omnes φλεγμῶν, seu omnem magnum & naturæ modum excedentem calorem, etiam citra materię affluxum & tumorem, significauit. Post Erasistrati vero tempora φλεγμῶν consuevit dici solum de illis tumoribus, in quibus non tantum calor flammæus, verum etiam renitentia & pulsus cum rubore est, quos Hippocrates in specie οἰδηματῶν οὐλοῦντων ἰνδῶνα appellabat, ut annotauit Galenus, 1. 2. de diff. respir. cap. 7. lib. 3. c. 5. s. aph. 65. 4. de vult. rat. in ac. t. 21. comm. 3. in lib. Hippoc. de fractur. text. 5. & alibi.

Inflammati.

Vt autem quid sit Inflammatio, & quomodo definienda, pateat, subiectum & causam eius primò perpendemus. Forma enim per se patet. Subiectum Galenus, lib. de tumoribus cap. 2. exprimit per φλεγμῶν ἄρξῶν partes carnosas. Dicit enim phlegmone vocabulum vsurpari de partibus quæ in maiore tumore sunt, carnosis, intentis, renitentibus, pulsanti dolore dolentibus, & rubentibus.

Subiectum inflammationis.

Quæ res tamen aliquam dubitationem habere videtur. Nam & membranosis partibus accidit phlegmone, ut in pleuritide membrana costas succingens inflammatur; in phrenitide, membranz cerebri; ita vesicæ & oculorum membranz in ophthalmia inflammationem patiuntur. Nec solum præter carnem membranosa, sed glandulosa partes inflammantur, & ob influentem sanguinem intumescunt. Denique non solum musculosa caro, sed & reliquorum viscerum parenchymata, quæ diuersam

An sola caro inflammatur.

carnem à musculosa habent inflammatione corripiuntur, ut in epatis, lienis, cerebri, & aliorum viscerum inflammationibus patet. Quod ipsum etiam Galenus non præterit, dum, *sub finem alleg. cap. scribit*; quin & procedente tempore ipsa cutis aliquid de fluore accipit, ut vasorum tunicæ quoque sic quoque & ipsæ in inflammata parte membranæ; quin & ipsi nervi & tendines tempore procedente ipsius inflammationis participes fiunt.

Verùm ut ex his nos expediamus, sciendum, per *ἄρτην ἰσχυρὰν*, non tantùm intelligendam esse musculorum carnem, quæ proptiissimè est caro, sed etiam viscerum carnes, quæ parenchymata appellantur. Quin & sub carnosæ partis nomine comprehenduntur glandulosæ partes, imò etiam membranosæ. Nam & hisua caro est, ut hac de re scribit Galenus, *meth. med. cap. 11. In singulis*, inquit, *primarum simplicium partium, alia porcio, substantia earum est veluti fibrosa: alia membranosa, alia carnosæ. Sic ex gr. cum vena unam tunicam habet, & eam tenuem, licet fibrarum in ea inveniunt multas, quæ sint araneosæ quibusdam interstitia contextibus, quibus visque ipsa propria venarum substantia adnascitur. Hac alia in aliis corporis partibus habetur, nes ullum commune nomen est nata. Ceterùm docendi causa nihil vetat eam carnosam substantiam voces, vel certa huius particula quandam carnem, quæ in ventriculo quidem sit alia, alia in epate similiter in arteria & musculo. Hactenus Galenus. Quapropter quæcumque carnis substantiam quæ habet venas & arterias, quæ sanguinem inflammationis causam continent & conuehant, ac ossibus quæ venas in se non recipiunt, hoc modo opponuntur subiecta inflammationis esse statuimus. Equidem caro præcipuum inflammationis subiectum est: Si tamen sanguis & in vicinas partes sese diffundat, & ex in consensam trahuntur, simulque inflammari dicuntur, de quo Galenus, *de tumoribus cap. 2.* dum scribit: *Quod omnis caro, cuius iam maximeque affectio est inflammatio, repleti fluore sanguineo videatur, & color & tumor ipse ostendit. Quare & humida omnis & madescens ut lana & spongia, apparet. Huius rei testis est, quæ effluit, sanies, cum inflammatio ossiolum habet. Jure autem arbitror, & ipsa cutis unà cum tumoribus eorum quæ subiacent, attollitur & circumdeditur. Et interposito tempore & ipsa de fluore aliquid accipit, ut vasorum tunica quoque, sic quoque & ipsa in inflammata parte sunt membrane: quin etiam ipsi nervi & tendines tempore procedente ipsius inflammationis participes: interdum tamen vulneratis ipsi aut aliter affectis, ex illis ipsis primum ipsum malum incipit. Uniuersaliter verò nihil inflammarè parti, secundum naturam exacte se habere persenerat, cum mors inflammationis est, sed omnia cum carne de fluore fruuntur, ut nonnunquam ipsa quoque ossa attingat, quemadmodum ex ipsis promouetur interdum primò affectis. Et 6. *meth. med. c. 5.* scribit: *Nec sane miror, si phlegmonis quiddam simile etiam ipsis fractis ossibus ad portionem accedat. Quod & Auicennas docuit, secunda primi, doctrina prima, c. 5.* dum scribit: *Tumores membræ accidunt mollibus. Et est, cum ossibus etiam accidit res, quæ tumori assumulatur, per quam eius ingrossatur magnitudo, & eius augmentatur humiditas. Rationemque addit. Neque est mirum aut extraneum, quod recipiens augmentum additionem cum nutrimento recipiat eam, scilicet additionem, cum superfluitate, cum in ipsum penetraverit, aut in ipso acciderit. Et in specie de dentibus scribit Galenus, 5. *de compos. med. sec. loca, cap. 8.* quod in dentibus redundantiã***

A consimilem in iis affectionem excitare potest, qualis est circa partes carnosas inflammatio. Imò ossa non solum à superfluo alimento crassescere possunt, sed & aliud os ipsis adnasci potest. De qua re Abenzoar, *secundo thesauri, tr. 6. cap. 2. Et ingrossantur*, inquit, *quandoque ossa in sua superficie ab humoribus mordicatis, quæ infunduntur in ipsis ossibus, aut à sanie grossa, quæ transit super ipsa: unde concantur, & corroduntur, & ingrossantur. Iterumque latius deinceps: Ingrossantur quandoque ossa præter naturam propter grossum regimen inordinatum subito factum, & non successiue. Et iam audiui dici à patre meo, quod cuiusdam viro vidis nasci in dorso suo os, ad similitudinem unius cornu: quod erat minoris durities ossis naturalis; & ipse pater meus purgavit humores grossos in ipso: & postea posuit medicinas exsiccativas super os: ita quod cecidit dictum os: sicut cadunt cornua cervi in vere. Et mihi etiam fuit ortum os unum super dorsum, magnum mihi inferens dolorem: & purgavi me ab humoribus grossis, & posui super ipsum resolutiua.*

Causa.

Causa.

Causam quod attinet, eam non modò multitudini hominum, sed ne ipsis Medicis omnibus cognitam esse, scribit Galenus. Et si verò ut opinor, inter omnes Medicos iam conueniat, sanguinem esse causam inflammationis, tamen ne, quod idem Galenus, *alleg. loco*, scribit, id, quod nobis videtur, simpliciter enunciare videamur, non facta aliqua inquisitione, etiam hic causam inflammationis inuestigabimus hoc modo. Tumor in nulla vnquam corporis parte fieret, nisi vel eius substantia, à calore quasi effervescentes, fundatur, aut foris aliqua noua substantia accedat. Dæ enim omnino sunt causæ molis ac quantitatis in re aliqua auctæ. Vel enim humidum à calore, seu interno, seu externo in æream substantiam resoluitur, quæ longè maius spatium requirit, quàm antea, ut vulgo notum est; vel foris & extrinsecus noua ei substantia adicitur. Harum itaque duarum causarum alteram adesse necesse est, quando in phlegmone pars in maiorem molem attollitur. Non autem effervescentiam & fusionem humidi causam esse, ex eo patet, quia omne, quod funditur, & in spiritus conuertitur, refrigeratum priorem quantitatem assumit, & tumorem deponit, ut experientia constat. Partes autem inflammatae etiam si vehemensimè refrigerentur, tamen ad pristinum statum non redeunt, neque tumorem deponunt. Deinde si ob fusionem partis & eius in spiritus conuersionem tumor in inflammata parte fieret, apparet spiritus parte incisa, quod tamen non fit; cum potius sanguis effundatur, & totus locus sanguine plenus contpiciatur. Relinquitur ergo, substantiæ nouæ accessionem esse causam phlegmones. Substantiam autem illam sanguinem esse, inde patet, quod phlegmone intus & extra valde rubet. Color autem rubeus proprius & inseparabilis est sanguinis, nihilque in corpore rubet præter sanguinem & carnem, quæ tamen caro phlegmones causa nullo modo esse potest. Nam si carnis incrementum esset causa inflammationis, tumor quidem fieret, sed tamen calor internus salubris permaneret, neque pristinam naturam euariet; cum in nulla re, quæ secundum substantiam augetur, calor intendatur, incrementumque substantiæ & quantitatis diuersum sit à qualitatum mutatione. Sed hoc non fit in phlegmone, in qua color mutatur & intenditur, qui proinde indicium est, qualis substantiæ, non quantæ solum. Præterea quod sanguis sit causa phlegmones, vel ex hoc indicio manifestum euadit, quod locus in maximis inflammationibus,

Causa proxima inflammationis est sanguis.

que hinc utriusque accidunt vlcibus. circumcirca
 causae sunt, quae, si non fieret, si sanguis
 non esset causa inflammationis. Insuper quod infla-
 mationis causa sit sanguis, generatio quoque infla-
 mationis, quae vulneribus accidit, indicat. Nam
 in vlcibus vulneribus sanguis effluit, qui postea
 compressus vel manu vel ligaturis, vel medicamen-
 tis sanguinem sistentibus, vel sponte suppressus, in
 oris ductorum valorum retinetur, cogitur & con-
 crescit, non secus ac grumus, atque ibi congestione
 affluentis sanguinis partem in tumorem attollit, in-
 flammationemque parit.

Inflamma-
 tio quid.

Cum itaque causa coniuncta inflammationis sit
 sanguis praeter naturam influens, facile colligere est,
 inflammationem esse tumorem p. n. partium carno-
 sarum (vt Gal. loc. alleg. nomen carnis accipit) a
 sanguine praeter naturam affluente ortum, & proinde
 calidum, rubentem, tensum, & remittentem habentem,
 dolentem ac pulsantem.

Inflamma-
 tionis gene-
 rationis
 modus.

Verum vt nihil obscuritatis circa naturam inflama-
 tionis relinquatur, etiam generationis phlegmo-
 nes modum addemus. Descripsit autem illum Gale-
 nus, lib. de inq. intemp. cap. 3. hoc modo: Calida
 flamma, vni in musculum procrebit, primam maiores
 arteria venterque opplentur, ac emittuntur ab us
 maiores; atque ita res procedit, donec ad minimas
 sic peruentum. In us vni valenter impacta flamma est
 nec amplius contineri potest, partem per tunicas quasi
 coacta & transudant foras transmittitur, tum vero
 ipsa spatia vacua, quae inter prima sunt corpora, fluxu-
 one implentur. Sic omnia ab humore, omni que ex
 parte incalescunt ac perfunduntur. Ea sunt nervi, li-
 gamenta, membranae, caro ipsa, atque ante haec
 vena & arteria. Cum enim ad quamlibet partem
 vena & arteria tendant, per quas nutrimentum
 & spiritum vitalem accipiunt, quoadmodum sanguis ius-
 ta copia defluit, & in illis suis receptaculis conti-
 netur, pars nullam inflammationem patitur, sed
 tam denique, quando sanguis acrior contumque in
 partem subilantiam per venas & arterias effunditur.
 Quotiplo distinguuntur etiam phlegmone ab aliis fluxu-
 ionibus, quibus materia extra venas in totam sub-
 stantiam partis diffunditur, eamque distendit & di-
 latat. In phlegmone enim etsi omnes partes sanguine
 perfundantur: tamen ordo quidam seruetur, vt aliae
 partes prius, aliae posteras fluxionem recipiant, do-
 que tandem omnes humores replentur & distendun-
 tur. Ordo autem iste ex naturali distributione vato-
 rum sanguinis non continentium dependet. Cum enim
 vena & arteria, dum primum ingeantur, semper
 sint maiores: quo vero profundius in id distribuun-
 tur, sunt minores, nondum adest inflammatio,
 nisi sanguis in minutissimas venas effundatur, at-
 que ex iis excidat. Quod vel exemplo minutis-
 simarum venarum, quae in tunicam oculi adna-
 ram seu coniuunctiuam distam tendunt, patet. Haec
 quidem semper oculo sanguinem ad nutriendum
 conuehant: tamen dum oculus bene se habet, ita
 sunt exiles, vt sub aspectum non veniant. Quae-
 quumque autem oculis inflammatur & vena illa praeter
 naturam sanguine replentur, tum se produunt, &
 conspicuae fiunt; quod etiam in aliis inflammationi-
 bus omnibus fieri, verò consentaneum est. Sed non-
 dum adest inflammatio, etiam si vena minores etiam
 replentur, nisi tandem sanguis in reliquam partem
 substantiam per eas effundatur; quod sit duplici me-
 do. Nam primo per minutissima venarum officia,
 quibus in circumpositam partis substantiam vena
 quasi hiant, vt sanguis per eas ad nutritionem exci-
 dere possit, sanguis effunditur. Deinde etiam per tu-
 nicas venarum transsudat. Sunt etenim tunicae vena-
 rum etiam suis poris praeditae, per quas si non ipse san-

guis, certe serositas & renuiderius pars excidat.

Ex his, quae haecenus dicta sunt, distinctio causae
 coniunctae & antecedentis in inflammatione apparet.
 Sanguis enim, qui phlegmones causa dicitur, dupli-
 ci ratione vni & naturam causae induit. Vel enim est
 causa proxima continens & coniuncta, de qua haec-
 enus actum est, quatenus nimirum iam in partem
 influxit, & ei impactus est, eandemque actu in tu-
 morem attollit, vel est causa antecedens, quatenus
 nimirum in corpore abundans influere, & influxu
 partem in tumorem attollere potest. Quae quidem
 causa antecedens in inflammatione, vt & alius tu-
 moribus, rursus dupliciter consideratur: vel nimirum
 respectu morbi simpliciter futuri, quam excita-
 re potest, etsi nondum in corpore praesens sit. Ita
 plethora saepe in corpore praesens est, etsi non statim
 sequatur inflammatio. Vel consideratur vt antee-
 dens iam affectum actu existentem cum nimirum iam
 fluit sanguis ad excitandum & agendum humorem.
 Quae quidem rectius, quam prior, antecedens causa
 nominatur; cum haec iam praesentem effectum, illa so-
 lum futurum respiciat. Antecedens autem haec cau-
 sa vt ad locum affectum confluat, ab alius mouetur, ad
 vel aliunde transmittitur, vel ab ipsa parte attrahitur,
 us de causis, quae iam sunt explicatae.

Causa in-
 flammationis
 antecedens.

Causae vero procreantur: emotiores & primiti-
 ua sunt, quae vel ad sanguinis copiosi generationem
 faciunt, vt sunt cibi boni & multi succi, vita otiosa, &
 similia; vel sanguinem acriorem reddunt, vt calefa-
 cientia omnia, acris alimenta, ira, vigiliae, motus &
 exercitium nimium; vel sanguinem ad partem affe-
 ctam concitant & mouent, vt partis calor nimius,
 dolor ex vulnere, lapsu, contusione, fractura, luxa-
 tione, & similibus causis, vel partis affecta imbecilli-
 tas cum aliarum partium immittentium robore. Nun-
 quam tamen inflammatio per congestionem paulu-
 tim factam generatur, sed per sanguinis subitum in-
 fluxum. Etsi enim fieri possit, vt in parte aliqua hu-
 morum aliquis sensim colligatur, qui postea cumulatim
 in parte dolorem excitare incipiat: tamen non prius
 inflammatio excitatur, antequam dolor facit, vt san-
 guis copiosior subito affluat.

Causae re-
 mote.

Hic tamen notandum, etsi sanguis inflammatio-
 nis causa & continens & antecedens est, vt tamen ad
 partem affectam moueatur, in his inflammationibus
 quae sine causa eidente, vt vulneribus, contusioni-
 bus & similibus excitantur, cacochymiam, & praeci-
 pue humores acres & biliosos primam causam esse.
 Vbi enim ab humoribus talibus natura velleatur, eos
 tamen in corpore expellere plane non potest, vt partes
 principes ab iis liberet, ad externas eos detrudere co-
 natur. Quod eum praestare non possit, nisi sanguine
 quasi vehiculo vtatur, & ipse humor acris in parte
 in quam detruditur dolorem excitet, sit sanguinis ad
 illam partem confusus, & ex eo inflammatio. Atque
 hoc modo pleuritis, peripneumoniz, angina, phreni-
 tis, antium & gingivarum inflammatio, bubones, &
 carbunculi excitantur.

Differentia.

Differentiae inflammationis praecipuae sumuntur
 a varietate causae continens, atque ob sangui-
 nis, qui eam excitat differentiam. Phlegmone enim
 alia est vera seu legitima, alia non vera seu no-
 tha. Vera & legitima est, quae excitatur a sangui-
 ne bono, & secundum naturam se habente, saltem
 copiosiore: atque haec absolute & simpliciter phleg-
 mone appellatur. Spuria autem phlegmone est, quae
 ortum habet a sanguine non bono, neque secundum
 naturam se habente, quae quidem sit dupliciter, si
 enim sanguis naturam suam non amittit, nec substan-
 tiam mutat, sed alios tantum humores admittit, ha-
 bet, tunc tres notae inflammationis oriuntur species.

Differen-
 tia.

Nimirum si bilis sanguini inflammationem patienti sit admixta, appellatur *phlegmonis*...

Signa Diagnostica.

Signa inflammationis, ut ex definitione colligere est, sunt calor, dolor, tumor & tensio, rententia, rubor, pulsus.

Secundum signum est dolor. Cum enim duz evidentes sint doloris causae: Intemperies & solutio...

Tertio adest tensio. Cum enim copia sanguinis non solum venas & arterias, sed etiam totam partem...

Quarto rententia seu *σπασμός* eadem illam repletionem & tensionem sequitur.

Quinto rubent partes inflammatae, colorem hunc sanguine communicante.

Sexto denique in partibus inflammatis percipitur pulsus, seu dolor pulsatorius; cum nimirum cum dolore & singulari molestia percipitur pulsus arteriae...

Dolor pulsatorius quomodo fiat.

suppurationem tendit. Tunc enim sanguis quasi ebullit & effervescent unde etiam maius spatium occupat...

Prognostica.

In Inflammatione duo imprimis praesagire oportet Euentum siue terminationem eius, & tempus terminationis. Euentus autem bonus est, quando natura vincit materiem inflammationem patientem...

Prognostica. Inflammationis terminatio. Quod triplex.

Tempus euentus ut cognoscatur, tempora inflammationis ut nota sint, oportet, atque eadem etiam propter curationem diligenter sunt cognoscenda.

Tempora inflammationis.

Status est, quando tumor, tensio, dolor, ac omnia symptomata sunt vehementissima.

Verum haec tempora alias longiora sunt, aliis breviora, & inflammationes aliis citius, aliis tardius terminantur.

atque ita difficilius fluxionem recipiat, eadem de causa etiam eam difficilius dimittit, & inflammatio in iis longiore tempore ad statum peruenit, tardiusque curatur; ultra dies tamen quadraginta non prorogabitur curatio, si & Medicus omnia rectè agit, & aeger obtemperat.

Indicationes & curatio.

Indicatio-
nes & cura-
tio.

Cum Inflammationis causa continens sit sanguis, qui p.n. in partem affluxit, curatur, si sanguis ille ex parte affecta remoueat, & ne amplius ad partem affectam confluat, caueatur, atque ita causa cum continens, tùm antecedentes tollatur. Cum enim morbus reinoueri non possit, nisi causa eius sublata; & causa eo ordine tollendæ sint, quo sese consequuntur, fluxio primò tollenda est. Tollitur autem fluxio, si curetur, ne sanguis in corpore abundet, & qui abundat ad partem affectam non confluat; quod effectum datur commodissimè Venæ sectione. Venæ enim sectione & abundantis sanguinis copia imminuitur, & idem à loco affecto reuellitur; unde magna utilitas est Venæ sectionis in inflammatione, vt nunquam ferè omittenda sit, si vires permittant. Et vix tuto alia remedia hæc applicantur, nisi præmittatur Venæ sectio, & sanguinis copia imminuatur. Et enim si repellentia adhibeamus corpore adhuc pleno, metuendum est, vt materia ab aliis partibus recipi non possit, & ne ad partem aliquam confluat. Digerentia verò vt pote calida, si corpore adhuc pleno adhibentur, metuendum est, ne plus materię attrahatur, quàm discutiatur.

Fluxionis
Curatio.

Venæ sectio
in inflama-
tione
utilitas.

Purgatio.

Et si quoque cacochymia non est causa inflammationis: tamen cum raro aliquod corpus reperitur, quod omnis cacochymix sit expers, purgationem instituere non inutile est, qua præmissa medicamenta postea alia etiam commodius adhibentur. Et monuimus supra, et si inflammationes à sanguine præcipuè ortum habeant, occasione tamen sæpissime præbere humores vitiosos & cacochymiam, & quidem imprimis humores calidos. Ab eis enim si natura vellicetur, & stimuletur, eosque è corpore expelli non possit, in alias partes deponere conatur: cum verò id præstare non possit, nisi simul sanguinem edmittat, & humore acri ad partem aliquam transmisso dolor excitetur, confluxus sanguinis ad partem illam, in quam natura humorem vitiosum deponere conatur, excitatur, atque ita inflammatio generatur. Et hinc ex cacochymia excitatur sæpè pleuritis, peripneumonia, angina, phrenitis.

Deinde etiam sanguis subtrahitur, & non copiosior generatur, si eibus non exhibeatur, qui vel copia sua vel substantia nimis nutrit, & ad sanguinis copiosioris generationem facit. Quapropter aeger à Vino abstineat, ac tenui diætâ utatur, quæ & sanguinis multæ generationem prohibet, & si copiosus sit, eum paulatim minuit.

Ne autem sanguis ad partem affectam confluat, præcauebitur, si ea, quæ pro motu ipsi sunt necessaria ipsi adimamus, & tenuitatem eius atque mobilitatem nimiam corrigamus, viasque per quas moneri debet, constringamus, & eum à parte affecta retrahamus & reuellamus. Sanguis itaque, ne ad partem affectam confluat, alterandus, repellendus, interceptus & deriuandus est.

Alteratio
sanguinis.

Alteratio sanguinis est necessaria, vt is si nimis sit calidus, tenuis & mobilis, refrigeretur, inerassetur, & ad motum ineptior reddatur; quam etiam plerumque adhibere conuenit ob febrem, quæ ferè phlegmonem comitatur, aut Epatis caliditatem. Rarum enim est, vt ii quos inflammatio alicuius partis infestat, febrem non sentiant. Quapropter vtendum medicamentis è *cichoreo, endiniam, violis, lactuca, acerosa, hordeo, seminibus frig. maior. succo citri,*

A *granator. & similibus* Et si sanguis sit tenuior & calidior, etiam ea quæ adstringendi vim aliquam habent, vt sunt *rose, portulaca, plantago, & similia* addenda. Videndum tamen ne venæ sint angustæ, aut obstructions in visceribus, ne adstringentium vsu obstructions gignantur, vel augeantur.

Non solum autem sanguinem alterantia contraria sunt adhibenda, sed & amouenda & omittenda similia & quæ eas, quas iam abesse decebat, qualitates inducunt vel augent. Aer nimirum calidus vitandus crapula fugienda, & vinum non bibendum, aut *diapirum* propinandum; motus validus omittendus, & quieti potius indulgendum, ab ira & Venere abstinendum.

Reuulsio

B Reuulsio deinde instituenda, humorque in contrarium est auertendus, id est, efficiendum, vt humor contrarius motus concilietur, & ad partem ei, ad quam vergit, contrariam moueatur, atque ita in partem affectam non confluat. Humor enim in partem aliquam influentis in contrariam auersionem seu tractionem reuulsionem esse, meritò pro confessò, & ab Hippocrate constituto principio accipimus. Nam, vt ait Galenus, *l. 5. meth. med. cap. 3.* hoc Hippocratis inuentum est, reuulsionem fieri ad contraria. Et si autem quid contrarii nomine intelligendum sit multum disputetur à Medicis; tamen planam & expeditam esse Galeni sententiam existimamus, si ea, quæ passim hac de re tradit, colligamus, & quæ in reuulsione condiciones requirantur, videamus.

Contrarietas
in reuulsione

C Per contrarium autem à Galeno nihil aliud intelligi, quàm partes contrarias, & quidem à parte affecta distitas ac remotas, passim ex eius scriptis patet. Ita enim *4. meth. med. cap. 6.* scribit: *Si perpetuum est, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contraria trahendam esse, fixam verò iam in laborante particulâ vacuandum, vel ab ipsâ particulâ, qua affligitur, vel à maxime vicinâ: in promptu nobis & de sanguinis de tractione colligere nunc est quod in principio hæc à longinquo: postea ab ipsis affectis partibus sit melianda.* Et quam remotionem, ac quam longitudinem intelligat, *5. method. med. cap. 3.* explicat; *Reuulsio*, inquit, *in iis, quæ supra sunt omnibus, deorsum semper agitur, sursum in his, quæ sunt infra. Præterea à dextris ad sinistra, similiter ab his rursus ad illa; similiter ex iis, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris sunt: contraque ab his ad illa.* Cum enim reuulsionis scopus sit, non humores illos euacuare, qui iam in affecta parte continentur, sed influentes potius, & partem mittentem potius, quam recipientem respiciat: hoc certè in omni reuulsione requiritur, vt motum flenti contrarium conciliet, ita vt ad partem affectam amplius non moueatur: & proinde neque ex parte affecta, neque ex proxima fieri potest, sed potius ex oppositis, & quantum quidem fieri potest, ab affecta parte remotissimis vnde etiam contrarietatem hic non quæuis oppositio constituit, neque quæuis oppositio in reuulsione locum habet, sed illa solum quæ *alleg. cap. 3. l. 5. meth. med.* Galenus recenset, sursum scilicet & deorsum, à dextris ad sinistra, ab his, quæ sunt intus, ad ea, quæ sunt extra & contra. Si tamen exigua solum adest distantia, commodè reuellere non possumus, à partibus interioribus ad exteriora, sed solum tum vbi maior est distantia. Oppositio verò quæ est ante & retrò, seu secundum partes anteriores & posteriores, in reuulsione hac quæ simpliciter & absolute reuulsio dicitur, locum non habet. Neque enim si aliquis affectus sit in posteriore parte capitis, mox frontis venæ pro reuulsione aperiendæ, cum id præsentè plethora & fluentibus adhuc humoribus sine insigni periculo fieri non possit. Verum plura

de re-

de reuulsione, *lib. 5. Instit. part. 2. sect. 1. c. 18.* dictū. A
 Vt breuibus ea, quæ ibi dicta sunt, & dici possunt, contrahamus, notandum primò reuulsionem esse duplicem, vnam quæ fit cum humoris euacuatione, qualis est, quæ fit per venæ sectionem & cucurbitulas scarificatas; aliam, quæ fit sine humoris euacuatione, qualis est, quæ fit per frictions, ligaturas, cucurbitulas non scarificatas. Hæc non nisi ad remotissima fieri potest: cum si in partibus propinquis instituat, humor, qui saltem mouetur, & non euacuatur, faciliè ad partem affectam ruere possit. Et ratio hæc etiam locum habet in inflammatione, quæ sensibilem & sibi ipsam sanguinis euacuationem requirit.

Reuulsio
per venæ
sectionem.

Deinde reuulsionem, quæ fit per venæ sectionem quod attinet, hoc saltem notandum, quo obseruato, multæ intricatæ hæc de re conuoluerit decidi possunt, nimirum dandam esse operam, vt sanguini contrarius motus concilietur, & quantum fieri potest, ad fontem, vnde fluit, attrahatur: Et cum sanguinis fons sit Epax, & maxima sanguinis copia in venâ cauâ circa Epax contineatur, laborandum, vt sanguis, qui ad partem inflammatam fluit, versus fontem retrahatur, inò si fieri possit, in partem etiam oppositam, ita tamen, vt sanguis, qui fluit, retrahatur. Ideo, que in omni reuulsione id agendum, vt sanguini facilis motus concilietur, per quem non ad partem affectam conuerteretur, sed potius à parte affectâ retrahatur. Quomodo autem hoc in qualibet parte fieri possit, hic exponere prolixam foret, dictumque ea C

Arque ex his, vt opinor, quâ ratione instituenda sit reuulsio in inflammationibus, satis patet, vt de re cta administratione multa addere opus non sit. Cum enim reuulsio competat humoribus fluentibus, non iis, qui iam fluxerunt, & in parte affecta subsistunt, in principio instituendam esse manifestum est. Hoc tamen non ita accipiendum est, quasi in cuiuscunque inflammationis principio reuellendum sit, nam si non magna adest sanguinis copia, aut eius impetus non est magnus, repellentia & deriuantia sufficiant. Tum solum autem est adhibenda, cum sanguis est copiosus, cuiusque ruentis maior impetus, & pro maiore vel minore vehementia motus ac copia sanguinis, etiam fortiora vel minus fortia auxilia reuulsoria adhibenda sunt. Major autem est illa reuulsio, quæ fit cum effusione materię, quam quæ sine ea fit. Inter omnia autem est efficacissimum remedium reuulsorium venæ sectio, quæ ipsa nunc efficacius; nunc debilius reuellit, prout maiores vel minores venæ aperiuntur. Maiores aperiendæ sunt, dum maior cum impetu sanguis fluit; Minores, cum minore impetu. Auxilia enim cum præcipiti motu materię celeritate contendere oportet. Vnde rectè scribit Fernelius, *lib. 2. meth. med. cap. 7.* capituli ex plenitudine affectus, cum interiores, tum exteriores, reuellit secta cubiti humeraria vena, dextros quidem dextra, sinistros, sinistra. At si segnius & ignauius id agendum erit, vt cum anteuertere ac morbos futuros præcauere consilium est, secabitur, quæ directè iam pollicem & indicem manus contendit, nisi fortassis aliunde quam ab humeraria ducat originem. Ex his verò quæ inter clauiculas & renes posita sunt, reuellit secta interior celerius, & maiori vi in cubito. Tardius verò & segnius in manus ramo, qui inter annularem & minimum digitum porrigitur.

Reuulsio.

Reuulsio subsequi solet reuulsionem. Auxiliantur enim quasi sibi mutuo reuulsio & repulsio, vnde vtrumque remedium in magnis inflammationibus adhiberi debet præcedat tamen reuulsio. Nam repellentia corpore adhuc pleno tutò adhibendi non possunt, cum vasa adhuc plena locum humori repulso vix concedant; si verò præmittatur, reuulsio, vbi ea opus

est, repellentia postea tutius adhibentur. Repellentia enim & humorem influentem alio propellunt, eoque ad partem in partem laborantem non permittunt, & eum qui recens influxit, & in vasis capillaribus hæret, reprimunt, partemque affectam sanguinis copia libera liberant. Et tunc verò euidens est repellentium vtilitas, vt incipientes fluxiones solo repellentium vtu sitantur, & pars, quæ in timore attoniti incipiebat, iterum detumescat; tamen sæpe ea adhibere non licet. Etenim vt hoc iam non repetamus, corpore pleno reuulsione nihil prodelle, verum etiam cum periculo tentari, nõ adhibere licet repellentia, cum maior incommodum ex repulsione sanguinis, quam ex inflammatione motuendum est, quod fit 1. si humor sit malignus, venenatus & pestilens, quem quidè si natura ad interioribus ad exteriora propellat, non deest eum rursum ad interiora propellere, ne ad partes interiores retrocedat, maioremque morbum efficiat, & hominem iugulet. Quod idem etiam est obseruandum in alio humore quocunque, quem natura rectè agens, per crism in aliquam partem reiecit. Natura enim dum rectè agit in munere suo impedienda non est. 2. Repellentia non tutò adhibentur in partibus ignobilibus, iisque quas natura, vt partium nobilium superfluitates exciperent, constituit, ad quas interdum humores, quibus nobiliores partes grauantur, decurrere solet, vt sine glandulæ in inguinibus, sub axillis, post aures. His in partibus si adhibeantur repellentia, metus est, ne materia ad nobiliores & principes partes recurat. 3. Sicut perit & alia loca, alique partes, quibus commodè non adhibentur repellentia, vt quæ partibus nobilibus nimis propinquæ sunt & vicina. Idem enim motuendum est, ne materia repulsa partem nobilem occupet, magisque malum creet. 4. Aut quæ loco nimis profundo sita sunt. Neque enim ad tales partes repellentium vis pergit, sed potius repellentium vtu ea magis replentur. Nam dum per repellentia partes exteriores contrahuntur & ex iis humores intro pelluntur, in partem internam quasi trahuntur, quæ inde magis replentur.

Quo autem tempore adhibenda sint repellentia, facile patet. Nimirum cum reuulsionis hic sit finis, vt humor, qui influit, adita prohibeatur & reiciatur, D

in principio, dum adhuc fluit materia, rectissime adhibentur. Hoc tamen semper obseruandum, vt ante etiam dictum, ne corpus plenum sit. Si enim corpus adhuc plenum est, repellentia tutò non adhibentur, cum sanguis liberum retrocedendi locum nõ habeat, & vel in partem magis impingatur, vel in nobiliorem aliquam irruat, maiusque periculum creet. Cum verò & in augmento adhuc non nihil sanguinis fluat, etiam tunc adhiberi possunt repellentia, sed non sola, vnde his aliquid ex digerentibus miscendum est, vt simul etiam aliquid à calore attenuetur, & in halitus conuertatur.

Quæ ratione autem miscenda sint repellentia cum digerentibus, docet Galen. 6. de compos. med. s. loco cap. 1. Quemadmodum, inquit, in principio commoda sunt pharmaca id quod influit repellentia, sic post principium, neque ad finem pharmaco est opus ex vtrisque mixto, repellentia videlicet & discutientia facultate prædita, ac primo quidem tempore adstringens præcellere oportet, ad finem verò discutiens. Interposito verò tempore æquales vtrumque partes esse oportet. Cum autem alibi Galenus dixerit non nihil sentire videatur, vt dubitari possit, an in principio digerentia etiam sint admiscenda, an solis repellentibus vtendum, & an in statu sola digerentia applicanda, an verò repellentia admiscenda, rectè hæc accipienda sunt. Et quidem ita. Cum enim temporum inflammationis quodque iursum in tria quoque quasi tempora & spacia diuidi possit, finis

Quæ
repellentia
non
labant.

Quo
tempore
sunt
adhibenda
repellentia

Repellentia
cum discuti-
entibus
quomodo
miscenda

precedentis participat naturam principii sequentis, & cum eo ferè conuenit. Hinc in primo ferè inflammationis principio, seu ea principii parte, quæ ab augmento adhuc longius distat, solis repellentibus vtendum. Vergente autem ad augmentum principio seu ea principij parte, quæ iam progressa, augmento propinqua est, admiscere digerentia vtile est. In augmento & principio status æqualiter ferè miscenda sunt digerentia & repellentia. Et si enim sanguis amplius non fluat; tamen ei non adeo sit impactus, aliquid eius adhuc repelli potest. In medio postea status digerentia præpollentè debent: In fine status eadem sola adhibenda, quod ipsum quoque tandem in inflammationis declinatione faciendum.

Repellentia
qualia.

Porro vt ad ipsam materiam medicam accedamus, repellentia omnia sunt frigida, vt est apud Galenum *l. 5. de simpl. med. fac. cap. 17.* Vt enim calidum attrahit, sic frigidum à se repellit. Sed vt calidum non per se est principium motus localis, seu attractionis, sed per accidens, quatenus nimirum humidum in vapores resoluunt in cuius postea locum, ne vacuum relinquatur, vicina succedunt, ita etiam frigus per se non repellit, sed per accidens quatenus nimirum contrahit, quo motu contractionis crassiores partes coeunt, tenuiores exprimuntur. Frigus autem illud interdum adiunctam habet humiditatem, interdum siccitatem. Vnde etiam duo sunt repellentium genera: Vnum humidum & frigidum seu aqueum: Alterum frigidum, & siccum terrenumque, & vt Galenus, *l. alleg.* loquitur, partium crassitiam contrahentem habet. Quæ è genere posteriore sunt, cum præter frigiditatem etiam vim adstringendi habeant, fortius & duplici vi, tum frigiditate, tum adstringente facultate repellunt. Mitiora sunt autem illa frigida & humida, quæ propterea humores tenues solum in superficie positis, & minus copiosos repellere possunt atque commode adhibentur, cum calor & dolor urgent. Non solum enim prohibent humoris influxum, sed & calorem temperant, & laxando dolorem non nihil mulcent. Repellentia autem cum adstrictione in aliis casibus competunt; & præcipuè, si ob debilitatem partium sit fluxio, ac dolor non nimis vrgent, Roborant enim partem recipientem, ne humorem influentem recipiat, & eum, qui influxit, repellunt. Profunt quoque si vasa per quæ sanguis fluit, sint ampla; sicut cum eadem sunt exigua & angusta, mitiora sufficiunt. E priorum genere sunt: *Semperuiuum, umbilicus Veneris, lactuca, portulaca, intybum, solanum, succus cucurbitæ, lens palustris, psyllium, nymphaea, atriplex, viola,* & omnia frigida, quæ humore aqueo imbuta sunt. Sed inter hæc ipsa tamen etiam quidam gradus sunt, & maiorem alia, alia minorem habent efficaciam. Umbilicus ♀, psyllium, minus repellunt, quam lactuca, semperuiuum, portulaca, solanum

Repellentia cum adstrictione sunt *rosarum flores & capita, foliarubi, vitis, santalum, mespila, sorbi fructus, pyra syluestria, mala cydonia, myrti folia & fructus, balaustia, thus, malicorium, acacia, bolus Arnaenus, terra sigill. sang. dracon. nuces cupressi & folia, quercus fol. gall. immatur. ceruss. litharg. corall.*

Ex his postea varia componuntur medicamenta, pro diuersitate morbi & circumstantiarum. Ex plantis enim vel ipsa folia cruda imponuntur, vel si ob asperitatem id commodum non est, in aqua coquantur, qua lintea vel spongiæ imbuuntur & imponuntur. Vel succus exprimitur, & eodem modo applicatur. Galenus, oxycratum spongiam imbuit, eamque parti applicat. In eundem vsum conuenit *oleum ros. myrtinorum unguentum rosar. cerot. infrigid. Gal.*

A *santaliner.* Vtile est ac in frequenti vsu Chirurgis & hoc quod

℞. Album. onor. & aq. ros. part. aq. quæ cōquassantur & commiscentur diligenter, iisque stuppæ vel panni linei imbuuntur, & parti imponuntur.

Vel *℞. Farin. hordei, quæ coq. in † & succo plantag. ac parti laboranti imponitur. Galen. 2. ad Glauc. cap. 2. cataplasma commendat. ex semperuino, cortic. malor. punicor. cum Vno decoctis, & Rhu vel Summach & farina horde. compositum. Hoc enim vt Galenus ait, in talibus optimum est, atque ad omnia ferè, quæ intendimus, efficac. Repellit enim quod influit, atque id, quod continetur, exicat & membra circumstantia roborat.*

Potest autem ita componi:

B *℞. semperuini ℥. iij. farin. horde. ℥. ij. malicorii ℥. j. sumach. ℥. x.*

Contusis contundend. coq. in vino pro Cataplasmate. Galenus etiam vtitur Emplastro diachalcith. cum ol. rosar. aut myrtino dissoluto. Sunt & hæc comoda;

℞. Plantag. rosar. lactuc. portulac. ana M. i. Coq. in aq. cui parum aceti permistum sit & addatur farina hordei.

Vel *℞. succi semperuini, plantagin. portulac. ana ℥. j. b. farin. horde. ℥. j. † ℥. b. ol. ros. q. s. Coq. in torram pultis.*

Vel *℞. malicor. sansalirubr. ana ℥. b. boli armeni Vnc. ij. farin. horde. Vnc. j. succi semperuini Vnc. i. b. ol. rosar. myrtini ana quantum sufficit. F. Cataplasma.*

C Vbi maiore repulsione opus est, & parsfert, paulò fortiora vsurpanda.

Vt *℞. boli armen. sanguinis draconis ana Drach. i. rad. consolid. mai. Vnc. b. farin. horde. Vnc. ij. F. pulu. qui cum opus est cum aq. vel †, vel aq. ros. & alb. oui in formam Cataplasmi. redigitur & apponitur.*

Intercipientia quæ & defensiva vulgò nominantur, eadem sunt cum repellentibus, saltem loco, cui applicantur, differunt. Nam repellentia ipsi loco inflammato applicantur, intercipientia verò & defensiva partibus & viis per quas humor ad partem affectam confluit, vt in itinere intercipiatur ipsique via, ne ad partem laborantem pertinere possit, intercludatur. Et quidem applicantur commodissimè locis ex carnibus, atque iis in quibus vasa magis patent, & conspicua sunt, vt in articulis & supra articulos. Veluti si inflammatio sit in manu ad carpum applicantur, si inter carpum & cubitum, supra cubitum, si in humero ad summum humerum; si in pede, supra malleolum; si in tibia, supra genu.

Sunt autem intercipientia omnia frigida, sicca, & adstringendi facultate prædita, inter quæ tamen cum non exigua sit differentia, vt de repellentibus modò dictum est, mitioribus vtendum est in corporibus tenerioribus, vbi fluxio non est magna, venæ angustiores, tempus hybernium. Valentiora autem vsurpanda in corporibus durioribus, fluxione maiore, vasis amplioribus, tempore æstiuo. Adhibentur verò medicamenta intercipientia variis modis. Nam vel succi, vt cydonior. granator. plantag. semperuini, rubi; vel decocta santalor balaustior. myrtillor. sumach, rosar. vel aq. ros. plantag. semperuini; vel † & oxycratum, vsurpantur, iisque lintea imbuuntur & articulis partibusque intermediis applicantur, vel adstringentia puluerifata & liquidis mista adhibentur. Vulgare defensiuum est quod

℞. boli Armeni sanguinis draconis terra sigillata santal. omnium ana Vnc. i. ol. rosar. myrtini. ana q. s.

Intercipientia & defensiva.

Qualia.

cera parum, aceri ros. Vnc. j. Mife. & coqu. ad acci-
ti confam. Meritò tamen in his oleum suspectum
habetur. vt & cera. Nam pingui & vinctuosa sua
substantia partes emolliant, & si diu inhzrent quo-
que calefaciant. Ideoque tutius est, pulueres tales
solum cum aq. ros. vel oxycrato, & si fortius ad-
stringere velimus, cum albumine oui conuulsato
mista applicare. Ita enim tenacius parti adhzrescunt,
eamque constringunt.

Vt *L. boli Arm. sang. drac. ana* Vnc. i. *flor. ros.*
rubr. balauft. myrtillor. santal. rubr. cortic. gra-
natorum ana Vnc. Sem. Fiant puluis, qui
postea cum *alborum oui & aqua rosarum* vel † q. l.
miscetur.

Deriuatio. Deriuationem denique etiam h. l. adhibere possu-
mus, quæ sanguinem illum respicit, qui in partem
quidè iam inflarix, nondù tamen extra venas in par-
tis spacia effusus est, sed adhuc in venis fluctuat. Ne-
que enim sanguis, qui iam parti impactus est, aut
iam concoquit, aut in partem mutari incipit, deriuari po-
test, cum & crassior iam euaserit, & ad locum in quo
non facilè refluere possit, consistat, atque ita ad
motum ineptior sit, & à natura ad concoctionem
auidius retineatur. E quo facilè patet, quo tempore
instituennda sit deriuatio, nimirum in principio qui-
dem inflammationis non tamen mox in primo mor-
bi insultu, sed versus augmentum iam vergente prin-
cipio, quando scilicet reuulsione & euacuatione iam
adhibita & præmissa, sanguis amplius non adeo
copiosus est, nondum tamen partibus tenaciter inhz-
ret, sed adhuc fluxilis est. Quare & illud, quod spar-
sum vsurpatur, consistente inflammatione deriuatio-
nem adhibendam esse, id non de ipso statu aut decli-
natione morbi accipiendum est, sed potius de poste-
riore principii parte.

quomodo. Atque in deriuatione illa venarum cum parte affe-
cta communitas, cuius supra mentio facta, maximè
obseruanda est. Si enim sanguis, qui in venis partis
affectæ est, deriuatione ad vicina trahi debet, omni-
no talis eligenda est Vana quæ ad partem affectam
pettingat, quæ si aperiatur claram & euidentem vti-
litate affert. Modam autem quem in missione san-
guinis pro deriuatione seruare debemus, tradit Hip-
pocrat. 7. *de vitz. rat. in acut. l. 10. eoulque inquit,*
sanguis est auferendus, donec rubicundior & flauior
multum, vel pro rubeo liuidus fluxerit. Quicquid
enim vt Galenus docet ibid. sanguinis in phlegmone
continetur, id caloris abundantia in colore permuta-
tur reliquium autem in omnibus partibus simile
permanet. Eam ob causam sanguine, qui in to-
tum corpus spargitur, pituitoso existente, rubicun-
dior sanè erit, qui in eo, quod phlegmonè obide-
tur, latere, continetur. Quod si sanguis in totum cor-
pus diffusus rubicundior fuerit, is procul dubio
qui ad phlegmonem est, adustus affatusque, in ni-
grum mutabitur. Coloris itaque mutatio ex parte
affectæ sanguinis traslationem significat, quæ tamen
ob vitium imbecillitatem semper expectari non
potest.

Atque his modis humores, qui ad generationem
phlegmones consistunt, à parte affecta remoueri pos-
sunt. Ex quibus tamen repellentia & deriuantia etiam
ad humoris, qui in partem affectam confluxit, amo-
tionem non nihil faciunt. Nam repellentia, etsi im-
primis humorem, qui inhaerit, & adhuc in venis par-
tis continetur, reprimunt; tamen & eum, qui recens
extra venas illas elapsus est, & nondum impactus
rursus in venas retrudere, & ex parte reuicere possunt.
Neque enim impossibile est, humores è venis elap-
sos, in eadem remeare, sicut id multa tumorum
in eute-genera docent, qui interdum in aère fri-
gido subito enascunt. Deriuatio itidem etsi hu-

Operum Sennerti. Tom. III.

A mores extra venas elapsos vix reuocet, tamen san-
guinem, qui in partis inflammatae venis flu-
ctuat, ad partes vicinas trahere & per eas euacuate
potest.

Cum tamen raro solo repellentium & deri-
uantium vsu tota materia ex parte inflammata eu-
cuetur, sed post eorum vsum plerumque aliquid re-
linquatur, aliis modis id euacuandum. Euacuatioque
autem dupliciter: vel insensibiliter, & per *diapho-*
reticam, vel sensibiliter & manifestè. Insensibiliter
euacuatur materia per medicamenta diaphoretica,
digerentia, discutientia, & resoluentia dicta. Sen-
sibiliter per scarificationem & partem, pure generato,
apertionem. De priore modo prius agemus & de dis-
cutientibus dicemus.

B Cum autem resolutio vel discussio nihil aliud sit,
quàm euacuatio humori per insensibilem transpira-
tionem, hinc facilè manifestum euadit, illud quod
debet discuti, debere esse tenue, non crassum nimis;
cutem ipsam non nimis densam. Nam si materia
nimis crassa sit, in vapores facilè resoluui non potest:
si autem cutis nimis densa sit, sicut etiam si materia
nimis profundo loco hæreat, nec viam exeundi faci-
lè inuenit nec medicamenta nisi fortia è pe-
netrant.

Potè medicamenta digerentia cum omnia sint
calido vt paulò post dicemus, mox in principio quæ
inflammationis non sunt adhibenda, sed tum potius,
vtendum repellentibus, ob causas supra dictas. Ver-
gente autem versus augmentum inflammatione, ali-
quid digerentium repellentibus admiscendum est.
Atque ita semper quantitas discutientiam augenda
est, donec tandem in declinatione sola adhibeantur.

C Sunt verò omnia digerentia seu diaphoretica calida.
Resolui enim, attenuari, & in halitus conuerti
non potest humor, nisi à calore. Magna autem
caliditatem est differentia. Alia enim solum rarifa-
ciant, aut vasorum officina aperijunt, alia humores
incidunt, alia attrahunt: alia etiam vrunt. A quibus
omnibus differunt *diaphoretica* medicamenta, & hanc
peculiarem vim habent humores resoluendi & in va-
pores conuertendi, quæ facultas non ita facilè per
causas describi potest, sed potius experientia & ef-
fectu deprehenditur. Et quod ratione definiti non
potest, id experientia & vsu suppletur. Etsi autem

D omnia medicamenta *diaphoretica* sunt calida, & à certo
mixture *diaphoretica* hanc vim obtinent; tamen inter ea alia
sunt fortiora, alia debilitiora. Mitiora sunt *chame-*
melum, melilotus, radices altheæ, ptiliorum, albor.
fennigraeci, farina lupinor. orobi, cicerium, papis fer-
mentatus, adeps anserinus, oleum vetus. Fortiora sunt,
anethum, origanum, thymus, pulegium, hyssopus, ca-
lamintia, marrubium, radix ixeos, ruta, salvia, senter-
anisi, feniculi, carui, flores sambuci, ammoniacum,
bdellium, galbanum, adeps castoreus, vrsi-
nus, oleum rutaceum, lacinum. Validissima
sunt: *Ninum & Sesuma Neri, Sulphur, calx, &*
similia.

E Leuioribus vtunt, cum materia est in loco minis
profundo pars affecta & ipsum corpus est mollius ac
laxius, inflammatio exigua: si verò maior sit in-
flamatio, & materia loco profundiore sita ipsum
corpus durius & densius, fortiora sunt adhibenda.
Cautè tamen fortioribus discutientibus vtendum est,
ne per ea, discussis & resolutis tenuioribus humorum
partibus, ac crassioribus relictis, tumor induretur, ac
malum insanabile efficiatur, quod commodissimè
præcauebitur, si fortiter discutientibus etiam hume-
dantia & emollientia admisceantur. Cauendum etiam
est, ne discutientia sint mordacia, ne mordacitate do-
lorem excitent & fluxionem augeant.

NN. ij

siue o. qui difficultate parte aperta possit euacuari, tam pus iam coniectum dicitur, & puris illa in vnum locum collectio, *abscessus*; Latinis abscessus nominatur; vt supra *cap. 1.* dictum. Est autem collectio illa in corpore humano solus naturæ opus, quæ caloris naturæ beneficio huiusmodi coquit, elaborat, & ad eam, quam recipere debent, perfectionem deducit, vnde quidem calor si sit fortis, pus bonum elaboratur, quod, vt est *progn. 42.* est candidum, & quale, læte, & minime fœtidum. Si vero debilis, contrario modo se habet. Medici itaque officium est, fortiter seu conseruare & augere calorem naturam in partibus inflammatis, vt eo facilius succedat puris elaboratio. Augetur atque conseruatur calor, si primò eius effluuium prohibeatur, & cauetur, ne qui in partibus exterioribus est imbecillior, ab ambiente aere dissipetur. Deinde si medicamentis calori naturæ similia parti affectæ applicentur, vnde medicamenta, quæ pus magere debent, talia sunt oportet, qualis est calor naturæ in parte; cui applicantur. Et proinde cum natura nostra humida sit & calida, eiusmodi quoque medicamenta esse debent, calida scilicet & humida. Deinde sunt Emplastica; id est, lentorem quandam habeant, vt poros cutis implere & halituosi illius caloris effluuium prohibere possint. Nam detergentia aut fortius calefacientia medicamenta, vt sunt Cataplasmata ex *farina fabar. fenigr. cicer. lupinor.* cum halitus diffilare permittant, exsiccant quidem; sed pus non mouent.

℞. Radic. althæa ℥. iij. fol. malue, branca vrsina an. M. j. Coctis & contulis, adde, axung. porcina q. s. M.

Vel *℞. rad. althæe, lil. albor. an. ℥. ij. fol. malue M. ij. zariacar. ping. num. x. Coctis & contulis, adde farine tritici ℥. ij. sem. lini Vnc. ℞. M. & per cribrum transmittantur.*

Postea adde *adipis nulla, baryri vel olei lilior. albor. q. s. F. Cataplas.*

Vel *℞. Rad. alth. capar. lilior. albor. an. Vnc. ij. farine tritici Vnc. j. sem. lini Drach. vj. terebinth. Vnc. ℞. croci Scrup. j. pingued. gallinæ, olei thiamæ, an. q. s. F. Catapl.*

Puris confectis signa

Pus vbi coniectum fuerit, danda opera, vt quamprimum euacuetur. Constare autem prius debet, vtrem pus iam coniectum sit. Etsi v. supra, *cap. 3.* de Abscessibus ea de re in genere dictum sit; tamen ea, quæ Inflammationi maximè propria sunt, hic repetenda videntur. Optimè verò signum à tactu sumitur. Atque primò si pars mollis percipitur, dum premitur, & fluctuatio quædam in ea sentitur, si nimirum duo duarum manuum digiti aut index & medius vnus manus tumori applicentur, ita tamen, vt sese non contingant, sed aliquantum distent, alterque digitus tumorem premit, alter non: tùm enim fluctuatio & motus quidam materię, quæ de loco in locum propellitur sub alteto digito quieto percipitur. Hic tamen cautione opus est, ne fallamur, & vel pure coniecto, nullum pus subesse putemus, vel partem, etsi pus nullum subsit, aperiamus. Etenim apparet in quibusdam partibus fluctuatio etiam dum sanæ sunt, vt sunt loca circa genua. Contra interdum pus coniectum sui indicia non exhibet. De quo etiam Hippocr. 6. aphor. 41. *Quibus in corpore pus nullam dat sui significationem, ob crassitudinem sui aut loci non se prodit.* Nimirum pus interdum delitescit, nec se prodit vel ob loci densitatem duritiemue, aut profunditatem, vt cum abscessus est intra musculos ventris, crucisue, aut articulos magnos later; sicut & in calcaneo, & planta pedis, ob crassitiem cutis: Vel quia pus

Animis crassum est, qua ratione nec ad superficiei propelli potest, nec compressioni digitorum cedit & fluctuat.

Sunt deinde & alia puris geniti & latentis signa. Secundò nimirum locus ad albedinem declinat, vbi pus iam coniectum est, cum antequam pus coniceretur, rubicundior esset. Tertio, Signa, quæ pus fieri arguebant, remittuntur & calor, dolor, tensio & pulsatio minuantur; de quo etiam Hippocrates, 6. aph. 47. *dum pus fit, dolores ac febres magis accidunt, quam confecto.* Coctione enim facta, aliquid materię & vaporum est resolutum, & materia in pus mutata in vnum locum collecta, vnde etiam sensio amplius non tanta est, & reliqua quoque symptomata remittunt. Quarto, in eminentiam & macronem, quasi tumor propendet, etenim natura pus elaboratum in vnum locum cogit, & quantum potest ad exteriora, & locum, per quem effundatur, protrudit.

Ex his itaque si animaduertamus, pus iam coniectum esse, danda, vt diximus, opera, vt ex parte affecta quamprimum euacuetur. Nam si pus diutius detineatur, membri temperiem euertit, partes vicinas corrumpit, vlcusque sinusum quadit, vel in fistulam degenerat, quod præcipue contingere solet, cum materia est acris & maligna, vel ad articulos, ad anam, & similes partes est inflammatio.

Modus autem euacuandi, vt supra etiam *cap. 3.* de abscessu in genere dictum, est duplex: Vel per partis apertionem, vel per insensibilem transpirationem. Et vulgò quidem plerumque statim aperitur. Vomica, & quidem satis commodè. Galenus tamen 3. meth. med. cap. 15. non protinus ad apertionem progreditur, sed prius exhalationem & insensibilem discussionem molitur. Et præcipue hoc fit in strumis & partibus glandulosis. Nam si tales partes aperiantur, & ab ambiente aere alterentur, vlcera difficilis curationis & diuturna inde fieri solent. Verùm hic magna cautione opus est. Nam cum resolutio & discussio puris hæc rariùs contingat, & non nisi longiore tempore, ac metuentum sit, ne interea partes vicinas corrumpat, sinumque efficiat omnes circumstantiæ diligenter perpendendæ sunt. Etenim si pus fuerit bonum & laudabile, tenuius, non multum, in loco non profundo, sed in superficie, si cutis sit mollior & rarior, discussionem forsam sperare licet. Si autem contrario modo sese res habeat, & pus non sit bonum, crassum, loco profundiore hærens, cutis sit densior, resolutionem tentare, & differre apertionem non caret periculo. Vbi autem spes resolutionis datur, valentioribus digerentibus ad hanc discussionem est vtendum. Tale est medicamentum quod Paulus Ægius, lib. 4. cap. 18. habet, quod concoctos iam abscessus exprimit, non concoctos penitus discutit.

℞. Lapid. pyrite, ammoniaci an. Vnc. j. b. farine fabar. ℞. vi.

Excipiantur *resina liquida*, pellique liquidum medicamentum inducatur, & non auferatur, donec sponse sua decidat. Vtile est & hoc: *℞. Ammoniaci ℥. ij. galbani ℥. ℞. lithargyri ℥. iij. ol. antiq. q. s. F. Linimentum.*

Quod si, quod & rariùs accidit, pus insensibiliter discuti non potest, sensibilibus effundendum & euacuandum est, aperto abscessu. Rumpitur autem abscessus vel per se, vel arte aperitur. Per se aperitur abscessus, dum expectamus, donec pus ipsa cutem erodat; quod facere licet, si tumor non sit adeo magnus, & propriis vultu summa cura sit

Puris ex abscessu euacuatio

Abcessus apertio

Quando
facienda.

& carne, & sub cute non adeo densa. Verum tum-
tum non est, semper apertionem spontaneam expe-
ctare. Nam, ut Galenus, 2. ad Glauco. cap. 6. hac
de re scribit, Vbi tumores, qui ad abscessum ve-
niant, tardius secti fuerint, aut ob medicantium im-
peritiam, aut eorum, quibus medela adhibetur timi-
ditatem, qui secari non patiuntur, sed expectant, ut
longiore tempore cutis erodatur; contingit sepius
vniuersam cutem à pute circa abscessum aggregato
valde extenuari, instar *trifolii*, id est, laceræ ves-
tis. Vnde & illi nomen *paradeis*; id est, lacerosum;
inditum à Medicis: idque si accidat, cutis hoc mo-
do attenuata, difficulter postea cum parte subiecta
conglutinatur. Inprimis autem non differenda aper-
tio, & expectanda spontanea puris eruptio, si caro &
cutis sit crassior, & si in illa parte nervi, venæ, &
tendines. Tum enim quamprimum aperiendus est
abscessus, ne, si differatur apertio, pus corruptat &
corrodat nervos ac tendines, præcipue si abscessus sit
circa articulos. Imò in quibusdam locis, ut circa
anum, suturas, vix vltimæ puris perfectio expe-
ctanda, ne partes profundiores putrescant, & inde
vicus fistulosus aut diuturnum generetur. Si itaque
cutis eroso & puris illa eruptio spontanea non po-
teat expectari, aperiendus est abscessus; & quidem
loco eduiore & eminentiore. Illic enim cutis tenuis-
sima est: similibetiam loco decliniori & inferiori est
aperiendus, ut pus facilius egredi possit. Aperitur
autem vel ferro, vel medicamentis. Ferro aperitur
vel ignito vel secante. Ferro ignito rarissime vti-
mur, & non nisi vbi maxima vrger necessitas, ut si
tumor sit in partibus venosis & arteriosis. Ibi enim
ferro candente hæmorrhagia prohibetur. Frequen-
tissimè vero secante aperitur, quod acutissimum ef-
ficere debet, ut sine dolore intensiori perficiatur sectio,
& si fieri potest, ægroto non aduertente. Viden-
dum autem semper ut quam minimè fiant sectiones,
ita tan en partem, ut necessitati succurrant, & per
vulnus, ut patenter exeundi viam habeat. Nam si
minus sit vulnus, quam ut pus rectè exire possit, tum
partem comprimere opus est, ex qua compressione
dolor excitatur, & callosum fit vlcus, vnde fistula
oriri potest. Si verò maius sit vulnus, & cicatrix sit
maior ac turpior, & partes subiectæ ab ambiente
alterantur, & pars interdum imbecillior redditur.
Celsus, lib. 7. cap. 2. iubet sectionem fieri ad simili-
tudinem myrti, folii, id est, simplex sectio est fa-
cienda, sed ita longa, ut labiis dilatatis vulnus re-
ferat similitudinem folii myrtini. Interdum tunica
sectio non sufficit, sed maiores sinus, ut Celsus,
lib. 7. docet, interdum duabus aut pluribus lineis in-
cidendi sunt. Est & hoc obseruandum, ut sectio fiat
secundum fibras, seu villos musculorum. Procedunt
autem fibræ pleuque secundum longitudinem
corporis, nisi in quibusdam locis, ut in fronte. Fa-
ciendum autem hoc est, ne motum & actionem
membræ lædamus, quod tamen obsequare opus non
est, si tumor sit in superficie, & subcutaneus, sed
tunc solum, cum pus hæret in ipsa musculi substan-
tia. Imprimis vero obseruandum est, ut fugiamus
nervos, sicut & venas & arterias. Instrumenta, qui-
bus vtimur pro apertione abscessuum, plura sunt; Est
primò nouacula, deinde gladiolus myrtinus, quem
vulgò Lancetam vocant; tertio gladiolus oliuarii
figura: quarto etiam aperiunt nostrates abscessus
scalpello vel phlebotomo. Pro ratione autem cir-
cunstantiarum hæc instrumenta variè necesse est.
Nam si abscessus fuerit loco profundiore, & cutis
sit crassior, etiam profundiore sectione opus est. Si
autem fuerit subcutaneus, sectione profunda non
eget.

Sed quia multi non admittunt sectionem, ideo

A medicamenta adhibemus, quibus abscessus appa-
tur. Sunt autem medicamenta illa non eiusdem ge-
neris, alia sunt de balneo, alia sunt de oleo. Fortioribus
non temere vtendum est. Nam & morbum prolongant,
& malam uitam perniciem in parte inducunt, &
alia symptomata mala gignere possunt. Maiora ita-
que primò adhibenda, quæ potius maturant, & ma-
teriam ad summam partem tumoris trahunt, huiusque
cutem ibi subtiliorem & tenuiorem reddunt, quam
verè erodunt & cutem rumpunt. Talia sunt:

*℞. Rad. alihæa lilior. albor. an. ℥. j. ally, ce-
parum sub ciceribus collectum farina fæniculi
caricar. ping. an. ℥. ij. massa Panu hinc fermenta-
ti non collecti ℥. j. O. ol. lilior. alb. butyri, pingued
porci. an. q. s. F. Cataplasma.*
B Vel *℞. capar. ally, rad. alihæa pars. ag. Coq.
ad molliem, contulis adde farina fæniculi. part.
j. pingued. porci veteris q. s. Misc. Fortius est, quod
℞. fermenti acris ℥. ℥. caparum subprunis collecta-
rum ℥. j. stercoreis oblongis ℥. j. saponis nigri, pin-
gued. suilla an. q. s. Misc. Idem præstat. Empla-
strum Didchylon mistum cum semine sinapis, sicu-
bus & sale.*

Talia autem medicamenta præcipue ea parte, qua
abscessus acuminatus est, apponuntur, & circum-
circa apponitur aliquid ex maturantibus simpliciter,
ut diachylon, in sinem hanc in medio perforatum.
Fortissima sunt, quæ cauteria potentia vocantur,
qualia descripsimus in Institutionibus rinter quæ ut
efficacissimum, ita tutissimum est, quod paratur è
lèxiuo, è quo sapo paratur, de quo in Institutioni-
bus. Cauteri autem talis sumitur particula ad quan-
tatem dimidii ciceris, & parti hoc modo applica-
tur: Sume telam Emplasticam cuti bene adhaeren-
tem, in medio eius excinde paruum foramen, ad-
huc angustius, quam volumus esse cauterium.
Hinc sume cauterium & sputo madefactum applica
cuti per foramen excisum patenti, & postea aliud
Emplastrum superpone. Post horas duas aut tres
cauterium cum Emplastro amoue, quo remoto pars
apparet nigra, mollis, & sine sensu. Pars hæc exu-
sta ut tollatur, illinatur butyro sine sale, vel pingue-
dine porcina, aut aliquò digestiuis. Quod si fora-
men satis amplum non sit, facillè dilatari potest; si
nimium vel spongiola, vel radix gentianæ, vel rapi
excitati indatur. Hæc enim imbuta humiditate dila-
tantur, & foramen extendunt, atque amplius red-
dunt. Spongiola ita paratur: spongia imbutur albu-
mine oui conuassato bis vel ter, deinde arte colli-
gatur vndique & in umbra siccat: excicæ par-
ticula sumitur, & in vlcus imponitur. Verum quia
eschara vix intra aliquot dies decedit, & tam diu pus
nisi statim sub cute hæreat, in abscessu detineatur,
tutus longè est ferro abscessum aperire.

E Aperto iam quocumque modo abscessu pus est
euacuandum, sed non semper totum vna vice. Nam
si abscessus sit magnus, qui multum puris conti-
neat, apud arterias & venas, totum pus vna vice
euacuare non licet, ne simul multi spiritus euacuen-
tur & dissipentur, atque ita æger animo deficiat, &
debilitetur, sed paulatim potius pus est emitten-
dum, præcipue si æger sit debilis, mulier prægnans,
puer, aut senex. Euacuato pure si in circumferentia
vel dolor adsit, vel reliquæ materiæ non suppuratæ
apparuerint, ipsamque pus non sit bene maturum;
dolor est leniendus, & imprimis reliquæ materiæ
in pus sunt conuertendæ, medicamento aliquo con-
coquente, quod vulgò digestivum vocant. Tale est,
quod fit ex ol. ros. & vitellis ouorum: dolor enim
lenit, & puris generationem adiuvat.

Vel *℞. Terebinth. ℥. j. vitell. ouarum m. j. manna
sharis ℥. j. ol. ros. ℥. ij. Misc. Vtile est & Empla-*

icum diachylum simplex. Hoc cum iam peractum A
est, & apparente iam coctione, ad ea, quæ expur-
gant deueniendum est. Neque enim caro generari,
neque conglutinatio fieri potest, nisi pars antea
mundetur: Vnde ℞. *Terebinth. clara* ℥. j. *mellis*
ros. ℥. iii. *qui visellum unum.* Partim coquantur &
postea adde *cyaci* ℥. j. *farina hordei parum.* Si ma-
iores mundificationis opus sit, potest addi *succi*

apij ℥. j. *mellis crudj*, *farina hordei.* an. ℥. i. *succi*
apij ℥. j. *orobi* ℥. j. *Misc.* Si adhuc maiori mundi-
ficatione opus est, potest aliquid de *Vnguento*, *Egy-
ptiaco* addi. Vtile est & *centaurium minus*, & *Aci-
stolochiarotunda.* Vt ℞. *succi centaur. minor.* ℥. ij.
apij ℥. j. *mellis* ℥. iij. Bulliant simul; postea adde
farina hordei & orobi. an. ℥. vi. Subtrahtis ab igne, B
adde *terebinth.* ℥. i. *pulv. rad. iridis* ℥. i. *Misc.*

Mundato abcessu carnem generantia adhiben-
da: Qualia autem sunt illa medicamenta, prolixè
docet Galenus, 3^o meth. med. cap. 2. 3. 4. & in *In-
stit.* dictum. Exempli gratia: ℞. *thuris, mastich.* an.
℥. b. *colophon.* ℥. ij. *olis ros. mellis* an. q. s. *Mis-
ceantur.* Vel ℞. *Consolida maior.* M. j. *betonic.*
hyperici, cauda equine, an. M. b. Coq. in vino &
contundantur. Et contusis exprime succum. Adde
thuris, mastichis an. ℥. i. b. *sang. drakon.* ℥. i. *mel-
lis, terebinth.* an. q. s. Coq. ad succorum consum-
tionem. F. Vnguentum.

Vel ℞. *myrrh. aloës, sarsocolla* an. ℥. j. *mellis* C
℥. vi. *vini albi* q. s. Coq. ad spissitudinem.

Vbi vlcus fuerit carne repletum, opulotica sunt
adhibenda, de quibus etiam in *Instit.* dictum, ut est
Emplastrum Diapalma, seu *Diacalcitryos*, de *Mi-
nio Vigonis*, & alia, quæ passim sunt nota.

CAPVT VI.

De Sinibus.

Sinus.

Accidit verò non raro, ut quamuis pus ex ab-
cessu effundatur, is iterum tamen repleatur;
vnde cutis adiacens, carni subiectæ non coalescit,
glutinatæque, sed cavitatis quedam relinquitur,
tandemque cutis cum subiectis corporibus aggluti-
nandi difficultas quedam suboritur, quem affectum
Græci *ἀλμα*, Latini Sinum appellant, cum nimi-
rum abcessus & vlcus initium satis angustum ap-
paret, profunditas verò se in latitudinem diffundit.

Causæ.

Causæ.

Sunt autem sinuum causæ plerumque abcessus,
seu tumores suppurati, tardius aperti, aut non be-
ne mundati. Pus enim si diutius in profundo deti-
neatur, acrem & erodentem quandam qualitatem
acquirat, & cuniculos quasi molitur; atque ad affe-
ctam hoc modo partem ex vicinis, in id vniuerso
corpore excrementa, & qui superabundant, humo-
res confluunt, vnde postea tales sinus difficulter
conglutinari & carne repleri possunt.

Differen-
tiæ.

Est verò sinuum magna diuersitas, non solum
enim dimensione quantitatis differunt, ut alius sit
minor & breuior, alius verò profundior aut latior;
aut figura, quod alius sit rectus, alius flexuosus, hu-
ius illiusve figuræ, sed imprimis situs & positionis
modo, quod ea differentia curationem non parum
variatur. Qui enim sursum tendit, meliorem curatio-
nis spem præbet, cum per eius orificium pus facile
effluere & euacuari possit. Qui verò deorsum ten-
dit, pus diutius retinet, quod retentum partes am-
plius corrumpit & erodit. Quare talis sinus non cu-
ratur, nisi ex aduerso aperiatur, ut pus liberè efflu-
ere possit. Ne verò hæc differentia Medicum lateant,

sed ut sciat, quo vergat sinus, & quantus sit, ex-
plorandus est tutandis, siue speculis argenteis aut
ferreis, item cereis candelis, aut similibus in pro-
funditatem sinus blandè immisissis. Danda verò ope-
ra, ut sinus quamprimum curetur. Nisi enim cele-
riter curetur, callum contrahit, & durus efficitur
spatio temporis, nec postea curam facilem suscipit.

Quid tamen sperandum sit, indicant ipsius partis
affectæ qualitates, & imprimis materia, quæ e sinu
effluit. Si enim enit multa, non cocta, in sinu do-
lor percipiatur, aut tumor appareat, nondum san-
tionis spes abest. Si verò pus sit paucum, bonum, al-
bum, absit dolor, & totus locus sit æqualis; carne
iam impleri sinum argumento est.

Curatio.

Curacionem quod attinet, causa sinus cui sit
cavitas & vnitas soluta: Vnitas soluta vnitionem
inducat, cavitas verò repletionem. Vniti verò ea
quæ dissident, non possunt, nisi prius cauum re-
pleatur. Quapropter prius cavitas replenda. Verum
neque cavitas carne repleri potest, nisi partis tem-
peries sese rectè habeat, & ab omnibus sordibus li-
ber ac mundus sit sinus. Itaque primò danda est
opera; ut si aliqua intemperies adsit, illa remouea-
tur, & sinus probe expurgetur. Ac proinde nisi vel
orificium sinus deorsum spectet, vel membrum illud
locari possit, ut sanies liberè effluere queat, ante
omnia puri exitus patefaciendus. Si orificium ab-
scellus versus inferiora patet, pus habet liberum
exitum, talisque sinus mundificantibus adhibitis fa-
cile sanatur. Si verò orificium est in loco superiore,
necessum est, ut puri liberum exitum moliamur.

Quod fieri potest, duplici modo, vel tota cavitate
dissecta, vel in parte inferiore saltem orificio aper-
to. Vtilius equidem est totum sinum aperire; cum
ita facilius purgari & sanari vlcus possit. Sed cum
id semper facere non liceat, cum nimirum sinus ma-
gnus est, & pars sine periculo tota dissectari non po-
test, interdum in imo saltem sinum aperiunt. Quo
facto, sinuque aperto, diligenter is expurgandus &
exiccandus est, ne quid puris relinquatur. Nam si
quid relinquitur, inde fistula & recidivæ ori so-
lent. Ac quamvis conglutinari videantur partes ta-
men non rectè cohærent, sed postea iterum abice-
dunt. Ad puris autem euacuationem non parum fa-
ciunt fasciæ & puluini, sius pars arcè à superiore
sinus parte versus eius orificium comprimatur & con-
stringatur. Medicamenta autem in hunc vtius ac-
commodata sunt: aqua decoctionis hordei, Meli-
cratum, quod satis purgat, ita ut eum sinum, cuius
orificium loco inferiore est, ad glutinationem ap-
tum solum reddere possit; mullum, quod simul ro-
borat & purgat, *resina terebinthina, mel rosatum,*
*farina hordeacea, fabacea, orobi, lapnorum, lini-
um, spir. vini, aqua theriacum, aq. aluminis,*
oxymel, Vnguentum Egyptiacum, quæ fortiora
sunt, & in vlcibus sordidioribus saltem adhibenda.

Ex his varia possunt fieri composita, ut ℞. *mellis*
ros. col. ℥. vi. *farin. hord.* q. s. ad inspissationem.
Vel ℞. *mellis ros. col.* ℥. vi. *terebinth. clara* ℥. j.
succi apij, absinth. an. ℥. b. simul coquantur. Deior-
de adde *farin. fabar. hord. lupinor.* an. q. s. *Misc.*

Cum verò sinus interdum sint plures, aut maior
eorum sit profunditas, ut eos blandè aperire non sit
possibile, nec etiam vnguenta per totam eorum ca-
uitatem penetrare possunt, cum præcipuè liquida ab-
stergentia magis præbentur, utpote, quæ se in om-
nes sinus partes insinuare possunt: & talia medica-
menta injicienda sunt per siphonem aut fistulam,
atque iniecto medicamento orificium concepto im-
teamine, aut lana bombycina aliquandiu obstruen-
dam erit, ne medicamentum mox resiliat, ut

℞. hordei integri. P. iij. centaur. min. ds. sinib. an.
P. ij. Coq. in mellisato. F. iniectio.

Vel *℞. ag. decoct. hordei, mellisati, an. ℥ ij.*
unguenti. Egyptiac. ℥. s. Misc. & infliciantur.

His itaque medicamentis si vlcus fuerit pinguium, medicamenta catenens pfoducencia sunt adhibenda. Quoniam enim ipsa natura carnem generat: ars tamen medicamentis eatenus ei subuenit, quatenus excrementa, quae ei impedimento sunt, submouet. Nam partem quamlibet etiam sanam duplex excrementum generat: & extra corpus propellere notum est: Vnum tenuius, quod pleurimum per insensibilem transpirationem expirat, nonnunquam etiam per sudorem euacuatur: Alterum crassius, quod extrinsecus corpori adhaerescit, & sordium nomine appellatur. Haec excrementa cum in parte laesa, utpote imbecilla à natura extra vlcus propelli non possint, in vlcere haerent; & crassum excrementum vlcus sordidum reddit, tenue v. humidum. Quae excrementa cum naturam generatione carnis impedimento sint, tollenda sunt, sordes nimirum illae detergendae, humiditasque exiccanda est.

Medicamenta autem quae hoc praestant, *carxurax* seu carnem generantia appellantur, non quod ipsa reuera carnem generent, quod solus naturae opus est, sed quod, ut diximus, impedimenta tollant, & naturae sanguinem talem sufficiant, de quo bona caro generari possit. Sunt verò talia sicca, sed non nimis siccitatis, verum talis, quae modicè partis affectae temperiem excedat. Cum autem non sit idem modus siccitatis in omnibus corporibus & membris, etiam non eadem materia est utilis ad carnem gignendam in omnibus corporibus & membris, sed quae sicciora sunt corpora & membra, siccioribus egent medicamentis; quae verò humidiora sunt, minus siccantibus indigent. Mitiora sunt thus, farina hordei, fabarum: fortiora, farina orobi, radix ixeos, aristolochiae, myrrha, tutia pompholyx, & similia. E quibus composita in rem praesentem parare licet. Ut *℞. terebinth. ℥. ij. thuris, mastich. colophon. an. ℥. s. cera, ol. ros. an. q. s.* Fiat Unguentum. Fortius est, quod *℞. Aristoloch. rotund. iridis, consolid. (major.) an. ℥. ij. mastich. thuris, myrrh. aloës an. ℥. j. mellis, terebinth. an. q. s. Misc.*

Si corpus siccus sit, & dura caro generanda sit, ipsumque vlcus pateat, etiam forma sicca possumus adhibere medicamenta, & pulueres sarcoticos conficere, qui insperguntur. Ut *℞. thuris mastich. colophon. part. ag. F. pulu.* Vel *℞. Aloës, thuris, sarcocoll. sang. dracon. an. q. v. F. puluis.*

Si verò sinus non pateat, sarcotica liquida per siphonem eodem modo, quo mundificantia, iniicienda sunt, & clauso orificio in sinu aliquantulum linquenda; In quem sinem potest iniici vinum austerum, in quo thus coctum sit, vel decoctum ex Aristol. symphyto, cauda equina, iosis & similibus, cum vino, cui addi possunt thus, myrrha, aloë.

An autem ex his medicamentis partes sinus profundae coaluerint, & bene glutinatae sint, indicat illud, quod effluit; quod si est paucum, bene coctum, atque praeterea in ipso sinu dolor non percipitur, glutinationem fieri indicio est. Si autem quarta aut etiam septima dies transierit, & nihilominus humor crudus ex vlcere manat, signum est, sinum nondum coalescere, neque carnem generari, ac proinde tunc medicamenta fortius exiccantia, sine mordicatione tamen, adhibenda sunt. Vbi iam quodam modo est repletus sinus, aliquid ex glutinibus est adhibendum, quod teneram carnem quae genita est, blandè ac sine acrimonia cogat,

quae sunt, quae Graecis *intra* dicuntur, quae si dicitur partes (coniungunt, ac recentia vulnera cunctis, quae plura descripsit Galenus, lib. 2. de com. pos. med. sec. gen. cap. 21. & 32.

Postquam in medicamentum glutinans fuerit appositum; debet Galenus spongiam nouam quam molissimam ex nullo vel vino circumjicere, quam alii vtiam decocto cortic. granator. ros. & similibus, imbuunt, ut nimirum exiccet, manentemque è sinu saniem excipiat, quae alioquin partem facile erodere, aut puritum excitare posset, atque alligatio incipiat à fundo sinus, & tendat versus officium. Sed & fasciam circumuolutiones circa fundum magis arctè constringantur, sine dolore tamen, paulatim verò laxentur, & ad os sinus, in quo ipso medicamentum laxo modo sit alligatum, nec officium arctè obturet, sed puri exitum relinquat, in quem sinem etiam emplastrum, quod imponitur, eo loco forcipe dissectum sit.

Atque haec ratio sinus & vlcera sinuosa curandi est secundum Antiquos; & quidem satis commoda, & utilis. Aliam tamen longè faciliorem & brevioram in Apostematibus recens a pertis se excogitasse scripsit Franciscus Arcaus, l. 2. de curat. vultu. cap. 7. quo tertio aut ad summum quarto die omnis illa apostematum cauitas commissa atque conglutinata curetur, nihilque hians relinquatur, praeter apertionem, quae arto facta est, quo pus deflueret atque exprimeretur, idque nullo aut aegrotantis periculo, aut labore, aut alia difficultate. Curandi autem ratio talis est. Si tumor aut apostema sit magnum, primò optinè aperiatur, ita ut minor digitus orificio indi possit, atque omne pus, quod intus continetur, effluere permittatur, atque ipso loco leniter, compresso etiam expellatur. Pure expulso & euacuato turunda os sinus obturetur, atque puluillo imposito atque obligato vsque in posterum diem relinquatur. Postero die, ligatura soluta, vlcus ab omni pure, si quod subest, diligenter munderetur. Deinde fistula seu cannula plumbea orificio indatur, quae tanta sit, quantum est ipsum orificium, atque ad cauitatem pertingat, non autem vltimè adigatur. Super hoc emplastrum basilicum linteum extensum imponi potest, quo fistula etiam contineatur, ne excidat, foramine tamen ad ipsum fistulae seu cannulae plumbeae orificium relicto. Postea ex utroque cauitatis latere singuli puluilli triangulares ponantur, ita ut totum cauitatis spatium utroque puluillo repleatur. Sinus verò orificium, quae plumbea fistula est, liberum relinquatur, neque puluillis obturetur, neque ligatione occupetur, ut omne pus, quod subest, expurgari possit, postea fascia locus, quem puluilli tegunt, sine dolore constringatur, ita quidem ut ligatura incipiat à fundo & tendat versus orificium, quo omne pus, quod intus est, versus orificium adigatur, atque per ille d' exprimat. Hoc modo sinus obligatus relinquitur in sequentem diem, quo ligatura soluta, quantum caui relicto sit, explorandum est, ut cognoscatur, an omnia loca puluilli attingerint. Quae enim puluillis subiecta fuerint, omnia conglutinata reperientur. Quod vbi inuenitur est, rursus puluilli eodem modo, quo antea iacebant, ligabuntur, atque in posterum diem relinquuntur. Quod si nihil humoris aut puris alicuius in loco relicto videatur, id puluillis per fasciam ut antea exprimeretur, quo simul locus hians coalescit. Hoc modo vbi partes coaluerint, puluilli mouentur, atque vlcis linteum, cui Leonium est in se Amoris aut simile sit indatur, (diapalma) imponendum est, atque singulis diebus seorsum abstergerendum. Circa hanc tamen necesse est sinus &

C
 D
 E

cauitates curandi primò notandum, ipsum felicissimè succedere solùm in apostematibus recens aperitis. Nam antiquos sinus, qui intus non bene sese habent, & ferè ad callosa vlcera & fistulas declinant, priore modo meliùs & tutiùs curare licet. Deinde & hoc obseruandum est, videndum esse, an reliquæ materiæ incoctæ, per partem sparsæ supersint, quod ex apparente aliquo tumore cognoscitur, vt & robore. Aliàs enim & quandiu aliquid p.n. in parte hæret, glutinatio sperari non potest. Pus quoque ipsum optimè sit expurgatum. Tertio & hoc attendendum, an locus satis commodè fasciis obuolui possit, vt & puluilli arctè cohæreant, atque ita partes dissitas comprimant, & pus exprimant. Si enim fasciæ hient, nec puluilli, vt debent partem comprimant, nec pus exprimitur, nec pars coalescit.

CAPVT VII.

De Erysipelate, seu Rosa.

Erysipelas.

Omnino inter Tumores sanguineos referendus est Tumor, quem Græci *ερυσιπέλας*, Nostrates, vulgò Rosam, à colore roseo, appellant. Latini, præter Celsum, qui Erysipelatis nomen retinet, Ignem sacrum nominant, de quo Lucretius. lib. 6.

Et simul vlceribus quasi iniustus omnerubere

Corpus, vt est, per membra sacer cæcis diditur ignis.

Vulgò à Medicis hic tumor ad biliosos refertur. Verùm non sine causa dubitatur, à quo humore ortum habeat. Nam Galenus ipse non semper idem statuere videtur. Expressè n. scribit, 2. ad *Glauc. c. 1.* tenuissimum feruentemque sanguinem, aut bilem cum sanguine, calidiorem vtrùmque quam oporteat, exquisiti erysipelatis causam esse; param bilem verò non huius, sed herpetis causam esse statuit. Et, de tumorib. cap. 9. scribit, cum biliosus fluor, qui exactus quidem est, excitatur, cutemque exulcerat, herpetem fieri; cum vero aquosa sanie, sanguineque mistus, minùs acer est, magisque in tumorem partem attollit, quam vlcerat, Erysipelas excitari. Contra, lib. de atra bile, cap. 5. 14. meth. med. cap. 1. 2. 3. 17. 2. de differ. febr. cap. 5. de curan. rar. per sang. miss. c. 8. & aliis pluribus locis, bilem huius tumoris causam esse statuit; quam posteriorem sententiam plerique sequuntur.

Verùm si auctoritates seponamus, & rem ipsam spectemus, & Erysipelatis nomen ei tumori tribuamus, qui nostris vulgarissimus, & quæ quotidie circa ægros in morbo tam vulgari fiunt videamus, omnino Galeni sententiam, quam 2. ad *Glauc. cap. 1.* & de tumorib. cap. 9. proposuit, veriorem esse putamus.

Ipse enim color partis affectæ, qui roseus omnino est, sanguinem potiùs quam bilem causam esse huius tumoris docet. Et licet tumor iste nonnunquam ex rubro flavescat, id tamen non de omni Erysipelate verùm est, sed de quadam eius differentia. Præterea humor, qui hunc tumorem excitat, non tam acris est, ac bilis, & propterea nec exulcerat, nec calorem aut dolorem adeo vehementem infert. Sanguis tamen qui hunc tumorem excitat, tenuissimus & calidissimus est, qui vulgò biliosus appellatur; id quod Galenus etiam, 2. ad *Glauc. cap. 1.* docuit, dum scribit, bilem solam, quando secreta est, & in aliquo membro consistit, Herpetem excitare. Si verò ex sanguine & flaua bile calidioribus, quam oporteat, mista fluxio fuerit, vel ex sanguine sic feruescente & tenuissimo secundum substantiam, Ery-

lipelas vocatur. Et si verò aliis in locis plurimis Galenus Erysipelas à bile fieri statuat: tamen quid per bilem intelligat, allegato loco satis declarauit. Et si experientiam & quæ circa ægros fiunt, consulamus, nil nisi illam bilem naturalem alimentarem, quam dicunt, id est, sanguinis calidissimam & tenuissimam partem, sed effervescentem iam & bili proximam intelligere potuit. Quamcumque verò bilem huius tumoris causam constatuere velis, seu flauam, seu pallidam, seu æruginosam, seu porraceam, non cum iis, quæ in hoc tumore accidunt, conuenient. Præterea prauam qualitatem & peculiarem corruptionem hic humor coniunctam habet, & antequam erumpit, summas angustias excitat, & tales ferè, quales pestis inuadens parere solet, & propterea quoque ad expulsionem alexipharmaca, vt in peste, exhibentur.

Possunt tamen Galeni, aliorumque autorum è bile flaua hunc tumorem oriri dicentium verba in meliorem sensum trahi, si dicatur, per bilem, intelligi naturalem illam sanguinis partem tenuiorem & calidiorem, quæ bilis vulgò, rectiùs sanguis biliosus nominatur, quæ vbi effervescere incipit, hoc tumoris genus excitat. Et non rarò subtilissimi & calidissimi feri pars aliqua (quam si serum biliosum dicere volueris, non repugno) admiscetur, & tum fieri Erysipelas exulceratum, sed superficialiter saltem, sicut sæpe in facie accidere solet, & vesiculæ aquoso humore plenz exoriuntur, & cuticula saltem abscedit. Si verò ipsa cutis, quod interdum in curibus accidit, simul exulceretur, humores adusti admisti sunt, idque Erysipelas non est purum.

Verùm de hoc tumore quantum satis, lib. 2. de febr. c. 16. dictum quæ hic repetenda non censemus; cum ibi videri possint; hoc saltem repeto, morbum primarium febrem esse. Neque Erysipelas seu Rosa, nisi cum febre, inuadit, quæ sæpe vno atque altero die antequam erumpit, ægrum affligere solet. Soluitur autem ista febris criticè per hunc tumorem; & proinde sæpe in glandulis sub alis, vel in inguinibus dolor aut tumor aliquis percipitur, donec tandem natura materiam ad extremam aliquam corporis partem depulerit: tunc enim febris solè cessare, et si tumor aliquandiu in parte affecta hæreat.

De curatione etiam hoc notandum, eam omnino, vt loc. alleg. traditum, perficiendam, dandamque operam, vt humor eius continens causa euocetur, non retineatur, cum retentis maiora mala inducere soleat, quod vel exemplo illius rustici, apud Guil. Fabric. Cent. 11. obs. 32. patet, qui cum erysipelate in sinistra manu laboraret, & ex consoris consilio per aliquot dies manum & brachium oleo ros. inungeret, dolor, inflammatio, aliaque symptomata magis magisque aucta sunt, ita vt tandem gangrena correpta sit tota manus.

CAPVT VIII.

De Bubo.

Ad inflammationes & Bubo pertinet. Est enim Bubo, vt Galenus, de differ. febr. c. 5. & 2. ad *Glauc. c. 1.* habet, inflammatio glandularum in inguinibus. Cum enim glandulæ à natura factæ sint, vt ad eas superflui humores à partibus principibus expellantur: si ii confertim, & cum iis sanguis, ad partes glandulosas detrudantur, inflammatio excitatur, id quod in inguinibus præcipuè, interdum & sub axillis, ac post aures accidit, quæ post aures inflammationes Parotides nominantur.

Cum autem humores, qui naturam ad expulsio-

nem stimulant, varij sunt, variz etiam inde oriuntur bubonum differentiz. Aliquando enim humores simpliciter vitiosi sunt, nullamque malignitatem coniunctam habent, & ex ea oriuntur Bubones non maligni; aliquando verò materia maligna est, & tunc Bubo malignus excitatur, qui rursus pro materia malignæ varietate est pestilens vel Venereus. Verùm cum de pestilenti in lib. de febris dictum sit, Venereus autem ad tractatum de lue Venerea pertineat; in genere saltem de Bubone dicemus.

Causse.

Causse.

Ortum autem habet omnis Bubo à sanguine p. n. in glandulas in inguinibus vel aliis effusus, qui tamen semper aliquem humorem vitiosum, qualiscunque etiam ille sit, qui naturam ad excretionem stimulat, coniunctum habet. Unde etiam causse antecedentes, imò & exterioræ, quæ ad generationem humoris illius faciunt, variz sunt. Partim principum tamen robur ferè semper coniungitur, quæ quod sibi molestum est, ad partes has ignobiles & emunctoria expellunt.

Hieron. Fabricius ab Aquapendente statuit, Bubones quosdam oriri saltem à sanguinis copia, & per viam expulsionis, quosdam à sanguine vitioso fieri, & alios morbos sequi, & excitari per modum criticos.

Verùm enim verò non puto, quod à sola sanguinis copia bubo excitetur, sed semper vitiosos humores, qui naturam ad expulsionem stimulant, coniunctos habeat. Hoc tamen verum est, quod Bubo nunc alium morbum sequitur, & per crisin seu perfectam seu imperfectam excitatur, interdum nullo alio morbo præcedente. Et si verò per crisin solum in timores propriè fieri dicuntur, qui alios morbos sequuntur: tamen & ii, qui sine aliis morbis oriuntur, à natura prauos & molestos humores expellente, excitantur.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur Bubo quod in inguinibus vel sub axillis tumor cum renitentia, rubore, dolore apparet, & plerumque febris leuior accedit. Et quidem si per crisin accedit Bubo, febris vel alius morbus præcessit, qui erumpente bubone leuatur, signaque bonæ crisis præcesserunt, quæ si absint, pro lympromatico habendus. Et quidem si nulla signa pestilentiz vel luis venereæ adsint, bubo est simplex, & non malignus ac contagiosus. Si verò pestilentiz signa coniungantur, bubo pro maligno & contagioso habendus, bubonè que grassante pestilentia semper suspecti sunt. Eodem modo, si æger lue Venereæ infectus sit, bubo etiam pro venereo, maligno & contagioso habendus.

Prognostica.

Prognostica.

1. Bubones non maligni & non contagiosi periculosi non sunt: cum sint in partibus externis, & fiant à natura vitiosum sanguinem ad partes imbecilles & ignobiles expellente: & præcipuè si statim suppurentur, & aperiantur.

2. Si verò diu protrahantur & tardiùs maturentur, periculo non vacant, cum in fistulas periculosas facillè habeant.

3. Bubones qui sub axillis excitantur, citiùs maturantur, cum à sanguine calidiore, vtpote quem vasa cordi vicina extrudunt, oriuntur, & pars illa ob cordis vicinitatem, plus caloris, qui ad maturacionem necessarius est, habeat.

4. Bubones verò qui oriuntur in inguinibus tardiùs suppurantur, cum à sanguine minus calido & crassiore excitentur, & sint in loco à corde remotiore, minusque frigidò.

5. Omnium tardiùs maturantur bubones, post

A aures, vtpote qui oriuntur à materia frigidiore, & sunt in loco frigidiore.

6. Quid de bubonibus pestiferis & Venereis sciendum sit, suo loco dicitur.

Curatio.

Cureto.

Cum bubo non pestilens non Venereus excitetur, Natura id quod sibi molestum est, ad partes externas ignobiliore expellere, nullo modo conatus naturæ impediendus, & materia ad interiora repellenda. Et imprimis perpendendum, an Natura per crisin, & quidem perfectam, Bubonem excitauerit, & æger inde morbo liberetur, & signa bonæ crisis adsint, tunc secundum præceptum Hippocratis, i. B. aph. 20. nihil mouendum, sed naturæ negotium committendum, & opera danda, vt bubo vel discutiatur, vel quam citissimè maturetur. Si verò quidem bubo sit criticus, crisis tamen imperfecta, humor amplius ad locum affectum attrahendus vel cucurbitulis appolitis, vel medicamentis è fermento, sapone nigro, axungia veteri, resina pini, diachylo cum gummi. & similibus.

Si verò nullo alio morbo præcedente excitetur bubo, nec tunc, vt dictum, naturæ motus impediendus: Copia tamen sanguinis secta vena immittenda, quæ tamen instituenda, vt motus naturæ ad partem affectam potius adiuuetur, quam impediatur. Si quoque vitiosi humores, quod ferè accidit, cum sanguine sint coniuncti, ii euacuandi.

Reliqua curatio in bubonibus hæc omnibus, qui maligni & contagiosi non sunt, vt in inflammationibus aliis instituenda. Hoc tamen notandum, primò, quod digerentia, quæ adhibentur, debeant esse fortiora, quam in aliis inflammationibus cum glandulæ sint partes frigidiore, ignobiliore, & exquisitum sensum non habeant. Vt fiat Cataplasma è farina hordei & lupinorum cum melie.

Vel ℞. rad. lil. alb. althæa, cucurta. a. sinin. an. ℥. j. fol. parietaria, petroselini, an. ℥. j. b.

Coq. in vino ad molliem & contendantur. Contulis & per setaceum traiectis adde farina lupinor. ℥. ij. ol. chamamel. lib. alb. an. q. s. Fiat Cataplasma.

Si humor non digeratur, in pus mutandus, & bubo maturandus. Id quod plerumque tutissimum est. Nisi enim hoc fiat, quod sæpe obseruavi, post temporis aliquod interuallum, nouus bubo, vel in eadem, vel in alia parte exoriri solet. Maturantia autem ea, quæ in inflammatione sunt proposita, vsurpanda.

Pure genito tumor incidendus, vt pus citissimè euacuetur, & quidem in inguine per transfuersum sectio instituenda, cum hoc modo tumore purgato cutis faciliùs coeat, qui dum femur flectitur, cutis vnitur.

Euacuato pure vlcus mundandum, caro gignenda, & tandem vlcus cicatrice claudendum.

De curatione Bubonis pestilentis & Gallici suo loco dicitur.

CAPVT IX.

De Furunculo.

Inflammationi cognatum est tumoris genus, Furunculus. Quod Furunculus, Græcis πυρριον vel πυρριον, Germanis Blutschmer dicitur, nimirum, vt Celsus, l. 9. c.

28. definit, Tuberculum acutum cum inflammatione & dolore, maximè que vbi iam in pus veritur. Oriùrque à sanguine crasso & vitioso, vt Galen. 5. de cop. med. f. loc. docet, nõ tam è ita exusto & cor-

Causse.

rupto, vt in Carbunculo, quem natura à reliquo secernens, tanquam infensum & inutilem in summa corporis propellit. Atque ita Furunculus oritur in cute & carnosus partibus cuti subiectis. Raro vero solitarius erumpit, sed plerumque plures simul.

Est autem Furunculorum quædam differentia. Quidam enim mites sunt, qui solam cutem occupant; alii maligni, qui altius descendunt, seu vt Paulus Aegineta, libro 4. cap. 23, scribit, Furunculorum alius est clemens alius maleficus. Clemens quidem, cum in sola cute coierit; maleficus autem curatque difficilis, cum altius radicibus actis in cutem erumpit. Interdum furunculi sunt sporadici, interdum etiam Epidemii.

Signa Diagnostica.

Signa Diagnostica.

Signa furunculorum sunt: Exigua ab initio inflammatio & pustula sensim excresecens & in acutum tendens, lumbini vni magnitudinem non excedens, cum dolore & rubore vbi ad statum peruenit, quod circa octauum, nonum, vel decimum diem accidit. Different; furunculus ab inflammatione paruitate, & materia quæ in phlegmone est bonus sanguis, in furunculo verò, crassus & vitiosus: à carbunculo verò, quod in carbunculo materia peior & magis adusta est, & propterea ad suppurationem non peruenit, eam furunculus ad suppurationem perueniat.

Si sunt furunculi Epidemii & pestilentes, sunt nigri & virides, adestque febris maligna & alia praua symptomata.

Prognostica.

Prognostica.

1. In furunculo, vt Celsus, lib. 5. cap. 28. scribit, periculum nullum est, etiam si nulla curatio adhibeatur. Maturescit enim per se atque erumpit. Sed dolor efficit, vt potior Medicina sit, quæ maturius liberet.

2. Ex tuberculis salubriora sunt, ac minus verenda, quæ extra extuberant, & acutè sunt fastigiata, atque æqualiter maturescunt, non dura, neque bifida, seu deorsum vergentia. Hippocrates, 6. epid. sect. 1.

Curatio.

Curatio.

Danda opera, vt materia furunculi causa, quamprimum in pus mutetur, ad quam rem utilia sunt medicamenta de Inflammatione proposita. Mutat autem materia in pus *triticeum* masticatum & impositum, *vna passa*, & *ficus* contusæ & impositæ, *diachylum simplex*.

Vel *℞. farina sem. lini, pulu. rad. altheæ ana ℥. ℥. caricar. ping. num. iij. passul. ex aciu. ℥. i. Coq. & adde butyri sine sale rec. ℥. ij. F. Cataplasma. Vel si dolor sit vehementior.*

℞. radic. lil. alb. ℥. i. fol. malu. viol. ana M. i. Coq. ad mollitiem, & per setaceum traiciantur; Adde farine hordei, tritici, sem. lini ana ℥. ℥. vitell. onor. ii. pingued. galli, butyri rec. ana Vnc. i. F. Cataplasma.

Vel *℞. terebinth. medulle ceruina, adipis ventalini, anserini, cera, butyri rec. mell. opt. ol. ros. ana ℥. ℥. Misc.*

Tumor hic vbi maturatus fuerit, nisi spontè rumpatur, aperiendus. Apertus mundificandus.

℞. succi api ℥. ℥. farina hordei ℥. ii. scharis ℥. j. ℥. terebinth. ℥. j. vitell. j. mell. ros. q. s. Misc. in formam linimenti.

Postquam mundatus fuerit, carne replendus, & cicatrice claudendus, vt in abscessibus aliis fieri solet.

CAPVT X.

De Phymate.

AD inflammationem pertinet & Phyma, quod, Galenus, 2. ad Glau. cap. i. & lib. 3. meth. Phyma. med. cap. 3. docet, est tumor glandularum, qui statim augetur, & ad suppurationem festinat.

Locus affectus sunt glandulæ.

Causa.

Causa seu humor Phyma excitans est sanguis, non purus, sed pituitosus, ideoque inflammatio minus magna est, & tumor hic ad Inflammationem diutius pertinet, oriturque frequentius in pueris, raro in iuuenibus, rarius in adultis.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur ex tumore rotundo, ac multum eleuato, parum rubente & ferè doloris experte in parte glandulosa.

Prognosticon.

1. Tumoris hoc genus periculo vacat, citò augetur, & plerumque absque medicamentorum opeluppatur & sanatur.

2. Facilius curatur in pueris: difficilior in iuuenibus & adultis.

Curatio.

Danda opera, vt quamprimum suppurètur. Ideoque naturæ conatus adiuuandus, medicamentis materantibus impositis, de quibus, de Inflammatione & Furunculo, dictum: quæ tamen hic in parte & causa frigidior paulò fortiora esse debent. Vtile est *triticeum* mansum & impositum: vt & *vna passa* acinis exentis. *Diachylum item simplex*, & *eum gummi s.*

Vel *℞. pulu. rad. altheæ, farina tritici, lupinor. ana ℥. j. caricar. ping. num. vi. fermenti ℥. ℥. Coq. & add. capam. sub. cinerib. colt. num. i. ol. lil. alle. q. s. F. Cataplasma.*

Vel *℞. terebinth. propoleos mell. ana ℥. i. ammoniaci aceto dissolut. ℥. ℥. ol. lilior. albor. q. s. F. Vnguentum.*

Suppuratum Phyma equidem nonnulli non statim incidendum sed prius tenrandum putant, an discutientibus materia dissipari possit, ideoque Galenus, 8 de simp. med. faculi abrotanum commendat, parietariam viticam, radices altheæ, & ammoniacum melle emollitum: sed raro hoc accidit. Ideoque tutissimum est, nisi spontem rumpatur, vt arte aperiatur, ne materia diutius detenta periculum aliquod afferat.

CAPVT XI.

De phygethla.

IN iisdem partibus corporis glandulosis aliud etiam tumoris genus excitatur, quod *phygethla* Græci. Latini Panum, vel potius vt Celsus, lib. 5. cap. 28. Panem, à similitudine figuræ nominant. Verùm causa hic calidior est, & vt Phyma à sanguine pituitoso, ita Phygethlon à sanguine bilioso ortum habet, vt Gal. 2. ad Glau. c. i. docet. Fit autem ferè hic tumor post febres, aut post dolores alicuius partis, maximeque eos, qui ventrem affestant.

Signa Diagnostica.

Phygethli signa sunt tumor, durities, calor, distensio, & dolor maior, quàm pro tumoris magnitudine. Interdum & febris accedit. Interdum tamen

tatum extra nihil percipitur, ubi scilicet materia al-
taus delitescit, sed punctiones saltem quae a minus per-
cipiuntur. Tardè hoc in moris genitum curatur, neque
1. Etè in pus conuertitur.

Prognostica.

Prognosti- 1. Phygethlon quod de subito durius non est, &
ca. quamvis non rubet, coloristamen aliter mutatum est,
melius est. Celsus, lib. 5. cap. 28.

2. Purus qui fit ex ulcere, dolore, vel collisione,
vel ex aliqua causa externa, periculo vacat. At qui
febris superuenit, sicut praecipue tempore pesti-
lenti fieri solet, siue in femoribus, siue sub aliis collo-
cè proneniat, pessimus & periculosissimus est. P. A.
glineta, lib. 4. c. 22.

Curatio.

Curatio. Si Phygethlon ex ulcere, dolore, collisione, vel
alia de causa procatarica excitetur, quemadmo-
dum alia inflammationes, refrigerantibus & repel-
lentibus eius incrementum prohibendum. Si vero
in febribus, vel alias ex intestino humorum apparatus
excitetur, repellentia locum non habent, sed discul-
tencia & resolutio vsurpanda, & si materia durior
est, emollientia addenda, vt alibea, malua, atriplex,
alsine parietaria, carica, aminoniacum.

Si materia discuti non possit, vt maturetur & in
pus mutetur, danda opera medicamentis, quae fac-
cterus proposita sunt. Tandemque, nisi spontè ape-
riatur, abscessus rumpendus & aperiendus.

CAPVT XII.

De Parotide.

Parotis. AD glandularum Inflammationes pertinet &
tumor ita dictus a dō rō cca & a nō, quod
in iuxta aures. Hippocrates, 6. epid. comm. 5. t. 1. &
alibi, in cap. 4. nominat. Est enim Parotis glandula-
rum iuxta aures inflammatio.

Causa.

Causa. Cum vero Parotis sit inflammatio eius proximam
& continentem causam sanguinem esse necesse
est. Is tamen raro purus est, sed bilis, vel pituita,
vel melancholia, imò saepe maligni & pestilentes
humores admiscetur, vnde maligna & pestilentes
parotides oriuntur. Et rarissimum est, vt sanguis
solum copia peccans naturam stimulet, vt talem
excrecionem instituat, sed accidit à vitiosis & prauis
humoribus, à quibus natura irritata, cum sanguine
tales humores ad externa loca detrudere solet. Vt
enim in hæmorrhagiis criticis non sanguis principa-
liter peccat, sed vitiosi humores; quas cum sine
sanguine expellere facillè natura non possit hanc san-
guinis excrecionem instituit: ita etiam vt vitiosos
humores à primis, ibus partibus ad ignobiliores aner-
tat sanguine vtili loco vitur. Humores autem hi
vel à toto corpore, vel à cerebro saltem trahuntur.
Et quidem non solum ex humoribus vitiosis in
corpore genitis, sed & venenis haustis parotides ac-
cidere possunt; quod huc V Vittebergæ factum me-
mini. Cum enim ancilla quaedam pisces coctura, ex
vase in quod glis inciderat, & in aqua suffocatus fue-
rat, aquam imprudens hausisset, ac in ea pisces co-
xisset. Studiosi, ni fallor, decem, cum hospitia egro-
tate ceperunt & aliquot ex iis mortui sunt. Ex iis
qui conualuerunt, duobus etiam parotides post aures
eruperunt.

Differentia.

1) Heren- Parotidum differentia præcipua sumuntur à ma-
ca. teria, & generationis modo. A materia, quod san-
guis qui parotidem excitat, vel biliosus, vel pituito-
sus, vel melancholicus est, vel etiam malignos &

A pestilentes humores admiscetur. A generationis
modo, quod alia extra febres, seu vt Celsus, lib. 6.
cap. 16. loquitur, alia in secunda valetudine oriun-
tur, natura vitiosa, aliquos humores, seu ex toto
corpore, seu ex capite præcipue ad ea loca detru-
dente, alia vero per febres, & quidem vel longas,
vel acutas easque benignas, aut malignas vel pesti-
lentes. Et sit hoc in statu aut declinatione, natura
criticè humorem eodem febres causam ad loca hæc
ignobiliora detruclente, vel in principio aut augmen-
to febrium in fine criticè.

Signa diagnostica.

B Cognoscuntur Parotides ex loco affecto, & tu-
more, dolore, ac plerumque rubore, qui post aures
apparet. Quis vero humor sanguini admiscetur, ex
humorum ignis alibi propositis cognoscitur. Si hu-
mor adsit malignus, aut pestilens, febribus talis con-
iungitur. Si à capite solum transmittatur, nulla in to-
to corpore cacochymia signa adsunt, & dolor capi-
tis præcessit, qui erumpente Parotide euanescit vel
minuitur. An criticè vel symptomaticè erumpat,
tempus morbi & signa crisi præsentia vel absentia
docent.

Signa Dia-
gnostica.

Prognostica.

C 1. Parotides, qui sine febre oriuntur, minus ma-
ligna sunt, & minus periculi habent, quam quæ sunt
cum febre.

Prognos-
tica.

2. Minus etiam periculosa sunt, quæ febres lon-
gas sequuntur, quam quæ acutas, & præcipue in
malignis & pestilentibus accidunt.

3. Salutares quoque sunt & curatu faciliores, ægro-
que à periculo liberant, quæ criticè erumpunt. Quæ
tamen in fine morbi post alias euacuationes,
sine symptomatum remissione, & cum virium de-
bilitate accidunt, periculosa & perniciosa sunt.

4. Quæ vero symptomaticè erumpunt, & ex eru-
da atque in primis rebelli materia ortum habent, per-
tinaces & mali moris sunt, ac Naturæ & Medico
multum negotii faciunt, ægrumque in maxima pe-
ricula coniciunt. Sunt enim in loco cerebro propin-
quo, è quo & humores & vapores cerebro & eius
membranis communicari possunt; vnde earum par-
tium inflammatio & delitium excitari potest.

D 5. Parotides, quæ iudicationis tempore genitæ
non suppurauerint, sed priusquam suppurantur, eua-
nescent, reuertuntur, augetur, & iudicantur se-
cundum reuersionis rationem, quemadmodum fe-
brum reuersiones in similem circuitum. Spes autem
est, & in ipsis articulis aliquos certuos abscessus. 6.
epid. comm. 4. t. 1.

Curatio.

E In curatione Parotidum imprimis spectandum, an
sint criticæ vel symptomaticæ, & cuius generis sit
humor, è quo fiunt. Si criticè erumpat Parotis,
morbusque inde tollatur vel minuat, Naturæ ne-
gotium totum committendum, ex præcepto Hippo-
cratis, 1. aphor. 20. nihilque aliud tum agendum,
quàm vt dolor lenientia, in cap. de Inflammatio-
ne, proposita, imponantur, quæ eadem opera quo-
que suppurationem adiunare possunt. In Parotidibus
verò seu criticis seu symptomaticis, siue materia sit
multa siue pauca, siue benigna siue maligna, re-
pellentia nullum locum habent, vt Galenus, 3. de
comp. med. f. loc. capite 2. docet; ne materia à loco
ignobiliori ad nobiliorem, & præcipue cerebrum
vicinum repellatur. Imò si tumor non satis erumpat,
& humor, qui morbi ratione ad partem affectam
non satis copiosè à natura protrudatur, attrahentia
leniora, vt el. chamamel. irinum, anethinum, deme-
liloto, vsurpanda. Fortiora verò cautè adhibenda, ne
dolor augetur viresque deiciantur.

Curatio.

Hinc videndum, an natura resolutionem &
discussionem

discussionem moliatur quæ medicamentis discutientibus adiuuanda; an verò ad suppurationem, quod ferè commodius est, tendat, quæ & ipsa medicamentis coctionem promouentibus adiuuanda. Vtriusque autem generis medicamenta, *supra*; capite 5. de Inflammatione & cap. 8. de Bubone, sunt proposita.

Suppuratione facta abscessus aperiendus, & vt suo loco dictum, curandus.

In Parotidibus symptomatice naturæ conatus, qui deficit, adiuuandus & promouendus, & causæ antecedentis copia, si adsit, minuenda. Si enim vel sanguinis & vitiosorum humorum copia adsit, non metuendum, vt natura ab opere & expulsiōe auertatur, sed ea oneris parte leuata, postea facilius id, quod debet, expellit.

Si tamen causæ antecedentis euacuatione præmissa, nondum satis, vt debet, expellat, cucurbitulis applicatis, vel aliis attrahentibus expulsio adiuuanda.

Hinc vel materię discussio, vel quod plerumque commodius est, in pus mutatio procuranda, medicamentis, quæ cap. 8. de Bubone sunt proposita. Vbi tamen materię conditio attendenda, & si frigidior ac crassior sit, discutientia calidiora & fortiora vsurpanda, & si metus sit, ne materia induretur, emollientia quoque vsurpanda.

Post emolliationem, & si alias etiam materia ad suppurationem tendat, suppuratio promouenda, abscessus aperiendus, & vt iam sæpius dictum, curandus.

Non verò expectandum vt spontè tumor iste tumatur; cum pus diu retentum graua sæpe symptomata accersere solet: obseruauitque Guil. Fabricius, *cent. 1. obs. 39.* quod in puella quædam cum parotide laboraret, nec tamen lecto decumberet, & sine febre esset, & etiam circa decimum quartum morbi diem abscessus ad pugni magnitudinem excreuit, qui cum non fuisset apertus, puella febre, lipothymia, nausea, vigiliis, dolore dorsi & renum correpta fuit, & licet postea abscessus spontè tumoretur, cum tamen nihil aut parum puris efflueret, sed viam deorsum quæsiuisset, ipsa è vita deceffit.

CAPVT XIII.

De Carbunculo.

Carbunculus.

Inflammationi affinis est, & proinde post inflammationem à plerisque recensetur Carbunculus, vt pote qui à sanguine adulto & corrupto originem habet. Tumor autem hic variis appellatur nominibus. Græcis dicitur *ἀπὸ πυρῆς*, Latini Carbo & Carbunculus Auicennæ Pruna & Ignis Persicus; quibus vocibus etsi diuersi tumores significari nonnulli credant, & peculiaribus capitibus, de Pruna & Igne Persico, de Carbunculo, de Anthrace egerint: tamen reuera is omnibus vnico tumoris genus significatur; quod enim Græcis est *ἀπὸ πυρῆς*, Latinis est Carbo & Carbunculus. Nisi quis hoc discretim ex Auicenna ponere velit, quod qui sine pustulis atque humiditate incipit Carbunculus, Pruna; qui verò cum pustulis vesicisque, atque effluente humiditate incipit, Ignis Persicus dicitur.

Atque hoc nomine appellatur hic tumor, quia crustam habet, quæ instar carbonis nigra est, qua de causâ etiam Pruna dicitur quod caro nigra sit, & quasi à pruna adulta ignis præterea, quod ab igne quasi partes comburantur. Quæ autem Celsus & Plinius de Carbunculo scripta reliquerunt, vix Operum Senneri Tom. III.

A Carbunculo in genere ita dicto quadrare videntur, sed speciei alicui, & forsitan epidemio alicui & non omnino morbo. Celsus enim, *lib. 3. cap. 28.* scribit: *Ab his quæ extrinsecus incidunt, ad ea veniendum est, quæ interiorius corrupta aliqua corporum parte nascuntur. Ex quibus non aliud carbunculo peius. Eius hæc nota sunt: Rubore est, superque cum non nimium pustula eminent, maxime nigra, interdum sublinida, aut pallida. In his sanies esse videtur, infra color niger est: ipsum corpus aridum, & durius quàm naturaliter oportet. Circa quem quasi crusta est, eaque inflammatione cingitur neque in eoloco leuari potest, sed inferiori carni quasi affixa est. Semper urget, nunquam horror aut febris oritur, aut virumque, & id quod vitium subtractis quasi quibusdam radicibus serpsit, interdum celerius, interdum tardius: supra quoque procedens in albescit, dein lividum fit, circumque exigua pustula oriuntur. Etsi circa stomacham faucesque incidit, subito spiritum sepe elidit. Plinius verò, *lib. 26. c. 1.* quo de nouis omnique auro priore incognitis morbis agit, scribit: *L. Paulo, Q. Martio Conscribitur, primum in Italiam carbunculum verisse, Annalibus conscriptum est, peculiare Narbonensis prævinciae malum: quo duo Consulares obiere condèntibus hæc nobis eodem anno, Iulius Rufus, & Q. Læcinius Bassus, ille Medicorum infestis fectus, hic erò pollice leuè manus enulso acie ab semetipso, tam paruo vulne eius vix cerni posset. Nescitur in occultissimis corporum partibus, & plerumque sub lingua, duritia rubens varicis modo, si d nigricans copiose, alius livida, eoque intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quàm semini indicio, quo grauatos in triduo auferit, aliquando & horrorem afferens, circumque pustulas paruas, rarius febre; stomachum fauces eum inuasit, oculis, me exanimans. Quæ qui perpendiculari Carbunculo habentem morbum, & in gangranam ac phacelum desinentem describi animaduertent.**

S Inter nos & antea incognitos morbos et in expressè refert Plinius, & in occultissimis corporis partibus plerumque sub lingua oriri scribit, sine dolore, sine pruritu, sine alio symptomate quàm somno, quo grauati intra triduum exanimantur, nullo tamore existente. Celsus verò nonnunquam etiam sine febris oriri & circa stomachum ac fauces incidere scribit; cum vulgares carbunculi in extremis corporis partibus oriuntur, grauem dolorem coniunctam habeant, & sine febre non inuadunt & locus affectus manifestè intumescit.

Sea vt ad Carbunculum vulgè inter tumores notum redeamus, ille est tumor ex sanguine adusto feruèntissimo, qui partem corrumpit, oriuntis habens.

Carbunculus quid.

Causæ.

Continens causâ carbunculi, ad stipulante etiam Galeno, in *lib. de tumorib. cap. 6. & 2. ad Glaucon. cap. 1. & 14. meth. med. cap. 10.* est sanguis calidus, feruens, & crassus; quem in *libro de aralile, cap. 4. & 5.* atram bilem esse dicit. Nimirum, vt ex *lib. 2. de differ. feb. cap. 19.* videre est, oritur Carbunculus ex sanguine feruènti crasso putrescente, & in naturam atræ bilis degenerante, aut atram bilem admixtam, & plerumque malignitatem coniunctam habente. Hic tumor etsi paulatim in corpore generari, & pravam illam naturam inducere possit: tamen ubi gradum prauitatis & malignitatis illius adeptus est, à natura ab interioribus ad exteriora & membris nobilioribus ad ignobiliora subitè propellitur. Quod etiam accidit, ubi ab externo contagio sanguis inficitur & corrumpitur, vnde nunquam excitatur Carbunculus per congestionem, sed semper defluxa à partibus, factò generatur. Et

Causæ.

properea merito Inflammationibus subijcitur, & *inflammationibus*, inflammationi propinquas esse dicitur. Neque enim solum ex atra bile, vt Cancer, generatur, sed fit ex sanguine adusto in atram bilem abeunte, vel atram bilem admixtam habente.

Generatur autem iste adustus sanguis ex prava victus ratione cibisque pravis sanguini toti materiam præbentibus. Ad quam rem etiam facit externa æris constitutio humores adurens corrumpens, & imprimis occulta & maligna eius constitutio humores deprauans, ac vix datur Carbunculus, qui omni malignitate careat.

Differentia.

Differen-
tia.

Quia tamen malignitas hæc nunc maior, vna minor est, & carbunculi alii in pestilenti aeris constitutione plurimos inuadunt, alii etiam sparsim sine pestilenti constitutione ægros corripunt, distinguuntur carbunculi in pestilentes & non pestilentes. Deinde alij oriuntur cum pustula vel pustulis, quales ab igne excitantur, quibus ruptis subiectum est vlcus crustosum, atque id plerumque accidit, & tales in specie ab Auicenna Pruna aut ignis Perlicus vocantur. Alij sine pustulis oriuntur.

Signa Diagnostica.

Signa:

Incipit, vt dictum, Carbunculus plerumque à pustula exigua; interdum vero non solum vna maculosa pustula erumpit, sed multæ exiles, veluti milij semina, crebræ in particula residentes, quibus perruptis vlcus crustosum fit, quale à candente ferro excitatur. Antequam autem pustulæ erumpunt, pruritus in parte sentitur, mox pustula aut pustulæ oriuntur. Interdum tamen citra omnem pustulam incipit carbunculus, & vlcus crustosum excitatur, crusta modò nigricante, modò colorem cinereum præ se ferente: mox breui instar bubonum excrefcit, in estundum, & acutum cum ingente calore, ardore & dolore, quæ præsertim circa vesperam exasperantur, ægrumque adeò vexant, vt vix manum continere possit, quin partem fricet, ex qua fricatione postea pustulæ plures oriuntur. Caro circumposita excrefcit, caloremque habet, & maximam *πλύσσις* concipit, colorem etiam obtinet quam in Erysipelate & phlegmone nigriorem, veluti si cum rubro aliquid nigri permixtum sit. Accedunt deinde & alia symptomata, febris nimirum, quæ vt Galenus etiam, *14. meth. med. cap. 10.* testatur, magis infestat eos, qui carbunculo corripuntur, quàm qui phlegmone erysipelatode laborant, nausea, vomitus, appetitus deiectio, tremor ac palpitatio cordis, frequentia animi deliquia, deliria, quæ omnia eò magis infestant, quò malignior materia est.

Est n. carbuncolorum quædam differentia, non solum quod sanguini illi adusto, qui est causa coniuncta carbunculi, modò hic modò ille humor admiscetur: sed imprimis quod alius carbunculus est pestilens, alius non pestilens. Nam licet omnis carbunculus sit malignus, ob materiam feruentem, adustam & putrescentem, quæ carnem corrupendi vim habet, & in meliorem & benigniorem naturam aliquam reuerti & pene suppurari non potest: Tamen non omnis est pestilens, neque omnis aduentitiam habet malignitatem, sed interdum tantam præter naturam malignitatem carbunculi etiam alia à communi aeris statu aut contagio accedit malignitas. Discernitur autem carbunculus pestilens à non pestilenti, primò pestilente aeris constitutione præsentem. Vix enim possibile est, vt vigente pestilente constitutione oriatur carbunculus, qui non ipse sit pestilens. Deinde omnia symptomata & signa, quæ carbunculo apparent, & frequentiora & grauiora sunt in pestilente carbun-

culo, quàm in non pestilente. Nam & febris, quæ carbunculo adiungitur, pestilentem naturam refert, & licet extramitior, quàm in non pestilente apparet, imò interdum vix percipitur: tamen intus magis vrit & longè est periculosior: color floridus faciei mutatur, lingua nigricat & sicca est, excrementa alui sunt liquida & biliosa, appetitus deiectus: adest nausea, vomitusque pessimorum humorum: difficultas spirandi, anhelitus factor, sudor est multus, tepidus vel frigidus. Somnus interdum planè profundus est, interdum vigiliæ infestant: deliria comitantur, animi deliquia & syncope. Quapropter etiam ab alio Carbunculo plus imminet periculi, ab alio minus. Et si non omnis carbunculus sit perniciosus. Tamen vt testatur Galenus, *3. Epid. comm. 3. 1. 12.* perniciosissimus est pestilens, seu is, qui vltra priuata malignitatem eam quoque quam status affert, adiunctam habent, & perniciosis illis symptomatibus est stipatus. Quæ si plurimum remittunt, salutis aliqua spes superest, si verò indices magis intenduntur, & vehementiora fiunt, nihil salutis sperandum est.

Prognostica.

1. Quo nigrior est carbunculus, eò peior, vt pote qui à sanguine maximè corrupto productus est. Huic proximè succedit luidus & flauescens. Minus maligni & formidandi sunt, qui colorem rubicundum habent, in quibus nimirum sanguis suam naturam nondum planè exiit, sed adhuc aliquid natui caloris & coloris retinuit.
2. Sunt etiam illi Carbunculi minus perniciosi, qui sunt parui, quàm qui sunt magni, & ex parua pustula subito ingentem magnitudinem acquirunt.
3. Sicut & illi qui soli sunt, quàm qui alios Carbunculos coniunctos habent.
4. Exitiosi valdè sunt illi, qui vbi erubuerunt, mox iterum euanescent. Materia enim translata ad partes interiores interitum affert.
5. Considerandum & hoc nonnulli censent, an pestilens carbunculus ante febrem oriatur, an vero præcedente febre pestilentiæ demum erumpat. Eius enim qui ante febrem pestilentem erumpit, tutiorem esse existimant, modò nulla symptomata superueniant, vt pote, qui indicio sit, naturam esse fortem, & pestilens venenum ante febrem propellere, quam cor occupare poterit. Illum autem qui post pestilentem febrem demum erumpit, esse periculosiorem, vt pote qui occupato corde à veneno & humoribus pravis in vniuersum corpus sese iam diffundentibus oriatur.
6. Locus quoque plus vel minus periculi metueri iubet. Mali enim habentur, qui in emunctoriis, & propè membra nobilia & præcipua hærent. Imprimis autem hic vires spectandæ, & videndum an sint fortes vel debiles. Debilis enim virtus à paruo etiam morbo prostermi potest: Contra robustior magnum quoque morbum non rarè vincit.

Indicationes.

Aliæ sunt Indicationes in Carbunculo pestilenti, aliæ in non pestilenti. In Carbone non pestilenti feruor sanguinis in toto est restinguendus, simulque cor contra malignitatem, quam rarè abesse diximus, muniendum. Reliqua curatio ad ipsum carbunculum dirigenda. In carbunculo verò pestilenti magis venenata ac pestilens qualitas vrget, quam feruor sanguinis. Neque tamen & iste negligendus.

Curatio.

Curationem ergo Carbunculi quod attinet, in ea duo spectanda, ad causam antecedentem, seu feruentem atque corruptum sanguinem, qui in

Prognostica.

ca.

Indicatio-
nes.

Curatio.

nam, & propter nimium dolorem lipothymiam interdum habet comitem.

Prognostica.

Prognostica.

1. Pro humoris benignitate malum nunc mitius nunc deterius est, Si enim materia sit benignior, symptomata sunt minus vehementiora.

2. Contra si materia sit maligna malum periculosum est, quod tamen ligamenta, & nervos vicinos corrumpit, ita sepe, ut extremus articulus cum ossis abscedat interdum totus digitus corrumpatur.

Curatio.

Curatio.

Ut de causa, ita & curatione superstitiones opinioniones vulgus habet. Putat enim si quis tempore veneno ranarum oris seu spermate dicto, contrito manus madefecerit, & spumidum siccari fuerit, manumque postea digitum hac inflammatione laborantem comprehendat, inflammationem sedari. Nonnulli talpam viam singulis annis manu comprehendunt, & conceptis quibusdam verbis pronunciantis talpam comprimendo occidunt, eoque anno omnes istos vermes se occidere posse iactant.

Verum ut hæc omittamus, legitima curatio perficitur si generali humorum evacuatione per venesectionem & purgationem: prout opus, præmissa, primo dolorem lenientia & fequorem humorum mitigantia, suppurationemque adiuvantia parti affectæ imponantur.

Repellentia vero & adstringentia parti affectæ imponenda non sunt, ne humor in partem impingatur dolor augeatur, & nervi atque os corrumpantur. Si tamen affluxus nimius sit, repellentia parti superiori propius imponantur.

In principio ergo imponendam sequens Cataplasma.
℞. farina hordei .s. fabar. an. Vnc. i. camphora Scrup. i. mucilag. sem. psyllii q. s. Misc. omnia cum aceto super igne. F. Cataplasma.

Vel ℞. succi solani, plantagin. umbilici Veneris an. Vnc. s. mucilag. sem. psyllii aq. solani extracti Drach. iii. boli Armeni Drach. s. camphora gr. v. ol. rosac. myrini an. Vnc. Sem. Misc.

Vel ℞. mucilag. sem. psyllii succo vel aq. plantag. extr. Vnc. ii. boli Armen. Drach. i. aceri Vnc. s. Misc. Vel albumen oui cum ol. viol. mixturam imponatur.

Commendantur etiam vermiculi illi qui in medio echino plantæ diplacii reperiuntur, si viui virgibus affectis circumligentur.

Vbi ad suppurationem tendit materia:

℞. farine sem. fenigraci, lini an. ℥. s. vitell. oui i. butyri rec. ℥. i. pingued. gallinae ℥. iii. Misc. si igne F. Vnguentum.

Vel ℞. mucilag. sem. psyllii Vnc. i. farine sem. lini, fenigraci, an. Drach. iii. vitell. oui i. croci Scrup. i. pingued. gallinae, butyri rec. an. Vnc. i. Misc. F. Cataplasma.

Puregenito abscessus aperiendus, & pus, quod raro bonum, sed saniosum est, educendum. Pure euacuatō tale abstergens & incarnans vsurpandum.

℞. aloes epaticæ ℥. iii. myrrha, thuris, sarcocolla an. ℥. i. storacib. clara ℥. s. mellis ros. col. ℥. ij. Misc.

Guilhelmus Fabricius, cent. 2. obs. Chirurg. obs. 97. non expectat inflammationem, aut notabilem tumefactionem, & suppurationem, sed in muliere quæ dolore acerbissimo in extremitate digiti, cum febre, lipothymia, nausea aliisque symptomatibus laboravit, curationem sic instituit. Primo digitum lacte vaccino in quo flores chamæmeli, meliloti, semen fenigraci & cydoniorum incocti fuerit, aliquantulum fomentavit. Deinde super faciem cutis paulatim dissecauit. Abrasa cute macula quædam rubicunda apparere: quibus albae cuticelli incisus, guttulam visam ad alteram aquæ rosæ sub cute iuvenit. Illa vacuata,

A linteum madefactum aqua vitæ, vbi non nihil theriacæ dissolutum erat, applicuit. His statim sedatus est dolor; atque hoc vinco remedio altero die sanatus fuit digitus.

In alia quoque matrona, quæ triduo propter paronychiæ doloris vehementiam dormire non poterat, abrasante maculam huius magnitudinis O in apice digiti sub cute iuvenit, in qua vix guttula vna ichoris contenta fuit. Incisa macula applicatoque ipsi digito gossipio intincto aquæ vitæ, in qua dissoluta fuerat theriaca, manu vero & carpo linteo reduplicato ac imbuto posca, statim cessauit dolor: ita ut postero die plenissime sanatus fuerit digitus. Addit autem idem, statim ab initio incisionem hanc fieri debere, alias ex concursu humorum inflammationem & tumorem excitari, atque lubricam carnem, in eam etiam ossa erodi. Est enim cutis ea in parte admodum densa, ita ut materia paronychiæ, quæ peste maligna est, quum nullo modo exhalare possit, maiorem acrimoniam & venenositatem acquirat, digitus quoque, in eam tota manus, propter doloris vehementiam inflatur, parumque prodest incisio hæc, nisi prius materia cocta & in pus conuersa fuerit.

C A P V T X V.

De Perionibus.

C D Atur & peculiare genus Inflammationis, quod Perionibus nominant; Græci *χρημα* & *χρημα* *χρημα* seu hinc dicitur, Estque Inflammationis genus, quod tempore hiberno in calcæcis, digitisque pedum ac manuum oritur. Vidi etiam Nobilem virum, qui tale Inflammationis genus in extremitate nasi haberet.

Causæ.

Oritur quidem hoc Inflammationis genus à frigore hiberno, dum non solum ab eo pars debilior & ad recipiendam aptior redditur, sed & à dolore sanguinis ad partem hæretæ dicitur.

Hoc tamen consideratione dignum est, qui fiat, ut qui partium extremarum tempore hiberno refrigerationem insignem passus sit, æstate quidem bene habeat, tempore hiberno vero annis aliquot, & donec malum penitus sit viduum, insignem pruritum dolorem & tumorem in parte refrigerata sentiat; & quamuis tempore æstiuo nihil mali senserit, statim sub initium hiemis malum recrudescat, & prius in parte affecta percipiatur: quod fortem aliquam impressionem in parte relictam esse arguit. Neque enim qui valde refrigerantur, nudam saltem alterationem patiuntur, sed aliquid substantiale parti affectæ communicatur, quod vel illud docet, quod poma & ova congelata, si aquæ frigide iniciantur, gelu ex eis extrahitur; ut tanquam crusta extra ab hæreat, & poma ac ova ad naturalem statum redeant: contra vero si in aquam calidam coniciantur, flaccescunt, nigra euadunt, & corrumpuntur quod tamen nullo modo fieri deberet, si nuda esset alteratio. Itaque ex dolore partem affligente, sanguis ad partem affectam trahitur, qui inflammationem excitat.

Signa Diagnostica.

Præcessit extremarum corporis partium aduentus aëris externi iniurias minus debita tutatio & inde refrigeratio, adest pruritus & dolor qui non solum semel & postquam æger ab externo aere, refrigerationem passus est, percipitur, sed licet tempore æstiuo & autumnali cesset, circa initium tamen hiemis reuertitur: pruritus rubet, & non desinit. Nonnunquam etiam exulceratur.

Signa Diagnostica

Prognosticum.

Tumor hic equidem periculum nullum adfert: tamen nisi ita curatur, malum diuturnum efficitur, dolorque hic pluribus annis ægio molestus est, parsque interdum exulcerari solet.

Præservatio.

Ne partes ab externo frigore lædantur, necessarium est, ut tempore hiberno ab eius iniuriis bene muniantur. Et quidem ne pedes lædantur, utile est tibi alias seu soccos lineos spiritu vini, præsertim ea parte qua pedes tegunt, humiditatis induere. Cùm verò non omnes partes à frigore læci muniri possint ne tamen postquam in aëte frigido versatus est homo aliquid damni patiat, partes refrigeratæ, non primò qualitate contraria alterandæ sunt, sed potius, ut causæ, quæ sese parti insinuavit, tollatur, danda opera. Ideoque quod vulgò etiam in regionibus septentrionalibus notum, & annotavit Guiljel. Fabricius, de gangrana & sphaecels capite 10. pars refrigerata non igni attonenda, aut calida ei imponenda hoc enim si fiat, frigore, aut potius atomis frigidis, in parte retentis, & ad penitiora partis affectæ detrusis sævissimus dolor oritur, imò interdum gangræna excitatur: Sed pars refrigerata niue perspicanda, ut à simili frigus vel frigidum è parte affecta extrahatur; eodem modo, sicut poma vel ova congelata in aquam frigidissimam comecta restituantur sicut naturæ, extracto gelu extra putamini adherente. Vnde Septentrionalium regionum meolæ, ubi iter fecerunt, non ingrediuntur hypocaustum, aut ad ignem accedunt, nisi prius manus, nasum, & extremas auriculas niue bene persicuerint, aut pedes prope congelatos aquæ frigidæ aut niui immerterint. Refertque, allegato loco, Fabricius, sibi virum nobilem fide dignum narrasse, se cum eas regiones peragraret, incidisse aliquando in viatorem secundum viam frigore rigidum & pene mortuum, quem plastro suo impositum cùm deduxisset in diversorium, hospitem illico demersisse eum in aquam frigidam, quo facto vndique ita erupit gelu, ut ipsius corpus glacie ceu ferreo thorace contactum conspiceretur: Tum ipsi propinatum fuisse cyathum hydromelitis, addito paluere cinnamomi, gariophyllorum, macis; vnde sudor in lecto provocatus est, & æger ad se rediit.

Curatio.

Vbi iam congelatio illa sedata, & frigus maxima ex parte extraxum, vel sponte exhalavit, quod ex dolore pungente sedato cognoscitur, pars fovenda lacte dulci tepido, in quo rosmarinus, origanum, salvia, folia rutæ, bacce lauri coctæ sunt. Utillissimum est, quod remedium etiam vulgò notum, si pedes vel manus immergantur, aquæ calidæ in qua rapa; præcipuè frigore aut congelata, cocta fuerunt.

Vel ℞. vini albi ℞. i. aluminis Vnc. i. Bulliant cum vino, & cum eo pars abluatur. Vale est & decoctam lupinorum: postea pars melle in quo Æris viuum coctum sit, illinatur.

Efficax est & hoc; ℞. ol. laurini ℞. ii. mellis ℞. i. terebinth. ℞. β. Misce.

Vel ℞. terebinth. butyri. sale macis an. q. v. Misce. Vel oleo de cera pars illinatur.

Si pars iam exulcerata sit, utile est alumen cum æquali portione thuris contritum, vino adiecto: vel ol. ros. in rapo vel radice raphani excavata cocto & expresso.

Vel fiat unguentum ex cavcris fluvialibus combustis cum melle & oleo rosarum.

Vel ℞. rube. medulle tauri, unguenti rosac. an. q. f. Misce.

Vel ℞. cera, pingued. suill. an. ℞. i. litharg. argent. ve

A plumb. g. Drach. x. cortic. pini Vnc. ii. manna iburis Vnc. i. ol. rosac. q. f. F. Unguentum.

CAPVT XVI.

De Eschymomate.

Effunditur etiam interdum sanguis integra cute in spacia partium, vnde affectus oritur, qui *ἰσχυμώμα* seu *ἰσχυμώσις* appellatur, Latini, *Effusionem*, *Suffusionem*, *Suggillationem* verterunt. Est enim *ἰσχυμώσις* nihil aliud quam *χυμὸς ἰσχυρὸς*, hoc est, humorum, id est, sanguinis in spacia vicina, ob vasorum apertionem effusio, si nimirum cute integra *ἰσχυμώματι* venæ succum quem continent, id est, sanguinem effundant, ut Galenus 2. de fract. comm. 6. loquitur, & vel ora vasorum dehiscant, quod fit in *ἀσπρωμῶσι*, vel perunicas vasorum rarefactas sanguis quasi exsudet, & transcoleitur: quod Græci *διαιρέσις* nominant, vel ex contusione vasa solvantur, quod fit si quis ex alto cadat, aut rei alicuius grauioris pondere opprimatur, aut clava lapide, stipite percussatur; vel ex motu aliquo & tensione violentiore vas rumpatur. Tum cute integra, in spacia vicina sanguis effunditur, vnde color, qui in parte est, mutatur, & principio quidem rubens apparet, post fit lividus, hinc flavescent, viridis, nigricans. Vnde Galenus, libro de tumoribus præternatur. cap. 10. & 10. de simp. med. fac. capite 9. duas *ἰσχυμώματι* species constituit, vnam, quam nomine generis *ἰσχυμώματι* appellat, cum pars medium colorem inter rubrum & nigrum obtinet, quæ proprie *πυλινία*, hoc est, livida, & affectus Livor appellari potest: alteram *μυζοματι*, h. e. nigrores appellat, quæ senibus præcipuè, quoties eorum venæ contusæ, vel alia de causâ reseratae sunt, familiares sunt, & ex levi occasione accidunt, sicut contra *σπινθί* & liuores pueris, malieubusque, & colorem candidum habentibus accidunt.

Est v. sæpius & plerumque pars intumescit non attollitur, sed ita sanguis effusus in spacia partium sese insinuat, ut nullus tumor appareat tamen interdum pars intumescit, si copia eff. si sanguis maior sit, quod aliquando etiam post venæ sectionem accidere solet si nimirum vena tota percundatur, vel vulnus quod in cute est, claudatur, illud verò quod in ipsa vena est, apertum relinquatur. Hinc enim per vulnus illud, quod in vena est, sanguis effunditur, cui cùm clausa plaga in cute exitus non pateat, sub cute sæpe in totum brachium effunditur, & interdum tumorem quoque aliquem excitat, semper verò colore rubeo & livido cutem tingit.

Diversus verò affectus est, & diverso modo oritur *ἰσχυμώσις*, cum sanguis non extra venas effunditur, sed ob spirituum sanguinisque molem venæ & arteriæ quæ in cutem desinunt, sanguine replentur, atque inde corpus coloratum redditur, ut apparet ex Hippocrate, 2. epid. sect. 4. in fine, ubi scribit: *ὀπτιμὸν δὲ εὐδυνίαν ἔμποναι καὶ χυμώσις ἀναίψιος ἔστω, καὶ ἰσχυμώσις* h. e. diligentia adhibenda, ut animi excandescencia inducatur, & coloris reparandi & sanguinis infundendi.

Et quidem quocumque in loco fiat sanguinis talis effusio, in genere *ἰσχυμώσις* nominari potest: pro affectarum tamen partium diversitate Paulus Aegineta, libro 4. cap. 30. tres species, quæ peculiaribus nominibus appellentur constituit. Prima est, τὰ καλέματα ὀσάμα, quæ Hippocrati sunt *σπινθί* quasi sub ocularia, id est, liuores sub oculis. Dicitur a. *ὕπνοιο ἀπὸ τοῦ ὀσά*,

Ecchymoma seu Ecchymosis.

Ecchymosis quid?

ἰσχυμώσις.

ab oculo, quod sit sub oculis, aliusque est affectus quam *αἰματώδης* per o & v, à pure, quod *αἰματώδης* Graecis, quod sit puris sub cornea collectio. Secunda species est *αἰματώδης* quam nonnulli in specie suggillationem vocant, sanguinis nimirum in annatam vel corneam oculi effusio, de qua libro 1. *practico. part. 1. sectione 2. capite 32.* dictum. Tertia species est, quae contusis vnguibus fit, quam *αἰματώδης* appellat, Latine Subunguium appellari possit.

Coarctio.

Interdum cum *αἰματώδης* & contusio coniungitur; imo interdum tanta sanguinis copia effunditur, vt sub cute & musculis collecta sinum quemdam efficiat, partemque in tumorem attollat. Dolor quoque pro partis ratione interdum coniungitur, vnde accidit, vt plus sanguinis affluat, atque inflammatio, & tandem gangraena excitetur. Notabilis huius historia habetur apud Io. Philippum Ingrassiam in *Iatropologia*. Cum enim anno 1537. 8. Cal. Quintil. in Hippomachia seu haistudio, Marchio Terrae nouae cum Barone Volaterrano concurreret, accidit, vt armatum genu Marchionis, iuvenem Baronis tibiam ingenti equorum impetu ita percuteret, vt illius contusio insignis fieret, è qua aeger post triduum mortuus est. Ob quam in opinatam mortem in iudicium Medici vocati quasi curationem minus rectè egissent. Pro quibus Apologiae lib. duos *Iatropologiae* nomine conscripsit Io. Philippus Ingrassias. Alia etiam historia, quae docet, quam periculosa sint contusiones, & quam facillè in gangraenam degenerent, existat apud Guil. Fabricium, *cent. 2. obs. 83.* quae ibi videatur.

Signa Diagnostica.

Signa.

Suffusiones & haec suggillata facillè cognoscuntur. Nam & ipse color & Tumor, si quis adest, sub censum cadit. Causae ex iis, quae praecesserunt, & praesentia sunt, cognoscuntur. Etenim si externa aliqua aliqua causa, ictus, lapsus & similes praecesserunt; ex aegri relatione id Medicus percipit. Si verò nihil horum acciderit, ipsum sanguinem in corpore considerabimus, & qua ratione is peccet, perpendemus.

Prognostica.

Prognostica.

1. Quamquam verò *αἰματώδης* sine plerumque sine omni periculo; & sanguis, qui adhuc tenuis, facillè discutitur: tamen si hoc non fiat, & sanguis diutius in parte affecta extra vasa sua detineatur, periculo non vacat; cum & ipsius partis affectus corruptio, & totius corporis damnum sic excitari possit. Sanguis enim concretus, nisi mox insensibiliter discutatur vel in pus mutetur, quod necessario fit, vbi caro simul valde contusa est, atque hinc pars molis adhuc manet, vel putrescit & corrumpitur, atque gangraenam parit, & aegro non raro Interitum affert.

2. Periculum autem hoc imminet cum pars affecta non manet amplius viridis aut livida, sed inflammatur & fit rubicunda, durior ac tensa. Cuius rei insignis historia antea ex Ingrassia relata fuit.

Curatio.

Curatio.

Quantum itaque Curationem attinet, Imprimis agemus de curatione illius Ecchymomatis, quod contusionem sequitur. Nam & illud frequentius accidit, & huius curationem qui nouit, etiam sine Medicamentorum habebit, quibus reliqua curetis cum medicamenta discutit, quae hic proponentur, etiam in reliquis locum habeant. Primum itaque si contusio sit magna, danda, diligenter opera, vt sanguinis ad locum affluxus praecaveatur, ne inde Inflammatio excitetur: Id optimè fit per Venae sectionem, qua de causa Galenus iubet, vt in casu ex alto, & in percussionibus vena aperiatur, atque

etiam si sanguis non valde abundet, vena aperta detrahatur, ne inflammatio excitetur, vnde praua symptomata, & saepe mors, originem habent. Et quidem mox instituenda est Venae sectio, simul quoque circa partem defensiuam & repellentiam ad mouendam, quae sanguinis in partem affectam influxum prohibeat, qualia conficiuntur ex *bolo armeno, terra sigillata sang. dracon. ros. myrtillis, nucibus cupressi, gallis, balaustris, rad. consol. minor. & similibus.*

Vt *℞. boli arm. terra sigill. an. ʒ. i. b. creta ʒ. Sem.*

Coq. in aceto. Postea

℞. pulu. ros. rubr. rad. consolid. farin. volatill. an. ʒ. Sem. Cum ol. myrtillor. F. Cataplasma.

Vel saltem quod in communi vsu est album, oui cum aq. ros. conuallatum, cum stuppis, praecipue cantharis, loco affecto applicetur.

B

Vel *℞. alb. ouor. num. iv. ol. myrtin. rosar. an. Vnc. i. boli armen. sang. dracon. an. Vnc. Sem. nucis cupressi ʒ. ii. aceti parum.* Misc.

Atque hic notandum, ne multa humida & viscosa adhibeantur, per talia enim humida sanguis extra venas elapsus facillè putrescit, vnde postea praua symptomata oriri solent.

Verum enimvero cum ex lapsu ab alto, percussione & similibus non solum sub cute & exterioribus sanguis colligatur, sed saepe eodem modo, vt in ambitu corporis, ex valis reseratis aut ruptis, in interiora sanguis effundatur, qui ibi in grumos concreuit & corrumpitur atque Inflammationis & prauas febres, mala symptomata & non raro mortem inferre solet: danda opera, vt eius concretio impediatur, is dissoluatur, & per aluum, vrinam, vel sudores euacuetur, & quidem maturè. Nam vbi sanguis putredinem conceperit, non ita facillè, & non nisi exquisitissimis remediis malum curatur. Quapropter quamprimum adest suspicio, de sanguine extra venas ad interiora elapso, qui per externa discuti non potest, sequentibus vtendum; *Rhabarbaro, raphanico, terra sigill. spermat. ceti oculis ʒ. mumiæ, coralliis rubris, C. C. rubra tinctorum, cum aq. cherefol. card. mar. hy. peric. fumar. alex. beng. carduib. scabios. syr. acetos. citri, aceto, & similibus, quae ex seqq. formulis patebit.*

℞. Rhabarb. terra sigill. boli armeni, mumiæ an. ʒ. i. F. inde puluis, de quo datur vna vice ʒ. i. cum aq. cherefol. vel bursa pastoris.

D

Vel *℞. terra sigill. oculor. ʒ. an. Scrup. i. spermat. ceti, sanguinis hirci praep. rad. angelic. vincetoxic. rhabarbari cl. an. ʒ. Sem. sem. carduib. gr. vii. caryophyll. gr. iii. F. pulu. pro duabus dosibus cum seqq. aquis propinandus.*

℞. Aqua infusionis laxendul. ʒ. i. cherefol. hyperici frago. an. ʒ. i. Sem. aceti vini ʒ. Sem. M. pro duabus dosibus.

Vel *℞. terra sigill. rubia tinctorum mumiæ, symphyti, rhabarb. an. Scrup. i. m. F. puluis.*

Vel *℞. rhabarb. rad. rubia tinctor. mumiæ, ocul. ʒ. sem. cardui Mariae, rad. aristol. rotund. an. ʒ. i. misc. F. puluis detur vna vice ʒ. i. cum Sirupo acetosae*

Commendatur & à quibusdam aqua nucum.

Vulgò exhibent *spermat. ceti ʒ. i. dissolati in aceto*

E

aut conueniente aqua. Sunt quoque apud nonnullos in vsu & quidem felici cum successu Vnguenta, quae etiam intra corpus assumuntur, atque id circo potabilis nominantur, vt *Vnguent. rubrum potabile Augustanor.*

Vel *℞. sanicula viridis ʒ. iv. fol. beconic. sem. fenniculi, baccar. iuniperi immatur. an. ʒ. iii. rad. helenij symphyti maioris, ruta, hedera terrestris, rorismar. radic. raphanici an. Vnc. ii. Concisa terantur cum baryri recent. lb. iii. Stent ad Solem diebus 8. Postea*

affunde aqu. *sanicula cyathum* i. Coqu. ad aqu. & fircori. contumtionem, hinc butyrum sic eis imbuti in expiuiatur & ad vsum seruetur. Dosis ℥. ℥. bis quotidie cum cereuisia calida sumenda, eoque foris locus affectus inungi potest, sed non mox in principio.

Vel ℥. *herb. absinth. abrotani* an. M. ii. *alchimilla, artemis, consolida aur. min. sal. min. chamaedr. centa. min. cruciata, steniculi, fragar. fenigr. heroda terrestris, byssopi, lauend. millefol. maiorana, malissie, prunella, pulegii, pyrola, pimpinella, rosismar. saluia sanicul. satyria, spicanardi, veronica, veruena* an. M. i. *rad. althae, garyophyllat, consol. mai. angelica, pimpinella, tormentilla* an. Vng. j. Herbas & radices virides collectas M. Maio aut Iunio, coq. in butyri maial. lb. vi. adde *Vini q. s.* Bulliant simul ad perfectam coctionem, cauendo ne addurantur, addendo *ol. laur. rec.* Vnc. iv. *spermat. ceri* lb. ℥. F. Vnguentum viridis coloris. Dos. Vnc. i. ex aceto aut cereuis. quod etiam vulneribus extrapoteff adhiberi.

Vel ℥. *rad. tormentill. distamn. sanicul. consol. maior. consol. syraccen.* an. Vnc. ii. *castorei* Vnc. i. (quod tamen ob saporem ingratum potest omitti) *rubia tintor.* Vnc. iii. *butyri maial.* lb. ij. *vini rubri q. s.* Misc. & coq. ad contumt. vini. F. Vnguentum. Cui adde *spermat. ceri* ℥. i.

Topica.

Quantum ad Topica, initio adstringendum aliquid discutientibus permiscendum est. Cum enim tumores venarum de quibus sanguis effusus est, contusa non nihil sint constringi aliquantulum & condensari debent, ne noua materia ob dolorem attracta effundatur: cum si sola digerentia adhiberentur in principio, non solum sanguinem, qui extra vasa effusus est, discuterent, sed etiam sanguinem, qui in contusis venulis est, attraherent. Postea ut contusa venula ad statum naturalem redeant, sola digerentia vsurpanda. in hunc vsum nonnulli, quod precipue verberatis optimum est remedium, agnum inuoluunt *pellis arietis* recenter detractae, & adhuc calenti, confersa *Ole. baccis myrti, pulu. nasturtii*; aut si desit pellis, inungatur *eger ol. rosar. myrtin. lumbricor.* quibus admisceantur *pulu. rosar. rubr. aut baccar. myrti.* Sequenti die tale Linimentum adhiberi potest.

℥. *Vnguenti dialthae* Vnc. iii. *ol. lumbricor. chamaem. anethini,* an. Vnc. i. *terebinth.* Vnc. ii. *far. fenigr. pulu. rosar. rubr. myrtillor.* an. Vnc. Sem. *croci* Scrup. i. F. Liniment. aut cum s. q. cere F. Vnguentum.

Si particularis aliqua sit contusio, tale linimentum in principio illiniri potest:

℥. *ol. ros. myrt. chamaem.* an. Vnc. i. *ovor. album.* num. i. *pulu. myrtill. ros.* an. Drach. ii. Misc. Postea tertia die pars affecta foceatur *de sebo chamaemel. absinth. cumini.*

Potest etiam proximè propositum Linimentum adhiberi. Efficacissima autem est in curandis soggillatis *radix sigilli Salomonis*, quae vel recens, vel tempore hiberno vino macerata & contusa cataplasmatiforma apposita vnicæ saepe nocte soggillationem tollit; adeo, ut parti affectae natius color redeat.

Vel ℥. *rad. consolid. vtriusque* an. Vnc. iii. *flor. chamaemel. melilot.* an. P. ii. *farin. herd. fenigr. fabar.* an. Vnc. i. *pulu. absinth.* Vnc. ℥. *sem. cumini* Drach. i. *croci* Scrup. Sem. Misc. F. coctura Cataplasmata.

Commendatur etiam *nux rancida* contusa *sem. raphani* cum *caricis*, *sinopi* cum *accio*, *rutia* cum *melle.*

Vel ℥. *rad. viridari* Vnc. j. Sem. *sigilli Salomonis* Vnc. iv. Radicibus et non uis est de *aq. flor. sambuci, lil. albor. fl. fabar. ar.* Vnc. iv. *aceti vini* Vnc. ii. *alum.* Drach. vi. *fellistaurini* i. m. r. Stent in digestionem celsus dulcis, & quotidie agitentur.

In hac aqua pannilinei madefiant, & parti affectae imponantur.

Vel ℥. *sang. columb. cumini, chamaemel.* an. Drach. i. *farinæ fenigr.* Drach. ℥. *spicanardi celtica* Scrup. j. *vini maluatici q. s.* F. Linimentum.

In specie in tumore ac liuore post venæ sectionem commodè adhibetur *ol. rusae*, & loco affecto imposta *folia rube* in oleo communij cocta.

Quod si his medicamentis non cedat malum, neque sanguis extra vasa elapsus in discuti possit, cucurbitulae, si locus ferat, sunt adhibendae, quae efficacissimum sunt remedium ad extrahendum quicquid altiori loco continetur, & quidem si opus est, scarificationes adhibendae, ut manifestè aliquid sanguinis effundatur.

Verum si his omnibus non possit fieri resolutio, sanguinis & suppurationis nota adsint, ut pote cum locus non nihil intumescit, ad tactum apparet mollis, dolor quidam pulsabilis & rubedo circum incipiat apparere, iuuanda est ex vulgata Cheirurgorum doctrina & promouenda suppuratio. Facta suppuratione vlcus purgandum & detergendum, carne implendum, & tandem cicatrice claudendum. In suppurationum tamen vsu cautio adhibenda, & ex iis non nisi moderata adhibenda. Facile enim si hac in re quid peccetur, vlcus sordidum & putredo in parte excitari potest. Hoc itaque cum animaduertent recentiores quidam Cheirurgi, admonent, ut cum animaduertimus contusionem in apostema mutari, non expectetur perfecta suppuratio. Nam si pus quod ex sanguine concreto generatur, detineatur diutius in loco affecto, multa mala, ut febres, dolores, & ingnem putredinem excitare, partesque vicinas, nervos & ossa corrumpere potest, vnde postea vlcera *gangraenae* & fistulae non raro originem sumunt. Neque etiam admittunt illa emollientia & suppurantia Emplastra & Cataplasmata; cum iis facile putredo, &

alia, quae inde oriuntur mala, in parte excitari possint. Sed suadent potius, ut talis locus, in quo sanguis concretus, qui iam apostema excitat, continetur, scalpello aperiatur, & in vlcus turunda Aegyptiaco vnguento inuncta indatur, locusque totus conueniente aliquo Emplastro, quod calorem natium conferuet, & a putredine defendat, muniat. Imprimis verò hoc obseruandum censent, si in lateribus, ventre, aut dorso contusio facta sit. Tum enim diligenter attendendum, an tertio, quarto aut quinto die in loco, in quo contusio facta est, tumor cum dolore oriatur, & indies augetur, ac dolor pulsabilis excitetur, aegerque tactum eius loci non bene ferat, in circumferentia rubedo aliena appareat respiratio fiat difficilis, calorque aliquis in corpore se prodar. Nam quando haec apparent, licet nullus in partibus externis appareat humor, pus colligi & apostema excitari indicio est. Quapropter ne pus ad interiora sese conuertat, cuniculos agat, & partes interiores erodat, aegroque hoc modo mortem aut diuturnos morbos accersat, locus maturè aperiendus est: aperto siquidem loco facile pus effluit. Vlcus postea, ut dictum est, tractetur, non neglecta venæ sectione, & potionibus vulnerariis. Emollientibus v. & suppurantibus vix aliquid profici censent.

Quod si contusio magna sit, aut in cura aliquid peccatum sit, ac locus liuidus & emortuus, ob caloris nativi suffocationem, fieri incipiat, ut gangrana & *gangraena* metuenda sit, imprimis adhibenda

Morbi enim qui ab aliis morbis simpliciter pendent, nullam peculiarem mutationem requirunt, sed iis ablatis & ipsi tolluntur.

Generatur autem iste humor, qui oedematis causa, angustificationis vitio, de quo *lib. 3. Pract. part. 3. sect. 2. cap. 1.* dictum

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur Oedema hoc modo: Tumor est mollis, laxus, & si digito prematur, facile cedit, ac fouea & vestigium digiti relinquitur. Pituita enim humida, partem emollit & laxat, & crassior est & ad motum ineptior: Est sine dolore, aut certe cum exiguo. Nam pituita partem laxat, nec unitatem soluendo dolorem excitat. Color est subalbidus: Abest calor, nec ulla ut in aliis tumoribus percipitur pulsatio: Quibus signis Oedema ab aliis Tumoribus discernere facile est.

Prognostica.

Prognostica.

1. Oedema per se periculosus morbus non est, neque enim ipse morbus magnus, neque causa prava, nec aliquod symptoma malum coniunctum est. Et si quod saepe aegris oedemate laborantibus sit periculum, ut accidit in phthisi, cachexia & hydrope, id evenit non ob oedema, sed ob morbos illos, quos sequitur Oedema. Quapropter distinguendum est, an Oedema ex se oriatur, an verò alios morbos subsequatur: quandoquidem quod partium nutritioni designatarum insignia vitia sequitur, periculo non caret. Etsi enim post longos morbos non raro pedes sine periculo intumescant, ex collectis per morbum cruditatibus; tamen si ob refrigerationem, aut aliud epatis vitium accidant talia Oedemata, periculosa sunt, & ob causas illas à quibus pendent, mortem minantur. Si autem nihil tale cum Oedemate coniunctum sit, omne etiam periculum abest.

2. Etsi verò oedema periculosus morbus non est: tamen est diuturnus; materia enim est frigidior, quæ non nisi tempore diuturniori vincitur.

Terminatur verò per resolutionem, nisi, interdum quæ accidit, materia induretur.

Curatio.

Curatio.

Quantum ad curationem, primò considerandum, ut modò dictum, an alium aliquem partium nobiliorum morbum sequatur Oedema. Hoc enim si accidat, præcipuè curandum, ut morbus ille, à quo dependet, tollatur; cum curari, nisi hoc sublato, non possit, & sublato morbo illo primario, spontè euanescat. Si tamen quid molestiæ afferat Oedema, fricare partem oleo cum sale misto utile est, aut fouere spongia vino, in quo absinth. coctum sit, imbuta. Si verò sine alio morbo oriatur Oedema, primò causa, à qua materia illa suppedatur, tollenda. Initio itaque victus ratio instituenda talis, quæ non facit ad pituitæ generationem, sed quæ potius eam absumit. Aer nimirum, in quo æger versatur, sit siccus. Cibus autem & potus attenuandi & siccandi vim habeat. Sit ergo æger in cibo & potu parcus, ut calor naturalis non obruatur, & eo debilitato cruditates generentur, sed potius ut cruditates illas calor absumere & rectius elaborare possit. Panis sit bene coctus & fermentatus: à pane verò non fermentato æger abstineat, cætera & iuscula sint rariora. Non conveniunt pisces, nisi saxatiles, & qui carnem solidiorem habent, qui & ipsi, sicut & alij cibi aromatis & herbis siccantibus condiantur. Danda opera ut alius quotidie suum officium faciat, quod nisi fiat, aliquid de aloë ante cibum assumere utile est, quæ aluum linit, ac humiditates absumit & exsiccat. Ante cibum, si sine partis affectu damno fieri potest, æger se exerceat, ut humiditates superfluas absumantur,

& calor nativus excitetur. Somnus tandem sit noturnus, & quidem brevior.

Secundò, Venæsectio in legitimo Oedemate locum non habet: nullo enim modo sanguis hic peccat, sed pituita. Humores verò frigidi & crassi in corpore concoquendi & euacuandi sunt. Digerenda primò materia & coquenda calefacientibus & siccantibus, qualia alibi passim de humoris pituitosi præparatione proponuntur; e quibus commodissimè aliquod hydromel aut exymel confici potest. Si tamen humor saltem serosus sit, coctione opus non est.

Euacuanda postea est materia medicamentis pituitam educentibus, quæ alibi sunt proposita. Quod ipsam partem affectam attingit, pituitosus humor qui in eam confluit, euacuari debet; quod fit per repellentia & digerentia seu discutientia. Repellentia tamen si usurpantur, non tam adhibentur ad humorem retro pellendum, quàm ad partem confirmandam, & exiccandam ac absumendam materiam, quibus etiam aliquid ex iis, quæ discutienti vim habent, meritò additur. In hunc finem vitur Galen. spongia nova, aut si nova desit, alia nitro & lixivio abluta, & posca, id est, mixtura aceto & aqua, imbuta. Potest etiam pro spongia stappa caunabis usurpari. Quod medicamentum si non satisfaciat, aceti quantitas augeri potest, & parum aluminis admisceri. Quod si & ipsum finem non assequatur, ad fortiora progrediendum.

Ut *℞. flor. ros. rubr. chamamel. fol. myrti, absinth. an. M. ℞. balauft. nuc. cupress. an. M. j. alumin. salis commun. an. ℥. j. ℞. Coq. in aceto & aq. vel lixio. & per spongiam, linteum aut stippam applicetur.*

Vel *℞. fol. salicis, myrti, absinth. flor. chamamel. hyperici, an. M. ℞. Coq. omnia in lixivio, usque ad eius consumm. postea contundantur & addatur ol. myrtin. rosac. absinth. an. ℥. j. salis M. ℞. niri ℥. j. F. Cataplasma.*

Vel *℞. nuc. cupress. balauft. an. M. ℞. flor. chamamel. ros. rubr. fol. absinth. an. M. ℞. farina hordei, lupin. an. ℥. ℞. alumin. ℞. iij. aloës, myrrh. an. ℞. j. croci ℞. j. Coq. in aq. & acet. s. q. F. Catapl. Postea in statu ad discutienda & exsiccantia veniendum. In hunc usum commendatur aqu. calcis aut lixio. ex cineribus vitis per spongiam applicatum.*

Vel *℞. rad. althææ M. j. flor. chamem. meliloti, an. M. ℞. Coq. in vin. & aceto. Postea adde adip. porc. ℥. ij. ol. veteris ℥. ℞. spuma argenti ℥. j. M. ad form. Catapl.*

Efficax quoque est medicamentum, quod ex rutæ, melle & sale conficitur.

Vel *℞. Aeris ℥. j. stercor. columb. ℞. x. farin. fabar. ℥. j. ℞. lupin. ℥. j. mellis ℥. j. ℞. Cum decocto flor. chamamel. F. Catapl.*

Vel *℞. Aeris, myrrh. salis an. ℥. j. ol. veteris aceti an. q. s. F. Linimentum.*

Vel *℞. rad. bryon. ℥. ij. absinth. branc. ursus. chamamel. melilot. an. M. ℞. Coq. in aq. mellis, & contusis ac cribratis addatur pulv. rosar. rubr. farin. fabar. lupinor. an. ℥. ℞. ol. ves. q. s. F. Catapl.*

Vel *℞. rad. asphodel. cucum. asinin. lil. albor. fl. chamamel. an. M. j. Coq. ad mollitiem, adde fermenti, ferri, calcis lotæ, eris an. ℥. j. tharis ℞. vj. pingued. cervi, medulla cervinum bovis an. ℞. x. F. Catapl.*

Commendatur etiam sterco bubuium. Emollit enim & resolvit: E quo cum are, thure, melle, aceto, ac decocto brassicæ potest fieri Catapl.

In qua etiam medicamentorum applicatione

obseruare utile est, vt antequam emplastra seu vnguenta & linimenta applicentur, prius pars calefiat, frictionibus & fortibus; aliàs enim medicamenta non faciliè in actum deducuntur ob partis frigiditatem. Frictiones fiant linteis calidis. Focis è decoct. flor. chamamel. mellilot. fol. betonic. salu. rorismar. lauendul. origan. absinth. & similia. Fotu enim & frictionibus calor cum sanguine ad partem reuocatur, & excrementa ac superflui humores nonnihil disentiuntur.

Quod si Oedema indurascere & in scirrhum abire videatur, emollientia simul vsurpanda. In hunc vsu adhibetur *acerum*, in quo pyrites aut lapis molaris ignitus extinctus sit, & postea oleo veteri, in quo radix *cucum. asinini* & *alibae* cocta sit pars

inungitur. Vel *℞. mucilag. rad. alibae, sem. lini, fœnigrac. pingued. anserin. medulla crur. vituli, rad. iros, stor. chamamel. an. ℥. ij. styrac. liquid. myrrha, thuris, ol. chamamel. an. ℥. j. cera q. s.* F. Emplastr. Sed de his agetur, vbi de Scirrho dicemus.

Etsi verò frequentissimè per resolutionem discutitur Oedema: interdum tamen, vt ex Hippoc. r. *Prognost. rext. 27.* patet, ad suppurationem venit, sed rariùs. Nimirum si in loco calidiore sit, aut alius humor admixtus sit, vt in Oedemate phlegmonode accidit; quod si eueniat, dolor, & pulsatio in parte vicina percipitur. Tunc igitur suppuratione promouenda per medicamenta emplastica, qualia sunt *diachylon simplex*, & alia ex *rad. alibae, malua, semine lini, fœnigrac. cum adipe gallina* aut similibus composita.

Vel *℞. branca vsin; alibae cum toto, rad. lil. alb. an. M. j. Coq. in decoct. caulium, & conculis, adde farina sem. lini, fœnigraci an. ℥. ij. axung. porcina. adip. gallinae. an. ℥. ij. croci ℥. s. F.* Cataplasma.

Cocta & suppurata materia vix expectanda spontanea curatio; cum tardius hoc fiet. Quapropter aperiat locus vel ferro, vel cauterio potentiali, postea expurgetur abscessus *terebinthina, thure, melle, succo absinth. melle rosato*: Cautas porò impleatur *unguento basilico, aureo, de beton.* & similibus, tandemque cicatrix inducatur.

CAPVT XIX.

De Scirrho.

Scirrhus;

Cum de tumoribus ex sanguine, bile, & pituita ortis egerimus, & restet agendum de tumoribus ex melancholia & atra bile oriundis; Scirrhus verò & ex melancholia & ex pituita oriatur, proximum est, vt iam de Scirrho agamus. Est autem Scirrhus tumor durus sine dolore & sensu, aut certè cum exiguo, ex humore crasso, viscido, lento, frigidòque, qualis est melancholicus humor & pituita, partibus infixis ortus. Duo enim sunt humores, melancholicus & pituita, è quibus vel seorsim singularis vel mixtis Scirrhi oriuntur vt vulgò statuitur. Intelligitur autem hic per melancholiam non ille humor ater, qui seu ex humore melancholico naturali adusto, seu ex bile flaua adusta oritur, sed melancholia naturalis, & propriè dictus humor melancholicus, crassa nimirum & feculentior sanguinis pars, vel etiam excrementum melancholicum naturale, vel etiam humor crassus ex inflammatione indurata ortus, quem si quis velit præternaturalem appellare, non repugno. Per pituitam verò non accipitur naturalis illa pituita, seu humor pituitosus, qui est humidus & tenuis, ex quo fit Oedema, sed pituita crassa exiccata, glutinosa &

A viscida. Ex utroque hoc humore diutius in parte retento, vbi recesserint partes tenuiores & crassa relicta fuerint, generatur Scirrhus. Etsi verò humor aliquis crassus ad partem aliquam confluere possit: tamen tùm crassus & glutinosus, vt mox scirrhum constituat, non faciliè ad partem aliquam confluit, sed talis paulatim euadit in ipso loco affecto, vbi tenuioribus humoris partibus absumtis, crassiores relinquuntur. Vnde maxima ex parte alios tumores, putà inflammationes, erysipelata, œdemata, scirrhi consequuntur, cum illi non satis rectè curantur, & intempestiue aut nimium tenuiores partes per calefacientia dissipantur, vel per repellentia aut astringentia reprimuntur, vt crassiores partes solùm relinquuntur, quæ vltèius incrassatæ, durum hunc ac sine dolore ac sensu tumorem constituunt. E quibus faciliè colligitur, tumorem hunc non subito generari, sed paulatim.

A vulgata tamen hac sententia dissentit Plateus, & non ex humoribus excrementitiis, sed ex succo alimentario, verùm crassiori, quàm carni nutriendæ conueniebat, indurato scirrhum fieri statuit, cui tamen interdum alius humor adiungatur. Indurationem autem hanc vti variis de causis, ita & ab inflammatione fieri, non quod sanguis non discussus aut suppurratus sic induretur, vel frigidiorum nimia applicatione condensetur, sed quod à calore vehementiore inflammationis sanguine discussio succus partis illius quæ inflammata erat, incrassetur indureturque.

Est autem Scirrhus duplex, legitimus & non legitimus: quæ distinctio, vt Fallopius monet, non sumitur ex diuersitate materis & causæ continentis, sed ex materis diuersis accidentibus & proprietatibus. Antequam enim omnes partes tenuiores sunt discussæ aut absumtæ, scirrhus non absolutus est, neque tunc omnia sensu carent, neque perfecta adest durities. Si verò tenuioribus partibus omnibus assumptis solùm crassiora restent, exque instar lapidis ferè induruerint, & pars non solùm omnis doloris, sed etiam omnis sensus experta sit: tum iam absolutus & perfectus Scirrhus est. Sed forsitan nihil prohibet, nondum absolutum scirrhum etiam non purum & nothum appellare, aut si minus hoc

D placet, potest porò diuidi scirrhus in purum ac verum, ac impurum & spurium, purusque nominari, qui ex sola melancholia aut pituita crassa ortum habet; impurus autem ac nothus, qui alium humorem admixtum habet, vnde appellatur scirrhus phlegmonodes, aut scirrhus canerosus. Affertur quidam & aliam scirrhi differentiam, ex partibus in quibus hæret. Etsi enim Scirrhus in plerisque partibus nullam peculiarem habet appellationem, sed saltè adiuncto partis affecti nomine desinitur, vt Scirrhus, Epatis, Lienis: tamen in quibusdam partibus propriam appellationem habet. In neruis enim appellatur ganglion, in glandulis Struma, in articulis porus, de quibus suo loco.

Signa Diagnostica.

E Cognoscitur Scirrhus ex duobus præcipuè signis, duritie nimirum & doloris priuatione: quibus & hoc accedit, quod, quando premitur, sensu caret, & tunc planè absolutus & confirmatus est scirrhus. Non verò mirum est, non sentire partem scirrhi affectam, aut certè exiguum sensum in scirrho esse. Nam & influxus spirituum naturalium ob materiam impactam & infixam prohibetur, & ipsa membri temperies ita est mutata, vt pars planè stupeat. Addunt alij & alia signa: colorem nigricantem & liuidum, qui tamen solùm scirrhi ex humore melancholico orti signum est; tactu etiam percipitur

percipitur temperies valdè frigida, ad humorem crassam & frigidum.

Differentia.

Differentia desumuntur ex sensu hebeti & nullo. Si enim nullus adsit sensus, legitimus & absolutus iam scirrhosus est: Si verò aliquis adhuc sensus super sit, non legitimus. Addunt & quidam, quod in legitimo scirrho pili supra partem crescant. An ex pituita vel melancholia ortum habeat, discernit color, qui in pituita subalbidus, hic nigricans & humidus est.

Prognostica.

1. Eventum quod attinet, scirrhosus, qui planè omni sensu destituitur, non curatur.

2. Scirrhosus verò, qui omni sensu non destituitur, etsi incurabilis non sit omnino, præcipuè si ab initio commoda remedia adhibeantur: tamen ita facile non curatur, præsertim si in parte aliqua nobiliore, ut Epate vel etiam liene hæreat: cum epar & lien ram fortia medicamenta, qualia ad scirrhum; perfectè induratum requiruntur, vix sustineant, debilia autem parum proficiant.

3. Si aliqua in scirrho curationis spes sit, illa tamen nisi longo tempore perfici potest. Materiam enim crassam, frigidam & duram emolliere non ita facile est, & non nisi paulatim & longiore tempore hoc fieri potest.

4. Duplici autem via curantur scirrho, vel per resolutionem & discussionem, vel per maturationem & suppurationem. Suppurantur scirrho rarius, & quidem cum periculo. Facile enim, dum suppurantur, in caneros, præcipuè qui ab humore melancholico fiunt, abeunt.

Curatio.

Quantum itaque curam attinet, etsi tumor iam planè factus sit, & maximè in curatione causæ continentis sit habenda ratio, dandæque opera, ut per topica illa amoveatur: tamen etiam antecedens planè non negligenda est, & providendum, ne malum noua materia suppeditata augeatur & protrahatur.

Quapropter primò vitanda omnia, quæ sanguinem crassum generant, & tales cibi eligendi sunt qui faciles costu sunt, & bonum nutrimentum suppeditant, quique ad humidum declinant.

Secundò humores seu pituitosi seu melancholici, prius tamen preparati, conuenientibus medicamentis euacuandi sunt, de quibus alibi dictum.

Tertiò verò atque præcipuè laborandum, ut causæ continens & inateria, quæ scirrhum facit, tollatur. Est autem repellentibus hic nullus locus. Cum enim materia sit crassa & frigida, repellentibus non cedit, sed eorum vlti amplius incrassatur, partique quasi impingitur. Neque etiam conueniunt medicamenta quæ valdè calefaciant & siccant; siquidem per hæc materia magis tantum induratur: Sed medicamenta, quæ commodè adhibentur, sunt, quæ vim habent emolliendi, quod induratum est, & quæ postea illud, quod emollitum est, discutunt. Malactica nimirum medicamenta sunt applicanda, quæ calidum temperamentum habent, mediocriter tamen, non valdè exiccantia, sed nec manifestè humectantia, verum quæ median quandam quasi naturam inter humectantia & siccantia obtinent, & indurata substantiæ veluti quandam fusionem molliunt. Talia sunt, *ol. amygd. dulc. ol. chamamel. lil. alb. adeps gallinaceus, anserinus, suillus, medulla vitulina, ceruina, mucilag. rad. althææ, semen lini, fœnigr. vt & ipsa althæa; malua, semen lini, fœnigr. radix lil. alb. branca vrsina, carica cera.* Quibus fortiora sunt, *adeps vrsinus, ol. verus, bdellium, styrax liquida, pix liquida, resina pingues, ammoniac.*

Operum Sennerti. Tom. III.

acum, galbanum. Videndum autem quando maiora, aut quando fortiora usurpanda sunt. In recenti scirrho nationibus vtendum est: In macerato verò & indurato valentiora usurpanda. Deinde ipsam quoque corpus & pars affecta consideranda. Corpori enim duro fortiora medicamenta applicanda: teneris & mollioribus mitiora conueniunt. Pars si sit durior & densior, vt si scirrhosus sit in tendine aut ligamento, valentioribus vtendum est. In genere verò hoc tenendum, vt cautè Scirrhos tractemus. Nam si plus æquo resolutentia adhibeamus, vt iam ante quoque dictum est, in lapideam planè duritiem abit Scirrhosus. Si verò in emolliendo nimis sumus, metus est, ne scirrhosus in canerum degeneret. Quapropter tutum est, antiquioribus hac in reconsilium sequi, vt nullum vel tantum siccandi, vel tantum humectandi vim habens medicamentum solum usurpemus; sed vel alterius vicibus emollientia & discutientia adhibeamus, vel emollientia cum digerentibus misceamus. In hunc vsum Galen. laudat solum ex aceto per lapidem ignitum hoc ut odo. Fouetur pars decocto althææ, maluæ, bianca vrsina, semen fœnigr. lini & simil. emollientium. Postea sumatur pyrites, vel lapidis molaris frustum, & ignitum in acetum iniicitur, vel acetum lapidi illi ignito infundatur, & vapor acetum membro iussu excipitur. Deinde iterum emollientia adhibeantur: quæ medicamenta pluribus vicibus repeti debent. Hac ratione desperati ferè scirrho curantur. Si autem taxiosum sit per vices medicamentis huc vt, misceantur illa. Hoc enim modo eodem tempore & simul emollitur tumor, & quod mollium est, per halitum discutitur. In quem vsum ex supra memoratis simplicibus varia componi possunt medicamenta.

Vt *℞. butyr. sine sale, colophon. cera an. q. libet. Misc. Vel ℞. farina fœnigr. sem. lini, rad. althææ, pulu. rad. alb. an. ℥. j. Coq. postea adde butyr. rec. ℥. j. ℞. styrac. liquid. bdellij; ammoniac. aceto solutorum an. ℥. ℞. Misc.*

Vel *℞. rad. althææ. lil. alb. coctarum contusar. an. ℥. iij. caricarum pinguium coctarum vj. ammoniac. bdell. aceto solutor. an. ℥. j. styrac. liquid. ℥. ℞. adip. anserin. gallinac. medull. crurum vitul. an. ℥. iij. ol. lil. alb. chamamel. cera an. q. s. F. Emplast.*

Vel *℞. farinæ fabar. sem. fœnigrac. lini an. ℞. vi. rad. althææ ℥. j. picis ℞. v. adip. anser. an. q. s. F. Emplast.*

Vel *℞. mucilag. rad. althææ, fœnigr. an. ℥. j. caricar. ping. ℥. iij. ol. lil. alb. chamamel. lini, an. ℥. j. pingued. gallin. anser. porci, fœni caprin. terebinth. lithargyri auri an. ℥. iij. Coq. omnia vsque ad consumt. humidit. & cum ceræ s. q. addendo ammoniaci, galban. aceto solutor. an. ℞. iij. rad. ireos trita ℞. ij. F. Emplast.*

Vel *℞. ammon. bdell. galban. epopaneac. styrac. liquid. aceto solutor. an. ℥. j. lithargyri auri Drach. x. Bulliant in aceto. Postea adde pyrethri, sulphuris vini an. ℥. ℞. ol. lil. alb. cera an. q. s. Fiat Emplastum.*

Verum in administrandis hæc medicamentis semper attendendum, an à pituita, an verò ab humore melancholico ortus sit Scirrhosus. Nam si ab humore melancholico ortum habeat, cautius tractandus est, quam si à pituita sit progenitus, ne in canerum abeat, & præcipuè si ad suppurationem spectat, cauendum, ne calidis medicamentis nimium irritetur.

CAPVT XX.

De Cancro.

Cancer. **E**X humore adusto seu atra bile Cancer, Græcis *κρκίνος & κρκίνομα*, generatur, ita dictus, quoniam similitudine cancrum aquaticum referat. Celsus tamen inter *κρκίνομα* & Cancrum discernere videtur. *Libro enim 5. cap. 28.* morbum, de quo hoc capite agimus, solum *κρκίνομα* appellat. *Eodem vero libro, cap. 26.* Cancrini nomen pro genere ad quædam serpentina ulcera ponit, sub quo & Erysipelas ulceratum, & gangranam & sphacelum comprehendit. Alij tamen Medici omnes *κρκίνομα* & Cancrini vocabulis pro Synonymis viuunt. Est enim Cancer tumor p. n. à bile atra ortum habens, rotundus, colore luidus, aut sub niger, dolens, qui venis circumcirca turgidis, atque repletis pedes cancri refert.

Causæ.

Causæ.

Causa Cancrini est atra bilis, in quam vel flaua bilis, vel humor melancholicus degenerauit propter vitionem. Nam humor melancholicus, cum adhuc naturalis est & nondum vitus, non cancrum efficit, sed alteram Scirrhi speciem: verum ab atra bile & adulta solum, quæ in venis hæret, nec ob crassitatem penetrare potest, in exiles illos meatus, sicut humor melancholicus, qui Scirrhum efficit, Cancer excitatur. Est verò huius atræ bilis quædam differentia. Mitior enim alia est, seu minus calida & acris; alia verò acrior, & calidior. Quæ mitior est, Cancrum latentem & non exulceratum efficit: Quæ verò calidior & acrior est, cancrum exulceratum excitat. Acrior autem est bilis atra, prout magis admittitur, vel ex humore acriore oritur. Vnde quæ ex flaua bile adulta proficiscitur, peior est quam quæ ex humore melancholico. Et quo diutius in loco affecto subsistit, ac magis putrescit, & adurit, eo deterior redditur. Hinc quoque humor melancholicus naturalis, qui primò Scirrhum excitat, si diu in parte hæreat, ac tum imprimis si minus cautè medicamentis calefacientibus & humectantibus tractetur, postea cancrum excitat. Siue autem sine ulcere sit cancer, sitque bilis atra mitior, siue exulceratus, & causa acrior, febre tamen per se (nã ex accidente superuenire potest) caret. Interim ipse cancer Tumor calidus est. Quanquam enim nonnulli dubitant, an Cancer inter calidos vel frigidos tumores referendus sit, vt & an bilis atra sit calidus vel frigidus humor; & ab Arabibus Cancer inter humores frigidos recensetur, atque eò inclinare videatur Galenus, *libr. de atrabile, cap. 4. & 2. ad Cilic. cap. 10.* tamen rectissimè cum Galeno, *lib. de Tumorib. cap. 8. 10. 11.* inter tumores calidos refertur, cum non ex humore melancholico frigido & sicco, sed ex atra bile calida & sicca ortus habeat.

Quoniam enim melancholicus humor primam hunc tumorem occasionem præbere potest: tamen ex eo non fit cancer, nisi humor melancholicus in atram bilem degeneret & abeat, siue hoc fiat in vasis, siue in parte affecta, sicut interdum Scirrhum, qui ab humore melancholico produciatur, in Cancrum abire posse, modò diximus. Atque hæc coniuncta Cancrini causa est. Atra nimium bilis, humor calidus & siccus, acer, salus, cuncta corrodens & corruptens, ex feruore aliorum humorum, cessante iam feruore, aut saltem non adeo vigente, vt febrem, sicut in phlegmone & erysipelate fieri solet, excitaret, genitus.

A Generatur autem etiam aliis de causis. Interdum enim calidior intemperies humorem adurit, & atram bilem generat: Interdum cibi & alimenta ad talem humorem generandum idonea, in crebro & longiore vsu bilis atræ causa sunt: interdum ipse Lien imbecillior, & quicquid de melancholico generato humore ad se minime trahere potens, humorem hunc in corpore relinquit, qui in corpore detentus adurit. Idem quoque accidit, si vel mensures supprimantur, vel hæmorroides obstruantur.

Nascitur quidem cancer in omnibus partibus externis & internis, præcipuè tamen, vt habet Celsus, *l. 5. c. 28.* in partibus superioribus circa faciem, nares, aures, labia, mammas feminarum, quæ imprimis ob laxitatem humorem illum facile recipiunt, & ob contentum quem cum vtero habent, illos humores vitiosos qui per vterum expurgari debebant promptè admittunt.

Signa Diagnostica.

Inter initia cancer adeò facile non cognoscitur, *Signa diagnosticum* primò vix ciceris aut fabæ magnitudinem æquet, postea verò vbi incrementum sumit, & in maiorem molem attollitur, tam euidencia & grauius signa ac symptomata habet, vt à quolibet facile agnosci possit. Est enim Tumor hic durus, colorem habet plumbeum vel liuidum, seu nigricantem, aliàs tamen magis, aliàs minus pro diuersitate materię. Adest dolor, qui quidem etsi aliàs sit maior, aliàs minor, numquam tamen in cancro planè abest. Adest caliditas, pulsatio, & circumcirca in orbem quasi venas nigro sanguine distentas & turgidas habet. Etsi verò cum cancro aliquam cognationem habet scirrhus ab humore melancholico ortus, tamen per signa facile ab eo discerni potest. Nam cancer habet dolorem coniunctum, & pulsationem cum aliqua caliditate, ac plerumque ex se incipit, subitoque incrementum sumit, ita vt ex minima quantitate in maximam molem excreseat, humorque maxima ex parte in venis residet, quæ refertur pedes & brachia cancri referunt. In scirrhus verò dolor nullus apparet, & vt plurimum ex aliorum tumorum permutatione originem habet Scirrhus, humorque qui Scirrhum efficit, non in venis præcipuè, sed in spatibus & poris partium residet, vnde etiam venæ non amplè sunt & turgidæ, & tardius quam cancer incrementum sumit. Ulceratus autem si sit iam cancer, vlcus est fetidum & sordidum, labia sunt tumida, crassa & liuida.

Prognostica.

1. In genere Cancer omnis est morbus grauis & periculolus qui raro curatur. *Prognostica.* Causa enim eius nimis crassa, pertinax & maligna est, & non raro etiam profundas venas occupauit, vt nec purgatione corporis, nec repellentibus, nec discutientibus, nec sectione, nec vitione tolli possit; sed remedia mitiora contemnat, fortioribus exasperetur.

2. Quibus occulti cancri adsunt, non curare melius: curati enim citius intereunt; non curati verò longiori tempore viuunt. Hippoc. *6. aph. 30.* Nam cancri antea non exulcerati, medicamentis facile exulcerari possunt.

3. Quibus item sunt cancri in cavitatem corporis, aut palato, sede, vtero, si secantur aut vrantur, vlcera cicatrice induci non possunt. Sed homines affligenti curatione vsque ad mortem excarnificantur, qui citra curationem longiore tempore & commodiore molestia vitam transegerunt, vt habet Galen. *ibid.*

4. Eos itaque tantum, qui in summa corporis parte sunt, aggredi licet, & quidem tutius inter initia, cum exigui adhuc sunt, medicamentis curari possunt: Cum verò iam magni euaserunt, sine ma-

nas opera non curantur, & quidem solum, si in talibus partibus quæ refecare & exurere cum radicibus, id est, venis illis sanguine adusto plenis, possit hæreant.

5. Cum enim magnam partem occupauerit Cancro, aut hæret in parte nobiliore vel alia, quæ commode extirpandi vel exuti non potest, incurabilis est.

6. Imò in vniuersum plerumque existimant, Cancrum confirmatum & exulceratum nullum curari posse. Et obseruatum est sæpius, quamuis excili & aliquando curati fuerint cancri in exterioribus, eosdem tamen postea rediisse in eadem vel etiam in aliis partibus, vt Cancro in mammis curato, aliam in utero subortum fuisse. Satius igitur fuerit, cancrum iam inueteratos & maiores eatenus curare, vt eorum augmentum prohibeatur.

Curatio.

Curatio

Curatio itaque Cancro non exulcerati quod attinet, primò ante omnia, (quod quidem omnibus Cancris competit) danda diligens opera, ne atra bilis generetur, & quæ in corpore est, euacuetur. Non generatur atra bilis & humor melancholicus, si æger iis cibis abstineat, qui humori atro naturam præbere possunt: Vt sunt omnia crassa, feculenta, salsa, amara, vt sunt caseus vetus, carnes crassæ, vetulæ, salsæ, aut fumo induratæ, allium, cepæ, sinapi piper, & alia aromata; atque alia etiam vitæ, quæ ad humoris atræ generationem faciunt, vt sunt trititia, mætor, vigiliæ & similia. Quin potius vtatur æger victu modicè humectante & refrigerante, vt pisana hordeacea, lactuca, malua, borragine, cichorio, quat. sem. frigida, carne vitulina, veruicena, hærdina, pullis gallinarum, ouis sorbilibus, piscibus saxatilibus, sero lactis caprini.

Deinde si quis etiam in corpore generatus est humor adustus, euacuetur. Sanguis igitur primùm, si opus, mittendus est, & vena aperienda. In scorbuto conuenientissima est mensium prouocatio: in vitis hæmorrhoides aperiuntur, si fieri possit. Postea expurgetur corpus medicamentis atrum humorem euacuantibus, inter quæ præcipuè commendatur *epithimum, veratrum nigrum, fumaris*, & quæ inde sunt composita *pil. de fumar. confectio Hammech*. Vt autem feliciter succedat purgatio, humor ille crassus prius præparandus, imò cum vnica vice totus euacuari nequeat, sæpius per vices sunt repetenda purgantia & præparantia. Conueniunt autem huic affectui. *Syr. de pomis, de fumar. de succo borrag. bugloss. de lupulo*, aut aliis hisce similibus medicamentis. Neque etiam inutile est, cor & epar roborare, & si qua eis intemperies inducta est, eam emendare, per medicamenta ex *borrag. bugloss. rosis, citro, santalis, corallis, margarit. gemmis*, aliisque ex hisce confectis medicamentis.

Iam ad ipsam partem affectam accedendum est. & 1. per Topica, materia quæ influxit, repellenda non nihil, & discutienda; parsque confirmanda est, atque medicamenta, quæ reprimendi, roborandi, & discutiendi vim habent, applicanda sunt: Hac enim ratione, id quod generatum est cancri, tollitur, & prohibetur augmentum eiusdem. Habeant autem illa medicamenta vires mediocres, & non sint mordacia. Nam nimis imbecilla si sint medicamenta, nihil opis afferunt: valentiora tenuiores quidem partes vel reprimunt vel discutiunt, crassas verò non solum relinquunt, sed etiam ad discutiendum postea ineptiores reddunt. Conueniunt in hunc vsum *decoctum aut succus Solani*, omniumque specierum *inibi*. Imprimis verò commendantur cochlearum carnes elixæ, cancri fluuiatiles, præcipuè verò ranæ virides; è quibus oleum præstantissimùm,

Operum Sennerti Tom. III.

ad dolorem leniendum, cancrumque sanandum hoc modo per descensum destillatur: *26. ranas vides* in arund. vel aquis puris degentes eadem ora ut tyro repleantur, & postea indantur in ollam sicilem vitreatam in fundo multis foraminibus pertusam. Ea olla alteri ollæ terræ infossæ & inclusæ imponatur, atque tanquam habet operculum, quam quæ alteri ollæ inhiit, diligenter oblinatur, ne quid exhalet. Postea ignis circa ollam in orbem accendatur, & oleum in inferiorem ollam destillabit, quod colligendum & cum pulu. ranarum ad virgumentum conficiendum misceri potest. Alii ex cineribus canctorum cum sem. coriandr. & ol. ros. virgumentum conficiunt. Valent & metallica hæc plerumque lota & non mordicantia, vt *plumbam, cutia seu pompholyx, lithargyrum, cerussa, & niu*. Plumbum summè ab omnibus commendatur quocumque etiam modo administratur: Vnde omnia medicamenta, quæ Cancro applicanda sunt, commodissimè conficiuntur in mortario plumbeo, cum pitillo plumbeo, de quo consulatur Galen, *lib. 9. de simpl. fac. c. 36 plumbo*. Commodè itaque adhibetur, *unguentum de plumbo*, quod fit si daz. tabulæ plumbeæ quibus ol. ros. infusum sit, tam diu contineatur, donec oleum nigrescat, & linimenti consistentiam acquirat; aut si mortario plumbeo ol. rosac. pitillo plumbeo tam diu ducatur, donec similiter nigrescat & crassescat.

Vel *26. ol. rosac. 3. ij. succi è fructu solani 3. i. b. cerussa loig, plumbi vsti & loig. an. 3. j. lithargyri, thuris, pompholyg. an. 3. b. cera alba q. s. F. Vng.*

Vel *26. terra sigill. boli armen. cerussa an. 3. b. cutia præp. 3. ij. puln. ranar. virid. 3. ij. lithargyri 3. j. b. ol. ros. 3. j. b. cranis 3. j. aceti 3. vi. cere q. s. Diu agitentur in mortario plumbeo & F. Vng.*

Atque hæc tutior curandi caneros occultos & nondum exulceratos ratio est. Quancumque autem Auicenn. minores caneros, & qui apprehendi possunt; radicibus excindere, & facta excisione crassorem sanguinem circumquaque exprimere, posteaque locum cauterio inurere iubeat, vt vltione reliquæ absoruantur, membrum roboretur, ac hæmorrhagia prohibeatur: tamen periculo eæ curatio non caret, & meminisse oportet, *aph. 30. lib. 6. supra allego*. Cancro enim imprimis maior sit totus excindatur, statim magna hæmorrhagiæ incitibus venis & artibus sequuntur, quæ si laqueo incipiuntur, dolor in aliis paribus insignis excitabitur; si aduratur, etiam non fiet sine incommodo; & nihilominus periculum est, ne recurretur.

Vlceratum verò Cancrum etsi non attingendum plerumque existimant: tamen cum inhumanum sit agrum etiam in tali morbo auxilio destituere, duplex à Medicis traditur curandi caneros exulceratos ratio, vna vera, quæ ad ipsius cancri remotionem tendit, alia saltem palliatia vt loquuntur, quæ cancro quasi blanditur, eumque lenit, vt æger cum minore molestia vitam transigat. Vera cura perficitur vel incisione, vel vltione, vel adurentibus medicamentis, quæ quidem adhibetur potissimum, si cancro non sit ita magnus, vel in iis partibus, vt sine periculo excindi aut aduri possit. Amputandus autem est cancer ad viuum vsque, vt quicquid vitiosum est, tollatur, neque vllius contagij metus relinquatur. Atque interdum sola sectio sufficit, eaque totus cancer radiceis extirpari potest. Facta amputatione sanguis non antea suppressendus, quam constet, omnem illum vitiosum & corruptum è venis effluxisse: postea linamenta sicca parti incisa apponenda, vlcusque concoquendum, mundificandum, carne replendum, & cicatrice claudendum est. Aliquando verò si Cancro sit nimis magnus, &

Cancro
exulcerato
curatio.

P P p ij

maiora quoque & profundiora vasa atra bilis occupaverit, sola sectio non sufficit, sed visio præterea est adhibenda. Primum itaque cute illa detecta, ipsa pars cancerosa cum omnibus venis nigricantibus, quantum quidem fieri potest, excidenda est, sanguis itidem pro virium ratione non nox suppressendus, sed etiam exprimendus, ut bilis atra tota ex venis effluat: Postea locus ferro candente adurendus, ut hæmorrhagia sistatur, & reliquæ materiæ malignæ absumantur. Tandem ea, quæ crustam tollunt, vlcus mundant, carnem generant, cicatricem inducunt, sunt adhibenda. Alij vero, ne ob hæmorrhagiam æger periculetur, aut cum sanguine vitam effundat, & ne fluxione sanguinis in operatione Chemurgus impediatur non similitertotum Cancrum amputant, & postea totum denuo adurunt, sed primò aliquam ipsius partem excidunt, & sanguine, quantum satis elapso, eam partem adurunt, deinde iterum aliquam partem amputant, eamque rursus adurunt, atque hoc modo per vices repetita sectione & visione totam partem cancro affectam tollunt. Exuri quoque potest Cancer medicamentis causticis, inter quæ commendatur Arsenicum sublimatum: sed locorum circumstantiis specialiter habenda est ratio, neque arsenicum crudum ita sine periculo adhibetur. Tutius est arsenicum, quod cum ☉ funditur & figitur.

Cum autem de recidiva, metus imprimis Medicis sit, repetenda sæpius medicamenta quæ atram bilem euacuant & hæmorrhoides ac menses euocandi vim habent, in quorum defectu nonnulli fonticulos excitant. Non solum verò medicamenta atram bilem præparantia & purgantia exhiberi possunt, sed ea quoque, quæ venenis aduersantur, totiusque substantiæ ratione prodesse creduntur, & antidotorum rationem obtinent. Hinc exhibent theriaca & mithridatica cum borrag. cichor. & acetosa succo vel syrupo, ius cancerorum luniatilium ex lacte asinino, antidotus de sanguinibus.

Antonius Chalmetzus in omni cancro hanc aq. commendat; quam etiam 9. diebus ante excisionem vitat.

Z. rapsi barbati, rad. scrofular. an. ʒ. ij. filipendul. ceterach. herba Rob. agrimon. tormentill. scabios. caryophyllata, linaria an. M. j. sem. urtica ʒ. iij. flor. sambuci, rorismar. an. P. j. F. decoctio, quæ saccharo dulcoretur, cuius decocti altera parte pars affecta quoque foueri & ablui, & magna postea forma cataplasmatissapponi potest.

Altera curandi cancerum ratio est, quæ sit per curam fucatam aut palliativam, qua saltem datur opera, ne is augetur, dolorque eius leniatur, ut sine minore cruciatu & molestia æger vitam protrahere possit. Talia medicamenta sunt, quæ non putrefaciunt, nec mordicant partem, sed moderatè siccant, & refrigerant, qualia supra sunt proposita, & videri etiam plura possunt, lib. 4. præf. parr. 3. sect. 1. cap. 7.

Lupus, & Noli me tangere.

Lupus. Noli me tangere.

Ad cancerum referendi, aut certè cancro subiungendi sunt tumores seu vlcera, quæ vulgò *Noli me tangere* & *Lupum* nominant.

Cancrum verum nonnulli intres species diuidunt, in Cancrum absolutè ita in specie à Græcis & Romanis dictum & vulgò notum, in Noli me tangere, & Lupum. Et Noli me tangere quidem nominant, cum in facie, præsertim supra mentum, circa os & nasum oritur tumor vel vlcus exulcerati caneri speciem referens, lentè initio crescens, quod, ut Theodoricus inquit, quasi pustula parua toto anno manet, qui aliàs minus serpit, quàm Cancer; & Rogerius, cap. 5. scribit, Cancrum plus

A contodere vno die, quàm Noli me tangere in vno mense. Ita autem dicitur, vel quod non debeat fricari, cum quo plus manu tangitur & fricatur, co deterius redditur, vel quia contagiosum malum est, vel quia remediis exasperatur potius, quàm mitigatur, & in sanas partes serpit.

Lupum verò appellatur, si in tibiis & cruribus sit. In reliquis verò corporis partibus et si eiusdem sit prauitatis, Lupum absolutè nominari non censent. In medio tamen corporis nascentem, alij cingulum vocant, ut ait Guido, serm. 7. tract. 4. summ. 1. cap. 24. Ob vehementem autem erosionem & exetionem ita appellatur. Vulgus inde etiam nominari existimat, quoniam videlicet carnem gallinarum, imò & alias carnes instar famelici Lupi absumat. Fatuitatem quidem appellat hanc opinionem Ioan. Philippus Ingrassias. Verùm tale quid fieri à multis refertur, & confirmat id historia quam habet Mauritius Cordæus, in lib. 1. Hippocr. de muliebrib. comm. 7. Nobili, inquit, *quidam & electa mulieri prope Castellum Neuenum degenti tota pars faciei dextra cancro eoque exulceratio obfessa fuit diuissime, & sanis exagitata cruciatibus. A Medicis frustra petitis auxiliis, tum Gallis & Italis, tum etiam Germanis & Hispanis, exterisque aliis quibusque vulgaris cuiusdam barbi vnsoris remedio hoc sequenti & cuporiso sanata fuit. Pullos illa gallinaceos in partes sennes concidebat & latic, quas sapiniscule commutanda interdum admouebat parti affecta. Ab hoc unico tandem remedio sanitatem pristinam recuperauit.*

Manardus, lib. 7. cap. 1. Lupum & Noli me tangere ad Phagedænas refert.

CAPVT XXI.

De Tumore aquoso.

O Rriatur etiam ab humore aquoso & seroso Tumores aquosus. varia tumorum genera, & ab eo, nunc totum corpus, nunc certæ partes intumescunt, cuius generis Hydrops, Hydrocephalus, Hydrops pulmonis & pectoris, Hydromphalus, Hydrocele, Hydrops vterij; de quibus cum suis locis iam actum sit: hic saltè in genere quædam de tumore aquoso dicemus.

Causa.

Causa nimirum proxima tumorum aquosorum, est aquosi vel serosi humoris in parte aliqua collectio. Quibus autem de causis aquei & serosi humores colligantur, de hydrope dictum. Colligitur verò humor aquosus & serosus in parte aliqua laxa, vel cavitatem habente.

Signa Diagnostica.

Tumores aquosi sunt molles, laxi, sine dolore. Si premuntur, prementis digiti vestigium non remanet, & si ad lucem vel candelam eos spectare detur, pellucidi ferè apparent.

Prognostica.

1. Ipsi tumores aquosi periculosi non sunt, qui à nullo viscerum vitio fouentur.
2. Qui verò à lienis vel epatis vitio ortum habent; et si per se periculosi non sunt, viscerum tamen malè affectorum ratione periculum minantur.
3. Et si tumores aquosi periculosi non sunt: tamen difficulter curantur, cum humor coctionem non recipiat, & tardius discutitur.

Curatio.

Ut curatio rectè perficiatur, humor aquosus, qui tumorem fouet, euacuandus, & ne in corpore generetur, cauendum, ipse verò humor, qui in parte affecta, est euacuandus.

Primò ergo aquosi & serosi humores per aluum, A
vitiā, & sudores euacuandi, præstandūque,
vt *ἄσπις* & insensibilis transpiratio libera sit.

Secundò, si quod vitium visceris alicuius coctio-
ni destinati adsit, à quo aquosus humor suppedita-
tur, illud corrigendum, de quo suo loco dictum.

Tertiò, materia aquosa, proxima & continens
tumoris causa euacuanda; quod perficitur vel in-
sensibiliter, resoluentibus & digerentibus atque
exsiccantibus; vel sensibilibus, tumoris aperi-
tione & materię effusione. Discutiunt, resoluunt & ex-
siccant aquosos humores, *ruta, ebulus, sambucus,*
chamamelum, anethum, rad. iridis, aristolochie,
bacca lauri, farina fabarum, orobi, cineres, sal, sul-
phur, ammoniacum, bdellium.

Vt *℞. fol. ruta, sambuci, ebuli, flor. chamameli*
an. M. j. baccar. lauri ℥. ij. Coq. in lixiuio & vino
pro fomento.

Postea *℞. salis nitri ℥. b. sulphuris ℥. iij. pulu.*
bacc. lauri ℥. j. ammoniaci ℥. b. ol. rutacei, cera an.
q. s. F. Linimentum.

Si verò materia discuti non possit, tumor aperia-
tur, & ea effundatur.

Dieta.

Dieta talis instituatnr, quæ aquosis humoribus
nullo modo materiam suppedirat, & ad causas col-
lectionis humoris aquosi comparata sit, de quo suo
loco dictum.

CAPVT XXII.

De Exanthematibus, Ecthymatibus, Papulis, Pu-
stulis, Phlyctanis, & Eczematis.

V Erùm rarò vnus humor tumorem aliquem
excitat, sed plerumque plures humores mix-
ti, & inprimis biliosi, salii & serosi humores mixti,
interdum & atra bilis, varia tuberculorum genera
excitant, de quibus iam dicemus, vbi in nominibus
excipiantis, non parua occurrit difficultas. *Ἐξάνθημα*
primò & *ἰσχυρίσις*, quasi efflorescentiæ, di-
cuntur, quod florum instar in cute erumpunt. Hip-
pocrates, 3. epid. comm. 3. text. 51 etiam *ἰσχυρίσις*
nominat, *παρὰ τὸ ἰσχυρῆσαι, ἕστ' ἔσται ἰσχυρῆσαι*, quod impe-
tuosè erumpunt, vt Galenus, in comm. explicat.
Plinius, lib. 24. cap. 4. & lib. 26. cap. 11. Eruptiones
nominat. Videtur autem Exanthematum no-
men generale esse, vt, quicquid spontè in cute
erumpit, comprehendat, nec cetera tuberculorum
species est, vnde etiam nominantur exanthemata
sublimia, lata, rubra, rotunda, parua, exanthemata
sudorum, *ἰσχυρῆσαι*, 3. aphor. 20. Exanthematum vo-
cabulo, an Latinum aliquod generale respondeat,
dubito. Occurrit quidem papularum & pustula-
rum nomen: verùm cùm Exanthematum genus
duplex sit, vnum, quod colorem cutis saltem mu-
tat, vt sit in febribus petechialibus, alterum in quo
tubercula quædam in cute erumpunt, pustularum
& papularum nomen non vtrique sed posteriori sal-
tem generi congruere videtur, & papulæ ac pustu-
læ saltem tubercula significant, in quibus humor
alicuius continetur. Papularum tamen nomen spe-
cialius, nec eodem modo à Celso & Plinio vsurpa-
tum videtur. Plinio quidem, Exanthemata cali-
diora, & quæ sublimius in acumen eleuantur, papu-
læ vocantur; quarum tamen cùm sint varię diffe-
rentiæ, rubræ, feruentes, nigræ, papulæ sudorum,
nomen hoc satis generale esse videtur. Celso verò pa-
pulæ nomen speciale est, & Græcorum Lichenes,
Latinorum Impetiginem significat. Scribit enim,
lib. 5. c. 28. Papulas per minimas pustulas cutem
Operum Sennerti Tom. III.

Exanthema
causa.

exasperare, rodere, & eadem serpere, atque vbi vi-
tium rotundum incipit, ita in orbem procedere, quæ
minis rotunda, difficiliter sanescere, & nisi ablata
est, in Impetiginem verti. Duas enim, vt Græci, Li-
chenum species constituit, vnam *κυσίω*, id est, se-
ram, alteram mitiorem; seram papulam icterica sa-
liua defricatam sanescere: quæ omnia Græcorum
Lichenibus competunt.

Generale etiam videtur *ἰσχυρίσις* nomen. Etsi n.
nonnulli hydroa seu sudamina solùm per *ἰσχυρίσις*
intelligant, alij capiti tantùm tribuant: tamen pro-
cul dubio est generale nomen, & pustulam vel pa-
pulam feruentem, vt nomen indicat, significat.

De Phlyctanis.

B Sed vt de his in specie agamus, primò occurrunt Phlyctana.
Phlyctana. Dicuntur autem *φλύκταιναι, φλυκτίδις, φλυ-*
κτίσα, & φλύκτις, ἀπὸ τοῦ φλύειν vel *φλύειν*, quod bullire &
feruere est, pustulæ & vesiculæ quasi à feruentibus
& acerrimis humoribus excitatæ, iis, quæ ab igne
vel feruente aqua excitantur, similes. Ab aliis etiam
Ignis siluestris appellantur. Arabes Sahafati nomi-
nant. Et quidem passim in cute, seu potius epider-
mide, tales pustulæ & vesiculæ nonnunquam priua-
tim in oculi cornea tunica erumpunt, de quibus lib.
1. Pract. part. 3. f. 2. cap. 17. dictum. Saepè in cru-
ribus oriuntur, infantibus interdum in toto corpore
erumpunt, rarò vitis.

Causa.

Preueniunt Phlyctana à bilioso & feruido hu-
more, cum salso & seroso mixto. Quibus autem de
causis tales humores generentur, alibi dictum.
Nonnunquam & mulieribus accidunt, ob sangui-
nem menstruum retentum & corruptum. Ad curam
autem euocantur isti humores, cùm quis repente à
frigore ad ignem accesserit, vel calido balneo se
commiserit, & contra vbi ab æstu, à frigore exter-
no cutis pori contracti fuerint.

Signa Diagnostica.

Vesicæ iis similes, quæ ab igne vel aqua feruida
excitantur, subito erumpunt, & quando rumpuntur,
subflauus humor paulatim effluit, crustulæ obdu-
rescunt, tum decidunt. Ob humoris acrimoniam
& feruorem puritum in cute excitant.

Prognostica.

1. Phlyctana, vt Aëtius, *teubib. 4. ser. 2. c. 63.* Prognosti-
ca scribit, biduum aliquando vel triduum durant.
2. Phlyctana nisi rectè curentur, aliquando in
herpetem degenerant.

Curatio.

Si vitiosi humores tales in corpore abundant, eā
primò victus ratio instituenda, quæ tales humores
non augeat, sed potius cacochymiam istam corrigat.
Deinde humores vitiosi conuenientibus medi-
camentis euacuandi sunt.

Topica verò quod attinet, soueantur primò Phly-
ctana decocto lentinum, myrti, & malicorii.

Vel *℞. mucilag. sem. psyllij aq. ros. extr. ℥. vi.*
succiporiulaca, solani an. ℥. ij. Misc. & locus affe-
ctus eo inungatur. Si non sponte sua rumpantur, &
grauiores dolorem inferant, acu perforandæ, pu-
stulæque exprimendæ, & vlceri imponatur hoc Ca-
plasma. ℞. farine hordei, lentinum, fabar. pulu. cor-
tic. granator. an. ℥. j. Cum ol. ros. q. s. F. Catapl.

Vel *℞. fol. plantag. malua, myrti, an. M. j. Coq.*
ad mollitiem & per fetaceum trahantur. Adde fa-
rin. bord. lentinum, mica panis albi, an. q. s. F. Catap.

Vel linimentum ex adipe snillo cum spuma argen-
tini mortario plumbeo factum imponatur.

Vel *℞. succi rad. oxylapathi, scabiosa, an. ℥. ij.*
ol. rosac. Vnc. iij. adipis porci veseris Vnc. vi.
Coquantur ad succorum consumptionem. Po-
stea adde lithargyri aurii Vnc. j. feruini D. rh. vj.

terebinthina ℥. β. Agitentur in mortario plumbeo. A
F. Linimentum.

Vel ℥. *lithargyri*, *ferrii*, *pulu. myrti* an. ℥. j.
Tere cum aceto & adiecto *ol. ros. q. s.* F. Vnguentum.

Plura vide apud Aëtium, *tetrab. 1. ferm. 4. c. 21.*

CAPVT XXIII.

De Variis.

Vari.

PSydraciis cognata tubercula sunt Vari, Græcis
ῥόδου dicta, quoniam scilicet instat ῥόδου, id est,
fimi dehouestamenta sint faciei, tamque conspurcent.
Galenus, 2. *meth. med. cap. 2.* inter ea nominare
recenset, quæ nec locum affectum representant,
neque causam, quæ eas efficit *ἄκρη* etiam siue *ἄκρη*
à quibusdam, teste Aëtio, *tetrab. 2. ferm. 4. cap. 13.*
nominantur, quamquam Hermodorus, in *glossemat.*
in Plinium, legit *ἄκρη*, ut sic affectus huiusmodi
vulgò à Græcis nominetur, quoniam maximè vi-
gente ætate fieri consueverit. Celsus, *lib. 6. cap. 5.*
scribit: *Pene ineptia sunt, curare varos, & lentigin-
las, & ephelidas. Sed vari lentiginæ vulgo no-
ti sunt; eripi tamen fœminis cura cultus sui non po-
test.* Galeno 5. *de comp. med. s. loc. cap. 3. & lib.*
de remed. fac. parabilib. cap. 51. Ionthos est tumor
durus & paruos in faciei cute, à crasso succo conge-
gatus. Qui quoniam serosâ humiditatis expers om-
nino est, idcirco pruriginosus non est, neque ad sui
scalationem stimulan.

Humor hic plerumque alimentarius est, poris cu-
tis sese insinuans. Non rarò tamen humor excre-
mentitius & atrabiliaris sanguis admiscetur.

Signa Diagnostica.

Tumorem hunc vulgò notum esse, ex Celso antea
diximus.

Prognostica.

1. Nihil periculi habet, ut pro ineptis putet Cel-
sus, hunc tumorem curare velie.

2. Qui vari ex solo crassiore alimento oriuntur, sta-
biles sunt. Si humor excrementitius is admiscetur,
torem tubercula profundunt, & suppurata in vl-
cera abeunt.

3. Si rubor sit intensus in facie cum pustulis, ma-
lum curatu difficile est, & pæne impossibile: & li-
ceat pustulæ remoueantur medicamentis fortibus,
rubedo tamen inanet, & magis intenditur.

4. Quando rubedo coniuncta est cum inflatione
faciei & raucedine vocis, lepræ imminens signum
est.

Curatio.

Curantur hæc tubercula emollientibus, discutien-
tibus, & nisi cedant, etiam erodentibus.

Ut ℥. *farine lupinor. orobi* an. ℥. j. *sem. malua*
excorie. rad. ireos an. ℥. ij. *salis ammoniaci* ℥. j.

Cum *mi. cilag. gummi tragacantha* F. Trochisci,
qui tempore vsus in lacte dissoluantur.

Vel ℥. *mellis, aceti acerr.* an. ℥. i. β. Misc.

Vel ℥. *lithargyri auri* ℥. ij. *terebinth.* ℥. β. *ol.*
commun. q. s. Misc.

Vel *amygdalis amaris* tritis & cum aceto mixtis,
facies vesperum illinatur, & mane lacte abluatur.

Si duriores sint vari, ℥. *Saponis nigri* ℥. β. *am-
moniaci, thuris*, an. ℥. i. β. Dissoluantur in aqua, ut
cerati crassitudinem acquirant.

Vel ℥. *succi oxylapathi* ℥. ij. *aceti scillitici* ℥. β.
gummi alumin. ℥. β. Misc.

Vel ℥. *rad. oxylapathi, helenij incisar.* an. ℥. i.
fol. byssopi, pulegij an. Vnc. β. Coq. in aceto ad
mollitiem & contundantur minutim. Adde *saponis*

mollis Vnc. β. *ammoniaci aceto dissol.* Drach. ij.
myrrha, thuris boracis an. ℥. β.

CAPVT XXIV.

De Sudaminibus, & Sironibus.

Sudamina, Græcis *ἰσπῆ*, sunt exanthemata in Sudamina.
Summa cute corporis hærentia, granis milii simi-
lia, quæ *ἰσπῆ* cutem exasperant. Nonnulli *ἰσπῆ*
ἄκρη quoque nominari putant. A Plinio, *lib. 23.*
cap. 4. papulæ sudorum appellantur. Rhafes & Au-
cenna alaf vel cum articulo alafes siue hafes & alha-
ses nominant. Affectus familiaris est pueris & iuue-
nibus, præsertim temperamento calidioribus, qui
æstatis tempore nimis mouentur & exercentur, in
collo, scapulis, pectore, brachiis, & femoribus
frequentius tamen circa pudenda & anum accidens,
vnde Hippocrates, 3. *aphor. 21.* eum inter morbos
æstios refert.

Causa.

Ortum autem habent Sudamina à sudoribus mul-
tis biliosis & mordacibus, qui cutem mordent, sca-
bram reddunt, vlcerosè exasperant, & in ea prur-
itum excitant. Oriunturque inprimis ætate calida
& humida, post vsum calidiorum & acrorum, la-
bores maiores, ab habitatione in loco calido &
humido vento minus persflabili, sudoribus nimis,
sordibus & immunditie vestium.

Signa Diagnostica.

Tubercula hæc manifesta sunt. In cute enim as-
peritas & pustulæ pruriginosæ apparent. Signa dia-
gnostica.

Prognosticum.

Affectus periculosus non est: sed plerumque na-
turæ ope sine medicamentorum auxilio cura-
tur. Prognosti-
cum.

Curatio.

Vestes idcirco adhibeantur mundæ, crebròque Curatio
mutentur.

Si affectus sit mitior, solius *aq. rosar.* aut *planta-
ginis*, quibus tamen *Camphora* granum vnum aut
alterum addi potest, lotione curatur.

Si verò grauior sit, & biliosi humores in corpo-
re abundant, ij alterandi & euacuandi.

Postea balneo hoc vtendum.

℥. *Rad. oxylapathi, lil. alb.* an. ℥. β. *bryonia,*
Vnc. ij. *herba malua, violar. althæe, parietarie,*
branca vrsina, an. *fascicul. j. fumarie* M. ij. *flor.*
nymphae, ros. rubr. fabar. an. M. j. *furfur.* ℥. ij.
Coq. in aq. dulci pro balneo.

Post balneum, si opus sit, adhibeatur hoc vn-
guentum.

℥. *ol. violar. rosar. nymphae* an. ℥. β. *succili-
mon.* Vnc. ij. *lithargyri* Vnc. j. *cerussa* Vnc. β.
camphoræ Drach. j. Agitentur in mortario. F. Li-
nimentum.

EPertinent huc & illæ pustulæ, Germanis *Seuven* Sirones.
dictæ, quæ in vola manus, & plantis pedum oriun-
tur, in quibus minutissimum quoddam vermiculo-
rum seu pediculorum genus sub cuticula latet, quod
Sirones vel Chirones nominant. Nascitur autem
in hisce locis potissimum, quod ichores crassiores in
scabie sub cute eò loci crassiore detinentur.

Cognoscitur vermiculos hosce in pustulis latere, Signa:
quod maior pruritus quàm aliàs in hisce locis per-
cipitur.

Effodiuntur Chirones plerumque acu. Hinc ne
renascantur, locus vino vel aceto, in quo *Sal, alu-
men*, vel *nitrum* dissolutum sit, abluatur; vel lixiuio
facto ex cineribus ramorum *igenistæ* aut *quercus.*

Post ablationem & exsiccationem oblinatur hocA
unguento.

℞. lapathi acuti, scabiose, absinthij, tanacetij, fol. persicorum, fraxini, hyoscyami, nucis iugland. an. M. j. Contendantur omnia, & cum succis istis sumantur *axungia veteris porcina ℞. ij.* bulliant omnia ad consumptionem succorum.

Postea adde *picis nivalis ℞. j. ℞.* Coletur totum per pannum. Deinde

℞. myrrha thuris, mastichis an. ℞. ii. pulverisentur subtiliter, & imponantur colaturæ, & moueantur cum spatula donec modum unguenti acquirant. Et quando cum eo operari volueris, tunc *℞. vj.* unguenti potest addi *℞. i.* argenti vini extincti cum taliua, aut cum albumine oui agitati. Et intra quindenam diem omnem talem leuciem seu cirenes cum B prunitu carabis.

CAPVT XXV.

De Epinyctibus & Terminthis.

Epinyctides.

EΠΙΝΥΚΤΙΤΑ dicitur, ἑπινυκτία, id est, quoniam noctu oritur, vt Galenus, 2. *meth. med. c.* 2. & Celsus, *lib. 5. cap. 28.* tradit. Paulus tamen Ægineta, *lib. 4. cap. 9.* & Aëtius, *tetrabib. 4. ferm. 2. cap. 61.* non quod noctu oberiatur, sed quoniam noctu vehementius hominem excruciet, sic dici existimant. Verum vtraque ratio simul constare potest & tuberculum hoc noctu enasci, & noctu hominem excruciare. Paulus Ægineta ergo & Aëtius, loco alleg. definiunt Epinyctides, quod sint vlcuscula sua sponte erumpentia *επιφανέτω*, h. e. phlyctenis bullisue similia, sub rubra, quibus disruptis cruenta sanies defluit. De die non magno pere excruciant, per noctem, verò grauius magis, quam pro ratione vlceris dolore torquent. Est v. Paulus & Aëtius per vlcuscula Epinyctides definiunt: tamen proculdubio pustulas in vlcuscula abeuntes intelligunt. Neque solum ex biliosa & cruenta sanie, sed & aliis humoribus generantur. Ideoque Plinius, *lib. 20. cap. 6.* pustulas lientes & noctu inquietantes appellat. Celsus verò, loco alleg. clarissimè eas describit, inquit: *Pessima pustula est, que ἑπινυκτία vocatur. Ea colore vel sublimida, vel alba esse consuevit. Circa hanc autem vehemens inflammatio est, reperitur intus exulceratio mucosa. Colore est humoris sui similis. Dolor ex ea supra magnitudinem eius est, neque enim ea faba maior est. Atque hac quoque oritur in eminentibus partibus, & ferè noctu. Vnde nomen quoque à Græcis ei ἑπινυκτία impostum est.*

Nonnulli Epinyctides Essere Arabum esse putant: sed falluntur, vt ex capite seq. patebit. Essere enim nisi sculpatur valde, nullum humorem effundit.

Causse.

Causse.

Causse huius tumoris sunt falsus & serosus humor & pituita, cui modo sanguinis & biliosi ichoris aliquid, modò bilis atræ admiscetur. Vnde etiam color non vnusmodi est; & ob pituitam admistam pustula aperta mucosa intus exulceratio reperitur. Et omnino humor ferè talis est, qualis carbunculi causa, nisi quod nulla malignitas adest; neque etiam tumor tantus, quantum carbunculo. Néque enim, vt ex Celso dictum, faba maior. Quod verò noctu magis exacerbatur, causa est humor ater, qui noctu magis moueri solet, & frigus nocturnum, quod poros cutis adstringit.

Signa Diagnostica.

Signa Diagnostica.

Notas huius tumoris addere non est opus; cum

ex descriptione Celsi modò proposita satis cognosci possit,

Prognosticum.

Periculosa quidem non sunt ista tubercula, roburque virtutis expellens significant: molestata tamen sunt ob dolorem, noctuque inquietudinem pariunt & adustum ac vitiosum succum in corpore redundare significant.

Curatio.

Ideoque vitiosus humor euacuandus; & si sanguis abundet, vena secanda. Simul etiam talis virtus ratio instituenda, quæ adustum humorem non generet.

Topica quod attinet, tale balneum vel lotio institui potest.

℞. malue violar. parietaria, branca ursine, an. M. ij. solani M. i. sem. altheæ, 4. frig. mai. centes. an. ℞. j. Coq. in aq. dulci pro Balneo.

Paulus & Aëtius laserpitij liquorem aqua salita commendant, cum absque rosione siccet; vt & cicuta vel hyoscyami folia cum melle trita. *Coriandrum* item viride & solanum, trita & mixta, vel olea sinestris folia trita.

Vlceribus ex pustulis natis conuenit sequens medicamentum.

℞. cerusse ℞. 6. lithargyri ℞. i. ℞. sem. fanigraci ℞. 6. rosar. 3. ij. succi endiuia q. s.

Misceantur donec mellis vel linimenti crassitiam acquirant. Ab acibus verò, acidis & salis abstinentum.

Terminthis.

Nonnulli ad Epinyctides & Terminthis referunt. Verum quid propriè Terminthis antiquotum fuerit, vix satis constat, nisi quantum ex Galeno habetur, qui 6. *epid. comm. 3. ceter. 37.* scribit: Terminthorum nomen nigras quasdam pustulas in erubribus maximè orientes, à figura coloris, magnitudinisque similitudine, quam cum Terminthorum, id est, cicerum fructu, (vt vulgò vertunt, seu vt alii, & rectius, terebinthi fructu) habent, derivatum, significare.

CAPVT XXVI.

De Essere.

ESSERE etiam genus est, in Græcorum & Latinorum scriptis non obuium, sed ab Arabibus propositum, nostris, tamen regionibus etiam non infrequens, quod Essere, Sora & Sare uocant, cum scilicet tubercula parua, ad rubrum vergentia duriuscula, cum insigni pruritu subito vniuersum corpus occupant, non secus ac si ab apibus, vel vespis, vel culicibus, homo demorsus, aut viticis percussus esset; non ita tamen post longum tempus iterum euanescent, nulloque ichore vel alia humiditate effluente cutis pristinam leuitatem & colorem recuperat. Nonnulli quidem tuberculorum hoc genus ad Epinyctides Græcorum referunt: verum malè. Diuersi enim omnino tumores sunt Epinyctides & Essere, cum Epinyctides humorem ex se effundant, quod non faciunt Essere, quæ sine omni emanante humore euanescent. Præterea Epinyctides, vnde & nomè habent noctu potissimè affligunt: Essere verò noctu erumpunt, sed plerumque de die. Curatio quoque illorum diuersa est.

An Græcis hoc tumoris genus cognitum fuerit, dubium; cum nullum huius tumoris proprium genus in eorum scriptis occurrat: nisi quis forsitan ad exanthemata vlceris expertia id referre velit.

Serapio, 5. *breuiarij, cap. 8.* duplex huius tumoris

genus constituit, pro causa ratione differens. Vnum ex sanguine bilioso deducit; alterum ex phlegmate salso nitroso, sed rarius, Abj, cum nulla humiditas affluat, ab habitu vel vapore sanguinis feruidi, vel biliosorum & salforum humorum mixtione hoc tumorum genus oriri statuunt.

Causse.

Causa.

Cui serosorum humorum natura nota est, ille non negauerit, à serosis humoribus talia tubercula excitari posse, utpote qui acres & valde mobiles sunt & facile etiam euanescent ac discutunt. Quod confirmat & illud, quod venæ sectione, quæ potissimum effluensentiã serosæ partis in sanguine coeret, hoc malum imprimis tollitur. Esse tamen huius serosi humoris non vnã differentiam, sed nunc serum hoc esse minus, nunc acrius & feruidius, nunc tenuius, nunc crassius, pruritus, qui nunc maior nunc minor est docet; sicut & illud, quod sæpe obseruauit tubercula hæc, dem ægri in calido loco sunt, tunc emergere, & dum frigido aëri sese exponunt, euanescent; nunc contra in frigido emergere, & in calido euanescent: quorum prius ideo accidere videtur, quod humor valde tenuis & mobilis est, & ab ambiente aëre frigido statim intropellitur; postenus vero quod humor ita mobilis & tenuis non est, sed paulò crassior qui propterea in aëre frigido transpirare non potest, in calidiore vero transpirat.

Generatur vero iste serosus & tenuis humor plerumque vitio epatis, quod ab aliqua causa p. n. ad humorem hunc generandum dispositum est. Effluens autem iste humor à causis procatacicis, quæ sanguinem agitant. Hieme etiam & frigidis regionibus magis quam calidis accidit.

Signa Diagnostica.

Signa Diagnostica.

Ex notis supra nominatis facile cognoscitur. Nimirum interdum vlcerosa lassitudo præcedit, tum pustulæ pruriginosæ toto corpore eumpant, ac si homo ab apibus punctus vel vrticis percussus esset.

Prognostica.

Prognostica.

1. Tubercula hæc breui temporis spacio, etiam nulla cura adhibita, sponte euanescent, & non suppurantur, nullaque humiditas ex iis effluit. Et si id accidat interdum, id potius ratione scilpura, ac ob vehementem pruritus, qui ægris molestus est, quam tumoris accidit.

2. Interdum Effere febres biliosas antecedunt, & propterea ii, qui hisce tuberculis frequenter molestantur curationem negligere non debent, ne in febres, & grauius malum incidant.

Curatio.

Curatio.

Topica vt adhibeantur plerumque opus non est, sed si feruor sanguinis & humorum venæ sectione & alterantium exhibitione compescatur, tubercula euanescent, & læuitas ac color naturalis cuti redit. Primò nimirum vena aperienda, & tantum sanguinis detrahendum, quantum corporis conditio postulat. Postea, si opus sit, biliosus & serosus humor detrahendus *tamariudis, myrobalanis, rhubarbaro*. Postea exhibeat *succus & sirupus granatorum, ribes, de agresta, serum lactis*, cum *emulsiõne sem. 4. frigidorum*, & similibus, *lac acidum*. Vtile etiam est ægrium balneo aquæ tepidæ immittere.

Dietæ etiam sit refrigerans & humectans.

CAPVT XXVII.

De Scabie.

Scabies.

EX materia adusta etiam Scabies oritur, vt & Pruritus, qui scabiei & similibus affectuum veluti præludium quoddam est. Scabies autem Latinis,

A Græcis $\psi\alpha\tau\iota$, notus satis affectus est, in quo non solum aliqua corporis turpitudine & deformitas adest, sed etiam cutis intemperies cum tumore & exulceratione, vnde etiam cutis actiones laeduntur. In pruritus vero in scabie summa cutis afficitur, atque ex ea, vt est apud Galenum, 4. aph. 17. tale quid adicitur, qualis serpentum senecta. Vnde à pruritu etiam differt: in pruritu enim tantum cutis, in qua scalpentes nihil decidit, est asperitas; in Scabie vero non solum est cutis asperitas, verum etiam intemperies cum tumore, à qua scalpendo promiè corpora furfuracea separantur, & cum iis ichiores etiam varii, & excrementa saniosa.

Causse.

B Quæ autem sit causa Scabiei, autores non planè conuenire videntur. Galen. de tumorib. cap. 13. ita scribit: *Scabies quoque & Lepra melancholicia affectus sunt*; & 7. aph. 40. melancholicos affectus esse caneros, elephantiasis, lepras & psoras; quod aliis quoque in locis docuit. Auicennas vero 7. quart. tr. 3. cap. 6. scribit: materiam scabiei esse sanguinem cui admiscetur bilis, quæ conuersa est in melancholiam, aut phlegma salsum; cui etiam alii Arabes consentiunt. Verum enim vero etsi humor in scabie non semper sit idem: tamen in omni aliquid humoris adesti & melancholicus calidi & sicci admixtum est. Præterea scabies alia est humida, alia sicca. Humida, in qua materia humida & saniosa simul effluit: sicca vero in qua parum vel nihil eiusmodi materiam emittitur. Atque de hac locutus videtur esse Galenus utpote in qua humor ille melancholicus magis exsuperat Auicennas vero & reliqui Arabes de omni scabie. Etsi vero scabiei causa proxima sit humor acris & salus: non tamen planè absurdè Auicennas materiam scabiei sanguinem esse dixit. Cum enim scabies vniuersalis corporis affectus sit, non facile ab alio humore proficisci potest, nisi sanguis etiam admiscetur, sed tamen sanguis non potest esse simpliciter causa scabiei, quam diu nimirum suam benignam & temperatam naturam obtinet; si quidem benignus ac bonus dum est, non pruritus, nedum vlcerosos tumores excitare potest. Quapropter sanguinem corrumpi, aliosque ipsi humores, qui mordaces & acres sint, si scabiem gignere debet, ipsi admisceri oportet. Bilis quidem flaua acris est & mordax, sed vix ea copia affluit, aut tam crassa est, vt tales tumores excitare possit. Atra vero bilis & pituita salsa, ad scabiem producendam commodissimi humores sunt. Ii enim cum crassi, calidi & sicci, ac mordaces sint, si ad cutem protrudantur in ea hærent, atque calidam & siccam intemperiem, pruriginem, tumorem atque exulcerationem excitant.

C Causas autem primitiuas quod attinet, in primis ad humores illos falsos, mordaces & acres gignendos, efficax est victus ratio, cibi nimirum prauis, falsi, acres, & qui facile corrumpuntur: hinc pauperes, qui prauis illis cibis vtuntur, frequentius scabie infestantur, vt & pueri ac in prima ætate constituti, utpote qui in victu sunt in continentiores; vnde plura excrementa colligunt, quæ in ambitu corporis retenta corrumpuntur, atque acrimoniam acquirunt. Facilius autem ex cibis prauis gignuntur illi acres & falsi humores, si intemperies Epatis sit calida & sicca. Huc quoque pertinet corporis immundities, & negligentia in mundando corpore si nimirum sordes à cute non abluuntur, aut vestes non mutantur, vnde sordes in superficie corporis hærentes, exitum non ita liberum excrementis permittunt & acrimoniam acquirunt, aliosque humores corrumpunt. Oritur quoque scabies interdum post crisi, post morbos tùm acutos, tùm diuturnos;

D Causas autem primitiuas quod attinet, in primis ad humores illos falsos, mordaces & acres gignendos, efficax est victus ratio, cibi nimirum prauis, falsi, acres, & qui facile corrumpuntur: hinc pauperes, qui prauis illis cibis vtuntur, frequentius scabie infestantur, vt & pueri ac in prima ætate constituti, utpote qui in victu sunt in continentiores; vnde plura excrementa colligunt, quæ in ambitu corporis retenta corrumpuntur, atque acrimoniam acquirunt. Facilius autem ex cibis prauis gignuntur illi acres & falsi humores, si intemperies Epatis sit calida & sicca. Huc quoque pertinet corporis immundities, & negligentia in mundando corpore si nimirum sordes à cute non abluuntur, aut vestes non mutantur, vnde sordes in superficie corporis hærentes, exitum non ita liberum excrementis permittunt & acrimoniam acquirunt, aliosque humores corrumpunt. Oritur quoque scabies interdum post crisi, post morbos tùm acutos, tùm diuturnos;

E Causas autem primitiuas quod attinet, in primis ad humores illos falsos, mordaces & acres gignendos, efficax est victus ratio, cibi nimirum prauis, falsi, acres, & qui facile corrumpuntur: hinc pauperes, qui prauis illis cibis vtuntur, frequentius scabie infestantur, vt & pueri ac in prima ætate constituti, utpote qui in victu sunt in continentiores; vnde plura excrementa colligunt, quæ in ambitu corporis retenta corrumpuntur, atque acrimoniam acquirunt. Facilius autem ex cibis prauis gignuntur illi acres & falsi humores, si intemperies Epatis sit calida & sicca. Huc quoque pertinet corporis immundities, & negligentia in mundando corpore si nimirum sordes à cute non abluuntur, aut vestes non mutantur, vnde sordes in superficie corporis hærentes, exitum non ita liberum excrementis permittunt & acrimoniam acquirunt, aliosque humores corrumpunt. Oritur quoque scabies interdum post crisi, post morbos tùm acutos, tùm diuturnos;

vbi scilicet natura humores prauos, quos alio modo euacuare & discutere non potest, ad cutem propellit. Contagium denique inter præcipuas scabiei causas numeratur, quam causam etiam Galen. agnouit, lib. 1. de diff. febr. cap. 2. 4. de differ. puls. cap. 1. In superficie enim cutis scabiosorum quædam viscida & tenax humiditas colligitur, quæ per vestes aut alio modo corpori comunicata, humores in eo simili modo corripit & similem affectionem producit, in his præcipue corporibus quæ ad scabiem iam sunt disposita. Et quidem scabies humida magis contagiosa est, utpote in quâ plus talis humiditatis viscidæ generatur.

Differentiæ.

Differen-
tiæ.

Differentias scabiei aliqui plures recensent, utpote quod alia sit recens, alia inueterata, alia totum corpus occupet, alia saltem manus & crura: sed præcipua est quæ ab humorum differentia petitur, quod aliqua ex humore atro & melancholico oritur, & sicca appellatur, in qua etsi alii humores concurrunt, humoris tamen illius maxima pars est, unde ex partibus hæc scabie laborantibus, vel nihil excernitur, vel si quid excernitur, est crassum, siccum, & vlcera ac vestigia vlcerum sunt liuida & nigra: alia est humida, in qua abundat pituita falsa, è qua nimirum sanies humida multa, tubulis, acris, aut etiam crassa, copiosius emanat.

Signa Diagnostica.

Signa Dia-
gnostica.

Scabies notus affectus est, facileque agnoscitur, ut & eius differentia, præcipue ex iis, quæ modo dicta sunt. Quæ tamen signa nonnihil mutantur, prout maior vel minor adustio est aliorum humorum.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

1. Etsi verò scabies ob turpitudinem & deformitatem magis molesta est, quam ob aliud quod imminet periculum, & in ætate iuuenili sæpe ab aliis morbis præseruat, vel etiam alios morbos sanat: tamen semper tuta non est. Si enim diuturnior sit in lepram in gratè potest, & in senibus contumax est ac curatu difficilis.

2. Et inter species curatur difficilior sicca quam humida. Quæcumque itaque sit, negligenda non est sed cum comoda curatione, vel ob deformitatem saltem, tollenda.

Curatio.

Curatio.

Principio autem recta victus ratio habenda est, & à cibus humores adustos & salios generantibus abstinendum, ut sunt falsa, acris, amara, olea & oleaginosa. Contra verò cibi boni succi assumendi sunt. In genere autem hoc obseruandum, conuenientius esse, ut cibi, qui scabiosis exhibentur potius elixi sint, quam assi aut frixi. Assa enim & frixa præcipue acriorem humorem & sicciorer generant.

Postea humorum acrimonia temperanda, & præcipue Epatis intemperies ad naturalem statum reducenda, humoresque falsi & acres euacuandi. Principio itaque primæ viæ, leui aliquo medicamento sunt euacuandæ. E. g.

℞. Elect. diacathol. ℥. s. pulu. senæ prepar. ℥. s. cum saccharo F. Bolus.

Si adsit aliqua sanguinis copia & humores paulò calidiores sint, etiã non inutile facit, venam in cubito aperire. Solet enim natura humores vitiosos è maioribus illis venis internis ad ramos externos & subcutaneos expellere, qui inibi vena aperta cum sanguine euacuantur.

Postea in scabie humida ex pituita falsa præparantia exhibenda ex cichorio, agrimonia, lupulo, capill. ♀: Purgantia ex agarico, rhabarb. fol. senæ; In sicca, præparantia ex fumaris, borag. buglossa, violis:

A Purgantia ex epithymo, polypodio, sena, helleboro nigro: unde variæ in rem præsentem formulæ concinnari possunt.

℞. rad. cichor. ℥. i. polypodii, lapathi acus, cortic. inter. frangula an. ℥. s. ligni sassafias, glycyrrhizæ rasæ an. ℥. ii. fumar. acetos. agrimon. scabios. an. M. i. epithymi, fl. borrag. bugloss. an. M. i. s. passular. ℥. s. Coq. in s. q. aq. commua. veletiam feri lactis pro lb. ii.

Colaturæ clarificatæ adde Sir. de endiu. de cichor. cum rhabarb. an. ℥. s. acetisambuc. ℥. ii. Misc. dentur singulis dieb. ℥. iv. vel v.

Vel ℞. rad. cichor. ℥. vi. glycyrrhizæ ℥. iii. fumariz M. ii. endiu. M. i. flor. borrag. viol. bugloss. an. M. s. sem. melon. endiu. an. ℥. i. fol. senæ ℥. i. cortic. myrobal. citr. Ind. an. ℥. s. polypodij q. ℥. v. agarici albiss. ℥. iii. rhabarb. el. ℥. ii. spica ℥. i. cinam. ℥. i. an. ℥. s. Coq. in s. q. aq. scabios. & fumar. pro lb. ii. per noctem stent: postea colentur & clarificantur atque aromatizantur. ligni aloes sanctal. rubr. an. ℥. i. Dosis ℥. iv. vel v.

Vel ℞. decocti senæ ℥. ix. sir. de fumar. de epithym. de cichor. cum rhabarb. an. ℥. ii. Misc. aromatizetur cum cinnamom. & spec. diar. abb. ℥. s. Dosis ℥. iv. vel v.

Vel ℞. fumar. M. i. flor. 4. cordial. an. p. i. epithymi ℥. s. glycyrrh. rasæ ℥. ii. fol. sen. el. ℥. iii. el-lebor. nigri ℥. i. polypod. q. ℥. iii. passul. enacl. ℥. ii. sem. anisi ℥. i. Coq. pro Vnc. iv. in colatura infunde rhabarb. el. ℥. i. cinamom. ℥. s. spica, schananibi an. gr. iii. Colaturæ expressæ adde sir. de fumar. byzant. simp. an. ℥. iii. F. haustus, qui toties repetatur, quoties opus fuerit.

Si vltiori purgatione opus fuerit, fortiora exhibeantur purgantia.

Vel ℞. confect. hamech. ℥. iii. elect. ros. Mesues ℥. i. s. F. Bolus. Vel dissolu. in aq. vel decoct. fumar. ℥. iii. & addatur sirupi de epithym. & de fumaris ℥. i. Misc.

Post alias præparaciones & purgaciones uti licet infuso ellebori nigri hoc modo paratu.

℞. rad. cichor. polypod. querni an. Drach. i. s. fumaris M. s. flor. borrag. bugloss. cichor. an. p. i. epithym. passular. an. Drach. ii. Coq. pro Vnc. v. In colatura infunde per noctem hellebori nigri veri ℥. i. s. cinamom. ℥. i. sem. dauci, anisi an. ℥. s. Sem. caryophyll. gr. v. Colaturæ expressæ adde sir. de fumar. de cichor. cum rhabarb. an. ℥. iii. Aromatizetur. cum spec. diarrhod. abbat. ℥. i.

Inprimis vero valde vile est serum lactis præsertim caprini, quod quidem in scabie humida primò exhiberi potest cum Vnc. i. succi ros. ut simul purget, deinde per iv. aut v. dies saltem alteret. Si sicca sit scabies, addi poterunt ℥. ii. vel iii. succi fumar. vel etiam ℥. ii. emulsionis sem. melonum, qua ratione efficacissimam ad scabiem & pruritum est medicamentum.

Vel etiam poterit hoc modo serum lactis parari.

℞. feri lactis caprin. lb. ii. myrobalan. consusior. ℥. i. epithymi ℥. Sem. Infundantur per noctem. Manè colaturæ ℥. i. assumatur.

Vel ℞. rad. cichor. fumar acetos. cimmarum lupuli, agrimon. recent. an. M. i. absinth. rorismar. an. p. i. Coq. in s. q. lactis caprini recens multè ad part. quart. absumptionem.

Postea instillentur acetisambuc. coch. ii. vel iii. vbi lac concreuerit, serum purius & sincerius sumatur manè per se, vel cum sirup. de cichor. cum rhabarbaro.

Vbi corpus satis purgatum fuerit sudorem prouocantibus opus est.

℞. Theriace, misbridat. an. ℥. i. succi fumar.

infiltrati ʒ. ʒ. s. s. de succo acetos. ʒ. ij. Dissolu. in aq. fumar. & manent manentur, & in hoc loco pro dicitur. In hunc usum sola fumararia potest usurpari, ut & pimpinella, aquileg. sembreros. Quod si scabies sit contumacior, etiam decotto sarsaparilla uti possumus, quibus tamen cum mede aq. vel syr. fumar. admisceatur.

Hæc ubi usurpata fuerint, ad Topica accedendum Inprimis hic commodus est usus balnearum tum dulcium, tum mineralium ac calidarum, inter quas præcipue Aereæ commendantur: quorum tamen usus continuus cum siccet, hac ratione interdum in scabie sicca vitale est, per vices vniuersa dulcia & sulphurea, ita ut bis dulcia usurpentur, quater autem Aerea. Talium enim balnearum & solo seri latius usu etiam contumax scabies curatur. Sed cum non ubique ista balnea mineralia reperiantur, alia pro iis substituere licet, quæ facultatem digerendi, detergendi, & poros cutis extergendi atque purgandi vim habent, quæ si refrigerantibus, & dolorem ac pruritum mitigantibus admisceantur, polychrestum medicamentum efficitur.

Ut ℞. alumin. ʒ. j. s. Aereæ ʒ. ii. ʒ. i. Salis M. i. F. pulu. qui in aqua calentis labrum commociatur.

Vel ℞. Salis commun. lb. Sem. alum. ʒ. iii. ʒ. i. ferri, Ferri, an. Vnc. ii. Contusa commocantur in balneo.

In balneo etiam coqui potest malua, fumararia, scabiosa, artemisia, beia, radix oxylapathi, & in sacculo suspendi farina fabar. fursures.

Potest & tale balneum parari:

℞. rad. & fol. lapathi acuti, M. iii. enule ʒ. iii. bryoniae lb. Sem. malua, scabios. fumar. chelidon. saponar. ana M. i. hordei integri, lupinor. fabar. ana lb. Sem. fursar. lb. i. flor. chamamel. M. iii. Coq. pro balneo.

In eodem etiam usum linimenta & vnguenta parantur, quorum magnus numerus passim apud autores occurrit. Componuntur ex detergentibus, vt dixi, & cutem purgantibus, qualia sunt nitrum, Iris, amygdala amara, abrotanum, elleborus, radix bryonia, lil. alborum, farina fabar. orobi lupinor. terebinthina, Aeri, ferrum. His admisceantur Anodina, quæ pruritum & dolorem, qui ex aliis medicamentis excitatur, mitigant, vt ol. rosac. anethin. chamamel. pinguedo gallin. anser. vitulin. butyrum recens, axungia porci. Addenda quoque, quæ curis intemperiem corrigunt, vt sunt succus acetosa, lac sem. melonum. Tenuium quoque partium medicamenta admiscenda, vt acetum, succus limonum.

Ex quibus omnibus & similibus, prout res postulat, varia componuntur medicamenta, pro ratione corporis affecti. Neque enim vnico medicamento facile omne genus scabiei curari potest, & qui hoc tentant, vel negligentia, vel inscitia accusandi sunt. Mitiora enim in scabie mitiori, in pueris, sceminis, delicatis & mollioribus conueniunt: in aliis fortiora. Alia etiam humida, alia sicca scabies postulat.

Mitius est hoc:

℞. lytharg. aceto ros. prius diluti, rad. lil. alb. an. ʒ. ii. ol. ros. ʒ. ij. farin. fabar. ʒ. i. succi limon. ʒ. ii. camphor. gr. iv.

℞ Puluerisanda subtiliss. pulueriscentur, & cum reliquis in formam linimenti misceantur.

Vel ℞. succi lapathi acuti, elenii, an. ʒ. i. limon. ʒ. vi. terebinthin. ʒ. i. lytharg. ʒ. Sem. cerussa ʒ. ij. salis commun. Drach. Sem. ol. ros. q. s. F. Linimentum.

Vel ℞. axung. porcin. ʒ. i. Sem. ol. ros. ʒ. i. terebinthina ʒ. Sem. ol. Ferri, vitell. onor. an. Drach. i. pulu. thuris ʒ. ii. salis commun. Scrup. i. M. diligenter.

Vel ℞. luyr. rec. terebinth. an. Vnc. iv. ol. ros. myrri, an. Vnc. i. exor. vitell. m m. n. cerussa ʒ. i. salis ʒ. ii. Misc.

Vel ℞. succi lapathi acuti, elenii, an. ʒ. i. Sem. acetis Vnc. Sem. ol. rosar. cera an. q. s. F. Vnguentum

Vel ℞. tereb. lota aq. rosar. ʒ. Sem. succi aurantior. acetos. ʒ. iii. oni vitell. i. butyri ʒ. ii. ol. ros. q. s. F. Linimentum.

Vel ℞. tereb. lota in aq. scabios. ʒ. i. ol. rosac. ʒ. Sem. butyri rec. axung. porcin. an. ʒ. ii. salis ʒ. Sem. litharg. ʒ. i. vitell. onor. ij. succi limon. ʒ. vi. cera q. s. F. Vnguentum.

Vel ℞. succi lapathi acuti ʒ. i. terebinth. styrac. liquid. an. ʒ. i. Sem. rad. helenii ʒ. ii. thuris ʒ. i. oni vitell. j. salis ʒ. j. acetis ʒ. j. Sem. axung. porcin. ol. ros. an. ʒ. Sem. cera q. s. F. Vnguentum molle.

Vel ℞. lytharg. ʒ. s. cerussa ʒ. ii. mastich. thuris. an. ʒ. i. succi ex aurantio pomo cum cortice inciso expressi ʒ. i. ol. ros. q. s. Ducatur in mortario plumbeo. F. Vnguentum.

Pro diuitibus & delicatioribus solent componi Vnguenta à pomis, quæ Pomadas vel Pomata vocant, V. g.

℞. cinam. caryophyll. an. ʒ. iii. flor. lanendul. ʒ. ii. nucis moschata ʒ. ii. styrac. calaraita ʒ. i. benzoes ʒ. v. camphor. ʒ. i. pomorum odoratorum lb. i. s. aq. ros. tantumden: vini ʒ. iv. axung. porcina rec. li. Coq. omnia & colentur, postea adde moschi ʒ. Sem. F. Linimentum.

Fortiora in adultioribus & confirmata scabie necessaria sunt.

Ut ℞. succi lapathi acuti ʒ. i. Aeri citrini ʒ. ii. ʒ. Ori ʒ. ii. styraci liquid. farina lupinor. an. ʒ. ii. Sem. ol. ros. q. s. cera parum F. Vnguentum.

Vel ℞. Aeri ʒ. Sem. Ori ʒ. i. ol. ros. nucum an. ʒ. i. succi limon. ʒ. ii. Misc.

Vel ℞. rad. enule lapathi acuti. an. ʒ. i. Coq. in aceto, & per cribrum traiciantur. Adde Aeri vini ʒ. i. Olio commun. ʒ. Sem. succi limon. ʒ. vi. vnguenti albi Rhafis, vnguenti citrini an. Vnc. Sem. ol. ferri, rosac. ana q. s. cera parum. F. Vnguentum.

Vel ℞. vini boni odorati lb. i. s. Aeri ʒ. iii. thuris ʒ. ii. Olio ʒ. i. s. pingued. porci ʒ. iii. cera Vnc. i. Sem.

Bulliant simul ad tert. partis consumptionem; sub finem adde styrac. liquid. ʒ. j. s. Misc.

℞. rad. pimpinelle lapathi acuti, helenij an. ʒ. Sem.

Infundantur in aq. fumar. & postea coquantur: Colatura fortiter expressa adde terebinthina ʒ. iii. ol. ros. ʒ. ii. Bulliant ad consumptionem medietatis. Deinde adde Aeri ʒ. Sem. alumin. ʒ. ii. Olio gemme, Ori, an. ʒ. Sem. ol. onor. cera an. q. s. F. Vnguentum.

Vel ℞. butyri sine sale ʒ. iv. terebinthin. ʒ. i. Sem. Aeri ʒ. ii. Olio ʒ. Sem. vitell. ou. j. Misc.

Vel ℞. tereb. ʒ. iv. Aeri citrini ʒ. Sem. rad. pimpinell. helenij, lapid. calaminar. an. ʒ. Sem. Olio gemme ʒ. iii. litharg. cerussa an. ʒ. ii. onor. vitell. y. alum. ʒ. i. acetis vini parum. ol. ros. q. suffic. F. Vnguentum.

Nonnulli etiam ʒ. viuum & ætum, vnguentis & linimentis contra scabiem admisceant. Verum cum inde periculum ægro conciliari possit, consultius est, in scabie, quæ aliis medicamentis curari potest, ab argento viuo & sublimato, quantum possibile, abstinere.

Interdum & manuum vngendarum causa globuli, saponis, & smegmata parari possunt. Exempli gratia.

℞. pulu. rad. Ireos ʒ. Sem. helenij ʒ. ii. fecula

byon. gersa serpentaria an. ℥. j. *thuris cæsti* ℥. ij. *ol. ferri* ℥. ij. *styrac. liquid.* ℥. ij. *farin. lapinor.* ℥. ʒ. *ʒ. ʒ. succi lapathi acuti* ℥. iii. *sapon. P. veteri in aq. ros. & fumar. dissolut.* q. ij. *moschi*, si libet, ʒ. ʒ. vel plus; Misc. F. Massa. & ex eo globuli qui inuoluuntur bombace.

℞. *Aq. destillat. oxylapath.* ℥. j. *succi plantag.* ℥. ij. *aq. ros. ʒ.* ʒ. *ʒ. succilimonum* ℥. j. *subargyrj* ℥. ij. *ceusse* ℥. ij. *ʒ. sublimati* ℥. v. *Comman.* ℥. ij. *Aeris viui* ℥. i. ʒ.

Puluerisanda pulueriscentur & cum aquis miscantur. Stent in infus. horis xiv. postea destillentur.

Aliud in omni scabie expectum. ℞. *rad. oxylapathi virid. helenij virid.* an. ℥. ʒ. *ʒ. ping. porci* ℥. ij. Contund. in mortario, & ad lentum ignem parum ebulliant, postea exprimantur fortiter, & F. Vnguentum.

De malo mortuo.

Peculiaris scabiei generis, nonnulli Medici mentionem faciunt, quod *malum mortuum* appellant, quia corpus nigrum & quasi mortificatum apparet; quæ est scabies cum liuore & nigredine, ac pustulis crustosis, nigris, sædis, sine sanie, & sine sensu ac dolore, in coxis & tibus præsertim. ex melancholia naturali exulta ortum habens, & prouidensum ciborum melancholicorum, lenis obstructionem, retentionem hæmorrhoidum sequitur, & proculdubio scorbutica malignitate non caret. Estque malum, ut affectus melancholici omnes, satis diuturnum, & curatu difficile.

Curatur autem humor melancholicum præparando, & conueniente modo purgando, ac vitium lienis, à quo pendet, corrigendo, de quo sæpius, ut de scorbuto, & passim alibi diximus. Corpore euacuato continentur medicamenta humor melancholicum temperantia, quibus & antiscorbutica medicamenta addenda.

Deinde lauetur corpus hoc balneo patato ex *radicibus polypodij, oxylapathi, helenij, iros, cortic. sambuci, ebuli, absinthij, fumarie, parietaria, malua.* Sub ingestum balnei detur, *conserua fumarie,* vel *syrapus* aut *aqua fumarie* cum *theriaca.*

Postea inungatur locus affectus unguento *diapompholygos;* vel tali: ℞. *succi fumarie, oxylapathi, chelidonii, cochlearie, nasturtij aquatici* an. ʒ. j. *pingued. porci antiq.* ʒ. iii. Coq. ad succorum confectionem. Adde *sulphur viui* ʒ. ʒ. *ol. nucum* ʒ. j. *ung. diapompholygos* ʒ. j. *ʒ. ʒ. thuris* ℥. ii. *terebinth.* ʒ. ʒ. Misc. in mortario plumbeco. F. Vnguentum.

CAPVT XXVIII

De Lepra Græcorum.

Lepa.

Lepa à *λεπρός* à squammis denominata. Summus quidam Pforæ seu scabiei gradus est. Mox autem in principio, ne quis Antonomastioneturbetur, obseruandum, nos hic de Græcorum Lepra, non de Arabum loqui. Quem autem Arabes Lepram nominant, ille Græcorum est Elephantiasis, de qua cap. seq. qui nil aliud est, quàm viciosa totius corporis Cancet, ut ex descriptione, quæ apud Aucenn. *tertia quartæ, tr. 3. c. 1.* manifestum est, dum inquit: Lepa est morbus ortum habens ex bile atra per totum corpus sparsa, vnde intemperies partium, forma & figura, & tandem etiam ipsa continuitas corrumpitur, & est cancet continuus corpori toti.

Albas nigra.

Græcorum v. lepram nominant Arabes Albas nigram, ut ex eodem Aucenn. *septima quartæ tr. 2. cap. 9.* apparet. Albas nigra, inquit, est illud, quod etiam Impetigo excoxiata, & est scabiositas acce-

A dens cuti, aspera, vehemens, & facit squamas, sicut squamas piscium, cum pruritu, atque est cum humore melancholico, & est de antecedentibus Lepriam quibus verbis manifestè Græcorum lepra describitur. Est nimirum Lepa Græcæ scabies in summo gradu, & à scabie solum affectus vehementia differt. Vnde etiam P. Aegineta vno eodemque capite, (*lib. 4. cap. 2.*) de scabie & lepra agit. Aucennas autem, quem & nos sequimur, peculiaribus capitibus de iis agit, de scabie nimirum *septima quartæ, tr. 3. cap. 6.* de lepra Græcorum autem *loc alleg.* agit.

Maiores in lepra est humorum corruptio & intemperies, quam in scabie, & in scabie solum quædam corpora fursuracea decidunt, in lepra autem velut squammæ piscium, ita ut à pruritu per scabiem ad lepram fiat transitus. Nam pruritus est leuis quædam cutis asperitas, in qua, nisi fortè violentius scalpatur, nihil ex cute decedit: In scabie postea iam humor euidentior est, & scalpantibus fursuracea quædam corpuscula decidunt. In lepra maior tumor est, & non amplius fursuracea corpuscula, sed squamosa, seu scalpantibus, seu non scalpantibus decidunt. Etenim in scabie materia est tenuior, & summam saltem cutem depopulatur: deinde in lepra materia crassior est, & non solum summam superficiem, sed etiam profundiora cutis depascit.

Græcorum hanc Lepram proculdubio sub Impetiginis nomine proposuit Celsus, *lib. 5. cap. 28.* non verò Lichenem Græcorum, quæ alius Impetigo dicitur, intellexit, dum ita scribit: *Impetiginis verò species sunt quatuor. At in iis mala est, quæ similitudine scabiem representat. Nam & rubet, & durior est, & exulcerata est, & roditur. Distat autem ea, quia magis exulcerata est, & varis similes pustulas habet: videturque esse in ea quasi bullula quedam, ex quibus interposito tempore squammæ resoluuntur, certioribusque hoc temporibus reuertitur. Alterum genus peius est, simile papula feve, sed asperius, rubicundiusque, figuræ variæ habens. Squamula ex summa cute descendunt, resio major est, celerius & latius procedit, certioribusque etiam, nonnunquam prior, temporibus & fit, & desinit.*

D. *Rubrica cognominatur. Tertia etiamnum deterior, est, nam & crassior est, & durior, & magis cumet, in summa cute finditur, & vehementius rodit. Ipsa quoque squamosa, sed nigra procedit, & late & tarde emittens serpit. In temporibus aut oritur, aut desinit, neque ex toto tollitur, Nigra cognomen est. Quartum genus est, quod curationem omnino non recipit, distans colore: nam subalbidum est, & recenti cicatrici simile, squamulæque habet pallidas: quasdam subalbidas, quasdam lenticula similes: quibus demtis, nonnunquam profusus sanguis. Alioqui verò humor eius albidus est, cutis dura atque fissæ est, proceditque latius. Hac verò omnia maxime genera oriuntur in pedibus, & manibus, atque unguibus quoque infestant. Medicamentum non aliud valentius est, quàm quod ad scabiem quoque pertinet, sub auctore Protaero retuli. Serapion autem nitri P. ij. Sulphuris P. iij. excipiebat resina copiosa, eoque crebatur. Hæc Celsus.*

Neque enim vllus autot seu Græcus seu Latinus, tot genera Lichenum constituit: quæ tamen facili in Lepa Græcorum inueniuntur: neque vllum caput in Celso occurrit, in quo de Lepa tractet, quæ tamen incognita ipsi, Hippocratis studiis non potuit. Præterea Impetigo, etiam leuissima scabie peior, à Celso ponitur: insuper cuncta Impetiginis genera squammæ emittere Celsus scribit, quod Lepæ Græcorum maxime proprium est, & nomen etiam *λεπρός*, id est, squaminis acco-

separatur; cum contra Lichen. Græcorum squammas nemo tribuerit.

Causse.

Causse.

Causse huius mali est atra bilis. Quanquam enim antiqui quidam etiam à pituita salta Lepram omni dixerint: tamen id non ita intelligendum est, quasi à sola pituita salta Lepra eriat, & excitari possit, sed cum interdum salta pituita atræ bili admiscetur. Ad Lepræ itaque generationem faciunt quæcunque atram bilem generant, & coaceruant. Quæ iam ex priori de scabie doctrina nota sunt; ut victus incommodus, temperamentum liccum, supprellæ hæmorrhoides aut menstrua, fonticuli, qui diu fluxere, prohibiti, febris quartana. Denique etiam ad Lepram eodem modo ut ad scabiem facit contagium. Et si nonnulli Lepram contagiosam esse negant: tamen id sine causa evidenti facere videntur. Si enim scabies contagiosa, procul dubio etiam lepra, quæ pessima scabies est, & quidem scabiei excessus, contagiosior erit.

Signa Diagnostica.

Signa.

Cognoscitur facillè Lepra, cum eadem signa, quæ scabies, habeat. Hoc saltem peculiare obtinet, quod squammas emittit. Sapor est fetidus, & malam minus remediis cedit. Est nimirum cutis aspera, arida & sicca, adest pruritus, & seu scilicet penitus seu non scilicet penitus quædam corpora squammas piscium referentia decidunt.

Prognosticum.

Prognosticum.

Est autem difficile & contumax malum. Et nisi ipsi mature obuiam eatur in Lepram Arabum seu Elephantiasin degenerat; si nimirum atra bilis ita coaceruetur in corpore; ut iam non solum exteriores partes, sed etiam interiores occupet.

Curatio.

Curatio.

Curationem quod attinet, cum Lepra summa sit scabies, eadem etiam, quæ scabies, medicamenta postulat; fortiora saltem. Quapropter Diata rectè instituta euacuandum corpus, ut dictum, Epatis intemperies corrigenda, & materia cutem obsidens, digerentibus ac detergentibus medicamentis tollenda. Imprimis hic utile est sudores prouocare decocto sarsaparillæ aut ligni Guajaci. Galenus ad detergentum imprimis commendat, lib. 6. de simpl. medic. fac. balanum myrsicam, quæ cum valida adstringenti vim habeat, si acetum coniungatur, vi adstringente deposita, egregie manus detergenti & altius penetrandi in cutanis affectibus præstabit. Sulphur etiam hic commodum est, ob vim detergenti. Reliqua ex priore de scabie doctrina patent, & dicentur plura, quæ etiam huc accommodari possunt, infra, cap. 40. de Elephantiasin.

CAPVT XXIX.

De Vitilagine, seu Leuca & Alpha.

Vitiligo.

Cum capite precedente Græcorum Lepram, Albaras nigram ab Arabibus appellari dixerimus, duas verò Albaras Arabes nominent, vnã albam, alteram nigram; & Albaras alba Arabum sit vitiligo Græcorum, vitiligo verò Vitiliginis species: Lepræ Græcorum Vitiliginem subicere placet.

Disputant equidem nonnulli operose, an Leuca & Alphas, & similia quæ proponemus post hæc vitia, ad morbos, an verò ad symptomata pertineant, & varia loca ex Galeno conquirunt, in quibus nunc hoc nunc illud asserere videtur. Verum cum nobis hoc libro propositum sit, & de morbis & de

A symptomatibus partium externarum agere, de cerebro uero non est utendum. Hoc non omisit si sciat, si recessus à statu naturali, sine sit in intemperie, sine in organica constitutione, tantus sit, ut actionem nullam lædat, non morbum sed symptomata esse, quo & colores mutati referuntur. Et si v. in prioribus libris partium morbos & symptomata seorsim proposuimus: hic tamen id eodem modo fieri non potuit, cum interdum idem affectus pro recessus à statu naturali magnitudine modo morbus sit, modo symptoma.

Vitiliginis autem vocabulo, vndeunque etiam deductum sit, nullum geneticum respondens Græcorum habetur, sed sub leucæ affectus complectitur, B vitiligo seu Leucam, albam utrumque, album scilicet & ingrum. Ita enim scribit Celsus, lib. 5. cap. 28. in fine: Vitiliginis tres species sunt. Albus, ubi color albus est, ferè subasper, & non continuus, ut quadam quasi gutta dispersa esse videantur. Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit. Mixto colore ab hoc differt, quia niger est, & umbra similis. Cetera eadem sunt. Albus habet quiddam simile alphi, sed magis albida est, & altius descendit, in eaque albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt, sed in aliis celerius, in aliis tardius. Galenus verò, ut dictum, nullum commune nomen habet, quo Leucam & albam complectatur, sed ut diuersos affectus proponit, 2. de sympt. caus. cap. 2.

C de sympt. caus. cap. 2. Apud Arabes occurrit vocabulum Albaras, quam illi in albam & nigram diuidunt, non ut morbum eundem in suas species, sed ut vocem in sua significata. Sunt enim diuersi affectus, & Albaras nigra nihil aliud est, quàm Lepra Græcorum, & Celsi Impetigo. Alba verò Græcorum vitiligo; quam appellationem & Celsus retinet, & Vitiliginis speciem constituit. Sicut & Plinius Vitiliginis albæ mentionem facit, lib. 18. cap. 15. & lib. 31. cap. 10. nigræ verò, lib. 22. cap. 25. Nullum enim, quod speciebus Vitiliginis, Leucæ & alphi respondeat nomen apud Latinos occurrit.

Albus nimirum, ut Galenus, 3. de sympt. caus. cap. 2. scribit, Medicis ita nominantur, à τὴν λευκὴν τὴν δὲ μακρὴν λέγουσι, à colore nomen imponentes. Qualem enim locustæ carnem habent, ferèque binnes ostrea, talem habent etiam, qui Leuca faciunt. Ἀπὸ τῆς τοῦ ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ, quod est immutare, quoniam scilicet cutis color immutatur, dicuntur: non tamen totius, sed sparsim magnæ maculæ per cutem, plerumque in corpore, oriuntur. Eorum verò generatio, ut Galenus ibid. docet, similis est generis, nimirum ex vitioso nutrimento. Non tamen subilis tota caro vitiat, sed in summa cutis superficie τὴν μακρὴν τῆς ὀφθαλμοῦ, id est, veluti squammule quedam superfiguntur, & quidem alphi albi ex pituitoso, nigri ex melancholico succo oriuntur. Non tamen veræ squammæ sunt, sed asperitas quedam cum colore mutato in cute percipitur. In hoc enim differt Alphas niger à lepra seu Arabum Albaras nigra, quod in Albaras nigra sunt exoriationes & squammæ, quæ in Alphi nigro non sunt.

E Alphas etiam appellatur Morphæa, procul dubio à μορφή; quod scilicet cutis color in album & nigrum mutetur. Celsus Græcorum appellationes in distinguendis vitiliginis speciebus usurpauit, & primam speciem Leucæ seu Leucam nominauit: album verò simpliciter alphi appellauit, nigrum verò vitiligo.

Mutatio autem hæc coloris tam in leuca, quàm in alphi interdum non solum in cute consistit, sed & ad pilos extenditur, & ut Celsus, loco à quo scribit, in leuca albi pili sunt & lanugini similes, & alphi

phi candidi etiam cum inueterascunt, vt Paulus, *lib. 4. cap. 6.* scribit, pilos albos produunt, nigri nigros. Scribitque Ioan. Philippus Ingrassias, *tract. 1. de tumoribus, cap. 1.* se non semel vidisse, canos etiam senes, aliquam vel barbæ, vel superciliorum partem (vbi scilicet inueteratus melas atque albus exstiterit) nigram habuisse, vt & iuuenibus ex toto nigris, quantum nihilominus partem leucæ, vt inueterato alphi, affectam candescere.

Ex his quæ hæcenus dicta sunt patet, ob colorem quidem cognatos esse affectus leucam & alphi, aliâ tamen non parum differre; cum leuca non solum cutis, sed & carnis in colore, imò substantia, sit mutatio: in alphi vero cutis aut cuticula potius saltem in colore mutetur.

Causæ.

Causæ. De Leucæ enim generatione, Galenus, *3. de symp. caus. cap. 2.* scribit: Cum caro longo tempore pituitoso simul ac glutinoso sanguine nutritur, caro quidem adhuc manet, mutatur tamen eius forma & in alteram speciem vertitur, fitque media quædam inter sanguineam ex sanguinemque carnem. Vbi autem talis est reddita, accidit ei, vt de cætero alatum sibi nutrimentum non magis vel tentet in rubram carnis speciem mutare, quam polypodes & locustæ. Ita fit; vt tam alba tum pituitosa è toto quam citissime euadat; cum nec ipsa possit nutrimentum ad ruborem vertere, & simul pituitosum illud affluat. Ergo qualem ab initio locustæ carnem habent, ferèque omnes ostræ, talem ex transmutatione habent, qui leuca scædantur. Ita enim carnis vitium nominant à calore nomen imponentes, sicut nigræ & callosæ carni ab elephante nomen ferunt.

De alporum vero generatione mox subiungit Galenus, quod eorum generatio cum prædictis vitis similis sit generis: non tamen subiit tota caro vitietur, sed in summo corpore veluti squammæ quæpiam insigantur.

Alphi autem duplex, albus, qui à pituita fit, & Arabibus Morphæa alba dicitur; & niger, qui ab humore melancholico generatur, & morphæa nigra appellatur. Nonnulli tamen alios quoque colores constituunt, & cutem quandoque ad citrinum, quandoque ad rubrum, pro diuersitate corrupti humoris, mutari dicunt. Et omnino id non de nihilo est. Cutis enim non raro ad album solum vel nigrum, sed sæpe etiam ad citrinum colorè mutatur.

Causæ antecedentes horum vitiorum sunt humores eiusdem generis in venis accumulati, & à natura ad ambitum corporis profusi. Proueniunt vero isti humores ex sanguificationis vitio, quod fit seu ob victus prauam rationem, seu epatis aliquem morbum. Ad alphi tamen nigrum in primis lienis vitium concurrit. Corripiuntur autem hoc malo frequentius viri, quam femine. In feminis enim cum menstrua purgatione eiusmodi vitiosi humores euacuari solent. Minus etiam pueri hoc malo infestantur, cum corpora eorum calida & humida sint, & proinde ad talium humorum generationem minus apta, ac rara, & insensibili transpirationi maxime idonea.

Signa Diagnostica.

Signa diagnostica.

Vitia ista ex coloris cutis mutatione cognoscuntur. Et quidem nigri alphi signa sunt manifesta, cum maculæ nigricantes latæ quasi squammosæ hinc inde per cutem spargantur. Quia vero in leuca & alphi albo utrobique color albus est, signis distinguenda sunt hæc duo vitia. In alphi pili in loco affecto naturalium colorem retinent; in leuca vero albi, lanugini similes exoriuntur. In Leuca etiam

Operam Sennerti. Tom. III.

cutis est magis depressa. Præterea in alphi si cutis acu pungatur, sanguis exit: in leuca autem ferè non sanguis exit: sed humor aqueus & albus effluit. Tandem etiam in alphi maculæ non sunt continuæ, sed distinctæ; in leuca vero continuæ, ob æquale subiectæ cutis & carnis vitium.

Prognostica.

1. Vitiligo equidem periculosa vitæ nullum infert: turpistamen est affectio.

2. Si ab epatis vel lienis vitio foueatur, curatu difficilium malum est.

3. Leuca difficilior curatu est, quam alphi: & antiquior etiam alphius facilius curatur, quam recens leuca.

B 4. Leuca, quæ, dum fricatur, non rubescit, & si pungatur, sanguinem non emittit, incurabilis est.

5. Incurabilis quoque est, quæ magnum locum occupat, diuturna est, & in singulas horas incrementum sumit. Omne enim alimentum, quod affluit, corrumpitur.

6. Contra quæ adhuc aliquem roborem habet, & exigua est, sanabilis est.

7. Leuca, quæ in manu aut pede est, est difficilis curationis.

8. Alphi albus facilius curatur, quam niger. Et omnino, quò color à colore corporis naturali magis recedit, eò malum curatu difficilium est.

Curatio.

C Malum hoc curatur, si humor, qui ipsum excitat, absumatur, præsteretque, ne similis humor ad cutem effluat; quod fit, si & qui præsens est in corpore euacuetur, cuteturque, ne nouus generetur.

In Leuce & alphi albo venesectione opus non est. Neque enim sanguis, sed frigidi & crassi humores abundant: qui calefacientibus, incidentibus, & abstergentibus medicamentis ex *hyssopo, betonica, radicib. aperientibus, stæchadè,* & id genus aliis paratis præparandi, postea medicamentis pituitam euacuantibus, *agarico, mechoacanba, turbit, colocythide,* & similibus euacuandi. Auicenna etiâ vtritur vomitoriis & diureticis. Tandemque ad abstinentes humores frigidos & crudos theriaca adhibeatur.

Antequam Topica in Leuce applicentur, locus pannis alperis prius fricandus, vt medicamenta rectius penetrare possint. Topica ipsa ita comparata sint, vt abstergant, discutiant, & sanguinem à partem affectam trahant, qualia sunt rubificantia, quæ in alphi sunt commoda; fortiora & vesicantia, & quasi caustica requiruntur in Leuce.

Abstergunt *lupini, semen orobi, radix, gentiane, faba, ficus, amygdala amara, radix asphodeli, albyssum, nigella, sulphur, pyrethrum, radix cucumer. asinini, bryonia.*

Sanguinem attrahunt, rubificant, atque etiam vesicas excitant, *sem. sinapi, eruca, thlaspios, nitrum, euphorbium, cantharides, radix dracuncis,* & alia alibi explicata.

E Ex his varia sunt composita. *℞. Rad. lapathi acuti, cucum. asinini an. ʒ. j. chelidon. maj. fumaric an. M. j. Coq. in aqua & parte tertia aceti. Decocto locus ablatur. Postea illinatur hoc unguento: ℞. succi chelidon. maj. lapathi, acuti, fumar. scabios. an. ʒ. j. b. palu. sinapi ʒ. j. adipis galline q. l. F. Unguentum.*

Vesicatoria sive ex sinapi, sive ex cantharidibus, sive aliis, in alphi tantum saltem in parte detineantur, donec mordicatio aliqua percipiatur. In Leuce vero consue dum cuticula abscedat, & vesicæ excitentur.

In alphi nigro in balneo locus illinatur puluere:

℞℞

sinapi cum aq. in formam pulvis misto, & tan-
tum detineatur, donec mordicque quadam percipi-
atur; vel pulvis seminis sinapi cum iuncin aqua
in nihil dissoluto misceatur, & parti illinatur.

Vel *Z. Japonis albi* lb. j. Radatur & sicceatur ut
possit in pulverem redigi. Addantur *farina faba-
rum lupinor.* an. ℥. iij. *sem. sinapi* ℥. j. *medulla pa-
nis albi* ℥. j. Cum *succo lapathi acris* misceantur.

Imprimis vero bona victus ratione opus est, ut
sanguinis vitium emendetur. Utendum ergo cibis
boni succi. Abstinentiam vero à salis, fumo indur-
ratis, acidis, crassis, viscidis. Quotidie locus affe-
ctus manè fricetur, vel linteò aspero, vel manibus
ol. amygd. amar. madidis.

CAPVT XXX.

De Impetigine & Lichene.

Impetiginem Celsi nihil aliud esse, quam Græ-
corum Leporam, supra cap. 28. dictum. Impeti-
go vero apud Plinium, Latini quoque alios, & de qua
hoc capite agere propositum est, Græcorum Li-
chen est.

Mentagra. Ad Lichenas pertinet & Mentagra dicta, de qua
Plinius, lib. 26. c. 1. *Sensit & facies hominum no-
uos, omni que auro priore incognitos, non Italia modo,
verum etiam uniuersa propè Europa, morbos: tunc
quoque nec tota Italia, nec per Illyricum Galliaue
aut Hispanias magnoperè vagatos, aut alibi, quam
Roma circaque, sine dolore quidem illos, ac sine per-
niciè vitæ: sed tanta fœditate, ut quacunque mors
preferenda esset. Grauiissimum ex his Lichenas ap-
pellauere, Græco nomine, Latine, quoniam à mente
ferè oriebatur, ioculari primùm lasciuia (ut est pro-
cox natura multorum in miseris alienis) mox &
usurpato vocabulo Mentagram, occupantem in mul-
tis totos viique vultus, oculis tantum immunibus, de-
scendentem verò & in colla pedibusque ac manibus, se-
do cutis fursure. Non fuerat hac læs apud maiores
patrè que nostros. Et primùm Tiberij Clandij Cesa-
ris principatu medio irripit in Italiam, quodam Pe-
rusino equite Romano Quastorio scriba, cum in Asia
apparuisset, inde contaginem eius importante. Nec
sensere id malum temina, aut seruii plebs que hu-
milis, aut media, sed proceres veloci transitu osculi
maximè, fœditore multorum, qui per peti medicinam
tolerauerant cicatrice, quam morbo. Casticis nam-
que curabatur, ni vsque in ossa corpus exustum esset,
rebellanti radio. Adueniuntque ex Aegypto geni-
trice italium visiorum Medici, hanc solam operam
afferentes, magna sua præda. Si quidem certum est,
Attilium Cornutum, ex Prætoris legatum Aquit-
tanica prouincia, H. S. C. C. elocasse in eo morbo cu-
randum sese. Hæc Plinius.*

Reprehendunt equidem nonnulli Plinium, sta-
tuuntque etiam multis antequam Claudius impe-
raret annis lichenas fuisse Græcis notas; eum Hip-
pocrates, 3. aph. 20. & 2. de morb. mulier. lichen-
um mentionem faciat, & verisimile sit, id malum
etiam Italiam vexasse eum & Gal. 5. de compos. med.
sec. loca, c. 7. lichenum in mento mentionem faciat,
neque tamen aliquid de exortu eorum sub Claudio
meminerit, & plerique autores, è quibus pharmaca
cōtra hunc morbum citat, ante Claudium vixerint.
Verum sciendum, duplicem esse Lichenem, vnum
cuius Hippocrates alique Græci ante Claudium
Imperatorem mentionem faciunt, quemque Plinius
& Latini omnes, excepto Celso, Impetiginem no-
minant; alterum ante Claudij tempora incognitum,
quem alij *λεχθια* *λεχθια*, lichenem feram, plerique

A Mentagram nominant. Quam Celsus dicitur &
Plinius obseruasse videtur, lib. 20. cap. 1 & 9. & lib.
22. c. 25. & lib. 23. c. 7 & alibi, & lichenes secun-
dum antiquos Græcos sic nominatos, Impetiginem;
nouum v. hoc genus Lichenas appellasse, ne vitio-
sa nomen clatura compositionem, Mentagræ scil.
cum vulgo usurparet. Et posteriorem hanc lichenem
speciem, contagiosam & epidemiam fuisse, satis in-
nuere videtur Galenus, dum 5. de compos. med. sec.
loca, c. 7. ex curatione lichenum Pamphilum Romæ
plurima lucratum esse, cum in vrbe Mentagra ap-
pellatus morbus inualeceret. Vtrumque genus hu-
ius morbi, Celsus, lib. 5. cap. 28. papularum nomine
complexus videtur, cum scribit: *Papularum duo*

B *sunt genera; altera est, in qua per minimas pustulas
cutis exasperatur, & rubet, leniterque roditur, me-
dium habet paucillo lenius, tarde serpit, idque vitium
maxime rotundum incipit, eadem ratione in orbem
procedit. Altera autem est, quam *λεχθια*, id est, feram
Græci appellant. In qua similiter quidem, sed magis
cutis exasperatur, ulceraturque, ac vehementius ro-
ditur ac rubet. Interdum & pilos remittit. Hæc Cel-
sus; quæ omnia cum iis, quæ Galenus, 5. de compos.
med. f. loc. c. 7. Paulus, lib. 4. c. 3. Aëtius, tetrab. 2.
serm. 4. c. 16. de Lichenibus scribunt, conueniunt.*

Est vero Lichen seu impetigo cutis asperitas cum Lichen
pustulis sicis, & magno pruritu, ad vicina serpens quid sit?
& se extendens.

Causa.

C Causa est ferokus, tenuis & acris succus, cum Causa.
crassiore humore mixtus. Generatur autem hic hu-
mor vel à prava victus ratione, & falsis atque acris
cibus, aut etiam ab aeris ambientis calore; qui
postea ad ambitum corporis protrusus eam exasper-
rat, & superficialiter quasi exulcerat. Idque in pri-
mis verno tempore accidit, vnde Hippocrates, 3.
aph. 20. Lichenas inter vernos morbos numerat.
Nonnunquam etiam hieme accidit, si ab aere pori
cutis constipentur, & acres falsique humores in ea
detineantur. Potest tamen etiam ex contagio vi-
tium hoc contrahi.

Differentia.

D Est autem duplex Impetiginis genus, ut supra ex Differen-
Celso dictum, vnum mitius, in quo minus & per
minimas pustulas cutis exasperatur, habetque me-
dium paulò lenius, tardeque serpit. Alterum, quod
λεχθια, id est feram, Græci appellant, in quo cutis
magis exasperatur & exulceratur.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur Impetigo, quod cutis dura, sicca, Signa:
aspera, & quasi squammosa redditur, adest pruritus,
& malum indies latius serpit, & ab exiguo initio
sele latius diffundit.

Prognostica.

1. Affectus periculosus non est, & recens ac mi- Prognostic
tis curatu facilis. ca

E 2. Quæ verò fera est & ab humore pejore ori-
tur Impetigo; difficilùs curatur, & in lepram
transire potest.

Curatio.

Victus ratio talis instituenda, quæ humores tales Curatio:
vitiosos, falsos & acres non cumulet.

Deinde si indicio sit, plures eiusmodi vitiosos hu-
mores in corpore abundare, conuenientibus medi-
camentis alterandi & euacuandi sunt.

Topica quod attinet, mitem & recentem Impeti-
ginem sanat salua ieiuni hominis illita, ut & li-
quor, qui ex viridibus lignis, dum vruntur, exsudat,
parietariæ item folia, aut *radix exylapathi* cum
aceto trita: ut & *gummi prunorum* illitum; vile est
& *oleum ouorum*, & *ol tartar. per deliq.* paratum,
præsertim aliis mistum.

Vt ℞. *ol. rosac.* Vnc. i. *cerebinth. aq. ros. lota* A
Vnc. iii. *ol. vitell. onor.* Drach. vi. *tartari per deliq.*
parat. ℞. ii. Misc.

Vel ℞. *ung. diapompholygos* ℞. i. *albi campho-*
rati ℞. ii. *ol. tart. per deliq.* ℞. ii. Misc.

Vel ℞. *ol. cora* ℞. j. *onor.* ℞. iii. *tartari per deliq.*
Drach. ii. Misc.

Vel ℞. *thuris, ammoniaci* an. ℞. ℞. *ol. de vitell.*
onor. ℞. ii. *cera* ℞. ℞. Misc.

℞. *sulphuris viuis* Vnc. i. *thuris, myrrha* an.
Drach. ii. *camphora* Drach. i. Singulis subtilissi-
mè criticis adde *boracis* Scrup. i. *aqua rosarum* ℞. ii.
Destillentur.

Vel ℞. *farina cicer.* Vnc. i. *alutivis* Vnc. Sem.
mellis q. l. F. Vnguentum.

℞. *rad. raphani excava.* q. v.
Impleantur sale, sinapi, & vino. Stent per noctem.
Liquore Lichenæ illinantur.

Vel ℞. *cera pulueris.* & miscetur cum *succo sem-*
peruini ad modum Linimenti, quo locus affectus
mangatur.

Si vero Impetigo fera, contumax & diuturna sit,
valentius abtergentibus opus est. Efficax hic est li-
quor ex oleo tartari per deliq. & argent. viuo de-
stillatus.

Vt ℞. *ol. tart. per deliq.* ℞. ℞. ℞. *viui* Vnc. ii. De-
stillata per Retortam. Prohibet primo ℞, postea aqua
ad lichenas contumaces utilis.

Vel ℞. *terebinth. aq. ros. lota* Vnc. i. *ol. rosacei* C
Vnc. Sem. *pingued. porci* Drach. iii. *sulphuris viui*
Drach. ii. ☉ Drach. i. Sem. *alutiv. sacch. salis*
fossil. an. Drach. i. *sem. staphid. agria, libargyris,*
an. Scrup. i. *vitell. onor.* num. ii. *cera* quantum suf-
ficiat. F. Vnguentum.

Vel ℞. *farina lolii* Vnc. i. *sem. staphid. agria*
Drach. ii. *spona argenti* Drach. vi. *cernisse* Drach. ii.
plumbivossi, ♀ an. Drach. i. Sem. *pingued. suilla*
Vnc. i. *succi scabiose, limonum* an. Drach. vi. ℞.
viui, ping. suilla exstincti Vnc. Sem. *ol. vitell. onor.*
tartari per deliquium an. Vnc. ℞. Misc. F. Lini-
mentum.

Vel ℞. *fol. salicum, malua, lappa, hederæ ar-*
boreæ an. M. i.

Coq. in vino rubro. Decocto locus lauetur, & D
post lotionem folium lappæ imponatur.

Vnguentum à Valesco & Guidone commen-
datum.

℞. *sem. iuniperi conquassati,* Vnc. i. Coq. Cola-
tura adde *axung. porcina* Vnc. vi. *terebinthine* Vnc.
i. Dissoluantur omnia superigne. Ab igne remota ubi
refrigerata fuerint, aquositas effundatur & residuum
in mortario diligenter agitur, addendo *sulphuris*
viui Vnc. i. F. Vnguentum.

Quod si malum his medicamentis nondum cedat,
sed parscollosa euadat, excoariatus utendum, qua-
lia Pamphilus Romæ olim vsurpauit, de quibus &
aliis ad Impetiginem medicamentis videatur Gale-
nus, 3. *de compos. med. sec. loc. cap. 7.* Aëtius, *te-*
trab. 2. serm. 4. cap. 16.

CAP V T XXXI.

De Gutta rosacea.

Cognatus tumor est, quem Recentiores Guttam
rosaceam, alii guttam roseam, Arabes albedi-
famen vel albuginem, alii etiam albattizaga nominant
(Germani appellant, *ein frunichs vnd supfferen An-*
gesicht, quod facies cupro seu æri cyprio peli-
to colore similis sit) quæ est rubedo maculosa.
Operum Secnerii Tom. III.

Gutta rosa-
cea.

seu potius rubor, cum tuberculis quibus malæ, na-
sus & facies de sordatur, ac si guttis roseis con-
spersa esset. Et sumunt ista tubercula interdum in-
crementum, vt facies inæqualis & horrida euadat,
& natus valde angetur. Vixit superiorum adhuc au-
no, non procul à Dresda, vir, cui hoc malo af-
fecto natus ita incrementum fuit, vt eum in
legendo impediret, quod malum ipsum eo adiecit,
vt anno 1629. particulas qualdam de nato libri ampu-
tari curaret.

Nicolaus Florentinus, *serm. 7. tr. 6. sum. 2.*
cap. 15. tres huius mali differentias constituit. *Ali-*
quando enim, inquit, *rubedo propter naturam absque*
pustulis, vesicis, vel ulceribus adest, & vocatur
absolutè rubra facies; & quandoque est cum pustulis
vel vesicis, & vocatur rubedo pustulosa vel vesiculosa,
& quandoque est cum ulcere, & vocatur rubedo ul-
cerosa. Et vltima differentia non multum videtur
differre ab affectu, quem *Noli me tangere* vocant,
quem describunt, quod in facie, præsertim supra
mentum, circa os & nasum oritur, atque ita cre-
putant, quia ex remedio, etiam quæ congrua videntur,
irritetur potius, quam mitigetur, ac in sanas
partes depascendo feratur. Vnde etiam vno eodem-
que capite de *gutta rosacea* & *Noli me tangere*
agunt. Est tamen & alius affectus, quem etiam *Noli*
me tangere vulgè appellant. De quo supra *cap. 20.*
dictum.

Causa.

Causam agnoscit hic affectus sanguinem feruidum
eumque crassum, vitio epatis, quod longum emta-
lem producit, genus, qui a faciem potissimum
delatus, vt alias, quemadmodum in Erythematia,
facile ad faciem deferretur, & diffunditur, cum ob
crassitatem nec remanere, nec dilui possit, eo loci
hæret & primo colorem faciei rubundum, post
etiam, si malum sit diuturnius, rubras pustulas ge-
nerat. Intemperies autem ista nonnullis vitio naturæ
obtingit, qui quamuis sobriè viuunt, nihil emittunt
tamen hæc affectum patiuntur. Pleni quædam
in hunc contrahunt, qui poculis & cibariis pot-
tissimi sunt, & quidem non solum vini, sed & ceteris pe-
ratioribus: nouique Scudolus qui insigniter hoc morbo
laborabat, & faciem sordidissimam habebat, in Ita-
liam & Galliam postea profectus, ubi cereuisiæ co-
pia nulla est, domum reuersus melius habuit. Iste
enim cereuisia vino crassior, & propterea etiam cras-
siorem sanguinem suppeditat.

Prognosticum.

Difficiliter hoc malum curatur, & præsertim si
facies sit pustulosa, & quasi exulcerata, ac plerum-
que hominem ad mortem usque comitatur.

Curatio.

Non autem curatur, nisi epatis & sanguinis vitio
sublato. Quisquis u. causa continens huiusmodi
facie disentiatur: tamen noua subinde materia suppe-
ditatur. Itaque non solum sanguis, humorque bilio-
sus, qui plerumque admiscetur, euacuandus, & ca-
curbitulæ cum scarificatione sæpius scapulis asigen-
dæ, sed imprimis sanguinis & epatis feruor tempe-
randus, eius obstructions aperienda, de quo *lib. 3.*
Pract. part. 6. sect. 1. cap. 1. de epatis intemperie ca-
lida, & ibid. cap. 2. de epatis obstructione, dictum.
Imprimis hic medicamenta è tragis & cicutorio ac ci-
choracis parata utilia sunt.

Topica quod attinet, ubi facies saltem rubet, non-
dum v. pustulis inquinata est, sint refrigeranda; ubi v.
pustulæ accedunt, etiam discutientia.

Adduntur verò forma aquarum & liquorum vel
linimentorum & vnguentorum. Vt ℞. *rad. figill. Sa-*
lomon ℞. iii. *fl. sambuc* lib. conual. *fung. amar.* an. ℞. vi.
rare. alb. ℞. i. *℞. vin. ab. th. vii. canst.* ℞. i.

Stent in vitro in infusione dictus x. postea destillentur.

℞. farina tritici q. v. lactis caprini lb. ii. F. massa, è qua coquatur panis infurno, qui iterum maceretur in lacte caprino houis 12. Postea adde album. ouor. num. xx. camphoræ ℥. i. aluminis vsti ℥. ii. Destillentur. F. Aqua.

Vel ℞. fragorum lb. i. lactis caprini lb. ii. album. ouor. num. xx. sem. cydonior. ℥. ii. camphora ℥. ii. aluminis Sulphuris an. ℥. b. Misc. Destillentur.

Vtile est & lac *Virginis* è parte vna lithargyri, & tribus acetii paratum.

Efficacius est hoc :

℞. lithargyri ℥. b. acetii ℥. iv. Bulliant vsque ad tertæ partis consumptionem. Et in alia olla bulliant salis, aluminis an. ℥. b. thuris ℥. i. aquæ ros. lb. b. Misc. liquorem utrumque, & per linteolum cola, & vsui serua.

Vel ℞. Sulphuris ℥. ii. salis communis, camphoræ an. Drach. Sem. cerussæ lithargyri argenti an. Drach. ii.

Puluerisata misce diligenter cum *aq. flor. fabar. rosar. lilior. alborum sigillis Salomonis* an. Vnc. ii. Misc.

Vel ℞. camphoræ ℥. i. Affunde sensim in mortario agitando ol. amygd. dulc. Drach. iii. Postea affunde ol. tartari per deliq. ℥. ii. Deinde adde vitell. ouor. ii. Misc. Hinc adde sacch. saturni Drach. b. Misc. diligenter. Tandem sensim affunde aq. flor. fabarum, liliorum alborum fragor. sine vino an. ℥. ii. Misc.

Vel ℞. lithargyri Vnc. i. alumin. Drach. i. boracis Drach. iii. cerussæ Vnc. b. acetii Vnc. ii. aq. ros. plantag. an. Vnc. iv. Bulliant ad tertæ partis consumptionem. Colentur. Colaturæ adde parum succi timon. & mixtura hac vesperi facies illinatur.

Vel ℞. nucleor. Persicor. excortic. amygd. amarar. excort. an. num. vi.

Contunde in mortario cum paucò lacte, & inde lacteus succus exprimitur cui adde alumen vsum quantitate nucis. Postea accipe argentum vinum pisi maioris magnitudine, quod cum saliva agitando, donec nigrescat & quali mortificetur ducatur, idque priori liquori permisce diligenter, quo sub introitum lecti facies illinatur, & mane aqua rosar. vel *fl. fabarum* abluatur.

Vel ℞. tartari albiss. aluminis, nitri an. part. iv. Sulphuris part. i. Contrita calcinentur, & in cella per deliquium indeoleum fiat.

Vel ℞. nucleor. Persicor. excort. ℥. iv. sem. cucurbit. b. excort. ℥. ii. Contundantur & inde oleum exprimitur, quo facies mane & vesperi inungatur, & postea aq. fl. fabar. & sigill. Salomonis abluatur.

Vel ℞. camphoræ lithargyri. aluminis vsti, an. ℥. b. sulphuris viui ℥. i. b. virrioli albi, thuris an. ℥. i. Pulueriscentur & cum aq. ros. & fl. fabarum diligenter misceantur.

Vel ℞. sulphuris viui ℥. i. thuris el. ℥. iii. myrrha ℥. ii. camphoræ ℥. i. cerussæ ℥. b. Pulueriscentur omnia subtilissimè, & affundatur aq. rosar. lb. ii. & misceantur, ac liquore isto sub introitum lecti facies illinatur & mane aqua infusionis surfurum abluatur.

Vel ℞. ol. tartari ℥. i. sulphuris ℥. ii. camphoræ ℥. b. cerussæ lithargyri an. ℥. b. aq. ros. q. s. Stent in vitro clauso ad Solem.

Vel ℞. ouum integrum & impone quatuordecim acetosissimò, donec cortex emolliatur. Postea albumen exime, & adde thuris, mastichis cerussæ, an. ℥. i. Misc.

CAPVT XXXII.

De Crusta lactea, Acholibus, Favis, Tinea, Ficus, Helcydria, Psydriaciis, & Phibiriasi.

EX humoribus mistis generantur & tumores ac vlcera in infantibus, eorumque caput imprimis occupantia, de quibus *lib. 4. pract. part. 2. cap. 3. 4. 5.* inter morbos infantum actum, quæ hic repetenda non censeo. Pauca saltem quædam monebo. Primum est, quod hic propositi, & quos proximè explicauimus, affectus quidem à pleuritico ad tumores referuntur: quia tamen vlcus coniuictum est, imò vlcus magis morbi rationem habere videtur, quam tumor, qui exiguus plane est, æquè commodè ad vlcera referri possent. Verùm ceptum filum secundum autorum plerorumque ductum continuabimus. Deinde affectus propositos quod attinet, quid crusta lactea achores, faui, & Tinea sint, allego loco dictum: helcydria, psydriacia, & alia capitis exanthemata à Galeno, *1. de compos. med. s. loc. cap. ult.* simul tractantur: à reliquis vero Græcis diuersis capitibus traduntur. Halyabbas omnes Tinea nomine completi videtur, dum *Theorica lib. 8. cap. 18.* scribit: *Tinea autem vlcera sunt parua, quæ capiti accidunt: quibus est vesica, quæ species habet multas. Prima est, quæ fauosa vocatur, & ex phlegmate fit falso: cuius signum est quoniam vlcus est quo capitis cutis perforatur foraminibus subtilib⁹, in quo humiditas est fauo similis. Secunda ficosa & rotunda & dura: cuius in superioribus rubor est, & in concavitate quiddam granis simile ficuum. Est & tertia, quæ vocatur ameda: & sunt vlcera cum quibus in capite multa sunt subtilia foramina, minora sunt foraminibus, quæ in fauosa sunt, & ab his humiditas aquæ carni similis egreditur. Est & quarta quoque species pustula sed parua rubea: figura quarum vberibus similis est mammillarum, à quibus humiditas fluit aquosæ similis sanguinis. Quinta etiam eius est species sicca & colore alba, lupino similis, à qua quasi cortices & squamæ flunt alba. Vbi quatuor humiditas & quinta siccam tinea speciem constituit, & sub humidis non solum achores & fauos, sed & papulas ac ficus comprehendit. Papulæ autem dicuntur pustula parua, à quibus humiditas effluit aquoso sanguini similis, sic dictæ à figura, quæ papillis mammarum similes sunt. Appellantur & *in d. p. a.* Et si enim nomen hoc in genere vlcusculum significat: tamen pustulis vlcerosis in capite in specie hoc nomen tribuit Galenus, *1. de compos. medic. sec. 106a. cap. vit.* & quidem adhuc specialius papillis dictis id tribuit Alexander, *lib. 1. cap. 7.* Paulus Ægineta, *lib. 3. cap. 3.* Aëtius, *terrah. 2. serm. 2. cap. 70.* Celsus etiam vlcusculi nomine in specie achores & fauos intelligere videtur, dum, *lib. 5. cap. 28. tit. de pustularum generib. & ear. curat. pag. 457.* scribit: *Ex pustulis verò nonnunquam etiam vlcuscula sunt aut aridiora, aut humidiora; & modò tantum cum prurigine, modò etiam cum inflammatione, aut dolore. Exitque aut pus, aut sanies, aut utrumque. Maximeque id euenit in etate puerili, raro in medio corpore sepe in eminentibus partibus.* Sic autem verò seu ficus, est tumor à fici similitudine sic dictus, quod in cavitate eius granis ficuum, simile quid reperitur, rotundus subdurus, rubicundus, vlcerosus, à quo aliquandò exiguum & glutinosum quid effluit, in mento & barba maxime erumpens, aliquandò & in capillo proueniens. Vnde Celsus *lib. 6. capite 3.* duas species eius constituit, dum scribit: *Est etiam vlcus, quod à fici similitudine euenit à Græcis nomen. Caro excrefcit**

Et id quidem generale est. Sub eo verò dua species A sunt: Alterum vicus durum & rotundum est, alteram humidum & inaequale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exis: ex humido plus, & mali odoris. Fit vero utrumque in his partibus, quae pilis consecretur. Sed id quidem quod callosum est, & rotundum, maxime in barba: id verò quod humidum, praecipue est in capillo. Nascentur & in ano, & cum Latini naticam appellant.

Et omnino magna, praecipue apud Arabes, hoc occurrit nominum varietas. Neque ea tamen solum, sed & in causa explicanda discrepantia. Galen. n. de tumorib. p. n. c. 16. pituitam saliam; libro verò 1. de compos. med. f. loc. c. 10. humorem mistum ex tenui serosoque ac mordaci, & ex crasso glutinosoque etiam succo, cum achoris; tum favi causillam esse statuit. Paulus Aegineta, lib. 3. cap. 3. nitrosam saliamque pituitam vtriusque affectus causillam esse scribit. Alexander, lib. 1. c. 8. tres humores posuit, bilem, pituitam, & humorem melancholicum. Et omnino res eò recte, quod affectus hi ex salia nitrosaque pituita oriuntur, cui nunc bilis, nunc sanguis, nunc humor melancholicus admiscetur.

Ptydracia.

In specie Ptydracia quod atinet, Autor libri de med. facile parabilib. ad Solonem definit ea, quod sint paruae efflorescentiae factae in capite, similes vesicis eminentibus in superficie. Quem imitati Alexand. Trallianus, l. 1. c. 5. & Paulus Aegineta, l. 3. c. 3. Ptydracia inter capitis affectus numerarunt, & Ptydracia hoc modo definiuerunt: *Πτυδρία* αὐτὴ ἰσὶ μικρὰ ὑπερβαλὸν φαίνεται ὑποὶ ὑπερβαλὸν τῶν ὑπερβαλῶν, id est, Ptydracia exiguae quaedam eminentia sunt, vesiculis vel pustulis (Phlyctanis) similes, summa cuius superposita. Introductorius tamen Galeni etiam toti corpori tribuit Ptydracia, dum scribit cap. 15. Ptydracion autem communiter dictum est, quod circa totum corpus & circa oculi album fit efflorescentia, in summa rubicunda.

Causa.

Causa.

Causa huius tuberculi est humor ex sanguine bile & salso nitrosoque humore mixtus.

Signa ex descriptionibus traditis faciliè sumi possunt: nec periculum minantur Ptydracia.

Curatio.

Curantur seqq. compositionibus, ut Al. Trallianus, lib. 1. cap. 5. & P. Aegineta, lib. 3. c. 3. docent.

℞. spuma argenti, cerussa an. ʒ. ss. alum. fol. rota virid. an. ʒ. ij. Cum aceto & oleo trita illine.

Vel *℞. rutam & alumen, Tere cum melle, & capiti rato impone.*

CAPVT XXXIII

De Strumis & Scrofulis.

Struma.

Est deinde aliud tumorum genus, quod non ex humore simpliciter, in corporis partes externas effuso seu per eas diffuso excitatur, sed in quo materia tumoris causa peculiari membrana concluditur, atque humor, qui hoc tumoris genus excitat, in aliam ferè substantiam mutatur. Inter tumores hos primò sunt Strumæ & Scrofulæ, & quidem de Strumis in collo, & bronchocele, lib. 2. Pract. part. 1. cap. 25. egimus, vbi etiam non pauca in genere aliquid dicendum; quia, ut mox dicetur, non solum collum, sed & alias plures partes occupant.

Et si verò non incommodè ad scirrhum hoc tumorum genus referri possit: tamen hoc communi nomine non appellantur, sed *χρηδία* seu scrofulæ hi tumores dicuntur, à porcis desumpta appellatione, qui frequentius hoc malo corripuntur. Paulus Aegineta Operum Sennerti. Tom III.

gineta tamen, lib. 6. cap. 35. aliam nominis rationem tradit, à *χρηδία* seu *χρηδία* cherradibus petris, dum scribit: Est enim *χρηδία* saxam sub mare nigrum, asperamque & aliquantulum eminentem, ut porco nantisimile videatur. Cui quidem scopulo ob tumoris asperitatem hic morbus adsimilari potuit. Videntur quidem nonnulli aliquam differentiam constituere inter scrofulas & strumas, dum scribunt, Scrofulas esse induratas, & intra membranam aliquam conclusas in glandulosis tumores, quasi ex carne generarentur, tum esse strumæ dicendæ: sed plerique hanc differentiam negligunt. Est enim Struma scirrholus glandularum tumor, ut definit Galen. 14. meth. med. cap. 11. & quidem peculiari membrana conclusus. Subiectum enim strumarum sunt glandulæ, & quidem in ceruicæ & collo frequentissimè oriuntur, interdum tamen etiam in axillis & inguinibus. In mammis quoque subortas strumas, Mezes quidam Chirurgus, cuius Galenus etiam, lib. 6. meth. med. cap. vit. mentionem facit, obseruauit, ut scribit Celsus, l. 5. c. 28. Ita & in mesenterio strumas reperit, lib. 3. Pract. part. 3. cap. 5. dictum. Si sit in gutture, peculiari nomine Bronchocele n. boeum, & herniam naturalem non mat. Estis tumor colli grandis & rotundus, inter cutem & asperam arteriam, in quo cetero, modo humor aliquis molli adipue similis includitur. Diferunt tamen scrofulæ ab aliis glandulosis tumoribus, primo quidem numero, quod in scrofulis plures glandulæ intumuerunt, & vna ex altera dependet in superficie cutis instar vuarum ex eodem racemo dependentium; deinde quia scrofulæ profundiores radices habent, quàm alij glandulosi tumores.

Causa.

Causa.

Ortum autem habent strumæ ex humore pituitoso, secundum alios etiam melancholico, aut ex pituita & melancholia misto: vnde scrofulis maxime corripuntur pituitosi, melancholici, gulosi, qui frigidis ac humidioribus cibis vesci sunt soliti, & aquas frigidas biberunt. Hinc in regionibus quibusdam, vbi incolæ crassis aquis & mulibus vtuntur, omnes ferè strumosi sunt. Generantur vero strumæ non subito & confectim, sed paulatim, & primo indurata materia ad vnam glandulam, in qua excitatur tumor mollis & laxus: hinc ad aliam, in qua eadem mollis tumor excitatur, qui porro induratur, donec tandem multæ glandulæ racematim quali ex loco affecto dependent.

Aetius, tetrab. 4. serm. 3. cap. 5. ex Leonida duplicem generationis modum proponit, dum scribit: Strumæ sunt carnes sub indurata facile augete series, in membrana contentæ, & in summa glandula indurata, quæ in collo, sub alis, & inguinibus oriuntur, vbi glandulæ vasis substrata sunt, ut in alijs quoque iam relatis glandulis. Aliquando etiam, sed raro tamen, ex carne eorundem locorum sunt, quæ affinitate quaedam ad strumarum naturam vertitur, & materia accensione augetur. Primò enim glandulæ dictarum partium, non secus ac alia quævis partes, siccata pituita, vel humore melancholico, aut utroque misto ad scirrhum modum indurescunt. Interdum verò ipsa glandulose carnis substantia siccata indurescit, quæ tamen humore melancholico vel pituitoso demum imbuta, præter naturam increscit. Galenus tamen, quia vterque generationis modus in idem ferè incidit, hanc deflorentiam plerumque neglectæ, & lib. de tumorib. p. n. cap. 11. induratis glandulis affectum Strumam nominari scribit.

De causis tamen, ab eis locis, monuimus, plerumque statere, vix solum pituitam & humorem melancholicum ad strumas generandas sufficere;

QQ q iii

cum ex his solis si essent, non tam diuturni essent, sed putredini obnoxii, vel in pus ut alij tumores mutarentur; sed è succo partes has nutriente ortum strumas ducere. Cum enim glandulæ, quàm aliæ carnes, crassiore succo nutriantur, si is quantitate excedat, varios tumores generari. Verùm etiam si hoc omnino concedendum sit: tamen impossibile non est, quin aliquid humoris pituitosi & melancholici glandularum alimento admisceatur.

Includitur autem strumarum materia peculiari membranæ, quam facultas formatrix, quæ omnibus partibus viuentibus insita est, producit. Dum enim ab affluente humore superfluo membrana aliqua distenditur, vel etiam rumpitur, natura eam extendit, & dilatat, ac nouæ quasi membranæ structuram aggreditur.

Differentia.

Differen-
tia.

Distinguuntur strumæ à nonnullis in malignas & benignas, ut benignæ sint, quæ sunt citra inflammationem & citra dolorem, malignæ autem, quæ inflammationem & dolorem habent, & medicamentis magis exasperantur. Verùm sciendum, malignas dictas strumas non proprie strumas esse, sed tumorem ex struma & cancro quasi in istum, utpote qui non solum fiat ab humore pituitoso & melancholico, sed etiam atram bilem admittam habeat. Distinguuntur etiam hoc modò, quod aliæ strumæ sint liberæ, aliæ infiltratæ. Liberæ dicuntur & simplices, quæ nulli vasi sunt complicatæ & colligatæ: quæ verò vel cum arteria, vel cum vena intigni aut nervo connectuntur, iisque implicantur, infiltratæ, aut forsan commodius implicatæ dicuntur.

Reliqua quæ de Strumis dicenda essent, allegato loco, lib. 2. Pract. 1. cap. 25. proposita sunt, quæ ibi videantur.

CAPVT XXXIV.

De Ganglio & Nodis.

Ganglion Græcis, quam vocem & Latini retinent, à nonnullis inter affectus capitis numeratur. Verùm à Paulo Ægineta, lib. 4. c. 16. & lib. 6. cap. 39. & Aëtio in *trab. 4. serm. 3. cap. 9.* pluribus partibus tribuitur, neruofarumque partium affectus est, atque ab autore definitionum Medicarum definitur; *quod sit νεφθλια παρὰ φθσην συστροφὴ σωματικῆ μὲν, nerui præter naturam conuolutio seu nodus, qui in unum corpus coaluit.* Eundem Tumorem Guido, *tractat. 2. doctr. 2. cap. 4.* Lupiam appellare videtur; scribitque Tagaultius, *Institut. Chæirurgic. lib. 1. cap. 13.* ex Philagrij curatione apud Aëtium patere, Recentiorum Lupiam, Auicennæ glandulam, & Græcorum Ganglion, eundem omnino affectum esse.

Quo nomine autem Germanis appellantur hi tumores, non satis planum est. Si Græcorum & Recentiorum Ganglij & Lupiæ, ut & glandularum Auicennæ, descriptiones & signa, imò curationem perpendamus Ganglion est is affectus, qui Germanis *Vueruein* appellatur, ita dictus, non quod os supra os sit, sed quod tumor supra os sit, loco scilicet, vbi ossa tantum cute teguntur, vel quod ossis duritiem referat. Platerus tamen non eos tumores, qui ex neruis oriuntur, quosque passim sub ganglij nomine describunt auctores, *Vuerueine* appellat, sed peculiare tumoris genus, vbi perioestio abrafo vel exeso, nouum quasi os priori adnascitur. Tumor verò quem ille sub Ganglij nomine proponit, qui scilicet circa articu-

los, præcipuè genua, nascatur, aliàs angustiore, aliàs latiore termino, vniuersum interdum articulum comprehendens, eiusque motum interdum adeo sistens, ut membrum vel planè non, vel non integrè moueri possit, tumor is esse videtur, quem Germani appellant *Gliedschvram*, quod scilicet quasi fungus quidam sub cute circa articulos, in primis genu nascatur qui non semper rotundus est, sed sæpe totum genu ambiat; cum tamen ganglion semper sit tumor rotundus, ut Ambr. Paræus, lib. 6. cap. 20. scribit.

Gliedschvram

Sed quod supra etiam dixi, magna est in nominibus confusio. Ideoque quod Ioan. Tagaultius, lib. 1. *Instit. Chæirurg. cap. 2.* monet, res ipsa est attendenda, nominibus verò parum fidendum: cum eadem vox sæpe apud varios auctores variam ac longè dissidentem habeat significationem.

In pluribus quidem corporis partibus oritur Ganglion, præcipuè tamen in iis, quæ mouentur, secundum articulos nempe in manibus & pedibus, iisque in locis, vbi ossa tantum cute vestita sunt, & vbi tendinum, ligamentorum, neruorumque est concursus. Aetius tamen caput & frontem addit, ut & cubitos, in quibus tamen rarius accidat.

Causa.

Ex istu autem vel labore originem habere docent Paulus & Aetius; quod de causa euidente intelligendum. Verùm quomodo causa ista euidentes hos tumores producant, non ita planum. Vulgò plerique ex lenta & crassa pituita, vel melancholia oriri statuunt: sed rectius statuitur occasione ictus, extensionis, aut laboris nimij, à quibus neruus vel tendo nimis extenditur, vel etiam secundum membranam quasi rumpitur, partis neruosa nutrimentum exsudare quasi & circa fibras & neruosa partis substantiam adhærescere, & à facultate partium earum formatrice in hanc substantiam mutari, & peculiari membranæ tegi. Quo modo & in ossibus nutrimentum, si perioestium aperiat, in osseum nodum mutari statuit Platerus. Ut enim in arboribus si cortex vulneretur, vel quocumque modo aperiat, natura alimentum transsudans non temerè diffluere sinit, sed in nodum mutat: ita etiam si membranæ ossa vel partes neruosas inuestientes rumpantur, alimentum natura per viam apertam temerè diffluere non sinit, sed tumorem membranæ peculiari inclusum sub cute inde format.

Causa.

Ganglion verò quod Platerus describit, non ex vnus nerui vel tendinis vitio, sed iis in locis vbi tendinum, ligamentorum, neruorumque concursus est, & præcipuè circa genu accidit, cum istæ partes propter motum nimium valdè exercètur, aut dum vulnera sanantur. Si enim saccus harum partium, tendinum scilicet, neruorum, membranarum, ligamentorum, occasione caussarum dictarum ex iis diffluat, ac luxuriare incipiat, earumque fibris adhærescat, in fungosam talem materiam, quæ sæpe totum articulum ambit, mutatur, & Germanis inde *der Gliedschvram* nominatur.

Fieri tamen etiam potest, ut in partem talem debilem humor vitiosus in corpore abundans inluat, & succo illi crasso partes has alente misceatur, & via aperta vna affluat, actumorem augeat.

Signa Diagnostica.

Tumor iste nascitur in partibus, quæ non carne multa, sed cute tantum teguntur; ideoque altè gnosca, non delitescit; èstque nunc durus, nunc mollis, nunc maior, nunc minor, interdum oui etiam magnitudinem æquat vel superat, doloris est expers; si tamen fortius prematur, torporis quendam sen-

Signa diagnostica.

sum exhibet; ad latera trahi & moueri potest, sed non prorsum & retrorsum.

Ganglium, quod Platerus describit, est tumor, plerumque in genu, mollis, sine dolore, & colore alieno, à paruis initis increfcens, qui interdum ita incrementum sumit, vt totum articulum comprehendat, vnde accidit, vt æger stare aut rectè accedere non possit, nec in incellu terram attingere vel saltem extremis digitis possit.

Prognostica.

- Prognostica. 1. Morbus hic diuturnus est. & sæpe multos annos durat, ægrosque vsque ad mortem comitatur.
2. Qui in iuncturis sunt articuli, membri totius motum impediunt.
3. Ganglium etiam circa articulum, nisi medicamentis tolli possit, incurabile est. Sectionem enim non admittit; càm facile fieri possit, vt sectione neruus, tendo, vel ligamentum lædatur.

Curatio.

Curatio. Vniuersalibus præmissis, vt tumor emolliatur & discutiatur, aut si hoc fieri non possit, suppuretur, aut excindatur, opus est. Ergo si Ganglium vel Nodus sit recens, & folliculus, cui includitur, adhuc sit tener, danda opera primùm, vt cystis rumpatur. Ideoque manu fricandus tumor, dum incalescat & mollior fiat, postea lamina aliqua, vel alia re solida comprimatur, tamdiu vt cystis rumpatur, & materia in eo inclusa dispergatur. Hinc lamina plumbea loco affecto imponatur, & fascia arctissimè constringatur, nec ante diem decimum amoueat. Alij ammoniacum dissolutum forma emplastri primùm illinant, postea laminam plumbeam applicant. Oribasius hoc vsus est:

℞. Cerusse, resina picea, olei veteris, ammoniaci, galbani an. ℥. j. cere ℥. iij. Misc.

Vel ℞. Aloës, myrrha, an. ℥. vii. lithargyri auri ℥. j. ladani ℥. ℥. ammoniaci, adipis vulini, vulpini an. ℥. vi. ol. lil. alb. ℥. ij. cere q. s. F. Emplast.

Vel ℞. calcis viue, adipis anserin. an. ℥. j. ammoniaci ℥. ℥. terebinthina ℥. j. Misc.

Vel ℞. empl. oxycrocci ℥. j. mucilag. sem. althæa, fœnigraci an. ℥. ℥. galbani, sagapeni, ammoniaci aceto dissol. an. ℥. iij. resina ℥. vi. cere alb. ℥. ℥. Misc. F. Emplast.

℞. gummi ammoniaci, bdellij, galbani aceto dissol. an. ℥. i. ℥. ol. lil. alb. chamemel. laurini, spir. vini an. ℥. ℥. pulu. rad. ireos, sulphuris vini an. ℥. ℥. Misc. F. Emplastum.

Si hisce medicamentis non cedant Ganglia, ad suppurationem accedendum.

Vt ℞. rad. lil. alb. althæa, an. ℥. i. ℥. filicis, ℥. j. caricar. ping. num. x. rad. festica ℥. j. fl. meliloti, sambuci an. p. j. Coq. in iure pedum veruecis addito aceti aliqua quantitate. Postea contundantur & per setaceum traiciantur, & addatur farine tritici, lupinorum an. ℥. i. ℥. axung. suille veteris, anatis, anseris an. ℥. ij. fecis ol. lil. alb. ℥. iij. F. Cataplasma.

Sectionio. Possunt & sectione tolli ganglia & nodi, sed non nisi ij, qui in capite, fronte aliisque locis extra articulos consistunt: qui verò in articulis consistunt, non tutò secantur, cùm metus sit, ne partes subiectæ neruosa lædantur, & membri motus tollatur. Sicut nec ea ganglia secare licet, quæ circa iugulares venas sunt, ob hæmorrhagiæ metum. Modus autem sectionis hic est. Primò paruum vulnus in cute ad cystin vsque faciendum, per quod specillum digitorum crassum in extremo rotundum in medio cauum, inter cutem & cystin immittendum, & ad ganglij vsque radicem circumducendum, hinc super eo cutis decussatim quantum satis incidenda, & à cysti ab angulis versus radicem diducenda; & si quæ hæmorrhagia ex vasis crassioribus circa radicem se-

ctis suboriat, conueniente modo sistenda; imò tumor totus cum membrana extrahendus, nihilque eius relinquendum, aut si quid relictum fuerit, causticis medicamentis abscindendum.

Nodi callosi seu ossi Platero in specie necdixi difficulter curantur, & nunquam etiam, si inueterati & indorati sunt. Qui curabiles sunt, emollientibus modò propositis curantur. Valia autem hic sunt Cataplasmata parata ex radic. mandragora, foliis cicuta, hyoscyami, urtica mortua, coctis in aceto & cum axungis emollientibus mistis.

Si nodi isti verus articulos tendant, eorumque motum impediunt, & sint in locis nudis & ossibus salteartectis, cutis aperienda, & ferro acuto nodus continuato ictu ab ossè abscondendus, vulnusque conueniente modo curandus.

Ganglia in specie ita dicta, seu fungosi illi tumores, qui circa articulos, imprimis genua oboriuntur, idque totum interdum comprehendunt, eiusque motum impediunt, difficilis sunt curationis. Sectio enim, cùm circa læsionem tendinum, ligamentorum & neruorum fieri non possit, locum hic non habet. Ideoque tentandum, vt emollientibus & digerentibus discutiatur: cauendum tamen semper, ne suppuratio aliqua sequatur, quæ huc in locis incurabilia vlcera, à quibus neruosa partes circa articulos corrumpuntur, excitare solet.

Valia hic quoque sunt medicamenta antea proposita. Vel paratur fomentatio ex radic. althæa, lil. albor. bryonia, cucumeris asinini, cyclaminis, foliis malua, althæa, urtica mortua, hyoscyami, charnapiyris, saluia, primula veris, fl. chamamels, sambuci, cheiri, incluloti, ferax. lini, fœnigraci, bacci lauri.

Vel ℞. nuclear. nuc. inglandum ℥. iij. farine lupinor. ℥. i. ℥. pulu. rad. ireos, limbricor. an. ℥. i. mellis q. s. F. Cataplasma.

Vel ℞. picis naualis ℥. ij. dissolue in ol. lupbricor. irini an. ℥. i. ℥. Adde ladani, mastichis an. ℥. ij. bdellij, styracis calamita, an. ℥. j. pulu. limbricor. terrestr. ℥. ℥. Misc.

Utile est & emplastrum diasulphur Rulandi: imprimis verò thermæ naturales sulphureæ.

CAPVT XXV.

De Meliceride, Atheromate, & Steatomate.

Hoc peculiare habet hoc tumorum genus, quod materia, quæ in eis continetur, peculiari tunica aut folliculo clauditur. Accipiunt autem nomen à materia contenta. Si enim materia, quæ intus concluditur, sit melli similis, Meliceris, (Latini mellifasium dicere possent,) si pulu. frumenta ceæ, quæ à Hippo dicitur, Atheroma; si sebo, Steatoma appellatur. Meliceris enim, vt ex Galeno, 14. meth. med. cap. 6. Aëtio, retrab. 4. serm. 3. cap. 7. Paulo Egineta, lib. 6. cap. 36. & Celso, lib. 7. cap. 6. patet, est tumor circa dolorem, materiam melli similem pellicula neruosa conclusam continens. Atheroma verò est tumor concolor citra dolorem, in tunica neruosa humorem pulcicula similem continens. Steatoma verò est tumor itidem membrana peculiari humorem sebo similem continens.

De meliceride autem notandum hic, alium morbum esse à meliceria, cuius mentionem facit Aëtius, lib. 5. cap. 28. uulnaria enim, vt ipse Celso habet, est vlcus genus, quod à faui similitudine ita dicitur, alius etiam a Faus appellatur, quem de morbis infantium, part. 2. cap. 5. explicauimus, estque vlcus foraminulentum, capiti præcipuè pecu-

Meliceris quid sit?

Atheroma quid sit?

Steatoma quid sit?

hiare, è foraminibus saniem meli similem fundens, à pituita salsa seu nitrosa ortum habens *pituita* vero de qua hic agimus, absque omni foramine, in quacunque parte corporis contingat, intus sub membrana seruea substantiam meli similem continet.

Causse.

Causse.

Omnes autem hi tumores ad pituitosos referuntur, ac à pituitoso humore, qui lentè temporis progressu in materiam nunc meli, nunc puli, nunc lebo similem mutatur, excitari vulgò dicuntur.

Platerus peculiariter, veterani, lib. 2. *Pract. part. 1. cap. 25 de strumis*, diximus, de causis horum tumorem opinionem habet. Non enim ex humoribus excrementicijs tales humores generari putat, (ex eiusmodi enim excrementis si tale quid nasceretur, non tam stabile, sed putredini & corruptioni obnoxium futurum existimat) sed ex succo alimentari seu nutriendæ parti dicato. Si enim humor crassior sit, quàm nutriendæ parti carnosæ conveniebat, tumores durius, quàm Sarcomata existunt, interdum progigni, & quidem si is admodum crassus sit, Scirrhum generari. Sin vero tumor non adeo durus sit, tandem in abscessum desinit, in quo diuersa materia, pro fœci huius, qui tumor em hanc genuit diuersitate & mixture cum alijs humoribus, generetur; quatenus non, vt alij abscessus a sanguine geniti, suppuretur, & in pus conuertatur, sed in aliam substantiam propriam inclusam vesiculæ. Atque hoc modo melicerides, atheromata, & steatomata generari scribit. Addit verò, ad generationem talium tumorum id non minimum facere, si succo, qui carnem nutrire debet, nutrimenti alterius partis, quæ crasso admodum succo ali debuit, portio ab ea abcedens, in carnosas sedes cum illarum nutrimento delat, talem duritiem in illis gignat. Quod eo etiam probare conatur, quòd in eiusmodi abscessibus ex illis tumoribus generatis aliquid aliarum partium substantiæ simile inueniatur, nunc pilum, nunc vnguem, nunc os, nunc glandulam referens, quæ vix ex alijs, quàm ex succo hæc partes vel in cute vel carne vicina nutrite huc cum proprio carnis nutrimento delato nasci potuissent. Ex eodem prouenire putat, si quid in abscessu reperitur quod fatum, patet, vel mel referat. Illud enim prodeire ex pinguiore sanguinis parte, quæ pinguedinem efficit: hoc verò ex succo carneo, nondum in pus mutato, sed in talem tenacem humorem maturatione vi caloris excoctum fuisse; qui si vterius torreatur, succutque ille magis terreus sit, aliud quid, vt carbones, calculos, similiaque referat. Hæc si propria membrana inclusa sint, illa quoque à membranoso succo hinc proeunte nasci scribit.

Verum circa hanc opinionem quedam notanda sunt. Primò enim nondum hinc causa patet, cur non in omnibus corporibus, neque in omnibus partibus ex succo, quo nutriuntur, tales tumores fiat. Idèoque causa reddenda, cur humor ille è partibus effluat, atque inde sub cute tumor excitetur. Eam esse patet, quod membrana, quæ quamlibet partem tegit & ambit, à causa siue externa & violenta, siue interna, seu rumpitur, seu eroditur & exulceratur, (quod in generatione nodorum in ossibus in peristio fieri concedit Platerus) vt ita via aperta alimentum seu succus nutriens effluens non amplius in parte affecta sistatur & concludatur, sed per viam patentem exiit. Quod tamen natura, quæ nunquam otiosa est, tenerè fieri non permittit, sed ipsam membranam vitium extendere, effluetumque succum concludere incipit; sicut in arboribus fieri videmus, vbi cortice externo læso, simili planè modo nodus formatur. Deinde succus; qui materiam tumori præbet, primò parti alendæ dicatum esse facilè conce-

dit. quatenus progressu temporis vitiosi humores eo non propellantur, ipse Platerus negare non potest. Nec opus est, vt itatim in pus mutetur; cum vitiosi humores alimento permisti, sine corruptione & in pus mutatione diu suam naturam seruare possint, vt in cachexia & scabie ac similibus cutaneis affectibus patet. Aut vero diuersa illa materia, quæ in tumoribus talibus reperitur, à partium vicinarum, pilorum, vnguium, ossium, proprio alimento in alienum locum confluente, & cum proprio partu affecta alimento sese miscente ortum habeat, valde dubito. Neque enim ad pilorum, vnguium, ossium, & similibus formationem sufficit materia, sed imprimis facultas formatiua necessaria est, quæ in parte carnosæ carnem, in membranosa membranam, non ossa format, & sæ cuique parti peculiaris est: quæ si finem suum ob materiæ ineptitudinem assequi non possit, simile quid format, & in parte carnosæ carni, in membranosa membranæ quid simile efficit.

Signa Diagnostica.

Omnia hæc tubercula à paruulo incipiunt, & diu ac paulatim excrescunt, ac tuniculæ sæ includuntur. Et Meliceris quidem figura rotundior est, magisque extenditur, & ad digitorum compressionem, ob minorem humoris crassitiem, celerius cedit, & amoris digitis pari celeritate reuertitur. Et si enim P. *Ægypta, lib. 6. cap. 36.* scribit, quod meliceris tangentibus veluti corpus quoddam laxum cedat, & tardè quidem diffundatur, citò autem rursus colligatur: tamen procul dubio textus deprauatus est, aliquidque scribentium incuria ommissum, quod ex eo apparet, quod signa atheromatis planè omittit. Proculdubio igitur ita legendum, & ommissa ex Aëtio supplenda. Steatoma alius durius est, & ad tactum renititur, fundumque solidius habet. Atheroma autem tangentibus veluti corpus quoddam laxum cedit, & tardè reuertitur. Meliceris autem celeriter cedit, citò autem rursus colligitur. Et liceat Steatoma durum sit: tamen à struma differt, quod non ita, vt struma, durum est, neque sicut struma iniqua tumorem habet.

Quod vero intus habeant hi tumores, vt coniectura prælagi potest, ita certò cognosci, nisi cum cicatrata sunt, non potest. *Celsus, lib. 6. cap. 7.*

Prognostica.

1. Periculum equidem coniunctum non habent hi tumores; sæpe tamen diu durant, & sine noxa circumferuntur ac negliguntur.

2. Sæpe sponte tamen in abscessum desinunt. Quod si non fiat, non tam difficulter, vt serofulæ & furthi, curantur.

3. Qui sunt eleuati, & ad motum contatumque expositi, facilè curabiles sunt. Qui verò profundius inserti sunt, & ad motum non expositi, difficiliter curantur, & in Chenurgiæ aggrèssione summam diligentiam expetunt, propter imminentes sanguinis eruptiones; ac nervorum punctionuras. Plerique enim Chenurgi ob imperitam substratos netuos cum tumoribus eiusmodi rescindunt.

Curatio.

Et si tumores hi nominibus differant, & peculiariter singuli materiam contineant: tamen eandem ferè curandi rationem habent. Vniuersalibus nimirum præmissis & corpore à vitioso humore expurgato, materia tumoris causa vna cum tunica tollenda: quod fit, si materia vel discutiat, vel si fieri non possit, suppuretur, & effundatur tumores. In meliceride triplex hoc remedij generum cum habet; atherema discutientibus & suppurantibus curatur, ac ferè seclitè ne opus non habet.

Vt *℞. ladani, bdellij, galbani, orni r. ac.*

peleas cerebinth. partes æquales. Misc.

Vtile est & emplastrum ex *ammoniaeo, pyrethro,* & oleo succini factum, quo ruptum videtur tumorem talem in maxilla, atque filamenta alba longa, qualia in cancri interdum reperiuntur, extracta fuisse.

Calx viva quoque cum axungia vel oleo mixta utilis est.

Vel *L. picis navalis Vnc. i. ammoniaci, sulphuris an. Vnc. Sem. Misc.* Vel ex *radic. ciclamini & axungia suis* ac momento Sulphuris. F. Emplastrum.

Si sponte non aperiatur tumor, sectio instituenda, ita ut cystis, seu melleam, seu pultaceam, seu adiposam, seu quancumque aliam substantiam continens, eximatur & tollatur. Cutis autem non transuersum, sed recta vel sub obliquè ad folii myrti figuram secanda, & membrana humorem continens à cute & subiecta parte liberanda, cauendo (quod fiet, si vno impetu cutis non disseccetur) ne membrana illa seu cystis laceretur, humorque, qui in ea continetur, diffusus, operationem impediat, eiusque vel humoris aliquid, relinquatur. Et si hoc accidat, & aliquid remanent: cathartico absumendum. Si enim aliquid de tunica illa relinquatur, tumor regeneratur.

Si in capite huiusmodi tumores fuerint, folliculo exempto pericranium secetur, & caluaria abradatur ne vlla radix tumori nouo generando idonea relinquatur. Si sectionem æger admittere nolit, aut ob venas vel arterias vicinas commodè fieri non possit, medicamentis causticis cutis pertruncanda. Folliculo exempto vlcus consolidandum, & si plus æquo laxa ac extensa cutis fuerit, ut commodè coire non possit, superfluum abscindendum.

CAPVT XXXVI.

De Testudine, Talpa seu Topinaria, & Natta.

Pertinent huc & tumores, qui quidem ad melicerides, atheromata, & Steatomata referuntur: qui verò priuatim capiti accidunt, peculiaria utriusque imposita sunt nomina, quæ tamen apud Antiquos Græcos vel Latinos non existant, sed à Recentioribus Barbaro-Latinis excogita sunt; puta Testudo, Talpa, seu Topinaria, Natta.

Testudo scilicet est tumor magnus mollis, vel non valde durus, in capite, latiore forma in modum testudinis, à cuius similitudine accipit nomen, vel castorei in principio, postea verò in formam oui excrecens, in quo mollis materia, tunica quadam obdusa, continetur, (vnde ab autoribus ad melicerides refertur) quæ caluaria ita inhaeret, ut ipsam plerumque vitiet, ipsique caciem inducat.

Cognatus huic tumor est Talpa, ita dictas, quod sicut talpa sub terra deambulat, ita huc sub cute cranium deperdit. Nonnulli ex illis Latino-Barbaris testudinis nomine hunc tumorem comprehendunt, nec de talpa peculiarem mentionem faciunt. Alii verò de eo peculiariter tractant, & Vigo *lib. 2. tract. 3. cap. 1.* expressè Talpam à Testudine distinguunt: & materia etiam differunt, quæ in Talpa est crassior quàm in Testudine. Igitur sicut Testudinem ad Meliceridem referri posse diximus, ita Talpa ad Atheromata referri potest. Nonnulli Topinariam appellant. Alii tamen Topinariam affectum diuersum & pueris familiarem esse dicunt, qui fit ex phlegmate dulci, quod declarat viscositas saniei & albedo eius, aliquando ex phlegmate misto cum sanguine, quod declarat color, qui non rubeus, & citò ad maturitatem deuenit, aliquando verò ex

A melancholia, vel cholera, ut hic de re scribit Guilielmus Placentinus, *lib. 1. Chirurg. cap. 5. 10.* Philippus Ingrassias, *de tumoribus tract. 1. cap. 1.* hunc tumorem ad Hydrocephalum intrepidè reducendum censet. Verum cum Hydrocephalus fiat ex aqua, nec sanguinem admixtum habeat, nec suppuratur, id concedi non potest.

Tandem est alius tumor, quem Natam, Nattam, & Naptam appellant, magnus, & mollis, sine dolore & colore, in dorso præcipuè excrecens, quandoque tamen in humero & aliis partibus erumpens, à tenui quidem radice pendens, ita tamen incrementum sumens, ut aliquot libras pendat, & melonis vel cucurbitæ quantitatem æquet; qui cum non semper eadem figuram habet, ideo etiam diuersis nominibus ab autoribus appellatur. Materia quidem in eo interdum videtur cariosa, sed non verè caro est, verùm adipi similis, ideoque ad Steatomata referri potest.

Cause.

Causam huiusmodi tumorem ad pituitam salisam, vel cum bile mixtam referunt. Verùm cum ad Melicerides, Atheromata, & Steatomata hi tumores referantur, commodè etiam statuitur, eos eandem causam quam dicti tumores habent, habere: saltem hic copia materia maior est, vnde etiam tumores maiores fiunt.

Signa Diagnostica.

Cognoscuntur hi tumores facillè ex descriptionibus supra traditis. Sunt enim tumores molles, vel non valde duri, lati & magni, peculiari tunica conclusi.

Prognostica.

1. Si in capite sunt huiusmodi tumores periculosi sunt, ob cranii vicinitatem, cum cranium corrodant & corrumpant, præcipuè circa suturas.
2. Si magna ad iterum corruptio, faties est, sine re talem tumorem, quàm curare.
3. Qui absque cranii corruptione sunt, tutius curantur.
4. Vt in tumoribus proximo capite explicatis ita & in his, nisi tota tunica cum humore extrahatur, perfecta sanitas sperari non potest; cum si aliqua reliqua quatur, inde nouus tumor pullulet.

Curatio.

Vniuersalibus præmissis & corpore euacuato, materia tumorem continens tollenda: quod fit digerentibus & resoluentibus medicamentis, vel suppurantibus, vel Chirurgia.

Si tumor ergo sit sine vlcere & ossis corruptione, discutientia adhibeantur. Discussientia autem talia sunt, quæ in ferofulis & tumoribus vltimari solent. Sedatio discutientibus hi tumores curantur. Si discutientibus tumores huiusmodi non possint, maturantia & suppurantia adhibenda, qualia præcedente capite sunt proposita.

Vel *L. cepur. sub. cinerib. coltar. visell. onor. ad duritiem coltar. an. num. iiii. axung. porcine, vel butyris. sale. lb. b. rad. altheæ ad mollitiem coltar. & minutim cantusar. lb. i. Misc. F. Cataplasma.*

Perfecta tamen puris generatio non est expectanda cum pus facillè acedens & malignitatem augeat & cranium corrodât. Ideoque quamprimum aliqua suppurationis signa adsint, tumor maturè aperiendus Incisura vel simplex vel forma crucis faciendâ, pro tumoris magnitudine. Pore euacuato vlcus detergens cum consequentibus medicamentis exempli gratia tali:

L. farinis hordei Vnc. ii. myrtis Vnc. b. sarcocolle Vnc. i. mellis q. s. Misc.

Mundatum vlcus castoreo impandit & consolidandum.

Testudo quid sit?

Talpa.

Natta.

Causa.

Signa Diagnostica.

Prognostica.

Curatio.

Si os corruptum sit, radendum, & vt in carie os-
sum fieri debet, curandum.

Curatio verò per Cheirurgiam eodem modo in-
stituenda, vt *capite præced.* dictum.

CAPVT XXXVII.

De Verrucis.

Sunt deinde & alij tumores, qui non ex humori-
bus, sed ex solida substantia ortum habere dicun-
tur. Verùm cum idem vel ex parte nutriendi succo
vitiolo & luxuriante, vel humoribus excremen-
tiosis iis admixtis ortum habeant, hoc tumorum
genus illis, qui modo explicati sunt subiunge-
mus.

Verruca. Et primò quidem oriuntur quidam prauis tumores
instar monticulorum in cute, qui Verrucæ seu pori
dicuntur Latinis enim Verruca proprie est editior
montis pars; & vt Gellius, *lib. 3. cap. 7.* Catonis
dictum interpretatur, aspera: vnde & verrucosa la-
ca dicuntur, quæ inæqualia sunt & diuersas partes
eminentes habent. A variis autem formis Verrucæ
diuersas sortiuntur appellationes. Alia enim dicitur
Sessilis, Græci *μυρμηκία*, Latinis *formica*, quæ
alioribus radicibus fixa est, infra lata, supra tenuis,
minusque ex cute sese exferit, & stabilis est, nec, vt
aliæ, inobilis Ita verò appellatam censent vel à co-
lore subatro, qualis est in formicis, vel quod, dum
stringitur, sentium exhibeat moribus formicarum si-
miles; nasciturque plerumque in manibus aut etiam
pedibus, nec est sine dolore: In hac quandoque
pilus vnus & alter, imprimis in facie, apparet. Alia
dicitur *penilis*, quod exiguo quasi pediculo vt de
chorda dependeat, vnde Græcis *ἀκροχορδία* dicitur,
basin exiguam habet, longum & grande caput.
Hanc, si non sit eiusdem coloris, sed thymi florem
referat minorque sit & magis inæqualis, ac parua,
Thymum appellant. Si verò maiores sint hæc verru-
cæ, à similitudine, quam habent cum ficus fructu, Fi-
cus appellantur.

Refertur hæc etiam possant Condylomata, & ci-
llicæ am, de quibus *lib. 3. Præf. part. 2. f. 1. c. 10. de var-
bis intestini recti*, dictum.

Clauus quid sit? Est & aliud genus verrucæ, sessili simile, quod
Clauum appellant, Græci *κλῆρις*. Sunt illæ verrucæ
albæ, rotundæ, clauorum capiti similes, atque in
digitis plantisque pedum plerumque oriuntur, vt mo-
lestiam ac dolorem inter progrediendum excitent.
Hoc Verrucæ genus, quia in ambitus illius cutis
concoloris centro fuscum aut nigram maculam ha-
bet; pupillæ instar, ac ob id oculo picæ similis est,
à Germanis *Elstherango*, quasi picæ oculus, no-
minatur.

Nascuntur autem Verrucæ in diuersis corporis
partibus: frequentius tamen in manibus & pedibus, &
plerumque plures simul.

Causæ.

Causæ. Oriuntur autem omnes, secundum vulgatam do-
ctrinam, ex materia crassa melancholica & pituitosa,
quam eorum natura non possit discutere, ex ea hoc ge-
nus tumorum format.

Platerus verò, vt cognatos tumores, ita & ver-
rucas ex succo cuti & cuticulæ alendo destinato gi-
gni statuit, hoc modo. Vt in illorum substantia con-
sistens adhuc durities callosas & cicatrices gignit: sic
in porum cutis vnum pluresque portio illius irumpens
cuti adhærens, radicibusque adnascens, exeres-
centisque, portunculam exiguam porum adim-
plantem duram ac callosam generat, quæ nunc
extra porum effertur, in verruca sessili adias in eo

permanet, in verruca sessili, vti & clauo in pedi-
bus. Quod autem succus ille in poros se ingerat,
illorum dilatatio & amplitudo causa esse po-
test: quod vti à variis causis prodit, ita in pedibus
cute vno loco validius pressa, poroque sic ampliato,
clauus facile gignitur. In manibus quoque cum ple-
rumque se verrucæ offerant, ab externis iniuriis hoc
prodire credibile esse statuit.

Ex contagio etiam eas oriri statuunt nonnulli, v-
t si ex ressecta verruca sanguis cadat in aliam partem,
in ea generetur Verruca, & si quis linteo fuerit vsus,
quo sanguis qui ex verrucis effluxit, collectus & de-
tersus est, in eo succrescere verrucas.

Signa Diagnostica.

B Verrucæ à descriptionibus traditis facillè cognos-
cuntur; vt & eorum differentia, vt peculiaria signa
trudere opus non sit; vulgoque satis noti tumores
sunt.

Prognostica.

1. Verrucæ sæpè spontè desinunt, sine vllius
medicamento.

2. Myrmecia & clauitamen sine curatione vix vn-
quam desinunt.

3. Acrochordones faciliores sunt curatu; cum ra-
dices exiliores habeant: reliquæ autem cum latiore
radice in tantum fortiora & efficaciora medicamenta
requirunt.

C 4. Acrochordon si excisa est, nullam radiculam re-
linquit, ideoque ne renascitur quidem. Thymo Cla-
uoque excisis subter rotunda radícula nascitur, quæ
penitus descendit ad carnem, eaque relicta radice
rursus oritur. Myrmecia latissimis radicibus in hæret,
ideoque ne excindi quidem sine exulceratione magna
possunt. Celsus *lib. 5. cap. 28.*

Curatio.

Tolluntur autem Verrucæ vel medicamentis, vel
Cheirurgia. Medicamenta vel occulta proprietate
quadam hoc præstant, vel ipsarum alimentum
extirpant, vt verrucæ postea marcescant & eua-
nescant.

Fallopianus commendat *folia salicis* aut succum eor-
um. Si verò desint vicia salicis folia, vtitur pulue-
refoliorum salicis cum aceto simplici, vel scilicite
misto. Vtuntur etiam *serofularia*, *radice dracunculi*,
ari, *cyclaninis*. Conueniant quoque *radices ebli-*
D *donis* recentes, quarum succo verrucas sillunt. Alii
verruccas primò aliquoties festuca adurunt, & postea
vasturtium & sinapi applicant. Portulaca etiam ali-
qui à proprietate tolli verrucas existimant. Tol-
luntur & Verrucæ; si cum *nigella* & *urina* fri-
centur; si lauentur liquore ex foliis verbasci collecto
& cum floribus appposito: decocto ex *sinapi*, *sul-*
phure, & *salsafado* cum aceto: si *folia sabine* in vi-
no macerata per dies tres continuos imponantur: si
herba Roberti, *ruta* & *millefolium* simul trita appli-
centur. Vtile est & *cichorium verrucarum*, quod in-
de nomen accepit; item succus lacteus è caulibus den-
tis leonis, vt & aliarum plantarum intybaccarum:
Aqua è sarmentis vitium, dum vrantur, exsudans;
farina cicerum.

Efficacissimum etiam est, ad verrucas & clauos in
pedibus, hoc emplastrum.

℞. picis naval. Vnc. j. galban. acet. diss. Vnc.
Sem. sel. aramon. Scrup. i. empl. diachyl. magn. ℞.
i. ℞. Misc. F. Empl.

Verum si talia non iuent, ad fortiora, & quæ vim
causticam habent, imò ipsum ignem actuale, est ac-
cedendum. Cautè tamen caustica adhibenda, in pri-
mis in locis neruosis, & ita, vt solam verrucam at-
tingant. Ideoque prius pars circum circa cera vel em-
plastro aliquo munienda.

In hunc finem adhibetur lac ficus & thymali, & A quidem lac thymali efficax esse in seipso com-
pertum habere scribit Valescus de Taranta. Calx
viva cum sapone mista etiam utilis est; quod medi-
camentum efficacius erit, si vitriolum calcinatum
vel viride tris addatur, vel cauterium ex lixiuo
saponis paratum.

Vt *℞. Albumen oui coctione indurat. viridis
aris, alumis, an. ʒ. j. Misce.*

Vel allium viride recens contusum verrucæ ap-
plicetur, & supra pileolus ex cera imponatur, &
salscia inuoluatur.

Vel *℞. Auripigmentum, & misceatur cum oxy-
melite vel lacte thymalli atque apponatur verru-
cæ. Utile etiam est ol. vitrioli & sulphuris.* Et ol. B
quidem vitrioli. miris modis hic commendat Ioan.
Andreas à Cruce, atque hoc modo applicat: Cul-
tellum exiguum ex ligno aloës aut simili parat, & in
ol. vitrioli intingit, atque verrucam eo modo libe-
rat, quo aliàs per scalpellum ferreum liberatur.

Chirurgia, qua verrucæ tolluntur, describitur à
Galeno, 14. *method. med. cap. 17.* Paulo Ægineta,
lib. 6. cap. 87. Rhase, *lib. division. cap. 124.* Fit
autem ea vel extractione, vel excisione, vel adu-
stione. Extrahuntur aut euelluntur vel penna, cuius
circulus par sit verrucæ, qua vndique stringitur
verruca, & postea circummagitur, atque ita cum ra-
dice euellitur. Idem stitula argentea præstare po-
test. Quidam suctu ac denubus Romæ eas euelle-
bat, vt Galen. *loc. alleg. docet.*

Exscinduntur vel vinculo, penfiles scilicet ver-
rucæ, filo nimirum serico, aut alio forti, aut seta
equina, arcibus sabinde vinculum constringendo,
donec verrucæ excidant. Et si aliqua radix reman-
ferit, cauterio absumenda: vel ferro seu scalpello
idoneo, ita, vt verruca circum circa prius scarificet-
tur, & postea acuto scalpello vel phlebotomo radi-
cibus excindatur.

Acta aduruntur vel bacillo betulæ accenso, vel
stilo ferreo candente per canalem, ne partes vicinæ
lædantur, applicato. Vel si lamina ferrea ad magni-
tudinem verrucæ perforata verrucæ ita applicetur,
vt sola verruca per foramen appareat, & postea can-
dente ferro, vel ignis flamma aduratur. Adustione
facta eschara tollenda, & vlcus conueniente modo
sanandum. Fallopius, si alia non sint satis efficacia,
vrit verrucam sulphure hoc modo. Accipit mediam
testam nucis iuglandis, & eam ad magnitudinem
verrucæ perforat, atque parti, in qua est verruca,
parte conuexa applicat, ita vt arcuè verrucam com-
prehendat & verruca per foramen in eavitatem tes-
tæ præmineat. Postea sulphur in testæ cauum im-
ponit, atque incendit; quo liquato atque accenso
verruca tantum adurenda est, quantum æger ferre
potest; atque si vna vice tolli tota non potest, ter
vel quater repetenda est adustio. Vbi locus fuerit
sanatus, foliis salicis per aliquot dies fricandus &
tegendus, ne reuiuifcat verruca.

Te Thymis, & cristis ani dictum est, *lib. 3. Pract.
part. 2. sect. 1. cap. 10.*

CAPVT XXXVIII

De Cornibus.

Cornua.

Plurimi ad verrucas etiam referunt Cornua, eâ-
que statuunt esse verrucarum quoddam genus
oblongum & instar cornu recuruum. Verùm longè
latius ab Arabibus, & posterioribus Medicis, no-
men hoc extenditur. Auicennas, *septima quartæ,
tract. 3. cap. 14. de cornibus* ita scribit: *Сорнуа*

sunt additiones spissæ, curuæ, nascentes super iundū-
ras in extremitatibus, propter vehementiam opera-
tionis; & cura eorum est inciso, vt remoueat ex eis
illud, quod non dolet; deinde administrantur super
residuum medicina vehementer acuta, ex medicina
verrucarum, donec cadat: deinde consequatur bu-
tyrum colatum.

Auenzoar, *lib. 2. cap. 5.* hæc habet: *Andius dicit
à patre meo, quod quidam viro vidit nasci in dorso
suo os ad similitudinem vniuersi cornu, quod erat mino-
ris duritiei ossis naturalis. Et ipse pater meus purga-
uit humores grossos in ipso, & postea posuit medici-
nas exsiccativas super os, ita quod cecidit dictum os,
sicut cadunt cornua cervi inuere. Et mihi etiam fuit
ortum os vnum super dorsum, magnum mihi inferens
dolorem: & purgavi me ab humoribus grossis, & po-
sui super ipsum resolutiva, ita quod resolutum fuit
pro maiori parte, & illud modicam, quod remansit,
non impedivit me in aliquo in operationibus natura-
libus exercendis. Ergo ubicunque inuenieris simile, fa-
cias sicut dixi. Et cum purgas istos, noli ipsos purgare
solum cum virtutibus medicinarum, sed cum ipsis
medicinis propriis. Et de melioribus mineris ad pur-
gandum hos, est lapis Lazuli, sed in magnere est abs-
que dubio magnum inuamentum in hos, sed ego ip-
sum non sum operatus, quia sufficit mihi lapis Lazuli,
& ego commendo opera eius.*

Ex Recentioribus verò quidam inter affectus ca-
pitis cornua enarrant, de quo Lanfrancus, *tract. 3.
doct. 2. cap. 3.* scribit: *Vidi quoque cranei manife-
stas eminentias, sicut cornua. Nam vidi hominem,
qui ad me venit pro consilio, qui habebat in capite
septem eminentias, vnam alia maiorem, & diuersis
in locis. Quarum aliqua erat ita magna, & acuta, si-
cut cornu capreoli, vel longitudois pollicis, & mul-
tum lædebat eum. Et miratus fui quemodo cutis
non fuerat ulcerata. Quum ergo vidi, quod habebat à
craneo suam originem, & radicem, non me volui de
cura intrinsecare, sed agro consului, ne se poneret in
manu alienius, propter curam quoniam mihi impos-
sibilis videbatur. Ioan. Philippus Ingrassias verò, de
tumorib. *tract. 1. cap. 1.* refert, se vidisse Panormi
nobilem quandam puellam virginem, quam pluri-
mosecurus, simulque in summo exacuatissimè excres-
centiis cornuum vitulorum instar, in omnibus ferè
artibus, præcipueque manuum cubiti, & gerum
correptam, etiam in capite & fronte. *Vernicamen,*
inquit, *non sub cute, sed super ipsa eborti erant tumo-
res illi, & quidem nouo quodam generationis ordine.*
*Etenim velut lapidis generatio contingit in vesica, vt
scilicet alia parlatim, atque alia super aliam velut
tunica adueniente, in magnitudinem increseat: ita
& in illis aspeximus plurimas veluti offeas crustas, si-
bi inuicem inherentes, non secus etiam, ac si æthæ-
narum cortices dimidijs, alterum alteri superimpo-
nas; minorem tamen maioris, vt in acutum, Pyrami-
disque effigiem coniungantur. Tali autem circa ba-
sin maximopere dolebant, & in tantum firmissime,
ac summa duritie inherebant: vt nemine Medico-
rum aliquo remediorum genere succurrere valente, ad
nos tandem, post multos iam sui morbi atque ortus
horum annos, consanguinei venerint. Continuo
enim & magnitudine & aliis nouis enascentibus nu-
mero etiam augebantur. Quam Dei opt. max. gratis
paucissimis diebus ad sanitatem reduximus, prius-
namque pulchritudinem. Cum tamen turpissima ena-
seris, demonum potius, quam hominum præsefe-
rens; usque adeo vt parentes libentius mortem quam
vitam illi optarint.**

Iulius Cesar Scaliger, *Exercit. 199. sect. 5.* scri-
bit: *Cornua hominibus adnasci, ægritudine est; nec*

maximum, de qua Principi Aboali, atque maximo auro Abumero narrantibus, e quidem propter eorum auctoritatem adducebar, ut crederem, donec unum vidimus in dorso remigis cuiusdam, qui in Liguam vivente diu fuerat.

Alexander Benedictus, anat. lib. 1. cap. 14. narrat, se vidisse in Creta, vulnerato sagitta genu, cornu nigrum rupicaprae capiti similitudinem produisse, matenamque, quae in ossis substantiam converti debuisset, in corneam naturam aëris afflatu facile conuersam fuisse, concinnæque gummi modo indurascens in.

Et Fallopius, de partibus similaribus, cap. 7. scribit, interdum quasi cornu in integris ossibus, non in hæcturis nasci, quod quidem cornu excreseat extra carnem & cutem, idque se vidisse Patauim femore cuiusdam nobilis, ex cuius cute excrevit quasi parvulus longus.

Hæc pertinent procul dubio Nodi Plateri, de quibus supra cap. 34. dictum, qui sunt tumores durissimi, firmiter ossibus subiectis insistentes, qui ab illis loco moveri non possunt, quasi novum os priori accrevisset: quales tumores circa tempora & frontem, tibiarumque longitudinem in nudis illis regionibus nascuntur. Incipiuntque hi tumores aliàs per se, aliàs morbi alicuius conites sunt, ut luis Venereæ, & Cephalææ cuiusdam.

Corua hæc & nodi difficulter curantur, & toto vitæ tempore sæpe durant. Si tamen prope articulos sint, eorumque motum impediunt, aut premento continuu dolore efficiunt, amputanda sunt, quod tutius sit, cum in nudis ossibus sola cute obductis consistunt. Cutis primò aperienda, & cornu seu nodus denudandus, postea ferro acuto ab ossè abscindendus, & vulnus conveniente modo curandum.

CAPUT XXXIX.

De Fungis.

Quem Latini Fungum appellant, Arabes Fater & Fatera nominant, & inter tumores cerebri tulerunt. Galenus obiter eius mentionem facit, de anima lib. 1. de loc. affect. cap. 1. scribit: *Iam vero ex his etiam, quæ adnascuntur rebus affecta sedis nota petuntur. Quippe res adherentes essentia proprietatem obtinent, quæ admodum fungi (uæzou Græci vocant) si fracto capite meningæ fuerit affecta.* Facit quoque eius mentionem Avicenna, §. quarri, tract. 3. cap. 1. dicit inquit: *Et quando frangitur cranium, & egreditur elamen, & fit apostema, quod nominatur Fatera.* Et egimus de hoc tumore, lib. 1. Pract. part. 1. cap. 25. Verùm, ut ad Clariss. Guilielmum Fabricium aliquando scripsimus, ut ex Centur. 2. observat. eiusdem, obs. 35. videre est, ex membranæ cerebri equidem frequentissimè, attamen etiam in aliis partibus hoc tumoris genus nascitur, ut historice dux à me ibi adductæ testantur. Prior hæc est. Puer quidem annos natus circiter decem, ex saltu pedem sinistrum ad terram vehementius allisit, atque in planta è regione minimi digiti, læsit. Hinc tumor primò supra malleolum externum conspectus fuit, qui à rustico quodam imperito (forsan luxationis alienius reponendæ gratiæ adhibito) postea deorsum pulsus fuit. Hinc tumor paulatim incrementum sumit, ita ut totum pedium prehenderet, cutemque insigniter distenderet, & pedes digitorum magno intervallo ob tumorem interiectum distarent. Cutis tamen colore sanæ parti planè fuit similis. Tentata, ut fieri solet, à variis variis, sed omnia fru-

strà Tandem ad Cheirurgum peruentum: qui cum suppurationem, ob insignem loci mollitiem, factam esse crederet, & dolores incrementum, aperuit locum. Parum sanguinis, puris verò nihil effluxit: mox verò profilit quasi pinguedo quædam, quæ vulnus clauderebat. Sequentibus diebus fungi nigro seroso sanguine plenæ, copiosius erumpere cœperunt: & in planta pedes versus digitum minorem vna nocte quasi *porri* incidit tanta, quæ dimidium talerum æquaret. Aperta illa, nihil tamen patri decidit, & nihil mortuæ carnis separari potuit, sed fuit caro quasi spongia adusta, cruenta, sanguine turgens & stillans. Cœperunt & aliis in locis, ad latera, & supra talos fungi se efferre, sædo & horrendo aspectu, ut pars illa pedis magnitudinem capitis pueri superaret. Tandem ad sectionem peruentum, & pedium vique ad os naviculare & calcis præcisum est. Quod abscissum fuit, caro erat tota fungosa, partim putrida & corrupta, partim coagulata, densa, & viscida pinguedini porosæ similis, pondere ferè libr. iij. Verùm sequentibus diebus spongiosa caro iterum magna vi prorupit, & quantum interdum auferebatur, tantum noctu iterum succreuit. Denique tumor magnus ad sinistrum inguen, loco, quo glandulæ sunt, in femore exortus est, specie planè similis ei, qui in pedio ab initio conspiciebatur, qui & ipse postea sua sponte ruptus est, ex quo magna spongiosæ carnis copia excrevit. Non ita multò post puer vitam cum morte commutavit.

Altera historia hæc est. Puer duodecim annos natus dentium dolore vehementer laboravit. Deventum tandem ad extractionem: extractus est vnus ex dentibus superioribus. Oritur postea tuberculum in palato propè illum dentem, magnitudine nucis pruni. Istic cum esset molle, nec spontè aperiretur, pus subesse credebatur: apertus fuit, nihil, nisi aliquot guttæ sanguinis, effluxit. Postea verò caro spongiosa, nigricans prorupit, quæ vsque ad eum increvit, ut non solum per os promineret, sed & per nares exeresceret, pueroque tandem mortem afferret.

Fungi quoque, ex guttulis enati, qui totum palatum implet, & ad anteriores dentes ferè pertingeret, hystoriam refert Guiliel. Fabricius, Centur. 2. observat. 19. Et alius seq. observat. meminit, qui ex gurgulione ortus, cui gallinacæ magnitudinem æquavit, & foramina narium in palatum desinentiæ adeo oppleuit, ut difficulter æger spirare & verba distinctè proferre potuerit.

Ad hæc alium etiam ex aure pullulantem vidit & curavit Guilielmus Fabricius, Cent. 3. observat. 1. Et de alio fungo ex ipso centro vmbilici nato tractat. Cent. 5. observat. 62. Hoc tumoris genus ad Naptas seu Naptas referendas censet Guilielmus Fabricius, Cent. 3. observat. 36. Verùm quid Naptæ sint, supra cap. 36. dictum. Et licet fungosi quid in Naptæ dicto tumore contineatur, & in genere hi tumores fungosi nominari possint: tamen cute illud tegitur, fungi verò propriè dicti, de quibus iam agimus, extra cutem nudi prominent, & crescunt. Ideoque etiam integris membranæ cerebri non nascuntur, sed iis vulneratis, contusis & læsis.

Subiectum horum tumorum est membrana aliquo modo læsa seu vulnerata seu contusa.

Causæ.

De Causa & modo generationis Fungorum scribit Ioan. Philippus Ingrassias, quod fieri solet hic fungus non secus ac in lucernis, hiemali præsertim tempore, fungus in ellychnij vertice oboriri solet, futuræque pluriæ, vel mulierculis; prælagium quemadmodum Virgilinus, 1. Georg. & Plinius quoque lib. 18. in fine, testantur. Etenim cum aer humidus

humidus esse cœperit, fauilla, quæ cum fumo solet egredi, prohibita, ob æris crassitatem in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imagines imitatur. Ita igitur in discooperta reuelatæque cerebri membrana quædam prius substantia gossipinæ lanuginis imaginem representat. Deinde verò per halitum discussi vapores fumique, ob aeris frigiditatem in ea substantia conglobati, paulatim ab interiori calore deurrunt siccanturque, donec fungo quoque similis substantia appareat, alteratam esse ab aere membranam significans.

Verùm enim verò concedendum equidem est, ab humore superfluo per læsas membranas quasi excludente huiusmodi fungos generari, sed quod materia ea ibi ab aeris frigiditate saltem detineatur, & à calore simpliciter exsiccat, falsum est. Neque enim tam subito hoc modo fungi generari & incrementum sumere possent. Sed à facultate formatrice partium, humorem exstillantem in carnem mollem, quæ fungi instar est in arboribus mutari, naturamque, quæ nunquam otiosa est, humores affluentes, quos ob eorum copiam & ineptitudinem ac partis debilitatem, in eius alimentum ac substantiam conuertere nequit, in hanc substantiam mutare & formare, vero consentaneum est.

Signa Diagnostica.

Signa. Facile cognoscitur hoc tumoris genus. Ex læsa enim & contusa seu vulnerata membrana caro mollis, fungosa & pallida, cute non tecta, expullulat, & subito incrementum magnum sumit.

Prognosticum.

Prognosticum. Malum hoc periculosum est, & curatu difficile, ac nisi rectè tractetur, facile in cancri naturam abit.

Curatio.

Curatio.

Vniuersalibus præmissis, quæ huius loci explicare non est, fungus ipse tollendus, quod fit, vel medicamentis exsiccantibus, atque erodentibus, vel excisione.

Medicamenta exsiccantia tutiora sunt, quam erodentia: cum erodentibus materia facile exasperetur, & cancri naturam induat. Parantur autem talia ex radicibus aristolochiæ rotundæ, Iridis Florentinæ, angelicæ, acori veri, fol. sabinæ, carduibened. rorismarini, plantagin. equiseti, geranii, fl. ros. rubr. malleicæ, thure, myrrha, tutia præpar. plumbo vsto, sacch. ꝑ, lapide calaminari, cineribus ranarum & cancrorum.

Excinduntur autem vel ligatura, quæ fit filo serico aut alio forti, vel ferro. Vbi fungus vel ligatura vel ferro sublatus, pulueres ex enumeratis medicamentis inspergendi sunt. Vide de hisce operationibus Guilielmum Fabricium, *locis alleg.* nimirum *Centur. 3. obseru. 1. & Cent. 5. obs. 62.*

CAPVT XL.

De tumoribus malignis & venenatis, ac in specie de Elephantiafi.

Est tandem tumorum ab humoribus oriendorum genus quoddam, quod malignitatem coniunctam habet. Inter quo primò occurrunt variolæ & morbilli. Verùm cum de iis actum sit, *de febr. lib. 4. cap. 12.* hic nihil addimus, sed Lectorem eò remittimus. Deinde Bubones & Carbunculi pestilentes; de quibus cum eisdem *loco allegato, cap. 6.* actum sit, hoc loco eò labore supersedere possumus. Pertinent tertium huc tumores Venerei, de

Operum Sennerti. Tom. III.

quibus suo loco inter morbos malignos agetur. Tandem Elephantiafi, de qua solum hoc loco agemus.

Quam Arabes Leporam vocant, Græcis Elephantiasin nominari, *supra, capite 28.* dictum est. Appellatur autem *Ἐλεφάντιος*, *Ἐλεφαντίας* & Elephantia ab Elephante; ob similitudinem, quam hic morbus habet cum Elephante, nimirum, ut nonnulli putant, quod eo morbo laborantes, magni, ut Elephantæ, fiant; quæ inepta est notatio, cum Elephantiafi non maiores fiant (nisi quis non ad magnitudinem corporis Elephantiasin laborantium, sed morbi magnitudinem respiciat, quod scilicet sicut inter quadrupeda maximum animal elephas est: ita inter morbos hic maximus & ferè inuidiosissimus existit. De qua re Macer, *de virib. herbar. cap. 15.* ait:

Est lepra species, Elephantiasisque vocatur,

Quæ cunctis morbis maior sic esse videtur,

Ut maior cunctis Elephas animalibus existat.

vel quod malum in crura serpens, efficiat ea Elephantis ritu ferè rigida & æqualia: vel quod inter alios morbos vehemens ac validus sit, veluti Elephantas: vel, quæ commodissima videtur explicatio, quod membra & cutis hoc morbo laborantium tumida, scabra, rugosa, tuberosa, & inæqualis, ut Elephantum, reddatur. Galenus, *de tumorib. cap. 14.* malum hoc, cum incipit, etiam *καρυφάκη* nominari scribit, eò quod hoc morbo affectorum facies similis reddatur Satyrorum dictorum faciei. Nam labia Elephantiasin laborantium fiunt crassa, nasusque tumet, atque ideo depressus apparet, aures tabescunt, maxillæ rubore perfunduntur, in fronte hinc inde tumores quasi quædam cornua apparent; quanquam alij ea etiam de causa *καρυφάκη* hoc malum nominari censeant, quod in ortu huius mali ægri Satyrorum more sunt valde libidinosi. Aliam tamen & diuersam similitudinis rationem ex Archigene refert Aëtius, *retrab. 4. serm. 1. cap. 120.* quoniam videlicet malæ faciei iisdem cum rubore attolluntur, & musculis maxillaribus veluti conuulsionem patientibus mentum ipsum dilatatur; quemadmodum etiam ridentibus euenire solet, similitudine quadam ad picturas Satyrorum, quos *ἀνοδίασις* Cælius Rhodiginus, *Amiq. lect. lib. 19. cap. 25.* ita nominatos putat, quod ore hiante labiisque diductis instar ridentium cantent & ludant. Nonnulli & tertiam appellationis huius causam afferunt, nimirum quod Elephantiasin laborantes Satyris in Venere propensione & libidine similes sint.

Ἀνοδίασις etiam appellatur, vel quod, ut Leo, inuidiosum hoc malum sit, vel quod, ut est apud Aetium, *retrab. 4. serm. 1. cap. 30.* frons ægrotum cum tumore quodam laxior reddatur, ad similitudinem pellis flexilis superciliorum Leonis; vel quia hoc morbo affectorum anima spiritusve non secus ac leonum anhelitus, quemadmodum & excrementa, foeteant; vel quoniam hoc morbo laborantes turpissimam & terribilem faciem habeant, ut leonum instar terrorem ex improviso adspicientibus incutiant. Nostri appellatur hoc malum diu Lazari, quod Elephantiasin ita vlcibus scateant, sicut Lazarus ille mendicus, cuius in historia Euangelicæ, *Luc. 16. cap.* fit mentio, vlcibus plenus fuit.

Graue autem hoc malum est, & veluti vniuersalis ac totius corporis Cancer, vnde plura morborum generum complectitur. Adest enim primò magnitudo aucta, & tumor hinc inde in corpore, præcipud in partibus externis, quatum etiam pulchritudo & figura hinc corrumpitur; adest etiam calida & sicca intemperies, partes exulcerantur, & corrumpuntur, ut tandem decidant. Totam huius

R R t

mali ideam Celsus, *lib. 3. cap. 13.* describit ita: *Totum, inquit, corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitari dicantur. Summa partes corporis crebras maculas, crebrosque tumores habent. Rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur: Summa cutis inaequaliter crassa, tenuis, dura, mollisque, quasi squamis quibusdam exasperata, corpus emarcescit, os, sura, pedes intumescunt. Vbi vetus est morbus, digitum manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, qua facile totum malis obrutum hominem consumit.*

Causa.

Causa.

Causa continens est atra bilis, eaque malignitatis non expers, in totum corpus diffusa. Disputant autem de humoris huius atri generatione auctores prolixè, & in varias sententias abeunt. In eo quidem omnes consentiunt, ex aliorum humorum aduisione hunc humorem generari; in eo verò dissentiunt, ex quorum humorum aduisione fiat. Auicennas, *tertia quarti, tract. 3, cap. 1.* omnes complexus videtur, dum quinque species huius humoris ponit. Prima est, quæ ex sanguinis combustione fit; Secunda, quæ ex humore melancholico: Tertia, quæ à bilis amaræ aduisione: quarta, quæ ex pituita combustione fit: quinta, quæ ex chyli, crassa, calida, & ad exustionem apta parte fiat, ut ex falsis carnibus, piscibus, & similibus. Verùm etsi negandum non sit, aduisionem humorum hic adesse, & falsos humores huius mali causam esse: tamen cum plurimi alij tumores & ulcera ex aduistis humoribus fiant: omnino specifica hic causa querenda, quæ tamen explicari facile non potest, sed in occulta malignitate consistit. Humor a. is per omnes venas diffunditur, & sine putredine febri inductua per totum corpus dispergitur & alimento miscetur.

Ad huius autem humoris generationem, multa sunt, quæ faciunt. Nonnulli à primo ortu morbi huius feminaria contrahunt, qui vel ex Elephantiacis parentibus nati sunt, vel concepti fluentibus mensibus vitiosis & corruptis, atque ad atram bilem declinantibus. Deinde etiam membrorum nutritioni dicuntur, puta Epatis & Lienis interperies calida & sicca, unde sanguis & humores aduruntur, inter mali huius causas merito numeratur. Præterea etiam facit huc usus frequentior ciborum salsozum, acrum, crassozum; aeritidem calidus & siccus, aut crassus & nebulosus: unde in alijs regionibus frequentius hoc malum est, in alijs rarius. Scribit quidem Lucretius *lib. 6.*

Est Elephas morbus, qui propter flumina Nili gignitur Aegypto in media, neque præterea usquam: verùm etsi frequentior sit hic morbus eò loci, ut etiam Galenus, lib. 2. ad Glauc. cap. 10. testatur, dum scribit, in Alexandria, ob regionis feruorem, & victum incommodum incolarum, ut qui edant farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salita, & carnes asininas, & alia quædam, quæ crassum melancholicum humorem generant. plures Elephantiaci morbo corripiti: tamen etiam in alijs regionibus reperitur. In Germania in quibusdam regionibus frequentes sunt Elephantiaci; in Hispania verò & Africa frequentiores; In Narbonensi Gallia & Aquitania plures reperiuntur, quam in reliqua Gallia. Plinius, lib. 27. cap. 1. scribit, Elephantiaci in ante Pompeji tempora non accidisse in Italia. Consuetudo quoque & conuersatio cum Elephantiacis huc pertinet: Inquinatur enim aer, qui inspiratione attrahitur, ex membrorum fœtore & vitiatæ spiritus exhalatione. Unde homines merito auerfantur hoc malo laborantes, & ipsi etiam necessarii & domestici, agrorum conuersationem detestant, eademque de causa ex consortio hominum

separantur, & ad loca aprica, in quibus & ipsi commodius & sine aliorum periculo viuunt, amandantur. Inprimis autem contagiosus est coitus cum leproso aut leprosa, aut cum ea, quæ antea cum leproso rem habuit. Ad easdem causas pertinet etiam melancholicarum excretionum retentio, ventris mensium, hæmorrhoidum suppressio, ulcerum diuturnorum exiccatio. Humor enim talis, si diu in corpore detineatur, indies pejor euadit, tandemque malignitatem hanc acquirit; & in corpore retentus in venas retagnat, sanguinisque massam inficit. Apprehendit præterea hoc malum frequentius viros quam fœminas, atque inter hos illos magis, qui crassum ac viscosum, ad atram bilem tendentem sanguinem habent, & qui victu crasso atque inordinato vtuntur.

Signa Diagnostica.

Quantum autem signa attinet huius mali, etsi aliqua ex Celso antè enumerata sint: Integram tamen signorum & Symptomatum historiam enumerare vtile est. Itaque vbi imminet hoc malum, adest segnities, spiratio tarda & difficilis, motus difficilis, assidua alui constrictio, vrinæ veluti iumentorum lotia, respiratio tarda, fœtida, & rochuitas in fem. Vbi malum iam ad eutem progressum fuerit, calor natiuus & floridus in facie mutatur, rubræ subliuidæque pustulæ oriuntur, malæ crassiores fiunt & mentum, sub lingua venæ varicosæ fiunt ac nigrescunt, pili desluunt, adest fitis ingens, orisque siccitas diurna & nocturna.

Sunt autem, ut aliorum morborum, ita etiam huius mali quædam tempora: Principium, cum vitiosus humor & malignitas adhuc ulcera obsidet; Incrementum, quando malum iam foris se prodit, & symptomata indies augentur; Status, cum membra exulcerantur, & iam tota symptomatum syndrome apparet, quam mox subiungemus. Primum oculi apparent exactè rotundi, & obtutus eorum fixus est ac immobilis, quod accidit ob adipis consumptionem & musculorum extenuationem, palpebræ & aures contrahuntur; supercilia decidunt, nalis intumescit extra, & liuus redditur, ob humoris fluxum, & intus constringitur, unde meatus comprimuntur & respiratio impeditur, ut quasi per nares loqui videantur; color faciei est liuius, aspectus terribilis; tubercula & pustulæ rubræ apparent sub supercilis, circa aures, variisque in facie locis, nodique instar granorum duri ac rotundi; labra sunt crassa, ossa iuxta aures prominent, pili capitis decidunt, & si euelluntur, pars albæ cutis simul euellitur, quod certissimum est lepræ signum. Prodit & se hoc malum in alijs partibus: venæ sub lingua intumescunt & nigricant, ac glandulæ linguæ circumjacentes tumores rotundos habent, instar serofularum quæ suisbus accidunt. Anhelitus fœtet, vox est rauca, clangosa & obscura, ob pulmones & partes respiratorias inferuentes, crassis & aduistis humoribus oblitæ, & arteriæ siccitatem atque asperitatem. In manibus musculi extenuantur, præcipuè inter pollicem & indicem, cum illi musculi naturaliter in montosum ac manifestum tumorem attollantur, ipsorum depressio ac emaciatio, quæ fit ob alimenti defectum, in ipsis manifestior est. Ungues funduntur: Stupor adest, & ariditas in tibiis & pedum furis, ita ut quamuis acubus ibi pungantur, non sentiant, ob materiam vitiosam partem opplentem & spirituum accessum prohibentem. Idem interdum etiam in digitis manuum & pedum evenit. In quibus etiam frigiditas, sensusque priuatio quædam percipitur: interdum etiam ille stupor & dormitatio, uti appellant, toti cuti, inter istos digitos, vsque ad brachium

decidit, & à pede se extendit vsque ad genua & coxas imò per vniuersum corpus sensus in Elephantiasis immittitur. Nervi enim & pori omnes à crassitie humorum obstructi & oclusi spiritui animali transi- tum non concedunt. Sub cute in quibusdam locis sentitur formitatio, ac si vertice affucantentur, ac titillationes, quasi vermes ibi reperent, ob fumos & vapores adultos sub cute ascendentes. Cutis ipsa to- ta est vinctuosa, vt aqua ei affusa vix hæreat, ob ad- ipis sub cute liquationem, & excrementorum pin- guium in eam effusionem. Quibus alii & alia signa addunt. Iubent accipere aliquot grana salis, & super sanguinem prolicere, quod si sanguis sit in- fectus, statim resoluitur sal, si uon infectus, non resoluitur. Iubent etiam sanguinem infundere in aq. limpidissimam, si insuper natauerit, corruptus est, si fundum petat, non est corruptus. Alii san- guinem in panno lineo positum abluunt. Si enim dum nigricantia quædam, aspera, & arenosa quasi corpora appareant, arguit Leporam. Verum sunt & alia signa, nihilque ferè incommodi est, quod non huic maior coniungatur, in quo nihil fere intus & extra sanum est. Sed tamen præcipuè facies conside- randa, nullusque facilè leprosus, iudicandus, nisi faciei figura corrumpatur. Et cum in quibusdam Rebus publ. annua instituat Elephantiacorum exa- minatio, atque illæ propriæ Medici partes sint, danda ei opera est, & magna cautio adhibenda, ne imprudentia & præcipitato iudicio eos in exilium trudar, qui hoc malo infecti non sunt, aut eos, qui infecti sunt, cum sanis magno periculo conuersari permitat. Quod adsequetur, si signa supra enume- rata omnia in conspectu habuerit, & quæ propria & inseparabilia ex iis, quæ vero cum aliis morbis com- munia sint, perpenderit. In quorum examinatione diligentem operam præstitit Franciscus Valeriola, in enarrat. med. lib. 6. enarrat. 5. qui locus videri potest.

Non prætereundum hæc & illud, quod habet Marcellus Donatus, *histor. med. memorabil. lib. 1. cap. 4.* è quo quanta sit sanguinis corruptio in lepro- sis, occasio cogitandi dari potest. *Annibal* inquit, *Pedemontanus; Phrygio, cum per biennium incurabi- bili lepra vexaretur, pleuritide correptus fuit, cui seclâ venâ hoc mirandum accidit: Aqua calida vna mensuram excedens, in quam sanguis ad Vne. vi. pondus fluxit, cum deserbuisset, haud secus ab ipso densata est; quam si aqua lac, sanguis verò coagulatum esset, ita vt consistentia coagulato lacti per similes videretur, colorem verò proprium referret, cuius ne gutta quidem inconcreta seorsim ab alio reperiri po- tuit.* Causam huius rei refert autor citatus in crassiti- em & lentorem sanguinis, qui aquæ permittus vtriusque actuali caliditate, distributioni in mistio- nis opitulante, cum deserbuisset, coagulationi occa- sionem præbuerit. Idem & hic accidisse putat, quod euenit, cum rescissæ pellium partes ad glutinum pa- randum in aqua coquuntur. Vbi enim refrigeratur illa aqua, statim cogitur, ob succi lentorem & visci- ditatem; quod etiam accidit in edulis, quæ ex pedibus animalium parantur.

Prognostica.

Pragnosti- ca.

1. Ex quo patet, malum hoc esse grauissimum ac difficile, & reuera non nisi incipiens & initio curam recipere, quanquam cum difficultate. Confirmata enim & inueterata Elephantiasis curationem planè respuit. Si enim Cancer, qui particulâris saltem mor- bus est, curam non recipit, multo minus curationem recipiet Elephantiasis, qui vniuersalis totius corporis cancer est, vixque vllum repertum est remedium, quod mali huius magnitudinem superare possit.

2. Morbus nimirum ipse magnus est, magna hu- Operum Sennerti Tom. III.

A morum corruptorū copia, & summus in corporè ardor, tantus scilicet, vt si quis breui temporis spacio pomum recens contineat, illud corrugetur & arescat, ac si aliquot dierum aestu exiccatum fuisset. Et ipsa illa malignitas diu iam radices egit. Nam tardius se prodit hoc morbum, neque ante quam malignitas hu- morum viscera obsederit ac corruerit. Vtius contra debilis est, vt ex actionibus omnium facultatum lactis satis apparet.

3. Quapropter quemadmodum pœfectè à malo eiusque diuturnitate victis frustra manus adhibemus, ita abstinere ab iis, qui eiusmodi affectione corripunt & tentari videntur, plane est hominum desperantium. Humanum enim vt Aëtius, *teor. 4. ferm. 1. cap. 12. 1.* scribit, & plenum benignitatis signum est, in extremis malis etiam vsque ad experimenta venire, ad difficultatem affectionis compescendam.

Curatio.

Curationem quod attinet, in recenti adhuc Ele- phantiasi curandâ, ante omnia necessarium est, vt vitiosi humores è corpore tollantur: quod tamen frustra tentabitur, nisi prius etiam dicta talis insti- tuatur, qua non plures vitiosi humores colligantur sed potius vitium, quod est in humoribus & corpore, emendetur. Faciunt id refrigerantia & humectantia, contraria nimirum intemperici præter naturam quæ est calida & sicca. Sorbitiones conueniunt, quæ temperari poterunt *acetosa, lugloss. borrag.* quibus etiam, vt & aliis cibis, admisceri poterit C. C. quod peculiarem vim eam malignitatem oppugnandi habet. Cibi sint boni succi & cocti faciles, carnes elixæ potius, quam asæ, aut si asæ sint, adhibean- tur condimenta, vt & aliâs, ex *acetosa, lactuca, succo citri, granatorum, aceto rosarum capparibus.* Inprimis commendatur *cremor hordei, cum lacte amygd. dulcium.* Vitentur contra salta ac sale & fumo indurata, friza, adusta, aromatica, pisâ; fabæ, cœpæ, allium, sinapi, carnes leporeæ, ceruinz, bubulæ, suillæ, pisces, quæ carnem len- tam & viscolam habent, & omnia quæ humorem crassum melancholicum, & adustum generant. Et cum ægri subinde sitiant, à vno verò caliditas & siccitas augeatur, vinum merum hinc nocet; à ce- reuisia verò plerumque humeres crassi generantur. Ideoque alium potum quibus quotidie sint incommodo vti possunt, excogitare necessarium est. In quo genere primas obtinet pemaceum, seu po- tus è succo malorum dulcium maturorum, ac deia- de bene defæcatus. Hic enim potus non solum Ele- phantiasis, sed etiam melancholicis & hypochon- driacis, aliisque quibus iecur & mesenterium morbo causam præbent, vtilissimus est. Humorem enim melancholicum tem, erat, eius vapores discutit, cor recreat, & lætitiâ generat, viscerumque siccitatem temperat, ac bonum alimentum præbet. Alius potus qui omnibus calidis naturis & morbis vtilis est, modo venterculus ferat, hoc modo parari potest:

℞. aq. pura lb. vj. sacchari ℥. vi. si ccilimon. q. citri ℥. iii.

Prout ægri venterculus, caloris robur, & sapor exigit, *santal. citrini ℥. ii. bulliant pauca, postea adde cinam. ℥. i. Colentur.*

E Tenuioris fortunæ homines prisanam vel hordeum decoctum cum semine fœniculi vsurpare possunt. Efficacior potus est talis.

℞. acetosa, calendula, vlmaria an. P. i. pin- pinell. Drach. ii. rasur. eboris C. C. an. Drach. i. passular. mundatar. Vnc. ii. glycyrrhizæ rose Vnc. i. hordei lb. i.

Coq. in aq. lb. viii. ad duarum consumptionem. Colat- condiatur Sir. vel In llepo violarum.

Vel *℞. rad. cichor. ℥. i. mar. passar. lb. iii. glycyrrhizæ*

R Rr ij

rosa ℥. ℞. *C. C. sim. fenic.* ana ℞. i. *Ccc.* in aq. lb. xiii. ad tertias fecit Colatura condatur *Sir. violaceo.* Deinde prout opus est vena secetur, corpusque purgetur, pro ratione circumstantiarum, V. g.

℞. *Cassia* ℥. i. *elect. diacathol.* ℞. ii. *sem. fen.* ℞. ℞. *Cum sacch. F. Bolus.*

Vel ℞. *El. diacathol.* ℥. ℞. *confect. Hamech.* ℞. i. vel ℞. ii. *conseru. borrag.* ℞. ℞. *sacchar. q. s. F. Bolus.*

℞. *Rad. cichor. scorzon. an.* ℞. iii. *acetos. borrag. bugloss. fumar. scolopendr. an.* P. i. *flor. cordial.* P. ii. *sem. 4. frig. maior. fenic. an.* ℞. ℞. *fol. sene el.* ℥. ℞. *polypod. quern. epubymi an.* ℞. ii. *passul. mundatar.* ℥. ℞. *Coq. in s. q. aq. simpl.* In colatura ℥. iv. *Sem. infundatur rhabarb. ℞. i. Sem. cinamomi ℞. Sem. Colatura expressæ adde sir. de fumar. borrag. an. Vnc. Sem. Milc.*

Vel ℞. *rad. cichor. rhabarb. morach. helenii. an.* ℥. ℞. *Sem. acetosa, fumar. scabios. bugloss. capill. ♀ an. M. i. flor. borrag. bugloss. an. M. Sem. glycyrrhiza rafa, passul. mundatar. an. Drach. vi. Coq. in s. q. aq. s.*

Colatura ℞. ℞. ii. Infundantur in ea *fol. sene polypod. q. an. ℥. i. cortic. ellebori nigri ℥. Sem. sem. fenic. anisi, an. ℞. ii. citri ℞. i. epubymi ℞. v. cinam. ℞. i.*

Postea leniter ebulliant & coeantur, & cum saccharo dulcorentur, de quo somat æger singulis vel aliis diebus Vnc. ii. vel iii. cum iure pulli. Vel alie præparaciones & purgat. instigendæ, ex *sero lactis, fumar. scolopendr. capillis ♀, borrag. bugloss. violis, cichorio, endiua, acetosa. scabiosa, thymo, scordio, glycyrrhiza, oxylapatho & c.* Ex *epubymo, polypodio, fol. sene, helleboro nigro & c.* Sunt autem purgantia & præparantia sæpius repetenda neque vnico aut altero digestino aut purgatione malum tam contumax vincitur.

Sunt autem etiam interea medicamenta vsurpanda cardiaca, & malignitatem extinguentia, vt

℞. *conf. bugloss. borrag. tunicis, viol. nimphae rosar. an.* ℞. ii. *fol. auri iii. vel iv. vel etiam plura C. C. preparat. ℞. i. theriaca opt. ℥. iv. Sir. e pomis vel borrag. q. s. F. Elect.*

Vel ℞. *conf. flor. borrag. bugloss. rosar. an. Vnc. i. Sem. spic. diarrhod. alb. theriaca, opt. an. Drach. ii.*

Cum *Sir. de pomis F. Elect.* de quo æger singulis diebus manè ad quantitatem nucis juglandis sumat; & singulis septimanis bis vel ter, mox assumpto *Electuario*, descendat in labrum aqu. dulci plenum, in quo sedeat horai. Balneum autem ita temperatum sit, vt neque post egressum è balneo, nec in ipso balneo sudor cieatur. Si enim sudor moueatur, iam calidius balneum esse indicio est. Plerique ægros mox ad naturales & minerales aquas amandant. Verum cum valde siccant, sæpe plus nocuenti, maximè in principio morbi, vbi calor & siccitas adhuc vigent, inde oritur. Commodius est aq. dulcis balneum, quod siccitatem temperat, excrementa discutit, & cutem laxat. Post balneum tali vel simili medicamento corpus unguatur.

℞. *succi solani, scabios. an.* ℥. i. *rad. lapathi acuti ℞. vi. aceti ros. ℥. i. rad. helen. pimpinell. an.* ℥. ℞. *Sem. ol. ros. ℥. iv. cortic. hellebori nigri in petia ligat. ℞. iii. Coq. ferè ad succor. consumt. Postea ablecto helleboro nigro.*

℞. *butyri rec. ℥. i. ℞. pingued. vipere vel si non habeatur, theriac. ℥. i. plumbi vsti ℥. ℞. lithargyri, cerussa, an. ℞. ii. thuris ℞. i. Sem. styrac. calami: mivi an. ℥. ii.*

Misce, & cum succo limon. in mortario plumbeo

A pistillo plumbeo agitentur, deinceps in eunti formam acquirant

Est balneum hoc remedio, quod nemulli pro secreto habent, videntur. *Alitui* de pluri materi abscessi in caput & pedes ac viscera ex omnia in olla noua comburant, & de puluere illo aliquid in liquore quodam exhibent, carnes vero in tres partes diuisas, tribus continuis diebus comedendas exhibent.

Solenander se hoc felici successu vsu esse scribit: Accipit duas aut tres *viperas*, aut si haberi non possint, alios serpentes, & viuos dissecat, atque adiecto hordeo multo in aqu. coquit, donec hordeum crepet. Hordeo illo & ipsa etiam carne serpentum pullos gallinaceos multos alit, nullamque aliud nis alimentum præbet, quo vbi aliquot dies nutriti fuerint, implumes euadunt, & tandem rursus plumis vestiuntur. Hac peste carne & insculis paulatim ægrum alit. Et vitatum fuit antiquis remedium, ex viperis. Corpore enim purgato, vere potissimum, receperunt *viperas*, & cauda ac capite abscessis, ac cute abiecta, carnes ægris comedendas dederunt. Verum monet Iulius Palmarius, Pernelium quamuis diligentissimè studisset, aliquos viperarum vsu restitueret, nunquam tamen in tota vita voti compotem factum esse. Huius monitu etiam ipse Palmarius viperas aliter paratas, & ipsam Theriacam exhibuit, sed nullo successu. Etsi enim per initia prodesset videatur hoc remedii genus: tamen saltem Elephantium virus eo in cutem detrudi, atque omnia symptomata sic exasperari scribit vt aucta putredine membratum quasi dilacerentur. Verum cum antiqui valde commendauerint vsu viperarum, & eundem etiam recentiores prædicent, hac in re experientia consulenda.

Antiqui quoque castratione loco remedii vsu fuerunt, & multos hoc modo sanatos esse scriptum reliquerunt, quod ideo exultat fieri *Valeiscus de Tarantâ*, quod cum Lepra sit nimia siccitas, per testium ablationem corpus humectetur, & quasi effeminetur, ac humiditas retineatur.

Atque vt hæc concludamus, vna Elephantia, vt scribit Palmarius, præ aliis, morbis longis, remediorum varietate & vicissitudine gaudet. Suntque in hoc affectu, si quo in alio, ab omnibus ferè remediis inducia quædam & intermissio sæpe ægro concedenda, deinde eadem repetenda, & noua addenda; cum vix vnquam conualescat, qui in vnico remedio, quamlibet generoso, spem salutis collocat. Iulius Palmarius magnam spem ponit in *Hydrargyro*, quod neque viperis, nec Theriaca, neque ferro, neque igne hic minus valere scribit. Verum cum omnia hic ponere longioris operæ foret, & plura talia idem Palmarius, *lib. de Elephantiasi*, annotauerit; multa etiam collegerit *Aëtius, tetrah. 4. ser. 1. cap. 121. & seqq.* plura quoque in *Rosa Anglica*, apud *Forestum*, atque alios habeantur, & mira quoque multa de Elephantiasi collegit *Schenckius, libro 6. obseruat.* Autores istos consulere licet. Historiam scæminæ leprosa, quam auro potabili exuberato supra spheram exaltato, quod ita vocat; nec reductili, & Antimonio Alexand. Suchtenii curauerit, recenset *Petrus Palmarius, in lapid. Philosophico dogmaticorum, capite 34.*

A

Curatio.

C. 1111

CAPVT XLV.

De Tumore flatulento.

Atque ita hactenus Tumores omnes ab humoribus oriundos explicauimus: proximum iam est, ut de tumoribus à flatibus ortis dicamus. Peculiares enim à flatibus seu spiritu flatulento tumores oriuntur, quos Græci *εμφυσηματα* & *επισπασμοειδη*, & *επιφυσματα*, Latini Inflationes appellant. Duplici autem modo, ut Galenus, 4. de rat. vict. in acut. comm. text. 21. docet, generatur, collecto spiritu flatulento in quibusdam cavitatibus vel sensu expositis, vel ratione contemplabilibus. Per cavitates autem ratione contemplabiles, ut idem explicat, 2. ad Glauc. cap. 5. intelligit ipsos simularium poros atque interposita simularibus spatiosa.

Causse.

Causse.

Causa proxima & communis huius tumoris est flatus vel spiritus flatulentus. Gignitur autem ille à calore debili, ut Galenus, 3. de sympt. causse. cap. 4. scribit, imbecillioque. Etenim ut absolutam frigus vaporem haudquaquam excitat: sic vehemens calor vaporem discentit. Materiam flatibus præbet humor crassus, pituitosus, vel melancholicus. Eandem præbent & cibi ac potus flatulenti, ac frigidus, humidus, nebulosus, vita otiosa, euacuationes suppressæ. Facit etiam ad flatuum cumulationem partis densitas, quæ vapores transpirare non sinit.

Differentia.

Differentia.

Sunt autem tumorum flatulentorum plures differentie, pro partium affectuum imprimis ratione, dum interdum sub cute & circa membranas musculorum flatus colliguntur, interdum in membranis viscerum, interdum in ipsis viscerum cavitatibus, ventriculi, vteri, abdominis, seroti.

Signa Diagnostica.

Signa.

Flatulentus tumor cognoscitur, quod pars quidem in molem nunc maiorem, nunc minorem attollitur, sæpe etiam ex distensione dolor excitatur, in partibus tamen nulla grauitas sentitur; & nisi cavitata aliqua flatu concludatur, vix vno in loco flatus persistit, sed hinc inde vagatur. Si digito tumor premi potest, foveam nullam relinquit, sed vel prementi digito tumor renititur, vel flatus aliò migrat, & si manu percutiatur, sonitum instat tympani edit, & quò maior est cavitata, in qua flatus continetur, eò tonus maior est.

Differt Emphysema ab Oedemate, quod Oedematis causa semper in poris & spaciis partium ratione contemplabilibus heret; Emphysematis vero causa sæpe in cavitata aliqua colligitur. Et licet interdum etiam flatulentus ille spiritus per minima partium interstitia dispersus est, tamen, ut dictum, oedemata pressa foveam relinquant; emphysemata vero in foveam non concuuantur: oedemata que si manu percutiuntur, sonitum non edunt, quod faciunt Emphysemata.

Prognostica.

Prognostica.

1. Flatulentus tumor si sint parui, & à causa pertinaci non foueantur, periculo carent.
2. Si flatulentus tumor sit magnus, magnam caloris debilitatem arguit, & materiam multitudine; ideoque periculosior & contumacior est.
3. Si flatulenta materia in musculis detineatur, curatu est difficilis; cum in omnes ferè musculi partes spiritus dispergatur, constringatur, & intercludatur ab ambientibus membranis, pluribusque aliis corpunculis vsque ad cutem protensis, ut Aëtius, *de rat. 4. serm. 3. cap. 2.* scribit.

Operum Sennerti Tom III.

Flatus, qui partem distendit, tollendus, & ne generetur, & ad partem confluat, prestanda & color, si quis adha, mitigandus. Ideoque talis curatio instituenda, quæ ad flatuum generationem non faciat; materia, è qua flatus generatur, euacuanda, & partis, quæ flatum generat, calor roborandus & corrigendus, de quo locis, qui mox allegabuntur, pluribus dictum.

Flatus discentit calida & sicca, qualia sunt, *semen carui, cumini, anisi, fariculi, dauci, milii, bæccæ iuxiperi, lauri, chamamelum, anethum, ruta, calamintha, maiorana.*

Ut *2. sem. carui, feniculi, cumini, an. ʒ. j. ruta, calamintha, fl. chamamel. an. M. i. ʒ. sem. milii ʒ. ij. F.* Seculus vnus vel duo, qui vino calente iungentur, & per vices imponantur.

Vel *ʒ. ruta, beronica. an. M. j. parietaria M. ʒ.* Coq. in lixio ad molliem & continuatur. Contulsis adde *pulu. fl. chamamel, farina fabar. an. ʒ. ij.* Coq. F. Cataplasma.

Vel *ʒ. ol. rutacei, anethini, chamamelini an. ʒ. j. destill. carni feniculi, cinnam. an. ʒ. ʒ. c. ʒ. parum.* F. Unguentum.

CAPVT XLII.

De Tumoribus à partibus solidis aliò procidentibus vel incumbentibus in genere.

Restat vltimum tumorum genus, quod partes solida & viuentes excitant. Ex cum si extra sinum in alium locum prociat vel incumbent, partes incumbentes ac in partem extem eleuant, & ita tumorem excitant. Faciunt autem hoc primò ossa. Etenim si hæc vel in luxationibus suis sedibus excident, vel si fracta situm mutant, partem incumbentem in tumorem atollunt. Verum ut de tumoribus hæc aliquid in specie dicatur, opus non est. Ut enim à luxatione & fracturis pendat, ita ex his cognoscuntur, usque curatis euanescent.

Pertinet hæc etiam gibbositas, de qua *lib. 2. Præf. part. 2. cap. 21.* actum.

Peculiaris etiam tumoris ab ossibus orti sit mentio à Galenio, *lib. de tumoribus, cap. 14. & 15. & 14. meth. med. cap. 17.* quem *εξοσθημα* nominat, exollationem dicere posses, ossium nimirum in temporibus præcipue & aliis partibus eminentias: quæ cum ad nodos & cornua, supra, cap. 38. propositos tumores referri possint; de his ut hoc loco aliquid addatur, opus non est.

Deinde à partibus mollibus suo loco matris & procidentibus, tumores excitantur. Huc pertinet tumorum genus; quod vix procidentia excitat, de quo *lib. 1. part. 3. sect. 2. cap. 25.* actum: *Hernia intestinorum*, de qua *lib. 3. part. 2. sect. 1. cap. 6.* & *hernia vmbilicalis*, de qua, *ibid. part. 10. cap. 2.* actum: *Vterina procidentia*, & *hernia*, de qua *lib. 4. part. 1. sect. 2. cap. 16. & 17.* dictum.

Duo saltem adhuc restant tumorum genera à partibus visceribus orti; alterum ab arteriis, alterum à venis; quorum illud *aneurismatis*, hoc varicum nomine appellatur, quos tumores sequ. duobus capitibus explicabimus, & us Tractatum de tumoribus concludemus.

R R F H

CAPVT XLIII.

De Aneurismate.

Aneurisma.

Aνευρισμα, sic dictum non ἀπὸ τοῦ νεφῶ, sed ἀπὸ τοῦ ἀνὰ τὸ ὑπερῶ, quod est supra dilatare; quod vocabulum & Latini retinent, cum alio destituantur, (quæ enim Arabum interpretes usurpant, qualia sunt Hyphorisma, Emborisma, Emborismus, Aporisma, à Græco vocabulo corrupto ortum habent,) tumorem esse ab arteria p. n. affecta ortum, extra dubium est. Quanquam enim Autor definitionum Medicarum Aneurisma esse dicit venosi vasculi relaxationem: tamen proculdubio venosum pro arterioso tunc sumitur; cum nonissimum sit, Veteres arterias sæpe venas appellasse.

Quid autem sit Aneurisma, & ex qua causa oriatur, non ita planum. Galenus quidem, de tumorib. cap. 11. ita de Aneurismate scribit: *Ore autem in arteria facta, affectio aneurisma appellatur. Fit autem vulnerata ea, cum ad cicatricem deuenit, qua ei adiacet cutis manet verò arteria vlcus, ea neque conglutinata, neque ad cicatricem simul perducta, neque à carne obstructa.* Et 5. meth. med. cap. 7. scriptum reliquit: *Nisi producta caro prius locum, qui circa præcisam arteriam est, impleuerit, sed locus vacuus aliquis superfuerit, usque aneurisma vocatum sequitur.* Eandem sententiam Græci alij sequuntur. Ita enim de aneurismate scribit Aëcius, *te-trab. 4. ferm. 3. cap. 10. Aneurisma in qualibet corporis parte fit, sed in gutturo frequentius, ubi tumorem Bronchucelem appellatum producit. Accidit sapissime mulieribus in partu, propter violentiam spiritus detentionem: sed & in capite circa arteriarum locos, & in reliquo corpore, ubi arteria vulnerantur: sicut quando imperiti Medici venam cubiti secturi, simul subiectam arteriam dissecant.* Idem Paulus, lib. 4. cap. 7. docet.

Eandem sententiam à Græcis mutuatus est Aui-cenna, dum quarta quartæ, tract. 2. cap. 16. scribit: *Et quando non desuper coarctatur locus arterie post solutionem continuatis eius, & inuenit vacuitatem, peruenit res ad Emborismum, quod nominatur mater sanguinis.* Et postea: *Et multoties quidem non incarnatur arteria, & incarnatur illud, quod continet arteriam, & coarctatur super eam. Quare sanguis non potest facere cursum superfuum, imò egreditur ex eo aliquid usque ad fines cutis, quantitate, quam capit, & quando cum facilitate comprimitur, redit & occultatur, sicut accidit rupturæ.*

Quam sententiam posteriores plerique Medici sequuntur. Imò Platerus, qui alias in examinandis Veterum opinionibus liber esse solet, scribit, non solum ex dilatatione arteriæ, clausa adhuc & integra ea manente; aneurisma oriri, sed frequentius, si non semper, si in exterioribus fiat, ab illius apertura manifesta aliqua procedere. Tunc enim sanguinem tenuem & spirituosum ex arteria erumpentem sub cutem eam in tumorum attollere, illicque sinum sibi formare, inque arteria eo ferè modo, sicut naturaliter in sinus crassæ cerebri membranæ arteriæ sese exonerare solent, hinc præternaturaliter sanguinem cum spiritu in illius diastole effundendo, & in systole rursus in se rapiendo pulsationem hanc in hoc tumore efficere.

Verùm opinionem hanc nunquam probare potui, idèoque eam iam anno 1606. cum Galeni libellum de tumoribus interpretarer, reiecti aliamque proposui, quam etiam ex prælectionibus illis, tractatui

de Inspectione vulnerum inseruit Clariss. Dn. D. Bernardus Sueuus. Etenim si ex sanguinis arteriosi sub cutem effusione fieret aneurisma, certè sanguis ille in latum & longum & circumcirca sese diffunderet, cutemque alieno colore tingeret: Sicut id fieri videmus in contusionibus & Venæ sectione minùs rectè peracta, quando vena vel tota pertunditur, aut vulnus venæ ob sanguinis impetum non rectè clauditur. Tunc enim sanguis sub cute sæpe ad extremam usque manum effunditur, & cutis colore rubro, viridi, flauo tingitur. Id quod multò magis arteria aperta fieri deberet; cum sanguis arteriosus sit tenuior, & maiore cum impetu effluat: quod tamen non accidit in aneurismate, in quo tumor ille suis limitibus, & quasi in vesica continetur, neque cutis alieno colore tingitur. Deinde si ex sanguine sub cutem effuso fieret aneurisma, progressu temporis in loco alieno consistens putresceret, vt in Ecchymomate fieri solet, vt supra cap. 17. diximus.

Antonius Saporita equidem, lib. 1. de tumoribus præter naturam cap. 43. soluere has obiectiones conatur, dum scribit: *Sanguis si omnino sua propria vase relinquit, & in magnum vel sensilem ventrem se rejiciat ab influentis caloris influxu destitutus, necessario putrescet: sed in aneurismate, quod ab aperta arteria fit, non ita ab illius calore, & à reliquo, qui in ipsa continetur, sanguine, est abalienatus, v: ipsius nativus calor & calor precat, neque in amplum ventrem est expulsus, ut putrescat. Fovetur enim à vitali spiritu in arteria contento, cum ipsius materia adhuc sit continuus. Nam quamvis diuisa sit arteria, & sanguis tumoreto faciens egrediatur, non tamen, continua existens, qua arteriam regit, carne & cute, in amplum spatium semper se ita insinuat, ut putrescat, & à natura legibus destituatur.* Verùm hoc modo antiquos ab hæc obiectionibus non liberat.

Etenim si à spiritu vitali & calore arteriæ sanguis, qui effluxit, foveri potest, cur non idem etiam hic, si vena pertunditur, sanguisque, vena nondum consolidata, effluit? Neque solum sanguis, ubi in magnam & sensilem cauitatem effunditur, putrescit, sed etiam ubi sub cutem effunditur. Præterea, vt diximus, sanguis iste arteriosus, non circumcirca, vt venosus, effunditur, quod tamen multo magis facere deberet, cum sit tenuior & spirituosior. Neque enim sufficit, quod Platerus scribit, sanguinem sub cute sibi sinuiformare, instar eorum, in quos se artet in crassa cerebri membrana insinuant, eamque sanguini extra arteriam effuso esse illi loco arteriæ, & sanguinem citra corruptionem in arteriam remeare posse. Etenim sinus illi à natura facti sunt membranisque exactè clausi, vt nihil omnino ex iis effluere possit. Tandem verò si nunc sanguis arteriosus sibi nullo modo formare potest, sed ubi ex arteria excidit, vndeque sese diffundit, & cum sub cute omnia sint hæc, facile, quò via aperta est, in vicinas partes erumpit, quod & sanguinem venosum, qui crassior est, facere videmus, sanguisque ille in alieno loco putrescit. Quod vel historia illa, quam Antonius Saporita, de tumoribus, præter naturam, lib. 1. cap. 43. pro aneurismate vendicat, ostendit.

Neque enim morbus ille, quem describit, aneurisma fuit, sed sanguinis arteriosi ex ruptura arteriæ in vicina loca effusio, & corruptio. Ita autem ille: *Cum Ioannes Fabri acutissimus & sedulus Palatii Monspelienfis Scriba, præcipuam inuenturæ partem in comestationibus, frequenti atque inemptissimo meracioris vini potu transgressisset, cepit circiter quinquagesimum aetatis annum egre respirare, & cordis molestissima palpitatione laborare. Adhuc morbi depuratiorem fuerit non solum à nobis, sed & à nostræ Academia præstantioribus Medicis præscripta va-*

phryi major. rasilicbe, ilure, malicorio, acacia, ly-
pauiside, myrta, gallis, aloë, terra sigill. bolo Ar-
meno, lapide hamaute, emplastro diacalciteos.

Si hoc modo incrementum aneurismatis proli-
beti non possit, nonnulli quidem sectionem sua-
dent, & tamore aperto, arteriam incidendam vin-
culisque duobus intercipiendam & dissecandam
inter duo vincula, & vincula non solgenda docent,
donec natura vulnus carne obduxerit, & iam om-
nis fluxionis ac hæmorrhagiæ metus absit. Modum
autem aneurisma secandi tradit Ægineta, de re med.
lib. 6. cap. 37. his verbis: Si ex apertione tumor sa-
ctus est, sectionem rectam in longitudinem cuti insti-
gimus: deinde disparatis per hamulos labiis, exco-
riantes, & per apta ad hoc instrumenta à membranis
repurgantes, arteriam nudabimus, & acus sub ea
transmissione, & per duo fila deligatione rasi, ubi
prius inter medianam arteriam partem scilicet popu-
ximus, & quod continetur in ea cum uauerimus, sup-
purante curatione utamur, donec deligata filorum
vincula excidant. Si vero ex a teriptione dilata-
tio facta est, totum ipsum, quod autum eius fieri potest,
una cum cute, digitis prehendere oportet: deinde
acum infra apprehensum transcere, quæ duplex fi-
lum trahat: & post trahitionem, ipsam duplicis fili
antiam dissecare, & sic per duo fila tumorem hac il-
lac delinare. Quod si timor sit, ne fila dilabantur,
erant alia acus transmittenda est, quæ priorem per
12 in premit, similiterque duplex filum trahat, &
ansa dissecta, sic per quatuor fila tumorem deligabi-
mus; aut aperto iuxta medium tumore, post extretio-
nem eius, quod in ipso continetur, cutem amputa-
mus, eo quod deligatum est relicto, & splenio vino ac
oleo imbuto imposito; curatione per linamenta ut-
mur. Verùm quis non videt, hanc curationem non
solum crudelè valde, & quam pauciferant, sed &
esse non sine periculo, neque ægrotis sanare. Et si
cuius ligetur arteria: tamen postquam fila solun-
tur, metus est, ne vel hæmorrhagiæ; vel nouam
aneurisma fiat. Ideoque tutius est, tumorem sal-
tem vinculis ac medicamentis constringere ac
comprimere, ut amplius augeri non possit.

CAPVT XLIV.

De Varicibus.

Varix.

Varix, Græcis ἄρσις, (quod Medicorum no-
mine est. Auctores enim, de hist. animal.
cap. 11. & 19. & Plutarchus, in vita Caji
nominant) ut Galenus, 10. method. med. cap. ult. de-
finit, & ex eo tranſcripsit Paulus, lib. 6. cap. 82. &
Aetius, 1. de mor. 2. cap. 4. d. 1. Varix nominatur, quæ
venæ dilatatio est. Accidunt autem varices in variis corporis partibus,
frequentissimè in cruribus, aliquando tamen etiã
in temporibus, ut Paulus habet, 1. de allegato; ali-
quando in mammae parte sub umbilico, nonnun-
quam circa testiculos & scrotum, qui tumor in spe-
ciali modo nominatur.

Causa.

Generantur ex sanguine melancholico copioso,
quem ut Galenus, lib. de atra bile, cap. 4. natura
suspendit ad eas, quæ sunt in cruribus, venas
transmittit, à quo distenduntur ac dilatantur varicosè red-
duntur, & cutis, quæ huiusmodi venas attingit,
tempore precedente nitescit. In cruribus autem co-
piosa quantitas sanguinis influit, quæ melancholicus
sanguis, incumbens quidem in venas, quæ ibi tra-
nsmittuntur, eas dilatat, nullo se se

A colore tingit, quod accidit, ubi sanguis melanc-
olicus varices procreat. His namque periculum im-
manet, si quis venas affectas excidere aggrediatur,
ne melancholia corripiantur. Hoc enim sæpius fie-
ri videtur, non modò in varicibus, verum etiam
in hæmorrhoidibus, qui ex eiusmodi humore con-
sistunt: quemadmodum iis in insanientibus super-
uenientibus, solutio melanix fieri solet, 6. aph. 21.
Vix tamen bonus sanguis sola copia varices efficit,
sed si is copiosus & simul crassus sit, qui pondere
suo ad crura vergit. Vnde etiã non ante puberta-
tem sunt varices, ut Hippocrates, in Coacis pra-
uæ, versus finem, docet; cùm crassior & melan-
cholicus sanguis citius in corpore non generetur: vi-
ris etiã tantùm, in herbibus raro varices in cruri-
bus acciderè, Plinius, lib. 11. cap. 45. scribit. Qui
etiã calui sunt, his varices magni non sunt; quibus
verò caluis existètibz varices superueniunt, in cir-
sus capillati fiunt, 6. aph. 34. Quod tamen Galenus
falsum esse statuit, in comm. nisi quis forsã appel-
latam Medicis madarolim, id est, capillorum de-
fluum, caluicium nomenet. Hæc enim cùm à vi-
tiosis humoribus ortum habeat, ut & ophiasis &
alopecia dicta, si in ipsi prauis humoribus in crura
translati varices faciant, ægri capillos recuperare
& recipere possunt. Nam si prius à vitiosis humori-
bus capillorum corruptis radicibus eorum fiebat
natura, meritò nec in eisdem aliò migrantibus, ad
naturalem statum capilli reuertentur.

Causæ remotiores sunt omnes, quæ ad sangui-
nis crassi & melancholici generationem faciunt, &
in primis lien non rectè se habens ad varicum gene-
rationem facit. Adiuuant tamen fluxionem ad hanc
partem, idus, conatus, iter longum pedibus fa-
ctum, labores, & similia.

Signa Diagnostica.

Varices facillè cognoscuntur, cùm in membro-
rum, præsertim crurum, superficie, venæ turgentes
oculis conspiciantur, & pars aut liuida aut nigra
appareat, & pressus tumor retrocedat, sed mox re-
uertatur.

Signa.

Prognostica.

1. Varices per se nihil periculi afferunt, sed po-
tius ab aliis morbis, præsertim melancholicis, præ-
seruant & liberant; de quo Hippocrates, 6. aphor.
21. scribit: Insanis si varices vel hæmorrhoides super-
uenerint, insania solutio. Et totum corpus à fecu-
lento sanguine per eas expurgatur.

Prognostica.

2. Si verò intemptiuè tollantur, ut Galenus, de
venas, aduersus Erasistratum, cap. 6. & lib. de
atra bile, cap. 4. docet, insania, pleuritis, renum
dolor, fluxus hæmorrhoidum, tussis, & sanguinis
exspitio; apoplexia, cachexia, hydrops, & alij
morbi oriuntur.

3. Interdùm varices in Elephantiam Atabum,
de qua cap. seq. dicitur, transeunt.

Curatio.

Nisi ergo varices sint maximi, venæ & cutis ob
extensionem extenuata, ut in pueris, sanguisque
profundè, & mors metuenda sit, & nisi inflammen-
tur, & valde doleant, aut vlcus magnum & mali-
gnum adit: nullo modo sanandi sunt, nisi sanatis
grauiora mala accidant: cùm ea sanare dicantur,
quæ hominem omnino liberant, non quæ aliam
generant effectum propter periculosiorem, ut Gale-
nus, 1. aphor. 26. docet.

Curatio.

Itaque si curare libeat varices, dum cautio id
faciendum, sanguis mutandus, corpus purgandum,
id quæ non est, sed his videri, se patit & lienis
vitiis, si male affecta sint, & causam, vitiis hu-
moris bene purgatis corrigenda. Postea adstringen-
tia, es licentibus, & digitibus medicamentis,

fasciisque & ligaturis, quæ sanguinem à partibus inferioribus ad superiores detrudant, utendum.

Hæc si non profuerint, Antiqui ad sectionem accedebant. Cæsum Marium, qui septies Consul fuit, stantem sibi varices extrahi passum esse vnum hominem, Oppius auctor est, et refert Plinius, lib. 11. capite. 45. Vnum, inquit, hominem, quia primus, tempore quo illo solus. Post eum verò, & alii quoque stantes & absque vinculis passi sunt. Ita enim Cicero, 2. Tusculanæ quaest. (versus medium,): At verò Caius Marius Rusticanus vir, sed plane vir, cum secaretur, principio verius se alligari; nec quisquam ante Marium solvens dicitur esse factus, cur ergo postea alii? valuit auctoritas, videlicet igitur opinionis esse, non verura malum & tamen fuisse acrem morsum doloris, idem Marius ostendit; cras enim alterum non prebuit; ita & tulit dolorem ut vir, & ut homo, rationem ferre sine causis necessaria noluit, totum igitur iuris eo est, ut tibi imperes. De eodem in vita Cæii Marii Plutarchus scribit: Exemplum est, quod cum ex ambobus cruribus laboraret, & plena varicibus haberet, ferretque egrè animo illorum deformitatem, Medicum sibi ad alterum crus adhibuit, & inter medendum nec se movit, nec suspiria emisit, sed cum tacitus fixisque oculis incidendum se exhiberet, moras quasdam dolorum inter incidendum perferre non formidavit. At Medicus alterum crus curare volens minime ad sensum prebuit, dicens: Nescio remedium istis doloribus indignum. Et forsitan hæc sunt, de quibus Seneca, lib. 11. epist. 752. inquit: Ille, qui dum varices excipandas praberet, legere librum perseveravit. Verum hodie remedium hoc ob deformitatem auerendum nemo facile admittit. Modum sectionis docet P. Aegineta, lib. 6. cap. 82. Locum hominem, inquit, laqueo in superna femori parte circumdato, ambulare iubemus, repletum autem venam atramento scriptorio aut collyrio, secundum situm ipsius, ad trium aut paulò amplius digitorum longitudinem notamus, & reclinato extensis cruribus homine, alterum laqueum supra genu circumdamus, & eleuata in fastigium vena scalpello in loco, quem notauimus, secamus, non alius, quam percutem, ut ne venam diuidamus: & labiis sectionis per hamulos distentis, & membranas per incurua scalpella ad herniam aquasam parata exaratis, nudataque vena, & undique expassa, femoris vincula solvimus, & eleuato per eorum hamulum vase, acum duplex filum trahentem subiicimus, suumque fili diffecamus, & diuisa in medio vena per vena scellorum scalpella sanguinis quantum opus est euacuamus: deinde vno filo superiorem vasis partem constringimus, & cruce in directum exento, manuum expressione sanguinem, qui in cruce est, euacuamus: & postea rursus infernè vas constringimus aut partem vena inter vincula interpositam præfectam auferimus, aut etiam manere permittimus, donec sua sponte una cum vinculis excidat: & linamentis siccis inditis, & splenio vino ac oleo imbuto imposto deligamus, ac ducta suppuratorio medicamentorum, que linamentis excipiuntur, curamus. Nec me clam est, veteres quosdam vinculis vasa non esse, sed quidam statim nudatum vas excidunt, quidam ex profundo extentum ipsum, cum violentia extrahunt ac abrumpunt. Verum optimus est relictus Chæirurgie modus, omniumque securissimas. Quin in imo ventre consistentes varices similiter tractamus: itaque eos qui in temporibus consistunt. Hæc Aegineta.

C. Cælius, lib. 7. cap. 31. duplicem Chæirurgia varices curandi rationem docet, dum scribit: Vena omnis, que noxia est, aut adusta tabescit, aut manu exciditur. Si resecta est, si quamuis transfusa, tamen

A simplex: si modica est, melius aduritur. Si curua est, & velut in orbem ut quosdam implicatur, plusque inter se inuoluntur vilius eximere est. A terrendi ratio hæc est: Cuius super inciditur, eum parafacta vena tenui & recuso ferramento candente modice premitur, vitaturque, ne plaga ipsius ore aduratur, ut has reducere hamulis facile est. Id interpositis fere quaternis digitis per totum varicem fit, & tunc super imponitur medicamentum, quo adusta sanantur. At exciditur hoc modo: Cuius eadem ratione super venam incisa, hamulo ora excipiuntur, scalpelloque undique à corpore vena diducitur, caueturque, ne inter hæc ipsa laedatur: eique recuso hamulus subiicitur, impositoque eodem fere spatio, quod supra positum est in eadem vena idem fit, que quoties, facile hamulo exteri cognoscitur. Vbi iam idem, quacunque varices sunt, factum est vno loco ad ducta per hamulum vena præciditur: deinde qua proximus hamulus est, extrahitur & euellitur, ibi rursus abinducitur. Ac sic undique varicibus cruce liberato, cruce plagarum ora committuntur, & super emplastrum glutinans adiciuntur.

Auicennas, lib. 3. fen. 27. tr. 2. cap. 18. scindit cutem, donec appareat varix, & quidem secundum longitudinem, non verò oblique, vel ex transuerso. Hinc extrahit totam, qui in ea est, sanguinem; deinde mundificat scindendo in longitudine. Aliquando verò extrahit eum acu & incidit scribit. Addit etiam meliorem esse extractionem cum cauterio, quam excisionem.

Verum quia varicem per excisionem curatio non solum aspera & difficilis est, sed & plerumque propter sanguinis effluxum, qui operationem impedit, non feliciter succedit: Hieronymus Fabricius ab Aquapendente de operationibus Chæirurg. alia ratione, longè meliori, nimirum absque ipsorum extractione varices curare docet, hoc modo. Cum tria sint consideranda, inquit, que ad varicem constituendum concurrunt, sanguis fluens, fluxus & vena dilatatio itaque tria etiam indicantur, fluentem nimirum sanguinem interceptandum, fluxum euacuandum, & venam ampliatam adstringendam esse. Ad cursum sanguinis interceptandum, in principio & fine vari-
D cis vinculum iniicere oportet; quod se volsella recuruata, aut hamo, aut duobus summis digitis vena appropriate, & eleuata, inde acum filum trahente per infernam venam transmissa & alligata, in quam partem inciditur cutis, ut vena appareat, & ligari possit, & non inciditur, cum extra eminet. Possimus quoque eum modum ad interceptandum administrare, quo utuntur fabri in sanguine in equis interceptando, ad comprimendam venam cum parua lamina ferrea ad venam forcipe adstricta. Ac vero ad iam fluxum sanguinem euacuandum Hippocrates docet, quomodo id faciendum sit, in libro de vlcetibus ad finem, quo loco præcipit, non esse secandam varicosam vena magna fissura, ne fiat magna vlcus propter varicis influxum; sed varicem ipsum alias atque alias compungendum esse, ubi opportunum esse visum fuerit, ait Hippocrates, ex quibus compunctionibus sanguis, qui iam fluxit, & replet euacuatur, idque sensim fit, non autem confertim & cito periculo: euacuatur autem, si non totus, saltem pro maiori parte, ita ut vena etiam aliqua ex parte subsideat. Quo facto ad tertium scopum deveniendum est, qui est vena dilatationem adstringere. Soleo ego medicamentum conficere ex tragacanthis in vino granatorum aut omphacis maceratis, inde vero puluere addito ex bolo Armena mastiche, & sanguine draconis, paribus portionibus, donec liquati se emolliat tragacanthi crassescant, ut

cera, ita ut manus vola ad candele conformationem A
reducantur: quo facto, imponitur medicamentum per
longitudinem varicis, & super id arundinis cortex,
quifua cavitate medicamenti convexitati respondeat,
& medicamentum comprimat, per longitudinem ap-
ponitur, & vinculis, aut fascia angusta circum crus
adstringitur, ita enim compressione tum fascia, tum
arundinis, & medicamenti adstrictione adstricti va-
ricis fuerit, ut quasi sontabescere videantur. Inter-
dum succo hypocyttidis condensato fuit usus. Ultimo
adhuc mitiori usus sum Cheirurgia, presertim in exi-
guo varice, siquidem dimissis vinculis, & Hippocratis
tantummodo usus sum medicamento propositio, per
longitudinem varicis & portione arundinis desuper
adstricta: aut spongia contorta oblonga crassius.
quantum varix est, filo circumducta, & in succo
granatorum, aut hypocyttidis expressa, & fascia an-
gusta rectè alligata: cui rei benefacere quoque fru-
ctus immaturi ligni guaiaci contusi & impositi; qua
omnia adstrictione sanguinem intercipiunt, & venas
adstringunt, exsiccano vero euacuant. Postremo ad
preservationem caliga usus sum expelle canina con-
fecta, que exalce circum crus adstringatur & indua-
tur. Hæc Fabricius.

Vanicis monstruosi historiam & curationem des-
cribit Guil. Fabricius, cent. 4. observat. 85. quæ talis
est. Vir quidam robustissimus laboravit ulcere mali-
gno & inueterato in tibia sinistra, vna cum varice
ingentis magnitudinis. Crassitie enim brachium ad
carpum æquavit, & spithamam ferè fuit longa: In-
cepit autem in ipso poplite, & pedem versus descen-
dendo gyrum, & circumvolutiones duas effecit. Sed
quod notandum, quamprimum tibiam in altum ele-
uavit, protinus retrocessit sanguis; in terram vero
posita iterum descendit, & quidem in ipso momento
& sanguis, in summa, fluxit & refluxit, non aliter,
ac si in tubulo quodam nunc in hanc nunc in illam
partem projectus fuisset. Curationem autem sic ag-
gressus est. Instituta optima videtur ratione, aliquoties
item expurgato corpore, & vena brachii eiusdem la-
teris incisa, ægroque in scamnum collocato, in ipso
poplite cutem blandè ab ipsa vena separavit. Deinde
filo duplicato, mediante acu incurvata varicem am-
plexus est, & in inferiore parte varicis eodem modo
processit. Sed antequam filum stringeret, nodumque
ficeret, tibiam ex scamno in terram collocandam ius-
sit: idque eo fine, ut sanguis pro mors deorsum flue-
ret. Tandem filum ex superiore parte varicis primo
artè strinxit, nodumque effecit; postea quoque ex
inferiore parte. Quo facto, varicem prope nodum
superiorem, ut sanguis in varice, veluti in sacculo
oblongo contentus, effluere posset, scalpello incidit.
Cum verò copiosior, quam pro magnitudine vari-
cis decebat, efflueret, & locum attente inspiceret,
reperit fuit dactus cæcus, qui ex inferiori parte li-
gaturæ varicem ingressus est. Ille cum filo ligari non
poterat, non nihil virgæ esccharotici ad ipsius
ostium, postea pulverem suum sanguinem sistentem
cum albumine oui copiosè applicuit, omniaque fascia
oxycrato madida ligavit, & in sequentem diem usque
relinquit. Demum vulneta aliorum more curavit. Sic
penitus vir ille diuino favore conuavit.

CAPVT XLV.

De Elephantias Arabum.

Q Valis affectus sit Elephantiasis & Elephantia
Græcorum, Lepra Arabum, supra cap. 40.
dictum est, nimirum quod sit tumor malignus totius

corporis, & quasi cancer vniuersalis. Et ut dicit de
isto Auicenna, lib. 4. sen. 3. tract. 3. cap. 1. Rhases,
lib. 6. ad Almanfor. cap. 35.

Alterius verò Elephantia, cuius ne verbo quidem Elephantia
meminerunt Græci, Arabes meminem passim fa- Arabum;
ciunt, quæ varicibus cegnata sit, atque ex iis ortum
habeat, & tantum pedum tumor sit. Agunt de hac
Auicenna, lib. 3. sen. 22. tract. 1. cap. 18. vbi etiam
de varicibus tractat: Rhases, ad Almanf. libr. 9.
cap. 93. Dissertit tamen ab his, & Græcos sequitur
Haly Abbas, lib. 8. theoric. cap. 15. & 4. practic.
cap. 3. qui Elephantem dicit esse morbum omnia cor-
poris membra contempentem, & quasi cancerum vni-
uersalem. Verum nec ipse sibi constat, cum lib. 8.
theoric. c. 18. scribat: Ulcera, que in pedibus & cru-
ribus sunt, Flephas vocantur. Et Elephanticus mor-
bus apostema est melancholicum, quod in cruribus sit
& pedibus, & eius signum est, quod pedis figura ele-
phantis figura similis sit. Reliqui omnes seorsim de
Lepra & Elephantia agunt, & Elephantiam pedum
tumorem esse dicunt, à sanguine melancholico &
pituitoso & varicibus ortum, ob quem pedes ægri
pedibus elephantis figura & crassitie similes sunt. At-
que tumoris hoc genus in medicamentibus sæpe conspi-
citur, qui in viis publicis stipem petendo victum
quarant.

Affectus ipse satis manifestus est, cum crura ægro- Signa.
rum sint tumida, rubicunda, huida, nigra, vlcibus
sæpe letentia.

C Ratio vero curatur, non solum quia ægri plerum- Prognosi-
que tenuioris fortis vix medicinam adhibent, sed & ca.
quia ex toto corpore humorum melancholicorum co-
pia eò detrahitur.

Idem nulla sanatio sperari potest, nisi humores vi- Curatio.
tiosi è corpore crebro euacuentur, & vitiosæ visce-
rum dispositiones, vnde humores illi præsi suppeditantur,
corrigantur; Et ut scribit Auicenna, loco
allegato, summa curationis est assiduatio curationis.
Quod qua ratione fieri debeat, hæcenus sapius ex-
plicatum.

Hoc verò vbi factum fuerit, adstringentibus &
siccantibus tumoris augmentum prohibendum, &
quod factum, resoluentibus fortibus discutien-
dum.

D Si vero malum diuturnum & confirmatum sit, vix
salutis aliqua spes superest. Videatur Rhases, 9. ad
Almanf. c. 93.

Antonius Saporita, de tumoribus p. n. lib. 4. c. 25.
ista quæ Mauritani de Elephantia dicunt, cuidam
tumori manuum, sed præter eorum mentem, appli-
cat. Neque enim cum Mauritani de Elephantia lo-
quuntur, vniquam manuum, sed tantum pedum
mentionem faciunt. Interim negandum non est, quod
aliquoties obseruavi, & lib. 2. Pract. part. 1. cap. 25.
monui, (etsi nondum autorem vidèrim, qui huius
tumoris in specie mentionem faciat) sæpe manus, re-
liquo corpore salvo, ira intumescere, ut digitis pres-
sæ, œdematis more, foveam relinquunt. Quod ma-
lum proculdubio ab humoribus frigidis & crassis or-
tum habet. Et nisi initio ei occurratur, raro curatur:
cum ægri vniuersales corporis euacuationes, sine qui-
bus malum non rollitur, plerumque respuant, & ta-
dium longioris curationis non perferant.

Vniuersalibus ergo corporis euacuationibus præ-
missis, & visceribus, in quibus vitiosi humores ge-
nerantur, roboratis, fortiora discutientia adhibenda
ex chamæclo, radice iridi, aristolochia rotunda,
fl. cheiri, ammoniaco, bdellio, opoponace, & simi-
libus.

CAPVT XLVI.

De Tumoribus particularibus.

Tumores
particula-
res.

Fit & aliorum tumorum apud Medicos passim mentio, sed qui vel ad hactenus enumeratos referri possunt, vel inter affectus corporis humani particulares explicati sunt, vt. propterea de iis in specie plura addere opas non sit. De tumoribus cerebri egimus, *lib. 1. Practice, part. 1. cap. 23.* de fungis cerebri, *ibid. cap. 26.* de hydrocephalo, *ibid. cap. 29.* de palpebrarum tumoribus, *ibid. part. 3. sect. 2. cap. 2. 3. 4. & 5.* de ophthalmia, *ibid. cap. 12. & 13.* de vngue oculi, *ibid. cap. 14.* de tunacula annata, *ibid. cap. 15.* de pustulis annatae & corneae, *ibid. cap. 17.* de cancro corneae, *ibid. cap. 19.* de suggillatione ocalor, *ibid. cap. 22.* de encanthide, *ibid. cap. 31.* de aurium inflammatione, *ibid. part. 3. sect. 3. cap. 2.* de cancro narium, *ibid. sect. 4. cap. 2.* de polypo, *ibid. cap. 3.* de labiorum tumoribus, *lib. 2. Pract. part. 1. cap. 1. & 2.* de gingiuarum tumoribus, *ibid. cap. 16.* de oris inflammatione, *ibid. cap. 18.* de gurgulion. inflammatione, *ibid. cap. 21.* de tonsillar. inflammat. *ibid. cap. 22.* de angina, *ibid. cap. 24.* de strumis in collo, & hydropegutturis, *ibid. cap. 25.* de pulmonis inflammat. *ibid. part. 2. cap. 3.* de tuberculis pulmonum, *ibid. cap. 9.* de mediastini inflammatione, *ibid. cap. 13.* de diaphragmatis tumoribus, *ibid. cap. 14.* de pleuritide, *ibid. cap. 16.* de gibbositate, *ibid. cap. 21.* de inflammatione ventriculi, *lib. 3. part. 1. sect. 1. cap. 12.* de tumoribus frigidis ventriculi *ibid. cap. 13.* de inflammatione intestinorum, *ibid. part. 2. f. 1. cap. 2.* de tumoribus intestini recti, & in specie de haemorrhoidibus, condylomatibus, thymis & ficubus, *ibid. cap. 10.* de mesenterii inflammatione, *ibid. part. 3. cap. 4.* de tumoribus omenti, *ibid. cap. 7. & 8.* de lienis inflammatione, *ibid. cap. 5.* de scirrho lienis, *ibid. cap. 6.*

A de inflammatione epatis, *lib. 3. sect. 1. cap. 4.* de scirrho epatis, *ibid. cap. 5.* de hydrope Ascite, *ibid. part. 6. sect. 2. cap. 3.* de renum inflammatione & tumoribus, *ibid. part. 7. sect. 1. cap. 8. & 9.* de inflammatione vesicae, *ibid. part. 8. sect. 1. cap. 4.* de tuberculis in meatu urinario, *ibid. cap. 9.* de testium tumoribus, *ibid. part. 3. sect. 1. c. 3.* de hernia, & scroti tumoribus, *ibid. c. 7.* de tuberculis & verrucis penis, *ibid. c. 9.* de umbilici inflammatione, *ibid. part. 10. cap. 3.* de musculorum abdominis inflammatione, *ibid. c. 9.* de pustulis pudendi muliebr. *lib. 4. part. 1. sect. 1. c. 4.* de vteri condylomatibus, *ibid. cap. 5.* de pudendi verrucis, *ibid. c. 6.* de cancro vteri, *ibid. c. 11.* de vteri hydrope, *ibid. sect. 2. c. 11.* de tumore vteri à sanguine, *ibid. c. 12.* de inflammatione vteri, *ibid. c. 13.* de vteri scirrho, & cancro, *ibid. cap. 14.* de tumoribus testicularum in feminis, *ibid. c. 20.* de crusta lactea, achoribus, & fatiis, *tract. de morb. infant. part. 2. c. 3.* de tineae, *ibid. c. 4.* de pitiriasi, *ibid. c. 5.* de hydrocephalo, *ibid. cap. 6.* de furiasi, *ibid. cap. 7.* de aphthis, *ibid. cap. 13.*

B De tumoribus flatulentis egimus etiam in specie libris prioribus. Nimirum *lib. 1. Pract. part. 3. sect. 2. cap. 2.* De inflatione palpebrarum. De inflatione ventriculi, *lib. 3. part. 1. sect. 1. cap. 11.* de dolore colico, *ibid. part. 2. sect. 2. cap. 4.* de lienis inflatione, *ibid. part. 4. c. 4.* de inflatione epatis, *ibid. part. 6. sect. 1. cap. 3.* de tympanite, *ibid. part. 6. sect. 2. cap. 4.* de hernia ventosa, *ibid. part. 9. sect. 1. cap. 7.* de Satyriasi & Priapismo, *ibid. sect. 2. cap. 3.* de vteri inflatione, *lib. 4. cap. 10.* de capitis inflatione, *tract. de morb. infant. part. 2. cap. 6.*

C De tumoribus à partibus mollibus suo loco motis ortis, diximus etiam in specie & quidem de vnae procidentia, *lib. 1. part. 3. sect. 2. cap. 15.* de hernia intestinorum, *lib. 3. part. 2. sect. 1. cap. 6.* de hernia umbilicali, *ibid. part. 10. cap. 2.* de vteri procidentia, & hernia vterina, *lib. 4. part. 1. sect. 2. cap. 16. & 17.*





LIBER QVINTVS.

P A R S II.

DE V L C E R I B V S.

C A P V T I.

De Vlcera natura & differentiis.

Vlcus vocabulum *vulnus*, Vlcus, in genere accipitur, pro omni solutione continui in parte molli, vt apud Galenum, 13. *meth. med. cap. vlt.* videre est, & hoc modo etiam vulnus proprie dictum complectitur; quo modo Celsus, *lib. 3. & 6.* saepe sine discrimine vulnus & vlcus accipit: tamen proprie & in specie Vlcus dicitur solutio continui cum imminuta magnitudine, in parte molli, à materia erodente ortum habens. Differunt nimirum in eo vulnus & vlcus, quod in vulnere saltem est soluta vitas. nihil verò necessariò de parte amissum est; in vlcere verò semper aliquid de parte affecta imminutum & amissum est, si non plus, saltem cuticula. Etenim cum vlcus sit à causa erodente, fieri non potest, quin aliquid à parte auferatur. Et si enim interdum in vlcere caro aliqua superflua exerescit: tamen nihilominus curis, imò ipsa naturalis caro deest; & vlcus illud non est morbus simplex, sed compositus, & cum magnitudine aucta coniunctus. Possuntque cum vlcere varij morbi, intemperies, inflammatio, erysipelas, caro supererescens, & alij morbi coniungi, qui tamen ad essentiam vlcera non pertinent, sed tolli possunt, vlcere manente, cuius essentia solum in solutione continui cum partis affecta aliqua diminutione consistit.

Vlcus quid proprie?

Subiectum. Subiectum vlcera est pars mollis seu carnosa, vocabulo carnis latè accepto, quod non solum carnem musculosam, sed eam quoque, qua intestina, vesica, & alia viscera constant, comprehendens. Ad differentiam nimirum cariei, quæ est in ossibus.

Causa.

Causa proxima est materia quæcunque erodendi vim habet, quæ sub se non solum humores acres in corpore genitos comprehendit; sed & externas causas erodendi vim habentes, qualia sunt medicamenta & venena erodentia. Nam falsum est, quod nonnulli vlcera solum à causis internis oriri statuunt; cum experientia, doceat, eadem ab externis quoque causis excitari. Ita teste Galeno, 4. *meth. med. cap. 9.* & ipsa experientia notissimum certè est, ab igne, aqua, oleo, & aliis succis fetuidis, in combustionibus non vulnera sed vlcera excitari; quemadmodum & medicamenta ac venena septica & caustica vlcera excitant. Sic venenosi & contagiosi vapores vlcera pariunt, quo modo scabies per contagium scabiem parit, dum scilicet contagium cuti communicatum eam erodit. Eodem modo vapores è pulmonibus phthisicorum inspiratione hausti pulmones exulcerant, & phthisin per contagium

pariunt. Eadem ratione virus & venenum Venereum corpori alicui affricatum vel communicatum illud inficit atque exulcerat. Neque alicuius momenti est, quod talia vlcera ad vulnera potius reducere conatur Eustachius Rudius. Differentiam enim vulnere & vlcere hoc modo confundit, cum vlcera & vulnera in eo non solum differant, quod illa cum substantiæ amissione, hæc sine eius amissione fiant, sed etiam, quod vulnera à causa incidente, pungente, rumpente, atque contundente fiant, hæc verò à causa erodente, siue illa sit externa, siue interna. Id quod manifestum est in medicamentis septicis. (Nam quis vlcus esse neget, quod ab elulæ luco excitatur?) A quibus non multum differunt contagium in scabie, lue venerea, phthisi. Quamuis enim, quod objicit Rudius, talia venena etiam humores inficiendi vim habere non negamus, qui corrupti postea vlcera promoueant: tamen ipsi illi contagio vis omnis erodendi deneganda non est; quamuis postea vbi corruptio humorum in corpore accedit, vlcera incrementum promouetur.

Differentia.

Vlcera differentia alia sunt essentialia, alia accidentalia. Essentialia sunt, quæ ab ipsa vlcera formantur, subiecto, & causa efficiente sumuntur. Quæ ab vlcera forma sumuntur, petuntur ab eius figura, magnitudine, & similibus. Alia enim vlcera sunt magna, alia parua, longa, breuia, lata, angusta: Alia recta, obliqua, intorta, fistulosa, æqualia, in quibus caro in omnibus partis affecta partibus æqualiter absumta est; inæqualia, in quibus maior carnis pars in hoc loco, minor in illo est ablata. A parte affecta vlcera alia sunt externa, alia interna, alia superficialia, alia profunda: & quidem in hac vel illa parte. Differentia à causis è capite sequenti, in quo de causis vlcera dicetur, patebunt.

Accidentalia verò vlcera differentia sunt, quæ ab iis, quæ extra vlcera naturam & constitutionem sunt, desumuntur; quales sunt quæ vel ab vlcera situ vel tempore sumuntur, vt quod quædam recentia sunt, quædam antiqua.

Non immeritò huc referenda & ea differentia, quæ à causis accidentalibus, & quæ vlcera omnibus communes non sunt, sumuntur, vt quod vlcera quædam sunt cum fluxione coniuncta, quædam affluxu carent; quædam sunt pura, quædam sordida, corrodentia, depascentia, & serpentia. Hæ differentia enim à causis pendunt. Quod pertinent & differentia, quæ ab accidentibus & symptomatibus vlcera sumuntur, quod scilicet alia sunt doloris

locis expertis, alia cum dolore coniuncta, prurientia, pungentia, vrentia; alia curatu facilia, alia difficilia & rebellia, Græcis *σύνεργα*; alia benigna, alia *κακία* & maligna. Quo referenda & ulcera Cheironia & Telephia dicta. Præter has tamen differentias, quæ propria vocari possunt, alia adhuc dantur impropria, & ulcerum potius cum aliis morbis complicationes, quàm differentia, nominanda. Quales differentia sunt, quod ulcera quædam cum dolore, intemperie, phlegmonè, callo, gangræna, cancro, vermibus, ossè corrupto coniunguntur.

Atque ex his quidem fontibus ulcerum differentiarum & distinctiones petuntur. Vt autem cum nonnulla ulcerum genera è pluribus fontibus petuntur, ne sine methodo de ulceribus doctrina tractari potest: Si nimirum primò dicatur de ulcere simplici, seu in genere considerato; Secundò de ulcere cum intemperie; Tertio, de ulcere cum humorum affluxu; Quarto, de ulcere sordido; Quintò, de ulcere cum tumoribus; Sextò, de carne excrecente & luxuriante; Septimò, de ulcere liuido & calloso; Octauò, de ulcere sinuoso & fistula; Nonò, de ulcere cum vermibus; Decimò, de ulcere cum ossium carne, Undecimò, de ulceribus dysepulotis, malignis, Telephiis, Cheironiis. Phagedæna; Duodecimò, de dolore cum ulcere; Decimotertio, de tibiæ & aliarum partium ulceribus. Quibus Decimoquarto addemus de ambustionibus, & Decimo quinto de Gangræna & Sphacelo doctrinam.

CAPVT II.

De Ulcere simplici.

PRIMO ergo loco agemus de ulcere simplici, & quas vlcus in genere consideratum causas habeat, quæque eius secundum formam suam, causas, & locum affectum sint differentia: quibus signis vlcus eiusque essentialia differentia cognoscantur: quid de curatione prædicendum sit; & quid vlcus in genere indicet, quàmque curandi rationem requirat.

Causæ.

Causæ.

Causam proximam vlceris esse materiam corrodendi vi præditam, seu in corpore genitam, seu corpori extra aduenientem, capite præcedenti diximus.

Illam autem vel in corpore generatur, vel extra illi obuenit. Prioris generis sunt humores quicumque acres & erodendi vi præditi in corpore geniti. Generatur autem iste humor vel extra partem affectam, vel in ipsa parte affecta. Extra partem affectam generatur humor biliosus, pituita salsa, serum salsum nitrosum & acre, atrabilis. Hi enim si in corpore sint geniti, & ad partem aliquam confluant, eam erodere & exulcerare possunt. Quibus autem de causis tales humores in corpore generentur, lib. 2. *Institur. de causis morbor. &* alibi diximus. Fluunt autem ad partem affectam, vel per transmissionem, vel per attractionem, quorum utrumque, quibus de causis fiat, supra, *part. 1. cap. 5. de Inflammatione*, dictum. Et imprimis ex interno humorum vitio tempore verno ulcera varia, ut & ex intemperie exercitationibus, oriri solent. Si enim, ut Galenus, 3. *aph. 20.* scribit, tempus vernum impurum corpus suscipiat, tale quiddam vere contingit, quod in exercitationibus fieri videmus. Etenim quamuis ex se sint saluberrimæ: attamen si hominè vel pituita, vel flava bile, vel atra, vel etiam ipso

sanguine plenum, volueris ad exercitationem perducere, ei aut comitalem, aut apoplexiam, aut, si non hæc, vasis in pulmone ruptionem, aut acutissimam febrem exercitationis efficies. Quibus vero purgationis humorum in profundo latentium loco exercitatio imperata fuerit, ea ad cutem cacochymiam id est prauorum humorum copiam euocat, & spargens, ulcera & scabiem excitat. Nam & hoc innuit Hippocrates, cum dicit, Impurgatù si exercitas, ulcera exorientur. Sic sanè verno tempore æris ambientis calor humores fundens euocat ad cutem per similes exercitationum effectum. Nec vero exercitationem effectus tollim, sed ipsius etiam naturæ operibus similia sunt veris effecta. Illius siquidem partes sunt, tum occultam illam toto corpore perspirationem efficere, qua corporis excrescentia superuacua, tum etiam per morbos variis modis corpus expurgare. Hæc Galenus. In ipsa vero parte acrimonia acquirunt humores; ob aliquam enim intemperiem, & hoc modo cum pus ipsum, cætionè & mora in parte acius euadit, & quidem ex ætate, quo humor, è quo generatur, acrius est, tum sanguis, qui à parte affecta corrumpitur & putrescit.

Causæ vero extra corpori aduenientes sunt medicamenta septica & caustica. Imò nec ipsi magis a causis hinc excludo: cum etiam relecta ad ulcera potius, quàm videri pertineat. Reterendum hinc & contagium, quo modo vapores è phthisicorum pulmonibus exhalantes ab aliis inspiratione attracti pulmones exulcerant, phthisique excitant, & sordes atque inquinamenta scabiolorum, leproorum, & lues Venerea laborantium, et communicata, eam exulcerant, ac simile vitium generant. Non rectè vero inter causas proximas & immediatas refertur illa attritio, quæ fit in intertrigine, & attritione à calcæis. Ab attritione enim solùm humor attrahitur, qui cutem postea erodit, aut vesicam in ea excitat. Quæ autem specialium ulcerum species causas sint, suo loco postea dicentur, vbi suæ cuiusque vlceris causæ explicabuntur.

Signa Diagnostica.

Ulcera externa visui & tactu patent, nec signis, quibus cognoscantur, opus habent. Interna vero, cum sæpe lateant, cognoscuntur specillo, si ad ea via detur, tactu, vel ab excrementis, dolore, ætione læsa. Excrementa n. partem affectam indicent, & si per quemcumque corporis meatum, seu anum, seu vesicam, seu nares, seu aures, pus aut sanies fluat, vel vomitu aut tussi & sputo rejiciatur: vlcus aliquod intus latere indicio est. In qua autem parte lateat, doloris proprietas & situs, ac partis læsæ actio docebunt pungens dolor nervosæ partis læsæ signum est; pulsans arteriæ. Situs doloris similiter ipsam partem exulceratam manifestabit. Si in parte exulcerata sensus vel motus læsus fuerit, nervosæ partis affectus indicium est. Si mordicatio à sumto cibo leniatur, ventriculū exulceratum esse, indicatur. Causæ etiam externæ hic signa suppeditant. Si quis catharides hauserit, vesicam exulceratam esse; si medicamentum, vel quid vrens, ut aquam fortem bibberit, fauces & ventriculū exulceratum esse, indicio est. Vide *Institur. lib. 3. part. 2. cap. 4.*

An vlcus magnum vel paruum, rectum vel obliquum, vel alterius figuræ sit, ut & reliquæ similes differentia, in externis ulceribus visu & specillo cognoscuntur. In internis vero facillè cognosci non possunt. An tamen vlcus magnum vel paruum sit, & putis copia docebit, quæ in magno ulcere maior est, in paruo minor.

Causas quod attinet, & quidem internas, si ab humorum affluxu vlcus originem habeat, signa cacochymia vel in toto, vel vitiosæ opatis, hinc;

aut alienius visceris constitutionis advenit. Quae si absint, & contra intemperies & imbecillitas partis affectae adsit, in ipsa parte affecta causam ulcers generatam fuisse indicio est. Qui autem humor ulcus efficiat, an bilis, an pituita salsa, an serosus humor, an atra bilis, e cuiusque ulcers signis, & imprimis pure ac sanie, quae effluit, ut & colore ulcers ac dolore, punctione, mordicatione patefiet; & docebunt id signa specialium ulcers.

Externae vero causae ex relatione aegri cognoscuntur, qui docebit, an ab acri & erodente medicamento, aut veneno, vel ipso etiam igne laesus fuerit, an cum aliquo ulcers contagiosis laborante conversatus & ab eo infectus fuerit.

Ulcers tempora etiam sua signa habent. Dum n. sanies aquosa, cruda, & tenuis copiosior primùm effluit, principium est, quod & ipsum tamen sensu, tactu, & visu, ut & ex causis ulcers cum externis tum internis praesentibus, & subsequentibus symptomatibus, dolore, pruritu deprehenditur. Vbi pus postea & sanies melius coqui incipit, eiusque copia minuitur, incrementum est. In statu pus optimum est, & in declinatione maximè minuitur. Eadem tempora tamen etiam ex dolore, pruritu, actionibusque laesis cognoscuntur, quae si augeantur, ulcus augeri; si remittant, & omnia ad naturalem statum redeant, ulcus immitti & in declinatione esse indicant. Quod ipsum & visus & tactus in partibus externis docebunt. Specialium vero ulcers signa suis locis postea proponentur.

Prognostica.

Prognostica
ca.

1. Quid de curatione ulcers sperandum sit, ex ipsius ulcers magnitudine ac gravitate, & partis affectae conditione cognoscitur.
2. Nam si ulcus saltem cutem occupat, & superficiale est, facilius & breviori tempore curatur. Quanto vero profundius est, & quo pars, quae afficitur, cute nobilior est, eò difficilius curatur.
3. Ob id ulcera, quae in extremitatibus musculorum sunt, periculosiora sunt, quam quae in musculorum medio.
4. Haec ipsa de causa periculosiora sunt ulcera, quae in parte nobili sunt, & ad partem nobilem, ut & neruum, venam, arteriam, pertingunt. Et omnino interiora exterioribus magis periculosa sunt.
5. Ulcera, quae partem principem, aut principi vicinam in consensum trahere possunt, saepe aegro mortem afferunt.
6. Facilius curantur ulcera, ad quae medicamenta, quae adhibenda sunt, facilius pertingunt, iisque facilius adherent: Difficilius vero curantur, quibus medicamenta rectè applicari non possunt, & quibus non facile adherent.
7. Difficiliter curantur ulcera in partibus, quae naturaliter multis humiditatibus & excrementis scaudent.
8. Ut & ea, quae sensum exquisitum habent, & partes sensu exquisito praeditas in consensum trahere possunt.
9. Sicut & illa, quae ab aëre externo vel aliis de causis necessarè alterantur.
10. Periculosa etiam & diuturna sunt ulcera, in quibus ossium caries metuenda est.
11. Ulcus magnum, ceteris paribus, difficilius curatur, quam parvum. In ulcere enim magno multae partes aëri externo obijciuntur, & subiectae partes, venae, arteriae, nervi, magis laeduntur. Item angusta & oblonga ulcera facile, rotunda difficilius curantur.
12. Si corpus purum sit, & viscera praecipua bene constituta, ipsaque pars affecta aliàs rectè sese habeat de facili ulcers curatione spes est. Contrà si

corpus sit cacochymicum, viscera praecipua malè affecta, & pars exulcerata malè affecta, difficilem curationem, & ulcus diuturnum fatuum, merito conjicitur.

13. Hinc ulcera, quae aliis morbis succedunt, plerumque difficiliter curantur, cum natura vitiosos humores qui in corpore sunt, ad partem externam depellat & transmittat.

14. Ut & quae ad viriditatem vel nigredinem tendunt; cum partis affectae calorem debilem & paucè extinctum id significet. Et moriturus paulò ante mortem ulcus pallidum, liuens & aridum apparet, propter caloris nativi extinctionem.

15. Vbi post longum saniei pravae fluxum pus bonum apparere incipit, bonam sanitatis recuperandae spem praebet, signumque est, & naturae robor sese iam colligere, & materiam in melius mutari.

16. Et omnino ipsi in pus, quid de ulcers curatione sperandum sit, indicium suppeditat. Si enim pus, quod quotidie excernitur, bonum sit, facilis curationis spem praebet: Malum vero pus contrarium significat. Pus enim bonum & humorum, e quibus generatur, bonam conditionem, & partis affectae robor significat. Malum vero contrarium indicat. Pus autem bonum medice est inter crassum & tenue consistentiae, album, laeve, aequale, ac quam minimè fetidum. Malum vero est, quod valde tenue, & fluidum est, pallidum, liuidum, feculentum, mali odoris.

17. Sanies & ipsa, quae humor est pure tenuior, & aquosior, ex ulcers, ut & vulneribus quandoque effluens, quid de curatione sperandum sit, indicat. Sanies enim multa, tenuis nimis, pallida, liuida, nigra, mali odoris, & quae cutem vicinam erodit, ulcus difficile curatu indicat. Si vero sanies sit mediocriter crassa, non multa, subrubra, aut subalbida, facilius curari ulcus indicat.

18. Si ulcera annua fiant, aut diuturniora, os abscedere necessarium est, & cicatrices cavas fieri. Hippocrates, 6. aph. 45. Si enim Medicus ex arte curationem ulcers instituat, nihilque necessarium intermittat, nihilominus ulcus longo tempore non curetur, aut cicatrice obductum recrudescat, in osse corrupto causam, cur ulcus non sanetur, esse significat: assiduus quoque excrementorum in ulcere diuturno generatorum affluxus, os subiectum facile corrumpere potest. Ob partes enim diuturno ulcers obsessae intemperiem, & os abscedens, ulcers cavitas non repleti, nec satis carnis excrecere potest, unde cicatrix caeva efficitur.

19. Si ulcus, postquam carne impletum est, ipsique cicatrix induci debet, recrudescit, metus est, ne in fistulam abeat.

20. Ulcera, quae sunt in pedibus & manibus, glandularum sub axillis vel inguinibus inflammationes & tumores in corporibus plethoricis & cacochymicis accersere interdum solent. Defluxuram enim ad ulcus in manu vel pede materiam, ipsae etiam laxiores & imbecilles prius recipiunt & imbunt.

21. Ulcera crurum plerumque difficilia curatu sunt, imprimis si lienis vitio foueantur. Tum enim crassi & melancholici humores & ulcus affluentes eius curationem impediunt.

22. Ulcera diuturna & inueterata non sine periculo curantur, nisi corpus diligenter purgetur, & vitus ratio bona obseruetur; cuius rei exemplum habet Guil. Fabricius, censur. 3. obs. 39. de quodam viro, cui eum ulcus inueteratum in crure sinistro ab Empirico quibusdam curatum fuisset, post menses aliquot plenitudo in sinistro latere correptus, atque inde moriens est, & morbo durante talia exspuit, qua-

humidius, minus siccantia, & abstergentia; contra v. A
 siccus, valentius siccantia requirit.

Frigidioribus quoque anni temporibus paulò calidiora, calidioribus minus calida vsurpanda. Si enim inibecilliora, quam par est, medicamenta applicantur, sanies magna copia in vlcere colligitur, & caro mollis ac flaccida generatur. Si vero validiora & nimis siccantia adhibeantur, vlcus aridum redditur labia eius rubicunda euadunt, caro confamitur, sanguinolenta quandoque excerpuntur, & mordicatio quædam in parte percipitur. Si vero pars exulcerata & sicca redditur, sicut naturaliter esse solet, & ex vlcere neque sanies, neque pus effluit, bonusque calor in carne appareat, medicamenti sarcotici commodi signum est.

Forma medicamenti ipsius etiam hîc attendenda videtur. Vel enim liquida & humida, vel sicca applicari solent. In corporibus duris & siccis, & vbi caro durior generanda, pulueres sarcotici, qui vlceri insperguntur, commodissimi sunt.

Vel *℞. Thuris ℥. b. sang. dracon. colophon. an. ℥. ii.* Fiat puluis.

Vel *℞. thuris ℥. Sem. aloes ℥. ii. sang. dracon. sarcocolla an. ℥. i.* F. puluis.

Si verò corpora sint molliora, humidis vitur. Delinimentorum tamen & vnguentorum præparatione obseruandum, ne nimis sint molliora. Talia enim à calore partis liquantur, & facillè dissolunt. Ideoque si vlcera non sint profundiora, (in talibus enim, quæ eò penetrare possunt, requiruntur) sed in superficie corporis hæreant, medicamentis crassioribus, consistentia præditis vtendum. Præterea vnguenta nimis humida propter oleosam naturam emolliunt, & carnem nimis laxam & subiectam dissimilem, præsertim in corporibus siccis, generant.

Vbi vlcus carne repletum fuerit, cicatrice claudendum, cutis seu eius loco cicatrix generanda, eiusque beneficio continuitas soluta vtenda. Vt vero in carne generanda natura est opifex, materiam sanguis suppeditat; ita etiam in cute generanda idem accidit. Medicus saltem impedimenta per medicamenta remouet. Quod vero vulgo docetur, materiam, ex qua fit cicatrix, esse, carnem, quæ ita ope medicamentorum alteranda, & siccantem ac adstringentium vsu deasanda sit, vt euti similis euadat; si de principali agente intelligatur, falsum est. Vt enim vis ^{epulotica} in carne solum carnem generat, & amissam instaurat: ita solum vis eutifica, vt sic dicam, in cute cutem generat. Vnde nunquam vllius epulotici vsu, vel solo sarcoticorum vsu in medio vlcere cicatrix producit, sed ex vicina cute circa vlceris labia ori incipit, & sensim extenditur, donec tandem tota caro cicatrice obtegatur. Hinc etiam vlcera non raro absque vlllo Epuloticorum vsu ad cicatricem perducuntur. Epuloticorum tamen vsu natura adiuuari potest. Si enim soli nature actio hæc permittatur tardè cicatrix generabitur; non, vt Fallopius putat, quod caro, ex qua cicatrix generanda sit, tam humida sit, vt à natura partis cutaneæ non possit sicari, sed quod vis eutifica in cute vicina non possit sanguinem affluentem, qui est humidus, nisi tardè, in cutem, substantiam scilicet siccam, mutare, quod facillius præstabit adiuta à medicamentis epuloticis, quæ vim siccandi habent. Qualia autem sint Epulotica medicamenta, qualesque facultates habeant, docet Galenus, 3. meth. med. cap. 4. & 5. & 4. de comp. med. fac. gen. cap. 1. Diciturque esse ea de re etiam in Institutionibus lib. 5. part. 1. sect. 1. cap. 9. Quanto nimirum cutis siccior est carne, tanto etiam epulotica sarcoticis sicciora esse debent. In actiuis verò cum calida, tum frigida esse possunt.

Sunt autem Epulotica etiam trium generum, mitia medicata, & fortiora. Mitia sunt. *castra lota, cerix thuris, aloë, cyperi radix, plumbum vsum & lotum.* Compesita, *unguentum de lithargyrio de minio de cerissa, diapompholygos, ceratum de minio.* Mediocra, *fl. ros. rubr. banlastia, galla immatura, malicoriam, belus Armenus, terra Lemnia ac figillata, myrobolani, sanguis draconis, mirtus plumbum.* E compositis, *unguentum de iunia, diapompholygos, emplastrum diapalma, grysium, de lapide calaminari.* Fortiora sunt *chalcitis, sarcocolla, alumen scissile, as vsum aris squama.* E compositis sunt, *unguentum de iunia, cerorum de bolo Armeno.* In his verò eligendis, & vlceris constitutio, & corporis natura considerata. Accidit enim, vt vlcera, quæ cum essent fordida, nihil mordicationis à medicamentis percipiebant, postea pura reddita ab iis mordeantur.

Quapropter tunc, & cum vlcus plane purum est, à valentioribus absterforis ad mitiora deueniendum; sicut rursus in sordidis ad magis abstergentia transendum, nisi ex mordicatione sordida facta fuerint. Hoc ipsum enim interdum Medicis imponere solet, vt ad absterforium valentius se conferant; vnde iterum vlcus erosum & sordidum apparet, carne medicamento colligata ipsum faciente. Nam in pravam sanies de generat caro colligata. Itaque diligenter perpendere oportet, vtum vlcus carne, quæ subest, exela ac colligescente sordidum euaserit, an quia medicamentum sordibus auferendis aptum requirat, impositum autem tale non sit. Indicat autem vlceris maior fossa cavititas, tum oræ rubentiores calidioresque, cum medicamenti acrimonia sordidius redditur. Deinde considerandum, an constitutio corporis sit mollis & humida, an verò sicca. Molli enim mitiora; sicciori fortiora applicanda.

Vsurpanda vero Epulotica, vt Galenus, 13. meth. med. cap. 5. docet, quando vlcus carne non omnino repletum fuerit, sed adhuc parum deest. Etenim cum natura nunquam sit otiosa, sed etiam tum cum cicatricem producere incipit, simul caro adhuc incrementum sumat, si Epulotica tum de muni adhiberentur, cum vlcus iam carne planè repletum esset, metuendum, ne antequam cicatrix abluatur, interim caro adhuc incrementum sumat, & ita cicatrix eminentior fiat. Cum enim cutis nervosa sit substantia, non ita regenerari potest, vt caro, sed loco eius simile quid cuti generatur, quod cicatricem appellamus.

Notandum & hoc, medicamenta epulotica, & actu & potestate siccandi vi prædita esse debere; ideoque emplastra ad cicatricem inducendam commodissima esse.

Gabriel Fallopius, libro de Vlcerebus cap. 13. hoc vnguentum proponit, quod de iunia magistrale nominat, & optimum inter omnia, quæ ipse viderit, esse scribit.

℞. ol. rosac. omphacini an. Vnc. vi. myrrin. vnguenti populei, an. Vnc. iii. fol. plantag. solari horrensi. an. M. ii.

Incisis herbis omnia misceantur per octo dies, & quotidie agitentur. Hoc facto celentur, & colaturæ adde cera ℥. iv.

Misce super igne, donec liquefeat: postea baculo mitce, & cum tepidum est, adde lithargyris aurivæ vel argenti Vnc. vi. cerissa Vnc. ii. iunia præp. Drach. ii. plumbi vssi Drach. vi. aris vssi rubri Drach. iii. camphora ℥. i. b.

Ducantur in mercatio per duas horas.

Puluis Epuloticus.

℞. Rad. ro. mentill. bistorta, aristolochia rotunda, cupularum glandium, restarum uorum ceruicis, thuris, sanguinis draconis an. ℥. Sem. lapidis

calaminaris ℞. j. *lithargyri* ℞. ij. F. Pulvis.

Vtile est & sequens Emplastrum sapissime vsu me probatum.

℞. *Vnguenti diapompholygos, empl. diapalma, grysei* an. ℥. j. *gummi elemi* ℞. ij. *sacch. Saturni* ℥. j. *cera parum*. F. Emplastrum.

CAPVT III.

De Ulcere cum intemperie.

Verum saepe accidit, vt vlcus non sit solitariū & purum, sed alij p. n. affectus ipsi coniungantur, vnde etiam curatio variatur. Itaque de hisce vlcibus in specie agendum.

Et primò quidem saepe intemperies cum vlcere coniungitur, quod cum accidit, curatio vlcis impeditur. Cum enim causa efficiens curationis vlcis sit natura partis, & materia sanguis: si pars intemperata sit, neutrum sese rectè habere potest; nec vlcus carne impleri, nec cicatrice claudi potest, nisi caro subiecta naturaliter sese habeat, vt Galenus, 3. *meth. med. cap. 8.* docet.

Quæ autem intemperierum sint differentia, in *Institutionib. lib. 2. part. 1. cap. 3.* dictum, quæ etiam hic locum habent, potestque cum vlcere concurrere intemperies calida, frigida, humida, sicca, calida humida; calida sicca; frigida humida; frigida sicca. Et quidem potest esse intemperies vel cum vel sine materia. Verum de intemperie cum materia dicitur capitibus sequentibus. Hoc itaque de intemperie sine materia saltem agemus.

Causæ.

Talis autem intemperies vel ante vlcis exitum adfuit, vel ipso vlcationis tempore excitata fuit. Quæ autem intemperierum sint causæ, itidem loco allegato dictum. Quæ vt vlcibus applicemus; Intemperies calida in vlcibus excitatur ab aere calido, fasciarum & inuolutorum nimia copia, medicamentis nimis calidis. Frigida contra ab aere frigido, si vlcus fasciis & inuolucris contra externi aeris frigiditatem non satis muniatur; vt à medicamentis frigidis. Humidam intemperiem inducunt aer ambiens humidus, vnde in nonnullis locis aer vlcibus valde inimicus est, affluxus humorum, de quo capite sequenti: Siccam aer siccus, medicamenta nimis siccantia & alimenti penuria: Compositarum intemperierum compositæ causæ sunt.

Signa Diagnostica.

Calidæ intemperiei signa sunt, quod causæ calefacientes præcesserint, & quod non solum labia, sed & ipsa caro vlcis rubicundior apparat, atque ipse ægerealorem in vlcere percipit, quem plerumque dolor sequitur; frigida medicamenta applicata iuuant, calidam nocent; vlcis excrementa actia sunt, & mordicant.

Frigidam intemperiem causæ frigefacientes præcesserunt, in ea labia vlcis ad albedinem vel liuiditatem deflectunt, & mollia sunt, atque vlcis calida vitia, frigida noxia sunt.

Si intemperies sit humida, causæ humectantes præcesserunt, caro mollis, flaccida apparet, & aliquando nimium excrefcit; excrementa vlcis sunt multa; siccantia iuuant, humectantia nocent.

Sicca tandem intemperies ex eo cognoscitur, quod causæ exsiccantes, præcesserunt, labia vlcis sicca & squalida ac dura apparent; excrementa vlcis sunt pauca vel nulla. Humectantia sunt vitia, siccantia nocent.

Prognostica.

1. Cum, vt Galenus, 4. *meth. med. cap. 1.* docet, Operum Seraperti. Tom. III.

Prognostica.

ca.

A temperatam carnem subiectam ad vlcera sananda profus esse oporteat, ægrè sanabilia vlcera curantur propter partis subiectæ intemperiem.

2. Vlcera cum intemperie calida, frigida, humida, non ita difficulter curantur. Vna enim opera, & eodem tempore siisdemque medicamentis & intemperiei occurrere, & vlcus curare possumus.

3. Vlcera verò cum intemperie sicca curata sunt difficillima; quoniam posthabita vlcis aliquandiu cura, soli intemperiei auertendæ Medicum intentum esse oportet.

Curatio.

Intemperies alterationem per contraria indicat. Curatio tamen ita instituenda, vt vlcus, quantum fieri potest, non negligatur. Si tamen vtrique simul succurri non possit, ei, quod magis vrget, magis intentum esse oportet. Cum autem intemperies causa rationem habeat, & ea præsentem vlcus curari non possit: Intemperies prius tollenda, nisi vna opera intemperies tolli, & vlcus sanari possit. Si intemperies sit cum materia, etiam vniuersalibus opus est, de quibus *cap. seq.* dicetur.

Intemperiem verò sine materia, de qua hoc capite agimus, quod attinet, & quidem calidam, calida refrigerantia indicat, mitiora vel valentiora, pro excellu caloris. Et quamuis vlcus siccantia medicamenta requirit: quia tamen ipsa caliditas etiam humores absumendo vlcus siccius reddit, mitioribus siccantibus vtendum. Eadem tamen simul adstringendi vi prædita sint, vt fluxio, quam calor facile excitari solet inhibeatur. Præterea cum calor dolorem parere soleat, simul vim dolorem mitigandi, aut certe nullam facultatem, quæ dolorem excitet, obtineant, ideòque siccandi & abstergendi facultate careant. Quapropter vitia sunt medicamenta ex succo & aqua rosacea, plantaginis, endiuiæ, aceto, santalo, bolo Armeno, solano, plumbi vsti, cadmia, saccharo Saturni. ol. rosacco, violacco, cerebinthina aq. plantag. sapsis lota. Vel adhibeatur unguentum rosaceum, refrigerans Galeni, de cerussa, de solano, santalinum, album.

Vt ℞. ol. rosac. cerebinth. aq. ros. vel plantagin. sapsis lota an. ℥. j. farina hordei, q. i. F. Linimentum.

Vel ℞. plumbi vsti pompholygos lotorum an. ℞. j. ol. rosac. viol. an. ℥. i. B. cera q. s. Fiat Unguentum.

Medicamenta autem refrigerantia non solum ipsi vlcis, sed etiam partibus circumiacentibus & vicinis imponi poterunt. Ideòque his non solum vnguenta dicta illiniri, sed & fasciæ poscæ, vel succo plantaginis, lactuca, aut solani, vel decocto ex myrto, corticibus granatorum, balustiarum, santalo, plantagine, bolo Armeno, & similibus cum vino austero parato madefacta imponi.

Intemperie calida ablata, vlcus, vt solet, sarcoticis curandum: quæ tamen minus calida & sicca esse debent, ne calida intemperies reuocetur.

Frigida vlcis intemperies calefacientia requirit, qualia sunt oleum hyperici, nardinum, irinum, chamamelinum, rutacum, anethinum, sirpus & mel rosatum, resina abietina, laricea, spiritus vini, ceratum de betonica. Et quidem linimenta & vnguenta ex his parata ipsi vlcis imponuntur. Extra verò & partibus vicinis imponantur fomenta ex decocto saluie, hyssopi, absinthii, origani, ruta, mentha, fol. lauri, fl. chamameli. parata cum vino generoso; vel eodem inungantur oleis calidis modò dictis, aut ceratum de betonica imponatur.

Intemperies sicca humectantia requirit. Vtilis est hic aqua tepida, sicca vlcus, vel potius vlcis vi-

SSSij

Curatio

Intemperies calidæ cura-
tio.

E

D

E

Frigidæ

Sicca

cinæ partes perfundantur aut fomententur. **Q**uam enim Hippocrates, in *lib. de ulceribus*, docet, quod vlcera vniuersa humectare non oportet, nisi vino, & addat: siccum sano esse propius, humidam non sano; & Galenus, 3. *meth. med. cap. 4.* & 1. *de compos. med. sec. gen. cap. 6.* scribit, nullum humectans vlceribus conuenire, minimè verò aquam: tamen hæc omnino intelligenda sunt de vlcere, quatenus vlcus, cui nullo modo humectantia vtilia sunt. Si verò intemperies sicca, quæ curationem impedit, vlceri coniungatur, neglecta ad tempus quasi vlceris curatione, sicca intemperiei occurrendum, donec parti affectæ pristina intemperies restituatur.

Humida.

Humida tandem intemperies siccantia indicat. Et quia aliàs vlcus siccantia requirit, sarcotica fortiora, quàm in vlcere simplici, vsurpanda: qualia sunt *radices cyperi, marrubium, spuma argenti, plumbum vstum, chalcitis, ferri squama, oris squama*, & his similia, è quibus pro intemperiei magnitudine idonea cuique vlceri medicamenta paranda. Quò enim vlcus humidius, eò fortius exsiccantia requiruntur: contra si minùs humidum sit, mitiora exsiccantia adhibenda; quod fit *oleo, resina, cera* addita. Quò enim plus horum medicamentis exsiccantibus additur, eò magis vis retunditur: quo minus, eò magis eorum vis integra manet. Lauari verò prius potest vlcus ad sordes detergendas vino, vel posca, in quibus adstringentia & siccantia, vt *rad. cyperi, hypericum, absinthium, rose, betonica, salvia* cocta sint: postea ex dictis medicamentis aliquid inspergi, vel ex iis cum oleo & cera vnguentum parari, quod sine calefactione super linamentum extendi possit, (Græci *ἔκκρωτον* vocant) atque huic tandem emplastrum aliquod durius vel ceratum imponi. Composita & emplastra habet Galenus, 1. *de compos. med. sec. gen. cap. 13.* Modus autem humectationis sit, vt ubi pars rubescere attollique incipit, à perfusione desistas. Si enim vltra continetur, quod attractum est, dissipabitur. Modus autem, quo aqua tepida parti applicatur, triplex est, sitque fotu, perfusione, balneo. Fotus fit spongia, pannò, stupa, aut gossipio. Modusque hic maxime commodus est. Perfusio autem & balneum ita commodè non adhibentur. Vtilius quoque est, si hydrelæo tepido pars foueatur, quàm aqua, in primis tempore hyberno. Etsi enim aqua tepida actuali calore calefaciat: tamen post fotum partem refrigerat, simulque calorem dissipat, quod prohibet oleum admissum, lentore suo poros cutis obstruendo. Post fotum aliquod Cataplasma humectandi vi præditum, imponatur.

Vt *℞. sal. malue ad molliem, coctor. ʒ. ʒ. sariæ hordei tritici an. ʒ. ij. amygd. d. contusar. ʒ. j. b. mellis cocti ʒ. j. croci, ʒ. b. pingued. porci q. l. M. in mortario F. Cataplasma.*

Vel oleo dicta pars foueatur. Vel fiat vnguentum ex *succi malue part. j. olei dulc. part. ij. cera alb. q. l.*

Si verò vlcus siccum sit, & pars atrophica laboret, neque aquæ perfusio sufficiat, danda opera primo, vt æger boni & multi succi cibis, & qui facile distribuuntur, alatur, vt alimentum parti affectæ abundè suppetat; deinde si opus sit, etiam dropacibus & alijs modis ad partem trahatur.

Intemperie ablata sarcoticis vtendum, & quidem minùs siccantibus, ne pars affecta in intemperiem siccam relabatur, vt docet Galenus, 4. *meth. med. cap. 1.* Ideoque Sarcoticis, pulueribus pinguedines & olea quedam ac cera admisceri debent.

Vt *℞. thuris, mastich, an. ʒ. j. terbinth ʒ. j. q. l. resac. ʒ. j. b. cera q. l. F. vnguentum molle.*

CAPVT IV.

De Ulcere cum humorum affluxu.

Verùm rarò intemperies sola vlceri accidit, sed plerumque ea intemperies est cum materia & humorum affluxu.

Vlcus cum affluxu humorum.

Quot autem causæ sint affluxus humorum, supra, *part. 1. cap. 1. de tumoribus ingenerere*, dictum. Nimirum ad partem exulceratam humores confluunt vel à toto corpore, aut à parte aliqua vitiosos humores generante, dum natura, vel copia, vel qualitate humoris, stimulat eos expellit, & in partem exulceratam deponit; vel dum pars ob dolorem aut calorem humores attrahit; vel dum ad partem loco inferiore positam humores sua sponte defluunt, aut aliàs ad partem imbecilem & ignobilem mouentur: quæ omnia quibus modis accidunt, *alleg. loco* dictum.

Ex affluxu humorum ad partem vlceratam excrementorum varietas provenit. Galenus, in *lib. de rotius morbi temporibus*, hæc excrementa diuidit in saniem & pus. Celsus queque *lib. 3. cap. 26.* præter sanguinem omnibus notum, etiam saniem & pus ex vulneribus & vlceribus exire statuit, scribitque, quod sanis sit sanguine tenuior, variè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum, albidissimumque, glutinosius & sanguine & sanie. Exit, inquit, sanguis ex vulnere recenti, aut iam sanescente. Sanies est inter utrumque tempus. Pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante. Rursus & sanies & pus quosdam species Græcis nominibus distinctas habent. Est enim quedam sanies, que *ελίχρη*, vel meliceria nominatur. Est pus, quod *μύδιον* appellatur. *ἰχὴρ* tenuis, subalbidus, ex malo vlcere exit, maximeque ubi neruo laeso inflammatio secuta est. Meliceria crassior & glutinosior, subalbida, mellique albo subsimilis fertur. Hac quoque ex malis vlceribus, ubi neruis circa articulos laesi sunt, & inter hæc loca maxime ex genibus, *ἰνὸδιον* tenue, subalbidum, quasi unctum colore atque pinguedine, oleo albo non dissimile, adparet in magnis vlceribus sanescentibus. Alii tamen aliter his nominibus vtuntur. Si tamen propriè loqui velimus, Pus, Græcis *πύον*, est illud vlceris excrementum, quod ex sanguine vel carne confusa aut liquata ortum habet, & apparet in vlceribus alijs excrementis vacantibus, vel iam ab excrementis alijs mundatis. Reliqua excrementa omnia, quæ ab alijs humoribus proueniunt, etsi ichoris seu sarme nomine comprehendere possint: plerique tamen saniem & sordes distinguunt, saniemque, quam nonnulli virus quoque appellant, excrementa tenuia & aquosa, sordes verò excrementa crassiora nominant; vti ex tenui excremento vlcus humidum, ex crasso sordidum reddatur.

Signa Diagnostica.

Vlcera cum humorum affluxu cognoscuntur primo ex tumore, qui non solum in labiis, sed & vicinis partibus apparet. Deinde ex dolore, qui, si præcipuè nequiosæ partes afficiuntur, ægro molestus est. Tertio, è copia excrementorum, quæ maior, quàm pro magnitudine vlceris esse solet. Tandem etiam, licet omnia, quæ ad curationem necessaria sunt, adhibeantur, sanatu difficilia sunt; cum humores affluentes curationem impediunt.

Prognostica.

Omnia, vt modò dictum, vlcera cum affluxu humorum difficulter curantur; cum ex humorum affluxu vlcus humidum reddatur, incrementum tumat, intumescat, dolorque excietur.

Prognostica.

2. Quò affluxus humorum maior est, & quò A humor, qui affluit, deterior est, eò vlcus difficilius curatur.

Curatio.

Curatio.

Principio ergo cum vlcus curari non possit, nisi fluxio tollatur, fluxio ipsa eiusque causæ tollendæ, & proinde siue in toto siue vitio epatis aut lienis humor vitiosus generetur, eius generatio prohibenda, humorque, qui affluit conuenienti modo præparandus & euacuandus, de qua re alibi sæpius dictum. Deinde, ne humor ad partem affectam confluat, reuellendus, interceptiendus, repellendus. Inter reuellentia auxilia imprimis locum habent fonticuli in parte contraria excitati, qui humorem, qui ad partem affectam confluit, alio loco euacuant. Et hi fonticuli sæpe necessarii sunt in vlceribus diuturnis. Cum enim natura iam diu adfuerit humores vitiosos per partem exulceratam euacuare, si vlcus planè claudatur, & aliquid humorum vitiosorum cumuletur, facile fieri potest, ut in venas regurgitet, & in nobiliorem aliquam partem ruat, quod fonticulo præcaueri potest.

Interceptiunt verò Defensiuæ dictæ, quæ supra partem exulceratam in parte sana versus vasorum radicem, in locis ubi venæ maiores & magis conspicuæ sunt, imponuntur, quæ vasa; per quæ humor affluit, constringunt, humorem retrò pellunt; & parantur è siccis & adstringentibus, *bolo Armeno, sang. dr. conis, fl. ros. rubr. balaustris, cortic. granat. myrio, alumine cum albumine oni, ol. myrino, rosa-cco, posca, vino austero, aquis adstringentibus*: è quibus Cataplasmata vel alia medicamenta parantur.

Ipsi verò parti affectæ repellentia apponenda, ut humores, qui in vasis partis affectæ adhuc fluctuant, repellantur. Ideòque pars exulcerata vel ei vicinæ abluendæ *aqua aluminosa, aqua vel decocto planzaginis, rosar. balaustris, radic. cyperi, pentaphylli, & similibus*; vicinæ verò inungendæ *unguento de bolo*. Medio verò vlceris pulvis exsiccans imponendus, è *li. ha. gyro, iutia, plumbo, corallis, bolo Armeno, chalcidi, e, unguentum album Rhasis, diapompholyzes*. Summa, sarcotica hic debent esse fortiora; quàm in vlcere simplici & fluxione non tentato, ut humorem in partis poris hærentem exsiccet, citra mordicationem tamen, ne dolor excitetur.

Ut *℞. tercolinh. ꝯ. i. sebi taurini ꝯ. b. plumbi vsti ꝯ. j. rutia præp. ꝯ. b. Misc.*

Si tamen materia sit cruda & mordax, aliquid thuris ad coctionem humoris promouendum addendum.

De forma medicamentorum hoc obseruandum, ne sint consistentia humida, non oleosa & pinguis; cum partem magis laxent & humectent, ut Gale-nus, 1. de compos. med. sec. gen. cap. 6. & 4. de compos. med. sec. gen. cap. 1. & 13. docet. Non tamen in eodem medicamentorum genere semper persistendum. Sæpe enim accidit, ut quod semel atque iterum profuit, postea, humore aliquo modo exsiccato, amplius vtile non sit, sed mordicationem excitet, atque ideo tum medicamentum mutandum, & mitius adhibendum.

Postquam vlcus carne repletum fuerit, epaloticis tandem cicatrix inducenda.

Guido, *tractat. 4. cap. 2.* laminam plumbi tenuem perforatam talibus vlceribus imponit. In laminam enim plumbum redactum refrigerat, & in talibus vlceribus vtile est, si commoda ligatura accedat, quæ humorem ex parte affectæ exprimit, eiusque in partem exulceratam influxum prohibet.

CAPVT V.

De Ulcere sordido, putrido, & corrosiuo.

Vlcerata humida & cum affluxu humorum ple- rumque sordida, Græcis *συνερα* dicta, sunt, si nimirum illud crassum & mucosum excrementum, quod in specie sordes appellant, effluat; & putrida, si idem grauem & cadauerosum odorem exspiret. Sordida enim & putrida vlcerata, ut Guido, *tract. 4. cap. 3.* ait, saltem secundum magis & minus differunt. Si enim excrementa vlceris simpliciter crassa & sordida sint, sordidum vlcus dicitur; Si verò etiam putredinem concipiant, ut subiectam carnem & partes molliores putrefaciant & corruptant, ut inde graueolens vapor exspiret, vlcus putridum dicitur.

Causæ.

Causæ huius vlceris proximæ sunt humores prauis, maligni, & calorem extraneum ac humidum, putredinemque concipientes. Et quidem hi vel aliunde ad partem affectam conflant, vel in ipsa parte tales euadunt, ob partis intemperiem, vel debilitatem, vltimum intempertium humidorum & vntuosorum ac emplasticorum medicamentorum, debilitate exsiccantia adhibita, & omissa, quæ requirebantur, siccantia. Contra tamen etiam vlcerata redduntur sordida ob abstergentia fortiora, quæ sanam carnem colliquant.

Interdum humor tantam acrimoniam acquirit, ut non solum partem exulceratam, sed & vicinam sanam erodat, atque indies latius serpat, quæ vlcerata corrosiuæ, serpentis, & depalcentis nominantur.

Signa Diagnostica.

Vlcerata sordida visu facile agnoscuntur; cum sordes quædam copiosæ, viscidæ in iis appareant, caro flaccida & mollis reddatur, & sæpe nimis excrescat. Si putredo accedat, fætor grauis & cadauerosus percipitur. Si vlcus corrosiuum & serpens sit, pruritus & dolor percipitur, & vlcus continuo maius euadit.

Causarum signa quod attinet, si à toto corpore vel parte aliqua humores affluant, id è signis *capite precedente* propositis apparet. Si pars sit debilis & intemperata, id etiam è suis signis cognoscitur, & vividus partis color non apparet. Si à medicamento debili vlcus sordidum factum fuerit, vlcus albidum apparet, & albedo illa sicut tela quædam totum vlcus ambit. Contra si vlcus à fortiore abstergente sordidum factum fuerit, vlcus cauum magis efficitur, & rubicundius indies euadit, & pus subtile; paucum ac calidum effluit.

Prognostica.

1. Si ob sordium copiam & crassitatem transpiratio impediatur, partis corruptio sequitur, & ex ea sordido vlcere postea depalcentis & putridum euadit.
2. Si putredo in vlcere augeatur, tandem gangræna & sphacelus sequitur.

Curatio.

In sordidis & putridis vlceribus primo victus ratione opus est, & corpus ab omnibus prauis & vitiosis humoribus purgandum. Ipsi verò detergentia medicamenta adhibenda, qualia sunt *mulsa, aqua salsa, & quæ parantur ex succo apii, absinthij, farina hordei, orobi, myrræ, melle rosato*. Imprimis verò *spiritus vini* in putridis vlceribus detergentis & mundandis egregiè prodest, qui propterea reliquis medicamentis admiscendus.

Ut *℞. ligni Guaiaci, cortic. eiusd. an. ꝯ. j. rad.*

aristol. long. centaur. min. absinth. agrimon. an. M. j. cortic. iubaris, myrrha an. ℥. ℞. Coq. omnia in f. q. vini. Col. adde mellis desputati ℥. iij. spir. vini ℥. j. Misc.

Vel ℥. *rad. aristol. longa ℥. j. absinth. centaur. min. agrimon. an. M. ℞. Coq. in vino. Col. adde farina orobi ℥. ℞. pulu. myrrh. ℞. ij. mellis ros. col. ℥. ij. spir. vini ℥. j. terebinth. q. s. F. Linimentum.*

Si saltem ex vinctuosorum & oleaginosorum medicamentorum usu vlcus sordidum euaserit, & nulla grauior sordiditiei causa adsit, leniora abstergentia sufficiunt. Siccoribus enim medicamentis adhibitis, vlcus facile mundatur.

Si ex validiorum medicamentorum usu vlcus sordidum euaserit, mitiora & frigidiora imponenda, vt *unguentum diapompholygos*. Fortiora sunt *unguentum Apostolorum, Egyptianum*.

Vel ℥. *decocti hordei ib. j. mellis ros. coll. ℥. ij. Misc.*

Vel ℥. *terebinth. mell. ros. an. ℥. ℞. farina hord. orobi, myrrha an. ℞. i. pulu. rad. iricos ℞. ℞. Misc.*

Vel ℥. *succi apij, absinth. an. ℥. j. farina hordei, orobi an. ℞. j. terebinth. ℥. i. myrrha ℞. ij. mellis ℥. j. Misc.*

Vel ℥. *agrimonia, centaur. min. an. M. ℞. Coq. in vino. Colaturæ adde succi apij ℥. ij. mellis ros. col. ℥. i. farina hord. orobi an. ℞. i. ℞. terebinth. spir. vitilose, ℥. ij. Misc. F. Linimentum.*

Si putridum sit vlcus, abluendum oxycrato, *lixinio, muria*, ac imponenda medicamenta ex *farina orobi, rad. aristoloch. longa, scillam* vino coctis & cum melle mistis.

Cum verò vlcus, sordidum & putridum *unguentum de bolo Armeno*, vel alio refrigerante inungendum, ne ex calidiorum medicamentorum usu & mordicatione humorum affluxus concitetur.

Si pitredo maior fiat, metuemumque ne pars ipsa corumpatur, medicamenta fortiora, quæ in *capite de gangrana & sphacelo* proponuntur vsurpanda.

Si vlcus corrosiuum sit, & partes sanæ etiam corumpantur & corrodantur, quod corruptum est, auferendum, vel incisione, vel cauterio leu actuali seu potenciali, donec ad sanam carnem peruentum sit, & viuum à corrupto separetur. Verùm dehinc infra plura de *phagedena & gangrana ac sphacelo* dicentur.

CAPVT VI.

De Ulcere cum tumoribus.

Ulcerum cum tumoribus. **E**X affluxu humorum ad partem ulceratam non solum intemperies generatur, sed & tumores sæpe accidunt.

Causa.

Nulla vero alia horum tumorum causa est, quàm quæ antea de *ulcere cum affluxu humorum*, & supra *part. i. de tumoribus*, explicata est. Pro diuersitate autem humorum affluentium varij tumores excitantur, inflammatio, erysipelas, œdema, cancer. Qui autem humores hos tumores excitent, supra, de *tumoribus*, dictum.

Signa.

Qualis etiam tumor sit, & quid periculi portendet, ex allegatis locis patet; neque ea, quæ ibi dicta sunt, hinc repetere opus est.

Curatio.

Curandi ratio etiam ibi tradita est; quæ ita tamen hinc instituenda est, ne vlcus negligatur. Si ergo vel

A sanguis copia peccet, vel vitiosus in membris corpore abundet, in primò curandus sicut. Deinde de ipsius partis affectu habenda est ratio. Per ista loco affecto applicanda medicamenta, quæ huiusmodi tumores cassam vel discutiant, vel in pus uent.

Itaque in inflammatione primùm applicandum Cataplasma ex *malis cydonis* coctis cum *myrti* puluere, vel ex coctis *lentibus* cum *farina hordei & cortis granator. acrosyrubris*. In augmento addantur *fl. chamamel. farina fabar*. In statu, *malua, althæa, farina sem. lini, sœnigraci*.

Vt ℥. *farina hordei, ℥. ij. pulu. fl. chamamel. ℥. j. farina sem. lini, sœnigr. an. ℞. vi. F. Cataplasma.*

B Si tumor ad superficiem tendat, adiuuanda suppurationo cataplasmate ex *malua, althæa, sem. lini, sœnigr. tritici*, & aliis maturantibus.

Vt ℥. *malua, althæa, an. M. j. Coq. in aq. 2 mollitiem & contundantur. Contulis adde farina sem. lini, sœnigraci an. ℥. j. tritici ℥. ℞. pingued. suille, ol. rosac. an. ℥. j. Misc.*

Si erysipelas coniungatur, extra & in vicinis locis ea medicamenta imponenda, quæ de erysipelate supra, *part. i. cap. 7.* proposuimus. Utiliter hinc imponitur partibus externis *aq. flor. sambuci, & solani*. Hoc saltem addimus, interdum accidere, vt in erysipelate, si non rectè curetur, & poros obstruentia, ne humor distillari possit, intemptiuè adhibeantur, aut humorum nimius affluxus fiat, postulz interdum, imò maiores vesicæ in parte affecta excitentur, è quibus ruptis sanies aquosa effluit, parsque postea exulceratur, & nisi rectè tractetur, affectus in diuturna & cacoethe vlcera, præsertim in *cruribus*, imò in gangrænam sæpe degenerat. Quod si accidat, refrigerantibus, siccantibus & adstringentibus opus est.

Vt ℥. *fol. plantag. M. i. fl. ros. rubr. M. ℞. Coq. ad mollitiem & contundantur. Contulis & per se-taceum traictis adde farina hordei ℥. i. ℞. pulu. balustior. ℥. ℞. Cum ol. ros. F. Cataplasma.*

Imprimis hinc utile est *unguentum diapompholygos*, cui si libet aliquid adhuc *sacch. Saturni* addere licet.

Si tumor sit frigidus, tale Cataplasma imponi potest.

D ℥. *fol. malua, althæa, an. M. j. Coq. in lixinio ad mollitiem & contundantur. Adde pulu. rad. althæa ℥. i. fl. chamameli ℞. x. ol. lil. albor. q. s. F. Cataplasma.*

Si cancer vlceri accedat, nulla alia cura adhiberi potest, quàm quæ de cancro vlcerato tradita est.

Reliqua quæ de his dici possunt, petantur è *parte 1. de tumoribus*.

CAPVT VII.

De Carne in ulceribus excrecente & luxuriant.

NON raro accidit, vt in vlceribus caro luxuriet, & nimis, quàm par est, excreseat, quod *ma-crescentia* lum *de epiphuro* nominatur; quod ubi accidit, impedimento est, ne vlcus cicatrice claudi possit.

Accidit autem hoc vel ob abundantiam sanguinis ad partem affectam confluentis, vel ob sarcotica nimis debilia, & miris, quàm par est, exsiccantia, adhibita. Prius si accidat, caro ipsa sese rectè habet, & saltem copiosior est. Ex posteriore causa si proueniat caro nimia, ipsa caro non solida, sed laxa & spongiosa est.

Curacionem quod attinet, prius si accidat, inedia agro imperanda, & siccantia imponenda. Si ab *sarcoticorum & detergentium* nimis debiliu vlu caro

Curatio

luxuriare incipiat, valenter detergentia, cicatricem inducentia, & si opus sit, etiam septica usurpanda. Talia sunt *spongia usta*, *sicca linamenta* imposita, *cortex thuris*, *galla*, *aloe*, *suisa alumenustum*. Et quidem in pedum digitis, quando ex unguium excrescentium compressione caro luxuriare incipit, ut sine dolore nec calceos induere, nec incedere homo possit, solum *alumenustum* inspersum carnem illam tollit. Fortiora sunt *argeo*, *chalcitis*, *mercur. precipitatis* & *mercurius sublimatus*. Ideoque ubi minore exsiccatione opus est, imponantur linamenta sicca, vel hoc decocto imbuta.

℞. gallarum, cortic. thuris, mastich an. ʒ. i. flor. ros. rabr. balaustior. ruta an. M. Sem. aluminis ʒ. ii. Coq. in vino:

Vel *℞. gallar. cortic. granat. spongia combusta an. F. puluis inspergendus.*

In primis utilis est hæc aqua viridis, quæ carni luxuriantissimi illita, vel per linamenta imposita, eam sine dolore tollit, & cicatricem generat.

Aqua viridis.

℞. aluminis erudi, virid. aris an. ʒ. ii. Coq. in vini Vnc. xviii. ad quartæ partis consumptionem. Colectur. Deinde

℞. camphore Drach. i.

Soluatur in *spir. vini Vnc. i.* & priori adde. Fortiora hæc sunt.

℞. aq. plantag. rosar. an. ʒ. v. mercurij sublimati ʒ. i. Bulliant & coeantur per linteum crassius. In colatura madefiant linamenta concepta, vel pannus lineus, iterumque exsiccentur, & vsui seruetur.

Vel *℞. gallar. balaustior. an. ʒ. i. sang. dracon. cerusse, arginis an. ʒ. Sem. alumin. vsti, thuris, myrrh, an. ʒ. i. F. luis.*

CAPVT VIII.

De Ulcere liuido & calloso.

Ulcus callosum.

Interdum accidit, ut ulceris labia fiant dura, callosa, & liuida. Fit autem hoc à nimis siccantibus vel à æris externi refrigeratione, vel humorum calidiorum affluxu.

Quacunque autem de causa id accidat, vlcus curari non potest, nec cicatrice claudi, nisi durities illa tollatur, & pars ulcerata ad naturalem statum reducatur. Itaque si durities sit minor, emollientia & discutientia usurpanda, ex *mucilag. sem. lini*, *fœnigræci*, *ol. amygd. dulcium*, *lumbriçor. pingued. gallinæ*, *anatis.*

Ut *℞. mucilag. sem. althæa, fœnigr. an. ʒ. ii. terrebimh. ʒ. i. ol. amygd. d. lil. alb. an. ʒ. iii. cere q. s. F. Vngu. molle. Utile est & emplastrum diachylon simplex.*

Si vero durities maior fuerit, & medicamentis emollientibus ac discutientibus non cedat, quæ ratione curandum sit tale vlcus, docet Galenus, dum 4. *meth. med. cap. 2.* ita scribit: *Cum labrat vlcus ulceris decolorata duræ plusculum fuerint incidenda ea sunt ad sanam usque carnem. Cum vlcus amplius progressus eiusmodi affectus est, deliberatio incidit, excidendum ne omne id sit, quod præternaturam visum, an spacio potius curandum. Proculque dubio est, agri animam hos casu consulendum esse. Alii enim longiori tempore curari citra sectionem malunt; aliqui quiduis subire, dummodo citius sanentur, sunt parati. Citissime enim imò tutissime talia vlcera sanantur, si caro dura & liuida conueniente instrumento vsque ad sanam excidatur. Nam & dolor breuior est, nec parti vlla praua qualitas, ut fit erodentibus medicamentis, inducitur. Commode etiam durities eiusmodi cauterio actuali absumitur.*

A Si vero æger nec incisionem, nec vltionem ferre velit, caro dura erodentibus medicamentis abluenda, quæ alibi sunt proposita. Utiles est & aqua viridis. præced. cap. descripta, & puluis ibidem traditus. Fortius est *oleum virioli.*

In partibus tamen nervosis cautè fortioribus medicamentis vtendum: vicinis verò partibus, ne dolor exciteetur, & nouus affluxus fiat, defensiuæ medicamenta applicanda.

Si labia ulceris sint liuida & nigra, scarificanda sunt & sanguis vitiosus extrahendus: postea spongia sicca imponenda, & tandem medicamenta exsiccantia, vt aqua viridis, vel palmis capite præcedente descriptus, aut simile medicamentum.

B

CAPVT IX.

De Ulceribus sinuosis.

Si pus ac sanies diu in apostemate vel abscessu conuulsa sit, atque acris sit, aut ob moram talis euadat cuniculos quasi agit, & Sinum, Græcis *κυστι* dictum, efformat. De sinibus autem quia supra, parte 1. capite 6. dictum, actum hic agere opus non est. Pauca saltem adhuc monebimus. Primum est, non solum vlcera sinuosa, fieri sed etiam sæpe vlcerebus vlcera sinuosa succedere; quod in primis Chæirurgorum negligentia accidit, & quidem non raro in cruribus. Si enim in locis eiusmodi, vbi maiores musculi sunt, vulnus non ita deligetur, vt per vulneris orificium pus expellatur, pondere suo secundum ductum musculorum descendit, & cuniculos agit, in primis si diutius retentum acrius euadat. Atque in tali sinu, cū pus omne ligaturæ versus superius orificium vix pelli possit necessarium est, sinum in parte inferiore aperire, quo facto & puri exitu parato, talia vlcera postea facile sanantur.

Ideoque secundo notandum, ne vel in vlcerebus vel vlcerebus fistulæ generentur. ligatura expressiuæ vtendum esse, quæ scilicet à vlcere vel vlcere fundo incipiat, & in eius orificio desinat, ita tamen, vt quantum propius ad orificium accedit, tanto laxior sit.

Tertio & hoc monendum, cum talia vlcera sinuosa plerumque sordida euadant, vt illic spiritum vini admisceri, qui maximam vim eiusmodi vlcera mundandi & detergenti habet. Felicem periculosi sinuosi ceris curationem habet Franciscus Valleriola, obseruat. lib. 5. obseruat. 1. & aliam ibid. obseruat. 7. quæ ibi videatur. Medicamenta tamen (nam ob multas rationes sectionem instituere noluit) quibus vsus est, apponerelibet. Primum, inquit, post vniuersalia & totius habitæ ratione ad procurationem vlcere venientes, quoniam & sordidum, & canum, & sinuosum erat, detersione & impletione indigebat: at quoniam impleri cavitæ nequit, non prius detergo vlcere, detergentum prius vlcus fuit. Neque enim impleri aut agglutinari vlcus potest, nisi purum sit, vt Galenus ait. Ad mundificandum itaque ichores ac sordes, quorum onustum vlcus erat, varis processibus auxiliis, & debilioribus ad fortiora progressi.

℞. decoctionis hordei integri lb. ii. mellis rosar. col. Vnc. iii. Misce, fiat iniectio intra vlcus per syphonem rectum: absque mordicatione detergetur & eluit vlcere ichores. Verùm cum & crassa sanies sordida multa inesset, maiore detersione nobis opus habere visum est. Itaque hoc altero fortiore vsi sumus, nempe Egyptianæ vng. præfate decoct. admixto, adiecta porri-cula aqua visa, nepe ʒ. ii. Interdum & post dies aliquot, vbi hoc secundo decocto vsi offeremus, nec satis pro vlcere

deterfo procederet, hac iniectione nobili & efficaci utendum censuimus.

℞. ligni saboti subtilissime puluerisati, corticis eiusd. an. ℥. ii. aristol. long. centaur. minoris absinth. agrimon. cauda equina, fol. olea, myrri, pimpernella, consolida maior. an. M. i. cortic. thuris, myrha arcocolla an. ℥. ℞. vini rubri odoriferi ℔. iii. mellis despumati ℥. iii. Fiat omnium decoctio: ex cuius colatura fiat iniectio intra vlcus, addendo hora iniectionis aqua vita el. V. c. i. pro qualibet vice: ubi id animaduersione dignum & obseruatione visum est, aquam vitam tam prefato decocto potentissimam esse & efficacissimam in detergendis sordidis vlcibus sine morsu iisdemque exsiccandis, & ad glutinationem promouendis. Quin si cum prefato decocto adiciantur aqua vita opt. libra dua & in alembico vitreo in M. B. destillentur, mirabilem inde elici liquorem ad vlcera sordida & cum vlcibus detergenda iungendum: quod crebro experimento nobis exploratum est. Mira namque profecto aqua vita vis est in detergendis vlcibus & glutinatis, praesertim nervi vlcum paruum, ut diuina obseruatione nobis est comprobatum, ut qua vtilis est praesentius. Cum vero carum regenerare vellemus in hoc vlcere, altera hac iniectione vsumus, cuius est vis & modice detergere, & carne caritatem implere, unde sa cotica dici merito potest.

℞. fol. plantag. M. ii. agrimon. herba Roberti fol. penitaphylli an. M. i. junonia. absinth. man. y. consel. vrisque, cauda equina, cicciach, hyperici an. M. ℞. beionia M. i. F. decoctio in aqua: in fine coctiois adde vinum rub. a ℔. n. g. e. tis ℔. ii. ros. rubr. fol. myrri, hordei incocti an. P. ii. De colatura cape ℔. ii. quibus adde farina fabar. ℥. i. orob. ℥. i. B. it. n. mastich. sarcocolle reser. p. n. an. ℥. i. myr. ha. a istol. rotund. an. ℞. vi. id Fl. ℥. B. mellis ros. col. ℥. iii. Misc. & ex hac liquore praesentio intra vlcus, detergit enim commodè, & carnem generat, ut ex ingredientium natura inuenit licet, & docui enemus. Hoc sequente unguento post iniectionem intra vlcus cura curandis, splenis, ac liz cuius vtebamur con mode.

℞. succi plantag. ℥. iv. agrimon. ℥. ii. absinth. ℥. i. vini rub. ℥. iv. ol. rosar. omphacini ℔. i. Coq. simul ad vini & succorum consensionem, in fine addendo farina fabar. ℥. i. B. orob. ℥. i. B. thuris, mastiches, sarcocolle, resina pini. n. ℥. i. myr. ha. el. Iridis Fl. aristol. rotund. an. ℥. ℞. sic ebiant in vino albo colore ℥. iii. mellis despumati ℥. i. v. tra q. f. unguentum, quo linamenta licetinaque impleta vlceri imponi iubeamus. Pulvere item sarcotico hoc post completam vlcis detersionem intra vlcus feliciter vsumus.

℞. aloes el. ℞. ii. thuris, cortic. eiusd. myrha, sarcocolla an. Drach. i. red. irid. fl. Scrip. iv. F. omnium puluis tenuissimus, admoendus cauo vlceri ad impletionem caritatis. Quin & fons exsiccando vlceri accommodatus, & ad cicatricem inducendam idoneo, post prefata vlcera duximas.

℞. fol. plantag. M. ii. absinth. M. B. fol. olea, lentisci, summit. ribi, an. M. i. fol. betonica M. B. fl. chamamel. meliloti, hyperici, scachad. ros. rubr. anthos, folior. ac gran. myrri an. M. i. F. decoctio in aq. f. a. Adde in fine vini rubr. adstringent. ℔. iii. F. somentura parti affecte ante applicationem apparatus bis in die. Quin & altero hoc, cum primum non satis prodesse videretur, vsumus.

℞. Centaur. min. M. i. ros. rub. P. i. B. myrha grosso modo contrita Drach. iiii. alumin. rupini, Vn. cias i.

Pulliant omnia simul in vino rubro crasso pro fons cum filtris infusus & expressis, ut decet. Fo-

rum hunc consequatur iniectio adstringens & epulonica.

℞. fol. plantag. heder. recent. fl. ros. rubr. an. P. i. granor. myrri conuassator. P. i. B. fol. & flores centauri min. P. i. aluminis rupini ℥. i. cortic. granator. ℥. i. B. F. omnium decoctio in vino rubro. Coletur. De colatura iniectionis vlcus cum syphone recto inbebamus, prope iam mundificato vlcere: qua sane mundificatio cum praordinatis iniectionibus, tum vero maxime sequenti unguento celeritè omniam profecta est; miram namque in detergendis ab ichoribus & sordid vlcibus vim habet: constat autem his:

℞. Succi apii ℔. B. (mirabile est in detergendis vlcibus) mellis el. ℥. iv. farina hordei ℥. ii. orobi ℥. B. myrha el. ℞. ii. tebeinth. ℥. i. B.

Decoquantur omnia simul. F. Unguentum, quo licet in vlcibus caritatem induantur: optime vlcera & extra morsum purgat. Ad carne implendum vlcus hoc sursum emplastro vsumus:

℞. lithargyri auri ℥. vi. ol. rosar. omphacini ℔. i. B. aceti rosar. ℔. B. Coq. simul lenio igne, perpetuo cum bencio agitando, donec acquiratur nigrum colorem ad bituminis & ceram consistentiam. f. Magdaleon, ex quo fiat emplastrum supra vlcus ponendum. In fine vero curationis emplastro diach. ulcitis cum emplastro e pompholyge vsumus: in quo tanto curando vlcere cauo nihil magis profuisse post illius detersionem deprehendimus, quam ut puluim paulo crassioribus vlcere ad vlcus ad motis quæ caritatem fuerant, carne distitum & hinc carne fortiter institis pressis vlcere carni apprimere: id enim glutinationem maxime procurat, si quid aliud, ut nos experientia docuit.

CAPVT X.

De Fistulis.

Asinus vlcere fistulae saltem eo differunt, quod a sinuosa de fistulae agemus. Si sinus noui celeriter curatur, pus cuniculos porro agit, pars callum contrahit, duriorque efficitur, nec subiectis agglutinari potest: quod malum fistulae postea dicitur. Est enim fistula sinus angustus & longus, seu vlcus sinuosum, angustum & callosum plerumque ac proinde non facile curam recipiens.

Causa.

Orum autem habent fistulae plerumque ex abcessibus. Hi enim si vel ob corporis impuritatem & humorum prauorum copiam, vel Medici imperitiam nimis diu producantur, & non bene curentur, profundiores, pure cuniculos agente, & callosi euadunt.

Differentie.

Porro fistularum magna est diuersitas. Aliæ enim profundæ sunt, aliæ minùs; aliæ rectæ, aliæ per carnem transuersim tendunt; aliæ simplices, aliæ triplices sunt, seu plures sinus habent; aliæ desinunt ad os, aliæ ad partem neruolam, aliæ ad venas vel arterias.

Signa Diagnostica.

Cognoscantur autem fistulae in genere in primis stylo immisso in sinum, quo & quò tendat, & quam altè pettingat, discimus. Simul extracto stylo cognoscimus, an humidior, an verò sicior sit fistula. Quod si obliqua fuerit, ut vitulus recta adiginequeat, plumbeam virgulam, aut potius ceream candelam,

Fistula.

Causa.

Differen.

Signa Diagnostica.

quæ fieri possit, immitteremus. Apparet præterea caro, quæ fistulam circumdat, alba, sicca, dura & sine dolore; aut cum dolore paruo, nisi iuxta nervam sit; pus, quod egreditur, est crudum, interdum etiam cum fœtore. An verò vnus, aut plures sinus tales sint, specillo explorandum est; quod pus etiam, quod emittitur, aliquando testatur. Nam si plures, quàm probabile sit vnico sinu contineri & generari, effluat, aut si, vbi æger sicum mutauit, pus, quod antea subtiliter, iterum fluere incipiat, plures sinus adesse, alitè quæ fistulam penetrare indicio est. Sed si plura sunt orificia fistulæ, per stylum non ita facildè explorari potest, an sit vna fistula, vel plures: sed cum per syringam, fistulam aut siphonem liquor per vnam orificium injiciendus est, qui per orificia omnia effluit, vna fistula est. Si verò per omnia non redditur, plures fistulæ sunt. Quod color quoque illius, quod effluit, testatur. Si enim humiditas, quæ effluit per plura orificia, eiusdem coloris sit, vnam fistulam adesse indicat: Si verò diuersi coloris sit, plures arguit. Sed quò pertingant fistulæ, & in quam partem desinant, ita cognoscitur. Si illud, quod stylo tangitur, molle est, & pus quod effluit, est album & copiosum, in solâ carne tunc hæreere fistulam indicat. Si verò ad nervum pertingit, magnus dolor percipitur, cum exploratur profunditas sinus, & pus, quod euacuatur, album quidem est, sed tenuius, & in minore copia. & actio illius membri, ad quod nervus tendit, difficilior redditur. Si ad os penetret, dolor in exploratione adest, & illud, ad quod extremitas specilli tendit, durum est, ac renicitur. Quod quidem æquale & leue percipitur, si os nondam cariolum & corruptum sit; si verò putredo ipsum etiam os aggressa fuerit, asperum & ad tactum in æquale percipitur, ac pus effluens nigricat, & mali odoris est. Si verò ad venam vel arteriam pertingat sinus, & quidem illa non sit erosa quasi fœx egreditur. Sanguis n. per poros venæ vel arteriæ transudans miscetur cum humiditate vlceris, atque inde, quod emanat, feculentum apparet. Si verò vena vel arteria fuerit erosa, sanguis quandoque erumpit & effluit: Rubicundior, cum saltu & titillatione, si fuerit ex arteria, crassior & obscurior, si fuerit ex vena.

Prognostica.

Prognostica. 1. Fistulæ simplices recentes, quæ in carnosissolùm sunt partibus, non profundæ, in corporibus iuuenibus & boni habitus, facildè curantur; difficilidè verò, in quibus plures partes sunt erose, quæ sunt antiquæ, sensu non præditæ, profundæ, flexuosæ & varios sinus habentes, membris nobilibus vicinæ, & in corporibus senilibus, ac quæ malis humoribus abundant.

2. Sicut & ex malæ sunt, ac difficulter curantur, imò ferè insanabiles sunt, quæ ad musculorum capita, venas, arterias, nervos, ossa, articulos, vertebrae dorsii pertingunt; quæ ad ventrum cavitates, vt thoracem, aut abdomen, aut etiam ad viscera, vt pulmonem, vterum, intestina, item in vesicam penetrant. Tales enim fistulæ vel medicamenta non ferunt, vel etiam ad eas medicamenta pertingere non possunt.

3. Imò quædam fistulæ ne curari quidem debent, quæ nimirum antiquæ sunt, & à partibus nobilibus remotæ, ac per quas humores superflui ac vitiosi expurgari iam diu consueverunt. Tales enim fistulæ, cum homines à multis morbis præseruent, claudendæ non sunt; cum clausæ multorum morborum fiant causa, vt est apud Hippocratem, lib. 6. Epid. comm. 3. sect. 39. verùm etiam si claudendus, rursus aperiendæ sunt.

Curatio.

A Est autem Curatio illarum duplex: Vna vera & perfecta: altera palatiua saltem, quam vident, imperfecta, qua nimirum fistula exsiccatur intus, & extra consolidatur, n auente nihilominus sinu. Quam curam innuisse visus est Galenus, lib. de tumorib. cap. 4. dum inquit: Cœ cetera tamen sinus siccatu à medicamentis, vt habere sanitate irreprehensibilem pars videatur. Siquidem perpetuò quæ accurato vultu utens, salubre ferè & superfuitatibus vacans corpus habet. cohibitus manet sinus. Superfuitate verò aliqua collecta rursus repletur, iterumque fit, qui ab initio fuit abscessus: rursus verò vt conuenit, medicamentis euacuatur, sicca utraq; & coëscitur, & semper longè faciliora ei hæc omnia sunt, quàm is, quæ primò abscedant. Neque enim quæ diuellantur, dolens partes: etenim tam distant, celerimèque replentur, facildè fluxorem accipiente sinu. Atque hanc curationem non omnidò penendam esse existimat Hieronym. Fabricius ab Aquapend. sed interdum bene sibi successisse scribit: et si non semper. Perficitur autem hæc cura purgatio primùm corpore & dieta ordinata, postea ablatis turundis ac fistula & alligata noua spongia tributa liquore valdè exiccante, vt aqua thymatum, lixiui, aq. calcis & similibus. Hæc enim modo os fistulæ coalescit, vt sana videatur fistula, quæ quidem interdum operati natui caloris plenè coalescit, sed plerùmque tam diu solùm clausa manet, quando diu superflui humores in corpore non colliguntur. Postquam enim iterum aliquid huiusmodi in sinu colligitur, fistula etiam iterum aperitur.

Vera autem curatio fistulæ hoc modo perficitur. Vniuersalia primò non prætercunda, sed dieta rectè instituenda, corpusque ab humoribus superfluis expurgandum, & præcauendum, ne plus huiusmodi affluat. Quo factò, antequam ad topica detur, nonnulli potiones exhibent, quæ partes interiores siccent, roborent, & fistulam ad consolidationem præparent ac expurgent. Tales potiones duas descripsit Tagaultius:

℞. agrimon. p. iij. plantag. part. ij. fol. oliuæ part. j.

Concisa & contusa coq. in vino albo propinetur: singulis diebus cyathus vnus.

Vel ℞. osmunda part. iij. gentiana part. ij. centaury. part. j. Coq. eodem modo in vino albo quæ potio etiam corrupta ossa expellit.

Alij hanc commendant potionem: ℞. sanicula, artemis. veronic. con. clida Sarracenicæ, pyrolæ an. ʒ. j. sabina ʒ. j. b. equiseti ʒ. ʒ. Coq. in vino albo, F. potio, quam si efficacitatem reddere velimus, possumus inter propinandum singulis diebus mittere ocul. canceri prepar. ʒ. ʒ.

Nam sabina & oculi canceri, ad expellenda ossa, pus, corruptas venas & similia, valdè vtilia sunt.

Vel ℞. consolida Sarracenicæ, sanicul. veronica, an. ʒ. j. rad. tormentill. ʒ. ʒ. B. caryophyllata, carduibened. an. ʒ. j. ʒ. Coq. in vino.

Postea ante omnia danda opera est, vt callus remoueat. Cum autem medicamentorum pro calli amotione adhibendorum applicationem plerùmque impediatur orificij fistulæ angustia, illud dilatandum est: quod fieri potest vel igne, vel ferro, vel commodius & absque dolore per penicillos ex spongia, medulla sambuci, iradicib. gentiana, aristolochia, bryonia, vel etiam rapi exiccati. Hæc enim in pyramidalem figuram efformata, & parte acuminata in fistulam immissa, humiditatem fistulæ imbibunt, & crassiora redduntur, atque ita retinent orificium absque dolore dilatant: quæ etiam interdum cum callus dilatationem impedit,

imbuntur & illinuntur medicamentis, quæ callum A
 arcti & apta nata sunt. Callus enim in officio præ-
 cione fistulæ externo oritur, in ipsa nimirum cute,
 utpote quæ factus durefcit, & tenuior redditur,
 quam caro, quæ mollior est, & excrementa illa ac
 tumores affluentes facilius recipit. Interdum tam-
 en etiam ipsa caro in cavitare fistulæ occalluit.
 Callus, qui est in officio fistulæ, & tactu & oculis
 patet. An vero in iplo etiam sinu sit callus, stylo ex-
 plorari potest. Cum enim stylus immittitur, nullus
 aut exiguus planè dolor sentitur, & sanguis nullus
 exit, duntiel que quædam percipitur, si callus adest.
 Quis absit, dolor excitatur, sanguis exit, & duri-
 ties nulla sentitur.

Ubiunque autem sit callus, remouendus est: B
 quod fit vel medicamentis, vel ferro, vel igne. Me-
 dicamenta autem aliàs mitiora sunt adhibenda,
 qualia sunt emollientia, & digerentia; aliàs fortio-
 ra, qualia sunt detergentia. Aliàs etiam fortissima,
 qualia sunt caustica. In ætate puerili & carne mol-
 liore sola emollientia & digerentia sufficiant, quæ
 illum & parti infarctam ac impactam materiam,
 quæ callum constituit, dissipant; quibus aliquid
 etiam tum abstergentium admiscere licet. Talia
 sunt *cinis fenum*, cum *pingued. anser.* mistus: de-
 coctio *rad. filicis, agrimonie, sol. olina, diachylum*
magnum, unguentum Apostolorum. Sed plerum-
 que fortioribus opus est, quæ detergendo, aut etiam
 viendo callum ablumunt. Valentiora sunt *sphondylii*
radix circumcirca abrafa, *asphodeli, serpentaria,*
bryonia, decoctum lupinorum, & imprimis *centau-
 rium minus.* Utuntur etiam aliqui radice *hellebori*
nigri, eamque tribus diebus fistulæ imponunt. Ve-
 rum de hac monet Antonius Chalmæteus, eam non
 satis tutum esse remedium, maximè si fistula sit in
 aliqua thoracis parte. Cum enim aliquando semel
 tantum fistulam in spina dorsi propè cordis regio-
 nem helleboro impleuisset, ægrum in frequentem
 incidisse lypothymiam. Fortiora adhuc sunt *Un-
 guentum Aegyptiac, vitriolum vstum, precipita-
 tum, ol. sulphuris, trochisci de minio, ebaleitis, mi-
 sty, sory;* è quibus in usum præsentem composita ef-
 ficere licet.

Expertissimum esse sequi scribit Celsus, *lib. 5.*
 quod etiam Paul. Ægineta, *lib. 4. cap. 49.* habet:
 quod loco etiam plura videre licet.

℞. *arginis* ℥. xij. *ammoniaci* ℥. ij.

Dissoluatur aceto ammoniacum, eique ærugo
 miscatur.

Vel ℞. *lixiviæ foris* ℥. iij. *decocti lupinor.* ℥. j.
mellis ros. colat. ℥. j. ℞. *alumin.* ℥. s. Misce, cuius
 vim si efficaciorē velimus reddere, ℥. iij. præcipi-
 tati ℞. s. addenda.

Vel ℞. *Aceti vini opt.* part. iij. *olsi antiquiss.*
 part. ij. *lithargyri* part. j.

Teratur lithargyrum cum aceto in mortario. Pos-
 tea omnia coquantur, donec picis colorem & con-
 sistentiam acquirant, ex quo deinde penicilli fieri
 possunt.

Vel ℞. *lithargyri* lb. s. Bulliat in aceto & aq.
 ros. deinde coletur per filtrum. Postea ℞. *tar-
 tari calcinati* q. s. Dissolu. in aceto destillato. Mis-
 ce aquas & F. Lac Virginum.

Vel ℞. *Unguenti Aegypti.* ℥. s. *sublimati* ℞. s.
lixiviæ ℥. j. *aq. ros.* ℥. ij. *plantag.* ℥. iij. Bulliant
 nonnihil.

Utilis etiam est aqua viridis supra descripta.

Si tamen horum medicamentorum commodam
 applicationem, quod plerumque fit, impedit an-
 gustia & altitudo fistulæ, ea vel tota aperienda est,
 vel medicamenta in profundum usque iniicienda
 sunt. Dum animus est, aperiere fistulam, primò sty-

lus immittatur, & super ipsum ea aperiatur. Si au-
 tem non licet totam fistulam aperiere, medicamen-
 ta iniicienda sunt, eaque vel liquida, vel sicca. Li-
 quida iniiciuntur per siphonem, & diluuntur *lixivi-
 o, mulsio, aqua marina, calcis, aquis thermarum,*
aq. vitæ seu *spiritu vini,* de quo obiter hoc notan-
 dum, eum, si aliis convenientibus medicamentis
 admisceatur, valde utilem esse aut detergentem &
 exiccanda sordida vlcera, ut est videre apud Vale-
 riolum *lib. 4. obser. 10. & lib. 5. obser. 1. 7. & 8.*

Sicca autem in pulverem rediguntur, & calamo
 on fistulæ admoto instantur; imprimis si fistula bre-
 uior sit, & intra carnem: si tamen longior sit, ex
 parte opposita etiam aperiiri potest, ut utrinque me-
 dicam. immitti possit. Vbi hoc non est prætereun-
 dum, de quo in curatione sinus antea monuimus,
 dandam esse operam, ut officium fistulæ pateat
 versus inferiora, ut humores liberius effluere pos-
 sint, aut si non patet, eò loci aperiendam esse fistu-
 lam, nisi obstat insigne aliquod impedimentum.

Sed cum semper medicamentis non cedant fistu-
 læ, atque interdum hac in re plus auxiliij & commo-
 di afferat manuum opera, nonnunquam etiam ad
 ferrum & ignem accedendum. Aperiendus nimi-
 rum totus sinus est, quod tamen in illis fistulis, quæ
 ad magnas arterias, vel nervos, vel tendines, vel
 membranam cæstas succingentem, vel alias partes
 similes pertingunt, tentare tutum non est. Vbi au-
 tem id facere licet, sinu per specillum aut liquorem
 immisum explorato, totus, qualis quidem est, ape-
 riatur. Aperta fistula callus seu medicamentis, seu
 acie scalpelli aut nouacula, usque ad carnis probæ
 præsentiam detrahi debet: quod non solum ex co-
 lore, sed ex sanguine etiam & doloris sensu perci-
 pitur. Idem calli præduri potissime ferro candente
 expeditus & minori dolore tolluntur. Verunta-
 men ignis ita homines terret, ut pauci hoc reme-
 dium admittant. Interim autem dum hæc seu per
 medicamenta caustica, seu per ferrum aut ignem
 fiunt, circumcirca munuenda est pars defensiuo ali-
 quo refrigerante ac repellente, ne dolore excitato
 fiat inflammatio.

Resiccata iam atque adusta fistula mitigatorio
 aliquo medicamento, & quod crustam resoluit at-
 que deiecit, utendum. Si autem fistula in os desinat,
 id sectione detectum diligenter abradendum est, si
 quid in eo corruptum est & nigrum. Et quidem sal-
 tem in superficie. Nam si altius caries os corrupe-
 rit, terebra squama excindenda est, nisi spontè se-
 cedat: Quod si ad medullam usque penetrarit, for-
 tice incitorio eximendum est, quod corruptum est.
 Si denique os planè corruptum sit, totum eximen-
 dum est, quod in partibus quidem ossibus fieri potest,
 in aliis verò non item. Osse iam purgato, postea
 exhibenda ea, quæ dicuntur incarnantia. Quibus si
 fistula non cedat, signum est, nondum omne, quod
 corruptum erat, ablatum fuisse. Profundius itaque
 aperienda fistula, & os diligentius abradendum, ac
 mundandum: quod si neque tum sanatur fistula,
 procul dubio ea ad profunda corporis penetrat, ut
 eius terminum inuenire non sit possibile. Naturæ
 itaque tunc negotium relinquendum est: quam ta-
 men etiam medicamentis adiuuare possumus, in
 quem usum sequens præscribit Nicol. Florentinus,
 quod ossa fracta & corrupta extrahere, malam car-
 nem erodere, & fistulam sanare dicit.

℞. *Salem rostum, tartarum, agaricum,* Pulueri-
 sentur, & puluis melle excipitur, atque fistulæ im-
 ponatur.

Ablato iam cello, si adhuc quid sordium restet,
 medicamentis detergentibus & sarcoticis est uten-
 dum. In quem finem *pimpinella, virga aurea, cen-*

torium minus, radix aristol. & similia adhibenda.

℞. terebinth. spiritu vini lota, Vnc. iij. succi apii
℥. iij. pimpinella ℥. s. mellis rosati colati, Vnc. j. s.
Coqu. ad dimid. ferè succorum consumptionem.

Postea adde aristol. rotund. Drach. j. farine lupi-
pinor. ℥. iij. myrrha ℥. j. Misce.

Quod medicamentum vel turundis inungatur, vel
alio modo fistulis adhibeatur.

Miraculosa & lectu digna per preces deuotas fi-
sule curatio extat apud Augustinum, libr. 22. de
Ciuicat. Dei, cap. 8.

CAPVT XI.

De Ulcere verminoso.

Vermes vl-
cerum.

Nonnunquam & vermes in vlceribus generan-
tur. Quæ autem causa sit generationis ver-
mium, in Institutionibus lib. 2. part. 2. cap. 9. &
lib. 3. Pract. part. 2. sect. 1. cap. 5. dictum; quæ &
hic locum habent. Oriuntur enim vermes in vlceri-
bus sordidis, & quæ non, vt fieri debebant, mun-
dantur, & à pure ac sanie purgantur; præcipuè
aestate & aëre calido ac humido.

Signa Diagnostica.

Signum.

Si vulnus sit patens, vermes visui patent. Si verò
ob vlceris angustiam vermes videri non possunt, ex
aliistamen signis cognoscuntur, morfu & punctio-
nis ac doloris quodam ac motus sensu. Plorumque
etiam fætor quidam in talibus vlceribus perci-
pitur.

Curatio.

Curatio.

Curandi ratio in eo consistit, vt vermes tollantur,
& putredo vlceris inhibeat. Si ergo in propatulo
sint vermes, idoneis instrumentis extrahendi. Si verò
in abscondito lateant, aut pertinaciter parti ad-
hæreant, necandi sunt medicamentis, quæ simul
etiam putredinem & humiditatem nimiam partis
tollere possunt: quod præstant medicamenta ex ab-
sinthio, marrubio, diſtamno, filice, scordio, matri-
cária, centaur. min. fol. persicor. lupinis, gentiana,
felle taurino, aloë, myrrha parata.

Vt ℞. absinth. centaur. min. marrubii an. M. s.
Coq. in aq. l.

Col. ℞. lb. s. mellis ℥. ij. aloës ℥. ij. Misc.

Vel ℞. rad. gentian. Vnc. s. elleb. albi Drach.
ij. diſtamni Creſici, absinth. centaur. min. an. M. s.
Coq. in aq. l.

Col. ℞. ℥. vi. elixir. propr. Drach. ij. Misce.

Vel ℞. calcis vnae q. l. Extinguatur cum aceto
vini. Postea teratur cum oleo rosac. vt fiat Cata-
plasma.

Vel ℞. albës Drach. ij. myrrha puluerif. Drach.
j. farine lupinor. Drach. ij. fell. raurini ℥. s. flor.
aris ℥. j. mellis q. l. F. Linimentum.

Vel ℞. farine lupinor. ℥. iij. elixir. propr. Drach.
ij. fell. tauri Drach. iij. mellis q. l. F. Linimentum.

CAPVT XII.

De Ulcere varicoso.

Vlcus vari-
cosum.

DE Varicibus equidem supra, part. 1. cap. 44.
dictum est: Accidit tamen interdum, vt vlcus
cum varicibus coniungatur, quod vlcus varicosum
nominant. Quod malum ex signis varicis & vlceris
facile cognoscitur.

Non potest autem sanari vlcus varicosum, nisi
prius varices sanentur, vt docet Galenus, 4. me-
thod. med. cap. 2. Ideoque sitale vlcus aggredi li-
Operum Sennerti. Tom. III.

beat, primùm curatio ad varicem est dirigenda!

Quæ quomodo perficienda sit, allegato loco a cum
Vlcis autem variculi curati historia extat apud
Guillelmum Fabricium, cent. 4. obseruat. 85.
quam hitce verbis refert. Anno 1589. inquit, cum
ex Gallia ad paternos lures reuersus essem, ad qua-
dragenarium, quemdam, hic in vicinia, virum ro-
bustissimum & optimo corporis habitu præditum,
Adolphus auct. de. n. Buch nomine, vocatus fui. La-
borabat ille vlcere maligno & inueterato in tibia sinis-
tra, vna cum varice inguinis magnitudinis: crassi-
tute enim brachium meum ad carpum æquabat, & spi-
thamam ferè erat longa incipiebat autem in ipso popli-
te, & pedem versus descendendo gyrum, & cir-
cumuolutiones duas efficiebat. Sed quæ notandam
quàm primitiua tibiã in altum eleuabat, proterius
retrocedebat sanguis; in terram verò posita tibia,
iterum descendebat, & quidem in ipso momento; &
vt verbo dicam, sanguis fluctabat, & restabat non
aliter, ac si in tubulo quodam, nunc in hanc, nunc
in illam partem protellus fuisset.

B

C

D

Porro cum vlcera varicosa, nisi prius abscisse va-
ricæ, consolidari nequeant, curacionem sic egressus
esum. Instituta optima videtur ratione, aliquoties
expurgato corpore, & vena brachij eiusdem lateris
incisa, agròque in scamno collocato, in ipso popli-
tium blandè ab ipsa vena separauis. Deinde fore-
duplicato, mediante acu incuruata varicem au-
plectebat: in inferiore parte varicis eodem modo pro-
cessi. Sed antequam filum stringerem, nodumque fa-
cerem, tibiã ex scamno in terram collocandam ius-
si: idque in eam finem, vt sanguis pro more deorsum
fluere. Verebar enim, ne sanguis ille propter fixam
& refluxum subtilior factus incommodum aliquod
procrearet. Tandem si vna ex superiori parte varicis
primò arctè strinxit, odumque effeci; postea quoque
ex inferiori parte. Quo facto, varicem prope nodum
superiorem, vt sanguis in varice, exclusi in sacculo
oblongo contentus effluere posset, scalpello incidi. Cura
verò copiosior, quàm pro magnitudine varicis dece-
bat, effluere, & licum attente inspicerem, reperitus
fuit ductus cæcus, qui ex inferiori parte ligamta va-
ricem ingrediebatur. Ille cum filoligari non posset,
nonnihil unguento escharotico ad ipsius ostium postea
puluerem nostrum ad sanguinem sistendam albumine
oui copiose applicui, omniaque falcia oxycrato ma-
defacta ligari, & in sequentem diem vsque reliqui.
Demum vulnera aliorum vulnerum more curauis. In-
terim quoque circa vlcus nihil, quod necesse videba-
tur, prætermisi, & corpus per intervalla expurgari.
Sic diuino favore conualui, & ab eo tempore in ho-
diernum diem vsque optima sanitate finitur: vlcus
quinetiam clausum remansit. Hæc Fabricius.

CAPVT XIII.

De Ulcere cum ossis carie.

Accidit interdum etiam, vt vlcus os corruptum
subsit. Corruptantur autem ossa & cariem
contrahunt, vel à causis internis, humorum nimio-
rum excrementitiorum longo ad ossa affluxu, vel
saniei prauitate & acrimonia, aut etiam occulta pro-
prietate, sicut in lue venerea sæpe accidit, vt ossa ca-
riosa fiant, cute integra manente. Externæ causæ sunt
aër ambiens, frigidus imprimis, contusio, incisio,
medicamenta acris.

Signa Diagnostica.

Si os in propatulo sit, corruptio eius facile patet,
quia, vt Celsus, lib. 8. cap. 2. scribit, quod vitium
est, primò ferè fit pingue, deinde vel nigrum
I T c

Historia
varicis
inobscure.

Signa.

vel corrosum. Et si verò os lateat & in abscondito sit: tamen signis eius corruptio sese prodit. Et si fistula præcesserit, aut vlcus diuturnum adfuerit, pariter & famei contactu os corrumpitur, de quo Hippocrates, 6. aphor. 45. *Si ulcera annua, aut etiam diuturniora fuerint, os abscedere est necesse, & cicatrices canas fieri.* Deinde quod vlcera talia ad cicatricem quidem perducuntur, sed paulò post iterum renouantur, cicatrice rupta. Humor etiam & sanies, quæ ex osse corrupto exsudat, cicatricem erodit, & vlcus renouat. Itaque si vlcus aliquod sæpius renouatur, semper de osse corrupto suspitionem præbet, vt ait Galenus, 6. aphor. 45. & Paulus Ægineta, lib. 4. cap. 10. Idque sæpe videre est in dentium carie, è quibus sanies per foramina ossis maxillæ exstillat; & extrin maxilla vlcus excitat: quod etsi sanetur, tamen post temporis aliquod interuallum iterum cicatrix rumpitur. Tale ergo vlcus si in maxilla appareat, sæpiusque renouetur, dentes inspiciendi, & si aliquis cariolus sit, extrahendus est. Nõn. integre sanescit vlcus, antequam dens, qui viceri causam præbet, extrahatur. Tertio, caro viceri superposita est flaccida & mollis. A fame enim ab osse exsudante emollitur: aliquando etiam ob humorem vitiosum ex osse affluente lunda euadit, 3. aphor. 2. Quarto, sanies ex vlcere effluens copiosior est, quam pro vlceris magnitudine, tenuis etiam, fetida, & prana; Galenus, 3. de fract. 1. 18. & si linamentum siccum vlcere inimitatur, vt ad os vlque pertingat, altero die extractum faciet. Tandem, si specillum in vlcus vsque ad os immittatur, id non glabrum, læue, & durum, sed maxuale, asperum ac molle deprehenditur.

An autem caries profunda vel superficialis saltem sit, explorare docet Celsus, lib. 8. cap. 2. hoc modo: *Si specillum, inquit, tenue in foramen demittatur, quod magis vel minus intrudo, vel in summo cariem esse, vel altius descendere testatur. Nigrities quidem etiam colligi potest ex dolore, & ex febre; quæ ubi mediocriter sunt, illa alitè descendisse non potest: ubi vero magna, altitè descendit. At nisi, prior tamen adacta terebra sit. Nam si nisi viti est, ubi scobis nigra esse desit.* Hæc Celsus.

Prognostica.

1. Omnis ossium curacionem viceris impedit, nullumque vlcus perfecte sanari potest, cui os corruptum sit.
2. Propter os agrotans, caro liuida, malua, 7. aph. 2. Nam, vt Galenus in comm. explicat, non mediocrem ossium labefactionem, sed insignem corruptionem significat.
3. Si iuxta neruofas partes, vt in manibus & pedibus; vel in iuncturis & magnorum ossium capitibus, sit ossium caries, vel circa musculorum capita ac neruos & tendines, non facile curatur; eum operationes Cheirurgicæ tuto institui non possunt.
4. Eodem modo sese res habet circa magnas arterias & venas.

Curatio.

Curatio.

Præter Indicationes, quas vlcus præbet, caries ossis indicat, id, quod corruptum est, esse auferendum. Neque enim quod emortuum est, corrigi & emendari potest. Nam quod in partibus carnosis & mollibus est Sphacelus, in ossibus est caries.

Vt verò os corruptum tolli possit, primò detergendum & denudandum est, si carne operiatur, vlcere abscesso. Sectio tamen, vt modò dictum, sæpe fieri non potest, ob neruos, musculos, tendines, arterias, & venas maiores. Tum ergo os, quantum fieri potest, detergendum est, radice gentianæ vel rapi inmissa. Caro superiacens etiam caustico medicamento seu cauterio potentiali absumi, & os

delegi potest, eò modo, quo fonticuli excitari solent.

Os corruptum vbi detectum fuerit, auferendum, vel cheirurgia, vel medicamentis. Cheirurgia necessariò vitendum, quando corruptio ossis est profundior, in superficie, aut quando citan. curacionem expetimus, vt in ossibus thoracis. Natura enim tardè, & vix 35. aut 40. dierum spatio ossa corrupta separam. Aliàs separatio ossis corrupti à sano medicamentis tentari potest.

Medicamenta autem, quæ os corruptum à sano separam, valde siccantia esse debent, vt humiditates superfluas in osse corrupto absumant, ipsumque os sanum siccant, vt virtus expulsiua ab eo, quod vitiosum est in eo, separet, & vis ossifica os seu callum generet, quos corruptum protrudat.

Mitiora sunt, rad. peucedani, vitis alba, ireos, myrrha, aloë, alumen Fortiora, radix aristoloch. rot. diaconii, cortic. panacis, pini, pumex ustus, scoris aris, chrysocolle, spiritus vini. Fortissima, euborbinum, quo nullum præstantius, & quod citius os corruptum tollat, se inuenisse scribit Fallopius; chalcantimum ustum, cinis siculicus, calx, aqua fortis, oleum vitrioli, sulphuris.

Ex istis medicamentis composita fiunt, quæ vel forma pulueris, vel cum melle, resina, cera, vnguento Ægyptiaco, vel alio mella, forma vnguenti applicantur.

Efficax est hic puluis. ℞. Rad. aristoloch. rot. ireos, myrrha, aloes, cortic. panacis, terra Erubridis vsta, scoris aris, cortic. pini, paries equal. M. ita omnia melle excipientur. Iat Vnguentum.

Vtilissimus est & hic puluis.

℞. mumia, sarcocolla an. Drach. ℞. euborbinij Drach. j. F. puluis.

Vel ℞. Rad. aristol. rotund. peucedani an. ℞. ℞. cortic. pini. Drach. ij. agarici alb. lumbricor. terrest. præp. an. Drach. j. ℞. euborbinij Drach. j. F. puluis, aut cum melle rosato vnguentum.

Vt & hoc oleum. ℞. Sulphuris citrini lb. j.

Ponatur ad ignem lentum, vt liquefeat, cui adde tartari vili pulueris. lb. ℞. Misce diligenter donec fragida euadant. Postea pulueriscentur, & super lapide in locum humidum ponantur, donec liquefiant. Hoc oleo ossa corrola inungantur.

Vel ℞. Rad. aristoloch. long. bryon. peucedani, iridis Fl. an. ℞. j. euborbinij ℞. j. F. puluis, qui ossi inspergatur.

Vel ℞. pulu. rad. peucedani, aristoloch. rot. opopanacis, euborbinij an. ℞. ℞. terebinth. ℞. j. ℞. cereæ ℞. ℞. Coq. ad ceroti consistentiam.

Vel ℞. rad. aristol. vtriusque, bryon. peucedani, iridis Fl. an. Vnc. ℞. centaur. min. cortic. pini an. ℞. iij. aloes ℞. ij. fl. aris ℞. i. ℞. Affunde spir. vini q. l. Extrahatur tinctura.

Si verò tanta sit ossis corruptio, vt medicamentis tota tolli non possit, Cheirurgia opus est, & vel abrasione, vel vitione os corruptum tollendum. Duo autem ad abrasionem hic sunt instrumenta: scalprum, & terebra. Scalpro locus est, vbi os non ita altè corruptum est. Terebra vero vitendum, si caries profundius penetret. De ratione Celsus, l. 8. cap. 2. tenbit: *Qui radit hæc, audacter imprimere ferramentum debet, vt & agat aliquid, & maturius desinat. Finis est, cum vel ad album os, vel ad solidum ventum est. Albo siniri ex nigritie vitium, soliditate quadam ex cario manifestum est. Si quædam autem aliquid cruoris, supra dictum est. Si quædam autem alius descendit, vtrumlibet dubium est. In carie quidem expedita cognitio est. Specillum tenue in foramen demittitur, quod magis minusue intrando, vel in summo cariem esse, vel altius des-*

Medicamenta ad ossa corrupta.

condisse testatur. Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore & ex febre. Quae ubi mediocria sunt, illa aliter descendisse non potest. Manifestior tamen adacta cerebrum fit. Nam sinus vitii est ubi scobis nigra esse desit. Igitur si caries aliter descendit, per cerebrum urgenda crebris foraminibus est quae alitudine visum aequent. Tum in ea foramina demittenda candentia ferramenta sunt, donec inde siccum os ex toto fiat. Simul enim posthac & resoluetur ab inferiore osse, quodcumque vitiatum est, & is sinus carne replebitur: & humor aut nullus postea feretur, aut mediocris. Sin autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit, oportet excidi. Atque idem in cavie quoque ad alteram partem ossis penetrante, fieri potest. Sed quod totum vitiatum, totum eximendum est. Si inferior pars integra est, cavienus quod corruptum est, excidi debet. Idem siue cap. sine pectoris os, sine costa cariiosa est, inutilis vitio est, & excidendi necessitas est. Haec Cellus.

Equibus patet, Antiquos post abrasionem, os etiam adussisse; cum vitio praestantissimum ad excrementitias humiditates absorbendas sit remedium.

In cauterio tamen adhibendo cavendum, ne caro vicina simul aduratur. Ideoque per fistulas ferreas, quibus caro defendatur, cauteria applicanda, quarum plures in promptu habere oportet, ut postquam una incaluit, alia frigida adhibeatur, vel si una vit libeat, postquam incaluit, in aquam frigidam immittenda. Quicquid humoris ex isto osse exsudat, sponsa vel linceo abstergendum, ne vicinas partes corrumpat. Postvitionem ad inflammationem prohibendam & dolorem leniendum, primo aqua rosacea cum albumine oui imponenda, hinc oleum rosaceum cum oui vitello, postea butyrum cum melle rosaceo. Ipsi vero ossi adusto, pulvis ex rad. peucedani, aristoloch. euphorbii, aut aliud ex antea propositis medicamentum imponendum, donec os corruptum separaretur & abscedat.

Post corrupti ossis ablationem pulvis aliquis exsiccans, quales sunt cephalici dicti, inspergendus: Hinc ulcus carne replendum, & tandem cicatrice claudendum.

CAPUT XIV.

De Ulcere dysepuloto, cacoethe, Telephia, & Chironio.

Ulcerum dysepuloto.

Nominantur quoque passim à Medicis Ulcera dysepulota, cacoethe, Telephia, Cheironia, & Phagedaena: quae qualia sunt, hoc & sequenti capite explicandum. Ulcera dysepulota seu aegre sanabilia in genere omnia dicuntur ea, quae aegre sanationem recipiunt, & cicatrice clauduntur. De quibus rectè curandis Galenus tum quartum librum methodi medendi, tum quartum de compositione medicamentorum secundum genera conscripsit. Et quidem id quatuor de causis accidit, ut Galenus, 4. meth. med. cap. 1. docet. Nam aegre sanabilium rebelliumque ulcerum alia propter affluentem humorem talia fiunt. Intemperies autem ipsa rursus bifariam diducitur, cum alias in qualitate sola naturae modum egressa subdita caro sit, alias etiam cum necessario quodam tumore. Pariter affluxus humorum bifariam dividitur, nempe in confluentis succi tum pravam qualitatem, tum qualitatem. Interim vero miscentur dictorum affectuum, aut aliqui, aut pariter omnes. Idem Galenus tamen, 6. aphor. 45. quintam causam addit, dum scribit, ulcera longo tempore manere non solum propter humorum affluxum, aut propter dispositionem in membro contra-

Operum Semerret Tom. III.

Atam ex humoribus influentibus, verum etiam ob aliquam passionem ossis in loco corrupti. Quisquam n. ulcera, quibus os corruptum subest, interea m. curatur, & cicatrice obducuntur: tamen ea sanitas firma non est, sed ulcus postea iterum renouatur; atque tandem diu accidit, quamdiu os caviosum non sanatur.

Galenus tamen, 1. de compos. med. fac. gen. cap. 18. inter ulcera dysepulota, seu quae aegre ad cicatricem producuntur, & dysepulota seu maligna distinguit, & dysepulota ea nomenat, quae ex humorum confluxu vel multorum, vel acrimia oriuntur, sine eo, quod locus affectus huiusmodi iam dispositionem habuerit, ut licet bonum sit, quod in se sit, tamen ipsum corrumpat: quae vero si istam dispositionem iam obtinent, cacoethe seu maligna nomenat. Ut ita dysepulota ulcera in genere dicantur omnia, quae aegre quicquamque etiam de causa sanantur; nunc vero in specie ea, quae sine prava partis affectae dispositione & humorum affluxu talia fiunt. Quia vero ulcera aegre sanabilia omnes differentiae & causae huiusmodi e. posita sunt, ut de iis plura addamus, opus non est.

Vnam saltem ulcerum difficulter sanabilium causam, quam aliquoties observavi, non praeterire non puto. Non raro accidit, ut in diuturnis ulceribus cutis extenuetur, & panniculus carnosus accipiendo absumatur, quod si fiat, ulcus non sanatur, cur cutis subiecta carni nullo modo agglutinari possit. Cum enim venae capillares ad cutim tendentes sit erosae, sanguinem consolidationi necessarium, ad cutem deferre non possunt.

Cognoscitur hoc, quod cutis non solum ad tactum extenuata percipitur, sed & color in lividum & obscurum mutatur, & cutis quasi arescit.

Medicamentis vero nihil perficitur, sed cutis vel caustico medicamento erodenda, vel quod aliquoties figi curavi, ulcus secundum longitudinem ferro, quod facile, aperendum.

Cheironia & Telephia ulcera quod attinet, *χαιρώνιον* nomen, à Chirone Centauro nomen accepit: Appellationis tamen rationem alii aliam eradunt. Zenodotus, ut refert Erasmus Roterodamus, *Chir.* 2. *centur.* 8. *prol.* 21. existimavit, Chironem idem ab Hercule vulnus immedicabile accepisse in pede, unde & periecit, ut ita immedicabilia ulcera Chironia dicantur. Plinius vero, *lib.* 25. *cap.* 6. & Ovidius, *Fastor.* *lib.* 5. non ab Hercule, ut amico, vulneratum Chironem putant, sed Chironi hospicio ab Hercule excepto: forte sagittam Hercules in pedem incidisse, ipsique vulnus periculosum & venenatum intulisse. & Centaurea, quae inde à posteris Cheironium dicta est, Chironem semetipsum sanasse; atque eum fuisse primum Cheirurgiae antiquioris Medicinae partis inventorem, & à manibus manuumque opere nomen accepisse. Ut ita Cheironium ulcus dicatur ulcus contumax & malignum, quod ob contumaciam Chirone aliquid in curando opus habeat, quodque à Chirone primo curatum sit.

Cellus, *lib.* 6. *cap.* 28. definit *ulcus Chironium*, quod magnum est, & habet oras duras, callosas tumores. Exit sanies, non multa, sed tenuis. Odor malus, neque in ulcere, neque in eius tumore est. Nulla inflammatio, dolor modicus est; nihil serpsit; ideoque nullum periculum affert, sed non facile sanescit, Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, ulcusque renouatur. Fit maxime in pedibus & cruribus.

Idem Cellus, cum Telephiorum ulcerum mentionem non fecerit, proculdubio eadem cum Chironis esse putavit. Quod & Paulus facit, dum *lib.* 4. *cap.* 46. scribit, *in veterata, & quae vix cicatrice recipiunt ulcera, nonnulli Chironia nominant, tanquam Chirone ipsa ad sanitatem indigentia: alii*

Ulcerum maligna.

Cheironia ulcera.

Telephia, propterea quod *Telephus* in tali ulcere diutius perseuerarit. Qui cum *Chironium* & *Telephium* vlcus non in erosione, verum in eo, quod malignum & contumax est, vt consensescere cum ægro soleat, consistere putarint, dissentiunt à Galeno, qui, 2. *meth. med. cap. 2.* & 14. *meth. c. 17.* phagedanam in erosione consistere, huiusque species *Chironium* & *Telephium* esse putauit.

Vbi sciendum, vt Galenus, 6. *aph. 45.* docet, vlcera, quæ semper maiora & deteriora fiunt, omnia Phagedanas Antiquos nominasse, quo modo accepta Phagedana, *Chironia* & *Telephia* Phagedana species dici possunt: Quidam vero posteriores ea distinguere cogitarunt, propriam singulis dantes appellationem, & quædam eorum *Chironia* nominantes quædam *Telephia*, quædam Phagedanas. Vt ita Phagedana pro ulcere corrodeute accepta, modò genus sit ad *Chironia* & *Telephia* vlcera; modò erodentis vlceris quædam determinata species, à *Chironio* *Telephio*que differens; quæ scilicet carnem ipsam præter cutem excidit, non adeo tamen maligna vt *Chironia*, *Telephia*ue, aut *Cancer* est.

Telephia nimirum vlcera eadem sunt cum *Chironis*, ita dicta à *Telepho*, qui tali ulcere longo tempore assidus est. Et quod de *Chironis* Galenus, 4. *de comp. med. sec. gen. c. 4.* scripsit, nominant *Chironis* vlcera non medicis maligna contumaciaue, sed maxime talia; id etiam de *Telepho* accipiendum.

Telephia
vlcera.

Causæ.

Causæ.

Optum autem habent talia vlcera ab humore melancholico, autæ bilis nonnihil admixtum habente.

Signa Diagnostica.

Signa,

Cognoscuntur talia vlcera, quod lacia sunt malè colorata, & plerumque rubent, ac puriunt; & licet vlcus leuissimè tractetur vel aliterigatur, dolor percipitur; cum caniantes partes timent, vlcusque inætas dilatatur, & non solum cutis, sed & caro subiecta eroditur.

Prognosticum.

Prognosticum.

Hec vlcerum genus omne contumax & curatu difficile esse, iam antea dictum.

Curatio.

Curatio.

Curationem quod atinet, vniuersalibus præmissis & humore vitioso euacuato, ac diæta recta ratione instituta, vlceri medicamenta applicanda ex frigidis ticcis, adstringentibus, & simul discutientibus composita, qualia sunt *plantago*, *solanium*, *summitates rubi*, *flor. rosar. nuc. compressi*, *balanisia*, *cortex granator. mastiche*, *cortex thuris*, *plumbum vstum*, *lithargyrum*, & similia.

Primo ergo lauatur & foueatur vlcus hoc, vel simili decocto.

℞. *plantag.* M. i. *flor. ros. rubr.* *balanisia* *nuccis compressi*, an. ʒ. *Sem. baccar. myru.* *cortic. granator. sumach.* an. ʒ. iii. *alumin. vsti* ʒ. *Sem. Coquinag.* Colatura vlcus abluatur.

Vel ℞. *succirubi*, *plantag. solani*, *virga pastoris* an. ʒ. iii. *album. ouor.* num. vi. *aluminis* ʒ. iv. Desillentur in alambico plumbeo. Aqua vlcus abluatur & foueatur. Partes etiam vicinæ defensione aliquo illinendæ.

Post vlceris abluionem imponatur vnguentum diapompholygos, vnguentum album camphoratum, de minio.

Vel ℞. *talia præp.* ʒ. *Sem. plumbi vsti*, *corussa* ʒ. i. Misceantur in mortario plumbeo, affunde ido sensim lacem vel aqua plantaginis donec fiat massa.

Postea adde *boli Armeni* ʒ. iii. *el. rosar. cera* an. quantum sufficit. F. Vnguentum.

Plura huiusmodi medicamenta capite seq. videantur.

CAPVT XV.

De Phagedana.

Quia etiam, vt dictum, Phagedana sit mentio inter vlcera, quid ea sit, explicandum. Phagedana, à πῶς φάγειν, ab edendo, dicitur, nomenque hic seu tumor seu vlcus ab exedendo & erodendo accipit, quod vicinas partes erodat. Et quidem propriè vlcus est. Quia tamen vlceris oræ atrabile turgida in tumorem atolluntur, à nonnullis etiam ad tumores refertur, & à Galeno, in lib. de tumorib. cap. 14. eius sit mentio. Nos inter vlcera hinc explicabimus.

De nomine tamen notandum, id non semper eodem significatu accipi. Interdum enim, vt Galenus, 6. *epid. comm. 3. r. 37.* testatur, Phagedana multorum ciborum appetitum & etum significat; vnde ab auctore definitio. Medicarum definitur, quod sit constitutio, in qua multum appetentes cibum, sumentesque immodicum, non ipsum retinent, sed vbi crecerint, iursus appetunt; quo modo & ab Aureliano, lib. 3. *Cronic. cap. 3.* definitur. Vt ita hoc modo accepta Phagedana nihil sit aliud, quam eamini appetitus: & propterea Plinius, lib. 20. c. 5. & 13. lib. 30. cap. 9. lib. 35. cap. 15. distinctionis gratia, quando de ulcere loquitur, vlcetum nomen addere, & Phagedanas vlcerum appellare solet. Præterea Phagedana nomen interdum apum quamdam luem significat, de qua Columella, lib. 10. cap. 13. Verum Phagedanam hoc loco de vlcere accipimus, de quo Galenus, de tumorib. cap. 14, ait: Quæcumque ex vlcerebus depascuntur, atque circumiacentia corpora attingunt, quod sanum est ea continens erodentia. omnia hæc à Grecis φάγειν nuncupantur. Quæ verò ex vlcere composita sunt, ab vlcere scilicet & tumore carnem ambiente, φάγιδαναι vocantur. Depascitur quia etiam & herpes circum vicinas partes; verum solius cutis exulceratio existit: phagedana verò vna cum cute, quæ subiecta sunt, attingit.

Diuersus etiam affectus est *Νοσὸς ἀνιπιδαναι*, quod pascere significat, dicta propterea, quod pergere pascendo id vitium ab ægris particulis ad eas, quæ integra sunt, soleat, atque harum semper aliquid ægris adneere, atque ita non à substantia rei indicatæ, sed ab accessorio, quod est pascere, appellatio indita, vt Galenus, 5. *meth. med. cap. 4.* docet. Nomen enim putredinem depascentem significat, etiam si vlcus minimè serpat. Phagedana verò ab acris erodentibusque humoribus est, etiam sine putredine.

Quid autem Phagedana sit, iam dicendum. Est autem Phagedana, in specie & propriè sic dicta, vlcus, quod depascitur & erodit subiectam carnem, & quæ circa sunt, & ex sanis partibus subinde aliquid depopulatur, atque ægris adneit; vt ex 6. *aphor. 46.* videre est, & Galeno, de tumorib. cap. 12. Phagedana nimirum, quam Barbari Vlcus ambalatiuum appellant, vlcus est tumidum, profundum, partes vicinas & carnem subiectam erodens. Habet enim tumorem circa labia, quo ad hæc vlcus distinguitur, quæ sine tumore vicina exedit. Quæquam & aliter distinguitur à *Νοσὸς*, quod in Phagedana erosio fit à maligna qualitate & acrimonia humoris solum: in *Νοσὸς* verò simul putredo coniuncta est. Est quoque vlcus profundum, & non solum cutem, verum etiam carnem erodit; quæ ratione differt ab *Herpete*, qui solam cutem erodit.

Phagedana.

Νοσὸς.

Phagedana
quid sit?

Differentia
eius à Νοσὸς.

Causa.

Ortum habet hoc malum ab humore adusto & bilioso tere iam in naturam atræ bilis degenerante; vel à bile cum pituita salta, humoréque seroso & acri mixto: qui humor non tam tenuis est, vt ille, qui Herpetem afficit, neque tam crassus, vt ille, qui Cancrum. Proveniunt autem hi humores vel ab aliquo membro præcipuo, calida & sicca intemperie laborante, vel in ipsa parte affecta calida & sicca p. n. intemperie prædicta aduruntur.

Signa Diagnostica.

Signa iam explicata sunt, & ex hoc & antecedit. capite colligi possunt.

Prognostica.

- Prognostica. 1. Ulcera hæc difficilis sunt curationis; vnde & in genere Cacoëthe nominantur.
2. Alia tamen alius sunt maliora; quæ de causa necesse est, in promptu esse varia medicamenta viribus differentia. Neque enim vnicuique medicamento omnia talia ulcera faciliè quisquam curauerit.
3. Exedentia ulcera, cum intemperie epatis calida & sicca, vel lue venerea coniuncta, difficulter curantur.
4. Depalcentia ulcera nisi rectè & maturè sanentur, sæpe in exulceratum cancerum degenerant.

Curatio.

Curatio. Circa curationem huius ulceris notandum est, vt aliàs etiam sæpe dictum, nihil in eo, vt & in aliis morbis profici, memento adhuc causa. Itaque primò ea victus ratio instituenda est; quæ tales humores adustos non solum non generat, sed etiam eorum acrimoniam retundit atque corrigit: postea humores illo pravi è corpore educendi sunt.

Deinde & hoc obseruandum, quod annotat Galenus, *alleg. loco, c. 4. lib. 4. de compos. med. s. gen. ad Asclepiadis medicamentum, dum inquit: Rectè Asclepiades ad finem scripti medicamenti hæc verba adiecit: & hæc triduo soluito, fomentiisque mitigato, idemque Emplastrum ablutum emollito, rursumque imponit. Nisi enim diutius cuti pharmacum adhaeris, nihil efficit. Quod plerisque Medicos lauit, arbitrantes, si ter de die saniam ab ulcere deterferint, melius se facturos esse, qui bis idem faciunt.* Et certè hac in re vulgò sæpe peccatur, dum plerique existimant, se quam optimè ægris consulere, si de die ter aut quater tale vlcus absterferint. Verùm cum medicamentum non agat, nisi à calore nativo in actum deducatur; atque in malignis & diuturnis ulceribus partes affectæ calor sit valde debilis, multo tempore eget ad vim medicamenti excitandam. Vnde medicamentum idem loco affecto diutius inhærare debet, neque vbi à calore partis affectæ vix eius vis excitata est, vt iam agere incipiat, eius actio interturbanda, & novum medicamentum applicandum est. Qua in re tamen conditio humoris vlcus excitantis consideranda. Si enim is valde acris sit, sæpius abstergendus, ne ulcerata parti inhærens eam magis corrumpat.

CAPVT XVI.

De Ulcere cum dolore.

Non solum autem causæ ulcera fouent & augent, ac morbi quidam iis coniunguntur, sed & dolor ulceribus sæpe accidit: qui propterea statim leniendus; cum dolor attrahat, vlcus augeat, ac vt inflammationes & erysipelata accedant, in causa est. De dolore autem in genere, *lib. 1. Practic. part. 3. sect. 1. cap. 2.* dictum. Vt hic saltem de dolore ulcerum agamus, oritur dolor in ulceribus plerumque ab

Operum Sennerti Tom. III.

A humore acri & erodente. Cùm verò, vt in *Institutionib. lib. 5. part. 2. sect. 3. cap. & loco alleg.* dictum, dolor auferatur, vel tollendo causam, vel dolorem propriè leniendo, vel sensum auferendo: vltimus modus non adeo tutus est, & non sine partis detrimento adhibetur, ac non nisi maxima urgente necessitate eo vtendum. Propterea tutissimum est, causam doloris auferre, aut si id non nisi longiore tempore fieri possit, & metuendum sit, ne interea vlcus augeatur, & deterius roddatur, anodyna vsurpanda. Quæ qualia sint, *allegato loco* dictum. Vtilia hic sunt, *vitellus oui, crocus, terebinthina, ol. rosaceum, abietis resina*, è quibus multis humore sunt; vlceri imponenda. In ambitu verò ulceris, *pinguedo gallinae, asferis, anaris, mucilago sem. lini, sanigr. albæ, ol. amygd. dulc. chamamelinum, arctium, violarum*, imponenda.

Vel *℞. malua, albæ an. M. i. Coq. ad mollietatem & contendantur. Contusis & perietaceum aiectis adde farina hordei ℥. i. sem. lini, sanigr. a. ℥. i. ol. rosar. ℥. ii. chamamelin. lil. alb. an. ℥. i. mucilag. sem. albæ, aq. fl. sambuci extr. ℥. i. b. croci ℥. i. vitell. ouer. ii. F. Cataplasma.*

Vel *℞. micar. panis albi ℥. ii. Macerentur lacte. Adde farina hordei, sem. lini an. ℥. i. palu. fl. chamamel. ℥. b. ol. rosar. ℥. i. b. rymphae ℥. b. vitell. oui. croci ℥. i. Misc. F. Cataplasma.*

Si ad causam verò medicamenta accommodare libuerit, cum frequentissimè à calidis & acris humoribus dolor in ulceribus oritur, ad eum tollendum adhiberi possunt succus vel aq. *destill. solani, plantag. hyoscyami, semperuii, oleum ros. album, enoui cum aq. ros.* Hinc Cataplasmata ex *malua, plantagine, solano, oleo rosac* imponi; vel unguentum ex *albumine oui ol. rosar. & lithargyro*, diluente in mortario plumbeo tritis, & postea cum succo semperuii ad succi consumptionem coctis; vel cum integrum cum oleo rosaceo & terebinthina in mortario plumbeo diligenter mistum; vel unguentum album camphoratum.

Si ad narcotica accedere necessitas cogat, oleum papaueris hyoscyami, mandragoræ, de ianis; vel succus hyoscyami cum lacte applicari poterunt.

CAPVT XVII.

De Tibiarum, & aliis particularibus Ulceribus.

Atque hæc in genere de ulceribus per compendium dicere volumus, quæ quis faciliè ad priuatarum partium ulcera applicare poterit. Neque opus esse putamus, vt de singularum partium ulceribus dicamus, cum de his in libris superioribus actum sit, vt mox dicitur. Hoc ergo capite in specie saltem de tibiæ ulceribus dicemus. Frequenter enim Tibiarum accidit, vt humores pravi, præsertim melancholici, vlcera. tum pondere suo ad crura tendentes, tum à natura eò, vt ad partes extremas, depulsi, ulcera excutent, idque præsertim post Erysipelata cruris frequentius instantia accidit, & præsertim in sceminis, vbi procul dubio vteri vitium concurrat; & scio quibusdam familiis talia ulcera familiaria esse, vt omnes sceminæ in ea, etiam aliàs bene habere videantur, ulcera alia diuturna in cruribus habeant. Et omnino maturè hisce vlcibus occurrendum est. Nisi enim statim sanentur, natura adsuescit ad has partes vitiosos humores in corpore cumulosos amandare, qui postea, si vlcus occludatur, & corpus non diligenter & sæpius purgetur, alios morbos grauios, præcipuè in senescentibus excitant. Solent

etiam neglecta incrementum sumere, partes vicinas corumpere, callosa fieri, vt ita, si iis non maturè succurratur, incurabilia postea fiant.

Vt autem vlcera hæc rectè curentur, primò corpus diligenter ab humore vitioso purgandum, & lenis, quod plerumque subest, vitium corrigendum, ac purgatio aliquoties repetenda.

Postea ipsi vlceri unguentum diapompholygos imponendum, quod in hoc vlcerum genere, temper efficacissimum deprehendi, eo vsque, donec pus bonum & album appareat.

Deinde hoc Emplastrum: ℞. Unguenti diapompholyg. empl. diapalma, grysei an. ℥. j. gummi elemi ℥. ij. sacch. Saturn. ℥. j. M. in mortario plumbeo.

Quibus duobus medicamentis sæpe feliciter diuturna crurum vlcera sanauit.

Vel ℞. cerussa ℥. ij. lithargyri ℥. j. ol. ros. lb. j. cera ℥. ij. In mortario plumbeo diligenter miscantur. Postea adde triticeaq. solani prap. thuris, plumbi ossi an. ℥. i. Iterum in mortario ducantur. F. Unguentum.

Vel ℞. cera, resina an. ℥. j. seni castrati ℥. ij. picis nautalis, olei, an. ℥. ij. mastich. thuris, myrrhe an. ℥. ij. lithargyri ℥. j. b. cerussa ℥. b.

Olea, resina, cera, & tebum simul liquefiant, & ad iustam consistentiam coquantur: postea addantur reliqua.

Vel ℞. cera alba, terebinth. resina, an. ℥. j. thuris, mastich. an. ℥. ij. styrac. calamit. ℥. ij. gummi elemi ℥. vi. aristol. rot. ℥. ij. succi millefol. betonica an. ℥. b. ol. ros. q. l. F. Unguentum.

Primò a. cera, resina, terebinthina, & olea simul dissoluantur: postea affundantur succi, & cum insuigidari incipit, pulueres.

Vel ℞. ol. rosar. ℥. xij. cerussa ℥. iij. lithargyri ℥. iij. b. thuris, mastich. an. ℥. b. sang. dracon. ℥. b. myrrha, sarcocolla an. ℥. ij. Coq. parum vsque ad tubedinem; postea ab igne amoueantur, & immergatur linteam antiquum, quod materia emplastri imbutum eximatur, & extendatur. F. Sparadrapus.

De reliquarum partium vlceribus, iam in prioribus libris Practicæ actum. Nimirum *Libr. I. part. 3. sect. 2. cap. 18.* de vlceribus adnatæ, & cornæ tunicæ: *Ibid. sect. 3. cap. 3.* de vlcere aurium: *Ibid. sect. 4. cap. 1.* de narium vlceribus. *Libr. II. part. 1. cap. 3.* de labiorum vlceribus: *ibid. cap. 16.* de gingiu. vlceribus: *Ibid. cap. 18.* de oris vlceribus: *ibid. cap. 21.* de gurgulionis exulceratione: *ibid. cap. 22.* de tonsillar. vlceribus: *Part. 2. cap. 1.* de asperæ arteriæ vlceribus: *ibid. cap. 12.* de pulmonis vlceribus: *ibid. cap. 18.* de fistulis thoracis: *Part. 4. cap. 3.* de vlceribus cordis. *Libro III. part. 1. sect. 1. cap. 1.* de vlceribus œsophagi: *ibid. cap. 17.* de vlceribus ventriculi: *part. 2. sect. 1. cap. 9. & 10.* de vlceribus intestinorum: *part. 3. cap. 5.* de abscessibus & vlceribus mesenterij: *ibid. cap. 7.* de vlceribus Pancreatis: *ibid. cap. 8.* de vlceribus omenti: *Part. 4. cap. 8.* de lenis vlceribus: *part. 7. cap. 8.* de vlceribus: *ibid. cap. 9.* de vlceribus vesicæ: *part. 7. cap. 11.* de vlceribus renum. *Part. 8. sect. 1. cap. 6.* de vlceribus vesicæ: *ibid. cap. 9.* de vlceribus meatu urinarij: *Part. 8. cap. 5.* de testium vlceribus: *ibid. cap. 6.* de scroti vlceribus. *Ibid. cap. 8. & 10.* de penis vlceribus: *Part. 10. cap. 3.* de umbilici vlcere: *ibid. cap. 7. 11.* de abdominis vlceribus. *Lib. IV. part. 1. sect. 1. cap. 4. 8.* de vlceribus cernicis Vteri: *ibid. cap. 10.* de fistulis colli vteri: *ibid. c. 11.* de cancro vteri: *ibid. cap. 12.* de gangræna & sphacelo vteri: *sect. 2. c. 14.* de vteri cancro: *ibid. cap. 19.* de vlceribus vteri: *ibid. cap. 20.* de te-

stium muliebr. vlceribus: *Part. 3. sect. 1. cap. 7.* de cancro mammatum: *cap. 8.* de vlceribus & fistulis mammarum: *ibid. cap. 11.* de vlceribus papillarum.

CAPVT XVIII.

De Ambustionibus.

Vlceribus non immeritò subiungimus Ambustiones, quæ etiam vlcera excitant. Sæpe enim accidit, vt casu aliquo fortuito, vel aqua, vel oleo feruente, vel metallo liquefacto membra perfundantur, vel in ignem, aquam, vel oleum feruens aliquis incidat. Quod vbi accidit, dolor, vesicæ, exulcerationes excitantur.

Sunt enim Ambustorum tres gradus seu differentia. Aliquando enim ardor & dolor saltem in parte affecta ab ambustione excitatur, & nisi statim remedia adhibeantur, cuticula à vera cute separatur, & abscedit, ac vesicæ excitantur, in quibus aqua limpida continetur: Aliàs etiam statim & in momento vesica attollitur, ipsaque cutis adurit, exsiccat, torretur, & contrahitur, nulla tamen crusta vel eschara inducitur. Aliàs verò ipsa cutis, imò interdum subiecta caro, adurit, exsiccat, & eschara inducitur, & cutis nigra euadit, sensum non nihil amittit, & postquam eschara decidit, vlcus satis profundum relinquitur. Ignis enim continuum soluit, dolorémque excitat: & quia partes humidæ in cute vix ignis retoluntur, & exspirare conantur, cuticulæ v. densitate retinentur, eam attollunt, & vesicam excitant. Interdum verò vi ignis aliquid humidi in parte remanet, vnde cutis contrahitur: aliquando verò humidum partis planè dissipatur & exsiccat, escharaque inducitur. Id quod accidit pro rerum comburentium varietate. Minus enim comburit aqua, & quidem magis vel minus, prout magis vel minus feruida est. Non etiam magnam ambustionem efficiunt stipulæ, stramen, linum, & similia, nisi ambustio continuetur. Plus oleum, pinguedines, vernix, pix, mel, cera. Adhuc vehementius comburunt plumbum, stannum liquefactum, ferrum & alia metalla ignita, vt & ipse ignis actualis, pulueris tormentarij, & ignis fulminaris. Quò enim ignis est in subiecto densiore, & ita plures eius atomi concurrunt, visque eius est condensata, & quò diutius actio ignis continuatur, eò maior sit combustio. Si verò ignis sit in subiecto rariore, atque ita eius atomi dispersæ & param vnitæ, actio quoque eius breuius durat, minor sit ambustio.

Prognostica.

De signis Diagnostici aliquid dicere opus non est; cum ipsa ambustio per se manifesta sit. Gradus etiam eius, & quousque peruenit, ex iis, quæ modò dicta sunt, patent.

Prognostica quod attinet: 1. Quò leuior est ambustio, eò facilius curatur & minora mala affert: quò verò grauior est, eò difficilius curatur, & grauiora mala excitat. Sæpe enim partis inflammatio, imò vixione, humido radicali absumto, & calore natiuo dissipato, inde oritur, vlcera difficilia excitantur, partis motus aboletur, ac turpes cicatrices relinquuntur.

2. Ambustio à fulmine etiam periculosa est, & plerumque lethalis.

3. Quò corpus purius est, eò facilius curatur ambustio. Si verò sit vel plethoricorum vel cacochymicum, faciliè ex dolore & calore affluxus sit humorum, & inde inflammationes, vlcera putrida, & alia mala excitantur.

4. Ambustio etiam nunc magis nunc minus ps-

riculosa est, pro affectarum partium ratione. Si enim una pars saltem amburatur, minus periculi adest, quam si plures, aut totum corpus amburitur. Vbi enim plures partes vel totum corpus ambustum est, ratio ægri conualescunt, sed vehementia symptomatum miserè moriantur.

5. Si ambustio ita profunda sit, ut ad maiores venas, arterias, nervos penetret, periculosa est. Cum enim vasa exsiccata contrahantur & claudantur, sanguis ac spiritus ad partem affectam confluere non possunt, unde atrophia, gangæna, sensus & motus ablatio excitatur.

6. Abdominis combustiones difficulter curantur. Cutis enim ibi est mollior, & muscoli illi varios ob motus variè extenduntur & contrahuntur.

7. Si ambustio ad intestina vsque penetret, lethalis est.

8. Periculosa quoque est inguinum ambustio; cum loca ea sint humida & humorum affluxui oportuna.

9. Oculorum combustiones quoque periculosæ sunt. Quamquam enim leues sint: tamen vel cæcitatem, vel visus depravationem, aut certè immutationem inducere possunt.

10. Si partes capillatæ paulò grauius comburantur, glabræ manent, & in cicatrice duriorè indurata nulli pilii generantur.

Curatio.

Curatio.

Equidem quidam, ex trito illo Medicorum axioma, contraria contrariorum sunt remedia, ambusta refrigeranda, & propterea ambustis partibus statim refrigerantia imponenda esse censent. Verùm ex vulgari, sed falsa, opinione, sententia hæc ortum habet, nimirum ambustionem esse saltem alterationem, & qualitatis calidæ inductionem; cum tamen ipse ignis eiusque atomi parti ambustæ communicentur, & empyreuma, ut omnes confiteri necesse habent, inducatur. Quid enim aliud est empyreuma hoc; quod omnes euocandum docent, quam minimæ ignis particula, quæ in partem ambustam sese penetrarunt? Etipso experientia docuit, frigida ambustiones non curare, sed iis summopere, igneis particulis in penitiora reclusis, dolorem augeri, inflammationes, imò gangrænam & sphacelum excitari; calida verò, quæ empyreuma euocant, professe, unde etiam vulgo notum est, partes ambustas non frigidæ immergendas, sed potius igni parumper adiuuandas esse. Quod etsi reprehendere videatur Platerus: tamen vsu edoctum vulgus id facit, annotauitque iam olim illud Aristoteles, *sect. 1. probl. 36*. Neque quæ applicantur calida, ut anodyna applicantur; cum non quæuis anodyna id præstent, ut mox ex cura patebit, sed ea saltem, quæ empyreuma euocandi vim habent. Attractionem verò facit similitudo, atque ignis externus intrinsecum & iniustum à se parti ignem foras euocat, ut rectè loquitur Ambrosius Paræus, *lib. 11. cap. 9*.

Prima ergo in ambustionis curatione cura sit, Emphyreuma euocare. Eodem nimirum modo, sicut *parte 1. cap. 15. de Pernionib.* diximus, ut partes refrigeratæ non rectè curantur, si igni admoucantur, vel aquæ calidæ immergantur; cum dolor inde longè intensissimus, imò sæpè gangræna & sphacelus excitetur; sed si niue primò fricentur, vel aquæ frigidæ immergantur, frigus extrahatur: ita si calidis empyreuma euocetur, quod similitudinis ratione fit, malum hoc tollitur. Quod ut rectè fiat, secundum gradus ambustionis supra propósitos curatio instituenda.

Ambustio-
nis leuis
curatio.

Primò ergo si leuis combustio sit, præcauendum, quantum fieri potest, ne pustulæ oriantur. Id enim si fiat, ab omni malo æger iam liberatus est. Facien-

A dum autem id maturè, ideòque quicquid medicamentum ad manus est, statim usurpandum, & propterea membrum, si ita eius conditio fert, igni parumper adiuuandum est, vel in aquam calidam immergendam, vel spongia aut linteo duplicato aqua calida madido fouendum, ut empyreuma ratione similitudinis extrahatur; vel statim linteam vernice tinctum membro ambusto imponendum; vel linteam lixiuio aut aqua, in qua calx viva exstincta sit, madidum. Mox cæpæ in mortario cum sale contusæ membro ambusto imponendæ. Vel hoc vnguentum.

Vel ℞. *cæpæ cruda* ℥. j. *℞. salis, saponis Veneti* an. ℥. ℞. Misceantur in mortario, affundendo *ol. ros.* q. s. F. Vnguentum.

B Vel ℞. *saponis Veneti* ℥. iij. *cæpæ cruda* ℥. j. *salis* ℞. vj. *ol. ouor.* ℥. ℞. *rosac. amygd. dulc.* an. ℥. j. *mucilag. sem. cydon.* ℥. j. Misc. F. Vnguentum.

Vel ℞. *coriicem viridem sambuci*, aut *prima sambuci germina*, contendantur, coquantur in *butyro rec. s. s.* Colentur.

Vel ℞. *calcem viuam* aq. ros. sæpius lotam, & cum *ol. ros.* F. Linimentum.

Vel ℞. *ol. lini, oliuar.* an. ℥. j. *℞. salis*, ℥. ℞. *album ouor.* num. ij. Misc.

Vel ℞. *butyri Majal. s. sale, saponis Veneti, vernicis* an. Misc.

Vel ℞. *ol. rosar.* ℥. iij. *campbor.* ℞. iij. *album ouor.* num. iij. Misc.

Vel ℞. *succicæpar.* ℥. iij. *ol. ros. butyri rec. s. sale, ping. porci* ℥. j. *calcis lotæ aq. ros.* ℥. ℞. *mucilag. sem. cydonior. aq. ros. extr.* ℥. j. *terebinth. parum.* F. Linimentum.

Vel ℞. *coric. medii viridis sambuci*, ℥. j. *℞. succi geminum primor. sambuci* ℥. j. *ol. lini, rosac.* an. ℞. vi. *vernicis, ping. porci* an. ℥. i. *cera* ℥. j. *℞. thuris pulueris.* ℥. j. Coq. in aq. aliquandiu, & cum refrigerata fuerint, pinguedinem colligo, & loco vnguenti usurpa.

E *calce* sæpius, & vel duodecies, lota, & aqua priore semper abiecta, varia vnguenta ad combustionem vtilissima sunt, Miscetur enim vel cum *butyro sine sale*, vel *ol. rosar.* aut *hyperici*. Interdum alia adduntur, ut *mucilago sem. cydonior. psyllij, album. oui, cera alba*.

Vtilia sunt & hæc. ℞. *succi cortic. med. sambuci*, ℥. j. *℞. cremoris lactis* lb. j. Coq. ad consistent. iutam. Adde *mucilag. sem. cydon. aqu. solani extr. butyris. s. cerussa* an. ℥. ℞. Misc. F. Vnguentum.

Vel ℞. *ol. lini* ℥. iij. *cera noua* ℥. ij. *album. ouor.* q. s. Misc. super igne. F. Vnguentum.

Ad omnia ambusta sananda etiam maximè valet hoc: ℞. *ol. oliuar.* part. j. *album. ouor.* part. ij. Conquassentur diligenter & exactè misceantur, ut F. Vngu. album; quo locus ambustus cum pluma gallinæ sæpius de die illinendus, vsque dum crusta spontè decidat, nec vlla ligatura externa adhibenda.

Ambrosius Paræus in Nosocomio Parisiensi hoc feliciter usurpari scribit.

℞. *lardi concisi* lb. i. Liquefiat in *aq. ros.* & coletur per linteam ratum. Lauetur quater *aq. plantag.* vel altera conueniente. Postea add. *vitell. ouor. rec.* num. iij. F. Vnguentum.

Vel ℞. *cancros q. v.* Contunde viuas in mortatio. Postea sume *butyrum recens s. sale*, feruescat, & despumetur. Calefacto iniice *cancros contusos*, & coq. donec rufescant.

Postea coletur, & vnguentum vsui seruetur, quod est efficacissimum.

Omnibonus Ferrarius, *de arte medic. infanti. lib. 4. cap. 25.* hoc tanquam secretum, & quod sæpius felicissimè expertus sit, commendat, etsi iam pustulæ eleuatæ fiat: ℞. *album. ouor.* ij. *ol. rosar.* ℥. ij.

aqu. rosar. Vnc. j. Misce diligenter.

Postea panniculus albus lineus vel sericus, raræ texture, isto linimento madefactus parti ambustæ imponatur, & nunquam auferatur, donec malum sanatum sit, sed quotidie bis aut ter salteum linteum iterum illinatur & madefiat. Quarto die elapso, loco albumini. ouor. vitelli eorum sunt, & ira vsus continuetur, donec videatur nouæ cuticulæ regeneratio fieri: Tunc verò forfice paulatim de die in diem, vbi noua cuticula generata fuit, panniculus abscindendus, donec totus ablatus sit: quo ablato nullum vestigium læsionis apparebit.

Vel *℞. cortic. medij sambuci q. v. Coq. in oleo oliuarum.* Col. adde *cerussa* part. ij. *plumbi vili lithargyri* an. part. j. Misce diligenter in mortario plumbeo.

De omnibus tamen vnguentis hoc notandum, ita comparata esse debere, vt tenaciter parti non adhæreant, sed facile abstergi & remoueri possint. Neque enim vlcera hæc ferunt, vt fouet abstergantur, sed ferè linteo subtilissimo parti admoto à pure mundari debent. Si vero vnguenta tenaciter adhæreant, & ægto dolorem, & Medico molestiam in abstergendo pariant.

Vesicæ & pustulæ si eleuentur, nec tamen malum grauius, non statim aperiendæ. Si enim statim aperiuntur, ob cutem denudatam dolor excitatur, & curatio tardius perficitur. Sed tertio demum die, vbi cuticula regenerari incipit, aperiendæ, non verò diutius aperiitio protrahenda, ne humor contentus acrior fiat, & cutem erodat.

Ad primum hunc gradum plerumque pertinet. (Nam si sit maior pulueris tormentari copia, vehementius lædit) ambustio, quæ sit à puluere tormentario, quæ hoc sæpe peculiare habet, vt grana huius pulueris cuti faciei infixamaneant, & deformitatem pariant. Quod si fiat, (aliàs enim si pars saltem à flamma pulueris læsa sit, nec grana cuti immilla & impacta, vt aliæ combustiones sanandæ) statim acu aut alio instrumento commodo grana extrahenda. Quod si omnia statim extra non possint permittendum, vt pustulæ eleuentur; ita enim facilius reliqua grana extrahentur. Si verò Chirurgus non statim in principio vocetur, & combustionem iam sanata macula relicta fuerint, vesicatorium è cantharidibus & fermento imponendum, & vesicæ excitata forcipe incidendæ, puluis eximendus, & locus (quod aliàs etiam in talibus combustionibus faciendum) *decolto fœnigraci* & *β. chamæmeli* à nigredine diligenter abluendus. Postea hoc vel simili linimento vtendum.

℞. gammii elemi ℥ j. Dissoluantur in *ol. ouor. rosar. lil. alb.* an. ℥. ij. *ung. basilici* ℥. iij. *butyri f. sale* ℥. j. Misc.

Guillel. Fabricius, *lib. de Combustionib. cap. 6.* etiam *pulvere precipitati* vtitur.

Sed rectè monet Paræus, puluerem pyrium, ita sæpe in cutem & carnem penetrare, iis non insigniter læsis, vt nullis remediis, non phœnigmis, non vesicatoriis, non scarificatione, non cucurbitulis, aut corniculis eximi, & inde elici queat, adeo vt sæpe eius impressa maneat vestigia, vt ipsa experientia testatur.

Ad dolorem verò leniendum partes vicinæ hoc vnguento illinantur.

℞. pt. amygd. dulc. rosar. cera alba an. ℥. j. Liquefiant super igne, & adde *camphora* ℥. j. *mucilag. sem. cydon. parum.* Misc.

Pertinet huc & ambustio, quæ sit à fulmine. Cum verò fulmen malignam & venenatam qualitatem coniunctam habeat, id quod ex tetro odore & summa vinocendi & interficiendi patet, vt & ex

A eo, quod canes animalium fulmine occisorum carnes non attingunt: statim homini à fulmine tacti pulu. aliquis bezoardic. vel theriaca, vel aqua bezoardica, exhibenda, sudor que prouocandus. Arteria quoque, labia, lingua, nates, inungeudæ vino, in quo theriaca dissoluta sit, & carpis ac cordi epithema cordiale imponendum: loco verò amouisto applicanda vnguenta ex *capis, foliis ruta & theriaca.* Exhibendi etiam sint syrups, conteruz, & pulueres cordiales.

Si eschara inducta sit, ea scalpello maturè remouenda, & tale vnguentum adhibendum.

℞. pulu. rad. vincetoxici, angelica an. ℥. ℥. *fol. ruta, scordii* an. ℥. j. *theriaca* ℥. ij. *spir. theriacalis* ℥. ij. *mell. rosac.* ℥. ij. Misc.

Vlcere mundato peluis hic sarcoticus inspergendus.

℞. rad. angelica vincetoxici an. ℥. j. *myrrha, massich. thuris, folior. scordii* an. ℥. ℥. *aloës succorinæ* ℥. ij. F. puluis, qui irroretur *succo Nicotiana vera & Janicula,* & F. Trochisci, qui in umbra siccentur, atque, vbi opus, iterum in puluerem redigantur.

Si qua ossa etiam fracta sint, non illa vulgata Cataplasmata adstringentia vturpanda, ne veneni euacuatione impediatur, sed aliud ex *farina fabar. hordei, lupinor. rad. angelica, vincetoxici, fol. ruta, scordii, theriaca* laque singulis diebus renouandum, donec veneni vis victa & discussa sit. Supra verò locum defensionium apponendum, ne vapores venenati per vasa sua ad cor ascendant.

Si verò conbustio tam vehemens sit, vt non solum vesicæ excitatæ sint, sed & cutis combusta, exsiccata & contracta sit, medicamenta empyreuma tantum extrahentia non sufficiunt, nec solum adhibenda, sed talia applicanda, quæ cutem exsiccatam emolliunt. Ideoque statim omnes pustulæ incidendæ, vt humor calidus & acris effluat; hinc statim loco affecto tale vnguentum imponatur.

℞. vnguenti basilici ℥. j. *ol. rosac. amygd. lil. albor.* an. ℥. iij. *vitell. ouor.* num. iij. Misc.

Vel *℞. butyri f. salerec. pingued. gallinæ rec.* an. ℥. j. *cera noua, ol. lil. alb.* an. ℥. ℥. Liquefiant super igne, & admisce *croci* ℥. j. *mucilag. sem. cydonior.* ℥. j. Misc.

Vel hoc Fabricij: *℞. butyri rec. f. sale, aq. ros. lotæ* ℥. iij. *ol. violar. de vitell. ouor. amygd. d.* an. ℥. ℥. *farinæ hordei* ℥. j. *croci* ℥. j. *mucilag. sem. cydon.* ℥. j. *cera* q. l. F. Vnguentum.

Vel aliud ex antea propositis.

Vel *℞. lithargyri, cerussa, vel minii* q. v. Ebuliant in aceto. Aceto per filtrum traiecto, adde *ol. viol. vel ouor.* q. l. & diligenter misceantur.

Postea *℞. pulpa malor. dulc. sub prunis cost.* ℥. ij. *farina hord. sem. fœnigr.* an. ℥. ℥. Cum lacte fiat Cataplasma; cui adde *croci* ℥. ℥. Misc.

Supra verò locum ambustum tale defensionium imponatur.

℞. pulu. boli Arm. sang. dracon. balaust. fl. ros. rub. an. ℥. ℥. *ol. ros.* ℥. iij. *cera* ℥. j. *acetis parum.* F. Vnguentum.

Ipsum membrum postea fascia *oxycrato* madida inuoluendum. aut linteum *oxycrato* madidum imponendum, vt dolor leniatur, & influxus humorum prohibeatur. Vulgò *muria illa acida,* in qua *brassica capitata* seruatur, vti solent.

Si tandem cutis non saltem exsiccata non nihil, sed & omne humilium radicale in ea abiumentum, & cadus ambulidum innatum dissipatum sit, imò ipsa caro & venæ, arteriæ, nerui combusti, vt gangræna partis metuenda sit; primò pustulæ & vesicæ omnes incidendæ, & aqua in iis contenta exsiccanda. Postea

Ambustio à puluere tormentario.

Secundi gradus combustionis curatio.

Ambustio à fulmine.

Tertii gradus combustionis curatio.

danda opera, vt eschara statim primo vel secundo die separetur, aut si id fieri non possit, pluribus in locis scalpello incidenda, vt humori exeat, medicamentis vero ad partem affectam aditus detur. Statim ergo limumentum Guil. Fabricii proxime descriptum imponendum.

Vel *℞. butyris. s. ol. ros. loti. ℥. iii. ungu. basilici. ℥. i. mucilag. sem. cydon. aqu. ros. ext. ol. amygd. d. lil. alb. an. ℥. v. vitell. on. i. Misc.*

Vel *℞. butyris. s. ol. ros. ping. porci an. ℥. i. vitell. on. ii. Misc.*

Vel *℞. mucilag. sem. cydon. ag. pariet. ext. ℥. ii. ol. lil. alb. ℥. i. vitell. on. i. cera q. s. F. Vng. molle.*

Supra linteam vero de seq. emulsione medicum imponendum.

℞. sem. cucurbitae ex cortic. ℥. ii. cydon. ℥. ii. faenigr. ℥. i. aqu. pura lb. vi. F. Emulsiō. Adde saponis Veneti albi ℥. Sem. camphora ℥. Sem. Misc.

Defensiva hic, praecipue si pars iam intumescere incipiat non adeo commoda sunt, praesertim si gangraena imminet, cum transpirationem prohibeant.

Si gangraena iam incipiat, curatio instituenda, vt capite seq. dicitur; & si quid plane combustum maturè sepatandum, ne putredo partes sanas corripiat.

Vbi eschara, & quod combustum est, separatim fuerit, vlcus mundandum, carne implendum, & cicatrice claudendum, vt haec de vlcere cura dicitur, & cap. sequ. dicitur. Cicatricem tamen inducentia non nimis sicca sint, ne turpis & rugosa cicatrix fiat.

Guil. Fabricius ad cicatricem in ambustis inducendam visus est: *℞. empl. palmeti ℥. ii. pingued. gallinae anser. an. ℥. Sem. Liquefiant simul. Deinde admisce aluminis vsti, plumbi calcinati, lithargyri auri, lapid. calaminar. an. ℥. i. Terantur in mortario plumbeo, addendo mucilag. sem. cydon. faenigraci an. q. s. F. Vnguentum.*

Vnguentum alabastrinum etiam hoc in casu sapissime magno emolumento vsurpauit, cuius haec est descriptio: *℞. lapid. alabastris. calcinati, ℥. i. Sem. fumicis albi calcin. ℥. Sem. alumin. vsti ℥. ii. F. omnium tenuissimus puluis.*

Postea *℞. cera alba, sibi hircini, ol. amygd. dulc. lil. alb. an. ℥. i. vitell. on. ℥. Sem. F. Vnguentum,* quod emoluit, dolorem lenit, & cicatricem pulchram inducit.

Si venae & arteriae, vt & nervi, combesti sint, ne pars atrophica ob defectum alimenti corripatur, sed vasa constructa aperiantur, sequenti vnguento illinenda.

℞. succilumbricor. ℥. ii. pingued. human. gallinae vrsi an. ℥. i. spir. vini ℥. ii. Misc.

Si partes natura diffiter combestae sint, vt palpebrae labia, digiti, ne coalescant, sicca linamenta aut laminae plumbeae subtilissimae interponendae.

Tandem etiam partium affectarum habenda est ratio in eligendis medicamentis. Faciei enim ambustae non conueniunt medicamenta ex caepis, sapone liquida, vt & vernice; cum faciliè oculi inde laedi possint. Ideoque faciei Vnguentum Omniboni Ferrarii antea propositum, vel ex sapone aliquod spissius ne diffluat, imponendum.

Vel *℞. ol. rosar. amygd. dulc. an. ℥. Sem. saponis Veneti ℥. i. Misc.*

Si oculi sint laesi, statim lac muliebre vel aliud tepidum instilletur; aut tale collyrium: *℞. ag. ros. ℥. iii. plantagin. ℥. i. sem. cydon. faenigr. an. ℥. i. Stent in loco calido & colentur.*

Si combustio sit vehemens & crusta excitata, cauendum; ne palpebrae retrahantur, quod magnam deformitatem affert. Ideoque fomentatio per emollientia instituenda. Vt *℞. rad. althaeae, maluae an.*

℞. vi. fol. althaeae, maluae, st. rueliloti, sarab. n. M. Sem. faenigr. lini cydonior. an. Vnc. Sem. Coqu. & decocto palpebrae foueantur.

Postea inungatur hoc vnguento: *℞. mucos. ag. sem. cydon. faenigr. ag. ℥. ii. ol. amygd. d. pingued. human. an. ℥. i. gummi elemi ℥. i. Liquefiant super igne, & colentur.*

Vel *℞. ol. lil. alb. onor. an. ℥. Sem. pingued. humanae ℥. vi. gummi elemi ℥. ii. cera uera ℥. i. croci ℥. i. F. Vnguentum.*

Sapius vero cutis vera que manu extendatur.

Articuli & iuncturae si comburantur, cum sint partes ferè ex carnis, nervosae, & magno sensu praeditae, ne affluxus humorum fiat, & grauius malum excitetur, vniuersales euacuationes non omittantur.

Topica vero non sint acris, & caepis, sapone, & similibus; sed lenientia & adolynia praueuenda, ne nervi contrahantur, & articulus incuruetur.

Vt *℞. lil. alb. amygd. d. lumbricar. an. ℥. i. pingued. gallinae human. an. ℥. i. Sem. anis. dialthaeae ℥. vi. gummi elemi ℥. ii. Misc. F. Vnguentum.*

Ferulae quoque vel alia instrumenta blandè & sine dolore membro adaptanda, vt contractio impediatur.

Si vero nervi contracti sint, & iuncturae incuruae vniuersalibus praemiis, pars affecta primo fomenta decocto emolliente, parato è *rad. althaeae, bryoniae, lil. alb. fol. althaeae, maluae, chamopyris, st. chamomeli, hyperici, semin. lini, faenigraci*

Postea inungatur hoc vnguento: *℞. ungu. dialthaeae ℥. pingued. gallinae human. aniseris an. ℥. Sem. succilumbricor. ℥. i. Misc. Emponendam empl. diachyl. s. & ac. melisero.*

Simul etiam membrum contra edumiditatis instrumentis sensim extendendum. quae de purgatione in Chirurgia Gualtheri Ruffi, & ap. Guilielmi fabricii, in tract. de combustion. quae ibi videntur.

Si inguina comburantur, cum sint loca illa humida, laxa & fluxionibus oportuna, ac ob glandularum vicinitatem faciliè humores confluant, & gangraena excitetur, medicamenta magis sicca sint, q. am in aliis partibus. Ideoque si pustula mellea eruperit, medicamenta ex sapone, caepis, & calce vtilia sunt. Pustulae vero si iam sint eleuatae, matuta aperiantur. Postea imponatur hoc vnguentum.

℞. ungu. rosacei ℥. i. basilici ℥. vi. ol. vitell. onor. lil. alb. an. ℥. Sem. myrrhae, aloes, an. Drach. i. Misc.

Super vnguentum tota parstali cooperiatur emplastro: *℞. farinae hordei, fabar. crebi an. ℥. i. pulu. rosar. ℥. b. Cum mell. ros. vel oxymel. s. F. Cataplasma.*

Si vero combustio magna sit, & gangraena metueda, medicamenta, quae cap. seq. de gangraena proponuntur, vsurpanda.

Cicatrices etiam turpes saepe post combustionem relinquuntur, ob nimiam ab igne exsiccationem. Quod vitari si metuatur, id praueuendum emollientibus toto curationis tempore adhibitis: valdè vero sicca cicatricem inducentia non vsurpanda. Fovenda nimirum pars decocto modo de contractura membrorum proposito. Postea inungenda hoc linimento: *℞. el. onor. lil. alb. an. ℥. b. pingued. human. gallin. pisci. i. j. ali. an. ℥. iii. el. myrrhae ℥. b. succilumbricor. ℥. b. Misc.*

Dista.

Dista simul recta instituatur ratio. Vicitus sit refrigerans & humectans, vitaturque aeger iusculis, in quibus endivia, acetosa, lactuca, borrago cetera sint; contra à calidis acris, salis abstineat. Vinum non bibat, sed aquam hordei, vel cereuisiam tenuem. Si opus sit, etiam venesectio & corporis purgatio institui potest.

Articulorū
combustio.

Inguinum
combustio.

Cicatricē
da.

Oculorum
combustio.

CAPVT. XIX.

De Gangræna & Sphacelo.

Gangræna equidem & Sphacelus, nec tumores nec vlcera sunt imò nec morbus Sphacelus est, sed ipsa partium *vix, vix* & mortificatio; gangræna v. in temperies insignis, ad mortificationem tendens, quæ etiam sine tumore inuadere potest: quia tamen frequentissimè tumores subsequitur, & præsertim inflammationes, nonnulli inter tumores de gangræna & Sphacelo agunt; alii, quia vbi pars gangræna corripitur, necessario vlcus accedit, & post Sphacelum vlcus relinquatur, inter vlcera de gangræna & Sphacelo tractant: quos & nos sequimur, ac propterea sub finem tractatus huius de vlceribus, de gangræna & Sphacelo agere volumus.

Gangræna quid sit? Est autem *Gangræna*, quam vulgò *den heissen Brandt*, & Ignem S. Antonii vel Marcelli nominant, partis imperfecta mortificatio aut corruptio, ad *vix parit* seu mortificationem tendens, cui nisi celerim succurritur, membrum planè emouitur, omnemque sensum ac vitam auertit, nihilque, seu secerur seu vitatur, percipit; quæ *vix parit* in perfecta, à Latinis applicatur *Sydeatio*, à Græcis *σφάκισ*, à Germanis *dertalte Brandt*, adeo vt hæc duo mala non nisi magnitudine differant. Nam in Sphacelo pars omni sensu & vita destituta est, planeque emouitur: In gangræna verò nondum ad eam perfectam partis corruptio. Et cum in gangræna nondum sit tanta corruptio, in quæ potest et mortificatio solum molliores partes inuadit: Sphacelus vero, vt potest qui est perfecta ac integra partis corruptio, non solum molliores partes, puta cutem, carnem, venas, artus, neuos inuadit, sed & ipsa ossa intacta non relinquit. In Sphacelo tamen etiam primò molliores partes corripuntur, & non solum ossa, sed vnde arteriæ ac nervi saltem relinquuntur: si tamen pars putrida non toparetur, fieri non potest, quin & partes solidiores putredine inficiantur.

Causæ.*Causæ.*

Cum ergò in gangræna & Sphacelo membri sit mortificatio, in gangræna quidem intercepta, in Sphacelo verò perfecta; atque mortificatio partis à destructione caloris natui dependeat, sicut contra ex huius integritate vita: quicquid calorem natium partem destruit, illud etiam causa gangrænae & Sphaceli esse potest. Calor autem natius destruitur, cum vel à contratio corrumpitur, vel suffocatur, vel dissipatur, vel ob defectum alimenti extinguitur. Destruitur à contratio vel agente qualitate manifesta & frigore, vel occulta, vt à veneno. Suffocatur prohibita transpiratione. Dissipatur à maiore calore. Extinguitur, si pabulum necessarium denegatur, vt ita quinque causæ sint generationis gangrænae & Sphaceli. Nimirum frigus nimium, venenata qualitas, prohibita transpiratio, calor externus vehemens alimenti & caloris influentis defectus.

Primò enim videmus non raro tempore hyberno per mures & glaciem iter facientibus extrema pedum, manuum, aures, nares emori, ob frigiditatem externam vehementiam: Ita evenit interdum ob medicamenta nimis refrigerantia in phlegmone aut Erysipelate incautius adhibita partem gangræna aut Sphacelo corripit. Quanquam hinc casum malum ad transpirationem, rohibitam referre.

Maxima quoque vis calorem innatum destruendi est, iis, quæ venenosa sunt, & occulta vi corpus nostrum destruunt. Etenim interdum humores in corpore nostro adeo degenerant, & tantam mali-

gnitatem acquirunt, vt iis partibus, in quas à natura detruduntur, *vix parit* indocant, quod videmus fieri in carbunculis. Ita & morsus & ictus venenatorum animalium partes corrumpunt & putrescunt. Quod præstant quoque medicamenta septica, quæ carnem corrumpendi vim habent, non satis prudenter adhibita, præcipuè in locis calidis & humidis, vt in emunctoriis, pudendis & similibus locis.

Tertio, prohibita transpiratio etiam gangrænam excitat. Cum enim calor noster perpetua ventilatione indigeat, si illa denegetur, suffocatur à copia vaporum. Hac de causa non raro in magnis inflammationibus, præcipuè in partibus humidis, gangræna accedit, calore nauuo extincto; vt aliis etiam videmus exiguam flammam aqua aut oleo copiosiore affuso extinguere, & sub cucurbitula non perforata aut vase quocunque tecto flammam suffocari, quæ sub perforata & vase aperto seruetur. Idque inprimis accedit, si in febribus, præcipuè malignis, cum impetu humores ad aliquam partem seu protrudantur seu ruant. Ita memini hic quidam cui febre maligna laborant, ex humoribus ad scrotum protrusis, scrotum totum inflammatum & Sphacelo correptum fuisse, vt necessario totum auferetur, & testes nudi propenderent, quia tamen gangræna sedata postea carne ex inguibus succrescente iterum tecti sunt. Inflammationem etiam, quam gangræna sequitur, excitant interdum vulnera eaque non solum magna, sed & sæpe exigua, quæ nullius momenti videntur. Ita refert Henricus ab Her, *lib. 1. obseruat. med. rarar. obseru. 12.* se viro ætatis annum quinquagesimum nonum agentem, qui cum vngues pedum relecasset, & ad vinum vsque penetrasset, mox gangræna correptum interire vidisse: Et alios duos illustres viros, qui cum callum pedis amputandum curassent, gangrænam quam mox excepit mors, incurrisse. Quo etiam faciunt, medicamenta emplastica, in magnis inflammationibus, præcipuè in locis humidis in tempestiuè applicata, quæ frequenter suffocationem caloris natui inducunt.

Quarto etiam calor præter naturam & extraneus gangrænam inducit, humidum radicale & calorem natium absorbendo. Sic interdum post magnas vltiones gangræna sequitur.

Denique alimenti, sanguinis scilicet, spiritusque influentis, qui ad insitum fovendum necessarius est, defectu, oritur Gangræna. Cum enim calidum innatum perpetuo nutrimento, seu flamma oleo, indigeat, si illud denegatur, marcescit & extinguitur vt flamma in lucerna deficiente oleo. Atque hoc modo gangræna externis corporis partibus accedit, interdum in atrophiam, tabe, & similibus morbis diuturnis corpus extenuantibus. Eadem de causa, si maiores articuli non bene reponantur, os laxatum comprimit vicina vasa, & sanguinis ac spirituum in partes subiectas influxum prohibet, vnde tabes & macies earundem sequitur, & procedente tempore non raro gangræna. Ita comperit esse, ex magno tumore circa venam cauam, qua diuaticata in crura descendit, comprimente illam & sanguinis descensum in crus impediendo, gangrænam ortam esse. Hoc modo etiam gangræna accedit, si pars aliqua nimis arctè & diu vinculis constringatur, aut nimis adstringentia parti alicui imponantur.

Signa Diagnostica.

Cognoscere gangrænam non difficile est. Nam ^{Signa} color in parte mutari, & ad nigrum conuerti, caro flaccescere, pulsus & sensus immixti, calor aboleri incipit. Quæ symptomatica, quo magis ad perfectam corruptionem & Sphacelum gangræna tendit,

magis augentur & euidentiora fiunt. In perfecta enim corruptione & sphacelo vita & sensus plane abolita sunt: nullus percipitur pulsus, pars, siue fecetur, siue vratur, non dolet, caro frigida apparet, sit mollis & flaccescit, vt digitis cedat, dum premittur: quæ tamen postea exiccatur, sit nigra, liuida & plane emortua, ac graueolens est instar cadaueris, cutis, si digitisprehendatur, à subiecta carne separari videtur. Monet autem hoc loco Ambrosius Paræus, ne Medicus, vbi ex signis his gangrænam & sphacelum deprehendit, ea, quæ agenda sunt, amplius differat, deceptus motu, qui interdum aliquis in membro etiam emortuo reliquus est. Mouentur enim sphacelo corruptæ partes non integri musculi motu, sed quia saltem musculi caput adhuc integrum est, quod dum mouetur, vna continuum sibi tendinem, & caudam suam, etiam iam emortuam, trahit.

Atque hæc signa, quæ in perfecta corruptione & sphacelo apparent, in omni eadem sunt, ex quacunque etiam causa, siue ex frigore, siue ex venenata qualitate, siue prohibita transpiratione, siue calore extraneo, siue alimenti defectu originem traxerit; nisi quod talia symptomata in sphacelo ab occulta causa & venenata orto, delirium, syncope, & similia, sint grauiora. At in gangræna & mortificatione adhuc incipiente, signorum & symptomatum, prout gangræna ex diuersis causis ortum habet, notatur diuersitas. Nam in gangræna, quæ ex frigore oritur, subito acutus & pungens dolor oritur, rubor in parte apparet, qui paulò post in nigrum colorem mutatur, calorque, qui in parte erat, extinguitur, ac frigus & stupor cum horrore quasi per quartanas percipitur. Deinde in gangræna, quæ ex venenato & maligno humore in corpore, quem natura ad externa protrudit, proficiscitur, adest febris continua, maximasque naturæ cum morbo conflictus, vnde syncope, delirium, & similia ortum habent, oriturque talis gangræna plerumque in partibus extremis, vt digito magno pedis, cum pustula quadam seu vesica, sub qua est macula nigra, quæ sæpe subito in tibiam totam & coxam denatur.

Quæ autem ingentes inflammationes, plerumque ob prohibitam transpirationem, sequitur gangræna, ex eo cognoscitur, quod color ille floridus, qui solet adesse in inflammationibus, in pallidum & liuidum mutatur. Dolor ille pulsans, qui antea infestabat, cessat, sensus hebetatur, oriuntur pustulæ grandiores, plene ichore referente carnis loturam. Quæ sæpe eadem apparent, vbi à calore extraneo ortum habet gangræna. Si denique ob defectum alimenti aut intemperiem siccam gangræna partem corripit, nullus adest dolor, inflammatio, tumorque, sed potius macies, corpusque statim refrigeratur, & accidit hæc gangræna plerumque in partibus extremis, vt in tibus & pedum digitis. Vbi autem pustulæ tandem exoriuntur, & pars liuida euadit, tum dolores accidunt, & febris excitatur. Si autem ex constrictione & ligatura eueniat gangræna, pars tumet & distenditur, atque exoriuntur pustulæ maiores, ichoræ loturæ carnis similis plene. Sed causas euidentes faciliè possumus ab ægris percipere.

Prognostica.

Prognostica. I. Gangrænam periculosum esse malam, cuius facile patet. Nisi enim citissimè auxilium feratur, in sphacelum breui degenerat, & pars plane emoritur. Quæ de causa nullus hic cunctationi locus est, sed statim suppetitæ ferendæ, quod non ita difficulter fiet in vegeto adhuc & iuuenili corpore, vbi spiri-

tus vitales adhuc sunt integri, imprimis vbi n. usculi & nerui nondum sunt læti.

2. Gangræna autem, quæ fit cum affluxu venenosorum humorum & occulta qualitate, difficilioris curationis est, quàm quæ fit sine affluxu. Pauci enim à tali gangræna euadunt.

3. Sunt & illæ gangrænz periculosiores, quæ in partibus humidis incipiunt. Citius enim calidum innatum à copia humorum in talibus partibus abundante suffocatur.

4. Quæ de causa etiam gangræna quæ in hydro-picis oritur, rarò sanatur, sed peruenitque degenerat in sphacelum; & quæ à causa antecedente oritur, etiam periculosior est, quàm quæ à primitiua, vt vapore in qua viscera magis afficiuntur.

5. Sphacelus verò longè adhuc periculosior malum est. Nec enim pars sphacelo correpta in integrum restitui potest, sed & mox ex se ipsa & à vicia separanda est. Quod nisi fiat, etiam partes linae vicinæ inficiuntur, & putredo tandem in reliquam corpus serpit; vnde præsentissima mors inueniet, quam præcedunt deliria, vigiliae, tyrope, contumeliosus, rictus, singultus, totoque corpore frigidus erumpens sudor, aliisque interloquendo, alij veluti somno oppressi non moriuntur.

Cura.

Curatio Gangrænz vt rectè instituat, primò Cura. diætæ & causæ antecedentis, si adest in corpore, habenda est ratio, antequam ad topica accedamus. Diætam plerique refrigerantem & siccantem præscribere iubent, quod etiam vetustissimum sit de gangræna, quæ cum affluxu humorum fit, & magnas inflammationes sequitur: tamen varianda quoque interdum diætæ est, pro varietate causarum, vt mox in specie dicetur.

Ita quoque sanguinis euacuatio & humorum vitiosorum præparatio ac purgatio institui debet, pro ratione humorum peccantium. Hoc generale est, vt cordis habeatur ratio, illiusque contra vapores malignos ex parte putrescente exhalantes, reuertatur. Hinc medicamenta cor confortantia ex *borrag. luglossa. carduibenedict. acetosella, bolo Armen. terra sigillat. lap. Bezoar, citro, sberiaca, Alibi datio, spec. diarzare. frigid. Elett. de gemmis, confectio de hyacintha, alchermes & similibus exhibenda.*

Vt ℞. aq. scabios. acetos. ros. borrag. sarduibeni. an. ℥. j. b. syr. acetos. citri, granator. an. ℥. j. spec. diarzare frig. boli Armen. terra sigill. an. Scrup. j. Misc. F. potus.

Vel ℞. conf. ros. ℥. ij. acetos. borrag. iudicis an. ℥. j. cortic. citri condit. rob. ribes an. ℥. v. margarit. preparat. boli Armen. terra sigill. spec. cordia. temperat. an. ℥. j. sir. acetos. citri q. l. Misc.

Topicis quoque extra cor muniat.

Vt ℞. aq. ros. ℥. ij. borrag. acetos. ℥. j. b. carbunc. ℥. j. aceti scordis ℥. vi. spir. ros. ℥. j. mach. ligni aloes, cortic. citri an. ℥. b. croci ℥. b. camph. ℥. vi. Misc. F. Epithema, quod cordis regioni applicetur.

In gangræna etiam plerumque pars sana muniri debet, & danda opera semper, ne putredinem ipsa concipiat. In hac usum defensivæ diætæ à *bolo Armen. & terra sigill.* adhibeantur, quibus propter malignitatem scordis un admisceri potest.

Vt ℞. boli Arm. ℥. j. terra sigill. ℥. b. C. C. ℥. preparat. ℥. j. camph. ℥. b. cera ℥. vi. ol. ros. ℥. iij. aceti ros. ℥. j. succi scord. ℥. b. album. oui j. Misc. F. Unguentum.

Vel ℞. boli Armen. terra sigill. an. ℥. b. M. cum aceto scordis.

Sequenti Guilielmo Fabricio frequentius vtitur.

℞. farina hordei ℥. iv. boli Armen. ℥. ij. pulv. A gallur. nuc. cupress. coriic. granat. an. ℥. j. β. Cum oxymel. simpl. q. s. F. Cataplasma.

Gangræna à nimia refrigeratione.

Sed ut iam ad specialem curationem veniamus, primò qua ratione gangræna à refrigeratione nimia ortum habens curanda sit, dicemus. Verùm ut notum fiat, quomodo omnes tractandi sint, qui nimium refrigerati sunt, siue iam sit gangræna præsens, siue saltem imminet, à principio rem breuiter persequimur.

Refrigeratorum curatio.

Si itaque nimium quis refrigeratus sit, ita tamen, ut gangræna nondum præsens sit, neque tùm pars sit huius & frigida, sed potius rubor sit in parte, dolorque vehemens & vrens, tùm non mox igni ad mouendus est homo, sed paulò remotus ab eo collocandus, ut sensim sese calor colligat. Quin imò modò pars planè fugore non rigeat, ut nullus amplius sanguis subleat, mox nunc fricanda, aut etiam frigida abluenda sunt membra refrigerata, vnde sensim incallescere, & pristinum calorem recuperare incipient. Quod incolæ regionum septentrionalium in vlu habent, qui homines refrigeratos rigidos & penè emortuos primò aquæ frigide solent immergere, & manus, pedes, natum, & alia membra refrigerata, antequam hospitium ingrediuntur, nunc abluere & fricare. Et ut ab internis partibus calor foras ad exteriora se pandat, singulisque omne expellatur, vtile est sorbitiones ex vino confectas exhibere & vinum cum Theriaca propina. Septentrionalium regionum incolæ Hydromel cum pulv. caryophyll. zinzib. & similibus aromatum exhibent, vnde sudor in lecto prouocatur. In quem finem etiam nonnulli lagenas aqua calida plenas corpori extra applicant. Postea vbi dolor & refrigeratio nonnulli mitigata sunt, lenes frictions manibus, oil. chamæmel. amygdal. amarar. anethum inanctis, adhibendæ sunt, & partes fouendæ laque dulci, in quo etiam coqui possunt folia & baccæ lauri, rosmarinus, chamæmel. salua, origanum, stœchas & similia. Raparum etiam decoct. vtile est, & vulgo ad membra refrigeratione dolentia vtuntur decocto rapar. prius frigide congelatorum.

Postea ad calidiora accedendum, ut oleum de lareibus, de terebinth. de cera, semen urtica, nasturtium. Si autem non solum metus sit de gangræna, sed etiam ea iam præsens, membrumque iam eniori incipiat, danda opera ut calor in parte conseruetur, & ab aliis ad eum reuocetur. Vnde hic defensiuum vix aliqua vtilitas, sed potius scarificationes adhibendæ, & fouendæ partes calidis medicamentis modò enumeratis, quibus addere possumus scabiosam, scordium, rad. Vincetoxici, & similia. Adhibentur quoque partibus theriaca, Mithridaticum, vichisici de vipera, lixivium, in quo scordium sit coctum, aqua theriacales.

Gangræna ex affluxu humorum malignorum.

Secundò si ex affluxu humorum malignorum aut maligna qualitate gangræna originem habeat, dicta refrigerante & siccante instituta, & cibis citro, limonibus, granatis conditis exhibitis, euacuatis quoque per venæsect. aut medicamenta purgantia, si opus sit, & morbi natura ac vis id ferant, humoribus prauis (fortia tamen hic semper cauèda) malignitas depellenda est, & ab interioribus ad exteriora praua materia propulsanda, & talis fere curatio instituenda, qualis in malignis febribus solet, nimirum exhibenda medicamento ex citro, acetosa, rosas, borragine, scordio carduoben. dictamno Cretico, vincetoxico, angelica, theriaca etiam & Mithridatio. Dandæque opera, ut sudor his medicamentis prouocetur, & venenum à membris nobilibus ad exteriora propellatur. Quod ut felicius & facilius fiat, per topica quoque materia maligna ad exteriora trahèda,

Vbi etiam, si venenum extra corpus adhaesit, ut ab ictu venatorum animalium, deficiat adhibenda, ne venenum trahatur ad partes interiores & nobiliores set pat. Si autem materia maligna in corpore genita sit, nullo modo deficiat adhibenda sunt, sed solum ea ad exteriora euacanda, in quem finem scarificationes parti affectæ adhiberi, cucurbitulæ etiam & hirudines applicari possunt, atque præterea pars ablui decoctis ex medicamentis malignitati & putredini resistentibus, ut absinthio, ruta dictamno, vincetoxico, angelic. imprimis scordio, quod in omni gangræna vtilissimum est, & à putredine præseruandi magnam vim habet. Alij ad attrahendum vtuntur radice raphani, semine nasturtii, & similibus.

Si verò extra corpori aduenerit venenum, & per ictam, morsum, aut alium contactum in partem affectam transfusum sit, medicamenta, quæ fortiter venenum attrahunt, exsiccant, & absumunt, sunt vsurpanda; In quem finem commodissimè cauterium actuale adhibetur. Parte affecta seu scarificata, seu adusta, amplius medicamenta putredini resistentia & viciosa prohibentia, materiamque prauam potè attrahentia sunt applicanda, ut Emplastrum ex iam enumeratis medicamentis, cui fermentum, alliumque sub primis coctum admisceri potest. Tandemque sedata gangræna, si quod ex scarificatione aut vltione vlcus adest, medicamentis ex succo apij, melle rosato, quibus aliquid spiritus vini addi potest, mundificandum, & cætera, quæ vlcera conuolunt, potè agenda.

Gangræna non solum venenatorum animalium

Tertio gangræna, quæ magnas inflammationes subleat, & a copta sanguis ac humorum partis natium calorem suffocantem orti solet, curatur hoc modo. Dæta primò tenuis & refrigerans institueda. Sanguis & humores, qui in partem influent copiosius, venæsectione, scarificatione, cucurbitulis, purgantibus, aliisque commodis remediis, è toto corpore euacuandi, & ne in partem affectam conflant, aliò renellendi & derivandi sunt, circumque partem affectam defensiuum aliquod applicandum, ut supra, part. i. cap. 5. de Inflammatione dictum.

Gangræna ab Inflammatione.

Mox sanguis & humores, qui in parte corrumpuntur, natiumque calorem suffocant, euacuandi sunt ex parte affecta, ut causa tollatur, & membro pristinus calor atque vigor restituatur.

Quapropter pars statim, cum periculum in mora sit, & sanguis qui iam corruptus incipit, ob copiam & crassitiam per medicamenta vix digeri ac discutiri possit, scarificanda est multis sectionibus, & his satis profundis, ac sanguis corruptus satis copiosè euacuandus. In magnitudine tamen & profunditate incisionum respiciendum ad ipsius affectus magnitudinem, prout affectus putredini & sphacelo vicinior fuerit, ex sunt moderandæ. Aliqui etiam hirudines admouent; aut cucurbitulas minores, si sanguis satis copiosè per scarificationes solas non euacuatur. Facta incisione pars abluenda est aqua (alsa aut lixivio, cui etiam lupini aut aloë addi possunt, simulque coqui, ut si qui adhuc hæreat in parte sanguis crassior, abluatur, materiam putridæ reliquæ euacuentur, & omnino putredini restitatur. In hunc vsum hæc decoctio vsurpari potest, qua membrum affectum, quoties noua medicamenta applicantur, abluendum.

℞. lixiuij ferriss. acetici opt. an. lb. ij. scordii, absinth. lupinor. cortisfor. an. M. β. rad. ireos, aristoloch. rotund. vincetoxic. an. ℥. β. Coq. omnia ad tertiam part. contumouent. Colat. adde aloes, myrrha, pulkerisator. an. ℥. β.

Rursum semel atque iterum ebulliant. Tandem adde mellis ros. celas. ℥. j. spir. vini opt. ℥. iij. Misc.

Vbi

Vbi pars abluta fuerit, imponendum *Vnguentum Ægyptiacum*, quod primas hinc obtinet, & efficacissimum est ad putredinem tollendam, & separandam carnem mortuam à sana. Quod si maior corruptio sit, tale, quod etiam malignitati resistit, componit Guilielmus Fabricius:

℞. arag. ℥. iij. mellis opt. & cum decocto absinth. & scordij despumati lb. i. aceti scill. ℥. vj. alum. sal. Arm. an. ℥. b. succi ruia, scordij, an. ℥. ij. Coq. ad spissitudinem. Postea adde theriac. opt. Ad iherid. an. ℥. b. camph. ℥. j. Misc.

Vtilis est & hæc aqua, si in ea pannus madefiat, & loco affecto imponatur, quæque in gangræna scroti, de qua supra dictum, feliciter adhibita fuit:

℞. vitrioli ℥. j. summis. querc. M. j. iburis ℥. b. camphoræ ℥. ij. vini lb. ij. Coq. ad tertiz part. consumptionem. Colentur.

Non solum autem Ægyptiacum vnguentum applicandum est, sed & supra vnguentum insuper Cataplasma, quod resoluat, exiccet, & putrefactionem inhibeat, quale Ioan. de Vigo, *tract. i. lib. 2. cap. 17.* describit, & commendat, quo etiam alii plerique Chcirurgi vtuntur. Atque hæc omnia tepidè sunt applicanda, & quidè eò vsque, donec putredo sedetur.

Quod si malum his remediis non cedat, ad valentiora medicamenta accedendum, caustica nimirum, utpote *trochiscos Andronis, Polyda, Musa, Passonis*, qui aceto & vino soluti parti imponuntur. Multi quidem hinc ante omnia commendant arsenicum: verùm rejicit & improbat illud non sine causa in curatione gangræne Guil. Fabricius, utpote quod non solum vim septicam, & putrefaciendi ac carnes quasi liquandi habet, sed & grauia inducit symptomata, dolorem ingentem, deliria, syncopen, & similia, vaporibus malignis partibus principibus communicatis. Tutius est cauterium actuale, utpote quod inhibet putredinem, partem exiccat & roborat, vsurpare.

Commendatur & hoc: *℞. ℞rium*, soluat in aqua forti, soluto adde *salis th & ungu. rosati camphorati q. s. F. Vnguentum.*

℞. ℞rium, solue in aqua forti, solutum præcipita cum *ol. tartari*, præcipitatum abluè. Vel solum *℞rium* solutus cum aq. fl. Trinitatis misceatur & panni in eo liquore madefacti imponantur.

Crusta quocunque modo inducta tollenda est iis medicamentis, quæ supra, *part. 1. c. 13. de Carbonculo*, fuere tradita. Neque tam diu expectandum, donec natura corruptum à sano planè separet, sed summa pars crustæ, vel cultelli vel scalpelli acie incidatur ad partem sanam vsque, ut medicamentis ad penitiora & reliqua corrupta via pateat. Nam si expectemus donec spontè crusta liberetur fieri posset, ut sub crusta noua putredo contrahatur. Reliqua deinde cura ordine, ut in vlceribus conuenit, instituenda est.

Quartò, à calore nimio si eueniat gangræna, frigida diata præscripta, & calidis humoribus attemperatis atque euacuatis, si à causa interna malum originem trahat, membrum à affectu scarificandum, & decoctione tali abluendum:

℞. aq. endiu. acetosæ, lactucæ, solam, aceti an. lb. i. syr. acetos. lb. ij. lupinor. ℥. b. scordij M. b. salis ℥. iij. Coq. ad tertiz partis consumptionem.

Post *Ægypti. Vnguentum* & dictum modò Cataplasma imponendum, & reliqua, quæ modò præscripta, expedienda sunt. Vbi tamen hoc obseruandum, & non nisi maxima urgente necessitate ad cauterium actuale accedendum esse, ne vi ignis caliditas extranea, gangrænae causa, augetur.

Quintò, si deniq; ex alimenti & sanguinis ac spirituum defectu, & primò quidem ob siccitatè & atro-

phiam, denegato necessario parti nutrimento, oriatur gangræna, cibi calidi & humidi, concoctu faciles & plurimum ac bonum sanguinem generantes exhibendi, & extra quoque corpus vnctionibus ex oleo dulci, aut amygd. dulc. humectandum, atque omnia vitanda, quæ corpus exiccant. Ad ipsam verò partem iam gangræna affectam omnibus modis attrahendum est alimentum. Vnde defensus hinc locus non relinquatur; cum sanguine ac spiritibus ad partem affectam aditum præcludant. Non solum igitur supra partem affectam *succo lumbric. terrestrium*, qui ex lumbricis primò aqua, postea vino lotis, atque in vas magnum cum copioso oleo amygd. d. & viol. inditis, ac super cineribus calidis calore lento liquatis, & postea colatis conficitur, & ad atrophiam atque extenuationem partium summè effeax est, membra vngenda sunt, sed & ipsa pars affecta eo leniter fricanda; cui etiam cucurbitulæ non scarificatæ, apponi debent. Commodissimum autem est, si putredo iam adsit, ea adhibere, quæ similiter & attrahunt, & putredini resistunt, qualia sunt *aq. salsa cum scordio cocta, pix liquida, cum farina lupin. orobi, scordio, myrrha & similibus*. Quod si iam processerit gangræna, scarificanda pars est, & *Ægyptiacum vnguentum*, atque illud, quod ex pice, & modò enumeratis componitur, apponendum est.

Porrò si ex interceptione spirituum, vel etiã sanguinis, gangræna contingat, quæcunque etiam causa sit, quæ sanguinem & spiritus interceptit, ea protinus tollenda, ut si à vinculo sit illa interceptio illud laxandum & postea medicamenta putredini resistentia, & simul illud, quod est corruptum, discutientia ex *farina fabar. orobi, lupinor. aloës, scordio, &c.* imponenda. Et si iam inualuerit gangræna, locus scarificanda, & cætera, quæ in gangrænis requiruntur, agenda. Si adstringens & repellens medicamentum sit in causa, illo sublato, frictionibus, lotionibus, & inunctionibus calor reuocandus. Ita & in gangræna ab aliis causis spiritus interceptantibus orta procedendum. Ipsius enim gangrænae curatio vix quicquam variat, causarum remotio saltem diuersa est.

Sed si malum eò vsque deuenierit, ut iam membrum planè emortuum & sphacelo correptum sit, ex quacunque etiam causa ortum habuerit malum, vna curandi est ratio. Cum enim quod planè emortuum est in corpore, vitam recuperate non possit, & iam rei p. n. planè habeat rationem, vna indicatio est, illud è corpore tollendi & amputandi. Quod si fieri ob loci incommoditatem non possit, iam desperata res est. Etenim sunt partes alix aliis aptiores, ut abscindantur, v. gr. digiti, pedes, manus, genitalia, sino minori pericula abscondi possunt. Verùm si in thorace vel ventre malum sit, excindi partes non possunt, atque imprimis si plures particulæ inficiantur. Nam interdum non totum membrum tollendum est, sed aliquid saltem ex eo. Interdum verò membrum planè amputandum est, cum nimirum putredo omnes illius membrum partes circumcirca corripuit: quod in quibuscunq; expeditè & sine periculo præstare licet, ut in scroto; in aliis difficultate & periculo amputatio non caret, ut in pedibus, brachiis & manibus. Sed qua ratione ea amputatio & corrupti ablatio institui debeat, iam doceamus. Fit autem hoc pluribus modis. Aliqui defensus supra partem sanam prius applicato carnem mortuam propè sanam multis sectionibus rectis & obliquis scarificant, & quidem satis profundè, vsque ad os. Vulneribus postea puluerem ex arsenico & sublimato inspergunt, ut pars emortua, à sana separetur. Verùm in hac carnem corruptæ extirpandæ ratione, ut nuper etiam monuimus, arsenicum suspectum est, & loco eius alia vrentia medicamenta ex cinere sarmentorum

Gangræna ex interceptione sanguinis & spirituum.

Sphaceli curatio.

Gangræna à calore nimio.

Gangræna ob atro-

& calce vitæ adhibenda. Crusta facta calpello tollenda, neque expectandum, donec spontè separetur. Ut tamen mortuum sicceatur, & à sano facilius separetur, Fallopius hunc sparadrapum applicat;

M. aloës, myrrha, acacia, gallia, mosch. alipta mosch. saucal. omnium, ligni aloës, cymini, alumin.
an. ʒ. j. F. puluis.

Cuius *M. ʒ. j. picis navalis, resina pini, colophon.*
an. ʒ. ij. *thuris, mastiches, styracis liquid.* an. ʒ. j.
S. gurami arabici tragacant. an. ʒ. ʒ.

Liquentur omnia, in liquata impone linteum, donec omni ex parte medicamento imbuatur. Reliqua postea peraguntur ut in aliis vlcibus. Alij cauterio actuali, quod corruptum est, adurunt, vsque dum dolor percipitur in parte, & reliqua deinceps, ut artis, peraguntur.

Verùm monet Fallopius, ne, dum multa caro emortua est tollenda, utamur solo cauterio actuali, cum maximus ex adustione illa excitetur fetor. Alij sectione & nouacula amputant corrupta, & postea ad euitandam hæmorrhagiam & exiccandas atque absumendas reliquias etiam cauterium actuale, si opus est, applicant. Sed hæc curandi ratio procedit, cum membrum totum non corruptum, neque etiam os auferendum est.

abscessio
membra
corrupti vbi
facienda.

Nam si totum membrum sit corruptum atque amputandum, neque cauterio actuali; neque potenciali, neque nouacula id expediri potest, sed integri membri, nempe pedis, manus amputatione opus est. Verùm qua ratione hæc amputatio fieri debeat, non vna est autorum sententia. Celsus, *lib. 7. cap. 33.* suadet, ut sectio fiat inter carnem sanam & mortuam, ac potius aliquid ex sano tollatur, quàm de mortuo relinquatur, ne malum, quod relinquitur, sanum corrumpat. Quam curandi rationem plures ex recentioribus improbant, ob pericula, quæ sectionem in parte sana sequuntur, sanguinis nimirum immodicam profusionem & dolorem ingentem, atque hinc dependentia animi deliquia. Hæc itaque ut vitarent, sectionem institueri iubent in parte corrupta. Fallopius quidem distantia vnus digiti à sana parte nouacula incidit carnem mortuam vsque ad os, quod postea serra mox tollit, & amplius ferramentis ignitis vasa magna & carnem vsque ad doloris sensum adurit. Hieronymus Fabricius itidem portionem sanæ carnis, quanta est latitudo vnus digiti, relinquit, & nouacula etiam in carne mortua sectionem instituit; & partem postea ferramentis adurit eodem modo ad hæmorrhagiam prohibendam & reliquias putredinis absumendas.

Verùm hoc loco monendum est, aliquando adhuc serpere putredinem, & partes vicinas inficere, aliquando verò iam putredinem cessare, neque in vicina amplius serpere, quod vbi sit, circum partem corruptam circulus exactè rubeus, & exquisiti sensus apparet. In casu posteriore quidem non incommoda videtur esse illa curandi ratio in parte corrupta & mortua. Hoc modo enim pericula illa, quæ comitantur sectionem in parte viva, sanguinis profusionem nimirum, dolor & deliquia animi præcauentur, cum per partem corruptam sanguis non effluat, atque eadem nullum sensum habeat. Si quid autem carnis mortuæ reliquum est, id, cum putredo non amplius seruit, etiam si cauteria non adhibeantur, spontè postea abscedit, & à natura separatur; idoneis medicamentis adhibitis. Sed si adhuc serpat putredo, neque dum natura spontè sanum à corrupto separare incipiat, non sine præsentis periculo in parte corrupta solum instituitur sectio. Nam non rarè in partibus interioribus & imo membri corruptio longè altius & longius penetrat, quàm in cute apparet. Musculi enim & eorum vasa in in-

terioribus partibus, cum sint calidiora, quàm extra, facilius putredinem concipiunt. Quapropter si quis incisionem adhuc in parte mortua institueri velit, cum multum putredinis relinquitur in interioribus, vel ægro mortem relictæ putredine, quæ semper latius serpat, accersit, vel eundem iterata sectione temerè cruciat. Neque refert, quod dolor excitatur in parte sana. Nam ut Celsus ait, *alleg. loco*, non quicquam interest, an satis tutum sit præsidium, quod vnicum est. Et: extremis morbis extrema sunt adhibenda remedia. Veruntamen dolor aliquo modo leniri, & sensus obscurari potest arctis ligaturis, spiritum animale aliquandiu intercipientibus, ut postea dicitur: & ut nouacula acutissima sectio ferè peragitur, antequam æger id percipiat. Sed nec omnem dolorem cauere illi ipsi possunt, qui in parte corrupta sectionem faciunt. Nam vbi os serra refecatur, tùm dolores acutissimi accidunt, periostii seu membranz ossa ambientis causa, quem dolorem si quis vitare velit, ea in parte serra incisionem faciat necesse est, qua ipsa membrana emortua sit: quod si faceret, procul dubio eò loci ipsum etiam os corruptum est, & putredo in vasis & musculis, quæ facilius putredinem concipiunt, tanta relinqueretur, quæ nec cauterio postea extingui posset. Neque ipsi cauteris sine dolore corrupta tollunt, quorum certè plures adhiberi debent, si omnis, quæ relictæ est, caro mortua tolli debet. Cauteres præterea habent etiam hæc incommoda, ut vehementi illo calore adipem & humores liquefaciant, partes vehementer caesfaciant, vnde in sentientibus partibus insignis dolor excitatur, & caro plerumque vi ignis ita absumitur, contrahitur & corrugatur, ut magna pars ossis ruda emineat, quod non rarè nouam sectionem requirit. Hæmorrhagia etiam non tantoperè est extimescenda. Nam si vniculis vasa intercipientur, ut dicitur, non tam multum sanguinis profluit. Et quamuis copiosius non nihil sanguis efflueret, id ex ægro commodo potius, quam incommodo esset. Hæc ratione enim sanguis, qui in vasis aliquid putredinis forè concepit, euacuatur, atque hoc modo omne periculum tollitur, & præcauetur, ne putredo latius serpat, aut iterum inualeat.

Qua ratione igitur sectio institui debeat, ut breuiter complectamur, vniuersalia, si malum ferat indicias, prætermittenda, atque imprimis virium habenda est ratio. Æger itaque primò ouum sorbibile cum buccella pannis tostati vino imbuti assumat, & odora mentis ac epithematibus aliisque medicamentis cordialibus roboretur. Aliqui antequam sectionem aggrediuntur, medicamentum aliquod narcoticum exhibent ad sensum sopiendum. Quos tamen reprehendit Fallopius, atque leuia soporiferam nihil prodesse existimat, valida autem esse periculosa. Hinc ægro collocato & ab adstantibus vel vinculis etiam comprehenso, tractisque sursum versus sanam partem musculis, supra illam partem, in qua sectio fieri debet, arctissime membrum vinculis constringendum. Qua ligatura primò sanguinis fluxus nimis prohibetur, secundò sensus partis spiritum animali intercluso, nonnihil sopitur; tertio musculi sursum attracti, sectione peracta & vinculis solutis, deorsum iterum deuoluuntur, ut extrema ossium contegant.

Locum amputationis quod attinet, in digitis manus pedumque rectissime in articulo fit sectio. Nam in articulo, si ita fert malum, minore eum periculo fit amputatio, & minore cum dolore. Nerui enim & tendines incisi sursum contrahuntur, carne contegantur, neque vlla sequitur conuulsio. Sin autem in pedibus malleolum transcen-

dat sphacelus, paulò infra genu crus abscondendum, ut ægro tibia lignea commodius possit adaptari. Quia de causa in tibia non semper proximè partem emortuam amputatio est faciendâ; sed sæpè plus etiam de parte sana amputandum. Si enim multùm de tibia relinquatur, id ægro onerosum est, & in motu impedimentum affert. Contra vero in brachio quàm minimum sanæ partis amputandam, seu propè locum corruptum sectio instituenda.

Locus igitur conueniens ubi fuerit electus, nouacula acuta vsque ad os sectio faciendâ, & si fieri potest, ipsum etiam periostium dissecandum, ac si musculorum quædam portio aut quid carnis inter duo ossa lateat, ne postea sectioni, quæ ferram sit, impedimentum afferat, cultro idoneo illa etiam caro dissecanda. Mox serra (nisi sectio in articulo fiat: cùm enim membrum nouacula solùm amputari potest,) quanta fieri potest celeritate os amputandum. Peracta membri amputatione proximum est, ut sanguinis, ubi satis fluxerit, profusum sistatur. Plerumque cauterio vasa adurunt. Verùm hoc valdè reprehendit Paræus. Nam crudele id esse existimat, cùm summum dolorem inferat, si in viua carne, ut debet, sectio facta fuerit; & neruosis partibus praua accidentia superueniunt: cui accedit, quod illa vitione plurimum sanæ carnis absumitur, vnde ossa denudantur, & caro ac cicatrix cum summa difficultate, aut etiam planè non obducitur. Ille igitur aliam viam sistendæ hæmorrhagiæ mit, rostro nimirum coruino vasa comprehendit, & atrahit, & quàm arctissimè ligat. Vasis constrictis seu ligatura, seu, si ita libet, cauterio, soluenda vincula, & membro stuppæ albumini oui imbutæ, & puluere sanguinem sistendi vim habente conspectæ imponendæ. Plerùmque tamen etiam sine cauterio & ligatura tali sanguis hoc modo sisti potest.

Ut *℞. farina volatilis ℥. iij. sang. dracon. iheris, aloës an. ℥. ij. boli Armen. terra sigill. gypsi an. ℥. j. ranarum aquatiliū preparat.* (alij arboreas illas in hunc vsum magis commendant) *℥. j. pilor. lepor. minutissime incisor. Spongia rara torrefacta an. ℥. ij.* F. puluis.

Potest etiam vasis sanguinem fundentibus commodè fungus ille, Cheirurgis ad sanguinem sistendum vtitatus, qui *Crepitus lupi* dicitur, imponi. Alij Emplastra ex *sang. drac. bolo Armen. terra sigill. farina volatill.* & similibus cum *pice* faciunt.

Postea defensus, qualia supra recensuimus, truncus membri amputati muniendus, quale & sequens est, quod cum stuppis ac fasciis oxycrato imbutis applicatur:

℞. boli Armen. terra sigill. sang. dracon. mastich. gypsi, ol. ros. myrtini, an. ℥. j. album. ouor. num. iij. aceti q. l. F. Vnguentum.

Atque hic primus apparatus est, seu prima obligatio, quæ ante secundam aut tertium diem ætate, hyeme ante quartum non est soluenda, nisi quid valdè urgeat.

Interim membrum collocandum figura media in puluine, pilis ceruorum, aut farina fumentacea in fasciis. Prima ligatura, soluta, primòque apparatu ablato, iterum cum albumine ouor. ut antea, puluis sanguinem sistens est applicandus, & ossium extremitates linamento arido concerpito tegendæ, tandèmq; digestiuo aliquo vulnus obligandum.

Atque hæc cura eòsque continuanda, donec non amplius quid mali metuendum est ab hæmorrhagia, & vulnus iam purulentum euadat. Tum enim his medicamentis relictis, mundificantibus vtendum. Guilielmus Fabricius hoc ex succo apij vnguentum commendat, non solùm ad gan-

A grænam, verùm etiam ad alia vlcera sordida & maligna.

℞. succi apij, scordij, arnogloss. ruta an. ℥. ij. mellis ros. colati lb. j. Coq. ad consistent. Sui p. Postea admisce *farina lupinor. pulu. radic. aristoloch. rotund. angelica, vincetoxici, theriaca an. ℥. ℞. aq. vita ℥. j.* F. Vnguentum.

Interim danda opera, ut labra vulneris contrahantur, ut postea caro ossa tegat, ipsitque quasi puluinaris loco sit. Paræus & alij decullatim sunt labra vulneris: Sed commodior videtur futura, quam siccam vocant, seu per glutinum, quæ hoc modo fit. Linteum conuenientis figuræ & magnitudinis glutino ex medicamentis adstringentibus, emplasticeis & viscosis, ut sunt *Bolus Armenus, sanguis draconis, gumsni tragac. sarcocolla, mastiche, oni album &c.* inducitur.

Ut *℞. mastich. sang. drac. boli Armen. sarcocolla, farina volatilis an. ℥. ℞. resina pini ℥. ij.* Misc. cum *album. oui.* Ex hoc linteo fiunt Emplastra, quæ vtrinque extremitati vulneris applicentur.

Vbi Emplastra siccata fuerint, atque cuti tenaciter adhæserint, anulas ex filo duplicato vel triplicato, applicamus, insque labra contrahimus; quod etiam futura rariore fieri potest.

Tandem danda opera, ut extrema ossium, quæ à ferri & aëris contactu læsa fuere, decident. In quem finem alij ferro candente extremitates eorum (cauendo tamen, ne caro, & alia partes sentientes lædantur) adurunt: alij *Emplastro de heronica* vtuntur, & aliis catagmaticis medicamentis. Atque ita 30. vel 40. diem quidquid de ossè corruptum est, abscedet. Caro si luxuriat, aluminis puluere & similibus reprimenda, & tandem cicatrix inducenda. Cùm autem interea dolores ægum infestent, & metuendum sit, ne conuulsiones superueniant, partis recisæ truncus, imò ceruix & tota spina inungenda est medicamentis, quæ alias neruosi generis affectibus solent applicari, confectis è *salvia, roremarino, maiorana, ruta, laud. anetho, ebanamelo, hyperico, baccis lauri, oleo lumbrior. vulpino, cerebinth. & similibus.*

D Non pratercunda hic Gangræna scorbutica, de qua *lib. 3. Pract. part. 5. sect. 2. cap. 4.* dictum.

Quæ incipit plerumque circa pedis extremum, cum nigris & purpureis maculis, & lituris quasi, & hinc paulò post vlcus crustosum & gangrænosum; siccum, neque saniem, neque pus reddens apparet, digitusque vnus vel alter pedis emori incipit, & lineæ rubræ, ac purpureæ lituræ supra iuncturam pedis, secundum tibie longitudinem, apparent. Exempli huius morbi aliquot vidi. Differunt autem gangræna hæc & sphacelus, à gangræna & sphacelo vulgò noto non paucis. Gangræna enim illa vulgò nota ferè ex causis manifestis ortum habet, & è membro tali sphacelo emortuo sordidus ac aquosus humor effluit, membrum molle ac putridum redditur, & grauem ac cadauerosum de se factorem emittit, multùmque breui tempore serpit, & plerumque hominem citò iugulat. Gangræna verò scorbutica ferè sine causa manifesta inuadit, lentè actardè serpit, ac non nisi longo tempore hominem trucidat. Vidi enim Nobilem Virum vltra menses tres: Prædagogum quemdam verò vltra sex menses cum malo hoc vitam protrahentem. Pars hæc gangræna affecta planè sicca est, nihilque effluit, & cùm corrupta ferro aufertur, licet caro rubra offeratur, color tamen ille ruber paulò nigrior est, & sequenti die & ipsa planè emortua deprehenditur; nullus quoque fætor percipitur. Præterea ubi malum primò vnum saltem pedem apprehendit, postea absque omni causa manifesta, in

Ad vlcus verò post gangrænam in minimo digito A sanandum hoc vnguentum adhibitum fuit.

℞. ol. laurini, mellis, terebinth. an. ʒ. ii. buryri maial. gummi elemi an. ʒ. i. M.

Alia Cura.

Nobilicuidam, cui calceus pedem attrinerat, pustula nigra in planta pedis dextri eo loci oborta est. Quam cum negligeret, mox gangræna secuta est, quæ eo loci carnem Imperialis magnitudine apprehendit. Quod ubi animaduersum, statim caro affecta scarificata, & pustula forcipe incisa, & vnguentum Ægyptiacum loco affecto impositum fuit. Hinc B defentium Vigonis pedi applicatum, quod hoc modo paratur.

℞. ol. rosar. omphacini, myrtini an. ʒ. iii. succi plantag. solani an. ʒ. ii. Coqu. ad succor. consumr. & colentur. Adde cera alba ʒ. i. ʒ. farina lentium, fabar. hordei an. ʒ. ʒ. ʒ. santal. omni. an. ʒ. ii. Sem. boli Armen. ʒ. i. baccar. myrti, fol. eiusd. an. ʒ. i. Misc. F. Vnguentum.

Quo locus affectus inungatur.

Huic vnguento panni linei seq. aqu. madefacti superimpositi fuere, & sæpius repetiti:

℞. lixiij tonforum lb. ʒ. ʒ. lupinorum crassiuscule contritorum M. iii. Coq. vsque dum lupini mollescant. Lixiuum coletur, & in col. dissolu. croci ʒ. ii. Misc.

Scarificatio loci affecti, & vnguenti Ægyptiaci cum defensiuo appositio prima die ter repetita, aqua etiam applicata fuit.

Sequenti die caro corrupta excisa fuit, & eadem præsidia adhibita.

Tertio die carne putrida in totum amota, sequens digestiuum impositum fuit.

℞. mellis puri ʒ. ii. farina fabar. ʒ. vi. myrrhe el. ʒ. ʒ. album. onor. ii. croci ʒ. vi. Misc. F. Vnguentum.

Vnà etiam adhibitum fuit Emplastrum Vigonis tale: *℞. farina fabar. orobi, lentium, lupinor. an. ʒ. iii. succi absinth. ʒ. vi. salis commun. ʒ. ʒ. oxymel. simpl. q. f. Coq. lento igne, & F. Emplastrum.* Horum medicamentorum, per aliquod dies vsu continuato, æger perfectè sanatus fuit.



Cùm enim cutis tempore hiberno calori non sit ita adueta, si tempore verno subito Solis radius exponatur, quæ antea erat alba, rubescere cum nigredine quadam incipit.

Cognoscitur hic affectus per se ex causâ quæ prægressa. Et non maculis quibusdam facies conspergitur, sed totius color mutatur.

Præseruatio.

Præcauetur autem à Sole adustio & Nigredo, si à facie umbraculis & aliis tegumentis radii Solis auertantur, manus verò Cheirothecis tegantur; vel facies & manus inungantur albumine oui cum aq. ros. conuassato, vel mucilag. sem. cydonior. vel psyllii aqu. ros. extracta, aut gummi tragacanth. aq. ros. soluto. Vel inungatur facies Emulsione sem. 4. frigid. maiorum. Vel ungetur hoc Unguento.

℞. Unguenti pomati ℥. ij. cerussa in aq. ros. dissol. ℥. j. mastiches ℥. b. mucilag. sem. psyllij ℥. j. F. Linimentum.

Atque talibus medicamentis præcipuè opus est tempore verno, vbi facies tenera vix satis à calore Solis & aëris muniti potest.

Curatio.

Si autem facies à calore Solis iam ambusta quasi & nigredo contracta sit, natura quidem spontè, dum nouam cuticulam in adustum locum reponit; hoc vitium temporis progressu mutari solet, si interea facies à radiis Solaribus tegatur. Verùm cum mora ista fœminis plerumque tardiosa sit, medicamentorum opera pristinum colorem sibi maturè restituere postulant. Vulgè fœminæ foliis cerasi recentibus faciem abstergere solent. Aliæ vtuntur aq. ros. in qua camphora dissoluta est. Aliæ gummi ceratorum in aceto dissolutum cum pauillo fatina auenacea vsurpant.

Vtiles hic etiam sunt aquæ fl. fabarum, maluz, lil. albor. & paratæ ex seminibus quatuor frig. maior. cum lacte destillatis. Amygdalæ amaræ quoque vtilis sunt.

Vel ℞. fasci plantaginis, solani an. ℥. j. lithargyri an. ℥. j. plumbi vsti ℥. b. tintia præp. ℥. vi. camphora ℥. b. ol. rosac. cera an. q. l. F. Unguentum.

℞. rad. lil. alb. sub cinerib. cost. ℥. ij. rad. serpentaria, sigill. Salomon. sem. melon. an. ℥. ij. mucilag. sem. psyllij ℥. j. vng. citrini ℥. b. F. l. a. Unguent.

CAPVT II.

De Ephelidibus in grauidis.

Ephelides grauidar.

Alterum genus Ephelidum est, quod grauidis inprimis accidit, & ortum habet ex sanguine menstruo retento, qui, cum ex retentione plerumque aliquid vitii contrahat, varia symptomata in grauidis excitare solet, tum etiam has in facie maculas ex vitioso humore ed protulso genitas.

Nonnunquam tamen Virginibus, & fœminis non grauidis, maculæ tales in facie erumpunt, si tempore menstrui fluxus cibos quosdam colorandi vim, vt loquuntur, habentes, vt radices carotæ & betæ rubræ & similes comedant, quas maculas tales parere experientia docuit.

Signa Diagnostica.

Signa.

Ephelides in grauidis cognoscuntur, quod fiat maculæ fuscæ, frontem inprimis deturpantes, & in longum ac latum sese extendentes, sæpèque palmi longitudinem æquant, omnis asperitatis expertes.

Prognosticnm.

Prognosticum.

Ephelides in fœminis conceptionis signum sunt,

A vt supra ex Hippocrate, de iis qua vtero non grauidis, dictum, & ratio curantur, & si tollantur, inde recurrunt, & quibusdam vtque ad partum dominant, & post partum euanescent; nonnullis etiam post partum remanent; nonnullis etiam ante partum, vbi fœtus iam grandior sit, vt alia symptomata, quæ grauidas in principio conceptionis infestare solent, euanescent.

Curatio.

Curatio.

Equidem opus esset, vt humores prauis, qui antecedens huius affectus causa sunt, cumque tonere solent, euacuantur; sed cum in grauidis istas euacuationes instituere non liceat, topicis medicamentis contentum esse oportet. Vtilis hic sunt *buc. calauri*, si decorticentur, in puluerem redigantur, & cum melle in formam unguenti miscantur, quo facies in balneo illinatur.

Vel ℞. pulu. bucc. calauri q. v. & cum aq. sanguorum in formam pulmenti redigantur, quo facies in balneo illinatur.

Vel ℞. Camphoræ ℥. j. nitri ℥. ij. Muc. cum melle, & facies mistura inungatur.

Vtilis est & emulsio ex sem. cannabis facta.

Ad maculas in Virginibus, eo tempore, cum menses fluunt, ℞. succum ex incisa radice buglossi expressum, & eo maculas illine.

CAPVT III.

De Lentiginibus.

Hæc pertinent & Lentigines, quas Germ. *Lentigines Sommer-spreffen, Sommer-flecken, & Laubflecke*, à foliorum aridorum colore, nominant, & sunt maculæ lentes colore referentes, quibus in tamnis præcipuè, facies inprimis, interdum & manus, brachia, & thoracis pars superior aëri exposita, nunc densius, nunc rarius, quasi guttatim, conspersa est, sine omni dolore & molestia, in quibusdam ætatis solùm tempore apparentes, hieme verò euanescentes, in quibusdam etiam perennantes.

Causæ.

Ortum autem habent ex sanguine adusto epidermidem occupante. Et accidit hoc inprimis in corporibus rubeis & temperatura biliosis, & maxime ætate, vbi vapor ille sanguinis magis adunatur. Vnde maculæ istæ plerumque tempore hiberno euanescent, ætate iterum apparent. Erumpunt quoque maxime in partibus, quæ aëri externo expositæ sunt, facie, collo, manibus, superiore parte thoracis; quia & cuticula à Sole magis aduritur, & aer ambiens vapores illos adustos in cute detinet.

Platerus existimat, succum, qui pilos cutimiferos alere debebat, ad poros cutis delatum, eos efficere. Hic enim, inquit, illis prius assimilatus, coloræque antequam illorum radicibus apponitur non nihil correspondens, si ab iis ulterius in pororum ambitum aliquousque dispergatur, maculas eiusmodi colorem fuscum plus minusue ad pilorum colorem, dum illis assimilatur, adipiscitur, nonnihil in eminentem procreat. Quæ diffusio huius succi in poros, à calore externo nimium illum attrahente, porosque simul dilatante, interdum proficiscitur, si tunc succus pilos enutrientis non tantum pilorum radicibus se affigat, sed & ulterius diffusus, illicque subsistens maculas illas subsuscas plus minusue, præcutis coloris diuersitate, efficiat. Verùm cum facies pilis careat, non credibile, succum pilis nutriendis dictum maculas tales efficere, sed sufficit sanguinis adusti portio in melancholicum quasi humorem degenerans ad maculas producendæ. Pla-

terus quoque pororum nimiam à natura laxitatem opitulari existimat, ut illorum causa succis non solum pilos aiat, sed & maculas has producat: verum malo hic assentiri Eustachio Rudio, qui potius ob densitatem cutis lentigines oriri putat, & propterea quia genæ aliis partibus rariore sunt, ideo quamvis ad eas plures adusti vapores permeant, non tamen in eis detineri, sed leniter evaporare, atque ita in eis lentigines non ita copiosas fieri: quia verò frontis cutis est densior, & vapores in ea non facile recipiuntur, recepti verò magis retinentur, ideo in fronte copiosiores sunt.

Signa Diagnostica.

Signa. Cognoscuntur Lentigines facile, quod sint maculæ lentis magnitudine, colore fusco, crebris B quasi guttis dispersæ, & his familiares, qui ruffo sunt pilo; & faciem, collum, manus, & corporis partes Soli & aeri expositas corripunt.

Prognosticum.

Prognosticum. Lentigines ut nihil periculi habent, ita plerumque hiberno tempore evanescent. In nonnullis tamen corporibus aitate temper redeunt; in quibusdam etiam perennes sunt.

Curatio.

Curatio. Galenus ad has maculas laudat *costum* cum melle & aqua; ut & *brassicæ semen*. *Amygdalæ* quoque *amara* utiles; ut & *oleum ouorum*. Efficacissima est *aqua scrofularia* à tota planta destillata. Item *aqua*, è *florib. Satyrii maculosi*; & *oleum tartari per deliquium paratum*.

Vel *℞. fl. sambuci, fabar. part. equal.*

Affunde lac caprinum tepidum. Stent in loco frigido per diem. Postea destillentur.

Deinde *℞. farina fabar. q. v.* Humectetur cum ista aqua, & vesperi facies in ista illinatur.

Manè facies abluatur *aq. fl. sambuci & fabar.* cui aliquid *Camphoræ* in *Spir. vini* dissol. additum sit.

Vel *℞. mellis ℥. iv. ol. amygd. d. ℥. j. pulv. rad. iridis ℥. ij. boracis ℥. β. Misc. F. Unguentum.*

Utile est & *Lac Virginum* dictum, quod ita paratur. *℞. lithargyri ℥. iv. Coq. in aceti opt. lb. ij.* ad tertie partis contractionem. Refrigeratum coletur per sistrum. Postea. *℞. Salis gemmæ Drach. ij. Coq. in aq. clara ad tertie part. consumt. Coletur, Tandem ℞. aque huius part. ij. aceti prioris part. j. Misc.*

Vel *℞. unguenti citrini recentis ℥. iij. amygd. d. d. diutiss. pistatarum farine fabar. an. ℥. j. ossis sepiæ. C. C. farina hordei an. ℥. ij.* Incorporentur cum melle & miscantur.

Vel *℞. fl. fabar. rec. q. v.* Affunde lac caprin. q. s. Stent in infus. per diem & noctem.

Postea coentur & exprimantur, atque in colaturam novi flores injiciantur, iterumque per diem & noctem in infusione stent & coentur. Id quinquies repete. Postea adde *medulla panis recentis q. s.* ut fiat infus. pulvis, & lac caprino addito destill. Aqua ista facies manè & vesperi abluatur.

Utilia enim sunt quedam, quæ *cap. seq.* proponuntur.

CAPVT IV.

De Cosmetica.

ET si verò hæcenus de variis cutis maculis tollendis *capite precedente*, dixerimus: sciamus tamen pulchritudinis studiose hisce non contentæ sunt, sed præterea & nitorem ac pulchritudinem quandam ex petunt. Quapropter & de Cos-

A meticeis in medicamentis quædam edificantes sunt autem medicamenta illa duplicia, alia obsoletum, opacum vel nigricantem colorem emendant, cutemque elegantiorē & nitidiorē reddunt; quæ improbanda plane non sunt, cum id, quod æris iniuria, vel alia de causa, pulchritudini decessit vel deest, reuera homini præsent, coloremque pulchrum stabilem inducant; atque ea propriè Cosmetica dicuntur: alia sunt palliativa, quæ Fuci dicuntur, cum naturali color albus vel rubicundus acquisitius obducitur, & appingitur, qui aliquandiu saltem durat, & spectantium oculos fallit. De prioribus saltem medicamentis dicemus. Posteriora verò usurpare cum nec honestum nec pium putemus, non attingemus. Nam primum genus quod attinet, id rejiciendum omnino non videtur, cum nihil fuci inducat, sed saltem naturalem corporis nitorem, quacunque de causa amissum, restituat. Præcipue in facie inis id conceditur, quæ cum Viris prudentia, robore corporis & fortitudine, & aliis quibusdam, nonnihil inferiores sint, pro illis, ut Anacreon canit,

Ἔσις δίδασσι καλλος,

Ἄντ' ἀσίδων ἀπασῶν,

Ἄψ' ἐγγυῶν ἀπ' ἄντων.

Νικᾷ δὲ καὶ οὐδὲν,

Ἐπὶ καλῆς ἔσσε.

Natura dicitur illis

Decoram habere formam,

Pro parvulisque curælis,

Pro lanceisque curælis.

Nan stamma cedis illi.

Ferrumque, si qua pulchra est.

Et Plato, in *Phædro*, καλοὶ ἰσχυροὶ καὶ ἰσχυροὶ καλοὶ, pulchritudinem omnium rerum illustrissimam & maximè amabilem esse dicit; & pulchram faciem *divinè οὐσίαν*, divina quadam forma illustrem nominat. Alterum verò à feminis, præcipue Christianis, omnino rejiciendum, reatque scribit Cyprianus, *tract. 2. de habitu Virgin.* Non virgines, inquit, tantum, aut viduas, sed & nuptas puero, & omnes feminas admonendas, quod opus Dei & factura eius & plasma adulterari nullo modo debent, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta carina corripente medicamine. Et post: *Manus Deo inferunt, quando illud, quod ille formavit, reformare & transfigurare contendunt, nescientes, quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli, quodcunque mutatur.*

Prioris generis autem medicamenta ferè detergentia sunt, quæ lacum, cuti fuscum colorem conciliantem, ex ea extergunt, nonumque, qui nitidum colorem illi conciliet, alliciunt. Quibus interdum & emollientia quedam adduntur, quæ cutem duram, crassam & asperam, emolliunt & læviorē reddunt, & manibus præsertim molliem conciliant.

Utrique scopo *lac* satisfacit, præcipue *asininum* & *caprinum*: cuius vires cum non ignoraret Poppæa, Domitii Neronis Imperatoris coniux, in sano luxu ducta, quingentas secum per omnia trahebat fætatas asinas, & balneorum solio totum corpus illo lacte macerabat, ut erugaretur, teneferet, & candidios servaretur, referente Plinio, *lib. 11. cap. 47. & lib. 28. cap. 12.*

Detergunt, *radices serpentariæ* seu *dracontij* *majoris sigill. Salomonis*, *scrofularia*, *cucumeris asinini*, *lil. alb. iridis*, *cyclaminis*, *flores fabarum*, *lil. alb. sambuci*, *amygd. amara*, *pinæa*, *semin. 4. frig. maj. phascoli*, *oryza*, *farina fabarum*, *cycernæ*, *lupinorum*,

amylum, albumen ouorum, lac, camphora, sal. & ol. tartari, res mirra, mica panis albi, glans vnguentaria.

E radicibus *Serpentaria* fit gersa dicta, quæ nihil aliud est, quàm fecula vulgò vocata. Eodem etiam modo è radicibus sigilli Salomonis & Scrofulariz fecula seu gersa parari potest. E glande vnguentaria seu balano myrepica oleum exprimitur, quod *oleum de been* appellatur.

Ex enumeratis etiam modò simplicibus plerisque sunt Aqua destillata, & varia composita.

Vel *℞. rad. sigill. Salomon. serpentaria, scrofular. an. ℥. i. β. ireos ℥. i. fl. fabar. ℥. ij. mastich. ℥. i. boracis ℥. ii.* Destillantur.

Vel *℞. medulla panis triticeus ℔. iij. album. ouor. conquassat. num. xij. lactis caprini ℔. iij.* Destillantur.

Vel *℞. oryza ℔. i.* Maceretur in aq. fl. fabar. donec rumpatur; postea adde *mastichis el. ℥. vi. boracis ℥. ii.* Destilla.

Vel *℞. medulla panis albi ℔. i. rad. sigill. Salomon. ℔. β. lactis caprini q. s.* Destillantur.

Vel *℞. fl. sambuci, fabar. partes æquales,*

Affunde lac caprinum, & cola. Stent in loco frigido per octiduum; postea destillantur. In vsu *℞. fabas excorticatas, redigantur in pollinem, & aquæ immergantur, & aqua postea facies abluatur, ac per se exsiccare sinatur. Tandem dissolue Camphoram in spiritu vini & misce cum aq. sambuci, & aqua ista facies abluatur.*

Vel *℞. album. ouor. num. xxiv. cinamomi ℥. ii. lactis asinae vel caprini ℔. ij.* Destillantur.

Vtilis sunt & emulsiones è seminibus quatuor frigidis maioribus, amygdalis amaris, & pineis parata.

Decocta quoque sunt, quibus facies abluatur, ex fabis, ciceribus, lupinis, oryza.

Vel *℞. rad. lil. alb. sigill. Salomon. borrag. an. ℥. i. malua, saponaria, parietaria, violar. an. part. ij. fabar. excort. M. i. fl. malua M. β. F. decoctio, qua facies abluatur.*

Linimenta præterea & vnguenta vsurpantur, inter quæ sunt pomacea seu Pomata vulgò dicta. *Oleum Talei* hodie in multorum ore est, & præcipuè in gynæceis magnatum in vsu. Verùm ad fucos potius pertinere videtur, quàm ad vera Cosmetica; nisi ad abstergendum adhibeatur, & post vsu, quando in publicum prodeunda est, abluatur.

Non solum verò faciei, sed & manibus fæminæ delicatioribus & laboribus non aduetæ, vt molles & albæ fiant, adhibentur medicamenta quædam, parata ex medulla panis albi, farina hordei, cicerum lupinorum, melle, quibus aqua subactis, vel cum sapone molli & melle mixtis manus abluunt.

Vel *℞. farine cicerum, fabar. amygd. dulc. an. ℥. ii. rad. iridis fl. ℥. ii. mellis aq. ros. an. q. s. Misc.*

Vtile est & hîc vnguentum pomaceum. Vel fiat talis sapo.

℞. saponis Veneti ℔. i. Dissoluatur in aq. ros. Adde *pulu. rad. ireos fl. ℥. i. farine cicerum ℥. i. β. Misc.*

Pleraque etiam alia medicamenta, quæ ad faciem Enitidam reddendam modò proposuimus, & hîc vtilia sunt.

Plura talia videantur apud Rondeletium, in tractatu de Fucis.

De cicatricibus turpibus emendandis.

Ad Cosmetica non immeritò refertur cicatricum turpium emendatio. Cùm enim ex solutione continui vel vulnere vel ulcere facta, ex succo cutem nutriente ad partem vniendam simile quid cuti generetur, quod cicatricis nomine venit, ea toti quidem cuti similis est, ab ea tamen colore, sæpe etiam figu-

ra, discernitur, quod nunc altior erudit & eminent nunc depressa est, & foueam quasi atque ita æqualitatem quandam relinquit, ac deformitatem parit, quæ progressu temporis non nihil immutari solet, dum cicatrix cuti similior indies redditur. Quod tamen si citius expectatur, medicamentis quibusdam id præstari potest, qualia sunt *oleum myrrha*, quod si si ex ovo duro vitellus eximatur, & myrrha impleatur, atque in locum humidum ponatur, donec in liquorem abeat; quod & oleum myrrhæ destillatum præstare potest. Vtilis est & humor, qui ex ouis, dum affantur, exsodat, *oleum* item è vitellis ouorum, pinguedo thymali piscis, quem vulgò asciam vocant, oleum expressum è nucleis persicorum, amygd. amar. ol. de been. Vel fiat vnguentum ex borace, camphora, & pingued. humana; aut ex lithargyro & oleo rosaceo, ol. amygdal. amar. cum melle mixto; vel fiat vnguentum ex sacco vel radice cucum. asinici, & melle; eoque per diem cicatrix inungatur, sequenti verò die lacte, idque ita per vices fiat.

Vel *℞. mucilag. sem. fœnigr. psyllij an. ℥. ii. ol. tartari per deliq. ℥. β. rosac. ℥. i. cerussa, boracis, an. ℥. i. Misc.*

℞. rad. serpentaria, sigill. Salomon. an. ℥. ii. amygd. amar. nucl. persicor. an. ℥. i. restar. ouor. combustar. ℥. β. thuris, myrrha el. an. ℥. i. sacch. cardis Draeh. iii. mucilag. sem. fœnigraci ℥. i. ol. vitell. ouor. pingued. hum. an. q. s. misc. F. Linimentum.

Quod si cicatrix nimis profunda si medicamentis emendari non potest, vt cuti reliquæ æquetur, sed sectione vel medicamento aliquo corrodeute cicatrix tollenda, & cautus, quantum opus, caute replenda, & postea noua cicatrix induenda est.

Inprimis verò post variolas sæpissimè turpes cicatrices in facie relinquuntur, quæ insignem turpitudinem patiunt, & propterea, vt emendentur, sæpe Medicorum opera imploratur.

Vtilia verò sunt ad eas tollendas, medicamenta modò proposita, vt & illa, quæ hoc ipso capite antea, ad faciem nitidioram reddendam, sunt tradita. Inprimis commendatur ex iis pinguedo thymali seu ascie piscis.

A Foresto feliciter vsurpatum fuit hoc: *℞. Ol. amygd. dulc. ℥. i. β. lil. alb. ℥. i. axungie capri, ping. hirci an. ℥. Sem. sarcocolla ℥. Sem. farina oryzae, lapinor. an. ℥. i. lithargyri anri ℥. Sem. pulu. rad. bryonia, ireos an. ℥. i. facchari thaberz et. ℥. i.*

Conterenda conterantur in pollinem, & cribro tenuissimo excipiantur, & gummi dissoluta addantur si liber, tandem commisceantur in mortario superinfundendo aq. ros. lil. alb. fabar. an. q. s.

Continuò agitando & incorporando, per pannum laneum manibus emulcendo, traiciantur, & exhibit vnguentum molle.

C A P V T V.

De Naui maternis.

Est & aliud macularum genus, quod cutem deorsum, quòdque infans in vtero contraxit, vnde Næui, Maculæ, & Næta maternæ atque originales nominantur, Germanis *Mustermahl* oder *Anmahl*. Sunt autem maculæ hæ variaz, coloris nunc rubri, nunc facii, nunc alterius; huius vel illius figuræ, nunc in hac nunc in illa corporis parte.

Causæ.

Equidem reperiuntur, qui à fortuito humorum concursuales maculas in corpore excitari credunt. Verùm talia fortuitò non sunt, sed ab imaginatio-

Manus de-
albantia.

Cicatrices
turpes emē-
dantia.

Cicatrices
post vario-
las.

Næui ma-
terni.

Causæ.

ne matris maculas istas pendere, & ab ea sc̄tum signari, vt loquuntur, ipsa experientia docet. Auctoritates Philosophorum & Medicorum varias congerere non est necesse, neque etiam omnia conformationis vitia, quæ occasione imaginatio- nis fiunt, hic recensere opus est. Mulierculis enim nouum, infantes nonnullas maculas fragorum vel ceraforum instar, vel rubras instar vini tubri vel ignis habere, quod talibus rebus matri oblati imagi- natio tales colores sc̄tui impresserit. Et ipse noui sc̄pianam, cui grauidæ sub moro stanti, mora ali- quot in dorsum incidere, vnde infans ex ea natus totidem excrescentias mororum figuræ similes in dorso habuit. Quæ ratione autem imaginatio id prætet, pluribus in tractat. de consensu & dissensu B Chymic. cum Aristotel. & Galenic. cap. 14. & lib. 4. Pract. part. 2. sect. 4. cap. 7. hac de re actum est, quæ hic repetere opus esse non puto.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

1. Difficiliter hoc macularum genus curatur; & quamuis interdum nonnihil obscurari videatur: ta- men solet recrudescere. Et referunt nonnulli, eas, quæ occasione ceraforum, fragorum, vuarum con- tractæ sunt, eo tempore, quo fructus isti maturefce- re solent, quasi efflorescere rursus.

2. Si tamen mox sc̄tu edito medicamenta adhi- beantur, interdum tolluntur.

Curatio.

Curatio.

Vulgò sc̄minæ ad maculas tollendas vtuntur sanguine secundinæ, & ea adhuc calente maculas has abstergant. Alij etiam postea sanguine men- struo vtuntur.

Possunt tamen & alia medicamenta detergen- tia, hætenus ad alias faciei maculas tollendas pro- posita, hic vsurpari. Alij saliuam matris ieiunam adhibent; alij tepius ex matris vbere lac instillari præcipiunt. Quæ si non sufficiant, ad erodentia & caustica quoque medicamenta, vel etiam manua- lem operationem & abrasionem cuticulæ acceden- dam. Vtile etiam est, si mater sem. sinapi singulis diebus manè masticet, & eo maculam fricet. Qui- dam eam partem vmbilici, quæ infantulo post vm- bilici debitum nezum decidit, adseruant, hæncque efficcantam, ac deinde ex aq. herbæ Christopho- ri in eadem maculæ imponunt, ter in die, tam- diu, donec ea penitus euanescat. Commendatur etiam aqua destillata è garyophyllata montana, si ea infans ex vtero egressus lauetur, & maculæ dein- cept eadem aqua abluantur.

CAPVT VI.

De Maculis volaticis infantium.

Libelli Practici Germanici, vt in Gabelchoue- Practica, & Promptuario Medico Vvittici- ni, & aliis videre est, faciunt inter morbos pue- E riles mentionem affectus, quem den Flug appellant; quem, quia nunquam vidi, in tractatu de morbis infantium præterii. Quia autem nonnulli sunt, qui eum se vidisse scribunt, eius hoc loco mentionem faciam. Describunt autem, quod sint maculæ quæ- dam volaticæ, rubræ, vel purpuræ in cute hinc in- de serpentes, quæ si orificium aliquod, os puta, na- res, oculos, aures, nates attingant, & eousque pe- netrent, malum lethale fieri. Ideoque vt id præca- ueatur, recipiunt aquam rosarum & pauillum cro- ci admiscunt, atque ea omnia orificia illinant, & maculas etiam ipsas circumcirca. Saltem versus pedes corpus non illinunt, vt per pedes maculæ istæ euanescant. Quæ maculæ, si dantur, proculdubio

Dei Flug
innger
Kintter.

A Erysipelatis species sunt, & propterea non solum istud linimentum ad orificia corporis adhibendum, sed & expulsiua medicamenta, quæ aliàs in Erysi- pelate vsurpari solent, vsurpanda essent.

CAPVT VII.

De Maculis à Germanis Epaticis dictis.

Qvod sæpe monui, nec hic prætereire possum; multa tuberculorum & macularum genera vulgo etiam passim apud omnes Nationes hodie nota esse, quæ quibus nominibus à Græcis vel La- tinis appellata sint, ignoratur: cum tamen credibile non sit, apud Antiquos ea non existisse. Siqui- dem causæ istdem seculis vigerunt.

Vulgò notus est affectus, quem Germani Zeber- Zebersfle- flette nominant, proculdubio, quod ex epate or- tum habere credant, maculæ scilicet fulcæ, vel ex flauo nigricantes, latæ, palmi magnitudine, ingui- na inprimis, & pectus ac dorsum occupantes, imò totum pectus interdum obtegentes, cum cutis qua- dam leui asperitate, quæ squammas aut furfures quasi emittit, quæ tamen non vno loco hærent, sed hinc inde disseminantur, & modò euanescent, mo- dò rursus emergunt. Eas vnicus, quantum memi- ni, clarè describit, Reinerus Solenander, sect. 5. consil. 11. sed sine nomine. Platerus etiam earum mentionem facere videtur, dum scribit, dari ma- culas fusci coloris, palmæ amplitudine, inter- dum certis sedibus corporis, & quidem certis temporibus obortas; certisque desinentes. Verùm rem obscurat, dum causam & curam in Lentigine querere iubet. Sunt enim Lentiginæ & hæ maculæ diuersi affectus, & diuersas causas habent, vt ex his, quæ supra cap. 3. de Lentiginibus, dicta sunt, & hoc capite dicentur, patebit. An ad Vitiliginem & Alphum nigrum, quod suspicor, referri possint, penes Lectorem esto iudicium. Nos rem istam hoc capite, sine nomine Græco vel Latino (Germanicum enim, vt ipsæ istæ maculæ, vulgo notissimum est) explicabimus.

Causa.

Causa harum macularum est humor sicciore & melancholicus, cum alimento partium ad cutem delatus, seu sanguis feculentior & crassior, qui cum totus assimilari non possit, id, quod excrementi- um est, ad cutem detruditur. Etsi verò ab epate sicciore sanguis ille feculentior generetur, vnde etiam à Germanis Zebersflette, Epaticæ maculæ, di- cuntur: tamen lien proculdubio, cum & ipse suo modo sanguificet, non extra culpam est. Vnde obseruavi, post maculas istas, si diu durent, quartanas obortas fuisse. Facit etiam ad macularum harum generationem victus ratio & vitæ genus ad sangui- nem siccum & feculentum, & humorem melan- cholicum generandum apta, de qua alibi diximus.

Causæ.

Prognostica.

1. Ipsæ quidem maculæ per se nihil periculi con- iunctum habent, neque aliquam molestiam, aut vitii obuiam deformitatem pariunt, cum non in facie & manibus, vt lentiginæ, sed in locis vestibus teetis oboriantur.

Prognosti-
ca.

2. Ratione tamen causæ, à qua pendent, & vitio- sæ epatis ac lienis constitutionis, alios morbos præfagiunt, & non rarò tertianæ & quartanæ fe- bres maculas has sequuntur.

3. Etsi quoque istæ maculæ facilè, vt dicetur, tolli possint: tamen nisi vitium sanguinis & visce- rum, à quibus vitiosus sanguis generatur, tollatur paulò post iterum efflorescunt & redeunt.

Curatio.

Curatio.

Cum ergo maculæ istæ semel sublatae, nisi causa, à qua pendent, tollatur, redeant, humor vitiosus ille euacuandus, medicamentis paratis ex *radic. polypodij, cichorii, borrag. ceterach, cuscutha, capillo ♀, agrimonia, foliis senæ, babarbaro, rad. gialapa*: idque aliquoties repetendum. Si opus sit, etiam vena aperiri potest.

Verùm cum purgantia saltem humores, qui in Venis collecti sunt, tollant, eorum verò generationem non præcaueant: imprimis danda opera, vt illa vitiosa epatis & lienis constitutio, à qua generatio istorum humorum pendet, emendetur: id quod optima victus ratione perficitur, qua sensim illa sicca epatis & lienis constitutio in meliorem restituitur. Itaque vitendum cibus boni succi, carne hœdina, agnina, vitulina, gallinacea, ouis, & similibus, hordeo, tritico, pomis bene maturis, prunis, passulis, amygdalis. Vitandi verò crassi, falsi, acres, & mali succi cibi, vt carnes fumo induratae, & similes. Bonorum enim ciborum vsu viscerum constitutione in meliorem statum redacta vitiosi humores amplius non generabuntur, sed sanguis bonus & temperatus.

Topica verò quod attinet, manè partes maculis istis fœdatas fricare vtile est. Imprimis verò ante balnei ingressum, *aquam* vel *sirupum fumarie* cum pauxillo *theriaca* sumere commodum est. Post sudorem locus illinatur sem. sinapi cum aqua calida in formam pulvis redacta, quod tam diu ibi relinquatur, donec in parte feruor & punctio quædam percipiatur, postea aqua calida abluatur.

Vel hac massa illinatur:

℞. saponis albi lb. β. radatur & siccetur. Postea adde sem. sinapi ℥. j. β. farina fabar. lupinor. an. ℥. ij. medulla panis albi ℥. j. Cum succo fumarie vel lapathi acuta Misce, & vitere.

CAPVT VIII.

De Pruritu.

Est Pruritus cum aliis affectibus pluribus coniungantur, vt scabie, impetigine, lepra, & similibus, eorumque ablatione & ipse tollatur: aliquando tamen solus homines vexat, & adeo molestus est, vt etiam Medici auxilium implorare cogat, de quo hoc capite agemus.

Pruritus.

Est autem Pruritus dolor, ab excremento tenui & acri inter cuticulam & cutem hærente excitatus. Est enim dam pars pruriens scälpitur, voluptas quædam percipitur: tamen illa voluptas non ad pruritus naturam pertinet, sed scälpturam sequitur, dum partes, quæ à materia acri mordebantur, ad statum naturalem & pristinum æquabilitatem confortim redeunt. Vt enim dolor excitatur à subito motu ad statum præternaturalem: ita voluptas percipitur à subito motu ad statum naturalem. Ipse verò pruritus post scälpturam cessat, quod materia, quæ causa doloris erat, euacuatur, & quia solutio continui, quæ dolorem excitat, ad solutum esse & quietem, si fortior hât scälptura, deducatur.

Causa.

Causa.

Causa nimirum proxima pruritus est excrementum falsum, inordax, & acre, sincera scilicet aut atra bilis, vel pituita falsa. Quod excrementum et si in scabie quoque adsit: in pruritu tamen est tenuius, & per minimas particulas sese insinuat. Hæret autem inter cutem & cuticulam, & propterea acrimonia sua sentientes in cute particulas stimulat, & ad scälpendum irritat. Et quidem vt excrementum istud in cute hæreat, facit cum excrementi natura,

A quod etsi sit tenue, tamen lentorem quandam & visciditatem habet, qua partibus pertinaciùs adheret: tam ipsius cutis densitas, ob quam exhalare non potest.

Colligitur autem istud excrementum ob epatis caliditatem & siccitatem, ciborumque acrium & multorum aromatum vsu. Hinc senes, qui præcipue in iuuentute epas calidius habuerunt, & cibo ac potu calidiore vsi sunt, in senectute pruritum, & tandem scabiem sentiunt. Vnde Galenum, 2. de *symp. caus. cap. 6.*

Differentia.

Differentia.

Pro humoris autem varietate, & locorum affectorum ratione, quædam pruritus est differentia. Prout enim materia magis vel minus acris est, eo maior vel minor ac contumacior pruritus excitatur. Interdum pruritus in cute totius corporis percipitur, interdum in partibus quibusdam.

Prognostica.

1. Pruritus plerumque scabiei futuræ prodromus est. Nam si pruritus diu duret, materia tandem copiosior colligitur, & putredinem concipiens acrior redditur, cutilamque erodit, & pustulas excitat.

2. Quò humor, qui pruritus excitat peior, eo deterius est malum. Nimirum qui ex sanguine adusto aut bile excitatur pruritus, citius finitur: qui ex falsa pituita prouenit, durat diutius: diutissimè verò qui à melancholia adusta ortum habet.

3. Pruritus, in quo magna in scälpendo est voluptas, malus est; quia à bile acri oritur.

C

4. Pruritus in senibus raro curatur; præsertim decrepitis. Nam cum ea ætas talibus humoribus falsis cumulandis apta sit, corporis illa dispositio vix mutari & in meliorem statum traduci potest. Si tamen diligens cura adhibeatur, quandoque sanatur, refertque Mercurialis, *de morb. critan. cap. 3.* Leonellum Pium; octuagenarium, à maximo pruritu beneficio medicamentorum fuisse liberatum.

5. Hippocrates, *in Coacis*, pruritus in tabescentibus, si alui suppressioni succedat, esse lethalem scribit. Etenim ob pruritus molestiam tabidi neque dormire neque quiescere possunt; vnde coctio nulla fit, morsque ipsis acceleratur.

Curatio.

D

Pruritus cum dolor sit, ipse, si vehementior sit, & vigilias excitet, virisque prosterneat, mitigationem & anodynum: causa verò, à qua pendet, sui euacuationem indicat. Et quidem causa proxima, cum sit humor falsus in cute hærens, is è cute euacuandus. Quia verò causa ista proxima fouetur ab humore simili in venis contento, & is euacuandus. Et cum is generetur ob prauam & vitiosam viscerum dispositionem, ea emendanda, atque ita generatio talium humorum præcauenda.

Curatio.

Pruritus tollunt humectantia, quæ materiam illam acrem pruritus causantem mitigant. Humores verò excrementicios è cute euacuant detergentia, discutientia, emollientia, & rarefacientia. Antecedentem causantem tollunt purgantia. Vitiosam viscerum dispositionem emendant alterantia, & imprimis bona victus ratio.

E

Itaque primò humor falsus, nitrosus, & acris præparandus & euacuandus. Præparant eum medicamenta refrigerandi & humectandi vi prædita, quæque simul humorem attenuant: qualia sunt, cichorium, endiua, borrago, buglossa, fumarie, lupulus, capillus Venæ, rad. asparagi, polypodij, epiphyllum, & ex his parati Sirupi, imprimis de lupulo, fumarie, cichorio, byzantini s. capillor. Venæ.

Euacuantur verò humores foliis, senæ, polypodio, elleboro nigro, rad. gialapa, sir. de polypodio composito, el. diacatholico, confectioe Hametæ,

extr. ellebori nigri, melanogogo. Formulæ alibi, vt *capite de scabie*, sunt propolita.

Nonnunquam & venæsectio, si ætas & vires, ferunt, instituenda. Et quia non raro accidit, vt vel hæmorrhoides vel menses detenti malo huic occasionem præbeant, hæmorrhoides vel menses provocare tum vtile est.

Ad humorum verò adufterum, vt & ipsorum viscerum feruorem temperandum, nihil vilius est sero lactis caprini, quod ad libram j. vel etiam ij. aut iij. exhiberi potest. Efficacius erit, si aliquid succi vel sirupi fumarie addatur. Inprimis verò ad viscerum intemperiem corrigendam, & sanguinis boni generationem facit bona dicta ratio. Aër sit temperatus, ad frigidum & humidum declinans. Cibus boni succi, facilis concoctionis, & qui non facile corrumpatur, potestque alterari borragine, endiuia, inprimis lactuca, quæ præterea & somnum conciliat, qui in hoc affectu maximè vtilis est. Vitentur verò acria, salsa, amara, acida, dulcia, pinguis, præsertim frigida.

Topica, quod attinet, ad ipsum pruritus leniendum ac mitigandum, & humoris acrimoniam temperandam, ac humores etiam non nihil discutiendos, est vtilissimum aquæ dulcis tepidæ balneum, in quo æger maneat ante cibum per dimidiæ vel integræ horæ spacium sedeat: quia simul viscerum calorem & siccitatem temperat, porosque rarefacit. Ad materiam verò potentiùs discutiendam vtilia sunt balnea medicata, scilicet sulphurea; atque vtile fuerit, alternis vicibus vti balneo modò aquæ tepidæ dulcis, modò salis & sulphureæ. Ita enim & pruritus mitigabitur, & pori laxabuntur, atque excrementa in cute abstergentur & euacuabuntur. Ad discutiendum verò vsurpari potest oleum commune vel amygdal. dulc. cum sulph. & sale; item oleum còstinum. Vel abluatur corpus decocto apij, parietarie, rad. oxylapathi, sem. orobi, lupinor, cicèrum alborum, fassutum.

Vel *℞. farina lupinor. ℥. iij. sulphuris Vnc. ij.* Misc. cum aceto & corpori illine.

Vel *℞. lithargyri, sulphur. rorebinth. an. ℥. j. ℞. succi malua, parietaria an. ℥. j. salis D. i. ol. com. munis q. s. Misc.*

Post vsu verò talium balneo tepido aquæ dulcis vtendum.

Plura petantur è *part. i. cap. 27. de scabie*, cum pleraque medicamenta, quæ scabiem, præcipuè siccam, curant, etiam in pruritu vtilia sint.

CAPVT IX

De Malo odore.

Malus odor.

Tandem inter affectus cutis non prætereundus videtur malus odor, qui interdum è partibus externis corporis per cutem exspirare, & cum adstantibus, & tum ipsi homini, cui id accidit, molestus esse solet. Corpus enim humanum, dum secundum naturam se habet, non olet, neque vllum odorem exspirat, qui quidem ab homine percipiatur. Nam animal quodcumque odorem aliquem sui generis exspirare, docet Theophrastus, *lib. de odoribus*, & probat id experientia, dum videmus canes heri vestigia odoris beneficio legere, & feras inuestigare. Si verò odorem ab aliquo exspirare percipiatur, id præter naturam est. Et quod de Alexandro Magno, *in vita eius*, refert Plutarchus, eam bonum odorem emisisse, id rarum est; nisi vestibus potius id fuerit tribuendum.

Pravos verò & fetidos odores sæpe è corpore

A humano exspirare non raro obseruatur. Loca autem, è quibus fetor ille exspirat, sunt os, aia, pedenda, & pedes præcipuè. Quod verò aures & nares etiam fetent interdum, id fit ex eorum vlcerebus. Nonnunquam tamen & ex toto corpore eiusmodi fetor exhalat. De oris fetore, *libr. 2. part. 1. cap. 19.* dictum.

Non autem hic in genere, quæ odoris sit natura, tum etiam qua ratione suavis vel ingratus odor generetur, disputare libet, cum id ex Phisicis peti possit. Hoc loco scire sufficit, odorem in suauem & fetorem ex superflua humiditate putrescente, vaporemque talem exhalante prouenire.

Alarum fetor *Hircus* appellatur. Auicennas *Hircus septima quinis, tract. 3. cap. 23.* scribit, quod causam huius fetoris nonnulli statuerint esse reliquias seminis, quæ in generatione superflua fuerint, & in hunc locum delatae sint. Quam sententiam etsi Auicennas rejicit, & ab aliis huius odoris causa ponitur pororum cutis e loci adstrictio, ob quam vapores liberè nequeant transpirare & exhalare: tamen constructio pororum non sufficit; aliàs enim senibus esset hic affectus magis familiaris. Et non videtur esse absurda ista ab Auicenna reiecta opinio. Animaduertimus enim hunc affectum virginibus nubilibus, si mota incallescant, esse maximè familiarem. Et omnino testes & semen talem odorem sanguini imprimendi vim habere, cognosci potest ex hircis, & castratis animalibus. Inprimis tamen hic fetoriis familiaris est, qui corpus habent humidius, quod putredini maximè est obnoxium. Licet enim totus sanguis non putrescat, circa emunctoria tamen excrementitij vapores facile putredinem concipere possunt.

Eadem de causa & pudenda nonnullis olent, ob humores excrementitios, qui ab epate venisque ad emunctoria in inguinibus sita deponuntur, è quibus vapores fetidi exhalant.

Fetent & pedes nonnullis. Cum enim natura ad extremas hæc partes humores excrementitios detrudere soleat, pedes verò vestibus & calceis tegantur, vt vapores inde exhalantes liberè exspirare non possint, putredinem concipiunt, atque in doiste fetor contrahitur.

Tandem, sed rarius, totum corpus (nisi id fiat à sudore, quod frequentissimum est) fetet, & qui toti corpori interdum adscribitur, potius alarum est. De Thaide tamen existat epigramma Martialis, *lib. 6.*

*Tam malè Thais olet, quàm non Fullonis auarè
Testa vetus, media sed modò fracta via.
Non ab amore recens hircus, non ora Leonis,
Non detracta cani translyberina cutis,
Pallus abortiuo nec cùm putrescit in ouo,
Amphora corrupto nec vitiat a garo.
Virus vt hoc alio fallax permittet odore,
Deposita quoties balnea veste peti:
Pflorho nives, aut acita later oblita creta,
Aut tegitur pingui terque quaterque faba.
Cùm bene se tutam per fraudes mille putauit,
Omnia cùm fecit, Thais da Thais olet.*

Prognostica.

1. Turpe hoc vitium est, & adstantibus molestum, & quod conuersationi incommodum est, ac vxores maritis sæpe ingratas reddit.

2. Idem tamen etiam corporis nimium humidi, & multa humida excrementa cumulantis indicium est; quale in febribus & aliis putredine ortis morbis facile est obnoxium.

Curatio.

Curatio vel ipsum fetorem respicit, qui suauis odore regi & palliari potest, vel ipsam causam, quæ vera

vera curatio est. Itaque eorum, qui hoc vitium patiuntur, corpus, conueniente modo, venesectione, si opus, & purgatione euacuandum, & nimia eius humiditas exsiccanda. Vtilis imprimis hic est aloë rosata, quæ corpus siccatur, & potenter à putredine præseruat.

Dixit etiam ita comparata sit, ut ad siccum vergat, & putredini resistat. Cibi propterea condiantur aceto, succo citri, aurantiorum, aq. rosar. aceto rosacco. Abstinentiam verò à cibis, qui facile corrumpuntur, quales sunt cucumeres, melones, melopepones, ficus, & similes. Piscium quoque præsertim mollium, vsus nimius vitandus. Exercitationes corporis etiam non negligantur. Somnus non sit nimius.

Postea animaduertendum, è qua parte fœtor exhalet, & propterea pars ea sæpius mundanda & abluenda, decocto hordei, scabiosa, rad. ireos, aloës, myrrha, ligni guaiaci, cortis. citri, santali, ligni aspalathi; & postea imponendum ceratum ex styrace calamita, benzoe, cinamomo, garyophyllis, myrrha, aloë, cum resina & ol. lauendula iubaetis.

Cùm verò etiam antequam causa planè tollatur, fœtor ille omnibus molestus sit, suaueolentibus obscurari, deprimi, & quasi palliari potest. Alæ ergo & inguina, prout opus, linimento vel vnguento aliquo suaueolente inungi possunt, parato ex rad. irid. Fl. cinamom. ligno aloës, garyophyllis, gallia mosch. styrace calamita, ol. lauendula, vel balsamo citri, garyophyllorum, cinamomi, vel pluribus mistis, addito moscho & ambræ, si libet. Sub alis etiam pila odorata seu pomum ambræ gestari potest. Si pedes singulis diebus lauentur aqua vel lixiuio, in quo folia lauri, origani, salvia, fl. rosar. chamamelis, rad. iridis, cocta sint, fœtor ille facillè tollitur. Vel abluantur pedes vino, in quo alumen dissolutum sit.

Post lotionem etiam *σκαβάρια* Græcis dicta adhibere licet, quæ ut Plinius, lib. 13. cap. 2. scribit, siccis odoratis constant, suntque aspergines medicamenti alicuius siccæ & in puluerem triti, quibus & pedes fricare, & aliquid de iis inter digitos pedum inspergere licet.

Vt fol. lauri, origani an. ℥. j. fl. ros. rubr. rad. iridis Fl. cyperi an. ℥. β. farina fabar. lupinor. an. ℥. ij. salis siccari ℥. j. F. puluis.

A Eadem ratio est, si totum corpus fœtidum odorem exspiret. Tunc enim frequenter balneis ex herbis odoratis modò dictis vtendum Et nisi hic fœtor superari possit, vestimentis odoratis, pilis odoratis, balsamis, & similibus vtendum. Verùm præstat causam fœtoris tollere, quàm odoribus fœtorem obfuscare velle; cùm odoramenta, nisi planè fortia, sese fœtori misceant, eiusque vehiculum fiant, & ingratum odorem efficiant. Et omnino ille optimè olet, qui nihil olet.

B Memorabilis verò historia fœtoris totius corporis existat in epist. Med. Clarissimo Dn. D. Gregorij Horstij, lib. 2. sect. 10. vbi D. Sigismundus Snitzerus ad D. Andream Libauium scribit, quod virgo quædam Augustana, annorum 17. Bambergam in monasterium S. Sepulchri missa fuerit, ut ordini isti manciparetur. Hanc v. monasterium vix ingressam, fœtorem cæteris monialibus summè aduersum instar putrescentis cadaueris emisisse, siue in eodem cum cæteris versata fuerit contubernio, siue in sua crypta (cellam vulgò vocant) latuerit: hanc enim prætereuntes odorasse. Diligenti verò habita inquisitione, se intellexisse scribit, fœtorem illum non ab oris, ventriculi, vteri, aut alterius corporis partis vitio, manare, sed eam esse vniuersi corporis *idionyxætiæ* Libauius tamen in epistola responsoria *idionyxætiæ* illam non admittit, cùm eius causam reddere sit supra humanum caput; sed accessorium quiddam forinsecus istam substantiæ alterationem induxisse, vel talem adspersisse labem putat. Et quidem eam labem in vtero contractam esse, ex contaminato sanguine semineque, & constitisse & nutritum esse intra parentem: vel aliquid passum esse matris nausea, & conseruatione affectuque graui, in vtero latitantem embryonem. Præterea putat, consternatam forsàn fuisse matrem sepulchro, superuenisse vntioni cadaueris, sordibus putridis ex alio decumbentium redditus nauseam concepisse, aut similibus fuisse grauiter affectam. Plura videantur in allegata Libauij epistola.

C Aliud exemplum fœtoris totius corporis habet Libauius, in seq. epist. vbi scribit compertum sibi esse, quandam iuenculam in matrimonio viuentem tempore fluentium mensium serè peius cloacis olere, maritumque tunc afflictim degere.



LIBER QVINTVS.

P A R S III.

SECTIO II.

DE CAPILLORVM, ET VNGVIVM VITIIS.

C A P V T I.

De Pilorum natura.

Pilorum vitia merito capillorum vitia subiungimus. Sunt enim pili cuti infixi, nec vllibi extra cutem reperiuntur. Neque pilorum vitia pratercunda sunt, cum & ipsi corporis partes sint; et signobiliores. Cum enim vngues, vngulas, & cornua in animalibus, & pennas in avibus, partes corporis esse nemo facile negauerit, neque facile quis dixerit, pavonis caudam & varias animum varie coloratas & figuratas pennas quid excrementitium esse: pilos etiam corporis partes esse, negandum non est. Id quod eorum conformatio, figura varia, colorisque varij satis docent. Probat idem & eorum vsus: vt & morbi, de quibus postea dicitur, ac imprimis Plica illa Polonica: & tandem ipsa vis effectrix & conformatrix, quam pili, vt aliae partes, habent, vt mox dicitur; euidenter id ostendit. Et licet pili abscissi regenerantur, ideo tamen partes non esse, negandum non est. Nam & vngues, & vngulae in cancri chelae, in bruti quibusdam cornua amittuntur, ac renascuntur: imò in homine etiam dentes.

Equidem vulgò docetur, pilos generari, dum à calore corpori nostri fuliginosi crassique vapores è terra coctione in corporis nostri partibus eleuantur, & ad poros cutis pelluntur, in quorum angustiis dum hereant, conglutinantur, donec tandem poro repleto alius atque alius vapor subiens hunc impellat, quem vicissim alius atque alius, atque ita è poro extrudatur. & pilus fornetur, qui postea, similibus vaporibus succedentibus, pilum protrudentibus, eiusque radici sese agglutinantibus, prolongetur.

Pilorum generatio.

Verum si hoc modo pili generarentur, causa reddi non posset, cur non in omnibus corporis partibus pili nascerentur, & in quibus nascuntur, in aliis copiosiores, in aliis pauciores, & cur alij semper augeantur, alij nihil augeantur. In collo & facie nulli pili naturaliter nascuntur; in capite & genis copiosi, vt & in pudendis, sub alis in palpebris, & supra palpebras. Pili in capite & barba semper crescunt, & prolongantur: qui verò in palpebris sunt, eandem longitudinem seruant, & praterea semper recti manent. Deinde causa dari non posset, cur viri saltem barbam, non verò foeminae etiam habeant: cum tamen foeminae in capite prolixissimos saepe capillos alant. Praterea pili ex Aristotele, 3. de hist. animal. cap. 12. distinguuntur in congenitos, quales sunt capitis, ciliorum & superciliorum, & postgeni-

atos, qui demum ætatis progressu proueniunt: cuius rei ratio dari nulla posset, si ex vulgata doctrina è vaporibus erumpentibus orientur.

Alia ergo ortus pilorum causa querenda est, in qua inuestiganda etiam Galenus curiosus fuit, ita vt hic Dei opt. maximi rerum omnium opificis, quod aliàs rarissimè facere solet, mentionem fecerit, eiusque hac in re omnipotentiam & sapientiam examinare, Moïsemque refutare conatus sit, vt II. de vsu part. cap. 14. videre est.

Si rem verò diligenter pensitemus, nullo modo concedere possumus, quod pili saltem fiant ab excrementis vel vaporibus è corpore exhalantibus, & in certis locis hærentibus, sed à facultate formatrice & pilifica pilos generari statuendum est, ob causas modò enumeratas. Et capillos non saltem ex fuliginibus quibusdam, sed ex materia longè solidiore, & vnguibus ac cornibus cognata generari, docet, vel

illud, quod pili non facile corrumpuntur, sed post mortem etiam diu integri conseruantur. Cuius rei historiam refert Gabriel de Zerbis, in libro anatomia corp. hum. titulo, anatom. capillor. fol. 105. his verbis: *Nos vidimus & tetigimus Roma eadauer mulieris in via Appia ex opposito via, vbierat sepultura Ciceronis: & ideo existimatum fuit à pluribus illud esse eadauer Tulliola, Ciceronis filia dilectissima, sicut per inscriptionem potuit intelligi; quod eadauer de tumulo extractum, in quo maxima parte myrrha & demum mumia præsaueratum creditur à corruptione, à temporibus Ciceronis vsque ad Sixtum IV. Pontificem maximum, quod tempus subsequenter fuit vsque prope annum millesimum quingentesimum: cuius eadaueris inerant capilli conseruati & ornati in insula aurea, vt moris erat eo tempore, in ea aetate. Quod quidem eadauer, quod etiam à tota communitate curialium visum fuit, remotum à loco illo, & Romam delatum, in tribus diebus, remoto conseruante, putruit, & ad demixtionem elementorum deuenit.* Et omnino sicut vngues in hominibus, vngulae & cornua in quadripedibus, pennae variegatae & coloratae in avibus, à facultate formatrice formantur, & si decidunt, eodem modo regenerantur: ita & pili à facultate formatrice seu pilifica partibus certis à Creatore insita generantur. Vnde etiam pilorum illa varietas prouenit. Pili enim, vt diximus, in capite & barba indies augentur & prolongantur: non verò ita, qui in palpebris & superciliis sunt, qui sepe semper eandem longitudinem seruant. Praterea pili in palpebris semper recti stant, eorumque si vel longitu-

30 augeatur, vel restitudo incuruetur, visui in- A
commodum afferunt. Viti habent barbam; fœmi-
næ non habent. Vlti nimirum certo Creator eos
omnino destinavit, itaque facultatem pilificam aliis
partibus dedit, aliis non dedit, quæ pilos certa
quantitate, figura, & colore format. In hominibus
& aliis animantibus sub pedibus pili nulli sunt, vni
verò lepori sub pedibus pili sunt, vt testatur Aristo-
teles, 3. de histor. anim. cap. 12. Insuper & istud pi-
los in animalibus à facultate formatrice provenire
arguit, quod vi imaginationis pilorum forma & co-
loratio mutari potest, vt ex historia Iacobi, Genes.
30. patet.

Materia
pilorum.

Materia pilorum, vt omnium aliarum corporis
partium, sanguis est, vt etiam Adrianus Spigelius,
de hum. corp. fabrica, lib. 5. cap. 10. statuit; Id
quod vel in plica Polonica apparet, in qua pili secti
sanguinem fundunt: sed is ignobilior. Natura enim
hominum æonomi, suum cuique in familia distribu-
entis, officio fungitur, & nobilitate sanguinis parte
nobiliores corporis partes alit, reliquum in ignobi-
liores distribuit, in vngues scilicet & pilos in homi-
nibus, in brutis, in pilos, vngulas, cornua, pennas.
De quo etiam in Instaur. lib. 3. part. 1. sect. 2. c. 3.
dictum. Et si verò ex ignobiliore sanguinis parte pi-
li proveniunt, vinctuosa tamen ea est, & si cum Chy-
micis loqui libeat, oleaginosa, & quasi sulphurea,
vt ex eorum accensione apparet, & nescio quam
cum semine cognationem habet: vnde salaces &
lascivi pilosi sunt; ad Venetem inepti glabri, eu-
nuchi & effœminati barbam non producant. Qui
Venete frequenter vtuntur calui sunt, contra eu-
nuchi non caluescunt.

Pilorum
vitiis.

E quibus etiam facile, quis pilorum vsus sit, col-
ligere licet. Equidem quoddam suos habere vsus
certum est; cum pili in capite, eius quasi naturale
tegumentum sint; pili in palpebris suo modo visio-
ni inseruiant, atque euulli vel excidentes visioni in-
commodent, capilli capitis & barba, præcipue in
Viris, homini ornamentum præstet, virumque ve-
nerandum quasi reddat. Verum cum pili sub alis,
in pede idis, in cruribus, neque ad tegumentum ne-
que ad ornamentum facta sint, alium adhuc vsum
in procreatione pilorum natura quæsiuit, vt scilicet
quod est ignobilius in sanguine, in us generandis
absumeretur; vnde etiam in alus pili copiosius, in
aliis parcius proveniunt, vt & infantes in plerisque
partibus pilis nudi sunt, qui ætatis progressu gene-
rantur, materia pilorum cumulat.

CAPVT II.

De Pilorum vitiis, & primò de Caluitie & Barba defectu.

Cum ergo pili à facultate formatrice seu pilifica
generentur, habent suam naturalem consti-
tutionem, quæ in naturali magnitudine & copia, fi-
gura, & colore consistit: quam si amittant, vitiis
vitiis laborant; quæ si morbos appellare libeat, non
repugno. Et primum quidem vitium in defectu est,
qui vel naturalis est, & secundum ætatem pleris-
que accidit, vel præter naturam. Prius appellatur
Caluitie; secundi generis sunt pilorum defluuina,
Alopecia, Ophiasis. Equidem in his omnibus vitiis
est pilorum, qui in ea aderant, defluunt atque ita
in genere omnia hæc vitia sub nomine defluuij com-
prehendi possent: verum vsus obtinuit, vt vitium
defluuij pro quadam pilorum decidentiæ specie ac-
cipiatur, vt postea dicetur.

Primò caluitium quod attinet, quale vitiis est in
Operum Sennerti Tom. III.

arboribus foliorum decidentiæ, tale in animalibus
caluities, imò & ipsis arboribus: vnde Aristoteles, 5.
de gen. animal. c. 3. scribit: Calui omnium maximè
animalium homines aperiè efficiuntur. Quod genus
affectionis generale quodammodo est. Nam & plan-
tarum alie semper frondent, alie frondem amittunt.
Et anes, quæ certo tempore se abdunt, & latent, pen-
nas amittunt. Quæ affectus caluitium in hominibus
est, quibus accidit, vt caluescant. Cum enim paula-
tim & frondes, & penna, & pili defluant, vbi uni-
uersim hic affectus euenit, vocabula accipit hæc, cal-
uescere, defrondescere, depennescere. Et Columella,
de re rustica, lib. 4. cap. 33. nouellam castaneam
moribus & talpis infestatam sæpe caluescere, ait. Est
autè Caluities in homine glabrities seu defectus pi-
lorum in sincipite, ex defectu alimenti ortum ha-
bens. Atque is plerumque ætatis progressu natura-
liter, nonnullis tamen præternaturam accidit, quod
tum præternaturale & vitiosum habetur.

Causæ

De causis caluitiei equidem Medici valde dis-
sentiant; verum si generationis pilorum in capite
modum perpendamus, res non difficilis videtur.
Cum enim materia & alimentum pilis præcipue à
cerebro suppeditetur, pilorum equidem huius de-
fluuij proxima causa est, alimenti necessarij defe-
ctus; ille tamen à cerebri constitutione preuenit, si
nimirum illud siccius euadat. Id quod Hippocrates
docuit, 6. epid. comm. 3. s. 1. vbi scribit: Cerebri
consumtio & præterea caluitium. Vbi, vt Galenus,
in comm. docet, per cerebri coluentionem, ea dimi-
nutio eius intelligenda, quæ ex siccitate in senes-
centibus accidit. Si enim cerebrum siccius euadat,
nihil superflui in eo relinquitur, quod pilis alendis
sufficiat: Idem docet Aristoteles, qui 5. de gener.
anim. c. 3. scribit, caluitiem fieri ob inopiam humi-
di calidi pinguis, id est, humidis alimentalis. Excre-
mentitia enim humiditas in senibus potius superat,
quam deest. Et quidem vt dictum caluitium naturale
plerisque est, quia ætatis progressu in omnibus cere-
brum siccius redditur: Nonnullis verò præmaturè
caluitium accidit, quibus ex causa aliqua præternatu-
rali vel violenta cerebrum præmaturè exsiccatur;
quæ causæ prius esse possunt. Præcipua inter eas
est nimius Venenis vsus, qui potenter cerebrum ex-
siccet. Vnde ante Venenis vsum nemo caluescit, &
Eunuchi caluitium non pariuntur, 6. aph. 28. quia
semen non excernunt, vt & pueri. Fœminæ etiam
nunquam aut raro caluescunt, (duas tamen mulie-
res caluas se vidisse testatur Albertus Magnus, lib.
19. de animal. c. 6.) quia humidiores corporis co-
stitutionem habent, idè quæ & cerebrum in istam
facile non exsiccatur, & fœminæ semen non ita co-
piosum, vt mares, emittunt. Exsiccant etiam cere-
brum præmaturè vigilia nimia, studia, turæ.

Quod verò Actuarij sententiam attinet, qui lib. 2.
mcs. cap. 5. nimiam humiditatem caluitiei causam
E ponit, eam si cum Hippocratis, Galeni, Aristoteles
sententia conciliare libeat, commodius explicari
non potest, quam si dicatur, humiditatis quidem ali-
mentalis defectum caluitiei causam esse; excre-
mentitiam tamen humiditatem facere; vt facilius
accidat: Eodem modo sicut arborum folia quidem
decidunt; ob alimenti necessarij defectum; facilius
tamen & copiosius decidunt, si aduentitia humidita-
tas accedat.

Signa Diagnostica.

Caluitium equidem per se oculis patet. Qua Signa
ratione tamen ab aliis pilorum decidentiæ specie-
bus differat, explicandum. Differt caluitium ab
Alopecia & Ophiasis seu Area, quod vitia hæc
vaga sint, neque in certis capitis partibus pili deci-

dunt; caluitium verò semper in syncipite accidit. A defluuio verò capillorum in specie dicto differt caluitium, quod in defluuio capillorum pili omnes, vel maxima eorum pars, passim in vniuerso capite decidat; in caluitie verò saltem in capitis parte anteriore.

Prognostica.

Prognostica.

1. Caluitium equidem per se nihil periculi adfert, nisi, quod facit, vt caput externis aëris iniuriis faciliùs lædatur, & naturæ nostræ mortalis ad interitum properantis prodromus & indicium sit: turpitudinem tamen, præsertim si maturus accidat, parit, plerisque ingratam; ferturque Cajum Iulium Cæsarem Imperatorem, literis & armis clarum, caluitium tam iniquo animo tulisse, vt post plurima frustra perentata remedia, postremò à Senatu obtinuerit perpetuam Laureæ gestationem: qui si hodie viueret, facilè capilitio tegumento ex alienis pilis confecto, quod hodie non paucis in vsu est, caluitium tegere posset.

2. Caluitium autem siue senectute ætatis progressu, siue præmaturè oriatur, curationem non admittit, sicut nec dentium casus in adultis, cum alimentales illius humidi defectus restitui nullo modo possit.

3. Qui calui sunt, iis varices magni non fiunt: quibus verò caluis existentibus varices superueniunt, ii rursus capillati fiunt. 6. aphor. 34. Verùm aphorismus hic vel falsus est, vt Galenus, in comment. docet: cum nemo ignoret, caluitium esse affectionem insanabilem, falsum etiam esse, magnos varices caluis nunquam superuenire, sicut & varicibus ortis caluitium cessare: nisi fortè, vt nonnulli ajunt, appellatam Medicis madarosiu, id est capillorum defluuium, caluitium nominet. Hæc enim cum à vitiosis humoribus ortum habeat, vt & ophiatis & alopecia dicta, iisdem ipsis prauis humoribus in cura translatis varices facere, & homo capillos recuperare & recipere potest. Nam si prius à vitiosis humoribus, capillorum corruptis radicibus, eorum fiebat iactura, meritò nunc iisdem aliò migrantibus ad naturalem statum capilli reuertentur.

Curatio.

Curatio.

Et si verò caluities iam facta curari non possit: quia tamen & valetudini incommodat caluitium & deformitatem parit, danda opera, vt, quantum fieri potest, præcaueatur & retardetur. Quod alia ratione fieri non potest, quàm alimenti pilorum, quod deficere incipit, refectione, ad cutem capitis attractione. Ideòque danda opera, vt humidum pingue ac calidum, quo pili nutriuntur, conseruetur, & ad cutem attrahatur. Quidem etiam moderatè adstringentia addunt, si à calore capitis cutis rarefiat. Verùm cum ex alimenti defectu caluities oriatur, & ob siccitatem aliàs cutis meatus subsideant, & conueniant, adstrictione opus non est, sed si adstringentia adhibeantur, alimentum pilorum affluens reprimetur.

Quæ autem medicamenta intemperiem capitis & cerebri siccitatem corrigant, l. 1. Pract. par. 1. c. 4. proposita sunt. Vt verò alimentum ad capillorum radices attrahatur, frictiones medicamentis præmittendæ sunt, quæ tamen moderatæ esse debent, vt alimentum solum attrahant, non discutiant. Debent autem calida esse & ita attrahentia, cum moderata adstrictione, quibus alimentum ad capillorum radices attrahatur & detineatur. A Dioscoride, lib. 1. c. 110. & Galeno, 7. de simpl. fac. §. Cistus, commendatur Ladanum, magis tamen ad pilorum defluuium, quàm caluitium: plerique tamen eo etiam ad caluitium vtuntur, præsertim eius oleo, quod hoc modo parant.

A ℞. Ladani opr. in tenuissimas partes concisi ℞. j. Affunde aq. ros. ℞. vi. ol. amygd. d. ℞. iij. Coq. & coletur toties, vt clarum fiat. Vel dissoluatur Ladanum in ol. mastichino & coletur. Vtilis est & lotio capitis cum decocto fœnigræci. Plura in hunc vsum medicamenta videantur apud Galenum, 1. de compos. med. sec. loca, cap. 1. Et in cap. seqq. plura proponuntur.

Dieta.

Inprimis verò ad caluitiei retardationem facit Dieta: recta diætæ ratio. Cibi nimirum sint boni alimenti, & pinguis succi, facilisque concoctionis. Abstinentium verò à salis, acris, acidis, austeris, vt & fructibus horariis, qui paucum & fluidum alimentum præbeant. Potus etiam sit talis, qui bonum succum præbeat. Abstinentium verò à vino potenti & antiquo exsiccandi vim habente. Venus in hoc affectu maximè nocet. Noxiæ sunt & vigilia, mœror, curæ, & animi sollicitudo.

De Barba defectu.

Barbam Viri ornamentum esse, supra diximus. Barba defectus. Ea ergo si in vix desit, insignem turpitudinem parit. Deficit autem vel omnino, vt in eunuchis, & quibusdam, qui corpore planè fœmineo sunt præditi; vel tardiùs erumpit, aut non ea copia, qua solet erumpit. Quæ omnia accidunt, vel ob materiæ defectum, vel ob cutis, è qua erumpere debet, densitatem, aut aliam constitutionem, quæ barbæ ortum impedit.

Cum autem in Viris barbæ defectus, ea ætate, qua barba prouenire debet, aliquam turpitudinem & formitatem pariat, & qui ætate iam sunt adultiore, ad autoritatem aliquam conciliandam barbam expectant; non rarò Medicorum opera eo nomine imploratur. Verùm successus rarò voto respondet, aut certè tardiùs, cum scilicet natura eam spontè molitur. Vnum tamen atque alterum medicamentum apponere libet: plura ex seqq. cap. peti possunt.

℞. ol. in quo abrotanum sit coctum ℞. ij. cineris apum vel vesparum ℞. j. stercoris murini ℞. j. mellis ℞. j. ladani ℞. iij. pingued. urfi q. s. f. Linimentu.

Vel artemisia in oleo coquatur, & oleo locus illinatur; quod prodest ad barbæ tardiùs prouenientis ortum.

℞. pln. sem. nigella q. v. ol. ouor. q. s. Misc. Vel lanetur locus frequenter decocto abrotani, capillor. ♀. polytrichi aurei, rorismarini, radic. arundinis. Postea illinatur vnguento parato à ladanano.

Et si verum est, quod quidam existimant, medicamenta hæc, quæ modò enumerauimus, & enumerabimus, non omnia saltem manifestis qualitatibus, & eaussas defluuij pilorum tollendo pilos generare, sed etiam occulta vi capillos producere: talia medicamenta in barba producenda inprimis locum habent, vbi pili barbæ non defluerint, sed nondum creuerint.

Vulgò etiam notum est, ad barbam citius producendam facere, si prima lanugo sæpius abradatur, quò alimentum ad pilorum radices copiosius allicitur.

Ad prouocandam barbam sequentia etiam medicamenta commendantur.

℞. ol. anethini, despica an. ℞. v. comar. abrotani M. ij. scille ℞. iij. vini opr. ℞. iij.

Bulliant ad consumm. vini & vtere. Vel ℞. ol. de caryoph. hortens. despica odorat. an. ℞. iij. derosis ℞. iij. caryophyllor. ℞. j. ladani ℞. ij. vini odorati ℞. ij.

Bulliant omnia ad consumm. Vini adde moschi ℞. j. Misc.

CAPVT III.

De Pilorum defluuio.

Pilorum
defluuio.

ET si, vt antea quoque dictum, omnis capillorum decidentia pilorum defluuio nominari possit: tamen vsus obtrahit, vt in specie capillorum defluuio appelletur pilorum in capite decidentia sparsim facta, ita vt non in vno loco, sed vel omnes in toto capite, vel plurimi hinc inde decident.

Causse.

Causse.

Causse huius defluuij non est vna, sed plures sunt, nimirum vel alimenti inopia, vel humorum prauitas, radices pilorum arrodens, vel cutis raritas, pilorum alimentum non admittens. Priores duæ causse locum habent in phthisicis, in quibus si capilli decident, id, vt Galenus, in comm. aphor. 10. sect. 5. docet, fit, quoniam & maximus alimenti defectus est, & nonnunquam humorum corruptio. Idem accidit plerumque in febribus malignis, iis inprimis, in quibus cerebro simul affecto ægri delirio tentantur. Nam & in his febribus ægri valde extenuantur, & necessarium corpori alimentum deest, & humores prauis capillorum radices erodunt. Ob humoris etiam prauitatem iis, qui Venerea lue laborant, capilli decident, quod & nonnullis accidit, qui venenum hauserunt, ferturque, ei, qui satamandram attingit, pilos decidere. Ob raritatem verò cutis interdum etiam capilli decident, quod scemnis, præsertim tempore ætatis, accidit. Vnde & iis, qui ex Germania in Italiam vel alias regiones calidas peregrinantur, capilli quandoque defluunt. Ab ambientis enim calore cutis rarefit, acciditque, vt materia, de qua pilus generari debent, simul transpiret.

Signa Diagnostica.

Signa.

Capillorum defluuio in specie sic dictum, facillè ex pilorum decidentia cognoscitur. A caluitie verò, Alopecia, & Ophiasis distinguitur, quod in caluitie solùm in syncephite capilli defluunt, in Alopecia verò & Ophiasis areatim decident: in defluuio verò in vniuersa corporis regione æqualiter modò plures, modò pauciores, excident. Ob quam causam verò decident, de causis, quæ præcesserunt, cognoscitur. Si enim morbus præcesserit, qui alimentum corporis absumere aptus natus est, ex alimenti inopia pilos decidere credibile est. Si verò humores prauis & maligni morbum aliquem excitant, etiam à prauitate humorum defluuio capillorum prouenisse argumento est. Si denique causse cutem rarefacientes præcesserint, à cutis raritate pilorum defluuio prouenire probabile est.

Prognostica.

Prognostica.

1. Inter reliquas decidentie capillorum species, defluuio hoc in specie ita dictum facillimè curatur; nisi causse talis sit, quæ amoueri non possit. Cutis enim aliquam difficulter curabilem dispositionem p. n. nondum contraxit, Itaque capillorum defluuio, quod accidit post febres acutas & malignas facillè sanatur, vbi febre sanata alimentum corpori iterum suppeditatur; & capilli, qui deflexerunt, plerumque etiam sine medicamentis restituuntur.

2. In tabe verò talis alimenti defectus, & tale humorum vitium, nullo modo emendari potest. Ideoque capillorum vitium tunc non solùm non tollitur, sed & ægri moriuntur. Ideoque in tabidis capillorum defluuio, instantis mortis indicium est. 5. aphor. 11.

3. Si capilli ex cutis raritate deciderunt, densantur vsu non difficulter restituuntur.

Operum Sennerti Tom. III.

Curatio.

Curatio.

Capillorum defluuio curatur, causa à qua pendet, sublata. Si ergo ex alimenti inopia pilus decidit, indicatur, dandam esse operam, vt alimentum sufficiens in corpore generetur, & generatum ad cutem capitis trahatur. Si ab humoribus prauis sit defluuio, & ii quidem à toto corpore suppeditentur, sunt euacuandi; si verò saltem sint ad capillorum radices, discutendi. Si humor sit venenatus, vt in lue venerea, veneno illi occurrendum. Si à cutis raritate proueniat capillorum defluuio, cutis densanda.

Si ergo ex inopia alimenti capillorum defluuio ortum habeat, inprimis laborandum, vt bona victus ratione instituta sanguinis boni sufficiens copia generetur. Vt is verò ad locum affectum trahatur, inprimis frictions præstant. Imò verò ante omnium ferè topicorum vsu capitis frictions adhibendæ, vt docet Galenus, lib. 1. de compos. med. sec. loca, cap. 2. Frictio enim & alimentum ad caput attrahit, & cutem roborat ac densat.

Si ex prauitate humorum proueniat defluuio capillorum, præmissis, si opus, vniuersalibus purgationibus, caput sæpius fricandum, & discutientia adhibenda. Discussientia tamen moderata sint, inprimis si alimenti inopia concurrat, ne nimio eorum vsu alimentum quoque dissipetur & cutis nimium rarefiat. Ideoque & ladanum vnguentis commodè admiscetur.

Si à cutis raritate dependeat defluuio, cutem densantia applicanda. Galenus inprimis ladanum, oleum lentiscinum & myrtinum mixta commendat. Vel soluat ladanum in vino & vsurpetur.

Et omnino ladanum in omni ferè capillorum defluuio vtiliter adhibetur. Verùm quia crassioris consistentie est, vt per se inungi non possit, in liquidò aliquo, vino vel oleo dissoluendum; & quidem tale oleum eligendam, quod causse satisfaciat.

Verùm cum vnguenta & olea multis molesta sint, nec caput vnguento aut oleo delibutum gestare placeat, lotiones capitis gratiores sunt, quæ præparantur ex abrotano, capillis ♀, polytricho aureo, lentisco, rosis, roremarino, ladanum.

Et quod sub finem capitis præcedentis monimus, id hic omnino repetendum, nonnullos, nec sine causa, statinere, medicamenta quædam facere, vt pilus regenerentur, non solùm manifesta qualitate causas pilorum defluuij tollendo, sed & occulta & peculiari vi ad capillorum generationem faciendum; qualia experientia saltem cognita sunt. Talia sunt, herbe capillares omnes, abrotanum, radix arundinis, lapathi acuti, lappa maioris, asarum ladanum, mel, & aqua inde destillata, spes contritæ cum alueolis, vel puluis & cineresillarum, vt & vesparum, muscarum, talparum, murinum, crinacci terrestris, pinguedo vrsi, serpentis.

E quibus varia præparantur composita.

Vt ℞. cors. rad. arundin. vstor. cinerum apum. an. ʒ. ij. abrotani combusti ʒ. j. ladani ʒ. ij. mellis ʒ. ʒ. ol. amygd. d. pingued. vrsina ʒ. an. q. s. f. Limentum.

Ad defluuio capillorum post morbos hoc vtile est.

℞. capilli ♀, abrotani, polytrichi aurei an. M. ʒ. fol. myrti, rosa, absinthij an. p. ij. Coqu. in ol. comm. & vini rubri. ʒ. ad vini consumptionem. Colentur & exprimantur.

℞. olei huius ʒ. iij. ladani ʒ. j. mastick. Vnc. ʒ. Misce f. a.

Vel ℞. rad. bardana ʒ. vi. capilli ♀, M. iij. abrotani M. j. Affande vini albi q. s. Destillentur in Vesica. Destillato, si libet. addatur aqua mellis.

X X x iij

Vel coquantur *radices bardane* in lixivio, & eo

CAPVT IV.

De Alopecia, & Ophiasis.

Alopecia.

Ophiasis.

Ara.

Alopecia & Ophiasis definitio.

Causa.

Peculiare capillorum decidentia genus est, quod *Alopecia* & *Ophiasis* nominatur. Alopecia quidem, quod vulpibus familiaris sit hæc pilorum decidentia: Ophiasis verò à figura, quod partes glabrae & pilis destitutæ tortuosæ instar serpentum videntur. Vtrique huic affectui commune est, quod arearum pili decidunt; unde etiam in genere hoc malum *Area* vocatur. Celsusque eodem capite, de areis, alopecia, & ophiasis agit. *Arearum* autem nomen ab areis rusticis impositum. Ut enim illæ certis locis distinctæ, & ubi plantis vacuæ sunt, nude sunt: ita etiam in areis cutis certis locis glabra apparet. Differunt hi affectus saltem figura. Nam Alopecia nullam certam figuram habet, sed, ut Celsus ait, sub qualibet figura dilatatur: Ophiasis verò serpentis modò tortuosè serpit, & modò ab occipitio extenta, utrinque ad aures usque serpit, latitudinè ferè duorum digitorum; modò aures præterueta ad ipsam usque frontem serpentis instar progreditur. Præterea in Ophiasis maius causæ vitium est, ut non solum radices capillorum, sed & cuticula erodatur, eoque scilicet, quod pilorum radices perungunt. Atque ita Alopecia & Ophiasis definiti possunt, quod sint capillorum destitutum arearum factum, à prauo & corrupto humore pilorum radices erodente ortum habens.

Autor libri de medicamentis faciliè parabilibus, Alopecia & Ophiasin ad affectiones refert, quæ pilorum colorem vitient. Verùm sciendum, hoc non proprium esse arealis pilorum destituti, sed coloris in pilis mutationem, vel Alopecia & Ophiasin præcedere, cum scilicet ex vitiosa nutritione pilorum albi euadunt, postea verò decidunt; vel post Alopecia & Ophiasin coloris pilorum mutari. Vbi enim post areas pili renascuntur, albi vel flauifascuntur; sicut in equis, postquam pili ex vlcere ex attritione nato deciderunt, pili albi renasci solent, quod ob vitiosam nutritionem & cutis imbecillitatem accidit. Monet & hoc Celsus, *lib. 6. cap. 1.* Ophiasin ad unum capitis capillum, Alopecia ad ipsam quoque barbam extendi.

Causa. Causa utriusque mali est humor prauus & acris, capillorum radices erodens, cuiuscunque etiam ille sit generis. Plerumque tamen sit hoc malum à pituita falsa, adusta, vel putrefacta. Unde Galenus, *de differ. symp. cap. 4.* hæc vitia deprauatam capitis cutis nutritionem sequi scribit. Quod autem nunc Alopecia nunc Ophiasis excitatur, seu pili nunc aream rectam, nunc tortuosam constituunt, causa est materiarum copia & qualitas. Si enim sit copiosior & tenuior, in pluribus & maioribus locis equaliter pilos erodit, si paucior & mista cum crasso humore, inæqualiter ac tortuosè sit pilorum destitutum, quia humores, cum sint inæquales & misti, non expedite & rectè fluant, sed obliquè serpendo pilos erodunt.

Causæ remotiores sunt epatis & capitis caliditas, & in primis primæ & secundæ coctionis vitium, ob quod falsi & acres humores generantur; quod licet omni ætati acciderè possit, in puerili tamen magis accidit, & tineam, achores, ac fauos sequitur, ob causas de morbis infantium explicatas.

Interdum & externæ ac malignæ causæ ad mor-

bi huius generationem faciunt: inter quas Galenus, *lib. 1. de compos. med. sec. loc. cap. 2.* fungos refert, cum ad vidosorum & corruptorum humorum generationem multum faciant. Pertinet hæc & venenum Gallicum, quod & ipsum pilorum radices erodit; quod & alia venena præstare possunt.

Signa Diagnostica.

Signa. Qua ratione hæc pilorum decidentia à caluitie & capillorum destitutum differat, iam ante dictum: Alopecia verò ab Ophiasis ipsa areæ figura cognoscitur, & quod in Alopecia solum pili decidunt absque cutis læsione: In Ophiasis verò non solum pili decidunt, sed & cutis exoriatur. Ipse etiam cutis color mutatur, & in quibusdam albidior, in quibusdam pallidior, in quibusdam nigrior apparet, et si pungatur, sanguis serosus exit. De differentia Alopecia & Ophiasis Celsus, *lib. 6. cap. 4.* hæc habet: *Ea area, quæ à serpente nominatur sub qualibet figura dilatatur: sit & in capillo & in barba. Id verò, quod à serpente similitudine ipsius appellatur, incipit ab occipitio, duorum digitorum longitudinem non excedit; ad aures duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet ætate est, hoc ferè in infantibus.*

A tinea verò, Alopecia & Ophiasis differunt, quia in Ophiasis exoratio in cute est superficialis, & cum sanatur, pili renascuntur. In tinea verò exoratio & vlceratio profundior est, & ita sæpe cutis corrumpitur, ut pilorum renascantur.

Causarum signa quod attinet, qualis humor peccet, color cutis ostendit: qui ut accuratius cognoscatur, capilli, qui reliqui sunt, abradendi, & cutis leuiter fricanda: alia quoque signa, quis humor in corpore abundet, docebunt. Pili quoque, qui renascuntur, colore, quem habent varium, pro humoris peccantis natura, quis humor mali huius causa sit, docebunt.

Prognostica.

1. Alopecia & Ophiasis et si periculi multum Prognosticon non afferant, turpitudinem tamen pariant; & apud *ca.*

Romanos serui, qui aream detinebantur, & potissimum alopecia, viliori precio vendebantur; & nostra ætate areæ, quia suspicionem luis Venereæ pariunt, pro turpibus habentur.

2. Vtrum autem Ophiasis, an verò Alopecia, facilius vel difficilius curetur, auctores dissentiunt. Celsus & Auenzoar facilius curari scribunt Ophiasin, quam Alopecia. Contrà Alexander, *lib. 1. cap. 2.* & Serapio, *lib. 1. cap. 1.* Alopecia facilius, quam ophiasin curari docent. Verùm Celsus de alopecia infantium ferè loqui videtur, quæ ætatis decursu & mutatione per se sæpe sanatur. Si verò in adultis vel etiam in eadem ætate per se comparentur alopecia & ophiasis, omnino ophiasis difficilius curationis esse videtur, utpote quæ à materia & crassiore & deteriore ortum habet, & quæ non solum capillorum radices, sed & ipsam cutem erodit, quod non fit in alopecia.

3. Quod tamen malum vtrumque antiquius est, eò difficilius curatur; quod recentius, eò facilius.

4. Si per frictionem locus rubescat, curationis spes est; & quidem quod citius, eò facilius: si verò non rubescat, nulla curationis spes superest.

5. Peius quoque est arearum genus, quod densam cutem & subpinguem, & ex toto glabram fecit.

6. Alopecia & ophiasis à lepra incurabilis est; quæ verò est à morbo Gallico non curatur, nisi morbo hoc curato.

7. Spes futuræ sanationis affulget, si arearum extremitates capillis restantibus finitimè iterum pilos emittere incipiant. Partes enim sanis vicina minis

à naturali statu recesserunt, ideoque etiam citius ad naturalem statum redeunt, & capillos producere incipiunt.

Curatio.

Curatio

Si humor vitiosus in toto corpore abundet, is primum euacuandus: aliàs continuo malam fouet. Ita si lues venerea coniuncta sit, ea primum curanda; eum arex, nisi ea sublata, tolli non possunt. Sicut etiam vitiosum interperies, à qua vitiosorum humorum generatio pendet, corrigenda. Causa antecedente sublata, continens arearum causa tollenda; quod Galenus facit per reprimentia & digerentia. Simul verò danda opera, vt naturalis temperies cuti restitatur.

Primo ergo vniuersum corpus conuenientibus medicamentis pro peccantis humoris natura est purgandum. Deinde Galenus ad particularem capitis euacuationem apophlegmatismos quoque adhibet, qui alibi explicati sunt.

Ad materiam verò, quæ adhuc in fluxu est, & in principio, dam arex nondum factæ sunt, Galenus quoque repellentia vsurpat. Id quod & Auicenna docet, & medicamenta ad A speciem etiam moderate adstringendo capitis eum roborare debere scribit, dùm septima quanti, *rat. i. cap. 6.* inquit: *Et oportet, vt sit in illis medicinis confortatio, & prohibitio, vt non recipiat caput materiam malignam.* Aliàs, & si nã præsens sit alopecia & ophiasis, repellentia locum non habent; sicut nec in scabie.

Si verò arex iam factæ sint, & materia cuti impacta, digerentibus vtendum. Sint autem illa calida, tenuium partium, & non valde sicca. Si enim nimis siccantia vsurpentur, non solum vitiosi humores, sed & ipsius pilorum alimentum discutitur: Imò cum interperies cutis confirmatis areis sic calida & sicca, frigida & humida medicamenta reliquis admiscenda.

Medicamenta autem ista, quæ causam proximam huius mali tollunt, *arabica* nominantur, de quorum apparatu Galenus, *lib. i. de compos. medic. sec. loc. cap. 2. & libr. 14. method. med. c. cap. 12.* agit. Primum nimirum si pili corrupti adhuc adsint, ij extrahendi vel volsellis, vel dropacismo, vel locus nouaacula radatur. Deinde lauetur caput lixio, in quo *capill. ♀ polytrichum, abrotanum,* & similes plantæ coctæ sint. Post lotionem locus siccetur sicco neque nimis molli, neque nimis sicco, donec cutis rubere incipiat. Quod ubi factum, topica adhibeantur. Sunt autem talia medicamenta, *sinapi, nasturium, rad. lil. albor.* quæ etiam locis comæstis depilatos capillos restituere feruntur, *semen eruce, nitrum, oleum, laurinum, pix liquida, sulphur, puluis & cinis abrotani, radix cyclaminis, lichenari, sem. staplis agr. simus columbinus,* & quæ potentissima sunt, *thapsia* aque *euphorbium;* quæ ipsa tamen quò sunt recentiora, eò sunt acriora, quò vetustiora, eò magis acredinem deponunt. Ligenda autem ex his cuique affectui conuenientia, eaque rectè adhibenda. Neque enim modò enumerata medicamenta omnia omnibus areis, & quocumque tempore, modo, ætate conueniunt, sed cuique sua, suamque cuique tempus est & modus; & incipienti ac paruo malo debilia, inueterato verò fortiora adhibenda; corporibus mollioribus, vt pueris & feminis debiliora, adultis & viris fortiora applicanda.

Composita longa experientia examinata & probata habet Galenus, *lib. i. de compos. med. sec. loc. cap. 4.* vt *Herz, Citronis, Orellini, Orthonis Siculi, Cleopatra, Archigenis, Asclepiadis, Dionysiorum, Sorani,* aliorumque. Galenus ipse hæc commendat.

℞. fol. arundinis Græca vstor. ʒ. ʒ. orinacis ʒ. ʒ. muscerda ʒ. ij. Cum aceto trita illine.

Vel *℞. cineris arundinis vsta. pulor. capra vstor. adianthi, adipis vrsini, picis liquid. sedria* partes æquales. Et hoc admirabile vocat.

Vel *℞. murium domesticor. vstor. panniculi linei vsti, dentium equin. vstor. adipis vrsini, medulle cervina, cort. arundinis* partes æquales mellis q. s. F. Vnguentum.

Vel *℞. euphorbij, sapsa, olei laurini an. ʒ. ij. sulph. vini, ellebori vtriusque an. ʒ. j.* Adde cera ʒ. vi.

Quod oleo laurino aut veteri vel pice liquida liquetur, & misceatur, quod medicamentum omnium fortissimum est, & inueterato malo conuenit.

In mitiori malo, sufficit medicamentum paratum ex abrotano, vel radicibus arundinis vstis, oleo veteri, laurino, vel pice liquida exceptis.

Vel *℞. sem. eruce, nasturii, nitri,* partes æquales, & cum oleo laurino vel pice liquida misceantur.

Est & hoc mitius, quod pueris & feminis conuenit.

℞. abrotani, cineris radices & corticis arundinis, thuris, partes æquales, *adip. vrsini, amygd. amar. an. q. s. F.* Linimentum.

Quod si fortius expetatur, addatur *Spuma maris, sulphur vinum, fel laurinum, semen eruce, nitrum,* vel etiam *thapsia.*

Vel *℞. sinapi, thapsie, sem. nasturii,* partes æquales. Subtiliter puluerisatis adde *ol. laurini resina,* an. q. s. F. s. a. ad ignem emplastrum.

Et exstant talia medicamenta passim plerimè apud *Valescum de Taranta, Rondeletium, Hollerium, Trincauellum,* & alios Practicos.

In vsu etiam fortiorum hoc obseruandum, vt in principio liquidiora & molliora, & oleorum admixtione, quæ fortiorum vires hominibus exsoluunt, temperata adhibeantur; & post primi medicamenti vsu videatur, quam alterationem in parte affecta effecerit, & prout opes, postea eius vehementia vel minuat vel augeatur. Alteratio autem facta ex eo præcipue deprehenditur, si attendatur, an cutis post medicamenti vsu rubicundior sit facta, nec ne, aut an cum leui vel fortiori frictione rubescat. Cauendum enim omnino, ne repente fortiorum medicamentorum vsu cutis exsiccetur. De compositorum vsu hoc etiam monendum, si capilli præterea derasi sint, conueniunt magis medicamenta forma solidiore, qualia sunt emplastras. Si verò non sint derasi, liquida, & mollia, qualia sunt linimenta & vnguenta.

Detinenda autem sunt topica medicamenta debiliora in capite diu nocturne, vt vim suam exerceere possint. Si verò sint fortiora, eoulsque, dum mixta quæ aliqua alteratio ab iis percipiatur, & dolor aliquis oriri incipiat. Ideoque in vsu fortiorum quatuor die locus affectus semel atque iterum inspiciendus & si fortius locus medicamenta affecerint, ad mitiora redeundum, & locus adipe ansetino, oleo anethino, vel simili anodyno medicamento illinendus. Si enim diutius fortiora detineantur, cutem adurunt. Scribitque *Christophorus à Vega,* se vidisse non paucos ex vsu validorum medicamentorum deductos ad perpetuam caluitiem, & ad mortem vsque mansisse inderbes.

Dietæ.

Plurimum quoque facit ad Alopecia & Ophiasis curandam bona dietæ ratio, quæ talis sit, vt bonus sanguis generetur, & prauorum humorum proventus prohibeatur. Itaque cibi sint boni succi, qui prauos humores ad benignitatem deducant. Vno æger, antequam corpus purgatum sit, abstineat.

prauos humores in corpore detentos secum inuenas rapiat. Vbi verò corpus sufficienter purgatum fuerit, vinum concedi potest temperatum & subdulce, cum bene nutriat, & bonum sanguinem generet. Aer, in quo versatur æger sit, calidus.

CAPVT V.

De Tinea capillorum.

Tinea capillorum.

Inter affectus, in quibus capilli decidunt, non prætereundus & is, in quo capilli quidem non integri, sed particulatim & frustillarim, à vermiculis quibusdam etrosi & absumti decidunt. Pauci quidem autores affectus huius mentionem faciunt: neque is Platero, experientissimo aliàs Medico, notus fuisse videtur; cum scribit, à vermiculis visum prætereundis capillos capitis & barbæ radi & findi, aliquos dicere. Est tamen affectus vulgo apud nos notus, & mihi sæpe visus ac ad curandum oblati. Germani nostri *Haar milben* oder *Milen* nominant, quale genus vermiculorum vix visu obuiorum, & quos viuere non nisi ex motu cognoscitur, in caseis, melle, si panis aliquid ei admisceatur, cera vetusta, prunis & cerasis exsiccatis, & aliis rebus nascuntur. Estque procul dubio vermiculorum hæc species ex eorum genere, quod Aristoteles omnium minimum esse, & in cera vetusta & lignis nasci scribit, *de hist. animal. c. 32.* Latium vocabulum cum nullum aliud suppetat, *Tineam* appellare libet, quod sicut vestes à tinea, ita & ab his vermiculis capilli, in quibus nascuntur, erodantur.

Causæ.

Causæ. Vt pediculis & aliorum vermium generibus sua certa, è qua nascuntur, materia est, neque quoduis è quolibet generatur, quæ non nisi experientia cognosci potest: ita & hoc vermiculorum genus nascitur, ut diximus, in cera, melle, caseis verustis, cerasis & prunis exsiccatis, ut & capillis, & frequenter in barba. Procul dubio autem ab excrementitio quodam humore, qui cum alimento pilorum in capillos penetrat, atque in iis à calore capitis focus in vermiculos abit, qui postea capillis adherentes, (cum unde generati sunt, inde ali cupiant,) pilos corrodunt, ut frustillarim decidant.

Signa Diagnostica.

Signa. Affectus hic per se manifestus est. Pili enim breviores fiunt, & inæquales, dum alij magis, alij minus decurtantur. Vermiculi hi in extremitatibus eorum hærent, eosque indies arrodunt, & decurtant; an verò etiam in medio hæreant, visus consulendus. Color etiam capillorum, si sint ii nigri, mutatur, & propter vermiculos istos adherentes, quasi cinereus in quibusdam locis euadit.

Prognosticum.

Prognosticum. Affectus equidem hic nihil periculi habet: turpitudinem tamen parit, præcipue in barba, dum pili inæquales, alij breviores, alij longiores sunt, & barba ipsa sordida videtur. Curatu tamen non ita facilis est.

Curatio.

Curatio. Ad curationem opus est medicamentis, quæ vermiculos istos abstergunt, materiam, unde generantur, digerunt & discutunt. Neque abs re videntur, vniuersum corpus purgare: cum ab humore vitioso alimento pilorum permixto vermiculi hi oriuntur.

℞. goniſta, ꝑ. myrrha ꝑ. ij. aceti q. s. Coq. paruum, & colatura pilis illinantur.

Vel ℞. sem. urtica pulueris. Maceretur in aceto, & eo pili madefiant.

Vtile est & decoctum sanigrani & scabiosa cum

lixiuio paratum. Vt & scilla cum foliis myrsi & salina in oleo cocta.

Vel ℞. alij, centaurei min. part. æqual. Coq. in aceto. Adde sel bubulum.

Vel ℞. urticam maiorem, coquatur in lixiuio, & eo caput abluatur.

Vel ℞. abrotani, rad. garyophyllata, absinth. Coq. in aceti & aquæ s. partib. æqualibus, & cum decocto capilli abluantur.

CAPVT VI.

De Pilonum fissura.

Interdum quoque capilli in capite & barba finduntur, & diuiduntur, ut qui antea simplices erant bifidi appareant. Quod vitium procul dubio accidit ab humore acri capillos in extremitate findente. Cum autem deformitatem aliquam pariat, emendandum hoc vitium. Quod sit, si pars illa, quæ fissa est abscindatur, atque ea quæ remanet, circa extremitates felle inungatur; postea rursus decocto herbarum capillarum, abrotani, arundinis, & similibus abluatur.

Fissura pilorum.

CAPVT VII.

De Canitie.

Canum hominem in senectute reddi, naturale est: Interdum tamen præmaturè & intempestivè canities, etiam nondum senibus, imò interdum nec viris, oboritur. Accidit præterea canities sensim & lentè. Obseruatum tamen est, quosdam subito Canos euasisse. Ita refert Scaliger, *Exercit. 312.* historiam, quæ sub Francisco Gonzaga accidit. Is affinem suum suspectum coniurationis cum in turri ad quæstionem & supplicium adseruari iussisset, nunciatum est manè, eorum eum repente canum factum. Et ex Lemnio, *lib. 2. cap. 2. de complex.* Adriano Iunio, *domm. de roma:* Lud. Viue, *in somnium Scipionis;* Cælio Rhodigino, *antiqu. lect. lib. 3. cap. 24. & lib. 13. cap. 17.* Cuspinianus plures historias eorum, qui subito ex metu cani facti sunt, recenset, sicut refert. Ioan. Schenckius, *lib. 1. obseru.* Atque de ista, quæ ante legitimum tempus aduenit, canities, hoc loco nobis est agendum. Hæc enim quia & pulchritudinem naturalem homini eripit, & valetudinis non satis rectæ indicium est, merito Medici curæ subijcitur. Canitiem, quæ senescentibus accidit, & naturale senectutis decus est, facis & pigmentis tegere & dissimulare velle, meretricium est & luxuriosum.

Canities.

Causæ.

Causæ. Naturalem canitiem accidere ex temperamenti corporis, & sanguinis, qui pilos alit, mutatione, extra dubium est. Qui autem fiat, ut hæc in sanguine & alimento mutatio in iuuentute vel viridi ætate quandoque eueniat, hic inquirendum. Aristoteles, *de gen. animal. c. 5.* alimentum, quod capillos canos producit, cum non concoquatur, putrescere, & albam canitiem esse scribit, quod situs cariosus ferè albus est. Canitiemque ita ex defectu caloris natui deducit, qui cum non possit humores concoquere, illi à naturali calore deserti magis ab externo & alieno calore tententur, atque ita putrescant; ex qua putredine albi fiunt. Aristotelis sententiam sequi videtur Galenus, qui, *lib. 2. de temperam. cap. 5.* docet, pilos albos fieri, quod alimentum, quo nutriuntur, veluti sirus est pituitæ, quæ spacio computruit. Et quod Aristoteles putredinem appellat, ipse sirus,

quem nos mucorem vel muciditatem digimus, (qualis affectio pani in diebus canicularibus accidit, qui inde mucidus appellatur) appellat. Et eam ob causam quoque in temporibus homines magis canescere scribit, quoniam synciput ob siccitatem pronius est ad caluitiem: tempora verò ob humiditatem, & proinde ex putredine, ad situs generationem præmiora sunt ad canitiem. In eo saltè Galeni sententia ab ea Aristotelis discrepare videtur, quod Aristoteles in genere loquitur, & nullius humoris mentionem facit; Galenus verò ex solius pituitæ putredine canitiem provenire scribit. Et omnino tutius est, hic per pituitam, humorem simpliciter crudum, quàm propriè dictam pituitam intelligere, & cruditatem quamdam potius, quàm putredinem propriè dictam canitiei causam esse. Nimirum, ut nostram sententiam de hac re, de qua alij prolixè disputant, breuiter proponamus, cum capilli, ut supra dictum, non generentur & alantur ex vaporibus seu excrementis vaporum forma eleuatis, sed ut aliz partes ex sanguine: extra dubium est, sanguinem in senectute non tam floridum ac temperatum, ut in iuuentute, generari, sed corpore iam ad mortem properante, eum etiam minus probum prouenire, quod vel coloris corporis floridi, quæ in senibus accidit, mutatio, & marcor ille indicat. Itaque non mirum est, cum sanguis, qui pilos nutrit, etiam deterior reddatur, capillorum quoque colorem mutari; neque pilos, cum naturalem suam conformationem & nutritionem ad mortem hominis usque habeant, ex situ saltem aliquo, qui putrescentibus rebus accidere solet, tale aliquid pati. Præter naturam verò hic color mutatur in Vitiligine & Leuca, procul dubio, quod in his alimentum non probum, sed excrementis, præcipuè pituitosis, repletum pilis suppeditatur. In his verò, qui præmaturè canescunt, præcul dubio etiam aliquid vitium est in humoribus; si non in toto, tamen in capite, & cerebri temperie. Neque impossibile est, eos, qui præmaturè canescunt, ob semen, aut in testibus dispositionem aliquam tale quid pati; & omnino semen ac testes ad capillorum mutationem aliquid facere, supra diximus. Cum verò affectus animi, præcipuè metus & terror insignes in humoribus mutationes efficiere possint, & cerebrum quoque valde afficiant: non mirum est, ut breui temporis spacio ex illa in humoribus facta maratione canities producat. Si enim ex nebula, vel aère, aut vento vitioso si bores afflante foliorum color mutatur, & ea exarescunt, ipsa arbore & partibus aliis saluis manentibus, non impossibile est, capillorum etiam, ut corporis nostri partium insignissimarum, colorem ex humore vel spiritu eos subito persuadente mutari. Id quod vel illud confirmat, quod Hollerius, *Perischoe* 1. scribit, de repente pilos exalbuisse vapore hydrargyri.

Signa Diagnostica.

Signa. Mutatio coloris capillorum in album per se patet, nec signis opus habet. Et si ætate iam inclinante capilli canescant, naturale est, & mutatio hæc sensim & lentè progressu ætatis fit. Si verò ante ætatem senilem accidat, etsi sensim, præternaturale est. Multo verò magis præternaturale est, si homo subito canescat.

Prognostica.

Prognostica. 1. Naturalis canities, quæ in senectute accidit, emendari non potest; sicut nec senilis marcor. Imò nec à Medico tentari debet, ut supra dictum: cum canities senibus potius ornamentum, quàm turpitudinis sit.

2. Præternaturalis verò corrigi & debet; cum affectum aliquem præter naturam & vitiosam, in-

A primis in cerebro, dispositionem significet: & potest; cum si illa vitiosa dispositio emendetur, pilorum etiam color mutetur.

3. Canities, quæ à vitiligine est, curato illo morbo, etiam emendatur.

Curatio.

Canities senilis, ut diximus, emendari non potest, neque etiam fuce pallianda; & meritò qui id tentat, ridetur. De quo Martialis, *lib. 5. Epigram.*

*Mentiris huic nemis in his, Lentine, capillis,
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.
Non omnes fallis, scis te Proserpina canum,
Personam capiti detrahes illa tuo.*

Curatio

Quæ verò à vitiligine & alphi fit canities, morbo illo sublato tollitur, & præcipuè si medicamenta capillos prolongantia adhibeantur. Tum enim nouis pilis è probo alimento succrescentibus, veteres illi cani abolerentur.

Si verò intempestiuè & immaturè canities imminet, aut subito inuadat, ut præseruetur & curetur, danda opera, ut bonus sanguis in toto corpore & capite proueniat, qui pilis probum alimentum præbeat, simulque vitiosi humores, si qui adsint, vacuentur. Nec prætermittatur particularis capitis euacuatio per sternutatoria & erchina. Postea vsurpetur medicamenta calorem natium corporis, & in primis cerebrum, roborantia, de quibus suo loco dictum.

Ab Arabibus hæc confectio commendatur.

Z. myrobalan. nigror. absque nucleo ʒ. v. Zingib. arameos an. ʒ. x. Irrorentur butyro. Deinde adde saccharum pennidum ad quantitatem media partis. Detur huius medicamenti sæpe ʒ. j.

Topica quod attinet, Galenus quidem, *1. de com- Topica
pos. med. sec. loc. cap. 3.* proponit medicamenta calida & tenuium partium, cum illi propositum sit sicum illum discutere, & superfluas in eute humiditates exsiccare. Verum nisi subinde tale alimentum affluat, quod capillos naturalis coloris iterum generet, talia parum profunt. Alij ergo saltem capillos tingentia & denigrantia medicamenta vsurpant. In qua re tamen, quid honestas permittat, attendendum, simulque cauendum; ne cerebrò aliquid damni afferatur. Cum enim medicamenta denigrantia pleraque vim adstringendi habeant, & sint frigida, apoplexiam, epilepsiam, soporem grauem, catharros, & similia mala inducere possunt, idque mulieribus quibusdam accidisse obseruauit Galenus.

Inter talia autem medicamenta præ cæteris laudat Galenus *cadmiam*, utpote quo medicamento capilli denigrentur, sicut discutitur, & mala dispositio capitis emendetur. Commendatur & *oleum de casto, de colocynthide, denigella, de sinapi.*

Post inunctionem aliquot horis, lauetur caput hixiuio ex cinere fabarum, cortice nucum, in quo lithargyrum sit coctum, vel hixiuio, in quo pulpa colocynthidis sit cocta, quæ ab omnibus commendatur. Laudatur & *oleum oliuarum siluestrinum, myrob. omnis generis*, quæ tum sumitæ, tum extra adhibita canitiem retardare feruntur, *galle, acacia, fenum graecum, semen kysseyami, ladanum, succus corticum nucum iugland. virid. folia & rad. cappar. cum lacte coctæ, tritæ, & cataplasmatibus forma applicatæ per noctem; cortex radicis ilicis ad mollietatem coctus & impositus, salnia, calcanthum.*

Sunt autem talia medicamenta continuanda, & licet primis diebus non profint, ab eorum viutamen non est desistendum, sed in eo perseverandum.

De tincturis eiusmodi etiam hoc notandum; si stabiles esse cupias, commodum esse, ut lotio capitis præmittatur, decoctio eiusmodi facta, quæ tincturæ ingressum dat, & ut firma maneat facit; sicut

tinctores pannorum nigros pãnos tincturi eis primò rubia rubrum colorem, vel isatide cœruleum inducunt. Pili ergo tingendi prius abluantur lixiuo, in quo alumen rochæ solutum sit. In eligendis etiam medicamentis danda opera, vt talia medicamenta eligantur, quæ odore non ingrata, sed potius suauia sunt.

Certum & multo vsu probatum est hoc.

℞. Lixiuij lb. β. Coq. in eo lithargyri auri ℥. iij. decocto hoc spongia imbuatur, atque eo per quartam horæ partem capilli cani madefiant in loco calido. Mox caput madidum linteo per horam tegatur; postea capilli & caput abluatur lixiuo simplici nõn forti. Idque bis in septimana faciendum.

Mercurialis sequens medicamentum intra mensem, & paucioribus etiam diebus capillos omnes denigrare scribit.

℞. myrobalan. nigror. ℥. j. passul. nigr. ℥. ij. vini nigr. adstringent. lb. ij.

Coq. in duplici vase lento igne, ad consumptionem duarum tertiarum.

Deinde adde succi cortic. nuc. iugland. virid. lb. β. sumach, acacia an. ℥. j. garyophyllor. ℥. j. β. moschi ℥. j.

Coq. iterum in duplici vase per dimid. diem. Hoc medicamento sub noctem capilli illinantur, caput quo panno nigro tegatur. Manè vero abluatur vino nigro, in quo myrobalani nigræ ebullierint. Scribitque Auicenna, si caryophylli huiusmodi medicamentis addantur, eos satis itrenuè tingere, & prohibere, ne tinctura cerebro noceat.

Vel ℞. folia vitis & cortic. radices eiusd. & parietariam. Coq. in aqua, deinde adde alumen, galbas, & vitriolum, Misc.

Vel ℞. noces virides mense Iunio, easque contunde & admisce aluminis scissi lb. β. & in olla noua affundantur olei lb. iij. & stent in digestionem diebus 20. Postea colentur, & oleo caput illinatur.

Vel ℞. pomum colocynthis, perforetur, & semina eximantur, ac repleatur ol. laurino & semine hyoscyami. Stent per noctem & oleum exprimat, quo capilli illinantur.

Vel ℞. lixiui mensuras v. lithargyri ℥. ij. fol. salvia M. ij. Coq. ad consumt. quartæ partis pro lotionem capitis.

℞. tartari ℥. j. lithargyri ℥. β. succi salvia q. s. Misc. in mortario plumbeo, F. Vnguentum, quo cum pectine plumbeo capilli illinantur. Verùm plura addere operæ pretium non est, cum passim existant plurima.

Solent autem denigrantia non solum ad canitiem regendam vsurpari; sed in Germanianostrà à nobilibus quibusdam virginibus, vt seu exoticum & peregrinum quid habere videantur, seu à plebejis puellis; quibus capillorum color flauus vel aureus gratus est, differant, niger capillorum color expetitur. Sic suum cuique pulchrum. Et perinde mihi hæc Virgines facere videntur, ac ille Æthiops, qui in aula Principis cuiusdam Germani erat, qui sæpe dum in Gynæceo virginem candidam, simulque caetellum nigrum videbat, virgini dicebat; non tu pulchra es, sed canis iste pulcher est; Gaudet sic consolator atro, vt Iul. Cæsar Scaliger ait.

Capillos
flauos red-
dentia.

Rectius aliarum Virginum iudicium est, qui colorem flauum seu aureum capillorum expetunt. Conciliatur autem flauus capillorum color, si capilli abluantur, vel potius scopæ setacæ madefiant, aqua vel lixiuo, in quo flores geniffæ, vel verbasci lutei, stæchadis citrina, chamameli, cortex citri, rad. curcuma, gentiana, infusa fuerint. Lupini etiam in aqua cocti capillos flauos reddunt; vt & aqua & oleum mellis. Vtuntur etiam vulgò ad capillos pe-

A tinados lixiuio è cineribus sarmentorum vitæ, quod efficacius erit, si in eo flores stæchadis citrinæ vel verbasci infundantur. Verùm passim talia plura existant.

CAPVT VIII.

De Furfuratione & Porrigine.

NEquè hie prætereunda vitia, quæ quidem ipsi capillis non accidunt, sed tamen circa capillos & in cute capillara fiunt, cuiusmodi sunt Phthiriasis, libr. 4. de Morb. infantium cap. 5. actum sit, restat, vt de Furfuratione agamus.

Furfuratio, Græci *αυτοψία*, Lacinis etiam Porrigo, affectus est, cum incipientibus furfuribus similia ex capitis cute decidunt, & quidem plerumque cute ea, quæ sub capillis est, interdum etiam è barba & superciliis.

Causa.

Causa huius affectus sunt humores serosi & ichores, non solum pituitosi, sed & biliosi, cum humore, qui pilis materiam præbet, ad caput elati, vnde & solum in locis pilosis capitis furfuratio oritur. Materia enim hæc per poros cutis exitum querente, partes tenuiores discutitur, crassiores verò & lentæ in cute & circa pilos hærent, & in materiâ furfuribus seu squamis similem abeunt. Causæ antecedentes sunt ex omnes, quæ humores serosos in capite generare possunt. Attrahitur autem materia ad caput, in his præcipuè, qui cerebrum habent calidius.

Signa Diagnostica.

Ipsè affectus se prodit faciliè, dum caput scalpitur, Signa: fricatur, pectinatur. Tunc enim inquamulæ quædam quasi furfures decidunt.

Prøgnosticum.

Affectus hic nihil periculi coniunctum habet, imò à nonnullis pro sani cerebri, excrementa à se expellentis, indicio habetur: turpitudinem tamen & molestiam aliquam parit.

Curatio.

Vitiosi humores si in corpore abundant, euandui sunt, & ne rursus generentur, præcauendū. Ad ipsum verò caput discussoria & absterforia medicamenta adhibenda sunt. Nonnulli & quædam adstringentia admiscunt, vt pars affecta roboretur, ne humorem affluentem faciliè recipiat. Verùm metuendum, ne transpiratio in capite impediatur, & excrementa in eo grauiora mala exirent.

Itaque, vt Galenus, 1. de compos. med. sec. loca, cap. 5. docet, caput cum decocto fenigraci, beta succo ac nitro lauandum. Vel caput decocto ex semine melonum, farina cicernum, lupinorum, & fabarum abstergendum. Vel lauetur decocto cicernum & malua addito aceto. Dum caput lauat, saponis loco amygdala amara contrita vsurpari possunt.

Si malum sit pertinacius, caput primò abluatur modò dictis medicamentis; hinc panno aspero fricetur, & postea hoc vnguento illinatur.

℞. hyssopi viridis, adip. anatis, an. ℥. β. pulpa colocynthis; ol. cheirini an. ℥. j. thapsia Drach. ij. ladani ℥. ij. F. Vnguentum.

Vel caput decocto beta & centaurij minor. lauetur, addito aceto & melle.

Vel ℞. rad. alibæ, fol. beta an. M. j. pulpa colocynthis. ℥. β. nitri Drach. ij. Coq. in f. q. aquæ ad quartæ part. consumptionem. Sub finem adde vini lb. j.

Post ablationem caput inungatur seq. vnguento. ℞. chalcant. fellis sauri, an. Drach. j. β. nitri,

Sulphuris an. Drach. ij. ol. rosae. Vnc. ij. Miscer super igne lento, & addita cera l. q. F. Unguentum molle.

Plura videantur apud Galenum, loco allegato, vt & apud Paulum Aeginetam, & Alexandr. Tralianum.

CAPVT IX.

De Plica.

Plica Polonica.

TAndem inter capillorum vitia non prætereundum id, quod quidem non in omnibus locis nocuum, facile tamen primum est, quod Plica appellatur, quod scilicet capilli planè inter se complicantur, Polonis *Swozdżice*, quod Clauum: Roxolani Koltum, quod paxillum significat, dicitur, vnde quoque à nonnullis Helotus nominatur. Alij vocant morbum cirrorum. Germanis *Bichtelkopffe*, quod superstitiosè crediderint, ab infantibus non baptizatis (hos enim Antiqui *Bichteln* appellauerunt) tales cirros neciti: item *Marensteche*, *Mareu vvi-ctung*, *Marenloß*, *Schrottilinszopffe*, *Iudlezopffe*, quod ab Incubo Iudzi specie neciti putentur, appellantur.

Familiaris hic morbus & quasi endemius in primis Polonis est, ita quidem; vt necessitas eos coegerit, consilium & auxilium Medicorum Patavinorum implorare. Eius ergo historiam malo illorum, quam meis verbis describere. Ita autem D. Laurentius Starnigelius, Academix Zamoscensis Rector, & Eloquentix Professor, ad Academix Patavinæ Professores Medicos scribit, vlt. d. Octobr. Anni 1599.

EXCELLENTE ET
Magnifici Domini, amici carissimi
& obseruandissimi.

Pro coniunctione ea, qua nobis in vltima Sarmatia versantibus, propter optimarum artium commune vinculum cum Excell. & Magnif. D. V. intercedit, nonnulla Zamoscensis Academia Rector, scribendum esse duxi, ad Excell. & Magnif. D. V. vetustate quidem & præstantia, nobilissima Academia Patavina claros eruditione tamen ac vsumatores & clariore. Causam autem scribendi aculsi mihi nouitas apud nos morbi & summa eius medendi difficultas. Peto, vt epistolam hanc meam & legant beneuolè, & lecta consilium iudiciumque suum amice perscribant; qualem morbum existiment, qua præcepta dent: cuiusmodi medicinam faciendam putent eius depellendi. Res ita habet. Inter Ungariam, & Pocium, prouinciam regni Polonia, qua montibus, ex quibus fluiti complures erumpunt, inter se distincta sunt, exenibat, vt plerisque hominibus vnus & alter cirrus exeresceret, cum vicinis sibi crinibus, in se introrsus implicatus & densus. Et tum quidem nulla re molestus erat. Nunc serpere cepit is morbus, & latè per totum Regnum Poloniae, magno omnium malo, magnòque cruciatu diuagatur. Infringit ossa, laxat artus, vultusque carum infestat; membra conglobat ac torquet: gibbos efficit: pediculos fundit, caputque aliis atque aliis succedentibus ita opplet, vt nequaquam purgari possit. Si cinni radantur, humorille & vixit corpus relabitur, & affectos, vt supra scriptum est, torquet: caput, pedes, manus, omnes artus, omnes iuncturas, omnes corporis partes excogitat. Experimentum est, quod tales fasciculos impli-

Actoram peractè inter se criniam deraferint, eos oculis capi: aut defluxibus ad alias partes corporis grauissimè torqueri Purgationibus vsuatis silli medeare, agrestis & exsuperat magis, quod noxios humorum nequeat superare purgatio, sed commotus per totum corpus dispergat: tanto enim dolore omnium deinceps membrorum hac affectu peste ardent, vt ad cruciatu acerbitatem nihil possit esse acrius. Maximam partem feminas inuadi: vros, etiam, qui Gallicum in morbum propendent: tum liberos ab his procreatos, qui lue Gallica fuerunt infecti. Eos etiam, qui porriginem capitis, quam vulgus *lincans* vocat, medicamentis repercussentibus represserunt: præterea feminas, qua mensuris temporibus non satis purgantur. Quarum quædam, dum in etate adolescentiore fluxum sanguinis per vias, menstruo modico, nimis profusum, identidem habuissent, etate proneiore, eo fluxu per vias cessante, in ipsum morbum cirrorum delapsa sunt. Quidam, quanquam perari, cum aliquot annis hac genere morbi cruciati exagitatique fuissent, nec caput rasissent; vexationemque eius omnem, & padorem & spurcitiem, non sine summa molestia, & nausea pane intolerabili perulissent, tandem virulenti illis cirris decidensibus conualere; maxima tamen pars perit. Quæsitæ sunt & tentata varia remedium genera, sed nullum est satis idoneum adhuc repertum: quæsitæ etiam vis & natura morbi, & causa: sed ne de hac quidem etiamnum quidquam liquet. Homines agrestes, Erinacei discerpti circumligatione releuari impererunt: & ad auertendam penitus morbum, ex Erinaceo ipso escan sibi conficiunt; sed ne hoc quidem tanti est. Loisenem præterea sibi parant ex decoctione foliorum Ursi branca, qua cum ablatum caput, cirri, de quibus est supra scriptum erumpunt, magnaque vis pedicularum. Cum exhalatione fuliginosa, ex qua nascuntur crines, commiscet, viderique cum tinea affinitatem habere: sique cruciatu ossium, cum Gallica lue: cum phthiriasi redundatione vermium: cum arthritide, artuum dolore: cum spasmò, contractione miserabili membrorum. Vt nihil aliud dicam, Excell. & Magn. D. V. hoc in genere artis eruditum & sapientes, facile colligent, quam necessaria sit hec deliberatio: & quanto beneficio amplissimum Regnum Polonia sibi obstringent, cum eiusmodi virusa peste, qua violentissime diuagatur, solerti suo ingenio, remedium præfens inuestigauerint, inuenturumque literis mandarint. Multi variarum medicinarum primi auctores in perpetuitatis laude viuunt, huius medicinae ab Excell. & Magn. D. V. inuentæ gloria, vestra propria erit, vos illustrabis, & cum omni consequenti posteritatis adate florescet. Expecto humanissimum responsum, sed si minus, quam par est, neque vertis, quibus opus fuit, morbi diu expressi, peto ignoscant Excell. & Magn. D. V. homini alio artis in genere versanti. Adambatio quædam hæc morbi est, interiora illius, acri ingenio sibi acie, Excell. & Magnif. D. V. dispiciant & contemplantur. Bene valere Excell. & Magnif. D. V. opto. Zamoscii, die vltima mensis Octobris, Anno Domini M. D. XCI. lib. vilq.

Referunt paten alij, etiam alijs regionibus hunc morbum esse familiare. Ex obseruationibus Schenckij enim videre est. Brisgolis & Alsatis hunc etiam morbum notum esse. Ita enim Schenckij, obs. med. lib. 1. obs. 3. scribit: *Horridum quoddam, in pexum, adeoque intricatum capitis atque barba capillorum, apud Brisgolis hanc in partem, ceterum veteribus cuiuscunque ætatis ad hunc morbum obseruare: hoc, hunc morbum præterea in partibus corporum, & in crinibus miris in miris, & in*

-sape crassitie, ex reliquo capitis & barba capillitio, ad humeros, pectus, & aliquando ad umbilicum usque demissos, propendere videas, aspectu plane horrifico, & Gorgonem caput preferente. Quos illi magna religione prorsus incultos, nec ferro præscindere, nec peltine explicare sustinent. Persuasi omnino, gravissima capitis morborum fomenta, velut apoplexia, paralyses, mania, & cum primis cephalalgia, pertinacis, consimiliūque materiam iisdem alendis absumi. Qua sine superstitione, siue multa hominum observatione ducti, quidvis potius quam eorundem celsuram aut præfectionem, velut prorsus infamam & letalem admittunt; factisque de experimento & periculis, sententiam suam mordicus euentur. Qui ex his elegantiores haberi volunt, tricās huiusmodi capitis quidem intra pileum, barba verò subius pectorale conuolutos prius recondunt, ne conspiciantur. Alii verò etiam inter congressus publicos, nec si celare velint, possunt nec si possunt, volunt. A deo & gestantium & conspiciens in animis indubitata fide infedi, ut citra opprobrium aut vituperium, velut rem maximè ad vitam sustinendam necessariam, conspiciendos sinant. Sed enim quosdam per uniuersum vitam suam eodem modo aluisse adnotatum est: sperantes sese à difficilissimis impendentibusque sibi morbis vindicari posse. Sunt qui ad eosdem subnatos, nunquam, ubi inuiolatos custodiissent, recidivam se passos fuisse constanter affirmant. Vulgus etiam, si ita tales incidere contingat, statim de occulto aut latente atque difficili aliquo capitis malo eosdem suspectos habet. Quam in re num superstitione experientiam, an verò experientia superstitionem caniscat, ad iudicium meum nunc non reuoco. Ego cerie, ut nihil dissimilem, ut in vulgi sententiam propendo: ira seminarium huiusmodi morborum, non tam inde argui, quam als, atque ne inuadant, hoc modo proueniri posse, depilorum generationis causis, euentibus, & curationibus, recepta Medicorum sententia, doceri posse, accedente, que ex vulgo constat; & quasi per manus tradita est, arrestatione, sentio. Europais aliis innotuisse hoc capillorum vitium nondum comperi: ut nec plerisque Germania partibus omnibus Brisgois, Alsatis, Belgis, nonnullisque Rheni tractibus quasi endemium, ut popello nostro notum est scias. Ciues hinc ipse nouimus supra triginta, quorum aliqui vel hodie quoque supersunt hoc capillatio insignes. Vulgus Marenflecht, Marenvurctung, vnd Schrotthiaszopff, quasi dicas contorsiones pilorum, vel Incuborum tricās, seu cincinnos, vocat, quod putet Incubos & Faunos nocte eosdem sugendo tractare. Alij Marenlocht, hoc est, scrofarnum tricās nominant, quod his similes à scrofarum collo enatas & propendentes aliquando obseruent.

Quod historias in specie attinet, duas ipse recenset, vnam ex Ioan. Stadlero, Medico, alteram ex Moccio, & quidem propriis illorum verbis. Prima est talis. In memoriam mihi reuocas Nobilem Casparum ab Hornstem, Commendatoris Sigismundi in Alsatia, & in Burgundia Prouincialis, pater defuncti fratrem, quem cum Commendator ob inperam, contortiam, & inexplicabilem barbam, quam horrificam præ se ferebat, aliquando acris reprehenderet, suamque à mensa, virum 50. circiter annos natum, nisi eam præcideret, remouendum minitaretur, non tam mensa priuari, & aula excedere se velle liberè tum respondit, quam inexplicabili planèque Gorgonea sua barba carere velit. Accidit hoc anno Christi 1564. quum Eriburgo Alschusaw ob pestem concederem. Hæc ex Stadlero.

Alteram talis est. Nuper dum temerè quidam huiusmodi tricās abscerat decula, eridni decursu supremum

A elausit diem. Usque enim adeo fatale clamitant iis, quibus inconsulto & frivole leduntur. Licet alii aliquoque obtendant: Scimus enim cui Comitissa innotuerat, qua monstroso hoc capillitio donata, sapiusculè ceruicem residerat. Hæc ex Moccio. Atque huc usque Schenkus.

Audiui ego à quodam Duce militum, Vngaris hoc malum etiam non ignotum esse, atque hoc morbi genere non solum homines, sed & equos laborare, seque abduxisse ex Hungaria Dredam usque equum, qui talem citrua seu plicam ad pedes usque pendulam habebat.

B Ad Epistolam illam Rectoris Academiae Zamosciensis, respondet peculiari libro, quem de Plica inscripsit, Hercules Saxonia. Consultationem quoque, Patauij 15. Cal. Ianuar. anno 1599. habitam, edidit Ioan. Thomas Minadous, eamque de Helotide inscripsit. De eadem quoque consultationem edidit Rodericus à Fonseca, quæ in 1. consulti. eiusd. tom. 1. est: quæ omnia apud auctores istos videri poterunt. An verò multum Poloni his Itatorum consiliis adiuti sint, penes ipsos sit iudicium. Ingenuum puto confessionem Viri Clarissimi, Domini D. Ioan. Preuotij, Medic. Professoris in Gymnasio Patauino primarij, qui in consilio, Illustr. & Generos. Dn. Nicolao Sapieha, Magni Ducatus Lituaniae Supremo Vexillifero, & Comiti in Coden & c. dato, quod paulò post subiungam, ita scribit: Veneni huius natura ignoratur, ut verè mihi dixisse videatur vir Illustrissimus, rusticis prædia sua incolentibus plura comperta esse de Plicæ origine, progressu, & curatione, quam auctoribus, qui de excrisperunt, quorum nulli hactenus contigit, Plica laborantem perfectæ tantati restituisse. Patauij plurima certè Professores ibidem Medici tentarunt remedia; sed omnia frustra. Ipse idem Dn. Comes mihi retulit, quemdam Medicum Patauinum, signatura morbi quasi adductum (qui enim Plica perfecta laborant, quasi serpentes pendulos è capite, & caput Gorgonis quasi habere videntur) sibi aliquot viperas comedendas exhibuisse, sed nullo successu. Aliam Pfilothrum parasse, idque lixiuij loco clam sibi suggerere voluisse, sed monitum à Germano, Medicinæ Studioso, cui morbus hic planè incognitus non erat, & qui periculum, quod excilorum omnium eradicatione sequuturum fuerat, agnoscebat, illud respuisse. Etsi verò perfectam huius morbi cognitionem mihi arrogare non ausim, atque aliàs morborum à causa occulta pendentium perfecta cognitio non detur: tamen quæ ex conuersatione cum Domino Comite antea nominato, qui eodem morbo laborabat, de eius natura cognoui, & quid de eius causa mihi videatur, breuiter proponam, atque hoc modo iis, qui in regionibus, quibus morbus hic familiaris est, viuunt, ansam dabo, ut quæ de hoc morbo cognita habent, in publicum proferant.

C Nouus morbus mihi esse non videtur. Etsi enim Italiae & plerisque Europæ regionibus hactenus ignotus fuerit: tamen nullam video esse causam, cur Poloniae non multis retrò seculis familiaris esse potuerit; cum causæ, quæ eum hodie producant, & tum adesse potuerint, Medici verò, qui eam describerent, tum defuerint.

D De natura autem eius principio hoc monendum, morbum hunc nomine tenus quidem à capillorum intricacione notum esse: Plicam tamen istam saltem criticum quasi quiddam esse, ortum ex materia vitiosa è corpore expulsionem, & Plicam istam nihil periculi ægro afferre, sepeque sine omni damno ad mortem usque circumferri: id verò, quod maximum ægro periculum minatur, est humor ille vitiosus,

fas eorum, quæ in hoc morbo accidunt, paucis red-
damus, primo, si materia ista morbo huius, siue ma-
ligna sit, siue simpliciter ad alendas corporis partes
reliquas, præter pilos, inutilis, copiosius in venis
cumuletur, à natura, cui molesta est, à partibus no-
bilioribus ad exteriores protruditur, unde ossa in-
fringuntur, artus laxantur, caput, pedes, manus, om-
nèque artus & iuncturæ dolore infestantur, con-
tusionès excitantur, & membra contrahuntur. Si
verò natura fortior victrix sit, tandem eam ad ca-
pillos, capitis præcipuè, cum quibus materia hæc
maximam cognationem habet (sicut in arthriticis
caussa arthriticis cum articulis) protrudit, unde fur-
fures & pediculi in capite copiosè generantur, & ex
materiæ nimia copia & luxurie ipsi capilli inter se
complicantur, vt nulla arte vel labore separari
queant, secti etiam sanguinem fundant.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

1. Ipsum malum, nisi materia ad capillos detru-
datur, satis periculosum est, & grauissimi morbi ac
symptomata, in omnibus pæne partibus, ad quas
materia detruditur, excitantur, vt modo dictum.

2. Si verò natura rectè agens & quasi per crisin
materiam hanc ad capillos detrudat, vitium quidem
istud capillorum excitatur, ab aliis verò malis ho-
mo immunis est, cum quidquid vitiosi eiusmodi
materiæ in corpore superest, natura ad capillos de-
trudere soleat, & multi cum talibus plicis satis com-
modè ad finem vsque vitæ viuunt.

3. Si verò tales plicæ temere præcidantur, cæci-
tas & alia grauissima mala inde excitantur, neque
id fabulosum est, sed ipsa experientia sæpe id docuit;
vt vel militis illius, cuius supra *de causis* mentionè
fecit exemplum docet. Accidit autem hoc, non, quod
nonnulli volunt, quod plicis istis refectis, caput æ-
riferigo exponatur: cum id pileo, vel alio tegu-
mento imposito facile præcaueri possit: sed quia lo-
cus, in quem natura vitiosos humores protrudere
solita erat, tollitur, materiæque exitus denegatur,
eisque euacuatio impeditur. Atque idem accidit
hic, quod in vlcibus antiquis. Hæc enim, nisi cor-
pus bene mundetur prius, non sine periculo sanan-
tur; sicut & fonticuli, si aliquandiu fluxerint, non
sine periculo occluduntur.

4. Si tamen in corpore vitiosa talis materia nulla
amplius reliqua sit, temporis progressu ipsæ plicæ
spontè decidunt; & propterea etiam tali amplius
materia non præsentè, quod tamen cognoscere dif-
ficile est, plicæ refecare liceret.

Curatio.

Curatio.

Curationem huius morbi perfectam omnino in-
cognitam esse puto. Quod ideo procul dubio acci-
dit, quod in illis Poloniae locis, quibus morbus iste
endemiæ est, pauci Medici hætenus vixerint, qui
ex iis, quæ vulgo de hoc morbo eiusque curatione
notæ sunt, methodum artificiosam constituere po-
tuerint. Hoc primò certum est, purgationes & ve-
næsectionem parum in hoc prodesse, sed sæpe nocere.
Ita enim Rector Aeademiæ Zamosciensis ad
Medicos Patauinos scribit: Purgationibus vsitatis
si huic morbo medeare, ægrasceat & exsuperat ma-
gis, quod noxios humores nequeat superare purga-
tio, sed commotos per totum corpus dispergat.
Tanto enim dolore omnium deinceps membro-
rum, hæc affecti peste ardent, vt ad cruciatum acer-
bitatem nihil possit esse acius. Idem confirmat
Hercules Saxonia, qui *loco alleg.* ex epistola Illu-
strissimæ cuiusdam matronæ Polonæ, quæ hoc
morbo laborabat, scribit, istam vena in cubito se-
cta confestim seuisimos in eo brachio dolores cum
tumore œdematoso passam esse: pari quoque ratio-
ne in pedibus vena aperta, dolores acerbissimos in

A vtroque cruce ad malleolos excitatos fuisse. Idem
ibid. scribit, Illustrè quemdam Capitaneum Po-
lonum, Ioachim. m. de Ocieino, sibi retulisse, se
multos vidisse cæcos, quosdam claudos, alios aliter
affectos, qui in hos affectus purgationibus in initio
adhuc incidere. Id quod etiam in scorbuto ac-
cidit, cuius symptomata plerumque purgantium
vsu exasperantur.

Tutissimum ergo fuerit, experientia duce, ope-
ram dare, vt materia illa vitiosa quamprimum ad
capillos, quo tendit, euocetur. Quæ si re ipsa tu-
tissimum fuerit, iterum experientiam sequi, qua con-
stat, lotiones è planta, quæ brançæ vrsinæ nomi-
ne nota est, parata plurimum posse.

B An internis medicamentis idem præstari possit,
mihi sanè incognitum est. Brançæ tamen vsu
mentio in memoriam mihi reuocat potum, qui in
patria mea vrbe Vratislavia, procul debio ex Polo-
nia eo delatus, in vsu est, & ex brançæ vrsinæ para-
tur; Et vulgo nomine Polonico *Barszcz*, seu vt Ger-
mani pronunciant *Barsch* appellatur, quo febricitan-
tes, & inprimis helleones post pocula hesternæ
in usculis & potu ad sitim sedendam vtuntur. Pa-
ratur autem hoc modo. Folia brançæ vrsinæ siccata
coquantur in aqua s. q. vt decoctum saltem colo-
rem flauum, non puniceum, contrahat. Decocto
fermenti aliquid, vel panis bissecti ex puluere bran-
çæ vrsinæ cum fermento acido panis siligineo para-
ti, additur & in loco tepido aliquot diebus effe-
uescere & fermentari permittitur, donec saporem
acidiusculum contrahat. Potus verò iste an aliquid
ad expellendam materiam in hoc morbo præstet,
experientia consulenda est. Eorū a. qui in istis lo-
cis viuunt, fuerit, medicamenta, quæ vsus profuisse
docuit, in publicum conferre, vt experientia colla-
tis tandem methodus hunc morbum curandi con-
stitui possit.

Cæterum cum plica nonnulla symptomata cum
Scorbuto habeat communia, vt sunt artuum dolo-
res, contractiones, & similia, & vtroque morbo la-
borauerit Illustrissimus Dn. Comes Nicolaus Sa-
piehd, historiam eius morbi hic apponere libet, quæ
iis, quæ modò de Plica, & lib. 3. *Pract. de scorbuto*,
diximus, lucem aliquam addet.

*Historia morbi Generosi & Illustrissimi Dn.
Nicolaï Sapieha, Comitiss in Coden, Ve-
xill. fer. supremi Magni Ducatus
Lituanicæ, &c.*

Plicam Illustr. Dn. Comes, procul dubio in pa-
tria, ex causa cum popularibus communi contraxit:
scorbutum verò ex variis in dicta erroribus, in va-
riis & molestis per totam pæne Europam itineribus
commisis, & hos sequente Quartana. Cum enim
ætate, vt ipse mihi retulit, per montes Pyrenæos è
Gallia in Hispaniam iter fecisset, & in eo vinum
corruptum & verminosum ex vtribus bibisset, se-
quente autumno in Hispania in Quartanam incidit.
E Cuius longitudinis cum esset impatiens, methodicæ
curationis pertæsus, militi cuidam se curandum com-
misit, qui sumit aliquot pocula vini Hispanici for-
tissimi, & in id puluerem omnis generis aromatum
conjecit, vinumque id ipsi ad satietatem, imò pæne
ad ebrietatem bibendum præbuit, quo febrem con-
tinuam accendit, quæ quidem non diu durauit, &
Quartanam sustulit, talem tamen visceribus & hu-
moribus dyscrasiam impressit, è qua postea Scor-
butus ortus est. Qui cum ipsum in patria graniter
affligeret, nec tamen, quid morbi esset, satis intelli-
geret, Patauium profectus Medicorum clarissimo-
rum curæ ibi se commisit. Verum valetudinem,

quam speraverat, non recuperavit, ideoque in patientiam cum sequenti Consilio demissus est.

CONSILIVM CLAR. ET EXCELL.

Dn. D. Ioannis Preuotij, Professoris
Medicinæ in Gymnasio Patavino
Primatij.

De morbis, quos multiplices patitur vir Illustrissimus, prolixè agere neque est mihi consilium, cum à præstantissimis viris, summissima oratione de eis discipulatum esse non nesciam; neque permitit ratio aut mea valeitudinis nõdum confirmata aut exoptata salutis à viro Illustr. cui auxilia magis, quam verba, necessaria esse, non dubito. Perstringam ergo rem totam brevissime, & quid de ea sententiã ingenue eloquar, non ut iudicium meum interponam gravissimorum virorum sententiã, sed ut Illustrissimi viri petitioni morem geram, & si qua re ipsis salutem adiuvare possum, Christiani hominis officio non desim. Duplex igitur agriudinum Illustr. Dn. malè afficere videtur; alteram manifestissimam à causis vulgo notis & confessis pendens, alteram occultam, cuius causa adhuc obscure, neque satis à quopiam explicata esse videtur. Manifestus est Catarrhus materic crasse, tenacis, albæ, sæpius insipida, raro mordacis ad oris partes interdum etiam ad stomachum defluentis. Præterea dolor eximius infimi ventris per longa intervalla repetens cum ventris adstrictione, & quodam tensionis sensu circa umbilici, hypochondriique præsertim sinistri, nonnunquam etiam lumborum regionem molesto, qui quidem copiosi status, mucosique excrementi euacuatione desinere consuevit. His addenda nephritis, & vigilia; hæc quidem satis familiaris & frequens, cum plurimas noctes ducat insomnes, ita verò iam olim valde molesta, cum urina robore, ardore, & arenularum excretionem. Quorũ omnium malorum causus à prava interiorum viscerum constitutione, indiq̃ue oris varij generis excrementis derivari manifestum est, Cerebrum quippe humidum non sine aliqua innati caloris imbecillitate, ab ingenti vulnere Parisiis accepto contracta plurimum pituita progignit, accedente potissimum consensu viscerum naturalium, hinc iecoris caliditate sua multos vapores eleuantis, hinc ventriculi frigidi, & adventitia humiditate affecti alimentum totius corporis crudiori succo inquinantis, caputque replentis, hinc lienis, & mesenterii obstructi sursum effumantis. Itaque pituita in capite congesta partim sua copia & pondere viam sibi ad declives partes parat, partim expultricis conatus deturbata ad ostomachumque ruit, dentium alveolos laxat, molestiamque in deglutitudo subinde excitat. Eadem in ventriculo magis adauãta ob propriam ipsius intemperiam, inferi inappetentiam, & ex agitatione debiliq̃ue calore infiatu versa, dolorem intestinorum cum alni stypticitate, ob impediam precipue fibrarum transversarum flatu distentarum contractionem, qua secum descensus adiuvatur. At feruidior halitus adusi sanguinis, & viscosique bilis à iccore locisq; obstructis exurgens somnũ perturbat, nocturno potissimum tempore, quo ex spirituum & sanguinis ad interna refluxu maiores fieri contingit euaporationes. Nec mirum, aliquando succendi febrem non modo ephemeram ex doloris vehementia, sed etiam periodicam tertiana spurie naturam referentem; si quidem auctis interdum obstructionibus copiosa ac difformia excrementa omnis generis sibi permixta nullo negotio corrumpuntur. Ex hac porro multiplici collusione renibus calidioribus communicata, ibique resenta & concretere potuerunt arenule, tenuiorum partium à valido calore absorptione, & ge-

nera nephritici dolor, copiosa materia ad veteres impacta, facilèq̃ue ac citum exitum non habente.

Oculiarum verò egritudinem alia simpliciter sunt tales, de quarum existentia dubitari potest: alia sunt solummodo occulta quo ad essentiam & naturam, cum reuocari non debeat in controuersiam, an Illustrissimus Dominus illis detineatur. Simpliciter occultum est veneficium; de quo habet vir Illustr. non irrationabiles dubitandi causas; cum in suis lectis sæpe repertas referas admiranda figuris magicas, effeas, cereas, alteriusque materia, sionarem & characteres, quibus venefici ad hominum perniciem abutuntur, habuerit denique potentissimos & iniquissimos hostes, à quibus propriam salutem omni insidiarum genere oppugnariam fuisse non dubitat. Cum itaque veneficio variè immutari posse corpora confessum sit, ac idem frequenter accidant effectus, quos etiam naturales humorum motus in male affecto corpore edere consueverunt: sit, ut medici nulla habeant propria signa, quibus constanter explorare & affirmare possint, abesse, vel adesse veneficium. Quod in casu Illustrissimi viri omnino fatendum est. Neque enim audeat ullus, nisi proterius & de Philosophia Christiana male sentiens, dubitare, an velat suspiciones veneficium frequenter comvenit, ut propterea veneficium non adesse, nulli evidenti argumento convinci possit. Ac si forte quispiam dicat, superna causam esse hanc dubitationem, cum in varia & satis manifesta humorum vitia referri possint omnia, qua patitur accidentia; sciat à causa superna: ali variè affectos, licet naturales effectus edant, non ita corrigi & compefci posse medicis auxiliis, quemadmodum vitiat, prauumque imperum à naturali & sensibili causa sumentes corriguntur; ut si veneficii cognitio ad proximam morbi causam assequendam non valde referat, plurimum tamen faciat ad prædicandam curationis facilitatem, morboque exitum præfagendum. Utinam à viro Illustrissimo ab sit hæc infectio, que sane pertinacissimam omnino ex parte atque impedidissimam redderet curationem. Duo verò alia sunt occulta mala, quibus affectum virum Illustr. plane affirmo, scorbutus, & plica, quorum natura uti abstracta est, & à nemine hætenus demonstrata, ita manifestissima sunt accidentia. Ac plicam quidem ex capillarum vitis inexplicabilibus (ut alias rotas breuitatis studio prætermittam) omnes agnoscent, & fatentur: causam verò propriam omnino ignorant, licet de communi aliquid probabiliter dicant, quod ad perfectam mali curationem constituendam satis esse non potest. Certum est, lento aliquo excremento tercia colliionis capitis, persuturas & poros exsudante capillos conglutinari: que calamistrari, quo per capillorum abscissionem exhibito, incidere liberius aere in apertos pores, grauißima subsequantur accidentia: certum quoque est, vitiosam aquarum perit, aut halibus aëri permixtis longa mora eam labem tandem contrahi, ut propterea fertur feminumque Illustrissimo viro notissimum in incolis endemicum si hoc malum: neque dubitari potest, eos, qui capite sunt imbecilliter, citius grauißime infici. Ac illud plane occultum esse videtur, cuius generis sit illud excrementum, quo veneno infectum; qua ratione capiti potius, quam aliis partibus infectum, cur tractu temporis sponte euanescat, remediis autem euocantibus & alexipharmacis non cedat, unde eximiam illam & plane admirandam conglutinandi vim obtineat. Neque enim in manifestas cuiusvis humoris qualitates primas aut secundas referri hæc possunt; licet pro maiori aut minori prauorum humorum generatione magis aut minus serpere possit, atque confirmari licet fatendum sit. Hoc totum dici potest, quod in

omnibus aliis venenis explicandis usu venit, eas aquas, earumque halitus veneno infici hac proprietate donato, quod capiti sit infestus, capillorum radici tenacius infigatur, eos mive vinciat & inorqueat, remediisque omnibus pertinacissime resistat, ob ignoratam peculiarem eius veneni naturam & generationem, ut verè mihi dixisse videatur vir Illustr. rusticus pradia sua incolentibus plura comperta esse de plica origine, progressu & curatione, quam autoribus, qui de ea scripserunt, quorum nulli haecenus contigit, plica laborantem perfecta sanitati restituisse. At Scorbutus paulò grauius malum censendum est, cum in totum sanguinem serpat, eiusque corruptione innalescente inferre tandem possit interitum; quem incurata intactaque plica nulli fortasse unquam attulit. Ut meritò sollicitus sis de hoc malo vir Illustrissimus ac sericò doleat, vix aliquam illius haberi rationem in hac urbe, ubi scorbuto infestus vix aliquando comparuit. Ego licet duos Hollandos, & unum Anglum scorbuto exquisito affectos partim Venetus, partim Patavij viderim; nullam mihi adhiberi cupso fidem: sed ex iis, qua Forestus, E. Galenus, Sennertus de Scorbuto verè & oculata fide innumerisque historiis comprobata scripserunt, absque dubio affirmo Illustrissimum Dominum Scorbuto detineri. Nam si laborum iunorem, & putridarum gingivarum inflammationem, confirmati scorbui accidentia, excipias, omnia alia adsunt scorbui indicia, nempe malus & diuturnus olim vsus salutarum fumoque induratarum carniarum, quibus militaris vita in septentrionali tractu valde addicta est; adhaec vacillatio dentium cum aliquo gingivarum pruritu; partium, praecipue internarum, continua & ingens lassitudo, sinistri hypochondrij atque mesenterij tensio, lataque exanthemata, modo sublimida, modo rubra, toto corpore hinc inde continuo efflorescentia sine febre, quod pathognomicum scorbui Symptoma esse censetur. Accedit, virum Illustr. abhinc irieunium manifestè laborasse scorbuto, & medicum, qui eius praerat curationi, in scorbui cognitione exercitissimam discendenti libere dixisse, non contemnendas esse scorbui reliquias, quibus opportunè occurrendum esse. Caeterum scorbui nomen ideo fortasse parvi, faciunt Italiae medici, quod dicta omnia accidentia in evidentes neque insolentibus & olim inauditis nominibus appellatas causas referri posse animadvertant. Nam adusta ichoribusque contaminata melancholia redundantia (qualem in Illustrissimo viro adesse ostendunt icoris aestus, lienis imbecillitas, familiaris hamorrhoidum fluxus, multusque falsi ac terreni cibi vsus) lassitudinem parere potest, magis autem in partibus internis, ad quas humor sua grauitate procumbit: adhaec vires infringit, corpusque eneruat & extenuat a'imenti corruptione: viscera naturalia sui copia atque crassitie tendit, obstruitque: diffusi ichoris cum sanguine feruido per mixtionem varias exoriri maculas non est mirandum, cum & sua tenuitate feruidior illa exusti humoris pars ad ambitum corporis facile feratur, & irritata internorum viscerum expultrice facultate per cutem laxam, porosam, imbecillam haud agrè expurgetur. Itaque nihil causae esse videtur, cur nouo & insitato Scorbui nomine in rebus notis explicandis abutamur. Verùm quàm multos egros huiusmodi ratiocinatio perdidit, legere est apud Scorbui Scriptores, qui passim & uno ore affirmant, nullum scorbuto affectum, qui remediis manifesta qualitate dumtaxat agentibus, melancholiamque adustam euacuantibus, contemperantibus, viscerumque obstructions tollentibus, tametsi à Celebratissimis viris administratis curatus fuerit, persanatum fuisse; eo quod melancholicus sanguis peculiarem & propè in-

adicibilem in Scorbuto contrahat corruptionem, que propriis Alexipharmacis melancholiam adustam aliquin irritantibus & efferantibus, si manifestas qualitates spectes, expugnari debeat. Nam cochlearia, beccabunga, quadam nasturii & Sii genera omnia acerrima, quibus solis cedit Scorbutus, emmeritium caliditatis gradum attingant, ac desiccant, vitia melancholia adusta, omnesque eius causas vehementer auferent, nisi alexipharmaca qualitate scorbuitica sanguinis corruptioni aduersarentur. Atque huius corruptionis comitem esse dictam macularum efflorescentiam in cute, ex eo colligitur, quod in aliis regionibus meridionalibus, in quibus adusti humores saepe dominantur, tales efflorescentia non apparent sine febre. Cum itaque Scorbui vox aliquid vile designet ad curationem, non est explodenda tanquam insolens & inauuita veteribus medicis, quibus aequè incognitum fuit plica, luis venerea, & morbillorum nomen. Quod si haec ita sunt, concipere potest vir Illustr. aliquam spem melioris sanitatis ratione catarrhi, doloris ventris & vigiliae, ope remedium Italicorum: in Plica autem & Scorbui cura proficere quid possit non intelligo. Plica remedium est incognitum, & scit vir Illustr. neminem haecenus vel hic vel alibi medicorum ope ab hoc malo perfectè liberatum esse. Et quod Illustr. Vir à Medicis expectare non potest, beneficium natura fortasse consequetur intra 4. vel 5. annos; cum obseruatum sit, adultos vel 14. vel 17. anno plica per se decedente neque amplius renascente liberari. Scorbui verò alexipharmacis caret Italia, in qua illata agerrime propagantur, & vix in alterum annum conseruantur. Quid ergo faciendum? Id nempe, ut optima cum ratione inchoata curationi, que ventriculum potest corroborare, caput siccare, virulentam plica excrementum vicinque foras trahere, ope decocti, & exteriorum aquarum thermalium vsu, nec non calidorum oleorum ad stomachum stillicidio insistat fere vsque ad Aprilis fixem, aut initium Maii, si tandem vim perferre poterit horum exiccantium medicamentorum: Tum verò curando scorbuto inueniatur, id est, utatur herbarum aperientium decoctis, admixta alexipharmacorum ea copia, quam indicauerit medicus in hac cura idone exercitatus. Omnino curatio Scorbui in eo erit praecipue posita, ut quae obstructions referant, (quorum delectus medici, qui cura praerit, iudicio relinquendus est) aut scorbuiticis remediis perpetuò contemperentur. Quorum causa proficiscendum puto ad Septentrionalia loca, & mature proficiscendum, ut herbas adhuc vigentes & succi plenas reperiat: aiunt enim anti-scorbuticas herbas succo magis, quam decocto aut alia ratione opitulari. Medicum nostrum etate celeberrimum, atque in scorbui cognitione atque curatione exercitissimum, Danielem Sennertum adeat; huius consilio se committat, atque ab eo, post Deum, salutem periculossimi mali speret. Vixit V. Viteberge, ubi nota & familiaria sunt scorbui antidota. Quod si ante huiusmodi hydrotico capitali decocto rursum decreuerit vii ad capitis ventrisque roborationem, & crassi cuiuscunque excrementi euacuationem, id spontanea plica curationi acceleranda proficuum fore arbitror. Jecur quantum vis aestuare videatur, atque valida refrigerantia postulare: satius styiamen astiuo tempore vitè refrigerante vii, quam medicamentis, siquidem languidus & excarnis ventriculus horum vsu nullo negotio exsoluitur, & refrigerantium vsu efferari plicam obseruatum est. Atque haec sunt, Illustr. Domine, qua mihi scribenda visa sunt, ut petitionis tuae satisfacerem. Abstini à remedium censu, quod omnia in Italia sumondaiana prudentissime praescripta & continuè usurpata, vixque ulla mutatione facta

continuata esse sciam: quæ verò in Saxonia vel alibi ad Scorbuti curationem prescribentur, explorato statu, in quo P^rir Illustr. esse comperietur post itinerum labores, & continuanda adhuc curationis periculum faciendum, varia ratione accommodanda erunt ad corporis necessitatem, viroque expertissimo ne insinuari quidem sine arrogantia possunt. Faxit Deus Opt. Max. ut Illustrissimi P^riri vota atque itinera bene fortunent.

Ioannes Preuotius.

Verùm in patriam reuersus, cùm nullam morbi allevationem sentiret, sed is indies is ingrauesceret. Consilium Clarissimi Domini Preuotij secutus, litteras ad me 28. die Maji Anno 1628. Codna scripsit, suumque propositum de itinere V Vittebergæ, valetudinis gratia, suscipiendo, iis mihi aperuit. Cùm verò cognati & amici in tanta corporis imbecillitate iter dissuaderent, nec viuum huc venturum putarent, iter ad autumnum vsque distulit. Verùm cùm morbus indies inualefceret, tandem vix se accinxit, & mense Nouembri eiusdem anni, lectica gestatus, itinere per Poloniam & Silesiam circiter centum milliar. Germanic. confecto huc V Vittebergam venit, sed vix semivivus. Nam cute tantùm & ossib. hærebat, nec manus aut pedes mouere poterat, imò nec caput. Verùm malo historiam eius status & morbi Medici eius domestici, quem secum ex Italia duxerat, Viri Excellentissimi, Dn. Francisci Mistricii, Foroiulienensis, Med. Doctoris, verbis, quàm meis, recensere, qui morbum Domini Comitis hoc modo descriptum mihi exhibuit.

Inter præclara illa, quibus olim singulari cum admiratione floruit, antiquitas, præclara semper & laudabilis ea fuit consuetudo, Vir Clarissime, cùm Delphos proficisceretur, ut de re ancepsit aliquando ab Apollinis Pithii Oraculo toto terrarum orbe celeberrimo responsum acciperent. Veterum more Generos. ac Illustrissimus Comes, Dominus Nicolaus Sapieha, generalis vexillifer Magni Ducatus Lituania, de propria incolumitate sollicitus, post tot tamque varia medicamenta experta, post tot responsa accepta, & in propria patria Polonia, & in Italia, tandem hoc tempore V Vittebergam (non Delphos, sed alteras mercurule Athenas) confugit, ut Vos iam consulat, pene dixerim sapientissima medicinx oracula; à vobis omnino, si humanis unquam opem, quam studiose imploras consecuturus. Historiam ego (postquam id mihi imponitur) summam profecto, distincte tamen recensero, & pauca illa, quæ ad malum huiusmodi profigandum in mentem venient, ea quæ decet modestia prescribam, omnia alioquin ad iudicium unum perspicacissimum referens, tanquam ad lydiæ lapidem elegantius expolienda.

Principalis affectio, de qua valde sollicitatur Illustrissimus, tanquam illa que bis ante ter mortem præforibus esse denunciauerit, est pertinax & crudelis dolor totius ventris inferioris, modò in dextro, modò in sinistro hypochondrio, modò circa umbilicum persistens. Iam septimus agitur annus, ex quo immanes isti cruciatus suos habent recursus adeò pertinaces, ut & egrum & medicum (libere dicam) iam ferè in desperationem egerint, tantum abest, ut hæcenus ullo medicamento cesserint. Iam annus cum dimidio est elapsus, ex quo ego cura Illustrissimi sum addictus, in quo tempore, qualiter morbus se habuerit, tantummodo dicam, ne fiat inanis repetitio antecedentium, quæ (uti mihi relatum fuit) eundem ferè semper seruauerunt tenorem. In isto itaque temporis spatio ita ferè res se habuit. In mense Iulij ex Italia venimus Cracouiam, ubi Illustrissimus statim cura cuiusdam

A Medici scorbuti curationem proficientis se commisit, qui postposito Hippocratis consilio, quod sub canis & ante canem difficiles sunt medicationes, nullo habito respectu, quod Illustrissimus: uno temporis potius indigebat quiete, propter multa ex tam longo itinere perpeffa incommoda, quàm noua medicamentorum agitatione, cepit illi medicamenta ista (corbatica exhibere, veluti syrupum cochlearia, succum eiusdem herbæ, & alia huius ordinis additis pulueribus & potionibus aliquibus purgantibus, in quibus medicamentis, sine ullo apparente beneficio, per sex hebdomadas perseverauit Medici iste. Tandem videns Illustrissimus, quod nihil boni cum illo ageretur, cogitavit de discessu, & ita circa finem Augusti Lublinum venimus; ubi quamprimum immanes isti cruciatus adorti sunt illum in toto ventre inferiori, lumborum regionem peringentes, qui non nisi post longas difficultates, & multam eductionem, tum per superiora, vomitus spontanei beneficio, tum per inferiora, clysterina frequentis usurpatione, materis cuiusdam mucosæ, albæ, insipidæ, modò tenuis, amare, fuaa, aliquando fusca, & copia fuaus intermissi ferunt: in quo dolore alius adeò erat adstricta, ut nec clysteria, alioquin purgantia, nisi maxima cum difficultate reddere: urina pariter rubra maximo eorum: exercebatur, cum ingenti dolore circa renes, quæ postea mitescente dolore copiosior fluabat cum multa excretionem arenularum rubearum. Ita sedato dolore circa finem octobris Lublino venimus Codnam, quæ est ciuitas Illustrissimi; sed non longè post nostrum aduentum redeunt obstructions, recrudescunt dolores cum frequenti animi deliquio, (veluti & modo illi contigit in itinere,) ut de salute penitus desperaretur; in quibus etsi subitis adhibitis molliemibus & superius usurpatis vacuumibus, alius recludatur ac excrementa omnis generis, veluti supra dictum est, ciciantur aliqua euidenti lenatione, non minori vehementia redit tamen morbus, nonus semper succedentibus obstructionibus, nec hucusque extirpari potuit, immo in mense Augusti proxime præterito, post assumptum decoctum China per dies quadraginta circiter, adeò inualuit morbus, ita dolores crudeliter illum torserunt, ut nec lecto dimoueri, vix loqui, vix spiritum trahere posset; & in isto itinere, inter suffendum ter adeo interturbata fuit respiratio, ut de suffocatione omnino dubitaretur. Sciendū præterea est, quod præter intolerabiles dolores, qui in omnibus ventris partibus sentiuntur, alii etiam aliquando in toto dorso extenduntur, & ad extremos artus, maxime verò ad brachiorum & pedum articulos transeunt; immo in isto itinere tantos ac tales sensus dolores circa istas partes, post ventris inferioris cruciatus, ut antehac nunquam tales passus fuerit; nam, veluti & modo potuisti obseruare, vir Excellentissime, vix somnum capere, vix illas loco mouere potuit, ad quos dolores tandem sequuta est paralyfis, non quidem legitima, manuum ac pedum, cum tæbe & squalore omnium membrorum, vix insufficienti appareat. Obseruandum etiam est, quod isti dolores frequentius modò recurrant, quàm facerent præteritis annis, quibus modò, veluti & antea, accurrebat aliquando: adnectitur pruriginosa flauescencia ac excrescentia gingivarum, cum maculis quibusdam rubris, instar morsus pulicium, in dorso præcipuè & cruribus apparentibus, quæ, sensim ad liuorem tendentes, tandem euanescent. Et quamuis dolores abdominis aliquando intermittant, nihil minus persistat macies & ingens lassitudo totius corporis, sicut paralyfis & dolor inæduratum cum tanta alui adstrictione, ut nec tantillum quidem spontaneè excernat: quare sæpe aloë rosata, & interpositis diebus clysteribus est sti-

mulanda, quod si vel unica dies intermittatur enacuatio, iam cruciatus emergunt, & mirabile est, videre, quantum copiam excrementorum omnis generis, sed præcipue bilis & phlegmatis mucosi singula die indeficiente beneficio horum medicamentorum excernat: nihilominus tamen morbus obstinate persistit. His purgantibus medicamentis & roborantia adæctimus, vel vii rotulas ex speciebus aromatis, rosar. diarrhodonisabbatis, additis corallis & margaritis, confectioem hiacyinthi, Alchermes, & alia huius ordinis, nec propterea aliquid hæctenus profecimus. Quantum verò ad dubia illa, quæ per litteras tibi enotari significasti, istud habet, Quantum ad hæmorrhagiam illam, quam ante quatuor annos est passus, non ex ulla ulcerum debilitate, non enim post ipsam iterum forsitan conualuisset, veluti satis commodam duxit valetudinem per annum ferè cum dimidio in Italia, non ex hæmorrhoidum retentione simul enim & hæmorrhoides suas habebant periodos singulo mense, quæ à medio auno tantummodo omnino intermiserunt, unde arte illos debui prouocare ter aut quater, restat itaque ut hæmorrhagia ista ex sanguinis acredine & tenuitate à capite super calefacto contracta occasione habuerit. Quantum ad pliam, quam in capite gestat, post annum ferè se manifestauit, quàm isti dolores inciperet, nec est hæreditaria, nam nullus ex profapia ante illum salem habuit affectionem. Quantum ad capitis destillationem, illa continua fuit, & adhuc perseverat in maxima copia, veluti apparet ex iis, quæ per nares & palatum continuo excernuntur, cuius maxima pars ad ventriculum delabitur, inde ad intestina, unde forsitan non leuem suscipiunt fomitem dolores supra dicti. Pulsus alioquin semper obscuri cum aliqua frequentia pro intensione, & remissione dolorum suscipiant variationem. Vultus ratio viplarimum, præcipue in paroxysmo dolorum, ad libitum assistentium potius, quam medici consilio fuit instituta ex confuso caponis, ovis orbilibus recentibus, ex insculis aromaticis conditis. Vinum bibit Italicum bona substantia. Appetitum habet adeo deiectum, præcipue in doloribus, ut vel odor carniū illi pariat nauseam: si iis gestat continuam, propterea ferè semper excedit in vini pota. Noctes ut plurimum ducit vigiles, & si quid dormit, id totum est inquietum, & phantasmatum plenum. In Italia quomodo fuerit medicamentis tractatus, iam scripta vidisti omnia. Hæc itaque sunt symptomata, quæ sanissime affligunt virum hunc Illustrissimum. Ab eis quoad fieri licet vendicari exoptas, & si humanius unquam auxilium est expectandum, non aliunde profecto, quàm abs te in tantis ærumnis exoptas & speras; abs te, inquam, Sennerte præstantissime, quem ego inter densiora difficillimum morborum duxera (ut ita dicam) in prouincia ista Saxonica, tanquam in horto amœrissimo fragrantissimam candidioris medicina rosam florere video, & pro virili parte imprimis admiro. Hæctenus D. Franciscus Mistrucius.

Atque omnino his malis omnibus, Illustriss. Dn. Comestenebatur. Et quidem maximè ipsam affligebat pertinax alui obstructio, quæ nisi vel clysteribus, vel medicamentis purgantibus moueretur, planè subsistebat. Ad aluum mouendam magnam aloës rosatæ copiam secum ex Italia attulerat. Verùm cum eius vtu aluum magis sicari sciret, eius vsum ut continuare dissuasi. Cum aluum deiecit, pituitam viscidam & tenacem magna copia egerebat. Simul ventris dolores acerbissimi sæpissimè ipsum infestabant, qui in dolores articulorum, & hi rursus in illos terminabantur. Quod si doloribus ventris ingruentibus copiosè vomeret,

A quod non rarè accidebat, dolores mitiores erant, & citius remittebant. Aderat præterea membrorum omnium paralytis, vt & linguæ quandòque, vt satis commodè loqui non posset. Paralytis tamen, vt dictum articulorum dolores grauissimi cum tumore aliquo comitabantur. Per interualla etiam ipsum infestabat symptoma, quod illum valde terrebatur, suffocationis & strangulationis cuiusdam quasi metus, cuius, de scorbuto cap. 4. mentionem fecimus, quæ proueniebat à vapore styptico musculos laryngem moentes contrahente & quasi conuellente. In corpore, dorso præcipue, maculæ liuidæ apparebant, dentes vacillabant, in d. etiam quidam iam exciderant. Conspiciebatur quoque in volis manuum perpetua rubedo, procul dubio à caliditate & siccitate epatis proueniens, inducta ab irrempestiuo medicamentorum calefacientium & siccantium vtu. Non enim solùm decocto Chinæ 40. diebus, sed & aliis huiusmodi medicamentis vtu fuerat. Noctes pleraque totas insomnes agebat. Aderat febris nullum typum obseruans, quales ferè scorbuticæ esse solent. Talem cum acciperem hunc ægrum, de sanitate perfecta recuperanda vix aliquid, imò ne de vita certam spem facere potui. Cum tamen valetudinem gratia tantum iter suscepisset, ei, quantum potui, mea opera prodesse conatus sum, atque Dei beneficio & ope, tantum effecti, vt aluus suum officium rursus faceret, feces naturalem consistentiam acquirerent, dolores ventris & articularum cessarent, brachijs quoque & manibus motus restitueretur, vt non solùm alia iis officia præstare, sed & literas scribere posset. Venter quoque, qui planè extenuatus erat, iterum augeri, imò pinguescere cepit.

Restabat tamen & pertinaciter perseverabat pedum paralytis, & contractio, quæ nullis medicamentis, vt nec thei marum Tephensium vtu, in quas Anno 1629. mente Iunio delatus est, tolli potuit, & vt imhi videtur, vix vnquam integre tolleretur.

Medicamenta autem, quibus vtu sum, in hos scopos directa fuerunt, vt scilicet aluus laxa iterum redderetur, cacochymia sensim euacuaretur, vitium humorum & dispositio viscerum scorbutica antiscorbuticis medicamentis emendaretur, & symptomata urgentia tollerentur.

Materia medicam quod attinet, formulas omnes medicamentorum, quæ singulis ferè diebus adhibita fuere, apponere, prolixum nec operæ pretium foret, cum, instantibus iisdem Indicationibus, eadem medicamenta, formulis tamen non rarè mutatis, sæpè repetenda in morbo diuturno & contumaci fuerint. Materiam ergo saltem medicamentorum Indicationibus respondentem è formulis extractam subiungemus: quæ tamen nec omnia in omnibus medicamentis, sed pro re nata & circumstantiarum ratione, nunc hæc nunc illa adhibita adfuere. Formulam tamen vnã atque alteram addemus.

E Ad aluum leniendam, quæ nisi irritata vix suum officium faciebat, magnam quidem, vt antea dixi, aloës rosatæ copiam ex Italia secum adduxerat: verùm cum eius vtu intestina potius exsiccati animaduertentem, eius vsum dissuasi. Itaque clysteribus, quibus valde adsuetus erat, sæpius, vtu est, paratis è rad. althææ, polypod. q. folijs parietariæ, mercurialis, branca ursinæ, malæ, althææ, centaurio minore, fl. chamameli, sambuci, scm. anethi, fœnigraci, lini, cumini, el. diacathol. diacarthamo, bened. laxatiua, hiera s. fir. ros. sol. ol. chamamel. sambuci, lilior. albor. vitellis ouorum.

Sirupi verò laxatiui parati fuere è radicib. poly.

pod. g. filicis, cichorij, cortic. tamarisci, rad. cap-
par. fumar. agrimon. endivia, cbamedry, ceterach,
sem. carthami, passulis, fol. sena, agarico, Zedo-
ria, galanga, cortic. citri, fl. cordial. manna, cre-
more tartari, sacchari s. q.

Pilulæ, ex massapil. Aquapend. cum spec. diacar-
thami.

Ad vitium humorum & dispositionem Scorbuti-
cam emendandam, autis scorbuticis & aperientibus
vltus est.

Vt ℞. aqua scorbutica nostra, lib. 3. Practic.
descriptæ, Vnc. iij. cochlearia, borragin. an. ℥. j.
conseru. cochlearia ℥. j. β. betonica ℥. β. Stent per
noctem. Manè colentur.

Adde tartari, vitriolati, vel mistura s. Drach. β. B
Misc.

Item, ℞. succi rec. expressi cochlearia, beccabung-
ga, nasturtij aqu. an. lb. ij. rad. cichor. recant. cond.
℥. vj. Salis tartari ℥. β.

Stent in digestionem vase clauso diebus aliquot.
Postea colentur.

Colaturæ adde sacch. albi ℥. iij. conf. borrag. be-
tonica, fumarica an. ℥. ij.

Stent iterum in digestionem per diem & noctem.
Postea colentur.

Item, ℞. mistura s. ℥. j. β. rob. inniperi Vnc. j.
succo cochlearia, nasturtij aquat. beccabunga an.
Vnc. vj. spec. diarrhod. abbat. Drach. ij. sir. bor-
raginis, tunicis, acetos. citri an. Vnc. j. β. ag. ci-
namom. ℥. β.

Stent in digestionem. Postea quod clarum est ef-
fundatur.

Item, ℞. mistura s. ℥. j. β. rob. innip. Vnc. ij.
extr. calami aromati. Scrup. j. croci Scrup. β. conf.
cochlear. ℥. iij. fumaricæ, acetosæ, an. Vnc. j. β. suc-
ci citri rec. Vnc. iij. ag. scorbuticæ ℥. vj. cochlearia
℥. iij. cinam. ℥. β.

Stent in digestionem. Postea colentur.

Vltus est & pil. è trochisc. de cappar. extr. cichor.
ceterach. gentiana.

Item cremore tartari, tartaro, vitriolato.

Præscriptæ fuere quoque rotulæ, è spec. aremia-
tici ros. diarrhod. abb. pires archont. extr. ireos, he-
lenij, eryngij, pulu. bezoardico.

Vt & hic puluis. ℞. spec. diareos Drach. j. cala-
mi aromati. sem. nasturtij, eruca, croci an. Scrup. j.
sinanom. Drach. j. crem. tartari, Drach. ij. fiat
pulis.

Electuaria vsurpauit, parata è conserua cochlear.
betonica, salua, cichor. chamedryos, chamapityos,
cortic. citri conditis, rad. condit. scorzonera, rob.
iuniperi, confect. alchermes, sir. borragin. tunicis,
acetos. citri.

Vsurpauit & vinum cochlearia, quod paratur, si
cochlearia viridis manipuli aliquod minutim con-
tundantur, & affundantur Vini Rhenani hbræ ali-
quot, & stent in cella in vitro diebus tribus, & po-
stea colentur.

Item hoc: ℞. absinthij p. iij. conserua cochlea-
ria Vnc. iij. nasturtij aquat. viridis contus. M. j. E
cortic. citri siccor. Drach. vj. Affunde Vini Rhenani
lb. iij.

Stent in vitro diebus aliquot. Postea, quod cla-
rum est, effundatur.

Tandem cum à Dn. Ioan. Buttnero, Pharmaco-
pæo Gorlicensi industrio, nactus essem spiritum
cochlearia, quem, vt & ex aliis plantis plerisque
per fermentationem & distillationem artificiosè
parat, vt plantæ odorem & saporem retineat, &
vt spiritus vini flammam concipiat; æger verò alio-
rum medicamentorum ferè tædium & nauseam

A concepisset, frequentissimè & cum commodo ec
spiritu vsus est.

Vt lieni quoque prospiceretur, qui non parum
laborabat, emplastrum ad lienem impositum
fuit.

Dolores ventris & articularum ferè recprocè
oriebantur; & cum dolores ventris remitterent, do-
lores articularum inchoarent, eontrà, vbi dolores
articularum cessarent, ventris oborirentur: Vtri-
que auertebantur maxima ex parte, cum copio-
sè, quod sæpissimè accidebat, humorem acidum,
salium, amarum, pæne incredibili copia, reji-
ceret.

Ad dolores ventris leniendos præscripti sunt cly-
steres ex althæa, chamamelo, sem. fenigr. anethi,
lini, ol. amygdal. d. anethino, chamamel. melle ro-
sæ, el. de baccis lauri. Et fomenta ac cataplasmata
ex iisdem & similibus ventri imposita, & empla-
strum de baccis lauri. Vsurpauit & decoctum fl. chā-
mameli cum manna & ol. amygdal. dulc.

Ad dolores articularum in manibus & pedibus
vsurpata sunt fomentationes & cataplasmata è
rad. althæa, fl. chamamel. hyperici, absinthio, be-
tonica, nasturtio aquat. farina sem. lini, fenigræct,
lunbricis terrestr. ol. sambuci, chamamel. unguen-
to dialthæa.

Vxor generosa Illustr. Dn. Comitæ ad dolores
eiusmodi leniendos in Patria in vsu esse dicebat ca-
taplasmata è radicibus raphani rustici tusis & co-
ctis, idque aliquoties, eùm ratione non carere, non
sine fructu impositum. C

Vsurpata etiam fuerunt fomentationes è radici-
bus helenij, althæa, bryonia, fol. lauri, salua, ro-
rismarini, chamapityos, fl. cheiri, lauendula, pri-
mula veris, stachad. Arab. baccis iuniperis. Vt &
inunctiones, ex rad. althæa, & bryonia ac lunbri-
cis terrestris. ad mollitiem costis, addito succo co-
chlearia, & nasturtii aquatici, unguento de bdellio,
terebinthina, ol. lil. alb. chamamelino, vt & vn-
guento Valeriolæ, quod habetur lib. 4. obseruat. 4.
eiusdem; Vt & hoc:

℞. succi beccabunga, nasturtii aquat. an. Vnc. j.
β. ol. lilior. alb. an. Vnc. ij. Coquantur ad succor.
consumt. Adde ol. terebinth. Vnc. β. destillati è
baccis iuniperis, ungu. è bdellio an. Vnc. j. gummi
elemi, hederæ an. Drach. iij. pingued. human. ℥. β.
Misc.

Item unguentum paratum è rad. ireos Flor. fol.
salua, primula veris, tanacetis, artemisia, betonica,
baccis lauri, iuniperi, semine eruca, fl. lauendula,
spica, coctis in Vino & oleo lunbricor. vulpino, ru-
tæcco, succo nasturtii aquat. & colatis, atque ad-
ditis ol. destill. iuniperi, sagapeno, bdellio, syræce
calamita, gummi elemi, pinguedine vulpina & hu-
mana, cera.

Emplastrum etiam meum neruinum additum fuit,
cuius hæc est descriptio:

℞. fol. lauri, betonic. rorismar. chamapyt. pri-
mul. veris an. M. j. fl. lauendula M. β. summit.
hyperici M. j. lunbricor. vino lotor. Vnc. iij. Co-
quantur in vino bono. Colaturæ adde ol. chamamel.
Vnc. iij. irizi Vnc. j. β. Coquantur ad Vini con-
sumt.

Deinde adde terebinth. clara Vnc. iij. seu hircini
℥. j. β. gummi elemi ℥. ij. sacamahaca dissol. piscis
naual. resina an. ℥. j.

Iterum coq. Adde lithargyri Vnc. iij. cera q. i.
F. Emplastrum, cui sub finem adde ol. terebinth. è
baccis iuniper. an. ℥. i. β. rorismar. salua destilla-
tor. an. ℥. j. Misc.

Ad lingue paralyfin vsurpatæ fuerunt oris collu-
tiones ex aqua salvia, rorismarini, extr. calami
aromatici, oxymel. scillitico, ol. destillat. nuc. mos-
chata. Inunctiones linguæ ex theriaca, extr. casto-
rei, calami aromar. ol. nuc. mosch. salvia, sem. si-
napi. Trochisci ex iisdem etiam parati fuerunt.

Ad gingiuarum vitia & denium vacillationem
præscripta vnguenta è fol. aquilegia, salvia, men-
tha, nuc. mosch. st. ros. rubr. alumine, melle; col-
lutiones oris ex decocto radic. filicis, bistorta, fol.
nasturtij aquar. virid. salvia, mentha, aquilegia,
tha i, a7. salvia, mentha, alumine, melle rosato.

Atque istis quidem medicamentis, etsi, vt supra
dictum, scorbuti vitium maxima ex parte expu-
gnatum sit, nisi quod pedum paralyfis fixa maner-
ret; Plica tamen antiquum obtinuit, nisi quod
vnius pedum vnguis ad meliorem statum rediit.

CAPVT X.

De Vnguium vitis.

PRIMO, cum vngues naturalem suam constitu-
tionem, vt alix corporis partes, habeant, læues
& plani sint, colorémque habeant ex albo ruben-
tem, & duritiem ac crassitiem debitam: si hæc na-
turalis eorum constitutio mutetur, morbosum est.

Vngues inæquales, crassi, rugosi.

Vngues
inæquales
& rugosi.

Et primò quidem vngues interdum inæquales,
crassi, ac rugosi euadunt. Quod accidit ex succo,
quo vngues nutriuntur, copiosius affluente. Tum
enim non solum elongantur, sed & crassi, inæqua-
les & rugosi euadunt. Id quod accidit, ex validis la-
boribus, quibus vngues circa radices quasi com-
mouentur, atque alimentum ita copiosius attra-
hant.

Vitium hoc facile emendari non potest; nisi caus-
sa externa illa cesset. Tum enim temporis progres-
su, vnguibus illis crassis & inæqualibus sensim re-
sectis, alij meliores succedunt.

Vnguium scabrities.

Vnguium
scabrities
& Lepra.

Deinde & vngues scabri ac malè colorati & crassi
euadunt; quod vitium vnguium scabrities & lepra
appellatur, in quo vitio & magnitudo & figura ac
conformatio eorum vitiat.

Generatur autem istud vitium, ex humoribus vi-
tiosis & excrementitiis alimento vnguium sese per-
miscentibus. Sunt autem ii inprimis melancholici,
quod vel ipse vnguium color docet, aut tartareis
quiddam habentes, vnde durities illa prouenit.

Vitium hoc oculis patet, & turpitudinem po-
tius, quàm periculi aliquid affert; apprehensionem
tamen, quæ vnguibus sit, lædere potest, simulque
etiam indicat, vitiosi humoris aliquid in corpore
delitescere, quod Natura ad vngues detrudit, sicut
iis, qui plica Polonica laborant, vitium hoc etiam
accidere diximus.

Curatur autem hoc vitium, si, quod emendari
non potest, abradatur sensim, & humor excremen-
ticius discutatur. Recenti vitio decoctum orobi &
lentium conuenit, vel cataplasma ex eorum farina
paratum: vel sulphur cum oleo & aceto impona-
tur. Attriplicem vngues sine vlcere eximere scri-
bit Plinius, lib. 20. cap. 20. Chelidonium minus
cum pice idem præstat. Vel imponatur vnguentum
aut emplastrum factum ex pice, cera, resina, masti-
che, colephonia, vel passula cum opoponace impo-
nantur: Vel nasturtium cum semine lini. Fortiora
sunt radices & folia ranunculi.

Vel ℞. resina ꝑ. b. cerebimb. ꝑ. ij. cera noua, se-
bi hirsini an. ꝑ. v. mastich. ꝑ. j. b. thuris ꝑ. ij. F.
Emplastrum.

Plura videantur apud Paul. Æginetam, lib. 3. cap.
81. Auicennam, 7. quaris tract. vlt. cap. 14.

Vnguium calor mutatus

Nonnunquam verò solus color vnguium vitia-
tur, iique liuidi, flauï, nigri euadunt. Quod vitium
accidit, non solum ob subiectæ carnis coloris muta-
tionem, vt nonnulli existimant, sed quia ipsorum
vnguium alimentum vitiosum & tali colore prædi-
tum est. Nonnunquam etiam vngues maculis qui-
busdam albis exilibus, in iunioribus præcipuè, hinc
inde notantur, quæ plerumque circa radicem exor-
tæ, vnà cum vngue crescente locum mutant, donec
tandem cum vngue resecantur, habentque ortum
à crasso succo alimento se permiscente.

Vnguium
color mu-
tatus.

In coriariis quoque ob calcis & lixiuii, & tincto-
ribus ob tincturarum tractationem frequenter co-
lor vnguium naturalis in alienum mutatur, qui sæpe
diu perseuerat.

Vitium hoc quidem periculum nullum adfert:
turpitudinem tamen parit, & hominibus, præfer-
tim scæminis, ingratum & molestum est.

Vt verò tollatur hoc vitium, humores vitiosi, si
in toto lateant, euacuandi; deinde ex ipsis vngu-
ibus tollendi. Fiet hoc, si vngues succrescentes fre-
quentissimè resecentur, donec omne illud, quod
vitiatum est, tollatur. Ipsi verò vngui emplastrum,
modò de lepra vnguium propositum impenatur.

Peculiaris verò est coloris vnguium mutatio,
cum ex contusione sanguis sub vnguem effunditur,
& per vnguem translucens colorem rubrum vel ni-
gricantem, vt in suffusionibus fieri solet, parit.

Quod si accidat, Auicennas vnguem perforare, &
sanguinem suffusum educere iubet. In qua re ta-
men cautione opus est, ne in perforatione cutis sub-
iecta neruosa lædatur, & dolor excitetur. Vngue
perforato, vel etiam non perforato, imponatur di-
ctamnum Creticum cum piscium glutine. Vel em-
plastrum basilicum, vel radix sigilli Salomonis

contrita. Vel ℞. sagapeni q. v. Misceatur in mor-
tario cum oleo nucum, vt fiat emplastrum, & supra-
ponatur.

Curuatura vnguium.

Curuaturæ vnguium inter vnguium vitia etiam
nonnulli mentionem faciunt, & quidem eius, qua
in extremitatibus vngues curui & adunci, quasi, vt
in aubus, redduntur, eamque à siccitate nimia
vnguium substantiam contrahente deducunt. Ver-
ùm rarus hic affectus est, neque vbi datur, à siccita-
te prouenit, sed à vitiosa materia, ob quàm co-
piosius affluentem, vngues ita vitiosi crescunt; id
quod in Plica Polonica accidere diximus. Ideoque
eorum alia curandi ratio non est, quàm vnguium

Curuatura
vnguium.

scabrorum & leproforum.
Hoc non infrequens est, præcipuè in pedibus, vt
vngues ad latera nimium excrecant, & subiectam
cutem perforent, vnde caro eò loci luxuriare inci-
pit, quæ impedimentum & in calcis induendis, &
in incessu affert. Quod si accidat, alumen vstum in-
spergendum, quod catnem superfluam tollit; postea
vnguis qui nimium excreuit, resecandus.

Fissura vnguium.

Nonnunquam & solita vnitas vnguibus accidit,
vt vel in longum findantur, vel per transversum,
velut in duas laminas dissecti sint.

Vnguium
fissura.

Id quod vel à caussis externis, vt vulneribus ac-
cidit, vel ab humorum vitio, quod interdum in lue
Venerea & lepra cuenit.

Si à vulnere sit fissura, vulnus curandum. Vngues tamen sekti vni nequeunt, sed dum crescunt integer vnguis fissò succedere solet; modò cauetur, ne qua parte vnguis fissus est, cute subiecta coalescat. Hoc n. si fiat, nunquam integer vnguis, sed semper bifidus succrescit. Si ab alio morbo & vitiosis humoribus sit fissura, morbus ille curandus, & topica ac vnguè ea adhibenda, quæ scabritiei conueniunt.

Vnguium casus.

Vnguium casus.

Tandem etiam interdum vngues decidere solent, digiti extremitate nuda relicta: quod vitium ad morbos in numero merito refertur; cum sine causa vngues à partium numero excludantur, utpote qui suam naturalem conformationem & vsum habeant, & ut alia partes nutrantur, totique cohercant. Cur autem vngues decidant, id primò, & præcipuè ex vitio alimenti prouenit, quod vbi in alienam naturam declinat, ita quidem, ut non solùm simpliciter vitiosum sit alimentum, id quod in scabritie, & asperitate vnguium accidere solet, sed ut acris simul sit, ac radices vnguium erodat, eodem modo, quo in Alopecia, ophiassi, ac pilorum defluuio, pilorum radices erodi solent, vngues decidunt. Sic non rarò post vlcera & vulnera circa radices vnguium decidere solent vngues, pure eorum radices erodente. Et vbi vnguium radices à pure erosi fuerint, etsi vngues spontè non decidant, tamen ab vngue nouo succrescente protruduntur. Ita compertum est, post febres malignas & pestilentes non solùm capillos defluxisse, sed & vngues decidisse: id quod & post venena sumta, & in lue Venerea accidisse obseruatum est. Deinde idem ex inopia alimenti prouenire potest, quomodo iter per niues facientibus & in aqua gelida manus diutius detinentibus vngues decidisse compertum est, vel constipatis manum poris alimentum vnguis aduherentibus, vel calore natiuo eorum extincto.

Vitium autem hoc, quod visui obuium est, non solùm deformitatem patit, sed etiam apprehensionem, cui vngues inserviunt, lædit: præterea, cum vngues digitorum apices contra externas injurias, quasi muniunt, inermes quasi & externis iniuriis facile obnoxij hoc modo digiti redduntur. Itaque curationem hoc malum non immeritò postulat. Non tamen omnes vngues decidunt restitui possunt. Et enim si à prauo humore tota vnguis radix exesa sit, & malum iam diu durauerit, aut si propter inopiam alimenti vngues deciderint, vix restitui possunt. Si verò radix tota erosa non sit, & malum recens, curationis spes superest. Tum igitur vngues tegere oportet pileo ex *ladano*, *ammoniaco*, *bdellio*, & *cera* parato.

Reduua.

Tandem non ipsorum vnguium, sed cutis vnguibus proximè vitium est, quod Latini Reduuiam, Græci *παρυχία* nominant, quod iuxta vngues sit. Longè verò aliud vitium est *παρυχία* Græcorum, quàm ille morbus, qui supra, *part. 1. cap. 14.* descriptus est, atque inter inflammationes numeratur, & Arabibus etiam Paronychia dicitur. Ista enim Paronychia, ut ibi dictum, grauis & periculosus morbus est: Paronychia verò Græcorum, de qua iam agimus, seu Reduua, leuissimus est affectus, qui nihil damni affert, & Medici cura pæne indignus videtur; quod patet ex Galeno, qui *comment. 2. de nat. hum. sub finem*, disputans, an ille liber sit Hippocratis, scribit, Sabinum & reliquos, qui librum illum rejiciunt, in eo exigua pauillaque peccata animaduertere, maiora autem & consideratione digna negligere, ritu illorum prauorum Medicorum, qui cum *παρυχία* ægrotantium considerant, magna deinde & difficilia mala per insciam negligunt.

Neque est ut quis putet, Paronychiam Græcorum & Arabum esse eundem affectum, & quod Reduua sit parua & incipiens Paronychia, qualem Græci describunt, sine tumore, sine inflammatione, sine insigni dolore, quæ species quædam *παρυχία* sit, & à Græcis describitur. Si verò iam facta sit, in inflammationem & abscessum periculosum mutari, qualis ab Arabibus describitur, & Panaritium ipsis nominatur. Experientia enim hæc non respondent. Neque enim Panaritium Arabum à talibus fissuris incipit, neque Reduua & Paronychia Græcorum vquam in Panaritium mutatur.

Est igitur Paronychia seu Reduua leuis quædam Reduua quid. cuticulæ ad vnguium radices fissura.

Prouenit autem ab humore falso cuticulam loci erodente.

Vitium ipsum per se patet, neque quid periculi habet coniunctum, nisi quod leui quodam dolore molestum est, cum cuticula fissâ cutis nudetur.

Curatur autem *portulaca*, *maluæ radice* & *semine*, *oleo violarum*, *rosaceo*.

Fissura manuum.

Vltimo loco mentionem facere libet fissuræ manuum, quæ accidit præcipuè sub initium hiemis, cum manus teneriores frigori, cui nondum assuetæ sunt, exponuntur, vnde imprimis circa iuncturas fissuras contrahunt; id quod tamen interdum etiam pedibus accidit.

Fissura manuum.

Curantur autem felicissimè hoc vnguento.

℞. lithargyri argenti, myrrha, Zingib. partes æquales.

Pulueriscentur subtilissimè & cum *cera virginæ*, *mellis*, & *ol. commun. q. s. F.* Vnguentum, cui odoris gratia *moschus* & *ambra* addi potest.



LIBER QUINTVS.

PARS IV.

DE VVLNERIBVS.

CAPVT I.

De Vvulneris natura, caussis, & differentiis.



Nter affectus p. n. corporis externos, & qui sensibus obuij sunt, restant Vvulnera, Fracturæ, & Luxationes; de quibus iam ordine dicemus. Et primò vnus quod attinet, esse solutionem continui in parte osse & cartilagine molliore, extra dubium est, Interdum tamen latè, interdum strictè accipitur. Latissimè sumit Celsus, dum *lib. 5. cap. 6.* scribit: *Peius vvlnus est, quod etiam collisum, quàm quod totum discissum est, adeo, vt acuto quoque quàm retuso, telo vvlnerari commodius sit.* Latè dum soluta vnitate, facta à re acuta, tribuitur, & quidem omni, siac punctim, siue cæsim ea facta sit, quomodo Galenus, *6. meth. med. cap. 1. & seqq.* & nervos punctos vvlneratos nominat. Strictè, dum à punctura distinguitur, vt vvlnus sit soluta vnitas in parte molli à re secante cæsim facta; punctura verò soluta vnitas in parte molli à re secante punctim facta. E quo patet, solutionem cõtinui in parte molli latius patere, quàm vvlnus seu cæsim seu punctim factum. Potest enim in parte molli quoque vnitas solui à re non acuta, sed dura & graui, idque vel cute integra apparente, vel etiam rupta, quod fit in vvlneribus à sclopetorum globulis inflictis. Deinde quoque partis mollis vnitas solui potest à tensione, quæ Ruptura in specie in partibus simularibus appellatur, in compositis verò ἀνωρομα, vbi abruptis ligamentis filamentisque illis fibrosis, quibus partes inter se connectuntur, rumpuntur. E quibus patet, vvlnus esse solutam vnitatem in parte molli à re secante & acuta factam.

Si verò, vt rectè Guido, *lib. 2. Cheirurg. & Fernelius, lib. 7. meth. medend. cap. 6.* monet, vvlnus sordidum fiat, atque aliquid de vvlneratæ partis substantia à pure erodatur, tunc vvlnus in vlcus abit, ac certè vvlneri vlcus coniungitur. Impugnat quidem hanc sententiam Rudius, *lib. de vvlneribus, cap. 1.* sed frustra. Neque enim, quod ille sine ratione putat, absurdum est, vnum morbum in alium mutari, aut vnum alij accedere. Vvlnus & vlcus vtrunque est soluta vnitas in parte molli, sed vvlnus sola sectione absoluitur, vlcus verò fit ab erosione, & proinde in vlcere aliquid de substantia partis amittitur. Si ergo in vvlnere à parte aliquid de substantia carnis erodatur & absumatur, omnino cõcedendum est, iam etiam vlcus adesse. Quod tamen non ita accipiendum est, quasi quamprimum quarta die pus in vvlnere apparet, vlcus adesse dicatur. Pus enim illud prouenit à sanguine extra venas effuso, aut alimento in venis capillaribus & spatiis partium hærente, neque aliquid tunc de substantia partis erosum est. Si verò quacunque de causa tanta puris

A copia colligatur, vt aliquid de substantia partis erodatur, vlcus adesse negari non potest; cum omnia, quæ ad essentiam vlceris requiruntur, tum adsint, & tum curatio non amplius vt in vvlnere simpliciter, sed vt in vlcere instituenda.

Cæterum cum vvlnus sit è morborum numero, quæ actiones ab eo lædantur, non sine causa disquiruntur. Rectè autem respondetur, omnes partis actiones & vlus, ad quos destinata est ea pars, à vvlnere lædi, siue parsilla eas perficiat, seu vt simularis, seu vt instrumentalis. Actiones organicas à vvlnere lædi sæpissimè (si nimirum pars motui destinata vvlneretur) manifestum est; cum membrum vvlneratum debito modo moueri amplius non possit. Vena etiam dissecta amplius sanguinem ad partem alendam aduehere non potest, nec arteria sanguinem vitalem & spiritus, aut nervus spiritus animales.

Temperamentum verò partis equidem proximè & immediatè à vvlnere non læditur, mediatè tamen, dum nimirum vasis dissectis & sanguine effuso simul calor partis dissipatur, & necessarius sanguinis ac spiritus & caloris influentis, qui ad partis temperamentum necessarius est, influxus impeditur. Quibus de caussis omnibus partis attractio, coctio, nutritio, & expulsio læditur. Atque hinc accidit, vt partis temperamento mutato, plura, quàm aliàs consueuerunt, in ea generentur excrementa. Ideo etiam prouenit, vt pus non statim in vvlneris principio, sed postea, circa quartum scilicet diem, generetur, vbi scilicet calor partis dissipatus iterum restituitur.

Vvlus quoque in partibus vvlneratis læditur. Cutis vvlnerata partes subiacentes amplius tegere non potest, peritonæum dissectum intestina, cornea tunica oculi humores non amplius continet; venæ & arteriæ dissectæ non amplius sanguinem, nec nervi spiritus animales vehere possunt.

Differentia.

Differentia.

Differentiæ vvlnerum aliæ sunt essentielles, aliæ accidentales. Essentiales ab ipsa vvlneris natura sumuntur, nimirum à forma, cuius ratione secundum figuram aliæ sunt recta, aliæ obliqua, & quidem variorum figurarum secundum magnitudinem, aliæ parua, aliæ magna, aliæ profunda, aliæ superficialia. Quod referri potest & illud, quod vvlnere inflictio vel aliquid de substantia partis abscissum, vel nihil abscissum est. Quanquam si rem accuratè æstimare velimus nec hæ sunt propriæ & essentielles differentiæ; cum non ab ipsa vvlneris essentia, sed potius quibusdam vvlnerum accidentibus, vt magnitudine, figura pe-

Vvlnus quid.

cantur. A parte affecta, quæ nunc est caro musculo-
sa, nunc nervus, nunc ligamentum, tendo; nunc hæc
vel illa pars afficitur. Et quidem in vna parte mul-
tum effert, in qua particula partis vulnus sit, v. g. an
in principio, an in fine, an in medio musculi sit vul-
nus; an in viscere aliquo parenchyma, vel vas in eo
sint vulnerata. A causa, quod vulnus inflictum est,
vel casum, quod in specie vulnus appellatur, vel
punctum, quod punctura in specie dicitur; vel cum
punctura adest incisio, vel simul adest incisio & con-
fusio, vel omnia hæc tria, incisio, punctura, & con-
fusio coniunguntur.

Accidentales verò differentie sunt, quæ ab iis, quæ
extra definitionem vulneris sunt, petuntur. Galen-
us 3. *meth. med. cap. ult.* ad tria capita eas redigit,
& eas desumi docet, vel à generationis modo, quod
scilicet totum sit incisum, vel totum est ruptum, vel
pars incisa, pars disrupta. Secundò, à vulneris situ,
vbi scilicet in vulnere obliquo inflicto altera pars
vulneris in conspectu est, altera sub cute latet. Ter-
tiò à tempore, quod aliud vulnus est recens, aliud
vetus.

Sunt & accidentales seu potius improprie qua-
dam, ab iis, quæ vulnere coniunguntur, petite diffe-
rentie, quod scilicet vulnus est venenatum, quod
gladio venenato, vel morfu venenati animalis est in-
flictum; quod vulnere Inflammatio vel erysipelas
accessit aut fractura vel luxatio coniuncta est: vel
hæmorrhagia, dolor, aut aliud symptoma coniun-
gitur.

Causæ.

Causæ.

De causis vulnerum multa dicere opus non est.
Vulneris casum facti causæ sunt omnia, quæ inci-
dendi vim habent, ensis, vitrum, & similia. Punctu-
ræ, quæcunque acutæ sunt, sagittæ, acus, dentes
animalium. Rumpunt, quæcunque partem mollem
distendunt, & in partes contrarias diuellunt, vt ve-
hementis ponderis eleuatio vel gestatio, casus, per-
cussio, vociferatio, & similes. Contundunt, graui-
a ac dura & reusa, vt lapis, lignum, plumbum, & in-
ter hæc globi plumbei è sclopetis emissi perforandi
vim habent.

CAPVT II.

De Signis Diagnosticis.

Quidem vulnus ipsum per se sensibus manife-
stum est, nec signis, quibus cognoscatur, opus
habet. Verùm etsi qui locus in cute vulneratus sit
sensui pateat: tamen si vulnus ad interiora penetret,
quæ intus partes vulneratæ sint, sæpe obscurum est.
Id autem cognoscitur primò ex partium situ, deinde
actione læsa, & vltimo tertio symptomatibus super-
uenientibus, quartò excretis. Si enim capitis vulnus
profundius sit inflictum, cerebrum esse vulneratum:
si thorax totus gladio transfossus, pulmones vulne-
ratos esse indicio est, & ita de reliquis partibus. Ad
quam rem cognoscendam partium situs ex Anato-
mia dicendus est. Secundò actiones læsæ partem
vulneratam monstrant. Ita vulnere in pube accepto,
si vrina spontè profluat, sphincterem vesicæ læsum
esse indicat. Videndum tamen hic an actio aliqua
per consensum alterius partis lædatur. Ideoque alia
signa coniungenda sunt. Si vulnere in abdomine ac-
cepto, intestina proevidant, peritonæum dissectum
esse argumentum est.

Excreta quod attinet, si chylus externatur per vul-
nus, ventriculum, vel intestina tenuia: si feces alui,
intestina crassiora: si vrina, vesicam vulneratam ef-
se signum est; si per vulnus thoracis aër egrediatur,

A pulmones vulneratos esse significat. An vena vel
arteria vulnerata sit, sanguinis effluxus indicat; cum
qui ex arteria profluit, saliendo effluat, & magis ru-
bicundus sit.

Ab accidentibus quoque superuenientibus pars
vulnerata significatur. Ita dolor vehemens statim
superueniens neruum vulneratum esse indicat.

De Prognosticis & eorum vulnerum.

Antequam Medicus curationem vulneris ag-
greditur, omnino de Prognosticis prius sollicitus
esse, debet. Primò nimirum præcognoscendum,
an vulnus sanabile sit, vel insanabile. Et quidem si
sanabile, an facilis an difficilis curationis, & an ægro
integra & pristina sanitas possit restitui, an verò ta-
natus alicuius membri a dionem læsam sit passurus.
Sæpe enim accidit, vt tendine aliquo dissecto, partem
alicuius motus amittatur; cerebro vulnerato memo-
ria aut ratiocinatio lædatur. Præterea an brevi an
longo tempore vulnus possit sanari.

Si verò vulnus sit insanabile, an lethale sit, & ad
mortem vergat, an verò in vlcus longum sit degener-
aturum.

Tandem etiam mutationes vulneris, siue ad bon-
um siue ad malum, & quando futuræ, sunt prædi-
cendæ.

Primò autem diligenter explicandum.

Quæ vulnera sint lethalia, quæ non.

Etenim magni momenti est hæc questio, & Me-
dico diligenter atque accuratè pensanda ac co-
gnoscenda. Cum enim non raro in iudiciis & foro
vita nonnullorum ob vulnera aliis inflicta periclite-
tur, & à iudicibus Medicorum sententia hac de re
requiratur, danda diligens opera, vt Medicus talem
sententiam de Qualitate vulneris ferat, qua inno-
cens non condemnètur, nec reus absoluaatur.

Principio autem tenendum, non omne vulnus,
quod mors sequitur, lethale esse dicendum, sed id
solum, quod sæpe natura mortem adfert. Talia au-
tem vulnera sunt duplicia. Nam lethale, vt Galenus,

5. *aph. 2. & 6. aph. 18.* docet, interdum accipitur
de iis, quæ ex necessitate, interdum verò de iis, quæ
ferè, & vt Hippocrates loquitur, *ἐπιτὴν τὸν θάνατον*, sunt
lethalia, ac ob quæ, vt Hippocrates per *aphor. 18.*
sect. 6. in Coacis, limitat vulnerati *ἐπιτὴν τὸν θάνατον*,
moriuntur plerumque seu ferè; quomodo lethale
le Galenus, 5. *aph. 2.* præcò, quod periculo-
sum, ac sæpe morte terminatur, accipi scribit.

De priorè autem genere in primis curatur. Quod
enim vulnus in aliis aliquando curatum est, id pro
simpliciter lethali haberi non potest. Quando a-
pro lethali vel non lethali habendum sit, postea di-
cetur. Ideoque secundò, vulnera simpliciter lethalia
haberi non possunt, vbi superuenientibus graui-
bus symptomatibus (quæ tamen non necessario & sem-
per vulneribus talibus superueniunt) æger moritur, vt
cum vulneribus articularum & nervosarum partium
inflammatio, delirium, & alia symptomata acci-
dunt, aut ob cacochymiam in corpore latentem fe-
bris occasione vulneris accenditur. Et omnino multa
sæpe incidunt, quæ morbos sæpe natura sanabi-
les insanabiles reddunt. Sicut nec ea, quorum sana-
tio diu protrahitur, quorumque occasione tandem
accidit, vt æger lenta morte pereat, pro lethali-
bus simpliciter habenda. Id quod accidit vbi pul-
mone vulnerato vlcus & phthisis subsequitur,
aut thorace vel ventriculo vulnerato, quæ sæpe

Signa.

Signa.

nulli periculo eximuntur. Minime autem ab his vulneribus mors impendet, que in corporis partes, in quibus hæc non sunt, aut ab his quam longissime absunt, insliguntur. Limitat quidem, dum non simpliciter talia vulnera lethalia esse scribit, sed *maxime ferè*: Ampliat verò, dum addit medullam spinalem, venas, quæ crassiores sunt, asperam arteriam, & pulmonem, ac interiores nervos. Ideoque harum partium vulnera ordine considerabimus. Reliquarum enim minime per se lethalia esse, extra dubium est, idque ipse Hippocrates, allegato aph. 509. in Coacis, docet. Celsus, lib. 5. cap. 26. sententiam Hippocratis ad hunc modum expressit: *Seruari non potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui iocinoris porta, cui in spina medulla percussa est, cuique aut pulmo medius, aut ieiunum, aut tenuius intestinum, aut ventriculus, aut renes vulnerati sunt, cuius circa fauces grandes vena vel arteria præcisa sunt. Vix autem ad sanitatem perueniunt, quibus vlla parte pulmo, aut iocinoris crassum, aut membrana, que continet cerebrum, aut licet aut vulnus, aut vesica, aut vllum intestinum, aut septum transfuerum vulneratum est. Hi quoque in precipitiis sunt, in quibus usque ad grandes, intusque conditas venas, in alis vel poplitis macro defecit. Periculosa etiam sunt vulnera, ubicumque vena maiores sunt, quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt. Idque euenit non in alis tantum, atque in poplitis, sed etiam in his venis, que ad anum testiculosque perueniunt. Præter hæc malum vulnus est, quocumque in alis, vel faminibus, vel inanibus locis vel in articulis, vel inter digitos est. Item quocumque musculum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem læsit. Quia verò, quod Hippocrates, 6. aph. 18. dixit esse *damnis lethale*, id in Coacis, aph. 509. per *damnis lethale* moriuntur ferè, explicat; quæ harum partium vulnera lethalia sunt simpliciter, quæ non, videndum.*

Primò, Cerebri vulnera inter lethalia refert Hippocrates, 6. aph. 18. In Coacis tamen id limitat, & *maxime* id fieri scribit. Neque enim omnia cerebri vulnera lethalia sunt. Vidit ipse Galenus vulnera talia curari, 8. de usu part. 10. 6. aph. 18. Exempla quoque habentur apud Valleriolam, lib. 4. obseruat. 10. lib. 5. obseru. 9. lib. 6. obseruat. 4. Guil. Fabricium, cent. 4. obseru. 1. 2. & 3. & longum catalogum Medicorum, qui vulnera cerebri sanata viderunt, recenset Ioan. Andr. à Cruce, de vulnerib. lib. 1. tract. 2. cap. 14. de cerebro sanciato. Imò obseruatum est, particula cerebri amissa, ægrum nihilominus cõualuisse: cuius rei variz historiz annotata à Medicis, Anton. Musa Brasauola, comm. in Hippocrat. aph. 18. sect. 6. Nicolao Massa, lib. 1. epistol. 11. Fallopio, de curand. vulnerib. cap. 45. Francisco Aræo, de curand. vulner. lib. 1. cap. 6. Io. Andrea à Cruce, lib. 1. de vulner. tract. 2. cap. 14. Ambros. Pareo, lib. 9. cap. 22. & aliis. quæ pleraque collegit Schenæus, lib. 1. obs. 40. & 41. Notatu etiam dignæ sunt historiz de periculosissimis cerebri vulneribus, quæ existant apud Cabrolum, obseru. 16. 22. & 34. Henricum Peræum 1000. 2. disput. harmonic. disp. 36. quæst. 10. Guil. Fabricium, passim in centuris obseruationum, Marthiam Claudorpium, in spec. Chæirurg. c. 22. obseru. 5. Et ipse cum Chæirurgo curato fabrum lignarium, qui in osse sinistro ad suturam coronalem, securis ex alto proiectæ acie vultus pollicis ferè longitudine in cerebrum penetrans acceperat, ita ut pericula cranii effracta statim eximi posset, & cerebri portio nucis iuglandis ferè magnitudine propenderet. Conualuit tamen, cerebri illa proportione extra propendente sensim abscedente. Et quod mirum, toto morbi de-

Operum Senerti. Tom. III.

A cursu, nec de dolore capitis, nec de vllò symptomate conquestus est, & ambulare sine impedimento potuit. Et huius rei exempla passim nota sunt ut plura congerere superuacaneum sit. Contrà ex vulneribus cerebri plurimos mori, quotidiana testatur experientia.

Ad cerebri vulnera pertinent. & illa, quæ seu ipsi cerebro, seu partibus vicinis cranio conclusis, per oculi orbitam insliguntur, vt postea dicitur.

Cur autem vulnera cerebri interdum sint lethalia, interdum non, inquisitione dignum est. Nonnulli censent, ea vulnera, quæ in ventriculos non penetrant, non esse lethalia, ea verò quæ in cerebri ventriculos pertingunt, esse lethalia, idque ob spirituum, qui in ventriculis continentur, dissipationem subitam. Ac videtur id sensisse Galenus, dum 6. aph. 18. scribit, adolescentem Smyrnæ in Ionia, accepto in altero ventriculorum anteriorum vulnere, superstitem fuisse, sed ne ad temporis quidem momentum viuere potuisset, si, utrumque simul cerebri ventriculum vulnus violasset. Verùm etiam cerebri ventriculis violatis homines superuixisse, historiz allegata docent; nec ratio bona est. Neque enim cerebri ventriculis spiritus animales generantur & continentur, vt Recentiores satis demonstrarunt; nec cerebri ventriculi ita interstitiis separati & distincti sunt, vt vno vulnerato, spiritus, si in ventriculis continerentur, non ex altero quoque exire possent.

C Sententiam meam vt aperiam, cerebri, etsi sit pars nobilis, vulnera esse lethalia non existimo, quatenus cerebrum lædunt, sed quatenus ob vulnera cerebri, cordi & facultati vitali, quæ ad vitam vnicè necessaria est, vis infertur. Cerebrum enim non est sedes & instrumentum facultatis vitalis, sed animalis. Vnde vt testatur Brasauolus, in comm. aph. 18. sect. 6. & alii, ex vulneribus cerebri sensus interiores interdum læduntur, homoque memoriam amittit, & stupidus euadit, salua manente vita. Si verò ob cerebri vulnera facultas vitalis periclitetur, mortem sequi necesse est. Fit autem hoc vbi neruorum principium (vnde Celsus, alleg. loc. non simpliciter vulnera cerebri esse lethalia dixit, sed cum basis cerebri vulnerata est) occluditur, seu obstructione, seu compressione, seu dissectione, atque ita homo denegato spirituum animalium influxu, & proplecthorum more, moritur; vel membranæ cerebri & neruis vallicatis conuulsio excitatur. Nam & ipsa conuulsio, si sit vehemens, grauissima symptomata, continuos dolores vigilias, hypothyriam & lyncopen, difficilem respirationem, & tandem suffocationem excitat, vnde tandem homo iugulatur. Quo modo in capite vulnerati, non quidem primo die statim moriuntur, sed postea, vbi sanguis è vasis suis effusus in cerebrum, vel circa cerebrum putrescere incipit, cerebrique inflammationem, febrem, delirium, conuulsionesque excitat, atque ita ægrum è medio aufert.

E Faciunt autem hoc vulnera, quocumque modo & via cerebro insligantur, siue nimirum per craniam, siue per oculi orbitam, siue alia via ad cerebrum penetrant. Allegator quidem, ex Paræo lib. 9. cap. 9. historia Henrici II. Regis Galliz, qui anno Christi 1559. in hæstuludio, à fractæ & disstantis lanceæ trunco vulnus supra dextrum supercilium in cute musculosa frontis ad minorem vsque oculi sinistri angulum accepit, multis eiusdem trunci fistulis in oculi substantiam deperctis, ossibus tamen integris. Verùm cum oculi orbita integra fuerit, nec vulnus oculi ad cerebrum penetrarit, non ex oculi vulnere, sed ex commotione cerebri mortuus est, quod ipsa cranii fractio demonstrauit. Cum enim videretur

ab ista die mortuus esset cranio aperto, in parte istius opposita ad mediam occipitis suturam, effusi inter crassam & tenuem meningem sanguinis copia repleta est, quæ patrescens & cerebrum corrumpens, procul dubio Regi mortis causa fuit.

Oculi verò lethale vulnus nuper in ciue quodam hic vidi, qui gladio acuto, ad externum dextri oculi angulum; vulnus, salvo oculo, per orbitam, quæ nervus opticus oculum ingreditur, in cerebrum vsque profundè penetrans accepit, vnde vasissimè diffusis, magna sanguinis copia in cerebrum effusa est, è quo vulnere ipse apoplecticorum more statim attonitus coniecit, & circiter horam nonam postea mortuus est.

Vulnera
spinalis
medullæ.

Secundò, *spinalis medulla* vulnera, quod attingit, cum spinalis medulla, in partibus sub cerebro sitis, cerebri vices gerat, & cum cerebro substantiam & membranas communes habeat: eodem modo, vt cerebri vulnera, spinalis medullæ vulnera, lethalia esse possunt; si nimirum superiore parte vulneretur, qua læsa, spirituum animalium in totum corpus influxus lædi, & hinc in omnibus capiti subiectis partibus, quæ à spinali medulla nervos accipiunt, sensus & motus tolli, & per consequens etiam respiratio aboleri potest. Noui lamum quendam, qui boves mactaturus, eos non secutus, quod vulgò fieri solet, percutiebat, sed exiguum cutellum, eo in loco, quo caput vertebræ colli coniungitur, in spinalem medullam adigebat, vnde eos attonitus quasi statim coniecit. Faciunt autem hoc præcipuè ea vulnera, quæ transuersim totam spinalem medullam dissecant, atque ita influxum spirituum animalium in partes inferiores omnes prohibent, vel vniuersalem & lethalem corporis conuulsionem pariunt. Qualia vulnera sunt præcipuè, quæ infliguntur collo parte interiore, qua vertebræ quodammodo sunt disiunctæ, neque altè admodum vniuntur, sed tanquam vinculo quodam mucoso nervosque ad faciliorem motum alligantur; quo fit vt dum vulneratur collum icu vehementi, medulla ipsa attingi queat. Si verò inferiore loco vulnera spinali medullæ infligantur, non necessariò sunt lethalia, & quo dispositiones p. n. plus sunt in spinæ parte inferiore, eo minus noxiæ, vt Galenus, 4. de loc. affect. cap. 3. docet. Et si enim & tum dolor, vigilæ, inflammationes, & alia, quæ mortem ægro afferre possunt, superuenire queant: tamen ea vulnera simpliciter lethalia non habentur; cum fieri possit, vt talia symptomata non superueniant.

Cordis
Vulnera.

Tertiò, *Cordis vulnera* inter lethalia recensentur, & quidem rectè; cum cordis vulnera omnia necessariò vel simpliciter sint lethalia, vt potè quæ caloris nativæ officinam & fontem lædunt; idque in confesso apud omnes esse scribit Galenus, 6. aph. 18. Et quidem cordis vulnus magna & profundum, & quod in ventriculos eius penetrat, subito necat; quod verò exiguum, & in cane saltem cordis subsistit, neque ad ventriculos penetrat, non ita multo post ægrum tollit. Ventriculis enim apertis subita fit sanguinis arteriosi effusio, spirituumque vitalium dissipatio; idque imprimis sinistro ventriculo aperto. Si verò vulnus in cordis substantia subsistit, neque ad ventriculos penetraverit, homo quidem totam diem interdum vivere potest, mox tamen, vt potè in loco calidissimo, & sanguine ac spirituurgente, inflammatio, & hinc syncope ac mors sequitur. Neque compertum est, vniquam quemquam corde vulnerato quassisse. Etsi verò obseruatum sit, in corde tumores & vlcera reperiri; tamen ista cum sensum fiant, vita aliquandiu cum iis persistere potest, etsi tandem & ipsa homini mortem afferant. Vulnera verò, cum subito æconomiam cor-

dis turbent, cum iis vita diu persistere non potest. Et quamquam Galenus, de decret. Platon. & Hippoc. cap. 4. refert, victimas ad aras, corde exacto, clammasse: tamen id tamdiu saltem durat, quamdiu spiritus vitales in arteriis supersunt, quibus exhaustis, paulò post animal coniecit & moritur. Nam vt Aristoteles, libr. 3. de part. animal. cap. 4. scribit, cor solum viscerum atque omnium corporis partium nullam vitium patitur graue; idque recta ratione. Cum enim principium corrumpitur, nihil est, quod cæteris, quæ inde pendent, præbere possit auxilium. Et imprimis, vt dictum, sinistro cordis ventriculo, qui sanguinis & spiritus vitalis officina est, vulnerato, æger mox perit. Si autem dexter ventriculus vulneretur, ægram aliquandiu vitam protrahere posse, historia mira, attamen vera, in Bibliotheca Academice Gronningensis, tabulæ pensili inscripta, comprobatur, vt eam describit Gothofredus Hegenius, in *Fruxerario Frisio-Hollandico*, pag. 16. his verbis.

Nicol. Mulcrus, Lectori Sal.

Creditum hætenus fuit, corde vulnerato non posse quemquam vel ad vnius horule momentum vitam producere. Quam sententiam ratio firmat & experientia. Cum enim vita nostra à spirituum incolumitate dependeat, quorum officina fabricaque in ipso corde sita est, corde vulnerato, spirituum generationem impediti, ac prorsus cessare necessum est. Verum historiam valde memorabilem hoc loco proponere visum fuit: historiam, inquam, militis, qui in corde sancius, vitam ultra quindecim dies sustentauit qualis nec in veterum nec in recentiorum Medicorum observationibus nulla nobis hætenus occurrit. Andreas Hæseuanger, Illustriss. Comitris Vulsbelmi à Nassau, Frisia, Groninga, Omlandia, &c. Gubernatoris cohorti pretoria adscriptus, vltimus in pectore à commilitione accepit Anno 1607. die 22. Augusti, sub vespere: obiit die 8. Septembris, hora una post exortum Solis, qui erat dies decimus sextus à vulnere infligto. Defuncti cadaver pretoris tali aris insu, vulnus explorandi gratia, à me & duobus Chæurgis, Caspare & Luca Hulieno apertum & examinatum fuit, presente & spectante Viro strenuo & Nobilissimo Bernardo Hoornkens, spectantibus etiam nonnullis aliis imò ac melioris sortis militibus. Ecce, aperta pectoris cavitate, euacuataque h. u. d. parua materia purulenta minime fatentis copia, deprehendimus admirabundi vulnus in cordis vsque sinum dextrum penetrasse, istamque cordis partem ferè totam contabuisse, sinistra parte manente incolumi, in qua continetur primaria spirituum vitalium officina. Huius igitur vniuersi beneficio vita Andrea ad decimum sextum diem conseruata fuit. Et ne fortè huius narrationis dubia esset apud nonnullos fides, eam testimonio suo manuumque suscriptione munierunt Viri nobilissimi & amplissimi, Bernardus Hoorkens, præsidii urbani præfectus, & Petrus Pappus, Pretor militaris. Qui etiam historia huius luculentam fecit mentionem, in eruditissimis ad disciplinam militarem commentariis. Actum Groninga, die 22. Iunii, Anno 1627.

Bernhardus Hoorkens. Attestor vt supra. Actum 22. Iunii, 1627.

Petr. Pappus von Traubergx, historiam hanc veram, & de ea mihi bene constare attestor.

Ideò que, quod refert D. Matthias Glandorpius,

in spec. Chæirurg. cap. 33. de Sanctorio Professore Patavino, quod cor cuniculi instrumento acuto perforavit, viuo permanente cuniculo ad multos menses; id procul dubio de dextro cordis ventriculo accipiendum, accedente eo, quod instrumentum sine dubio non latum, sed angustum & acutum fuit.

Pulmonis
Vulnere.

Quartò Pulmonis vulnera inter lethalia refert quidem Hippocrates, loco alleg. in Coacis, non tamen simpliciter omnia pulmonis vulnera lethalia esse pronunciat, sed ipse limitationem addit, si nimirum vulnus sit magnum, ut pulmone sauciato minus spiritus per os prodeat, quàm excidat è vulnere. Atque omnia vulnera pulmonis lethalia non esse, sæpe docuit experientia, qua constat, multos per thoracem totum & pulmones fuisse perfollos, & nihilominus convaluisse. Et ipse vidi exemplum in Studio quodam, qui anno 1623. mense Iulio noctu vulnus accepit, gladio angusto in dextro thoracis latere, circa costam tertiam prope axillam in pectus adacto, & è regione prope spinam exunte, ita ut spiritum cum sono magno per vulnus emitteret, qui tamen intra mensis spacium convaluit, & nunc etiam, anno 1634. quo hæc scribo, bene valet. Imò longè periculosius pulmonis vulnus curatum fuisse refert Guinel. Fabricius, cent. 2. obseru. 32. ex historia ab Abele Roscio sibi communicata, quæ talis. Erat apud Delphinates in urbe Calmanis quidam secundum pectus graniter sauciatus, vulnere punctim factò, inter pectoris costas quintam ac sextam, non procul ab osse sterni, cui cum gladio lato mucrone pulmonem ipsum leuissimè perfodisset, in sua extractione & exitu, nescio quomodo in gyrum factò secum pulmonis portiunculam per vulnus foras eduxit, quare statim à cunctis adstantibus mori proximus adiudicatus fuit ager. Interim Medicus cum Chæirurgo accersitus iussit quamprimum eam loci pulmonis partem, qua foas prominebat prius bene vino lotam in pectus retrudere. Sed eam dum tractaretur leuiter lenescere animaduertens, amputare fecit ferreo candente instrumento. Reliquum verò in pectus benignè reuulsit Chæirurgus, dilatatis prius cuneo ad id ex tempore parato ligneo, costis. Deinde vulnus ex arie & Medici prescripto curatum fuit, simul externis adhibitis, & intra propinatis quibusdam pectoribus ex vulnerariis decoctis per aliquot dies, convaluitque ager, qui deinde in multos annos vitam protraxit pulmonibus ac thorace semper sanis, & ab omni noxa prorsus immunibus. Pulmonum itaque vulnera per se incurabilia sæpe vasa aut lethalia non existere patet; nisi inflammatione vulnus profundum sit affectum; vel ubi magna aut bronchia læsit, aut prope cor attingit. Et plures tales historias è Francisco Valleriolo, lib. 4. obseru. 10. Nicolao Malsa, Fr. Arcæo, Fallopio, Foresto collegis Schenchi; lib. 2. obseruat. extantque similes apud Guinel. Fabricium, cent. 3. obseru. 36. & cent. 1. epistol. 52. & alios; quas omnes recensere hic prolixum foret. Similem etiam historiam refert CL. Dn. D. Gregorius Horstius, lib. 3. obser. 11. his verbis; Vir nobilis iuuenis Abraham à Schleinitz, Eq. Misnicus, studiorum gratia nobiscum Giesia viuens, anno 1613. in feriis Nataliis civis cuiusdam ades aggreditur, aliis in ipsa domo conuictis atque comminationibus huic tumultui occasionem prebentibus, & perianue rimam acutiori gladio transfoditur, introeunte vulnere non procul à sterni circa 3. vel 4. costam superiorem, eodemque rursus sub scapula non procul à spina exunte. Vocatus ego circa horam primam, postis, pulsum maxime debilem, respirationemque dississem adesse video, quam ob causam parum spei propter grauem pulmonis vasorumque maiorum læsionem,

A superesse puo. Sed quid sit? vomitu spontè superueniente symptomata grauia desinunt, vires sensim recolliguntur, nihil spiritus purulenti sese offeri, iussis etiam, difficilisque respiratio non vrgenti, nec aacmodum calor & sitis per primam septimanam agri afficiebant, vulneribus interim more solito tractatis optimè cœli puris copia mediocri quotidie prestuebatur. His ad mensem secundum continuatis, & vulneribus externis perfectè purificatis & consolidatis, imminens suffocatio laborantem preheredit, ita ut asthma quasi periclitaretur, iussi etiam, atrophia & hectica febris plurimum affligitur, donec tandem vomica pulmonum rumpereur, & cum iussi 5. vel 6. libra purulenti materia reuerteretur: quo fœculo, conuenientibus remediis pulmonum exulceratione curata, tabes, febris hectica, reliquaque symptomata remiserunt, & ager perfectè sanitati restitutus est.

B Ea nimirum pulmonis vulnera lethalia non sunt, in quibus saltem pulmonis substantia, non verò magna vasa læsa sunt, neque adeo magna sunt, ita ut nec respirationem aboleant, nec facultatem vitam subito prosternant, seu insigni hæmorrhagia spiritus dissipando, seu sanguine in pulmones & cor effuso, cor suffocando. Contra, si vulnus pulmonis sit magnum, & non solum substantia pulmonis, sed & magna in eo vasa, venæ scilicet arteriæ & arteriæ venosæ insignes tamen vincerentur, vulnera ea lethalia sunt, ut pote in quibus sanguis & spiritus vitalis profunditur & dissipatur, vel à copia sanguinis pulmones & cor opprimuntur, & homo suffocatur. Hippocrates, allegatis loco in Coacis, aliam adhuc mortis causam addit, quæ tamen tam subito, ut in priore & modò enumerato casu, homini interitum non affert, ubi vulnere magno, non quidem vasa sanguinem continentia læduntur, sed aspera arteria, ut propter valneris amplitudinem copiosior exspiratio per vulnus, quàm per os, fiat; tum enim cor ob sympathiam afficitur, spiritus vitales dissipantur, pulmo & cor ab aère ambiente alteratur & offenditur. Afferunt quidem mortem & ea vulnera pulmonis, in quibus vel pulmonis substantia exulcerari incipit, & phthisis excitat, vel in quibus sanguis in thoracis cauitatem effusus, ibi putrescere incipit, & vel febrem, vel empyema excitat. Verùm quia hoc non semper nec in omnibus vulneribus pulmonis accidit: neque etiam cum accidit, ægri necessario moriuntur, ista de causa vulnera ea pulmonis lethalia necessario habenda non sunt. Refert enim Felix Placerus lib. 3. obseru. p. 690. quemdam à vulnere pulmonis phthisicum factum, nihilominus curatum fuisse & convaluisse. Arcularum quidam, inquit, civis noster cum à famulo in thoracis infima sede vulnus profundum punctim culcro, factum accepisset, fœtidissimum pus, cuius retro odore tota vicinia inficiebatur & pulmonum portiunculas aliquot, in quibus aspera arteria rami cartilaginei manifestè patebant, per vulnus reddidit. Quibus diu persenerantibus, licet penitus conabesceret, tandem tamen, puris effluxu versitante, vulnus occlusum est, ipseque sanitati restitutus. Tabellarii murus deinceps multos annos obiens, quadraginta annos superuixit incoluntis, e:si, vii verisimile, magna pulmonum parte in uno latere careret.

Quintò aspera arteria vulnera non lethalia esse, sed sanari posse, vel laryngotomia, de qual. 2. Profl. part. 1. c. 24. dictum, docet. Nimirum ea sanantur, quæ magna non sunt, & in quibus men branx saltem, quibus anauli asperæ arteriæ connectuntur, vulnerantur, cuius rei exempla collegit Schenchi, libr. 2. obseruat. Ipse quoque bis talia vulnera sanata vidi. Si verò ipsi annuli cartilaginei vulnerentur,

ob duritiem pars coalescere non potest, ut docet Hippocrates, 6. aphor. 19. & 7. aphor. 28. & Galenus, 5. meth. med. cap. 7. Non tamen subitam sed lentam mortem talia vulnera afferunt, dum vel ab aëre per vulnus confertim in pulmones ingrediente pulmones alterantur & debilitantur, vel caruncula aliqua vulnere succrescit, quæ spiritum intercipiendo tandem hominem suffocat. Ea verò arteriæ asperæ vulnera saltem ægrum iugulant, in quibus venis & arteriis iugularibus læsis, sanguis confertim in pulmones irruit, respirationem intercipit, atque ita hominem suffocat: quod tamen accidit non ob vulnus arteriæ asperæ, sed ob vulnus venæ iugularis, vel arteriæ soporalis vicinæ.

Diaphragmatis vulnera,

Sexto diaphragmatis vulnera inter lethalia refert Hippocrates. Distinguit autem Galenus, 5. meth. med. c. 9. inter vulnera diaphragmatis, quæ nervosæ eius parti, & quæ carnosæ infliguntur, & illa statuit esse lethalia, hæc sanabilia. In 6. aph. 18. tamen nervosæ diaphragmatis partis vulnera non temper lethalia, sed magna solùm talia esse scribit. Planè enim grauia tum superueniunt symptomata, delirium, respiratio difficilis, febris conuulsio, & quod Aristoteles etiam, 3. de partib. animal. cap. 10. annotauit, risus Sardonius, ut ridendo ægri moriantur. Cùm enim diaphragma nervos ex tertia & quarta cervicis vertebra accipiat, hi verò cum ramulis in musculos, qui maxillas, & labia mouent, propagatis permiscantur, si qua parte ad diaphragma perueniunt, fuerint cõuulsi, secum ramulos illos musculorum faciei contrahunt, quibus maxillæ & labia hinc inde præter voluntatis imperium agitata, speciem risus excitant, qui inter signa lethalia, exemplo Tichonis, 5. epid. ab Hippocrate refertur.

Neque tamen ipsa diaphragmatis in parte nervosæ etiam vulnera temper lethalia sunt, ita quidem, ut homo eo loci vulneratus statim intereat: celsi integrè sanari & diu superuivere isto modo vulneratos sit impossibile. Notabilem huius rei historiam, quam etiam lib. 2. Instit. part. 2. cap. 13. & lib. 2. Pract. c. 15. recensui, Socer meus, Dn. D. Andreas Schato, p. m. quondam in hac Acad. V. Vitebergensi Medicinæ Professor, annotauit, quæ nec hic prætereunda est. Anno 1582. 20. Septemb. Studiosus quidam, Henricus Buscherhouius, Renaliensis Liouonus, è Saxonia inferiore V. Vitebergam reuertens, & melancholia laborans, ante portam suo se gladio confodit. Ex vulnere tamen illo intra menses duos sanus enasit. Verùm anno sequenti, 28. Aprilis, verum malè habere cepit, vomuitque sequentibus diebus crebrò prinò aquam, & quicquid assumisset cibi, postea viridia, tandem die 2. Maii planè nigra, magna copia, & post vltimum vomitum eodem die 2. Maii expirauit. Corpus apertum est, deprehensumque, vulnus per pulmonem & diaphragma penetrasse, & ut videbatur, trans fossuram erat diaphragma in neruo circulo. Pulmonis ferè nihil reperitum est in sinistro latere confesso, præter exiguam portiunculam, qua supra costis adnata erat reliquum procul dubio per vulnus cũ pure exierat. Ventrículus totus adscenderat in sinistrum thoracis latus, & corcum capsula de sua sede depulerat in dextrum latus, ubi & vicius ille ac post vulnus sanitate restitutus, manu imposita, cordis pulsatione obseruari infferat.

Non abfimilem habet Ambros. Paræus, l. 9. c. 30. cuiusdam Capitanei, glande è manuatio tormento emissa, in diaphragmate, sed parte eius carnosâ vulnerati & transfossi, qui octavo demum ab accepto vulnere mense mortuus est, in cuius caduere aperto animaduersum fuit, in cuius coli intestini partem statu multo turgidam ipsi per diaphragmatis vulnus in thoracem irrepsisse.

Septimò, ventriculi vulnera quod attinet, inter lethalia simpliciter, & quæ hominem subito iugulant, plerumque recensenda non sunt: cùm passim exempla vulnerum ventriculi curatorum extant. Notissima est, & à Iul. Alexandrino in cap. 4. libr. 6. therapent. meth. Galeni, & Matthia Cornace, in epistolare sponfor. ad D. Agid. Heriogh, recensita, de rustico Bohemo, qui vulnus, & quidem lato venabulo, in ventriculi accepit, qui tamen supervixit, quam supra etiam retulimus. Nec ignota est historia alia de rustico Bohemo, quam cùm alii, tum Crollius, in præfat. Basil. Chymic. his verbis annotauit: Anno 1602. Praga vidimus in noua urbe, in quadam Bohemo rustico nomine Matthæo, circiter 36. annos nato: qui dnm per biennium mira & inaudita quadam gutturis dexteritate multos apud bibulos iuste magnitudinis ferreum cultrum in guttur suum satis amplum ceu vaginam, corneo manubrio prius intrudendo, instar prestigiatoris dedica opera occultaret, superbibendo bunum hoc nomine imperatum cereuisia haustum, & postea eundem iterum prolibium (singulari arte) cuspide retraheret, nescio qua sua infelici & dementi temeritate post die Paschato eiusdem anni, eundem eatenus degluterit, ut planè in stomachum descenderet, & ab ipso nullo amplius artificio retrahi posset: & postquam ex apprehensione indubitata mortis subsequutura quasi semimortuus dictum cultrum septem integras septimanas & duos dies in suo ventriculo hospitatus esset, usu & adiumento emplastrorum attractiuorum è Magnete & aliis, cuspidis eiusdem, naturali impulsu, iuxta officium stomachi exitum moliri cepit, quo deprehenso, instanter petiitum fuit à patiente, (multis tamen propter imminens vita periculum factum dissuadentibus) ut incidendo extraheretur quod tandem precibus, in omnis fortunæ & valetudinis dubie tamen euentum, à primario Regni & Urbis Chæirurgo Floriano Matthis Brandeburgensi, die Jouis post festum Pentecostes hora septima matutina imperatum, & feliciter Dei nunc præstitum fuit. Color excissi cultri pollices transversos nduem longi, nunc inter rariora Cesaris repositi (compluribus hominibus ramin aula Imperatoris, quam in urbe incredibilis miraculi instar commonstrati) ita fuit immutatus in stomacho, ac si per illud tempus in igni iacuisset. Rusticus autem spacio paucarum septimanarum adhibitis legitimis ab experio Chæirurgo remediis, sine vlla ulteriori agitudine & molestia semper bene comedens, bibens, & dormiens, ut mihi aliquoties referebat, Dei auxilio, & multorum erga egenum liberalitate, contra determinatam, aphorismorum medicorum assertionem, pristinam sanitate integram gratis recuperavit, & paulò post nuptias celebrauit.

Ea autem ventriculi vulnera præcipuè sunt lethalia, quæ officio eius superiori infliguntur: cùm nervos habeat insignes à sexta coniugatione cerebri oriundos, & maximum cum cerebro & corde consensum obtineat, eoque affecto, faciliè lethalia symptomata excitari possint. Refertque Beniuenius, de abditis morb. cur. cap. 110. fullonem quemdam pugno vnico stomacho cuiusdam iuuenis violentius itripedito hominem interimisse.

Octauo, Intestinatorum tenuium vulnem ab Hippocrate inter lethalia referuntur. Et præcipuè icium intestini vulnera inter omnia intestinatorum vulnera maximè lethalia sunt, ob vasorum magnitudinem, & tunicæ illius intestini nerueam ferè substantiam, vnde plerumque magna sequuntur intestinatorum tormina & dolores, singultus, animique defectus, ut videre est ex historicis, quas habet Valeriolæ, lib. 2. obseruation. 8. & 9. Et quidem maximè insanabilia sunt tenuium intestinorum vul-

Ventriculi vulnera.

Intestinatorum tenuium.

nera, si per transversum tota dissecentur, cum nullo modo labia inter se dissidentia coniungi & coire possint.

Crassorum verò intestinorum vulnera minus periculosa sunt, & præcipuè si non sint magna, & læpetalia vulnera curata fuisse, passim observationes Medicorum extant, quas Schenckius in suis observationibus collegit.

Epatis vulnera.

Nonò, *Epatis vulnera* etiam inter lethalia numerat Hippocrates; quod tamen limitatione indiget. Nam vulnerato epate, & abscessa eius parte, hominem sevari posse, tradit Ægineta, lib. 6. cap. 28. Et Hispanum iuvenem, cui magna epatis portioncula per ilei dextræ vulnus erumpbat, sanatum fuisse, refert Gemma, *Cosmocritic. lib. 1. c. 6* Et Nobilem post infectum circa epatis regionem vulnus, & particula ex eius substantia abscessa & extracta, sanum euasit, scribit Bertinus, lib. 13. cap. 7. Idem etiam alij obseruauerunt. Guiljel. Fabricius, centi. 2. obseruat. 34. refert, quod Heluetius quidam triginta annorum ætatis, in conflictu quodam gladio Heluetico è regione hepatis percussus fuerit, maximaque vulnus longitudinis spithamæ accepit, eique frustum hepatis ablatum fuerit. Qui tamen, quamuis leuissimis superuenientibus symptomatis, Dei beneficio integrè conualuit. Et Matthias Glædorpius, in *specul. Chæirurg. obseru. 34. pag. 166.* habet historiam iuuenis in epate insigniter vulnerati, qui tamen conualuit. Ii tamen saltem conualescunt, quibus superficies tantum aut substantia epatis sine magnorum vasorum læsione vulnerata est. Si enim vas aliquod maius vulneratum sit, æger non euadit, & ob largam sanguinis effusionem, homo, antequam vulnus glutinetur, moritur. Et alij quidem vitam non nihil protrahunt: alij breui intervallo moriuntur. Nam, vt refert Hippocr. 5. *epidem.* cuidam iaculo percusso in epate, statim color cadaverum sese sparsit, oculi introcesserunt, difficultas ferendi ac æstatio consecuta est, & eadem die vitam cum morte commutauit. Alter puer à mulo in epate percussus, quarto die mortuus est, qui spiritum densum habuit, nec quicquam intellexit, & febre detentus fuit.

Lienis vulnera.

Decimò, *Lienis vulnera* eodem ferè modo sese habent, vt Epatis. Equidem si parenchyma saltem lienis, sine vasorum læsione, vulneretur, ægri euadere possunt. Si verò vasa lienis vulnerentur, vulnera talia non solum periculosa, sed & lethalia sunt. Cum enim lien venas, & imprimis arterias copiosas habeat, iis vulneratis ob sanguinis effusionem & spirituum dissipationem ægros perire necesse est.

Vesicæ vulnera.

Vndecimò, *vesicæ vulnera* in catalogo vulnerum lethaliū apud Hippocratem reperimur. Distinctio tamen & hic opus est. Nam exiguum vulnus carnis interuentu coalescit, vt Galenus, 6. *aph. 18.* & experientia docet. Si verò vesica tota perforata sit, quod vulnus est Hippocrati *σπυγγη*, periculosus est. Et quidem id imprimis, quod fundo vesicæ, & parti eius neruæ infligitur: ob doloris enim acerbicatem, superuenientem inflammationem, & febrem continuam, homo paulò post moritur. Quæ verò collo eius, quod carnosum est, infliguntur, sanabilia sunt, vt vel lithothomia docet. Obseruatum tamen est, etiam vesicam in fundo vulneratam sanatam fuisse, cuius rei exempla habentur in *obseru. Schenckij.* Neque enim vesica tota neruæ est, sed exterior eius membrana carnosior est, vnde Hieron. Fabricius ab Aquap. & Spigelius eam pro musculo vesicæ restrictorio habent. Rarò tamen integrè sanatur tale vulnus vesicæ, etsi æger non moriatur, sed callo indurctò fistula manet, per quam vrina excrenitur. Dio tamen cum eiusmodi vulnere homo

A superstes esse potest. Ideòque, quod suprà quoquè dixi, aliud est vulnus lethale, aliud insanabile.

De omnibus tamen viscerum, quorum hæcenus mentionem fecimus, vulneribus hoc obseruandum, etiam exempla curatorum talium vulnerum aliqua obseruata sunt: tamen rarò id accidit, & inter ea illa numeranda, de quibus Auerrhoës ait, in curatione morborum intercaum miracula fieri. Cum enim talibus vulneribus internis idonea medicamenta applicari non possint, sed totum negotium naturæ committendum sit, si ea non planè fortis sit, vix æger sanatur, sed plerumque inflammatione, conuulsionibus, animi deliquis & eiusmodi symptomatibus superuenientibus moritur. Ideòque rectè Hippocrates, 6. *aph. 18.* talia vulnera lethalia esse, & in *Coacis, μέγιστα*, id est, maxima ex parte & plerumque ex talibus vulneribus homines mori dixit. Ideòque si ex tali vulnere æger paulò post moriatur, causa mortis vulnere imputari debet; cum à Medico multum opis sperari non possit, vt postea etiam dicitur.

Tandem *venarum grandium vulnera* Hippocrates inter lethalia recenset, & quidem rectè. Per *φλέβας* autem venas & arterias intelligi; per *αγγεία*, grandes intusque latentes, quas alibi *αιμοφόρα*, id est, sanguinem fundentes nominat, quales sunt, vena cava, magnaque arteria, & earum grandes rami. Tales enim venæ & arteriæ cum ligatura constringi non possint, sanguine & spiritibus copiosius effusis, vires subito deiciuntur, vel sanguis extra vasa sua elapsus, si exitum non habet, in corpore detentus in grumos concreuit, putrescit, prauamque & malignam naturam induit, febrem gangrænam, & grauissima symptomata excitat, & tandem mortem affert. Et quidem in arteriis periculum hoc grauissimum est; cum sanguine & spiritu vitali effuso, vires deiciantur, homioque de vita periclitetur, nec arteriæ ob perpetuum motum & substantiam duriores facile coalescant.

Venarum grandium vulnera.

Atque hæc sunt vulnera, quæ Hippocrates lethalia esse rectè scribit. Quorum tamen, vt dixi, quædam sunt simpliciter vel omnino lethalia, quæ Prosper Farinaceus, *tit. de homicid. quest. 125. part. 1.* definit, quæ non requirunt curam & consilium Medicorum, sed sunt talia, ex quibus vulneratus statim moritur, id est, ob quæ, quamuis omni arte & industria à Medico curentur, nihilominus æger statim moritur: Alia non omnino mortalia, vel ad mortem certa, quæ idem Prosper Farinaceus definit, ex quibus vulneratus non statim moritur, & ex quibus quandoque etiam non moritur.

Quæ autem vulnera posterioris generis lethalia sunt, id est, è quibus etsi aliqui interdum conualescunt, hic vel ille tamen ex iis reuera mortuus esse dici possit: ex superioribus, quæ de singularum partium vulneribus lethaliibus diximus, quidem patet: hoc tamen addendum, ex euentu maximè indicari, an vulnus aliquod tale actu lethale fuerit. Etsi enim rusticus aliquis robustus, aut homo aliàs exaltè sanus ex vulnere aliquo conualuerit: tamen non necessarium est, vt inde ex simili vulnere senex, puer, fœmina, vel alius debili corpore præditus conualeseat, sed etsi ille à simili vulnere sanatus fuerit, hic ex eo necessariò mori potest. An autem talia vulnera periculosa in hoc vel illo lethalia fuerint nec ne, sex coniecturis inuestigare docet Nicolaus Boërius, *decision. 323. nam. 11.* Prima est breuitas temporis, si scilicet paulò post æger moriatur: de quo termino etsi plures sint opinionones: principalem tamen esse dicit, si æger intra triduum mortuus fuerit. Alii tamen hunc terminum ad diem quintum vel etiam octauum extendunt. Quod ve-

ed aliqui terminum hanc ad mensem octauum vel annum etiam extendunt: id mihi probabile non videtur; Et tempus etiam respexisse videtur lex Moſaica, Exod. cap. 21. Secunda coniectura est, perſeuerantia vomitus & febris & aliorum ſymptomatum ab initio ſignificantium mortem. Et rectè ac ex Medicorum & ipſius Hippocratis ſententia. Habent enim vulnera magna & lethalia decretorios ſuos dies, inſtar morborum acutorum, vt docet Hippocrates, 2. *Prorhet.* in quibus bonavel mala accidere ſolent. Itaque ſi grauiſymptomata, qualia ſunt, conuulſiones, vomitus, ſingultus, delirium, ſyncope, & ſimilia, quæ aliàs in vulneratis mortem præſagire ſolent, ſtatim ab initio ægrum inuadant, vel die critico ſuperueniant, & poſtea continuo perſeuerent, indicio eſt, eæ vulnere neceſſariò inducta fuiſſe, ideòque vulnus omnino lethale fuiſſe. Tertia coniectura eſt, latitudo & profunditas. Equidem vulnus magnum per ſe periculofum: poteſt tamen magnum non eſſe vulnus, in quo pars nobilis nulla læditur. Quarta coniectura eſt, qualitas inſtrumenti, quo inſtructus quis vulnus intulit, & ex eo animum occidendi habuiſſe conuincitur. Verùm coniectura hæc ad forum Iuridicum, non Medicum pertinet, qui non de animo vulneratis, ſed ſimpliciter de vulneris qualitate ſunt ſolliciti. Quinta & ſexta eſt, continuus dolor, vnde ſuperueniat conuulſio. Verùm hæc coniecturæ ad ſecundam pertinent. Atque ita an quis ex vulnere periculofum, & illorum genere, quæ *μάστιξ* & *ὀπίθι* ἴδ' *μάστιξ*, id eſt, ferè ſemper ſunt mortalia, mortuus ſit, Medicus ex ſex iſtis propoſitis coniecturis duabus præcipuè vtitur & concludit, quod vulnus illud per ſe fuerit lethale. Primò ex temporis breuitate, quo vulneratus mortuus eſt. Deinde ex ægri ſtatu, qui ſemper, poſtquam vulneratus eſt, in deterius vique ad mortem vergeret, & ſymptomatibus grauiſibus ac lethalibus, quæ vel ſtatim, vel die critico, vulnere ſuperueniunt, & continuo ægrum afflixerunt. Quibus non immeritò tertia addi poteſt, nimirum ſi nihil commiſſum vel omiſſum ſit, quod vulnus lethale reddere poterit. Ex his enim colligere eſt, & vulneris conditionem talem fuiſſe, vt ægro mortem afferre poterit, ægerque eam diſpoſitionem habuerit, vt vulnere ſuperando par non fuerit.

Atque hæc & harum partium vulnera merito lethalia habentur.

Reliquarum partium lethalia non eſſe rectè pronunciat Hippocrates, & docet experientia, maxima interdum & periculofiffima vulnera curari, cuiusmodi hiftoriæ recenſentur à Valleriola, *lib. 4. obſeru. 10.* & paſſim ſimiles in obſervationibus Guilielmi Fabricij, aliſque Medicorum ſcriptis extant.

Accidit tamen sæpe, vt vulnera è quibus alij conualeſcunt, nonnullis ſint lethifera, & non pauci ex leuiſſimis etiam vulneribus moriantur; ſcribitque Hippocrates, 2. *Prorhet.* ex cuiuſvis generis vulneribus mori hominem contingere: cuius rei exempla paſſim occurrunt. De Philæ puero, *lib. 7. epid.* ſcribit Hippocrates, quod ex ſola oſſis denudatione in fronte, vno die febre ſuperueniente, & oſſe luore cõtracto, mortuus fuerit. Idem refert, Theodori cuiuſdam puerum ex oſſis denudatione nullius præſentis momenti, vigefimo tertio die mortuum eſſe: Et magnæ nauis præfectum quendam, cum anchora manus dextræ indicem & os colliſiſſet, inflammatione ac conuulſione ſuperueniente, decimo tertio die vitam cum morte commutaſſe. Telephanem etiam ex Harpeli libertæ filium, plaga in pollice pedis accipiſſe, ex qua inflammationem & vehementem dolorem conſecutum fuiſſe, quo remittente, ægrum

in conuulſionem incidiſſe, & tertio die mortem obiſſe. Sic & Æmilium Lepidum, inculſo pollice limine cubiculi, exſpirariſſe animam ſcribit Plinius, *lib. 7. natur. hiftor. cap. 53.* Cajum Affidiuum in Senatum euntem, offenſo duntaxat pede, in Comitio mortem obiſſe. Petrus Foreſtus, *lib. 6. obſeru. Chæirurg. obſeru. 30.* refert, Conſulem quendam Alemarinum, cum pedes more ſolito lauaſſet, & cutello ſcriptorio callum ſub planta pedis abradere ſtuderet & excindere, ſe vulneraſſe, & ſtatim ſubſequenti ſpafmo extinctum fuiſſe. Sæpe etiam vulneribus gangræna ſuperuenit, eaque lethalia facit. Ita refert Petrus Foreſtus, *obſeru. Chæirurg. lib. 6. obſeru. 49.* quendam tibiæ ad rem duram alliſſe, ipſamque cum contuſione & vulnere læſiſſe, quem deinde gangræna ſuperueniens ſuſtulit. Et Guilielmus Fabricius, *obſeru. cent. 5. obſeru. 2.* duo exempla recenſet, vnum de operariò quodam, qui ſpina pedem punxit, alterum de femina, quæ ſpina apicem indicis dextræ vulnerauit, qui ambo gangræna ſuperueniente mortui ſunt. Et Ioan. Mattheus, in *quaſt. Medic. quaſt. 27.* ſcribit, Freudenberga, opido ditionis Naſſouicæ, quendam graſſatorem, in humero haud adeo profundè vulneratum, mortuum fuiſſe: Alium quoque in Comitatu Oldenburgico, in media femoris regione, cutello leuiter vulneratum, conſectum interiſſe. Et Lemgouicæ ciuis filium à Studioſo in brachium gladio percullum, præter omnium opinionem poſt horam exſpirariſſe. Et Horatius Augenius, 1. *tom. epiſt. lib. 9. epiſt. 2.* plures hiftorias recenſet eorum, quæ paruo & leui vulnere perierunt. Atque huius rei exempla alibi etiam paſſim nota ſunt.

Accidit autem id ob varias cauſas, quas etiam Hippocrates, 2. *Prorhet.* attingit his verbis: *Qui de vulneribus cognoſcere volet, quemadmodum ſingula finiunt, primum quidem eum hominum ſpecies ſeruari oportet: tum eas, quæ meliores ſunt ad vulnera, tum quæ deteriores. Deinde atates noſcere, in quibus ſingula vulnera curatu difficilia exiſtunt: locos item in corporibus perſpectos habere, quantum alij ab aliis differunt: ſed & alia qualia in ſingulis accidunt, tum bonatum mala noſſe oportet. Si quis enim omnia hæc nouerit, iſ ſane ſciet, etiam quomodo ſingulorum euentus continget. Qui verò non nouerit hæc, non noſſe poterit, quales fines vulnerum erunt. Nos eas hoc ordine recenſebimus.*

Primò enim, ſi gladius vel telum, aut quodcumque, quo vulnus inſictum eſt, ſit venenatum, leue etiam ad ſpeciem vulnus mortem afferre poteſt.

Secundò, *ὁ δὲ ἰσχυρὸς*, vt Hippocrates loquitur, perpendere oportet, qui enim robuſto ſunt corpore & ſani, ij etiam grauiſſima vulnera perferunt, & ab iis sæpe non magno negotio ſanantur, & licet grauiſſa ſuperueniant ſymptomata, vt morituros putres, tamen præter ſpem & exſpectationem euadunt. Quò pertinet apparatus & corporis diſpoſitio vitioſa, & præſens cacochymia. In tale enim corpus ſi vulnus aliquod incidat, natura irritata, vitioſos humores ad vulnus detrudere ſolet; vnde accedentibus aliis morbis ac ſymptomatibus, vulnus quod in corpore ſano ac purò ſanabile fuerat, lethale euadere poteſt. De quo Galenus, 6. *de loc. affect. cap. 2.* Fingamus, inquit, aliquem ad nos venire, cui tantum cutis acu ſit puncta, hunc hominem, ſi iſ ſit, cui facilè vulnera ſanefeunt, etiam ſi citra medicamentum, nudòque membro, ad opera conſue a dimittas, nihil ſentiet mali: ſin cui vulnera difficulter ſanantur, quique vel plethoricus ſit, vel vitioſis ſuccis prematur, primùm quidem dolebit, poſt eum tum pulſu particula infeſtabitur, tum phlegmone, & compertum eſt, ex talibus le-

Vulnera ſanabilia ex quibus cauſis ſunt lethalia.

aiibus vulneribus conuulsiones, inflammationes, gangrænam, imò mortem secutam fuisse.

Tertiò, consideranda est ætas, cuius ratione etiam vulnerum euentus variè se habet. Quæ enim graua ac difficilia, imò lethalia sunt in tene vel puero, ea in iuvene aliquo non lethalia, imò vix mediocritate esse possunt.

Quartò, vulnus aliàs sanabile lethale fieri potest, ob Cheirurgi defectum, vel eius negligentiam & impericiam. Ita ob hæmorrhagiam, in defectu Cheirurgi, qui illud obligare debebat, homo de vita periclitari potest, etsi vulnus aliàs non fuerit lethale. Sic si vulnera cerebri, neruorum, articulo- rum, imperitè & negligenter tractentur, accedente inflammatione, conuulsione gangræna, & simili- bus malis, homo iugulari potest, etsi vulnus, si re- cte tractatum fuisset, fuerit sanabile.

Quintò, interdum tam subito graua accedunt symptomata, vt quæuis Medicus & Cheirurgus omnem diligentiam adhibeant, antequam sedari possint, alij morbi & symptomata, quibus homo iugulatur, accedant. Ita dolor sæpe in parte exqui- siti sensus vulnerata humorum affluxum concitat, humorum affluxus inflammationem, inflammatio febre, gangrænam, & inde mortem. Idque eo fa- cilius accidit, si vulnus sit in parte quidem per se ignobili, sed quæ nobilem faciliè in consensum tra- here possit.

Sexto, & aëris constitutio, ac loci proprietas, hic peculiarem vim habent. Ita vulnera capitis, quæ in plurimis locis lethalia non sunt, in alijs le- thalia sunt, quæ tamen alij aliter recensent. Vi- dus Vidius *lib. 6. de curat. morb. cap. 20. pag. 249.* scribit, Florentiæ vulnera capitis plerisque esse le- thalia, causamque in aërem frigidum tenuem re- fert: Pisis verò & Lugdani paucos ex iis interire, cum cælum ibi sit crassius. Amatus Lusitanus, *centur. 6. curat. 100.* scribit, Florentiæ & Bono- niæ capitis vulnera esse periculosa, non ita verò in saxo Raguzo. Et Ambrosius Paræus testatur, Lutetiz, quàm Auenioni capitis vulnera esse diffi- cilia.

Septimò, diæta mala ratio, vulnera non adeo periculosa lethalia reddere potest; si nimirum æger vel prauis succi cibis vescatur, vel ira commoueatur, terrore consternatur, rideat immoderatus, vtatur Venere. Exempla huius rei, tum apud alios occurrunt, tum quædam recenset Guiljel. Fabricius, *cent. 1. obseruat. 22. centur. 3. obseruat. 75. & cent. 1. epist. 1.*

Atque ad hoc causæ genus, & in specie ad ter- rorem subitum, vel iram vehementem, referan- da sunt illa minima vulnera, ob quæ tamen intra paucas horas multi expirarunt. Etsi enim neruis punctis, & conuulsione excitata, homo subito mori possit: tamen cum in his nulla conuulsio, aut simile graue symptoma apparuerit, credibile est, ob iram vehementem, aut terrorem mortuos esse; cum hi animi affectus magnam corpus afficiendi vim habeant. Cuius rei passim exempla exstant. Suidas scribit, quendam natura timidum, audita Herculis fama, se abduxisse metu in specum; dein- de, cum aliquando prospectaret, & Herculem forte fortuna prætereuntem videret, exanimatum concidisse. Ita Iulia, Pompeji vxor, conspecta ve- ste mariti sanguine maculata, mortua subito fuit. Lentulus quoque in sperato morte Pompeji audi- to, subito exanimatus est, teste Plutarcho. Non- nulli conspecto suo sanguine in venæ sectione vel vulneribus, in animi deliquium incidunt. Et Man- lius; *in loc. com. sub. 5. præcept.* hanc historiam refert: *Mario, inquit, propter excessum aliquem*

A commissum, ad confilium supplicium productus fuit, quasi capitis supplicio afficiendus foret. Adest li- tor, gladium quidem struigens, vt terrorem illi in- jiceret, bacillo verò cervicem moriens leuiter per- cussit, miserum hominem exanimatum non sine stupore adstantium concidere facit. Et Ioan. Mat- thæus, in quest. Med. quest. 27. hanc recenset. Cum, inquit, in aula Illustrissimi Principis Ernesti Friderici, Marchionis Badensis, eius Celsitud. cu- bicularius Ioan. Beckler, inuenis plethoricus, gla- dio obuso, vt esse solens, quibus pugiles se exer- cent, ab imberbi adolescente, in palpebra inferiore leuiter contunderetur, ira & indignatione percussus agerrimeque ferens, quod à puero & discipulo suo vinceretur, in grauissimam conuulsionem epilepsi- cam incidit, qua quatuor vel quinque horarum spa- tio vite finem fecit. Ipse etiam memini Studiolum quendam, aliàs satis animosum, cui Cheirurgus, me præfente & iubente, venam aperire debebat, dum is pro more brachium ligaret, & scalpellum venæ admouere vellet, in lipothymiam incidisse, & de sella, in qua sedebat, decidisse, antequam scal- pellum venæ admotum esset: cum tamen neque febre, neque alio morbo, qui ipsi lipothymiam in- ducere potuisset, laboraret.

Octauò tandem & inflammatio superueniens vulnera interna lethalia reddit. Equidem vulnera inflammatione cessant non comitantur: quia tamen in internis, ea, quæ externis, medicamenta adhi- beri non possunt; si pars aliqua interna, præcipue neruosa & exquisiti sensus, vulneretur, excita- tor dolor, hinc fit humorum affluxus, ex hoc in- flammatio, febris, gangræna & alia mala oriuntur, quæ vulneratum intra paucos dies iugulant. Vnde fit, vt vulgus etiam septimum & nonum diem in vulneribus obseruet, cum intra hos ista superue- nire, & istis diebus maximum periculum ægro af- ferre soleant.

Nonnulli adhuc aliam causam addunt, nimirum stellarum influentiam. Ita Francisc. Vallesius, *in comm. ad text. 94. lib. 5. epid.* causam, cur vulne- ra leuia etiam interdum fiant lethalia, dicit, esse malignum siderum aspectum. Quod & Querce- tanus, *in scelopet. cap. 3.* docet, Ferrariæ & Floren- tiæ hæc de causâ vulnera capitis plerumque esse le- thalia. Verùm causa hæc admitti non potest, ne- que ratio faciliè reddi, cur Ferrariæ vulnera capitis sint lethalia, non verò in vicino Rhodigio aut Bo- nonia.

Atque ex his fundamentis procul dubio etiam læti pronunciant, quæ vulnera per se non lethalia sint. Nicolaus Boerius, *alleg. loco, num. 18.* sex coniecturas proponit, ex quibus colligi possit, vul- nus per se lethale non fuisse, sed culpa superuenien- te tale factum esse. Prima est, si vulneratus dece- sit post longum tempus, ad quod non consuevere vulnerari vitam præcisè extendere. Secunda est, si nulla periculosa symptomata adfuerunt in princi- pio, aut si quæ adfuerunt, remanseruntque, ager- que ita valuit, & actiones omnes perfecit eo modo, quo non solent, qui lethaleriter vulnerati sunt. Nam si iam reconualescere visus sit, & postea moriatur, alia causa & culpa mortuum esse, credibile est. Quæ tamen omnia de vulnere per se non lethali in- telligenda sunt. Tertia coniectura est, si æger non eam vitæ rationem instituit, quam vulnerati de- bent, sed se aeri frigido exposuit, poculis indulgit, ira commotus, vel terrore consternatus, Venere usus est. Quarta est, si Medici iudicauerint, vulnus non esse lethale, quib. tanquã expertis in sua arte credendū est. Quinta est, quando vulneratus non adhibuit Medicum, vel Medicum imperitum, quæ paria sunt.

Quod tamen, ut dictum, de vulnere simpliciter non lethali intelligendum. Si enim vulnus per se sit lethale, etsi non vocetur Medicus, tamen inde non licet colligere, quod æger sanari potuisset. Sexta est, si æger fortis naturæ fuerit. Hac enim bene custodita raro perit. Vulnere verò non lethalia quod attinet; quando constat ac certum est, vulnus per se non fuisse lethale, vulneratus verò moriatur, etiam breui tempore, illum non ex vulnere, sed alia de causa mortuum esse colligitur.

Atque hæc Medicorum de vulneribus lethalibus & non lethalibus doctrina est. Alia v. quaestio est apud Ictos, an vulnerans homicidij reus ag. & condemnari possit. Illi enim non solum qualitatem vulneris, ut Medici, sed & intentionem ac animum vulnerantis, & alias circumstantias perpendunt, de quibus Ictorum libri consulantur.

Reliqua prognostica.

Etsi verò ex hæcenus dictis facile pateat, quid de cuiusque vulneris euentu præfagiri possit: tamen adhuc quædam addere libet. Quamuis enim vulnera, præter ea, quæ diximus, hominem non subito iugulant: tamen alia aliis periculosa, vel curatu facilia aut difficilia sunt. Id quod æstimandum primò ex ipsa partis substantia. Partes enim carnosæ omnium facillimè coalescunt, reliquæ, venæ, arteriæ, nervi, tendines, membranæ difficilior. Vniuntur tamen & renascuntur, sed tardius. Galenus venas in capite, easque satis multas & magnas renasci vidit, 1. de semine, cap. 13. Arteriam quoque vniri, 5. meth. med. cap. 7. Secundò ex partis actione & vsu. Quò enim pars nobilior & toti corpòri magis necessarium vltimè & actionem præstat, eò eius vulnera sunt periculosa. Quæ etiam partes continuò mouentur, difficulter coalescunt. Quò etiam pars exquisitiore sensu est prædita, eò facilius ei vulneratæ dolor, inflammatio, delirium, conuulsio, & alia symptomata accidunt. Tertio, ex ipsa vulneris magnitudine. Quarta, ex iis quæ, vulneri accidunt. Nimirum.

Prognostica.

1. Quò pars nobilior afficitur, aut quæ nobilior in consensum trahere potest, eò vulnus est periculosius.

2. Vulnera, quæ sunt in musculis longè ab articulis & temporibus, facilius curantur, quàm ea, quæ sunt in nervis, tendinibus, partibus membranosis, & articulis. Nervorum enim & nervosarum partium vulnera sunt plerumque periculosa, cum ob dolorem, inflammationes conuulsio, & alia graua symptomata iis facillimè accidunt: & propterea peritum & diligentem Cheirurgum requirunt.

3. Vulnera partium internarum omnia sunt periculosa vulneribus partium externarum.

4. Vulnera magna sunt periculosa paruis, cæteris partibus.

5. Quin etiam, inquit Celsus, lib. 5. cap. 26. confert aliquis ætas, & corpus, & vitæ propositum, & anni tempus: quia facilius sanescit puer vel adolescens, quàm senior; valens, quàm infirmus; neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quàm si alterum ex his est; integri habitus, quàm corrupti. Item: facilius sanescit exercitatus, quàm iners, sobrius & temperans, quàm Vino Venèrique delectatus.

6. Facilius curantur vulnera tempore verno, quàm hyeme aut æstate.

7. Vulnus quoque periculosius est, quod contusionem coniunctam habet. Ideoque acuto telo vulnerari tutius est, quàm obtuso.

8. Turissima & facillimè curatu vulnera sunt; quæ secundum lineam rectam facta sunt; difficilior ve-

ro curantur, quæ sunt obliqua; difficilimè, quæ sunt orbicularia.

9. Si nervus, aut vena, aut arteria ex toto fuerit incisa, minus periculum impendet, quàm si ex parte sit incisa. Modò non sint venæ & arteriæ notatu dignæ & in profundo corporis sitæ. Si enim nervus sit totus præcisus, conuulsionis periculum nullum est: quod imminet, si nervus ex parte saltem incidatur. Ita si vena & arteria præcipua sit tota præcisæ, hæmorrhagiæ periculum tollitur, cum vas contrahatur. Si verò arteria vel vena vulneretur, & non tota disseccetur, hæmorrhagiæ periculosa sæpe suboriuntur. Si tamen insignis arteria vel vena disseccetur, pars illa, in quam fertur, caloris penuria laborat, & interdum etiam atrophia corripitur.

10. Vulnera, quæ vltimum acutorum terminum, præcipuè diem quadragesimum, transierunt, per se lethalia non sunt, sed si æger moriatur, sit id vel ob prauam corporis dispositionem, aut ægri in diæta, aut Medici in curatione errores. Difficulter tamen talia vulnera curantur; cum causam grauem subesse indicent, quæ vulneris conglutinationem impedit.

11. Malum vulnus est, ex quo aliquid excisum est, & ex quo caro alia parte abscissa est, alia dependet.

12. Quibus cum ulceribus tumores conspicui, si non admodum conuelluntur, aut insanunt: quibus verò repente enauerint, siquidem postica parte factum sit, conuulsiones & tetani accidunt; si verò à fronte, insania, lateris dolor, acutus, empyema, & dysenteria si rubicundi fuerint tumores. 5. aph. 65. Et ibid. aph. 66. Si magnis vulneribus & prauis tumor non appareat, ingens malum. Quod Celsus, lib. 5. cap. 26. ita reddidit: Nimis verò intumescere vulnus periculosum; nihil intumescere, periculosissimum est. Illud indicium est magna inflammationis, hoc emortui corporis.

13. Magno vulnere inflammationem superuenire mirum non est, quæ propterea terrere non debet, modò non diu duret. Paruo verò vulnere inflammationem superuenire, eamque diu durare, periculosam, utpote quæ conuulsionem & deliria excitare solet.

14. Quinto iam die, quanta inflammatio futura est, se ostendit. Quo die rursus detecto vulnere considerandus color est. Qui si luidus, aut pallidus, aut varius, aut niger est, scire licet, malum vulnus esse, idque quandoque animaduersum est, terrere nos potest. Cornelius Celsus, lib. 5. cap. 26.

15. Conuulsio in vulnere perniciofa. Hippocrates, 5. aph. 2.

16. Vomitus quoque biliosus non voluntarius & non consuetus, vel statim, vbi quis vulneratus est, vel dum inflammatione manet, malum signum est, quoniam nervosarum partium vulneratarum indicium est.

17. Si vulnus in brachio, manu, vel alia parte tantum sit, ut ob præcisas venas & arterias amplius epatis & cordis influxum suscipere nullo modo possit, pars extrema emortitur, & propterea, ne gangrena sanæ parti communicetur, maturè abscindenda.

18. Vulnera, quæ hydropicis & cachecticis accidunt, difficulter sanantur: quoniam, ut Hippocrates, de ulceribus, ait, quod siccum est, ad sanum magis accedit, quod humidum, ad vitiatum.

19. Quò vulnus maius est, eò plus temporis, cæteris partibus, ad sanationem requiritur; quò minus, eò breuius, ita quidem, ut quædam 24. horarum; alia plurium dierum spatio sanentur.

20. Vulnus, quod difficulter expurgatur difficilius & tardius sanatur; quoniam id, quod sanationi impedimento est, difficulter tollitur.

21. Vulnus in parte, quæ ad suscipiendum humorum influxum prompta est, difficiliter curatur.

22. Omnia vulnera, quæ alios affectus complicatos habent, difficiliter curantur. Natura enim à pluribus affectibus plus læditur, & facilius ei est, unicum affectum tollere & corrigere, quam plures. Et quidem, quò affectus: qui coniungitur, plus partis temperamentum lædit, eò vulnus difficiliter curatur.

23. Extranea omnia in vulnera hærentia, si à principio statim extrahi non possunt, curationem retardant.

24. Habent & vulnera suos dies criticos. De quo Hippocrates, in *Coacis pranot.* ait: *Incipere febrem in capitis vulnere quarta die, aut septima, aut undecima, valde lethale: indicaturque autem plerumque si quarta vulneris die inceperit, ad undecimam si septima, ad decimam quartam, aut decimam septimam; si undecima, ad vigesimam.* Et *lib. de cap. vulnerib.* Vbi commissum fuerit erratum in curatione, ut plurimum in hyeme superuenire febrem ante decimam quartam asserit, ætate verò post septimam: item aliquos perire aut ætate ante septimam, hieme verò ante decimam quartam. Et *4. de popular.* refert, filio Metrophanti capite vulnerato duodecima febrem superuenisse, & circa vigesimam quartam mortuum esse. Et *5. popul.* refert, Autonomum ex capitis vulnere mortuum decimo sexto die: & famulam in l. mila decimo quarto, qui febris octavo die superuenerat: & filiam Nerei ab amica ludente percussam læta manu in syncope, quæ tunc vertigine capta est, & sine spiritu erat, & cum domum venisset, statim vehementi febre correpta est, & capitis dolore ac rubore circa faciem, nona perisise, cum septima die circa aurem dextram pus processisset graueolens subrubrum amplius cyatho. Et filio Philes ex vulnere capitis nona die febrem superuenisse, & dein mortuum esse: & Aristippum in supernum ventrem violenter & grauitè ictu sagittæ percussum septem diebus mortuum. Et passim ex Hippocrate videre est, eum etiam in vulneribus dies criticos obseruasse. Equidè vulnera, ut vulnera, dies criticos non habent, cum vulnus sit morbus sine materia: quatenus verò ipsi aliquid materiæ: quæ coqui debet, accedit, aut quædam humorum turbatio occasione vulneris contingit, eatenus quiddam crisis etiam habere potest. Natura enim & ipsa statis diebus & quod coqui debet coquit, & turbationem humorum sedat. Ideoque vbi in diebus criticis nulla in peius sit mutatio, sed omnia rectè procedunt, & symptomata, quæ prius aderant, sedantur, felicitis sanationis spem præbet. Si verò contrà hisce diebus aliquid mali, ut dolor, inflammatio febris superueniat, aut quæ antea aderant, non minuuntur, sed indantur, vel mortis, vel difficilis sanationis signum sunt. Et rarò omnino motus eiusmodi in vulneribus ad bonum tendunt; cum indicium sit, naturam non potuisse motum humorum, qui ex vulnere accidit, sedare, sed irritatam humores vel ad partem vulneratam, vel principem aliquam expulsuram. Ideòque vbi motus eiusmodi in vulnere animaduertitur, potius malum, quàm bonum aliquod præfugiendum est. Quapropter dies istos Criticos in vulneribus obseruare vtile est, ut per eos viles naturæ actiones cognoscamus, easque non impediamus. Abstinentium diebus ab omnibus, quæ motum aliquem humorum istis diebus excitare possunt.

CAPVT IV.

De Curatione Vulnerum, & primò de Indicationibus.

Solutæ unitatis prima communisq; Indicatio est vnicio; seu soluta vnitas, partes, quæ seiuictæ sunt, vniendas esse indicat, quatenus quidem vulnus simplex affectus est. Si verò alii affectus, seu causæ, seu morbi, seu symptomata coniungantur: tot Indicationes dantur, quot ea sunt, quæ vulnere coniunguntur, & ita affectum compositum constituunt. Quæ quidem multa esse possunt. Aliquando enim telum vel aliud corpus in vulnere hæret, quod quia extraneum est, causæ rationem habet, & ut ea quæ è causis internis sunt toto genere p. n. sui ablationem indicat.

Si aliquid de carnis substantia amissum sit, duplex datur Indicatio, scilicet, quod diuulsum est, vniendum est; quod deest, regenerandum. Si cutis & caro contusa sint, quod contusum est, in pus mutandum, ut abscedat. Ita etiam de reliquis, qui vulnere coniunguntur, affectibus sese res habet.

Primò autem agemus de simplici vulnere, & solutione continui, quæ telo allata est, cui nihil adhuc alterius mali superuenit: quia tamen interdum telum vel aliud peregrinum corpus cum vulnere insertum in eo hæret, de his tollendis simul agemus.

Vulneris autem simplicis, ut diximus, communis Indicatio est vnio, ut docet Galenus, *art. med. cap. 90.* & ut idem *3. meth. med. c. 4.* habet, vulnus simplex agglutinari tantum postulat. Est autem agglutinatio ista & vnio solius Naturæ opus, huiusmodi vnus opera partes vulneratæ, ut & fractæ, disiunctæ iterum coalescunt & conglutinantur. Cum a. ad id mediam quoddam & q. glutem requiratur, vtiur natura ad eam rem ipsa materia, qua partes nutriuntur, sanguine scilicet. Hic enim ad partem nutritionis gratia attractus, & in poris parietum & labiorum vulneris hærens in substantiam partii vulneratam similem, carnem scilicet, mutatur, atque ita eius beneficio, quæ disiecta erant, coalescunt, atque ex duobus vnus fit. Perficit autem hoc in carne vis *σπρωγώδης*, in cute vis cutifera, & in qualibet parte Natura medium eiusdem generis ad glutinandum, quod disiectum est, generat.

Atque hoc quidem opus etsi solius Naturæ sit: Medicus tamen hac in re Naturæ minister est, ac nisi Medicus naturæ subsidio veniat, ipsa in multis sine suo frustratur, nec conglutinationem moliri potest.

Ea autem quæ Medico hac in re agenda sunt, ad quatuor capita reduxit Galenus, *art. med. cap. 90.* *Coalescere facit*, inquit, *ea quæ inuicem distant, & pristinam unitatem restituit ipsa Natura: nostrum verò opus est, applicare extrinsecam distantiam partium atque in vnum coacta conseruare, & tertio hoc cauere, ne quid labiis vulneris incidat, & quartò ipsam partii substantiam salubrem conseruare.*

Atque ita in vulnerum curatione quatuor à Galeno præcipuè Medici officia recensentur Primò viderendum; ne quid incidat in partem affectam, quod conglutinationem impedire possit. Secundò, ut extrema in unitate soluta iterum rectè coniungantur, & sibi mutuo applicentur, & extrema coniuncta seruentur. Tertio, ut ipsius partis temperamentum & calor innatus conseruetur, ut is in agglutinatione Naturæ necessarium auxilium præstet. Quibus non

immeritò. Quartum addimus, scilicet vt sympto-
mata, quæ superuenire possunt, præcaueantur &
corrigantur, & omnia, quæ Naturæ in glutinando
vel vulnere impedimento esse possunt, tollantur.

Verum cum vnitatis solutæ magna possit esse
differentia, hi scopi non semper in omnibus parti-
bus eodem modo perficiuntur. Primò vulnera, de
quibus iam agimus quod attinet, si quid extraneum,
vt grumi sanguinis, vel pili, vel aliquid ex armorum
genere, aut ossium particulæ, aut aliud quid alienum
in vulnere hæreat, illud eximendum & extrahendum
est. Vnum enim fieri non possunt, inter quæ aliquid
diuersi generis intercedit. Et quidem non solum in
principio aliena è vulnere extrahenda, sed etiam pos-
tea cauendum, ne quid alieni in vulnus incidat.

Vbi iam aliena, si quæ affuerint, extracta, labra
vulnaris committenda & coniungenda sunt, quòd
quomodo fieri debeat, mox dicitur.

Coniunctis, quæ distabant, partibus, reliquum
opus, vt scilicet vniantur & coalescant, Naturæ
est. Hæc enim sola illa conglutinat. Cum verò na-
tura in glutinando partis remperie & calore innato
eius vtatur, danda opera, vt temperies & calor in-
natus partis conseruetur, aut si debilitatus sit, resti-
tuatur. Materia autem carnis, per quæ partes coniun-
guntur, cum sanguis sit: danda opera, vt sanguis,
qui affluit, nec qualitate, nec quantitate peccet. Si
enim sanguis vitiosus est, carnem bonam generare
non potest. Si verò sit copiosior, caro nimis luxuriat,
& multa excrementa generantur: si sit parcius, non
sufficientem materiam suppeditat. Cum verò pars
vulnerata tum ex dolore, tum ex vulnere fiat imbe-
cillior necessario in parte vulnerata aliqua excremen-
ta & sanies proueniunt: & si sanies in medio addu-
ctorum labiorum prouenit, aut etiam locus quis-
piam medius interfuerit, qui sanie quidem sit vacuus,
sed aëre plenus, non potest vlcus eiusmodi sola dis-
sidentium partium coniunctione conglutinari, sed vt
coëat, carne prius impleri postulat. Tum itaque
medicamento sarcotico opus est.

Atque ita in curatione vulnerum: perficienda labo-
randum, i. ne quid extranei in vulnera & inter la-
bia eius hæreat, vel relinquatur.

2. Vt dehiscentes vulnerum partes coniungantur.
3. Vt coniunctæ ita seruentur.
4. Vt inter se coalescant.
5. Quod præstare cum naturæ opus sit, inprimis
requiritur, vt vulneratæ partis temperies & robur
conseruetur.

6. Vt omnia symptomata, & quæcunque coalitum
impedire possunt, tollantur. Atque ita etsi
vulnus, quatenus vulnus saltem consideratum, sim-
plex affectus est, & vnam, saltem vnitatem indica-
re videtur; tamen reuera plures indicationes adsunt,
vt modò dictum

CAPVT V.

De Rebus alienis è vulnere eximendis.

Primò ergo danda opera, ne alieni quid in vulne-
re sit, quod eius vnitatem & glutinationem im-
pediat. Ideoque primò sanguis non statim suppri-
mendus; & quidquid in venis minoribus discissis,
hæret vt effluat permittendum. Ita enim & minus
puris generatur, & putredinis ac inflammationis peri-
culum auertitur. Quod etiam vulgo notum est, qui
ex simplicibus vulneribus vel sugendo sanguinem
extrahere vel digito partem vulneratam premendo ex-
primere solet. Deinde quando pili sunt circa vulnus,

A abradendi, ne intra labia vulneris incidant. Tertio, si
arena vel terra vel simile quid intra labia vulne-
ris hæreat, vino austero abstergendum. Quar-
tò, si grumi sanguinis sint in vulnere, cum vnitio-
nem impediunt, dolorem excitent, & putrescen-
tes febrim pariant, lana vel linteo molli abstergen-
di, vel etiam ferreo instrumento eximendi. Qua in
re tamen vis non adhibenda primo apparatu, ne-
que totus sanguis concretus simul eximendus, in-
primis si hæmorrhagia metuetur, cum grumi san-
guinis venarum orificia obstruant, & sub iis vasa
caalescant; sed ad secundam vel tertiam deligatio-
nem id differendum, vbi postea naturam ipsam,
quæ, quòd alienum est, expellere incipit, admini-
culantem habemus.

B Quintò, ossicula etiam fracta,
si in vulnere sint, eximenda. In prima tamen dile-
gatione non nisi ea, quæ planè libera sunt, vt sine
vi eximi possint: quæ verò adhuc aliis ossibus ad-
hærent, in iis Naturæ conatus expectandus, & vi-
dendum, an ea iterum cum reliquo osse vnitura, an
verò separatura sit. Sextò, si vitrum fractum sit in
vulnere, illud eximendum; quod & faciendum, si
aliud teli vel armorum genus, quo vulnus inflictum
est, in vulnere hæreat. Antequam vero telorum ex-
tractionem tentemus, videndum, an æger telo ex-
tracto viturus sit, necne. Si enim nullæ vitæ spes
superfit, teli extractio non est tentanda, ne Chæirur-
gus ægro mortem accersisse videatur, & in ipsius
Chæirurgi manibus æger expiret, quod sit in vlneri-
bus cordis, cerebri, & quidem basis eius, venæ ca-
uæ, vel arteriæ magnæ. Obseruatum enim est, tales
ægros telo in vulnere relicto, integrum diem adhuc
vixisse: telo vero extracto ob hæmorrhagiam subito
expirasse. Vbi vero spes est, ægrum ex vulnere
conualiturum, vt primùm telum extrahatur, laboran-
dum. Tela enim, vt & globi plumbei, etsi aliquan-
do satis diu in corpore hæreant: tamen rarissimè
vulnus integrè, telo in corpore adhuc delitescente,
sanatur.

Tela autem rectè extrahere satis difficile est, ori-
turque illa difficultas potissimum ex loco, in quem
illa in corpus immissa penetrauerunt. Ideoque ei qui
rectè tela ex corpore extrahere aggredi voluerit, duo
sunt inprimis necessaria, singularum corporis par-
tium substantiam & naturam, figuram, situm & con-
nexionem per ipsam habere: Deinde telorum di-
uersitatem ex materia, magnitudine, & figura co-
gnoscere: & omnino necessarium, in telorum extra-
ctione cauere, ne venæ, arteriæ, nerui, tendines la-
cerentur. Turpe enim fuerit & parum artificiosum,
vt Ambros. Paræus rectè ait, si plus manus Chæi-
rurgi, quàm ferrum noceat. Vt autem expedite tela
extrahantur, æger ea figura constituantur, quam
obtinebat, cum vulneraretur. Quod si fieri non pos-
sit, iacens ita collocetur, vt quàm maximè ad eam
figuram accedat.

Eximuntur a. tela duobus modis, vel extractione,
vel impulsione, id est, vel ea via, qua telum venit,
vel ea, qua tendit. Extrahitur per partem, qua im-
missum est, vel nulla facta sectione, vel facta sectio-
ne. Etenim si telum non altè penetravit, si vasa ma-
gna & loca nervosa non transit, & è regione, seu
qua tandit, os, venas, arterias, aut nervos habuerit, &
si non metus sit à magna laceratione: ea via, qua in
corpus penetravit, & quidem sine sectione, retra-
hi potest.

Si verò periculum est, ac metuendum, ne corpus
laceretur, si telum eadem via, qua ingressum est, re-
trahatur: dilatandum, vulnus vel sectione, vel etiam
sine sectione, eo scilicet instrumento, quod *ψυσσάριον*
Celsus, lib. 7. cap. 5. nominat, aut rostro olo-
rino aut cicconix, aut aliis dilatatoriis instrumen-

Telorum
extractio.

Quot mo-
dis eximèn-
tur tela.

cis, quò facilitè telum retrahatur. Extrahitur autem telum vel manibus, si id fieri potest, ut cum exstat, & si in sola carne infixum est; vel volsella, cum alius hæret, quam ut manibus apprehendi possit, vel aliis instrumentis, quæ Grecis *βλάστη* dicuntur, cuiusmodi sunt forcipès longæ denticulatae, rectæ incurvæ extrema parte latae, rotundæ: quibus recentiores Cheirurgi varia nomina à figura indiderunt, & rostrum corvini, ciconiæ, anatis, anteris appellarunt quorum figuræ exstant apud Ambrosium Paræum *lib. 10. cap. 18. & 10. Andream à Cruce.*

Si verò teli mucro in membrò, maiorem, quam mediam partem, penetravit, & spatium, per quod telum retrahendum est, sit maius, quam quod adhuc transeundum fuerat, & neque os, neque nervus, neque vena aut arteria id prohibeant: commodius est, ea parte, in quam tendebat, sectione facta, eò telum impellere, atque per vulnus recens factum extrahere. Hoc enim modo facilitè extrahitur, & vulnus facilitè sanat; cum utrinque medicamento locus pateat. Si tamen telum nimis latum sit, ab altera parte educere non expedit, ne ingenti vulnere ipsi quoque ingens vulnus adiciamus. Si quoque inter duo ossa telum iniectum sit, proxima membra habentis in diversas partes diducenda, ut laxius ad euellendum inter ossa detur spatium.

Res alienas è vulneribus extrahentia.

Si verò carni frustulum aliquod ossis vel spina, vel festuca, vel simile quid infixum sit, quod nec manu, nec instrumentis extrahi valeat, medicamentis hac vi præditis id extrahendum. Commendantur in hunc usum *laceriarum capita* contrita & imposita à Dioscoride, *lib. 2. c. 58. anagallis, distamnum Cretic. aristolochia rotunda radix, anemone, radix narcissi, gladioli, arundinis, sagapennis, galbanum, ammoniacum, pix, resina pini, & similia emplastri forma adhibita.*

Commendatur & *emplastrum Auidenna*, quod componitur ex fermenti, mellis aut propoleos an. lb. b. visci q. ʒ. iij. ammoniaci ʒ. ij. olei antiquiss. ʒ. iij. Ut & unguentum ex betonica & leporis pinguedine.

Vel *ʒ. cere noua lb. j. colophon. resina flavae an. ʒ. iij. ammoniaci ʒ. ij. bdelli ʒ. j. succini citrini ʒ. iij. ol. vitell. onor. ʒ. iij. lapid Magnetis ʒ. v. F. f. a. Emplastrum.*

Vel *ʒ. cere virgin. ʒ. iv. cerebint. ʒ. ij. lap. Magnetis ʒ. j. b. fabar. ex cort. ʒ. j. axung. lepor. ʒ. b. F. f. a. Emplastrum.*

Vel *ʒ. resina pini ʒ. ij. picis aride ʒ. j. ammoniaci, sagapenni, gummi elemi an. ʒ. b. rad. aristol. rot. distamni albi an. ʒ. i. b. distamni Cretic. ʒ. iij. ol. veteris, vel fecis ol. lil. alb. q. f. F. Ceratum.*

Vel *ʒ. olei oliuar. lb. i. b. cere noua lb. i. Liquefiant simul. Adde lithargyri auri lb. i. b. Coquantur. Postea admisce galbani, opopanis, an. ʒ. i. ammoniaci, bdelli, an. ʒ. ii. (Gummata hæc aceto dissoluntur.) Deinde adde rad. aristol. rot. mastich. myrrhe, thuris, lapid. cal. aminaris, an. ʒ. ii. Denud lento igne coquantur. In fine adde ol. Laurini, cerebintina ana ʒ. iij. Agitando coq. Denique per linteum trauciantur in aqu. frigidam, & malaxando cum ol. chamamelino vel cerebintina. F. Emplastrum.*

Vel *ʒ. capas narcissi num. ii. rad. arund. ʒ. i. gladioli ʒ. b. fol. verbasci, M. i. stercoris columbini putrefacti ʒ. i. rad. cucum. agrast. aristol. rot. distam. alb. an. ʒ. iij. distam. Cretic. ʒ. b. farina eriparum, mellis q. f. F. Empl.*

Vel *ʒ. cere, cerebint. an. ʒ. vi. colophonia, pi-*

ci naualis an. ʒ. i. cerussa, vitrioli Romani an. ʒ. iv. lapid. hematita, magnetis an. ʒ. ii. mastich. ʒ. b. thuris, camphora, mumia, sang. dracon. an. ʒ. i. ol. iuniper. ʒ. i. b. onor. ʒ. vi. caryophyllor. ʒ. ii. hyperici ʒ. b. lumbricor. ʒ. i. F. Emplastrum.

Plura de telorum extractione videantur apud Celsum, *lib. 7. cap. 5.* & Paulum Æginetam, *lib. 6. cap. 38.*

Si verò nullo artificio telum, vel quicquid armorum est, è vulnere extrahi possit, totum negotium Naturæ est committendum, quæ sæpe in hoc genere miracula quasi patrat, & p. n. corpori immissa, per vias quascunque potest, expellit. Cuius rei passim historiarum occurrunt. Hippocrates, 5. *epidemi.* cuidam, qui iuxta inguina sagitta percussus fuerat, cuspidem post sex annos eduxit. Guilic. Fabricius cuidam cultrum, qui spinæ dorsii infixus erat, post biennium extraxit, *Cent. 1. obseru. 62.* Simile quid & memorabile satis hic V Vittebergæ accidit. Cum enim Studiosus quidam ad nasi radicem internun- que dextri oculi angulum cultro vulneraretur, cultri vi fracti dimidia pars digiti ferè longitudine inibi in osse infixæ in hæret; quod & cum nec ipse, nec Cheirurgus animaduerteret, neque etiã autor vulnerris aliquid de fracto cultro significaret, vulnus citò consolidatum est. Accidit tamen, ut post anni quadrantem in superiore parte palati ante columellam æger quemdam dolorem perciperet, & postea vlcus ibi aperiretur; de cultro tamen latente nec æger nec Cheirurgus quid cogitabant, sed fortasse à cæcie ossis vulnerati vlcus illud apertum putabant. Euenit tamen paulò post, ut post columellam nigri quid prominere, quod laminam ossis cariõsi esse putabant. Cum verò æger consilii causa ad me accederet, iussi, ut Cheirurgus lima, quid esset, exploraret, qui mox ferrum id esse deprehendit, atque ita cuspidem cultri prominere animaduersum est. Vlcus verò illud ante columellam procul dubio acies cultri motu suo aperuerat. Etsi verò Cheirurgus extractionem tentaret: tamen cum latiore sui parte culter adhuc ossibus in hæret, extrahi non potuit, sed Naturæ negotium committendum fuit, cuiusope accidit, ut culter indies magis prominere. Tandem cum cultri cuspidis articuli digiti ferè longitudine in faucibus prominere, motumque aliquem eius, quod antè non factum, (cum sensim saltem ipso non animaduertente quotidie sese demitteret) æger manifestè perciperet, atque in magno periculo se constitutum animaduerteret; ac metueret, ne cuspidem culter in viscera irrueret; cum Cheirurgus ad me accurret, & consilium petit. Subitò verò tum cultri fragmentum, suoptemotum liberatum ac decidens, à Cheirurgo cuspidem apprehensum & extractum est, parumque, abfuit, quin in gulam delaberetur. Cum verò osse eroso foramen in parte superiore palati relinquere, quod sermoni impedimentum afferbat, præter medicamenta idonea abstergentia & exsiccantia, tandem laminam auream, inftar clypei, quæ in dorso prominentiam & globum habebat, parari, & spongiolam illi alligari curavi, qua per spongiam foramini imposita, & hærente ac foramen claudente, satis commodè locutus est. Caro tamen postea in labiis vulneris, licet tardè, augeri, & foramen angustius non nihil fieri cœpit. Quæ lamina instructus ipse hinc abiit. Foramen tamen illud maxima ex parte carne expletum esse, ipsumque iam concionatorem, etiam sine aurea illa lamina, agere, mihi relatum fuit. Et apud Guil. Fabric. *cent. 2. obseruat. 74.* Claudius Deodatus vulneris historiam refert, quod acuto gladio, seu pyloro seu intestinorum tenuium principio (ut Cheirurgi præsentem quidem putarunt: quod tamen

Guil. Fabricius negat, & intestinum colum, quo parte sinistra reni annexum est, vulneratum fuisse existimat) inflatum, & miraculose sanatum fuit. Cùm verò, post vulnus cicatrice obductam, æger circa partem affectam dolorem pungitium & tumorem perciperet, accidit, vt cùm sub finem anni expeditis negotiis domum rediturus medio in itinere alium exonerare cogeretur, inflati ensis extremum apicem per aluum excluderet.

Verùm cùm nunc rarius sagittis vulnera infligantur, Cheirurgica etiam sagittarum extractio hodie raro requiritur: sed cùm ferè sclopetorum globis infligantur, maior hodie necessitas Cheirurgis incumbit, globulos plumbeos sclopetis corpori immisos extrahendi, de quo postea dicitur.

CAPVT VI.

De Apparatu ad vulnera obliganda necessario.

SI in vulnere nihil alieni hæreat, aut quod in eo hæret, extractum est, danda opera, vt labra vulneris coniungantur. Cùm verò ad id præstandum quidam apparatus necessarius sit; qui tamen in fracturis etiam curandis maxima ex parte requiritur: primò aliquid in genere de delegatione ex Institutionibus repetemus.

Ad delegationem pertinet Fasciatio, Spleniorum iniectio ferularum adaptatio, illaqueatio seu laquei iniectio, obligatae partis recta collocatio.

De Fasciatio.

Fascia. Est autem fascia longum & latum vinculum: fasciatio commoda fasciarum circa membrum curandum circumductio & conuolutio.

De fasciis vero prolixè satis egit Galenus, in *lib. de fasciis*, qui hac de re cognoscendus est. Vt pro ipirituti nostri ratione quædam breuiter dicamus; Fasciæ fiunt ex linteis prius aliis vsibus ex parte attritis, vt sint tractabiliores: validistamen, ne rumpantur. Quæquam enim materia fasciarum triplex esse possit, inæa, lanea membranacea, seu coriacea: linearum tamen hodiè ferè tantum vsus est. sint autem mundæ, leues, molles, quæ neque conuulsiones habeant, neque exstantias.

Fasciarum differentia. Sunt autem variz fasciarum differentiz, quæ sumuntur à figura, longitudine, latitudine. Figuræ ratione differunt, quod quædam glomeratæ sunt, longè & æqualiter latæ, & in orbem conuolutæ: aliæ scissæ, quæ vno quidem constant linteis, sed eo vel extremis vel mediis partibus scisso: aliæ assutæ, quæ ex fasciis & habenis in varia capita desinentibus & variis figuris referentibus constant. Longitudine fasciæ differunt, quod aliæ sint longiores, aliæ breuiores ita & latitudine.

Deligatio- nis differentia. Sunt autem deligationis, quæ fascia fit duæ differentiz vna simplex, altera composita, siue multiplex. Simplex est æqualis vel inequalis. Simplex æqualis est tantum rotanda, quæ membrum affectum in orbem vndeque sine vlla in partem alterutram declinatione complectitur. Simplex verò inequalis in Asciam & Simam diuiditur: quæ tamen saltem ratione maioris & minoris differunt; quod Asciam parum à rotunda, declinat, sima verò multum. Variz fasciationis multæ sunt differentiz, sumptæ à partium, quæ vincuntur, vel quorundam animalium, vel aliarum rerum similitudine; de quibus Galen. *lib. de fasciis & comm. 2. in lib. de iis, quæ in Med. fiunt. t. 7.*

Fasciatio quomodo instituenda. Vt autem rectè fasciatio instituatur, primò considerandum, vnde deligatio incipienda. Aliàs enim

A à parte affecta, alias à loco sano parti affectæ vicino, aliàs à parte opposita deligatio inchoanda. Dein de qua ratione fasciæ sit circumducenda: Aliàs enim fasciatio incipienda ab extremo fasciæ, alias à medio fasciæ. Tertio videndum, vt fasciæ partem neque nimis comprimant, neque nimis laxa sit. Laxior enim partem non satis continet; nimia compressione dolorem & inflammationem parit.

Hæc vt rectè autem peragantur, fasciationis vsus docet. Fasciationis vsus autem duplex est, vnus per se, alter ex accidente ad sanationem facit. Per se ad sanationem facit fasciatio, quæ partes disiectas adducit, dilatatas contrahit, distorta dirigit, membrum conformatum & partes conuulsas continet, humorem influentem repellit, aut qui influxit, exprimit. In sinuosis enim abscessibus à fundo inchoatur deligatio, & desinit ad officium vlceris. Extenuatæ partes ita obligandæ sunt, vt partes sanæ comprimantur, & sanguis ad extenuatas compellatur, quod fiet, si à parte sana vel opposita inchoatur fasciatio, vnde versus partem attenuatam paululum laxetur, tandem circa partem extenuatam laxissimè circumuoluatur. Contra in dilatatis, & vbi influxum humorum reprimere opus est, in loco affecto deligatio inchoanda, & conuulsiones primæ duæ aut tres artiores sint.

Ex accidente autem inseruiunt fasciæ, dum, vt medicamenta contineant, quæ curationis gratia applicantur, adhibentur. De hisce videatur Hippocrates, *lib. de fract. comm. 1. t. 21. lib. 2. de iis, quæ in medicatr. fiunt, t. 30. 31. 32. 33.*

De Spleniis.

Ad deligationem quoque adhibentur Splenia, quæ sunt panni lineæ complicati, à splenis figura sic dicti. Antiquis, quia ex pluma inter duos pannos consuta parabantur, piumaceoli nominabantur; dicuntur & puluilli, quod puluinaris formam referant; & plagalæ. Differunt autem ratione figuræ, longitudinis, latitudinis, & crassitudinis. Figura triplex est, pro positionis scilicet eorundem modo. Alias enim parti secundum longitudinem rectè, alias obliquè, aliàs transversè imponuntur. Et quidem nunc dupliera, nunc triplicia, nunc quadruplicia, nunc singula, nunc plura; pro vsu, quem præstare debent, ad deligationem seruandam, membra crassitudine inæqualia aut panes graciles & concauas æquandas & explendas, vt tota deligatio æqualis euadat; partes item à fasciarum & vinculo onere defendendas, & sanem ichoresque exprimendos & imbibendos. Et imponuntur nonnunquam sicca; nonnunquam liquore aliquo, morbo & affectæ parti idoneo, imbuuntur & madefiunt. De quibus vide Hippocratem, *3. de iis, quæ in Medicatr. fiunt t. 12. 1. de fractur. t. 32. & 3. de fractur. t. 21. & Galenum in comment.*

De Ferulis.

Ad deligationem nonnunquam & adhibentur ferulæ; assulæ scilicet leues, quæ ossibus fractis & luxatis, postquam restituta fuerunt, adaptari solent. Hippocrates & alii antiqui parabant ex ligno ferulæ fruticis cortice; vnde & nomen habent. Hodiè in defectu ferulæ ex tennibus ligni assulis, vel arborum corticibus, vel conglutinata papyra & corio duriore conficiuntur. Monet tamen hic Guiliel. Fabricius, *cent. 4. obser. 98.* cortices arborum, inprimis recentes, loco ferularum in fracturis adhibendas non esse. Cum enim exsiccantur, circa fracturam contrahi, doloresque excitare, ossaque nonnunquam suo loco iterum mouere.

Hippocrates requirit ferulas leues, æquales, planas, in extremitate simas, id est, ex inferiore parte extremitatum leuiter derasas, vtrinque subiecta fasciatio

fasciatione paulò breuiore, nè partem vltra fasciationem comprimant. Fractura autem circumquaque imponuntur, vt non minori, quàm digiti spatio, distent, & ita adaptantur, ne fecularum lines supra prominentia articulorum capita, aut neruos articulis vicinos collocentur, aut cutem nudam attingant, Vide Hippocratem de iis, quæ in Medicat. fiunt. s. 11. 1. de fract. s. 40. 2. de fr. text. s. 7. 11. 64. 69. 71. & Galen. in comm. P. Aginer. lib. 6. c. 99.

Partibus quoque extremis vulneratis grauioribus, aut fractis aut luxatis, præcipue manibus, nonnunquam capsulæ ex leuilligno ita fabricatæ, vt membri figuræ respondeant, vel ex ferri albis laminis, aut corio duro, cattha conglutinata, adaptantur, vt partes adductas & coniunctas contineant, ne nutent, & rursus diffiliant atque excidant.

De Laqueis.

Laquei. Ad deligationem quoque pertinet aqueorum iniectione seu illaqueatio. Est autem laqueus proprie vinculum ita nexum, vt attractum vel pondere pressum claudatur. Vfusque eius est ad fracta & luxata extendenda, ad reposita suo loco continenda, ad partes constringendas & arctè vinciendas. Differentiæ laqueorum sunt varietatè, nomina sortitæ vel ab inventoribus, vel ab vsu, vel alicuius rei similitudine & figura, vel nectendi modo, vel effectu: quæ cum sine delineatione vix ex sola descriptione percipiuntur, consulatur ea de re libellus de laqueis, qui vulgò Oribasii perhibetur.

De Membri deligati apta collocatio.

Membrum deligatum, vt collocandum.] Postquam membrum affectum ritè deligatum est, superest, vt aptè collocetur. Apta autem collocatio in eo consistit, vt pars eam positionem habeat, quæ naturalem eius figuram conseruet, sine dolore est, & ad morbi curationem apta. Collocabitur autem ita membrum, si omnes eius partes, ossa, musculi, nervi, venæ, arteriæ eum situm habeant, ut neque distendantur, neque comprimantur: si molliter & æqualiter situctur membrum: si in cauo vlcere vel vulnere orificium, quantum fieri potest, deorsum spectet, vt sanies expurgetur: si denique deligationis modus in collatione seruetur, & deligatio nec laxetur, nec stringatur. Et quidem vt in collocatio fiat apta membri figuratio, ad duo imprimis respiciendum, ad articulos & ad musculos, ut scilicet respectu articulorum membrum mediâ, quam Galenus passim appellat, figuram habeat, quæ sine dolore est, in qua scilicet & nascimur, & singula membra, cum oriamur, continere consueuimus. & in qua muscoli nulli agunt, quæque æqualiter distat ab extremis articulorum motibus seu extensionibus & inflexionibus: respectu verò musculorum, vt scilicet ex vna parte musculos & eius fibras habeat integras, nec fibræ aut totus musculus distorqueatur.

Collocatio autem fit vel repositione, vel suspensione. Reponitur aptè membrum, quando stabilitatis quibusdam, plumis, velleribus aut pannis mollibus ita fulcitur, vt quietum sit, & accliuè, æqualiter ac molliter semper jaceat, ne vel motu conuentiatur, vel fluxione tentetur, aut in ea sanies & ichor retineatur. Hinc cruri fracto atque diligato canalem extento poplice à coxa ad pedem Hippocrates supponit: nostri Cheirurgi ex stramine quædam fulcimenta, aut ex cattha instar canalis conuoluta & intus stappa repleta, ac pauni lineæ vtriusque extremitati inuoluta, applicant, quibus totum membrum firmiter continetur, ne incautè moueri possit.

Suspenditur verò membrum vel ægro iacente vel ambulare iam incipiente, Est enim, dum in lecto

A jacet æger, sufficiat, si vigilans manum molliter accliuem habeat: tamen ne dormiens eam incautus moueat, fascia suspensam habere conuenit. Inprimis verò vbi iam æger ambulare incipit, opus est vt brachium *ramia* quam Celsus mitellam vocat, inuolutum gestet, cuius capita angusta collo injiciantur, latitudo verò, quæ parte brachium inuoluit, tanta sit, vt totum continere possit, ne vlla eius pars sit, quæ non æqualiter fulciatur. Atque hic ad manus rectè fulciendas sæpe opus est capsulis illis, quarum modò facta est mentio, in quas manus deligata collocatur, & hinc cum capsula fasciæ imponitur.

CAPVT VII.

De Vulneratarum partium fasciatione.

Atque vt hæc vulneribus applicemus, Cheirurgus vulnus obligaturus, primò de sanguine, si copiosius fluat, sistendo, sollicitus sit. Velum cum non omnibus vulneribus hæmorrhagia insignis accidat, sed solùm, vbi vasa maiora vulnerata sunt, de hæmorrhagia sistenda *infra cap. 14.* dicemus. Item ipsam vulnerum fasciationem quod attinet, vulnerrum labia, cum sint disiuncta, adducenda & coniungenda sunt, & vbi adducta, coniuncta seruanda, quod sine solutione continui sit duobus modis, vel fasciatione, vel glutine aut sutura per glutinum.

Primò fasciationem quod attinet, ea vulneribus secundum longitudinem membri factis, & non admodum profundis conuenit & vbi speramus, sola fasciatione labia coniungi posse, non tamen instituta est sutura. Sit autem fascia lineæ nec dura nimis nec mollis, cuius latitudo ea esse debet, vt semel iniecta non vulnus tantùm, sed etiam vtrinque aliquid ad oras eius comprehendat. Si verò vulnus longius fuerit, melius angusta & stricta fascia, id est triumdigitorum, deligatio perficitur. Deligatio autem hæc absoluitur fascia duorum capitum vel gemini principii, & in vulneribus non admodum longis medium fasciæ vulneris parti oppositæ primùm imponitur, & circumductio ab ea inchoatur, & versus vulnus ducitur, ac supra vulnus stringitur; quo modo labia vulneris rectè adducuntur; postea ambo fasciæ capita hinc inde obuoluuntur ita vt inferior pars per inferiorem membri partem circumducatur, superior verò per superiorem, vt ab affecta parte humores exprimantur. Ligatura hæc supra affectum locum arctior sit, quàm in partibus vicinis: & sit nec nimis laxa nec nimis arcta. Si enim nimis laxa esset, non contineret adducta vulneris labia: si nimis stricta, dolorum, fluxum humorum & inflammationem pareret. Terminus ergò adstrictionis sit bona ægri tolerantia. Et hyeme ob frigus plures circumuolutiones fieri possunt: æstate pauciores, ne pars propter plures fasciæ circuitus incalescat. Nodus longè à vulnere faciendus, vel potius fasciæ capita consueuenda sunt. Vt autem in magnis vulneribus facilius fiat labiorum adductio, plumaceoles seu puluillus vel lintea multiplicata, de quibus supra dictum, vulgò quadrata adhibent, sed ex doctrina Auicennæ, quarta quartæ tractat. 1. cap. 8. commodiores sunt puluilli triangulares, qui bini, vtrinque vnus, apponuntur ita vt amborum latera secundum vulneris longitudinem dispositas (quos proinde vulneris longitudinem excedere oportet) sese respiciant. Fascia enim super triangulatis puluilli angulum ducta, impellit puluillum vna cum subiecto

labio ad contrariam partem, & vt Auicennas loquitur, coarctat super fissuram tantum; quod non ita fieret, si puluilli isti quadrati essent.

De Sutura vulnerum per glutinum.

Sutura per glutinum.

Cum verò in transuersis & longis vulneribus sola fasciatio ad vulneris labia adducenda & continenda non sufficiat, sutura opus est. Verùm cum in vulneribus faciei puncturæ deformitatem pariant, & in aliis longis ac magnis vulneribus ante glutinationem vulneris suturæ rumpantur; corpora etiam tenera suturam, quæ acu sit, non ferant: quædam glutinatio sen sutura per glutinum inuenta est, quæ sine partis vulneratæ vlla per acum diuisione & punctura labia vulneris adducit.

Est a. apparatus talis. Lintea comparantur valida, æqualia, mollia, quadrangularis vel triangularis vel alterius figuræ, pro vt vulneris situs & membri, cui applicari debent, natura requirit, quæ in parte, qua vulnus respiciunt, complicantur aut suantur subtiliter, & fila per latitudinem eorum aliquoties traiciantur. Linteis istis annectuntur ansulæ à filo duplicato vel multiplicato & contorto cera oblitæ, ea distantia, quàm suturæ habere solent, aut etiam minore. Linteis istis inducatur glutinum, è medicamentis adstringentibus & viscosis compositum, quæ sunt albumen oui, bolus Armenus, thus, mastiche, sarcocolla, farina volatilis, gypsum tragacantha, corallia, resina pinguis.

Vt *℞. Boli armeni sarcocoll. mastich. sang. ℞. an. ℞. i. cum alb. oui misceantur.*

Vel *℞. farin. volatinis mastich. an. ℞. s. bol. armen. corallior. sarcocolla an. ℞. i. sang. drac. ℞. ii. M. cum alb. oui.*

Et si metuemus, ne glutinum separetur, quod fit inprimis ob saniam è vulneribus effluentem, resina pini vel piceæ reliquis admiscenda, quæ humiditatem non admittit.

Vt *℞. sang. dracon. thuris, mastich. boli armen. resina pini, an. q. v. cum alb. oui commisceantur.*

Linthea hoc modo glutine inducta & ansulis suis instructa, duo vtrinque ad latera vulneris, pollicis distantia, ita apponenda, vt ansulæ sibi recta respondeant, & tam diu relinquenda donec glutino siccatolintea cuti firmiter adhæreant, quod 4. vel 5. horarum spatio fieri solet. Linteis cuti iam tenaciter adhærentibus, ansulæ seu fila mutuò colliganda, & constringenda, vt vulneris labia rectè vniantur. Quo modo sine omni dolore, sine cicatrice & deformitate, quæ fit ex punctura acus, labia vulneris adducuntur, & longiore temporis spatio, quàm sutura, quæ fit acu, adducta & vnita seruantur. Hoc saltem incommodi habere videtur hoc suturæ genus, quod ante sex vel septem horas (citius enim non exsiccat ac firmiter adhærescit) nullius usus est. Vnde nonnulli prius suturam adhibent, postea glutinum, Verùm mora ista multum damni afferre non potest. Et si aliquid damni metuat, pro glutino emplastrum parari potest, quod statim adhærescit, quale à Cæsare Magato, *lib. 1. de vuln. c. 59.* describitur.

℞. lacryma abietine ℞. iij. liquoris ulmini ℞. iij. resina pini, picis Græcæ, naualis, cere an. ℞. i. ammoniaci, mastich. tacamahaca an. ℞. x. sarcocolla, sang. dracon. gummi iunip. hedera an. ℞. vi. rad. consolida mai. aristol. rotund. bistorta, tormentilla an. Drach. ii.

Gummi, quæ liquari patiuntur, cum portione lacrimæ abietinæ ad ignem liquefiant, deinde reliqua, quæ ad ignem liquari solent, s. a. liquefacta addantur, & optimè ac diligenter commisceantur, vt in vnum corpus redigantur. Omnia deinde in alembicum conuicito, ac balnei calore liquorem extrahito;

A cumque existimabis feces omni humore aqueo esse exutas, ipsis adhuc præ calore liquefactis pulueres reliquos addito, ac diligenter commisceto, rursus destillato, donec omnis prorsus humor exierit; dein balneum, detracto igne, refrigerari permittito. Accidit enim, vt materia, quæ in vase continetur, in solidum veluti ceratum coëat, quod est valdè tenax, neque calore humani corporis funditur vt muneris sui obliuiscatur.

Sequenti & ego vt i soleo, quod minori opera parari potest.

℞. boli Arm. mastich. sang. dracon. thuris an. ℞. i. gummi tacamahaca. Drach. ij.

F. puluis, qui pistillo calido alutæ inducatur, vt F. Emplastrum.

B Sutura hanc per glutinum applicandi modum etiam peculiarem habet Cæsar Magatus. Cerati talis partem extendit super linteam ex tela noua tenui, deinde forcipe ex linteo hoc tot partes longitudine digitorum æquantes, vel etiam longiores, latitudine verò ligulam adstrictoriam, in extremitatibus verò paulò latiores, quot puncta requiri in vulnere videntur, vel non multò pauciores, abscindit, primamque in vulneris medio applicat, ita tamen vt vni saltem lateri vulneris dimidia sui parte adhæreat, reliqua libera sit. Huic è latere, sed ex opposito, aliam applicat, atque ita per vices procedit, vnam in dextra, alteram in sinistra parte applicando: postea partes, quæ liberæ sunt, necdum cuti adhærent, vnam quidem dextra, alteram sinistra manu apprehendit, & vtamque versus oppositum labium contrahit, donec labia ad mutuam contactum adducantur. Postea vtamque portionem, quam manu continebat, opposito labio, cui non adhærebatur, applicat, & vt rectè adhæreant omni ex parte curiosè studet, & sic in reliquis etiam procedit, ita vt inter vnam & alteram tantum sit interuallum, quantum alias inter puncta intercedere solet.

C Et omnino exercitatus Cheirurgus, qui emplastris talibus cui tenaciter adhærentibus, quorum varia cõponi possunt, labia vulnerum coniungere nouit, is sutura illa cruetæ & dolorifica, quæ acu sit, in omnibus ferè vulneribus, etiam in primo apparatu, facildè carere potest. Et certè præstaret, Cheirurgo ad huc suturæ modum assuescitur, qui in cruenta illa sutura sæpissimè multos errores committunt; dum conuicendo plus doloris excitant, quam quod vulnus fecerat; & crassioribus acibus vsi, plus ex carne apprehendunt, quàm satis erat, & ita sæpe labra vulneris contorta & cõuoluta relinquunt, ita vt non cutis cuti & caro carni committatur, sed cutis inter eam & caro constituitur, aut si hæc vitare velint, vix summo margine cutem apprehendunt, vt vulnus caruum relinquatur, & sutura paulò post dissoluatur.

De Sutura & Fibulis.

Atque hæc omnes partium carnosarum & mollium *quædam* sine ipsarum vulneratione fiunt. Et deinde & alia, quæ fit ipsarum continuitatem soluendo. Non solùm enim antiqui, sed & hodie Cheirurgi in vulneribus transuersis & magnis, & omnino in iis, in quibus sola fasciatio ad oras vulneris adducendas non sufficit, sutura & fibulis vtuntur.

E Ad suturam tribus instrumentis opus est, acu, filo, & canali extrema sui parte fenestrato. Acus ob faciliore penetrationem requiritur triangularis cuspidè, qualibus pelliones ferè vtuntur, mediocriter crassa, ne rumpatur, aut difficilius penetret, & cauda parum excauata, ne filum eius transitum remoretur. Filum non nulli ex serico requirunt: alii tamen reiiciunt, quod cutem facildè rumpat, & ex lino

Ad suturam quæ requiruntur. Acus.

Filum.

eoque duplicato sumunt, ut firmum sit, & non rumpatur, idque non nimis tortum, ac cerâ oblitum, æquale, & consistentia mediocri. Et cum acus per alterum vulneris labrum est transacta, per alterum etiam traicienda sit, ne labrum, quod secundo loco acustraicienda est, subsequatur, & ab altero nimis diducatur, instrumentum extra apponitur, quod cannulam aut canaliculum appellant. Canalis nimirum aurichalceus aut argenteus, in extremo fenestratus, ut per fenestram acus transeat, & canali obijcitur & opposito vulneris labrum innitatur, ne dum acus adigitur, commoveatur, nec ad sili & acus protractionem deducatur. Potest tamen & summus digitus, indice scilicet & medio, labium contineri, & cum altero consui, modo filum expedite transeat, quod fiet, si in cauda acus circa foramen sit excavata, ut dictum, & filum secundum crassiciem proportionem cum acu habeat.

Cannula.

Sutura primus modus.

Sutura interseissa.

Sutura autem hoc modo fit: In medio vulneris ac duplex filum trahente, si vulnus sit magnum, vulneris labia transfiguntur, & facto nodo filum paulò supra nodum refecatur. Deinde in mediis utrinque spatiis alij punctus simplici filo fiunt, & facto nodo similiter filum abscinditur; idque continuandum, donec labia vulneris rectè confuta sint. Quæ sutura interseissa vocatur, quod post singulos punctus facto nodo filum abscinditur. Videndum autem, ne nimis rara, nec nimis crebra sit sutura. Nimis enim rara non continet: nimis crebra dolores & inflammationes parit. Itaque tale intervallum inter vnum & alterum punctum relinquatur, ut cutis ducentem quasi subsequatur. Nonnulli statuunt, inter singulas suturas intercedere debere latitudinem digiti transuersi. Verùm rarò tot suturas opus est: neque omnia vulnera eundem numerum suturarum requirunt, sed ut vulnera magis vel minus dehiscunt, ita crebrioribus & rarioribus opus est suturis. Comprehenditamen nonnunquam non cutem solùm, sed aliquid etiam ex carne, ubi subest, vtile est, quòd sutura fiat firmior, neque cutem abrumpat. Cauendum tamen sedulò, ne acu tendines pungantur.

Atque hic modus ferè vulgarissimus & commodissimus est, in quo, quod tamen in reliquis etiam locum habere potest, illud saltem adhuc ex Celsi *lib. 5. c. 26.* monendum, suturas ita faciendas esse, ne oræ ipsæ quidem inter se ex toto se contingant, ut si quid intus humoris concreuerit; sic, qua emanet. Vnde Chirurghi etiam turundas seu penicilla, vnguentis convenientibus illita, immittere solent: ut humores, qui in parte vulnerata colligi solent, effluere possint; deinde ut medicamenta ad fundum vulneris penetrare queant.

Turundarum usus.

Turundarum quidem usum in vulneribus arti ulorum & manuum reicit Felix V. Vitzius, *lib. 2. Chirurg. cap. 11.* Verùm non sine causa istam opinionem refutat Guil. Fabricius, *cent. 4. obseru. 76.* eamque absurdam & periculosam esse quatuor exemplis docet. Primum est civis cuiusdam Colonienfis, cui neglectis turundis vulnus, quod manu acceperat, superficie clausum fuit, vnde circa quartum diem dolor exortus fuit, quem secuta febris, inflammatio, & phlegmone, ita ut variis in locis exulcerata sit manus, & non nisi magno labore restituta fuerit.

Secundum est civis Laufannensis, qui scalpello volam manus punxit. Et quia vulnus propter sui angustiam turundis apertum minimè retinuit Chirurgus, gravissima secuta sunt symptomata, & æger, vix post diuturnos cruciatus sanitati restitutus fuit.

Tertium est rusticæ cuiusdam Hildenz. quæ spina summum indicem punxit. Cùm verò propter causam antea allatam vulneris superficies coaluisset, &

Operum Sennerti Tom. III.

pus circa partes nervosas collectum fuisset, exortus est dolor, inflammatio, atque gangræna, hincque sphacelus. Quæ tamen abscisso ad metacarpum digito conualuit.

Quartum est rustici prope Laufannam, qui maleolo spinam sibi infixit. Morbo autem neglecto, & punctura nimis cito clausa, exortus est dolor, mox secuta inflammatio & gangræna: tandem sphacelus totam tibiam inuasit & occupavit. Cùm verò abscissionem tibiæ reculasset, intra paucos dies exstinctus fuit.

Patet ergo, vulnera angusta, etiam si in partibus nervosis sint, curandis tantisper, donec vulnus fuerit factis expurgatum, aperta retinenda esse. Cùm enim in quolibet vulnere, ut postea dicitur, pus colligatur, si ei exitus non pater, retinetur, paulatimque incalcescit, & acre fit, vnde in parte vulnerata præcipuè nervosa, sequitur dolor, qui sanguinem & humores attrahendo gravissima symptomata excitat.

Monet tamen hinc Fabricius, turundas, ea industria, ut ad minimum superficiem vulneris, donec reliquæ partes sauciatae, veluti caro & nervi, satis expurgatae fuerint, hiantem retineant, adaptandas & fabricandas esse, ita tamen, ne partes nervosas contingant. Quapropter profunditatem vulneris diligenter observandam esse, & ne acies turunda fundum vulneris, præcipuè si nervus aut nervosum quid detectum fuerit, comprimat, operam dandam esse. Angustissimis autem vulneribus, quia turundam crassam non excipiunt exilis verò nimis sit flexibilis hinc & inde reflectatur, & fundum vulneris minimè attingat, se frustum sili aurei aut argenti, pro vulneris profunditate longum, carbaso involutum & vnguento aliquo anodyno & digestivo inunctum se imponere scribit.

Vbi vulneris labia hoc modo coniuncta fuerint, vulgò, nec malè, oui albumen agiatum, stupa exceptum, cum sequente pulvere imponere solent.

℞. thuris part. ii. sangu. dracon. part. i. F. pulvis.

Vel ℞. boli Armeni, terre sigill. an. ʒ. vi. thuris, mastich. sarcocolla an. ʒ. ii. S. myrrha, aloes, an. ʒ. i. S. tragacanth. sangu. dracon. an. ʒ. i. farise bordei, fabar. an. ʒ. ʒ.

Fiat pulvis, qui cum albumine oui agitato miscetur, & stupa excipitur, vulnereque imponatur, supra quod alia stupa solo albumine oui madida imponenda. Neque sine ratione adhibetur hoc medicamentum, cùm sanguinis profluvium supprimat, dolores sedet, & inflammationem prohibeat. Si tamen fluxus sanguinis nimis, vel effluxus humorum metus non sit, non est opus isto apparatu; cùm stupæ & medicamenta ista tenaciter parti adhæreant, & siccata eam contrahant, ac ei molestiam pariant, & cùm remoueri debent, dolorem faciant.

Esti verò hæc, quæ diximus, de suturis sufficere Sutararum possunt: libet tamen & alios, qui apud autores eodem modo alii

currunt, suturarum modos addere. Nam est deinde & alius suturæ modus, qui presus eâ ratione perficitur, qua pelliones pelles confuere solent, vulneratis intestinis & venis & arteriis dissectis accommodatus.

Est adhuc alia sutura, quæ fit duabus acibus, quæ vtitur Celsus, eamque describit, *lib. 7. cap. 16.* quæ ibi videatur.

Fit & Fibulæ apud antiquos mentio. Si enim in carne, ut Celles, *lib. 5. cap. 26.* scribit, vulnus est, hiatque, neque in vnum facile oræ attrahuntur, sutura quidem aliena est, imponendæ verò fibulæ sunt, *ἀντιση*, Græci nominant, quæ oras paulatim

tantum contrahant, quò minus lata postea cicatrix sit. Et cum notissimus fuerit modus vniendi vulneris oras per fibulas, factum, vt fibularum nec materia nec forma satis ab antiquis descripta sit. Guido, quem plurimi sequuntur, factas fuisse fibulas scribit de ferreis, quasi circulis aut semicirculis ab vtraque parte recuruis, quorum hami labris vulneris vtrinque infixi sibi ad amussim respondeant. Verum cum hoc modo insingere & infixos tenere eiusmodi hamos in sentiente carne, & cute nihil aliud fuisse, quam tot aculeos pungentes cum intolerabili dolore sibi feruare: non est credibile, antiquos per fibulas tale instrumentum ferreum cuti infixum summos dolores excitans intelligere. Probabilior est Gabrieli Fallopii opinio, qui *tractatu de vulneribus in genere, cap. 12.* fibulam docet esse futuram illam, quam intercisam supra nomina vimus, & quæ hodie est frequentissima, quâ ambo labia vulneris acu filum duplicatum trahente traiciuntur, & super vulnus tribus in volutionibus ambo sibi capita colliguntur, & in nodum necluntur. Et quanquam apud auctores fibulæ autæ & ferreæ nominantur: tamen sciendum, fibulæ vocem esse generalem, quæ omne instrumentum res aliquas coniungens significat. Ita Cæsar, 4. *de bello Gallico*, fibulæ signa coniuncta dicit.

Erat tandem adhuc vna apud antiquos suendi vulnera ratio, sed quæ parum commoda videtur, & propterea in vsu esse desit, quæ tot acus fila trahentes per vulneris labra vtrinque traiciebant, quod ad vulneris coniunctionem essent necessariæ, postea filum circa vtramque extremitatem acus supra vulnus reuoluebant, eo planè pacto, quo mulieres, dum acus suas in vestibus afferuare solent, fila circa vtramque extremitatem obuolunt.

Circa vulnereum dilagationem & hoc obseruandum, inquirendum esse, an vulnus simplex & vnicum sit, an verò reduplicatum. Interdum enim accidit, vt licet in cute vnum vulnus sit, in musculis tamen sub cute sint duo vel tria. Hoc enim si fiat, & Cheirurgus vnum saltem vulnus curet, reliquum quod later, negligat, pus in altero colligitur, & dolorem, inflammationem, febrem, aliaque græua symptomata excitat: cuius rei duas historias annotauit Guil. Fabricius, *cent. 4. obseruat. 84. & 85.* Vbi etiam docet, quæ ratione sinus ille latens aperiri possit, ac instrumenta ad eam rem idonea depicta exhibet.

CAPVT VIII.

De Medicamentis ad vulnera curanda necessariis.

Atque hæc Cheirurgi officia sunt, quæ circa vulnereum curationem prestare debet: ipsa verò partium vulneratarum vnio & coalitus Naturæ opus est, quæ etiam sepe, sine vlla medicamento- rum ope, quod præcipuè in vulneribus internis accidit, ea, quæ disuncta sunt, glutinat. Cum verò Natura sit efficiens causa conglutinationis, sanguis materia: dno hæc, vt rectè sese habeant, necesse est. Primò equidem cum facultas quidem per se non ledatur, sine tamen suo frustretur, nisi instrumentum, quod hinc temperies partis & calor innatus est, sese rectè habent: vt pars vulnerata temperiem suam naturalem habeat, curandum. Deinde vt sanguis, in iusta quantitate affluat, & nec deficiat, nec abundet, & bonus ac purus sit. Qui enim vitiosus affluit, tantum abest, vt ad glutinandum aptus, sit vt etiam multa praua symptomata exeitet. Idèdque si impurus sit, corrigendus, & vitiosi humores euacuandi.

Recta quoque victus ratio instituenda, & omnes prani succi cibi, è quibus vitiosus sanguis generari possit, vitandi. Hæc vbi curata sunt, iam in sanando vulnere Naturæ duo sunt officia. Primò, vt pus debitum generet; deinde, vt ea, quæ disuncta sunt, conglutinet. Primò enim, etsi Galenus eius rei exprellam mentionem non facit, dum de vulneribus curandis in genere agit: tamen Rhafes, 13. *continētis, cap. 14.* Auicenna, *quarta quarti, tr. 3. c. 2.* & Celsus, *lib. 5. cap. 26.* pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante fluere, primòque pus mouendum, hinc purgandum & implendum, tandemque cicatrice vulnus claudendum docet. Atque felix experientia istam curandi rationem approbavit, & medicamenta, quæ eo fine applicantur, Digestiua vulgò nominantur. Neque deest ratio. Cum enim è venis minimis in parte vulnerata disiectis aliquid affluentis pro parte nutrienda sanguinis effluerit, & in poris partis hæreat, neque tamen parti apponi possit: in pus à natura mutatur. Preterea ipsa vulneratio contusionem aliquam adiunctam habet, & pars disiecta ab aère ambiente alteratur. Itaque quod alteratum est, abscedere & in pus mutari necesse est. Medicus ergo naturæ hac in re succurrere debet, & medicamenta, quæ puris illam generationem adiuuent, adhibere, quæ vulgò Digestiua vocant, postea Sarcotica seu glutinantia applicare. In praxi tamen hinc discrepare videntur auctores. Alii enim, digestiuis dictis & suppurantibus neglectis, statim siccantia adhibent, Balsama scilicet vel naturalia, vel artificialia, de quibus postea dicetur, quibus & vulnus illinunt, & quæ in profundum instillant, & per turundas imponunt. Alii pus mouentia, quæ digestiua vocant, præmittunt. Videnturque Hippocrates ipse vtramque viam approbasse, dum *lib. de vlcere* scribit: *Recentiora vulnera omnia cum ipsa, tum circum sita partes, minimè inflammatione tentantur, si quis quàm citissimè suppuret, neque pus vulneris osculo interceptum supprimatur: aut si quis inhibeat, ne ad pus nisi necessarium, idque paucissimum deueniat, sed quàm maximè siccet medicamento non molesto.* Et ipsa experientia docuit, vtramque curandi rationem finem suum assequi. Non tamen sine discrimine vtraque medicamenta vsurpanda videntur.

Nam cum digestiua illa vulgaria sint humidiora, si incautè & nimis diu adhibeantur materia non solum digeri, sed & putrescere incipit, & vulnus in vlcus sordidum degenerat. Etenim cum Natura & coctionis & carnis generationis autor sit, & calor natiuus, & temperies partis, eius instrumentum, conseruanda, dandaque opera, vt medicamenta temperiei partis respondeant. Et proinde licet prior curandi ratio in partibus carnosissimis locum habere possit, vt pote quæ sunt humidiores, & in quibus plus sanguinis in pus mutandi in poris partes hæret, qui vt dolor & inflammationis præcaueatur, quamprimum in pus mutari debet; quod naturæ opus facillè sicciora medicamenta impedire possent: In partibus tamen siccioribus, sicciora illa commodiora videntur, quæ cum temperamentum partis conseruent, ipsa etiam necessariam puris generationem promouent. Itaque tutissimum est, non semper vni medicamento confidere, sed pro natura & temperie partis ea componere, & digestiua sarcoticis & glutinantibus miscere, cum experientia testetur, talia longè felicius, quàm mera suppurantia vsurpari, sicut Fr. Arcæus, Balsamo seu vnguendo suo, quod mox proponetur, mox inter initia adhibito grauissima vulnera se felicissimè curasse scribit; cuius vsu & ego feliciter sepe expertus sum. Idèdque digestiua talia iam subiungam, quæ non merè suppurantia sunt.

Digestiva
seu pus mo-
uentia.

Parentur nempe digestiva seu pus mouentia medi-
camenta è vitellis ouorum, butyro, ol. rosac. masti-
cino, resina terebinthina vel abiegna, farina triti-
cia, thure, mastiche.

Vel ℞ terebinth. vino albo lota Vnc. ii. vitell. oui
j. farina hordei, mellis ana q. s. F. Unguentum.

Vel ℞ terebinth. vino lota, butyri maialis s. sa-
le ana Vnc. i. thuris, mastica. ana q. s. Misc.

Vel ℞ terebinth. Vnc. s. thuris Draçh. i. butyri
s. sale Vnc. i. vitell. oui j. Misc.

Vel ℞. cera citrin. Vnc. i. ol. Vnc. iiii. thuris,
mastich. an. ʒ. ii. butyri s. sale q. s. vitell. ouor. ij.
Misc.

Vel ℞. ol. ros. ʒ. s. terebinth. ʒ. j. vitell. oui i.
Misc.

Vbi iam pus bonum apparet, proximum est, vt
quod vulneratum & disunctum est, conglutinetur.

Partium
vno quo-
modo fiat.

Partium autem disunctarum in vulneribus vni-
onem duplici modo fieri, ex Galeno, *artis med. cap.*
91. & 3. me. b. med. cap. 4. docetur, nimirum vel
vniõne vera, quæ est per medium eiusdem generis,
non alterius substantiæ. Vniõnem priorem appellant
ἁπλοῦς ὁμοῦ, secundum primam intentionem;
quoniam talis vniõ & à Medicis & à Natura inten-
ditur; alteram *ἁπλοῦς ἑτεροῦ*, secundum intentio-
nem secundam; quoniam Medicus & Natura cum
non possint, quod primario intendant, assequi,
agunt, quod possunt.

Priore modo coalescunt partes molles & caro,
duræ verò altero, ossa scilicet & cutis, quorum illa
per callum, hæc per cicatricem vniuntur. Ad prio-
rem vniõnem requiritur substantia eiusdem generis,
ac facultas agens fortis, quæ in altera desunt. In par-
tibus enim carnosiss & mollibus sanguis copiosus ad-
est, calorque in iis est fortis, ac propterea loci mu-
tatione sanguis in carnem, qua vulnus coalescat,
mutari potest. In partibus verò spermaticis dictis &
durioribus, vt pote quarum natura à sanguine lon-
giùs abest, & quarum partium calor est debilior,
idem non regeneratur, sed simile. Pro cute enim fit
cicatrix, cui quidem quàm similima, sed ea durior
& densior; pro osse callus.

Atque hanc Galeni & vulgatam distinctionem
etiam suo modo secutus sum *lib. 5. Instit. part. 2. J*
cap. 4. Verùm declaratione quadam omnino opus
habere videtur. Nititur autem illa imprimis diuisione
partium in spermaticas & sanguineas, qua statuitur,
partes quasdam ex semine, quasdam ex sanguine ge-
nerari. Imò sunt quidam, inter quos Cæsar Maga-
tus, *lib. 4. cap. 15.* qui sanguinem partium spermati-
carum immediatum alimentum esse negat, sed ne-
cesse esse scribit, si sanguis spermaticas partes nutri-
re debet, vt prius semen fiat.

Verùm questionem istam, de qua prolixè cum alii,
zum Andr. Laurentius, *lib. 1. anatomi. cap. 21. quæst.*
7. agit, pluribus hoc loco agitare non liber. Verio-
rem sententiam hanc esse puto; partium omnium
primam in vtero delineationem fieri à facultate for-
matrice è semine, vnde Hippocrates, *libello de*
ἁγῶν, scribit, quod genitura in 7. diebus habeat, que-
cunque habere debet, *ἁπλοῦς μίμα, καὶ τῶν ἑτεροῦ τὰς*
χάρεις, καὶ τὰ ἁπλοῦς, καὶ τὰ ἑτεροῦ τὰς χάρεις ἢ δάκτυλῶν ἢ
τὰ οὐχῶν, &c. omnia membra, oculorum regiones,
aures, manus, manuum digitos, crura, pedes, pe-
dum digitos, pudendum, &c. Cum vero seminis mo-
les sit exigua, impossibile est, quod totius corporis
moles ex semine eam, quam debet, magnitudinem
æquirat. Idcòque postea partes nutrimentum &
incrementum solum ex sanguine materno in vtero,
& postea factu in lucem edito ex sanguine augeantur,
& ad finem vsque sanguine nutriantur. Id quod
manifestè apparet ex eo, quod etiam ossa, vbi ra-

A duntur, sanguinem, qui ipsorum alimentum est, ef-
fundunt.

Quod verò nonnulli spermaticas dictas partes se-
mine nutriri aiunt, falsissimum est. Quomodo enim
ex tantillo seminis corpore tanta mole corporis for-
mari, nutriri, & augeri potest; Et semen nullibi ge-
neratur, nisi in suis propriis vasibus. Imò pueri, quo-
rum tamen ossa nutriuntur & augentur, nullum se-
men generant. Nec sufficit, quod dicit Laurentius;
sanguinem variè immutatant & diuersè alterant
nes passum, dealbatum, incrassat atque nihil aliud;
quàm semen esse. Falsissimum enim hoc est. Ne-
que enim vllibi semen, quàm in suis organis genera-
tur, neque aliæ substantiæ, etiam si àbedine semini
similes sunt, semen sunt.

Ideoque etsi partes illæ albæ & sicciore, quæ
vulgò spermaticas vocant, ex sanguine plures ma-
turationes passio generentur & nutriantur: tamen se-
uera ex sanguine generantur & nutriuntur. Itaque
verum quidem est, carnem quæ ad vulneris partis
carnosæ glutinationem generatur, esse priori plane
similem, vt pote in quam sanguis faciliù, ob ma-
teriz cognationem, & partium carnosarum robôr
mutatur: quod verò cutis & ossa ac reliquæ partes
spermaticæ per heterogeneam quid vniuntur, non
facile dixerim, sed sine absurditate dici posse puto,
cicatricem esse cutem, & callum os. Est enim diuer-
sitas quædam inter cicatricem, cutem, callum, & os
apparet: tamen diuersæ substantiæ non sunt, sed dif-
similitudo illa inde prouenit, quod sanguis multis &
operosioribus mutationibus indigeat, vt fiat cutis;
nervus, os, quàm vt caro fiat, & calor harum par-
tium sit debilior, quia à vulnere debilitatus fuit.

Quapropter facultas formatrix quidem cutem & os
generat; sed non tam bonæ notæ, vt ea sunt, quæ
in primæ formatione sunt generata. Interim etiam si
cicatrix & caro nonnihil à priore cute & osse discre-
pant, alterius tamen generis appellanda non sunt.
Idque etiam ideo, quod cicatrix non nisi à facultate
cutifica callus non nisi ab ossifica generatur, & pro-
pterea etiam, vt supra, *part. 2. cap. 2.* dictum, nun-
quam ex carne cutis sed ex cute cutis generatur,
& quidem in portio eius portio, vt in membris
abscissis videtur est. Quis enim illud, quo caro manus
amputata tegitur, non cutem, sed quiddam diuer-
rum nominare velit. Et si verò partium disuncta-
rum coniunctio & conglutinatio solius naturæ opus
sit: vt tamen Natura id faciliù præbet, Medicus
ipsi subsidio venit, medicamenta quædam adhiben-
do, cum externa, tum interna. Externa sunt *καρπο-*
ταξ seu carnem generantia, & *κολλητικὰ* seu glutinan-
tia, de quibus *lib. 5. Instit. part. 1. scilicet. 1. cap. 9.*
pluribus actum. Etsi verò vt diuersa, vt eo loco dic-
tum, proponantur: tamen cum vulneratum con-
iunctio carnis medio fiat, idem vt ibi dictum, medi-
camentum pro diuersitate corporum & partium
vulneratarum, vnde sarcoticum, nunc glutinato-
rium, nunc epuloticum esse potest.

Sarcotica

E Qua vi autem ista medicamenta in vulnerum sa-
natione profint, dispiendi. Galenus, *3. meth. med.*
cap. 4. prolixè hac de re agit, docetque, quod in
corporis nostri partibus duo excrementa proue-
niant, alterum tenuius, quod plerumque per insen-
sibilem transpirationem, nonnunquam etiam per
sudorem euacuatur; alterum crassius, quod extrin-
secus corpori adhærescit, & sordium nomine indi-
gitatur. Crassius itaque si in vlcere hæreat, illud sor-
didum reddere, tenue verò vlcus nimis humidum
efficere, & ita naturæ in carnis generatione impedi-
mento esse: ac proinde sordes detergendas & humi-
ditatem exsiccandam esse. Atque ita sarcotica es-
se, quæ moderatè calefaciant & siccant, & sar-
A A 2 ij

des citra morsum detergunt, ac nullo modo astringunt: Sarcoticorumque & glutinantium medicamentorum finem esse, nulla inter partes iungendas, nisi humiditatem permittere, ut idem Galen. 2. de *compos. med. sec. gen. cap. 21.* docet. Astringere non debere, ne id, quod influit, repellat, sordesque parti affectæ impingant; non nimis verò siccare, ne, quod influit, absument, sed modicè saltem, ut, quod affluit, in carnem concresecat. Et hæc communis ferè est de sarcoticorum & vulnerariorum medicamentorum sententia.

Recentiores v. quidem vi Balsamica id præstare statuant, (vnde & limenta quædam, quæ ad vulnera sananda adhibentur, Balsama vulneraria appellant) quæ verò ista vis sit, non satis explicant: quod si rectè explicetur, non ita absurda hæc opinio videtur. Nam docet Galenus, aliique Medici passim, Chirurgo maxime in eo laborandum esse, ut partis vulneratæ naturalis temperies conseruetur. Cùm enim vulneratarum partium glutinatio natura opus sit; Natura verò, ut instrumento, in hac, ut & in aliis ætionibus naturalibus, partis calido nativo & temperie vitatur: si illad rectè sese habeat, & vegetum ac robustum sit, vulneris sanatio felicissime perficitur, & calidi huius nativi beneficio interdum nonnulli ex periculosis vulneribus conualescunt. Si verò partis temperamentum vitietur, & pars debilior fiat, natura nec alimentum affluens rectè concoquere, nec assimilare, nec excrementa expellere potest, vnde ad partem affectam fit humorum confluxus, excrementa in ea cumulantur, & inde multa mala ac symptomata attrahuntur. Vnde Hippocrates, *lib. de ulceribus*, scribit: *Quod siccum est sano; & quod humidum, vitiatum & non sano proprium est.* Itaque multiverfamque videtur, medicamenta sarcotica & glutinantia, & in summa vulneraria, equidem siccare, non tamen istam eorum unicam & primariam operationem esse; cùm multa vulnera, modò temperamentum partis saluum sit, etiam sine talium medicamentorum ope sanentur, & Natura excrementa, quæ in debita quantitate proveniunt, sponte expellat. Sed probabile mihi videtur, medicamenta ista ideo vulneribus sanandis prodesse, quod non solum siccant & humiditatem nimiam in vulnere absument, sed & temperamentum & calidum nativum partium, quod Recentiores quidam Balsamum vocant, vi sua cuique parti cognata & familiari, quam eundem Balsamicam nominant, conseruent. Hinc adeo fit, ut quia partium omnium non est idem temperamentum, & calidum nativum cuique parti proprium, non eadem medicamenta vulneraria omnibus partibus vulneratis sint utilia, sed alia carnosæ parti, alia nervosæ vulneratæ conueniant; sicut gummi elemi omnibus partibus nervosis, & inde etiam capitis vulneribus est utilissimum, ut aliquoties dictum.

Quod vel illud etiam mihi persuadere videtur, quod in vulneribus, præcipuè articolorum, vbi symptomata prava imminetur, Chirurgi nostri, qui peritiores sunt, non solum vnguentis & emplastris contenti sunt, sed & supra ista Cataplasmata felici successu imponunt, quæ quia ipsam vulnus non attingunt, excrementa in eo non exsiccare possunt, sed partem temperiem & calorem nativum saltem fouent & conseruant. Et vidi sæpe in vulneribus nervorum, in quibus ob partis temperiem debilitatam fit humorum affluxus, & ob alimentum affluentis conditionem imperfectam magna excrementorum copia colligitur, (Germani Chirurgi appellant *das Hliedmasser*) talium cataplasmatum usu vulnus ad meliorem statum reductum fuisse, & amplius tantam excrementorum copiam non effudisse. Parantur autem ista cataplasmata è *radic. alibæ, farina sem. lini, fæni gr. fabarum, pulv. fl. chamæmæi, & mel loti, betonica, & similibus.*

Neque tamen ex hoc, quod diximus, medicamentorum vulnerariorum præcipuum officium esse, ut calorem nativum partis conseruent, & roborent, sequitur, quod vno medicamento omnium partium vulnera sanentur. Sed ut Galenus, ratione siccitatis, quæ ipsi præcipua est, pro vario varietate, partium temperamento varia adhibet siccantia; ita etiam pro varietate temperamentorum partium singulatum temperies & calor diuersa requirit medicamenta, ita quidem, ut quod vni parti utile & commodum est, alteri noxium esse possit, & quod carnosæ parti utile est, nervosæ damnum afferte possit. Partes enim carnosæ multo calore præditæ sunt, idè que etsi minùs calidis fouentur, nihilominus satis roboris habent: partes verò exsanguæ calidum debilius habent, idè que magis calidis fouendæ, imprimis cùm vulnere magis debilitentur. Imò accidere potest, ut etsi in qualitatibus primis quædam medicamenta similia videantur, substantiæ tamen modo, ob quem vires suas alia citius amittunt, alia diutius conseruant, discrepent, imò tota substantia & occulta proprietate differant. Dant autem talia medicamenta, Galenus, 1. de *compos. med. sec. loca, cap. 1.* docet, atque in eos inuehitur, qui talia medicamenta dari negant.

Talium autem medicamentorum ratio facile reddi non potest, sed experientia docet, alia ad vulnera, & præcipuè harum vel illarum partium aliis esse utiliora, etsi qualitatibus primis non multum discrepent. Interim manifestas qualitates in talibus medicamentis, quæ à tota substantia simul operantur, non planè esse inutiles existimo, sed ad humiditatis nimie in vulnere exsiccationem commodas. Et si eundem dantur medicamenta, quæ totius substantiæ proprietate certis partibus sunt accommodata, alia epati, alia cerebro, alia pulmone; ita etiam non absurdum est, dari medicamenta vulneraria, quæ certis partibus sunt dicata, alia carni, alia nervis, alia cerebro &c. Et certum est atque experientia constat gummi elemi omnibus partibus nervosis vulneratis, ut & cerebro, esse utilissimum: betonicam capiti. Ita non inutile fuerit & in vulnerariis medicamentis eligendis delectum quendam habere; in qua re & ægri natura perpendenda; cùm experientia doceat, etiam in vulneribus quædam medicamenta quibusdam naturis esse magis utilia, quædam noxia. Quod quidem sola experientia inuestigatur; & quod Galenus, 3. *medic. meth. cap. 8.* de siccantibus habet, id de omnibus vulnerariis medicamentis verum est, nimirum ad excrementa & statum vulneris respiciendum esse. Si enim pauciora excrementa in vulnere generantur, & alias vulnus sese bene habet, utilis hoc & accommodati medicamenti indicium est: si verò multa excrementa cumulentur in vulnere, medicamenti non accommodati signum est. Interim manifestas medicamentorum qualitates non negligendas, sed eas etiam corporis totius partis temperamento idoneas eligendas esse putamus; nec in hac re aëris constitutionem negligendam, sed temporibus calidioribus frigidiora, frigidioribus calidiora vsurpanda esse.

Medicamenta autem vulneraria & sarcotica ac Medicamentum glutinantia parantur è *radice consolide maior, bidentata, tormentilla; foliis, alchimille, burse pastoris, virgæ aureæ, balsaminæ, verbena, veronica, hyperici, millefolii, saniculæ, caudæ equine, ulmi, plantaginis, betonica, cypressi, piloselle; flor. rosar. rubr. hyperici, balaustris; fructibus, nucibus cypressi;*

gummi, lacrimis, succis, thure, aloë, mastiche, lacrima abietina, resina terebinthina, pini, laricis, pice aridis, liquore follic. vlni; gummi elemi, juniperi, hederæ, tragacanthi, casamahaca, caranne, sarcocolla sanguine draconis; terris sigillata, bolo Armeno; cocuicibus thuris; lapidibus he marie, corallis.

E quibus parantur varia composita.

Linimenta & unguenta. Vtilissi- num est hoc Ff. A. z. i.

℞. terebinth. clara, gummi elemi an. ℥. ℞. ping. castri ℥. ii. porcine antique ℥. i. Le. p. sicut ad ignem. F. Linimentum.

Vel **℞.** resina, cera, terebinth. ol. ros. an. ℥. ii. thuris, mastichis, myrbe, an. ℥. ii. F. Ung. a.

Vel **℞.** terebinth. ℥. ii. resina alba, olibani, colophan. an. ℥. ii. b. mastich ℥. i. croci ℥. i. cere. lb. b. olei communis. lb. i. b. F. C. a. Unguentum.

Vel **℞.** succor recent. alchimilla santicula, consolide Sarracenicæ, q. v. A lignent positis ad le. p. i. g. n. sille veteris, butyri maial. an. q. i. F. Unguentum.

Vel **℞.** resina alba ℥. iij. butyri maial. ℥. vi. succi alchimilla ℥. i. santicula pyrolæ an. ℥. b. tragopogi ol. oliuar. an. ℥. iij.

Succi pando s un oleo coqu. ad consumm. humiditatis: deinde ad le. res. iam, postremo butyrum. Demque colentur, & agitentur, donec refrigerent.

Vel **℞.** Herb. pyrolæ serpentina, santicula veronica an. ℥. i. fl. hyperici ce. uaur. min. an. ℥. vi.

Conscinduntur minutim, & lagenæ vitreæ includantur. Adde ol. oliuar. ℥. i. m. s. alla bubulle ℥. i. pingued. porcina ℥. iii. butyri maial. ℥. iij.

Stent in loco calido aut B. M. per 8. dies. Pœtea coqu. ad consumtionem humiditatis. Colentur. Hinc adde terebinth. ℥. i. mastich. thuris, myrbe an. ℥. ℞. b. olei ep. a. ℥. i. F. Unguentum.

Vtile est & unguentum Cæsaris Magati tale.

℞. ol. nostris ex hiderico lb. i. cera a. q. balsami lota ℥. iij. L. q. resina sicut in vase vitreo sit. c. i. orificij. Liquefactis adde Balsami nostri lb. i. gummi elemi ℥. iii. balsami Peruviani tacamahaca caranne an. ℥. ii.

(quæ quidam gummi scordii solui debent oleo nostro de hyperico) ammoniaci, galbani, itidem dissolutor an. ℥. ℞. b. myrbe, thuris aloes, gummi hederæ an. ℥. ii. rad. consolide aristoloch bistorte, torment. an. ℥. i. b. di. s. an. Crelici ℥. iij. scordii ℥. ii. butyri maial. ping. prap. ℥. ii. pingued. cygni ℥. i. Misc. F.

Ungu. Asseruitur in vase vitreo vel argenteo stucti oris. Olea & Balsama naturalia, vt de Tolu, de Peru, & similia: Et artificia.

Vt **℞.** ol. laurini, ℥. ii. mastich. olibani, sibi bircini an. ℥. i. Muce.

Vel **℞.** antheræ ros. alb. rubr. lil. alb. an. q. c. Affunde ol. oliuar. ad sufficientem, & radus Solis in vitrio bene abturato exponere per 14. dies.

Vel **℞.** terebinth. ol. laurini an. ℥. iij. ouor. cuiel. ℥. ii. rosar. lb. b. Misc. & Soli expo. antur, vsque dum flavum o. orem acquirant.

Vel **℞.** terebinth. lb. j. galbani, gummi elemi, hederæ, thuris mastich. myrbe an. ℥. ii. aloes. xyloaloes, galanga, caryophyllor. cinam. nuc. mosch. cubebæ. an. ℥. i. aquæ vinee ℥. iij. Maccantur simul per diem & noctem. Postea bis destillentur, & oleum illud stillatitium tanquam balsamum preciosum asseruetur.

Vel **℞.** liquoris vesicaram vlni depurati & praeparati lb. j. mellis opt. depurati ℥. iij. succ. tormentilla consolide maj. consol. medie an. ℥. iij. Misc. & coq. lento igne ad succorum consumptionem; deinde infra scriptos pulvere adde.

℞. sangu. dracon boli Armeni orient. manna thuris,

ris, equisei, mastich. an. ℥. ii. Misc. & fiat pulvis tenuissimas quem supra dictis adde.

Preparatio liquoris vesicorum vlni ita fit: Mense Maio huiusmodi vesicæ colliguntur, antequam intus vermicelli oriuntur, & hoc liquore vitrea phiala impletur, liureo que obturatur, postea faciendæ fouea in terra, per altitudinem duorum palmorum, vel trium, & fundo foueæ tal communis per altitudinem trium digitorum impertitur, super quem phiala ponenda, dein fouea terra explenda, ita, vt phiala non appareat, & sic per spacium 25. dierum relinquenda, deinde feces à substantia clara separandæ, & quod clarum est ad vsum seruandam, quod etiam per te appositum glutinat.

Aliud Balsamum.

℞. thuris, myrbe, sarcocolla, gummi junip. Arab. hederæ, elemi, mastich. sangu. dracon. balsami Peruviani, tacamahaca, caranne an. ℥. j. b. lac. vinee abietina, liquoris folliculor. vlni an. lb. j. resina pinca lb. b. rad. tormentilla bistorte, indis, aristol. rot. consquidæ, di. s. an. ℥. i. b. bacca: iunip. lauri an. ℥. vj. s. vini opt. lb. iij.

Mixta destillentur, & aquam, spiritum, ac oleum scordii excipias, quæ omnia ad glutinationem vulneris faciunt.

Aliud Balsamum.

℞. olei antiquiss. ℥. iij. terebinth. Venere ℥. x. b. tritici integri ℥. ii. hyperici ℥. ii. b. rad. carduiben. valeriana an. ℥. x. puu. subtilissim: thuris ℥. ii. hypocistid. b. boli Armeni, sangu. dracon. an. ℥. ℞. b. pulueris lumbricor. terrestr. ℥. ii. consolida major. M. j. equisei M. b.

Radices & herbe crasso modo contundantur, deinde in vas ponantur, & vinum album effundatur, & postquam ita fuerint intata, oleum & frumentum addatur, omniaque ad vini consumm. coquantur. Postea forti facta expressione, addantur pulueres & terebinthina, & iterum parum bullire sinas, & deinde in vitreo vase ad vsum serua.

Vel **℞.** terebinth. lb. ii. olei communis lb. iij. laurini ℥. vi. cinam. ℥. ii. euphorbii, caryophyllor. bacca. lauri gummi hederæ sagapeni, ammoniaci, oppopanacis, galbani an. ℥. i. thuris, mastich. an. ℥. ii. Destillentur simul. Fiat Balsamum pro vulneribus nervorum.

Vel **℞.** terebinth. clara, lb. ii. olei lini lb. i. resina pini ℥. vi. thuris, myrbe, aloes, mastich. sarcocolla an. ℥. iij. mais, ligni aloes an. ℥. ii. croci ℥. ℞. b.

Ponantur hæc omnia in retortam, destillentur primo lentissimo igne & exhibita aqua clara: paulo post vero sequatur oleam rubicundam: tum augmenta ignem semper magis magisque intendendo ad finem destillationis. Quo factò, separa oleum ab aqua, & utrumque scordii serua. Aqua succedente tempore rubescat, & oleum acquirat rubini colorem. Oleum valet vulneribus, præcipue vero partium nervosarum, ossium, venarum: citò enim & sine dolore consolidat. Aliud,

℞. lumbricorum terrestrium q. v. indantur vasi

malco pruni siluestris repleto, quo perreptendo masticum à sordibus purgentur, adijce etiam illis ouatum aliquot vitellos ad duritiem coctos & incisos quibus vescantur. Lumbricorum sic praeparatorum postea

℞. lb. i. contendantur in mortario. Adde. ol. ros. lb. i. Coq. Postea colentur. Collat. adde mastich. myrbe, an. ℥. ii. rad. i. eos, sarcocolla an. ℥. vi. terebinth. melis rosari an. ℥. i. b. Nesc.

Vel **℞.** ol. oliuar. lb. j. terebinth. Vnc. iij. flor. hyperici, verbasci, an. q. c. vt fiat mastic. Cui affund. vini alb. opt. Mens. i. b.

Coq. ol. vini consumm. Ponantur postea species ad

A A a iij

Linimenta & unguenta

Balsama

Solem pertinentes duos, vt fiat oleum seu balsamum.

Vel *℞. rad. consolida major. q. v.* Affunde in olla noua olei oliuar. ad eminentiam. Coq. & exprime. Sacrum expressum iterum coque, tamdiu vsque dum nulla aquesitas remaneat. Postea.

℞. huius olei part. iiii. ol. terebinth. part. i. flor. hyperici, chelidon maj. an. q. s. miscantur & calefiant, atque indantur lagenæ vitreæ, ponanturque per 40. dies in finum equinum, & habebis balsamum, quem calidè vulneri instillabis.

Vel *℞. ol. oliuar lb. s. hyperici, betonica, prunella, centaurei an. M. i.* Contundantur herbe & cum oleo vitro includantur, & calore. Solis per 40. dies digerantur. Postea exprimantur. Expressum liquorem vsui reserua.

Sequens oleum ad partium nervosa maximè in Hispania commendari sedit Hieron. Fabricius.

℞. ol. uetustiss. ℥. iiii. terebinth. pura, ℥. viii. frumenti integri ℥. i. s. sem. hyperici ℥. ii. rad. carduiben. valeriana an. ℥. i. thuris pulueris. ℥. ii.

Radices & herbe crasso modo contundantur, in ollam ponantur, & tantum vini albi superfundatur, vt omnia in Vino mergantur: & per biduum facta infusionis, oleum & frumentum adiciantur, & coq. omnia ad vini consumptionem; mox facta forti expressione, addatur terebinthina & thus; iterum parum bulliant, seruenturque in vase vitreo. Modus vtendi talis est. Abluto prius vulnere vino albo frigido, statim inungitur totum vulnus oleo predicto calente: quod si hoc fieri commodè nequeat, per siphonem intra vulnus immittitur, & confestim labia vulneris ad mutuum contractum adducuntur, deligatura, aut sutura, aut glutino; deinde partes circumstantes prædicto oleo similiter inunguntur, supra vulneris verò labia iam redita linteum imponitur predicto oleo madens; & supra hoc aliud vino nigro expressum, mox alia lintea sicca, deinde fascia super ligatur.

Vtile est & oleum, quod *oleum Hispana* appellant, & sic paratur.

Oleum Hispana.

℞. ol. oliuar. antiqui lb. iiii. de terebinthina lb. ii. thuris lb. i. valeriana, hyperici, carduiben. an. lb. s. myrrha el. ℥. i. cocci infectorii ℥. iiii. resina pini recent. ℥. iiii. Vini maluar. lb. iiii.

Valeriana colligatur mense Maio, & abiciantur radices. Hypericon colligatur mense Iulio cum flor. & seminibus. Herbe igitur manibus confractæ, & in mortario aliquantulum conculxæ, infundantur in vino maluatico posito in olla terrea vitro obducta, cuius tertia pars omnibus in ea positis vacua permaneat, per quatuor horas, deinde superpone eocum infectori in aliquantulum fractum in mortario vnâ cum oleo, & absque cooperimento bulliant lento igne, donec vinum ferè euauerit, idque animaduertatur, ne herbe comburantur. Auferatur postea ab igne, & dum adhuc valde calet, sacculo vino maluatico madefacto exprimantur herbe. Et vas, in quo facta fuit ebullitio, diligenter abstergetur, neque enim penitus exsiccet, nam debet relinqui vinum, quod adheret, & in eodem rursus oleum, ad ignem ponatur cum oleo de terebinthina, vel abietina lacrima. Et quando ebullire iam incipit, addatur myrrha tenuissimè puluerisata, & in mortario cum aliquantulo ex oleo in vase existente ad ignem liquefacta. Addatur pariter resina eodem oleo liquefacta, prius tamen percolata, & thus tenuissimè puluerisatum, omniaque curiosè miscantur, & vbi parumper bullierint, auferatur vas ab igne, & vbi refrigerint, seruetur in vase vitreo, nulla facta colatura, & Soli per 15. aut 20. dies exponatur.

A Commendat & Casar Magatus oleum suum a

Hyperico, quod sic operose paratur
℞. summi. hyperici M. iii. ophioglossi, consolida major. equiseti an. M. i. vini albi odori & potentis Magati. lb. v.

Contundantur herbe, & dicto vino macerentur 24. horis, ore vasis diligenter obturato. deinde facta expressione & colatura, par quantitas dictarum herbarum assumatur, & fiat altera infusio, & sicut tertio. Facta postrema expressione, & colat. adde vino dicto olei antiqui lb. vi. summi. hyperici M. ii. ophioglossi, herba Regina vulgò appell. consolida major. carduibened. an M. i. rad. dictamni albi, consolida maior. aristoloch. rotund. tormentilla, bistoria an. ℥. s. grani tinctorij ℥. ii. sem. hyperici ℥. vi. Misc. Contusis contundendis, macerentur balneo calentis aquæ ore vasis obturato, per 24. horas postea bulliant duplici vase ad vini consumm. Deinde facta expressione & colatura, sacculo prius vino albo optimo madefacto, adde oleo summi. hyperici M. ii. ophioglossi, herba Regina, consolida, matrisylua an. M. i.

Misce. Contusis herbis, & facta infus. in balneo calentis aquæ per 24. horas postea facta expressione & col. vt prius, par quantitas dictarum herbarum accipiatur, & fiat altera infusio, vt supra, & sicut tertio, factaque postrema expressione & colat. adde oleo flor. hyperici M. ii. betonica, pimpinella, pilosella, Trinitatis an. M. i.

C Ex his fiant tres infus. vt supra Facta vltima expressione & col. adde oleo folliculor. hyperici M. ii. consolida, centaurei minor. viticella, vincaperuina: ce an. M. i.

Eti. pariter tres infus. hac ratione; tribus diebus vas, quod vitreum esse debet, Soli exponatur, quarto vero die balneo calentis aquæ detineatur, vt ibidem 24. horas moretur, postea F. expressio & col. & oleo rursus addantur. folliculor. hyperici, qui iam ad maturitatem peruenerunt M. iii. centaurei minor. M. i. fructus Balsamina num. vi. Fiat vt supra. Facta postrema expressione, & col. oleo adde dictamni Cretici ℥. i. rad. dictamni albi consolida maior aristoloch. Iridis Illirca, arundinum: bistoria tormentilla an. ℥. vi. grani tinctorij ℥. ii.

F. tres infusiones hac ratione, exponatur vas Soli per dies sex; postea per duos dies in balneo calentis aquæ detineatur, inde fiat expressio, & col. & sic fiat tertio. Tandem facta postrema expressione & col. adde oleo ol. stillat. de terebinth. de lacrima abietina an. lb. s. sem. hyperici ℥. i. rad. consolida. aristoloch. dictamni albi, tormentilla, bistoria, irrid an. ℥. ii. granor. tinctor. ℥. i. myrrhe thuris an. ℥. s. sarcocolla. gummi iunip. aloes an. ℥. s. pomor. balsamina num. xii. balsami Peruaniani ℥. ii. Poma incidantur, cætera contundantur, & cum oleo misceantur, & vas toto tempore hiberno detineatur sub fimo equino, inde extrahatur. & facta expressione atque colat. vsui seruetur in vase vitreo, officio bene obturato.

Balsamum vulnerarium Magati.

Balsamum vulnerarium Magati.

℞. gummi elemi ℥. iiii. gummi tacamahaca, caranna. liquoris in vesiculis ulmi contenti an. ℥. ii. olei laurini, styrac. liquid. myrrhe an. ℥. i. s. thuris albi, gummi hedera an. ℥. i. laseris odorati, ladani, styracis calamita pinguis ammoniaci, bdellii, opopanax, galbani, sarcocolla an. ℥. vi. rad. aristol. rot. imperatoria, angelica, dictamni albi, consolida, acori, iridis, tormentilla, bistoria, sem. hyperici, citri, cortic citri an. ℥. s. cinamomi caryophyllorum, nucum myristicar. macis an. ℥. i. mastick. aloes, sanz. draconis, grani tinctorij an. ℥. s. di-

Stamni Cretici ℥. j. *olei glandis unguentaria* ℥. iij. *bacc. iunip.* ℥. j. *℞. cera* ℥. j. *ex resina pinea* ℥. j. *℞. terebinth. clara*, *lacrima abietina* an. ℞. *℞. ardētis opt.* ℞. vj

Misce, diligenter liquatis gummis, quæ liquari possunt seorsim, cum portione terebinthinæ, ceteris verò aridioribus grosso modo puluerisatis, congiuntanturque omnia in retortâ, quæ balneo calcutis aquæ per tres dies detineatur, inde lato obducatur, & in æstuario maneat, donec exsiccatum sit lutum; postea igne cineritio s. a. extrahatur oleum; exibat autem primò aqua, quod balsamum aquam voco, quæ seorsim debet seruari, deinde oleum, quod Balsamum dicitur.

Valde etiam inuat *oleum hyperici*, quod paratur hoc modo. *℞. summ. hyperici jamjam maturiscentis* ℥. iij. macerentur in vino odorifero diebus tribus, bulliant deinde in vase duplici obturato officio vasis. Postea exprimantur & recentis hyperici par pondus iniiciatur, iterum maceretur, coq. & exprimatur. Repetatur tertio: si vinum minuitur aliquid adde. Postea.

℞. terebinthina ℥. iij. *olei veteris clari* ℥. vi. *croci* Scrup. i.

Coq. in vase duplici vsque ad consumpt. vini, postea exprime, & à sedimento purgatum oleum repone ad vsum.

Balsamum sequens à D. Raimundo Minderero valde commendatur.

℞. terebinth Cypria, ol. hyperici an. q. v. Liquefiant simul. Singulatim etiam liquefcat *gummi elemi* q. s. ad iustam consistentiam, & addatur. Quando fere refrigerata fuerint, adde parum *ol. cera destillati*. Misc.

In Balsamorum, tamen præcipuè: calidorum, vsu cautione opus est, vt etiam monet Guil. Fabricius *cent. 3. obseru. 97.* non solum, quia vulneris labis nimis citò conglutinat, pus, quod postea generatur, intus detinetur, & grauiâ symptomata excitat: sed etiam, quia eius modi Balsama non omnium partium temperamento æquè conueniunt.

Emplastra.

Emplastra.

Vtile est emplastrum Fr. Arcæi.

Vt *℞. ol. rosac. viol. chamameli*, an. ℥. i. *axung. galline, medulle crurum vituli*, an. ℥. *℞. vermium terrest. vino lotor.* ℥. i. *butyri recent.* ℥. vi. *mucilag. althæa* ℞. *℞.*

Bulliant omnia ad consumptionem mucilaginis, deinde colentur. Colaturæ adde *litargyri* ℥. ii. *℞. minii* ℥. iij. Cum *cera alba* q. s. F. Cerotum, addendo *terebinth.* ℥. x. *mastich.* ℥. *℞.*

Vel *℞. succi rec. betonic. agrimon. sanicula, alchimilla, consolida Sarracen.* an. ℥. *℞. cera alba, sebi hircini* an. ℞. *℞. resina opt.* ℞. i. Coq. In fine adde *mastich.* ℥. i. F. Emplastrum.

Vel *℞. cera resina, picis vitrioli, cerussa, thuris albi* an. ℥. iij. *terebinth.* ℥. vi. *myrrh. rubr. ol. iunip. ouor.* an. ℥. ii. *camphora* ℥. i. *℞.* F. Emplast. addendo *ol. ros.* q. s.

Vel *℞. cera noua, resina* an. ℞. i. *sebi hircini, ping. porci* an. ℥. iij. *terebinth.* ℥. ii. *acetii* ℥. iij. F. Emplastrum.

Vel *℞. litargyri argent. ol. ros.* an. ℞. *℞. mucilag. sem. lini, rad. ireos* an. ℥. ii. Coq. ad iustam consistentiam. Adde postea *thuris mastich.* an. ℥. i. *cera, terebinth.* an. ℥. ii. F. Empl.

Vel *℞. cera* ℥. iij. *resina, picis* an. ℥. ii. *thuris albi, vitrioli cerussa* an. ℥. i. *ol. è bacc. iunip. ouor.* an. ℥. ii. *camphora* ℥. i. *℞. terebinth.* ℞. *℞.* F. Emplastrum. Sequentia ad puncturas maximè: valent.

A *℞. ol. oliu.* ℥. ii. *resina, adip. vsini, sebi hircini, taurini* an. ℥. *℞. pingued. ungula bouina,* ℥. iij. *℞. butyri muial.* ℥. vi. *litarg. argenti* ℞. i. *squama aris* ℥. i. *℞. mastich.* ℥. i. *cera noua vel ol. eiusd.* ℥. iv. F. l. a. Empl.

Maximè etiam commendat, & ad vulnera recentia lauanda, resque alienas vulnere infixas extrahendas, vt & in vicibus fœcis & putridis optimum esse suum Emplastrum scribit Raimundus Mindererus, quod vocat *Emplastrum Opoledoch magnum colcotharinum*. Descriptio, quæ extat in tractatu de calculo, cap. 7. hæc est.

℞. cera noua mundissima ℞. i. *terebinthina munda*, vel si mauius *Cypria* aut *Venetæ*, *℞. vi. gummi elemi* ℥. iij. *ol. hyperici, myrriani* an. ℥. i. *℞.*

Liquefiant simul omnia, & postquam difflexerint, adde eis sequentia. *gummi ammoniaci mundissimi, galbani, opopanaxi* an. ℥. iij. *colophiæ* ℥. vi. *munia seleta, succini albi pellucidi* an. ℥. ii. *olibani albi, mastich. purificate, sang. draconis, sarcocolla à recrementis purgata* an. ℥. i. *℞. aloes epaticæ* ℥. *℞. myrrhæ* ℥. i.

Dissoluantur gummi in aceto, iunganturque simul commodè ac secundum artem, agitando singula, ac vbi fermè refrixerint. paulatim ac studiosè iniice lapidis *Magneis preparati* ℥. vi. *croci maris ex arte sine corrosio parati iuncta præp.* an. ℥. i. *lapid. calamitar. præp.* ℥. v. *litargyri auri* ℥. i. *colcotharis indulcati seu terra vitrioli mortua ac dulcificata* ℥. ii.

Redigantur l. a. in emplastrum, quod frige facti m durefcat, ita vt distillat. Vtus est talis: Supra prunas digitis tractandum, vt mollescat, hinc pars illius in placenta modum diducatur, illaque vulnus obtegatur, & quotidie bis iterum abstergetur, malaxetur & rursus vulnere imponatur. Et sic vna eius particula aliquot vulnera sanari possunt.

Tandem vulnus cicatrice claudendum. Qua ratione autem cicatrix inducatur, supra, *part. 2. c. 2. sub finem*, dictum. Cicatricemque etiam inducunt quedam emplastra ex modò propositis.

Vtilia sunt & emplastra, quæ commendat Fr. Arcæus, *lib. 2. cap. 5.* Lecinum & nigrum Leonini hæc est descriptio.

D *℞. cerussa* ℥. iij. *ol. ros.* ℞. *℞. unguenti basilici* ℥. i. Bulliant simul lento igne baculo agitando, vsque dum fiat cerotum, qui adde *viridis aris pulueris.* ℥. iij.

Bulliant iterum, quo ad colorem flauum aut subrubrum. F. Cerotum. Nigri hæc est descriptio:

℞. litargyri ℞. i. *ol. antiqui, acetii fortissimi* an. ℞. iij. Misc. ad ignem F. Empl.

CAPVT IX.

De Cesaris Magati & Ludonici Septalii curandi vulnera methodo iudicium.

E Atque ex his, quæ hæctenus diximus, patet, quæ ratione vulnera primò obliganda sint & quomodo in eis curandis primus sit apparatus. Quo verò modo postò tractanda sunt, iam dispiciendum. Equidem Antiqui, qui de vulneribus curandis scripserunt, vt & Chcirurgi, qui vulnera tractarunt, nec in us, quæ postò agenda sint, discrepant, vt mox dicetur, sed omnes eadem ferè via incedunt. Superioribus primùm annis Cesar Magatus, in Ferratiensi Gimnasio Medicinæ Professor, *libris duobus de rara medicatione vulnerum*, quibus diligenter & accuratè omnia, quæ de vulneribus dici possunt, persecutus est, nauam, & à nullo hæctenus atten-

Epulotica.

eatam, & qua feliciffimè ac citius, quàm ab anti- quis & hætenus factam, ea curentur, sanandi vul- nera methodum promittit. Cæfarem Magatum lau- dat, & commendat, & defendit Ludovicus Septalius, *libr. 3. animaduers. Medicarum.* Vtrique ob stu- dium artem medicam iuuandi, & ægros à molesta cu- ratione liberandi, sua meritò laus debetur. Nec me tamen in publica commoda peccatarum puto, si vtriusque opinionem, sine obestratione, hoc loco perpendendam proposuerim.

Primo Cæsar Magatus, *de Vulnerib. libr. 1. cap. 33.* accusat Galenum, quod Indicationem maximi momenti prætermiserit, in aliis verò minoris mo- menti totus occupatus fuerit, scribitque, quod Ga- lenus solùm de excrementis genitis fuerit sollicitus, causam verò, vnde illa generantur, despexerit; ab- sumtionem excrementorum desiderauerit, sed eorum generationem inhibere neglexerit, nimirum de tem- peramento & calore partis parum sollicitus fuerit. Si enim temperamento & robori partis consulatur, non posse colligi excrementa tam copiosa putat, quæ curiosam hanc, imò noxiam diligentiam requirant. Calorem autem foueri & roborari existimat, si eius distillationem prohibeamus, eiusque qualitatem con- seruemus: distillationem autem prohiberi, si dese- ctam illius naturalis tegumenti, cutis puta vulne- ratæ, suppleamus, & quidem medicamento, quod qualitate temperamento partis amicum sit. Ita enim & calorem foueri, & qualitatem simili qualitate con- seruari. Atque ex his tandem concludit, vulnera ra- riùs, quàm hætenus factum, detegenda ne scilicet calor partis ab ambiente aëre lædatur, sed sub perpetuo tegumento saluus seruetur foueatur, & augeatur; & ita nouam vulnera curandi rationem proponit, de qua iam aliquid dicendum. Equidem quæ dixi, ferè totius rei summa sunt: quia tamen Autores mo- do citati prolixè hac de re agunt, res paulo cla- riùs explicanda.

Status autem controuersæ hic est: An præter vulnera singulis diebus, si non bis, semel detege- re, abstergere, nouisque medicamentis impostis iterum obligare: an verò vix septimo die semel saltem id facere. Priorem vulnera curandi ratio- nem Antiqui Medici & Chirurghi omnes ad hæc vsque tempora secuti sunt. Posteriores verò & no- uam curandi vulnera rationem se primùm Romæ vidisse scribit Cæsar Magatus, *in Præfat. libr. 1. vuln.* quæ est suspecta & parum firmis rationibus niti sibi videretur, miros tamen euentus quotidie conspiciens, cœpisse semetipsum fundamenta & ra- tiones, quibus firmaretur, accuratè perscrutari. In duobus autem nouam istam vulnera curandi ratio- nem à vulgari & communi discrepare *ibid.* scribit. Primum est, vt rarè soluantur vulnera; alterum, vt turundæ seu penicilli ac linamenta ablegentur. De utroque seorsim agemus.

An vulnera crebrè vel rarè detegenda sint.

Vulnera cu-
randi mo-
dus Magati
& Septalii.

Primo tamen eorum vulnera curandi modum pro- ponemus. Si offeratur vulnus in corpore sano alio- quin & boni habitus, in quo nec sit vas magnum, nec neruus læsus, sed in carne simplici, & sangui- nis quantum satis, effluxerit iubent vulneris labia coniungere & ad mutuam contactum adducere. Labiis unitis & ad mutuam contactum adductis, vulneri aliquid imponunt, quod & tegumenti loco sit, & calorem natium foueat, & simul vim sic- candi cum aliqua adstrictione habeat, quo affluens sanguis pro vulneratæ partis nutritione ab omni su- perflua humiditate expurgetur, & ad quandam visciditatem deducatur. In hunc usum adhibent

A *resinam terebinthinam, vel abietinam* quibus; si solidiores sint, addunt *cera* portionem aliquam ad consistentiam aquirandam. *Tacamahacam* quo- que in hunc usum commendant, quam vt melius extendi possit, emolliunt *oleo momordica*, vel *hy- perici* quarta vel quinta parte. Laudant & *Balsa- mum Peruvianum*, cui, si solidius sit, consistentiam dant *cera* addita. Vtuntur & *succo* contento in *folliculis ulmi* inspissato, item *cerato barbaro*, *diapalma*, *debetonica*, cum *tacamahaca*; vel alio emplastro parato è succis vel decoctis plantarum vulnerariarum additis *aloë*, *sarcocolla*, *sarg. dracoi.*

B *resina terebinthina, abiegnæ* exceptis. Ex his me- dicamentis aliquid linteo, quod vulneris magnitu- dini respondeat, & aliquid de adiacentibus parti- bus comprehendat, inducunt; ac vulneri imponunt. Super hoc verò tot lintea duplicata, vel triplicata quod satis sunt ad seruandū calorem naturalem partis, & ad arcendas iniurias aëris ambientis, applicant. Atque hoc modo vulnus obligatū ante quartū, quin- tū imò septimum diem non soluant; & sic vnam se- pe deligationem ad vulnus aliquod curandum suffi- cere, interdum bis vel ter deligatione facta sanari posse vulnus, scribunt. Vt tamen conspurcata lin- tea quandoque detrahantur, mundaque illorum loco imponantur, concedunt; modò id fiat citra vulneris detractionem. Simul etiam casus quosdam excipiunt, in quibus hæc curandi ratio simpliciter locum non habeat, sed antiquo modo vtendum sit, de quibus infra dicemus.

C Atque istam nouam curandi rationem antiquæ longè præferunt, & primò eam faciliorem & tu- tiorum esse argumentis quibusdam & rationibus probare conantur: deinde rationibus quibusdam an- tiquum modum impugnant, tertio causas, quibus antiqui ad frequentiorum vulnerum detractionem ad- ducti videntur, infringere nituntur, & quæ con- tra nouam curandi rationem obiciuntur, soluere tentant: de quibus ordine dicemus.

D Et I. quidem vt suam istam nouam methodum faciliorem & tutiorem, & per quam multò plures, quàm vulgatam illam, sanentur, probent, primò ad experientiam prouocant, & in specie, de vulne- ribus capitis scribit Ludovicus Septalius, quod cum in magno valetudinario Mediolanensi spacio vnius anni plerique ex vulneratis in capite, vulgari modo, frequenti vulnerum solutione, turundis, liciniis, fre- quentioribus terebrationibus & scalpuriis curati in- terissent; postea noua hac curandi ratione adhibita, vnguento scilicet vulneri imposito, labiis oleo abietino murctis, & solum bis vel ter vulnere de- lecto, semelque tantùm terebratione instituta, è quatuordecim in capite vulneratis vnum saltem in- terisse. Et Cæsar Magatus, *lib. 1. cap. 40.* con- tusa capitis vulnera cum ossis introessione viginti dierum spacio modo illo sanata fuisse scribit. Eo- dem temporis spacio vulnus capitis cum membra- narum sectione sanatum fuisse. Vulnus pila plum- bea fulmine bellico explosa capiti inflictum, sic vt ad penitiores anteriores cerebri partes globulus per- uenerit, nec inueniri & educi potuerit, triginta diebus, duobus aut tribus solutionibus integrè sa- natum fuisse.

E Deinde his rationibus, quas breuiter propone- mus, vtitur Cæsar Magatus, *lib. 1. cap. 7.* Pri- ma est, quod ista noua vulnera curandi ratio ea, quæ ad sanandum requiruntur, optimè & maxima cum securitate præstat; calorem scilicet innatum, quo natura ad suppurationem, carnis generatio- nem, & glutinandum vulnus, vt præcipuum agen- te, vtitur, quique ob sanguinis effusionem & de- lectum ac vulneratum naturale tegumentum, diffi-

An vulnera
crebrè vel
rarè dete-
genda sint.

Rationes
quibus mo-
dus Maga-
tus, nouum
seu curadi
vulnera mo-
dum antiquo
preferendum
essè putat.

patus & imbecillior redditus est, & ab aëre externo obtunditur, & alteratur, fortior & vegetior redditur, dum in hac noua curandi methodo vulnera recta seruantur. Cùm n. vulnera rariùs deteguntur, artificiale istud tegumentum naturalis tegumenti, quod cutis est, defectum supplet, & ita calor natiuus nec diffatur & dissoluitur, nec ab aëre ambiente alteratur. Et circa hanc rationem miratur Septalius, quod Galenus hunc principalem scopum, qui est calorem inartum seruandi, oriserit, & impedimentis saltem tollendis intentus fuerit.

Secundò ideo nouo hoc modo vulnera felicissimè curati existimant, quia eo maximè auertuntur ea, quæ vulnerum sanationem remorantur & impediunt. Nam cùm interea, quæ maximè impediunt vulnerum curationem, sit humorum confluxus ad partem vulneratam, istum, hoc nouo modo maximè præcaueri putant. Cum enim affluxus fiat vel transmissione, vel attractione ratione doloris aut caloris, vtrumque nouo isto modo auerti. Et enim si rariùs vulnus detegatur, ob tegumentum calorem seruari & roborari; neque dolorem concitari, quod in frequenti vulnere contrectatione & deterfione fieri solet. Ita enim incommoda omnia in nouo isto modo effugiuntur, dum pars à conueniente situ non nisi rariùs dimouetur, nisi raro neque sæpe deligatur; & quod *cap. 32.* addit, si quis flatus aut humor partem distendat, atque hinc dolor concitetur, celeriter à calore robustiore discutitur.

Tertio, ex his, quæ vulnerum curationi obstant, esse maximè expositionem vulneris aëri ambiente, à quo innatus calor alteratur & debilitatur. Hoc autem præcaueri, si vulnus rariùs detegatur.

Quarto eum Hippocrates, *de fractur. sect. 3. r. 7.* eam curationem laudet, sub qua ossa minimè abscedant: id hoc nouo modo fieri, & proinde eum perfectissimum esse statuit; idque suo exemplo probat Magatus, cùm hoc modo capitis vulnera cum insigni ossis læsione, vt quilibet magnam ossis portionem abscessoram iudicaret, curauerit, ita vt nihil abscesserit.

Quinto ideo hunc nouum curandi modum præferendum putat, quod pauciora sub eo excrementa, quàm sub communi & vulgari, generentur; quod experientia manifestum esse scribit.

Sextò & hoc adfert Cæsar Magatus, *lib. 1. cap. 32.* quod peregrina corpora, quæ à Chæirurgis in principio educi non poterunt, & naturæ opus requirunt, facilius propellantur; si vulnera rariùs detegantur idque ideo quod calor naturalis in isto nouo modo rectius seruetur foueatur, & augeatur, vt ratione prima dictum.

Septimo & hoc loco allegato profert; quod medicamenti primo apparatu adhibiti vis in hoc nouo modo vsque ad perfectam agglutinationem optimè perduret, præsertim si sit eius essentia, vt non promtè dissipetur. Neque etiam ab excrementorum miscella id corrumpi posse putat cum effatu digna excrementa non generentur.

II. Antiquam curandi vulnera rationem itidem reiciunt experientia & ratione ducti. Experientia quidam quod, vt antea dictum, ægri pauciores & minùs feliciter sub antiqua, quàm noua medendi ratione conualescunt. Rationes autem has afferunt.

Prima est, quod sub communi & vulgato modo pars vulnerata ambienti aëri exponatur, atque inde calor eius naturalis dissoluatur, offendatur, ac debilitetur, inde & pars ad affluxum humorum suscipiendum obnoxia reddatur, & coxio in ea minùs feliciter perficitur, atque ita copiosiora excrementa, impedimento naturæ futura, generentur.

Deinde ex frequenti vulneris solutione, contre-

A Statione, & motu partis, deterfione, nouorum medicamentorum impositione ac deligatione nouo dolorem excitari, qui fluxionis causa sit, inquitur. Fieri enim minime potest, ait Cæsar Magatus, *lib. 1. cap. 32.* quin, dum partem tractamus, aliquis excitetur dolor, & quidem eò maior, quò vulnus maius est, & in parte exquisito sensu prædita. Partem enim in vulneris solutione & noua obigatione à situ priore dimouere cogimur. Medicamenta detrahimus, pus abstergimus medicamenta noua imponimus, vulnus iterum obligamus; quæ operationes omnes sine dolore perfici non possunt.

Tertio obiciunt, quod, si vulnus sæpiùs soluetur, & detegatur, multum colons & spirituum exhalet.

B Tandem etiam naturam, quoties soluitur & detergitur vulnus, toties interturbari, & à proprio munere distrahi existimant.

III. Causas & rationes, ob quas antiquis necessarium visum fuit, & hodie vulgò necessarium videtur, vulnera sæpiùs detegere & medicamenta noua imponere, hoc modo infringere conatur Cæsar Magatus, *lib. 1. c. 1.* & Lud. Septalius, *lib. 8 animadu. med.*

Primo pro vulgata sententia hoc assertur, quod in cauis vulneribus semper duplex excrementi genus, crassum & tenue generetur, vt ex Galeno, *3. meth. med. cap. 9.* patet & proinde semper habeatur, quod exlicari & abstergi debet, ac propterea vulnus quotidie soluendum sit, vt pus abstergi, & noua medicamenta imponi possint. Quæ n. primò. apponuntur, vires suas integras diu seruare non possunt, cùm à calore partis dissoluantur, & ab excrementorum permissione corrumpantur. Si vero excrementa non excidentur & expurgentur in vulnere retenta carnis generationem & vulneris conglutinationem impediunt, atque acriora euadunt, imò sæpe putredinem concipiunt, vnde dolores, inflammationes, abscessus, vermes, gangriena prouenire potest.

Ad hoc autem ita respondent primò quod à pure nihil periculi imminet; cum non necessariò in vulneribus magna eius copia generetur, scã rùm solam, vbi ob frequentem eorum detectionem calor natiuus debilitatur. Neque ad ea absumenda variorum medicamentorum impositione opus esse dicitur; cùm internarum partium vulnera, epatis, pulmonum, linguz, & aliarum, in quibus tutandas aut linamenta vnguentis illita applicare non licet, à natura nihilominus sanentur. Et licet admittatur, vt Cæsar Magatus, *lib. 1. cap. 44.* scribit, quod duo excrementa, tenue scilicet & crassum, in vulnere generentur, ob id tamen crebram vulneris detectionem non esse necessarium putat. Tenue enim excrementum partim per insensibilem halitum digeri, partim à calore extra vulnus propelli; crassum verò à principio adeo esse exiguum, vt medicamentis, que ipsum detergant, non indigeat: procedente vero tempore cum pure confundi, & à natura cum eo expelli.

Secundò & ea de causa vulneris frequentior detectio necessaria censetur, quod interdum manuali operatione opus est; cùm in cavitatibus vulneris multa excrementa colligantur, quæ à medicamentis expurgari non possunt, sed manus operatione abstergenda sunt.

Id verò negat Cæsar Magatus *cap. 44.* vbi statuit, excrementa in vulnere genita, partim per halitum insensibiliter digeri partim sensibiliter à natura per vulnus expelli, quando idoneus adest effluxus, non autem in cavitatibus vulneris detineri.

Tertio ideo vulnera sæpiùs detegenda esse vulgò statuitur, vt pro vario vulnerum statu varia medica-

III
Rationes
cur an igo
vulnera it-
pe detex-
tine. & casti
refuratio
Magati.

II.

II.

II.
ationes
vulneribus m'o-
reiciunt
antiquam
grandi mo-
am Maga-
& Septa-
us

menta imponi possint; primò suppurantia seu digestiua, deinde abstergentia, carnem generantia, quandoque carnem superfluum detrahentia, tandem cicatricem inducentia. Quæ omnia eum vno medicamento perfici non possint, sæpius vulnera solvenda sunt, ut cuique vulneris statui convenientia medicamenta imponi possint.

Ad hoc argumentum respondere conatur Cæsar Magatus, *lib. 1. cap. 44.* in antiquo quidem curandi modo hoc necessarium esse, sed non in nouo, utpote in qua excrementorum cura pro maiori parte ipsi nature committitur: & *cap. 37.* scribit, se naturæ totum negotium committere, & satis esse, ut medicamentum vicem gerat tegumentis, & naturalem calorem foueat ac tuncatur, & eandem medicinam posse in omnibus vulneribus tegumentum rationem subire. Et se obseruasse dicit, solius digestiui vulgaris ope vulnera suppurata, expurgata, & carne repleta fuisse. Medicamenta autem sola corpulentia, dum caloris effluxum prohibent, & ab externis iniuriis defendunt, id præstare putat: non verò multum referre, quæ qualitas corpulentia adiuncta fuerit; præsertim cum eligantur plerumque medicamenta, quæ caloris sint temperati, naturæ nostræ cognati.

Tandemque concludit Magatus; quolibet medicamento conuenientis corpulentia, quod delectum & corruptiuum non existat, aut adeo acie ac mordax sit, ut fluxionem concitet, posse omnia vulnera curare, quæ sanabilia sunt, carne repleti.

Quartò, ideo etiam vulnera frequentius detegenda esse censetur, ut cognoscatur, qui effectus appositæ medicamenti fuerit, & num quantum satis exsiccarit, necne, & an vulnus humidum, nec ne ut siccauita proportione humiditati respondeant eum humidiora vulnera sicciorebus medicamentis sint curanda, ut Galenus *3. med. uet. cap. 3.* docet.

Ad hoc verò respondent Cæsar Magatus & Ludouicus Septalius, istam ob causam non opus esse frequenti vulneris detectione, cum in ista noua curandi methodo excrementorum cura non medicamentis sed naturæ & naturali colori committatur, & in eo solum fouendo laboretur.

Quintò, & ea de causa frequentior vulneris deteção necessaria videtur, ut status vulneris cognoscatur, & quæ superuenire possent symptomata præcaueantur, & ea, quorum mentionem facit Hippocrates, *1. prædict. text. 18. 5. aphor. 65. 66. 67. 6. aph. 4.* cognoscantur.

Ad quod respondent, ista omnia aliis modis cognosci posse, ex pruritu, dolore, fœtore, dolore pulsante, febre horrida, grauitate in parte, vel similibus. Et omnino oculos mentis acutius videre, quam corporis oculos.

Sextò & ea de causa vulnus sæpius soluendum videtur, ut fasciæ & puluini ac linteamina imposita mandentur: quod Hippocrates, *lib. de offic. Medic. sect. 2.* & Galenus in *comment. præcipit*; eum sordeseius modi pruritus, dolorem, & inflammationem tandem excitare possint.

Ad quod respondet Septalius, & fascias quidem permutari posse concedit, modò vulnus non detegatur.

Septimò ea quoque de causa fasciæ & tegumenta vulneris sæpius mutanda videntur, ut halitus prauus in vulnere geniti exhalare possint, qui conclusi partem vulneratam male afficiunt, eiusque temperamentum immutant.

Verùm & ad hoc respondet Magatus, non tot & talibus lenteis, neque adeo arctè deligendam esse partem vulneratam, ut vapores prauus supprimantur. Et si pus exitum habeat, multo magis vaporosa ex-

crementa diffusi posse. Ac licet retineantur, nunquam tantum afferre damnum, quantum ex vulneris deteção prouenit.

Verùm enim vero ut meam de ista controuersia sententiam aperiam, equidem Virorum Clarissimorum & cum honoris præfatione nominandorum, Cæsaris Magati & Ludouici Septalii, laudi nihil detraçtum volo: nodum tamen in scirpo mihi querere, & causis non sufficientibus moti antiquum sanandi vulnera modum reprehendere, & nouum commendare videntur. Primò enim ipsi fateri necesse habent antiquo isto curandi modo per tot retrò secula multa & grauissima vulnera feliciter curata fuisse: Deinde nec hoc distiteri possunt, nouum istum modum solum locum habere in vulnere simplici, vulnerato sanique bonique habitus existente, in quo neque magnum vas sit insisum, neque neruus læsus. Id quod & nos admittimus. Talia enim vulnera cum nihil periculi coniunctum habeant, & à sola natura etiam sine medicamentorum ope curari possint, non probamus eorum seu curiositatem seu intempestiuam diligentiam, qui sine urgente causa vulnus sæpius, & quotidie, non solum semel, sed bis vel ter detegunt; & concedimus, ac vltro id notum est. leuius eius modi vulnera, vellardo, vel simili reposita, & vix bis deligata, sponte & à natura sanari. Contra verò ipsi agnoscunt, & fateri necesse habent, multa dari vulnera, in quibus curandis talia naturæ impedimenta afferuntur, ut sic à Medico non tollantur, natura ad vulnus vniendum par non sit, & proinde simplex ille apparatus in iis non sufficiat. Et omnino si aliquid in vulnere agendum, quod sine manuali operatione perfici non possit, si medicamentum necessarium imponendum sit, & periculum adsit, qui statim succurrendum sit, solutionem vulneris concedunt. Si enim, ut Septalius casus hos ponit corpus sit cacochymicum, vel vas aliquod magnum sectum, aut neruus læsus, si caro simul sit conuulsa, quæ suppuratione opus habeat; si vulnus sit angustiorificium, neque pus exitum habeat; si os aliquod sit læsum, aut nobilis pars detecta, & proinde manuali operatione opus sit; si multum puris & excrementorum in vulnere generetur, à quibus dolor, partis corruptio, inflammatio, vermium generatio prouenire possit; si caro luxuriet; si dolor vehemens adsit; si inflammatio vel gangræna metuatur; si osficulum vel aliud corpus, quod eximendum est, in vulnere hereat: aut, ut casus hos refert Cæsar Magatus *lib. 1. cap. 38.* si caro nimium exetescat; si hæmorrhagia urgeat, si gangræna & coctio partis imminuat, si ingens putredo & sorditudo adsit, excrementa multa cumulentur, inflammatio partis imminuat, peregrinum corpus in vulnere hæreat, abscessus superueniat, dolor adsit, pruritus, fœtor ossa fracta sint: in istis casibus omnibus simplicem illam deligationem non sufficere, sed antiquorum illum operosorem apparatus necessarium esse vltro concedunt.

Qua propter cum exceptiones regulam superent, eique derogent, rarissimè illum nouum curandi vulnera modum sufficere, & plerumque grauissima mala, si vulnus demum quarto, quinto, vel septimo die soluatur, superuenire posse putamus. Ideoque etiam si libenter concedimus, vulnera citra necessitatem non sæpius detegenda, & aëri ambiendi temerè exponenda esse: tamen cautio quoque adhibenda, ne si tardius & rariùs detegantur, mundentur & medicamenta necessaria imponantur, damni & periculi aliquid ægro attrahatur. Itaque affirmatur quidem, sed non probatur, nouam istam curandi vulnera rationem antiqua esse faciliorem, breuiorem, minus molestam, & tutiorem. Sit enim, quod sit minus molestam,

Exam
generale
opinionis
Magati &
Septalii.

lesta, breuior & facilior: tutior tamen non semper est. Quis enim eam tutò in vulneribus illis profundis & angustis, quæ pungendo & telo acuto non crasso inferuntur, adhibere, & vulnus tale, tegumento aliquo saltem imposito, naturæ committere, & autem septimum diem non soluere ausit? Equidem naturæ vulneris conglutinationem molientis intentio tum etiam recta est; sed accidere potest, vt in superficie vulnus conglutinet, antequam in profundo sit conglutinatum; vnde in profundo pus colligitur, quod magna pericula affert, & proinde tale vulnus iterum aperiendum sit, vt experientia sæpius docuit.

Verùm vt in specie vniuersæ partis argumenta, consideremus, primùm ea argumenta, quæ Viros Clarissimos, Cæsar. Magatum, & Ludouicum Septalium in hanc sententiam adduxerunt, perpendemus.

Primò experientiam quod attinet, habet eandem pro se etiam antiquus curandi modus; cum nemo negare possit, infinitos grauissimè vulneratos eo curatos fuisse. Non tamen impedio, quin quilibet experientiam consulat, & inquireat, an melius aliquid inuenire possit; modo id sine ægri damno & periculo fiat. Quod verò in specie de vulneribus capitis affert Ludouic. Septalius, & plures in valetudinario Mediolanensi conualuisse, quàm antiquo illò modo, scribit, non in specie explicat, qualia hæc vel illa fuerint. Possunt enim vulnera capitis alia esse lethalia, alia curabilia. Cæsar Magatus verò et si vulnerum capitis quorum exempla affert, qualitates describit: tamen id non probat, ægros obnouum idum curandi modum sanatos fuisse, & non conualituros fuisse, si antiquus modus adhibitus fuisset. Ipse enim rectè sæpius inculcat & clarè scribit; quod vulnera curat, naturam esse, non Medicum, aut medicamenta: namque si pus mouere oporteat, hoc à natura perfici; si caro sit generanda, & callo ossa fracta firmandæ, hæc eius esse opera; si agglutinandum, id eam præstare; si excrementa expellenda hoc esse eius munus. Et ob robur naturæ sæpe miracula in vulneribus accedunt, imò quod ipse *cap. 37.* probat, fortem naturam etiam errores Chæirurgi in curandis vulneribus tolerare & vincere. Et possunt procul dubio Chæirurgi, qui antiqua methodo vtuntur, similia exempla producere. Studiosus ille, qui per thoracem, pulmone vulnerato, transfossus fuit, cuius *lib. 2. Practic. part. 2. cap. 11. & supra cap. 3. de pulmonum vuln.* mentionem feci, intra mensis spacium curatus fuit; cuius vulneris cura cum internum fuerit, naturæ potissimum, & neque antiquo neque nouo curandi modo adscribi potuit. Vulnus œsophagi 24. die cicatrice obductam fuisse, refert Glandorpius, in *speculo Chæirurgi obseru. 30.*

Deinde equidem ipsi facile concedo; crebras istas terebrationes, quæ interdum exercitii potius, quàm necessitatis causa institui videntur, non semper tutas esse, & sæpe ægro plus damni, quàm commodi adferre. Quod verò capitis vulnera, non nisi ante quintum vel septimum diem detegenda sint, non facile concesserim: cum talia vulnera partes varias transeant, & varia excrementa cumulent, & plerumque sanguis inter cranium & crebri membranas colligatur, qui propterea maturè euacuandus: quæ de causa quoque terebratio & perforatio cranii interdum necessaria est, ne retentus putrescat, ac graui symptomata, imò mortem ægro afferat: quod etiam facile fieri posset, si tam rarò vulnera ista soluerentur & detegerentur.

Secundò rationes, quas adferunt Cæsar Magatus, & ex eo Ludouic. Septalius, tanti momenti non sunt, vt propter eas vulgatus vuln. curandi modus reiciendus sit. Primò maximè hoc vrgent, &

A in eo ferè fundamentum istius sententiæ positum est, calorem partis vulneratæ conseruandum esse & Galenum accusant, quod maximi momenti Indicationem omiserit, & in aliis parui momenti rebus, excrementorumque in vulnere generationi intentus fuerit, cum si calor innatus seruetur, pauca etiam excrementa quæ vulneris glutinationi obesse non possint, generentur. Vbi libenter concedimus, fatemurque, Naturam, vt aliorum morborum, ita & vulnerum esse medicatricem, eamque solam caloris innati beneficio, non verò medicamenta, glutinationem vulneris perficere, & propterea calorem & temperiem partis naturalem studiosè seruandam & fouendam esse. Id quod et si Galenus, vbi ex professo de vulnerum curatione agit, præterit (an bene vel malè iam non disputo:) tamen aliis in locis passim inculcat, nullam fieri posse vulneris sanationem, nisi pars suam naturalem temperiem obtineat; & ea ipsa medicamenta, quæ dicuntur sarconica, ad partis calorem conseruandum comparata sunt, vt *cap. præced.* dictum. Verùm duo hic quæruntur, primum est, an nouo isto medendi modo rectius calor natiuus conseruetur, quàm antiquo; & an in antiquo modo necessaria plura, in nouo pauciora excrementa generentur; Alterum est, an solius caloris natiui conseruatio ad sanandum vulnus sufficiat. Vtrumque negamus. Primum quod attinet, monstrabitur in sequentibus argumentis, raram vuln. detractionem calori innato sæpe plus officere, quàm professe, contra verò frequentior, & quoties opus est, vulneris detractionem, calori innato non efficiere: Ideoque non ob vulneris detractionem, sed ob caloris debilitatem, aut constitutionem partis aut corporis excrementa generari. Cum enim in vulnere sanguis effundatur, hinc calor & spiritus dissipatur, parsque debilior redditur, vnde etiam in coctione, quæ in parte fit, plura excrementa generantur. Et quod nunc pauca, nunc plura excrementa in vulnere generantur, non fit ideo, quia vulnus rariùs vel frequentius detigitur, sed quia totum corpus & pars vulnerata ad excrementa plura vel pauciora generanda disposita sunt. Quantum verò ad alterum,

B calorem innatum ad vulnus sanandum solum non semper sufficere apparet, cum tot impedimenta sæpe obiciantur, vt nisi ea à Medico, & quidem sæpius singulis diebus: remoueantur, nullo modo natura finem suum assequi possit. Pus in primis & excrementa, quæ in vulnere colliguntur, euacuanda sunt: hisque etiam interdum, & vbi opus, per turundas exitus parandus; medicamenta, quæ calorem foueant excrementa exsiccent, earumque generationem impediunt, & vulneris glutinationem adiuuent, sæpius imponenda; cum semel imposita à pure & sanie abluantur, ac debilitentur, & alias à calore partis eorum vis dissipetur. Et quanquam Galenus, vbi de medicamentis ad vulnera sananda necessariis agit, in specie medicamentorum calorem naturalem fouentium & conseruantium mentionem non facit: (quod fieri debuisset, non inficior) tamen passim alibi monet, calorem & temperiem partis vulneratæ esse conseruandam, & nisi temperies partis sese rectè habeat, vulneris sanationem felicem fieri non posse: & medicamenta illa ipsa, quæ passim proponit ad excrementorum vulneris exsiccationem, calore fouent, & *cap. præced.* dictum, mihi videri, medicamenta illa digestiua & sarconica ac glutinantia potius ad caloris natiui conseruationem, quàm ad aliud quid præstandum, comparata esse.

Secundum, quod Magatus pro suo nouo curandi vulnera modo affert, est, quod fluxus humorum non conciteretur, cum & partis calor seruetur, neque dolor; qui fluxionem concitat, frequenti contrecta-

Examen
speciale rationum
Magati & Septalii.

tione excitetur. Verùm vt in sequenti ratione dicitur, in rara ista vulneris deteptione calor partis non melius conseruatur, quàm in antiquo modo. Dolorem verò, qui in vulneris deteptione, mundatione & deteptione, ac medicamentorum nouorum impositione & deligatione noua excitetur, quod attinet, Cheirurgi periti est, ita partem vulneratam tractare, vt quam minimus dolor excitetur. Neque in puris euacuatione pars comprimenda, sed id leuissimè deteigendum: nisi fortè vulnus sinuosum sit. In talibus enim vulneribus compressio sinus & utilis & necessaria est; imò ad pus exprimendum fundo sinus etiam puluilli imponendi. Ac tunc commodum, quod ex momentaneo illo dolore oritur, longè maius est quàm incommodum.

Tertio nec id alicuius momenti est, quod in nouo isto modo pars vulnerata rariùs aëri ambiēti obiiiciatur, quàm in vulgari. Commodum enim, quod ex vulneris mundatione ac medicamentorum necessariorum applicatione oritur, longè maius est, quàm damnum, quod aër ambiens admissus affert. Quod incommodum tamen magna ex parte præcaueti potest si vulnus non in frigido aëre, sed calidiore vel temperato detegatur, idque non sæpius fiat, quàm necessitas postulat; atque ante vulneris deteptionem omnia, quæ ad nouam deligationem necessaria sunt, prius apparentur, omniaque quàm celeritè peragantur.

Quarto nec ob id noua ista curandi ratio antiquæ præterenda est, quod in vulnere capitis, quod abicellurum putabatur, seruatum fuit. Nondum enim probatum, quod idem non futurum fuisset, si antiquus curandi modus adhibitus fuisset; cum quotidie obseruetur, etiam eo adhibito, ossa, quæ abscessura videbantur, iterum reliquis agglutuari.

Quinto affirmat quidem Magatus, quod sub nouo isto modo pauciora excrementa colligantur, quàm sub antiquo: sed id non probat, ac semper præsupponit calorem inritatam rectius conseruari, si rariùs detegantur vulnera, quàm si frequentius. Atque excrementa quidem plura prouenire vitiosa partis coctione concedimus, sed hoc negamus, quod ea solum fiant à debilitate caloris ab aëre contracta; cum eius plures causæ esse possint, nimirum vitiosorum humorum in corpore abundantia & ad partem vulneratam confluxus, vasa magna plurimum sanguinem fundentia, pars contusio, & similes alie.

Ad sextum argumentum respondemus & concedimus quidem, quod ossiculorum & peregrinorum corporum à natura feliciter fiat expulsio, si calor partis sit fortis: hoc tamen iterum probandum, & non præsupponendum est, quod calor innatus rectius conseruetur & roboretur in rara illa vulnerum deteptione, vt ad primum argumentum dictum est.

Tandem & hoc affert, sed non probat, Magatus, quod vis medicamenti primò appositi ad perfectam agglutinationem integra durare possit: de quo postea in causis, ob quæ vulnera sæpiùs detegenda sunt, ratione prima dicitur.

Iam etiam argumenta perpendenda sunt, ob quæ antiquam vulnera curandi methodum reiciunt. Experiētiā quod attinet, abhuc sub iudice lis est, vtri modo palma debeat; cum negari non possit, infinitos antiquo modo hætenus curatos esse. Et omnino hic notandum, in curatione vulnerum multa sæpe arti & artificio tribui quæ potius naturæ tribuenda essent, quæ est morborum medicatrix. Et conficitur ipse Cæsar Magatus, *lib. 1. cap. 31.* naturam robustam etiam errata corrigere, nocentia spernere; idque se ipsum expertum fuisse, qui ludens &

quasi per otium obseruare voluerit, quid natura in robustioribus corporibus præstare poterit; ideoque medicamenta minus commoda adhibuisse, ægrumque nihilominus naturæ ope conualuisse.

Rationes verò, quas contra antiquum modum obicit, quod attinet, prima hæc est: quod ambiēti aëri pars vulnerata sæpius obiiiciatur, vnde calor eius debilitetur, & hinc copiosiora excrementa cumulentur. Verùm quod ambiēti aëri crebrius in vulnus admissio toties imputatur, & ea saltem de causis copiosiora excrementa non in vulnere colligi dicitur id probatur.

Copiosa enim excrementa non ab aëre proueniunt, sed alias causas habent. Aëris enim exiguus ille appulsus, qui tamen, quantum fieri potest, vitandus, & operatio in loco calido propterea peragenda, tam magnam alterationem asserre non potest. Deinde excrementa etiam colliguntur, quia sanguis & humores è vasis elapsi, necessariorum in pus & saniem mutantur, etsi partis temperies salua sit. Ipsam autem partis temperiem ab ipso vulnere & vasorum sectione atque apertura, sanguisque & spirituum effluxu laedi, negari non potest, atque id ipsum prolixè probandum suscipit Cæsar Magatus. *lib. 1. cap. 8.* Atque hæc ipsa partis ob vulnus inflicta, debilitatio & intemperie mutatio causa est, vt non statim primis diebus in vulneribus pus generetur, sed quarto plerumque primùm die, vbi scilicet natura vires collegit, partisque calor redintegratus est. Præterea corpora, quibus vulnera infliguntur, non semper exactè sana ac pura sunt, sed sæpe cacochymia, etsi exactè sana videantur; quæ etsi leue aliquod vulnus accipiunt; id in eis in vlcus degenerat, propter humores vitiosos ad partem vulneratam affluentes.

Quod secundò obicitur, ex frequenti vulneris solutione, contrectatione & motu partis dolorem, & hinc fluxionem ad partem vulnere affectam excitari, ad id iam antea responsum est. Nimirum peritum Cheirurgum facile dolorem istum præcaueti posse, & licet aliquis dolor ex vulneris deteptione excitetur: tamen incommodum & dolor, qui ex recentis excrementis oriretur, longè maior & periculosior esset.

Tertio frustra metuit Magatus, ne in vulneris deteptione spirituum & caloris dissipatio fiat. Nam si quæ spirituum & caloris dissipatio sit, ea sit cum ipsa sanguinis profusione. Hæc verò vbi substitit, vasorum officina iterum conuenit, vt de tali spirituum dissipatione metus nullus sit; & natura aliàs de spirituum & caloris conseruatione sollicita excrementa expellit, vilia retinet, vt in criticis euacuationibus fieri videmus.

Quarto tandem & hoc obicitur, quod quoties soluuntur & deteguntur vulnera; toties turbetur & à proprio munere distrahatur natura. Verum frustra hoc metuitur. Neque enim natura breui illo temporis spacio, quo vulnus iterum obligatur, in opere turbari potest; nisi magna alteratio accedat. Turbatur potius, si vulnus ab excrementis non mundetur.

III. Causas quibus addicti fuerunt antiqui, & ad nostra vsque tempora Chierurgi omnes, vt vulnera toties soluerent, solidè non refutant Cæsar Magatus & Lud. Sepralius.

Nam primò, quod ideo vulnera sæpius detegenda esse statuitur, vt excrementa illa quæ necessariorum generantur, euacuentur; id quidem non necessarium esse statuunt, cum teruè excrementum partim per halitum digeri, partim à calore extra vulnus propelli possit; crassum verò, si quod generetur, cum pure confundi, & à natura cum eo

expelli. Verum falsum esse experientia docet, quod tenuis excrementum semper per halitum digeratur, cum saepe vulnus valde humidum reddat; & magna copia effluat, Crassum verò etsi puri miscetur, tamen spontè totū non euacuatur, etsi euacuatur tardius id & sit, propterea retentū acrimoniam acquerit, & dolorem ac nouum affluxum parit, ideoque maturè, antequam hoc fiat, euacuandum & abstergendum, & propterea valnus, quoties opus, detegendam. Neque etiam Natura excrementa hæc expellit. Natura quidem vile ab utili separat; ac vbi excrementum iam ab util. separatum est, & in vulneris cavitare hæret, non amplius in naturæ potestate est, nec natura id expellit, & potest, sed vel spontè & pondere effluit, vel à succrescente carne protruditur: quod si non fiat, in vulnere relinquitur. Neque etiam semper pars vulnerata ita potest collocari & situari, vt pus deorsum tendens gravitate sua, sponte effluat. Omnia enim vulnera partibus corporis anterioribus inflicta ad talem situm, qui spontaneo puris effluxui commodus sit, inepta sunt; cum commodum non sit, ægrum prorsum iacere. Posterioris etiam partis corporis vulnera etsi in comparata sint, vt faciliè pus inde effluat, possit; tamen decubitus in partem vulneratam commotus non est, sed molestus & laboriosus; cum tota corporis mole statim affectam premat. Et multo magis in vulneribus capitis caluatiā penetrantibus sitis faciliè haberi non potest, vt omne pus sponte sua & pondere gravitatis effluat, etsi vulnus non detegatur.

Quoniam tandem cedit Magatus, sed toto capite non. I. probare conatur non necessarium esse, vt vulnera saepe detegantur, abstergendorum excrementorum crassorum gratia; & monstrare nititur, excrementa crassa, & pus etiam, sine abstergentium vsu iacuari posse. Et primo quidem ex Galeni hoc asserit, quod 13. meth. med. cap. 5. scribit: *Quis si pus aliquod notabile in suppurante particula sit contentum, non expedit, quod nonnulli faciunt, proinus incidere, imò exhalationem moliri medicamentis ad id valentibus, quorum usus ex affectu sit coniectatus:* hinc concludit, quod abstergentibus non opus sit, sed discutientibus pus possit discuti. Verum vt iam de eo non disputem, an saturatum sit, in abscessibus pus discutientibus absumere velle, sit sanè, vt hoc fieri possit: tamen ad id medicamentis valentib. & fortibus opus esse ipse scribit. Ac quando talia in vulneribus parvis discutientibus adhibentur? Deinde scribit, quod in abscessibus ruptis saepe sinus notabiles & copiosum pus emittentes, carne repleantur, nulla austergente in cavitatem immisso, sed soli osculo admoto medicamento, ex quo nihil eius ad fundum possit peruenire. Verum respondeo, hoc non semper fieri, sed saepe medicamentis abstergentibus iniectis opus esse; ac sit talia non adhibeantur, sinum comprimendum esse, vt pus effluat & exprimatur, idque saepe faciendum esse, atque ea de causa vulnus etiam saepe detegendum nec pus in tali sinu detinendum esse. Tandem etiam interna vulnera sanari dicit, etiam si fordes & excrementa non abstergantur.

Verum respondeo hoc non semper fieri, sed in his saltem partibus in quibus pauca excrementa colligantur, & patentem ac prorsum exitum habent. Alias si excrementa detinentur, vulnera illa non sanantur, id quod in pulmonibus saepe fieri videmus, in quibus ex retentis excrementis vlcera & tandem phlegmæ generantur. Et quidem ita saepe vulneris partibus pus & excrementa tenaciter adhærent, vt spontè non effluant, sed manuali etiam operatione detegenda sint.

Tertio quod ideo vulnus detegendum sit, vt pro

A vacio vulneris statu nunc digestiua, nunc abstergentia, nunc carnem generantia, nunc eandem superfluam absumentia adhiberi possint: ad id quidem respondet Cæsar Magatus, ista mutatione medicamentorum opus non esse; cum totum negotium naturæ committatur. Satis esse, si tegumentum saltem, quod corpulentia sua caloris effluxum prohibeat, vulnere imponatur, quod calorem conferuet, & propterea vno medicamento diuersis temporibus vulnus aliquod curari posse. Verum falsa hic principia præsupponuntur. Primum est quod natura omnia, quæ ad vulneris sanationem necessaria, sola præstare possit. Equidem natura coquit, alienat, separat, carnem generat: verum excrementa separata sola non potest expellere, sed saepe ea tenacia sunt & partu adhærent; neque etiam illa per se spontè semper effluunt, aut membrum ita locari potest, vt spontè effluant, vt modò etiam dictum. Ideoque tum medicamentis opus est, quæ ea abstergant, imò saepe manuali opera, quæ ea detegat. Alterum est, quod natura in opere suo nullis medicamentis, quibus adiuuetur, indigeat; quod falsum esse, ipsa experientia constat, quæ docet, digestiua in principio vtilia esse, in morbi progressu noxia: id quod ipse Cæsar Magatus confiteretur, qui lib. 1. cap. 37. scribit, se obseruasse, digestiua vsu vulnera scelopetorum grauissima inflicta suppurata, expurgata & carne repleta fuisse, sed postea ob nimiam humiditatem supercreuisse carnem quæ erodentibus indiguerit. Tertium, quod hinc consequitur, etiam falsum est, quod vnicum medicamentum toto morbi tempore sufficiat, modò corpulentia sua tegumenti loco esse possit. Hoc enim si ita se haberet, loco emplastri corium aliquod imponere liceret, aut quodcumque emplastrum pro quocumque vsurpare, modò non deleterium, acre & mordax sit: quod tamen nemo prudens Medicus fecerit. In qua re etiam sibi expressè contradicit Magatus, qui, cap. 36. eiusdem libri, rectè scribit, non quodlibet tegumentum vtrunque paratum aptum esse ad tuendum & roborandum calorem naturalem, sicut cuiusque partis temperiei conuenit, & quod in vna parte docens tegumentum est, in alia parte inconueniens imò noxium tegumentum esse posse.

Quartò, cum vulgo doceatur, ideo etiam frequentius vulnera esse detegenda, vt effectus medicamenti cognoscatur, & an vulnus sit humidum nec ne, vt conuenientia siccantia apponi possint; ad id respondet Cæsar Magatus, ista sollicitudine opus non esse, cum totum negotium Naturæ committatur. Verum malè hoc statuit. Natura enim quidè semper id quod optimum est, intendit, tamen semper quod intendit obtinere nō potest, vel quia debilis est vel quia obiectum, in quod agit, copia obruitur: ideoque & temperies partis vulneratæ fouenda est medicamentis, & quidem aliis alio tempore, & extremis, quibus natura obruitur, exsiccanda & euacuanda. Itaque naturæ omnè rem cōmittere, & otiosum spectatorem esse temerarium est; cum faciliè fieri possit, vt humiditate in vulnere abundante, id in vicus degeneret.

Quintò & ea de causa vulnerum paulò frequentior detectio necessaria est, vt vulneris status cognoscatur, & superuentura symptomata præcaueantur. Equidem & istam causam tenet Cæsar Magatus, & ex aliis signis, pruritu, dolore, factore, & omnino rectius artificiosa coniectura & oculis mentis, quam corporis cognosci posse statuit: cum illi acutiùs quam hi videant. Verum coniecturæ istæ saepe sunt incertæ. Imo quædam vulneribus accidere possunt, quæ non nisi oculari inspectione innotescunt, vt fungi cerebri, vermes in vulneribus,

caro supercrefcens. Et licet quædam tandem signis A
se prodant: tamen non tutum est, vt Medicus otio-
sus spectator fit, donec talia signa, dolores, febres
fætor & similia accedunt. His enim superuenientibus
æger plerumque in magno periculo versatur, quod
oculari inspectione prænoscere & auertere par erat
& tutius; & sæpe vnius diei, imò paucarum hora-
rum spacio graue aliquod malum superuenire potest.
Ita refert Paræus, vulnera sibi visa, in quibus, nisi
quotidie soluerentur, & medicamenta noua impo-
nerentur, vermes oriebantur.

Sextò & ea de causa vulnus interdum sæpius de-
tegendum, vt fasciæ, puluilli, & linteamina munda-
rentur. Sed id non magnificiunt Cæsar Magatus &
Ludouicus Septalius, aut si omnino fascias mutare
libeat id concedunt, modò vulnus non detegatur.
At cogitare debebant, si fasciæ immundæ sunt, mul-
tò magis vulnus & propiora vulnere tegumenta im-
munda futura; eùm sanies ea maximè, quæ vulnus
proximè contingunt, inquinat.

Tandem cum & ea de causa frequentior vulneris
dectio, & fasciarum ac puluillorum mutatio ne-
cessaria videatur, vt halitus prauis in vulnere ex pu-
re & excrementis geniti, axhalare possint, qui de-
tenti & conclusi partem vulneratam afficiunt, eam-
que immutant: Respondet Septalius, non tot & ta-
libus linteis vulnus obligandum esse, vt vapores illi
supprimantur: & si pus exitum habeat, multo ma-
gis vaporosa illa excrementa diffari posse putat: &
si omnino retineantur, non tantum allatura dam-
num, quantum ex vulneris dectioe & aëris ambi-
entis alteratione prouenire possit.

Verum quocunque modo etiam vulnus obligatur,
(quod tamen, ita obligandum esse, vt ab externis
iniuriis defendatur, ipsi concedunt) facile vapores
illi detineri, imò ipsis linteaminis & fasciis sese in-
sinuare possunt, & hinc fætoe suo partem vulnera-
tam offendere. Et hoc ipsum in quæstione est, an
pus omne euacuari possit, nisi vulnus sæpius dete-
gatur. Alteratio quoque, quæ fit ab aëre externo,
tam noxia esse non potest, cum nullius prauæ quali-
tatis sit particeps, quam ea, quæ à vaporibus putri-
dis & fætidis, è pure & sanie ortis, prouenit.

*An turundarum & penicillorum in vulneribus
curandis aliquis vsus sit.*

Ad turun-
darum vsus
fit necessa-
rius.

Rationes
Magati qui-
bus turun-
darum vsus
improbatur.

Alterum, in quo Cæsar Magatus & Ludouicus
Septalius ab Antiquis & aliis Medicis ac Chirurgis
dissentunt, est, quod turundarum nullum in vulne-
ribus vsus esse statuunt. Vt autem Magatus ad
id probandum his rationibus. *lib. 1. cap. 5.*

Prima ratio est hæc, quia turundæ neque ideo ad-
hibendæ sunt, vt vulneris oras apertas seruent, ne-
que vt per eas medicamenta vulneris lateribus adhæ-
reant. Prius hoc modo probat, quod antequam
vulnus conglutinatum sit, ora eius semper pateant,
ita quidem, vt nec, si vellemus, claudi possint. Al-
terius vsus gratia etiam non opus esse turundis putat;
cùm medicamenta ita liquari possint, vt commodè E
in vulnus instillari queant.

Secunda ratio est hæc, quia sint partis vulneratæ
naturæ infestæ & pondere molestæ; vnde etiam na-
tura in iis expellendis semper laboret.

Tertia est, quia partem distendant, comprimant,
doloremque excitent, & propterea nouas fluxiones
pariant.

Quarta est, quod penicilli & turundæ prauis hu-
moribus imbuantur & inquinentur, & malam qua-
litate acquirant, qua partem vulneratam lædant;
præterea quoque puris euacuationem impediunt, &
vt prauam & malignam qualitate acquirant, fa-
ciant.

Quintò, Hippocratem & Galenum nunquam,
cùm de vulneribus curandis scribunt, eorum mentio-
nem fecisse dicunt, vt ex *14. method. med. cap. 4. &
de fract. sect. 3. comm. 21.* videre sit.

Contrà, qui turundas vsurpant, his rationibus ni-
untur. Prima est; in vulneribus ideo necessarium
esse turundarum vsus, vt earum ope vulneris orifi-
cium seruetur apertum, & puri exitus pateat.

Rationes
eorum qui
turundas
vsurpant in
vulneribus.

Secunda est, ea de causa turundas esse vsurpan-
das, vt earum ope medicamenta vndique tangant
vulnus, & ad fundum eius vsque proueniant.

Tertio ea etiam de causa turundæ videntur ne-
cessariæ, quod iis præcaueatur, ne pars superior vul-
neris claudatur, antequam profunditas vulnere sit
impleta.

Ad istas rationes respondent, & ad primam qui-
dem, quod non plura excrementa in vulnere, si re-
ctè curetur, generentur, quàm à natura facile ex-
pelli possint. Deinde etsi generentur excrementa:
turundæ tamen potius exitum puri occludant, quàm
patefaciant. Ad alterum verò quod turundis opus
non sit; eùm medicamenta, si liquida sint, ipsa ad
vulneris fundum penetrare possint; neque etiam to-
ties repetita medicamentorum impositione opus esse.
Ad tertiam respondent, quod assiduus excremento-
rum effluxus per externas partes vulneratas impe-
diat labiorum coitionem, antequam cauitas carne
sit repleta.

Re-
ad has ra-
siones Ma-
gati.

Verum vt de ista controuersia meam sententiam
C
apertam; equidem libenter concedo, in iis vulne-
ribus, quæ sunt superficialia, recta, & parum puris
generant, turundas non esse necessarias, nec earum im-
positione temerè vulneris curationem retardandam
esse. Sed si vulnus sit profundum, obliquum, vt puri
exitus rectus non pateat, & multum puris generetur,
omnino videntur turundæ necessariæ, vt puri exitus
apertus per eas pateat, & via relinquatur, vt me-
dicamenta ad interiora vulneris per ea penetrare pos-
sint, & ne vulneris orificium citius conglutinetur &
coalescat, antequam quod in imo est vulneris con-
glutinetur; quæ si negligantur, & pus atque excre-
menta in vulnere detineantur, maximorum dolorum
& periculorum causa esse possunt, vt eius rei *supra*,
cap. 7. aliquot exempla è Guil. Fabricio sunt pro-
posita,

Sententia
propria.

Quæ vero ad ista respondent, & quæ obiciunt,
non magni momenti sunt.
Primo enim quod dicitur, turundas non esse ne-
cessarias, vt vulnus apertum seruetur; cum ora eius
semper per se pateant: id omnino negatur. Sæpe
enim vulnera, prouario ægri situ, quem habuit, dum
vulneraretur, sunt obliqua & anfractuosa, vt etsi
vulneris parietes & labia nondum coaluerint, ita ta-
men se contingant, imò premant, vt puri liber exi-
tus non pateat.

Secundò ea ipsa de causa, & cum vulnera non
recta sunt, medicamenta ita facilè ad fundum pene-
trare non possunt. Et licet vulnus tortuosum & obli-
quum non sit: tamen non semper commodum est,
medicamenta nimis fluida vulnere instillare, cum à sa-
nie facilè abluantur: sed interdum crassioribus & visci-
dioribus opus est, quæ turundis illita, diutiùs & fir-
miùs vulneratis partibus adherent, & proinde vim
suam rectius exerunt.

Tertio, quod nunquam orificium superius con-
glutinetur antequam inferior vulneris cauitas coales-
cat, & propterea orificium turundis apertum seruare
opus non sit, falsum est, & experientia sæpissimè
contrarium docet, ac Guilielem. Fabricium, *cen-
sur. 3. obseruat. 7.* exempla duo recenset vulne-
rum, quorum orificia fuere citò sanata, vulne-
re intus nondum sanato, vnde pus in *cap. collectum*

Responso-
nes ad ratio-
nes Magati.

fuit, & inde gratia ac periculosa mala excitata. Et quod dicunt, continuum excrementorum effluxum facturum, vt orificium vulneris non claudatur, suis præsuppositis contradicunt; cum antea statuerint, exiguam omnino pariscopiam in vulnere generari.

Quartò, turundæ nec nimis erassæ esse debent, vt partem nec premant, nec distendant, & omnino nullo modo ei molestiam aliquam & dolorem pariant, neque etiam puri exitum intercludant; & si interdum tale quid accidat, quale quid Ludouicus Septalius, lib. 8. animaduers. num. 10. allegat ex Hippocrate in historia Massiliensis, errata artificium arti imputanda non sunt; cum forsan vulnus non toties, quoties opus fuit, detexerint. Vbi tamen hoc monendum, etsi danda sit opera, vt vulnera sine molestia omni & dolore, & certè, quantum fieri potest, cum minimo, curentur tamen omnis molestia, vt in aliorum morborum, ita etiam in vulnere curatione, abesse nequit. Et si omnia, quæ qualemque molestiam pariunt, omittenda essent, & surux ac fasciæ & deligatio omittenda essent. Semper inter duo mala eligendum est minus.

Quintò, nec ideo turundæ omittendæ sunt; quod pure inquinatæ partem vulneratam lædant. Nam quoties hoc modo conspurcatæ sunt, detrahendæ, & nouæ substituendæ sunt; quod ipsum raram illam vulnere detectionem inpugnat.

Tandem etsi Hippocrates & Galenus expressè in vulnere curandorum ratione turundarum mentionem non fecerint: tamen nec eorum vsum prohibuerunt; sed potius ex iis, quæ Galenus de vulnere curatione præcipit, turundarum etiam vsum quandoque probari potest.

His ergo omnibus vtrò citroque agitatis, res eò redite videtur, & summa rei hoc est; Leuia vulnera, & in quibus pus multum non generatur, Naturæ tuto committi posse, & non multum referre, etsi talia vulnera detegatur. Vt verò in vulneribus grauioribus, & in quibus plurimum excrementorum prouenit, quis otiosus spectator & cunctator sit, & soli Naturæ rem omnem committat, non saaserim; cum ex neglecta vulneris detectione necessaria tantum vna die damni & periculi feboriri possit, quantum postea integro mense non emendari queat.

Turundæ etiam, vt, vbi opus non est, vulnere imponantur, vel tales vulnere indantur, quæ dolorem pariant, fluxionem concitent, puri effluxum impediunt non saaserim: vbi tamen necessitas & causæ supra propositæ earum vsum postulauerint, eas sine damno omitti non posse censeo. Quia tamen Experimentis excludit artem, Exemplo monstrante viam: non obsto, quin aliquis & hanc viam experiatur, sed, vt dixi, sine ægri periculo, & vt ipse Magatus, in sine esp. 40. libr. 1. mouet, à leuioribus & facilioribus inchoando, atque ab his sensim ad grauiora & difficiliora progrediendo.

CAPVT X.

De Vnguento Armario.

Vnguentum Armarium.

Ista quæ cap. præced. de Cæsaris Magati & Ludouici Septalii sententia, de curatione vulnere, dicta sunt, me vnguenti Armarii vulgò dicti admovent. Vt enim illa carnis vulnera simplicia, vt cap. præced. dictum, sine multo apparatu & frequenti vulneris detectione, ac multorum medicamentorum applicatione solius Naturæ beneficio sanantur: ita & vulnera, quæ vnguento armario

Opus Scæneri Tom. III.

A sanari dicuntur, solius Naturæ ope sanari existimo. Cum autem à nonnullis contrarium statuatur, quid de vnguento armario sentiendum sit, inquirere hoc loco libet.

Primò autem Vnguenti armarii descriptiones; deinde eius vsum, & quæ pro eo defendendo afferri solent proponemus. Plerique autem Paracelso hoc vnguentum tribuunt, aut certè ab eo propalatum scribunt.

Paracelsus ipse, Archidox. Magica, lib. 1. hanc Paracelæ descriptionem.

℞. vsnea ℥. ii. mumia ℥. β. pingued. humane ℥. ii. sang. human. ℥. β. ol. lini, ℥. ii. rosac. boli Armeni an. ℥. i. Misc. F. Vng.

In quod lignum sanguine ex vulnere imbatum & exsiccatum imponit, & vulnus singulis diebus fascia noua vrina vulnerati madefacta obtegit. Ad arma verò inungendâ addit adhuc mellis ℥. i. pingued. tauri ℥. i.

Iohan. Baptistâ Porta, Mag. nat. lib. 8. cap. 12. de eo ita scribit: Vnguentum armarium, olim à Paracelso Maxiliano Casari datum, & ab eodem expertum, maxime charum ab eo habitum, quando vixit, cuius aula nobilis mihi communicauit. Si adlatum fuerit ferrum, quod sauciavit, aut lignum eiusdem sanguine madefactum, sanabitur ager, etiam si longe aberit

℞. Cape vsnea, sine musci concreti in caluaria aëri derelicta adipis humani an. ℥. ii. mumie sanguinis humani an. ℥. β. ol. lini terebinth. boli Armeni an. ℥. i.

Omnia simul in mortario terantur in vrina oblonga & angusta seruentur. Immerge ferrum in vnguentum, & ita relinquatur: ager mane sui ipsius vrina eluat vulnus, nulloque addito deligetur, & sine dolore aliquo sanabitur.

Crollius & ipse Paracelso id tribuit ac vnguentum Sympatheticum seu Stellatum Paracelsi nominat, & id ita describit.

℞. adipis vris aprugni, vrsini an. ℥. iiii.

Quo seniores animalia, eo melior adeps, Viriusque animalis adeps prius in vino rubro per dimidiam horam lento igne bulliat, postea effunditur super aquam frigidam & cochleari colligitur pinguedo snatans, quicquid fundum petis adiciatur.

Postea ℞. lumbricorum ex vino vel aqua lotorum sextarios duos, torrefiant in olla testâ in fornace pistoris, cauendum tamen ne adurantur, postea terantur in puluerem.

℞. huius pulueris, cerebri aprugni siccati, santali rubri odorati mumia, hematis. an. ℥. i.

Demum accipe Vsnea è cranio hominis violenta morte parenti, abraße Luna crescente, & in bona domo existente, Veneris si fieri possit, non Martis aut Saturni, ad pondus duarum auellanarum circiter: Ex omnibus vris & inuicem mixtis cum adipe secundum artem vnguentum fiat, in vitro clauso, vel pyxide diligenter ad suos vsus seruandum.

Si forte lapsu temporis vnguentum exsiccaretur, vlt. dicto adipe vel melle Virgineo humectari & emolliiri de nouo potest. Paretur vnguentum Sole in libra existente.

De efficacia autem & vsueius scribit: Perficitur hoc cum per medicamentum huius vim Magneticam attractiuam à sideribus causatam, qua mediante aëre vulnere adducitur & coniungitur, vt spiritalis operatio in effectum deducatur. Eis inquam propter coniunctionem astralem & elementalem: vt enim calor Solis concordat se cum terra, ita Perficitur cum morbo: abente Sole abit calor, ita hic etiam.

Tria ergo sunt, quæ causantur per hoc vnguentum

BBbb ij

ram mirabilem effectum. 1. Sympathia Natura 2. Influentia corporum celestium suas operationes per elementa perficiens. 3. Balsamum, quod sanandi virtute præditum cuilibet homini naturaliter inditum est. Hoc unguento sanantur omnia vulnera, quocunque telo, ictu, iactu, quicunque etiam sexui inflicta, (ita tamen ut nec nervi, arteria, nec unum è tribus principalioribus membris læsum sit) modo telum haberi possit, etiam si patiens multis miliaribus à nobis absit. Et quia est conglutinantis, suppurantis & venonantis nature non permittit, si debito modo applicetur, ullum noxium symptoma superuenire.

Modus applicandi unguentum.

1. Ungatur telum, quo homo vulneratus est, singulis diebus semel, si necessitas urgens: alioquin secundo aut tertio die inuxisse sufficit. servetur in mundo linteolo & loco tepido non nimis calido, ne damnum inferatur patienti: cavendum etiam ne desuper telum cadat, nec ventus afflet in loco frigido, alioquin patienti ad insaniam redigeretur.

2. Antequam telum ungas, considera, an punctum vulnus factum sit, quod si est, ungatur defensorium illud superius (& non inferius) descendendo, alioquin nocumentum adferretur egrotanti.

3. Si vero non possis cognoscere, quam profundè, vel quomodo defensorium in carnem introverit, poteris illud totum perungere, alioquin sufficit locus teli, quo aliquis læsus, innoxisse.

4. Non est necesse consuere vulnus, more barbitonorum, sed solum linteolo mundo quotidie circumligare, in patientis urina prius madefacto.

5. Quo die quis inigit telum, abstineant à Venere.

6. Ante inunctionem teli, vulnerato etiam citissime sistatur sanguis.

7. In fracturis & ruptura ossium aliquid pulveris symphiti maioris poteris addere unguento, vel de radicibus ellebori negri.

Habita telo, quo quis læsus, & cupias scire, utrum patienti sit moriturus vel superviviturus sic experiere: Si illi telo supra carbonem calefacto, in tantum quod possis manum desuper tenere, pulverem è solo rubro & hematite asperferis, si sudat guttas sanguinis, morietur patienti, sin minus, evadet.

Si verò scire volumus, utrum patienti se rectè gubernet in potu & aliis requisitis: hoc cognoscitur, quando in defensorio macula sanguinis apparent, sin minus, tum bene se gerit.

Notandum insuper 1. Non habitis armis vel telo, nihilominus quamlibet cutis aperturam & lesionem violentam, per quam sanguis egreditur, hoc unguento sanari posse, ita ut lignellum salicinum in apertura cruenta madefiat, & postquam sanguis adhærens siccatus est (non ad Solis vel ignis calorem, sed spontè & per se) demum infigatur supradicto unguento in pyxide asseruato, intus velinquendo.

2. Si vulnus magnum & profundum esset, singulis annoris mundificari potest, & recentilinteolo ligari, sine omni alio usu extraneorum oleorum, unguentorum, & similium: & tunc sanatur hoc vulnus quocunque modo inflictum per se, & sufficit lignellum semel tantum in apertura seu vulnere cruento prius madefactum, unguento pyxidis infixamurere, usque ad sanationem plenariam.

3. Attamen quoties vulnus aliquod novum sanandum est, requiritur semper recens lignellum.

4. Si verò vulnus nollet sanguinem emittere, tandem lignello scarificandum, donec sanguis effluat: sic etiam in dolore dentium sanando, dens dolens tandem scarificetur scalpello, donec sanguinem emittat, scalpellum post exsiccationem sanguinis ungatur hoc unguento, sic confestim sedatur dolor. Si equus sit clauo

A transfixus in pede, extrahatur primo clauus & inungatur, & cito curabitur, pes equi, sine suppuratione.

Eodem modo possunt omnia animalia carnem & ossa habentia curari.

Gabelchoueri descriptio.

Osvvaldus Gabelchouetus, in *Practica Germanica*. ℞. pingued. apris, vrsi an. lb. i. Eaque liquefacta vino rubro infundit. Pinguedini huic addit pulv. lapid. hamatis. lb. i. santali rubri ℞. vi. lumbricor. preparat. ℞. ii. vsnea quantum haberi potest,

Miscet ut F. Vngu. de cuius vsu ferè eadem, quæ Crollius habet. Alii hanc descriptionem habent.

B ℞. lardi aprugni ad ignem liquefacti, & supra aquam fusi q. s. pulveris lumbricor. terrestr. preparat. lapid. hamatis. santali rubri, vsnea de cranio humano an. q. s. Misc. adignem.

Alia descriptio.

Io. Vvittichus vsneam omittit, & parum referre putat, siue ea adhibetur, siue omittatur. Mumiam quoque & adipem ac sanguinem non addit. quod & alii faciunt. Et noui ipse quendam, qui curam hanc promittebat, qui unguentum hoc saltem ex pingued. porci domestici paucitque aliis, nulla vsnea, nec vlla re è corpore humano petita, quoties libebat, componebat.

Polypragmon ille Iac. Colerus. lib. 18. *Oeconomia*, 154. hanc descriptionem tradit.

Coleri descriptio.

C ℞. pingued. verris aprugni, domestici, vrsini an. lb. s. musci è cranio humano p. i. lumbricor. terrestr. Menf. 4. lapid. hamatis. ℞. ii. santali rubri, rad. consolida maior. an. ℞. iii. Misc. Fiat cum Vino unguentum.

De tempore etiam parandi medicamento non conueniunt. Crollius Solle in libra existente parare iubet. Alii Augustioribus adhuc terminum tempus hoc includunt, & 10. ac 11. diem Septembris definiunt. Alii quocumque tempore parant.

Modum vtendi.

Modus autem vtendi hoc medicamento, cum antea è Crolleo prolixè sit descriptus, cum repetere opus non est. Summa est; non ipsum vulnus hoc unguento ungendum esse, sed telum, seu instrumentum quodcumque, quò vulnus fuit inflictum, aut si id haberi nequeat, aliud telum, vel lignum, imprimis salignum, vel aliud quid vulnere immisum, & sanguine hominis vulnerati infectum & commaculatum. Nihil etiam referre putant, siue æger præsens sit, siue ad multa miliaria absens: neque ipsius vulnerati vllam, sed saltem armorum inunctorum curam habent. Aliqui tamen, ut singulis diebus vulnus urina vel vino abluatur & mundetur, præcipiunt.

D Ne quis autem de effectu huius medicamento dubitet; Primò ad experientiam prouocant, scribitque Rudolphus Goclenius Iunior, se posse nominare Imperatores, Reges, Principes, Comites, Nobiles quorum autoritas atque fides in dubium non sit vocanda, qui de efficacia huius unguenti testimonium perhibeant.

E Deinde actionis huius naturales causas reddi posse putant patroni huius unguenti, & imperitos factuos nominat Crollius eos, qui de efficacia huius medicamento dubitant, aut curam hanc ad veneficia referunt. Ut autem probent, naturali modo illam curam perfici, primò prolixè probant, dari actiones, quæ non contactu corporeo intercedente, sed per occultam sympathiam & Magnitismum, ut vocant, fiant. Ita Magnes trahit ferrum, etsi id corpore non tangit; & mouetur versus polum. Astra in hæc inferiora, quæ corpore non attingunt, agunt, torpedo per hanc tangentis manum afficit. Nonnulli felis etiam citæ inclusæ, & quam non vident, præsentiam non ferunt, & nisi vel felis amo-

Rationes pro unguento armario.

veatur, vel ipsi è conclavi, in qua felix est, exeant, A in lipothymiam incidunt. Canes heri vestigia agnoscunt, vt & ferarum, eorumque ductu eas insequuntur. Taxi vmbra noxia est homini. Et talia plurima, quæ in Natura obseruantur, ocellarum actionum exempla congerunt; quas quia in Magnete sunt manifestissimæ, ab eo Magneticas in genere vocant.

Alterum, quod præsupponunt, est, dari quendam spiritum mundi per totum mundum diffusum, qui sit vector & vehiculum occultarum potentiarum & actionum, quique omnes mundi partes connectat, & mirum inter eas consensum excitet.

Tertio autem vires ipsius Vnguenti Armarii quod attinet, duplicem in eo vim esse statuat, Vnam in ipso vnguento, vulnera scilicet consolidandi & glutinandi; alteram, quæ in telo inuncto sit, & potentia istam ad vulnus deferat. Priorem vim à compluribus, è quibus componitur, hoc medicamentum deducant, & siderum influxu, & conuentione Astrali & Elementalī. Idèdque, vt dictum, nonnulli certo anni tempore ac siderum positu hoc vnguentum conficiunt. Alteram verò vim deducunt à balsamo naturali, qui cum sanguine telo, vel instrumento vulneri impresso, & sanguine vulnerati maculato inhæreat. Hoc enim Balsamum, propter sympathiam, quam habeat cum parte vulnerata, vim illam medicamenti, mediante spiritu mundi, vulneri communicare, Atque huius rei & alia exempla afferunt. Zenith, quod appellant, iuencularum in ignem proiectum grauitè virginem, è qua effluxit, lædere aiunt: Secundinas malè tractatas scæminæ, à qua exierunt, damnum inferre. Quæquam nec hic sat clarè sese explicent. Scribit enim Crollius, curam hanc perficere per medicamenti huius vim Magneticam attractiuam, à sideribus causatam, quæ mediante aëre vulneri adducatur & coniungatur. Et mox tria esse dicit, quæ causentur per hoc medicamentum tam mirabilem effectum, 1. Sympathiam Naturæ. 2. Influenciam corporum cælestium suas operationes per elementa perficientem. 3. Balsamum, quod sanandi virtute præditum cuilibet homini naturaliter inditum sit.

Verùm enim verò, vt nostram sententiã de isto vnguento aperiamus, primò illud in suspectum reddit, quod non vna eius compositio circumfertur, sed plures, & in quibusdam ea omittuntur, à quibus alii omnem huius medicamenti vim deducunt, & ex descriptionibus variis supra allatis patet. Ita VVirtichius vñeam & adipem ac sanguinem omittit, quæ tamen alii pro basi & præcipua parte huius medicamenti habent. Et nihilominus omnes eundem effectum pollicentur, & quisque suum ad omnia vulnera, quocumque teli genere, seu punctim, seu cæsim, seu iactu, seu lapsu inlicitum prædicat; etsi Goclenius & Crollius, vulnera; quæ sunt in nervis, arteriis, & vno è membris principalioribus, vt corde, cerebro, excipiunt.

Quod alii contra huius medicamenti compositionem obiiciunt, quod nimirum autores huius vnguenti vñeam è cranio hominis suspensi, mumiam, sanguinem humanum calentem, adipem humanum adiscant, & in sanguine humano, & adipe totius negotii succum & neruum esse censent, idque superstitiosum putant; id meum quidem non facio; cum notissimum sit, adipem & cranium humanum, mumiam, vñeam à Medicis aliis sine superstitione in curandis morbis vsurpari: hoc tamen moneo, cum saga & malefici, vt ex Apuleio, lib. 2. & 3. metamorphos. Ouid. & Nicolao Remigio, demonolatriatib. 1. cap. 16. & lib. 2. cap. 1. & aliis, qui de sagis scripserunt, patet, humano sanguine & carne, aliisque humani corporis partibus ad sua maleficia

vti, soleant, cauendum esse cuique, qui talibus vi uult, vt medicamento effectus naturalis causa non superstitiosè vtatur, & ita diabolo, qui & animæ & corporis humani hostis est, gratificetur, eique incautè inferuiat; quod fieri potest, si ad eos effectus talibus vtatur, qui non sunt in rerum istarum naturali potestate; & propter ea, si ii consequantur, diabolo potius, homini per talia superstitiosa insidias struenti, quàm ipsi reimpugnandi & adscribendi sunt.

Effectum huius medicamenti quod attinet, cum non semper, voto respondere, vel *observatio 25. cent 3.* apud Guiliel. Fabricium ostendit. Et sic vt multos, qui cura hac vsi sunt, conualuisse, etiam magni viri testentur: tamen non plus testari possunt, quàm hæc: Quendam vulneratum fuisse; ipsi adhibitam curam istam per vnguentum armarium; eundem conualuisse: an verò vi huius medicamenti conualuerit, hoc testari non possunt. Multa enim sæpe cum effectu aliquo cõiungi possunt, quæ eius causa non sunt. Itaque vt non sequitur; Isto ambulante coruscavit: ergo ambulatio est causa coruscationis: Ita non sequitur; hic vulneratus sanatus fuit, & adhibuit vnguentum armarium; ergo vnguentum armarium est causa sanationis; nisi monstretur, ab isto vnguento necessariò hunc effectum secutum esse. Et nullibi fallacia causa frequentior est, quàm in Medicina, ac scèpissimè alicui medicamento morbi alicuius sanatio tribuitur, quæ non ab eo provenit, sed à Natura, aut antea vel simul adhibitis aliis medicamentis. Et est Medicinæ longè alia, quàm aliarum artium, ratio. In aliis enim artibus effectus in solidum ab artifice pendet, & si quid ab eo bene vel malè sit, id omne (nisi forsàn materiæ & subiecti inepitidine; cum non ex quolibet ligno fiat Mercurius; aut instrumenti ratione aliquid vitii accidat) artificii imputandum & adscribendum, cum, vt in *Instit. lib. 1. c. 1.* dictum, subiecta aliarum artium nihil agant, sed obsequium saltem præstent: Medicinæ verò subiectum innatum quamdam potentiam habeat, quæ à Medico adiutum plerumque spontè ad salutem tendit; vnde ab Hippocrate, *6. epid. comm. 5. text. 1. ἴσως ἢ φύσιν ἰατρῶν* Natura morborum medicatrices dicuntur.

Itaque res eò redit, & hic non status controuersia est, an vulnerato, qui conualuit, cura per vnguentum armarium adhibita fuerit; sed hic est, an vnguentum armarium sanationis causa fuerit. De quo iam dispiciendum.

Cum autem, vt supra dictum, conglutinationis vulneris Natura causa sit, nullius verò medicamenti vi, quocumque nomine veniat, & sæpe etiam satido, vel alia re non magni momenti, imposito, vulnera multa, sine aliorum medicamentorum & Medici ope, sanentur: propterea in cura etiam quæ per vnguentum armarium adhiberi creditur, conglutinationis vulneris soli Naturæ, vt proxima & principali causæ, adscribenda est. Quod cum ita sese habeat & nullo modo negari possit: iam quæritur, an ista in cura soli Naturæ vulneris sanatio adscribenda sit; an vero etiam vnguenti armarii aliqua efficacia simul concurrat. Mihi prius probabilius videtur, idèd, quod certum est, vt modo dictum, vulnera scèpissimè à Natura, nullo concurrente medicamento; sanari; id quod etiam vulnera interna, quibus nulla medicamenta adhiberi possunt, testantur. Et huc tota illa Cæsaris Magati vulnera curandi ratio, de qua *cap. precedente* dictum, tendit, vt negotium Naturæ committatur, calor & temperies partis, quæ instrumentum est, integra seruetur; neque præter necessitatem medicamenti ea molesteur. Et interdum tam periculosa vulnera, Naturæ imprimis beneficio,

Rationes
contra vnguenti armarii defensores.

nullo, vel haud magni momenti medicamento adhibito, sanantur, ut miraculo potius, quam medicamenti adscribendum id videatur. Cuius rei observationes exempla passim nota sunt. Neque tamen ita audaces sunt huius vnguenti patroni, ut vim eius ad omnia vulnera extendant; cum, ut paulo antedictum Crollius & Goclenius vulnera membrorum principaliorum, item neruorum & arteriarum excipiant; & nemo adhuc inuentus, qui ad sclopetorum vulnera isto vnguento uti ausus fuerit. Quis vero est, qui negare audeat, vulnera alia leuiora à tola Natura sanari posse: Si tamen aliquid, quod vim naturæ excedere videatur, in cura ista per vnguentum armarium accidat, videndum, ne ope diaboli, pacto seu explicito seu implicito allesti, id præstitum fuerit.

Cum ergo Natura sola & proxime vulnera glutinet: medicamenta verò, ut supra monstratum, nihil aliud præstent, quam ut calorem natium & temperiem partis naturalem conferuent, vel impedimenta, quæ naturæ in opere suo obstant, remoueat: iam videndum, an vnguentum armarium ista præstare possit.

An Vnguentum armarium in distans agere possit.

Vbi mox prima difficultas occurrit, an nimirum omnino medicamentum, quod non ipsi vulneri, sed telo, aut rei alii sanguine ex vulnere maculato inungitur, prodesse possit, imprimis si vulneratus absens sit; & à telo inuncto aliquot milliaria spacio remotus. Equidem ad id probandum duabus vtuntur rationibus, ut supra etiam dictum; Prima est, quod deitur actiones ob occultis qualitibus, & in distans, quæ Magneticas vocant; deinde quod per spiritum mundi vis vnguenti ad vulnus, ut multorum rerum sympathia & antipathia, deferatur.

Verùm neutrum id, quod debet, probat. Primò enim etsi concedimus, dari tales actiones, neque semper, quæ mutuo agunt & patiuntur, sese corporibus contingere; tamen an id fiat in vnguento armario, atque an à telo inuncto vis aliqua ad vulnus per longum locorum intervallum perueniat, probandum adhuc est. Nec enim sequitur, dantur aliarum rerum tales actiones mirabiles, ergo & vnguentum armarium talem vim habet. Et id non fieri, facile perspiciet, qui reliquas eiusmodi actiones, quæ ad distans fiunt, considerabit. Cum operari sequatur esse, ut inter agens & patiens quædam fiat coniunctio & mutuus contactus, necessarium est.

Actio in distans duplex.

Cum autem res, inter quæ est actio, non omnes corporibus sese contingant, ut alio modo se contingant necesse est: qui duplex est. Vel enim res, quæ ad distans agere dicitur, aliquid de suo corpore & substantia, quod effluuium seu ἀπορροια antiqui vocabant. Medici, vbi de contagio agunt, μίσημα appellant, videatur *lib. 4. de febr. cap. 4. & Instaur. lib. 2. part. 2. cap. 12.* vbi scilicet minutissime partes & atomi è corpore effluunt, & mediante vel aëte, vel alio corpore, ad aliud corpus transferuntur, idque vi, quam cum corpore integro communem habent, afficiunt. Talia autem corpuscula & effluuia, nullum regularem motum habent, sed pro motu aëris inordinatè hinc inde mouentur, & à flatu quocumque variè disperguntur, sicut in candelarum exstinctarum & aliarum rerum accensarum fumo videre est. Alia verò corpora, quæ in distans agere dicuntur, equidem nihil de suo corpore, quod ad aliud corpus transferatur, sed speciem saltem emittunt; quomodo per species sensibiles, lucem, sonum, odorem, corpora etiam distantia afficiuntur. Et probabile est, plures esse eiusmodi species quàm quot nostris sensibus percipiuntur. Atque id vulgò virtute vel virtuali contactu fieri dicitur. Virtus tamen semper præsupponit substantiam, à

qua ea fluit. Sic exstincta flamma, cessat illuminatio. Deinde idoneum subiectum requiritur, per quod propagetur quod si non sit, actio cessat. Ita interposito corpore opaco, inter lucidum & visum nostrum & illuminatio cessat. Tertio vis & hæc orbiculariter diffunditur, ad certam distantiam. Physici vocant spheram actiuitatis: quæ in aliis maior, in aliis minor est. Maxima in rebus lucidis, minor in sonoris. Quò tamen corpus lucidum maius est, èd etiam maior spheræ actiuitatis. Hinc stellæ omnium longissimè & latissimè lumen de se spargunt.

Quæritur ergo iam, quia certum est, vnguentum armarium, quo telum inunctum est, corpore abesse à vulnerato, an horum modorum altero eum tangat. Tertium non datur. Neque enim per accidens & qualitatem aliquam id fieri potest: cum accidens de subiecto in subiectum non migret, nec se in distans & aliud corpus diffundat. Neutro id fieri posse dico.

Primò enim cum effluuia corporea nullum certum motum habeant, sed ad motum aëris inordinatè hinc inde mouentur, quomodo rectè ad vulneratum tendent? Neque est, ut quis ad similitudinem substantiæ confugiat. Quamquam enim corpuscula talia minima tandem sui generis sese applicant, ut in tonitru & fulgure videre est: tamen dum primum è corpore exhalant, hinc inde inordinatè vagantur. Multò minus ad spiritum Mundi confugere licet, quo vectore corpuscula hæc è telo inuncto ad vulnus perueniant. Dicuntur enim ista de spiritu Mundi, sed non probantur, imò rationibus sat firmis oppugnantur. Præterea cum cura hæc in longinquum & per milliaria aliquot, ut volunt, se extendat, si per corpusculorum effusionem fieret, eum per exiguum vnguenti, & multò minus adhuc balsami illius naturalis, telo adherescat, vnguentum illud cum balsamo facilè in auras auolaret, & euanesceret, & ita sublato curationis fundamento curatio ipsa cessaret.

Vnguentum Armarium non agit per effluuium corporeum.

Si verò per species vel actionem Magneticam hanc actionem fieri dicant, probandum primò est, quod tales species huic vnguento insint, (simplicibus enim quibusdam & rebus naturalibus, non arte compositis, Naturæ vim species eiusmodi emittendi dedit) & monstrandum quæ ipsorum natura, quæ spheræ actiuitatis sit. Neque enim credibile, vim vnguenti per duodecim milliaria circum circa, & ita orbiculariter se extendere. Magnetem quod arctinet, à quo actiones has Magneticas appellare solent, Magnes equidem ferrum non nihil à se distans attrahit, sed longissimè remotum & ultra spheram suæ actiuitatis non trahit; quod & in aliis actionibus eiusmodi occultis & Magneticis fieri notum est. Magnes etiam, & huiusmodi alia recta linea vires suas exerunt, quæ tamen non in infinitum extenduntur, & sæpe etiam obiectu aliarum rerum interceptuntur. Ita radii Solares ab obiectu corporis opaci excluduntur. Quis ergo credat, è pauxillo vnguento & sanguinis tantillo, corpuscula tot vel species per circumstantiam, in quam telum inunctum conclusum est, per rumpere, per longum intervallum, etiam duodecim milliaria, deferri, montes & muros penetrare, & ad cubiculo inclusum vulneratum rectè tendere, & multiplices, quibus vulnus inuolutum est fascias peruadere, ac vulneri sese insinuare? Magnes ipsi ferro admouetur: ac vnguentum hoc non vulneri, sed armis inungitur; & Magnes quidem simpliciter ferro applicatus id attrahit: in vnguento verò rectè usurpando quàm superstitiosi vngenti modi adhibeantur, antea dictam. Et in aliis etiam magna inter Magnetem & vnguentum armarium apparet diuersitas. Magnes corpus naturale est, habetque

Vnguentum Armarium non agit per species.

suum naturalem effectum, quem semper eodem modo edit. Vnguentum armarium res ex variis composita est, atque ab aliis aliter, & ex aliis rebus, ut supra dictum, conficitur. Vnguentum etiam plures effectus edere debet, omnia nimirum ad vulneris sanationem necessaria præstare vulnus à dolore liberum seruare, eique etiam, si non rectè asseruetur, vel inquinetur, dolorem inferre. Si enim id, quod aliàs Naturæ opus est, in vulneribus curandis præstare debet, omnino ut multa agat necesse est, nimirum, quod alienum & concoquendum est, concoquat, pus & excrementa expellat, carnem generet. Imò Medici & medicamentorum officium præstare deberet, quod est varium. Neque enim corpora, quæ vulnerantur, eodem modo disposita sunt, sed alia sana, alia plethorica, vel cacochymica; partes variæ, caro, nervi, membranæ, quæ diuersi generis medicamenta requirunt: quorum omnium vires sustinere debet vnguentum armarium. Et si quis vno tempore plura vulnera diuersis in partibus, quod sæpe fit, à diuersis armis accipiat; vnum ne telum vngere sufficit, & vis ne eius ad omnia vulnera ferretur, aut omnia ne tela inungenda erunt? & an vnguentum quodlibet faciet iuum officium, & hoc ad istud vulnus, quod hoc telo inflictum est, recta perget, illud ad aliud, quod alio telo illatum est.

Causa etiam reddenda esset, cur in pixide non idem præstet hoc vnguentum, quod telo inunctum præstare dicunt. Neque enim est, ut dicant, balsami illius, qui est in sanguine, beneficio vim medicamenti ad vulnus deportari. Nam si totus sanguis ille in atomos resolveretur, non sufficeret ad spacium tale implendum. Neque probatur hæc, quod species tales sanguis ex se emittat. Et si sanguinis beneficio vis medicamenti ad vulnus deferatur, cur non iam aliarum rerum, in quas è vulneratis copiosissimè sæpe sanguis effunditur, vires ad vulnus deferret; quod fieri non videmus.

Quæ vero in specie de secundinis, & primo Virginum sanguine menstruo afferunt, eo quæ non rectè tractato, feminis damnum afferri statuunt: ea ad muliercularum superstitionem pertinent. Si enim in homine secundinæ in sordida loca abjectæ feminæ damnum afferunt, cur non idem sit in brutis, in quibus secundinæ in sinum abjectæ sæpe putrescunt? Et quocumque loco defodiuntur secundinæ, tamen putrescunt. Cur molæ, quas comburunt feminæ, nihil damni feminæ afferunt? cur primus menstruus sanguis combustus virginæ noceat, non reliquus?

His ita se habentibus, non opus est operosè disputare, quas vires hoc vnguentum in vulnere curando habeat: cum nullas ab vnguento hoc ad vulnus peruenire, hæcenus satis probatum sit. Et si vnguentum hoc vel temperiem, vel calorem in natum partis (Balsamum illi vocant) conseruandi & fouendi, vel excrementa exsiccandi vim haberet, commodius eam exfereret, ipsi vulneratæ parti, quam telo inunctum. Insuper si, quod nonnulli volunt, succus & nervus huius medicamenti est in sanguine & adipe humano, cur nonnulli etiam ad aliorum animalium, v. gr. equorum vulnera adhibent: Quanta enim inter hominem & equum est diuersitas!

Quod verò, ne id hæc præteream, Crollius & nonnulli alii à cælo vim huius vnguenti deducunt, & propterea certo cæli positum id parare iubent: nec istud causæ huic patrociniatur. Neque enim probant, cælo vel stellis aliquibus vim sanandi vulnera inesse, aut si inesset, vnguento huic sese ita immanescere, ut quasi vincita & conclusa circumferri,

A & quando libet in vsum trahi possit.

Modum etiam vtendi hoc medicamento quod attinet, ille quoque nullo fundamento nititur, nec superstitione caret. Primò enim, cum totam sanationis causam in eo ponant, ut vis medicamenti beneficio balsami naturalis, quod in sanguine, sit ad vulnus deducatur: cur telum quo homo sauciatus est, vel aliud telum, vel lignum vulneris sanguine cruentatum solum inungunt: non verò indusium, vel alias vestes ægri, vel lapidem, vel aliud quodcumque, in quod sanguis effusus est. Si non pactum aliquot curi diabolo implicitum subest. Deinde cur, si vulnus sit punctum factum, illinunt gladium in cuspidem versus capulum; si verò casum, ab acie versus tergum: sin appareat quousque gladius in vulnus penetravit, eoque eum inungunt: quousque penetravit: si non, totum inungunt: quæ omnia superstitiosa sunt, quorum nulla ratio dari potest. Si enim facultas medicamenti naturalis est, quid iste modus vngendi ad rem facit, & an nouam vim & qualitatem addit? Si vires naturales sunt, ceremoniis nullis opus est; ut in omnibus rebus naturalibus patet. Magnes ferrum trahit, & ferrum illitum Magnete ad polum mouetur, nullis adhibitis ceremoniis. Præterea alii telum singulis diebus inungunt, alii alternis vel ternis, alii vnica vntione sunt contenti. Alij, ne in vngendo aberrerent, telum aut lignum salignum, quod eius vicem gerit, vnguento in pixide asseruato ad integram sanationem planè immergunt, ipsum telum sed planè negligunt, qui arma, aut quod vicem eorum gerat, vnguento immergunt. Alii telum inunctum in loco temperato quocumque asseruant, aliqui etiam cistæ includunt. Omnes verò hoc sedulo cauent, ne telum in loco nimis calido sit vel frigido, vel sordibus inquinetur. Hoc enim si accidat, curationem impedit, & dolorem grauissimum in vulnere ægro conciliari. Quæ omnia sunt friuola & superstitiosa, Cum enim antea satis probatum sit, nullam vnguenti armarii, longè à vulnere distiti, in vulnus esse posse actionem, etiam dolorem excitare non poterit. Et proinde si is pro arbitrio curantis accidit, cacodæmonis ope id contingit. Certè vulneratorum sanguis non semper in munda loca, sed sordida sæpe effunditur, tempore hiberno congelatur lintea cruentata calida aqua eluuntur, ligna cruce conspersa comburuntur, & tamen æger nihil mali inde sentit.

Tandem planè impossibilia hoc vnguento tribuunt, & eas vires, quæ omnes in medicamento vno naturali non reperiuntur. Afferunt enim hoc vnguento omnia vulnera, seu casum, seu punctum, seu casu, seu iactu inflicta, curari posse. Verum magna est vulnerum, pro variis circumstantiis, diuersitas, & proinde ad ea sananda non vnicum sed varia medicamenta requiruntur. Vulnus telo acuto inflictum si re multi pucis generatione curatur: at in eo, quod contusum est, quicquid contusum est, in pus abire oportet. Partium maxima quoque est diuersitas. In parte carnosa præcipuè in homine sano & bene habito facilè vulnus curatur: at longè difficiliùs curatur vulnus cerebro, nervis, tendinibus, & ligamentis, in primis grandioribus, quales sunt in poplite, inflicta. Promittunt quoque curationem vulnerum sine omni dolore: quod in omnibus partibus præstare impossibile est. Certè si nervus punctus sit, nemo præstabile, ne vllus dolor sit agro molestus.

Atque ut hæc concludamus, sanatio vulneris, quæ vnguento armario tribuitur, ut dictum, plerumque solius Naturæ, quæ non solum leuia, sed & grauissima vulnera sæpe curat, opus est: quod vel ex eo patet, quod tot diuersæ huius vnguenti descriptiones habentur, & quod nonnulli loco vnguenti armarii

compositi saltem lardo aut pinguedine porci vtuntur, & nihilominus vulnera sanantur, quod se vidisse testatur antea allegatus Iohan. Colerus, in *Oeconom. dicto loco*. Si vero adhibito isto medicamento, vulnus aliquod grauiissimum sanetur, quod si naturæ vires omnino superare videatur, vi ipsius demonis ex pacto seu explicito seu implicito ad curationem hanc allesti id accidit. Neque suspicionem huius rei tollit illud, quod nonnulli dicunt, omnia simplicia, quæ ad compositionem huius vnguenti adhibentur esse planè naturalia, nullos in compositione vel inunctione adhiberi characteres, vel conuersiones & incantationes. Nam non solum sub characteribus & consecrationibus, aut certo verborum modo, suum pactum occultare potest Diabolus, sed & sub rebus naturalibus, si ipso iubente (quod fit in pacto primo & explicito, qui implicitè alii, qui eadem adhibent, incautè se admiscere possunt) res naturales ad alios quàm à Deo creatæ sunt. Vt adhibentur, atque actiones diabolicæ ac magicæ sub magneticarum actionum velo obvolvuntur, & obruduntur. Posito ergo, (quod tamen plerumque naturæ beneficio fieri diximus) vt hoc vnguento vulneratus sanetur: diabolus tamen, vt perdat animam corpori aliquo modo prodesse, impossibile non est, imò credibile, cum infensissimus hominum hostis sit, illeque quicumque modo potest, aduocandum paratissimus, & proinde, quantum potest, à Deo Creatore beneficio, & mediis ab eo ordinatis, hominem, ad res superstitiosas deducit.

CAPVT XI.

De Alterantibus medicamentis, & potionibus vulnerariis.

Internaa
medica-
menta vul-
neraria du-
plicita.

Duplicia medicamenta ad vulnera sananda vsurpari, externa & interna, supra dictum. De externis hætenus actum; de internis hoc capite agemus. Sunt autem illa duplicia, quædam alterantia saltem, quædam in specie vulneraria dicta. Alterantia sunt refrigerantia, incassantia, & leuiter, ne obstructions pariant, adstringentia; quæ ideo adhibentur, vt prohibeant, ne humores faciliè incaleant, fluxiles fiant, & putredinem concipiant. Taliaparantur è *cichorio, endiuia, acetosa, plantag. tormentilla, rosis, portulaca, nymphaea, horragine, santalis, succo citri, granatorum, C. C. margaritis, corallis*. E quibus decocta, aquæ destillatæ, sirupi, electuaria, potiones parantur.

Deinde vsurpantur quædam medicamenta, potiones imptius, quæ vulneraria dicuntur. De quibus tamen Auctores dissentiunt. Nonnulli, inter quos Balduin. Ronsæus, in *epistol. medic. epistol. 66.* eas quidem admittunt in his partibus vulneratis, ad quas eiusmodi potiones pertingunt, vt sunt gula, ventriculus, & intestina, & in cunctis partibus medicamentorum seorsum locum habent; in partibus vero externis eas reiciunt; istis de causis. Primò, quod in Hippocratis & antiquorum Medicorum scriptis nulla harum potionum fiat mentio. Secundò, quod ob situs distantiam ad extremos artus, vel caput penetrare posse non credunt: imò nec ad intestina crassiora, quibus scilicet vulneratis, medicamenta per clysteres commodus iniiciantur, quam potanda exhibeantur; imò adstringentia, quæ plerumque admiscerentur, impedire putant, vt medicamenta ista, ad partes positiores

A non penetrent. Tercio, quod inter medicamenta, quibus potiones parantur, sint cum calica & aperientia, vt *betonica, veronica, artemisia, garyophyllata, carduus benedictus, &c.* cum frigida & abstringentia, vt *symphitum, pyrela, equisetum, sanguisorba, tormentilla, &c.* vt ita non satis constet, cuius facultatis esse debeant medicamenta, quibus hæc potiones parantur, & quas vires illæ potiones habeant. Quartò, cum tamen pleraque sint adstringentia, exhibita plus damni, quàm commo-diallatura putant; cum epax atque alia viscera nobiliora obituunt.

Verùm enim verò negandum equidem non est, apud antiquiores Medicos, quantum ego quidem memini, de hisce medicamentis mentionem ferè non fieri: posterioribus tamen frequens eorum vsus fuit. Attamen ea quæ Galenus *s. meth. cap. 9.* de potionibus in vulneribus thoracis habet, ea huc quadrare videntur: & facit potionum harum mentionem Autor libri *de dynamidiis, tit. de plaga*, qui exhibet ex vino *pilosellam, plantaginem, fragariam garyophyllatam, pimpinellam, hederam terrestrem, betonicam, agrimoniam*. Et titulo *de vulneribus sanand.* præteribit *pilosellam, agrimoniam, hederam terrestrem*. Et in Antidotario Mesues, sub *sinera distinctionem 11.* post emplastrum talis potio extat.

2. garyophyllata, rad. artemisia pimpinella, camomilla, pentaphylli, herba venti, violarum, caulibus rubri, cannabis, teneritatum rubi an. M. i. pubea ad pondus omnium.

Bulliant hæc omnia in vino vsque ad medietatem: postea colent. Colaturæ ad detertiam partem mellis: iterum ebulliant & collentur.

Equidem Christophorus Georgius de Honestis, in *comm.* antiquos codices non habere hoc medicamentum scribit; & Io. Marardus, in *comm.* in hunc locum se referre scribit, quo casu hæc mixtura in hunc locum irrepserit, & potus emplastris additus fuerit: Idem tamen Christophorum Georgium de Honestis, *eod. in loco*, siue Mesues sit, siue alterius; in multis tamen aliis auctoribus descriptam reperiri: & Io. Manardus, *eod. in loc.* potiones eiusmodi ad vulnera noua & antiqua esse viles, seque eas non semel expertum esse, ac cura visce iis solis pessima & desperata vlcera scribit. Easdem vsurparunt & alii non solum Empeirici, sed & doctissimi & peritissimi Medici ac Chirurgi, Guido *pari. 2. Chirurg. parua. cap. 9.* Io. de Vigo, *lib. 3. cap. 10.* Io. Anglicus. Nicolaus Massa, *epistol. 28.* Io. Tagault *lib. 2. Institut. Chirurg. Io. ad Andr. à Curce, de v. mer. tract. 2. lib. 4. cap. 4.* Fallopius *de v. merib. cap. 14.* Petrus Andr. Matthiolus *in lib. 4. Dioscorid. cap. 16.* Ambros. Paræus, *lib. 18. cap. 28.* Hier. Fabricius ab Aquapendente *lib. 2. Chirurg. cap. 23.* Ludouic. Septalius *animaduers. medicar. lib. 8. num. 181.* alique plurimi, quos experientia docuit, potiones has ad vulnera curanda maximè viles esse. Ideoque experientia refragari, & medicamenta vsu longo probata reicere aut negligere, ne fas sit. Nam, vt Galenus, *s. de loc. affect. cap. 3.* scribit: *Præstat ea, quæ sunt, quomodo fiant, quæ re, quàm, quod fiant, negare*, Neque id satis est ad medicamenta reicienda, quod in antiquorum libris eorum mentio non fiat. Nam multa & vtilissima medicamenta posteriores inuenerunt, quæ antiquis fuerunt ignotissima. Neque eo fine adhibentur, quo topica, aut potiones illæ, quatum mentionem facit Galenus, *4. method. medend. cap. 7.* Ideoque etiam si extra, vt alia topica, vulnus non attingunt: tamen per venas ad ipsa vulnera penetrare possunt. Neque ob vim adstrictoriam, quam ex istis medicamentis

Affirmati-
ua.

D

E

quædam habent, metuendum, ut propterea ad exteriora membra penetrare non possint, aut in visceribus obstructions paritura sint. Aliorum enim, quæ vim potius aperiendi habent, admixtione in commodum hoc facile vitari potest. Nec tandem omnium medicamentorum vires saltem à primis & hinc ortis qualitatibus æstimandæ sunt, sed & à tota substantia ortis proprietatibus, quas sola experientia suggerit. Vires autem horum medicamentorum, etsi facile definiti non possint, sed experientia manifestentur: tamen de eo inter autores convenit, ea non esse usurpanda in principio, & ubi periculi nihil in vulnere imminet, ac topica ad sanationem integram sufficiunt, ut & ubi febris & inflammatio adest, quæ horum, cum plerumque calida sint, vili facile augeri possunt: sed cum aliis de causis, tunc ipsiusmodi ob vitiosam partis constitutionem, vulnera curacionem non facile suscipiunt, unde non solum isti vulneribus, sed & visceribus ac fistulis feliciter usurpantur. Multum enim refert quomodo pars vulnerata, & sanguis in ea sese habeat, & quæ non contumeliosus, omnia ferè sanguinis vitio committantur, ut docet Tagavtius, *Institut. Chirurg. lib. 6. cap. 12.* Atque cum videamus cibos alios esse vulneratis commodiores, alios noxios: cur non etiam ea medicamenta ægris propinemus, quæ faciunt, ut omnia in sanguine, & circa partem affectam recte sese habeant? Quæ de re Ambros. Pæras, loco an-
*allegato, sic scribit: Natura tali potione adiuvante plane manifeste mihi non raro visa est in ceriosorum officina correctione, & ulcerum consolidatio. Hæc namque potiones etsi humores noxios per alium non expurgent: valde tamen efficaces sunt detergendis ulceribus, & ab omni excrementorum humorum colluvie vindicandis sanguini defecando, & ab ichoribus, omnique impuritate repurgando, fractis ossibus agglutinandis, & nervis unioni restituendis. Et mox: Hæc medicamenta admirabili & prope diuina vi sua sic sanguinem expurgant, ut ex eo tanquam materia apta & laudabili caro, quævisque alia substantia deperdita promte restitui & reponi possit, & pars pristina unioni reddi. Et P. Andreas Matthiolus, in lib. 4. Dioscoridis cap. 16. ait: Eiusmodi potiones vidi ego cum thonicis tum intestinorum vulnera sanari, quælethalia & nullo prorsus auxilio curari censebantur. Et omnino id agunt hæc medicamenta, ut sanguinis nimiam humiditatem, quæ ad glutinationem parum apta est, absument, probam progenerationem carnis materiam suppeditent, & affluxum ad partem vulneratam moderata adstrictione inhibeant. Et Guido de Cauliaco, tr. 3. doctrin. 1. cap. 1. sui seculi stylo ita scribit: In antiquis ulceribus, in fistulatis & canceratis, nec non & in sanguine congelato in interioribus, ac insanie congregata in pectore, & in glandulis intrinsecis, & crepaturis quandoque concessi. Quæ eadem ex eo habet Io. Tagavtius lib. 2. *Institut. Chirur.* Et in his casibus audacter se illis potionibus vii scribit Ioh. Andreas à Cruce, iisque magis in duntaxat, fistulosis & male morigeratis. Et Ludovicus Septalius, loco allegato scribit: Vbi copiosiora indies excrementa generari viderimus, vel oberrata in vitæ, vel exuberantiam pravorum humorum in toto, vel ob malitiam vulneris; euacuato corpore & transacto inflammationis tempore, placet vii aliqua vulneraria potione per plures dies, donec absumentam materiam videremus.*

Simplicia autem, è quibus parantur varia sunt. Ioh. Andreas à Cruce à Germanis quatuor tantum herbas in hunc usum extolli & commendati scribit, *alchimillam, garryophyllatam,*

A vincam peruinca, & Trinitatis herbam, quæ species trifolii sit. Verum multo plures plantæ in usu sunt. Nimirum consolida maior, & minor, sanicula, consolida Sarracenicæ, agrimonia, pyrola, veronica, artemisia, plantago, sabina, equisetum, ophioglossum, quinquefolium, potentilla, verbena, brassica rubra, nepesha, virga aurea, centaurium minus, hypericum, tanacetum, serpentaria, herniaria, scordium, fargaria radice, tormentilla, pimpinella, aristolochia utriusque, distamni albi, valeriana, bistorta, gentiana, rhabarbari, Rhapontici; fl. lil. conuallium, hyperici, rosarum, oculi canceror. munitia, sperma ceti, lignum lentiscinum, munitia, macis, Bolus Armenus.

Ex his parantur varia composita, imprimis potiones & pulveres. In quibus tamen parandis hoc in genere observandum, ut ex plantæ quæ parti vulneratæ aut vicinæ appropriatæ sunt: ex. gr. in vulneribus capitis *betonica, rosa*, in vulneribus pectoris *veronica*, in vulneribus epatis & circa epar *agrimonia*, in vulneribus rectorum aut circa renes *fragaria*, eligantur.

Potiones.

Vel *℥. artemisia rubra, ℥j. fol. hedere arbor. herb. pyrola, sanicula maior minor, alchimilla, consolida, Sarracenicæ, ℥j. bellid. ℥. B.* Concidantur & infundantur in vino. ℥. B. aq. f. ℥. B.

Stent in Balneo clauso per 3. horas in calore. Postea eximantur & stent per noctem. Mane adde sacchari ℥. iiii. n. n. n. oculi canceror. munitia an. Drach. ii. F. Potio.

Vel *℥. alchimilla, sanicula, consolida Sarracenicæ, hedera sylvest. artemisia rub. ana M. i.*

Affundo vini boni mensilli i. Coq. in olla clausa lento igne, vsque ad quartam partem consumptionem.

Vel *℥. herba pyrola M. iiii. fol. hedera terrestr. M. iiii. rad. gentiana alba ℥. iiii.* Concis affunde cerevisie veteris, q. s. Stent per noctem. Postea destillentur.

Vel *℥. consolida Sarracenicæ cum toto M. i.*

Coq. in vino bono ad tertiam partem consumptionem. Detur mane & vesperi haustus. Vel *℥. herba tormentilla, fragaria, sanicula, matrisilva, pyrola an. M. i.* Coq. in cerevis. quæ detur agro.

Vel *℥. herb. pyrola, vinca peruinca, prunella, artemisia rubr. pimpinella, agrimon. an. M. ii.* Coq. in vino ad dimidias. Detur vulnerato haustus mane & vesperi.

Vel *℥. ligni lenti scini, visci quercini an. ℥. ii. rad. consolida, aristoloch. centaurea, rubia, valeriana, tormentilla, bistorta an. ℥. B. aq. communis chalybeatæ ℥. xii.*

Misc. & fiat infusio f. a. per 24. horas, postea bulliant duplici vase ad consumptionem medietatis, & cum ad consumptionem tertie partis fuerit petuentum, adde rad. petroselinii, summitat. rubi, cannabis pilosella, Trinitatis, vinca, peruinca, equiseti, fragaria, flor. lil. conuallium an. M. B. rhapontici Drach. ii. cinamomi ℥. B. In fine vero decoctionis adde vini aromatici ℥. iij. Deinde facta expressione & colatura cum saccharo fiat veluti mulla.

Vel *℥. ligni Guaiaci preparat. ℥. iiii. cortic. Guaiaci, sarsaparilla an. ℥. ii. santali curin. rad. tormentilla, bistorta, valeriana, distamni albi, consolida an. ℥. B. aque commun. ℥. xvj.*

Misc. & F. infusio f. a. per 24. horas. Postea bulliant duplici vase ad consumptionem tertie partis, tunc adde equiseti, betonica pilosella, distamni Cretici, pyrola, potentilla, summit. rubi, herb. Trinitatis,

Materia potiorum vulnerariorum.

Potiones vulneraria.

fragaria an. M. B. *cinamomi* ℥. B. Bulliant simul, donec remaneant lb. vi. & in fine ebullitionis adde *vini albi opt.* lb. iii.

Facta deinde expressione & colatura, cum *melle* vel *saccharo* fiat veluti *mulsa*. Si tamen febricitaret vulneratus, detrahendum esset vinum.

Commendatur etiam sequens potio Nobilium Bernensium, qua sola sæpissimè gravissima vulnera curari dicuntur, cuius mentionem etiam facit Guiliel. Fabricius *cent. 4. observat. 84.*

℞. *pyrola virga aurea, artemis. sanicula, betula rubr.* an. q. v.

Colligendæ sunt plantæ M. Augusto & in umbra sicandæ, postea pulveris sume part. æqual. & misce. Tunc.

℞. *pulu. huius cochli.* Ebulliat in *vini albi* Mens. i. detur vulnerato haustus tepide ter in die. Continuetur usque ad consolidationem. Debili ægro dentur *cochl. ii.* Alia potio.

℞. *Gallirici, pyrola, vinca peruinca, consolid. Sarracen. matrisilva, sanicula, veronica, alchimilla, hederæ arbor. artemis.* an. M. iii. *albi* Graci mense Martio collecti ℥. ii. B. *Cereuisia veteris & acidula* vnius vtræ proportionem. Stent in digestionem per 14. dies; postea per Vesicam destillentur, & reserua pro usu in vitris bene munitis. Dantur iii. cochlearia singulis vicibus, ter in die. Parantur in hunc usum & pulueres.

Vt ℞. *nunc. mosch.* ℥. i. *osul.* ℥. i. B. Fiat puluis detur ℥. B. vel ℥. i. cum vino.

Vel ℞. *corall. rubr.* ℥. iii. *margarit. spodii* an. ℥. vi. *ocul.* ℥. ℥. ii. M. Fiat puluis. Detur vulnerato Drachma vna in vino aut aqua. Electuaria talia parari possunt.

Vt ℞. *cons. ros. rubr. betonic.* an. ℥. ii. *tormentilla consolid.* an. ℥. i. *macis* ℥. ii. *corall. rubr.* ℥. i. *oculor.* ℥. prop. ℥. B. Cum *Sir. acetosa*, F. Electuar.

Vel ℞. *succi plantag. equiseti, sanicula, pilosella, veronica* an. ℥. ii. *rad. consolid. maior.* sub cinerib. coltar. & per setaceum traictar. ℥. i. *sacchari albi* lb. i.

Coq. ad Electuarii consistentiam. Sub finem addendo *cons. rosar.* ℥. i. *tormentilla.* ℥. B. Misce.

Non tamen his potionibus solis fidendum, & reliqua topica medicamenta negligenda sunt. Idenim si fiat, vulneratus in graue periculum incidere potest, cuius rei historia est apud Guiliel. Fabricium, *cent. 4. observat. 83.*

CAPVT XII.

De Diata vulneratorum.

Diata vulneratorum.

Atque hæc de Chirurgia & medicamentis ad vulnerum curationem in vniuersum necessariis dicta sunt. Restat, vt aliquid de diata, quæ vulneratis obseruanda est, dicamus. Aër sit temperatus seu tepidus; de quo Celsus, *lib. 5. cap. 26. Locns, in quo cubabis, tepidus esse debet.* Frigidus verò vulneribus omnibus valde inimicus est. Calidus licet vulneri satis commodus est: tamen quis corpus calefacit, humores commouet, & ad motum aptos reddit, atque ita faciliè fluxionibus, quæ alias in vulneribus faciliè accidere solent, occasionem præbere potest, vulneratis utilis non est. De quo Celsus *lib. 5. cap. 26.* Oportunissimum tempus curationis verum est aut certè neque feruens neque frigidum. Si quidem vulnera & nimius calor & nimium frigus infestat. Sæpero talis natura non detur, arte parandus

est. Sit etiam aër purus: feridus verò & quouis modo inquinatus vitandus.

Cibum & potum quod attinet cum ex sanguine caro, & quicquid ad vulneris glutinationem necessarium est generetur, tales sint, è quibus sanguis bonus & purus generetur, & nullo modo multis excrementis & prauis symptomatibus occasionem præbeat. Cibi ergo sint boni succi & facili coctionis: vitandi vero cibi prauis succi, alia, cræpæ, siliola caro, pisæ; & omnino calidis, acerbis mordacibus, & mali succi cibis abstinendum. Sumantur etiam cibi ea quantitate, quæ possunt à natura coqui, & quæ moderatam sanguinis quantitatem suppeditant. Si enim copiosior sanguis generatur materiam fluxioni, inflammationi & aliis symptomatibus suppeditat. Et quidem ea quantitate cibibus adsumendus, vt sanguinis non tantum ad partem vulneratam confluat, quantum tempore sanitatis fluere consuevit; cum pars vulnerata imbecillior reddita, tantam sanguinis copiam, quam ante, conficere & sibi assimilare non possit: vnde vel inflammatio, vel excrementorum copia generabitur, vulnusque nimis humectabitur. Cibi etiam ita comparati sunt, vt humorum fluxionem potius cohibebant, quam exciterent; & omnino tales esse debent, vt si quod vitium sit in humoribus, illud corrigant potius, quam augeant. Et si quid mali accidat vulneri, vt illi aduerteretur cibis danda opera. Non tamen in omnibus vulneribus eadem forma victus conuenit. Nam si vulnus sit in parte carnosa, & nullum adfluxum inflammationis periculum, plenior cibus offerri potest: at in partibus nervosis, & vbi inflammationis periculum imminet, tenuior victus præscribendus, vt minor sanguinis copia ad partem vulneratam afflueret, & inflammationi materia subtrahatur. Et quidem quò maius periculum in vulnere adest, eo victus si tenuior: vbi verò periculum minuitur paulatim ad pleniorum ascendere licet. Quanquam ergo Hippocrates *lib. de affect.* scribit: *vulneratos fame affligito*: id non simpliciter accipiendum, sed semper ad periculum, in primis inflammationis coniunctum attendendum, & quò id maius vel minus, eò tenuior vel plenior victus præscribendus, vt ex eodem Hippocrate, *lib. de fractur. comm. 1. text. 44. & comm. 3. t. 12.* & Galeno, *in comm. ibid.* videre est. Dandum tamen hic etiam est aliquid ætati, tempori, regioni, consuetudini, temperaturæ, secundum *aph. 17. sect. 1.*

Potum quod attinet, in nostris regionibus satis commodè bibitur cereuisia, potus puta ex hordeo, vel tritico paratus; quæ nunc tenuior, nunc crassior, pro vulneris conditione eligenda. Vinum in vulneribus periculosis, & vbi inflammationis periculum imminet, locum non habet; cum humorum, ob tenuitatem & caliditatem, sit vehiculum. Ideoque Hippocrates, *lib. de vlc. t. 1.* scribit: *Modicus cibus & aqua potio, quam maximè omnibus vulneribus, magis tamen recentibus quam vetustis confert, tum sicubi in vulnere inflammatio adest, aut metuitur, aut vbi periculum est, ne quid vitietur, vel cum articuli vulnera inflammatione tentantur, aut vbi conuulsionis metus impendit, & venter vulnus accepit.* Itaque aduictis, & vbi cereuisiæ copia non est, vel aqua simplex exhibenda, vel medicata, *succo granatorum, semine coriandri, cortice citri*, vel aqua hordei, aut è toto citro destillata. Vbi inflammationis periculum transit, vinum *δισυπόπον* exhiberi poterit. In grauioribus vulneribus medicati potus ex herbis vulnerariis parari possunt.

Motum & quietem quod concernit, quies vulneratis conuenit, & præcipuè parti vulneratæ. Motus enim humores commouet, & ad fluxum aptos reddit.

reddit; & membri vulnerati motus dolorem in eo concitat. Ambulare tamen leniter, si crura salua sint non nocet. De quo Celsus *lib. 5. cap. 26. Optimum etiam medicamentum quies est. Mouere & ambulare, nisi sanis alienum est: minus tamen his est periculosum, qui in capite, vel brachiis, quam qui in inferioribus partibus vulnerati sunt. Minimeque ambulatio conuenit femore, aut crure, aut pe de laborante.*

Animi affectus.

Motus quoque animi nimii sunt vitandi, & inprimis ira. Ideoque ii, qui ægrum ad iram concitare possunt, nec admittendi, nec eorum facienda mentio; sed potius ad moderatam lætitiā ac animi tranquillitatem æger disponendus. Venus, si quid aliud vulneratis noxia. Vigiliæ immodicæ nocent; cum humores accedant, & commoueant. Aluus sit aperta, & si substerit, clysteribus lenibus laxanda.

C A P V T XVIII.

De Prohibenda ad partem vulneratam fluxione.

Atque hæc de generali vulnerum curatione dicta sint: quæ tamen interdum secundum subiectorum varietatem, partis vulneratæ naturam, & morborum ac symptomatum superuenientium rationem varianda est. De quorū dicamus.

Et primò quidem sæpe accidit, vt corpus, quod vulneratum est, non exactè sanum sit; sed vel plethoricum & cacochymicum, & proinde metuentum, ne vel sanguis abundet vel humores vitiosi in corpore cumulati occasione vulneris ad partem affectam ruant, & varia mala excitent. Danda ergo diligens opera vt affluxus humorum ad partem vulneratam præcaueatur. Præcauetur autem fluxio primò si omnes causæ quæ fluxionem excitare possunt, præcaueantur; & proinde omnia, quæ partem vulneratam p. n. calefacere in ea dolorem excitare, aut laxam & ad fluxum intercipiendam aptam reddere possunt, humores item calefacere, fundere, & ad motum faciles reddere queant, tollendæ. Dietæ quoque ea ratio obseruanda, ne vilo modo nimis copiosum sanguinem, vel paruos humores generet.

Deinde partis imbecillitati succurrendum roborantibus; dolor, si is adsit, mitigandus; si calor, alterandus; & tandem sanguinis copia imminuenda, ac vitiosi humores euacuandi. Id quod venæ sectione vel purgatione perfici potest.

Venæ sectio.

Itaque si sanguis in corpore abundet, vt metuentus sit ejus ad vulnus defluxus, sanguinem, nisi antea multum fluxerit, mittere vtile est; de quo Celsus, *libr. 6. cap. 16. Medicus, inquit, debet mittere sanguinem ad siccitatem mouendam.* Et. *Fluat ergo sanguis multus ad siccitatem abundantiorē: sed nisi fluxit, quantum satis, secetur vena, si vires venæ sectionem ferant.* Idque inprimis faciendum in vulneribus magnis in quibus ob dolorem sanguinis affluxus metuitur: vbi etiam sanguis mittendus, etiam si in corpore adeo non abundet. Vnde Hippocrates, *in lib. de articulis,* in costæ collisione sanguinem è cubito detrahit; vbi Galenus, *in comment. addit: Etiam si in corpore sanguis non redundet, in huiusmodi plagis ad venæ sectionem deueniendum est.* Et *libr. 2. de compos. med. sec. loc. cap. 1. ad capitis dolorem ex ista maximè venæ sectionem commendat.*

Vt autem venæ sectio non solum euacuationem, sed & Reuulsionem præstet, in longinqua & contraria parte vena aperienda, vt alibi de Reuulsionē dictum. Faciendum autem hoc citissimè, & primò statim die, & quidem antequam vllum medicamen-

Operum Sennerti Tom. III.

tum adhibetur, vt sanguinis ad partem vulneratam affluxus præcaueatur.

Emittendus autem sanguis pro abundantia eius & virium ratione. Itaque si antea multum sanguinis effluerit, omittenda venæ sectio. Quod si vero parum vel nihil sanguinis effluerit, sanguis emittendus, semper tamen pro virium ratione: quas definiunt ætas, habitus corporis, anni tempus, & alia, de quibus suo loco dictum.

Si verò humores vitiosi in corpore abundant, purgatione opus est. Nam cum eò feliciter & citius vulnera sanentur, quo pars magis sana & bene constituta est; & mala partis vulneratæ constitutio sanationem impediatur: omnino danda opera, ne vitiosi humores ad partem affectam confluant. Itaque cum vulneris occasione facile fieri possit, vt ad partem affectam confluant; si in corpore reperiantur, statim euacuandi sunt. Idque faciendum in magnis vulneribus, & vbi metuentum, ne ob dolorem prauis humoribus ad partem vulneratam ruant, vt & in iis vulneribus, vbi sectio & dilatio faciendæ, & os abra- dendum est, & omnino in omnibus, vbi dolor est vehementior. Parua verò vulnera, & dolore carentia etiam sine purgatione sanescunt. Si tamen aluus sit adstricta, clystere laxanda est.

Purgatio.

Equidem nonnulli sunt, qui purgationes in vulneribus abhorrent, & metuent ne humores ab iis agitati ad partem vulneratam magis confluant. Verum admittunt eas Hippocrates, *lib. de affectionib. de fracturis, s. 48. comm. 3.* & Galenus, *4. meth. med. cap. 4. & 6.* Et ratio id suadet. Si enim calidi & tenues ac biliosi humores in corpore abundant, sanguinem ad motum aptum reddunt, & facile ex dolore & vigiliis incalescunt, atque inflammantur, & febris occasionem præbent.

An vulnera sint purgandi.

Et si verò omnes humores vitiosi, qui in corpore abundant, euacuandi sunt: tamen, vt diximus, inprimis calidi & biliosi ac serosi, qui ad fluxum magis apti sunt, & ad inflammationes ac erysipelata generanda faciunt, & febres facile excitant. Statim autem in principio instituenda est purgatio, antequam nimirum affluxus concitetur, & febris accedat. Si verò febris iam accesserit, purgatio non commodè, aut certè cum periculo instituitur.

Ac proinde in vulneribus ad purgandum vtilissimè adhibentur *mana, sirupus ros. solut. rhabarbarum, fol. senæ;* & ex compositis, *tryphera Persica, el. de psyllio, rosatum Mesues.* Acaldissimis verò medicamentis purgantibus abstinendum, ne fluxus humorum concitetur, & partem vulneratam ad inflammationē disponant. Qua ratione autem purgatio rectè instituenda sit, alibi dictum.

C A P V T XIV.

De Venarum & arteriarum vulneribus, & de hæmorrhagia in vulneribus sistenda.

Partes ipsas vulneratas quod attinet, sæpe ob eas aliquid peculiare in curatione vulnerum agendum. Quomodo priuatarum partium vulnerum curatione rectè instituenda sit, sui locis, quæ postea allegabimus, dictum. In genere venarum, arteriarum, neruorum, ac partium neruosarum vulnera peculiarē curationem requirunt.

Et primò quidem venarum & arteriarum maiorum vulnera hoc peculiare habent, quod insignis hæmorrhagia eas comitatur, quæ animi deliqua, & alia symptomata excitare potest. Fluit autem sanguis vel ex venis vel arteriis, & quidem nunc

Hæmorrhagia vulnerum.

C C c e

majoribus, nunc minoribus, & vel ex vna ex pluribus. Et licet prima hæmorrhagiæ causa sit vulnus vasi inflatum: tamen non raro accidit, vt sanguis aliquandiu sistatur, postea tamē subito iterum erumpat, quod præcipue accidit ex animi commotione & ira. Quod pertinet & aduersarii, à quo vulnus inflatum est, præsentia; qua de causa aliquoties sanguinem, qui iam substiterat, iterum fluere incepisse compertum est. Ac memini, cum frater fratrem vulnerasset, & ad vulneratum alter, dum vulnus deligaretur accederet, (etsi iam reconciliati essent) subito sanguinem, procal dubio ob occultam animi commotionem, erupisse; cum verò aditu postea prohiberetur, substitisse.

Signa diagnostica.

Signa diagnostica.

Cum autem sanguis fluat vel ex venis vel ex arteriis, qui ex venis profluit, crassior est, nigrior, obscurior, & minus calidus, ac sine maiore impetu & pulsu æqualiter effluit, ac minus vires dencit, cæteris paribus. Qui autem ex arteriis prouenit, cum impetu exsilit potius quam fluit, aut calidior, feruens, tenuis, magis flauus, spumofus, nec citra pulsus insignem mutationem, ac virium imbecillitatem & deiectionem effunditur. Si maius vas sit apertum, maiore copia & impetu sanguis effluit, minore: si minus vas sit vulneratum. Quæ autem vena vel arteria, & an vna vel plures sint vulneratæ, ex Anatomicis cognoscitur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Hæmorrhagia nimia in vulneribus valde periculosa est. Sanguis enim vitæ thesaurus est, & cum spiritus vitales euocentur, inde pulsus imbecillitatem paruitatem, frequentiam, & inæqualitatem, & nonnunquam intermissionem, animi deliquium, syncope, partium extremarum refrigerationem & sudores conuulsionem, singultum, deliria, & tandem mortem ipsam affert. Vnde Hippocrates, 5. aph. 3. ait: *Ex copioso sanguinis fluxu conuulsio aut singultus accidens, malum.* Et 7. aph. 9. *Ex sanguinis profluuio delirium, aut etiam conuulsio, malum.* Et quidem periculosius est, si delirio conuulsio coniungatur, quam si solum delirium adsit.

2. Inprimis verò id præstat sanguinis arteriosi effusio; vt pote cum quo caloris influentis plurimum & spiritus vitales qui ad vitam conseruandam maxime sunt necessarii, effunduntur ac dissipantur.

3. Præterea & ob id periculosiora sunt arteriarum quam venarum vulnera, quia difficilius sanantur & consolidantur, propter ipsarum duriciem, motum perpetuum, ac sanguinis arteriosi impetum;

4. Longè etiam periculosiora sunt arteriæ vulnera maioremque; & curatu difficiliorem hæmorrhagia offerant, quæ secundum arteriæ longitudinem, aut transuersim vel oblique inflata sunt, quam quibus tota arteria discissa est, vt ipsa experientia testatur, ita quidem, vt Medici suadeant, si hæmorrhagia, sisti non possit, & arteria tota non sit discissa, vt tota per transuersum discindatur. Etenim si arteria tota per transuersum sit discissa, in se contrahitur, eiusque orificia conueniunt, & propterea facilius coalescunt, & à carne circumiacente facilius teguntur & occluduntur, neque dum arteria dilatatur, vulnus ita distrahitur. Si verò arteria secundum longitudinem, vel oblique, aut etiam non tota discissa sit, cum assiduo dilatationis ac contractionis motu mouentur, hoc motu, & inprimis distensione, vulnus magis dilatatur, & in qualibet diastole hiat, vnde sanguis cum impetu effunditur & exsilit.

Curatio.

Curatio.

Vt in omni hæmorrhagia nimia, ita etiam & ea, quæ sit ex vulnere, duplex indicatio occurrit vna,

A quam ipsa vasa vulnerata suggerunt, quæ vniōnem & glutinationem postulant; alteram, quam hæmorrhagia suggerit, quæ si nimia sit, & vires deiciat, vt sistatur, etiam antequam vasa occludantur & vniantur, postulat. Cum enim ad vasorum vniōnem temporis spaciū aliquod requiratur, atque interim æger de vita periclitari possit, statim sanguis sistendus est.

Vt ergo sanguis, etsi vulnus vasis nondum coaluerit fluxus prohibeatur, omnia ea præstanda sunt quæ eius motum impedire ac inhibere possunt. Impeditur sanguinis fluxus, si conuenientibus remediis & deligatione orificium vulneris occludatur. Quo modo si sanguis cohiberi non possit, & per vulnus etiam quocunque modo clausum perumpat, ob sanguinis maiorem impetum, omnia ea remouenda, quæ sanguini impetum conciliare possunt, qualia sunt, sanguinis nimia copia expulsi ritē irritans, ira potu vini, humores calidi & tenues eo feruescente, motus, sicut & arteriæ, si tota discissa non sit, motus membri sicut decliuus, & similia; quo pertinet etiam dolor & calor in parte, qui sanguinem attrahit, & sanguis ad partem vulneratam impetuose ruens alio auertendus.

Primò ergo, vt vulneris orificium occludatur, danda opera. Fit autem hoc dubio modis vel labiorum vasis vulnerati coniunctione vel orificii obstructione. Labia veneris coniungitur vel digitis orificiū vulneris tamdiu cōprimendo, quousque sanguis grumescit, & ita ipse vasis orificiū obstruit ac ora vasis conueniant & subsideat, vel fasciis orificia inuicē adducenda: Verum raro tam diu digitum in vulnere detinere licet, donec sanguinis grumus concretus orificiū obstruat; neque id locum habet in arteriis vulneratis, cum arteriæ totus sanguis ob tenuitatem, caliditatem, & arteriæ motum difficulter in orificio vulneris concreseat. Neque etiam venæ, si sint profundiores, facile fascis constringi, vel eorum orificia digitis comprimi possunt. Tutissimum ergo est, operam dare, vt orificium vasis sanguinem fundentis obstruatur. Id verò vt artificiosè fiat, digito orificium vulneris occludatur, quantum fieri potest; aut si ipsum orificium vasis digito attingi non possit, ramus sanguinem fundens, qua ad vulnus tendit proximè digito arte comprimendus, & vulnus ab omni humiditate mundandum, hincque statim medicamentum sanguinem sistens imponendum, quod vt rectè fiat, non temere (qua in re à Chierurgis non raro peccari vidi) vulnus magna medicamentorum adstringentium mole saltem obruendum, sed danda opera, vt ipsum orificium itatum & arte obturetur. Hoc enim nisi fiat, etsi magna moles huiusmodi medicamentorum imponatur: tamen si orificium vasis non sit obturatum & obstructum, per id sanguis erumpi, & reliquum illum apparatus omnem eludit. Ad sanguinem autem hoc modo sistendum vix quicquam commodius est, vt quotidiana testatur experientia, quam fungus ille exsiccat, quem crepitum lupi appellant, qui passim in vineis crescit. Cum enim naturæ sit siccissimæ & sanguinem effluentem, quod humida faciunt, quæ propterea ad sistendum sanguinem parum vtilia sunt non admittat, vt in vase subsistat & hæreat, facit. Inprimis verò vtilissimus hic est, si prius filio constringatur, & onere imposito vel torculari in se comprimatur & cogatur. Ita enim postea vbi vulnere imponitur, se se dilatat iterum, & orificium vulneris obstruit.

Si tamen huic soli fidere non libeat, pulueres adstrictorii vulneri prius inspergi possunt. Galen. hoc medicamentū ad sistendum sanguinem præ reliquis

commendat, & omnium. quæ nouerit, optimum esse, & mirari se scribit, *s. meth. med. cap. 4.* si cui melius inuenire contingat.

℞. thuris part. i. aloes part. i. ℞.

F. Puluis; Huius q. m. scæ cum *almubine* oni ad mellis consistentiam. Mistruram hanc mollissimis *pilis leporis* excipe, eamque vasi & toti vulnere impone. Postea conuenienti modo fascia vulnus obliga, & tertio demum die solue. Vbi, si medicamentum adhuc vulnere adhæret, aliud adhuc superponito. Si prius sua sponte linamentum decidat radicem, vasis digito blandè comprimens, vt scilicet nihil confluat, hoc quidem suspensa manu adimito, alterumque imponito. Quosque enim Medicamentum à sanguine fuerit remollitum, non probè sedata fluxio est. Vide Galenum, *loco allegato*.

Sunt tamen & alii pulueres etiam vtilis.

℞. boli Armen. sang. dracon. thuris, aloes succotrina, part. æqual. F. puluis. Guil. Fabricius sæpe hunc feliciter vtr̄pauit.

℞. farina volatilis, ℞. iii. sang. dracon. thuris an. ℞. b. boli Oriental. terra sigill. an. ℞. ii. gypsi ℞. vi. ranar. aquatil preparat. ℞. i. musci cranei human. ℞. b. pilor. lepor. minutiss. incisior. ℞. i. pulu. album. ouor. in Sole diligenter exciccat. Spuma maris, spogia noua torrefact. an. ℞. b. Misc. F. puluis subtilissimus.

Vel *℞. musci pruni sylæstr. rad. urtica serpentaria an. ℞. b. F. puluis, qui vulnere inspergatur.*

Vel *℞. vitrioli pulueris. q. s. includatur linteolo & vulnere imponatur,*

Vel *℞. aloes, thuris, farina volatilis telar. aranear. boli Armen. pilor. lepor. an. ℞. i. F. puluis.*

Vel *urtica mortua* pulueriteretur & vulnere inspergatur.

Neque ab vsu istorum medicamentorum desistendum, donec caro, quæ gignitur, circa vas ita sit producta, vt eius orificium claudat. Hoc enim nisi fiat, semper adhuc hæmorrhagia metuenda est.

Cæsar Magatus, *lib. i. cap. 63.* miros effectus præstare hanc cum *albuminibus ouorum* sabactis permixtam aquam.

℞. succi plantag. vna acerbe cydonior. granatorum acidorum, aceti ex vino nigro, an. ℞. i. succi ex stercore asinino recentis ℞. i. album. ouor. subalt. num. xxx. equiseti, fragaria, pilosella, lingua, serpentina, Trinitatis, pyrola, vinca peruinca, potentilla, auricula vrsi recent. an. M. i. rad. recent. consold. maior ℞. i. centaur. magni ℞. b. cortic. granator. balaustior gallarum quercus immaturar. gummi Arab. tragacanthi, sarocolla, thuris albi gummosi an. ℞. b. rad. tormentilla, bistorta, boli Armen. terra sigill. sang. dracon. terra Samie an. ℞. iii.

Misce, contulis conrundendis, & puluerisatis puluerisandis, post triduanam macerationem duplici vase eliciatur aqua secundum artem. Verum dubito an aqua hæc destillata insignem vim adstringendi habeat cum ea pars medicamentorum simplicium, in quibus est vis adstringendi, vix per alembicum ascendat.

Efficacior est aqua ex alumine destillata, hoc modo.

℞. aluminis optimi q. v. puluerisatum vesicæ bubulæ indito & aquæ calidæ, in atheno inuito, vt alumen dissoluatur. Aquam hanc per alembicum destillata, opus tandiu continuando, (non vterius) vsque dum caput mortuum in fundo residat. Quod de nouo deinde est in vesica bubula dissoluendum, vsque dum tota substantia aluminis in aquam fuerit per destillationem conversa.

Quod si his non sistatur sanguis, causticis non Operum Sennerti Tom. III.

A nulli vtuntur, quæ crustam inducunt, atque ita eius beneficio vasis orificium claudunt, Verum modus hic satis tutus non est. Cum enim quantam particulam adustum est in crustam, tantum, parti de naturali carne decedat; cum crusta decidit, iterum orificium vasis nudum & carne destitutum reliquitur, & sæpe noua hæmorrhagia, quæ non facile supprimi potest, excitatur. Ea ex his tutius vlturpari possunt, quæ vltima vim causticam obueniunt, non vltima verò vim insignem adstringendi, vrendi verò parum habent, quale medicamentum est *vitriolum crudum*, quod propterea nonnulli crudum in puluerem redactum vulneribus, ad hæmorrhagiam sistendam inspergunt; alii verò in aqua dissolunt, & linteæ hac madefaciunt, ac vulnere imponunt. Et imprimis ehalcantum, seu puluerisatum, seu in conuenienti liquore dissolutum vtile est in vulneribus, vbi neque digiti compressione, neque fungo illo, qui crepitus lepi appellatur, vel etiam, si opus sit, vitione, orificium vasis claudi potest. Chalcathum autem, præcipue in liquore dissolutum, & vas ipsum lætum penetrat. Cauendum tamen, ne nerui, si adsint, lædantur. Ideoque in talia profunda vulnera, si adsint nerui, potius alia medicamenta sanguinem sistendi vim habentia, per clysteres auriculares, seu instrumenta idonea iniicienda.

An in hæmorrhagia vulnerum causticis vtendum.

Vitrioli vis in hæmorrhagia.

B Interim tamen vtile fuerit & vniuersalia quædam præsidia, quæ ad sanguinem sistendum faciunt, adhibere, reuelantia nimirum, intercipientia, & medicamenta quædam interna sanguinem sistentia.

Vena sectio.

C Reuellant, vna sectio in loco contrario instituta, quæ tantum institui debet, vbi hæmorrhagia non est magna, & vires validæ. Vt tamen vires conseruentur, & expeditior fiat reuulsio, sanguis non vna vice euacuandus, sed pluribus.

Si verò vires venæ sectionem non ferant, cucurbitulæ tum siccæ tum scarificatæ, prout opus, in locis remotis & oppositis affigendæ.

Intercipientia verò adhibentur sanguinem ad partem affluentem repellendi, incrassandi causa, vialisque, per quas fluit, augustiores reddendi. Talia a. applicanda vasis, per quæ sanguis ad partem vulneratam tendit, & ita super partem versus vasis radicem præcipue vbi fieri potest, locis exterioribus, vbi venæ sub cute saltem latent, nec multa carne teguntur; de quo Hippocrates, *s. aphor. 23.*

Frigido in his vrendum, vnde fluit aut fluxurus sanguis est non quidem eodem loci, sed ad ea loca, vnde insit adiuuato: & si que partium inflammationes aut desagrations ad rubrum sanguineum colorem tendunt recentis, efflorescente sanguine iisdem ipsis adhibito. Parantur autem è medicamentis, frigidis & adstringentibus, *posca, vino austero, aq. ros. plantaginis, quercus, solani, farina hordei, pulu. myrsillorum, bolo Armeno sang. draconis, mastische, fl. ros. rubr. balaustii albumine oni.* E quibus vana parantur medicamenta, quorum formulæ, supra p. i. c. 5. inter defensiva in inflammatione sunt proposita. Medicamento imposito, fascia, quæ versus radicem venarum stringat, pars deliganda, & ligatura ante tertium vel quartum diem, aut non prius soluenda, donec sanguis sistatur. Auicennas *quarta quarti, tr. 2. cap. 18.* hoc medicamentum, quod non solum vrendi, sed & adstringendi & carnem generandi vim habet, proponit.

Intercipientia.

℞. chalcathi, gypsi subtilissimi pulueris & perferacem cribrati, an. ℞. xx. thuris pulueris. Drach. vi. aloes, glutini sicci an Drach. viii. arsenici ℞. liii. (malem hic mercurium sublimatum sumere,

Cum multi rerum Chymicarum & metallicarum ignari, sæpe ubi sublimatum in genere legitur, & Mercurius sublimatus intelligendus est, ipsi Arsenicum substituant) Omnia subtilissimè pulverulentur, linamento excipiantur, & orificio vasis imponantur. Nonnulli huic medicamento *sanguinem draconis* & *hypocistidem* addunt.

Interna verò medicamenta sanguinem sistentia sunt vel frigefacientia & incrassantia, vel narcotica. Frigefacientia & incrassantia parantur è *myrro*, *rosis*, *porcolaca*, *lactuca*, *berberis*, *ribes*, *cichorio*, *cydoniis*, *granatis*, *tormentilla*, *coralliis*, *bolo Armeno*, *terra sigillata*, è quibus pulveres, aquæ, situpi, & hinc potiones, & electuaria parantur.

Sunt etiam quædam, quæ occulta proprietate sanguinem sistere dicuntur: quemodo *aqua fragorum* ad hæmorrhogias commendatur. Et *radix pseudo melanthii* sub lingua detenta sanguinem sistit. Nonnulli & *radices cichoris fl. albo* commendent. Alii *iaspidem* vel *lapidem hematitem* in manu tenere præcipiunt.

Stupefacientia non faciliè exhibenda, nisi vires constent, ne ex ex profusione sanguinis labentes, amplius deiciantur; ideòque si ex id ferant, granum vnum vel alterum *landani opiani* exhibendum.

Vt gangris autem suppressus maneat, non parum facit partis vulneratæ situs, qui talis esse debet, vt membrum sursum spectet, ac dolore careat. Nam dolor faciliè sanguinem attrahit, & vt iterum erumpat facit, & ad locum decluem sanguis faciliùs fluit.

Sic hoc modo sanguis non sistatur, vinculum vasis sanguinem fundenti, in primis versus radicem, qua ramus epæ vel cor spectat, iniciendum docent, nudandasque venas vel arterias, ac hamoprehendas esse, mox filo, præsertim serico, ligandas, & fortiter stringendas, hunc vulnus carne implendum, priusquam, vinculum decidat, præcipiunt. Nisi enim caro prius locum, qui circa vas est impleuerit, ipsamque vasis orificium clauerit, vinculo decidente faciliè iterum hæmorrhagia sequitur. Verùm hæc faciliùs præcipiantur, quàm præstantur & opere perficiuntur. Si vena vel arteria vulnerata sanguinem fundens tota discindi possit, sanguis faciliùs sistitur. Retrahitur enim & in se contrahitur. Vt ex vtraque parte, & à circumiacentibus corporibus eius orificium tegitur ac clauditur.

Verùm tutissima & facilissima, si rectè instituat, sanguinem sistendi ratio est, quæ sit per medicamenta sanguinem sistentia, & orificium vasis claudentia, quæ antea proposuimus.

Vbi sanguis substiterit, ante tertium diem vulnus vix soluendum, & si vulnus soluat, tamen si sanguinis fluxus adhuc metuatur, non planè tollendum medicamentum, si à pure & sanie nondum sit madidum. Si verò madidum sit & spontè ferè decidat, aliud imponendum, si adhuc fluxus sanguinis metuatur. Quæ in re tamen cautè agendum, & altera manu pars vasis versus radicem comprimenda, vt sanguinis fluxus prohibeatur, altera verò manu medicamentum detrahendum, vulnus madidum detegendum, & nouum medicamentum imponendum.

Si verò vasa interna vulnerata sint, vt nec ligatura constringi, nec medicamentis impositis obstrui & obturari possint, medicamenta, ex iis quæ sanguinem infrigidandi, incrassandique vim habent, quæque modo proposuimus paranda, victusque similis, vt diximus, præscribendus.

Vbi verò iam sanguis substiterit, & in grumos concreuerit, danda opera, ne putrescat, sed dissoluatur quod qua ratione præstandum sit, dictum est *lib. 2. part. 2. cap. 6.* & supra, *part. 1. cap. 16.* quæ

A ibi videantur. Hoc enim capite solum de hæmorrhagia vulnerum sistenda ageremobis propositum est.

Dieta.

Dieta etiam ita ordinanda, vt sanguinem sistat, ideoque cibi parandi ex *oryza*, *amyllo*, *hordeo pyris*, *ribes*, *eydonis*, *sorbis*, *mespilis*, *lactuca*, *endinia*. Abstinendum à vino. Cauendum ab ira, & animi commotione, & motu vehementiore; ideòque aduersarius, qui ægrum vulnecaut, non admittendus.

CAPVT XV.

B De Vulneribus neruorum & tendinum in genere, & de punctura neruorum.

D E inde & neruorum, tendinum ac ligamentorum vulnera ita comparata sunt, vt peculiare quid in eorum curatione attendendum veniat. Nervos primò vt & tendines quod attinet, (nam quæ de nervis dicemus, & tendinibus applicari possunt) alterius naturæ sunt, quàm caro ideoque etiam, vt postea dicetur, alia quàm caro vulnerata, medicamenta requirunt; præterea sensum, vt & tendines, exquisitum habent, & propterea læsi dolores & convulsiones parant. Sunt autem vulnera neruorum duplicita, punctura, & incisio, prout instrumentum vulnecans punctum vel cæsum vulnus infert.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur autem nerui vulnus primò ex loci vulnerati consideratione, & anatomia, quæ, quibus membris nerui inferantur, docet. Qua de causa etiam considerandum, an vulnus sit in capitibus musculorum, an verò in finibus eorumdem, an supra articulos, vel in ipsis articulis. Si enim in musculorum capitibus sit, netuum; si in finibus & propè articulos, tendinem vulneratum esse, indicio est. Deinde, ex dolore vehementi, qui statim post acceptum vulnus ægrum infestat, nisi nervus transuersum totus sit dissectus. Habent enim nerui exquisitum sensum & propterea us punctis statim in parte vulnerata dolor vehemens oritur, & hinc inflammatio; & cerebro in consensum tracto sæpe convulsiones & deliria excitantur. Tendines verò etsi minùs exquisito sensu præditi sunt, quia tamen & ipsi sensu non carent, itidem iis punctis dolores & hinc convulsiones excitantur.

Prognostica.

1. Omnia neruorum vulnera periculosa sunt, propter sensum exquisitum, quem habent, & consensum cum cerebro. Punctura tamen periculosior est, quàm sectio, vt postea dicetur.

2. Tendinum vulnera minùs periculosa sunt, quàm neruorum.

3. Convulsio, quæ in vulnus incidit, lethalis est *5. aphorif. 2.* Quod de partium neruosarum vulneribus intelligendum. *Θανάσιμον* tamen seu lethale, vt Galenus, in *comm.* explicat, hic non id quod ex necessitate & semper mortem affert, sed quod periculosum est, & crebrò admodum mortem affert, significat.

4. Quibus sunt cum vulneribus (neruorum putatamores conspici, si non admodum conuelluntur nec insaniant. Quibus verò repente euauerunt, siquidem postica Parte factum sit, convulsiones & tetanus accidunt: si verò anteriore, infania, lateris dolor acutus empyema dysenteria, si subicundi fuerint tumores. *5. aph. 65.*

5. In: *ap. horum* 66. *sect. 5.* supra de vulneribus A
in genere allegatus, hic imprimis locum habet: *Si magnis & prauis existentibus vulneribus tumor non conspiciatur, ingens malum.* In nullo enim vulnerum genere facilius excitantur inflammationes, quam in vulneribus neruorum. Ideoq; si ad sit fluxionis causa & occasio, nec tamen tumor superueniat, materiam vel à medicamentis repellentibus aliò pelli, & in penitionibus paribus, detineri vel à natura aliò trudi in incio est.

6. Szpe tamen nulli tumores in eiusmodi vulneribus apparent, si nimirum Medicus omnes fluxionis causas adimat, aut natura ipsa impetum humoris sedet: Et omnino bene sperandum est, si vsque ad septimum nihil mali superueniat. Signum enim est, naturam humorem motum & exagitationem sedasse De quo Galenus, 3. *de compos. med. sec. gen. cap. 2.* *Si vsque ad quintum vel septimum morbi diem nec plegmona tentetur, vacetque prorsus dolore, nullam sentiat tensionem, in posterum totiserit.*

7. Nerui vulnerati putredinem, quoque facile concipiunt; cum calorem maximè debilem habeant, & sicca natura sint, & ab humidis facile lædantur vnde aqua & oleum neruis inimica sunt. Neque ista putredo & corruptio saltem in parte vulnerata continetur, sed & partibus vicinis, imò remotionibus communicatur. Vnde vulnerata manu aut digito, in brachio & humero; vulnerato crure, in femore, non solum dolores, sed & abscessus fieri solent, neque saltem vni lateri, sed opposito malù communicatur. Imò in toto corpore humores coriuntur, vnde febres, laterum dolores, & dysenterix excitati solent. Et quod hoc loco non prætereundum, non semper inflammationis aut putredinis adsunt indicia; imò nec dolores vehementes adsunt, sed sæpe latentes & subito conuulsio inuadit. Materia enim vitiosa subtilis & praua latenter per neruos ad cerebrum deferretur, vt in epilepsia id fieri videmus, à partibus extremis aura venenata sine insigni dolore in partibus, per quas transit, ascendente. Cuius rei multa exempla occurrunt, vt vulnerati sine dolore & inflammatione, subito conuulsione correpti interierint. Itaque in neruorum vulneribus, etsi inflammatio nulla adsit, tamen non fidendum, sed curatio diligenter instituenda.

Curatio.

Curatio. De neruorum vulneratorum curatione diligenter agit Galenus, 6. *meth. med. cap. 2.* In omni verò neruorum vulnere, cum dolor & inflammatio facile immineat, danda opera; vt dolor leniatur, & inflammatio prohibeatur. Ideoq; si opus sit, & sanguinis missione, & actium ac tenuium humorum expurgatione eorum affluxus ad partem affectam inhibendus. Ipsum verò vulnus, vt excrementa libere effluere possint, apertum seruandum Potissima enim in vulneribus neruorum doloris causa est materia excrementitia conclusa, quæ diutius retenta quantitatem prauam acquirit, neruosque vellicat & putrefacit. Itaque medicamenta, quæ *trahunt* dicuntur, & vulneribus eruentis ac partium carnosarum conueniunt, & cito vulnus claudunt, hic non conueniunt. Non conueniunt quoque aqua, & frigida; cum, vt Hippocrates, 5. *aph. 18.* scribit; *frigidum sit inimicum ossibus, dentibus, neruis cerebro dorsali medulla; calidum verò amicum.* Imò nec alia medicamenta actu frigida neruis vulneratis admouenda. Cum enim nerui partes sint exangues, pauco innato calore præditi, & exquisitissimo sensu donati, frigido, quod est mordax & dolorificum, vt Hippocrates 5. *aph. 28.* scribit, facillimè offendunt; vt etiam Galenus, 6. *meth. med. cap. 3.* docet. Sed nec tepida satis commoda sunt. De quo Galenus, Operum Sænerci. Tom. III.

3. *de compos. med. sec. gen. cap. 2.* *Oleum, quo fouemus, satis calens esto, ne talem vulneratam partem effendas. Sicut enim frigidum huiusmodi affectibus est maxime contrarium: sic tepens non omnino vile.* Et post: *Propter quod & ego fomentum ex oleo calente satis usurpare malui, tepidum semper vitans; hoc autem magis frigidum.* Si tamen neruus sit detectus, Galenus tepida magis, quam valde calida adhibet, 6. *meth. med. cap. 3.*

Etsi verò ad dolorem leniendum calidum humidum sit vtilissimum: quia tamen sub humectantibus nerui facile putrescunt: neruorum vulneribus accommodatissima medicamenta sunt, quæ in actiuis sunt temperata, aut nonnihil ad calidum accedunt, in passiuis verò siccant; & partium tenuium, quæ calorem neruorum debilem roborent, excrementa absumant, & exsiccant. De quo Galenus, 6. *meth. med. cap. 2.* *Facultas medicamentorum neruorum vulneratorum tenuis esse debet, tum modicè excalefaciens, & que siccare citra dolorem possit; cum sola hæc trahere ex profundo saniens, neque contrahita neque demorsa particula, possit.* Et post: *Nerui vulnerati medicamenta postulant, que tepidum calorem excitent, & valentior siccant, & que ex substantiæ suæ natura & trahendi vim habeant, & tenuium sint partium.* Idem docet 3. *de compos. med. sec. gen. cap. 2.* Et talia medicamenta etiam hoc habent beneficii, vt licet facultate siccandi sint prædita, officium tamen vulneris non conglutinent; cum & vim attractricem habeant, & adstrictiora destituantur. Naturæ tamen vulnerati habenda est ratio, & mollioribus corporibus debiliora, duris fortiora sunt adhibenda. Habenda quoque est ratio materix exsiccandæ, & pro copia humiditatis conuenienter siccantia eligenda. Nam, vt Galenus, *proximè alleg. loco, 3. de compos. med. sec. loca. cap. 2.* ait, copiosa humiditate auctum insigniter exsiccante, parua, modicè hoc faciet te, quemadmodum multè, admodum resiccante, non tamen extremè neque in senamo exsiccari desiderat. Siccitati enim quantitatem humiditatis copia respondere conuenit. Si quæ etiam sint ex medicamentis exsiccantibus & tenuium partium ad vulnera neruorum vtilia, quæ adiunctam habent insignem caliditatem & acrimoniam mordacem, ac propterea dolorem facile ac fluxiones excitare queunt, qualia sunt balsama destillata, spiritus, oleo: eorum caliditas & acrimonia, nisi spontè statim euanescat, id quod in spiritu vini accidit, aliorum permissione temperanda & mitiganda.

Medicamenta autem talia neruis vulneratis vtilia proponit Galenus, 6. *meth. med. cap. 2.* & *de compos. med. sec. gen. cap. 3. 4. & 7.* & proponuntur etiam mox de neruorum punctura.

Vt verò dolor leniatur, partis temperies seruetur, & affluxus humorum ac inflammatio prohibeatur, non solum conuenientia medicamenta parti affectæ imponenda, de quibus mox dicetur, sed & partes à vulnere vsque ad principium neruorum intermedium oleo calente sunt inungendæ & fouendæ, *ol. lumbricorum* scilicet, *liliorum alborum, vulpino, castino, de castoreo,* & similibus. Id quod Galenus, 6. *meth. med. cap. 3.* præcipit; & propterea si neruus sit ex iis, qui in collo prodeunt, brachium à vulnere vsque ad axillas & collum inungendum. Si verò neruus sit iis, qui in crure habentur, bubones & inguina inungenda, ascendendumque per spinam ad caput & collum.

Verùm cum prognostica, vt & medicamentorum istorum vsus nonnihil variet, si neruus punctum vel casum vulneratus sit, de punctura & siccatione neruorum in specie dicemus, è quibus quæ in ge-

nere de curatione vulnorum neruorum dicenda vi-
debantur, elarius patebunt.

De Neruorum punctura.

Signa Diagnostica.

Punctura
neruorum.

Signa dia-
gnostica.

Cognoscitur autem neruum punctam vulneratum esse ex ipso teli genere & vulneris conditione, si nimirum id angustum sit, nihilominus statim grauis dolor subsequatur, atque hinc pulsatio, inflammatio, febris, conuulsio: quæ symptomata neutiquam accidunt, vbi neruus ex toto præcisus est. Nam cum neruus totus transversim dissectus amplius cum cerebro non continetur, id in consensum trahere nequit, atque ita dolor & conuulsio excitari non potest.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

1. Punctura neruorum inter neruorum vulnera periculosissima est. Nam, vt Galenus, *art. medic. cap. 92.* scribit, *nerui & tendinis punctura propter sensus vehementiam, & quoniam hæc pars principio continuatur, prompta est ad neruorum conuulsionem excitandam, ac tunc præsertim, cum nihil exspirat, obcæcato cuius vulnere.* Et *6. meth. medic. cap. 2.* *Vbi punctus est neruus, necesse est dolorem inuadere, quam reliquis partibus maiorem, tum ex necessitate superuenire phlegmone necesse est.*

2. Eò tamen periculosior est nerui punctura, quò in corpus impurius & malè dispositum incidit. De quo Galenus, *6. de loc. affect. cap. 2.* scribit: *Quod si quis, cui vulnera facile sanescunt, acu pungatur, is, etsi citra medicamentum, nudoque membro ad opera consueua abeat, nihil mali sentiet: si vero cui vulnera difficulter sanantur, & qui vel plethoricus est, vel vitiosis succis premitur, is primo quidem dolebit, post etiam tum pulsu particula infestabitur, tum phlegmone.*

3. Si in neruorum puncturis tumor apparet, & postea dispareat & euanescat, conuulsionem ac delirium oriatur, vt antea è *5. aphor. 65.* dictum.

Curatio.

Curatio.

Quæ in aliarum partium vulneribus omnibus Indicatio communis est, id nimirum, quod solum est, esse vniendum, ea & in neruorum punctura locum habet. Quia tamen, vbi punctus est neruus, propter sensus, quem habet, acrimoniam, maior, quam reliquis partibus, dolor accedit, & hinc inflammatio: in neruorum punctura id in primis Medico agendum, vt dolor præcaueatur & mitigetur, ac inflammatio prohibeatur. Id autem prohibetur, si excrementa in vulnere, quæ dolorem afferre possunt, non cumulentur. Non cumulantur autem si ex toto corpore vitiosi humores ad vulneratum locum non confluant, & si quæ in vulnere colliguntur, in eo non retineantur, sed statim euacuentur. Quod præstabitur, si cutis, vt & carnis, quæ neruo incumbit, vulnus apertum seruetur aut si vulnus non satis pateat, amplius reddatur, & cutis latius duabus ad angulos rectos sectionibus incidatur, vt per id excrementis, quæcunque in vulnere generantur.

Itaque in neruorum punctura tria in primis agenda sunt: corpus à vitiosis humoribus purgetur, dolor leniatur, excrementis exitus paretur, eaque tollantur.

Quæ ratione corpus vniuersum purgandum sit, sæpius dictum. Partii verò vulneratæ medicamenta imponenda, quæ & dolorem mitigent, & saniei exitum parent, inque alto latentia excrementa foras trahant; & si vulnus nimis angustum sit, id vel sectione decussatim facta, ita vt punctura sit sectionum centrum; vel turundis, quæ cu-

rem dilatent, neruum tamen non turgent, ampliatum.

Ad dolorem tamen leniendum, nec aqua calida, nec calida, & humida conueniunt; cum aqua & frigida omnia sunt neruis inimica, & calida ac humida facillè putredinem in neruis excitent, sed potius vtendum oleo tenuis substantiæ, vt *lumbricorum*, vtile etiam fuerit partem circa vulnus oleo calente tenuissimam partium non adstringente inungere; aut si talis copia non detur, oleo lilior. alb. *lumbicorum*. vel *chamæmel.* anethino, de meliloto. Quod si dolor nondum cesset, & inflammatio imminet, commodum fuerit cataplasma aliquod ad dolorem leniendum imponere, paratum è *farina hordei, fabarum, erui, lupinorum, betonica, flor. chamæmeli, oleo bene maturo.* Talia n. cataplasmata dolorem sedant, exsiccant, & discutunt, putredini resistunt, calorem natium fouent ac roborant; & proinde in vulneribus neruorum & tendinum vtilissimè adhibentur; & in primis talia vsurpanda, cum nerui inflammari & putrescere incipiunt, & tunc cataplasmata illa cum oxymelite vel lixiuio paranda, ac ea ferè curatio instituenda, qualis gangliæ incipienti conuenit.

Itaque in eo omnes autores consentiunt, & praxis ipsa atque experientia id docet, in puncturis neruorum esse abstinendum à frigidis, adstringentibus, humidis, & vtendum esse, calidis, siccis tenuem substantiam habentibus, seu vt Galenus ait, eò omne consilium dirigendum, vt medicamentorum facultas sit tum tenuis, tum mediocriter excalfaciens, & quæ siccare citra dolorem possit. Nam sola hæc trahere ex profundo saniem, neque contracta, neque demorsa particula, possunt.

Verùm etsi hoc quidem extra dubium sit, medicamenta, quæ puncturis neruorum adhibentur, talem, qualem modò diximus, facultatem habere, nimirum saniem exsiccare & discutere, atque ex alto trahere: an tamen præterea nihil agant, nulloque alio sine adhibeantur, de eo dubito. Et vt id faciam, ea, quæ supra, *cap. 8.* de sarcoticis dicta sunt, faciunt. Cum enim eo loco monstrauerim, non absurdum esse statuere, sarcoticorum medicamentorum eum in primis esse vsu, vt calorem cuiuscunque partis roborent, vt natura in carnis generatione eò rectius suum officium præstare possit: id in primis in neruis, tendinibus, & ligamentis vulneratis necessariam est. Cum enim eorū calor longè debilior sit, quam partium carnosarum, in vulneratis is adhuc magis debilitatur, & proinde alimentum affluens rectè coquere, & sibi assimilare non possunt, ac proinde id in saniem mutatur, & quò maior est debilitas, eò copiosius talis sanies effluit. Præterea cum neruosæ partes exquisitum sensum habeant, facillè dolore corripuntur, cuius occasione ex reliquo corpore vitiosi humores confluunt. Hinc sæpe accidit, vt ex articulis vulneratis, in primis in cubito vel genu, præcipuè si accedat inflammatio, nullum pus laudabile generetur, sed magna saniei copia effluat, quam Chirurghi nostrates *das Hlieb. Maffer.* aquam articulare, nominant, atque imperitiores ipsius articulari genuinum humorem esse existimant, & propterea eius effluxum, nescio quibus medicamentis, obstruere conantur; cum tamen in omnibus totius corporis articulis non tantum humoris contineatur, quantum vna die è tali vulnere interdum effluit, & fluxus ille nullo modo sisti possit, nisi parti vulneratæ sua temperies naturalis restitatur. De quo etiam monet Io. Langius, in *prefat. epist. med. & lib. 1. epist. 3.*

Talia autem medicamenta, quæ experientia neruorum & tendinum vulneribus, in primis puncturis, vtilia esse docuit, sunt *oleum bene matuum, bismum*

petius quam recens, lumbicorum, rutaceum, lil. A
 alborum cefinum, de caforeo; terebinthina, (sola
 in pueris, feminis & qui molliore sunt corporis
 habitu, in sicciorebus vero cui aliquid euphor-
 bii admixtum sit) ammoniacum, galbanum, radix
 aristolochie rot. dictamnus, & omnes radices ama-
 ræ sine abstractione; propolis eodem modo vel sola
 vel cum euphorbio; loco euphorbi: & sagapenum
 admisceri potest, oleum de stillatum terebinthina,
 lacrima abietina, bal. ana artificialia alia. Com-
 mendat etiam Galenus emplastrum, quod paratur
 ex cera part. j. terebinthina, picis, ana part. dimid.
 euphorbii part. xij. de quo videatur Galenus, 6.
 meth. medic. cap. 2. ubi diligenter & prolixè de eu-
 phorbii in neruorum vulneribus vsu agit; quarum
 summa est: cum vsus euphorbii mensura nemo
 comprehendere possit, cum propter vanam euphor-
 bii ætatem, tum propter varias naturas corporum;
 attendendum esse, quale sit euphorbium, an recens,
 an vetus, & qua proportione miscendum. Vetus
 enim, quod nouo fluidius & pallidius est, sed consi-
 stentia durius & siccius, minus efficax est, & quam-
 uis ad annum tertium vim aliquam retinet, quarto,
 quinto aut sexta iam exsoluitur, & procedente tem-
 pore planè elanguescit. Recens itaque cum cere tri-
 plo commiscetur.

Ut ℞. euphorbii ℥. j. cera ℥. iij. olei ℥. x. vel. xii.

Veterascens autem copiosius admiscendum, &
 pars vna ac dimidia adicienda, vel etiam duæ tri-
 mum autem vel quadrumum, vel duplicatum prioris
 pondus, vel æquale ceræ. Quia in re tamen vsus at-
 tendendus. Si enim vulneratus ipse mortuum sensisse
 dicat, & partes puncturam ambientes calidæ appa-
 reant, tum ipsa punctura magis, quam pars est, tumi-
 da, & ora inflammatione sufficiantur: medica-
 mentum iusto fortius est, & propterea vel olei co-
 piosioris mixtura eius vis remittenda, vel vetustius
 euphorbium sumendum. Si contra eueniat, vis me-
 dicamenti adaugenda, vel copiosiore, vel recentio-
 re euphorbio admixto. Quæ enim mixtura triplum
 ceræ habet, valentissima est; quæ quintuplum, in-
 ualidissima; quæ quadruplum, medioctis.

Galenus, ut ex 3. de compos. med. sec. gen. cap.
 2. videre est, & alia usurpanda censuit, sulphur vi-
 uum, calcem viuam lotam, arsenicum, sandaracham,
 pompholyga, squamam aris, chalcitidem vstam. D
 Sed in his omnibus saltem vim siccandi spectauit, &
 talia solum medicamenta componere voluit, quæ
 excrementa è vulneribus neruorum euocarent &
 absumerent. Verùm mihi, ut antea dictum, proba-
 bilius videtur, talia medicamenta esse eligenda,
 quæ calidum natium neruorum, quod tum per se,
 tum maximè in vulneratis neruis debile est, simul
 roborent & augeant.

Itaque recentior ætas longè tutiora medicamenta,
 tam arte chymica parata, quam è peregrinis regio-
 nibus allata, imò & in nostris obuia, & quæ citra do-
 lorem, quem facillè fortiora illa antiquorum indu-
 cunt, officium suum faciunt, quæque seu neruus
 denudatus, seu tectus sit, tutò applicantur, (cùm E
 in neruo denudato antiqua illa omnia tutò adhiberi
 non possint) inuenit, qualia sunt balsamum Peru-
 uianum, ol. de stillatum resina terebinthina, & abie-
 tina, cera, oleum seu balsamum hyperici, spiritus
 vini, gummi elemi, tacamahaca, caranna: quæ om-
 nia eam, quam à Galeno & antiquis proposita obti-
 nent, corrodeni vim non habent, & simul vim bal-
 samicam, ut recentiores loquuntur, qua illa desti-
 tuuntur obtinent, & non solum excrementa absum-
 unt, sed & calorem natium partis vulneratæ val-
 de roborant, & omnia neruis amica sunt. Cæsar

Magatus, lib. 2. de vulneribus, cap. 5. has formulas
 tradit.

℞. ammoniaci, opopanax, sagapeni aq. ardenti so-
 lutor. propoleos, terebinth. an. ℥. 5. 6. ol. seruini
 parium, bimi aut trimi, in quo lumbrici terrestris
 bullierint ℥. j. 6. M. F. Vngu.

Vel ℞. terebinthina clara, lacrima abietina an.
 ℥. j. tacamahaca ℥. 5. caranna ʒ. ij. balsami Peru-
 uiani ʒ. ij. propoleos ʒ. vj. cl. nostri de hyperico
 ℥. j. M. F. Vngu.

Vel ℞. sagapeni, oppopanax, propoleos an. ℥. 5. 6.
 tacamahaca ʒ. ij. ol. stillar. terebinth. vel lacrimæ
 abietina ℥. j. sulphuris ignem non experti ʒ. j. 6. M.
 F. Vngu.

Vel ℞. tacamahaca, opopanax, propoleos, abie-
 tinae lacryme an. ʒ. ii. balsami artificialis ʒ. vi. M.
 F. Vng.

Vel ℞. balsami artificialis. ol. nostri de hyperico.
 an. ℥. 5. 6. aque ardentis, aut aque balsami ʒ. iii.
 Misce.

Vel ℞. diachyl. gummati ℥. i. tacamahaca, ca-
 ronne, sagapeni, propoleos, resina pini, picis nana-
 lis an. ʒ. iii. balsami arce facti ℥. 5. 6. euphorby. ʒ. ii.
 Misc. F. Cerotum.

Vel ℞. fermenti vetusti ℥. i. 6. stercoris columbi-
 ni aut sulphuris ʒ. i. aq. ardentis, aut aq. balsami q.
 s. ut medicamentum acquirat mellis consistentiam.
 Misce.

Vel ℞. ol. de terebinthina vel abietina lacrima. ℥.
 i. sagapeni, propoleos an. ℥. 5. 6. euphorbii ʒ. i. M.

Et si, quod imponitur, medicamentum sit tenuis
 substantiæ, seu ut Chymici loquuntur, volatile,
 quod facillè dissipari possit, admiscenda terebinthina
 gummi elemi; vel superponendum emplastrum è
 gummi caranna, tacamahaca, ol. hyperici compo-
 sito, dissoluto.

Dieta.

Diætæ quoque ratio habeatur. Aer, in quo æger
 vertatur, calidior sit; cùm frigidum neruis sit inimi-
 cum, 5. aph. 18. Idèdque etiam neruorum vulnera
 non nimis sæpe & sine causa detegenda, & cùm de-
 teguntur, candela accensa, vel vas carbonibus ignitis
 plenum in propinquo esse debet, & ipsa noua deliga-
 tio festinanda & citò perficienda. A vino æger ab-
 stineat. Pars affecta leniter & molliter collocanda,
 & in quiete detinenda. Nam ut Celsus ait, lib. 5. c.
 26. optimum etiam medicamentum quies est: mo-
 ueri & ambulare, nisi sanis, alienum est. Imò risum
 in vulneribus partium neruosarum multum periculi
 & damni afferre posse, testantur duæ historię anno-
 tate à Guiliel. Fabricio, cent. 1. obseruat. 23. Ita &
 animi affectus vitentur. A Venere, ut nocentissima,
 æger abstineat, ut vel historia iuuenis illius apud
 Guiliel. Fabricium, cent. 1. obseru. 22. docet, qui
 iam propemodum sanatus hanc ob causam obiit.

CAPVT XVI.

De Neruis casim vulneratis, & Ligamentorum vulneribus.

SI verò neruus vel tendo non punctim, sed casim
 vulneratus sit, videndum, an secundum longitu-
 dinem, an verò per transversum, & quidem neruus
 vel totus dissectus, vel ex parte tantum vulneratus
 sit, & quantum cutis superiacentis sit diuisura.

Signa Diagnostica.

Dolor, si neruus sit casim vulneratus, sed non
 totus dissectus, non est ita magnus, ac si punctim
 vulneretur. Plerumque tamen etiam satis magnus
 est. Si verò neruus totus præcisus, sit nullus dolor

percipitur. sensus tantum vel motus partis, in quam nervus inferitur, aufertur. Si etiam tendo totus dissectus sit, motus membri aufertur.

Prognostica.

apognosti- 1. Si nervus secundum longitudinem sit vulneratus, convulsionis metus tantus non est, cum fibræ non ita efficiantur: si verò transversim sit vulneratus, non tamen totus dissectus, omnia quidem ea symptomata, dolores scilicet, inflammationes, convulsionem, deliria, afferre potest, quæ nervi punctura: quia à fibris dissectis, quæ non dissectæ sunt, noxa communicatur, inde dolores, fluxiones, & inflammationes & alia mala; malumque tandem ipsi cerebro communicatur, unde convulsivi motus & deliria.

2. Si verò nervus totus dissectus sit, equidem tantum periculum non affert, nec convulsionis vllus metus est: aliud tamen incurabile malum subsequitur, nimirum partis, in quam nervus inferitur, debilitas in sensu & motu; cum spiritus animalis per nervum amplius integrè ad eam partem ferri non possit.

3. Si tendo aliquis vulneratus sit, sed non totus dissectus, motus debilitatem in parte, quam movet, parit: si verò totus sit dissectus, partis illius motus planè aboletur & tollitur.

4. Si copiosa sanies effluat, partes affectæ malè constitutæ, inflammatæ, & omnino periclitantis indicium est. Fluit autem ista sanies pro partis affectæ ratione varia, nunc instar aquæ se habens, nunc sero lactis similis, nunc alba lactea quasi; ex tendinibus crassior & glutinosior instar albuminis oui: ac memini cuidam Studiofo in genu valdè vulnerato quotidie è vulnere materiam oui albumini similem, sed tamen non nihil albiorem & paulò crassiorem, & omnino talem qualem Celsus, lib. 5. cap. 26. describit, & meliceriam appellat, quod albo melli sit similis, ea copia effluxisse, vt oui testa eam vix capere potuisset.

Curatio.

Curatio.

Curandi ratio in plerisque quidem est eadem cum ea, quæ cap. precedente est proposita: quædam tamen peculiariter attendenda. Nervi cæsim vulnerati plerumque nudi & cute denudati sunt. Danda igitur opera, ne frigidò aëri, qui nervis inimicus est, exponantur. Ideoque vt proprio tegumento & superiacente cute tegantur, quantum fieri potest, danda opera, & proinde, si nervus sit secundum longitudinem vulneratus, fasciæ vulneris labia adducenda & coniungenda; si verò per transversum, & necessitas id requirat, sutura adhibenda; diligenter tamen eavendo, ne, si acu fiat sutura (quod tamen facilè evitari potest, vt supra dictum) nervus ipse acu tangatur. Si enim suendo pungatur, eadem symptomata accidere possunt, quæ aliàs in nervorum punctura oriri solent. Ita tamen vulnus adducendum, vt saniei liber exitus pateat; quod si opus est, turunda fieri potest; ne a detenta nervum corruptat & putrefaciat. Nervi vulnerati quoque fortia illa & mordacia medicamenta ex enphorbio, & similibus, non ferunt. Ideoque ad talia eorum vulnera Galenus vsus est medicamento ex calce viua sæpius lota cum oleo rosaceo multo misto, vt & medicamento ex pompholyge, si cum largo oleo rosaceo misceatur. Verùm tutissima sunt medicamenta à Recentioribus inventa, quorum capite precedente facta est mentio. Ipsum verò vulnus extra tegi potest emplastro diachalciteo seu diapalma, vel nernino, aut alio convenienti: Galenus, lib. 3. de compos. medic. sec. gen. cap. 3. huiusmodi emplastra proponit; & apud Recentiores etiam plurima existant, cuiusmodi etiam supra cap. 8. de medicamentis vulnerariis,

A proposita sunt. Vitale est & hoc arguentum de nervibus dictum.

℞. centaurei minor. plantag. minor. cyroglosse, pilosella, consolida maior. minor. cauda equina, millesfolii an. M. i. vermium terrestrium. lb. ℞. ol. commun. lb. j. vini lb. i. ℞. aceti ℞. iv.

Subigantur simu, & ita septem diebus fermententur. Deinde illis addatur.

℞. Sebi Arctis à pellibus emundati lb. i. picis navalis, resina ana quart. unum, gummi ammoniaci, galbani, oppanacis aceto dissolutor. an. ℞. ℞.

Simul omnia moderato igne decoquantur, ad vini & aceti consumptionem, & colentur. Vbi verò petfrixerint, adde.

B *Terebinthine ℞. i. ℞. thuris. mastich. sarcocolle an. ℞. iii. croci ℞. ij.*

Agitentur spatula, vel pistillo in mortario moveantur, & si videbitur, ad consistentiam cera addi potest.

Et cum ob caloris naturalis in nervis inopiam, vix bona fieri soleat suppuratio, sed potius putredo & humorum corruptio, cataplasma, quod putredinem inhibet, imponendum; quod & hanc utilitatem præstat, vt nervum, cui frigus inimicum est, ab externis aëris iniuria tueatur. Vitale est & hoc:

℞. farina fabar. hordei, erui, pulv. fl. chamamelis, ros. rubr. an. q. v. Cum oxymel. f. & ol. rosato lumbricato F. Cataplasma.

C Et cum in nervis transversim vulneratis, non verò per totum dissectis, facilè cerebrum per fibras integras in consensum trahatur, & convulsio excitetur, convulsio, quantum fieri potest, præcauenda, iis, quæ hactenus sunt proposita, medicamentis, & quæ infra, cap. 23. proponuntur, auertenda; aut si id fieri non possit, nec medicamenta sufficiant, nervus totus dissecandus, vt convulsio auertatur. Et si enim pars inde debilitetur, & vel stuporem vel motus læsionem patiat: tamen præstat hoc incommodum, quàm mortem, pati.

De Ligamentorum vulneribus.

Ligamenta, cum sensu destituuntur vulnerata nec dolorem nec convulsionem pariunt, neque per se suos affectus cerebro communicant. Et inprimis il gamenti, quod ab osse ad os tendit, vulnus maximè periculo vacat: quod verò musculo inferitur, quia nervos & tendines in consensum trahere valet, si rectè non curetur, plus periculi afferre potest. Quia enim & ipsa ligamenta debilem calorem habent, non facilè vulnera ferunt, sed promptè multa excrementa cumulant, quæ putredinem contrahere, & alia mala excitare possunt. Idèoque ex medicamentis ad nervorum & tendinum vulnera utilibus maximè siccantia adhibenda: & quidem tutè ea vsurpare licet; cum pars hæc sensu destituatur, neque ab eorum acrimonia facilè offendatur. Cum tamen, vt capite preced. dictum, mihi videatur, talia medicamenta non solùm exsiccandi, sed & partium calorem debilem fouendi & roborandi gratia adhiberi: talia siccantia vsurpanda, quæ calorem harum partium debilem nullo modo debilitent & dissipent, sed potius foueant & robovent.

CAPVT XVII.

De Articulorum vulneribus.

Nervorum vulneribus cognata sunt articulorum vulnera, quæ scilicet in cubito, genu, aut articulis digitorum accidunt: quæ sunt aut cum luxatione, aut sine ea.

Articulorum vulnera.

Prognostica.

Prognostica. 1. Sunt autem talia vulnera omnia periculosa; cum articuli ad recipiendas fluxiones sint valde idonei, utpote partes carnes, carne, & qui membranis ac tendinibus membranaceis connectuntur, & facile doloribus tentantur unde inflammationes, vigilia, deliria, convulsiones excitantur; & talia vulnera in ulcera cacothæ facile degenerant, ut Galenus, 4. *meib. med. cap. 6.* scribit.

2. Et periculosiora adhuc sunt in parte interna; cum eo loci graviora vasa & nervi contineantur unde hæmorrhagiæ insignes & convulsiones facile excitantur.

3. De iisdem vulneribus etiam scribit Hippocrates, 2. *Prorrhæ. Vulnera, quæ in articulis sunt, si penitus abscissi: nervi sunt, qui continebant, absque dubio claudos reddent. Sin dubium est, quomodo nervi affecti sint, si quidem ex acuto telo recta plaga est, ea transversa melior. Quod si graue fuerit & vetus quod vulnus infixit, nihil inest discriminis. Sed & vulneris altitudo aliæque signa huiusmodi consideranda sunt. Pus si ad articulum accedat, duriorum eum reddi necesse est. Quod si etiam tumores simul perseverarint, necesse est, eum locum in multum tempus durum esse, & sano quoque ulcere tumorem permanere, simulque ea inflecti & extendi, ubi recurvato articulo curatio adhibita est. At quibus nervus excisurus esse speratur, iis cum maiore fiducia claudicationem prædixeris, idque tum maxime, si quis nervorum inferiorum exsolatus fuerit. Nervus autem excisurus his induciis deprehenditur, si pars albam crassamque & diurnam sub eo effluit, doloresque ac inflammationes ad articulum circa initia oriuntur. Quæ etiam contingere solent, ubi os excisurum est.*

4. Idem allegato loco sic ait: *Quæ in cubitis discessa sunt, præcipue cum inflammatione, ad suppurationem scitionemque & vitionem perveniunt.*

5. Vulnera autem hæc periculosiora sunt, si accedat luxatio. Neque enim sine vitæ periculo articulus tum reponi potest, ob dolores huiusmodi vulnera perpetuo comitantur. Ideoque se Medicus prognostico munire debet, ne apud vulgum male audiat. Alias enim si articulum reponat, & is repositus maneat, mortem affert ægotanti, videturque vulgo ad paruum vulnus mors secuta. Vbi enim accidit cum tali vulnere luxatio, distractionem patiuntur nervosæ partes circa articulos, unde dolores sævi & fluxiones sunt: si vero reducatur articulus, rursus extenduntur eadem partes: atque ita inflammationes & conuulsiones accidunt, atque cerebro communicari necesse est, simulque ex tot distractionibus & extensionibus orto, affluxu materię calor suffocatur, & gangræna ac sphacelus sequitur. Quapropter si tale vulnus offertur, periculum vitæ adstantibus exponat Medicus, & febrem futuramque brevi convulsionem, si reductio fiat, prænuunciet. De quo Hippocrates, *lib. de articulis, l. 74.* de offe tibia verba faciens, scribit: *At enim quibuscumque tibia ossa luxata vulnere facto penitus è pedis articulis eminent, sine extrâ vergant reponenda non sunt: sed permittenduxi, ut qui veli Medicus ea reponat. Scire enim licet hos, si reposita permanserint, esse mortuuros: paucorumque dierum vitam ipsorum futuram. Pauci enim ex ipsis sunt, qui septem dies pertranseant. Quæ namque ipsos perimit, convulsio est. Adde quod evenit etiam, ut & tibia & pes gangræna corripiantur. Hæc ita esse evenitura, certo sciendum est. Et de offe cubiti, *text. 76.* ait: *Eadem ratio est, si ossa quoque cubiti ad articulum manus ulcere facto sunt in interiorem partem manus eminent. Certo enim sciendum ist, intra paucos dies ea morte, quæ superius dictum est, eum esse mortuorum, cui re-**

posita ossa permanserint. Et de offe femoris, text. 77. *Si vero os femoris ad genu vulnere facto prolapsum sit, repositum ac subsistens violentiorem mortem maturius afferet, quam superius dicta. Et postea: Eadem vero ratio est de articulis circa cubitum cubiti, & de cubito, & de brachio. Quæcumque enim ex his luxata vulnere facto emiserint, ea omnia, si reposita fuerint, mortem inducunt.*

6. Articuli tamen minores si reducantur, non necessario mortem afferunt, sed primum servantur. de quo Hippocrates, *lib. de articulis, l. 78.* *At vero quibus articuli digitorum vel pedis vel manus luxati vulnere facto exierint non offe quidem fracto, sed in ipsa coherencia avulso, iis si repositi permaneant, convulsiones quidem periculum impendit, nisi recte curentur. Et Galenus, 3. *de fract. l. 16.* *Si vero parvi articuli, quemadmodum circa digitos reperiuntur, neque tunc quoque des periculo vacabit, qui tamen si curantur, plerique ob diligentiam magnam in cura adhibitam id consequuntur. Et postea: Expectandum tamen est, articulos circa digitos, qui reponuntur, abscessuros esse, plerumque enim in a conrigit, si vel quavis inflammatio subsit. Quare si non propter vulgi imperitiam Medico veranda esse accusatio, nullam penitus reponere oportebat, Quæ omnia ut Medicus eritet, ægroque mortem non accersat, repositionem articuli non suscipere debet. Si vero non reponet articulum, inscitia à vulgo arguetur, utpote qui ægrum claudum vel mancum effecerit. Quapropter & tunc prognostico se munire debet Medicus.**

Curatio.

Curatio horum vulnerum, si sint sine luxatione, eadem fere est quæ nervorum. Labia nimirum vulneris quidem adducenda sunt, non tamen penitus, si vulnus sit profundius, ut humoribus, qui facile colliguntur, effluxus pateat. Et cum articuli imprimis paucum calorem habeant optime ab ætheri aëris iniuriis descendendi. Quapropter non solum illa vnguenta & emplastra, ve in aliis vulneribus, præferunt nervosis, vtitata imponenda, sed & cataplasmata, quorum supra, *cap. 8.* facta est mentio.

V. gr. Pulv. rad. althæe, ℥. ℞. beonica, fl. chamemeli, meliloti an. ℥. i. furia sem. lini, sanigraci an. ℥. i. sabrr ℥. i. b. l. Cataplasma.

Affluxus quoque humorum præcauendus, & propterea totum corpus diligenter evacuandum, & affluentes humores intercipiendi & evertendi.

Multum quoque refert, ut membrum recte situr & locetur, ut dolor & affluxus humorum præcaueatur, & membri actio conservetur.

Si ergo antica humeri pars vulnerata fuerit, alæ diploma crassius subiciatur, & aliquo involuatur, quod cubitum sustineat, & caput humeri alius impellat. Proprio enim pondere deorsum tractum humeri caput facit, ut vulnus rursus sanetur. Si articulo cubiti vulnus infixum, brachium neque excessum servandum neque nimis inflexum, sed figura media collocandum, quæ angulum obtusum referat. Qui situs ut servetur, & ab ægro aut dormiente, aut non cogitante materetur, vel deligationibus idoneis, vel etiam instrumentis ligneis adaptatis conservandus. Carpo in manu vulnerato, vel digitorum articulis, manus semiflexa continenda, & digiti non extensi, ne cicatrice inducta rigida manus permaneat, & contracta lædatur. Si femoris articulus sit vulneratus, supinus æger decumbat, & idoneis pulvillis ac deligationibus caput ischii in proprio loco contineatur, & dum cicatrix inducitur, mandatum ægro, ut interdum huc atque illic femor moveat, ne cicatrice inducta motus læsio ob eam ad-

cidat. Genu vulneratum extensum; à rectâ figura locandum, vt claudicatio evitetur.

Vulnus cum luxatione.

Si vero cum luxatione sit vulnus, si articulus magnus luxatus est, repositio omittenda, & claudicatio ac periculum ægro prædicendum, & fluxio omnibus modis auerrenda dolorque mitigandus, membrisque is situs eligendus, qui ægro maximè commodus & gratus videtur, & minimum doloris affert; modo membram non dependeat, ne afflioni occasio detur. Vulnus vero, vt reliqua vulnera, curandum; non tamen vt reliqua vulnera deligandū. Cauendum etiam ab aere frigido. Cataplasmata quoque non ipsi vulnere, sed partibus vicinis imponenda: ne villo modo pars pondere grauetur & oneretur. Et cum fluxio facile ad has partes fiat, & propterea curatio longius protrahatur, crebris punctionibus, vt & sudoriferis, corpus ab omnibus vitiosis & superfluis humoribus mundandum.

CAPVT XVIII.

De Vulnere cum contusione.

Cum etiam instrumenti, quo vulnus infligitur, conditio, vulneris differentiam aliquam afferat nec id prætereundum. Nam vulneralia instrumentis acutis infliguntur, alia obtusis; quod non parum curationem variat, Et quidem curatio vulnerum instrumentis acutis inflictorum ex iis, que hæcenus dicta sunt, satis patet; quid peculiare vulnera obtusis instrumentis illata habeant, hoc capite dicemus. Solutæ autem vitæ illa species, quam instrumenta obtusa in parte molli efficiunt, Contusio appellatur. Et quidem propriè Contusio appellatur, quando integra superficie partis seu cute, quæ sub ea sunt partes molles contunduntur, & quasi comminuntur, cujus contusionis etiam supra. *part. 1. cap. 16.* aliqua facta est mentio. Interdum tamen non solum pars intus contunditur, sed & extra in superficie vulneratur, vbi vulnus cum contusione coniungitur, de qua contusione agere huius loci est, quam tamen ita tractabimus vt quid in omni contusione agendum sit pateat.

Vulnus cum contusione.

Causa.

Causa.

Fit autem contusio in vulneribus, quando telum, aut instrumentum, quo vulnus infligitur, non solum incidendi & secandi, sed & contundendi vim habet. id quod fit, quando telum aut instrumentum est retusum aut graue, aut quando homo rei duræ alliditur; quò modo, etiam sine vulnere & cum vulnere pars molis contundi potest.

Signa Diagnostica.

Signa diagnostica.

Cognoscuntur vulnera cum contusione ex instrumento, quo vulnus illatum fuit, si scilicet obtusum & graue fuerit; deinde ex dolore & colore luido partis.

Prognostica.

Prognostica.

1. Vulnus cum contusione periculosius & curatu difficilius est, quam id, quod est sine contusione. Partes enim contusa & sanguis effusus discuti vel in pus mutari debent: quod antequam fiat, vulnus curari non potest.

2. Et si pars contusa & sanguis ex ruptis vasculis effusus putrescere incipiat, gangrænam excitare potest.

Curatio.

Curatio.

Cum nullum vulnus, cui alius affectus, qui ejus curationem impedit conjunctus est, sanari possit nisi is remoueat, & pars ipsa rectè sese habeat

A facile hinc patet, ad contusionem primam curam dirigendam esse. Vbi vero contusio ablata est, reliqua cura antea proposito modo peragenda.

Cum autem id, quod contusum est, in integrum restitui non possit, & sanguis, qui è vasculis effusus est, in loco alieno hæreat, & facile corrumpatur: danda primò opera, vt vtrumque tollatur, & seu discutiatur, seu in pus mutetur. Et cum ad partem contusam ob dolorem facile humorum affluxus fiat, primò vniuersales reuulsiones, inprimis venæsectio, si opus sit, instituendæ.

Deinde, ne plus humoris ad partem affectam confluat, defensiuæ & repellentiæ adhibendæ, de quibus supra, *part. 1. cap. 16.* dictum; quæ talia esse debent, vt humorem affluentem non admittant, simulque eius aliquid absorbent & exsiccant.

Vbi de affluxu humorum amplius metus non est, danda opera, vt id, quod contusum est; & sanguis, qui è vasculis effusus, in parte contusa hæreat, quamprimum in pus mutetur, docente id Hippocrate, *lib. de ulceribus: Si quid, inquit, carnis collisum atriumque à telo fuerit, isa curandum est, vt quam celer rimè suppuretur. Nam & minus inflammationeprehenditur, & necesse est collisam detritamque à telo carnem in pus conuersam tabe, cere, deinde nouam creari.* Quæ autem pus mouentia sint, alibi dictum. In eorum vti vsu, cum calida sint & humida, attendendum, ne nimis humida apponuntur; cum eorum vsu facile putredo & partis corruptio excitari possit. Ideoque discutientia quædam addenda.

Vt *Z. rad. althææ ʒ. i. cucum. agrestis ʒ. ʒ. origani, summi anethi, an. M. b. caricarum num. vi.* Cœq. ad molliem & per se taceum trahantur. Adde *pulu. fl. chamæmeli, farina sem. lini, sanigraci, an. ʒ. ʒ. b. sanguinis dracon. ʒ. iii. styrac. liquid galbani myrrha an. ʒ. ii. croci ʒ. i. ol. hyperici pingued. porci an. q. l. Misc. F. Cataplasma.*

Cataplasmata autem talia non ipsi vulnere, sed circummerca, vbi pars contusa est, imponenda sunt. Quod ipsum etiam docuit Hippocrates, *lib. de ulceribus* dum scribit: *Vbi cataplasmate vulnus muniendum esse videtur, reduci à plaga debet, & proximis partibus imponi, vt pus euadat, & qua dura sunt emolliantur.*

Ipsi verò vulnere digestiuum ex *resina terobinthina, & vitellis oui* paratum vel *tirapharmacum*, aut *unguentum basilicum*, vel simile ex iis, quæ supra propostia sunt, inungendum, & desuper linamenta eodem digestiuo illata imponenda.

Pare genito vulnus conuenientibus medicamentis detergendum, & tandem detersum carne implendum ac consolidandum est.

Si verò quod contusum est in pus non mutetur, sed tertio, quarto, aut quinto die tumor cum dolore oriatur, & in dies augeatur, dolorque pulsatis excitetur, ægerque tactum eius loci non bene ferat, tandemque calor in parte fluridus extinguatur, & pars ad fluedinem tendat, dolor & pulsatio remittant, atque alia imminentis gangræne indicia adsint: pars scarificanda, & *unguentum Egyptianum* imponendum, ac curatio instituenda, vt *allegato cap. 16. part. 1.* & in imminente gangræna fieri soles, de quo *part. 2. cap. 19.* dictum.

Si vero non solum caro sed & nerui, tendines & ligamenta contundantur: nerui quidem & tendines si sint contusi absque cutis contusione, oleo calente sunt fouendi, quod discutiendi vim habeat, vt *rutaceo, irino, auesbico sampsuchino.* Si verò simul cutis sit contusa, primò *albumen oui cum rosaceo*

mixtum, ad dolorem liniendum, imponendum. Dolo-
re nonnihil lenito pars vino adstringente tepido
foveanda, & postea, quod athleticis, quibus talis con-
tactio sæpe accidit, in usu fuisse frequenti scribit Ga-
lenus, cataplasma ex *farina fabarum* & *oxymelice*
imponendum. Laedantur etiam *folia ulmi* oleo in-
cocta & applicata, ut & *crinis farmentorum visis* cum
pingued. gallina & *aceto* permixtus. Et si dolor ve-
hementior sit coniunctus *pix liquida* cum *oxymelice*
& *farina fabacea* misceri, coqui, ac calens im-
poni potest: si verò magis exsiccate libeat, *farina*
erui vel *pulsis rad. freos Illyricæ* admisceri locustæ
oleo chamemelino, *anathino*, *irino*, *rutaceo* inungi
debet.

Vel fiat unguentum ex *galbano* & *myrrha*. Hu-
mida vero & quæ faciliè putredinem inducunt, om-
nia fugienda. Exhibenda quoque medicamenta quæ
dam interna, quæ nervis contusis sunt vitia, ut *ra-*
diæ aristolobria, *gentiane*, *helenii*, *centaurium mi-*
nus, *ammoniacum* cum *melle*.

Si verò in nervo vel tendine post contusionem vel
contorsionem, ob crassorum humorum confluxum
durities remaneat, atque inde torpor & stupor in
parte exciteretur, enollentia & digerentia imponen-
da, qualia sunt *radix althææ*, *lil. albor.* *bdellium*,
ammoniacum, *galbanum*, *diachyllum magnum*.

Si tandem ligamenta contendantur & contor-
queantur, medicamenta, quæ calefaciendi, sic-
candi, discutiendi, & parvi calorem reborandi
vim habent, imponenda; qualia sunt *oleum masti-*
chinum, *nardinum*, *irinum*, *spicatum*, *emplastrum*
barbarum nigrum.

Vel ℞. *ol. mastich. nardini spicati* an. ℥. i. *bdellii*
℥. ii. *croci* ℥. i. *ceræ* q. s. F. Unguentum,

CAPVT XIX.

De vulneribus morfu animalium
illatis.

Vulnera ex
morfu ani-
malium.

AD vulnera cum contusione pertinent & ea,
quæ morfu animalium, & globulis bombardam
inferuntur; de quibus propterea in specie age-
re libet. Et quidem vulnera morfu animalium illata
quod attinet, agemus de us hoc capite quater us ven-
nent experta sunt. De morfu verò animalium ven-
enatorum postea cap. 21. dicitur. Accidit enim in-
terdum, ut homo à cane, simia, equo, asino, vel
aliis animalibus non rabidis, vel etiam homine alio
mordeatur. Omnem autem feræ morsum quoddam
virus habere scribit Cornelius Celsus, lib. 5. cap. 27.
Quod de feris faciliè negari non potest. Et enim cum
saliva animalium magnam vim habeat, & si quid
vitiosum in corpore est, id faciliè imbitat: cum morfu
vulneri inferri faciliè potest. Accedit & hoc, quod
animalia, dum mordent, plerumque irata sunt. Cum
verò ira, et nouissimum, magnam humores com-
mouendi & corrupendi vim habeat, vitium istud
humorum facile saluæ, & per eam vulneri commu-
nicari potest; idque multo magis accidit, si homo
sit phreneticus. Et si omnino nihil virulenti sit in
vulnere à morfu animalis inserto: ipsa tamen contu-
sio, quæ omnia vulnera & curatu pericul. difficiliora
reddat, vulnera ista grauiora facit. Nam cum dentes
animalium non ita acuti sint, ut gladius, vel cul-
trum, vel aliud armorum genus, dum vulnerant,
simul contundunt.

Quàm periculosa autem sint vulnera etiam ab ho-
mine morfu illata, docet Guilielmus Fabricius
tribus exemplis, quæ cent. 1. obseruat. 84. & 85.
recenset; quorum primum est de mercatore inter

A pocula morfu alterius in apice dextri indicis vulne-
rato, cui ex morfu illo tæta manus fuit inflata, maca,
& gangrena iam incipiens secuta, cum coruillio-
nibus, febre ardentissima, syncope, & inquietudi-
ne: alterum de Medico à munere phrenetica, qui
incautè linguæ explorandæ gratia, digitum in os
ipius immiserat, demortuo, qui ex mortuo illo dolor
vehemens non solum in digito sed & toto brachio
exortus est: tertium Viri ab alio furioso ira percito
ad primam articulationem pollicis graviter missi,
cui itaem statim dolor vehemens per totum bra-
chium exortus est, & secuta febris ac syncope.

Similem historiam recenset Matthias Glandor-
pius, in *specul. Chirurg. obseruat.* 49. de viro quo-
dam, qui dentibus alterius irati, in pollice circa
B primum articulum sauciatus fuit, inde maximus
dolor, inflammatio totius manus, febris continua,
corporis inquietudo, hypotymæ frequentes, & in-
tensus capitis dolor ortus est.

Et omnino vulnera periculosa sunt, tum ex se
propter contusionem, tum quod saliva iratorum
animalium maligni aliquid conuictum habet, &
eò magis periculosa sunt, si partes nervosæ, quales
sunt digiti, mordeantur.

Curatio.

Cum, ut dictum, in omni vulnere à morfu anima-
lium illato contusio adsit, & nunc maior nunc minor
C prout dentes animalis sunt acuti magis, quales canis
simiæ, sciuri; alius minus acuti, ut hominis, equi,
asini; & ex contusione illa dolor inferatur: & con-
tusionis & doloris habenda ratio.

Primo ergo sanguis diligenter à vulnere expri-
mendus, & venæ sectio vel purgatio, si opus sit, in-
stituenda; ac ne maior affluxus humorum fiat, &
malum partibus superioribus commoveatur, de-
fensivum aliquod ex oxycrato, vel aliud, parti su-
periori imponendum; ipsi verò vulnere ad dolo-
rem leniendum, suppurationem promovendam,
vulnusque apertum servandum, tale medicamentum
applicandum.

℞. *ovum i. butyri* ℥. ʒ. *croci* ℥. i. *ol. violar. ro-*
fac. an. ℥. ii. Misc.

Vel ℞. *rad. althææ*, ℥. i. *ʒ. fol. malus, flor.*
chamemel. melileri an. M. ʒ. *absinth. p.* ii. Coq.
ad molitiem & contundantur. Conculis adde *vitell.*
ovii i. *ol. rosac. chamemel.* an. q. s. F. Cataplas-
ma.

Si virulentia aliqua metuatur, *scordium* addi po-
test, ut & *theriaca*. Proinde tale unguentum pa-
randum.

℞. *ungu. basilici. babilini rec.* an. ℥. ʒ. *ʒ. theriaca*
℥. i. *ol. rosac.* ℥. i. *vitell. ovii* i. Misc.

Deinde, ut portò, quod contusum est, in pus
mutetur, utendum *melle rosaceo resina terebinthina*,
cum *vitello ovii*, vel *unguento basilico*. Vel, si ma-
lignitas metuatur hoc.

℞. *pulu. myrrhe, rad. aristol. rot. iridis Fl. aloes*
an. ℥. i. *angelica* ℥. ʒ. *theriaca in spir. vini dissol.*
℥. ii. Cum *melle rosato* F. Linimentum.

Tandem deterfo & mundificato vulnere, carne
id replendum, & cicatrice claudendum, ut alias he-
ri solet.

Si gangrena iam imminet, curatio, ut de gan-
græna dictum, instituenda.

Glandorpii parens in casu antea allegato, præter
vniuersalia & interna, hæc topica adhibuit. Primum
hoc unguento in unguentum si amara & ea id vulnere cum
emplastro cirrino imposuit.

℞. *ʒ. terebinth. Veneta aliquoties lota* ℥. i.
pulu. lamblic. terrestr. ℥. ii. *sturis* ℥. ʒ. *vitell. ovii*.
Misc.

Curatio.

C

D

E

Prognosti-
ca.

Manus ad carpum vsque inuncta fuit *ol. rosato*. A
Dolore incrementum fumente seq. cataplasma tepidè applicauit.

℞. scordii, aliarie an. p. iiii. absinth. comar. hyperici saluia, amaraci an. p. ii. ros. rubr. p. iii. flor. chamemel. meliloti an. p. i. medulla panis filigin. ℥. iii. fursarum ℥. i. farina lupinor. ℥. i. ℞. Cum l. q. Vini fiat Cataplasma in sine addendo ol. rosæ ℥. vi. rosati. lumbriat. ℥. i. ℞. visell. vni i. croci ℥. i. Misc. Dolore adhuc nihil remittente, circa carpum & cubitum defensionum hoc applicauit.

℞. vng. rosar. camphorat. santalini an. ℥. ℞. ol. rosati cum susco solani ℥. ii. boli Armeni ℥. ii. pulu. ros. rub. ℥. i. aceti rosati parum, Misc.

Dolore nonnihil cessante, neruus seu potius tendo niger conspectus fuit, ideo seq. puluerem insperlit.

℞. rad. arisol. rot. pencedan. iridis an. ℥. i. C. C. U. prep. pulu. lumbriat. terrest. thuris an. Scrup. ℞.

Misc. F. puluis subtilissimus. Supra quem imposuit filamenta illita *emplastro diapompholyg. recta emplast. diapalma*. Et sic metus, qui aderat, pollicem amputandi, depulsus fuit, & portio tendinis magna excisa ossiculumque primum planè cariosum cum vngue extractum fuit. Quia autem digiti manus propter diurnam deligationem, vt & pollex, motu destituebantur; fomentationibus, balneis & linimentis adhibitis, digiti motum recuperarunt, & pollex licet immobilis mansit, de nouo vngue donatus fuit.

CAPVT XX.

De Sclopetorum vulneribus.

Vulnera sclopetorū. **A**D contusa vulnera referimus etiam ea, quæ sclopetis infliguntur. Vbi statim in principio discutienda quæstio.

An vulnera sclopetorum globis inflicta aliquam malignitatem vel empyreuma ex puluere pyrio vel globo impressam habeant,

Tres opiniones de vulneribus sclopetorū.

In tres omnino sententias hic abeunt autores. Primi statuunt, vulnera sclopetorum globis inflicta esse venenata. Alii venenata quidem esse negant, empyreuma tamen & combustionem habere dicunt. Alii denique neutrum adesse concedunt, sed omne id quo differunt hæc vulnera à vulneribus acuto telo illatis, esse à partium, quas globus transiit, contusione & dilaceratione. quas sententias ordine videbimus.

Primò.

Primò eorum, qui vulnera hæc venenata esse statuunt, opinio satis antiqua est, & post bombardas iuuentas opinioni huic curandi vulnera sclopetis inflicta methodus superstructa fuit. Nam Io. de Vigo, parte 2. practica, Cheirurgia lib. 1. cap. de vulnere venenoso, scribit: *Si vulnus causatum fuerit ab instrumento iam dicto la bomba, tunc canterizatio fieri debet cum oleo sambucino vel lini tantummodo*. Scribitque PARACELSUS, lib. 10. Cheirurg. apologis mor. ad sua tempora vsque vsitatum fuisse, talia vulnera oleo sambucino calidissimo, cui non nihil theriacæ admixtum sit, inungere; atque hanc curandi rationem se quoque initio secutam fuisse, donec fortuito quodam casu aliud edoceret, de quo *allegatus locus* videatur.

Rationes quibus prima opinio probatur.

Qui autem hanc opinionem sequuntur, venenositatem in vniuersum probant ex morbis & sympto-

matibus prauis, qui superueniant, qualia sunt partium corruptio & gangræna, vlcera herpetis naturam referentia, tremor cordis, febres malignæ, vulneris labra livida seu nigra; deinde ex curatione, quod Alexipharmaca in his vulneribus profuisse compertum, & quod vulnera hæc diu aperta seruanda sunt, more aliorum vulnerum venenatorum. Tandem & hoc nonnulli prætendunt, quod compertum sit omnes, qui in quibusdam prius globis eiusmodi vulnerari fuerunt, perisse, vel vix, & non nisi maximo labore fuisse seruatos, etsi vulnera adeo magna & periculosa non videbantur, quæcunque etiam à Cheirurgis adhiberetur diligentia.

Venenositatem verò alii deducunt à puluere illo pyrio, cuius vi globi proiciuntur; alii à metallo, è quo globi parantur; alii à veneno, quo globi hi inficiuntur. Constat enim hic puluis ex Sulphure, nitro & carbonibus; quorum priora calida esse, & dum igniuntur, summè calida fieri, & si flammam concepiunt tandem venenositatem acquirere dicunt. Quod vel ex eo etiam patere existimant, quod qui puluerem istum conficiunt, os & nares occludant, ne venenosis huius pulueris halitibus lædantur. Qui verò ex metallo venenositatem deducunt, illi metalla omnia venenata & corpori nostro inimica esse statuunt; alii etsi globos istos per se venenatos non dicant, eos tamen veneno infici posse, idque variis gentibus vsitatum fuisse; passim ex autoribus variis probant, vt Theophrasto, *de plantis lib. 9. cap. 15*. Dioscoride, *lib. 6. cap. 20*. Plinio, *lib. 12. cap. 53*. Paulo Aegineta, *lib. 6. cap. 88*. & aliis modernis scriptoribus. Nonnulli hic ad conuenientiam fulminis & ictus bombardæ confugiunt, atque sicut certum est in fulmine vim venenatam sæpe inesse, quod sætor & mira hominem & bruta subito iugulandi vis atque alii maligni eius effectus satis testantur: ita simile quid in ictu bombardæ inesse putant.

Secundò multi fuerunt & sunt, qui empyreuma seu combustionem partium his vulneribus coniungi statuunt. Atque hinc tot apud Cheirurgos vulgò circumferuntur medicamenta, quæ Cheirurgi nostri *Puluerleschung*, id est pulueris pyrii seu empyreumatis extinctoria nominant, quod scilicet perusalum habent, in tali vulnere esse empyreuma, quod primò omnium extinguendum sit. Id verò his rationibus probare conantur, primò quod globi isti, dum proiciuntur, à puluere pyrio inflammentur, & empyreuma contrahant. Secundò, ex ipso globuli motu qui cum sit celerrimus & velocissimus, inde globum calefieri putant; quod ipsum etiam Aristoteles docuisse videtur, qui 2. *de celo, cap. 7. tex. 42*. & 1. *meteor. tex. 3*. ob vehementem motum ferrum calefieri, plumbum in sagittis liquefcere, ac ligna & lapides igniri scribit; quod & ipsa experientia docet, cum notum sit, a teritu lignorum rusticos interdum ignem excitare, & molarium rotarum aues, nisi pinguedine madeant, ignem concipere. Tertio etiam id ipsam in globis istis experientia confirmat; cum sæpe compertum sit, à globis istis in pagis straminea testa flammam concepisse, domosque integras conflagrasse. Quarto & alia, quæ in combustionibus accidere solent, in his vulneribus apparere dicunt, ipsum vulnus nigrescere, acres, terros & nigros ichores inde effluere, & inflammationem, vt in ambustionibus fieri solet, ad nonum vsque diem augeri, & hinc imminui.

Secundò.

Rationes quibus altera opinio stabilitur.

Tertio qui venenum & ambustionem in vulneribus adesse negant, his rationibus vtuntur. Et primò quidem contra venenositatem quæ vulneribus insit, hoc modo pugnant. Primò aiunt, si venenum vulneribus talibus insit, illatum fuisse vel à pul-

Tertio.

Rationes pro tertia opinionis defensione. Venenū nō prouenire à puluere.

Et supra dictum globulos eiusmodi interdum multis annis in corpore sine omni incommodo & damno gestari: imò è plombo multa vtilia medicamenta ad externa viscera parantur.

Hoc vero vltro & facillè concedimus, globulos istos, vt & alia arma, veneno infici posse. Est enim plumbum satis densum sit: tamen cum ferrum quod adhuc solidius est, veneno infici possit, quidni & plumbum possit. Et nullum de illa re dubium est atque testatur id historiarum sicut antiquarum recetes, eadè gentium, quæ adhuc sagittas vtuntur; prodideruntque id Dioscorides, lib. 6. cap. 21. & Paulus Aegineta, lib. 6. cap. 88. Et *Vngere tela manu ferrumque armare veneno*. Virgilius lib. 10. *Aeneid & alibi dixit*. Et Ouidius, lib. 3. *Trist.*

Nam volucri ferro sinibile virus inest.

Sed de hoc non est quaestio. Verum de hoc quaeritur, an omne vulnus scopeti globo infictum sit venenatum, quod negatur. Ideo quæ sicut non concludere licet, quia gladio venenato venenatum vulnus infligitur, ergo omnia vulnera gladio inficta esse lethalia: ita quoque non licet concludere, si quædam vulnera scopetorum globis illata sunt venenata, ergo omnia talia esse. Neque est, vt quis cum Paræa, lib. 10. *apologismo* 2. existimet, igni satis superque virium esse ad veneni vim omnem dissipandam, si quod glandi affusum aut adiectum fuerit. Nam, vt postea probabitur, & ipse Paræus concedit, globi isti bombardarii nullo modo tantum calorem concipiunt, vt ab eo: tanquam igne, venenum, si quod adsit, possit dissipari.

Quia ratione autem hi globi infici possint, an inunctione solum quod Paræus concedit, an vero ipsius substantiæ venenatæ infusione, quod ille negat, non dispuo. Non tamen impossibile esse puto, substantiam aliquam venenatam, si non vegetabilem, tamen mineralem, dari posse, quæ in fusione plumbo admisceri & permanere possit: de quo tamen acriter non pugno, neque, talis vt cognoscam, laboro.

Quod vero fulminis exemplo suam opinionem probare volunt, non est ea conuenientia fulminis & ictus bombardarum, quam putant. Equidem fulmini venenositatem sæpe inesse negari non potest. At in ictu bombardico nihil tale inest, vt ex eius compositione antea probatum, neque flamma ex accenso puluere ad ipsum vulnus penetrat: sed quicquid globus præstat, id violentia & motu præstat, modo aliorum violenter proiectorum, vt sagittæ & lapides è sandis proiecti. Quo vero ratione motu violento proiecta talia præstent, disputare huius loci non est. Et si quæ est fulminis & bombardarum similitudo, ea potius in igne à puluere pyrio accenso & ei acuto est, quam in ipsis globis plumbeis:

Tandem quod in quibusdam præliis globis eiusmodi vulnerati plerique interierint, neque id venenositatem horum vulnerum probat. Neque enim, vt supra etiam dictum, in omnibus præliis id accidit, sed plurimi à periculosissimis eiusmodi vulneribus sanantur, id vero si quandoque accidat, vel malitiæ hostium, qui eiusmodi globos veneno infecerunt, vel corporum prauæ dispositioni, aut ipsi etiam aëri vitioso adscribendum. Etenim notissimum est, ob prauam victus rationem corpora militum ad pestem & alios morbos esse disposita; quibus si vulnera infligantur, facillè fieri possunt lethalia; sicut hydropicorum & aliorum cacochymicorum vulnera periculosa esse solent. Aërem verò cum ex anni constitutione, tum ex castrorum sordibus impurum & vitiosum, vulnera periculosa facere posse, dubium non est. Et omnino in talibus

vulneribus, corporum praua dispositio, & aëris vitiosa constitutio plus periculi afferunt, quam in aliis sine globo infictis vulneribus. In iis enim suppuratione tanta opus non est; in contusis vero hisce vulneribus omnino suppurantibus opus est, neque sine iis villo modo talia vulnera contusa sanari possunt, quæ in corporibus malè dispositis facillè putredinem, & hanc sequentes febres & praua symptomata excitare valent. Neque enim nouum hoc vulneris genus. Nam licet bombardarum in ventum & ista globulorum plumbeorum ei aculatio noua sit: tamen vulneris modus nouus non est, sed Hippocrati & Galeno quoque cognitus, nimirum contusio. Non tamen in solis suppurantibus periti Cheirurgi subsistunt: sed putredine imminente, quæ gangrænam facile inducere potest, vnguentum Ægyptiacum & alia, quæ gangrænam auertunt, medicamenta vsurpant, vt postea de curatione dicitur; quæ tamen ita comparata esse debent, ne suppurationem plane impediant; cum nullum vulnus contusum sanari possit, nisi quod contusum est, in pus mutetur.

Alteram verò sententiam quod attinet, eorum, qui combustionem vel empiricam his vulneribus coniungi statuunt, nec illi firmis rationibus nituntur. Quod enim Germani nostri medicamenta, quæ his vulneribus in principio adhibentur, *puluerleschung*, id est, empyreumatis ex puluere pyrio extinctoria appellauerunt, id falsa hypothesi nititur, appellationem his medicamentis indiderunt, falso crediderunt, empyreuma his vulneribus coniunctum, idque primùm restinguendum esse. Medicamenta v. illa omnia nihil aliud præstant, quam quod vel id quod contusum est in pus mutant, & putredinem prohibent, vel inflammationem, si quæ imminet, auertunt. Quod verò hæc alia sunt, quam suppuratione, quæ in aliis vulneribus & vlcibus adhiberi solent, non mirum. Nam supra, *part. i. cap. 16.* & antea, *cap. 18. de vulnere cum contusione*, dictum, in contusionibus suppuratione illa calida & humida locum non habere, sed ex eorum vsu putredinem, & hinc gangrænam sæpe excitari; & propterea magis efficacitate & putredini resistentia, interim naturam in pure generando roborantia, requiri.

Rationes vero, quæ pro hac sententia afferuntur, parum solidæ sunt. Primo enim quod globos istos à puluere tormentario accenso igniri quasi statuunt, falsum est, & supra argumentis pro tertia opinione adductis satis probatum, nullo modo globos istos à puluere isto calefieri & ignoscere. Deinde, quod opinantur, eos motu calefere, atque ad id probandum Aristotelem testem citant? scribit equidem Aristoteles. *locis allegatis*, quod motus & ligna & lapides, & ferrum ignire soleat, & confirmat id experientia. Sed vt hoc fiat duo corpora dura & solida diu mutuo alteri necesse est. Quod vero plumbum vel aliud metallum ex motu per aërem incaluerit, & ignitum redditum fuerit, nunquam experientia docuit. Hoc enim si fieret etiam sagittæ, quæ sæpe ferreis aut æreis cuspidibus munitæ sunt, per aërem traicte incalefere & igniri deberent. Quod vero terro dicunt, à globis istis straminea tecta & domos accendi, id verum est, si flamma, quæ cum globo è bombardæ emittitur, tectam tangat, aut si fomes aliquis ignem fonens globo alligetur, quod incendiarii facere solent. Abs flamma vero illa aut materia igniaria si sit, & si globus saltem stramen tangat, nec id vt nec lana, nec stupa, nec ipse puluis pyrius, accendi potest, vt antea argumentis pro tertia sententiâ allatis dictum est

Neque hic definitio Quercetani, qui habet in *Sclopetario cap. 1.* locam habet: ubi scribit, si globus eminus & à longinquo è bombardâ emittatur, vel partem veste testam feriat, ambustione & vredine id vulnus carere: si verò cominus & in partem nudam vulnus à globo tali infligatur, cum vredine & ambustione coniunctam vulnus esse posse. Nam etsi bombardam & capillos, vel etiam vestes, flamma illa è pulvere pyro accendit, è sclopeto erumpens è propinquo laedere possit: tamen non credibile est flammam per exiguum illud vulnus cutis, per quod globus in corpus penetrat, simul in profundum corporis cum globo irumpere. Neque differentia apparet inter vulnera cominus & eminus per globos illata, nisi quod à globo è propinquo emisso, qui maiore vi ferit, grauior sit contusio, quam ab eo, qui è longinquo venit, & debilius ferit. Quare verò quæca, quæ in vulneribus hisce apparent, attinet, ea omnia non ab empyreumate, sed à contusione proueniunt, & apparent quoque in aliis vulneribus, in quibus nullum omnino empyreum & combustio adeit. Et quod circa nonum demum dicitur vulnus mollius habere, & quod corruptum est separari incipit, id non saltem in ambustis, & ubi eschâra est, accidit sed & in contusionib. cum vt id quod contusum & corruptum est in pus mutetur, enim certum temporis spatium requiritur, Neque id, quod isti in hisce vulneribus pro eschâra habent, vera eschâra est: cum nullo modo, vt eschâra, duram sit, sed caro valde contusa, quæ statim emortitur, vnde & nigra euadit; interdum tamen etiam à calore pulueris tormentarij, quo globus infectus est denigratur.

Ex quibus omnibus patet, quænam sit horum vulnerum natura; nimirum quod sit tantum cum contusione insigni & dilaceratione partium per quas transit. Et licet pars cominus & è propinquo possit à flamma pulueris accensæ comburi: tamen id ad ipsum vulnus non pertinet: neque pars intus comburitur. Globulos hos quoque veneno infici posse non negamus, sed hoc non est de essentia horum vulnerum, sed accidentarium quid; sicut si quis gladio venenato vulneratur, id de essentia vulneris non est.

Quod verò omnes decepit, est istud quod alia symptomata his vulneribus accidunt, & vulnera ista aliam curationem requirant, quam vulnera sagittis illata. Verùm animaduertere debuissent, magnam inter vulnera ista esse differentiam. Sagittæ enim acutæ sunt & scindendo vulnus inferunt: at globi isti rotundo sunt & obtusi, ac proinde rampendo ac contundendo lædunt; vnde facile partis contusæ corruptio & prava symptomata sequuntur.

Differentia.

Differentia horum vulnerum sumuntur à magnitudine vulneris quod scilicet alia sint magna, alia parua, alia superficialia, alia profundiora; à parte affecta, quod interdum cutis & caro saltem vulneratur, interdum etiam nerui & tendines, aut maiora vasa rumpuntur imò ossa franguntur; alia à modo, quod nunc homo ex vna parte saltem vulneratur, nunc corpus vel pars aliqua tota perforatur; interdum etiam globus partem transit, interdum in parte, adhuc hæret; interdum solus globus in corpus penetrat: interdum armaturam, vel alias res per quas transit, secum in corpus rapit,

Signa diagnostica.

Signa, quibus hæc vulnera in genere cognoscuntur, tradere non opus est; cum satis sit, cognitum habere, aliquem à globo è bombardâ emisso Operum. Sennerti Tom. III.

A vulneratum esse. Quæ autem partes vulneratas sint, vel stylo immisso explorandam, vel è iura partium ex anotomia noto cognoscendum. Partes læsas esse, dolor manifestabit. An verò venenatum vulnus eiusmodi sit, ex symptomatibus superuenientibus cognoscitur, si scilicet color carnis præter solitum sit lividior, accedat totius corporis grauitas & torpor, tremor & palpitatio cordis, anxia deliquia, & huiusmodi symptomata alia, & aliæ alia causa adsit, à qua talia symptomata proficisci possint. Quod tamen ipsa etiam globi, si in promissa sit, consideratio, docere potest. Etenim si globus ab alio colore vel alia re differat, vnde infectum esse suspicio est; eaque confirmatur, si globus igne fortiore fundatur, & attendatur, an aliquid atrum foetidum exhalet, vel ipsi globulo iterum congelato extra adhaereat, cuiusque colorem mutat.

Vulnus tale in gangrænam degenerare cognoscitur ex tarda maturatione & puris generatione, coloris partis feridi extinctione & ad flauum & liuidum declinatione, doloris præter causam remissione, & pulsatione, cessante, ac stupore partium, aliisque gangrænae signis supra, *part. 2. cap. 19.* propositus.

Prognostica.

Vt verò Prognostica, quæ cum aliis vulneribus habent communia, quæque supra *cap. 3.* proposita sunt, hic non repetamus.

1. Vulnera ista omnia, cum insignem contusionem coniunctam habeant, sunt longe periculosiora; quam vulnera, quæ gladio vel telo infliguntur. Ideoque ex quibus vulneribus gladio infectis multi sanantur, pura ventriculi, intestinorum, venter, ex iis sclopeto illatis ratè quis conualescit.

2. Etsi verò vulnera ista vulneribus gladio infectis longe sint periculosiora: tamen æger non facile deserendus; cum & hic Natura sæpe miracula quasi facere soleat, & eos qui iam sepulture tradendi videbantur, conualuisse obseruatum sit. Cuiusmodi historiae passim extant & notæ sunt, & singularem etiam obseruationem & curationem huiusmodi *lib. 3. obseruat.* subiicit G. Fabricius.

3. Quod plures partes & nobiliores sunt vulnerata, contusa, & dilacerata, & imprimis si ossa simul fracta & comminuta sint èd vulnus est periculosius & curatu difficilius.

4. Quod pertinet & ex partes, quæ principes in contentum facile trahere possint, quales sunt iuncturae, iterum magna vasa vulnerata, à quibus excepti non solum vapores, sed & humores vitiosi ac corrupti, cordi communicantur, & febres ac lipothymiam & syncopen, imò & diarrhas excitant. Id quod obseruauit in Comite Mansfeldio Ambr. Paræus, qui, vt *lib. 10. cap. 12.* & *lib. 16. cap. 49.* refert, purulentam & foetidam saniem, è vulnere in sinistro brachio accepto, per aluum reddebat. Imò in aliis quoque vulneribus accidit, vt sanguis & hæmies per aluum & vesicam excernantur, sicut eius rei exemplum habet Ambr. Paræus, *allegato lib. 16. cap. 49.* Et simile exemplum *lib. 2. Pract. part. 2. cap. 16. quæst. 5.* attuli, ubi & de vna, per quam hoc fieri possit, egi.

5. Vulnera talia si incidant in corpus cacochymicum, multò periculosiora sunt; quam si in sanum incidant. Vnde in exercitiis, in quibus morbi epidemii grassantur, plerique hoc modo vulnerati moriuntur. Imò alias in castris vulnera ista curata difficiliora & periculosa euadunt; cum ær à sordibus castrorum plerumque inquinatus sit, & milites, in defectu ciborum meliorum & potus

Vulnere à sclopetis infectorum natura.

Signa diagnostica.

commodi plerumque prana diæta utantur, & cibis quibusvis obvis vescantur, aqualque corruptas bibant.

6. Vulneta hæc cum ossium fractura longè periculosiora, & curatu difficiliora sunt, quàm quæ sine ea.

7. Vulneta eiusmodi si à globo venenato infligantur valde periculosa sunt, & plerumque lethalia: in primis si ad partes interiores penetrant. Sæpe tamen quæ in speciem sunt parua, nihilominus hominem iugulant.

Curatio.

Curatio.

Vulneta hæc tres præcipuè Indicationes habent. Prima est, globi, si adhuc in parte hæreat, extractio; secunda, contusæ carnis in pus mutatio; tertia, quæ vulnerebus reliquis communis est, ut vulnus carne repleatur, & tandem cicatrice claudatur.

De globorum extractione.

Globorum extractio.

Primo ergo globuli è vulnere extrahendi. Idque vel primo apparatu, vel si id tum non liceat, nec fieri possit, reliquo curationis tempore faciendum. Solent autem globi ea via, qua ingressi sunt, & ea qua tendunt, extrahi. Nam si globus altè penetraverit, ut oppositæ parti vicinior sit, & percutem ac carnem subiectam tangatur: parte incisa per illam globus extrahendus. Si autem ita altè non penetravit, ut ex parte opposita commodè extrahi possit, specillo, ea parte, qua globus venit, immisso, globus inquirendus, eoque reperto extractio commodò instrumento tentanda; quæ varia sunt, & longitudine & latitudine differentia.

Tria autem ad extractionem requiruntur. Primo, ut instrumento via dilatetur. Deinde, ut globus apprehendatur. Apprehendit autem instrumentum globum vel ut forceps, vel ut extremitate sua se in globum infigit, aut eum cavo suo comprehendit, aut serrata extremitate apprehendit. Atque hinc instrumentorum varietas nascitur, quorum alia apprehendunt, & foras trahunt, quatenus globis infiguntur; alia globos comprehendunt, quatenus latiora & cava in extremitatibus; alia quatenus in extremitatibus sunt, quorum alia recta, alia incurva, prædit rectè vel oblique vulnus processit. Tertio globus apprehensus instrumento manu Chirurgicæ instrumento extrahatur. Instrumenta ad hanc rem idonea apud Paræum existant, *lib. 10. cap. 14.* & *Ioh. Andr. à Cruce*, & *Guill. Fabricium, cent. 1. observ. 88.* ubi extrahendi globum modum facilem cum instrumentis depictis tradit, & vulgare illud instrumentum forma terebræ ad globos plumbeos extrahendos nova inveniuntione commodius & aptius reddit. Cum enim si vulgaris terebra globo infigitur, globulus faciliè vna circumvolvatur, & circumvertatur: ille, ut hoc prohibeat, primo fistulam argenteam, ferream, vel æneam optimè politam oleo rosaceo inunctam lente vulnere immittit, & ad globulum usque protrudit. Hinc alteram fistulam seu cannulam immittit in extremitate dentatam seu serratam, ita quidem, ut dentes ex sinistro in dextrum vergant, quæ impediunt, ne dum terebra globule infigitur, circumvolvatur. Tandem per hanc secundam fistulam terebra immittitur, & cum ea satis globo infixa fuerit: telum cum globo & utraque fistula seu cannula extrahitur. Quod si globus specillo inveniri non possit, ut interdum in valdè profundis vulnerebus accidit, vulnus diu apertum servandum & suppurantia medicamenta usurpanda, membrumque ita collocandum, ut suo pondere globus exire possit. Atque ita nonnunquam tela vel globi, qui aliquandiu in corpore latuerunt, tandem temporis pro-

gressu vel arti opera extrahuntur vel à natura expelluntur. Cui propterea, si globus inveniri non possit, vel in extractione periculum aliquod sit, negotium committendum; imprimis cum plumbei globi sine damno diu in corpore gestari possint; quod in ferreis aut æneis non accidit, qui cum rubiginem vel æruginem contrahunt, vulnus sanari non permittunt.

Si tamen in parte aliqua nobili; aut quæ nobilem in consensum trahere possit, globus hæreat, & ex vulnere per se de vita periclitari videatur: Chirurgus globi extractionem tentare non debet; cum hoc modo ægro nihil auxilii afferat, sed mortem, quam vulnus per se allaturum erat, acceleret.

B

Non solum verò globi è vulneribus extrahendi, sed quæ ab iisdem sæpe fistulæ ligni, papyrus, fragumenta & frusta armorum ac vestimentorum & huius generis alia in vulnere rapiuntur, ea omnia primo eximenda sunt. Et quidem ista extractio commodius fit in initio statim, cum tùm dolor adhuc sit minor, ut & inflammatio. Si tamen talia primo apparatu extrahi non possint, in sequentibus id faciendum.

De Medicamentis ad sclopetorum vulnera necessariis.

Fieri equidem potest, ut in vulneribus etiam venæsectione aut purgatione opus sit. Verùm cum istud vulneribus huius non proprium sit, sed cum aliis vulneribus commune ea quæ supra de vulneribus hac in re dicta sunt, etiam hic locum habent.

Medicamenta ad sclopetorum vulnera.

Prima ergo cura sit, ut id, quod contusum est, in pus mutetur, & à carne sana ac partibus sanis separetur. Verùm cum contusæ partes faciliè putredinem concipiant, & gangrænæ periculum immineat, vulgata illa in aliis tumoribus & vulneribus digestiva & suppurantia hic simpliciter locum non habent, præsertim si nervosæ partes contusæ sint quæ eiusmodi humida & simpliciter oleosa ac pingua non tolerant, ac sicciora requirunt: sed talia usurpanda, quæ quidem ad carnis contusæ in pus mutationem faciunt, putredinem tamen non inducunt. Quæ medicamenta simul etiam dolorem leniendi vim habent. Quercetanus, in *Sclopetario*, ut incommoda omnia, quæ ex vulgariis suppurantium usu provenire solent, præcaueat, singulis viciis suppurantium seu digestivorum drachmam unam Mercurii præcipitati addit. Verùm cautione hac in re opus esse, neque quid temerè agendum puto. Etsi enim, ubi putredo præsens est, & gangrena iam imminet, ut Mercurius præcipitatus admisceatur, non dissuadeo: tamen in quocunque vulnere sclopeto inflicto id nec necessarium nec semper tutum est: cum experientia testetur, multa talia vulnera sine Mercurii admixtione curari, & sint alia tutiora medicamenta quæ putredinem inhibere possunt. Et si loca nervosa vulnerata sint, facile insignem dolorem Mercurius præcipitatus excitare potest.

D

E

Ambrosius Paræus sequens linimentum seu Balsamum instar secreti à Chirurgo quodam, ob felicem vulnera sclopetis inflicta curandi rationem celebri, accepit.

℞. ol. lil. albior. vel violar. ℥. iiii.

In iis coquantur *carelli* duo nuper nati ad ossium dissolutionem.

Postea adde *lumbricorum terrest. vino loturum ℥. i.*

Coquantur simul, & colentur sine forti expressione Colaturæ adde *terebinthina Veneta ℥. iiii.*

spir. vini ℥. i. Misc. F. Linimentum. Cui mita vis est sedandi dolorem & pus maturandi. Vtile est & hoc.

℞. *ol. sem. lini, lil. alb.* an. ℥. iii. *vnf. Basilici* ℥. i. Misc. Commodum est & oleum ē semine *cannabis* expressum.

Vel. ℞. *oli cannabis, lini* an. part. iiii. *mellis* part. i *aluminis* part. ℥. Misc. super igne.

Vel ℞. *ol. cannabis* lb. i. *lini* ℥. iii. *succi plantag. solani* an. q. s. Coq. ad succorum consumptionem.

Vel ℞. *ol. cannabis, lini* an. ℥. iii. *rosac.* ℥. i. *maslich.* ℥. vi. *camphora* ℥. s. Coq. simul & misceantur, ac calidē vsurpentur.

Vel ℞. *ol. lini, cannabis* an. ℥. iiii. *lil. alb. chamemeli, rosac.* an. ℥. iii. *terebinth.* ℥. i. Misc. & liquefiant.

Vel ℞. *terebinth.* ℥. iiii. *thuris, maslich.* an. ℥. iii. *myrrh.* ℥. i. *ol. hyperici* ℥. ii. *vitell. ouor.* num. ii. *crociparum.* Misc.

Vel ℞. *mellis terebinth.* an. ℥. iiii. *alumin. crociparum* an. ℥. ii. *rad. aristol. rot. pulueris. aloes* an. ℥. s. Misc.

Vel ℞. *terebinth. mellis* an. ℥. iii. *vitell. ouor.* vi. Coq. ad linimenti consistentiam.

Si putredo imminet, sequentia vsurpari possunt. ℞. *ol. cannabis, picis liquida, terebinthina* an. ℥. ii. *ol. rosac. maslich. thuris* an. ℥. i. *aluminis* ℥. s. *galbani, nitri, sal. armoniaci* an. ℥. i. *viridis eris, ol. lumbricor. terrest. pulueris lumbricor. ol. terebinth. vitrioli albi, camphora* an. ℥. i. *ol. lini* ℥. ii. Misc. & liquefiant super igne.

Vel ℞. *ol. cannabis, lini* an. lb. i. *salis Armoniac. vitrioli albi* an. ℥. s. *verniciis* ℥. iiii. Misc. super igne.

Vel ℞. *ol. lini, cannabis,* an. ℥. vi. *sal. Armoniac. vitrioli albi* an. ℥. s. *theriace, Mithridat.* an. ℥. ii. Liquefiant super igne.

Si maior putredinis & gangraenae metus sit, *Mercurii precipitati* aliquid addi potest.

Vel ℞. *unguenti Basilic. maior. Mesue* ℥. ii. *butyri rec.* ℥. i. ♀. *precip.* ℥. ii. Misc.

Vel verò affluxus humorum praecaveatur, partibus remotionibus, à quibus is accidere potest, defensionibus applicanda.

Vel ℞. *boli Armeni, sanguinis drac.* an. ℥. i. *thuris, s. rosac.* an. ℥. s. *album. ouor.* iii. *Cum oxrhod.* q. s. Misc. & supra partem loco remotione imponantur.

Vel imponantur illae partes seq. vnguento.

℞. *ol. rosac. de cortic. sambuci, maslich.* an. ℥. ii. *boli Armeni* ℥. s. *unguenti santalin.* ℥. i. *accis res.* q. s. Misc.

Neque inutile fuerit, ipsi parti vulneratae cataplasma aliquod imponere, quod calorem partis foueat suppurationem adiuuet, & putredinam prohibeat.

Vel ℞. *rad. albae* ℥. i. *consolid. mai.* ℥. vi. *fl. chamaemel. melilosi, hyperici* an. M. s. *absinth. p.* iii. Coq. ad molliorem & contund. Adde. *farine horaci, fabae.* an. ℥. i. s. *vin.* q. s. Coq. iterum. F. Cataplasma.

De applicatione horum medicamentorum hoc etiam monendum, apud nonnullos in vsu esse, vt si globus membrum aliquod totum penetrauerit, ita vulnus vtraque parte pateat, medicamenta per sectionem aut fataceum ē cannabi, lino, vel serico parato, Germani *Durching* nominant adhibere, & quoties vulnus detegant; hinc inde sectionem illum trahendo mouere, & nouo medicamento illinire. Verum cum hoc modo, & puri exitus pracludatur,

Opus est de aucto Tom. III.

& dolor excitetur, non satis tutum esse horum sectionum vsu, patet, cum idem per turundas vtraque immittas praestari possit, & vulnera, quae vna ex parte saltem patent, sine horum vsu curentur. Pencilli tamen seu turundae ipsae non nimis crassae esse debent, ne puri exitum impediunt, doloremque pariant.

Et quidem per initia vulnus semel de die obligasse sufficit; cum vix aliquid, quod euacuari necessarium sit detur. Vbi verò pus fluere incipit, bis de die obligandum; & cum ea copia fluit, vt nisi saepius euacuetur: agro molestiam & dolorem pariat, etiam ter de die vulnus aperire, & à pure mūdare opus est. Vbi rursus copia eius minui incipit, bis de die vulnus detegere sufficit. Et tandem vbi exigua eius copia effluit, & vulnus carne impleri incipit, semel, vt initio, vulnus detegere & obligare satis est.

In primis verò hic opera danda, vt sanies, quae copiosa in hisce vulneribus ex partium contusione, vt & fragmentis ossium, quae natura expellere conatur, colligitur, exitus pateat: id quod turundis, si opus sit, etiam cauis, praestari potest. Exitum etiam pus adiuuant, idque expellunt, si plenaria seu lintea triplicata aut quadruplicata crassiora imo sinui imponantur, & postea aetioe ligatura pus ac sanies exprimatur.

Interdum sanies tanta copia colligitur; & sinus tam profundus ac tortuosus sunt, vt sanies omnis nec effluere, nec exprimi possit: itaque tum sinu incidendus, vt sanies effluere, & sinus mundari possit.

Neque hic inutiles sunt vulnerariae potiones. Cum enim vlcera detergant, & ab excrementiorum humorum colluue liberent, & vt omnia in vulneribus aliena ex eis facilius & citius à natura protrudantur, faciant? si in vlllo vulnere genere is opus est, in hisce maximè necessariae sunt. De his verò supra, cap. ix. dictum.

Postquam iam concoctio in vulnere apparet, quod ante tertium vel quartum diem vix accidit; cum ob vehementem partis contusionem calor eius valde debilitatus, & spiritus exhausti sint; & cum neque iam dolor insignis & inflammatio apparet, atque id, quod contulit, maxima ex parte in pus mutatum est, vulnus abstergendum, carne implendum, & tandem cicatrice claudendum. Et quidem vbi vulnus purum fuerit necessaria est omnino carnis generatio; cum contusa caro in pus mutetur, & vulnus necessario cauum fiat.

Et quidem abstergentia quod attinet, ea mitiora vel fortiora esse debent, prout maior vel minor puri copia fluit, & vulnus vel purius, vel sordidius est.

Vel ℞. *decocti hordei, succi plantagin. apii, agrimon. centaurii minor* an. ℥. i. Coq. & in fine adde *terebinthina* ℥. iiii. *mellis rosati* ℥. ii. *thuris, maslich.* an. ℥. i. *croci* ℥. i. Misc.

Vel ℞. *farina orobi* ℥. i. s. *thuris, rad. ireos* an. ℥. vi. *succi apii* ℥. iiii. *mellis* q. s. Misc. super igne.

Vel ℞. *farina hordei, lupinor.* an. ℥. i. *thuris, myrrh., aloes* an. ℥. s. *pulu. rad. ireos* ℥. ii. *succi apii absinthii* an. ℥. iiii. *terebinth.* ℥. ii. *mellis* ℥. i.

Coqu. ad succorum consumptionem. Si vulnus sit sordidius, vnguentum Aegyptiacum addi potest.

Vel ℞. *farina orobi* ℥. i. *myrrh., thuris,* an. ℥. s. *Sem. terebinth. succi apii* an. s. ii. *vngr. Aegyptiaci* ℥. s. Misc.

Si sinus sit profundior, vtile fuerit eum abluerede decocto *centaurii minor. equiseti, consolidae mai. aristol. ireos, thuris,* cum vino parato, addita s. q. *mellis.*

Quoties vulnera haec solucenda.

Abstergentia.

An seracū adhibendū.

Carnem generantia.

Ad carnem verò generandam antea proposita medicamenta vsurpentur. Utile est & hoc in hisce vulneribus.

℞. ol. mastich. ℥. i. b. resina abietis ℥. i. manna thuris ℥. b. equiseti, tormentilla, consolida maior, hyperici, plantag. betonica, an. M. b. lambricor. ter. restr. vino lotorum ℥. ii. vini q. s.

Coqu. ad vini consumptionem. Postea colentur cum forti expressione Adde cera seu hircini, an. ℥. iiii thuris myrrha, mastichis, aloes an. ℥. b. Misc. F. Vngu. quod vulnere imponatur, idque emplastro diapalma tegatur.

Si globus veneno infectus fuerit, vulnus hoc ad vulnera venenata pertinet, de quibus *seq. cap.* dicitur.

Si vulnerata pars gangræna corripit incipiat, curatio institienda, vt de gangræna, supra *part. 2. cap. ult.* dictum.

Vulnus cū ossium fractura.

Inprimis verò vulnera à sclopetis inflicta curatu difficilia reddit, cum ossa in brachijs, femore, & tibia franguntur, imò in plurima fragmenta sæpe comminuuntur, in quibus cum nervosæ partes plerumque læduntur, & à fragmentis ossium punguntur, inde dolores acutissimi, convulsiones, gangræna oritur. Quod si accidat, vulgares Chierurgi frequenter ad amputationem totius membri properant. Verùm est interdum, vt totius saluti prospiciatur, hæc faciendum sit: tamen quandiu adhuc aliqua sanationis spes superest, id non faciendum; cum Natura & in his vulneribus miracula præstare soleat.

Curandi ratio est eadem, quæ fracturarum cum vulnere de quibus *part. 5. cap. 2.* dicitur. Prima nimirum cura esse debet, vt magna ossium fragmenta suo loco restituantur, & coniungantur. In ferulis tamen, quæ in ossium fracturis alias applicari solent, adhibendi cautione opus est; cum ex earum vsu facile dolor, convulsio, inflammatio & gangræna excitari possit, quibus malis alias hæc vulnera obnoxia sunt; sicut nec illa cataplasmata glutinatoria, quæ tenaciter parti adherent, eamque arctè constringunt, facile locum habent; cum partem constringant & dolorem pariant. Commodum ergo est, vt, postquam ossa composita & coniuncta sunt, membrum locetur & firmetur in lamina plumbea, vel corio madefacto, vel asseribus illis seu schidijs, quas plaustrarii, dum tubulos rotarum excavant, terebra caua excindunt, si aqua prius madescant. Hæc enim omnia & partem fractam retinere, & nihilominus, quantum libet, flecti possunt, ne dolorem inferant.

Loco verò cataplasmatum illorum emplastrum aliquod vel cerotum imponi potest.

Vt *℞. resina, cera an. lb. b. pulv. cortic. tilie ℥. i. b. terebinth. ℥. ii. boli Armeni ℥. i. succi geranii ℥. ii.* Coque ad ceroti consistentiam.

Vel *℞. musilag. rad. consolida maior. visci pomor. an. ℥. iiii. ost. eocolla, boli Armeni an. ℥. i. b. succi geranii ℥. vi. pulv. cortic. tilie ℥. ii. vitell. ouor. xx. terebinth. lb. b. ol. lambricor. ℥. iiii.* Misc.

Plura eiusmodi proponuntur infra, *part. 5. de fracturis.*

Dieta.

Dieta.

Aër sic siccus; in reliquis temperatus, & potius ad calidum, quam frigidum, declinans. Victus sit tenuior: ita tamen, vt virium & consuetudinis habeatur ratio, & vt in omnium vulnerum, ita in hoc præcipuè genere cibi sint boni succi: ab omnibus verò cibis, qui prauum succum præbent, accuratè abstinendum. Ager vino, nisi planè aduersus sit abstinere. Qui enim ei aduersus est, potum aquæ, si ceruicis non suppetat, non facile feret.

A Caueat quoque vulneratus ab ira, corporis motu nimio, cum quies, vt Hipocrates, *de ulceribus*, docet omnibus vulneratis vitis sit, labor noxius; vt & Venere. Et omnino si in alijs vulneribus dicta accurata opus est, in hoc vulnere genere imprimis requiritur.

CAPVT XXI.

De vulneribus venenatis

TAndem curationem peculiarem etiam requirunt vulnera venenata, siue venenum globis, sagittis, telis, aut quocumque venenatorum armorum genere, siue animalium, vt canis vel lupi rabidi, vel alterius venenosi morfu, siue ictu scorpionis, aspidis, vel alterius venenosi animalis inferatur. Et quidem vulnera quæ à ferarum venenatarum moribus vel ictibus inferuntur, plus nocent vi venenata, quam vulnere, quæ plerumque per se non sunt magni momenti: at vulnera, quæ telis venenatis inferuntur, non solum vi venenata, sed vt vulnera etiam sæpe sunt periculosa.

Hoc loco non prætereunda lues è scarificatione contracta, quam Luem nouam Morauicam, & Brunne luem appellarunt, quod Brunne Morauix oppido primo anno 1577. innotuerit, de qua peculiarem libellum edidit Th. Iordanus, quem

lib. 6. obseruat. inseruit Ioan. Schenckius. De eadem læta etatum scripsit Ioan. Sporischius, atque inscripsit de scarificationis symptomatibus. Facit quoque eiusdem mentionem Ioan. Crato, in *epist. à Scholzio collect. epistol. 139.* Summa rei hæc est: Omnes quotquot anno 1577. die Lucia (ex

seqq. tamen colliguo quod non solum, qui primo die brumæ scarificationes has adhibuerunt, hoc malo sint correpti, sed omnes, qui à bruma neque ad vernum solstitium iis vsu sunt) Brunne publicum balneum ingressi sunt, & scarificationes adhibuerunt, illico correpti putantur. Neque citò noxam persensere, signa labis recepta non statim emerferunt. Sunt, quibus ostiduum oculatum malum, alijs duobus septimanis, alijs menstruo temporis spacio pro robore nimirum tam agentis quam resistentia passi, delinuit: demum publicè se extulit. Interim insueta quadam ignavia seu torpore graui, pigri, inertes ad consueta munia obeunda, animo quoque abiecto, tristes vultu conspiciebantur; natiuus faciei color in pallidum, vigor oculorum in torum, circulo fusco sicut menstruatibus mulieribus deformem, subito immutatus. Manifestis tunc se prodidit signis. Vestigia cucurbitularum turgescentia extemplo ardor inuasit immensus & immedicabilis, quem fœdi abscessus & ulcera exceperunt putrida, sanie taboque stuitantia; circum circa pustula, palmum quoque lata, achoribus florida, quibus dehiscentibus, acu aut medicamentis aperitis,

profluxit pituita tenuis, serosa, marcida, saniesque mucosa: alijs etiam acris & exodens: tum caro cucurbita ambitu circumseptæ cariosa patrescens, terum vt è Telephijs ac phagedanicis ulceribus inuexit fetorem. Vbi admiratione dignum inuisio quod è tot affixis encurbitulis, cum alijs decem plus minus, tres quoque tantum nonnulli apponi iussissent, una duntaxat, aut ad summum dua (*secrui Laurentii Sartoris è quindecim tres*) ex iis omnibus in fœdam transuerint vomitam. Nonnullis vniuersum corpus pustulis conspersum, facies infornis, triste supercilium, horrendus vultus, dorsum pectus; abdomen, pedes, loci, à summo ad ima por-

Vulnera venenata.

Lues Morauica.

riginosa scabie, crustaceisque ulceribus supra cutem paulum eleuatis, dum cruciatorum maximum vel unguis pollicis amplitudine, ambitu rubente, candida superficie polluta, & deirpata, cernere erat. Manabant hæc quoque pingui liquore, mucore lenio, qui non prius sed saniem referebat lucidum & nigrum. Imo, scabie sublata & curata, macule atra, diuersæ quàm ab impetiginibus aut vitiliginibus plumbei & fusci coloris, remanserunt. Progressu morbi in capite calli concreuere, qui summo cum dolore rupti vel dissecti, melleum quippiam & tenax, ceu ex coniferis arboribus latecem exillare videmus, lentum inquam & viscidum marcescentis pinnæ argumentum, exsudabant. Abscessus hisrididi vereque cacochæthes, postquam magnè difficultate expurgati, & non minore carne rursus producta, coaluissent, nouum prorupit symptomata. Vt inuerti corporis artus, brachia, scapula, cubitus, humeri, sura, tibia, pedesimi, puritatis quibusdam, quasi aculeis, insensibilime vellicabantur, ac si feris discinderentur, potissimum ubi tibia maxime excarnis lacertorum non falsa thoris à solo periculis vestitur. Membra pondere grauius fulcra postulabant, imò & paralyti quibusdam minata succollatorum beneficio erigi necesse habebant. Nulla tandem quies, doloribus nocte dieque indefinenter torquentibus. Et hi dolores non diu aut alterius dici spacium, sed per integrum mensem durauerunt. Caput quoque non fuit immune. Nam præter achoras supra recitatas, gummata & callos, verrucis grauidibus similes, doloribus vehemensibus infestabatur, circa regionem occipitiis patissimum, qui præter vitium imbecillitatem, vigilias, etiam dementiam quibusdam inuenerunt, quæ vix, mucro parulento maleque olente per nares multos dies stillante, mitescere cepit. Toto interim morbi decursu animi acrius perdidit, nec Cereris nec Bacchi muneribus voluptatem ullam capiebant. Conuersationem omnem auersabantur, verecundia se suffusi, aut indigna iocæ commoti, quod horrenda labe, nullo suo merito, & spe auxilii exigua, aspersos se cernerent. Morbus hic durauit vsque ad æquinoclium vernum solis in Arietis signum ingressu, circa quod tempus manifeste desisse, & Paschatis feriis prorupit inuerrisse indicatus est, eò quod deinceps nullus hæc labe ex integro adpersus deprehensus fuerit.

De morbi huius origine dux fuerant præcipue sententiæ. Alii enim putarunt esse nouum morbi Gallici genus, contagione propagatum in Laconico balnei; alii per scarificationem hoc venenum communicatum fuisse existimarunt. Inquisitur ea de re diligenter Magistratus oppidanus, sed nihil certi inuenit. Ioan. Spontichus, in alleg. tractatu, neutram causam admittit, sed hoc malum originem duxisse putat à cacochymia pituosa, ab anni eius constitutione in corpore cumulata, scarificationem verò nimiam & minimè congruam hosce humores vitiosos ad loca scarificata attraxisse. Vtque id probet, nixta de sita eius vrbs, victu & morbis incolarum scribit, atque ex his omnibus humoris pituitosi copiam collectam fuisse probat.

Et omnino non ita planum est, vnde ille morbus fuerit contractus. Si n. è scarificatione ortum habuit, causam non patet, eum infectio hæc saltem à bruma vsque ad æquinoclium vernum durauerit, (nisi quis eam causam reddere voluerit, quod post hoc tempus nemo, ob periculi metum hisce balneis vitus est, vel quia balneum hoc pagne dirutum & in nouatim est) & eam non omnes partes, quibus cucurbitulæ scarificatæ affixæ fuerunt, exulceratæ sunt. In historiis eniar infectorum notat Thomas

A Iordanus, viro cuidem, cum quinque cucurbitulas affigi iussisset, duo saltem loca, ceruicem scilicet & sinistri lumbi regionem, exulcerata fuisse. Famulæ cuidam, quæ septem cucurbitulas affigi curauit, sub vna saltè dextræ scapulæ affixæ exulceratam cutem fuisse: atque idem aliis quoque accidisse. Contra eos vero qui ex vitioso humorum apparatu hoc malum ortum habuisse existimant, id pugnat, quod cum tria publica balnea Brunne tunc fuerint, illi solùm, qui in Adami illius balneo scarificatione vsi sunt, infecti fuerunt; quod in reliquis omnino etià accidere debuisset, si à vitiosis humoribus in corpore collectis malum originem duxisset. Spontichus verò sententia, quatenus ab humore pituitoso quem hanc exortam fuisse statuit, nullo modo assensum meretur. Facile enim cuius historiam & symptomata huius morbi consideranti patet, causam huius morbi venenatam fuisse.

Secunda tamen sententiæ mihi probabilior videtur. Nam, quod & Crato monet, cum nemo præter eos qui scarificatione, & quidem in isto, non alio balneo vsi fuerunt, infectus sit, per vulnera scarificatione inflata venenum aliquod corpori illatum fuisse, verisimile est; siue id venenum acie scalpelli infecto, siue cucurbitula, siue venenato balnei vapore, siue aqua corpori illatum fuerit. Sagittas enim à multis nationibus veneno infecti notissimè est: quod & in scalpello fieri potuit, siue id malicia balneatoris, siue iniuria factum sit, dum idem scalpellum, quo impurum aliquem hominem scarificauit, aliis adhibuit; cum notum sit, venam sectam malè cecidisse, quæ scalpello, quo alteri vlcus apertum fuerat, peracta fuit. Potuit venenum hoc scalpello communicari à cote vel loro, quibus instrumenta ista asfricari solent, si à vapore balnei fordium aliquid & maligni ipsi adhæssisset. Contagium etiam cucurbitulis adhærere potuit, quæ non semper ea, quæ debent, diligentia mundantur. Et tandem impossibile non est, vt vapor balnei sese cuti recens scarificatæ, vel aquæ, quæ loca scarificata abluuntur, insinuatæ potuerit, qui non semper purus est, sed variorum hominum sudoribus & fordibus inquinatus. Quod etiam facit, quod è lapidibus illis, quibus ad Laconicum calefaciendum aqua affunditur, magna vaporis copia attollitur, qui non semper puri, sed ob fordes balnei & loci perpetuam humiditatem ad vitium dispositi sunt.

Atque in ista sententiæ me confirmat historia similis scarificationis, quæ annis abhinc non ita multis in Franconia accidit, quæ extat lib. 2. epistol. Medicæ. sect. 6. Clariss. Dn. D. Gregorii Horstii, quæ infecti scatebant pustulis & ulceribus quasi cancerosis, non tantùm in locis scarificatis, sed toto ferè corpore, patiebantur artuum dolores immensus, dolores insensibilis, tanta cum debilitate, vt non nisi suffulti loco exire possent. Quod malum à maleficio nequam Balneatoris ortum habuit, qui, vt in eius confessione ibidem extat, tribus vel quatuor septimanis, loro seu coti illi lignæ corio obductæ, in qua scalpella sua acueri solebat, puluerem cadmiæ fossilis metallicæ, seu Cobalti, & mixturæ affricauit, atque scalpella gryllis impexit: Bufones etiam exsiccauit, postea puluerem eorum in aqua maceravit, quam cum puluere lapidibus illis, quibus in balneis aqua ad calefaciendam Laconicam infundit sollet, infudit.

Signa Diagnostica.

Vulnera venenata si ex ab animalibus venenatis inflata sint, ex relatione ægri innotescunt, & vel ex eo, quod à talibus animalibus prouenerint, quod venenata sint, cognoscuntur. Si verò telo vel alio armorum genere, vel globulo plumbeo vulneratus

Historia
alia similis
affectus

Signa dia-
gnostica.

fit æger, cognoscitur id ex eo, quod in loco vulnerato doloris & punctiois sensus maior est, partis vulneratæ color naturalis mutatur, & in liuidum ac nigrum degenerat, & statim symptomata graviora præter rationem vulneris sequuntur, in toto corpore nunc ardor, nunc obstupescencia, & cordis angustia; interdum & tremor & lipothimia percipitur. Quamprimum enim venenum per venas & arterias receptum est, sese in totum corpus diffundit, & membra principalia imprimis cor, quæ venenorum natura est, oppugnat, unde varia symptomata excitantur. Quæ quidem generalia venenati vulneris signa sunt; quibus postea plurima alia symptomata; pro venenaeiusque natura, accedunt.

Prognostica.

- Prognostica.** 1. Omne vulnus, quod venenato animalium genere vel à venenoso animali inflictum est, longè gravius & periculosius est; quàm quod veneno caret. Et vulnus etiam exiguum venenatum mortem afferre potest; cum alias magna vulnera sanari possint.
2. Et quidem quò symptomata sunt plura & graviora, & magis contumacia, optimisque etiam adhibitis remediis non cedunt, eo sunt periculosiora, ac plerumque lethalia. Si verò symptomata sint pauciora ac minùs graviora, & adhibitis remediis mitigantur, eo maior salutis spes est.
3. Quò vulnus venenatum cordi propius est, eo periculosius est; ut & quod cerebro vicinum est.

Curatio.

Curatio. Vulnus, quatenus vulnus, quas Indicationes suppeditet, & quomodo curandum sit, ex iis, quæ hæcenus dicta sunt, satis patet. Si verò ut venenatum spectetur, danda opera primò, ne venenum ad interiora, præcipuè cor, penetret; deinde, ut eius vis alexipharmacis instingatur. Primò ergo attendendum, an telum venenatum adhuc infra vulnus hæreat. Omnis liquidem frustra tentatur curatio, nisi id extrahatur; ideoque, ut manus opera quam primùm eximatur, laborandum. Quod si extrahi non possit, Emplastris, quæ venenum euocare possunt, ea admiscenda, quæ tela & alia peregrina corpora è vulneribus extrahere valent, de quibus supra, cap. 8. dictum. Deinde ne venenum ad interiora & cor penetret, primò ut Celsus, lib. 5. cap. 17. docet, supra vulnus id membrum deligandum est, non tamen nimis vehementer, ne membrum torpeat, aut quod interdum imperitorum Cheirurgorum culpa fit gangræna corripitur. Deinde venenum ipsum extrahendum & ad exteriora euocandum. Antiqui ad euocandum venenum suctiones adhibebant, & qui id præstabant, Psylli appellabantur, existimabantque, eos proprietatem quandam habere venenum suctione attrahendi, & eidem resistendi; cum tamen id saltem audacia præstaret: de quo Celsus, lib. 5. cap. 27. scribit: *Si ne id quidem est, (hoc est, si desit cucurbitula, vel simile quid) homo adhibendus est, qui vulnus exsugas: Neque sane scientiam præcipuam habent hi, qui Psylli nominantur, sed audaciam usu ipso confirmatam. Nam venenum serpentis, ut quaedam etiam venatoria venena, non gustu, sed vulnere nocent. Et mox: Ergo quisquis exemplum Psylli secutus, id vulnus exsuxerit, & ipse intus erit, & turum hominem præstabit. Idud, ne intreat, ante debet attendere, ne quod in gingivis, palato, aliaque parte oris vulcus habeat. Euocant turius & extrahunt venenum cucurbitulæ, præcipuè in moribus & ictibus venenosorum animalium, quæ eo potentius venenum extrahunt, si scarificationes, præsertim profundiores, adhibeantur. Post amotas cucurbitulas galinæ vel aliæ aves podice, vel per medium dissectæ, calentes adhuc vulnere imponendæ, Et si locus nervosus non sit, in ve-*

A nentorum animalium moribus caro circumcirca excindenda, imò abscindenda, refertque Galeus, vinitorem quendam à vipera morsum confestim læsum digitum falce abscidisse, atque ita periculū omnes euitasse & euasisse. Abluere quoque vulnus vitale fuerit aceto vel vino, in quo theriaca soluta sit, aut decocto flor. chamemel. vel rad. oxilapathi. Imo in moribus animalium, si locus nervosus læsus non sit, efficacissimum est cauterium actuale, quod vi ignis & venenum absumit, & ne ad interiora penetret, prohibet. Si æger cauterium actuale non admittat potentiale seu caustica medicamenta adhibenda: vitamen elichara citò decidat, curandum, & nisi fiat, scalpello liberanda, nec vlcus statim glutinandum. Ideoque vlceri capa cum sale, vel alium sylvestre, vel ruta imponenda.

B Quæ tamen ipsa, etsi caustica non sint præmissa, ad extrahendum venenum sunt imponenda, puta capa, allium sylvestre, ruta sterco columbinum, nuces inglandes, cum allio, sale & melle, ut tradit Conciliator, lib. de remed. venen. cap. 4. quæ seu sumta, seu extra impositæ à venenis seu sumtis seu mori & ictu animalium venenosorum illatis liberare possunt hypericum, vincetoxicum heleniium, raphanus, distamnus, aristolochia longa & rotunda. Vtilia etiam sunt carduus benedictus, scabiosa, ruta gentiana, scorzonera; & omnino omnia simplicia, quæ venenum attrahunt, vel qualitate manifesta; ut caliditate, vel occulta & peculiari similitudine. De prioribus hoc notandum, ne in partibus nervosis acris valde vitentur, & dum vnum periculum vitare volumus, in aliud incidamus, & dolorem ac conuulsionem excitemus. Ideoque in talibus partibus tutius est, ea medicamentâ applicare, quæ substantiæ proprietate venenum euocant. Neque etiam solum acrium vsus diu continuari debet, sed ubi per diem vnum atque alterum continuata fuerint, alia postea mitiora imponenda.

C Composita varia sunt. Vtilis est Theriaca, aliis medicamentis mixta: quam quod nonnulli ideo suspectam habent quod propter frigiditatem eius venenum ad interna pellere possit, ridiculum pene est in tanta veritatis luce. Vel instilletur oleum M. Athioli, quod describitur in comm. in præfat. lib. 6. Dioscorid. aut Magni Ducis Hæturria, vel succus scorzonera.

Guido in vulneribus venenatis hoc emplastrum laudat

℞. galbani, sagapeni, opopanacis, asa fetide myrrha, piperis, sulphuris an. ℥. i. β. stercois columbini, anatis an. ℥. ii. calaminthe, mentastri an. ℥. i.

Dissoluantur gummi vino, & Misc. omnia cum melle, & oleo antiquo, F. Emplastrum.

Vel *℞. terebinth. aq. vel succo scorzonera lota ℥. ii. propoleos ℥. ii. ol. M. Athioli ℥. β. de terebinthina ℥. ii. precipitati ℥. i. β. scordii, rad. scorzonera an. ℥. iii. Misc. & F. Vngu.*

Vel *℞. ammoniaci, galbani, bdellii an. ℥. β. styracis liquidi ℥. iii. myrrha, sulphuris ignem non experti an. ℥. ii. euphorbii, precipitati an. ℥. i. ol. M. Athioli, de terebinth. an. ℥. ii.* Dissoluantur gummi aceto scillitico, & cum reliquis misceantur. atque cum propoli, ac pice navali q. s. F. Ceratum.

Vel *℞. rad. serpentaria, aristol. rot. an. ℥. i. tabaci, scordii an. M. i. thuris myrrha, sulphuris ignem non experti an. ℥. β. distamni Creteici rad. angelica distamni albi an. ℥. iii. ol. de terebinth. ℥. ii. M. Athioli ℥. i. cera picis navalis an. q. s. Misc. F. Emplastrum.*

Vel *℞. summit. hyperici M. ii. carduibened scordii, tabaci, vincetoxicici an. M. i. ruta. p. i.*

rad. serpentaria ꝯ. ii. rumericis ꝯ. i. ꝯ. Contundantur & emplastri modo applicantur.

Vel ꝯ. ol. oliuar. mellis an. ꝯ. ii. calcis viua ꝯ. ii. rad. aristol. ros. ꝯ. i. F. Cataplasma.

Vel ꝯ. capar. allii, porri scellillis an. ꝯ. iii. Coq. & contund. Adde rad. serpentaria. asphodeli an. ꝯ. ii. theriaca ꝯ. ꝯ. ol. scorpion. ꝯ. i. Misc.

Vel ꝯ. cineris clauellati, calcis viua an. ꝯ. ii. absinthii. aristoloch. ruta, allii, capar an. ꝯ. i. ficuum num. xx. stercoris caprilli, ol. euphorbis, scorpion. an. ꝯ. iii. mellis lb. i. ꝯ. aceri vini lb. i. Misc. F. Emplastrum.

Plura eiusmodi libro sequenti, de venenatorum animal. moribus proponuntur.

Exhibenda simul, & statim quidem accepto vulneri, alexipharmaca, quæ à veneno cor muniunt, idque ad exteriora expellant. Et quidem si veneni species cognita sit, ei sua alexipharmaca opponenda, de quibus lib. seq. Si verò lateat, vniuersalia illa alexipharmaca, lapis bezoar, theriaca Mithridatum, aqua theriacales, & huius generis alia passim nota exhibenda.

Iisdem etiam extra cor muniendum, & propterea non solum Theriaca & Mithridatum, sed in primis ol. e Mithridati regioni cordis & arteriis illinendum, vt & oleum Magni Ducis Heruaria.

Venenæ extracto ad vulneris sanationem accedendum. Ad quam vtile est hoc unguentum.

ꝯ. cere, picis, nigra, resina, axungie arietis ol. antiqui an. ꝯ. iii galbani ꝯ. vi. fiat Unguentum.

Postea cura vt in reliquis vulneribus, peragenda.

Si verò ex symptomatibus paruis, vt sudoribus frigidis, animi deliquis, & syncope cognoscatur, venenum iam ad penitiores corporis partes & cor penetrasse, pars vulnerata non nimis affligenda, sed toti potius corpori & cordi prospiciendum.

CAPVT XXII.

De vulneribus particularibus.

Atque hætenus de vulneribus in genere, & eorum in vniuersum curatione dictum est. Cum verò vulnerum curatio pro varietate partium vulneratarum non parum discrepet: iam in specie de singularum partium vulneribus agendum esset. Verum cum in prioribus libris de iis actum sit, actum agere opus non est. Actum enim.

Lib. 1. part. 1. cap. 21. 22. 23. 24. 25. de capitis & cerebri vulneribus. Ibid. part. 3. sect. 2. cap. 9. de palpebrarum vulneribus cap. 20. de vulneribus oculorum. Ibid. sect. 3. cap. 5. de vulneribus narium. Ibid. sect. 5. cap. 3. de linguae vulneribus.

Lib. 2. part. 1. cap. 4. de laborum vulneribus, Ibid. part. 2. cap. 4. de apertione valor. pulmonis. Ibid. cap. 11. de pulmonum vulneribus. Ibidem cap. 15. de vulneribus diaphragmatis. Ibid. cap. 17. de thoracis vulneribus. Ibid. cap. 22. de spinalis medullæ vulneribus; Ibid. part. 4. cap. 3. de cordis vulneribus.

Lib. 3. part. 1. sect. 1. cap. 1. de œsophagi vulneribus. Ibid. c. 16. de ventriculi vulneribus. Ibid. part. 2. sect. 1. c. 8. de vulneribus intest. norum. Ibid. p. 4. c. 7. de lienis vulneribus. Ibid. p. 6. sect. 1. c. 7. de epatis vulneribus. Ibid. p. 7. sect. 1. c. 11. de renum vulneribus. Ibid. p. 8. sect. 1. c. 5. de vesicæ vulneribus. Ibid. p. 9. sect. 1. c. 5. de testium vulneribus. Ibid. c. 11. de penis vulneribus.

A Ibid. p. 10. c. 5. de vmbilici vulneribus. Ibidem. c. 15. de abdominis vulneribus.

Lib. 4. part. 1. sect. 2. cap. 18. de Vteri vulneribus egimus.

CAPVT XXIII.

De Morbis & symptomatibus qua vulneribus accidunt.

Cum verò non raro accidat, vt alii morbi, vt & symptomata varia, vulneribus accidunt & superueniant, quæ peculiare Indicationes suppeditant, & tum curationem ad se trahunt, ægri vires deiciunt, & vulnera curatu difficilia & periculosa reddunt: de iis quoque agendum, & qua ratione ea tollenda sint, dicendum.

De Febribus.

Et primò quidem non raro Febres vulneribus superueniunt. Etsi verò peculiari tractatu de Febribus egimus: tamen cum multum referat, febrium, quæ vulneribus superueniunt, differentias rectè cognoscere, & auertere, de iis in specie aliquid hic dicemus. Primò verò diligenter inquirendum, quæ febris, quæ vulneri superuenit, si natura, & quæ causa.

Febres enim tales sunt variæ, aliæ ephemera, à spiritu agitatione & effluencia sanguinis ortæ, propter iram, terrorem, & omnino humorum ac spirituum cum animi tum corporis motu agitationem. Deinde etiam dum pus, præsertim copiosus, generatur, febres accidunt, secundum aphor. 47. sect. 2. Tertio ex inflammatione. Quarto interdum & putridæ febres generantur ex putredine in parte vulnerata. Quinto, ex vitioso humorum apparatu.

Primum febrium genus statim in principio inuadit, & vt dictum, ex motu animi & corporis, atque hinc orta sanguinis & spirituum agitatione provenit. Quò pertinet & dolor vehemens, qui humores agitando, & vigilias excitando eos & spiritus accendere & febrem excitare potest.

Cognoscuntur autem hæc febres, quod statim cum vulnere inuadunt. Quia tamen & putridæ interdum statim eorum à principio inuadere possunt, qua ratione ephemera à putridis discerni queant, ex iis, quæ lib. 1. de febrib. cap. 6. diximus patet.

Febres hæc quidem ex se nihil periculi ægro afferunt, neque tamen salorem etiam ægro promittere possunt; cum tunc fluxionis & inflammationis, quæ superuenire solent tempus nudem præterierit.

Febri verò hæc peculiarem curationem non possulat, sed modo æger bona dicta regatur, spontè euanescit. Causa tamen eius, si adhuc præsentis sit, aut recurrere possint, omnes amouenda. Alias enim facile periculum aliquod attrahere possunt. Et cum alias circa quartum inflammationes & fluxiones accidere soleant; tales febres, si eo vsque protrahantur, mala illa attrahere & augere possunt.

Deinde, dum pus generatur, & præcipuè copiosius febres fiunt, vt Hippocrates 2. aph. 47. scribit. Tum enim, quod in parte vulnerata redundat, & in substantiâ partis mutari nequit, putrescere incipit, sitque quasi ebullitio. Natura tamen facit, quod potest, & quod in substantiam partis mutari nequit, quantum potest elaborat, & ne planè coarctatur, in pus mutat. Ex hac igitur ebullitione calor quidam sanguini in venis & arteriis communicatur, qui vbi ad cor peruenit, febrem accendit, quæ ephemera potius plurium dierum, quam vere putrida est similis.

Itaque signa putredinis absunt, vt & inflamma-

Febres.

Primum febrium genus ex agitatione humorum.

Signa.

Prognosticum.

Curatio.

Febres ex puris generatione.

Signa.

tionis & intradunt hæ febres eo tempore, quo pus generari solet, in primis circa quartum diem, Calor est multus, sed suavis, pulsus magni, celeres, & frequentes, vrina parum à naturali statu recedit, nullumque prauum symptoma coniungitur.

Prognosticum. Febris hæc per se periculi nihil habet, sed paulò post cessat.

Curatio. Idque ut eò citius fiat, exitus puri parandus, eoque citius, quo in nobiliori parte, aut cum nobili consentiente continetur: Simulque danda opera, vt affluxus humorum omnis præcaueatur.

Febres ex inflammatione. Tertio nonnunquam febres ex inflammatione, quæ parti superuenit, accenduntur, nunc ephemera, hunc putridæ, prout saltem spiritus incalescunt, calorque cordi communicatur, vel etiam vapores putridi in veias & arterias transfusi ad cor penetrant, idque calefaciunt.

Signa. Cognoscuntur autem tales febres ex signis inflammationis, de quibus *part. 1. cap. 5.* dictum. An verò febris sit ephemera vel putrida, cognoscitur ex signis ephemerarum & putridarum, de quibus *lib. 1. de febribus* dictum; & præcipue in ephemera aderunt signa putredinis in vrina, quæ in putridis apparent calor etiam est maior & acrior, quàm in ephemeris, ac symptomatica sunt grauiora, maiorque virium defectio.

Prognosticum. Febres autem hæc cum ab inflammatione totæ pendeant, pro inflammationis etiam magnitudine sunt maiores vel minores, & magis vel minus periculose.

Curatio. Tolluntur vero inflammatione sublata, & curantur, vt alie febres symptomaticæ, de quibus suo loco dictum. In primis danda opera, vt per refrigerantia & conuenientia alterantia curetur, ne putredo in humoribus exciretur, aut si iam præsens sit, inhibeatur & sedetur.

Febres ex putredine humorum. Quarto accidunt etiam vulneribus febres accensæ ex putredine humorum in ipso vulnere, quæ iis, quæ ex pure fiunt, maximè cognatæ sunt.

Signa. Cognoscuntur tales febres ex quantitate & ex qualitate excrementorum vulneris. Magna enim copia sanici effluit, eaque putridem quid potius, quàm pus bonum refert, coloris vari & mali, mali odoris, & fetida. Et licet magna puris vel sanici copia non effluat, tamen si materia quæ effluit sit praua, color partis mutetur, partis que dolor & grauitas adsit, materiam vitiosam quidem adesse, sed non expurgati indicio est. Interim febris signa aderunt, quæ putredinis notas in vrinis exhibent, vel non exhibent, prout materia venis & arteriis magis vel minus communicatur.

Prognosticum. Atque febres tales magis vel minus periculose sunt, prout putredo fuerit maior vel minor, & in parte nobiliorè vel ignobiliorè, ac mitioribus vel grauioribus stipata symptomatibus & quo facilis vel difficilis materiæ vitiosæ effluxus parari potest.

Curatio. Curatio in eo, consistit in primis, vt putredo quamprimum in parte affecta coerceretur, & materiæ vitiosæ omni modo exitus paretur. Putredine enim sublata febris postea facile euanescit.

Febres ex vitioso humorum apparatu. Tandem est febrium genus, quod in vulneratis ex vitioso humorum apparatu oritur. Si enim corpus vulneratum sit imparum, facile fieri potest vt febris occasione vulneris in eò accendatur. Fit autem hoc dupliciter: Primum ex spirituum & humorum post vulnus acceptum commotione. Vt enim in corporibus impuris alias ex animi & corporis motibus, quod & in partu in scemina accidit febres accenduntur; ita idem in vulneratis fieri potest. Deinde ex putredine in parte vulnerata febris accenditur. Vt enim in puerperis ex lochiis ac secundis retentis febres accenduntur, idque eò facilis, si corpus sit impurum: ita si putredo in parte vulnerata accen-

A datur, vaporesque prauis venis communicati vitiosos humores in iis offendant, facile febris oritur. Febres autem tales sunt variæ, pro vario vitiosorum humorum apparatu, aliquando intermittentes, aliquando continuæ prout vitiosorum humorum apparatus vel extra venam cauam vel in ea hæret, & quidem plerumque tertianæ, continuæ vel intermittentes, simplices vel duplices, raro quotidianæ, rarissimè quartanæ.

Signa. Cognoscuntur hæ febres, quod & calor, & vrina, & pulsus; putredinis certa indicia exhibent. An autem ex commotione humorum saltem, an verò ex putredine in parte vulnerata sint accensæ, cognoscitur ex eo, quod si ex commotione saltem humorum sit febris, statim in principio talis febris inuadit, & in vulnere nihil vitii deprehenditur. Si verò ex putredine in vulnere proueniat, non mox in principio, sed temporis progressu oritur, & putredinis in vulnere sunt indicia. Qualis autem febris sit, è propriis febrium signis cognoscitur.

Febres hæc alie aliis sunt periculosiores, vt suo loco de febribus dictum: & intermittentes ex se periculo vacant; continuæ verò sunt periculosiores, & quidem nunc magis, nunc minus pro putredinis ratione. Quia tamen ad vulnera hæc febres accidunt, omnes aliquid periculi afferunt. Cum enim antea pars vulnerata sit debilis, nunc febris accedens debilitatem, & hinc dependens periculum auget, & facile fieri potest, vt ad partem affectam fluxio exciretur, vel ob calorem ea de causa debilitatum plurima in ea excrementa generentur, atque hinc alia mala excitentur.

Curatio. Curationem verò harum febrium quod attinet, etsi à vulnere occasione sumserint, tamen quia apparatus vitiosus humorum eorum causa præcipua est, curandæ eæ febres eo modo; de quo suo loco dictum.

De Inflammatione.

Infiammatio. Sæpissimè verò vulneribus accidit Inflammatio, interdum & Erysipelas. Et quidem Inflammatio sæpissimè vulneribus accidit, præcipue partium nervosarum; cum ob dolorem affluxus sanguinis ad partem affectam concitatur, deinde cum sanguis, quod non satis effluerit, putrescit, & facile inflammationem concitat, quam lassioens sanguinis effluxus præcauet, de quo Hippocrates, *lib. de ulceribus*: Si statim pro valetudine sanguis plus minulue è plaga fluxerit & ipsum vulnus, & quæ iuxta sunt: minus inflammatione premuntur.

Si ergo inflammatio metuatur, & sanguis non satis fluxerit, statim vena in loco opposito secanda, & pro viribus æqui sanguis euacuandus. Imo si inflammatio iam adsit, & vires ferant, ac necessitas postulet, venæ sectio, & purgatio quoque protopus institui potest.

Si à dolore excitata sit Inflammatio, vt iis tollatur, & simul affluxus humorum reprimatur, danda opera. Auicennas in hunc usum in primis commendat cataplasma, quod paratur, ex malo Punico in vino adstringente cocto, in mortario confuso, & in formam cataplasmatismis redacto. Potest etiam Cataplasma fieri ex farina hordei, lenticula palustri, auricula muris, oleo rosacco. Si his inflammatione non cedat, reliqua cura, vt *part. 1. cap. 5. de inflammatione* dictum peragenda.

De Erysipelate.

Erysipelas. Si erysipelas vulneri superueniat, id ex signis *part. 1. cap. 7. de Erysipelate* traditis patet. Qua ratione autem curandum sit, ex iis, quæ *ibidem* dicta sunt, manifestum est. Equidem Hippocrates, *lib. de vul-*

ceribus, docet, vbiunque vlceri superuenerit erysipelas, purgandum corpus esse. Et quidem si bilis abundet, ne eius ad vulnus affluxus fiat, omnino eam euacuare vtile est. Quia tamen Erysipelas, quod Rosam nos appellamus, potius à sanguine tenuissimo & peculiariter corrupto ortum habet, sudorifera maximè vtilia sunt, vt *ibidem* dictum. Hippocrates patti affectu glasti folia vel succum cum limbo imponit. Possunt & Cataplasmata ex *farina hordei & aqua sambuci*, atque alia, quæ *allegato loco* sunt ptoposita, parti affectu applicari.

De carne super excrecente.

Cato super excrecens.

Interdum etiam accidit, vt caro luxuriet, & vltra modum excreseat, quæ res cicatricis inductionem impedit, aut vt cicatrix turpis fiat, facit. Accidit autem hoc Medici incuria qui minus, quam par est, siccantia medicamenta adhibuit. Quod ergo superfluum est, tollendum, vt vulnus cicatrice claudi possit.

Est autem hoc opus Medici, qui medicamentis fortiter siccantibus detergentibus, & si opus est, etiam non nihil erodentibus carnem superfluam absumit.

Quibus autem medicamentis hoc fieri possit, parte 2. cap. 7. dictum, quæ vbi videantur. Inprimis vtilis est Aqua vitidis ibi ptoposita, quæ & carnem superfluam absumit, & cicatricem inducit.

De Hæmorrhagia,

Hæmorrhagia.

Multa quoque symptomata vulneribus accidunt, quæ partim vires deiciunt, partim curationem difficilem reddunt. Et primò quidem sæpissimè ingens hæmorrhagia & sanguinis profusio accidit, quæ non solum vires deicit, & interdum vitam homini eripit, sed & curationem impedit. Quamdiu enim sanguinis fluxus durat, in curatione nihil proficitur. Accidit autem ista hæmorrhagia venis maioribus vulneratis, vt & arteriis non solum magnis, sed & mediocribus. Verùm de symptomate hoc supra cap. 14. dictum, quæ ibi videantur.

De dolore cum vulnere.

Dolor cum vulnere.

Sæpissimè etiam dolor vehemens vulneribus accidit. Etenim nullum ferè vulnus sit sine dolore: tamen non rarè ille tolerabilis est. Interdum verò planè vehemens id quod accidit maximè cum nervi & partes nervosæ vulneratæ sint? & omnino dolor vehemens statim post vulnus inflictum exortus nervi aut nervosæ partis vulneratæ indicium est.

Causæ.

Excitatur autem dolor in vulneribus nunc ob errores ægri in diæta, dum ille prauo victu vitur, vt brassica, piscibus salis, carne suilla, aut similibus, partem vulneratam æriferigo exponit, eamque nimis exercendo mouet; interdum Chæurgi incuria, qui nimis calida vel acria medicamenta adhibet, partem nimis arctè ligat, non rectè locat, turundas nimis longas vel crassas in vulnus intrudit, pus nimis diu in vulnere relinquit, aut ossis fragmentum alias partes pungit. Interdum etiam, sine his causis omnibus, ab interno humorum affluxu dolor excitatur, atque interdum subito cum horrore vel frigore inuadit; id quod sæpe secaturæ magnæ inflammationis, vel etiam gangræne imminentis indicium est; idque inprimis, si cum dolore pungente ardor quidam in vulnere percipitur.

Prognoctica.

Gravius autem malorum dolores nimis in vulneribus causæ esse solent. Præterquam enim quod vigilias excitant, viresque deiciunt, etiam affluxus humorum ad partem vulneratam causæ sunt, vnde inflammationes, febris, & interdum quoque gangræna, excitantur. De quo passim monet Galenus. Nihil est, quod phlegmonem magis angeat, quàm dolor, scribit 5. meth. medic. cap. 4. Et 3. meth.

A medic. cap. 2. & 6. ob dolorem fluxionibus partes laborant. Et 13. meth. medic. cap. 5. dolor & membri, in quo phlegmone residet, calor, etiam si purum ab excrementis sit totum corpus, fluxionis causæ sunt.

Curatio.

Vt ergo dolor tollatur diligenter inquirendum, an ægri vel Chæurgi culpa is concitatus sit, & si quæ talis causa reperitur, ea ante omnia amouenda. Si talis causa nulla adsit, est aliquid externum vulnere inhæreat, illud extrahendum. Si à puris retenti copia dolor proueniat, ei exitus liber patefaciendus. Si vero ab humorum affluxu nimio, id quod sit in inflammatione, dolor excitetur, humorum influxum nimium prohibentia, rarefacientia & anodyna vsurpanda. Vtile est hic oleum rosaceum cum albumine oui, vel vitellis oui, prout res postulauerit, & in quo lumbrici terrestres cocti sint; Item oleum chamæmelinum, lini amygdal. dulcium, lumbricorum, sambucinum, Cataplasma ex foliis malua rad. althea, farina hordei, fabarum, & fursuribus. Si dolor sit maior, oleum depapauere, de nymphæa, cataplasma è foliis vel radice solani & axungia suilla vsurpandum Exempli gr.

℞. olei amygd. d. rosacei, chamemel. an. ℥. i. vitell. oui. croci ℥. β. Misc.

Vel ℞. rad. althea ℥. β. sol. malua M. i. fl. sambuci p. ii.

C Coq. omnia ad mollitiem & per setaceum traiciantur. Adde pul. fl. chamemel. ℥. β. farina hordei ℥. i. fabarum sem. lini an. ℥. β. Fiat Cataplasma.

Cui, si libet, oleum rosac. chamæmelinum, lil. albor. mastichin. ungu. dialthea addi possunt.

Si dolor his medicamentis non sedetur, nervum aliquem insigniter læsum esse indicio est. Itaque cura vt supra cap. 15. de vulneribus nervorum dictum instituenda.

De Convulsionibus & convulsivis motibus.

Insigne etiam & periculosum symptomata sæpe vulneribus accidit. Convulsio, seu motus convulsivus, de quo symptomate nonnulli prolixè de vulneribus agere solent. Verum cum de convulsione in genere, lib. Pract. part. 2. cap. 20. satis superque dictum, hic saltem ea, quæ convulsioni, quæ vulneribus superuere solent, propria sunt, proponemus.

Causæ. Causas convulsionis quod attinet, in vulneribus sunt convulsionis vel à punctura nervorum, eorumque dolore ingenti, vel ab acri & maligno seu humore seu vapore partem aliquam nervosam aut cerebri membranas vellicante; ad quem expellendum, cum Natura insurgit, contractionem istam excitat. De quo Hippocrates. 5. aph. 65. Quibus sunt cum vulneribus tumores conspicui, ii non admodum convelluntur & insanunt. At iis de repente evanescentibus. si quidem postica parte factum sit, convulsionis & tetani accidunt. Et Galenus, art. medic. cap. 92. Nervus inquit, & tendinis punctum, propter sensus vehementiam, & quoniam hac pari principio, id est cerebro connectitur, premita est ad nervorum convulsionem excitandam Ac tum præsertim, cum nihil extorsum exspirat, ob ætato cutis vulnere.

Et quidem materia convulsionem excitans interdum acrimonia saltem id præstat, interdum etiam malignitate; id quod in vulneribus & istibus ac moribus venenatis accidit.

Sunt autem satis periculose convulsionis & convulsivus motus in vulneribus. De quo Hippocrates, 5. aph. 2. Convulsio, inquit, quæ vulnere superuenit, lethalis. Et 5. aph. 3. E copioso sanguinis fluxu convulsio aut singultus, malum.

Quæ autem ratio sit convulsionis curandi, dictum Curatio.

est lib. 1. part. 2. cap. 28. quæ eo loco videantur. Hoc loco nihil aliud monemus, nisi hæc. Primò in conuulsionibus & conuulsivis motibus, qui vulneribus accidunt, siue per se, siue per consensum, & omnino quocunque modo, cerebri, spinalis medullæ, & neruorum ex his progredientium rationem habendam, & proinde ceruicem & collum, totamque spinalem medullam conuenientibus medicamentis inungendam esse, qualia *allegato loco* sunt proposita. Cæsar Magatus, lib. 1. cap. 77. hoc commendat.

℞. olei laurini, ligni iuniperini, bacc. iuniperini, pingued. humana, lumbric. terrest. an. ℥. iiii. olei fl. roris marini, fl. lauendula, fl. saluia an. ℥. ii. petrolei, de cerebinthina an. lb. β. laicorum, glandis vnguentaria, quod de been vocant, an. ℥. iii. s. myrrha, thuris, ladanii, benzoi, gummi iuniper. an. ℥. iii. cinam. carryophyllor macis, nuc. myristice an. ℥. i β. bdellii ℥. ii. ammoniaci, opopanax. Galbani an. ℥. i. racamahaca Indæ, caranna an. ℥. iiii. castorei, croci an. ℥. vi. rad. Imperatoria, angelice, valeriana, acori, costi an. ℥. β. styracis calampinguis ℥. ii. β. pingued. leonis, taurian. ℥. ii. aq. ardeuris opt. lb. ii. Misc.

Deinde, si ex puris vel aliorum excrementorum retentione conuulsio accidat, danda opera, vt omnibus modis saniei & excrementis exitus pareatur, liquorque aliquis in vulnus instilletur; qui vim habeat abstergendi & absumendi: extra quoque aliquid imponendum. quod vim ex alto trahendi habeat quæ talia ex superioribus, præcipuè de neruorum vulneribus, nota sunt.

CAPVT XXIV.

An liceat Christiano periapris & sigillis appensis, vel similibus modis, se ab armis inuolabilem præstare.

An Christiano liceat se ab armis inuolabilem reddere.

CVM nihil hodie apud milites frequentius sit, quam se contra armorum & globorum tormentorum ictus pentaculis quibusdam ac sigillis & characteribus obfirmare & inuolabiles reddere, antequam à doctrina de vulneribus abeamus; conclusionis loco addere & discutere libet quæstionem; An Christiano, salua pietate & conscientia, liceat, tali modo se inuolabilem reddere.

Et si verò in arcana eiusmodi hominum inquirere nec cupio nec opera pretium duco: hoc tamen vulgo etiam notum est, eiusmodi homines se non ab omni violentia firmare & munire posse, sed saltem contra ictus gladio & aliorum eiusmodi armorum, vt & globulos bombardarum, ita vt talia arma cutem penetrare nullo modo possint. A fustibus verò & maiorum tormentorum globis violari, imò necari posse, etsi cutis non facile vulneretur. Imò ferunt, partes quasdam esse, quæ inuolabiles reddi non possunt, in primis oculos. Deinde & hoc vulgò fertur, nonnullos non solum se ipsos, sed & alios ita obfirmare & impenetrabiles reddere posse, vt nullo armorum genere sint violabiles imò quosdam efficere posse vt butyrum nec cultro, nec gladio, nec securi scindi possit. Tertio & hoc dicitur, incios etiam ab aliis contra omne armorum ac telorum genus inuolabiles reddi posse.

Modi varii quibus nonnulli se ab armis impenetrabiles reddunt.

Modos autem varios sese hoc modo inuolabiles reddendi habent, quos nec cognitos habeo, nec cognoscere cupio. In genere saltem vnum atque alterum, qui vulgò circumferuntur, referre libet, vt de reliquis etiam in hæc iudicium fieri possit. Primò,

A nemini ferè ignotum est, sigilla seu pentacula circumferri variis figuris & characteribus insignita, & ignorabiliter literata. vt Apuleius loquitur, quæ à militibus de collo suspendi & corpori alligari solent, vt iis ab armis inuolabiles se præstent. Nonnulli characteres eiusmodi saltem chartæ inscribunt, eosque corpori appendunt. Neuisque virum, qui referebat, se schedam eiusmodi canis collo appendisse, eumque selupeti tormentari globo cominus eiaculato petisse, qui nullo modo læsus fuerit. Sunt qui schedas eiusmodi deuorant. Extat in publico quodam scripto eiusmodi artificium, (si ita præstigijs has diaboli appellare licet) quo vir quidam generosus sese contra omne armorum genus muniverit. Quod an in herois illius, qui fortiter & feliciter in Hungaria pro Christianis contra Turcas militauit, laudem aut vituperium cedat, cuius librum esto iudicare, Ego hoc saltem addo, magnos etiam sæpe viros, Principes ac heroës in hoc genere falli, & deceptoribus, qui talia vendunt, & sæpe pro magno pretio obtudunt, nimis incautè fidem habere, nec satis, quàm periculosam rem tractent, perpendere. Modum autem illum, cum plane superstitiosus & impius sit, ego meis scriptis ad posteritatem proferre nolo: vt tamen supersticio pateat, in genere eum delineabo. In sacris natalibus Christi sub mediana nocte in charta Pergamena vuginea literæ I. N. R. I. inscribuntur, & scheda eiusmodi globulis ex massa panis triticeæ includitur, qui clam altari imponuntur, vt certis & diuersis temporibus tres missæ super eis celebrentur, Globulus huiusmodi vnus manè cum quibusdam precibus deuoratur, qui hominem eo die ab omni vulture immunem præstat.

In eodem libello docetur, quemadmodum die Veneris ante Solis exortum, ex hominis suspensi vel rota necati cranio muscus cum certis precibus derandus sit, qui si in veste sub sinistra axilla insitus gestatur, hominem eodem modo inuolabilem præstat.

D Sunt, qui cutem vulnerant, & schedas eiusmodi vel alias res vulneri imponunt, idque conglutinant. Et sunt procul dubio modi eiusmodi plurimi militibus passim noti, in quibus indagandis ego curiosus esse nolo.

E De autoribus si inquiratur, primi plerumque ignoti sunt, & ab incautis militibus per manus ista traduntur. Et si ad primum perueniretur, is procul dubio malus demon esset, vt postea dicitur. Carnifices huiusmodi sæpe autores agnoscunt, vt plerumque hoc hominum genus Magia deditum est. Ita ars Passauiensis dicta, *die passauiische Kunst* quod in exercitu illo qui circa Passauium collectus, postea anno 1611. in Bohemiam irrupit, & Pragam occupauit, primo innotuit, & per totam Germaniam passim disseminata est, à carnifice eius loci primo militibus communicata dicitur.

Autores huius rei.

Rationem huius rei si inquiras primò experientiam præterdunt, & magnos etiam viros, Principes ac Heroes allegant, qui suis experientis probatam dederint hoc modo ab omni armorum genere quem se inuolabilem præstare posse, Deinde nonnulli ex astris huius effectus vim & causam deducunt, vnde certis constellationibus eiusmodi sigilla, periapta ac pentacula, quæ appellant, conficere docent.

Verum enim vero, equidem hoc non negamus, talia ita fieri, & à magnis etiam viris vsurpari, sed de hoc iam quæstio est, an talia naturaliter fiant, & an fas ac piam sit hominem Christianum hoc modo se inuolabilem & impenetrabilem reddere: an

verò

verò vi Magica & diabolica atque ex pacto cum A diabolo fiat, quicquid sit, & proinde illicitum atque impium sit, hoc modo se inuolabilem præstare.

Non est illicitum.

In qua quidem questione posteriorem sententiam defendimus, & vim atque efficaciam hanc ex pacto cum diabolo, atque ita ab ipso malo dæmone proficisci, & eum, qui se huius generis medio aduersus armorum impetum inuit, rem impiam tentare statim. Et enim primò certum est, neque in metallis, neque in chartis per se hanc vim inesse, sed characteribus desuper notata istud præstare. At figuratam & characterum nulla talis vis & efficacia esse potest. Ergo à vi superiore ea proueniat necesse est: & proinde vel à Deo & bonis angelis, vel à diabolo. At nullibi in sacris literis existat, quod Deus per se vel bonorum angelorum ministerio talia se effecturam promiserit, vel effecerit. Et quis à bonis angelis verborum sacrorum abusus & talia supersticiosa, qualia supra sunt relata, probari credat? Ergo à dæmone hæc prouenire credendum. Is inimicum, & hominibus à Dei cultu abducatur, & sibi obnoxios reddat, pacificetur cum aliquo, si à Deo ad se desciscat, eum ab armorum omnium vi immanem & inuolabilem se præstaturum, si perierit, tale gestet, vel characteres chartæ inscriptos deudet. Cuius pacti se obnoxios reddunt, qui eodem characteres usurpant. Sunt enim characteres illi alphas diaboli & tessera quasi militaris, è qua suum auxilium implorantes agnoscit. Esti verò nonnulli hæc ab omni idololatria superstitione & impietate sese immanes esse, & nihil commercii cum diabolo incedere putant: tamen valde falluntur, dum mediis non à Deo, sed à diabolo ordinatis vtuntur.

pactum cum diabolo duplex.

Est enim pactum cum diabolo duplex, mediatum & immediatum, seu explicitum & implicitum. Immediatum & explicitum est, cum quis mediis ab ipso diabolo immediate traditis vtitur: immediatum verò seu implicitum, cum quis mediis, à diabolo præscriptis, sed non à diabolo ipso acceptis, sed per manus ab aliis traditis vtitur: quorum utrumque prohibitum est, & contra legem Dei, quæ prohibet alienos Deos habere, pugnat. Neque est quod hæc nonnulli obiciunt, dicuntque, non esse verisimile, quod pacta cum aliis à diabolo inita ad alium transeant, & eadem impietate obstringant; cum pacta efficiat pacificentiam consensus. Et enim in pacto isto, quod dixi, implicito non omnis assensus abest. Cum enim, qui eatenus adhuc mente sanus est.

Ut possit rupem & puteum vitare patientem.

Facile agnoscat, characteres istos vel verba à se istam vim non habere, omnino antequam eis vtatur, inquirere debet, qua vi id, quod præstant, agant. Quod si negligit, implicitè in pactum cum dæmone transit, qui pollicitus est, se istud præstaturum, qui ex suo præscripto istis characteribus & verbis vtus fuerit, neque ab impietate liber est. Id quod vel sequentes duxæ historiæ testantur. Refert Martinus del Rio, *disquisit. Magic. libro 2. quest. 27. sect. 1.* de Henrico Cornelio Agrippa, qui cum Louanii commentalem haberet nimis curiosum, accidit, ut peregrè abiret aliquando Agrippa, & uxori, quam postea repudiavit, claves mitei traderet, addita prohibitione, ne quem ingredi sineret. Cum verò importuna & instanti pericione copiam ingrediendi impetrasset adulescens, ac in libellum coniurationum incidisset, & in eo legisset, ianua pulsatur, & cum ille legendo pergeret, iterumque ianua pulsaretur,

Opus Sennerti Tom. III.

nec iuuenis responderet, dæmon ingreditur, quæritque cur vocatus esset, terroreque ob metum iuueni nec respondenti fauces & spiritum interclusit. Vt enim qui lingua peregrina aliquid legit, ipse quid legat non intelligit, quod adstant aliquis intelligere potest: ita etiam iuuenis hic se diabolum aduocare nesciuit, diabolus tamen tesseram suam & pactum agnoscens adfuit.

Alteram refert Henricus Brucius, in *miscellaneis Smerij, libr. 5. epistola 17.* quam se à D. Nequo accepisse, & de ea innumeris ciuibus ibi constare scribit, & est hæc: Lipsiæ, puella non intelligens quid ageret ob ætatem, dum nutricis actionem totam qua in eiendis tempestatibus vitam sæpius viderat, imitaretur, fulgura contraque excitauit, quibus villa haud proci ab vrbe distra conflagrauit. Puella in Senatam adducta deliberatum fuit, an in eam ire animaduerti possit: Iurisconsultorum autem sententia decidit, non posse puniri, cum ob ætatem, quid egerit planè ignorasset. Quæ historia satis docet, etiam quem incautè & pane sine assensu posse in huiusmodi pactum cum diabolo se immutare. Cum enim puella ista, etsi ob ætatem non intelligeret, quid ageret, ceremoniis à dæmone sagæ alicui traditis & præscriptis vtetur, dæmon statim ex pacto adfuit, & tempestatem illam excitauit. Quæ si aduocatur aliquis, qui facile intelligere potuisset, in eiusmodi ceremoniis non eam vim inesse, perpetrasset, à Cæcis proci dubio non fuisset absolutus. Ideoque neque nemo, qui mentis compos est, cum facile intelligere possit, ceremonias tales, verba, & characteres ea, quæ præstare dicuntur, nec vi sua & naturali, nec à Deo aut bonis angelis concessa agere, sed vim eam à dæmone malo habere, his vtetur, & is, qui his vtetur, ab impietate, magia & idololatria immanis & liber esse non potest.

Sigillorum an aliqua vis.

Verum cum nonnulli ab astris istas vires deducere conentur, ac sigilla varia sub certo astrorum positu componere doceant: ista opinio examinanda. Equidem inter sigilla Arnoldi Villanovani & Paracelsi, in *libr. Archidox. Magic.* nullum reperitur, quod hominem ab armis inuolabilem reddere posset; & propterea recentius diabolus inuentum hoc videtur: quia tamen effectum illorum omnium, qui à sigillis eiusmodi promittuntur, eadem est ratio, omnino aliquid de sigillis istis dicendum videtur. Si enim in genere demonstraui, nullam vim naturalem talium sigillorum esse, simul demonstratum erit, nec sigilla, quæ contra vulnera vsurpantur, suam ab astris Magia vim habere.

Sub Astrologiæ nomine Magica talia venditari, non nouum est, sed olim iam in Orientalibus vstitatum fuit. De quo Plinius, *libro 3. nat. histor. cap. 1.* ait: *Magia fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe plurimisque seculis valuit. Antiquitate illi maximam fuisse, nemo miretur, quandoquidem sola artium tres alias imperiosissimas humane mentis complexa in unam se redigit. Nam primò in Medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepisse, velut alio rem sanctorumque quam Medicinam. Ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quam maxime etiam nunc caligat hominum genus. Atque ut hoc quoque suggererit, miscuisse artes Mathematicas, nullo non audio futuræ de se sciendi, neque eam celo verissime peti credenti. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo in tantum fastigium adolent, ut hodie etiam in magna parte gentium præualeat, & in Oriente Regibus imperet.*

Atque vtinam in Oriente ista superstitio substitisset, & cum Monarchia pereunte periisset. Verum postea superstitio hæc in alias quoque regiones

E E e e

propagata est. Iam enim Galenus, *lib. 9. de simp. med. fac. cap. de lapidib. §. iaspis*, docet, vstitutum esse iaspidi draconem insculpere & annulis inferere ad confortationem ventriculi. Alexander Trallianus, *lib. 10. in fine*, Herculis erecti suffocantis Leonem imaginem lapidi insculptam ac annulo aureo inclusam colicæ mederi scribit: atque *ibidem* quasi rem sacram & non nisi sacris hominibus nomenclandam, contra Colicam hunc annulum commendat. Decimo septimo vel vigesimo primo die Lunæ accipere iubet annulum ferreum, & circulum ipsius octangulum efficere, atque in octangulum inscribere, *εἰς τὸν εἰς τὸν ἄνω: ἢ κορυφαίᾳ ἔξω, fuge, fuge, ben bilis, alanda querebat*. Subiectum autem signū *Rep* in annuli caput scribere iubet. *Et lib. 10. cap. 1.* Contra podagram commendat laminam auroam in qua, Luna in libra vel leone consistente, inscriptus sit versus Homeri: *πρὸς τὴν δ' ἀρὰ: εὐδὲ δ' ἰσραήλ, ἢ γαῖα*. Qualia passim alia quoque habet Trallianus. Plurimos verò tales characteres proposuit Paracelsus, *in libro arthidaxeos Magic*. Ipse tamen, *in lib. de philosoph. occulta, cap. de characterib.* omnibus de characteribus, signis, pentaculis, sigillis præfert duo: vnum, in quo certæ figuræ inscribitur nomen Adonai; alterum, in quo iidem peculiaris figuræ inscribitur quinque syllabarum, nomen Dei tetragrammaton. Atque hæc sigilla contra dzanones omnesque incantationes prodesse & mira præstare scribit. Atque iterum vtinam dico, superstitio ista quæ Regum Regibus in Oriente imperavit, non etiam Christianis Principibus, Nobilibus, & magnis Viris imperaret, aut non inuenirentur, qui Magica ista Principibus & Nobilibus sub Astrologia venditarent; & tanti Viri diligentius in ista inquirerent. Nam facile inuenirent, ea nec probabili ratione niti. Et si enim nonnulli conati sint, effectuum horum causam à cælo deducere: tamen nec in modo constant, nec probabile quid afferunt.

Conciliator, *different. 101. ex illo Ptolomæi, in centiloquio: vultus sublunarium subiectos esse vultibus cælestibus*, id est, species animalium mundi inferioris subiecti cælestibus imaginibus, statuit, cælestem scorpionem in inferis dominari scorpionibus, serpentem serpentibus.

Verum sit sanè, (quod tamen nondum ab iis probatum) scorpiones inferiores subiecti signo Scorpii in cælo: sed quid hoc ad scorpionem gemmæ insculptam: Certè sculptus vel pictus canis, vel scorpium non est sub eodem genere cum cane vel scorpione animali.

Alii vim illam instillari sigillis à cælo & stellis dicant, spiritumque astralem in ea influentem & immissum, in mundo sublunari, metallis, lapidibus, & plantis illis se non accommodare tantum, verum etiam in eorum substantiam occultè se ingerere, cum quibus mutuum & sympatheticum in prima creatione adeptus est consensum, familiaritatem, mox & continuationem.

Verum concedatur sanè, cælum & stellas non tantum, quod vult in hac quæstione Erastus, *part. 1. disput. aduersus Paracels. pag. 151.* hæc inferiora calefacere, & illuminare, atque hoc modo vt causam generalem & communem tempore quolibet vnum effectum rebus cunctis demittere: sed statuatur etiam certas stellas peculiare vires per ocellas influentias in hæc inferiora ingerere, & ea, cum quibus habent familiaritatem, peculiariter afficere, atque aliam stellam cum smaragdo, aliam cum adamante, aliam cum rosa, aliam cum alia planta habere familiaritatem: Verum quid ad hoc faciunt figuræ & characteres insculpti & adscripti, cum stellæ vires suas

rebus merè naturaliter, sine omni nostro præscripto & artificio, communicent? Cur illas suas vires altra non æquè in metalla vel gemmas integras, nullisque characteribus insignitas infundunt, quam in eas, in quas tales characteres insculpti sunt? Certè Peonia iusto tempore collecta, aliaque plantæ, atque alia omnino omnia, quæ amuletorum naturalium loco usurpantur, vires suas exerunt, magnes trahit ferum & mouetur ad polum, sine omni figura vel characteris insculpro. Vnde rectè Galenus statuit, Iaspidem easdem vires habere, siue illis signum Scorpii insculpatum, siue non.

Heinr. Cornelius Agrippa ab hac sententia non multum discrepat, qui *lib. 1. de occulta Philosoph. cap. 33.* ita hæc de re scribit: *Omnes, inquit, stelle suas proprias habent naturas, proprietates, conditiones, quorum signacula & characteres per suos radios etiam in istis inferioribus produciunt, in elementis, in lapidibus, in plantis, in animalibus & eorum membris. Vnde vnaquæque res à dispositione harmonica, & à sua stella ipsam irradiante sortitur speciale ali- quod signaculum, seu characterem sibi impressum, illius stella siue harmonia significatiuum, ac specialem in se continentem virtutem, ab aliis differentem, vel genere, vel specie, vel numero præagentis materia. Habet itaque qualibet res suum characterem ad aliquam peculiarem effectum sibi à sua stella impressum, maxime ab illa, quæ in ipsa præceteris obtinet principatum: & hi characteres has stellarum suarum proprias naturas, virtutes & radices in se continent atque retinent, earumque consimiles operationes in res alias, super quas reflectuntur, produciunt; & stellarum suarum influxus pronocant, adiutantque sine planetarum, siue etiam stellarum fixarum, & imaginum, & signorum cælestium, quos videlicet in debita materia, suo tempore, debitisque solemnitatibus fuerint fabricati. Miras quoque ibi literas & characteres singulis Planetis proprios depingit. Si quis ergo vires alicuius stellæ expectat, rem stellæ illi subiectam, vt gr. si Solarem vim quis expectat, aurum sumendum esse, atque characterem illius planetæ, eo tempore, quo eius planetæ vires vigent, insculpendum esse docet. Verum merè petitiones principii sunt. Primum enim multas eiusmodi vires hæc sigillis tribuit Agrippa & alii, vt passim ex eorum descriptionibus videre est, quæ certè nullius stellæ sunt naturales. Paracelsus *lib. 4. Archidox. Magic.* docet subulam fabricare, eique certos characteres depictos inscribere, affirmatque, si quis parietem creta circulum inscribat, & in eius centrum subulam infigat, omnes muscæ eo loci in circulum illum sessuras, & ibi permansuras, donec subula iterum à pariete euellatur. Credat Iudæus appella, non ego.*

Sunt tamen, qui hodie etiam id non solum credunt sed alii etiam publicis scriptis persuadere conantur, & vim hanc per characteres illos ad astris deduci opinantur. Monstrent verò quænam stella imperium istud in muscæ habeat. Beelzebub quidem muscarum Deus dicitur. Et procul dubio potius huic parent muscæ, quam stellis. Alios sigillum parat cum figura Saturni semis ligone terra fodientis, quæ Saturnum repræsentare debet, & quibusdam numeris idque si in sinistra ocrea (cur non in dextra, vel in brachio,) gestetur, præstare scribit, ne quis à suo equo aliquid damni patiat, difficilem præterea partum accelerare.

Deinde vnde probabunt, illos miras & ignorabiles characteres, quos apud Cornelium Agrippam, Paracelsum & alios videre est, stellarum certarum esse characteres? neque solum characteres, sed & alias figuras Saturnum pingunt specie semis cum falce vel ligone. Iouem instar Regis cum

Septimo. Quid hisce figuris cum planetis hisce? Et quæ causa est, cur stellæ vires suas metallo tantum communicant, si hæ figuræ insculpantur & non aliæ? Et quis primum docuit, hoc caractere hanc, isto illam stellam gaudere? Eadem ratio est aliarum figurarum, de quibus omnibus probandum, eas certarum stellarum figuras esse. Præterea, quid præter characteres faciunt verba, quæ non solum in fabricatione horum sigillorum pronunciantur, sed & sigillis insculpantur & imprimuntur, vt. ex *libr. Archid. Magica*, & sigillis Atnoldi de Villa noua videre est?

Alij ita se expedire conantur, dum dicunt, Individua, cum incipiunt esse sub determinata constellatione, accipere mirabilem quandam facultatem operandi vel patiendi, præter eam, quam habent à specie. Sed sit hoc ita: tamen gemma vel metallum non tunc fieri incipit, cum sculpiri, sed antea erat, & quidem individua substantia erat, atque ex ipsorum etiam sententia astralis spiritus & vis in substantiam, cum qua *συμπάσκει* habet, sese insinuat. Inter substantias nimirum naturales est occulta quædam familiaritas & *συμπάσκει*, non verò inter substantias naturales & figuras artificiales.

Alij in ea sunt sententia, figuram quidem non esse principium operationis, sed tamen ad operationem plurimum conferre. Nam deformis figura in animo hominis tristitiam, pulchra gaudium adfert: & per instrumenta artificum, pro ratione figurarum, variz sunt operationes, aliæ per ferram, aliæ per securim.

Verum nec alicuius sunt momenti. Quæ enim est pulchritudo vel deformitas in imaginibus & characteribus hisce? Et cum pulchra delectent, cum videntur, quomodo hæc hominem delectare poterunt, cum vestibus tecta gestentur aut raro adspiciantur? & quid ad illam pulchritudinem varia nomina & quidem ignota faciunt? Instrumenta artificum quod attinet, facit figura quidem ad operationes, quæ sunt per motum localem: non verò ad operationes, quæ per alterationes sunt. In his figura nihil potest, geminæque, si quas vires naturales habent, illas sub quacunque figura exserunt; scribitque Galenus de iaspide, *loco supra allegato*, se eius vim æquè expertum fuisse sine figura draconis vel scorpii, ac cum ea.

Neque alij etiam quid probabile saltem pro characterum & Sigillorum viribus hætenus adferre potuerunt. Et qui possent tam absurdorum dogmatum rationes & causas reddere? cum sigilla non solum morbos depellere, sed alia etiam hominibus omnib. gratiosum reddere; alia scientiam, ingenium, memoriam, alia Principum fauorem, alia victoriam in bello & causis civilibus, alia felicitatem in aucupio, piscatura, venatione, mercatura; alia amicos fidos conciliare, alia hominem ad summos honores euehere, alia omnium votorum hominem compotem reddere, & quæ nescio quæ alia præstare scribant?

Rudolphus Goclenius Iunior hic se variè torquet, in *Synarthrosi Magnetica*, & tandem inter sigilla distinguit, & illa, quorum autores perhibentur Ragaël, Chaël, Tetel, Hermes, Salomon, reicit; alia verò commendat, ea scilicet, quæ sub cepto siderum positu & concursu fabricata sunt, & vires suas recipiunt à stellarum influxu, & ex connexion & continuatione causarum naturalium, naturaliter, citra viliam impietatem & superstitionem. Quis autem ille causarum naturalium connexus sit, & qua ratione, sigilla hæc & imagines vires suas à cælo accipiant, nullibi explicat. Experimentis quidem hæc clara & patefacta

Operum Sennerti. Tom. III.

esse dicit. At idem Chael, Ragaël & Reliqui Magi pro suis sigillis contendere possent: & cui hodie ignotum est, sigillitalibus se plurimos ab armis inuolabiles reddere? Ita que hic non queritur, quid fiat; sed queritur, à quo agente hæc præstantur, an à causa naturali, an à malo dæmone.

A causa verò naturali tales vires & effectus non provenire posse, cuius accuratè, & sine præiudicio rem pensanti, facile patet. Duo enim sunt in istis sigillis, Materia, & Characteres, quorum neutri vis illa adscribi potest. Materia à natura est, & vires istas non habet; quod ipsi confiteri necesse habent.

Equidem hic ad sigillorum efficaciam probandam ad amuleta confugiunt, & illorum vim prætendunt. Verum sit, vt omnia illa, quæ de amuletis scribuntur, vera sint, sicut quædam vera esse certum est: quid verò hoc ad sigilla, in quibus si metalla, characteres & similia consideres, illa talem vim non habere extra dubium est. Et peronia, vngula alcis, & similia, vim, quam habent, exterrunt, etiam characteribus nullis insignita; id quod de Iaspide quoque se expertum esse Galenus, *loco allegato* scribit,

Characteres verò ab artifice sunt, & vires istas nec ab artifice, nec à seipsis habere possunt. Characteres enim sunt ab idea in mente artificis, quæ in exteriora non agit. Ex se verò nihil nisi figuræ sunt. Figurarum autem in agendo nulla est efficacia, vt pote quæ qualitates saltem quantitatis sunt. Omnis enim agendi vis est principaliter à substantia, quæ per suas qualitates est efficax. Atque actio est inter contraria eiusdem generis, qualia non sunt naturalia & artificialia; inter quæ characteres. Nec artificialia in naturalia agunt, eaque alterant & afficiunt, quatenus talia: sed in ea agunt, quatenus materiam naturalem habent: & contra res naturales non alterant aut afficiunt res artificiales, quatenus naturales, sed quatenus ex materia naturali constant. Et proinde imagines vel nomina insculpta materiz nihil per se præstare possunt, materizque, si afficiatur à cælo, æquè afficitur, si nullam imaginem sculptam habeat; nullamque peculiarem vim cælestium corporum influxus recipiendi characteres, figuræ ac verba materiz insculpta ei tribuere possunt.

Ad oblectationem equidem hanc respondere conatur Rodolphus Goclenius Iunior, dum in *Synarthrosi Magnetica* p. 102. scribit: *Non statua, quæ talis, nec sigillum, nec imago, quæ talis, potest aliam statuam aut qualitatem efficere, sigilla siquidem artificialia ab arte nullam vim acquirunt, sed virtus eis instillatur & infunditur à cælo & stellis: radius, inquam, ille cælestis & spiritus astralis in ea influens & immixtus, in mundo sublunari, metallis, lapidibus, ac plantis illis, se non accommodat tantum, verum etiam in eorundem substantiam occultè se ingerit, cum quibus mutuam ac sympathicam in prima creatione adeptus est familiaritatem, nexum, & continuationem. Hic autem spiritus infuit sine ulla adiuuratione, consecratione, demonumque inuocatione, sed naturali prorsus modo.* Sed nihil respondet. Hoc n. ipsum, vt pote quod est in questione probare debet, quod in metalla & chartas ignorabiliter signatas & literatas vis cælestis talis, quæ sigillis tribuitur, influat. Hic Rhodus: hic saltandum. Etsi n. nõ negamus, stellas in hæc inferiora oculos habere influentias, & propterea frustra prolixè probatur, stellas non solum motu & lumine, sed & occulta influentia in hæc inferiora agere: tamen de duobus inprimis queritur. Prius est, an stellæ vim habeant, tales casus fortuitos & effectus, qui non sunt natura-

les, sed à voluntate & arbitrio hominum pendent, producendi alterum est, cur vim illam non metallis integris, sed characteribus saltem insignitis communicent. Quid enim characteribus hisce cum stellis? quid Marti in cælo cum imagine viri armati? quid Saturno cum sene ligonem gerente? & sic de cæteris Planetis. Eodem modo res se habet designis Zodiaci & reliquis asterismis, quibus nomina ex hominum arbitrio & voluntate docendi causa imposita sunt, qui asterismum, quem piscem aut sagittarium nominant, alio nomine appellare potuissent: sicut hoc seculo Hollandi signis illis meridionalibus, quæ in suis navigationibus obseruauerunt, liberrimè & pro suo arbitrio nomina imposuerunt. Ita & signa asterismos illos denotantia ex arbitrio hominum sunt imposita: neque vlla est necessitas, cur vix alicuius stellæ in characterem talem hominum arbitrio impositum, si certo tempore seculatur, sese insinuare debeat.

Res ergo eò redit, ex naturali causa vim aliquam sigillis & characteribus talibus adscribi non posse, & si aliqua (nam de hoc ipso dubium est, & multa de his prædicantur, quæ reuera experientia non respondent) sicut Paracelsus, Arnoldus de Villa noua Thurneiferus, & recentiores alij multa de his producant, in iis efficacia deprehendatur, ea vel imaginationi adscribenda, omnibusque notum est, maximam vim esse imaginationis: vel si abs hac sit, à causa supernaturali illa pendeat necesse est: & quidem à dæmonibus, qui characteribus talibus, vi pacti, quod olim cum suis cultoribus inierunt, signis his tacitè inuitantur & aduocantur. A gentilibus enim superstitioni & idololatriæ dedit ista origo, dæmonesque talia sigilla & characteres quasi tesseras militares sibi constituerunt. Et proinde ex pacto siue implicito siue explicito valent, non nimirum, quod diabolus cum eo inuit, qui primus ab eo hanc disciplinam hausit. Agit nimirum id diabolus, vt constitutas à se superstitiones confirmet ac stabiliat, easque hominum montibus inserat, vel insertas confirmet & propaget, ac hominem à Creatore suo, mediisque ab eo creatis & in salutem hominum ordinatis, ad se quocunque modo auertat. Ideoque talia nihil aliud sunt, quàm nocturnæ quædam diaboli, quibus ad aucupia animarum humanarum vitur. Ac proinde tolerandum non est, quod Phædro in *Chirurgia minore*, scribit, in tali cura characteristica maiora & miraculosiora delitescere abscondita maiorum Patrum & antiquorum Prophetarum, quàm fas sit profari. Deuisset homo temerarius prius demonstrare, vel à Deo & natura, vel arte characteribus & verbis constellatis, quæ appellat, tantam vim inditam esse, quàm in alios Medicosita debaccharetur, easque blasphemos, alectores, qui honorem Deo in summis & miraculosis characteristica curæ operationibus detrahant, nominaret. Is Deum honorat, qui Dei opera, qualia ab ipso condita sunt, contemplatur, admiratur, & celebrat. In Deum verò iniurius est & impius, qui rebus vires, quas nec à Deo, nec ab arte acceperunt, tribuit.

Et patres primi ac antiqui Prophetæ, quos cura characteristica vsos scribit, non sunt ii, quorum in factis literis sic mentio; cum talia superstitione ipsos adhibuisse, nullo argumento probari possit: sed illi, quorum in *Asclepio*, *Hermet*, *Trimegisti*, fit mentio, his verbis: *Quoniam proqui multum errabant contra orationem Deorum increduli & non aduertentes ad cultum religionemque diuinam, inueniunt artem, qua deos efficerent, cui inuenta adiunxerunt virtutem de anima mundi conuenientem, eamque miscentes, Et quoniam animas facere non pote-*

rant, euocantes animas demonum vel angelorum eò indiderunt imaginibus suis diuinisque mysteriis, per quas sola idola & benefaciendi & malefaciendi vires habere potuissent. Atque alij omnes, qui characteres istos probauerunt & defenderunt, damnatae Magiæ & superstitionibus dediti fuere, Platonicus scilicet, studiosissimi dæmonum cultores, Cornelius Agrippa, Paracelsus, & similes de Magia infami suspecti.

Neque valet, quod dicunt, talia fieri siue dæmonum inuocatione & aduratione, aliisque modis illicitis, sed vi naturali operari. Nam primò ipsis probandum erat, peculiare virtutes talibus sigillis, quas metalla & gemmæ ex se non habent, inesse: quod nisi probauerint, mediis illicitis & à Deo non ordinatis, ac in natura non propositis vtuntur. Deinde etsi pactum cum diabolo & coniuratio explicita non accedit: implicita tamen adesse potest, agnoscitque diabolus istas quasi tesseras suis cultoribus semel propositas. Et quis eorum, qui omnem superstitionem & idololatriam in talibus sigillis abesse defendunt, nobis explicare potest, quid illi miri characteres, & vt Apulejus nominat, ignorabiliter literati, & ignota verba, quæ apparent in sigillis à Paracelso, in *Archidoxi Mag.* & alibi, propositis significant; aut fidem suam interponere, illas figuras & ignota verba non diaboli tesseras esse, quibus suos cultores sibi deuinxit? Turcicam scripturam Germanus non intelligit, sed Turca, sicut nec Turca Germanicam, sed Germanus. Ideoque etsi miris illos characteres & ignorabilia verba, non quibus homo intelligit: diabolus tamen, vt auctor istius alphabeti & scripturæ ista intelligit, & iis aduocatus opem suam præstat. Estimet ergo hæc & habeat in precio quisquis sit: mihi maximum illud & primum Dei præceptum in mente: *Non habebis Deos alienos.*

Atque cum ex his clarè pateat, sigillorum & periaptorum nullas vires naturales esse, etiam hinc manifestum est, ea hominem ab armis inuolabilem reddere non posse; cuius gratia hæc prolixius attulimus, & neque à cælo, neque ab alia causa naturali habere, quicquid: ipsis tribuitur, sed omne hoc purum patum dæmonis inuentum esse; & propterea sine idololatria vsurpari non posse. Deus hominis corpus condidit, vt molle sit, & dolorem ac solutionem continui pati possit: aliter ergo qui id disponere & comparare vult, Dei ordini sese opponit, & diaboli ope vitur. Etenim omnino effectus huius causæ, vel in Naturam, vel in Deum, vel in homines, vel in media illa, quæ adhibentur, vel in diabolum referenda est. In Naturam referri non potest. Ea enim homines corpus formatæ, vt à quocunque armorum genere violari possit. Nec Deo hic effectus tribui potest, qui sine miraculo ordinem naturæ non mutat. Neque à Deo tale quicquam vnquam factum è sacra historia & scriptura patet; etsi Dei iussu difficilima, contra varios hostes à suo populo bella gesta sint. Neque ab hominibus talis effectus provenire potest, quos tale aliquid ex se præstandi vim nullam habere, notissimum est. Neque etiam, si media illa consideres, illa talem effectum vilo modo producere, & naturæ ordinem inuertere possunt. Sunt enim vel characteres, vel verba, vel simile quid, quibus nec à Deo, nec à Natura tales vires concessæ sunt. Ideoque eò res redit, diaboli ope talia præstari. Quanquam enim multi sunt, qui putant, sibi nihil commercii cum diabolo intercedere, etsi talia media vsurpent: tamen scire debent, talia media primitus nec à Deo, nec ab hominibus inuenta, sed à diabolo suggesta esse iis, qui cum

eo pactum iniuerunt; & proinde qui illis vititur, patitur huius se participem facere, vt supra diximus.

Periaptis ergo eiusmodi malum dæmonem salutem homines ludificare, vel ex eo patet, quod cum homines hoc modo se optimè contra omnia arma munitos putant, alij inueniuntur, qui inuolabilitatem istam tollere & soluere, vt loquuntur, possunt. vnde, cum minimè opinantur, in ista sua superstitione pereunt.

Et quidem modi illi soluendi plerumque nullius momenti sunt, mihi quidem non cogniti: sed tamen ex vulgi relatione constat, ista periapta contra globos argenteos non valere, itea hominem inuolabilem esse non posse, si globus plumbèus in ore malleetur nonnihil, si gladij cuspis in igne calefiat, & seu inungatur, si gladius terre vel pani infigatur, & si quæ sint eiusmodi alia, in quibus curiosum esse, meum non est. Hoc certè inde patet, diabolum mendacem esse, nec pacta seruare, & sæpe fallere, & dum artem istam hominibus commu-

nicat, non id agere, vt iis proficit, sed cum se corpus ab iniuriis tutum præstiturum promittit, animam infidari. Cuius rei multi casus exstant, & inter eos notabilis est ille, qui mense Februario anno hoc 1634. Misnia accidit. Ibi enim cum inter pocula miles quidam, cum solenni illa hodiè militum adiuratione, vt me diabolus auferat, iactaret, se ab omnibus armis inuolabilem & impenetrabilem esse, vtque eius rei documentum ederet, pectus nudum gladio breui bis magna vi feriret, vt etiam gladius incuruaretur, nec quicquam læderetur, atque idem tertia vice tentaret, tum gladius subito in pectus penetravit, & in ipsum cor adactus est, atque ita miserè miser homo perit.

Miles ergo Christianus & pius istis mediis illicitis, vt pote à diabolo profectis, non vtatur, sed licitis corpus suum protegendi artibus contentus sit: cætera Deo commendet, in cuius manu est vita nostra, & sine cuius voluntate ne capillus quidem de capite nostro decedit.





LIBER QUINTVS.

PARS V.

DE FRACTVRIS.

CAPVT I.

De Fracturis earumque curatione in genere.

Fractura.



Qvod in parte molli est vulnus, id in dura & ossi est *Fractura*, propriè Græcis *ῥήγμα* & *ῥήγμα*, quæ est ossis diuisio seu ruptura à causâ externa violenter irruente. Scripserunt autem prolixè & accuratè de Fracturis imprimis Hippocrates, de *Fracturis*, & Galenus, in *comment.* & 6. *meth. med. cap. 5. & 6.* atque inter Recentiores Hieronym. Fabricius ab Aquapendente, de *operationibus Chæirurgic. tit. de ossium fracturis*, qui videantur. Nos rem breuiter contrahemus & proponemus.

Differentia.

Differen-
tia.

Differentia tradit Galenus, 6. *meth. med. cap. 5.* Aliàs enim franguntur ossa in transuersum, quæ imprimis & propriè *Fractura* dicitur, & quidem si ita franguntur, vt nullo pacto extremitas cohæreant, & è directo non iaceant, in specie huiusmodi *Fractura* *ῥήγμα*, à fracti caulis similitudine appellatur. Paulus Ægineta scribit, *ῥήγμα* dici etiam *ῥήγμα* & *ῥήγμα*, à similitudine fractæ radiculae & cucumeris. Si verò os non saltem in duas partes fractum, sed & in pures contritum sit, *Fractura* ea, *ῥήγμα*, *Comminutio* dicitur, Galeno etiam *ῥήγμα*, quod sit factam modum contusarum nucis testarum. Si verò secundum longitudinem, sicut ligna, ossa findantur, *ῥήγμα*, rectè, propriè *Fissura*, Galeno *ῥήγμα*, nominatur. In capite hæc solutæ unitatis species peculiari nomina habet, de quibus Hippocrates, *lib. de vulneribus capitis*, & *lib. 1. Pract. part. 1. cap. 23.* videatur.

Fracturarum harum & aliæ sunt differentia. Quædam enim sunt magnæ, quædam parvæ, quædam simplex & vnica, quædam multiplex; quædam æqualis, quædam inæqualis, & nonnunquam vno, nunc vario modo ossa franguntur. Et quidem à figura & aliarum partium similitudine ab antiquis nomina iis indita sunt, & vt dictum, *ῥήγμα*, *ῥήγμα*, *ῥήγμα*, dictum, interdum & *ῥήγμα*, vbi in multas tenues partes, farinæ instar, os comminutum est, item *ῥήγμα*, arundinata fractio, *ῥήγμα*, ad vnguisformam. Quastamen appellationes plerumque neglexit Hippocrates, & vnicatis nominibus vsus eas oratione interpretari & circumloqui maluit. Aliquando omnes ossis fracturæ pars abiicit.

A parte affecta quoque variæ sumuntur diffe-

rentiæ. Alia enim est cranij fractura, alia humeri, alia brachij, alia femoris, alia alius partis. Et quidem in brachio vel vnum os, vel vtrumque, vna scilicet & radius frangitur. Eodem modo sese res habet in crure. Franguntur & ossa nasi, clauiculae, collæ, patella.

Sunt demde & accidentales differentia, quod os fractum vel in sua sede manet, vel super aliud os effertur: quod fractura est recens, vel vetus. Sunt & aliæ in propria differentia, vt quod fractura coniungitur interdum cum vulnere, interdum cum luxatione, interdum cum alius affectibus. Interdum enim fit fractura cute & carne superiacente integra; interdum eorum vulnus accedit. Interdum quoque cum fractura luxatio articuli vicini accedit. Accedunt interdum fracturæ dolor insignis, tumor, & inflammatio: interdum verò hæc absunt.

Causa.

Omnia autem ossa frangere possunt, quæ ita ossa inflectere conantur, vt ea, cum flexibilia non sint, necessarid frangantur. Galenus, 2. *de fractur. text. 9* ad quatuor causas ea omnia reducit, dum scribit: *Vel aliquid est, quod contundere potest, si vehementi impetu deferatur: id autem procul dubio corpus aliquod esse debet, quod durum substantia sit, & mole non exiguum. Vel aliquid, quod non cutem solum, vel quod aliquid etiam, quod subest cuti vsque ad ossa, sed quod ossa etiam ipsa diuidat: quod factum est malum ipse videtur, quasi desessionem dicas, in libro de vulneribus capitis vocat. Quinetiam ex alto loco desilientes nonnulli vel tibia, vel femoris os fregerunt, que sicciora ipsis, neque admodum densa fuerint: nam in palastranos quoque vidimus ex circum tortione, hoc est, *ῥήγμα*, ita enim clarè dici posset, fracturam contigisse in quodam, cui cum fracta esset tibia vnà cum sura magno cum vulnere ossa deuoluta sunt. Fractura enim ea cuenit, cum tibia cruri aduersarij luctantis per transuersum fuisset subiecta, ita, vt vtraque eius capita & iuxta pedem & iuxta genu deorsum violenter deprimerentur: id quod in lignis quoque, que à nobis ipsis circumtorquentur, videre licet. Si enim ligna aliqua supra femur nostrum imposta ex vtroque capite deorsum vehementer manibus urgeamus, frangi ea in media parte cernemus.*

Facit tamen ad ossium fracturam etiam ipsa ossium constitutio, quæ nunc fragilis est, vt etiam

paruum impetum sustinere non possit, nunc verò durior, ut non nisi maiore impetu tangi queat: ossa etiam fragilia reddit caries, & inprimis, quæ lue Veneream sequitur, & qui sæpius inunctionibus mercurialibus vti sunt. Memorandæ & raræ fragilitatis historia extat apud Marcellum Donatum, de hist. med. mirabil. lib. 4. cap. 5. & est hæc: Vincarius Morellus, illustris Poëta nobilisque Patricius D. Dionysij de Pietis, auriga cum aliis consensibus tascans, arrepta è mensa dimidiæ mali aurantiæ parte, in solum antecurrentem proiecit, manus sibi malum, quam alicui parans: eonamque in brachio valido motu os humeri dextri ita perfractum fuit, ut ruptis ossis capita inuicem disiuncta, manifestè tactu deprehenderentur: ac auditum innum, vix offe illo feruntur, cum priores operationes nondum obire possent, nocte media lectulo cubans expergefactus, brachium alterum demisit, ut maculam succiperet: qua in motione os brachij sinistrum circa mediam ipsius partem disruptum fuit, quod pariter ope medica occuluit. Laborantibus hic vir antea per plures annos hæc Gallica seuiissima, atque caput, crura, brachiaque topheæ tumores occupant, qui tandem ex illitione ex unguento cum hydrargyro delituisse videbantur. Quamobrem brachij ossa carie exesa, & vitiosa adeo facile admirandaque fractioni occasionem prebuisse est censendum. Similes duæ habentur apud Schenckium, lib. 5. obseru. 3. ex obseruatione D. Camerarij. Fuit enim à Capiuaccio commemoratum aliquando, quod quidam nucleum amygdalinum pavimento illidere volens, fregerit brachium. Quemadmodum & alius quidam, tendens aliquid non grauitur malleo, idem brachium fregit. Aliæ duæ historiæ reperiuntur apud Guilielmum Fabricium, centur. 2. obseruat. Prima est Philiberti Sarrazeni Medici Lugdunensis, qui ad Guilielmum Fabricium, obseruat. 66. ita scribit: Vir quidam Lugdunensis sexagenarius ex arthritide pituitosa in articulari humeri & cubiti dextri, iam ferè bimestre spatium obtuso dolore torquebatur: nullis vitæ remediis, solam sibi parit illius quietem inasperat, dum brachium affectam fascia obuolutum, & pectori innixum continuo haberet. Is aliquis sanus & valens, in publicum hora circiter diei octaua progressurus, dum cheirothecam in manum affectæ partis inducere leuissima conatu admitteret, brachii os quatuor aut quinque digitis in fra humerum transversim effregit. Vocatus ego confestim, rem non sine admiratione conspicio, explorat, & per Cheirurgum os ipsum restituo, quæ conueniebant remedia, iubeo admoueri. elapsoridius agruua reniso, cum appositè restituta essent omnia exploraturus, remotis fasciis & assulis, naturalem ossis situm rediisse vidimus, & appressis digitis persensimus. Sed ecce paulò inferius circa cubiti articulum nona tē, & nondum conspecta obrulit ossis eiusdem fractura, dolores urgent clamorosi, restitutioni itidem sedulo incumbimus. Inde placata omnia, & nunc belle quiescit, nondum tamen ab eo tempore explicata fascia, nec visum, vix se habeat pars ea. Miratus sum diu tantam ossium fragilitatem in eo homine, qui se vllis ossium affectibus, vel à lue Venerea, vel aliunde contractis, laborasse pernegauit.

Altera habetur obseruat. 63. his verbis: Philiberta Bralea Segusiana, vbi quinquagesimum nonum ætatis sue annum attingeret, sua sponte, nullâque vi extrinsecus illata ossibus contractis, anno 1606. subblata fuit. Hæc cum die Dominico sacro iuxta ritum & patriæ consuetudinem manè reserentem subuolam indueret, sublato corpore iacente, & manibus sursum expositis, brachii os magno dolore rumpi &

A conterisensit, sic ut Cheirurgi opera fuerit opus, quæ ubi fractorum ossium extrema aptè composuisset, & fasciis deligasset, adhibitis præterea extrinsecus congruis remediis affectum hunc feliciter curauit. Sed misella hæc non tam citò ab his liberata fuit angustiis, quàm adhuc eius seuerioris mali impetum debuerit sustinere; ipsi namque cum tandem aliquando domesticorum suorum ope è lectulo, in quo iam dudum decumbebat, ad ignem efferretur, ubi induere priorem tibia conaretur, ancilla, quæ illi tunc temporis ministrabat, ad motus manibus opem ferens os dexteri cruris in transversum confregit: quod iterum Cheirurgus reparauit. His in ærumnis miserrima illa biennium vixit, cùmque toto hoc temporis tractu variis fracturis innumersque doloribus indies conficeretur, carum tandem huic lues eripi contigit. Et scribit Autor huius obseruationis, quod neque à lue Venerea vel alio morbo in hac muliere tales fracturæ causatæ fuerint, cum nunquam tali aliquo morbo laborauerit. Causam autem veram esse putat venenum aliquod occultum, ab insigni humorum corruptela profectum, quod totam ossium substantiam quoquo versum petmeans inenarrabili modo eam corruerit.

Signa Diagnostica.

Facile fractura per transversum vel obliquè facta cognoscitur, quia tactu ossis fracti extremitates separatæ deprehenduntur, & in fracturæ loco cavitas non naturalis deprehenditur. Præterea corpus membrumque fractum debito modo moueri non potest. Dolor etiam, antequam ossa componuntur, acerbus exoritur, dum ossis fracti extremitates partes sentientes pungunt. Quod ut rectius cognoscatur, membrum tantum, ut brachium cum brachio, crurum cum crure, comparandum est. Sæpius etiam ob os fractum membrum breuius redditur, dum musculi inferiorem ossis partem sursum trahunt. Et plerumque fracturæ vulgæ etiam notæ sunt, & causæ violentæ ossa frangendi vim habentes præcesserunt.

Fracturæ verò per longum factæ difficilius cognoscuntur: deprehenduntur tamen ex membri crassitie præternaturali, & inæqualitate ac dolore.

Ossa etiam sæpe abscedunt, dum scilicet omnes eius particule reponi non potuerunt, & quæ à carne denudantur: id quod cognoscitur ex ossis nigritie, si id conspectui pateat, vel mobilitate ossis, si aliis ossibus non adhærete deprehendatur.

Prognostica.

1. Fractura ossium secundum longitudinem facta, facilius curatur, quàm quæ facta est per obliquum aut transversum. Operosa enim ossium restitutione opus non est, sed sufficit, si ossa quasi hiæntia iterum coniungantur.

2. Inter fracturas transversas & obliquas ea facilius curatur, & minùs periculosa est, quæ est simplex & æqualis, & in qua fracta ossa suis sedibus mota non sunt.

3. Illæ fracturæ, in quibus capita fractorum ossium sunt retusa, minùs sunt periculose: in quibus verò sunt acuta, pessimæ sunt; quia neque faciliè committuntur, & nullo retuso innituntur, carnemque vulnerant, interdum neruum quoque aut musculum. Celsus, lib. 5. cap. 7.

4. Difficilius verò curatur fractura, vbi os in multa fragmenta diuisum est, & quod plura fragmenta sunt; & vbi eminentiæ acutæ, quæ partes vicinas pungunt.

5. Quod fractura maior & ossa fracta grandiora, eò difficilius & tardius curatur fractura.

6. Vbi ossa duo coniuncta, ut in brachio radius & vlna, in crure tibia & fibula, ambo fracta sunt,

difficilius curantur, quam si alterum ex his saltem fractum sit. Si enim os vnum integrum maneat, musculi minus contrahi possunt, qui ab integro osse teni seruantur. Et vbi os fractum repositum est, si alterum sit integrum, id fracto fulcri quasi loco est, & plus ab eo opis, quam à fasciis & ferulis, est. Contrà verò si vtrumque os fractum sit, omnia in reposito continendo curiosius fieri oportet.

7. Quæ fractura in ossis medio est, leuior habenda, quam quæ capiti ossis seu superiori seu inferiori propior est. Cùm enim prope caput inferius sint plures tendines prope caput verò superius plures nervi: maiores dolores excitantur, & curatio redditur difficilior. Si v. prope articulum sit fractura, omnium periculosissima est; cùm ibi sint tendines, & nervi, & ligamenta, & pars fracta eo loco commodè ligari non possit, in loco etiam ex sanguine & frigido calor sit debilis. Et licet fractura in isto loco consolidetur: tamen membri illius in motu impedimentum relinquit; ob callum, qui tendines, aut musculosq. ligat.

8. Fractura recens ad consolidationem aptissima est. Si verò tempus aliquod protrahatur, curatio omnino difficilior redditur; non solum quia accedente inflammatione extensio partis, quæ requiritur, fieri sine periculo non potest, sed & quia occalescunt extremitates ossium, vt postea nunquam coalescere possint, idque præcipuè accidit in senibus. Ideoque danda opera, vt quamprimum extremitates ossium inter se coaptentur. Ita enim facile postea coalescent. Omnino enim si fracturæ dolor, & inflammatio accidant, curationem difficiliorem reddunt.

9. Fracturæ ossis alicuius insignis conueniens curatio si vltra septimum diem protrahatur, periculum est, ne ex ossibus aliquod syderetur. Galenus, 3. de fract. r. 37.

10. Ita & si carnis contusio & vulnus fracturæ coniungatur, fractura periculosa est, & eò periculosior, quòd vulnus majus est, præsertim si grandiores musculi, vt femoris & humeri, vulnerati sint. Inflammationes enim facile accedunt, & tandem gangræna ac sphæcelus. Curamque etiam id difficiliorem reddit, quod ferulæ & similia, quæ ad fracturas repositas continendas necessaria sunt, non ita commodè adaptari possunt, sed foramen vulneris sanandi causa seruandum est.

11. Si ossa ita fracta sint & comminuta, vt in antiquum statum redaci nequeant, perfecta sanitas ægro promitti non potest. Et si enim ossa coalescant: tamen membrum breuius, & ad pristina officia ineptum redditur.

12. In quibus ossa restitui nequiverunt, scire licet, hæc abscessura esse, atque etiam ea, quæ carne omino nuda sunt, Hippocrates, 3. de fract. text. 44. Abscedunt autem ossa nunc citius, nunc tardius. Citius separantur ossa, quæ citius arescunt, & à succrescente carne citius propulsantur. Et ideo paruum os citius abscedit, & quod in extrema est parte, & quod rarius est; inde accidit, vt intra decimum quartum diem talia ossa separentur. Majora verò ossa & solidiora tardiùs abscedunt. Nam & tardiùs arescunt, & à succrescente carne tardiùs propulsantur, vnde ante quadragesimum diem non abscedunt, nonnunquam & sexagesimum, & ad multos menses abscessus differtur. Imò nonnunquam ossium valde comminutorum fragmenta post multos annos prorumpunt, vt exemplo docet Guilielm. Fabricius, centur. 4. obs. r. 97. Atque ipse noui militum Ducem quemdam primarium, qui ad Noribergam globo per dextrum brachium traiectus est, quo os humeri ipsum fractum est, è quo

A vulnere adhuc hoc anno 1634. ossium fragmenta erumpunt.

13. Ætas quoque, corporis temperatura & habitus, morbi tolerantia, vitæ genus, anni tempus, regio & cæli status, & omnino omnia, quæ vires determinare possunt, curationem faciliorem vel difficiliorem reddunt. Et propterea fracturæ sanatio in iuuenibus facilior est, in senibus & decrepitis difficilis, imò sæpe impossibilis.

14. Fracturæ cum inflammatione & carnis contusione periculosæ sunt, cùm ex integrè curari, antequam illa curentur, non possint.

15. De tempore consolidationis fracturæ nihil certi prædici potest; cùm id variet secundum ætatem, habitum corporis, & anni tempus, ac alias circumstantias. In iuuenibus n. bono corporis habitu præditis, bonam diætam seruantibus, & temperato cæli statu ossa citius consolidantur. Tardius verò in senibus & debilioribus.

16. Nasi, maxillæ, iuguli, pectoris, scapularum ossa, costæ, ossa spinæ, tali, calcis, manus, & plantæ pedis intra vigesimum & vigesimum quartum diem consolidantur. Crurum & brachiorum intra trigessimum quintum & quadragesimum diem.

Curatio.

Fractura simplex cùm sit solutæ vnitatis species, etiam communem & vniuersalem Indicationem habet, id, quod disiunctum est, esse vniendum. Et si verò vnitio illa Naturæ opus sit, vt in vulneribus: tamen vt Natura scopum suum assequatur, plura adhuc necessaria sunt. Nimirum cum ossa fracta plerumque suo loco dimoueantur, si id accidat, ossa fracta suo loco restituenda, & ad amulsum coaptanda sunt. Deinde hoc modo conuenientia sunt seruanda. Quæ si dextrè à Chirurgo fiant, vnitio postea ossium, seu calli generatio Naturæ opus est. Medicus tamen naturæ opem ferre debet: quod sit, si partis naturalem temperiem conseruet, & inflammatio, ac omnia superuenientia symptomata, quæ naturam in opere suo turbare poterant, auertantur.

Primò ergo, vt Cornelius Celsus, lib. 8. cap. 7. docet, animaduertendum ac considerandum est, vtrem fracta ossa proprio loco exciderint, nec ne; cùm non semper, vbi transversim franguntur ossa, sua naturali sede excidant. Cognoscitur autem ossa suo loco dimota non esse, si in fracturæ loco nulla cavitas percipitur, nec punctio sensus, nec membrum breuius apparet. In hac ergo fracturæ specie non opus est, vt membrum extendatur, & de ossium repositione ac coaptatione laboretur. Facile enim fieri potest, si id tenteur, vt dolores excitentur, & ossium fractorum capita & eminentiæ mutud atterantur & frangantur: sed danda solum opera, vt ossa fracta in sua naturali sede detineantur & vniantur, vt mox dicetur.

Si verò ossa fracta loco suo exciderint, ita vt vnum supra alterum efferatur, prima cura esse debet, vt fracta ossa loco suo restituantur. Fit autem hoc duabus primariò operationibus quarum altera *επιένθησις* vel *ἀντίστασις*, extensio; altera verò *διήρθωσις*, conformatio seu ossium in suum locum repositio appellatur. Nemo autem has operationes rectè perficiet, nisi qui naturam ossium & fracturarum differentias cognititas habuerit. Ossium natura è Galeni, de ossibus, & aliorum Anatomicorum libris, atque imprimis ex *ἀντομία* cognoscenda est. Fracturæ differentias tradidit Galenus, lib. 6. meth. med. cap. 5.

Primò ergo in fractorum ossium restitutione opus est partis extensione. Etenim cùm citra musculi præcisionem, aut ossis fracti partes è suo loco dimouentur, aut articulus è suo loco excidit, muscu-

Curatio.

Ad ossa fracta curanda quæ necessaria.

Lus, cuius initium ei parti annexum est, in quam vel pars ossis fracti inclinatur, vel articulus procidit, totus ad suum caput retrahitur, atque ita eam illius membri partem, quæ ipsi coniuncta est, secum rapit. Vnde fieri non potest, ut vel fractum os rectè conformetur, vel luxatum suæ sedi reponatur, antequam tantum retrahatur, quantum in hanc vel illam partem è suo loco dimotum est. Alioquin, si scilicet non recta fiat extensio, in fracturis ex attritione rumpentur ossium eminentiæ, & ita in suas cavitates reponi non possent, sed vel exterius ad ossium latera hærent, vel inter ossa fracta remanerent, & coaptatio ossium impediretur.

Extensio
quomodo
fiat.

Itaque ut os fractum rectè conformari queat, vtriusque partis ossis fracti reuorsum seu in diuersa distractione, quæ Græcis ἀντιστοιχία dicitur, opus est. Ut autem extensio iusta fiat, opera danda, ut fiat cum dolore nullo vel minimo. Fiet verò hoc, si membrum extendendum ea figura locetur, in qua musculi non agunt, sed otiosi & omnes laxati sunt, ut omnes musculorum ipsius fibræ directè extendi possint: quo modo & minore extensione opus est, & minore cum dolore opus perficitur.

Fit autem extensio hæc & distractio vel vnus tantum opera, vel plurimum; & quidem manibus tantum, vel habenis, fasciis aut machinis. Vbi digitus fractus est, vel aliud membrum tenerum, vnus operâ extensio fieri potest, vnâ fracti membri partem dextra, alteram sinistra manu præhendens, & inuicem diducens: vel duorum, ut vnus membri fracti partem teneat, alter extendat. Si verò maius & robustius aliquod membrum fractum, plurimum opera necessaria est, ita quidem, ut alter vtraque manu vnâ membri fracti partem, alter itidem vtraque alteram præhendat, & in diuersa trahendo contendat. Nonnunquam verò fasciis lineis & habenis circumpositis, & vtrinque membro fracto ad laquei figuram adaptatis opus est, quas plures in diuersa trahant: nonnunquam verò, & quoties maiore, sed sine violentia, extensione opus est, vnâ cum hisce machinamenta adhibenda, de quibus Hippocrates, 2. de fract. text. 40. & seqq. & Orbasius, de machin. Paræus, lib. 15. cap. 7.

Extensio
quoruplex.

Est autem extensio vel æqualis, vel inæqualis. Æqualis ea est, in qua ab utroque latere ossis fracti æqualiter membrum extenditur. Inæqualis autem, qua ab vno latere membrum magis extenditur: quæ locum habet, vbi alterutrum tibiæ vel cubiti os tantum fractum est. Illud enim latus magis extendendum est, in quo os factum continetur.

Confor-
matio.

Διέσθωσις verò seu conformatio est ossis fracti in suum locum repositio, & extremitatum ossis fracti recta coaptatio, quæ fit, si, postquam membrum eætenus extensum est, ut in reponenda ossa se tangere non possint, Cheirurgus ambabus manibus vtrumque membrum apprehendat, & quod in dextram partem prolapsum est, in sinistram, & contra, quod in anteriorem prolapsum est, in contrariam, & contra detradat, atque ossium eminentias in suas cavitates recondat, donec extremitates ossium rectè vnitæ, & in suas sedes depulsa sint, & membrum naturalem figuram recuperaverit. Non sunt autem eminentiæ ossium cum impulsu in suas cavitates intrudendæ, ne rumpantur, sed potius spontè sua, extensione laxata, manibus Cheirurgi leniter directæ in suas sedes recedant. Atque hæc omnia quamprimum faciendâ sunt, antequam inflammatio accedat. Si enim inflammatio accesserit, & membri extensio ac ossium repositio tentetur, facile conuulsio excitatur.

Si verò Cheirurgus vocatus fuerit, cum iam in-

A inflammatio ceperit, & ob eam reductio ossium tentari nequeat, omni modo contra inflammationem pugnandum, eaque ut quamprimum tollatur, iis medicamentis, quæ supra, parte 1. cap. 5. de inflammatione, sunt proposita, danda opera. Interim de parte affecta sollicitum esse oportet, ne fluxionem promptè recipiat: id quod fit repellentibus, & si pars eo modo locetur, & tractetur, ut nullus dolor inferatur. Transacta inflammatione postea danda opera, ut ossa reducantur.

Si verò ossium fractorum extremitates extra cutem prorumpant & emineant, qua ratione talis fractura curanda sit, dicitur capite sequenti. His peractis dispiciendum an ossa rectè composita sint. B Cognoscitur autem id, ut Hippocrates, 3. de offic. Medic. 1. 24. ait, si dolor ægrum amplius non ita infestat, sicut prius; si ossium eminentiæ inter se coniunctæ partem amplius non pungant, si dum pars fracta manu tangitur, nulla euitas, nulla eminentia & inæqualitas percipitur, & si fractum membrum cum pari sano, id est, humerus cum humero, femur cum femore, crus cum crure comparatur, ei penes figuram & magnitudinem ferè similis sit. Ferè quidem; quia secundum crassitiem potest esse aliqua diuersitas; cum propter dolorem & affluxum humorum factum membrum plerumque intumescat.

C Vbi ossa conformata esse deprehenditur, intensio sensim remittenda, & apta deligatione, ut ossa coaptata, vnita & rectè conformata maneant, præstandum. Quod duabus aliis operationibus perficitur, nimirum deligatione, & membri collocatione. Vnde alij quatuor operationibus fracturarum curationem absolui scribunt: extensione, conformatione, deligatione, & membri collocatione.

Antequam tamen fascia membro fracto injiciatur, medicamenta aliqua ad affluxum humorum & inflammationem prohibendam, atque etiam calli generationem adiuvandam imponi solent, in quo Autores varij sunt. Hippocrates cerato rosaceo vtitur: Celsus pannis oleo & vino tinctis: Alij primò fracturæ ceratum rosaceum cum linteo lactiore, deinde linteum vino nigro aristero aut succo granatorum madidum imponunt: alij stuppas albumine oui conuulsato madefactas & expressas: alij, quod hodiè est frequentissimum, panno lineo illinunt misturam ex albumine oui & pulueribus adstringentibus ex bolo armeno, sanguine Draconis, rosæ, balauustis, radicibus consolida, thure & similibus paratam, eamque imponunt. Quæ medicamenta eò vsque in singulis deligationibus continuantur, donec nullus amplius inflammationis metus sit, & fractura iam stabilis esse incipiat: postea admoventur æstate emplastrum diapalma, hieme barbarum vel aliud conueniens. Atque hæc medicamentorum diuersitas non sine causa ab autoribus inducta fuisse videtur. Vbi enim indicatio est firmandi fracturam, & dolor ac inflammationis metus id non prohibet, albumen oui & cataplasmata adstringentia vsurpantur: si verò dolor urget, ceratum & oleum rosaceum ac vinum vsurpandum.

Fractura-
rum deli-
gatio.

E Vel ℞. Capitis mortui è sem. lini, sem. lini pulueris, bntyrif. s. radic. symphyti maior. an. Vnc. iij. boli Armeni, cerussa an. ʒ. i. album. ouor. num. xv. F. Cataplasma.

Ponatur super fracturam, & post 2. dies renouetur. Repetatur quinquies.

Vel ℞. farina volatilis lb. ʒ. mastich. gummi Arabic. an. Vnc. j. mumia, boli Armen. an. ʒ. ʒ. Cum album. ouor. F. Cataplasma.

Vtile est & emplastr. Vignonis, quod tradit lib. 8.

cap. 6. Gvil. Fabricius, cent. 2. obseruat. 99. Hoc A
Emplastro vitur.

℞. empl. Storiani Vnc. iij. pulv. rad. symphyti maior. ros. rubr. myrtillor. an. ʒ. ij. lapid. osteocola prepar. ʒ. vj. Misc. lento igne cum modico ol. rosac. F. Emplastrum.

Vulgus Chirurgorum in fracturis sæpe statim ab initio aut post paucos dies *empl. oxycræcum* applicare solet. Verùm hoc non fit sine periculo, vt exemplo docet, *loco allegato* Fabricius. Cùm enim hoc emplastrum partem affectam calefaciat, & sanguinè ac humores attrahat, pruritum, dolorem, inflammationem, & gangrænam, præcipuè in corpore bilioso & cacochymico, inducere solet.

Postquam medicamenta idonea imposita sunt, deligatio instituenda, quæ nec nimis laxa sit, ne ossa suo loco iterum dimoueri possint; nec nimis arcta, ne alimenti affluxum prohibeat, & dolorem excitet. Perficitur verò duabus fasciis, quarum prior, quæ non incommodè oxycrato humectatur, supra fracturam injicienda, & circa eam bis terve conuoluenda sursum versus, ita vt multum sanæ partis complectatur, vt ea ossa reposita contineantur, & confluxus sanguinis ad locum affectum prohibeatur. Altera priore dimidiò longior contrario modo circumducenda, primùmque fracturæ iniicienda, & ab ea incipiens deorsum aliquoties circumuoluenda, iterùmque supra fracturam ducenda, & tandem versus partem sanam superiorem ducenda. Ita enim si à prima fasciâ verius vnâ partem musculus distortus fortè est, à secunda emendatur, humor ex parte exprimitur, & sanguinis tam ex inferioribus, quam superioribus influxus præcauetur. Deligationes enim omnes eas vires habent, vt ex his partibus quibus primùm injiciuntur, humores expriment in eas, in quas finiuntur.

Ferula fracturis adhibenda.

Atque hæc, quæ hisce duabus fasciis, quas Hippocrates *ἀνδροπίδας* appellat, fit deligatio, Hippocrati *ἀνδρῶν* dicitur. Vt verò in magnis ossibus deligatio sit stapilior, plagulæ seu splenia insuper apponuntur, & post earum appositionem duabus fasciis æqualibus, quas *ἀνδροπύρι* appellat Hippocrates, deligatio firmatur, quarum vna ab inferiore parte sursum dextorsum vel sinistrorsum fertur altera deorsum via priori aduersa: quæ deligatio Hippocrati *ἀνδρῶν* dicitur. Et omnino cauendum, ne ligatura vel laxior sit, quæ ossa in suum locum reposita non satis contineat, neque arctior, quæ dolorem excitet, sed vitato amborum incommodo media eligenda, vt vtriusque commodo fruamur: & si paucis complexibus fractura satis contineri non potest, securitatem iniectionis numerus præstat.

Et vt ossa reposita omninò firmiter contineantur, nec loco suo moueantur, ferula insuper iniiciuntur, si loci affecti natura patiatur. Etenim cum fasciæ & splenia inflexibilia non sint, fracturam firmam & directam seruare non possunt; sed facillè fieri potest, vt tùm vigilantibus, tùm dormientibus membrum moueatur. Vt igitur in motibus, qui non animaduertuntur, membrum firmum teneatur, opus est iis, quæ rigida sunt, & non flectuntur, & tamen minus ponderosa sunt. Quem ad finem, vt Hieronymus Fabricius loquitur, in mundo non poterat Hippocrates eligere post plagulas meliora instrumenta, quàm ferulas, quæ & rigidæ sunt, ac inflexiles & leues. Verùm cum ferula destituamur, eius loco ligneis tabellis tenuibus vitur. Nonnulli corticibus arborum loco ferularum vtuntur. Verùm si quis iis vti velit, videat, ne virides sint, sed probè exsiccati. Virides enim, cùm exsiccantur, circa fracturam contrahuntur, doloresque excitant, atque

ossa nonnunquam suo loco iterum dimouent, vt exemplo peculiari docet Guilielmus Fabricius, cent. 4. obseruat. 98.

Tandem membrò canalis, si opus sit, adhibendus, de quo Hippocrates & Galenus, *de iis, quæ in medicat. funt. sect. 18.* membrumque rectè collocandum, videnturque, vt positio sit mollis, æqualis & sursum versa: mollis, ne membrum fractum ea parte comprimatur, neque dolorem & inflammationem excitet: æqualis, vt dolorem nullum inferat, nec membrum distorqueat: sursum versa, ne humores pondere suo deorsum tendentes ad locum affectum affluant. Inprimis autem danda opera, vt media articulorum figura & musculorum figuratio obseruetur: quem ad finem etiam capsulæ quadam interdum, quæ membrum fractum toto curationis tempore capiant, adhibentur. Hippocrates, 3. *de offic. Medico. sect. 3. & 30.* in recto situ membri constituendo tria iubet animaduertere, quietem, medium, & consuetudinem. Quietem quidem, vt talis situs eligatur, qualem homo seruare solet, cùm totus in otio est. Medium verò situs est positura inter extremam extensionem & contractionem, non tamen semper exactè, sed qui ad medium proximè accedit. Verbi gratia in brachio pro medio situ habetur, qui non in cubito rectam angulum constituit, sed obtusum & ad porrectionem accedit, sicut videmus homines quiescentes & otiosos brachium non penitus media inter porrecta & tota curuata habere, sed ad porrectionem magis accedentia, quæ figura cùm à dolore maximè absit, ipsi gratissima est. Tandem etiam consuetudo spectanda, quia non alius habitus faciliùs fertur, quàm cui adsueuimus. Quibus quartum ex eodem Hippocrate, 1. *de fract. sect. 1.* addere possumus, nimirum cum musculorum statum eligendum, sub quo non magna vi fracta ossa in diuersum deducuntur, & cum membrum sub eo habitu continetur, illud dolore omni vacat. Vtramque autem præstat, qui ita figurat, vt musculorum fibræ directæ intenduntur. Directæ autem intenduntur, cùm in vna membri parte vniversus musculus collocatur. Nam si musculus, qui suum habet initium in parte interiore, ita collocetur, vt medius ab interiore parte extremus ab exteriori, vel sic, vt medius à superiore, extremus ab exteriori situs sit, hoc pacto circa membrum conuolutus extenditur.

Bona autem deligatio cognoscitur, vt Hippocrates, 1. *lib. 1. de fract.* ait, primò ex ægri querimonia, vbi, num prematur, rogaueris, atque is respondeat, se premi quidem, sed leuiter, idque præsertim, qua fractura est. Hæc itaque sic habere, necesse est fateatur, qui rectè est alligatus. Si verò patiens abundè sub fasciis vigeatur, celerrimè soluendæ ac aptius deligandæ, ne ex arctiori vinculo praua symptomata eueniant. Sin fasciarum circuitus iusto laxiores, & nihil se premi respondeat patiens, arctius vincienda; cùm laxa vincula non prohibeant membrum, quò minus, qua fractura est, deprauetur.

Alia moderatæ deligaturæ signa sunt: si eadem die ac nocte, qua deligatus fuerit, ipse sibi videatur non leuius, sed valentius adstringi; prostridie verò tumor mollis ac paruus in membri extremitate oriatur. Paruitas enim tumoris ac mollitie aliquid sub vinculo ab affecta parte ad membri extremum esse expressum indicat. Si verò nullus tumor appareat, non satis fuisse adstrictum indicat: & si tumor magnus ac durus, id est, qui tactui non cedit, in membri extremitate adsit, valentius arctatum fuisse indicium præbet.

Membrum fracti collocatio.

Ergo si probæ deligationis, signa adsint, nullusque dolor, intignis, nulla inflammatio vel exulceratio suspecta sit reliquum opus, quod est callum, per quem fracta ossa coniunguntur, gignere, naturæ cuius id opus est, committendum, & deligatio ante tertiam diem non solvenda. Tertio vero die solvantur & iterum obligentur fasciæ, tum ut arctius stringantur tum ut exitus patent humoribus & vaporibus sub cute contentis: qui, ut distentur, & ne pruritus excite- tur, aut si pruritus infestor, vult Hippocrates aqua calida membrum esse perfundendum, ut pori aperi- antur. Si autem tardius solvatur deligatio, magna sæpe incommoda, nimirum partis exulceratio, putredo, gangræna, inde oriuntur, imò vitæ peri- culum; quorum exempla annotavit Guilhelmus Fabricius, *cent. 2. observat. 92* & propterea monet, ut secundo aut certe tertio die semper deligatio sol- uatur: & quamquam post septimum non sit adeo ne- cessarium sociis, fracturam solvere, se tamen de quarto in quartum fascias solvere, partemque af- fectam inspicere solet, scribit. Atque hæc deli- gatio continuanda, donec callus genitus & fractura lanata sit: quod in femore 40. diebus, in humero & tibia 30. in radio & cubito 20. in ossibus digito- rum 15. diebus præter propter fieri solet. Tempus enim, ut in Prognosticis dictum, hoc in omnibus ita determinatum non est, sed pro ætatis, corporis constitutionis, anni temporis & ipsius fracturæ ra- tione variat. Citius enim coalescit fractura in puero & iuvene, quam in sene; verno citius, quam æstivo tempore.

Interim dum hæc fiunt, vniuersalia medica- menta non sunt negligenda, nimirum venæsectio, & purgatio, prout nimirum hæc vel illa ægri consti- tutione requirit. Atque hæc omnia eo huc per- aguntur, ut ossa conglutinentur. Fit autem hoc calli beneficia, qui an sit quiddam heterogeneum an verò similis ossibus substantia, supra, *part. 4. ca- pit. 4.* dictum. Calli vero, quo ossa conglutinantur & coalescunt, generatio Naturæ opus est: Medicus tamen Naturæ opem ferre debet; quod sit, si caueat, ne aliqua inflammatio, vel simile accidens, quod membri substantiam & temperiem lædât, superveniat, ipsumque alimentum per siccantia medicamenta disponatur, ut in callum eo citius mutetur. Fit autem hoc ferè per supra propo- sita medicamenta, in quorum locum diebus poste- rioribus etiam veniunt *emplastrum diapalma, barba- rum, oxycroceum, nigrum*, & alia.

Deinde det operam, ut materia idonea suppedi- tetur generando callo. Quapropter exhibendus cibus paulò plenior, boni & tenacioris nonni- hil succi, qualis ex oryza, tritico, & similibus conficitur. Verùm quia ante duodecimum diem vix callus generari incipit, & præterea initio multa symptomata metuenda sunt: non mox per ini- tia plenior victus, sed tenuior exhibendus; imò, si opus, sanguis detrahendus, aut purgatio insti- tuenda, & demum, ut dictum, vbi callus generari incipit, plenior cibus exhibendus.

Solent etiam intus quædam medicamenta exhi- beri, quæ ad callum citius generandum & indu- cendum faciunt, ut *pulsis & succis radicum agri- moniæ*. Plurimi miris modis commendant *lapidem osteocollam* dictum, cuius in pulverem redacti Drachmam unam cum *ag. symphiti* sæpius exhi- bent. Verùm in inuenibus, & iis qui boni sunt ha- bens, callum nimis auget: quapropter cautè & non nisi in adultioribus exhibendus. De quare, ut & de usu viscosorum ciborum, quos plerique in fracturis exhibendos censent, legi potest Guilhelmus Fabri- cius, *centur. 1. observat. 90, 91 & 92.*

A Possant etiam parari decocta à *rad. consolidæ gri- mon. primulæ veris, serpentaria.*

Ut *℞. rad. aristol. consolidæ, serpentaria, an. ℥. j. geranij M. i. sabina M. b. macis ℥. b. Zedoaria, gal- lange, an. ℥. ii.*

Coq. in vino in vase duplici. De colatura æger bis de die bibat.

Idem Fabricius, *centur. 3. observat. 90.* hoc me- dicamentum vsurpat.

℞. lapidis ossifragi diligenter preparati ℥. ii. tin- nam. el. ℥. iiij. sacchari ℥. ii. M. P. pulvis subtilissi- mus. Dentur Drach. ij. in iuseulo carnis singulis die- bus manè.

Externa talia laudat.

℞. ol. lumbricor. ℥. ii. granor. iuniperi ℥. ii. sacci lumbricor. ℥. i. M. P. Linimentum, quo iungatur fractura.

B *℞. Empl. Vigonis ad fractur. oss. ℥. ii. oxycroci ℥. b. lapid. osteocollæ præp. ℥. j. b. lumbricor. præp. & pulveris. ℥. j. Cum ol. lumbricor. q. s. F. Empl. quod superponatur.*

Vbi callus iustæ magnitudinis generatus fuerit, me- dicamentis roborantibus confirmandus est. Ideoque tale emplastrum imponendum: *℞. ol. rosæci ℥. ii. cera ℥. iii. b. pulveris resine ℥. iij. colophonæ, massich. thuris an. ℥. b. nucum cupressi, rad. erythroida- ni an. ℥. j. croci ℥. b. Misc. F. Ceratum, quod super linteum vel alutam extendatur, & applicetur.*

Diatra.

C Diætam quod attinet, bona victus ratio, ut in vul- neribus, etiam obseruanda. Si enim natura à cibi co- pia vel qualitate non offendatur, & in callo gene- rando partes suas rectius exsequetur. Præcipiunt quidem nonnulli, ut cibi viscosi exhibeantur, è pe- dibus, capitibus, & intestinis animalium. Verùm metuendum est, ne ex eiusmodi cibus chylus crassus & viscosus generetur, qui postea in epate & venis obstructions pariat, & totum sanguinem inficiat: sicut eius rei exemplum refert Guilhelmus Fabricius, *cent. 1. observat. 92.* de quodam viro quadragenario, qui talibus cibus vsus in cachexiam & tandem hydro- pem incidit, & hydropticus mortuus est. Et constat ex- perientia, multos ægros sine talium ciborum vsu sa- natos fuisse.

D

CAPVT II.

De Fractura cum Vulnere

I N signis verò fracturæ differentia, & quæ cura- Fractura
tionem non parum variat, est fractura cum vul- cum vul-
nere. Accidit autem illa, cum ossium fractorum nere.
eminentiæ acutæ incumbentem carnem perforat. Quod cum sit, membrum breuius, quam priuserat redditur: vbi autem ossa denudata in suam sedem re- stituta fuerunt, ad pristinam longitudinem mem- brum redit. Interdum tamen à telo secante tales fra- cturæ accidunt: cum eo non solum caro, sed & ip- sum os scinditur

E In fracturis autem his cum vulnere interdum os nudatum est, interdum non est nudatum: deinde interdum os seu fragmentum aliquod abscessum esse metumus, interdum nihil abscessum speramus.

Prognostica.

1. Sunt autem tales fracturæ longè periculosiores Prognosti-
is, quæ sunt carne & cute superiecta integra ma- ca.
nente. Nam perforatio illa cutis & carnis dolorem & inflammationem excitat, & muscoli, qui iam in-
flammatione tentantur, duplicem extensionem pati

coaguntur, vnam, quæ sit ex inflammatione, alteram ex hac, quæ sit, dum redeunt ad præstam longitudinem, accidit.

2. Periculum autem hoc eò maius est, quò pluris & maioris momenti partes conseruntur & perforantur, ut musculi, nervi, venæ, arteriæ.

3. Unde fracturæ in femore & humero cum vulnere & ossis exitu maximè periculosa est. De quo Hippocrates, 3. de fractur. text. 47. *Illi autem ferè nou euadunt, quibus ossa, aut brachii, aut femoris extra exiit. Nam cum pręgrandia sint ea ossa, & plurimum medullosa: atque cum multa præter ea sint, & magni momenti ea, quæ vulnerantur, nempe nervi, musculi, & vena, unde & si ea reponas, conuulsiones concitari solent. Sin autem minimè reponas febres acuta suboriuntur, biliosa, cum singulis, & nigritia. Illi tamen non minus euadunt, quibus neque reponimus, neque reponere tenemus. Præterea verò & illi potius euadunt, quibus inferius os, quàm quibus superius extra excidit. Superstites etiam & illi sunt interdum, quamuis raro, quibus ea reponuntur. Et text. 41. Conuulsio tamen magis, si restituatur quam si restitui non poterunt, inducitur. Et Cellus, l. 8. e. 10. ait: Granis aliquando est, cum ossis fracturæ carnis quoque vulnus accessit, maximeque si id musculi femoris, aut humeri senserunt, nam & inflammationes multo grauioribus, & promtiores caneros habent. Augetur periculum, si os à parte domestica egrediatur; in illa enim partes maioris momenti reperiuntur, quàm in hylæstri. Unde Hippocrates, 3. de fractur. text. 47. scribit: Nec parum insuper refert, in exteriorem ne brachii aut femoris partis os erumpat, cum multa ac præcipua vena per interiorē femoris partem deferantur, quarum si aliqua conuulserint, hominem iugulat, pauciores vero per exteriores.*

4. Fracturæ cum vulnere si à telo scindente facta fuerit, periculosa est, si os magnum, ut femoris vel humeri præcisum sit. Talia enim ossa, præsertim si incisio sit recta, ægrè coalescunt; quoniam à telo secante parti ossis, per quos alimentum ad calli generationem transcendebat, quodammodo obstruuntur, atque ita callus tardius generatur. Præterea cum talis fracturæ sit æqualis, ossa fracta difficilimè immota seruantur, atque ita coalitus impeditur.

Curatio in genere.

Dux hic dantur Indicationes. Prima est, ut ossa loco suo restituantur & coniungantur, altera est, ut vulnus sanetur. Repositio hic omnino difficilis est propter partes vulneratas, quæ sine dolore & conuulsione meta extendi non possunt. Reponendi tamen ratio est, ut primo extensio sufficiens fiat, sed sine violentia, quæ si non sufficiat, firma feramenta, vectibus similia, magnitudine differentia, ad manum sint, ex quibus conueniens aliquod inferiori parte humiliori ossis fracti parti, superiore verò superiori, vectis instar, adhibeatur, atque ita ossa fracta in locum suum compellantur: de quo Hippocrates, 3. de fractur. text. 39. Si os etiam quod super alterum excidit, vecti idoneum locum non relinquat, aut ita acutum sit, ut vectis effugiat, scalpro excavandum, donec vecti locus fiat, & firmiter hæreat. Et quidem ista omnia statim & primo die peragenda sunt, antequam inflammatio superueniat. Hæc enim si accedat, sine insigni periculo extensio & repositio talis institui non potest. Si tamen ab initio statim Chæirurgus non adsit, & iam præsentē inflammatione demum vocetur, re-

positionem, donec inflammatio præterierit, differat. Interfuit curationi rusticus, qui ab arbore, glandes decussurus decidens eius fregit prope talum, ut os prominens talo insisteret. Cum verò idonei Chæirurgi copiam statim non haberet, inflammatio & gangræna accessit, quæ carni & carnem omnem partem circa talum absumpsit. In vibem rediit, ubi gangræna sedata fuit, os prominens vecti eleuatum, & in suum locum restitutum est; & postea reliqua, quæ necessaria fuerunt, peracta, ac fracturæ & vulnus sanatum.

Si verò ossis aliqua particula ita promineat, ut facile in suam sedem reponi non possit, sed ob variam fractionem alia ossis portio alteri impedimento sit; neque etiam validiorem extensionem partium mollium ob doloris & conuulsione metum tentare liceat, & ossa viena corpora in conformatione dilacerare, doloremque inducere queant, ea abscindere iubet Hippocrates, 3. de fract. tract. 4. vel scalpro incisionis, vel setæ, prout opportunum erit. Ita etiam si qua ossis portio carnem dirumpat, doloresque excitet, ut tentare repositionem citra maiorem diruptionem & maximos cruciatibus non liceat, etiam os præscindere oportet. Ne tamen, quod ex necessaria artis operatione accidit, Medici errori imputetur, prædicendum, partem illam breuiorem futuram. Quod etiam Hippocrates, de fractur. text. 37. monet, dum inquit: *Nosse quoque id conuenit, necesse esse, ibi corpora breuiora fieri, ubi ossa fracta & imminuta, id est, præcisa erantur.* In tali autem fracturæ, quæ cum cutis & carnis superiacentis vulnere coniuncta est; videndum etiam, antequam ossa coniungantur, & postquam coniuncta sunt, ne quid inter ossa fracta hæreat, quod conglutinationem impedire possit; sed si quid, siue ossis particula, siue aliud quid inueniatur, eximendum; illud tamen cum violentia non faciendum, ne dolores inflammatio, aut conuulsio excitatur. Ideoque si in principio sine dolore & violentia id præstari non potest, differre consultius est. Natura enim omne alienum tandem protrudit; quæ tamen attrahentibus iuari potest.

Qua ratione autem deligatio fracturæ talis cum vulnere institui debeat, neque antiqui neque recentiores inter se conueniunt, dum alii fracturam, ut aliàs cum sine vulnere est, deligare solent, ut ita quoque vulnus togatur, & deligationem tertio quoque die soluunt, alii fascias ita circumducunt, ut vulnus ab iis non comprehendatur, sed nudum relinquatur, ut vulnus quotidie curare liceat, neque totam fracturam toties deligare opus sit. Alii fasciis paucioribus vtuntur, & vulgato modo deligant; alii latiores & plures fascias adhibent, ut numero fasciarum idem præstent, quod paucioribus arte circumdatis. Alii ferulas negligunt, alii easdem adhibent; & ex his alii procul à vulnere eas applicant, alii etiam supra vulnus, sed eam partem, qua supra vulnus ponitur, perforant, ut pus exire, & medicamenta per foramen applicari possint. Cæsar Magatus, lib. 2. de vulnerib. cap. 6. suæ methodi insinuat, & vulneris hinc etiam nullam habet rationem, & nisi quid aliud superueniat, quod cogat aliter facere, solutionem differt ad decimum quintum & non raro ad trigessimum diem, prout qualitas fracturæ & vulneris suadere videntur; & quanto fracturæ longius tempus requirit, ut firmetur, tanto longius solutionem differt. Neque se pure deterreri scribit, quod in vulnere generatur. Nam si hoc modo curetur, in multo pauciore quantitate id generari ob calorem tegumenti roborantis, & quod generatur extra vulnus à natura propelli scribit; idque ut facilius fieri possit omnia hinc

Deligatio
quomodo
institueda.

linthea è regione vulneris minutis quibusdam sectionibus pertundit, per quas sanies genita extra possit propelli.

Et si verò in talibus encheirematis sæpe variis modis ad eundem finem perueniri possit: tamen Hippocrates & omnes peritiores Chirurghi pro indubitato habent, deligationem primam ita esse instituendam, ne vulnus nudum relinquatur, sed fascia comprehendatur. Itaque primò quidem fascia ipsi vulnere iniicienda: secus si fiat, humores à parte superiore versus vulnus comprimuntur, atque prava symptomata inde excitantur. Cuius rei periculum vel in homine sano facere licet. Si enim partem aliquam supra & infra deliges, medianque intactam relinquant, pars illa media humoribus à vicinis membris ad eam compressis in tumorem attollitur, & ex influxu humorum colorem mutat. Et licet in prima deligatione membrum totum fasciis inuoluatur: nihil tamen periculi metuendum; cum primis tribus diebus vix multum saniei aut puris effluat. Potest tamen & in hac deligatione obseruari, ut fascia paulò latior vsurpetur, quàm aliàs, si vulnus abesset, fieri solet, & compressio tanta quidem fiat, quanta sufficiens est ad ossa retinenda, paulò tamen minor, quàm si vulnus non adesset, ne compressa vulnerata parte dolor & inflammatio excitetur; & numerus fasciarum constrictionem laxiorem compensare possit; cum rutilius sit, sæpiùs fascias circumducere, quam comprimere.

Tertiò die deligatio soluenda, & primo modo quidem iterum instituenda. Commodissimè sum in emplastrum vel cataplasma, quod fracturæ imponitur, foramen inciditur, imò in fasciis ipsis in medio foramen relinquatur, ut & in ferulis, si quæ apponuntur, ut medicamenta idonea vulnere applicari, idque mundari & expurgari possit, sine fracturæ solutione, qui deligationis modus depictus existat apud Ambrosii. Paræum, lib. 14. cap. 18. & 23. Cum enim ossa fracta, quæ cutem perforare solent, non ita semper acuta sint, ut gladii; accidit, ut simul caro contendatur, quæ cum necessitate in pus mutatur, pus copiosum generatur, quod si retineatur, id quod fit, si vulnus totum, obligatur acre euadit, & pruritus ac dolorem, atque alia mala excitat. Et licet natura sit robusta: generatio tamen puris copiosus non potest præueniri; cum omne, quod contusum est, necessariò in pus mutandum sit. Et licet Magatus omnia linthea vulnere superposita minutis sectionibus pertundit, ut puri exitus pateat: tamen incommoda omnia, quæ ex puris retentione proueniunt, præcaueri hoc modo non possunt. Si enim ante diem decimum quintum vel etiam trigésimum linthea illa & fasciæ non mutantur, certè à pure & sanie inquinantur, unde in parte vulnerata pruritus, dolor, & exulceratio sequi potest. Si verò fasciæ integræ seruentur, ac propterea tertio quoque die soluendæ sint: metuendum, ne pus retentum interea aliquid mali excitet, & ne in tot solutionibus ac nouis deligationibus ossa suo loco dimoueantur, & quæ composita sunt iterum deprauentur: quod facillè vitari potest, si deligatio rariùs soluat, & vulnus apertum seruetur. Potest tamen, quoties vulnus curatum est, id fascia noua obduci, quæ medicamenta & splenia contineat, vulnusque ab externo aëre defendat, quæ toties solui potest, quoties opus, & quidem sine membri fracti agitatione & motu.

Ferulæ quoque non apponendæ, ne vulnus comprimant, & dolorem ac inflammationem pariant, & si eas applicare libeat, vulnere non apponantur; potestque ferularum vsus fasciarum multitudo explere. Atque hæc ita simpliciter peragenda sunt, si nec os nudatum, nec aliquod fragmentum ossis

A abscessurum speramus.

CAPVT III.

De Fractura cum vulnere, in qua os nudatum non est, fragmentum tamen ossis aliquod abscessurum metuitur.

Interdum tamen accidit in fractura cum vulnere. Ut os nudatum non sit: ostamen aliquod fractum abscessurum metuamus. Id quod fit, cum ossa rarefacta & marcida facta sunt, ut sano ossi agglutinari non possint, aut in fractura ita à reliquo osse separata, ut cum eo amplius coniungi nequeant. Tum enim natura id, quod sibi molestum est, aliisque ossibus vniri non potest, foras protrudere conatur, neque finem facit, donec è corpore sit expulsum: id quod sæpe longiore demum tempore perficere potest.

Accidit autem hoc, cum ossa vel à sanie corrumpuntur, vel ab aere externo alterantur, vel etiam in fractura ita ab ossibus reliquis separatur, ut cum iis amplius coniungi non possint.

Signa Diagnostica.

Signa autem ossis abscessuri proponit Hippocrates, 3. de fract. tex. 18. Primum est, quod sanies copiosior, quam pro magnitudine & constitutione vulneris, effluit. Secundo, labra vulneris non coeunt, & si coeuerint, iterum rumpi quasi & ad excretionem stimulari videntur, & laxa quali & pinguis euadunt, & tacta quadam motu in parte vulnerata percipiuntur. Neque enim natura vulnus integrè sanat, ubi aliquid intus est, quod reliquis agglutinari non potest. Tertio, si os carne nudatum sit, omnino recessurum indicio est; cum ab aere externo alteretur & corrumpatur, ac venæ & arteriæ, quæ alimentum deferunt, ad id amplius non excurrant. Quarto etiam ossa abscessura indicantur, si os in multas particulas comminutum sit. Neque enim tunc omnes facillè conglutinantur.

Prognostica.

1. Cito futuræ abscessionis signum est si caro bona in partibus ossis sani generatur.

2. Tempus autem, quo ossa recedere solent, varium est. In ætate enim tenera & tempore æstiuo, & si os non adeo magnum sit, viginti, triginta, aut quadraginta dierum spacio abscedit. Si verò os sit magnum, in ætate adulta, tempore hiemali, vix sexagesimo die, aut etiam tardius, os abscedit.

Curatio.

Si os, quod abscessurum est, suo loco motum sit, & in ipso vulnere consistat, statim, ut supra, cap. 5. dictum, vossella extrahendum; si quidem sine dolore & violentia extrahi possit; alioquin Naturæ negotium committendum, quæ sensim id, quod agglutinare non potest, separat. Quæ tamen à Medico adiuuanda est, & propterea deligatio laxior instituenda, & sæpiùs soluenda, ne pus detineatur, sed facillè effluat. Ferulæ etiam eo loco, quo os abscessurum est, non imponendæ, ne dolorem comprimendo pariant. Medicamenta etiam vulnere imponenda, quæ ossa & omne alienum è vulnere extrahunt, qualia supra, loco alleg. sunt proposita.

Si verò insignis ossis portio sit abscessura, ideo, quod ossis fracti partes non poterint cum aliis componi (quæcunque enim ossa repositionem effugerint, ea abscessura esse, nosse oportet, nempe ea quæ carnibus nudata sunt, scribit Hippocrates lib. de fractur. tex. 3.): tales partes vult etiam omnino leniter tractandæ sunt. Etenim propter motum & compressionem accidunt dolores vehementes, pun-

gentibus diffra&i ossis particulis non rectè compo- A
 sitis vicinas partes sentientes. Vnde deligatio, quæ
 aliis fracturis conuenit, in hisce maximos dolores
 excitaret.

Hæc igitur incommoda ut euitaret Hippocrates, *lib. de fract. text. 31.* non vitur fasciæ, ne comprimat partem, & ne, si attollatur pars, dolorem excitaret, sed facta repositione ossium, quæ fieri potest, & ablati, quæ possunt, ossium fragmentis, vulnere apponit picatum ceratum, aut aliud cruentis vulneribus aptum; deinde, quoniam fluxionis periculum imminet, ex debilitate partis & dolore, ut & fluxio repellatur & pars roboretur ac fractura stabilietur, circumponit splenia duplicata, seu plagulas è tenui linteo, latitudine quidem dimidia palam non minores, longitudine verò paulò breuiores, quàm ut bis circa vulneratum membrum circumduci possint, seu paulò longiores, quàm ut semel saltem membrum ambient. Longiores enim si essent, membrum, dum medicamenta inuouantur, attollendum esset. Si verò breuiores essent, fracturam non stabilirent & firmarent. Panni isti linei vino austero madidi, & tot numero quot sunt necessarii, ne vllus locus vacuus detur, ita membro applicandi, ut eorum capita per affectum locum ducantur, non in orbem, sed paulò inclinati, sic, ut à contraria parte, à qua inceperunt, ad X literæ similitudinem inter se committantur, & decussatim se intersecent, ducendo dextrum caput ad sinistram partem, & sinistram ad dextram. Quæ splenia, cum non sint admodum longa, & auferri possint ut pars non attolliatur, valde commoda sunt. Loco vini tamen & alia medicamenta, quæ eundem vsum præstare possunt, adhiberelicer.

Potest tamen etiam deligatio adhiberi quæ vnica circa vulnus obnolitione absoluitur, & fasciæ, quæ duplici tripliciuè linteo in plagulæ modum contexta, ac oris suis dexterimè contuta est, tam lata, ut totum vulnus contegere possit, perfici potest.

Quoniam verò deligatio, qua ossa composita contineri debeant, hic locum non habet, ideo capsule lignæ, canales, aut similia machinamenta adhibenda, quæ partem fractam in suo loco continent. Attendendum tamen, ne quid durum immediatè parti applicetur, sed inter partem vulneratam & machinamenta illa mollia splenia interponantur, ut nulla fiat compressio. Videatur Hippocrates, *de fract. text. 23.*

Tandem si ossium fractorum extremitates extracutem prorumpant & emineant, omnino danda opera, ne ab ære alterentur & corrumpantur, ut postea ea abscedere necesse sit, & propterea laborandum, ut quamprimum reponantur, & naturali suo tegumento, quod cutis est, tegantur. Quod qua ratione fieri debeat, supra, *cap. 2.* dictum.

CAPVT IV.

De Affectibus p. n. qui Fracturis
 accidunt.

Cum verò varii affectus p. n. fracturis succedere soleant, quæ partim curationem remouentur, partim post curatam fracturam remanent, & tollendi sunt, de his etiam dicendum. Sunt autem affectus tales plures, dolor, inflammatio, & hæc subsequens gangræna, pruritus, excoariatio atque exulceratio, membri figura deprauata, callus iusto maior vel minor, membri extenuatio, gracilitas & debilitatio. De quibus iam dicemus.

Dolor.

Dolor si adsit, omnino is leniendus ac tollendus; alias enim eius occasione humores ad partem affectam confluunt, & inflammatio ac alia mala excitantur. Ut is verò tollatur, considerandum, à qua causa procedat, & si fieri possit, ea statim tollenda. Perpendendum ergo, an ab osse aliquo pungente dolor sit, an à fatcis nimium adstrictis, an ex membri situ prauo, an ex humorum affluxu.

Si ex osse pungente dolor sit, id quod ex leui partis contrectatione & pungente dolore cognoscitur, fasciæ resoluendæ, & os pungens vel in locum suum reponendum, vel, si fieri possit, eximendum, aut præcidendum. De quo Cellius, *lib. 8. cap. 10. Interdum fractura quibusdam veluti aculeis carnem vexat, quo à prarigine & punctationibus cognito, aperire id melius, eosque aculeos præcidere necesse habet.*

Si ex fasciatum nimia adstrictione dolor oriatur, deprehenditur id extumore, qui in extremitate partis apparet, ægerque se vehementer premi conuenitur. Tunc ergo fasciæ quamprimum soluendæ, & deligatio laxior instituenda.

Si ex situ membri prauo dolor oriatur, id æger facile detegit, & situs mutationem postulat, quæ ita instituenda, ut æger iam sine dolore se esse fateatur.

Si ex humorum affluxu sit dolor, ea eius curandi ratio est, quæ incipientis inflammationis, ut iam dicitur.

Inflammati.

Si enim ex affluxu humorum dolor excitetur, & inflammatio incipiat, inflammationi occurrendum eo modo, qui supra, *part. 1. cap. 5.* traditus est. Membrum nimirum vinctum, & fouendum oleo rosaceo, vel simplici vel cum albumine oui misto. Vel tale cataplasma imponendum.

℞. farina hordei ℥. iiii. pulv. rad. altheæ, fl. chamamel. an. ℥. i. β. ros. ℥. i. Coq. in aq. & vini austeri q. s. Adde ol. rosac. ℥. iiii. F. Cataplasma. Reliqua allegato loco videantur.

Antequam verò inflammatio sedata fuerit, pars non deliganda, aut certè non rectè deliganda, nec ferulæ nec huiusmodi machinamentorum aliquid imponendum, nisi ut membrum fulciant, & medicamenta contineant.

Gangræna.

Non rarè quoque fracturis, præcipuè iis, quæ cum vulnere ac carnis contusione sunt, propter inflammationem subsequenter Gangræna accidit. Quæ qua ratione curanda sit, supra, *part. 2. cap. 19.* dictum.

Pruritus & excoariatio.

Si verò à sanie pruritus in vulnere & excoariatio atque exulceratio excitetur, aqua temperatè calida vsurpanda, ut sanies abluatur & euoetur ac dissipetur potest & modicè salsa recipi, quæ potentius abstergit.

Postea inungatur locus unguento albo camphorato, rosaceo, delibargyro, diapompholygos, & similibus: quibus etiam succus plantaginis vel solani addi potest.

CAPVT V.

De Distortis & malè compositis ossibus.

Ossa distorta.

Non raro etiam accidit, vt postquam ossa fracta iterum coaluere, pristinam & convenientem figuram non recipiant, sed distorta sint, vnde membri motus impeditur, & claudicatio in pede, vel in brachijs apprehensio læditur. Fit autem hoc vel ob Cheirurgi ossa componentis & fracturam deligantis imperitiam aut negligentiam, vel ægri motus inordinatos.

Curatio.

Emendatur hoc vitium, siquidem callus sit recens & non vltra sex menses concretus, æger ætate florenti & robustus, os fractam non adeo magnum, & actio membri non valde læsa; si callus iterum frangatur, & ossa rectè coaptentur & componantur. Fit autem hæc calli fractio facilis, si callus prius diebus aliquot foueatur decocto, herbarum emollientium puta rad. & fol. althæe, malue, caricar. pinguium, & cataplasma postea ex iisdem, aut emplastrum emolliens imponatur. Vel vnguentum aliquod emolliens adhibendum.

Vt ℞. ungu. dialthæe ℥. j. ℞. bdellij, mastich. terebinth. an. ℥. ℞. medullæ crurum vitæ, olei amygd. d. chamamel. pingued. gallinæ, an. ℞. vi. mucilag. sem. linifœnigr. an. ℥. j. cera q. s. F. Vng. molle.

Callus quo modo sit frangendus

Callo satis emolliato, à duobus ministris membrum in diuersa trahendum, & extendendum est: Cheirurgus verò loco, quo fractura est, id quod eminet, in suam sedem compellat, & si parum valet, ab ea parte, in quam ossa inclinant, inuolutam lana regulam obiciat, atque ita deligando adfuescere iterum vetustæ sedi cogat; aut os omnino frangat, quod dicto modo fieri potest, vel etiam si Cheirurgus fractum membrum: qua callus est, genu suo imponat, & os vtrique vtraque manu deprimat. Capita deinde ossium rectè coaptanda, & fracture nouæ conueniens curatio instituenda.

Si verò callus iam antiquus sit, & valde induruerit, æger sit debilis aut senex optimum est, vt Albucasis consultit, illi manum non admouere, propter periculosa quæ subsequi talem curationem solent, symptomata. Satius enim est, vel deformem vel elaudum annos multos adhuc viuere quam crudeli cura lethalia symptomata attrahere. Imò impossibile est, si callus sit vetustus & induratus, eum frangere; sed si id tentetur, potius in alio loco os frangetur, quam vbi callus est, atque ita grauia mala ægro attrahentur, & quod cupit, deformitas & tortuositas membri non corrigetur, cum callus tortuosus emendari non possit.

CAPVT VI.

De Callo iusto minore vel maiore corrigendo.

Callus iusto minor.

Interdum quoque accidit, vt iusto minor vel maior callus generetur. Et quidem iusto minor generatur callus, ob crassi illius alimenti, quo ossa nutriuntur, & de quo callus generatur, penuriam & paucitatem, quæ est vel à victu tenui, vel quia æger cibus callo generando aptis vsus non est, vel quia fasciæ nimis adstrictæ, aut medicamenta nimis adstringentia adhibita affluxum alimenti impediuerunt.

Cognoscitur autem callus iusto minor tactu, quo exiguus deprehenditur, & membrum ad mo-

Signa.

Operum Sennerti Tom. III.

A tum debile est, ac caussa, quæ modò enumeratæ sunt, præcesserunt.

Vt autem callus maior generetur, victus plenior & cibi succum crassum & viscidum generantes exhibendi, fasciæ laxanda, & pars aqua calida perfundenda, donec rubescat. Hoc modo enim sanguis copiosior ad partem affectam allicitur, vt copiosior callo generando materia suppetat. Imponenda etiam sunt medicamenta & dropaces modicè calefacientes, & alimentum copiosius ad locum affectum attrahentes. Exhibendus quoque lapis osteocolle ℥. i. pondere cum aq. simplicis maior. in marmore tritus, in pilsna, iusculo carnis vel vino, qui singularem virtutem habet callum generandi, vt exemplis probat. Guilielmus Fabricius, centur. 1. obseru. 90.

Quid agendum vt callus maior generetur.

B Contra interdum callus iusto maior generatur quod fit ex alimento, præcipuè crassiore, copiosius affluente, vt & incauta exhibitione lapidis osteocolle, qui etsi insignem callum generandi vim habet, senibus tamen & adultis potius conuenit, quam iuuenibus. His enim si exhibeatur, callus iusto maior generatur, & exemplo docet Guilielmus Fabricius, allegato loco.

Callus iusto maior.

Cognoscitur autem callus ipso tactu, quo facile deprehenditur, tum ex dolore, qui ex compressione musculorum nervosarumque partium oritur, vnde & pars ad motum inepta redditur, imprimis si prope articulum fractura facta sit.

Signa.

C Imminuitur autem callus iusto maior discutientibus & digerentibus medicamentis, vt frictionibus ex sale nitro & oleo, & perfusione ac fomentatione facta aqua salsa, vel decocto fol. betæ, malue, parietaria, saluæ, fl. chamamelis, meliloti, aut cataplasma ex his paratum imponendum.

Callus quo modo imminuatur

Vel inungatur pars hoc vnguento.

℞. ping. anseris, vrsi, humana an. ℥. ii. succi lumbricor. ℥. j. ammoniaci ℞. i. Misc.

Si tamen durior callus sit, emollientia digerentibus addantur; & ante applicationem cataplasmatum aliquo decocto locus affectus foueatur.

Vt ℞. rad. althæe, ℥. j. lil. alb. bryonia an. ℥. ℞. flor. althæe, malue an. M. i. chamamelis, meliloti an. M. ℞. sem. lini, fœnigr. an. ℥. ℞.

D Coquantur pro fotu, & ex magmate fiat cataplasma.

Fiant autem fomentationes non solum donec pars rubere & intumescere incipiat, sed & vt pars iterum detumescat & corrugetur.

Victus sit tenuior, neque cibi crassi multi dentur.

Guilielmus Fabricius, cent. 1. obseruat. 91. cum ex vsu lapidis osteocolle alicui callus nimis increuerat his medicamentis vsus est. Primum fouit callum seq. decocto emollienti bis in die.

℞. Rad. & fol. althæe bryonia, lil. alb. bræce vrsina, fl. chamamelis, meliloti an. M. i. absinth. vulgar. ros. rubr. an. M. ℞. sem. lini, fœnigr. an. ℥. j.

Coq. in parte vna aceti & partibus quatuor aque, ad consumptionem tertie partis.

E Postea seq. vnguento callum inunxit. ℞. axungia humana, vrsi, anseris, an. Vnc. ii. succi lumbricor. aceti scillitici an. ℥. i. Misc. F. Vnguentum.

Post inunctionem sequens emplastrum supra alutam extensum applicauit.

℞. empl. de ranis cum mercurio de mucilag. inibus, an. ℥. i. Misc.

His per sex dies processit, callumque non solum emolli, verum etiam manifestè diminui vidit. Postea loco emplastri laminam plumbeam adaptauit &

firmite fascia superligauit. His remediis diuino fauore callus emollitus, resolutus, extenuatus & depressus, ægerque pristinae sanitati restitutus fuit.

CAPVT VII.

De Membri gracilitate & debilitate.

Mēbri gracilitas & debilitas.

TAndem non raro accidit, vt post fracturam membrum gracile & debile maneat: quod fit vel ob alimenti penuriam, dum à longa & varia fasciarum adstrictione venæ alimentum parti afferentes constringuntur, aut victus nimis tenuis exhibetur; quò etiam faciunt diuturna membri quies & à motu cessatio.

Danda ergo omni modo opera, vt copiosius alimentum ad partem attrahatur. Ideoque quantum licet membrum mouendum, & ad conuertos motus reducendum, ac fouendum decoctis, quæ alimentum ad partem affectam saltem attrahant, non dissipent. Vitales sunt & dropacismi.

Vel *℥. ol. costini, chamemel. an. ℥. β. castorei, vng. Martiati, ping. humana an. ℥. i.* Miltc.

Ossa fracta si non coalescant.

Interdum quoque accidit, præsertim in senibus, vt fracta ossa non coalescant; cuius rei historiam habet Guilielmus Fabricius, *cent. 3. obseruat. 92.* Cui planè simile quid in Viro docto sexagenario, qui adhuc in viuis est nuper hic accidit. Is eodem planè modo sese habet, vt Vir ille quem Guil. Fabricius describit. Dextra enim manu quidem scribere potest, sed si brachium dextrum, quod fregerat, totum antrosum vel retrorsum mouere cupit, sinistrae manus àdminiculo opus habet.

Accidit autem hoc, si ossa composita immota non detineantur; id quod in Viro etiam hoc, cuius modò mentionem feci, caussa fuit. Nam cum esset carnosus, & humerus, quem fregerat, satis arctè ligari non posset, atque ipse noctu inquietus iaceret, præterea sudoribus, quibus medicamenta imposita madefiebant, pæne diffueret, ossa consolidata non fuerunt.

Fracturæ autem tales postea vix curantur, (nisi non diuturnæ sint, in quibus consueta medicatio adhibenda, & lapis osteocolle exhibendus; cuius rei exemplum habet Guilielmus Fabricius, *cent. 3. obseruat. 90.*) eùm extremitatibus ossium fractorum callus obducatur, ob quom ossa amplius coalescere nequeunt. Nonnulli tales fracturas etiam inueteratas curari posse putant, & scribit de iis Cornelius Celsus, *lib. 8. cap. 10.* Si *verustus* (ossa scilicet, quæ non conserbuerunt) occupauit, membrum extendendum est, vt aliquid adatur. Ossa inter se manu diuidenda vt concurrente exasperentur, vt si quid pingue est, eradatur, totumque id quasi recens fiat. Magna tamen curahabita, ne nerui musculiue ledantur. Tum vino fouendum est, in quo malicorium decoctum sit, imponendumque idipsam oui albo mistum. Tertio die resoluendum, fouendumque aqua, in qua verbena decocta sint. Quinto die idem faciendum, ferulaque circumdanda. Cætera & ante & post eadem facienda, quæ supra scripsi. Sed periculosa est hæc curatio, & quod ipse Celsus metuit, facillè nerui & musculi lædi possunt, indeque inflammatio vel conuulsio excitari.

CAPVT VIII.

De Brachij fractura.

Atque hæc in genere de fracturis dicta sunt. Quia verò ossa, quæ franguntur, varia sunt, & secundum fractorum ossium varietatem cura non nihil variat, de fracturis in specie aliquid dicemus. Reliquæ verò differentiæ, quia nihil aut parum ad cognitionem aut curationem faciunt, & omne, quod de us dici potest, in iis, quæ hæctenus in genere de fracturis dicta sunt, conueniantur, eas prætermittimus, & saltem differentias, quæ à subiecto, & ossium fractorum diuersitate sumuntur, proponemus. Et quia frequentissimè franguntur brachium, humerus, cras, femur, de iis primò dicemus, postea & reliquorum ossium fracturas subiungemus.

Et quidem brachii fracturam quod attinet, quia brachium cum manu apprehensionis & multorum laborum organum est, externisque iniuriis expositum sæpissimè frangi solet.

Brachii fractura.

Constat autem brachium seu pars illa, quæ est à cubito ad carpum, duobus ossibus, quorum maius & inferius cubitus seu vlna; minus verò, & quod cubito superior, radius nominatur. Frangitur autem nunc vtrumque os, nunc vnum ex iis.

Prognostica.

1. Facilius curatur fractura brachii, vbi vnum saltem os fractum est, quàm vbi vtrumque, vt supra, *cap. 1. Prognostico 6.* dictum.

Prognostica.

2. Si vnum saltem os brachii fractum sit, facilius est curatio, si superius seu radius, quàm si inferius seu cubitus frangatur. Superius enim minore extensione indiget. Et si inferius, cubitus scilicet, integrum seruetur, basis quasi seu fulcrum loco est, quod os fractum immotum seruat. Deinde, quia facilius reperitur; nisi in vicinia manus. Tertio, quia os se cubito integro seruato mitella seu fascia tutius suspenditur.

3. Pessima verò fractura est, si ambo ossa simul frangantur. Nam primò nullum fulcrum & sustentaculum habent; deinde maiore extensione opus habent; cum nerui & musculi magis versus sua principia contrahantur; cum non sit, à quo extensi seruentur; tertio, quia vicinæ partes magis læduntur.

4. Brachii autem ossa plerumque intra dies 30. coalescunt: quanquam, vt supra dictum est, ætas ab ætate, natura à natura differat.

Curatio.

Quæ ad aliarum partium fracturarum curationem requiruntur, & hæc necessaria sunt. Ad extensionem autem minore vi opus est vbi radius fractus fuerit; maiore, vbi cubitus; maxima, vbi vtrumque os. Et quidem si ambo ossa sint fracta, æqualis extensio faciendâ; si alterutrum verò solum sit fractum ea in parte, vbi os fractum est, fortior extensio instituenda. Extensione facta, ad motus prominentibus palmarum partibus os fractum dirigendum & componendum. Osse fracto reposito, fractura conueniente modo, vt supra dictum, fasciis circumdanda, & alia, quæ in genere de fracture curatione dicta sunt peragenda, & tandem brachium rectè collocandum ac situandum. Et quidem, vt Hippocrates, *1. de fract. 1. 22.* iubet, in collocacione cura adhibenda, ne manus inferior sit cubito, ne si brachium dependeat sanguis versus fracturam confluat, sed paulò saltem sublimior, ne tamen dolor vllus inferatur. Ea quoque ligata brachium collocandum,

Curatio.

quæ musculis nullo modo peruertat, & dolorem pariat. Ideoque brachium nec extendi, nec totum curuari debet, neque etiam supinum neque pronum collocandum. Hi enim extremi quatuor habitus sunt, atque extensio flexioni & curvaturæ est contraria, supinum pronum: duo verò alii modi sunt, vnus inter extremam flexuram & extensionem, angularis Hippocrati dictus, alter inter pronum & supinum. Et omnino si rectè locetur brachium, musculi, qui anteriore parte cubiti oriuntur, toti ab interiore parte siti erunt; qui ab exteriori, in hac similiter continebuntur, atque ita extensio & peruersio musculorum nulla erit. Et quidem brachio ita deligato & situato, commodum est, vt æger ad decimum vsque diem in lecto se contineat. Cùm autem diutius in lecto æger non libens cubet, sed ambulare iam cupiat, à ceruice brachium suspendendum per mittellam latam mollemque multam brachij cum parte palmæ equaliter sustententem, ita, vt quæ coniuncta sunt, ossa nullo modo de loco dimoueantur.

CAPVT IX.

De Humeri fractura.

Prognosticum.

Humeri fractura. Prognosticum. Humeri os quadraginta diebus coalescit. Cum enim sit grandius, longiore tempore ad callum generandum opus habet.

Curatio.

Curatio. Prima ergo, vt in omnibus fracturis, cura debet esse, vt ossa fracta suo loco restituantur, & coniuncta seruentur. Quod vt præterur, primò extensione opus est, quæ quomodo fieri debeat in hoc mocho, accuratè describit Hippocrates, 2. de fract. & offic. Medic. Summa est; vt æger seu sedens seu iacens ita immotus contineatur, ne extendendi cedat: atque humerus circa alam contineatur, & fractum os in diuersum trahatur. Quod si manuum opera expediri non possit in adultioribus, ob musculorum eius loci crassitiam & robur, machinis & laqueis opus est, de quibus allegato loco Hippocrates. Facta extensione, ossa conuenienter componenda, quod hic non difficulter fieri potest. Ossibus fractis, directis idonea medicamenta, de quibus supra, cap. i. dictum, imponenda, & post fasciæ iniiciendæ, incipiendo à fractura attendendumque, vt semper in ea figura ligetur membrum in qua manere debet, id est, vt cubitus cum humero rectum angulum constituat, ne in mutando situ fasciæ vna parte comprimatur, in alterâ laxior sit, & ossa peruertantur. Hippocrates septimo aut nono die ferulas alligat, eò, quod in humero ob musculorum quibus continetur, magnitudinem, quæ circa fracturam sunt, diuturniori tempore ex toto gracilia fiunt, laxaque. Tum enim demum oportundè ad ferulas veniunt. Cauendum autem, ne ferulæ articulorum extremitates tangant, & proinde, vt Celsus, lib. 8. cap. 10. ait, extrinsecus esse eæ longissimæ debent, à lacerto breviores, sed sub ala brevissimæ. Si vero primis statim diebus quod Recentiores plerique faciunt, ferulæ iniiciantur, laxè adstringi debent, à septimo vero ac nono postea resoluendæ & arctius constringendæ. Tandem membrum rectè collocandum, & ne humerus peruertatur, lata fasciæ humerum excipiens in orbem circa pectus agatur, & cùm humerum quiescere oporteat, prima multipliciter implicata inter latus & cubitum subiiciatur, ne humerus attingat latus, sed in medio spacium sit, quo compulsus habena ad pectus adducente minimè deprauetur. Æger supinus iaceat, manu supra ventericum posita Operum Sennerti Tom. III.

A & humero, ne suspensus maneat, puluinaria mollia subiicienda, cubitus verò à collo suspendendus, vt angularis figura seruetur, nec inter detrahendum dimoueatur.

CAPVT X.

De Cruris fractura.

Cruris fractura. Cruris pars est, quæ à genu ad pedem extenditur. Constat autem duobus ossibus, quorum quod crassius est & internam cruris regionem occupat, Tibia; quod tenuius & exterius est, Fibula nominatur. Franguntur autem hæc ossa interdum ambo simul, interdum vnum tantum, & fractura accidit vel in medio vel in superiore aut inferiore parte.

Signa Diagnostica.

Si vtrinque os sit fractum, facilimè id cognoscitur; cùm totum crus inflecti possit. Nec difficulter cognoscitur fractura tibiæ, si ea tota fracta sit; quoniam totum hoc os in conspectum, vt in loco ex carne, facile venit. Si verò fibula sola frangatur, id non ita facile cognoscitur; quoniam multà carne tegitur: Fracta tamen pars ad interiora inclinatur.

Prognostica.

1. Si alterum os tantum fractum sit cura facilior est, quàm si vtrumque fractum est.

2. Si fibula tantum fracta sit curatur facilius & æger citius pedi insistere potest; cùm facilius crura extendantur, & tibia maximam oneris corporis partem sustineat.

3. Si tibia fracta sit, curatur difficilius; cùm maiore extensione opus sit, & homo multo tardius incedere audeat.

4. Ossa autem hæc plerumque intra quadragesimum diem conferuent.

Curatio.

Curatio. Siue ergo vtrumque siue vnum os frangatur, crus, quantum opus est, extendendum, vt sine omni damno ossa suo loco reuerti & coniungi possint. Quod plerumque duo viri robusti, si in diuersa crura trahant, vnus in partem superiorem, aliter in inferiorem prestare possunt. Et instantiæ est, vt machinamentis, vbi res non exigit. Quod si exsequi non possint, habent vel machinis passim descriptis & notis vtendum. Et vbi satis extensum crus fuerit, ossa fracta reponenda. Postea conuenientia medicamenta imponenda, & fasciis, vt in genere dictum, crus inuoluendum est, quæ & laxiores & longiores esse debent, quàm in brachio: & omnino ita situendum & componendum, ne in vllam partem peruertere possit, neque ossa fracta deprauari queant, cùm vel lectum sternere, vel alium exonerare hominem oportet. De situ tibiæ etiam videatur Guil. Fabricius, cent. i. obseruat. 93. Tandem crus rectum & extensum super puluinari aut remolli & plana collocandum, & ferulæ ac canales adhibendi, vt cap. i. in genere dictum. Quia in re obseruandum, ne super eminentes ossium extremitates applicentur, vel super eum tendinem, qui à crure ad pedem tendit & calci annectitur. Hæ enim partes, cùm sensum exquisitum habeant, compressionem non ferunt, sed compressæ dolent, ac inflammantur.

Venæsectione & purgatione etiam hic interdum opus est, vt in brachij fractura.

Viduum quod attinet, magis omnino ac diutius, vt Hippocrates præcipit, extenuare corpus oportet, vbi crus, quàm vbi brachium fractum est, quanto illud maius est & crassius, quàm hoc, & necesse etiam est corpus quiescere atque iacere.

CAPVT XI

De Femoris fractura.

Femoris
fractura.

Femoris os omnium, quæ in corpore humano sunt, maximum est & crassissimum ac longissimum, & ipsum etiam frangi potest, vel in medio, vel in extremitatibus & vicinis locis.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

1. De femoris fractura Celsus, *lib. 8. cap. 10.* scribit: *Si femur fractum est, fieri breuius oportet; quia nunquam in antiquam sedem reueritur, summisque digitis postea eius cruris insistit. Sed multa tamen femori debilitas est, ubi fortuna negligentia quoque accessit.* Quam Celsi sententiam ita intelligendam censet Peccettus, *lib. 4. cap. 24.* Non quod nullo

An femoris
fractura
necessario
claudica-
tionem af-
ferat?

pacto in pristinam sedem femoris fracta ossa restitui possint, & bene coaptari, ideo necessario breuius, sed ubi minus, quam sit opus, pars distendatur, & quâdo non bene & ad amissam ossa coaptetur: cum multos videamus indies, qui femoris fracturam passi sunt, bene ea ferruminata, rectè absque vlla claudicatione ambulare. Verùm idem docent Auicennas, *lib. 4. fen. 5. tract. 3. cap. 14.* Guido de Cauliaco, *tractat. 5. doctrin. 1. cap. 7.* Ioan. de Vigo, *lib. 6. cap. 14.* Andr. Vesalius, *Cheirurg. lib. 2. cap. 14.* atque alij. Scribitque Guilielmus Fabricius, *cent. 5. obs. 86.* se neminem, qui ex huiusmodi fractura sine claudicatione euaserit, præter vnicam puellam, cui nouam & peculiarem curandi rationem adhibuit, vniquam vidisse. Idque præcipuè accidit, si femur propè coxam frangatur. Et de ea autores allegati intelligendi sunt. Sin versus genu aut in medio os femoris frangatur, & diligens cura adhibeatur, non adeo difficulter & sine claudicatione fractura sanari potest. Quod verò si versus coxam femur frangatur, claudicatio plerumque accidit, hæ sunt causæ, vt eas recenset Guilielmus Fabricius. Prima est, quia os femoris non rectum est, vt sunt ossa tibiæ & brachij, sed naturaliter in externam partem veluti in arcum dilatatum est: quapropter si fractum fuerit, facillè versus internam partem incuruatur. Versus externam verò veluti in arcum exuberat. Secundò adsunt nerui & musculi ex interna parte femoris quàm maximi & robustissimi, qui quamprimum os fractum est, versus originem suam trahentes illud, quod iam antea, vt dixi naturaliter, incuruatum est, facillè & ita quidem in arcum trahunt, vt extremitates ipsius circa fracturam sese dissiungant, & versus externam partem protuberent. Teriò, quia vnicum est os, qua propter non tam facillè in loco suo detineri potest, ac si aliud sibi, vt brachia & tibiæ, adiunctum haberet. Quartò, cum pars maximè sit carnosa, & os veluti in mediò puluinari situm, difficulter beneficio ferularum & spleniorum in loco suo retineri posse, experientia docet: præsertim si fractura in obliquum facta fuerit. Validissimi enim nerui ac musculi ossa, quamuis ab initio rectè reposita fuerint, extra locum tamen iterum trahunt. Si quis tamen methodum sequatur, quam ipse Guilielmus Fabricius proponit, facillè euitari posse scribit, ne crus breuius euadat & claudicatio sequatur.

2. Femur quinquaginta demum diebus conferuet, & coalescit; cum, vt antea dictum, omnium ossium maximum sit, & propterea longiore tempore opus sit, vt callus generetur, quo coalescat.

Curatio.

Curatio.

Femore fracto, si ossa suo loco dimota sint, valida extensione opus est; cum musculi, qui femur

A circumdant, maximi sint, & facillè musculi robusti, cum versus suum principium contrahuntur, vincula, quibus sit extensio, superent. Quod si fiat, crus breuius redditur, quod omninò turpe & incommodum est. Etenim brachium, et si breuius sit celari potest; neque noxa adeo magna erit: at femur breuius redditum claudicationem turpem efficit.

Extensione sufficienti facta, musculi, vt validissimi, facillè fracti ossis partem inferiorem ad superiora adducunt. Id tamen vt rectius & decenter fiat, extensione sufficienti facta, prominentibus palmarum partibus, vt in aliis fracturis, dirigatur os & comprimatur. Postea medicamentum necessarium imponatur, & fractura conuenienter deligetur, atque

B vtile hic est conscindere aliquot lintea; eaque in orbem circa coxam & ilia, vt inguina etiam, & quod inter anum & genitale est, inuoluere; cum ob aliàs causas, tum ne externæ ferulæ nudam partem offendant.

Canalis, qui femori adaptatur, vel ossis totum excipere debet, vel nullo modo adhiberi. Si enim canalis adaptetur, qui breuior sit, quàm vt vltra poplitem pertingat, noxam magis, quàm opem, afferet. Prohiberi enim non poterit, quin corpore aut crure moto femur quoque moueatur. Popliti quoque molestus erit, & genu curuari permittet. Si quis verò genu curuet, femoris quoque vincula moueri necesse est, & musculos alio atque alio modo figurari, ac ossa fracta dimoueri. Ideòque vtilissimum videtur, femur in canalem conjici, quia coxa ad pedem vsque pertingat. Canalis verò hic pluribus vinculis per conuenientia interualla femori & cruri alligandus, & vt inque à lateribus, ne membrum in alterutram partem declinet, panni apponendi, & omninò id agendum, vt totus pes, femur scilicet cum crure & pede, molliter & sine dolore iaceat; firmiter tamen, ne æger vel ob impatientiam, vel inter dormiendum eum mouere possit.

Canalis
qualis esse
debeat.

D Obseruandum etiam est, tam in fractura femoris, quàm cruris, vt imus calx, quantum fieri potest, contineatur, & rectè locetur. Nam si dependente pede crus reliquum salciatur, necesse est, ossa gibba in priore parte pedis conspici: sin calx iusto sublimior collocetur, reliquo corpore leniter suspensio, os in priore parte cruris iusto magis simum necessariò se ostendet, idque adeo, si calx hominis naturaliter est grandior.

Sicut & hoc in fractura femoris & cruris notandum, quod si ob fascias vel ferulas magis adstrictas, vel quacunque de causa, tumor iusto maior in poplite vel partibus inferioribus exoritur, id quod vrget & nimis premit, relaxandum esse, partem verò tumidam fouendam vel inurgendam esse iis, quæ vim dolorem leniendi, digerendi; & leniter repellendi habent, qualis est succida lana vino & oleo madida, vel si multa medicamenta.

E Cum tamen, vt dictum, et si ista curatio instituat, plerumque sequatur claudicatio: nouam & artificiosam methodum curandi fracturas femoris proponit Guilielmus Fabricius, *allegato loco*, eamque exemplo declarat, scribitque, fracturam femoris curandi rationem, quæ pro difficilima semper habita fuerit, ad eam facilitatem se redegit, vt quiuis etiam tiro in arte sine dubitatione talem fracturam curaturus sit, dummodò diligentiam adhibuerit, & instrumentis apertis instructus fuerit. Curandi autem ista ratio cum instrumentis depictis videatur *loco allegato*.

CAPVT XII.

De Fractura Nasi.

ATque hæc ossa, puta crus femur; brachium, & humerus, frequentissimè franguntur. Accidit tamen interdum, vt & alia ossa frangantur, de quibus iam ordine à capite ad pedes progrediendo, dicemus.

Et primò Nâ fracturam quod attinet accidit ea vario modo, vt Hippocrates, 2. de articul. tex. 37. docet. Aut enim pars eius abrupitur, ipse tamen seuatur perpetuus, vt neque deorsum inclinetur, neque in alteram partem conuertatur; aut horum alterum fit, idque aut in parte eius, quæ cartilaginosa prominet, aut in reliqua, quæ ossibus continetur. Nonnunquam in medio naso, quæ acutus est, caro iuxta os contunditur seu conteritur, vel paulum etiam os læditur, non tamen multum; nonnunquam etiam vulnus fracturæ accedit.

Prognostica.

1. Nasus ex omnibus corporis partibus facilimè componitur; & nisi protinus dirigatur, dirigi postea non potest, sed peruertitur.

2. In naribus callus citò increfcit. Nam decem diebus sanescit, nisi corrumpatur. Hippocrates, 2. de articulis. Alii tamen decem & octo, alii viginti diebus id fieri dixerunt, quod pro varia corporum constitutione accidit. Differt enim Natura à Natura.

Curatio.

Si igitur fractus nasus in inferiorem partem æqualiter demittatur, sinusque reddatur, in nares aliquid indendum, quod dirigat, vt specillum seu spatula dicta; aut quod fractum est, eleuandum est digito in nares immisso, & in naturalem sedem restituendum: Extrinsecus etiam ab utraque parte nasum apprehendere ac sursum ducere oportet.

Vt verò quæ conformata iterum sunt ossa in sua naturali sede contineantur, vellinamenta complicata, vel lintei rasura, vel simile quid linteo inuolutum, aut corium, vel cannula plumbea aut argentea pellicula molli obuoluta in nares immittenda.

Si verò in vno tantum latere nasus fractus sit, dirigere etiam conuenienter ab ea parte, quæ declinat, & in naturalem sedem restituere oportet, tum digitum vel instrumentum commodum in narem, qua parte læsus est, imittendo, tum etiam extra ditigendo. Ne verò quod compositum est, iterum deprauetur, & os desideat, in narem læsam vel linamenta vel penna anserina grandior gummi illita & molli pellicula obducta, vel fistula aut cannula è plumbo vel argento molli pellicula obducta nari immittenda. Neque multum refert, quid immittatur, modo præstet, ne os nasi fractum subsideat, & molle sit, atque odoris grauis expers. Neque etiam spongia, aut res similes, quæ humorem imbibendo crassescunt & dilatantur, immittendæ, ne dilatata partem distendant, & ossa composita iterum suo loco moueant. Quod immittitur illiniri debet emplastico aliquo medicamento, ex manna thuris, gummi tragacantha, mastiche, ol. rosaceo.

Si verò iuxta cartilaginem nasus fractus & in obliquum distorsus sit, habenula digitum lata glutine aliquo, qualia de sutura sicca in vulneribus proposuimus, naso ea parte, in quam inclinari agglutinanda, postea intendenda, quantum expedit, vt nasus rectè dirigatur. Longa autem sit hæc habena, vt postea infra autem obducta circa caput obducatur. Et licet eius extremitatem ad frontem agglutinare.

A Hæc enim iuste dirigit nasum & remitti ac intendi potest. Et si intra nares impositæ turundæ dolorem excitent, tollendæ, & tandiu nares habena directæ seruandæ. Post decimum quartum verò diem habendæ demendæ, & ceratum imponendum, ac curandum, ne callus plus iusto excreseat.

Si ossa nasi minutim fuerint con fracta, quantum licet singula in suam sedem reponenda, vel idoneis instrumentis compellenda, neque facilè, & nisi nullo modo agglutinari possit, os aliquod eximendum; cum deformitatem pariat. Postea ceratum aliquod vel aliud medicamentum ad ossa confirmandum imponenda.

Si fracturæ vulnus accedat, emplastrum aliquod, quod cruentis vulneribus conuenit, imponendum: & talia vulnera facilimè sanantur.

Si intra nares vlcus aliquod excitari incipiat, turundæ conuenientibus medicamentis inunctæ imittendæ, & omnino cauendum, ne carnis aliquid intra nares excreseat. In quem finem etiam utilis est canalis plumbeus immisus.

Deligatio.

De fracturarum harum deligatione autores dissentiunt, atque alii eam admittunt, alii omnino reiciunt. Et omnino tutius videtur, deligaturam & fascias omnino ommittere; cum vel nihil præstent, si laxæ sint; vel, si fortius constringant, nasum distorqueant, & simum efficiant, ac facilè emplastris idoneis nasi ossa fracta sine omni deligatione in loco suo contineri possunt. Et nullo alio in casu deligatio conuenire videtur, quàm si in medio naso, quæ acutus est, caro circa os contusa sit, & os emineat, vt compressus ea parte nasus naturalem figuram acquirat. Verùm & hic vinculum et si prodelle videatur: tamen necessarium non est, cum ceratum vel emplastrum sufficiat. Et omnino si fasciam ad mouere liber, ea medio naso iniicienda, cuius utraque capita ad posteriorem capitis partem colligentur.

Ambrosius Paracelsus hoc vitur.

1. thuris mastich. boli Armeni, sang. dracon. an. ʒ. B. alumnis rocha, resina pinian. ʒ. ii. Pulueriscentur subtilissimè, & cum oui albumine incorporentur. Plura videantur apud Hippocratem, 2. de articul. à tex. 36. ad tex. 46.

CAPVT XIII.

De Maxilla fractura.

Maxilla fractura.

Interdum & maxilla inferior frangitur; id quod facile cognoscitur.

Prognostica.

1. Maxillæ ossa, si primis diebus inflammatio non accedat, intra viginti dies consolidantur, & dentes integri remaneant.

Prognostica.

2. Si verò cura diutius protrahatur, dentes vitiantur, & inutiles redduntur.

Curatio.

Si maxillæ os ita per transversum fractum sit, vt tamen aliqua ex parte ossa inter se cohæreant, digitis utrinque, tam scilicet citi immisissis, quàm extra applicatis, os comprimere & in suam sedem compellere oportet. Maxillam verò in suam sedem esse restitutam, ex eius & dentium æqualitate apparet.

Curatio

Si verò maxilla tota transversim fracta sit, quod tamen rarò accidit, & quidem os super os emineat, & dens super proximam dentem excedat, digitis in os immisissis, & extra etiam manu adhibita, ossa fracta componenda; & nisi simplici com-

Nasi fractura.

Prognostica.

Curatio.

B

C

D

E

pressionem id fieri possit, primum extensio, ministro retro continente, & Medico antè extendente, fieri debet, & postea ossa inter se componenda. Maxillæ rectè restitutæ signum est, si dentes suo naturali situ iterum dispositi conspiciantur.

Dentes, qui alucolis suis commoti sunt, filo aureo, argenteo, vel ferreo proximis annexendi sunt donec iterum stabiliti fuerint.

His peractis medicamentum aliquod fracturæ conveniens extra maxillæ imponendum, & ut ossa fracta composita suo loco stabiliantur, extra ferula ex corio seu alia conveniente materia maxillæ longitudini correspondens apponenda. Postea conveniens deligatura instituenda, quæ sit fascia duabus extremitatibus fissa duos digitos lata, media quoque sui parte in longitudinem incisa, ut utrinque mentum complectatur. Quatuor ergo fasciæ in extremitatibus fissæ cum sint capita, duo inferiora ad summum caput deducantur, ibique deligentur, vel pileolo nocturno affuantur, superiora verò duo transversim traducta ad imum occiput deligentur, vel eidem pileolo affuantur.

Non decumbat æger in fractam maxillam, sed in sanam, non tamen huic, sed capiti innixus, ne illa composita iterum distorqueatur. Maxilla quoque immobilis seruetur; ideoque æger non multum loquatur nec duriores cibos mastuet, sed mollioribus & liquidis nutriatur, donec callus obduret. Si aliquid iterum loco suo motum fuisse obsoruetur, tertia die deligatio solvenda, & si quid exciderit, in locum suum reponendum.

CAPVT XIV.

De Fractura claviculæ seu iuguli.

Claviculæ
seu iuguli
fractura.

Hippocrates, de articulis, text. 62. fracturæ claviculæ sex differentias recenset. Vel enim clavicula per transversum frangitur, vel per longitudinem. Si per transversum, id accidit vel prope humeri articulum, vel magis versus os pectoris abruptitur; deinde iuguli os ita frangitur, ut ea pars, quæ à pectore est, sursum feratur, quæ verò à summitate latæ scapularum ossis, deorsum, quod plerumque accidit; vel contrà, quæ prope scapularum os, sursum, quæ prope pectus est, deorsum feratur, quod rarius evenit.

Signa Diagnostica.

Signa diagnostica. Cognoscitur autem huius ossis fractura potius tactu, quam visu; ut ex dolore.

Prognostica.

Prognostica. 1. Si per transversum frangatur clavicula, curatur facilis; si per longitudinem, difficilior. Nam quod transversum fractum est, facile extensione & digitorum compressionem in naturalem sedem revertitur; reliqua fractura semper quid eminentiæ habet, quod ægrè coaptari potest. Præterea, quia iugulum fascia in orbem excipi, atque ita, quod in longitudinem fissum est, in suam sedem compelli nequit; contra ligatura, quod in transversum fractum est, in suam sedem facilius compellitur.

2. Iuguli fractura equidem nihil humeri commissuram, aliamve partem lædit: quia tamen, quantumvis magna diligentia adhibeatur, fascia collum & iugulum, ut brachia & crura, obvolui arctè nequit deformitatem callus relinquit; quia in ossè raro callus facile maior fit: sed tantum in principio deforme videtur, propter novitatem, procedente verò tempore, cum ei adulescimus, minor deformitas videtur.

3. Coalescit autem facile os iuguli, ut alia ossa

rara, & quidem ad summum viginti diebus ferrum minatur.

Curatio.

Curatio.

Ut autem hæc fractura curetur, ministri duo ad extensionem requiruntur, quorum unus utraque manus humerum, qui claviculæ fracturæ adiacet partem posteriora, alter oppositum humerum vel collum potius in oppositum versus se trahat, ut ita extensio fiat. Quæ ubi facta est, Chirurgus digitis ossa fracta suo loco restituat, id quod altius eminet digitis comprimendo, id verò quod depressum est, attollendo, aut quomodocumque opus est, in suam naturalem sedem restituendo. Aliqui, ut facilior fiat restitutio, globum axillæ ægri subiciunt, qui eius cavitatem repleat; deinde verò valde cubitum costis apprimunt, utque ita os suæ restituunt. Si verò ossis fracti extremitates ita depressæ sint, ut sursum reduci hoc modo nequeant, æger resupinandus est in pulvinari duriore ipsius spinæ inter scapulas subiecto, humeri verò manuum innixu ita deprimenti sunt, ut fracti ossis extrema depressa eleventur, consueque, ut in suam naturalem situm restitui possint.

Si verò clavicula in plures partes comminuta sit, & fragmenta aliquod carnem pungat, ac difficilem respirationem afforat: cutis eo loco incidenda, & fragmenta extrahenda, vel aculei præcidenti & de radendi, ac ossa complanata coniungenda, labia vulneris committenda, medicamentumque fracturæ idoneum, & quod simul inflammationem inhibeat, imponendum. Si verò plura fragmenta ossis, cute integra deprehendantur, quæ tamen acuta non sint, nec pungant, ferula ex corio vel alia conveniente materia paranda, & conveniente medicamento illinenda, ac fragmentis illis apponenda.

Compositis rectè fractæ claviculæ ossibus, medicamentum fracturæ utile, qualia supra, cap. 1. sunt proposita, imponendum. Hinc plagulæ tres convenientis crassitiæ & longitudinis, ut cavitatem, quæ supra & infra claviculam est, explerent, parandæ, quarum duæ lateribus, tertia crassior prominenti fracturæ imponenda. Ita enim & os fractum eminentius deprimetur, & nec sursum, nec deorsum, nec ad latera è suis sedibus ossa fracta composita dimoveri poterunt. Hinc deligatio recta instituenda, quæ fiat fascia palmam lata, sufficientis longitudinis, duplex caput habente, decussatim iniecta, quæ circumducenda sæpius, quàm valentius, & ita obvolvatur, ut brachium in posteriora deducat. Caritas etiam sub axilla parti affectæ vicina replenda est linteaminis convolutis. Ita enim facilius æger deligationem fert Imperandum etiam est ægro, ut in quiete maneat, & ipse brachium in posteriora reflectat. Non solvatur autem fascia ante septimum diem, nisi puritus vel aliud quid urgeat, & si indies, fiat laxior, quotidie nonnihil adstringatur.

CAPVT XV.

De Scapula fractura.

Omoplata, quæ Latinis Scapula, seu os illud Scapulæ triangulare, à tergo cervicis vertebris vicinum fractura dorsoque & thoraci non per articulationem, sed tantum musculorum interuentum coherens, & à parte anteriore cum humero & iugulo per articulationem commissum, de quo videantur Anatomici, frangi qualibet sui parte potest, rarius tamen in processu illo, qui Acromion dicitur; sæpius iuxta spinam & in aliis suis extremitatibus.

Signa dia-
gnostica.*Signa Diagnostica.*

Si acromion frangatur, visu & tactu id, & in-qualitas quædam percipitur, imprimis si pars ægra cum sana comparetur, Si latior ipsius pars & in extremitatibus frangatur, tactu cavitas quædam deprehenditur, & punctorius dolor in parte percipitur, brachium vero è directo positum stupor prehendit.

*Prognostica.*Prognosti-
ca.

1. Fractura, quæ in humero seu acromio est, difficultè curatur, quam in aliis scapulæ partibus.

2. Si fractio sit in homoplatae ceruicæ, aut humeri de articulatione, vix sanatur. Cùm enim circa hanc articulum sint vena & arteria axillarum, & nervi ex ceruicis vertebra orti, facile inflammatio & grauißima symptomata accidunt.

3. Scapulæ os fractum intra dies viginti quatuor consolidatur.

Curatio.

Curatio.

Si os fractum scapulæ adhuc cohareat, manu Chirurgi in suum locum restituendum. Quod si non facile fiat, & maiore vi opus sit, pila ex linteo sub axillam ponatur, & minister deorsum humerum trahat, cubitum ad costas adducendo. Chirurgus vero manu fracturam comprimat & componat. Si vero os fractum scapulæ non cohareat, modò ligamentis & periostio adhuc cohareat, & pungendo periculum non excitet, etiam suo loco restituendum. At si penitus & ab osse & à periostio ac ligamentis separata sint, & carnes pungant, cutis & caro incidi, & fragmenta eximi debent. Si vero non pungant, relinquenda. Nam Natura, quod reliquis non coheret, tandem spontè expellit, etsi interdum post longum tempus id fiat; sicut Ambrosius Paræus, lib. 14. cap. 9. refert cuidam Marchioni è scapula vulnerata ossium quædam fragmenta post annos septem, cicatrice reſerata, erupisse. Oßibus ritè compositis, medicamenta idonea fracturæ imponenda, & deligatio conueniens instituenda, & si summum humeri fractum sit, pila sub ala vincienda, & deligatio ante diem septimum, nisi quid aliud superueniat, non soluenda. Ager in opposito latere cubet, & partem in quiete detineat.

CAPVT XVI.

*De Sterni fractura.*Sterni fra-
ctura.

STernum & ipsum interdum frangitur, lapsu vel percussione.

*Signa Diagnostica.*Signa dia-
gnostica.

Quod cognoscitur ex dolore & imprimis inæqualitate, quæ tactu comprehenditur, & ad digitorum compressionem os fractum in eò cedit, & strepitus quidam auditur, & cavitas, qua os fractum est animaduertitur. Difficultas quoque sperandi, tussis, & sanguinis sputio plerumque accedit.

*Prognostica.*Prognosti-
ca.

1. Periculosa est fractura sterni, cùm ob pleuram, quam simul facile lædit, & nobiles partes suppositas, graui mala attrahere soleat,

2. Consolidatur autem viginti vel viginti quatuor diebus cum spongiosum & rarum sit.

Curatio.

Curatio.

Vt os hoc fractum & depressum suæ sedi restituatur, ægro resupinato paluinat sub spinam è regione fracturæ ponendum, & à ministro utrinque humerus deprimendus, Chirurgus vero costas utrinque manu comprimat, & ossa fracta in suum

locum reducat. Hinc medicamentâ, quæ aliis fracturis adhiberi solent, quæ inflammationem prohibent, fracturæque conglutinationi inserviunt, imponenda, & deligatio decessatim fasciis idoneis supra humeros instituenda, quæ non sit nimis arcta, ne respirationem impediât.

CAPVT XVII.

De Costarum fractura.

FRanguntur quoque interdum costæ ex caussis violentis, casu vel percussione.

Costarum
fractura.

Costæ autem, vt Celsus, lib. 8. cap. 9. scribit, interdum sic finduntur, vt ne summum quidem os, sed interior eius pars, quæ rara est, lædatur, interdum sic, vt eas totas is casus perripent. Et quidem fracta ossa interdum intrò declinant, interdum extra eminent, interdum, etsi tota franguntur, proprio loco non dimouentur; interdum etiam caro circa costas colligitur.

Signa Diagnostica.

Si costa tota non est fracta, nec sanguis exspuitur, nec febricula sequitur, nec quicquam suppuratur, nisi admodum raro nec dolor magnus adest: tactu tamen is locus leuiter indolescit.

Si vero costa quidem fracta sit, fractæ tamen extremitates neque intro cesserint, neque in exteriorem partem compellantur, pauci admodum febricitant. Sed neque multi sanguinem spuerant, nec multum contractum pus in thorace.

Si vero costa & tota fracta sit, & extremitates loco motæ, quædam inæqualitas & cavitas tum visu tum tactu deprehenditur, strepitus quoque quidam auditur. Quibus accedunt & alia symptomata. Adest dolor grauis, & præcipuè si interna costæ pars fracta sit, ilque pleuriticorum dolorem æmulans, respiratio est difficilis, tussis molesta, & nonnumquam etiam sanguinis sputum superuenit, dum ex valis ruptis sanguinem effluentem pulmo imbibit, febris accedit. Præcipuè vero duo mala fracturam costarum comitari solent. Primum est carnis superuentis costæ inflatio, quæ & tactu & visu deprehenditur, & si manus locus comprimatur, aëris cedentis strepitus auditur. Cui nisi succurratur maturè, secundò inflammatio, & febris, atque abscessus succedere solent. Cuius rei causa est carnis ab osse separatio, & imbecillitas partis icte inducta, quæ alimentum, quod doloris ratione attractum copiosius affluit, satis concoquere nequit, quod partim crudum ideo remanet, partim in vapores & flatu resolutur. Malum hoc interdum & costarum corruptio sequi solet. Cùm enim caro ab osse abscedit, succedit in locum aër, cuius contactu os offenditur & corrumpitur.

Prognostica.

1. Si simplex sit fractura absque partium vicinarum contusione, periculo vacat, & costæ intra 20. diem coalescunt.

2. Si vero caro circa costas atteritur, periculosum malum est, ob symptomata, quæ diximus accedere & sæpe lethale. De quo Hippocrates, 3. de articulis. 61. Si confusio, inquit, sine attritio, quæ circa costæ sit, negligatur, etsi in id malum deterius non incidat, carnem tamen magis mucosam habet in loco attritio, quam prius. & ubi talis relinquitur, nec curatio ne ad bonam habitum restituatur, res perior est, si mucosa circa os ipsum relinquatur, cum caro non amplius similiter os attingat, & ipsum os morbis opportunius reddatur, ob eiusmodi autem caussas ossa multum vitiantur, quia malum diutius extrahunt.

3. Periculosa etiam est fractura si costa intro compellatur, & pleuram pungat vel vulneret, & tunc omnia forè symptomata, quæ pleuriticis infestare soleant, superueniunt, & vix ante quadragesimum diem cura absoluitur.

Curatio.

Curatio.

Si costa tota fracta non sit, vel si tota sit fracta, proprio tamen loco non dimota, nec incumbentium & vicinarum partium contusio adfit, medicamentum aliquod fracturæ & inflammationibus conueniens lenè imponendum, ex *thure, farina volatili, bolo Armeno albumine oui*, & similibus.

Si vero fracta costa extra promineat, manu comprimenda, & in naturalem suum situm reducenda: hinc itidem idoneum medicamentum imponendum.

Si verò fracta costa intrò vergat, danda opera, vt in suum locum reducat. Primò ergo videndum an tussis & spiritus retentione, an verò manuum opera costa fracta in locum suum restitui possit. Quod nisi succedat, emplastrum aliquod attrahens & quod adhæret, imponendum, & cum impetu auferendum, vt costa in locum suum reducat.

Conueniens huic vsui etiam est hoc emplastrum.

℞. farina volatilis ℥. ij. tragacanth. thuris pulueris. an. ʒ. v. visci querni (glutinis scil.) ʒ. vj. ichthyocolle ℥. i. b. album. ouor. ℥. ii. aq. ros. q. s. Miltc.

Vel emplastrum ex *therebinthina, resina, pice nigra, farina hordei vel fabarum, mastiche, aloë* compositum. Et talia emplastra sæpius applicanda, & auellenda sunt, donec æger melius spiret. Et memini, me ante aliquot annos victori, cui in latere dextero à pertica, quam pro doli vinculo parando flectere volebat, reciprocante, costa fracta & depressa erat, ita, vt difficulter respiraret, tussiret, nec se erigere valeret, tali emplastro imposito costam in suum locum reduxisse.

Nonnulli quidem cucurbitolis costas fractas in suum locum reducere conantur: verum improbant id plerique Medici; cum metus sit, ne plus humoris attrahatur, & alia caro supra costas inflari soleat. Si v. fragmentum costæ membranam pungat, atque inde acerbissimi dolores & alia praua symptomata oriatur, atque ipsa mors metuenda sit, pars, qua costa fracta est, incidenda, vt fragmenta purgentia vel eximere vel præcidere liceat. Si etiam contusio adfit, vena secanda, ne inflammatio accedat.

Costis in locum suum reductis, natura quidem sponte callum generat: cui, vt subueniatur, emplastrum aliquod ad fracturam ossium conueniens imponendum, inter quæ & hoc vtile.

℞. pulu. myrtillor. ros. rubr. an. ℥. j. farina hordei, orobi lentium fabar. mastiches an. Drach. ii. capular. gland. nucis cupressi, cortic. granatorum, balaust. ana ℥. b. hypocistid. acacia, cortic. thuris, sang. dragon. terra Lemnia, aloës, myrrha an. ʒ. ii. olei myrtini, rosac. omphacini an. ℥. ix. cera, terebinth. clara an. lb. b. F. Emplastrum.

Nonnulli in morbi progressu fascias aq. *rorismar.* imbuunt, quam efficacissimam in ossium fractura esse scribunt.

Si caro humida & flaccida sit, medicamenta antea proposita imponenda, & locus fasciis ac plâgis constringendus, vt caro ossi coniungatur. Et si ob Medici vel ægri negligentiam malum inueterauerit, & caro mucosa reddita fuerit, vt metuendum, ne ossa, cartilagine, & membranæ lædantur, danda opera, vt succus ille mucosus cataplasmatibus digerentibus, de quibus mox dicetur, discuti possit. Quod si adsequi nõ liceat, ferrum candens optima medicina est, cauendo tamen, ne os calefiat, aut interiora lædantur.

A Si ad suppurationem, quòd contusum est, tendat, materia resoluenda & euacuanda cataplasmate ex *farina hordei, fabar. orobi, fl. chamameli, & similibus.*

Vt *℞. farina fabarum, hordei an. ℥. ii. absinth. ℥. b. pulu. fl. chamamel. meliloti, sambucian. ℥. j. Coq. in aq. f. Adde ol. chamamel. rosac. an. ℥. j. F. Cataplasma.*

Si vero materia huius medicamenti discuti non possit, omnis mora vitanda erit, ne os virietur, & propterea, qua parte maximè tumet, pars aperienda vel scalpello, vel candente ferro, vt puri exitus pareatur.

Dieta.

B Victus sit in principio tenuis, & talis, qualis in aliis acutis requiritur. Æger quiescat, non tussiat, non sternutet, quantum potest, non loquatur multum, non rideat, non irascatur. Vide Hippocratem, 3. de articul. tract. 54. & seqq. Galenum, in comm. & Ambrosium Paræum, libro 14. cap. 12. Dieta.

CAPVT XIX.

De Spina dorsi fractura.

I Nterdum etiam accidit, vt à causis externis *Spinae dorsæ* & violentis spina dorsi & eius vertebræ frangatur. si fractura.

Signa Diagnostica.

C Si spina dorsi frangatur, cavitates eo loci apparet, *Signa.* & dolor ac punctio sentitur; cum necesse sit ea fragmenta spinosa esse, vt *Celsus lib. 8. cap. 9.* ait. Et si quis processus illorum, qui extuberant, frangatur, tactu id deprehenditur, cum huc atque illuc moueri possit. Præterea si homo pronus inclinatur, magis dolet, quam si stat erectus. Nam ibi cutis extenditur, & fragmentis acutis colliditur: Si vero stat erectus, cutis laxatur, & ab aculeis ossium minus pungitur.

Prognostica.

1. Processus vertebrarum facillè ex se, nisi aliud malum accedat, consolidatur; cum sint ossa *Prognostica.* spinosa & rara.

D 2. Aliàs fractura hæc plerumque lethalis est: ob spinalis medullæ, & membranarum ac neruorum lesionem, imprimis si iuxta vertebras *cuticis* fractura contingat.

3. Et si in colli vertebris fractura accidat, brachiorum & manuum paralytis sequitur; si autem in parte inferiore, femorum, crurum, ac pedum; idque lethale est. Si verò motus & sensus non omnino fuerit abolitus, aliqua adhuc salutis spes superest.

4. Si in vertebrarum fractione voluntaria secum egestio fiat, & vrinæ suppressio, lethale signum est.

Curatio.

E Et si spes in angusto sit: tamen ne æger sine auxilio deseratur, apophyses fractæ suo loco reponendæ, si non sint planè abruptæ, & medicamenta imponenda, quæ dolorem leniunt, inflammationem prohibent & glutinationem ossium adiuuant, qualia hætenus sæpius sunt proposita. Si verò processus planè à pericostio sit abruptus, cutis incidenda, & fragmentum detrahendum, atque vulnus postea conueniente modo sanandum. Quod etiam faciendum, si aliarum vertebrarum fracturarum fragmenta spinalem medullam eiusque neruos comprimant, aut pungant. Alias enim vitæ periculum imminet.

Ad fracturas spinæ pertinet & fractura ossis sacri & ossis coccygis, quæ si ita comparata sint, vt inde spinalis medulla lædatur, malum ferè lethale est. Si Ossis sacri, & ossis coccygis fractura.

vsque ad locum fractum, os fractum expellendum; A
extra verò altera vel ministri manu ossa æquanda &
in suum locum reponenda, & postea medicamenta
fracturæ conuenientia imponenda.

CAPVT XIX.

De Fractura ossium manus.

Fractura ossium manus. **O**ssa manus, quæ in ossa carpij, metacarpij, &
digitos diuiduntur, etiam nonnunquam fran-
guntur.

Signa diagnostica.

Fractura in hisce ossibus facile & visu & tactu
agnoscitur, cum hæc ossa fracta vt plurimum vel ad
exteriora vel ad interiora declinent.

Prognosticum.

Ossa hæc non difficulter, & quidem intra viginti
dies, perfecte coalescunt & sanantur.

Curatio.

Curatio. **A**ger læsam manum super æqualem & læuem ta-
bulam extendat. Deinde minister ossa fracta exten-
dat: Cheirurgus verò ossa manuum in suam sedem re-
stituat. Vbi ossa composita fuerint, medicamentum,
quale in fracturis adhiberi solet imponendum; po-
stea fascia pars obuolenda. Et quidem si digiti fra-
cti sint, sanis vicinis alligandi, vt ab iis in suo loco
quasi à ferula adiecta contineantur. Tandem glomo
ex linteo conuoluto manus vola complenda est. Ita
enim ossa composita facilius in suo loco continen-
tur, & digiti in media figura conseruantur. Si verò
digitis vel extensis vel contractis callus generetur,
manus officium in comprehendendo læditur. Ma-
nus quoque cum brachio à collo fascia idonea sus-
pensa inquieta detineatur.

CAPVT XX.

De Coxendicis fractura.

Coxendicis fractura. **C**oxendicis os tribus ossibus constat, quorum
primum est os ilium, alterum ischion, tertium
os pubis, quæ etiam in infantibus separari possunt:
in adultis tamen ita coherent, vt vix diuelli possint. D
Franguntur autem ista ossa, vt scapula, vel in ex-
tremis, vel secundum longitudinem vel in
medio.

Signa Diagnostica.

Cognoscitur ista fractura ex dolore, qui tactu &
compressione imprimis exasperatur, cavitare & inæ-
qualitate, punctura & stupore in crure eiusdem la-
teris.

Prognosticum.

Ossa hæc viginti quatuor dierum spacio consoli-
dantur.

Curatio.

Curatio. **O**ssa fracta, qua possunt, diligentia componenda, E
& in locum suum restituenda sunt, ac postea medi-
camenta idonea imponenda. Si verò ossis fragmen-
tum aliquod abruptum sit, & pungendo dolorem
excitet, atque inflammationis metus adsit, nonnulli
suadent, vt cute incisa in primo statim apparatu frag-
mentum eximat. Verum cum vix sub cute solem,
sed sub ipsis musculis talia fragmenta lateant, sine
periculo talis sectio non instituitur. Et qui eam ten-
tare velit, omnino caueat, ne musculorum capita,
vel vas aliquod insigne, aut neruum illum grandio-
rem, qui in femoris & cruris musculos portigitur,
lædat.

CAPVT XXI.

De Fractura patella in genu.

Patella & ipsa interdum frangitur, & quidem Fractura
nunc secundum longitudinem, respectu totius patellæ in
femoris, nunc in transversum, nunc in obliquum; genu.
& nunc in duas, nunc in plures partes comminuitur:
& rursum nunc cum vulnere, nunc sine vulnere.

Signa Diagnostica.

Fractura huius ossis facile innotescit, ex ossium
fracturorum distantia, quæ tactu deprehenditur, inde-
gnoscitur. Signa Dia-
gnostica.
dendi impotentia, cavitare, quæ in loco fracturæ &
visu & tactu percipitur, & crepitu ac sono, qui in
eius contractatione & motu animaduertitur.

Prognosticum.

1. Patella equidem, vt alia ossa rara, facile coa-
lescit, modò rectè coniungatur, & coniuncta ser-
uetur. Prognosti-
ca.

2. Et si secundum longitudinem sit fractura facta,
ossa facile coniunguntur, & coniuncta puluillis &
fasciis non difficulter in suo loco retinentur. Cum
enim circa patellam septimi, octavi & noni tibiae
mouentium musculorum extremitates concurrant, &
in validissimum tendinem desinant, qui patellæ im-
plantatur; musculi verò sua sponte versus suam ori-
ginem trahi ac moueri soleant: etiam non magna
industria adhibita, fractura secundum longitudinem
facta in locum suum reduci potest, & ossa arctissime
coniunguntur, atque ita nulla calli extuberantia, &
hanc sequens claudicatio, facile metuenda. Paræus
equidem, lib. 14. cap. 22. neminem sibi visum fuisse
scribit, cui os hoc fractum esset, qui non per vitæ
reliquum claudicauerit: idque ideo, quod indurata
calli concretione consolidatio liberam genu flexio-
nem impediat. Verum etsi hæc de transversa fra-
ctura facile concedi possint; tamen rectè statuit
Guil. Fabricius, cent. 5. obseruat. 88. non semper,
 præcipue in fractura secundum longitudinem, id esse
necessarium; cum non necessario semper callus ita
protuberans nascatur, vt motus impedimentum in
genu & claudicationem afferat, videamusque in
aliorum ossium fracturis naturam tam eleganter cal-
lum generare, vt sepe vix vestigium fracturæ appa-
reat: quod imprimis accidit, vbi periostium integrum
est, quod materiam calli retinet, ne nimis exerce-
re & protuberare possit.

3. Si verò fractura in transversum vel obliquum
facta est, vix vlla industria ea curari potest, vt nulla
claudicatio sequatur. Etenim cum septimus, octa-
uus & nonus tibiae mouentes musculi sursum ver-
sus coxam trahant tendo verò, qui sub genu tibiae
ossi inseritur, patellam deorsum trahat, ossa patel-
læ fractæ ita disiunguntur, vt vix vlla arte coniungi,
aut coniuncta retineri possint, vnde callus extube-
rat, & musculi tibiae mouentes læduntur, atque
hinc æger tibiae vix eleuare potest, & claudicatio
sequitur.

Curatio.

Crus primò extendendum est. Hinc à Cheirurgo
Curatio.
patella seu in duas seu plures partes fracta coniun-
genda, & emplastrum vel cataplasma fracturæ con-
ueniens, quod ossa composita retineat, imponen-
dum, membrumque conuenienter deligandum, &
impositis rotulis stramineis, vt in fractura cruris fieri
solet membrum immobile tenendum, & omnino ca-
uedū, ne crus flectatur. Hoc enim si fieret, fragmēta

composita suo loco iterum dimouerentur.

Si fragmentum aliquod ossis acutum à reliquo ossis separatum sit, quod cutem pungat, nonnulli, vt de aliis fracturis hæcenus diximus, cutem incidendam, & os eximendum docent.

Si symptomata graua superueniant, iis occurrendum, vt in aliis fracturis.

A lenta valde franguntur, partes incumbentes & vicinæ carnosæ & nervosæ simul contunduntur & vulnerantur, vnde grauissimi dolores & inflammationes ac alia mala oriuntur.

2. Plerumque autem diebus viginti conferuent; nisi quæ cruri vicina sunt. Ea enim cum sint maiora, longius tempus requirunt.

Curatio.

Curatio ferè eadem est, quæ ossium manus fractorum. Commoda nimirum prius extensio faciendae est, & ossa, siue in superiorem siue inferiorem partem emineant, in naturalem sedem compellenda sunt: quod commodissime fit, si æger pede fracto tabulæ planæ paruo obductæ insistat. Deinde idonea medicamenta, quæ fracturæ requirunt, adhibenda. Tertio fasciis pes inuoluentus. Et cum pedi ferulæ ob inæqualitatem loci commodè imponi non possint, splenia loco affecto imponenda, & fasciis locus vincendus, vt ossa composita in sua sede contineantur. Situatio tamen & collocatio aliter instituenda, quàm in manibus. Cum enim manus dactylæ sint ad apprehensionem, curua figura digitos collocandos esse antea, cap. 19. diximus. Cum verò pedes ad ambulandum & standum dati sint, recta figura situandi, non curua, ne eorum actio depræuertur.

Atque hæc etiam de Fracturis breuiter dicta sint. Cum enim eruditissimi hac de re Hippocr. libri de Fracturis & Articulis, & in eos doctissimi Galeni commentarii extant, illos integrè describere, quod à nonnullis factum video, operæ præcium non duco: sed ad eos Lectorem remitto.

CAPVT XXII.

De Fractura ossium pedis.

Fractura
ossium pe-
dis.

TAndem & ossa pedis interdum franguntur: cuius quot sint ossa, videatur apud Anatomicos. Ossa autem pedis, vt & manus, non frangi scribit Hippocrates, 2. de artic. nisi acuta vel graui quæpiam re carnosæ partes vulnerentur. Sunt enim duriora: & quæ acuta sunt, & valde graua, si ossa hæc frangunt, cutem incumbentem saluam non relinquunt. Et Paulus, lib. 6. cap. 106. scribit talum nullo modo frangi, non tantum ob duritiem, sed quia vndiquaque est munitus.

Signa Diagnostica.

Signa dia-
gnostica.

Si pedis ossa frangantur, visu & tactu id facile apprehenditur; cum hæc partes excarnes sint, & si fracturæ aliquo emineant, id visu & tactu facile agnoscitur.

Prognostica.

Prognosti-
ca.

1. Ipsa harum ossium fractura per se periculosa non est: quia tamen non nisi à causa valida & vio-



LIBER QUINTVS.

P A R S VI.

DE LUXATIONIBVS.

CAPVT I.

De Luxationibus in genere.



Vltima omnino in corpore humano ossa sunt, quæ vario modo inter se connectuntur & componuntur. Præcipuè tamen cõponuntur per symphysis & articulum. Symphysis est ossium vnio sine motu. Per articulum verò coniunctio ad motum composita est. Eius duæ præcipuè sunt differentie, Diarthrosis & Synarthrosis. Diarthrosis est cum motu manifesto Synarthrosis cum obscuro: de quo videantur Anatomicorum libri.

Cum ergò ossa, quæ per articulum coniunguntur, sede sua excidunt, morbus is Grecis ἰσχυρὸν Latinis luxatio appellatur, quæ est articuli à sua sede, quæ acetabulum dicitur, in alienam prolapsus, quo motus arbitrarius impeditur. Vbi per articulum, vt etiam Hippocrates & Galenus, i. articul. text. 1. docent, non quiddam aggregatum ex duabus ossium extremitatibus inuicem conplexis, sed caput articuli solum intelligitur.

Causse.

Causse autem Luxationis sunt vel internæ vel externæ. Internæ sunt humores, qui ad articulos decumbentes ligamenta vellaxant, vt ossa à suis sedibus excidere patiantur, vel replendo decurtant & contrahunt, vt ossium capita è suis sedibus extrahant. Quò referenda sunt vitia hæreditaria; cum experientia doceat, sæpe à gibbosis, gibbosos, à claudis, claudos generari. Externæ autem causse violentæ, ictus, lapsus, extensio violenta & similes, quæ ossa sedibus suis expellere vel extrahere possunt. Idque aliquando in ipso partu etiam fieri, & brachia vel crura luxari possunt, dum ab obstetricibus imprudentibus cum violentia infantes extrahuntur. Inò in ipso vtero materno, ex percussione, casu compressione infantibus ossa luxari possunt, vt Hippocrates, 3. de art. 88. & 94. & 4. de articul. text. 2. & 3. innuere videtur. Causse verò omnes cuiuscunque sint generis, luxationes excitant, vel tunc vel distans, tensione vel impulsione violenta. Frequentissimè sic luxatio à violenta impulsione, cum à forinsecus incidentibus causis, vt casu, saltu, percussione & similibus ossa violenter è sedibus suis expelluntur. Reliquæ causse omnes ad tensionem referendæ sunt, quando scilicet ossium capita excipientes cõnates, quas Greci ἰσχυρὸν nominant, vel angustiores vel ampliores & laxiores redduntur. Angusta sit hæc cautus, cum humor vel materia aliqua sinum articuli occupat, & os sede sua expellit, quod in articularum doloribus interdum accidit. Amplior verò & laxior sit articulatio, quan-

do franguntur sinum includentia supercilia. Ita enim ossa liberius vagari atque excidere possunt. Laxior etiam sit articulatio, quando humor aliquis ligamenta nimis emollit & laxat, ac totam articulationem laxiorem reddit. Idem euenit, vbi ligamenta nimis tenduntur aut rumpuntur.

Magis autem & facilius luxantur ossa in pueris & adolescentulis, quorum ligamenta sunt molliora & debiliora, quam in adultis, quorum ligamenta sunt firmiora & validiora. Item accidit in iis, quorum corpora sunt emaciata & quæ debiliora ligamenta habent: qui verò carnosissimi sunt & bene habiti, iis articuli non facile excidunt; cum articuli vndiq; atq; à robustioribus musculis constringantur. Facilius quoque ii articuli luxantur, qui ad plures motuum differentias compositi sunt; qui autem pauciores motuum differentias habent, non ita facile è sua sede excidunt. Articuli etiam, qui vnico ligamento continentur, facilius luxantur, quam qui duplici. Ossa quoque maiora difficilius & non nisi à causa violentiore luxantur; minora facilius. Tandem ossa alia facilius, alia difficilius, pro articulationis ratione è sua sede prolabantur, vt postea in specie patebit. In genere hoc tenendum, quod articuli, qui in plano sunt sinu facilius luxantur, difficilius verò, qui in profundo sinu reconduntur.

Differentia.

Differentie propriæ sumuntur vel à subiecto, vel à forma, vel à causa efficiente. A subiecto, quòd ossa, quæ luxantur, coniunguntur vel per Synarthrosin & cum motu obscuro, vt dum latum scapularum os ab humero; aut clauicula à summitate lateris scapularum ossis, aut radius à cubito recedit, quam luxationem Arabum Interpretes disionctiones vocant, cum ossa veluti dehiscant; vel per Diarthrosin cum motu manifesto, quæ luxatio maximè proprie ita dicitur. Est etiam peculiaris, sed improprie sic dicitur luxationis species, quando epiphyse ossium ab osse, cui impositæ sunt, diuelluntur, id quod in iuuenibus potissimum accidit.

A forma, quòd articulus nunc totus sua sede excidit, quæ Luxatio nomine generis ἰσχυρὸν seu Luxatio dicitur, Interdum verò ex parte talent, & vltique ad sinum seu acetabuli marginem prolabitur, quæ Grecis ἰσχυρὸν, Latinis Subluxatio dicitur: Ad quam luxationis differentiam pertinet & Elongatio illa, cum luxatis & longioribus factis ligamentis articulus quidem secundum longitudinem à sua sede aliquando recedit, non tamen ex toto excidit.

Luxatio quid.

Articulus quid.

Causse Internæ.

Externæ.

Differentia. A subiecto.

A forma.

A situs va-
rietate.

A varietate verò situs, in quem articulus prolabitur, tres imprimis differentiæ petuntur. Prima est, si quod in superiori loco naturaliter collocatum est os, in inferiorem excidit, vel contra. Secunda est, si dextrum fiat, quod in sinistro oportebat esse collocatum, vel contra à sinistro in dextrum excidat; quod alii exterius aut interius nominant. Tertia est, si quod in anteriori loco collocatum erat, in posteriorem prolabitur, & contra, quod in posteriore situm erat, in anteriorem excidat. Ac quarundam partium articuli in omnes differentias luxari possunt: quidam in certas tantum differentias, non omnes. Sic cubitus, manus, femur, in quatuor differentiis prolabantur, nempe in inferiorem, posteriorem, anteriorem & posteriorem supra autem non possunt. Genu in tres situs excidit, inferiorem nimirum, posteriorem & posteriorem iuxta poplitem, sed in priorem seu anteriorem excidere opposita patella prohibet. De quibus in seqq. in singulatum partium luxationibus dicitur.

A causa
efficiente.

A causa efficiente differentia sumitur, quod luxatio nunc fit à causis externis, ut lapsu, percussione, saltu cursu & omnino violenta membri distortionem, extensione & impulsione; nonnunquam verò à causis internis, ut dum humor in cavitatem articuli lapsus eum è sede sua expellit.

Improprie
differentiæ.

Sunt & improprie quædam differentie, seu potius aliorum affectuum præter naturam cum luxationibus complicationes, ut quod inflammatio, fractura, vulnus, vel aliud quid luxationi coniungitur.

Signa dia-
gnostica.

Signa Diagnostica.

Articulus in alienam sedem elapsus faciliè visu & tactu cognoscitur. Tumor enim in ea parte, in quam articulus excidit, apparet; cavitatis verò in loco, è quo articulus prolapsus est. Idque è facilius apparet, si corpus non admodum crassum & pingue sit, aut locus sit excarnis. Deinde si luxatio sit perfecta, membrum illud breuius redditur; cum articulus non amplius in sua cavitatem inclusus, sed extra prolapsus, sursum trahatur. Nonnunquam tamen membrum longius euadit, ut postea in specie dicitur. Cum ergò luxatum membrum semper sano dissimile in situ, figura, & longitudine fiat; semper affectum membrum cum sano simili & cognomine comparandum est, brachium cum brachio, crus cum crure in eodem homine. Vbi tamen attendendum, ut membrum, cum quo fit comparatio, sanum sit, neque aliquod vitium habeat. Tertio quia articulationes propter motum factæ sunt, si articulus è sua naturali sede excidat, articuli motum lædè necesse esse. Ideoque ubi luxationis suspicio quidem est, motus tamen non læditur, luxationem nondum factam esse, concludendum. Tandem quia articulus è sua sede elapsus partes sentientes, in quas pro lapsus est, tendines putans, nervos, musculos comprimit, dolor inde excitatur.

Atque hæc perfectæ luxationis signa sunt: si verò falsè sit Subluxatio, signa proposita vel erunt remissiora, vel aliqua eorum aberunt.

Si luxatio articuli sit per Synarthrosin coniuncti, in qua ossa dehiscunt, cognoscitur ea ex crassitie, membri solito maiore, & qua capita ossium consistunt, extuberantia maiori.

Signa caus-
sarium.

Causas quod attinet, externæ & violentæ ex ægri relatione patent, & luxatio inde proveniens, subito accidit. Si verò propter ligamentorum laxitatem luxatio fiat, sensim ea accidit; & luxatum membrum huc atque illic in ordinatis motibus mouetur & vacillat, & dum articulus in suam sedem impellitur, membrum quidem naturalem longitudinem acquirit, quo rursum dimisso, statim longius euadit. Si digitis etiam caput ossis luxatum contrariam par-

tem traditur, faciliè pellitur, sed faciliè etiam resilit. Circa articulum vndique cavitatis gignitur, ut si digitus in articulum adigatur, faciliè & nullo resistente corpore, ac si omnia essent vacua, intro subit.

Vbi Epiphysis aliqua à suo esse auulsa est, cognoscitur id ex motus impotentia & ex crepitu, cum atretantur & mouentur.

Prognostica.

1. In corporibus puerorum & adolescentum, & omnino mollioribus ossa luxata facilius restituntur: restituta tamen minus fideliter retinentur. Contrarium accidit in adultis & corporibus durioribus.

2. Articuli, qui paucioribus motuum differentiis dicantur, difficilius reponuntur, sed melius continentur.

3. Quo longius à suo sinu articulus excidit, è difficilius restituitur quò proprius, è citius.

4. Luxationes, in quibus ossium supercilia franguntur, pessimæ sunt. Et si enim suo loco articuli restituntur: tamen non diu persistunt, sed leuissima de causa iterum excidunt.

5. Articuli, qui ob ligamentorum laxitatem elapsi sunt, etsi reponuntur, tamen rursus faciliè elabuntur.

6. Quibus luxationibus dolor ingens, inflammatio, aut vulnus accidit, ex curato sunt difficiles, nec periculo carent, & sine conuulsione, imò mortis periculo restitui non possunt. Quare si reposito ossi nervi distendantur, rursus id protinus expellendum est: ut Celsus consulit.

7. Vetustæ luxationes & quæ iam callo obdutarunt, & quibus lentus humor ossium cavitatem repleuit; nunquam vel certè difficilimè sanantur. Itaque omnis luxatio statim reponenda est.

8. Quibus in pueritia articuli exciderunt, neque repositi sunt, si minus, quàm ceteri, crescunt.

9. Membrum etiam quodcumque diuturna luxatione laborans, quanto minus naturali motu moueri potest, è magis extenuatur & contabescit; tum quia ob motum intermissum calor nativus membri hebetatur, tum quia ab articulo luxato vasa comprimuntur, & sanguinis & spirituum necessarius influxus impeditur.

10. Capitis luxatio mortem affert, ob spinalis medullæ statim in primo eius exortu compressionem & influxum animalium spirituum prohibentem.

De reliquorum articulorum prognosticis postea in specie dicitur.

Curatio.

Os luxatum, & quod è naturali sede excidit, in Curatio.

naturalem locum repositionem indicat. Indicationi autem huic satisfactis, curanturque luxationes, ad oppositam partem ei, è qua facta est permutatio, intendendo atque impellendo. Quæ articulorum è suis sedibus elapsorum repositio τὴν ἀρρῶν ἰμβολὴν & ἀρρῶν βλάδ appellatur. Tribus autem modis ossium luxatorum repositio perficitur, vel Chirurgi aut eius ministrorum manibus, qui simplicissimus est & Palæstricus appellatur, sic dictus, quod in Palæstra vstitutus esset, si quando gladiatorum membra luxarentur; atque conuenit in mollioribus corporibus, & ubi recens malum est: vel vulgaribus quibusdam instrumentis, ut habenarum, fasciarum, laqueorum, scalarum, sedilium, forium bifidatum auxilio, articuli in suas sedes compelluntur, qui modus Methodicus nominatur, & conuenit pueris, scæminis, & masculis iam robustioribus, & luxationibus antiquioribus: vel per organa & machinas quasdam singulares perficitur, & Organicus nominatur, & ad robusta corpora ac luxationes

E

nes antiquas, & omnino eas, quæ prioribus duobus modis restitui non possunt, adhibetur. De machinis autem talibus videatur Hippocrates, *de articulis, & fracturis*, & Orbasius, *de machinis*. Alii duos modos saltem constituent. Palæstricum, & Medicum, & sub Medico methodicum & organicum complectuntur.

Quot operationes ad luxationum repositio- nem requirantur. Extensio.

Quocunque autem modo ossis luxati restitutio perficitur, quatuor ad eam operationes sunt necessariæ; extensio; repositio, deligatio ac membri repositi confirmatio, & collocatio. Primum enim cum, ut de fracturis diximus, muscoli contrahantur, membri luxati extensione opus est, quæ statim post luxationem factam, aut si Cheirurgus tardius vocetur, quando metus inflammationis transit, eò usque fieri debet, ut inter ossa aliquod liberum spacium relinquatur, ne articulus seu caput ossis atteretur, aut sinus supercilia frangantur, & in extensione commoda membri figuratio obseruanda, musculique ex vna parte integri seruandi, & non distorquendi; ne scilicet caput musculi sit in parte interna, sinus in externa. Fit autem extensio vel manibus Cheirurgi aut ministrorum, vel habenis, laqueis & fasciis, vel organis & machinis, ut dictum.

Repositio.

Extensione sufficienti facta, os quod è suo loco elapsum est, in eum reponendum: quæ opera Græcis *μολιξ* & *μολιξ* dicitur, ossis scilicet luxati & extensi in suam sedem compulsio. Ut autem rectè fiat ista operatio, & articulationum naturæ, & qua ratione omnia ossa in corpore coniungantur, & luxationum differentie notæ esse debent. Neque enim certò sciet Cheirurgus, in quem locum os luxatum impellere debeat, si non prius rectè cognouerit, è quo loco naturali illud exciderit. Considerare nimirum debet Cheirurgus, vnde articulus primò exciderit, quem in prolapsu progressum habuerit, & quo demùm peruenit: & à sine prolapsus, ea via, qua prolapsus est, retrò ad eum locum, è quo prolapsus est, articulum compellere; ut si articulus è sinistro versus dextrum excidit, impellere versus sinistrum debet: si è dextro versus sinistrum elapsus est, versus dextrum: quod versus anteriore excidit, versus posteriora: quod versus posteriora elapsum est, versus anteriora impellendum est. Atque huius *μολιξ* tot modi sunt, quot articuli, ex. grat. alio modo humerus, alio pes, alio vertebræ in suum locum reducuntur; atque aliter humerus, quando in alam excidit, aliter, quando in partem anteriorem. Placidè autem, & si opus sit, adhibitis prius laxantibus & emollientibus medicamentis, in suum locum os compellendum, ne fiat contusio vel æritio capitis & sinus inter se, aut dolor atque inflammatio exciteretur, vitandaque capitis ossis circumrotatio, ne frangatur.

Articulum autem rectè repositum esse cognoscitur, si membrum & iunctura naturalem figuram, longitudinem, anulumque motum recuperauerit, & omnino si cum membro cognomine & simili sanè iterum conuenit, dolorque, qui ante aderat, cesset. Solet etiam plerumque strepitus & sonus quidam audiri, dum os in cavitatem redit. Verùm signa huic solè non fidendum. Etenim aliquando strepitus & sonus auditur ob superciliorum ossis abruptionem, quæ fieri potest, quando ossis caput superciliis ita alliditur, ut aliquid ex eis abruptatur, & tunc, cum pars superciliis abrupta citius sinum ingrediatur, quàm articulus, repositio recta fieri non potest. Strepitus etiam & sonus excitari potest, cum in violenta repositione articulus seu ossis caput sinui alliditur, eamque contundit, vnde cartilago à reliquo esse separatur, & motus fit difficultas. Signa ergo reliqua omnia coniungenda sunt.

Opèrum Sennerti Tom. III.

A Reposito in suam sedem articulo, intentio remittenda, & ut muscoli ad sese redeant permittendum, membrumque postea ita firmandum, ut articulus iterum ex sua sede egredi non possit: quod ferè eodem modo ut in fracturis perficitur. Primum enim antequam deligatio instituat, medicamenta adstringentia apponantur, quæ influxum humorum & inflammationem prohibent, & laxata ligamenta contrahunt, ac partem roborant, ex bolo, sanguine draconis, corticibus græcatum, balauis, rosæ, thure, farina, volatili, & similibus, cum albumine oui mistis, si ea dolor ferat: vel si dolor sit magnus, quæ simul cum vi adstringendi dolorem leniunt, ut oleum rosæ, mastichinum, & similia.

B Vel *℞. symphyti maior. farina. fabar. bsi Armeni an. ℥. iii.* Macerentur in aceto & siccentur. Postea.

℞. lithargyr. cera, resina an. ℥. iii. Liquefiant super igne, & adde prædicta in aceto macerata, atque vltimò *tragacantha ℥. ii. F.* Emplastrum.

Vel *℞. ceranona ℥. iii. visci querni mastiches, resina pini an. ℥. 6.* Misc.

Hinc conuenienter membrum deligandum per fascias & splenia, ut de fracturis diximus, & proliè Gabriel Fallopius, *tract. de luxat. cap. 5. docet*, ut os in sua sede contineatur, affluxusque humorum prohibeatur. Si opus sit, & membrum figura ac ratio id patiatur, etiam ferulæ vel canales è densa charta vel corio vel alia conuenienti materia imponendi.

C Tandem membrum moliter, æqualiter, & ut collocatio mediam ac naturalem figuram seruet, collocandum, ne dolor excitetur, & usque ad quartum vel septimum diem, nisi pruritus, dolor, vel aliud symptoma virgeat, immotum seruandum; & postea conuenientibus medicamentis roborandum.

CAPVT II.

De Luxatione cum dolore, inflammatione, vulnere, fractura.

A Cidit verò interdù, ut luxatio non sit, sola, sed cum affectibus præter naturam, dolor, inflammatio, vulnus, fractura coniungantur. Si ergo antequam medicus vocetur, iam dolor & inflammatio partem affectam prehenderit, articuli luxati restitutio non prius tentanda, donec dolor & inflammatio sedata fuerit. Si enim antequam hoc factum fuerit, ea tentetur, merendum est, ne ex neruorum distensione conuulsio, vel aliud periculosum malum oriat. Idèdque antequam tentetur articuli repositio, prius dolor leniendus, & inflammatio sedanda his medicamentis, quæ supra sunt reposita. Si postquam articulus repositus fuerit, & deligatio soluetur, pruritus adsit, locus aqua tepida perfundendus, ut humor puritatis causa discurrat, & dolor leniatur. Alias, & si pruritus nullus adsit, à perfusione calida abstinendum, ne ligamenta laxentur aut potius, dum deligatio soluetur, locus delecto roborante aliquo fouendus.

Pruritus.

E Ut *℞. fol. myrthi, quercus, absinthii. an. M. i. fl. ros. rubr. M. 6. corticum granator. ℥. i. balauisiorum, musculi. querni an. M. 6.* Coquantur in vino austero.

Si luxationi vulnus coniunctum sit, id valde periculosum est, & sæpe homini mortem affert; cura ex distensione neruorum & muscularum dolor inflammatione, conuulsio, febres, acuta exheretur, & eò magis periculum est, quo membrum maius est, neruque & musculi circa id maiores: Si-

Luxatio cum vulnere.

de humeri femorisque luxatio cum vulnere plerumque mortem affert. Eò etiam maius periculum est, quòd vulnus articulo propius. Idèdèq; Hippocrates repositionem ossium luxatorum, eorumque deligationem aduersatur. solisque dolorem lenientibus, & inflammationem tollentibus initio uti iubet, nihil que ex his tutò reponi posse putat, præter digitos, manus, & plantas, atque in his ipsis etiam diligenter omnia peragenda esse præcipit. Neque enim vel digitus, in quo minimum periculi est, reponi debet, cum inflammatio adest, sed vel antequam inflammatio accedit, vel cum iam sedata est. Multo verò magis in aliis articulis id faciendum, de quibus omnibus Hippocrates, 4. de articul. text. 16. & 17. *At enim quibuscunque ossa tibia luxata vulnere facto penitus è pedis articulis emineat, siue intrò vel extra vergant, reponenda non sunt: sed permittendum, ut qui velit medicus ea reponat. Scire n. licet hos, si reposita permanserint, esse morituros: paucorumque dierum vitam ipsorum futuram. Pauci n. ex ipsis sunt, qui septem dies pertranseunt. Quæ namque ipsos perimit, conuulsio est. Adde quod euenit etiam, ut tibia & pes gangrana corripitur. Hæc ita esse euentura, sciendum certò est.* Et ibid. text. 28. 29. 31. quæ loca ibi, ut & Galenus, in comment. videantur. Ac propterea statim inter initia, & antequam inflammatio accedit, in fractura cum vulnere tentandum, an mediocri extensione (validam enim nullo modo fert) articulus in suam sedem restitui possit. Quod si ex sententia successerit, in eo imprimis laborandum, ut inflammatio prohibeatur. Si verò repositio articulo inflammatio aut conuulsio accesserit, articulus iterum (si sine violentia fieri possit) è sua sede exturbandus. Aut si hoc periculum metuamus, tutius est, præsertim in articulis maioribus, repositionem differre, donec inflammatio cessauerit, & eius metus præterierit. Vbi iam inflammatio cessauit, quod circa septimam vel nonam diem fieri solet utriusque adstantibus significandum ac prædicendum, & periculum, quod ex repositione instat, & debilitas partis, ob quam homo claudus mancusque redditur, si articulus non restituitur: & si ipsi restitutionem articuli urgeant, ea sine vlla violentia tentanda. Vulneris postea curatio ut in fractura cum vulnere, instituenda. Membrem ipsum verò ita collocandum, ut æger, quantum fieri potest, sine omni dolore sit. Videatur de his Hippocrates, loco allegato.

Fractura cum luxatione.

Nonnumquam etiam accidit, ut fractura luxationi coniungatur. Itaque cautus sit Chæirurgus, & si fractura prope articulum offeratur, attendat, an articulus saluus vel luxatus sit, ne dum fracturam curat, luxationem negligat. Ita memini vicini mei filio, puero nouem annorum circiter, cum ei vas, in quam cereuisiam à coctura calentem infundere solent, in femur incidisset, & os femoris fractum, & articulum fuisse eiusdem luxatum; quod cum Chæirurgus non attendisset, & solam fracturam curasset, articulumque coxendicis non restituisset, claudus per eam sit. Si autem luxatio cum fractura sit, membrum communi modo extendendum, & articulus luxatus in suum locum reponendus; ossa verò fracta conformanda & componenda sunt. Et primò quidem articulus luxatus, si fieri potest, reponendus; deinde fractura curanda; & utriusque idonea medicationa, de quibus hæcenus diximus, imponenda; ac deligatio conueniens instituenda. Quod si ante fracturæ curationem articulus sine periculo suo loco restitui non possit, primò fractura curanda; deinde, ubi callus generandus est, danda opera, ut etiam articulus luxatus restituitur.

Luxationis

Tandem si luxatio, ob superuenientem inflam-

Antiqua curatio.
mationem, vel vulnus aut fracturam coniunctam, statim restitui non potuit, sed circa articulum callosa durities contracta sit: locus fouendus vel aqua simplici calida, vel decocto emolliente, parato ex althæa, malua floribus chamæmeli, sem. fenigr. & similibus. Post fotum verò inungendus articulus unguento dialthææ, vel alio emolliente, aut Cataplasma tale imponendum.

℞. rad. althæa, cucumeris asinini, an. ℥. iii. fol. malua, althæa an. M. j. Coq. ad molliem & per setaceum traiciantur. Adde farin. sem fenigrac. lini, an. ℥. ℔. olei amygd. dulc. ℥. iii. pingued. snilla q. l. F. Cataplasma.

Si induratio maior sit, decoctis addenda radix cucumeris asinini, & imponendum diachylum magnum.

Vbi membrum satis emollitum fuerit, si opus, digerentia adhibenda, betonica, salua, hyssopus, chamæpitys, Emplastrum de betonica, & similia. Vel suffitus è lapite pyrite aut molari, vel thermæ bituminosa & sulphurea, si earum copia detur. Denique ubi quicquid durum fuerit emollitum & discussum est, articulus conuenienti modo suo loco restituentus, & reliqua, ut supra cap. I. dictum, peragenda.

CAPVT III.

De Mandibula luxatione.

Atque hæc in genere de luxationibus percompendium dixisse sufficiat. Iam in specie de præcipuorum articularum luxatione aliquid dicendum.

Et primò quidem maxillæ luxationem quod attinet, cum natura omnibus animalibus, croeodylo fluuiatili excepto, qui teste Aristotele, 1. *histor. animal. cap. 11. & 3. hist. animal. cap. 7.* superiorem maxillam mouet, solam inferiorem mobilem fecerit, illi etiam solùm luxationem competere, facile patet. Quæ tamen nec ipsa, facillè luxatur, ob arctissimam eius cum ossibus capitis coarticulationem, & validissimum musculorum eam sursum trahentium robur. In quam verò partem mandibula luxari possit, eius structura & insertio haud obscure docent. Structuram enim quod attinet, processus habet sede posteriori in quolibet latere duos, quorum prior anteriorum diductus, latus, tenuis in mucronem quasi definit; posterior verò retrorsum fertur, & capitulum longum ac transversum efformat: Ille ossi iugali inseritur, hic verò in sinum secundum ossi temporum insculptum adaptatur.

Mandibula luxatio.

Differentia.

E quibus manifestissimè apparet, mandibulam inferiorem non posse luxari in partem posteriorem; quia obstant processus mammillares ossis temporum: nec dextrorsum (in adultis præcipuè) quia caput maxillæ sinistrum impedit: neque etiam sinistrorsum; quia impedimento est caput maxillæ in latere dextro. In adultis dixi. Nam mandibulam inferiorem in infantibus bifidam esse, & in medio mento copiosa cartilagine iungi, ex Anatomicis notum. Quæ cartilago si ab affluentibus humoribus laxetur, vel mentum etiam percutiatur, ut os à cartilagine separetur: forsan maxilla in dextram vel sinistram partem luxari potest, quod tamen rarè accidit, & propterea non attenditur. In adultis verò, quia ista cartilago adeo in ossam naturam degenerauit, ut nullo modo, nec coctione quidem separari queat,

Differentia.

Imò ne minimum quidem linæ & commissuræ aliquis vestigium ferè remaneat, sed os vnum continud videatur, medici solum in partem anteriorem luxationem fieri posse rectè asserunt. Accidit autem ista luxatio, si processus anterior & acutus, rostro similis, qui Corone Græcis nominatur, infra iugale os elabatur, vt eo ita humilior fiat, vt sursum in suum locum amplius redire non possit. Aliàs enim, etsi processus hic ossi iugali humilior demittatur, non tamen statim fit luxatio, sed ore aperto is in suum locum reuertitur. Fit verò ista luxatio vel in vno duntaxat latere, cum solum pars eius dextra vel sinistra elabitur vel in vtroque latere simul, cum totum maxillæ inferioris os in vtroque latere è sede sua excidit.

Causæ.

Causæ.

Causa vero luxationis frequentissima, imò fere vnicæ, est nimia oris apertio & diductio, siue id fiat oscitando, siue graue aliquod omnis dentibus apprehendendo & in altum eleuando, ita vt processus nominatus ossi iugali humilior fiat, vt dictum, & simul in latus conuertatur. Neque enim reditu in suam sedem prohibetur, nisi in latus conuertatur. Accidit tamen hoc ipsum rarò & difficulter, & rarò maxilla luxatur, etiam ob musculorum, quibus superioribus partibus alligatur, robur. Ab vtroque enim processu maxillæ inferioris oriuntur tendines nervosi & validissimi, quibus muscoli illigantur, qui Crotaphitæ & Masseteres dicuntur.

Signa Diagnostica.

Signa diagnostica.

Maxillam è sede sua excidisse in genere cognoscitur, quia inferior maxilla in anteriorem partem prominet, processusque ossis rostrum referentis exstat iuxta maxillam. Sin. processus rostrum referens ex esse iugali excidat, necesse est, vt ibi etiam emineat, quod in homine non ita obeso & visu & tactu facile cognoscitur. Os manet apertum, vnde iocula impeditur, & saliuæ eoiuitio effluit.

Si ex vna tantum parte maxilla luxata fuerit, ipsa cum mento in contrariam partem, qua luxata non est, inclinatur, os distorquetur, vnde dentes nec committi possunt, nec etiam paribus suis respondent, sed sub incisoris canini consistunt: in parte luxata solum eminentia quædam conspicitur, temporalisque musculus rigidus apparet.

Si vtrid in vtroque latere maxilla sit luxata, tota cum mento, & quidem recta, in partem anteriorem siue ad pectus prominet. Dentes inferiores longius quidem, quam superiores excedunt: è regione tamen sibi inuicem, incisori incisoriis, canini caninis respondent; iuxta malas in vtroque latere eminentia quædam apparet, quam processus acutus rostro similis efformat, muscoli temporales quorum tendines hic processas excipit, imò totus ab illis ambitur, intenti, rigidi, ac duri conspiciuntur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Maxillæ luxatio periculosum malum est, & maxilla luxata, docente Hippocr. 2. de art. & Galeno, in commun. citissimè reponenda est; cum muscoli temporales hisque inserti nervi, & consequenter ipsum cerebrum, facile in consensum trahantur. Habent enim muscoli temporales maximum cum cerebro consensum; & nervos à cerebro è tertia coniungatione accipiunt, vnde non solum dolores, inflammationes, febres continuæ, sopores torpidi oriuntur, sed ipsa quoque mors haud rarò circa diem decimum acceleratur.

2. Quibus maxilla non reponitur, solet alius bilem prauam atque exilem reddere, ac si euomant; vomitus purus est.

Operum Senerti. Tom. III.

3. Maius tamen periculum imminet, difficiliorque est repositio, si maxilla vtraque parte, quam si vna saltem luxata fuerit; cum musculi omnes, quibus maxilla continetur, tum intendantur.

Curatio.

Curatio.

Maxilla luxata vt in suam sedem reponatur, indicat. Quod quomodo fieri debeat, docet Hippocras. 2. de artic. c. 15. & 16. his verbis: *Debet aliter caput luxati continere; aliter inferiorem malam, hians homine, quantum moderatè potest, ad mentum, Orinus & extra digitis apprehensam prius aliquantis per hac illac agitare, & tùm ipse manū in latus promouere, tum agro inbere, vt luxatam malam tenens promoueat, & promouenti obsequatur quam maxime.* Deinde studium adhibendum est, vt tribus figuratiōibus simul repente decuriamus. Nam & à distortione in naturalem sinum promouenda, & simul vtrid agenda inferior mala est. *Ager verò his obsequendo, committere os, non hiare amplius debet. At repositio quidem hæc est quæ ne alius quidem figuratiōibus fieri potest, Medicina verò postmodum breuis sufficiens; plagula enim ceratæ imposta laxa deligatiōnem adhibemus. Tuius tamè administrationem hæc exercemus, si homo supinus recinetur, caputque obfirmat subiecto scorteopulvino bene fracto, vt quam minimum ceda.*

Nimirum videndum primò, an maxilla in partem vtramque vel vnum luxata sit. Si vtraque maxillæ pars prolapsa fuerit, in humili aliqua sede æger collocetur, eiusque caput vel ad parietem, interit èto tamen duriusculo aliquo pulvini virgeatur, vel à ministro à tergo ægri collocato vel ægro supino iacente, vt ex figura apud Hippocrates, loco allegat. sexti. 17. videre est à ministro ad caput stante firmiter apprehendatur, atque immotum teneatur.

Postea Chæirurgus vtriusque manus pollicem linteò obuolutum dentibus molaribus imponere, reliquis verò digitis maxillam ad mentum extra apprehendere, & repositionem modo motuque contrario, quo excidit, tentare debet: id quod præstare poterit, si primò maxillam, è quod muscoli temporales processum acutum sursum rapuerunt, deorsum trahat. Secundò quia in partem priorem maxilla prolapsa fuit, eandem in partem posteriorem adigat. Tertiò quia deorsum tracta fuit, sursum eandem pellat. Quas operationes omnes peritus Chæirurgus citissimè & in momento perficere potest.

Si verò maxilla ex vna tantum parte è sede sua excidit, eadem reponendi ratio est. Hoc tantum peculiariter obseruandum, quod maxilla deorsum tracta atque retrorsum compulsa, postea etiam ad latus oppositum agitata, simulque sursum propellenda est.

Repositione facta, ceratum ex cera & oleo rosaceo ad maxillæ capita seu tempora applicandum, & si fortior facta fuerit distensio, vt inflammatio prohibeatur, adstringentia medicamenta cum albamine oni, vel alia vt in aliis luxationibus imponenda.

Tandè conueniens deligatio facienda, quæ è mento incipiat & versus capitis verticem tendat, eaque ante diem tertium non soluenda. Ager à sermone multo, oris diductione, & oscitatione, durorumque ciborum masticatione absteineat, & liquidis contentus sit.

Si inflammatio, vel aliud graue symptoma imminet, ei conuenienter, vt sæpius dictum occurrendum. Et si oculorum ac cervicis dolor coniungantur, etiam sanguis è brachio mittendus, monente Celso, libr. 8. cap. 11. & tempora ac ceruix oleo rosarum limbricata inungenda.

G G gg iij

Si maxilla ex vtraque luxata sit.

Si ex vna parte.

CAPVT IV.

De Clauicula luxatione.

Clauicula luxatio.

Clauicula quoque interdum sede sua dimouetur, id quod Galenus in *lib. Hippocratis. de artic. comm. 1. text. 62.* suo exemplo probat, ubi prolixè recenset, quomodo sibi 35. annos nato in Palæstra hic articulus ita luxatus fuerit, vt inter acromium & iugulum trium digitorum interuallum intercederet; & quid circa se actum sit.

Luxatur autem clauicula vel contra sternum, vel contra scapulæ acromium. Vtrumque tamen rarò accidit, propter firmam cum utroque ossè connexionem.

Signa Diagnostica.

Signa diagnostica.

Non facilè verò huius ossis luxatio cognoscitur, scribitque Ambrosius Hæreas, *lib. 15. cap. 11.* se multos Cheirurgos nouisse, qui decepti iuguli luxationem pro summi humeri luxatione habuerint. Cognoscitur autem, quod humeri quali apex intumescit, & in loco, vnde clauicula excessit, manifesta caritas apparet. Accedit dolor, inflammatio, & brachium mouendi ac surrigendi, aliorumque motuum, qui humeri opera obeuntur, impotentia.

Prognostica.

Prognostica.

1. Os hoc difficulter reponitur, & in naturalem sedem reuertitur, sed plerumque magis vel minus à superiori parte prominet.

2. Nisi verò restituatur, in aliquo motu brachii æger deficiet, & manum neque ad caput, neque ad os promouere poterit.

Curatio.

Curatio.

Os hoc pro varietate luxationis, variam restitutionem requirit. In genere brachium extendendum, & clauicula in suum locum repellenda. Quod fit, si æger supinus iaceat, puluinarî durifculo scapulis supposito, vt scapula thoraxque ad exteriora protuberet, & attollendo, deprimendo, aut protrahendo brachium antrosum, retrorsumque, prout opus, & manus vola comprimendo, os hoc in sedem suam compellatur. Post idonea medicamenta & splema multiplicia imponenda, ac pars arctius vincienda: quam tamen arctam deligationem pauci omnes omnino homines ferant. Galenus verò tam validam deligationem se sustinuisse scribit, vt arteriarum sub iugulo sibi perceptibilis motus esset.

CAPVT V.

De Spina, & costarum Luxatione.

Spina & costarum luxatio.

Non rarò & vertebræ spinæ luxantur, & præcipuè eæ, quæ sunt id dorso, vnde gibbositas. Cum autem hac de re *lib. 2. pract. 2. cap. 21.* egerim, actum agere nolo, sed lectorem ad eum locum remitto. Dio saltem addo. Primum de fractura, quæ fit ad exteriora, si sit recens, & à causa violenta facta, eam statim esse reponendam Cheirurgi opera: de qua re agunt Hippocrat. *lib. 3. de artic.* Galen. *in comment.* Paulus Ægineta, *lib. 6. cap. 177.* Oribasius *de mach. cap. 35.* Celsus, *lib. 8. cap. 14.* Paræus, *lib. 15. cap. 15. & 16.*

Vertebra-rum in externa luxatio.

Quia verò infantibus sensim sæpe hoc malum subrepat, & non rarò est hæreditarium: plerumque incurabile est. Si qua tamen filutis spes super est, fit curatio commodis emplastris, quæ adstringant & partem affectam roborent: quibus lamina ferrea imponatur, quæ sensim vertebra in locum suum

A compellat. Debet autem lamina illa tam longa & lata esse, vt totum gibbum comprehendat, & vt fortius comprimatur, pars interna, qua gibbo imponitur, gossipio arctè sutura frequenti compresso, repleti & linteo obduci debet. Lamina autem ista thoraci è tela lineæ vel gossipina parato inferi & insui ita debet, vt dum induitur, partem affectam comprehendat. Thorax hic ligulis constringi debet, in reliquis quidem partibus mediocriter, circa partem autem affectam arctissimè, vt lamina imminentes vertebra comprimatur: & si luxatio sit in vertebra lumborum, thorax hic non solum thoracem, sed ventrem quoque inferiorem vsque ad pudenda comprehendere debet.

B Emplastrum tale fieri potest.

*℞. ol. commun. pingued. porci an. ℥. iij. seni ceruini ℥. i. b. Liquefiant & misc. super igne. Hinc iniuce miseri, ℥. iii. Coquantur agitando continuè, donec nigrescere & crassescere incipiant. Mox adde picis ℥. ii. Postea sensim insperge virioli albi puluerisati ℥. ii. Hinc adde luhargyri ℥. ii. Tandemque vbi ad crassitatem iustam ferè cocta fuerint, adde camahaca ℥. i. b. Iterum agitentur & coquantur ad Emplastri consistentiam. Guilhelmus Fabricius *cent. 5. obseru. 67.* tale proponit.*

℞. empl. Storani ℥. b. cera noua ℥. ii. osteocolle ℥. i. pulu. rad. consolida maior. terra sigill. an. ℥. iii. pulu. balustiorum, nucum cupress. ros. rubr. an. ℥. i. ol. ros. aut mastichin. q. s. Misc.

C Antequam verò talia Emplastrum & lamina imponantur, vtile fuerit, prius aliquo temporis spacio sequenti decocto partem fouere, & vnguento illinire, vt emolliatur, si quid induratum sit, & ad repositionem aptius reddatur.

Vt *℞. salvia, althæa, flor. chamamel. meliloti, hyperici, an. M. i. Coquantur. pro fomento.*

℞. olei lumbricorum irini, lil. alb. an. ℥. i. vnguenti Agrippa ℥. b. dialthæa ℥. i. Misc.

Secundò si vertebræ introsum sunt luxatæ, difficilior earum restitutio omnino fieri potest. In tenellis tamen corporibus, si malum sit recens, emplastrum aliquod tenaciter cuti adharrens, loco affecto applicari, atque eo vertebræ luxatæ extrahi possunt.

Vertebra-rum introsum luxatio.

D In adultis extremum remediū potius tentandum esse censet Guil. Fabricius, *cent. 5. obseru. 69.* quàm ægrum derelinquere, qui aliàs vi morbi vel miseram vitam acturus vel moriturus sit. Nimirum, vt docet fabricius, nouacula inciso vsque ad ipsam appendicem vertebræ descendente fiat; mox per idem vulnus iterum immissa nouacula duæ aliæ fiant incisiones, vna ad dextrum, altera ad sinistrum latus appendicis: deinde tenaculis ad negotium hoc aptis apprehensa appendice, trahatur in altum, & reponatur vertebra in sedem naturalem. Interim autem dum hæc fiunt, spina vt extensa sit, necesse est, facilius enim in situm naturalem resiliet vertebra. Vulnus aut exiguum aut magnum, secundum dislocationis magnitudinem, inspiciendum est. Si enim vnica vertebra impressa fuerit, paruuni sufficit vulnus: sin duæ aut plures, magnum vt sit, necesse est, quò ambæ vertebræ luxatæ apprehendi possint. Si hæmorrhagia obstiterit, ita vt statim post incisionem factam operatio fieri non possit, stupis arctè concertis, & albumine oui madefactis, nec nõ puluere ad sanguinem sistendum aspersis, sistendus est. Vbi hoc obseruandum, totum vulnus, præsertim ex vtraque parte appendicis, stupis illis quàm diligentissimè adimplendum esse. Id verò vt commodè fiat ex stupis concertis huic in modum fiant puluilli multi, quorum vnus post alterum vulneri intrudatur, donec impletum fuerit. Applicetur postea Emplastrum

aliquod tenaciter adhærens, & fascia ligetur. Post horas aliquot, cum sanguis substiterit, clementer, ne sanguis iterum prorumpat, eximendæ sunt stupæ. Postea adhibenda est tenacula, quemadmodum dictum est. Tenacula autem fortis & dentata sit, quemadmodum utimur in extractione calculi. Si dux luxata fuerit vertebræ ambæ & quidem duabus tenaculis apprehendenda sunt.

duo itaque sunt Chirurgi, qui æqualiter, unoquoque cum consensu in altum trahant. Videat præterea Chirurgus, ne incisiones ad latera appendicis nimis profundæ fiant, propter netuos, qui ad latera vertebrarum ex spinali medulla prodeunt. Necessè præterea est, ut operatio hæc fiat ab initio morbi, dum vires adhuc constant, & antequam pars affecta inflammatione & intumescatione sit obsessa. Nec quidquam intereât, an æger, ut aliquando fit, sine loquela & intellectu fuerit. Quod si ab initio Chirurgus vocatus nõ fuerit, sed secunda, tertia aut quarta demum die, ante operationem loquendus est locus decocto *betonica*, *primula veris*, *salvia chamæmeli*, *meliloti rosarum*, & *granorum juniperi*, quibus emollientia nonnulla veluti *maluam althæam*, addere poterit, deinde repositionem tentare. Post operationem dorsum *oleo rosaceo* & *lamblicorum* inungendum: vulnus quinetiam more aliorum contusorum vulnorum tractandum est.

Operationem hanc non satis tutam esse, & cui paucis subiciant mihi videri, allegato loco scripsi. Quamquam Guiljel. Fabr. cum Celso, *lib. 3. cap. 33.* asserat, nihil interesse, rutamne sit remedium nec ne, quod vnicum & patet, operationem hanc tam periculosam non esse; cum in medio dorsi non dentur magna vasa venarum & arteriarum, nervi præterea in appendicibus exiles.

De costarum luxatione dictum *libr. 2. part. 2. cap. 25.*

CAPVT IV.

De Humeri Luxatione.

Humeri luxatio.

Humeri os capite suo rotundo cartilagine vndique obducto sinui cervicis scapulæ perfectissima, omnibusque morbis obeundis abioluendisque accommodatissima articulandi ratione committitur. Et cum sinus hic non alitè satis pro excipiendo humeri capite exsculptus sit, ne frequentibus luxationibus articulus hic heret obnoxius, provida natura ligamentis validis & peculiari processu cavuit; atque insuper præter cartilaginem, qua sinum hunc incrustavit, aliam in ambitu adiunxit, quæ sinui quidem haudquaquam adnascitur, ligamentis tamen adstricta crassior incipit, sensimque versus centrum extenuatur. Si tamen causa violenta accedat, articulus hic reliquis & frequentius & facilis excidit.

Differentia.

Differentia.

Excidit autem articulus deorsum ferè seu sub alam. Cum enim, ut Galenus, *1. de artic. text. 2.* causas heus rei reddit, sex circumcirca omnem dearticulationem sint loca, supra & infra, ante & retrò, extra & intra: huius articuli pars interior, qua planè sursum vergit, carnosam musculi partem superiectam habet, qui deltoides à Δ literæ similitudine à quibusdam vocatur: qua verò ad collum versus declinat, scapulæ dorsum, ubi ex inguli conjunctione summus humerus efficitur, qui *capitulum* appellatur: qua intrinsecus spectat, processus ille scapulæ accurrit, quem os format anchoralem alit, quidam cornicularem appellant, qui perfectè vecat, quo minus eam in partem excidere articulus queat. Ut

A autem in posteriorem partem prolabatur, cum inde scapula ipsa incumbat: quis nostrum est, qui vel concipere animo possit? Reliquæ igitur quatuor partes sunt, quæ tutela carent: in quas elabi posse articulum verisimile est. Hippocrates, *allegato loco*, aliam humeri, quam sub axillam, luxationis speciem non admittit, imò apertè negat, in priorem partem excidere posse. Galenus tamen id quinquies vidit, semel in Asia, quater Romæ. Nec mirum, cum in urbibus, ubi vixit Hippocrates, vix tot homines fuerint, quàm Romæ in vno vico, & proinde etiam plura morborum exempla occurrerint, præcipuè accedente Palatris vtu, quo membra variè contorquebantur & pervertebantur.

B Paræus *lib. 15. cap. 21. 29. & 30.* duas adhuc differentias addit, scilicet sursum & extorsum. Verum sunt et rariissimæ; possuntque de his allegata loca videri.

C An verò humerus saltem luxationem perfectam, an verò etiam subluxationem patiat, dubium. Hippocrates, *1. de artic. text. 22.* id negat; neque id sine causa & ratione. Cum enim caput huius articuli rotundum sit, & in cavitates inseratur, quæ oras in orbem habent, in iis consistere non potest. Et omnino hoc verum est, si luxatio à causa violenta externa accidat. Si verò humores crassi in scapulæ sinum confluant, ibidemque ob moram diuturniorem concreti & indurati hæreant, humeri caput sensim sua sede protrudere, & imperfectam luxationem efficere possunt. Hoc tamen in humero rariùs accidit, in coxendice frequentius.

Causæ.

Causæ.

E quibus iam patet, causam perfectæ luxationis humeri esse crassam violentam, casum, percussionem, brachii vehementem extensionem aut distortionem: subluxationis verò humorem crassum in sinum scapulæ illapsum.

Signa diagnostica.

Signa diagnostica.

D Humerum sub alam prolapsum esse, facile cognoscitur, & monstrat id certissimum, proprium, & inseparabile signum, nimirum quid rotundum, ac durum sub axilla sensibiliter tactui obviat. Quibus tamen & alia accedunt, non propria, sed communia. Etenim & cavitas insolita in summo humero apparet; sed id commune signum est, & humeri prolapsi & lati scapularum ossis. In qua re non raro Medicos decipi Galenus tum suo tum aliorum exemplo prolixè docet, *1. de artic. text. 61.* Monstrat eundem humeri prolapsum eiusdem cum sam collati dissimilitudo, processus scapulæ superioris acuta quasi protuberantia, cubiti à costis solvo maior recessus, & ad easdem reductio difficilis & dolorifica, eundemque cum sano collati (nisi tamen humerus deorsum prolapsus à musculis sursum trahatur,) exsuperans longitudo & inæqualitas; brachii ad quemcunque motum impotentia. Quod tamen signum nec ipsum inseparabile est; cum musculi circa humerum quocunque modo seu à luxatione seu ab alia causa laxi ad motum apti non sint.

E Si in partem anteriorem humerus prolapsus sit, in parte posteriore insolita cavitas, & in anteriore nimia protuberantia cõspicitur, humeri caput in pectus detorqueatur, cubitus ad partes posteriores vergit, & difficulter ad anteriores porrigitur, & signa in alam luxati cubiti desunt.

Prognostica.

Prognostica.

1. Humeri caput in priorem partem prolapsum faciliùs reponitur, quàm si in alam prolabatur.
2. Antiqua humeri luxatio difficilimè reponitur, & reposita iterum excidit.
3. Qui reposito humero (quod tamen & de aliis articulis verum est) partibus, quæ iuxta sunt, nulla

inflammatione affectis, protinus humero ut sine dolore possunt, hi nulla cura & providentia sibi opus esse arbitrantur. At Medici est, eorum opinionem; corrigere; cum his facilius humerus iterum excidat, quam quibus vicinæ partes inflammatione corripiuntur. Hi enim articulis ut non possunt.

4. Quibus humeri caput reponi non potuit, si adhuc crescunt, humerus non æquè augetur ac sanus; & quamvis aliquid augeatur, altero tamen brevior redditur, Quod accidit, ob musculorum & venarum compressionem, & quia totus articulus immobilis est. Quibus verò ætate iam adulta humeri caput erumpit, neque restitutum est, pars, quæ supra articulum est, extenuatur, & gracilioris habitus fit.

Curatio.

Curatio.

Ut articulus humeri in alam elapsus in suam sedem, de qua elapsus est, restituitur, tria agenda sunt, ut Galenus, *1. de articul. text. 5.* docet. Primum in priorem partem caput humeri impellendum; deinde in superiorem; tandem in posteriorem: Ut nimirum contrarium iter luxationi molliamur. Etenim caput humeri à proprio sinu recedens primum in partem priorem impellitur: secundò suo pondere deorsum fertur; tertio retrò in alam à musculis trahitur. Si verò in priorem partem humerus elapsus sit, contraria via in posteriorem impellendus. Ut tamen à musculis, quibus detinetur, explicetur, prius aliqua extensio, modica tamen, humeri faciendâ.

Modi autem reponendi, ut ex Hippocrate, *1. de articulis*, & aliis autoribus videre est, varii sunt, de quibus præcipuos & maxime vsitatos, & qui minorem apparatus requirunt, tutissimique sunt, recensebimus.

Modus primus reponendi humerum luxatum.

Primus modus fit circumducendo caput humeri circa scapulæ cervicem, quando scilicet Cheirurgus manum atroxissimè ponit sub axillam, humerumque altera manu circum totat, ut medii digitorum nodi eundem in suam cavitatem impellant. Qui modus eundem in periculo non vacat, siquidem per illam circumvolutionem non solum nervosa & membranosa corpora, sed & ipsa sinus supercilia atteri, in id cartilago sinum ambiens non absque graui noxa auelli lædiuè facile potest: in pueris tamen, aliisque corporibus mollioribus, suum habet locum, modò Cheirurgus eum cautè admittret.

Modus secundus.

Secundus modus fit per calcem, hac ratione. Aeger humi resupinandus est; & inter alæ cavitatem, inter caput humeri & costas, pila medioeris quantitatatis de corio vel alia quadam materia non admodum molli confecta adaptanda: Cheirurgus verò ægro ex aduerso sedens calcem dextro, si dexter humerus luxatus sit, vel sinistro, si sinister, super pilam alæ subiectam applicet, & ambabus manibus humerum deorsum (cum caput eius vi musculorum sursum raptum sit, trahat, calce verò humerum ad anteriora simulque sursum propellat, tandemque retrò humeri caput in scapulæ cavitatem adigat: id quod facile prestare poterit, cum musculi motum hunc non solum plurimum adiuuent, sed sæpissimè soli eundem planè perficiant. Hunc reponendi modum faciliorem reddere possunt duo ministri, quorum alter fascia vel habena scapulam sursum versus caput ægri trahat, hacque ratione motum deorsum faciliat: pede verò summum humerum premat, atque sic ne scapula, dum Cheirurgus humerum deorsum trahit, sequatur, impediatur: alterum verò brachium oppositum sanum apprehendat, hacque ratione, ne totum corpus ad extensionem à Cheirurgo in affecto latere factam vnâ sequatur, prohibeat. Atque hic modus quia fit via prolapsui contraria, & quidem cum extensione, propè naturalis, tutus, nec adeo laboriosus est. Quia tamen impulsu caret, à

conueniente modo recedere cum Galenus ait:

Tertius modus fit per scalam, atque etiam tutus & satis commodus est. Erigitur nimirum scala firma ac stabilis, super cuius gradum altiorè rotundum quoddam corpus, quod ægrotantis alæ adaptari, humerique caput propellere possit, deligatur: ad ima scala tubscium locatur, quod æger ascendit; postea ala super corpus illud rotundum ponitur, luxatum brachium à Cheirurgo deorsum trahitur, humerusque hinc inde commouetur. Interim sanum brachium à ministro ex opposita parte simul validissimè deorsum trahitur, & vna scabellum pedibus ægrotantis subtrahitur, ut pendulum à scala permaneat, hacque ratione humerus restituitur.

Tertius modus.

Quartus modus ab hoc modo non multum differt, qui pistillo perficitur. Inuoluitur nimirum pistillum molli aliqua fascia, atque inter latus & humeri caput demittitur. Sit autem eius longitudinis, ut homo stans parte ex eo pendeat. Quod si breuius fuerit, homo sedeat sic, ut vix inuicere humerum super pistillum possit: Deinde humerus & brachium iuxta pistillum extendatur: corpus verò alter in alteram partem adigat, manibus ad collum datis iuxta iugulum. Verùm modus hic adeo tutus non est, cum pistillum sub axilla facile cedere possit, periculumque sit, ne ad extensionem in vitroque latere factam corpus in hanc vel illam partem labatur.

Quartus modus.

Quintus modus commodior videtur, qui fit per humeri suppositionem, (subumerationem vocant) hunc in modum. Validus quidam & altioris stature minister ægrotantis alam ponat super acuminatam humeri sui partem, humerumque luxatum versus pectus suum citissimè & validissimè trahat, ut æger ab eius humero quasi pendeat, quo modo & brachium extendetur, & humeri caput ad anteriora mouebitur. Interim alius minister à tergo ægrotantis summum humerum, ne scapula vnâ consequatur, premat, concutiat, motusque istos violentos manibus suis ita regat, ut humerus luxatus in suam scapulæ insculptam cavitatem reponatur. Si patiens leuis fuerit, puer vel aliud graue pondus à tergo ipsi appendatur, ne ad humeri extensionem totum corpus consequatur, omnisque Cheirurgi actio impeditur.

Quintus modus.

Sextus modus, qui ab Hippocrate commodissimus habetur, describitur ab eo *de artic. text. 19.* quem adhuc commodiorem facit Ambr. Paræus, *lib. 15. c. 27.* qui ibi videtur. Cui tamen modo adhuc aliquot artificium accedere potest, si æger in scamno immotus sedeat, habeanturque duo ligna, lata digitos quaternos aut quinos, crassa duos, vnum erectum perpendiculariter basi suræ, quæ in formam crucis formata sit, infigatur, eius longitudinis, ut si scamno, in quo sedet, statuatur, sub axillam eius ferè pertingat, quod in superiore secundum longitudinem acumen habeat, in quo alterum immitti possit. Alterum verò sit ferè tres vnas longum, & in extremitate vna aliud lignum extranuerso dimidiè ferè vnæ longitudinem præfixum habeat. Lignum hoc excavatum nonnihil sit vnæ longitudine ab extremitate, cui aliud lignum præfixum est, ut ligno alteri erecto inferi possit, altera verò extremitate scamnum attingat. Iam æger immotus in scamno sedeat, & ei lignum illud longum alteri perpendiculariter erecto innitens ita admoueatur, ut lignum illud tranuersum sub alam ægri, in qua parte luxatio est, arcè immittatur, æger brachium læsum supra lignum illud tranuersum versus scamnum extendat.

Sextus modus.

Novus modus humerum reponendi.

Hinc fascia vel laqueus (commodissimè vsurpatur mantile longum) brachio affecto supra cubitum iniiciatur, & vsque sub cubitum brachium conuoluatur, ita ut fascia in duas ansas desinat, ex vtra-

que parte brachii & ligni transversi. Iam extremitati ligni transversi, quæ scamno incumbit, machina attractoria, quales ad acum in balistis tendendum vsurpantur, applicetur; qua de causa lignum illud transversum paxillo ligneo per transversum immisso non procul ab extremitate, instrumenti verò illius attractorii vici duo in parte superiore duabus ansis laquei seu mantilis inicianitur. Quod vbi factum machina illa circumagenda, vt in arcu tendendo fieri solet. Ita enim brachium sensim extenditur, & deorsum versus trahitur, atque articulus elapsus in locum suum promouetur, in quem vel spontè motu suorum musculorum trahitur & illabitur, vel Chirurghi opera manu eò impellendus est.

Qui modus ab Ambi effigie à Paræo delineata in eo differt, primò, quod loco columnæ B. duplici ligno constructæ habetur columna è simplici ligno, quæ in suprema parte habet apicem, qui spathe. A sicut in inferiore parte excavatæ imittitur. Deinde, quod spathe illius seu Ambi loco est lignum, quod ab humero vsque ad scamnum, in quo æger sedet, pertingit. Tertiò, quod spathe illa, qua sub humerum immittitur, non habet caput rotandum, sed lignum transversum præfixum, quod sub alam mittitur. Quartò, quod brachium non alligatur ambi seu spathe, sed solum ei incumbit: fascia verò quæ brachio luxato circumiicitur, ex vtroque brachii latere infra machinæ illi attractoriæ annectitur.

Plures reponendi modos, qui passim apud auctores occurrunt, breuitatis studio omittimus. Et licet ex his, quos enumerauimus, & aliis, nunc hoc nunc illo vti, prout præstò & ad manum sunt. Neque enim tutum est diu repositionem differre, donec operosa instrumenta conquirantur.

In anteriorem partem si fuerit humerus luxatus, iisdem ferè modis, quibus in alam prolapsus restituitur, extendendo nimirum humerum, eiusque caput in diuersa trahendo, & in cavitatem suam impellendo. In hoc solum differt, quod in hac luxationis specie humerus deorsum trahitur in partem posteriorem pellendus sit. Præcauere etiam sedulo debet Chirurgus, ne caput humeri in ipsa actione in alam procidat. Id quod fiet, si ala pila vel globo quodam iuxta magnitudinis expleatur. Et hanc operationem facilitate potest minister à tergo ægrotantis stans, & laqueo seu fascia valida & lata scapulam, ne ad extensionem humeri à Chirurgo factam simul consequatur, sursum trahens.

Humero reposito medicamenta phlegmonem coëscientia, ligamenta que laxa & molia constringentia adhibenda; de quibus parte præced. de fracturis, & supra, cap. 10. de luxationibus in genere, facta est mentio. Commodissimus fasciendi modus est, si pila è linteis vel stupa confecta, & medicamentis conuenientibus imbuta, sub alam, ne humerica put eò redeat, reponatur; hand prima fascia excipiat, postea semel vel bis circa articulum circumuoluatur; hinc ad scapulam ducatur; iterumque ad articulum descendet, & tandem, vt brachium magis sursum trahatur, & conseruetur, ad alterius lateris cernicem vergat, ibidemque ligetur, nec ante tertium vel quartum diem, nisi inflammatio aliud iubeat, soluitur. Soluta verò vel abiecta fascia, ceratum aliud quod, diapalma, videlicet, si æstas fuerit, vel, si hiems, barbarum, aut oxycroceum imponatur.

Tandem non prætereunda hic est summitatis latæ scapularum ossis luxatio, de qua Hippocrates, 2. scapularum de articul. sex. 62. hæc habet: *Is autem, quibus ossis summitas humerus auulsus fuit, os quod auulsus est, eminere conspicitur. Est autem os iuguli & scapule nexus. Quippe cum hac in parte diuersa hominis ab aliorum animalium natura sit. Medici igitur in hoc*

A vulnere maximè decipi consueverunt. Cum enim os auulsus emineat, superhumeralis humilis & concaua apparet: vt ab illis quasi humerus prolapsus sit, cura adhibeatur. Multos quidè ego noui Medicos in aliis sanè non malos, qui dum huius modi humeros conantur reponere, excidisse eos rati, multa damna vexando attulerunt, neque prius destituere, quam vel sententiam mutarint, vel reposuisse se articulum existimantes, quid facere deberent amplius, ignorarint. His curatio ea est, que aliis huiusmodi, ceratum, plagula, lintea: & deligatio in hunc modum facta. Urgendum deorsum os eminens est, eaque in parte plagula quamplurima imponenda, ac deprimenda quam maximè sunt, brachiumque ad costas in superiorem partem annectendum, atque ita detinendum. Hoc enim nullo modo maximè fit, vt accedere ac coire auulsus os possit. Sciendum tamen probè est, & prædicendum etiam, tuta hac esse, si aliqui volueris: propterea quod nullum neque paruum neque magnum nocementum ex hoc vulnere humero evenit: sed locus tantum deformior euadit. Quippe cum neque hoc os in pristinam sedem simili modo, vt natura erit restitui queat: sed necesse omnino sit, vt paulò vel multò turgidius in superiore parte efficiatur; neque aliud aliquod in eandem planè statum redeat, quod communicans cum altero ac coherens à pristina coherentia auulsus fuerit. Paucis diebus dolor in summo humero sedatur, si rectè deligetur.

C Hæc Hippocrates. Videatur etiam Galenus, in comment.

CAPVT VII.

De Cubiti & Radii luxatione.

Cum humeri capite inferiore Cubitus & Radius coniungantur. Cubitus per *σῆν ὀστέον*, hoc est, eam articulationis speciem, qua ossa iuncta sese inuicem excipiunt & excipiuntur. Sinus enim habet humerus parte inferiore duos, quorum anterior sine minor processum cubiti exteriorem suscipit; posterior verò siue maior posteriori eiusdem processui dicatus est. Pro radio verò excipiendo humerus etiam caput peculiare, exterius dictum obtinet.

Differentia.

E quibus facile colligere licet, Cubitum non solum perfecte & integrè luxari, sed & subluxari posse. Deinde in omnes quatuor loci differentias luxari posse, anterius, posterius, exteriorem, interiorem. Radius verò vt interdum cubitum in quancunque partem luxatam sequitur, interdum verò in suo loco persistit; ita nonnunquam solus à cubito, absque vlla eius luxatione, recedit.

Causæ.

Et aliarum partium luxatio à causis violentis fit, ita & hæc. Et cubiti quidem in anteriorem partem luxatio vt plurimum ex violenta & lubrica brachii extensione fit: in posteriorem ex violenta brachii inflexione; & a dextra vel iuxta ex brachii peruersione. Subluxationis causæ sunt humores ad articulum fluentes, qui cavitates ipsi cubito aut radio insculptas sensim implent, cubitumque vel radium è sua sede protudunt.

Signa diagnostica.

In quam partem cubitus luxatus sit, visu ta&uque

Humerus in anteriorem partem luxatus.

Cubiti & Radii luxatio.

Differentia.

Causæ.

Signa diagnostica.

Summitatum latæ scapularum ossis luxatio.

facile deprehenditur. Si enim in partem anteriorem A prolapsus fuerit, brachium est extentum, nec curuari potest; in parte anteriore tumor insolitus, in posteriore verò cavitas insolita conspicitur. His contraria eueniunt, si in posteriorem partem fuerit luxatus, brachium nimirum curuum est, nec villo modo extendi potest, tumor in posteriore, cavitas verò in anteriore parte apparet. Luxatio in partem anteriorem protuberantiam quoque in exteriori, sinum vero in interiori parte efformat. Contrà verò eminentia iusto minor in interiori, cavitas insolita in exteriori parte conspicitur, si in interiori partem cubitus excidit.

Si radius cubitum sequatur, iisdem signis cognoscitur. Si verò à cubito solum extra luxationem recedat, hiatus & diductio id patefacit, locus cauus est, digitoque sinum inuenire facile licet. B

Prognostica.

Prognostica.

1. Cubitus vti ob firmam ac stabilem cum humero coarticulationem ligamentorumque copiam ac robur non facile elabatur: ita prolapsus difficulter restituitur.

2. Cubitus luxatus nisi citissime reponatur, non solum varia & periculosa symptomata, dolorem nimirum intensissimum, inflammationem, febrem, conuulsionem, sed nonnunquam ipsam etiam mortem adfert.

3. Omnium luxationum, quæ in gibbo cubiti sunt, maximè periculosa & dolorifica est, quæ in posteriorem sit partem. Paulus Aegineta, *de re medic. lib. 6. cap. 115.*

4. Cum os cubiti ab altero osse diducitur, non facile restituitur. Neque enim duo ossa, quæ bina inter se coniunguntur, vbi dehiscunt, facile in pristinum locum redeunt; sed necesse est, ossibus sic diductis partem reddi tumidam, & ossa citò callo circumdari.

Curatio.

Curatio.

Cubitus in partem anteriorem imperfectè siue subluxatus moderatâ extensione & solo cubiti inflexu facilimè restituitur. Perfecta v. luxatio difficiliorè habet repositionem maioremque requirit apparatus. Primò enim extensio, & quidem obliqua, ne altum cubiti supercilium humeri caput lædat, à duobus ministris, quorum alter summum hæmerum sursum, alter verò cubitum deorsum; vel solis manibus, vel necessitate exigente habenis trahat, fieri debet. Deinde corpus aliquod rotundum à lacerti parte collocandum, super quod postea Chæirurgus brachium inflectendo, & citissimè cubitum ad posteriorem impellendo eum in suum locum restituat.

Cubitus in partem posteriorem luxatum Hippocrætes, *3. de fractur.* nonnunquam sola cubiti extensione subita & diutina se curasse affirmat: quæ si non sufficit, conueniente extensione facta cubitus ad interiora pellendus est.

In partem anteriorem vel interiorem prolapsus cubitus facilimè reponitur, si factâ extensione ab ea parte, in quam prolapsus est, in contrariam impellatur.

Idem reponendi modus obseruandus est in radii repositione, si cubitum luxatum fuerit secutus. Si verò ab eo solum discesserit, promittentibus palmarum partibus comprimendus, brachiumque ad naturalem figuram reducendum. Factâ repositione medicamenta conuenientia adhibenda, congruaque deligatio faciendâ, vt in genere supra, *cap. 1. distum.*

CAPVT VIII.

De Manus & digitorum eius luxatione.

Manus nomine hic brachiale & post brachiale, seu carpum & metacarpium intelligimus. Connectitur autem carpus cum cubito & radio per diarthrosin; cum motus ibi sit manifestus cum metacarpio verò cum ibi motus manifestus sit, per synarthrosin aut dubiam articulationem. Metacarpium seu postbrachiale connectitur cum digitorum ossibus iterum per diarthrosin; quia rotunda quatuor metacarpii ossium capita superficiem primorum digitorum ossium leuiter excavatam conspicere subintrant. Et hoc modo etiam ipsa digitorum ossa inuicem vniuntur.

Manus & digitorum luxatio.

Differentia.

Vnde facile colligere licet, carpum in omnes quatuor partes, anteriorem nimirum, posteriorem, & ad latera luxari posse. Metacarpii ossa omnia quidem introrsum & extrorsum luxantur, ad latera vero medierum duorum ossium prolapsus impediunt duo extrema ossa indicem & minimum digitorum respicientia; quæ duo verò solum in latera ab ossium vicinia liberum excidere possunt. Digitorum ossa iterum quatuor modis, introrsum nimirum, extrorsum, & ad latera luxantur.

Differentia.

Causa.

Vt aliarum luxationum, ita & carpi, metacarpii, ac digitorum luxationis causa est motus violentus aliquis, ictus, casus, peruersio, & contorsio.

Causa.

Signa Diagnostica.

Signa omnium partium manus luxatarum ferè communia sunt. Siue enim carpi, siue metacarpii, siue digitorum ossa in partem anteriorem luxata fuerint, tumor eò loci in anteriore parte apparet, digiti que flecti nequeunt.

Signa diagnostica.

Si in partem anteriorem exciderint, tumor etiam in posteriore parte conspicitur, digiti que ob tendinum & neruorum ad ipsos tendentium compressionem extendi nequeunt.

Si verò ad latera luxatio facta fuerit, tumor in ea parte, in quam prolapsus factus est, & depressio eius; è qua excidit articulus, apparet.

Prognosticum.

Luxatio harum partium periculosa non est; cum facile restitui in suum locum possint.

Prognosticum.

Curatio.

Carpio ossa, in quacumque parte luxata fuerint, etià absque omni extensione in suum locum reponi possunt, hunc in modum. Egri manus super tabulam vel mensam, & quidem prona, si ad posteriora, supina verò si ad anteriora facta fuerit luxatio, ponatur. Postea Chæirurgus vel palma, in corporibus scilicet tenerioribus, vel pedis calce, in corporibus robustioribus, articulum luxatum validissimè in contrariam partem impellat.

Curatio.

Eadem in metacarpii & digitorum ossibus reponendis ratio obseruatur, nisi quod minister aliquis altera manu digitos, altera verò brachium apprehendens leuem faciat extensionem. Repositis ossibus medicamenta inflammationem prohibentia articulosque firmantia adhibenda, membrumque conuenienter deligandum & reponendum est.

CAPVT IX.

De Femoris luxatione.

Femoris luxatio.

Femoris os omnium in corpore humano maximum & longissimū & parte superiore capite suo sat magno crasso & exacte semiglobofo, coxendicis sinui pro excipiendo hoc capite lat amplo & profundo, non solum exactissime per enarthrosin committitur, sed firmissimo ligamento quoque ex ipsius coxendicis sinu pronato & in angustum capitis femoris sinu implantato ipsi validissime vnitur, cum in finem, vt femur eò facilius & expeditius flecti, extendi, in latera moueri, & circumuerti, nec facile prolabi possit.

Causse.

Causse.

Femoris luxationis perfectæ causse sunt eadem, quæ luxationis humeri, nimirum externæ & violentæ, casus, ictus, vel alia violenta & indecens femoris extensio ac distortio. Imperfectæ verò luxationis causse sunt humores ad articulum hunc affluentes, eundemque sensim e sua sede protrudentes.

Differentia.

Differentia.

Excidit autem hic articulus in quatuor partes; anteriorem, posteriorem, sed rarius, cum acetabuli superciliū hac in parte altius sit; in partem exteriorē & interiorē sæpissime, cum eò loci superciliū humilius sit. Nonnumquam & femur subluxationem admittit, à causa interna; vnde cum P. Ægineta, lib. 6. de remed. cap. 118. scribitis, coxæ articulationem tantum luxationem, non subluxationem pati, id de ea solum, quæ à causa externa & violenta est, intelligendam. Videmus enim non raro ab affluxu humorum nonnullis ligamenta in femore laxari & emolliiri, vt ossis femoris caput in acetabulo firmiter contineri non possint, vnde subluxatio quædam sequitur.

Signa diagnostica.

Signa diagnostica femoris luxati, in partem anteriorem.

Si in partem anteriorem femur fuerit luxatum, tumor circa inguina apparet; cum caput femoris ad pubem incumbat: nates contra propter musculos cum femore ad pubem contractos rugosæ videntur; vrina, ob vesicæ à femoris capite compressionem, supprimitur, crus externum nec curuari nec ad inguina adduci potest; cum in ipso flexu sit femoris caput. Laborat etiam homo, si poplitem flectere cogatur, propter musculum priorem, qui oritur ab osse quod ad illa pertinet. Ille enim comprimitur, tensusque attollitur à femoris capite, cumque extendi amplius non possit, renititur. Alias quoad calcem & vniuersum crus sani longitudinem æquat. Nam femur e suo cavo recedens in priorem partem & paulò inferius venit; quo fit, vt læsum crus sani longitudinem æquet, id quod præsertim ipsis accidit ad calcem; digiti pedis non facile extendi, nec ad terram conuerti possunt, vnde in incessu arger calci solum inniti cogitur. Quibus verò ætate iam robusta articulus in hanc partem elapsus non restituitur, hi, cum dolor desinit, & articulus adulescit eo in loco contineri, in quem procidit, recti protius ingredi possunt sine baculo; ac rectè ex toto. Propter inguinis enim inflexibilitatem crure toto ingressu magis recto vtuntur, quàm cum sanum erat. Nonnumquam etiam pedem per terram trahunt; cum superiores commissuras, quæ ad inguen & quæ ad poplitem sunt, non facile flectant, quanquam pede toto inambulans. Quibus verò tenera ætate ar-

articulus elapsus minimè restituitur, iis femoris os magis minuitur, quàm tibiæ aut pedis. Minimum autem femur imminuitur: minuitur tamen caro vbiq; præsertim à posteriore parte.

In partem posteriorem.

In partem posteriorem si os femoris luxetur, dictis contraria signa adsunt, caput nimirum femoris in nates prolapsum e tumore circa illas partes visu tactuque deprehenditur; inguina contra laxiora apparent. Crus affectum, ob musculorum caput femoris ambientiam compressionem & tensionem extendi non potest, sanoque breuius redditur: calx terram non attingit, vnde etiam ægi nec stare nec progredi possunt, sed præcipientes retrorsum prolabantur, eò quod corpus in illam partem prolabitur, femorisque caput extra propriam locum constitutum corpori fulciendo e directo oppositum non sit. Curuare tamen homo crus potest, si dolore non prohibeatur. Cum enim femoris caput vi cum tota ceruice in magnum musculum natum, qui articulationem hanc extendit, expellatur, hic musculus prolapsum femoris caput admittens omnium maximè torquetur, cum sub ipso prematur distendaturq;. Quare necesse est inflammatione ipsum prehendi. Procedente autem tempore, cum musculus hic ab inflammatione soluatur, contrahitque humorem quandam glutinosum, pars eius, quæ articulum contingit, occalescit, & poples citra dolorem inflectitur. Insuper capite femoris in posteriorem partem luxato, crus & pes moderatè recta apparent, & neque hæc neque illæ multum inclinant.

Cæterum cum ætate iam adulta os femoris prolapsum restitutum non fuerit, vbi dolor cessauit, & articulus volui in carne consuevit, ambulare quidem potest homo: cogitur tamen vehementer, dum ambulat, ad inguina curuari, idque duplici de causa; quia & crus multò breuius redditur, & multum calx abest vt terram contingat. Nam si vel maximè teneo pede sustineri, nulli alteri rei innoxus, cadet vbiq; in partem posteriorem. Si verò ætate tenera articulus hoc modo rarus repositus non fuerit, femoris os breue efficitur, vitiatumque crus vniuersum, & minus augetur, ac gracilius redditur, cum nulli vsui sit.

Si femur in partem exteriorē luxatum sit, id his signis cognoscitur. Inter anam & scrotum cauitas & gracilitas, in clunibus contra tumor quidam conspicitur. Crus eò, quod femoris caput in locum altiore exciderit, breuius redditur. Genu cum tibia intrò spectat. Calx terram non attingit, vnde cum incedere vult æger extremis solum digitis innititur.

In exteriorem.

Esti adultis iam hic articulus non restituitur, sed caro, in quam articulus excidit, occalescit, dolorque propterea cessat, ingredi absque baculo possunt, ideoque cum crure vtantur, his caro minus offenditur. Quibus autem tenera ætate hoc infatum accidit, diligentem curam postulant. Nam si negligantur, crus vniuersum inutile efficitur, & minimè augetur, caro etiam totius cruris magis imminuitur, quàm in sano.

Tandem femoris in interiorē partem luxatio hoc modo cognoscitur: Crus longius est, si cum altero conferatur, idque duplici de causa. Ossi enim, quod e coxa sursum procedit, ad pectus non femoris caput inhæret, ceruixque articuli cavo sustinetur. Rursus ab exteriorē parte clunis cauus apparet, vt pote, quod femoris caput in interiorē partem exciderit. Extra rursus femur iuxta genu spectare cogitur in partem exteriorē: similiter crus & pes; cum in omnibus luxatis ossibus altera extremitas semper in contrariam partem spectet, atque ea quæ prolapsa est.

In interiorem.

Quibus hoc modo prolapsus est articulus, neque

repositus, dum ingrediuntur, crus in exteriorem partem circumagunt. Cum enim vitiatum crus longius reddatur, & ob imbecillitatem flectere prompte os nequeant, & ob dolorem reculent, superest ut in orbem circumagant.

Plura de his videantur apud Hippoc. 3. de art. à t. 63. vsque ad t. 105. quæ omnia adhuc transcribere breuitatis studio nolo.

Prognostica.

Prognostica.

1. Magnum femori periculum est ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus excidat. Cellius, l. 8. c. 20.

2. Antiqua femoris luxatio, quæ iam callum contraxit, & in qua sinus humoribus est oppletus, incurabilis indicatur.

3. Si ob humoris copiam in cauo collectam præter naturam id extendatur ligamentum, ut faciat femur sua sede moueri, vel si idem ligamentum ita ab humore laxetur, ut os in sua sede non possit continere, etsi os repositum fuerit, tamen in loco suo non manet, sed rursus excidit, si nimirum humor remaneat. Si vero humor exsicceat, articulus in sua sede remanere potest. De quo Hippocrates, 6. aph. 60. *Quibus diuturno dolore ischiatico vexatis femoris caput coxa excidit, iis femur contabescit & claudicat, nisi urantur.*

4. Idem fit, si ligamentum istud abrumpatur.

5. Si femur luxatum non reponatur, vicinæ partes sensim emaciantur. Nam & arteriæ ac venæ constringuntur, & comprimuntur, ut sanguini ac spiritibus liber ad partes illas transitus non pateat, & quia pars debito modo non mouetur, calor marcescit, unde nutritio partis non recte perficitur: & os femoris pro reliquorum ossium proportionem non augetur.

Curatio.

Curatio.

Cum eodem fere modo, quo humerus cum scapula, etiam femur cum osse coccygis iungatur: idem etiam fere in utrisque est reponendi modus. Æger subiecto puluinari vel culcitra in scamno aut mensa collocandus, pronus quidem, si extrorsum aut retrorsum luxatio facta sit; supinus, si introrsum, & in latus, sit antorsum. Fitque illa repositio interdum solis manibus absque vlla extensione, ut vel primo femoris caput circa illa tandiu circumrotetur, donec in suum acetabulum perueniat: (qui modus tamen ita tutus non est:) vel secundo, in luxatione scilicet in partem interiorem facta, crus citissime & validissime ad inguina flectatur, atque hac ratione prolapsum femoris caput extrorsum in suum locum pellatur. Si vero hisce modis nihil proficiatur, æger semper ita collocandus est, ut pars in quam prolapsum est femoris caput, sit superior, ea vero à qua recessit, sit inferior, postea conueniens fieri debet extensio: tandem vero femur semper via prolapsui contraria in suum acetabulum impellendum. Quomodo vero legitima & conueniens extensio vel manibus, in corporibus scilicet mollibus, luxatione recenti, vel etiam habentibus, laqueis, ac similibus, in corporibus scilicet robustis, & luxatione antiqua faciendâ, ex iis, quæ parte præced. cap. 11. de femoris fractura, dicta sunt, satis patet. Et quidem extensio quatuor luxati femoris speciebus communis esse potest: at capitis femoris in suum locum impellendi & restituendi ratio variat, pro partium, ad quas excidit, varietate. Nam quod introrsum excidit, extrorsum compellendum: quod extrorsum, introrsum, & sic de reliquis. Vbi os repositum fuerit, quod ex libera & sine dolore cruris motu cognoscitur, medicamenta, de quibus supra, cap. 1. in genere dictum, articulo imponenda, & fasciis articulus in suo loco continemus. Stramine etiam toruli, ut in fracturis, adhibendi, & vtrumque femur colligandum, ut luxa-

tum membrum in suo loco contineatur. Atque hic apparatus ante quartum diem non solvendus. Et æger satis diu in lecto se contineat, nec deambulet, ne intempestiua deambulatione os iterum excidat.

Plura videantur apud Hippocratem, Paul. Æginetam, lib. 6. cap. 119. Ambros. Paræum, lib. 15. à cap. 39. ad cap. 48.

CAPVT X.

De Luxatione Patellæ.

Femur parte sua inferiore duo insignia capita in posteriorem partem vergentia obtinet, quibus in duos tibiæ sinus superficiales tantum minimeque profundos, ac læui cartilagine incrustatos inseritur. Habet præterea etiam parte posteriore sinum quendam, cui tibiæ tuber inter duos sinus eminens inseritur. Ne verò ob laxiorem hanc, quæ fit per *γινωσκω*, articulationem, genu frequentibus luxationibus obnoxium fit, femoris & tibiæ ossi antè patellam præposita est, iisque beneficio crassiorum tendinum muscutorum tibiæ extendentium firmiter annexa, præterea tibiæ ossi ab externo latere fibula adstat, quæ parte superna in latere interno sinum habet cartilagine teatum, à quo capitulum laterale, quod sub superiore tibiæ appendice subsistit, excipitur: parte interna verò acuto suo angulo in sinum externum & oblongum inferioris tibiæ appendicis inseritur, malleolumque externum constituit. Cum ergo plures hic articulationes concurrant, etiam luxationes plures accidere possunt.

Et primò quidem patella, cum à lateribus nullum habeat obstaculum dislocationem eius impediens, in partem superiorem, inferiorem, exteriorem, & interiorem faciliè luxari potest: in posteriorem verò nunquam; cum tibiæ & femoris ossa, quæ ipsa tegit, obstant.

Causa.

Causæ huius luxationis sunt casus ab alto, saltus, percussio, indecensque tibiæ distensio.

Signa Diagnostica.

Patellæ luxatio faciliè visu & tactu cognoscitur, crusque rectè flecti & moueri non potest.

Prognosticum.

Cum laxior sit hæc articulatio, patella faciliè sedis sue restitui potest.

Curatio.

Ut patella in suam sedem reponatur, æger firmiter in planitie erectus stet: Cheirurgus vero manibus patellam à parte, in quam prolapsa est, in eam, è qua excidit, compellat. Vbi suo loco restituta est patella, medicamenta idonea imponenda, & splenis popitis cavitatis explenda, ne erus flecti possit. Mox canalis, præsertim à latere, id quod exciderat, ad ipsius patellæ figuram, circumponenda, ut æger genu flectere non possit. Vbi periculum amplius non est, ne patella iterum excidat, æger sensum genu rursus flectere aduascet.

CAPVT XI.

De luxato genu.

Genu luxatio.



Enu non solum subluxari, sed & perfectam luxationem pati potest: & quidem frequenter in partem anteriorem & exteriorem; raro in posteriorem; rarissime vero in anteriorem, & non nisi à causa violentissima, cum patella opposita id prohibeat, prolabitur.

Causæ.

Causæ.

Accidit hæc luxatio etiam à percussione, casu, saltu, cursu vehemientiore, & indecente tibiæ extensione, vel contractione & distortionem.

Signa Diagnostica.

Signa diagnostica.

In quam partem genu luxatum sit, facile recognoscitur: si quidem in latere, in quod articulus erupit, protuberantia, cavitatis vero in latere, è quo discessit, visu tactuque deprehenditur: figura deprauatur, crus est extentum, nec flecti potest, vnde motus necessario deprauatur, vel omnino operit.

Prognostica.

Prognostica.

I Genu si cum cubito conferatur, articulus, qui in genu est, ob eius iuncturæ modum sæpius excidit, & facilius reponitur. Ossium enim quibus vterque articulus continetur, structura arctior est in cubito, laxior in genu. Præterea multi processus, multi que sinus inter se commissi vndique cubiti committuram adstringunt: at in genu femoris tubercula in exiguos tibiæ sinus conuicuntur.

2. Eadem de causa luxatio genu minus periculosa est, nec inflammatio facile accidit. Nam cum inflammatio oriatur ob vim, qua ossa expelluntur, & iterum reponuntur, & hinc excitatum dolorem, quia in genu articulus & sine vi magna excidere & reponi potest, inflammationis periculum non est.

Curatio.

Curatio.

Genu in partem anteriorem & exteriorem luxatum mediocri extensione vel manibus, in luxatione recenti & corpore puerili, vel habentis, in luxatione non ita recenti & corporibus robustioribus, facta, ossiumque in contrariam, è qua exciderunt, partem, manu facta impulsione, non ita disliculter restituitur.

Retrosum vero facta luxatio commode restituitur, si æger supinus in scamno collocetur, & minister aliquis gloriæ linteum in poplitis cavitatem, qua parte os protuberat, collocet, osque prolapsum anteriora versus fortiter impellat. Chirurgus vero crus ægrum ambabus manibus apprehendat, subitoque ita inflectat & curuet, vt calx natæ contingat.

Genu subluxatum nulla vel exigua extensione, & in contrariam partem impulsione, in suum locum reponitur.

Vbi repositum est os, quod ex cruris libera extensione & cum altero genu comparatione cognoscitur: conuenientia medicamenta imponenda, & deligatio instituenda, ægerque ab incessu abstinere, donec à noua luxatione metus nullus amplius sit.

CAPVT XII.

De Fibulæ distractione.

Fibulæ distractio.



Fibula tibiæ adhæret, & vt capite præced. dictum, supra ad genu, infra ad astragalum. Distrahitur autem à tibia tribus

Operum Sennerti Tom. III.

A modis, nimirum in partem anteriorem, & in vtrumque larus.

Causæ.

Fit autem hæc diuulsio ex iis causis, à quibus genu luxari diximus; inprimis cum inter incedendum in loco lubrico pes non firmatur, sed inrosum vel extrosum nutans distorquetur. Idem ex casu ab alto vel percussione fieri potest.

Signa Diagnostica.

Tumor in parte, in quam fibula diuulsa est, apparet, & visu ac tactu deprehenditur, motusque læditur.

Prognosticum.

Repositio fibulæ facilis est.

Curatio.

Chirurgi enim manibus in suam sedem facile cogi & deduci potest, eam in partem prolapsam contrariam adigendo. Postea deligatio conueniens, appositis ei parti, in quam fibula prolapsa est, plagulis instituenda, & quies aliquot septimanarum ægro imperanda, donec ligamenta iterum confirmentur.

CAPVT XIII.

De pedis & eius ossium ac digitorum luxatione.



Pedis non in omnem illam corporis humani partem ab inferiore tibiæ parte ad extremos vsque pedis digitos exportetam intelligimus, quæ varia, variis modis inuicem coarticulata, ligamentisque membranosis connexa, continet ossa, talum nimirum, calcem, os naviculare, tarsum, metatarsum, & digitorum ossa. De quorum omnium luxationibus iam dicendum esset, verum quia tarsi, metatarsi, & digitorum pedis ossa hic eodem ferè modo, quo carpi, metacarpi, & digitorum manus ossa inter se inuicem vniuntur; iisdem quoque luxationibus subiecta sunt, easdem causas habent, iisdem signis dignoscuntur, & eodem modo reponuntur; Os vero naviculare eadem, quæ tarsi ossa, pati potest: operæ pretium non est, multa de his addere, sed ea, quæ de manus ossibus dicta sunt, his etiam applicari possunt. Quædam saltem de tali & calcis luxatione, cum his ossibus nulla in manu respondeant, addere libet.

Differentia.

Talus, vulgo astragalus dictus, cum tibia & fibula per *synsarcosin* iunctus, perfecte & imperfecte in omnem partem, exteriorem nimirum, interiorem, anteriorem, & posteriorem luxari potest.

Calx vero, siue calcaneus, talo substratus, frequenter quidem anterior & posterior, raro vero ad latera promouetur.

Causæ.

Luxatio harum partium fit à violento casu, ictu, aut alia inconueniente pedis distortionem. In specie vero calx luxatur, & ab astragalo diuellitur, si quis ex alto desiliens grauitur in calcem labatur & impingat, vel inter saltandum calci vehementer insistat.

Signa Diagnostica.

Talus si in partem exteriorem prolapsus sit, ima pars pedis in interiorem conuertitur: si in interiorem; contraria signa adsunt. Si luxatus sit in partem anteriorem, latus tendo calci subtenus durus est & intentus, pesque minor fit, & breuior, in posteriorem; contra calx ferè conditur, planta maior, pesque longior euadere videtur.

H H h h

Calcis luxatio ex dolore, figura partis deprauata, aetioneque læsa facile cognoscitur.

Prognostica.

Prognostica.

1. Talus sicuti faciliè luxatur, sic faciliè etiam reponitur, sed ob multitudinem ossium iuncturas componentium difficulter confirmatur.

2. Calcis luxatio maximè periculosa, est: si quidem venæ, arteriæ, & nervi grandiores, quos excipit, nec non tendo; qui ei annectitur, faciliè in contusum trahuntur, unde deliria, tremor, conuulsio, febres, & alia plurima mala excitari possunt.

Curatio.

Curatio.

Tali repositionem commoda præcedat extensio, siue illa fiat, manibus ministrorum, quorum alter pedem, alter vero tibiam apprehendat: siue habentis vel aliis machinamentis deorsum trahentibus. Postea Chirurgus articulum in partem contra-

riam, è qua excidit, compellat, conuenientemque deligationem instituat. Ager in hac luxatione diutius in lecto detinendus, vt musculi distenti ligamenta que laxiora reddita, iustum robur acquirant, totique corpori ferendo paria esse possint: id quod ante diem quadragesimum vix contingit.

Calcaneus etiam leui extensione facta in pristinum locum reponitur: repositus ita vincendus, vt humores abundantes ab eo ad alias partes depellantur: tandiu etiam in quiete detinendus æger, donec articulus hic restitutus probè confirmatus fuerit.

Plura de luxationibus videantur apud Hippocratem, in libris de articulis & fracturis, & Galenum in commen. Oribasium, de machinamentis, Celsum, libr. 8 c. 11. vsque ad finem libri, Gabrielem Fallopium, tract. de luxationib. Ambr. Paræum, lib. 15. & alios.

F I N I S.

C O N C L U S I O.

DE libro isto, quem nunc accipis, Lector beneuole, absoluendo ferè omnem cogitationem deposueram. Et si enim superiores quatuor non paucis doctis Viris, quorum mens ab inuidia libera est, non ingratos fuisse sciam: reperti tamen etiam sunt, quorum calumnias & obrektiones euitare non potui, quocumque etiam modo me compararem. Si enim aliquid præter vulgatas opiniones, veritatis inuestiganda studio liberè proposui, Nouator & Paradoxologus ipsis habeor. Si veterum sententias recenseo & explico, ex aliis mea transcripsisse dicor. Vicerunt tamen amicorum seu preces seu monita, vt laborem hunc in manus resumerem, & criminationes istas floccipenderem. Cum enim infelicius nihil sit iis ingeniis, vt rectè I. Cas. Scaliger, exercit. 306. censet, quæ mordicis sentiunt, Maiores nostros nihil ignorasse: mancipium alienarum opinionum numquam esse volui. Contra nec me puduit, ab aliis discere, & quedam ex iis in mea scripta transferre: quod omnibus seculis ab omnibus Viris doctis factitatum video, neminemque adhuc inuentum existimo, qui omnia, quæ in publicum edidit, in suo cerebro nata esse gloriari potuerit. Inuenient tamen, qui volent, in meis aliqua, eaque à veritate non aliena, quæ in aliorum scriptis forsitan non ita sunt obuia. Verum omnibus placere impossibile: & vt Iul. Cas. Scaliger, Epidorpid. lib. 3. ait.

Qui seuit, ab alto pluuiam satis precatur:

At iter faciens imbribus imprecatur atris.

Non sæpe Deus placet; & tu placere credis?

Ideoque inuidorum obrektionibus nihil motus, & librum hunc quintum Practicæ in publicum edo, ac sextum iam in manus sumam, & in eo, quousque Deo Opt. Max. placuerit, progrediar. In quo ipso etiam etsi non pauca, quæ obrektioni maleuolorum & inuidorum obnoxia esse poterunt, dicenda erunt: proferam tamen ea liberè, & veritatis patrocinium nec hic deseram, nec Zoili conuiciis me ab hoc labore ad ferram contentionis cum eo reciprocandum auocari patiar, sed posteritati, quæ sine affectu iudicabit, iudicium omne relinquam.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit.

• TIBI SIT GRATIA ET GLORIA, DOMINE IESV.

DE
MORBIS

OCCULTIS,
LIBRI VI.

PARS PRIMA.

AUTHORE
DANIELE SENNERTO

VRATISL. SILES. D. ET

Medicinæ in Academia VVittebergensi
Profess. ac Sereniss. Elect. Saxon.
Medico.

De Morbis occultarum Qualitatum in Genere.

MORRIS

OCCELTIS

LIBRARI

NEW YORK

W. W. MORRIS

DAVID R. SENNETT

NEW YORK

112 N. 3rd St. N. York, Pa.

© 1900 by David R. Sennett



LIBRI SEXTI
DE
MORBIS OCCULTIS,
PARS PRIMA.

De Morbis occultarum Qualitatum in Genere.

CAPVT I.

An dentur actiones à totâ Substantiâ, seu Qualitatibus occultis.



FORMAS per qualitates efficaces esse, tritum Philosophorum, & ab omnibus concessum axioma est. Quot verò qualitatum illarum genera sint, & vnde quæque oriuntur, non ita planum est. Earum autem differentiarum inuestigantur, si inquiratur: An dentur actiones in rebus naturalibus, quæ ad qualitates manifestas, seu primas dictas, siue simplices, siue ab iis oriundam temperiem reduci non possunt. Equidem nonnulli in eo valdè laborarunt, vt omnium ferè, qui in Naturâ rerum occurrunt, effectuum causas ad qualitates primas reducerent. Quod & Pelops, Galeni Præceptor, tentauit, qui ambitione magi à iactauit, se omnium talium (de fluuiatiliu cancerum cineris vi contra canis rabidi morsum tractat ibi Galenus) causas nouisse: Verùm Galenus eum, lib. 11. de simpl. med. facult. meritò reprehendit Et qui id tentant, illis plerumque euenit id, quod de Epicuro & Asclepiade Galenus, lib. 1. de natural. facultatib. cap. 14. scribit, vt rationes vel ineptas & ridiculas afferant, vel ea regent, quæ etiam experientiâ confirmata sunt. Itaque Galenus actiones à manifestis qualitatibus ab iis, quæ à totâ Substantiâ sunt, distinguit. Etenim, lib. 3. de simpl. med. facult. cap. 6. scribit: Et alia in locis sanè in aliis tractatibus demonstratū est nobis, amicus quas dicit pugnantiâsque qualitates omnibus rebus inesse, ac quod familiare est, expediri assimilari; quod verò contrarium est, ad internecionem ducere tum animalia, tum plantas; præterea familiaritates illas à totius Substantiæ proprietate oriri. Et lib. 3. de simplic. medic. facult. c. 1. Ostensum est, inquit, medicamenta esse nata alterare aut vnâ qualitate, scilicet aut calescendo, aut frigesaciendo, aut humectando, aut siccando, aut dictarum coniugatione quâdam, aut totâ suâ Substantiâ, sicut complura lethaliu venenorum, nec pauca alexiteriorum, seu amuletorum, tum pugnantiâ omnia. Quod etiam repetit, eodem lib. cap. 17. 18. 19. 23. Idem docet 6. 8. 9. de simpl. med. facult. 1. de compos. medic. secund. gen. cap. 12. lib. 2. de compos. medic. secund. loca. cap. 2. lib. 13. meth. med. cap. 6. & alibi. Idem alij Clarissimi quique Philosophi & Medici docuerunt.

Operum Sennerti Tom. III.

A Alexander Aphroditæus, in Proxio Problematum, infinita in terminaturâ existere scribit, quæ solâ experientiâ cognoscantur, & propterea à Medicis arcaicæ proprietates appellentur, eosque reprehendit, qui talem effectum & causas ex elementorum qualitatibus afferre conantur, eosque prauè solutiones componere quamplurimas, quæ inutiles & improbabiles plane sint docet. Auicenne, sen 2. delect. 2. sum. 1. cap. 15. vbi de iis, quæ totâ substantiâ agere dicuntur, tractat, illarum operationem non provenire ex qualitatibus primis, neque ex temperamento inde orto, sed à formâ specificâ, post complexionem adueniente, scribit; quem Mesues & alij Arabes sequuntur.

Alexandri Aphroditæi.

Auicennæ & Arabum.

B Superiore verò seculo prolixè & eruditè sententiam hanc defendit Ioan. Fernelius, Medicus doctissimus, in libris duob. de abdit. rer. causis. qui in prefat. lib. 1. scribit, multos quidem atomos Democriti ridere, sed Democritum, si vitam cum morte commutare posset, multò magis hæc, quæ putamus elementa, (quatenus scilicet ex iis effectuum omnium naturalium causas nonnulli deducere conantur) suo more risurum. Acutissimus Iul. Cæs. Scaliger, exerc. 218. sect. 2. ad manifestas omnia deducere qualitates summam impudentiam esse scribit, & exerc. 101. sect. 14. Cardanum ita alloquitur: Quis te malus genius Alexandraus adegit eò, vt miserè diceret, solâ elementorum permissione fieri posse, vt ferrum trahatur à Magnete? Et in lib. 1. de plantis, ac Saporibus agens, hæc habet: Quòd si quis dicat, ex qualitatibus quatuor conspiratione confici saporum, respondeat; an in elemento quopiã, quòd elementum est, sapor insit non sanè inest. Cæterum quemadmodum neque vita prodit ab elementis, neque risus, neque sensus, neque intellectus, neque motus voluntarius, sed à formis aliis, quàm elementaribus; ita sapor quoque. Et si nihil esset, quod nobis persuaderet, alias esse qualitates occultas ab elementaribus, saltem in venenis decuit acquiescere. Idem Scaliger, exerc. 218. sect. 8. ait: Eorum namque multa diuersas habent ab elementorum qualitatibus proprietates quæ omnino latent animos temperatos, illudini curiosis. Et Thom. Erastus, de occult. med. proprietat. cap. 4. scribit: Eos, qui omnia ad manifestas qualitates deducere conantur, nihil consequi, quàm quod ab omnibus veritatibus studiois, & rerum naturalium scientibus meritò derideantur. Mihi si quod sentio, liberè dicendum, vix vllam rei Phyllicæ damnosiorum, & quæ optima ingenia irrito & inani labore magis fatiga-

Fernelij.

Iul. Cæs. Scaligeri.

Thom. Erasti.

Autoris

Andertur qualitates occulte?

Sententia Galeni.

uerit, in Physicam irreplisse puto opinio-
nem, quam illorum, qui omnium eorum, quæ in
rebus naturalibus accidunt, causas è qualitatibus
manifestis, & quatuor elementis reddere conati
sunt.

Exempla
occulta
rū quali-
tatum.

Verum ne hoc sine ratione pronunciaſſe, & lau-
dati modo Viri sine causa ſtatuiſſe videantur, rem
ipſam penſitemus. Occurrere profectò multas
actiones admirandas in rerum naturâ, & multa in
naturâ fieri, quæ ſupra vires elementorum ſunt,
adeò notum eſt, vt hominis vel imperiti & ignari,
vel impudentis ſit, talia negare, vel in dubium vo-
care. Magnes trahit ferrum, & quidem Magnes Ar-
matus vix vnciarum duarum plus quàm libram ferri
trahit, & id continuò à ſe pendulum ſuſtinet, nec
vnguâ decidere permittit. Nonnulli ita feles auer-
ſantur, vt etiam alicuius ciſtæ incluſe, & quâ nun-
quam viderunt, præſentiam ferre non poſſunt, vt ni-
ſi ea amoueat, frigidi ſudores ipſis erumpant, &
animi deliquium imminet. Quæ ſit medicamento-
rum purgantium vis, nemini ignotum, puta, ali-
quod è fortioribus paucorum ſaltem granorum
ſumptum purgans è corpore humores, copioſè eua-
cuat. Quam pauca opii grana in corpore mutatio-
nem efficiant, & quantam narcotiſm excitent, nec
tyrones Medicorum latet. Nouiſſimum itidem, quæ
venenorum vis ſit, & quomodo aſpidis, ſcorpium, &
aliorum venenatorum animalium tantilla veneni
portio in corpus humanum immiſit id totum immu-
tet, hominique citam mortem afferat. Veneni canis
rabidi exigua portio, vbi in corpus humanam ſeu
morſu, ſeu ſaliuâ delatum penetrauit, quàm longo
tempore deliteſcere, & quàm graua ſymptomata
excitare poſſit. *lib. 1. part. 2. lib. 16. dictum.* Quàm ad-
miranda etiam phalangij, ſeu tarantulæ morſus in-
ducit ſynptomata, *ibid. c. 17. relatum.* Et quid
multa de aliis venenis afferre opus eſt? Exigua par-
ticula veneni peſtilentis, quamdiu in fomite aliquo
deliteſcere, & corpori humano communicatum,
quàm ſubitò hominem iugulare poſſit quotidiana
experientia teſtatur. Et certè ſi nihil aliud perſua-
deret, quàm fruſtra temerè multi inſtituerint, om-
nia ad manifeſtas qualitates deducere, ſaltem ve-
nena & eorum remedia docere poterant, vt mo-
dò è Scaligero. *c. exerc. 218. ſect. 3. dictum.*

Rationes
pro oc-
cultis
qualita-
tibus.

Ex quibus omnibus concludimus, actiones has
longè alias & diuerſas eſſe à qualitatibus manifeſta-
rum actionibus. Primò enim toto genere diuerſe,
hæ actiones. Elementa ſaltem calefaciunt, frige-
faciunt, humectant, ſiccant. At hæ actiones lon-
gè aliæ ſunt. Magnes trahit ferrum, ſcammonium
purgat, opium ſoporem inducit, venena varia &
grauiſſima ſymptomata, & quidè alia & alia in cor-
pore humano excitant, imò hominem ſubitò iugul-
ant. De quo Galenus, *6 Epid. comment. 6. text. 5. &
3. Temperam. 4. expreſſè ſcribit, quod deleteria ne-
quaquam eodem modo agant, quo ignis & aqua,
ſed totius naturæ ſuæ contrarietate. Et lib. 5. de
ſimpl. med. ſacult. cap. 1. 12. & 19. ſcribit, quod ſint,
quæ totâ ſubſtantiâ nobis contraria ſunt. Secundò
modo agendi planè ab elementis diſcrepant. Ne-
que enim elementa, eorumque qualitates ſuas vi-
res in exiguo corpore inſigniter exercere poſſunt.
Et ſi enim ſummè calidus eſt ignis, nix ſummè frigi-
da; tamen, vt rectè Galenus, *3. de Temper. cap.
4. ſcribit, ſi quod horum prorsus exiguum eſt,
nullam euidentem in corporibus noſtris exci-
tant effectum; imò ne in maiore copia talia,
vel calida, vel frigida, vt piper, nix, aqua frigida
hominem enecant. Tertio eadem elementa tam
ſubitas in corpore mutationes non efficiunt; at ve-**

na quædam in minimâ quantitate hominem ene-
cant ſubitò, vel grauiffima ſymptomata excitant,
idque citiſſimè præſtant, de quo Galenus, *lib. 1. de
ſem. cap. 16. ſcribit: Minima portioſcula humoris leſha-
lium venenorum, qua Deleteria appellantur, vbi animalis
corpus ingreſſa fuerit, totum id momento temporis immutat,
Idem, 3. de locis affect. c. 7. inquit: Quis crederet, vel à
Scorpionis infixo aculco, vel à phalangiorum iclibus totum
corpus ingenti & inuſitata inuentione affici, niſi ſepenum-
ero id accidere videret, præſertim minimam quandam rem
feris in ipſum demittentibus? Et paulò poſt: Mæſeria tur-
turis, quem admodum & terreni ſcorpium aculeus in partem ex-
teream, acutiſſimam illam quidem ſiſtur, vbi nullum fo-
ramen eſt per quod venenum deſeipſi poſſit: neceſſe eſt tamen, vt
excogitemus ſubſtantiâ quandam eſſe, aut ſpiritualem,
aut humidam, quæ vt mole minima, ita facultate quàm ma-
xima eſt. Et Alianus, *lib. 9. de Animal. cap. 57. refert,
morſuum veſtigia, quæ aſpis imprimit, tam obſcu-
ra & parua eſſe, vt indicia vix acri oculorum acie
deprehendantur. Et Iul. Cæſ. Scaliger, exerc. 153.
ſe ct. 11. vt & Hieronymus Mercurialis, *lib. 1. de ve-
nen. c. 6. ſcribunt, In Nubiâ, & quæ eſt Æthiopia
ſub Ægypto, venenum eſſe, cuius grani vnus de-
cima pars hominem, vel vnum granum decem ho-
mines, intra horæ quadrantem enecet, aut vnum
vni homini propinatum, illum ſtatim interimat.***

C A P V T II.

Denomine & Naturâ occultarum
Qualitatum.



V M ergo ex his pateat, dari effectus
multas in natura, qui à qualitati-
bus manifeſtis deduci non poſſunt, re-
ctè in Scholis Phyſicorum & Medi-
corum qualitates diuiduntur, quòd aliæ ſunt ma-
nifeſtæ, aliæ occultæ. Manifeſtæ ſunt, quæ ſenſi-
bus externis, tactui imprimis, ſunt obuiæ, eoque
perceptibiles, quales ſunt caliditas, frigiditas, hu-
miditas, & ſiccitas, & aliæ ex elementis proximè
ortæ. Occultæ ſeu abſtruſe & abditæ qualitates
ſunt, quarum quidem vim ex operatione & effectu
percipimus, eas tamen ipſas ſenſu non apprehen-
dimus. Qualis vis eſt in medicamentoſis purganti-
bus, item venenis, quorum noxa, quam inferunt
corpori, etſi ſatis manifeſta eſt; earum tamen actio
ſenſibus externis non percipitur, ſed latentè & oc-
cultè corpus afficit. Qualitates has ſpecificas, alij
proprietas, alij ſubſtantiæ proprias facultates,
Galenus paſſim à totâ ſubſtantiâ agentia, ſeu ſub-
ſtantiæ proprietas, *ιδιόματα τῆς οὐσίας*, vel totius
ſubſtantiæ familiaritate, & ſimilitudine agentia
nominat, & de iis aliquando ſe librum ſcripturum,
*lib. 11. de ſimpl. me. 1. ſac. pollicetur, imò. 6. Epid. com-
ment. 6. text. 5. allegat illum librum, in quo de iis,
quæ *ἄτι τῶν ιδιόματων ὡς ὕλης οὐσίας* proſunt vel noceant,
dictum ſit: qui tamen iniuriâ temporum ad nos non
peruenit.*

Manife-
ſtæ qua;
litates

Occultæ
qualita-
tes.

Qualita-
rum oc-
cultarum
Nomina

Quid autem ſint à totâ ſubſtantiâ agentia, aut
cur dicantur talia, non ita planum eſt. Galenus
primis qualitatibus ea apponit, & tum paſſim ali-
bi, tum *5. de ſimpl. med. ſacult. cap. 1. ſcribit: Oſten-
ſum eſt, medicamenta alterare nota eſſe, aut vnâ qualitate,
ſcilicet aut calefaciendo, aut frigeſaciendo, aut humectan-
do, aut ſiccando, aut diſtarum coniugatione quædam, aut
totâ ſubſtantiâ ſuâ. Et ibid. cap. 19. Alierant, inquit,
medicamenta, aut vnâ qualitate, aut duarum coniugatione,
aut denique totâ ſubſtantiâ. Quæ tamen tota illa ſub-
ſtantiâ, ſit, non explicat niſi quod alibi: *ιδιόματα τῆς οὐσίας*
nominat. Ludouicus Mercatus, *tom. 1. lib. 1. p. 11. 2.**

Agentia
à tota
ſubſtan-
tiâ quæ?
ſenten-
tia
Galeni.

Mercat.

class. 1. art. 2. quæst. 35. duplex temperamentum statuit, vnum, quod ex qualitatum primarum mutuâ alteratione resultat, alterum quod ex commixtione substantiarum elementorum ad minima fiat, quâ totum efficiatur, quod sibi sit vndiquaque simile confusas in se continens qualitates; seu quod sit substantiæ quidam modus, qui grauitatem, duriciem, crassitiem, mollitiem, & similia alia accidentia præ se ferat. Atque duobus hisce temperamentis duplex morbi genus opponi statuit; qualitatum illi intemperiei morbos intemperiei, huic morbos à totâ substantiâ, sicut prolixius hanc sententiam *loci alleg. & in Instit. lib. 2. part. 1. cap. 4.* videre est. Verùm temperiem cum mixtione videtur confundere, aut si omnino alia adhuc qualitates, præter primarum temperiem, in misto reperiantur, ita vt in vno misto sit plus ignis, in alia plus aquæ, in alio plus terræ, atque in eodem misto aliud sit crassius, aliud tenuius, aliud durius, aliud mollius, qui substantiæ modi dici possunt: tamen accidentia illa potius patiendi, quàm agendi sunt principia, & materiam spectant, & si quid tale mistum agit, illud per temperiem agit primarum qualitatum, neque ab isto substantiæ modo tam nobiles actiones deduci possunt, neque ex eo ratio reddi, cur Magas trahat ferrum, rhabarbarum purget bilem, opium sit narcoticum. Non multùm ab hac sententiâ discrepat Andr. Cæsalpinus, qui *lib. 3. art. med. cap. 2.* quid sit agere secundum totam substantiam, hoc modo explicare conatur. Primò supponit, non posse accipi per totam substantiam formam misti, è temperamento prodeantem. Nam piper & allium in quarto gradu esse calida & sicca, non tamen esse deleteria, vt auripigmentum. Deinde statuit, totam substantiam significare non solùm formam sed simul materiâ. Tertio per formam accipit temperamentum proprium ex calido, frigido, humido, sicco, & essentiâ omnium effectricum facultatum esse primas qualitates, & omnes actiones & passiones simularum esse opera primarum qualitatum statuit. Per materiâ autè intelligit condiciones materiales, vt crassum, tenue, graue, leue, materiâ metallicam aut plantarum, aut animalium, vnde facilitas ad agendum vel patiendum. Quæ facillè mutantur in substantiam corporis nostri, familiaria dici, scribit, vt alimenta; quæ difficillè, inimica, vt medicamenta; quæ nullo modo, inimicissima, vt venena. Vnde concludit, differre primas qualitates à totâ substantiâ, vt formam per se sumptam, & adiunctâ materiâ, vel vt totam & partem. Piper igitur & allium, etsi habeant temperamentum nostræ naturæ maximè contrarium: quia tamen habent materiâ familiarem, leuem & tenuem, facillè conuertibilem, inde eorum feruorem extinguere, nec esse deleteria. Cantharides verò ob crassitiem integras vires retinere ad vesicâ, & exulcerare. Auripigmenti materiâ esse maximè grauem, & metallicam, nec conuerti posse à nostro calore, ideoque non extingui eius feruorem, sed instar ferri igniti corpori nostro incumbere totâ substantiâ. Verùm cum ipse animaduertet, à materiâ actionem nullam prouenire, dubitat, quomodo actio à totâ substantiâ materiæ adscribi possit, respondetque ad primas qualitates pertinere omnem actionem, ad materiâ propensionem facilitatem & difficultatem, ad patiendum sympathiam & antipathiam, v. g. ærea cum spiritibus conuenire, oleum cum resinis & pinguis, aquea cum humoribus, terrea cum solidis, proprietates autem totius substantiæ magis in materiâ consistere, quàm in temperamento. Tandem qua-

A tuor materias constituit, quæ totâ substantiâ aut conueniant cum corpore nostro, nã aliena sint. Primò medicamenta purgantia conuenire scribit cum humoribus, quos trahunt, non formâ; cum nulla sit similitudo substantiæ in temperamento ellebori & atræ bilis, colocynthidis & pituitæ, sed materiâ. Purgantium enim materiâ facillè conuerti in humores, quos trahunt ob affinitatem. Trahunt, inquit, humores temperamento calido, sed similitudine substantiæ proprios humores. Eadem purgantia aliena sunt à corpore nostro tota substantia, quæ non nutriunt. Secundo alimenta conuenire cum corpore nostro, statuit, & temperamentum, quod mediocre est, & materiâ, quæ facillè conuertitur. Tertio, ait, sunt malefica & venena, ex toto aliena, & temperamento & materiâ. Tandem alexiteria statuit, partim conuenire cum venenis, partim cum corpore nostro. Cum venenis conuenire materiâ inalterabili, cum corpore nostro temperamento in medioeritate.

Verum mirum, tantum, vt habetur, Philosophum & Medicum, in quæstione tam graui tam crasse Philosophatum esse, & tam grauius errasse. Nam primò valde errat, quod formam statuit temperamentum proprium ex calido, frigido, humido, sicco. Forma enim substantia est, temperamentum accidens. Deinde non minùs errat, quod omnes simularum actiones & passiones opera primarum qualitatum esse statuit, atque à caliditate etiam vim purgandi deducere conatur. Etenim dari effectus, qui ad nullas qualitates manifestas reduci possunt, supra satis probatum, vt hic repetere opus non sit. Tertio & in eo grauius impingit, quod totam substantiam potius materiâ, quàm formam esse dicit, eâque saltem facilitate vel difficultate agendi describit. Equidem libenter concedimus, quod qualitates primæ, pro varia materiæ dispositione, vario modo agunt, & quod ignis in ferro candente vehementius urit, quàm in stipulis. Verùm dum de actione à tota substantia disputatur, non quæstio est de facilitate vel difficultate agendi, sed de ipsa actionum natura: vbi rectè statuimus, & supra satis probauimus, planè & toto genere differre actiones, quæ à qualitibus primis, & quæ à tota substantia fieri dicuntur. Actiones enim Magnetis, purgantium medicamentorum, venenorum, alexipharmacorum omnes diuersissimæ sunt ab actionibus, quæ à qualitibus primis proueniunt, & pendunt à suis formis, non à materiâ. Distinxit certè clarissimè Galenus actiones à tota substantia dictas, ab actionibus qualitatum primarum. In libris *de simpl. med. fac.* plurima loca sunt, in quibus distinguit agentia à tota substantia ab agentibus per primas qualitates. Et *13. meth. med. c. 6.* venena ab ea, quam ibi tractat, methodo esse seiuncta, nec methodo inueniri posse naturas eorum, docet. At certè & qualitates primæ, à quibus Cæsalpinus omnem vim agendi, & secundæ, à quibus facilitatè & difficultatem agendi deducit, methodo inueniuntur, & iis sua medicamenta per Indicationes inuenta opponuntur, & propterea methodo curantur. Id quod non solum allegato loco, sed & ad *Thrasibulum. c. 8.* negat Galenus, vbi scribit; *Eorum, quæ contraria qualitate sunt, methodus est; eorum verò, quæ à substantiâ sunt aduersa, methodus non est, sed omnia per experientiam sunt inuenta.* Methodus eam est per Indicationem, hæc autem supponit naturam Indicantis notam. Actio igitur à tota substantia est, quæ non prouenit à primis qualitibus, vt præ quæ sunt accidentia, & pertinent ad dispositionem substantiæ materiæ, in rebus naturalibus com-

Cæsalpinus.

positis, sed quæ ab ipsâ rei essentiâ provenit. Equidem totius substantiæ nomen totum mistum significat; cui definitionem & individuationem tribuit, & ab illa proficiscitur operatio propria: primariò tamen illa fluit à formâ, & quidem vt Auicennas ait, à formâ elementis superueniente. Quartò & hoc falsum, quod ea saltem, quæ facillè conuertuntur, in substantiam corporis nostri, familiaria dicantur; quæ verò difficulter mutantur, medicamenta; quæ nullo modo, venena, & corpori nostro inimicissima sũt. Etenim dantur multa terrarum & lapidum genera, quæ nullo modo in substantiam corporis nostri mutantur, & tamen nullo modo venena sũt, idèò, quia formâ illa, & vi agendi nostro corpori aduersâ destituuntur: contra verò cicuta, napellus, & similia non ita sunt crassa, & grauiâ & densa, vt lapides, & nihilominus maximam agendi & corpori nostro nocendi vim habent. E quibus omnibus apparet, falsa esse pleraque, quæ de quatuor generibus eorum, quæ totâ substantiâ cum corpore nostro conueniunt, aut ab eo aliena sũt, dicuntur. Falsum enim purgantia per calorem trahere. Hunc verò humorem ob materiæ dispositionem. Quæ enim conuenientia in materiâ est ellebori albi cum atrâ bile? Quæ scammonij, cum bile flaua? Quæ mechocainnæ, & gummigotte cum serosis humoribus? Falsum, vt dictum, quod venena idèò sũt venena, quia sũt immutabilia. Dantur enim, quæ sũt mutabilia, & nutriunt, vt cicuta, quæ sturnis, elleborus, qui coturnicibus alimentum est: & tamen sũt venena. Contra dantur lapides & terræ, quæ sũt immutabiles, & tamen non sũt venena. Falsum tandem, quod alexiteria conueniunt cum venenis materiâ inalterabili, cum corpore nostro mediocritate temperamenti. Nam multa plantæ sũt alexiteriæ, quæ à corpore nostro alterantur, & multa dantur alexipharmaca, quæ non sũt temperata, vt ruta, angelica, scordium, theriaca, Mithridatium, & plurima alia.

Franciscus
Valleri-
riola.

Rectius longè de totâ substantiâ sensit & scripsit Franciscus Valleriola, in comment. in lib. Gal. de consuet. art. pag. 421. Verba eius integra adscribere libet: Non enim, inquit, ab He. actij lapidis aut qualitatibus elementaribus, aut miscella ex illis fieri attractio fit; sed magis ab illius substantiâ, & specificâ formâ, p. cuiusque illâ vi ac potestate celestis illius forma indita, per quam id cœlius operatur. Vi à nullo Philosophorum alia reddi effectio huius ratio vsquam possit, quam quod hac substantiâ id virium à formâ suâ specificâ cœlius illi attributa habeat, vnde id suapte naturâ efficitur quæat. Vi scammonio bilem detrahendi, cuius pituitam, elleboro atram bilem. Itaque quicumque meri. o sua ipsorum formæ vnum quippiam, quod illi peculiare sit ac proprium, id quidem à totâ substantiâ iure merito operari dicuntur: quod in nullam aliam, quam in propriam r. i. agentis substantiam referri ea actio possit. Nam cum forma rei diuinius aliquid temperamento sit, vt Plato & Aesclepius, Auicennæque vuluerunt, necessarium quidem est, quod à formâ essentiali (quæ tota rei substantia est) efficitur; id sublimiore quodam modo, atque etiam occultiore fieri: nempe quod occulta sit nobis ea substantia atque forma, vnde operatio ceu à propriâ causâ manat. Vnde huiusmodi cœcæ causam, & cœcæque potestatem, cœcæque etiam proprietatem, quæ ralem naturam insequitur, vocare solemus, quod sensibus nostris obuia ea natura non sit, minùsque perfectâ, atque ob illâ apertam ralem actionum rationem reddere minime valeamus, nisi hac vnam tantum, à verâ cognitione atque scientiâ valde remotam, quod hoc illi sub-

stantia atque natura proprium sit; vt equo hinnitus, gruinus suis, bobus mugitus, ouibus balatus, elephantibus bariatus, canibus latratus, hominibus risus. Cur verò sic? nemo quisquam, nisi qui solus omnia nohit, Deus Opt. Max. idèmq; sapientia sors sciuit vnquam, præter id solum quod proprietates hæc & actiones suas formas & rerum naturas, quibus insunt; perpetuo sequantur. Summa: Valeriola in eâ sententiâ est, & quidè rectè sentit, agentia à totâ substantiâ ita dicta esse, quod virium harum nulla alia causa sit; & reddi possit, quàm forma substantialis. Quæ sententiâ ipsa tamen aliquâ adhuc explicatione indiget. Etenim & ipsæ elementares qualitates à suis formis fluant. Verum, cum de agentibus à totâ substantiâ dictis sermo est, non queritur de elementis; vt corporibus simplicibus, aut de mistis ex elementis simpliciter, sed de rebus naturalibus compositis perfectioribus, quæ alia supra elementa formas habent. In his ergo etiam quoque dantur actiones, quæ à temperie qualitatum primarum fluant: tamen quia qualitates primæ ab elementis pendunt; elementa verò in corporibus naturalibus aliis non rei substantiam perficiunt, quod formæ nobilioris est, sed materiæ loco sũt, & nobiliori formæ subiacent: actiones hæc, quæ ab occultis proprietatibus, quarum proxima & vnica causa est forma, proueniunt, à totâ substantiâ fieri dicuntur.

Occultæ verò hæc qualitates nominantur, quod ipse sensibus non sũt obuia. Etenim quod à formis suis fluant, ipsis cum omnibus qualitatibus propriis commune est: Et quod ignis calefacit, nulla alia causa dari potest, quàm quod vis hæc à forma eius fluit: sed in hoc est diuersitas, quod qualitas, per quam ignis calefacit, caliditas puta, nobis manifesta est, & tactu perceptibilis, & propterea ignis calefacere, quia calidus, & quæ humectare, quia humida dicitur; At in agentibus tota substantia dictis qualitas illa, qua mediante forma agit, ignota, occulta, & abstrusa est, v.g. quia in magnete qualitas, per quam ferrum trahit, occulta est, statim ad formam ipsam recurrimus, & à totâ substantiâ seu forma magnetis actionem illam prouenire dicimus, qualitatem verò ipsam occultam nominamus.

Et si verò nonnulli qualitates has, quia occultæ nominantur, derident, ac ignorantia asylum appellant: tamen imbecilla mentis nostræ acies ad inuestiganda naturæ penetralia hoc modo potius accusatur, quàm qualitates hæc culpantur. Si enim vera qualitatum harum origo, de qua non ita multi solliciti fuerunt, inquiratur, eius cognitio non minus certam scientiam parit, quàm qualitatum manifestarum notitia: Et vt Auicennas, de vir. b. cord. tract. i. cap. 10. loquitur, sicuti sciens ignem propter caliditatem calefacere, verè scit, & non ignorat, ita qui scit magnetem attrahere ferrum, quia virtutem habet, cuius natura est, attrahere ferrum, procul dubio sciens est, & non ignorans. Et postea Ignominia causarum, inquit, penitus huius virtutis in magnete non est mirabilior, quàm ignorantia causarum disponentium res ad rubedinem, aut citrinitatem, aut corpus aut animam. Sed à rebus quidem consuetis admiratio cadit, & negligit anima de ipsis inquirere. Quod autem raro est, excitat admirationem, & inducit ad inquirendum, & ad speculandum de causis eius. Et mox: Si ignis esset res difficilis inuentionis, & de longinquis partibus afferretur, admiraretur vsque vulgus de proprietate eius amplius, quàm de proprietate corporum cæterorum, & inquireret attentius de causis proprietatis ipsius, quàm de causis aliarum proprietatum, quoniam ipsius operationes valde mirabiles sũt. Etenim presentia eius

Occultæ
qualitates
cur
ita di-
cantur:

Occultæ
qualitates
ad
reueren-
dæ.

extrahit visum de potentia ad actum, & tangi se prohibet: A
 & ascendit sursum, & ascendere facit ea, quæ vincere po-
 test, & generatur ex modico ipsius in unâ horâ quanti-
 tas magna, & corrumpit omne illud, cui obuiat, &
 transmutat ad sui substantiam; nec etiam minuitur, si
 accipiat ex eo. Et hæc quidem in veritatem mirabilio-
 ra sunt, quàm tractus ferri à magnete, vel quam cæ-
 tera proprietates. Sed quoniam ista usitata sunt, &
 quotidie apparentia, cadit ab eis admiratio, & sollici-
 tudo perquirendi causam ipsorum. Actio verò magne-
 tis, quia rara est, & inusitata, inducit admirationem,
 & provocat ad inquirendum de causa ipsius. Interim
 in hac humana mentis caligine, quæ forma ignis,
 ac magnetis nobis ignota est, & ut Scaliger, ex-
 ec. 307. sect. 29. ait: Forma res diuina est, cuius exqui-
 sita cognitio nos læset. Quare ulterior disquisitio morosi as-
 que satagentis animi est. Humana sapientiæ pars est, qua-
 dam aquo animo nescire vult.

CAPVT III.

De Qualitatum Occultarum origine.



Hæc verò hæc qualitates occultæ sunt, tam-
 men cum, si ad causas suas reducuntur,
 scientiam pariant, vt modò dictum, omni-
 no qualitatum harum origo diligenter inuestigan-
 da. Quamquam autem qualitatum occultarum
 originem inuenire longè difficillimum sit, & à
 paucis tentatum: tamen in ea re aliquid conari
 omnino operæperium est. Sunt verò variz &
 diuersæ de origine qualitatum occultarum sen-
 tentiæ. Primo enim reperuntur quidam, qui
 nomen qualitatum occultarum admittunt, duæ
 verò ad rem ventum est, & de origine earum in-
 quirunt, ad elementa, & eorum qualitates rela-
 buntur, & ex eorum mixtione & temperie occultas
 qualitates deducunt, occultasque qualitates à pe-
 culiari primarum temperie, quam Græci *idiosyncrasia*,
 nominant, provenire, seu esse idem cum pe-
 culiari illa temperie, aut *idiosyncrasia* existimant.
 A sententia hac an Galenus planè alienus fuerit,
 dubito. Equidem quid in libro illo, quem de agen-
 tibus à totius substantiæ proprietate scripsit, senserit
 vel scripserit, non satis constat; cum librum illū
 iniuria temporum nobis eripuerit. In aliis tamen
 scriptis, et si actionem à qualitatibus primis actioni
 à tota substantia sæpe opponit, vt c. præced. dictum:
 tamen nonnunquam etiam omnium remediorum
 effectuum causas temperiei quatuor qualitatum
 attribuisse videtur. Nam in lib. 1. de elem. c. 7. scribit;
 corpora nostra alterari tantū calefacta, refrigerata,
 exsiccata, humectata. Solas enim has qualitates to-
 tas transmutari per totam substantiam. Et cum in
 lib. 3. de temp. c. 3. dixisset, quatuor corporis faculta-
 tes, attracticem, retentricem, alteratricem & segre-
 gatricem esse effectus totius in quouis corpore sub-
 stantiæ, addit, totam illam substantiam constare è
 calido, frigido, humido, sicco, inter se mixtis. Et
 c. 4. principij loco obseruandum esse docet, cuiuslibet
 corporis proprietatē quandam temperamenti
 esse, quæ huic quidē naturæ sit conueniens, ab hac
 verò dissentiens, atque hinc deducit, cur alia aliis
 nutrimenti, vel pharmaci loco sint, e. g. cicuta
 iturno, & eratrum coturnici esse nutrimentū, quæ
 homini sint medicamentæ; siquidem coturnicum &
 sturnorum temperies assimilare sibi veratrum & ci-
 cutam possit, quod hominis temperies non possit.

earum origine ventum est, subinde ad qualitatum quemodo-
 primarum temperamentum relabuntur, relique natura-
 domiste
 nona fa-
 ciunt
 occul-
 tas.
 turales saltem per mixtionem elementorum &
 temperamentorum constitui, & per temperiem quali-
 tatum primarum solū differre credunt. A quæ sen-
 tentiæ non alienus videtur Th. Erasmas, qui de occ.
 med. qual. lib. 2. c. 12. duo occultarum qualitatum
 genera constituit, quarum alterum formæ tribua-
 tur, alterum temperamenti proprietatem conse-
 quatur, quorum prius rebus saluis abesse non pos-
 sit, nec remanere post formæ ablationem, sed quæ
 certæ speciei indiuiduis omnibus semper adsit; alte-
 rum verò genus, quale est medicamentorum, tem-
 peramenti sobolem & accidentia esse statuit: *idiosyncrasia*
 tamen ibid. c. 13. ita explicat, dum scribit,
 quod ea dicantur manifestis qualitibus agere, quæ
 exsuperantibus in mixtione qualitibus agunt; quæ
 verò non unâ duntaxat, duabusque qualitibus in
 mixtione cætera superantibus agant, sed totius
 materiæ ex tot & talibus partibus concretæ & mix-
 tæ vi nos afficiant, ea totâ substantiâ agere, seu, vt
 seq. cap. sese explicat, dum dicit, se per totam sub-
 stantiam, totumque temperamentum, non tan-
 tum temperiem ex mutuâ qualitatum primarum
 actione & permixtione ortam, & in abstracto con-
 sideratam, intelligere, sed unâ cum hæc subiectam
 quoque materiam comprehendere, hoc est, temper-
 iem in tot & talibus materiæ partibus insidentem,
 seu ex tot & talibus materiæ partibus constitutam
 sic nominare. Ex quibus omnibus patet, plurimos,
 et si occultas qualitates admittunt, subinde tamen
 ad elementa, eorumque mixtionem recurrere.

Verum enim verò diximus iam alibi sæpius, è
 qualitibus primis quocunque modo mixtis & tem-
 peratis occultas qualitates tantarum viriū, & quæ
 supra facultatem sint suorum principiorum, oriri
 non posse. Neque enim, siue separatæ, siue quo-
 cunque modo coniunctæ qualitates primæ, imò
 elementorum formæ & materiæ considerentur, ta-
 les effectus, qui supra omnem eorum potentiam,
 sortem & conditionem sunt, quales in purgantibus,
 venenis, & alexipharmacis animaduertuntur, edere
 possunt, ipsæque D. Iohan. Freytagius, quod acce-
 ptamus, agnoscere necesse habet ex inscrutabili &
 indicibili mensurâ & proportione elementorum ad
 mixtionem concurrentium, & inde resultante tem-
 perie occultas qualitates non oriri, & proportio-
 nem qualitatum manifestarum ignoratam, ex aper-
 tis non facere occultas, aut temperiem talem, quæ
 occultæ qualitatis nomen iure sibi vendicet; & ma-
 nifestas eas non induere occultarum naturam, nec
 essentiam mutare propter vllum mixtionis modum;
 esse & manere elementares qualitates etiam sub
 incognitâ craseos mensurâ, & semper se qui mixtam
 natam prædominantis elementi, nec peculiarem
 illam elementorum in mixtis mensuram producere
 vim aliam, quàm quæ ab elementaribus qualitati-
 bus contemperatis resultare queat; & vt hæc permi-
 stiones non mutant naturam, neque essentiam exal-
 tant: ita nec actionem, quæ eiusdem conditionem
 & virtutem superet, hoc pacto edere valere: cum
 yniuersalis & infallibilis sit veritatis regula: Quod
 nihil agat ultra vires suæ speciei. Et omnino argu-
 mentum, quo vtitur I. C. Scaliger, ex 304. sect. 20. ad
 probandum, animam non oriri ex elementis, gene-
 rale est, quod hic etiam locum habet. Est, inquit ille,
 in animæ potestatibus, quod nunquam suis in potestate elemen-
 ti cuiusquam. Ac nihil est in quapiam re, quod non sit actus
 in suis principis. Principia namque sunt actus eorum,
 quorum sunt principia; ac in vniuersa est facultas ad ma-
 nendum antiposum, reuersum, dextrorsum, & sinistrorsum.

Origo
 qualita-
 tum oc-
 cultarū.

Manife-
 stæ qua-
 litates
 quocun-

form. *quod in elemento nullo. Alia quoque longè illustriores sunt anima potentia; quæ non sunt in elementis.* Quod enim Scaliger dicit de facultate animæ, idem dicere possumus de facultatibus magnetis, medicamentorum purgantium, venenorum, & aliis. Nihil enim agit ultra virtutem suæ speciei, & nihil potest causare ultra actum suum adæquatam, cum is potentæ virtutem impleat. Et licet aliæ vires sint aliæ in misto, quæ in singulis simplicibus seorsim sumptis: tamen vires eæ non sunt aliæ, quàm elementares, & quas singula elementa coniunctim considerata habent, id est, qualitatum primarum temperies. Etenim siue duo, siue quatuor, siue plures ad cænam ἀπὸ μὲς καὶ conueniant, omnes esurire necesse est: e.g. si quatuor colores misceantur, color quidem à singulis quatuor diuersis oritur, nihil tamen aliud oritur, quàm color, non vis, qualis est in opio, scammonio, & similibus. Eodem modo licet qualitates quatuor primas misceas ac remisceas, aliæ quidem qualitates seu temperies oriuntur, quàm simplex siccitas, caliditas, frigiditas, humiditas, tamen nulla alia inde oritur qualitas, quàm elementaris, seu elementare temperamentum.

Instru-
menti
natura
& ratio.

Neque alicuius est momenti, quod dicunt, qualitates manifestas tam nobiles edere actiones, quatenus à forma specifica & nobiliore diriguntur. Equidem formæ illæ nobiliores & superiores etiam temperie qualitatum elementarium ad certas actiones edendas vtuntur, sed eas sui generis. Et omnino diligenter hic ratio instrumentorum explicanda, & monstrandum, quòd nullum instrumentum, etiam dum ad effectum nobiliorem dirigitur, ab agente superiore ultra virtutem suæ speciei agit: e.g. statuarius dum è ligno statuam facit, vtitur ad eam rē instrumentum nō vno, sed variis ad diuersos vsus, circino ad dimetiendum, ferrā ad secandum, dolabra ad dolandum, scalpro ad superflua tollenda, malleo ad impellendum. E quibus omnibus actionibus tandem statua emergit. Ita natura ad varias actiones vtitur peculiaribus instrumentis, videt oculo, audit aures. Et quamuis calore, vt instrumento generali, ad plures actiones vtitur: tamen illæ actiones primario calori non sunt adscribendæ; sed animæ, quæ chylificā vi chylum, αἷμα νεοπιντικὴ sanguinem, σπέρμα τοπιντικὴ semen generat. Et sicut ferrā, quisquis eā etiam vtitur, non aliud quàm sectio fit: ita calor ille nihil aliud agit, quàm calefaciat, quanquam pro vtentis principalis ratione nobilior effectus sequatur. Et aduersarij, quomodocumque se torqueant, tamen ipsa veritas ipsos eò adigit, vt veritatem fateantur, vnde D. Ioan. Freytagius ita scribit: Principium, quod operatur, est forma; principium quo, est qualitas. Itaque ipsa actio non instrumento, sed principali efficienti assignanda. *Et mox:* Et si nulla forma substantialis operetur, nisi per qualitates: tamen non sequitur, harum dumtaxat operā fieri nobiles istas operationes, quandoquidem longè sit supra earum virtutem & conditionem ista agendi potestas. Sic calor, quando dirigitur à forma ignis, vtitur; cum verò vt instrumentum animæ inseruit, talia patrat opera, quæ longè excedunt suæ naturæ conditionem. Viuificat enim, generat, producit spiritus, chylificat, adeoque vitæ autor & conseruator est. Nec enim accidit id per se efficit, quòd suā naturā sublimius est, & perfectio effectus non excedit perfectionem efficientis. Quamobrem vt vis instrumenti dependet à directione causæ principalis, ita maximè illæ actiones, quæ instrumenti, seu elementarium qualitatum potestiam

A superant, proficiuntur à formarum principaliter agentium virtute, ad eò, vt si maximè verum fuerit, nullam formam substantialem agere, nisi per qualitatis ministras, tamen ipsa causalitas efficientis principalis nequaquam his instrumenti saltem munere fungentibus adscribi possit.

Quæ confessio et si satis ingenua sit; tamen nondum probatum, quod nobiliores illæ & specificæ formæ saltem qualitatum elementarium vtantur. Vt enim, vt modò dixi, nulla alia actio ferrā fieri potest, quàm sectio: ita nulla actio à calore, quàm calefactio; ad alias verò actiones natura aliis qualitatum vtitur. Neque enim illæ formæ specificæ sunt steriles, sed vt ab elementorum formis sunt caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas: ita ab his sui generis nobiliores qualitates. Et vt faber non doct securi, sed dolabræ: ita formæ illæ ad singulas actiones sui generis qualitatum vtuntur. Magnes non trahit ferrum caliditate, frigiditate, humiditate & siccitate, aut ex his ortâ temperie, sed occultâ qualitate. Eodem modo opium non manifestis qualitatum, aut ex his ortâ temperie, sed qualitate occultâ narcoticum est. Nimirum, vt res essentis differunt, ita etiam operationibus & instrumentis. Et quomodo actiones tales à qualitatum elementarium, aut ex elementorum mixtione ortis qualitatum, quatenus à forma superiore & specifica diriguntur, provenire possunt, cum sæpissime à formis illis separantur, & actiones tales edant, dum ab illis formis amplius non diriguntur: Ita opium narcosin inducit, vbi iam à papauere, cuius succus est, separatum est. Rhabarbarum purgat, dum anima & forma rhabarbari specifica amplius non adest. Venenum canis rabidi hominis corpori immixtum longo post tempore integrum in corpore conseruatur, & post longum temporis intervalum sese exserit, et si canis rabidus dudum occisus sit. Et à qua forma superiore diriguntur pestilentis & aliorum venenorum actiones?

Quæ omnia, cum ita plana sint, vt negari non possint, & ipse aduersarius concedere necesse habeat, ab elementorum qualitatum, quocumque modo temperatis, non aliam vim, quàm elementarem provenire, & infallibilem veritatis regulam esse; Nihil agere supra virtutem suæ speciei. Ipse nouum originis modum qualitatum harum commiscitur, eumque, vt cramben, non bis, sed multo sæpius coctā & recoctam aliquoties, reponit, & omnis suæ de origine formarum, & qualitatum occultis opinionis fundamentum constituit: nec tamen vllâ ratione eum vnquam probat. Ideoque qua facilitate ab eo proponitur, eadem facilitate negari potest. Ait enim, in qualibet mixtione nouam formam educi, & semper manentibus priorum gradibus, alios aduenire, & simul cum his nouas qualitates emergere, & materiam primò formas vniuersales, usque mediatis particulares, donec tandem ad indiuiduorum perueniant, assumere; atque ita primò formas essentia, deinde existentia inducere, & quidem primas propter postremas. Seu, vt alibi scribit, naturam ad rerum generationem primò recipere formas essentia, deinde existentia, seu educere primò formas vniuersales, usque mediatis particulares, donec ad indiuidualem & existentia perueniat. Primas illas esse propter postremas, neque illarum essentia propter vitæ inductionem perire, vel aboleri, sed vt nobiliori formæ nobilium esset subiectum, suo rigore seposito, quasi materiam vicem recipientem, eisdem submittere potestati: & ex hac qualitatum à diuersis formis ortarum contemperatione, corpo-

Formæ
non solum
qualitatum
manifestis
instrumentis
vtuntur.

Falsa
opinio
de origine
qualitatum
occultarum
D. Ioan.
Freytagii

rumque seruat formis materiæ seu potentie naturam quodammodo induentibus, mistione oriri indicibilem quandam *idiotismum*, quæ rectè occultæ qualitatis nomen quodammodo mereatur.

Refu-
tarur.

Verùm quod aliàs semper fieri solet, vt qui veritatem semel impugnare sibi proposuit, quidquid etiam fingat & commiscatur, in multa absurda incidat: id etiam hîc euenit, & falsa falsis, absurda absurdis cumulantur. Primò enim quidem verum est, formas nobiliores requirere nobiliorem materiam, & ad illam materiæ dispositionem, vt sit formæ specificæ idoneum subiectum, etiam pertinere formas illas inferiores: tamen iam quæritur, quænam illarum formarum natura & origo sit; an nimirum talis, qualem ille commiscitur, scilicet ex variâ elementorum mistione ac remissione, & an occultæ qualitates proveniant ex qualitatum à diuersis illis formis ortarum contemperatione. Vtrumque falsum & absurdum esse dicimus. Primò enim, si formæ illæ ab elementorum formis variè mistis & remistis proveniunt simpliciter, elementares sunt, & vt modò probatum, nobiliorem, quàm elementa, effectum edere non possunt. Sit enim, vt primò elementa simplicia misceantur, forma, quæ inde emergit, non nisi elementaris erit: mista hæc, quæ talem formam habent, iterum misceantur, iterum nihil quam elementare proveniet: & fiat hoc sæpius, tamen ex elementaribus formis non nisi elementares emergent. Si verò dicat, formam istam esse nobiliorem, quàm elementares, iam non simpliciter ab elementis erit, & si nobilior est, mecum sentit. Sed quæ talis formæ nobilioris origo? Dicit, naturam eam ex elementis educere. Quænam verò natura? Si agens eiusdem speciei, potius inducitur, aut materiæ communicatur, quàm educitur, & ita rursus mecum sentit. Aliud agens non vniuocum si afferat, & simpliciter dicat, educi è potentia materiæ, verba affert, nihil rei, & figmento illo de educatione formarum è potentia materiæ alibi satis refutato errorem suum palliare conatur. Et hoc modo omnes formæ originem suam materiæ primæ deberent. Si enim primò è potentia materiæ educuntur formæ elementorum, ex his mistis aliæ formæ, atque ex his iterum aliæ: omnes consequenter è materia prima orientur. Et omnino varia mistorum mistio & remistio, & inexplicabilis qualitatum inde ortarum contemperatio nihil nisi elementare producit.

Mistū
duplex.

Et ne in vocabulo misti aliqua ambiguitas lateat intelligendum, Mistum, vel propriè dictum, & simpliciter, & quatenus tale, vel impropiè ita dictum. Si mistum propriè ita dictum, & quatenus tale intelligatur, misceantur sanè, vt dictum, primò quatuor elementa, atque inde mista aliquot emergant, ea tamen nihil præter elementa habebunt. Hæc mista rursus misceantur, & remisceantur, quoties & quomodo licet, nihil nisi elementare inde emerget, & tale mistum proinde nobiliores actiones, quàm elementa, edere non poterit. Neque enim in mistione aliam naturam induunt, nec essentiam mutant propter varium mistionis modum. Sunt, manentque elementa sub quocūque mistionis modo. Si verò per mistum intelligatur species aliqua perfecta corporis npturalis, v. g. Adamas, magnes ferrum, aurum, corallia, &c. tum rectè illud Scaligeri vsurpatur, quod, *exerc. 30. sect. 20.* habet, *Quin istis, inquit, edico simul, omnem formam cuiuscunque perfecti misti, esse non esse anima, vt in adamante, naturam esse quintam, aliam à quatuor elementis.* Et si modo ab aduersario pro-

A posito res naturalis fieret, & mediantibus formis primis perueniretur ad particulares, tandemque ad indiuiduantes, omnium viuentium formæ, tam plantarum, quàm animalium, ex elementis excuderentur. Id quod in Alexandro acriter reprehendit idem I. C. Scaliger, *exerc. 307. sect. 12.* Si, inquit, vt ille belluæ carnifices animarum vt merè luigant, animæ conflarentur ex elementorum formis, ipsæ forma corrupta plus possent, quàm integra. Quod si integra ab istis intus in composito seruantur, necesse est, ab aliqua potentia ab eis diuersa & misceri ad certos fines, & finibus contineri. Non enim ex illis actu existentibus fieri potest vnum per se, nisi à potestate superiore, quam ἀπὸ τοῦ ἄνω appellat Aristoteles. Et quæ de gradibus & remissione formarum dicuntur, figmenta sunt. Formæ enim non recipiunt magis & minus, sed earum essentia ἐκ ὁμοῦ consistit. Summa: modus ille generationis rerum naturalium, quæm D. Freyt. fingit, & toties inculat, cum rerum natura non congruit. Non enim, v. g. dum generatur pæonia, primò miscentur elementa, atque hinc formæ educuntur vniuersales. His rursus mistis, & restructis aliæ formæ particulares, iisque rursus mistis & mediantibus educitur forma individualis seu existentials pæoniæ. Nunquam in natura hoc factum, neque fiet. Sed si in terram semen à pæonia generatum, vel radix eius coniciatur, atque calore Solis foueatur, radículas primùm anima in semine existens agit, & per eas humorem alimentarium è terra pro plantæ pæoniæ formatione necessarium attrahit, atque ex eo caulem, folia, flores, & omnia, quæ ad pæoniæ constitutionem sunt necessaria, format.

C Deinde eadem est qualitatum ratio. Etenim ex mistione elementorum nihil nisi elementare oritur, neque ex qualitatum primarum contemperatione aliæ, quàm elementares, qualitates proveniunt. Et quid opus est, à qualitatum è diuersis formis ortarum indicibili contemperatione deducere qualitates occultas? Hoc enim modo non essent simplices eæ, sed compositæ. Sunt verò omninò planè simplices, & à suis formis simplicibus ortæ; cum formæ illæ vltimæ non sint steriles & otiosæ, sed sui generis qualitates producant. Nam, vt ab ignis formæ simplici fluit caliditas, ita à simplici forma magnetis fluit vis trahendi ferrum, quæ simplex est qualitas; à forma illa, quæ est in rhabarbaro, fluit qualitas & vis bilem purgandi, quæ simplex est; & eadem qualitatum aliarum occultarum ratio.

E Et quocumque se vertat, vltimum eius refugium est materia prima, è qua tam formas, quàm qualitates omnes educi putat. Ita enim, *de morbis totius substantiæ thes. 17.* scribit: Cùm certum sit, formam rerum, seu separabilem, qualis anima humana; seu inseparabilem, vt cæterarum rerum, nullam g. enerate qualitatem in re, nisi ex subiectæ materiæ potentia, necesse est ex elementarium corporum materiam, omnibus communi, eiusque potentia, tam educi qualitates occultas, quàm ex forma ignis cum materiæ primæ coniunctione summus calor, ceu manifesta qualitas pronascitur. Quo quid absurdius vix dici potest. Etenim qualitates nec manifestæ, nec occultæ, nec cuiuscunque generis educuntur è potentia materiæ primæ, sed fluunt ab ipsarum formarum essentia; Deusque non creauit formas & animas otiosas inefficaces, & proprietatibus ac viribus instructas, quas illæ adæquato suo subiecto, non materiæ primæ, communicant. Et annè vis videndi cum in aliis animalibus, tum in homine, item imaginatio, memoria, & reliquæ qualitates ac proprietates

Qualitates occultæ non oriuntur è qualitatibus primis:

Qualitates non educuntur è potentia materiæ primæ.

animæ educuntur è potentia materiæ primæ, seu A
elementaribus corporibus omnibus communi?

Quali-
tates oc-
cultæ
non
fluunt à
cælo.

Quali-
tates
occultæ
oriun-
tur à
suis for-
mis.
Occul-
tarum
qualita-
tum dif-
ferentiæ.

Sunt postea nonnulli, qui à cælo infundi istas
qualitates existimant. Verùm cum iidem negare
non possint, omnes qualitates & proprietates à for-
mis suis fluere, concedere necesse habent, etiam has
qualitates, etsi à cælo prouenirent, mediantibus
formis suis prouenire. Verùm alibi pluribus proba-
tum est, formas non prouenire à cælo.

Quæ omnia ergo cum falsa sint, rectissime sta-
uitur, vt omnes alias qualitates & proprietates, ita
etiam has à formis suis prouenire. Verùm quænam
illæ formæ sint, portò inquirendum. Quod vt expedi-
tius & facilius fiat, primò qualitarum harum se-
cundum subiecta sua differentia, seu substantiarum
quibus hæc qualitates insunt, differentia inuesti-
ganda sunt, è quibus apparebit, non omnes eandem
habere originem. Sunt enim corpora alia uiuentia,
alia non uiuentia, & non uiuentium alia vitam ha-
buerunt, vt rhabarbarum, absinthium; alia non ha-
bent, nec habuerunt.

Primò ergo nullo modo negandum esse puto,
quòd uiuentium quædam sint, quæ occultas vires
habent, quæ immediatè ab earum forma fluunt. Ita
torpedo uiua tangenti stuporem inducit, mortua
etiam in cibum venit. Echeneis, piscis uiuus, nauem
sistit, mortuus uero id non præstat, & si nauis pisci-
bus talibus mortuis operiretur, non sisteretur. Et
procul dubio tales occultæ proprietates in natura
plures sunt, quæ nos latent.

Deinde sunt quædam, quæ non uiuunt, quæ ta-
men suas & ipsa actiones habent, quæ à formâ ipsa-
rum specificâ procul dubio proueniunt. Sic magnes
trahit ferrum, & ad polum mouetur, aliique lapides
& gemmæ suas à formis ipsarum specificis profluent-
tes habent vires.

Tertiò sunt quædam, quæ uixerunt, sed non
ampliùs uiuunt. Sic rhabarbarum emortuum iam
purgat; Præonia radix medetur epilepsia; Cornu
cerui uenenis resistit.

Quartò quædam à uiuentibus proueniunt, vitam
tamen non habent, quæ nihilominus occultas qua-
litates & vires insignes, tam ad morbos inducendos,
quàm curandos obtinent. Et quidem alia genera-
ntur in iis naturaliter, vt aloë, scammonium, succus
napelli, cicuta, uenenum scorpionis, aspidis, ser-
pentis: alia præter naturam, vt uenenum canis ra-
bidi, pestilens.

E quibus iam manifestum euadit, non omnium
qualitarum occultarum eandem originem esse pos-
se. Equidem, omnes reum naturalium proprietates
suis subiectis per formas, à quibus fluunt, insunt, &
à rebus subiectis incolumi carum substantiâ sepa-
rari non possunt: ab aliis tamen formis aliæ qualita-
tes fluunt, & aliæ formæ aliam habent materiam, &
subiectum, in quo hæc qualitates reperiuntur.

Materia
quæ
plex.

Materia autem ista est vel remota, quali sunt ele-
menta, vel vltima & proxima, vel mediata, res-
pectu formæ specificæ. *ἐξ ἧς* seu *διῃ* *ὅ* *ἔλθῃ*, seu mate-
ria proxima non nisi vna vni formæ substantiali &
specificæ subiicitur, & cum forma hac simul est, &
simul interit. E contra quandiu materia hæc salua
est, anima manet, illâ abolitâ, anima aboletur, vel
abscedit. Talis materia in animalibus est corpus ca-
lido innato & influente perfluum, quod si mutatur,
anima, cum anima ampliùs idoneum subiectum
non habeat, emoritur. In plantis equidem calor in-
fluens actu non percipitur: quiddam tamen in plan-
tis esse, quod ei respondeat, ex eo patet, quod plan-
ta deficiente idoneo subiecto, & humido alimenta-
li destituta emoritur.

Est tertiò & materia quædam media, quæ formâ
specificâ non ampliùs præsentem manere potest,
quam calidum innatum præcipuè in uiuentibus con-
stituit, à qua illæ medicamentorum, à plantis & ani-
malibus ampliùs non uiuentibus petitorum occultæ
vires fluunt. Vt ita classes quædam sint occultarum
qualitarum, à diuersis causis pendentium: quam
differentiam qui neglexerit, & in genere de om-
nium harum qualitarum causis inquirere voluerit,
valdè errabit.

Occul-
tæ quali-
tates so-
lialicui
speciei
uiuen-
tium
proprie

Primum enim sunt occultæ qualitates à uiuentibus
fluentes, & quidem omnibus eiusdem speciei indi-
uiduis propriæ. Etsi enim de modo actionis etiam in
his aliquid dubij moueri possit; tamen, quia actio-
nes istæ non nisi in uiuentibus reperiuntur, non ve-
rò in mortuis, & quidem omnibus eiusdem speciei
indiuuis, statuimus, eas qualitates occultas è for-
mis uiuentium specificis prouenire, & ortum habe-
re. Exemplum harum qualitarum & actionum sup-
peditat echeneis, seu remora, cuius vim tum ali-
um imprimis Plinius, lib. 32. cap. 2. admiratur:

*Ruam, inquit, venti licet, & sauiant præce'le, imperas
furori, virisque tantis paruis admodum pisciculus compes-
cit, & cogit sibi re nauigia, quod non vincula vlla nõ machine
pondere remocibili tanta. Infrenat impetus, & domat ven-
ti rabiem nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo, quàm
adherendo. Hæc tantilla est satis contra tot impetus, vt ve-
terem nauigia. Sed armata classes imponunt sibi turrim pro-
pugnacula, vt in mari quoque pugnetur velut è murie. Hæc
vanitas humana! Cum rostra illa, are ferrugæ aditus ar-
mata semipedalis inlibere possit, ac tenere reuincta pisciculus.*

Hæc Plinius. Id quod tamen uiuus saltem præstat,
non uerò mortuus. Torpedo, quam vim habeat
notissimum est: nempe, quod non solum tangentes
alligat, sed per ipsum etiam rete obtorpefacientem
grauedinem piscatorum manibus inducit. Ac nar-
rant quidam, periclitatum sæpe, siquis, cum uiua
elabatur, supernè interea manibus aquam agitet
vim ad manus remeantem & obtupefacientem pe-
netrare: eadem tamen mortua in cibum etiam non-
nullis cedit. Quàm admirandæ basiliscæ uiuentis vi-
res sint, videatur in *Epistola nostra Physicæ*, 7. cap. 10. Mor-
tuus tamen idem sine periculo tractari potest.

Secundò sunt mixtæ & occultæ qualitates, quæ in
rebus quibusdam uiuentibus, sed non omnibus eius-
dem speciei, sed aliquibus tantum indiuiduis re-
periuntur. Ita alij caseum, alij aliud genus cibi
auerfantur, eoque non nisi cum damno valetudinis
vtuntur. Reperiuntur, qui rosarum odore offenduntur.
Nonnulli felis præsentiam etiam latentis.
& quam non vident, ferre non possunt. Et sunt om-
nino eiusmodi occultæ qualitates quibusdam indi-
uiduis propriæ plurimæ, & hinc ortæ Sympathia
& Antipathia multæ, quæ non toti speciei commu-
nes sunt, sed certis speciebus propriæ, quarum causa
propterea non est forma illius speciei, vt pote, quæ
communis est omnibus eiusdem speciei indiuiduis,
sed ad potèrias & impotentias naturales reducenda est
& à corporis illius indiuiduis peculiari cõstitutione
pèdet. Vnde etiam obseruatum, eiusmodi qualitates in-
terdum cum ætate mutari, & quibusdam id, quod in iuue-
tute fuit ingratißimum, & quod non sine periculo
iuuenes vsurpassent, in virili, vel senili ætate fieri
gratißimum. Imò obseruatum est, quosdam vsu
longo uenenis, quæ aliàs homini lethalia sunt, assue-
uisse. Quo modo Mithridates longo sæc antiodoti
vsu corpus suum ita disposuit, vt uenena ampliùs ei
nocere non potuerint. Quæ omnia accidunt, non
mutatâ formâ hominis, utpote, quæ nullam muta-
tionem patitur; sed corporis dispositione peculiari
mutatâ. Ita &, quòd quidam homines uenenis re-
sistant.

Occul-
tæ pro-
prietates
indiu-
duo-
rum.

sunt, id non prouenit ab anima humana (aliàs enim omnes homines venenis resistere possent) sed à peculiari corporis proprietate.

Occult. qualitates rerum naturalium in animalibus.

Tertio sunt occulte qualitates, quæ in rebus inanimatis animaduertuntur, quæ cum sint certæ rerum naturalium species, qualitates illæ merito ab illarum formâ specificâ deducuntur. Talis qualitas & vis est in magnete trahendi ferrum, idque in medio aëre pendulum, siue adhærens seruandi, & vis mouendi sese versus polum. Tales vires proprias omnes habent gemmæ, metalla, mineralia, vt passim ex autoribus, qui de gemmis, lapidibus, mineralibus ac metallis scripserunt, notum est.

Occult. qualitates viuentium mortuorum.

Quarto sunt occulte proprietates in rebus naturalibus, quæ antea vixerunt, sed iam amplius non viuunt. Quales passim in plantis & animalibus, quibus loco medicamentorum vtuntur, apparent. Neque enim viuus animalibus vel plantis ferè vtuntur in Medicina, sed iam emortuis. Ita bufonibus exsiccatiss vtuntur ad extrahendum venenum; cinis cancerorum fluuiatiliū medetur morsui canis rabidi: Aleis cornua, & vngulæ contra epilepsiam vtilis sunt: Cornu cerui, & os de corde cerui contra venena vsurpantur: cranium humanum contra epilepsiam medetur; rhabarbarum, agaricus, mechoacanna, elleborus albus & niger, atque aliæ plantæ purgandi vim habent: radices pæoniæ contra epilepsiam vtilis sunt: scordium veneno aduersatur, & sunt aliæ plurimæ insignes plantarum vires.

Occult. qualitates eorum quæ in viuentibus generantur.

Quinto reperiuntur tales qualitates in iis, quæ secundum naturam in viuentibus, tam animalibus, quam plantis generantur. Huc pertinent venenum scorpionis, alpidis, serpentis, tarantulæ, & aliorum animalium venenatorum: item lapis bezoar, moschus, zibethum, castoreum, & si quæ huius generis alia sunt, quæ in animalibus secundum naturam generantur. Huc referendi plantarum succi, lacrymæ, & gummi, aloë, scammonium, elaterium, euphorbium, gummi gotte, opium, succus cicutæ, & huius generis plurima alia.

Occult. qualitates eorum quæ p. n. in viuentibus generantur.

Tandem sunt ea, quæ in viuentibus, animalibus præcipuè, præter naturam generantur. Tale est venenum canis rabidi, & aliorum animalium rabiditum, & venena alia, quæ in corpore humano generantur: quò & pestilens venenum referri potest.

Cum ergo qualitatum occultarum tot diuersa sunt subiecta, procul dubio etiam à diuersis causis pendent, de quo ordine dicemus. Priora autem duo genera cum ad propositum nostrum & morborum occultorum causas & curationem eorundem non faciant, ea hoc loco prætermitemus, & pauca de iis dicemus, vt de tertio genere; de quarto, quinto, & sexto, vt diligentius agamus, propositi nostri ratio requirit.

Occult. qualitatum viuentium species propriarum causarum.

Primo enim eæ proprietates admirandæ, quæ viuentibus omnibus & semper competunt, merito ab animabus deducuntur, quarum, quæ sit origo, alibi pluribus dictum; mirum, quod in prima rerum creatione omnes sint cum plantis & animalibus creatæ, nunc etiam plantarum & viuentium generatione multiplicentur, viresque à Creatore multas habeant.

Occult. proprietatum Individuorum causarum.

Secundi generis qualitates, quod scilicet quidam caseum, alii hunc vel illum piscem, alii feles, alii aliud aliquid auersantur, & omnino omnes individuorum cum certis rebus sympathiæ & antipathiæ non à formis specificis pendent; cum non eiusdem speciei, imò nec pluribus individuis competant, nec essentielles potentia sint, sed naturales potentia vel impotentia.

A Sc.endum enim, hinc potentiam esse duplicem: Essentialem & Naturalem dictam. Essentialis à forma specifica immediatè fluit & pender, & sicut forma nec mutatur, nec gradus recipit, ita nec potentia essentialis, & a forma inseparabilis est, sicut forma ab ipsa; & essentialis illa potentia animæ omnibus viuentis partibus inest. v. g. anima humana semper vim habet mutandi cibum in chylum, chylum in sanguinem, videndi, audiendi, ratiocinandi, & in quacunque parte corporis illam potentiam habet, & vt alicubi Scaliger ait: si oculus esset in pede, homo videret in pede. Essentialis autem illa potentia sine potentia naturali in actum erumpere non potest, & sine naturali ad agendum vim nullam habet, ideòque certas operationes in certis membris perficit; coquit in ventriculo, recequit in rectore, perficit in venis, digerit in membra, mutat in corpus, vt I. C. Scaliger, *exerc. 317. sect. 9.* ait.

Potentia duplex essentialis.

B Potentia ita naturalis accidens quoddam subiecti est, potestque permutari cum impotentia naturali. Ita potentia essentialis videndi animæ nunquam mutatur, sed in actum deduci non potest, nisi in oculo; & quidem sano, ac potentiam naturalem habente, & ad viuendum rectè disposito. Et quamdiu hæc potentia adest, oculus videt; si vero permutetur cum impotentia naturali, id est, si adsit dispositio vitiosa in oculo, oculus non videt, vel malè videt, & si essentialis potètia adsit, quæ postea morbo oculi ablato, iterum se exserit. Sic homo omnem cibum, qui homini in alimentum datus est, appetendi & coquendi essentialem potentiam habet. Quod verò quidam caseum, quidam alios cibos auersantur, & si eos assumant, renomant, & malè afficiantur, id ab impotentia naturali est, & peculiari ventriculi dispositione prouenit. Sic homini essentialis est, vt sit disciplinæ capax, istudque est hominis proprium, nullis gradibus diuiduum, sicut anima indiuidua est: nihilominus propter potentiam & impotentiam naturalem innamæ hinc occurrunt differentia, & quot capita hominum sunt, tot sunt sententia. Alij enim ingeniosissimi sunt, & disciplinarum omnium capacissimi; alij mediocri ingenio præditi; nonnulli aded stupidi, vt vix homines esse videantur. Idem in plantis accidit. Omnes enim pyri, v. g. essentialeni potentiam habent pyra generandi: quod verò pyri quædam infrugifera sunt, vel non singulis annis pyra ferunt, id non prouenit à potentia essentiali, quæ eadem semper est, & non mutatur; sed accidit ab impotentia naturali. Sic plantarum etiam secundum regionum varietatem magna est varietas. Persica apud nos edulia sunt: at in Persiâ venenata. Arum in Cyrenensi agro saporem acrem non habet, qualem quidem in aliis passim regionibus, sed adeo mite est, vt in ciborum vsum veniat. Elleborus pro diuersitate regionum, in quibus nascitur, potentius, vel imbecillius purgat, & in tractu Tridentino nullà purgandi vim pollet, vt testatur Matthiolus, *in lib. 6. Dioscor. c. 9.* Scorpiones quoque in calidioribus regionibus icu inferticere notum est: in aliquibus verò, vt in agro Tridentino, nullum icu venenum relinquere, refert idem Matthiolus, *loco alleg.*

C Hinc pertinet, quod homines quidam à venenis non amplius læduntur, & vt Theophrastus, *lib. 9. de hist. plant. cap. 13* refert; quidam elleboro ita adsuescunt, vt ab eo amplius non purgentur: Mithridates crebro vsu sui antidoti effecit, vt venena amplius ipsi non nocerent. Itaque licet actiones seu operationes viuentium secundum magis & minus differant: tamen non ob id statuendum est, quod potentia essentialis gra-

D

E

dus habeat. Differentia enim illa est propter potentiam naturalem, quæ magis & minus recipit, & quicquid in viventibus agit, essentiali potentiâ, simulque naturali præditum est: si verò non agit, vel malè agit, non negandum est, quod essentiali potentiâ præditum sit, cum quod agere non possit, ab impotentia naturali proveniat. Cum verò ad impotentias naturales pertineant ea omnia, quæ ad morbosam constitutionem quamcunque pertinere diximus: istæ occultæ qualitates non pendent vel ab intemperie, vel à morbo aliquo organico, vel à soluta vnitæ, sed ab occulta & inexplicabili dispositione. Equidem quod quis cibum non appetere, vel non coquere potest, id provenire potest ab intemperie ventriculi manifestâ: Sed quod quis, qui omnes alios cibos sumit, vel coquit, saltem caseum, vel panem, vel hunc vel illum piscem auersatur; id omninò ab occulta qualitate provenit.

Occultarum qualitatium in rebus in animatis causis.

Tertium genus occultarum qualitatium, quæ sunt in rebus, quæ non vivunt, quæ tamen suas formas specificas alias ab elementis habent, meritiò ab illis ipsis formis specificis deducitur. Ita ob formam suam specificam magnes trahit ferrum: habentque gemmæ singula, vt & metalla ac mineralia suas occultas proprietates, & vires, quæ à forma ipsarum specifica fluunt.

Occultarum qualitatium in animatis mortuis causis.

Quarto verò medicamentorum illorum, quæ ab animalibus & plantis etiam mortuis petuntur, vires & occultas qualitates quod attinet, eas proximè & immediatè non fluere ab anima & forma specifica seu animalium, seu plantarum, certum est; cum anima in medicamentis illis amplius non adsit. Neque etiam possunt provenire & pendere à mixture elementorum simpliciter, & temperie qualitatium primarum; cum illarum actiones sint toto genere ab iis diuersæ, & supra earum vires, neque etiam dirigantur ab anima, vtpotè amplius non præsentè. Cù verò omnis qualitas præsupponat formam, & has qualitates à forma quadâ fluere & pendere necesse est. Illa autè nulla alia esse potest, quam quæ antè à subiectu seu *δικείαν ὕλην* formæ nobiliori, perfectæ & specificæ suo modo, & pro sua

An dectur formæ specificæ subordinatæ.

parte (suo modo, inquam,) ne quis cauillandi occasionem habeat. Nam forma hæc cum sua materia *ἐχάτω ὕλην*, quæ cum forma ipsa corrumpitur, non planè absoluit, cù in animalibus & calor influens, & in plantis quiddam *ἀέλονον* requiratur) constituebatur. Cum enim nobilior forma nobiliorem requirat materiam, & sicut formæ *πρότιπ χέπμιζ*, vt Aristoteles loquitur, differunt, ita etiam materiæ illæ differant, & singulis speciebus ac formis propriæ sint: materiarum illarum differentia & diuersitas non nisi per formas diuersa esse potest, quæ cuique formæ specificæ suam *δικείαν ὕλην* constituunt: Quæ quidem formæ per se consideratæ, etsi veræ formæ sunt, quæ materias suas informant: tamen respectu animæ & formæ specificæ rationem materiæ immediatæ habent. Animâ autem decedente remanent, aliquandiu, & formæ officio funguntur, & facultatum atque operationum, quæ in rebus plurimis amplius non viventibus deprehenduntur, neque tamen ex elepenterum qualitatibus; vel formis provenire possunt, auctores sunt: quæ Aristotelicorum etiam præstantissimorum est sententia. Imperitè ergo, ac ineptè ab Aduersario hæc sententia vt noua traducitur, dum scribit; nouam & vero non consentaneam esse opinionem, formam principalem & substantialem inesse rei per aliam formam substantialem, quæ permanere possit, priore recedente; cum forma substantialis & specifica, quæque ob materiæ com-

A modio rem dispositionem præcedat formam nobiliorem, non maneat cum ea, quando superuenit; id quod in ouo pateat, cuius forma pereat, quando generatur pullus, neque res vna duabus subsistat actibus substantialibus. Etenim ludit hic vocabulo formæ substantialis. Si enim per formam substantialem specificam intelligit, imputat mihi, quod nec ego, nec Philosophorum vllus vnquam statuit, formam specificam inesse rei per aliam formam specificam; cum res vna duas formas specificas habere non possit. Si verò per formam substantialem intelligit eam, quæ quocunque modo ad rei pertinet essentiam, pro falsa & noua sententiâ, traducit eam, quæ est verissima & antiquissima. Formæ enim tales subordinatæ suâ naturâ formæ sunt: dum tamen adest rei naturalis specifica forma, habent rationem materiæ, seu ad materiæ proximæ dispositionem pertinent, iisque subordinatæ sunt, nec iis corruptis aut recedentibus necessariò statim pereunt. Cù enim vt Aristoteles, 2. de gen. anim. c. 3. scribit, vt animæ nobilitate atque ignobiliate inter se differunt; ita etiam materiam earum differre necesse sit: certè differentia hæc non nisi per formas diuersas esse potest, cum materia à materia per se non differat, sed per formam. Atque idem sensit ac statuit Iac. Schegkhus, de occult. med. proprietat. Iacob. Zabarella lib. de gener. & interit. cap. 2. & alij.

C Ratio etiam contra hanc sententiam allata nullius momenti est, quod scilicet forma illa, quæ nobiliori & specificæ materiam præstat, eâ superueniente non remaneat. Falsâ enim nititur hypothesi, quasi primò è materia educatur forma generica, hinc superueniat forma specifica: cum tamen cum semine illud *σῆμα τὸ ἦν ἄπρον τεχέειν ἀάλονον*, quodque semina facit sæcunda, propagetur; & anima sui domicilij & corporis architecta sit: quâ decedente non statim totum corpus, quod fabricauit, corruere, & omnia in eo simul aboleri necesse est.

De formarum autem harum origine quid statuendum sit, equidem res non plana est, & ei, qui illam inquirere conatur, via non satis trita calcanda est. Hoc in genere verum est, quod Aristoteles, 5. de generat. animal. cap. 7. scribit: *αἱ ἀρχαὶ αἰχέθει τοῦ μικροῦ, τῆ δὲ ὡσάμει μεγάλαι ἔσι*, id est, principia, quatuordecim parua magnitudine, tamen facultate sunt magna: ideoque non imineritò in ipsa rerum generatione, & ipso semine origo harum formarum quaerenda, & ita statuendum: Creatorem rerum sapientissimum, vt omnibus rebus in prima creatione formas specificas dedit, ita etiam iisdem, & quidem diuersis diuersam, & cuique propriam dedisse materiam, & in materia illa cuique speciei proprias suas simul formas; & quidem duplici fine, nimirum primò, vt formæ specificæ habeant subiecta, in quibus esse, subsistere, & actiones suas perficere possint; secundo, vt animâ seu formâ illâ

Formarum specificis subordinatarum origo.

E Specificâ decedente homini certos vsus præstarent; & vel in alimentum, vel in medicamentum cederent; & voluisse, vt sicut formæ illæ specificæ multiplicentur & propagantur, ita etiam formæ hæc subordinatæ propagarentur. Quæ sententia, si cui non placet, statuatur, quod alijs placere video, animas viventium eam vim habere, vt tales formas, quæ ad suum subiectum & domicilium constituentium pertinent, producant, quæ etiam ipsis amplius non præsentibus manere possint. Quicquid tamen statuatur, formæ hæc in semine latent, de quibus etiam illud, quod Seneca, lib. 3. quæst. nat. cap. 29. habet; citari potest, cum scribit, *naturæ gubernante, vt arbores, vt sacra, ab initio mundi vsque ad exitum, quicquid facere, quicquid pati debent, inclusum est: vt in*

semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est. Et legem habe, inquit, & canorum nondum natus infans habet. Totius enim corporis & sequentis ætatis in partu occultæque lineamenta sunt.

Formarum hinc subiectum.

Cum autem quælibet forma suum subiectum & aliquam materiam requirat, cum qua simul est & interit, etiam de harum formarum subiecto inquirere operæpretium est. Hoc autem in plantis & animalibus nihil aliud videtur esse, quam spiritus ille insitus, humidumque radicale, quæ coniunctum sumpta vulgò Calidi natiui, à recentioribus, Chymicis præsertim, Balsami naturalis nomine appellantur. Experientia enim ipsa docet, quamdiu plantæ, vt animum partes balsamicam istam substantiam obtinent, vires suas integras retinere: quamprimum verò eam amittunt, atque cariola euadit, vel putrida, statim *εξίμα* fieri, & vires suas amittere, & reliquum corpus relictum inutile esse. Id quod etiam Pharmaceuticæ & Chymicæ separationes docent. Si enim coctione vel infusione ea substantiæ pars, in qua vis purgandi est, separatur & extrahatur, vtile medicamentum paratur, reliquum verò corpus planè inefficax relinquitur. Vnde Mesuus etiam, *de simpl. med. cap. de Rhabarb.* Rhabarbarum, è quo vis purgandi extracta est, animam (formam rectius dixisset: nam animam perdidit, cum è terra euulsum exsiccaretur) perdidisse scribit. Et proinde rectè concluditur, in corpore illo, quod à reliquo separatum est, inesse formam, facultatis purgatricis causam; cum facultates propriæ è formis non sint separabiles, & vbi illæ reperiuntur, meritò ibi etiam formas, à quibus pendent, esse, colligatur. Nec quæ turbare debet, quod in succo, à corpore reliquo secreto, formam inesse dico. Si enim in puluere potest manere integra, cur non etiam in sicco? Nam, vt Schegkius, *de occult. medic. facult. c. 1.* scribit: in minutissimas partes diuisio rei non corrumpit ex necessitate substantiam rei sic comminute in puluere. Neque tamen omnia, quæ in talibus exanimatis corporibus reperiuntur, formæ illius reliquæ proprium subiectum sunt, vt manifestè videmus in rhabarbaro, & aliis purgantibus, in quibus vis purgandi cum subiecto suo à reliquo corpore ad purgandum inuili separatur. Equidem in viuente plantâ totum eius corpus animæ subiectum est, & indiget anima plantæ eototo ad actiones suas exercendas. At animâ decedente, forma quæ remanet, & vires medicamentosas habet, non totum corpus, subiectum est, sed aliqua eius pars præcipuè.

Neque est, vt quis, ne formam aliquam in corpore mortuo residuam concedere cogatur, ad id confugiat, dicatque, proprietates illas, quæ à forma substantiæ inseparabiles sunt, in extractis non esse, sed tantum *εξερσειæ* agentis qualitatem quandam esse productam, quæ sit accidens alterius subiecti, similis tamen aliquo modo, eandemque appellationem habens, quam habet, à quo proficiscitur. Etenim vbi eadem operationes sunt, ibi meritò ideam agentis esse dicunt. Ideoque ibidem non qualitatem nouam aliquam productam, sed ipsam illam proprietatem adesse dicimus, quod vel ex eo patet, quod videmus, liquores illos, quibus in extrahendis viribus medicamentorum vtimur, separari posse, vi medicamenti integrâ manente in corpore, seu succo, qui ex planta vel alio medicamento extractus est. Qui succus, cum pars illius medicamenti fuerit, vires illas in proprio & primo subiecto esse, & proinde non communicatam aliquam & nouam qualitatem, sed illam ipsam naturalem proprietatem, proprio subiecto in-

Operum Sennerti Tom. III.

A hærentem esse, meritò quis dixerit.

Quintam classẽ qualitatum occultarum constitunt ea, quæ in plantis & animalibus secundum naturam generantur: qualia sunt plantarum succi, gummi & lacrymæ, vt aloë, myrtha, scammoni, euphorbium, opium; & quæ in animalibus generantur, vt moichus, Zibethu, lapis Bezoar, lacryma cerui, venena itẽ animalium. Quamuis enim ea omnia hominibus vel medicamentis vel venenali loco sint; tamẽ plantis & animalibus sunt domestica & cognata. Tales autẽ qualitates omnes, earumque effectus, non proximè ab anima, seu viuentiũ forma specifica, sed forma ipsarum propria pendent; cum à viuentibus separata, nihilominus suos effectus, & suas operationes habeant. Vnde autem formæ istæ proueniant, etsi explicare non ita facile est: tamen tutissimum videtur, statuere, res istas formas suas ab anima cuiusque speciei accipere, & formas istas quòdammodo animæ inclusas esse. Vt enim anima habet vim chylificam, *διυατοποιητικὴν*, ossificam, cutificam: ita etiam alij succi in aliis viuentibus producentur, vt oleum in oleâ, vinum in vite, eodẽque modo succi illi venenati, medicamentosi que, quos modo commemorauimus, à sua cuiusque speciei anima producentur. Et sicut vinum, etsi anima vitis amplius non animatur, nihilominus *λόγον ἔσται*, & formam illam, quam à vite accepit, vt corpus naturale, per multos annos retinet: ita & modò enumerati succi suas formas & vires integras diu possident; imò cognationem aliquam, & consentum cum eius speciei formis habent, motusque iis *αἰαλός* perficiunt. Vnde vinũ in doliis, dum vites florent, efferuescere solet. Talium nimirum omnium ratio in semine latet, & vt antea ex Aristotele, *5. de gener. anim. cap. 7.* diximus: Principia quamuis pauca magnitudine, tamen facultate sunt maxima; idque imprimis de semine verum est: & quod antea ex Senec. *lib. 3. quest. natural. cap. 29.* de homine diximus, id etiam hinc verum est; quod scilicet in semine omnis futuri corporis ratio comprehensa est.

Occultarum qualitatum in iis, quæ in viuentibus generantur, causæ.

Occultarum qualitatum eorum, quæ in viuentibus prod. generantur, causæ.

CAPVT IV.

An ad sanitatem etiam qualitates occultæ pertineant?



Vm rectum sit index obliqui, & de morbis occultarum qualitatum nobis dicere propositum sit; prius omnino dispiciendum, an occultæ qualitates etiam ad sanitatem pertineant, seu, an simularium partiũ, quatenus tales, sanitas & naturalis constitutio pendeat saltem à primarum qualitatum temperie, an verò alia adhuc, & occultæ qualitates ad eam rem pertineant. Affirmatur potestius, *lib. 1. Infirmi. c. 3.* neque vt puto, sine ratione. Cum enim omnia, quæ pertinent ad propriam cuiusque formæ specificæ materiam & subiectam constituendum, etiam ad eiuſdem sanitatem constituendam pertineant, qualitates verò occultæ in homine proueniunt à forma illa, quæ in viuenti cuiusque proximam materiam constituit, etiam eas ad sanitatem pertinere, omnino statuendum est. Repetiri autem tales qualitates in viuentibus, ne gandum non est. Si enim in plantis emorrius qualita-

An occultarum qualitatum etiam ad sanitatem pertineant.

Affirmatur:

tes occultæ reperiuntur, eadem in viuientibus adfuerunt, nec frustra in iis adfuerunt, sed vt in emortuis, homini sunt loco medicamento, ita etiam in viuientibus ad eorundem actiones, & ad eius speciei sanitatem vtilis & necessaria fuerunt. Si in cornu cerui mortui quædam est occulta proprietas, etiam eadem in viuo adfuit. Si verò tales qualitates occultæ in plantis & brutis animalibus ad eorum sanitatem pertinent, cur eadem homini omnium viuientium nobilissimo denegandæ sunt? Et esse in eo tales qualitates, variz sympathiz & antipathiz docent. Vnde enim ille consensus quorundam medicamentorum cum quibusdam partibus prouenit; vt, quòd agrimoniam est cognata hepatis, eupragia oculis, pulmonaria pulmone, nisi à conuenientia qualitatum, (sed non elementarium) quæ est in vtrisque? Vnde accidit, vt hic odorem rosæ, alter alterius rei, etiam suaueolentis, ferre non possit, nisi à qualitatibus occultis? Qualitatum elementarium nulla cum odoribus cognatio est. Vnde accidit, vt nonnullis pestilens venenum non noceat, alios facillè inficiat? Cum itaque quidquid corporis parti alicui secundum naturam inest, ad sanitatem eius pertineat; qualitates verò occultæ partibus corporis nostri secundum naturam inest: eas ad sanitatem ipsam pertinere, manifestum est: Id quod demonstrasse oportuit.

Obiectio D.
Freitag

Verùm negat id D. Iohan. Freitag. & quidem ea ratione, quod, sicut per qualitates prima mistio perficitur, talisque dispositio, quæ formæ recipiendæ capax, & idonea sit, inducitur, & forma, nisi illa præuia sit, non educitur, vel inducitur: ita etiam per nullam aliam, quàm illam, in re conseruetur, & consequenter nullas actiones ad sui, totiusque subiecti conseruationem edat, nisi per hanc. Existimâtque, temperaturam, quæ formam præcedit, & cuius vltima dispositio sit quasi formæ emissio, etiam pro conseruanda eadem forma necessarium esse apparatus, & hæc pro suo instrumento vti, in eaque vitam & sanitatem conseruari; occultas autem qualitates, vt non generant, ita neque conseruare corpus, nec sanitatis essentiam constituere. Etsi enim forma has qualitates occultas ad peculiare & sæpe admirandas actiones edendû in subiecto generat: tamen per eas nec vitæ actiones exercere, nec subiectum conseruare putat. Neque enim, inquit, venenum per hoc, quod necat, per id, quod trahit bilem, rhabarbarum, vel brassica, quod vitem aniat, sui integritatem conseruant, aut mistum, vel etiam rei, quæ vitalis est, tuentur, quia id ab integritate rei dependet. Afferit & hanc rationem, quòd actiones hæc intercipi possunt, & suspendi, manente ei integritate: actio verò vitalis & conseruatio misti, à caloris incessabili ministerio dependens se saluâ nequaquam suspendi potest.

Solutio.

Verùm meræ petitiones principij, & ignorantie elenchi sunt hæc omnia, quæ proferuntur. Primo enim, vt de opinione illa de educatione formarum, & de dispositione materiæ, ad quam forma mergat, nihil dicam; cum ea ad quæstionem hanc parum faciat, & formæ non è disposita materia emergant, sed potius formæ præsentis iam sibi materiam disponant, & sui domicili architectæ sint, idque tale constituant, quale ad actiones suas edendas necessarium est: de eo quæstio est; an subiectum cuiusque, & imprimis hominis, (de huius enim sanitate quæritur, non de rhabarbari, non de serpentis, quæ impertinenter afferit) in quo conseruetur forma, & in quo, & per quod suas operationes perficit, & quidem, quatenus vt simile

consideratur, dispositio saltem per qualitatum primarum temperiè absoluatur. Ille hoc affirmat, sed sine ratione: ego nego, eâ ratione, quod, sicut à multis formis in aliis rebus naturalibus, ita etiam in homine longè nobiliores actiones pendeant, quàm quæ per qualitates primas perfici possunt & ad actiones varias, variis instrumentis opus sit. Equidem in homine, vt & in aliis animalibus, vna est anima, & nulla sit eo actio, seu naturalis, seu animalis, quæ non ab ipsa anima fluat. Quòd verò diuersas & varias actiones actu edat, id omne prouenit à varietate instrumentorum, neque anima vno instrumento ad varias, neque variis ad vnâ, sed ad singulas actiones propriis instrumentis vtitur: sicut & in artificialibus nemo ferrâ vel malleo scribit, sed pennâ opus habet, nec pennâ secat, sed ferrâ. Idem persuadent miræ sympathiz & antipathiz partium corporis nostri cum aliis rebus. Imò ipse Aduersarius concedere necesse habet, formas has generare qualitates occultas ad peculiare & sæpe admirandas actiones in subiecto edendas. Quod dum concedit, necesse est, simul concedat, eas ad sanitatem cuiusque rei pertinere. Cum enim sanitas sit naturalis partium dispositio, ea, quæ secundum naturam sunt, exercendi vim habens: per has verò qualitates natura mirandas actiones naturales edat: certè ad sanitatem eas pertinere, manifestum est.

Quod verò ideo eas ad sanitatem non pertinere putat, quia per eas forma nec vitæ actiones exerceat, nec subiectum conseruet: petitio principij, & ignorantie elenchi est, neque probatio idonea. Etenim de sanitate hæc quæritur; ille de vita respondet: cum hæc duo longè differant, possitque res viuere, etsi non sit sana, queantque dispositiones ad sanitatem necessarias variè mutari, vitâ manente. Neque ea saltem ad sanitatem necessaria sunt, quæ ad vitam totius spectant, sed etiam quæ ad cuiusque partis naturalem constitutionem pertinent. Deinde vitæ actio vocabulum ambiguum est. Aliquando enim sumitur pro omnibus operationibus, quas viuens exercet; aliàs saltem pro actionibus vitalibus in specie dictis, quæ naturalibus & animalibus opponuntur. Primo modo si accipitur vitalis actio, falsum est, quòd occultas qualitates ad vitæ actiones non pertineant: cum etiam in viuente eæ qualitates otiosæ non sint, & partes corporis singulæ penè cum aliis rebus consensum vel dissensum habeant. Etenim, etsi res venenata, (ita enim dicere debuisset non venenum. Venenum enim sanitatem non habet, nec vitam) v.g. napellus vel serpens, per qualitatem occultam homini noceat: tamen quin illa ipsa qualitas occulta ad dispositionem naturalem napelli vel serpentis pertineat, negandum non est. Res enim omnes naturales primo sui gratiâ constitutæ sunt, vt mundi perfectionem compleat, & quicquid in iis qualitatum est seu manifestarum, seu occultarum, id omne ad earum naturalem constitutionem pertinet: quod verò illæ qualitates aliis rebus gratæ, aliis noxiæ sunt, id secundarium & accidentarium est. Ita quicquid qualitatum in brassicâ est, id omne ad brassicæ naturalem constitutionem necessarium est, & per eas qualitates brassicæ actiones sibi proprias edat. Quod verò vitæ viuam oleris huius odor fugat, vt quidem Theophrastus & Plinius referunt; (nam insignis error mnemonicus est, dum scribit D. Freitag. quod brassica vitam amet) id accidentarium est, habetque suam naturalem constitutionem, etsi feratur, vbi vitis nulla est. Et quòd qualitates hæc ipsæ ad sanitatem cuiusque rei pertineant, ipsa expe-

scientia docet, quæ lætis istis qualitātibus; lædi sanitatem docet. Ita occultæ vitis qualitates læduntur à brassicæ odore. Aliàs enim vitis brassicam non fugeret. Eodem modo nonnulli ægrotant, & in lipothymiam incidunt ob felis presentiam. Sed forsā hæc ductu A. Iversarij extrā oleas, cum de hominis sanitate agendum sit. Summa: quicquid ad partium corporis humani naturalem dispositionem pertinet, id ad eius sanitatem pertinet. Sanitas enim est seu potentia naturalis exercendi naturales actiones, pendens à constitutione partium secundum naturam; seu dispositio partium corporis naturalis, naturales actiones exercendi vim habens. Sed ad constitutionem partium corporis humani naturalem pertinent & occultæ proprietates, & earum beneficio multæ actiones perficiuntur. Ergo qualitates occultæ etiam ad hominis sanitatem pertinent.

CAPVT V.

An dentur alij, præter intemperiem, in partibus similaribus morbi?



ostquam capite præcedente monstrauimus, ad ipsam sanitatem etiam pertinere qualitates occultas; iam idem de morbis, quorum gratia hæc instituta quæstio & tractatio, probandum.

Tria dari morborum genera, intemperiem in partibus similaribus, morbos organicos, & vnitatem solutam, passim è Medicorum libris patet. An præter hos aliud adhuc detur morbi genus, & quidē in partibus similaribus controuersum est. Equidem nemo ante Fernelium, quod sciam, inuentus, qui alios, quàm intemperiei morbos, in partibus similaribus dari statuerit. Is primus, præter intemperiem, alios in partibus similaribus reperiri morbos, docuit, quos totius Substantiæ nominat, & de re, vt in iusto cap. 10. lib. 2. de abdit. rer. causis. scribit, per quam obscurā, intricatā, nullāque hæcenus arte comprehensā agere aggressus est.

His autem præcipuè vtitur argumentis, ad probandum, dari tales morbos. Primum proponit lib. 2. cap. 9. de abdit. rer. causis. Si quæ sunt, inquit, in parte similari, præter intemperiem, quibus sanitas illius & integritas seruetur, necesse fuerit, in bonâ illorum constitutione sanitatem, in malâ morbum collocare. Atqui duo in vnaquaque parte similari insunt temperamento præstantiora, materia & species, seu forma, & vt in eorum naturali constitutione sanitas, ita in eorum præternaturali constitutione morbus continetur, cum contrariorum eadem sit subiecta materia. Et quidem de materiæ morbis pluribus agit in eod. cap. Sequente autem 10. cap. de morbi, totius Substantiæ ita scribit: Tota rei substantia perfectio est, & integritas, quæ res vnaquæque consistit. Hæc quouies mutatur, & de perfectione decidit, res tota continue perfringitur, ipsaque illius decessio morbus est totius substantiæ, ea scilicet, quæ nondum consummata fuerit. Nam perfecta, consummataque corruptio & interitus est.

Alterum argumentum à causarum morbificarum natura sumit, eod. lib. co. Si, inquit, vt ex Gal. no de simpl. med. facult. constat, medicamenta nos afficiunt aut simplicibus qualitātibus, aut tota substantiâ, necesse est, alias qualitates, alias totam substantiam mutari. Hæc autem mutatio, simulatim de optimo statu recedit, & natura limitem prætergressa fit, totius substantiæ morbus erit. Et paulo post: Dum vel ær, vel medicamenta totius proprietatem nos afficiunt corporis nostri neque qualitates, neque temperamentum, sed totam substantiam primum ac per se mutant. Cum enim vnus actio sit ex contrariis, quatenus sub vno eodem-

que genere comprehenduntur, illorum qualitates, corporis nostri qualitates; totâ verò substantiâ illorum, totam corporis substantiam afficiet; neque fieri potest, vt qualitas in substantiam, aut substantia in qua nasci primum vt per se agat. Esto igitur, quis iam de leuissimi medicamenti hauserit, qui è vitæ sit excessurus. Id quidem sensim aruunt omnium, maximèque principum, spiritus, humores totamque substantiam labefactabit, atque corrumpet, tum tandem in vni sequeatur, atque interitus. Partium autem corruptio & interitus tanta, quæ actionem primum per se lædit morbus est, si que verè similis, quod tum omnis instrumenti ratio integra persillat. At qui intemperies non est. Ipsi igitur sit oportet similis morbi genus, quod nos substantiæ corruptionem appellamus. Atque causarum hoc genus lauis allegato capite, & sequentibus pluribus deducit ac explicat.

Tertium argumentum è curandi ratione petit, dum lib. 2. cap. 9. scribit; Medicamenta, quacunque hominum ars ac industria inuenit, in morbis curandis idonea vel ex primis, vel ex secundis, vel ex tertiis qualitātibus originem & vires habent, quibus etiam nonnulli quartas adiciunt. Prima illorum vires & facultates intemperiei morbis succurrunt ac medentur, secundæ inmoderationis materia, tertiæ & quartæ vires qui totius substantiæ vim roburque dissolunt. Et eod. in lib. cap. vlt. Vt repleto inanitione, inanitione repletiōne, omni que intemperies intemperie curatur contrariis, sic & substantiæ morbus medicamentis profligatur totius substantiæ propter eate contrariis. Vnicuique, siue in Epidemiorum, siue in contagiosorum, siue in venenorum genere sit peculiare quoddam remedium opponitur, secretâ facultate efficax.

Fernelium sequitur Argenterius, in lib. de morbis. Argenterij. gener. c. p. 14. qui tribus potissimum argumentis vtitur ad probandum, quod in similaribus alij dentur morbi, quàm intemperiei. Primum sumit à causis toto genere nobis aduersis: secundum à medicamentis totâ substantiâ agentibus: tertium ex eo, quod dantur actiones lætæ partium similarium, quæ non pendent à morbis intemperiei. Annotat, inquit, etiam morbos oriri in partibus similaribus, concedit Galenus, quos ad primas qualitates minime referre possumus: quales sunt febres pestilenciales, morbus Gallicus, & alij, qui maligni vocantur, & quæ venena ea, quæ toto genere lethalia dicuntur, concitant, contra quos non calidus, frigidus, humidus, siccus, sed iis, quæ totâ substantiam agunt, pugnamus? Quod si genus hoc medicamentorum ponit Galenus, quod à totâ substantiâ vel à tota natura, non ob euidentibus qualitates corporis similis mala propellit; cur etiam non eadem in corpore mala statuimus, quibus ea mederi solent? At inquit profecto frustra erunt excogitata hæc aliter esse natura, quam alia, quorum effectus ad manifestas qualitates redigantur. Et ibidem: Atque hi sanè morbi similarium proprie existunt, non minus profectò, quàm illi, quos primarum qualitatum excessus committit: quippe, cum attractiones, retentiones, coctio, & que nutrimenti, atque etiam excrementorum ipsorum exustionem in singulis partibus perperant obiri, atque raro ipsas quodque partes per malignos morbos infingit lædi, & homines denique sapius exingit, quàm à manifestis qualitātibus fieri possit, quotidiana decet experientia.

Fuchsius, lib. 3. Instit. sect. 1. cap. 4. disputationem hanc Fernelij pro ætæcolozia Philosophicâ habet, quam studio Galenus, & qui huius sectantur dogmata, Medici euitare voluerint, vt, qui tum materiam, tum formam sub temperamento completi maluerint: atque ita concedit, dari morbos in similaribus; à morbis temperiei manifestis diuersos, qui per ea; quæ totâ substantiâ ipsi contrariis sunt curentur. Sed eos ad morbos intemperiei refert, duplicemque intemperiem dari, scribit, vnam primarum qualitatum, aliam, quæ ex mixtione primorum corporum fiat, quæ toto substantiâ appel-

An dentur in partibus similaribus morbi occultij? Fernelij sententia.

Eius argumenta

letur. Verùm supra iam dictum, mitionem, & A temperaturam non esse confundenda, & nullam aliam dari temperiem, nisi ortam è quatuor primis qualitatibus; neque illum modum substantiæ, qui ex mitione corporum elementarium oritur, posse tot, & tantarum virium; quæ passim in rebus naturalibus occurrunt, causam esse. Quod ipsum tandem agnoscit Fuchsius, dum scribit, se non negare, alias qualitates, ut vocant, específicas, & vires peculiares, corporibus à Deo Opt. Max. esse inditas, quas commitioni primorum corporum acceptas referre non possumus.

Contra sunt alij, qui Fernelij hanc sententiam planè reiciunt, & nullos alios, præter intemperiei morbos, in partibus similaribus dari, statuunt, inter quos non postremus fuit Thomas Erastus, qui anno 1575. peculiari disputatione Fernelij sententiam impugnavit. Utitur autem his præcipuè contra Ferneliam argumentis. Primò arguit Fernelium, quòd totam substantiam non rectè definiuerit, nec in ea definiendâ sibi constiterit, Galeni-que autoritate abusus sit; cum secundùm Galenum nec species, seu formâ, nec ex specie & formâ compositum, nec spiritus, & congenitus nobis calor tota substantia sit, sed cuiusque rei materia aptè temperata. Deinde cum tria sint morborum genera, primum partium similarium, alterum organicarum, & tertium utrisque commune, & ipso Fernelio fatente, morbi substantiæ non possint referri inter instrumentarios & solutæ unitatis, probare conatur, etiam ad similes referri non posse, & eo quidem argumento, quòd, si essent morbi similes, actionem partium similarium primò & per se læderent: at hæc cum in proprio similarium temperamento consistant, lædi non possunt, temperamento non mutato. Nihil enim in parte similari actionibus deseruiens inesse statuit, præter temperamentum & formam, seu animam. At forma seu anima nou ærotationi obnoxia est: ergò solum temperamentum morbis obnoxium erit: & proinde nullus alius morbus partium similarium dabitur, quàm intemperiei. Tertid ad argumenta Fernelij respondet, negatque, tria in similaribus morborum genera constituenda esse, quia ex tribus, materia, forma & temperamento composita sit. Cum enim morbus eius rei sit vitium, quæ actionis propinquissima causa est, neque materiæ, neque formæ, sed composito per se & propriè accidere, ut propinquiori actionum causæ; & proinde in similari parte nullos alios morbos inesse, quàm unitatis & temperationis. Forma enim immutabilis est, materia verò nullius actionis causa proxima, sed temperamentum.

Deinde etiam alij hos morbos impugnaverunt; & inter eos Comes Montanus, *de morb. lib. 3. c. 15.* qui imprimis hoc argumento utuntur, eoque simul primam rationem Fernelij impugnant. Corruptio substantiæ vel formæ, inquit, est aut in termino & absoluta, aut in via. Si in termino, & absoluta, non morbus est, sed interitus, sic ipsomet Fernelio statuente. Si in viâ, non est corruptio, sed alteratio corruptioni præuia, & per consequens morbus ex intemperie, cum alteratio motus sit in qualitatè.

Alij hoc argumentum ita proponunt: Concedunt quidem, in parte similari tria inueniri, materiam, formam & temperamentum; omnia tamen hæc tria ad sanitatis naturam pertinere negant. Cū enim duplex sit partium constitutio, vna essentialis, altera accidentalis; illa, quæ ex materia & forma resultat, hæc, quæ illam insequitur, & accidentium certa dispositio est, per quam forma compositi est

efficax: sanitas non in essentiali, sed accidentali constitutione collocanda est. Sanitas enim & morbus accidentia sunt, quæ rei essentia salua permanente permutari variè possunt; unde idem homo nunc sanus, nunc æger est: forma verò, à qua rei essentia pendet, intendi & remitti non potest, sed constituta est in indivisibili, unde, ut modò dictum, formæ corruptio & abolitio non morbus est, sed rei interitus, nullusque morbus dari potest, qui inante re formam corrumpat, sed forma, quæ ubi est, vel tota est, vel non est, sublata, ipsum totum corrumpitur: quod verò corruptam est, sanum vel ægrum dici non potest, cum non entis non sunt accidentia. Atque ita cum parte similari integra manente, eius forma corrumpi non possit; solum verò temperies, re salua manente, variè alterari & mutari possit; concludunt, nullum in parte similari formæ vel substantiæ totius, sed saltem temperiei morbos dari.

Et omnino hi autòres rectè contra Fernelium concludunt, si per morbos formæ, vel totius substantiæ intelligendi sint ipsius formæ, vel substantiæ partis corruptio, nullo modo hos morbos concedi posse. Etenim formæ ipsæ sunt immutabiles, & saluo subiecto corrumpi non possunt, sed forma corrupta pars emoritur, atque ita amplius nec sana nec ægra dici potest. Et proinde, licet Fernelius rectè probet, ad partem similarem constitutionem præter temperiem etiam formam & materiam pertinere: tamen id saltem de essentiali constitutione intelligendum est, ad quam sanitas & morbus non pertinent; cum, essentiali hac constitutione salua manente, pars nunc sana, nunc ægra esse possit.

Verùm hoc modo nondum Aduersarij Fernelij probantur, nullos alios dari in partibus similaribus, (præter unitatis solutæ) quàm intemperiei morbos. Hoc enim, quod Erastus & Comes Montanus, & alij præsupponunt, nihil ad sanitatem partis similarem (præter unitatem) requiri, quàm temperiem, omnesque actiones partis similarem perfici saltem eius temperie, nondum probatum, sed id ipsum est *κενὸν & ἄνοον*, & cap. præced. demonstratum, alias adhuc ad sanitatem partis similarem qualitates, quàm temperiem primarum requiri. Et probant id etiam resolutiones chymicæ, quibus ex plantis & animalium partibus efficiuntur medicamenta occultis qualitatibus prædita. Et proinde alia adhuc in partibus similaribus præter temperiem dantur, quorum recessus à naturali statu similem morbum us inducit.

Et dari tales morbos, probant reliqua Fernelij argumenta. Inter quæ primum est id, quod à causis morbificis sumitur. Si enim dantur causæ morbificæ, quæ alio modo, quàm temperie primarum qualitatum, partes similes afficiunt, etiam dantur morbi alij, ab intemperiei morbis in partibus similaribus: At dari agentia à tota substantia, & quorum actio in nullam manifestam qualitatem, aut harum temperiem referri potest, planum est, & supra satis probatum; monstrantque id cum multa medicamenta; tum imprimis venenorum varia genera, quæ non notis & elementaribus, sed longè diuersis qualitatibus corpus nostrum afficiunt; id quod neque ipsi Aduersarij negare possunt: Cùm verò omnis actio sit inter contraria eiusdem generis, & omne agens agat in suum contrarium, corpusque, quod afficit, sibi simili qualitatè afficiat & alteret, illicque sibi similem qualitatem inducat: inde certò concluditur, à medicamentis & venenis occulto modo agentibus, non temperiem immediate & proximè mutari, nec intemperiem è

Eorum, qui morbos totius substantiæ reiciunt, opinio Th. Erasti.

Comit. Montani

manifestis qualitatibus exortam, sed occultam & ab intemperie diuersam qualitatem ac dispositionem induci.

Contra
T. Era-
stus.

In hoc argumento soluendo varij multis modis laborant. Thomas Erastus in alleg. *diff. heb.* 57. scribit; non rectè concludi, aliquid totà substantiâ nobis inimicum esse, ergo totius substantiæ morbum generare: e. g. effluvia pestifera tota substantiâ nobis inimica esse: solùm tamen calefaciendo, putrefaciendo, erodendo nos offendere. Atque ita concedit, dari quidem actiones à tota substantia, seu occultis qualitatibus, læsionem tamen, quam inducunt, notam & manifestâ esse statuit. Idem Comes Montanus, de morb. lib. 3. cap. 16. sentit, qui dari agentia à tota substantia quidem concedit, actionem tamen illarum tantùm per qualitates primas, & temperiem fieri existinat, docetque, quando mutatio tantùm sit in qualitatibus primis, tum actionem illâ vocari per vnam vel duas qualitates: sed quando aliæ etiam secundæ & tertiæ mutantur, tum illam actionem prouenire à tota substantia, & omnino actiones omnes istas fluere à temperie docet. Sed cùm agnoscat, negari non posse, quòd dentur actiones, quæ ab intemperie non proueniunt, rem in dubio relinquit, & nihilominus statuit, quomodocunque res agant, siue per temperiem, siue per formam à temperie diuersam, morbos non esse, sed potiùs causas morborum, & non morbos totius substantiæ, sed à Galeno saltem receptos inducere, v. g. morsum canis rabidi vulnus infligere, & intemperiem calidam & siccam inducere, quæ tandem ægrum in furorem agat.

Hieron.
Capi-
uaccii.

Eodem modo Hieronymus Capiuaccius, in tract. *de lue Venere*, agnoscat in lue Venerea actionem à tota substantia, & quæ sit supra elementorum qualitates, quæque peculiariter sit corpori humano aduersa, & non nisi alexipharmacis deleri possit: at proprietatem illam saltem in excremento præternaturam, quod à toto genere lædere potens sit, statuit: sed quod morbum aliquem nouum, præter vulgo receptos, producat, negat, notòsque tantùm morbos intemperiei, tumores, vlcera, & similes inducere, statuit.

Verùm hoc modo argumentum istud non soluitur. Etenim, etsi negandum non sit, venena, & alia occultis qualitatibus agentia, etiam qualitatibus primis, quas cum occultis habent agere, & intemperiem inducere, exulcerare: tamen actiones istæ ab iis non proueniunt, quatenus venenata sunt, & occultis qualitatibus agunt, sed quatenus & ipsa temperiem suam elementarem habent. Aut licet, vbi occultis qualitatibus calidum innatum est destructum, tota œconomia corporis collabatur, & tandem putredo, febres, vlcera, tumores, & alij morbi ac symptomata excitentur: tamen id facit venenum non per se, sed per accidens. Interim quæritur, an non venena, quatenus talia, & quatenus peculiari proprietate agunt, peculiari modo etiam in corpus nostrum agant, & peculiarem qualitatem præter naturam in id inducant? quod omnino affirmatur. Cùm enim res quælibet secundum naturam suam agat, calor calefaciat, non refrigeret, nec purget; frigus refrigeret, non calefaciat, nec ferum trahat: omnino etiam occultæ qualitates secundum propriam naturam suam rationem agent, venena cor infestabunt, non purgabunt, rhabarbarum purgabit, non trahet ferrum, nec ea qualitate, qua purgat, calefaciet vel refrigeret, & omnino qualitatem quælibet sibi similem patienti imprimet. Et concedere actiones occultarum qualitatum, negare verò ab iis occultam ali-

quam imprimi, & statuere, saltem manifestas qualitates ab iis induci, contradictio in adiecto est. Etenim si manifestam saltem qualitatem inducit, actio non est occulta, sed manifesta. Deinde cùm omnis actio sit inter contraria, & agens cupiat sibi assimilare patiens; nec verò, vt Thomas Erastus, *ib.* 59. scribit, qualitas in substantiam, vel substantia in qualitatem primò agat: necessarium est, vt, quia medicamenta à tota substantia aliis, quam manifestis qualitatibus agunt, alias etiam, quam manifestas qualitates afficiant, & sibi similem affectionem inducant.

Ad veritatem proximè accessit, eam tamen non planè assecutus est Eustachius Rudius, vbi, de morb. occult. lib. 1. c. 7. inquit, quo pacto venena corpus nostrum corrumpant, & contra Fernelium disputat. Vbi quidem rectè docet, quòd qualitas formâ primò non afficiat; cum fieri non possit, vt qualitas in substantiam agat: sicut & hoc rectè statuit, deleteriorum formas esse principia agendi, proprietates verò, seu occultas qualitates, ab iisdem formis fluentes, esse instrumenta; & has proprietates, cùm nostri corporis proprietatibus omnino contrariæ sint, in eas procul dubio agere posse. Quæ mea planè sententia est, in quam seu inuiti, seu in seculi tandem verissimo principiorum Physicorum ductu nonnulli elabuntur. Veruntamen ex præconcepta opinione aliquomodo ad qualitates primas elabatur, dum scribit, proprietates nobis contrariæ à manifestis qualitatibus in propria actione adiuuari & roborari. Isto enim qualitatum primarum auxilio occultæ qualitates nullo modo opus habent. Etsi enim hoc concedo, venena quædam, vt & alia qualitatibus occultis prædita, etiam qualitatum primarum excessum habere: tamen singulæ qualitates, quod suum est, agunt, & occultæ etiam sine primarum auxilio suas actiones perficiunt. Et sicut magnes trahit ferrum sine caloris vel frigoris auxilio: ita aspidis venenum sine auxilio caloris, qui in tantilla quantitate nullus insignis esse potest, solum occulta & venenata sua proprietate malignam qualitatem corpori nostro imprimat, & occultas nostri corporis proprietates impugnat. Et cùm dicit, qualitates occultas in suis actionibus adiuuari, concedit, occultarum qualitatum propriam & primariam, à primatiuum qualitatum actione diuersam, esse actionem.

Hæc omnia etsi plana sint, ex ipso Aristotele, lib. 1. de generat. & corrupt. cap. 7. text. 57. desumpta, vbi Aristoteles & eius interpretes clarè docent, actionem esse inter contraria eiusdem generis: tamen ne victas veritati manus porrigere cogatur D. Iohan. Freytag. sit hinc veneranda antiquitatis desertor, Nouator & Paradoxologus. Nihil tamen solidi contra principium Aristotelis affert, verùm ne nihil dicat, aliquid, vel ad rem nihil pertinens, dicit. Nam cùm Aristotelis canon de causis efficientibus immutantibus agat, ille de formæ informatione, & actionibus, quæ per emanationem fiunt, aliquid affert. Cùm sermo sit de antipathia, ille exempla sympathias inducit. Cùm de actionibus naturalibus, quæ sunt inter contraria sub eodem genere, tractetur, ille de potentia obedientiali, (quo suam in Philosophia inscitiam egregiè prodit) quæ Dei & artis respectu talis esse dicitur, aliquid producit, & potentiam obedientialem etiam in actione rerum naturalium inter se imperitè ponit: quæ responsione digna non sunt. Certum enim est, Aristotelis canonem esse verissimum, de actione immutatiua seu corruptiua dicta, & in actione tali non quodlibet agere in quodlibet, sed in determi-

Eust:
Rudij
sententia.

D. Ioha.
Freyt.
argu-
mento-
rū resu-
tatio.

natum, & omne tale agens patienti imprimere qualitatem sibi similem. Talia autem agentia non sunt solum ea, quæ primis qualitatibus alia afficiunt, sed inter ea etiam, quæ à tota substantia, seu occultis qualitatibus agunt. Hoc enim modo venena non lapidibus, non metallis, non lignis, sed animatis sunt venena. Et quidem, quod vni animalium speciei venenum est, non omnibus animalibus venenum est. Et quæ hóc modo agunt, non manifestas seu primas qualitates corpori inducunt, sed sibi simili affectione id alterant, vt Galenus loquitur. Venenotum enim natura non in qualitatibus primis, sed occultis consistit. Et si venena saltem primas qualitates corpori imprimerent, etiam alia qualitatibus primis prædita, idem quod venena agere possent, quod tamen non accidit.

Primi.

Vnum atque alterum tamen, quod afferitur, non prætereundum videtur. Primò ait: *Non quia innumera indicibilia venenorum genera in nos agunt. occultis suis & aduersis qualitatibus, idcirco innumera quoque occulta qualitates, & innumera ex his sanitates occultarum qualitarum, & ex harum à venenis læsione innumeri morbi incogniti & indicibiles statuentur*, id quod absurdum videtur. Verùm absurdum híc nullum est, nisi quæ ipse fingit. Primò enim, celsi non sunt innumeri morbi occulti, & forsitan nec 80084. quot misturas humorum possibles commentus est Sanctorius, lib. 7. meth. vitandor. error. cap. 9. tamen sat multi sunt. Alius enim occultus & malignus morbus inducitur à virulentia venerea, alius à contagio pestilenti, alius à morfu canis rabidi, alius à morfu aspidis, alius à morfu scorpil, alius à viperæ, alias ab actu tarantulæ. Non tamen sequitur, quòd etiam tot necessaria sint in homine sano occultæ qualitates, & tot sanitates. Rectum enim vnum, obliquum varium & multiplex. Sicut nimirum temperies primarum qualitarum vna qualitas est, & in qualibet parte vna, variis tamen modis, & à variis intemperiebus & causis à naturali statu deflectere potest: ita etiam naturalis illa dispositio, quæ est ab vna vel pluribus qualitatibus occultis, variis modis & à variis venenis mutari potest. Et licet plura sint venenorum genera, & speciales actiones venenorum inter se differant: in genere tamen conueniunt, vt omnia sint calido natiuo, & naturali constitutioni contraria, eamque corrumpant. E contra vna theriaca multis venenis resistit. Ac quamuis plures essent tales qualitates in corpore: non tamen essent plures sanitates. Sanitas vna est formaliter sumpta: causæ verò eius multæ, & propterea etiam multa morborum genera, quæ eam lædere possunt. Et posito, sed non concessio, quòd nulla detur in corpore nostro talis occulta qualitas, ad sanitatem eius pertinens, quæ in venenosis morbis mutetur: tamen cum venena sibi simili affectione corpus nostrum alterent, vt Galenus, 1. de sem. c. 16. loquitur, atque illa qualitas & dispositio maligna corpori à veneno impressa sit præternaturalis, atque actiones eius lædat, cum morbus corporis dici non possit: cur ei morbi definitio competat? Nam quod allegatum Galeni locum, vbi docet, quod minima portio uicula lethalium venenorum, quæ dantur appellatur, vbi animalis corpus ingressa fuerint, momento temporis id immutant, sibi que simili affectione alterant; falsa interpretatione corrumpere conatur, frustra laborat. Etenim, quod scribit Galenus dicere, totum alterari, non saltem qualitates occultas, sed maximè manifestas, in qua vita fundatur, pueriliter in vocabulo Totum ludit. Neque enim Galenus per totum intelligit vniuersam totius corporis constitutionem, cum videamus; in

Alie venerea, veneno canis rabidi, actu tarantulæ, & aliis venenis, non statim omnem corporis constitutionem mutari; imò sæpe temperiem qualitatum primarum vix permutari; id quod ex eo manifestum est, quòd sæpe à veneni vitiosissime hominò iugulatur, antequam vlla, quæ homini interitum afferre possit, mutatio in qualitatibus primis (vt potè quæ longius tempus requirit) facta fuerit: id quod ipse concedere necesse habet, dum scribit, quod peste infecti subito moriuntur; ex veneni perniciæ, quod cordis vitalem, insitum & influentem spiritum rapidissime corrumpat. Sed dum dicit Galenus, totum momento temporis immutari, eius hæc mens est, in toto corpore subitam alterationem fieri: id quod ex eo patet, quòd statim post addit; alexipharmaca totum corpus immutare. Vbi certè non docet, ab alexipharmacis omnem corporis temperiem & naturalem dispositionem euertere, sed saltem istam à veneno inductam alterationem aboleri. Neque etiam temperiem primò mutari, (hæc enim in momento mutari non potest) dicit Galenus, sed talem qualitatem corpori à veneno induci; quali ipsum præditum est. Et venena non sunt venena per qualitates primas, sed per occultas. Et proinde, dum sibi simili affectione corpus nostrum alterant, non primas qualitates inducunt, sed occultas & venenatas. Id quod patet ex eo, quòd Galenus statim subiungit, alexipharmaca contrariâ venenis alteratione corpus afficere. Etenim, alexipharmaca, vbi pluribus in locis Galenus docet, non agunt qualitatibus primis, sed totâ substantiâ, & qualitatibus occultis. Cum ergo alexipharmaca alterationi venenorum contrariam alterationem inducant, venenorum actio non in qualitatibus primis consistit.

Deinde, quòd scribit: *quia venena omnia directè substantiam nostram humanam, maximè iuxta temperiem qualitatum, & præcipuè calidi & humidi, in qua sanitas, & vita fundatur, diripiunt & corrumpunt, & cordi vitæque facultati in calido natiuo, eiusque spiritum & humido archigeno in corde potissimum radicato, depeculantur, celeriterque vi sua perniciofa, & potenter corpus & naturam nostram pessundant & in suam naturam immutando corrumpunt, non occultas qualitates corrumpunt, sed manifestos temperiei morbos producunt*: Primò petitio principii, est, quòd putat, venena humanam naturam mutare directè, iuxta temperiem qualitatum primarum: sibi enim simili affectione corpus nostrum alterant, proinde venenatam qualitatem corpori imprimunt. Deinde malè confundit vitam & sanitatem; cum vita absque sanitate esse possit, & æquè ægri viuunt, ac sani. Vnde etiam tandem apparet, falsum esse, quod ex nostra sententia sequi putat, quod calore natiuo, in quo vita consistit, saluo, quisquam perire possit. Petitio enim principii est, quod calidi natiuo seu spiritum insiti essentia saltem qualitatum primarum temperie absoluitur; cum, vt suo loco ex Aristotele dictum, spiritus ille insitus sit; *σώμα τὸ ἥδη ἄσπυον σοι χεῖρ ἀνάλουον*. Et posito, sed non concessio, quod calidum innatum sit elementare, tamen corde à veneno læso, totam eius œconomiam; & ita etiam temperiem; labefactari, necesse est. Atque ita primum argumentum pro morbis occultarum qualitarum, quos Ferrius totius substantiæ vel formæ appellat; saluuntur.

Secundum argumentum sumitur, vt dictum, à curandi ratione. Cum enim dentur medicamenta à tota substantia, vt appellant, non qualitatibus manifestis, sed occultis agentia, dantur etiam necellariis morbi occultarum qualitatem; cum contraria

Secundi

Secundi
argu-
menti
Ferrolii
confir-
matio.

contrariorum sint remedia. Vnde rectè Argente-
rius: Nisi darentur morbi occulti, frustra inuenta
essent remedia totâ substantiâ agentia. Nam si
omnes morbi partium simularium essent morbi in-
temperiei, possent ij medicamentis contrariâ in-
temperie præditis expugnari. At hoc non fit: sed
sæpe manifestè qualitates ad impugnandos morbos
non sufficiunt, sed opus est medicamentis occultis
qualitatibus agentibus, vt quotidiana experientia
testatur. Id quod expressè docet Galenus. *1. de sem.
cap. 16.* dum scribit, quòd venenorum antidota &
alexipharmaca contrariâ lethalibus alteratione to-
tum etiam corpus immutent.

Contra
Th. E-
raltam.

Verùm & in hoc argumento soluendo nonnulli
laborant, sed frustra Thomas Eraustus, vt *ex lib. 5.
Miscel. Smetij, epist. 6.* videre est, eò audaciæ venit,
vt scribat, non posse vel vnus hominis exemplum
produci, qui à peste medicamentis virtute specifi-
câ agentibus sic liberatus. Et quæ latente virtute
dicuntur profuisse, vel vacuando, vel concoquendo,
vel refrigerando, vel siccando cuncta profuisse.
Additque, si tales essent proprietates in illis
omnibus, quæ ab autoribus laudantur, infinita ferè,
ac nihil simile inter se habentia pharmaca eâ-
dem essent potestate prædita: quod fieri nullo mo-
do possit. Verùm magna hæc est pertinacia & au-
dacia, ita ipsi experientia reluctari, quâ satis con-
stat, non solùm pestem, sed & alios morbos mali-
gnos ac venenatos nullo modo curari posse reme-
diis solum manifestis qualitatibus, quæcunque eæ
sint, agentibus; sed opus esse alexipharmacis, quæ
sola experientia suggerit. Et illud ipsum, quod
contrâ obiicit Eraustus, sententiam nostram robo-
rat potius, quàm infringit. Si enim, quod experi-
entia constat, infinita ferè medicamenta nihil simile
inter se, vel ratione primarum vel secundarum qua-
litarum habentia eâdem vi pesti resistendi prædita
sunt, necessariò concluditur, peculiarem vim &
facultatem, à primis qualitatibus diuersam, in quâ
omnia ista conueniunt, iis inesse.

Comitè
Monta-
num.

Comes Montanus, *lib. 3. de morb. cap. 19.* cum vi-
deret, negari non posse, dari medicamenta occultis
qualitatibus agentia, aliò confugit, & statuit,
talia medicamenta non morbos expellere, sed
causas saltem morborum; ipsos verò morbos ab
iis inductos, si opus sit, saltem curari medicamentis
manifestis qualitatibus agentibus. Ita in veneno
canis rabidi causam magis trahere ad se curam,
quàm morbum, qui sit intemperies calida & sicca,
& idèd non solùm iis, quæ manifestâ vi venenum
hoc extrahunt, sed & iis, quæ totâ substantia agunt,
vtendum esse. Verùm enim verò negandum qui-
dem non est, alexipharmaca etiam causâ aduersari,
eâmq; impugnare, & è corpore expellere pos-
se. Interim & hoc verum est, quod Galenus, *lib.
1. de sem. cap. 16.* scribit, quod deleteria corpus no-
strum sibi simili affectione alterant, & sibi conge-
neres qualitates, & malignam diathesin ipsi indu-
cunt. Quæ enim esset aliâ actio venenorum, &
quomodo corpus nostrum tam vehementer læde-
rent; cum in manifestis qualitatibus sæpe exigua
mutatio appareat? Et quomodo causâ, vt Comes
Montanus putat, plus quàm intemperies manifesta
inducta vtgeret, & curam ad se traheret, si saltem
manifestis qualitatibus læderet? Certè ob damnum
& vitæ periculum, quod corpori infert, magis vr-
get. At hoc facere non potest, nisi dispositionem
corporis ad vitam necessariam summoperè euertat.
At hoc, vt ipse confitetur, non facit intemperie
manifestâ, quæ primis diebus sæpe exigua & nul-
lius momenti est; ergo id facit occulto modo dispo-

sitionem naturalem corporis nostri euertendo, ipsi-
que contrariam malignam inducendo, & nemo rei
Medicæ peritus facile iudicauerit, quòd venena sæ-
pe, etiam si è corpore sint exturbata, nihilominus
malignas diatheses post se relinquunt.

Tandem vt hæc concludamus, & iis, quæ modò,
& *cap. præced.* diximus, hoc addamus, Antonius San-
torellus, *in antipraxis Medic lib 5 c. 4.* etiam statuit,
quod antidota oppugnent causam morbi, non
morbum: illa autem etsi occulta sit, producat ef-
fectum manifestum. Idque conatur exemplo ma-
gnetis & purgantium medicamentorum declara-
re. Nam, *inquit,* magnes trahit ferrum qualitate no-
bis occultâ, medicamenta purgant occultâ vi; at
effectus, vt tractio, manifestus est. Atque ita etiam
putat, venenorum causam occultam effectum ma-
nifestum producere. Verùm dicit, sed non probat,
quòd antidota saltem causam morbi oppugnent,
non morbum, quod supra refutatum. Deinde quòd
ad causas occultas attinet, & earû effectus, distin-
guendum est primò inter motum localem & alte-
rationem. Etenim motus ferri ad magnetem est lo-
calis. At hîc quaeritur, quamnam alterationem
venena in corpora inducant? Præterea distinguen-
dum est inter effectum proximum & remotum.
Etsi enim motus localis, quo ferrum ad magnetem
mouetur, manifestus sit: tamen motus ille ferri
non est effectus proximus occultæ qualitatis, sed
remotus. Etenim sicut veneno sumpto hominem
vomere vel mori, manifestum est, & inter vomitum
& mortem actio aliqua præcedit, quâ venenum oc-
culto modo hominem afficit: ita etsi manifestè
ferrum ad magnetem mouetur: tamen actio alia
occulta præcedit, quâ magnes ferrum afficit, eique
qualitatem imprimit, ob quam ferrum ad magne-
tem mouetur, eâque ipsa qualitas ignota nobis est
æquè, ac illa, quam venenam corpori nostro im-
primit: quod etiam Scaliger, *exerc. 102. f. 6.* docet:
vbi statuit, quod ferrum ad magnetem potius,
tanquam matricem suam, moueatur, cuius abdi-
tis principiis periciatur. Itaque etsi venenâ causâ
satis multi effectus sequuntur: tamen cum illi plures
& toto genere diuersi sint, patet, eos omnes non
proximè à veneno provenire, sed mediante aliâ
proximâ causâ, à qua calor nativus corporis, &
præcipuè cordis, læditur. Hoc enim læso, amplius
corpus & humores à natura regi non possunt, vnde
excitatur putredo, inde febres, tumores, vlcera. Et
tumores proximè excitantur à facultate expultrice,
non à veneno. Ita purgantis medicamenti effectus
seu purgatio manifesta est, seu illa non sit imme-
diatè & proximè à medicamento purgante, sed à
facultate expultrice. Actio verò purgantis medica-
menti in humorem expurgandum omnino occul-
ta est.

E quibus Tertium argumentum oritur, ab ipsis
actionibus læsis. Cum enim omnes actiones læsæ
siant vel à morbo partis, quæ illam actionem per-
ficit, vel ab errore externo; dentur verò actiones
læsæ, quæ neque ad morbos intemperiei, neque ad
externum errorem referri possint: hinc sequitur,
dari alios, præter intemperiem, morbos, in illis par-
tibus, à quibus actio illa provenit. Negari autem
non potest, in morbis malignis, pestilentibus, &
venenatis, sæpè nullam alicuius momenti intem-
periem dari, interim varias actiones lædi, vices
deici, imò hominem de vita periclitari. Ergo ali-
quam aliam, præter intemperiem, in parte muta-
tionem adesse necesse est, ob quam tantæ actionum
læsiones siant.

Et quocunque se vertant, qui hos morbos ne-

Antono
& anto-
rellum.

Tertiū
argu-
mentū.

gant, eos ipsos tamen, seu inuiti, seu insitij concedere coguntur. Unde Mercurialis, qui de venenis cap. 2. morbos hos ad morbos intemperiei referre conatur, de venenis cap. 1. definit morbum perniciosum in hunc modum: *Morbus venenosus est dispositio præter naturam, cor offendens immediatè, & vehementer eius actionis lædens, ob vim veneficam.* Et Eustachius Rudius, de occult. morb. lib. 1. cap. 2. definit morbum occultum, quòd sit affectus præter naturam, qui ab ea causa, materiæque creatur, fouetur, atque dependet, quæ humano corpori; eiusque præsertim innato calori totâ suâ naturâ nobis ignotâ aduersaria existens, ipsum pro suo posse corrumpit, & in propriam naturam conuertit. Cùm enim definitio definiti essentiam explicare, & cum eo conuerti debeat: si morbus, qui definitur, est occultus & venenosus, certè affectus ille seu dispositio præter naturam, non solum intemperies est qualitatum primarum, sed & ipsa occulta & venenosa esse debet. Deinde, cum causâ occulta sit & venefica, & à qualitibus primis diuersa, necesse est, vt dispositionem etiam occultam & venenosam, à qualitibus primis diuersam, inducat.

CAPVT VI.

Quinam sint illi alij, præter intemperiem, in partibus similibus morbi?



Tque hæcenus satis firmis, vt opinor, argumentis, probatum est, dari in partibus similibus alios, præter intemperiem, morbos: proximum iam est, vt explicemus, quinam illi sint. Id enim, quia non satis rectè, clarè, & accuratè à Fernelio factum, totam hanc de hisce morbis doctrinam plurimum suspectam reddidit. Cùm enim viderent, quædam in enumeratione horum morborum falsa proferri à Fernelio, etiam ea, quæ vera ab eodem proferruntur, simul reiecerunt. Ita autem de morbis totius substantiæ, quos ita appellat, docet Fernelius, lib. 1. *Pathol. cap. 7. Totius, inquit, substantia morbi sunt, qui partium substantiam primum & per se oppugnant. Horum alij manifesti sunt, alij occulti.* Manifesti, qui partium corporisque substantiam manifestis à causis demoluntur. Eiusmodi sunt vlcera maligna, phthisis, jecoris, lienis, aliarumque partium putredo, ex primarum qualitatum intemperie nata, & spiritus innati dissolutio per vigilias, labores, inedias, atrocisque dolores, & natiui caloris extinctio, in strangulatu, vel in penetrabili, extremoque frigore. Occulti morbi sunt, qui cæteris ex causis totam substantiam oppugnant, quorum postea differentias recenset. Idem docet lib. 2. *de abdit. rer. caus. cap. 10. & 11.*

Verùm etsi, quantum ad posterius morborum totius substantiæ genus, rectè docuerit Fernelius, idque dari argumenta cap. præced. allata satis probent: tamen prius genus nullo argumentorum genere probari potest. Argumenta enim, quæ cap. præced. attulimus, saltem probant dari morbos, & ab occultis qualitibus ortos, & per occultas qualitates curalibes. Argumenti verò primi Fernelii, quod ad prius morborum totius substantiæ genus probandū vtitur Fernelius, nullum robur esse, cap. præced. dictum. Neque enim ipsius substantiæ mutatio & corruptio morbum parit, sed rei interitum. Res verò corrupta amplius neque morbum neque sanitatem parit. Si verò corruptio non sit perfecta, sed via saltem ad eam, est alteratio & morbus intemperiei: aut si illa à causâ occulta pro-

A ueniat, pertinet ad morbos occultarū qualitatum, non verò est formæ corruptio. Et vt in specie illos manifestos morbos, quos inter morbos totius substantiæ refert Fernelius, videamus, primò inter eos numerat maligna vlcera, phthisim, & partium putredinem. Verùm siue vt vlcera simpliciter, siue vt maligna considerentur, id morbi genus, quod Fernelius vult, non constituunt. Nam vlcera sunt morbus solutæ vitæ cum substantiæ amissione, & plerumque cum intemperie. Si verò vt maligna considerentur, appellantur ea vlcera maligna, vt Galenus, *de compos. met. secund. gen. lib. 4. cap. 8.* docet, in quibus pars ulcerata malam quandam dispositionem contraxit, quæ humores affluentes, etsi boni sint, corrumpit, & vt idè vlcera ad cicatricem difficulter perueniant, facit. Si ergo dispositio ea est intemperies saltem, nullum nouum morbum inducit, sed est morbus intemperiei. Si verò maligna aliqua diathesis sit à causâ maligna parti exulceratæ inducitur, tùm quidem alius ab intemperie morbus, verùm non, quod vult Fernelius, manifestus, & à manifestis causis lædens, sed occultus, & ad posterius morborum totius substantiæ genus, quos Fernelius constituit, non ad prius pertinens. Id quod ipse Fernelius, lib. 7. *Pathol. cap. 9.* de malignis vlceribus loquens, confitetur, dum scribit, illorum præter vulgare humoris vitium cæca quoque malignitatis causa statuenda, quæ vix abigi profigarique potest. Talia ferè ex pestilentia relinqui solent.

Secundò huc recenset pulmonis, hepatis, lienis, aliarumque partium putredinem, ex primarum qualitatum intemperienatum. Verum putredo illa vel iam facta est, & tùm pars non amplius ægrotat, sed corrupta est, vt sit in sphacello, aut si non sit tota corrupta, vlcere laborat; vel est in fieri, quæ cùm inducatur, fatente Fernelio, ex qualitatum primarum intemperie, nihil aliud erit, quam alteratio & morbus intemperiei. Illa autem putredo, quæ est in humoribus, non morbus est, sed morbi causa.

Tertio loco inter morbos totius substantiæ à manifesta causa orto: ponit spiritus innati dissolutionem per vigilias, labores, inedias, atrocisque dolores, & natiui caloris extinctionem in strangulatione, vel penetrabili, extremoque frigore. Et omnino dissipatio spirituum vitalium & influentium actiones lædit, idque multò magis præstat spiritus innati dissipatio. Et si verò de modo, quo spirituum defectus actiones lædat, non omnes idem sentiunt: tamen cùm vt ipse Fernelius, lib. 4. *Physiol. cap. 5.* docet, spiritus ille insitus ad partis similis constitutionem pertineat, & partis similis essentiam compleat, & spiritus tùm insiti, tùm influentes ad temperiem cordis perficiendam necessariæ sint: eorum defectus omnino intemperiem aliquam in corpore inducit, atque ita morbum parit, qui defectus si sit maximus, pars emoritur plane. Si tamen, de quo suo loco diximus, in calido illo aliquid, quod supra primas qualitates sit, contineatur, eius defectus etiam morbum aliquem occultum parit.

Ex quibus omnibus patet, eos, quos à causis manifestis excitari, scribit Fernelius, totius substantiæ & formæ morbos, non nouos esse, sed iam vulgò cognitos: & relinquuntur, non alios, præter morbos intemperiei, in partibus similibus dari morbos, quàm eos, qui ab occultis & malignis qualitibus inducuntur, & iisdem curantur, id quod argumentis præced. cap. propositis, satis probatum est. Agnoui procul dubio hoc Argentæus.

Viri occulti morbi.

Quinam sint occulti morbi?

Sententia Fernelii.

Corrigitur.

ideoque jam, *lib. de morb. gener. cap. 4.* disputat de morbis in partibus similibus, quos ad qualitates manifestas referre non possumus, illorum, quos à causis in universis ortos receperat Fernelius, nullam mentionem facit, sed saltem febre pestilentem, morbum Gallicum, & alios, qui maligni vocantur, nominat, & quos venena ea, quæ toto genere lethalia dicuntur, concitant, & contra quos non calidis, frigidis, humidis, siccis, sed his, quæ totâ substantiâ agunt, pugnamus. Verùm quæ illorum morborum natura sit, nec ipse, nec alius, quod sciam, satis clarè explicavit.

Autoris
Casæna.

Primus (absit vero verbo invidia) anno 1607. in disputatione publicâ docui, à causis, occultâ, malignâ, & venenâ vi agentibus corpori nostro similem qualitatem induci, atque imprimi, atque inde dispositionem præter naturam ortam rectius morbum occultarum qualitatum, quàm totius substantiæ seu formæ, utpote quæ non afficitur, appellari. Quam sententiam alij quidam docti Medicis à me mutuati & secuti sunt. Si quis tamen cum Fernelio morbos totius substantiæ seu formæ appellare velit, per melicet; modò hoc teneat, eos non ita appellari posse, quòd ipsam formam immediatè afficiant; (quod fieri non posse, supra probatum) sed quòd illas nobiles qualitates, quibus forma, præter qualitates primas, virtut, mutant, hisque contrarias inducunt. Dari autem & inducibiles occultas & malignas diatheses corpori nostro, *esp. præced.* probatum. Quibus ut hoc, saltem addâ, æpissimè tales diatheses malignas ac pestilentes relinquunt, ipsâ experientia docet. De sudore Anglico referunt, quod nonnullos, qui ex hoc morbo cuaserant, per duos vel tres annos, nonnullos per omnem vitam reliquam cordis palpitatio maxima comitata est; & infra de lue venerea dicitur, quod nonnulli, cum planè sanati & bene valere sibi viderentur, post vigesimum & trigessimum annum in eundem morbum relapsi sunt: quod procul dubio à malignâ diathesi relicta accidit. Neque Galenus hanc occultam & malignam diathesin ignorasse videtur. Nam *lib. 1. de fem. cap. 15.* scribit, quòd minima particula lethaliū venenorum, ubi animalis corpus ingressa sunt, totam id momento temporis immutant, sibi que simili affectione alterant. Et *1. Aph. 22.* ita scribit: Medicamenta, quæ à rabido cane demorsis à Medicis adhibentur, duobus modis Medici appellant; interdum adversum rabiem remedia, tanquam affectionem, quæ rabiem generat, dicerent; interdum non remedia, sed rabiei futuræ amuleta. Quibus verbis distinguit Galenus remedia, quæ causæ opponuntur, & prohibent, ne ab ea maligna dispositio corpori inducatur, & ea, quæ affectione n. dispositionem & morbum à veneno canis rabidi corpori jam inductam, expugnant.

Morbi
occulti
ad ma-
nifestas
qualita-
tes redu-
ci non
possunt.

Etsi verò nonnulli laborant, ut morbos ex occultis qualitibus ortos ad vulgò nota illorum genera reducant: tamen inanem operam impendunt, ut ex Comite Montano qui, *lib. de morb. cap. aliquot* hæc de re agit, videre est. Nam falsum est, quòd primò statuit; causam febris pestilentis, & pestis esse saltem insignem putredinem, ut pluribus *lib. 4. de febr. c. 1.* probatum est. Deinde quòd dicit, inquinamentum illud non esse morbum sed causam morbi, concedimus. At hoc falsum est, quòd causa illa saltem excitet vulgò nota morborum genera, intemperiem, instrumentarios, & ex soluta unitate. Quanquam enim in corpore peste laborante fieri possit, ut quandoque omnia morborum genera in eo excitentur: tamen hoc non semper

fit, & multi peste subitò moriuntur, in quibus nulla morbi intemperiei, instrumentariæ & solutæ unitatis adsunt indicia. Et si in quibusdam id accidit: tamen ij morbi non proximè, ac immediatè & per se à pestilenti veneno inducuntur, sed per accidens; cum à veneno calido nativo debilitato humores putredinem concipiant, & inde ex humoribus corruptis varia morborum genera excitentur. Interim quæritur, quid venenū per se & quatenus tale agat, & quænam illa mutatio sit, quam excitat, ubi homo subitò, nullo alio morbo manifesto appARENTE, moritur. Eundem errorem errat Comes Montanus, quando tubercula illa & maculas in variolis & morbillis pro morbo primario habet. Sunt enim illa tubercula & maculæ saltè secundarium quiddam, quòd per *venenū* à natura in ambitū corporis protrahitur. Morbus verò primarius est febris maligna, ob quam ægri magis, quàm ob variolas & morbillos, vbi eruperunt, periclitantur. Et eundem errorem toties errat Comes Montanus, ut se à nauseam legenti parat. Agnoscat enim venenum canis rabidi à tota substantia agere: negat tamen alios, quàm vulgò notos & receptos morbos inducere, morbumque, quem inducat, calidam & siccam intemperiem esse statuit. Verùm si ita esset, cur non alij morbi calidi & sicci idem præstarent, quod morbus canis rabidi? Et si morbus est intemperies calida & sicca, cur illa adhibentur medicamenta calida & sicca? Et cum concedat, hunc morbum, ut & alios nominatos, fieri à qualitate abdita, quid, quæso, qualitas illa abdita per se agit? Nam ut calidat & siccat, non qualitatis abditæ, sed manifestæ proprium est. Eadem ratio est omnium aliorum morborum venenatorum, luis venereæ, elephantiasis, & similibus. Licet enim varæ intemperies, tumores, ulcera & similia in eis appareant: tamen hæc solū sunt per accidens, quando scilicet æconomia corporis per venenū turbata, humores corrumpuntur, & ad ambitum corporis protrahuntur. Interim quodlibet venenum per se, & quatenus tale, sibi simili affectione, ut Galenus loquitur, corpus alterat, ipsique malignam diathesin imprimi, quæ propterea etiam alexipharmacis proprium extinguenta est. Imò illi ipsi tumores & ulcera sui veneni proprietates retinent. Vnde alio modo curandi carbunculi & bubones pestilentes, alio modo bubones & tumores Venerei, alio modo tumores & ulcera elephantiacorum.

CAPVT VII.

De causis & differentiis occultorum morborum in genere.



Que ita, ut verbo me expediam, morbi occulti sunt diatheses præter naturam corpori nostro à causis occultis, & aliis, quàm primis qualitibus, ratione ægens impressæ, quæque à remediis occulto modo agentibus curantur. Quæ causæ cum sint varæ; ab ipsarum etiam varietate differentiæ morborum occultorum commodissimè petuntur; cum altis eorum natura abdita & incognita sit. Atque quum autem ad speciem descendamus primò transferamus illarum varietatem in genere in quasdam classes distribuere libet.

Morbi
occulti
qui.

Primò causarum illarum natura est varis, & propterea etiam varios morbos inducunt. Interdum enim causæ illæ non inducunt morbum lethalem, contragiosum tamen. Ita sæpe observatum,

Causarum
occultarum
differencia.

febres cum catarrho, tussis, vel alio modo populariter grassatas fuisse, ex agris tamen vix centesimum, aut ducentesimum mortuū fuisse. Ita in lue venerea est occulta virulentia; quæ tamen haminem non statim iugulat, sed multos longo tempore vexat. Eodẽ modo elephantiasis & leprosi non statim moriuntur. Deinde dantur interdum febres malignæ satis periculosa, dantur pestilentes, imò ipsa pestis. Præterea dantur venena, quæ seu hausta, seu extra in corpus immissa hominem statim iugulant. De qua differentia postulant, part. 2. cap. 1.

Causæ occultæ internæ.

Deinde causæ illæ occultæ, malignæ; & venenatæ, quæque aliis, quã elementaribus viribus corpus nostrū afficiunt, vel in corpore nostro generantur, vel extra illi adveniunt. In corpore nostro humores malignos & pestilentes, & qui non minus, quàm venena extra sumpta lædunt, generari posse, ipsa experientia docet; cum sæpissimè in obsidionibus, in castris, & aliàs sæpe in annonæ caritate, à cibo minus commodo varia malignorum morborum & febriū genera, imò ipsa pestilentia ortū habeat. Pertinet huc scorbutus, elephantiasis, & venenū, quod in cambus rabidis generatur, & si qui sunt similes morbi, ab interno humorum vitio ortum habentes.

Externæ Prima Causa, aër.

Causa verò morborum occultorum, quæ extra corpori humano adveniunt, variæ sunt. Primum enim aër potest variis qualitatuum excessibus humores corrumpere, vel etiam malignis vaporibus, & inquinamentis infici, quæ si homo cum aëre, quem inspiratione ducit, attrahat, maligni & pestilentes morbi in corpore humano generantur.

2. Contagium

Secundò aquæ & aëtis vitio cognatum est contagium, quod ab aliis, qui contagiosis morbis laborant, tum per aërem, tum aliis modis aliis corporibus communicatum est, eosdem in iis morbos excitat. Tales morbi sunt sæpè febres malignæ pestilentes, epidemia, ipsa pestis, scorbutus, elephantiasis, lues venerea, qui omnes per contagium in alios transferri possunt.

3. Venena ass.

Tertiò sunt venena assumpta quocunque modo, quæ omnino sunt varia, & sumuntur vel à mineralibus, vel à plantis, vel ab animalibus.

4. Extra comunicata.

Quartò etiam sunt venena extra communicata & corpori nostro immissa morfu & ictu venenatorum animalium, vt morfu rabidorum animalium, ictu scorpion, tarantulæ, serpentium & similia; imò ipso visu vel halitu & effluvio occulto communicata, quale venenum est Cataleptæ, & Balisci. Quò pertinent vnguenta venenata, & alia, quibus sagittæ, gladij, vestes, & alia, quæ hominem attingere possunt, illinuntur, & inficiuntur. Tandem si libet, possunt huc & morbi per veneficia illati referri. De quibus omnibus in specie postea dicendum erit.

Venenæ alia aliis partibus aduersa.

Deinde & alia morborū ab occultis qualitatibus ortorum est differentia, à partibus nimirum corporis, quas occultæ qualitates infestant perita. Et si enim venena in specie ita dicta præcipuè cordi vim inferant: tamen sunt & aliæ occultæ malignæ qualitates, quæ non primariò cor petunt, sed aliis partibus infestæ sunt. Equidem pestilens venenum scorpion, serpentis, & similia, quia hominem mox iugulare possunt, primariò cordi inimica sunt: Verùm dantur & aliæ occultæ qualitates, corpori nostro inimicæ, eique noxiæ, quæ cor primariò non lædunt, nec vitam statim auferunt. Ita aura maligna epilepsiam excitans, opium, solanum, atque alia, quæ dementant, vt Galenus, 5. de si. opl. med. saeculi c. 19. loquitur, item torpedo & similia, cerebro & spiritibus animalibus sunt inimicæ; lepus maritimus pulmōni est aduersus; hepatis inimica est virulentia venerea; hepatis procul dubio etiam fuit ad-

A uersa herba illa, cuius Galenus, lib. de purg. med. sac. cap. 4. mentionem facit, quam in Thracibus Bythiniam incolentibus nouerat homo quidam, quam si quis assumpserit, sanguinem primò, tum vitam emittebat, de qua plura allegato loco videantur. Ita cantharidas vesicæ imprimis inimicæ sunt.

Aliqualiter agunt.

Tertiò à modo vel vi potius actionis nonnulli quædam differentias constituunt. Cùm enim fortis agant per qualitates, & vt Eustachius Rudius, lib. 1. de morb. oculi cap. 7. hac de re docet, cùm omnis actio atque corruptio à contrario & in contrarium necessariò fiat, & substantiæ nihil omnino sit contrarium, omnino impossibile est, vt substantiæ ac formæ, quibus nihil est contrarium, mutuo per se agant ac patiantur. Eapropter deleteriorum venenorum formæ sunt quidem reuera principia agendi, instrumenta verò sunt virtutes quædam occultæ ab eisdem formis fluentes. Hæ itaque proprietates cùm corporis nostri proprietatibus omnino contrariæ sint, in eas procul dubio agere non possunt. Quæ omnia rectè Rudius. Vt enim formæ venenorum sunt diuersæ; ita & proprietates, vel occultæ qualitates. Verùm tum ex nobis ignotæ sunt, non nisi ex effectu agnoscuntur, & proinde differentia non alia nisi ipsorum venenorum constitui possunt. Desectur tamen postea ab ista veritate Rudius, & cum vulgo ad manifestas qualitates relabatur, dum scribit, quod si dicamus, has proprietates, nobis contrariās, à manifestis qualitatibus in propria actione adiuuari ac robotari, à veritatis tramite, & à Galeni sui autoritate recedere non ita videbimur. Et mox: cum omnia deleteria venena manifestis qualitatibus prædita sint; ideo iure maximo quis poterit arbitrari, ea proprietatibus ipsi à manifestis qualitatibus aduersis corpus nostrum læsificare & corrumpere. Etenim etsi id omnino rectè statuit, deleteria venena proprietatibus suis à formâ fluentibus corpus nostrum corrumpere, & quidem additâ ratione firmâ, quod scilicet, si qualitates manifestæ, dum excedunt, tantum corpus nostrum corrumpendi potestatem habent, tantò maiores vires habituras proprietates, quæ ab ipsa forma fluunt: tamen frustra & sine omni causâ in auxilium aduocat qualitates manifestas. Ipsa enim experientia testatur, deleteria venena, vt & alexipharmaca, sine qualitatuum manifestarum ope operationes suas in corporibus nostris perficere. Ita magnes, nullâ qualitate manifestâ adiuuus per occultam qualitatem ferrum trahit. Ita lapis Bezoar sine qualitatuum primarum ope venenis resistit. In venenis quoque plurimis nullus primarum qualitatuum excessus animaduertitur. Et si in venenis quibusdam qualitatuum primarum excessus sunt, actiones illæ, quæ à qualitatibus manifestis proueniunt, planè separatæ & diuersæ sunt ab occultarum qualitatuum actionibus, & cum iis nihil commune habent. Imò, vt suo loco dicitur, inter venena malè quædam recensentur, quæ potius erodendo vel putrefaciendo, vi manifestâ, quàm occultis qualitatibus agunt. Neque enim aqua fortis huius, etsi hominem necare possit, propriè venenum est. Ideoque illas venenorum, & occultorum morborum differentias, quas nonnulli à qualitatibus primis petunt, & venenorum illam in calida & frigida diuisionem hoc loco omitemus, & venena ipsa saltem attendemus; cùm, vt rectè ibidem loquitur Rudius, vnumquodque venenorum genus aut potius species suum habeat peculiare remedium alexipharmacum siue Bezoarticum, quod ad destruendum non manifestâ qualitate, sed occultâ proprietate, potentiâque dirigitur.

CAPVT VIII.

De signis occultorum & venenatorum morborum in genere.

Signa Diagnostica.

Occultorum morborum signa Diagnostica.

M Orbis occultus & venenatus primò cognoscitur à causis occultis & venenatis præcedentibus. Si enim de causa occulta, maligna, & venenata constet, ægerque cum aliis, qui morbo contagioso & maligno laborant, conuersatus sit, si eum venenum aliquod seu hausisse, seu morsu vel ictu animalium venenatorum acceperit, certum sit, morbo occulto & maligno eum laborare indicem est.

2 Deinde & hoc morbi occulti & maligni signum, & quasi charactèr est, quòd morbi & symptomata, quæ superueniunt, sunt magna, rara, & in aliis morbis non obuia. v. g. si accidat hydrophobia, nimia aliqua salrandi cupiditas, si animi deliquia frequentia, pulsus magna mutatio, virum prostratio, & similia symptomata accedant, quorum causæ in morbum manifestum, qui coniungitur, nullo modo referri possunt. Et licet quedam morbi occulti non sint periculosi, & pauci inde moriantur, id quod in febre illa catharrotà, quæ anno 1580. & 1626. vt & febre illa epidemià, quæ 1616. cuius mentionem *lib. de febr. cap. 9.* fecimus, grauisata est, accidit: tamen febres tales sunt epidemiæ, contagiosæ & plerunque lentam malignitatem coniunctam habent, quæ etiam propterea alexipharmacis extirpanda est. Summè autem malignorum & venenatorum morborum tanta est vehementia, vt ægrum vel mox iugulent, vel æger non nisi cum magno labore & difficultate à morbo liberetur & conualescat.

Tertio & id morbi occulti & maligni indicium est, si medicamenta, quæ manifestis qualitatibus agunt, non iuuant, sed occultâ solùm qualitate agentibus, & alexiteris morbus curatur.

Differentias quod attinet, an causa maligna in corpore genita fuerit, an verò extrâ accesserit, ex corporis constitutione, ante actâ victus ratione, cum aliis conuersatione, & ipsius morbi malignâ naturâ, ac specialibus venenorum signis cognoscitur. v. g. si quis vitiosus sciatet humoribus, prauâ ratione victus vsus fuerit, morbo maligno seorsim cortripitur, cum nullo morbo aliquo contagioso infecto conuersatus fuerit, neque vlla alia veneni hausti, vel ab animali aliquo venenato communicati adsit suspicio: eum apparatu interno humorum vitioso ægrotare indicium est.

Contra si quis integrâ sanitate fruatur, & nulla cacochymiz ac prauæ corporis dispositionis signa adsint, & subito morbo maligno & occulto cortripitur: eum morbum illum à veneno extra communicato contraxisse suspicio est. In qua re tamen cautè pronunciandum, cum venena, postquam totam corporis economiam turbauerunt, multa symptomata excitent, quæ cum aliis morbis sunt communia; & sæpe latens in corpore cacochymia subito mota ea symptomata inducat, quæ venenis haustis sunt similia. Ita cholera oborta sæpe veneno hausto, similia symptomata inducit. Cuius rei exemplum est *epid. Athenis*, inquit Hippocrates, *virum cholera corripuit, vomebat, deorsumque egerbat, & dolebat, & neque vomitus, neque per aluum secessus fuit*.
Opèrum Sennerti Tom. III.

A poterat, & ex lecto moueri non poterat, & oculis cæcis nos & cæci erant, conuulsiones tenebant, quæ ab interitus profecta ad venarum tendebant, ad rat singulis. Quæ symptomata sæpe etiam veneno hausto accidunt. Si tamen veneni hausti certa sunt indicia, vel æger ab animali venenato morsu vel ictus fuerit, de veneno extra communicato amplius dubium nullum est, nec alius signis opus est. Verum de singulis venenorum signis infra dicitur, quæ etiam in plurimis differant, plurima tamen etiam habent communia. Nam, vt Dioscorides, *lib. 6. in præfat.* scribit: ferè vires venenorum in affectis contumiles corpus tandem redigunt, & difficile est, vni veneno proprium signum inuenire, quod haustum, gustatum ve virus prodere possit.

B Quæ verò pars præcipuè laboret, & afficiatur, è symptomatibus potissimùm cognoscitur. Si coc imprimis venenum petit, facultas vitalis denuciatur, pulsus fiunt debiles, accidunt cordis palpitaciones, animi angustia & defectus, ac syncope. Si cerebri, sensus & motus læsio accidit, torpor & sudor grauis, vel vigiliz, mentis alienatio & delicia, & similia facultatibus animalibus læsis symptomata. Si hepar maximè afficitur, color totius corporis mutatur, maculæ & pustulæ in ambitu corporis apparent, vrina insigniter in substantia & colore mutatur, atque alia sanguinis corrupti apparent indicia.

C Prognostica.

I Euentus morbi occulti & maligni è natura causæ veneni, & partis affectæ conditione cognoscitur. Quòd enim causa maligna potentior est, & membrum affectum nobilior, eò morbus breuior futurus est: quòd verò debilior est causa, & pars affecta ignobilior, eò longior. Ita que quæ cor ipsum statim inuadunt venena, citissimè, vel hominem iugulant, vel superantur, tardius, quæ cerebrum, tardius adhuc, quæ hepar. Hinc videmus, cum elephantiasi, morboque Gallico nonnullos multos annos vitam trahere: multi etiam deliti, stupidi sine motu multos annos viuunt; modò non respiratio tollatur. Si enim ab affectibus cerebri etiam motus thoracis, & hinc respiratio tollitur, hominem statim interire necesse est.

2. De euentu autem morbi quid boni vel mali sperandum sit, è causæ vehementia coniectandum. Equidem omnis morbus occultus suspectus esse debet, & omnis malignus ac venenatus, cæteris paribus, intemperie manifestâ periculosior est. Quæ enim extra communicantur corpori nostro venena pleraque, magis periculosa sunt, quàm quæ intus generantur, cæteris paribus. Nam fieri potest, vt materiz malignæ intus genitæ magna sit copia, & propterea plus periculi afferat, quàm deleterij alicuius extra assumpti exigua portio. Quamquam inter externa quedam sint, quæ minimâ etiam copiâ maximam vim nocendi habent, vt ex venenorum descriptione suo loco patebit.

3 Et quidem in morbis contagiosis & epidemiis, præcipuè nouis, ipsa experientia consulenda. Si enim videamus quidem multos passim ægrotare, centesimum verò, vel millesimum etiam quenquam vix mori, de ægri cuiusque etiam salute non faciliè desperandum: Si verò passim multi moriantur, quemcunque etiam ægrum in periculo esse, prædicendum.

4. Certissima tamen salutis & mortis præsagia præbent superuenientia symptomata, & vitium torbur. Quòd enim symptomata sunt grauiora, & plura,

Kkk

viresque magis deiciuntur, eò maius periculum metuendum est. Quò autem symptomata sunt mitiora & pauciora, viresque magis constant, eò maior salutis spes est.

Reliqua prognostica ex speciali morborum occultorum & malignorum tractatione patebunt.

CAPVT IX.

De Curatione morborum malignorum, venenatorum, & occultorum in genere.



Vamuis Galenus morborum, qui à totius substantiæ proprietate proueniunt, curationem potiùs experiëntiã, quam methodo constare affirmet: id tamen solùm de ipsis medicamentis, quæ non ratione, sed experiëntiã inueniuntur, intelligendum est. Interim ipsa morborum curatio suas habet indicationes, suamque methodum. Sunt autem, vt in aliis morbis, & in his indicationes vel Præseruatoriæ, vel Curatoriæ.

Præseruatoriæ imprimis locum habent in morbis contagiosis, de quo suo loco infra dicitur. Vt & in his, qui ab interno humorum apparatu proueniunt; siquidem si is maturè euacuetur, & humorum putredò & corruptio præcaueatur, ipsi morbi præcauentur. Alia v. venena cùm homini plerumque fortuitò offerantur, medicamentis vix auerti possunt. Si quis tamen sibi à veneno metuat, alexipharmacorum vniuersalium crebro vsu ita corpus contra omnia venena obfirmare & munire potest, vt à nullo damnum percipiat; quod Mithridatem Ponti Regem suã confectioe sæpiùs sumptã fecisse legimus, quã adeò à venenis se inuiolabilem præstitit, & cùm vellet veneno se ipsum perimere, non potuerit. Et de Agrippina scribit Suetonius, quòd eam filius Nero venenis illis adeo exquisitis tentare non ausus sit, quòd sentiret antidotis præmitam. Aliàs vix doli omnes satis vitari possunt. Quã de re tamen prolixè agit Cardanus, lib. 3. de venen. cap. 1. & dicitur de eo etiam aliquid infra, part. 5. cap. 5.

Curatio Si verò materia maligna & venenata in corpus inuaserit, siue iam sensibiliter sese exserat, seculatè adhuc, & mala, quæ inferre solet, timeamus, danda opera, vt quamprimùm è corpore tollatur, & si tolli statim non possit, eius vis infringatur, & induta ab ea qualitas maligna expugnetur. Primò nimirùm laborandum est vt ipsa causa maligna & venenata tollatur. Id autem non vno modo fieri potest, sed pluribus, prout scilicet venenum, vel est in corpore genitum, vel ore sumptum, vel extrà corpori communicatum. Si enim malignus & venenatus humor in corpore genitus sit, istollendus vel purgatione, vel sudoriferis, vt postea dicitur. Si venenum cum aère attractum sit, per sudorifera discutiendum. Si haustum, vt quocunque modo sumptum adhuc in ventriculo hæreat, per vomitum reiiciendum: quòd commodissimè præstant pingua & oleosa hausta, quæ simul vim veneni hebetant, & ventriculum & intestina ab eo defendunt. Si è ventriculo ad intestina vsque peruenierit, per aluum expurgandum, seu clystere infuso, seu medicamento leni purgante sumpto: Si verò iam vltra hepar penetrauerit, per sudorifera discutiendum. Si verò ictu, morsu, aut quocunque modo per contactum corpori extra illatum sit, quamprimùm retrahendum, extrahendum, & omni studio, quo fieri potest modo, id a-

Agendum, ne in corpus penetret, quòd commodissimè fit attrahentibus variis, vel vacui ratione, vel calore, vel dolore, vt suo loco dicitur. Vinculis quoque si fieri potest, superioribus partibus iniectis prohibendum, ne venenum per vasa ad interiora serpat.

Quocunque verò modo venenum in corpus admissum sit, simul statim alexipharmaca exhibenda, vel veneno propria, vel communia, quæ corroborant, & contrà veneni vim minuunt, ipsiusque veneni vim impugnant; & si quæ mala diathesis ab eo corpori impressa sit, eam expugnant, & tollunt. Equidem si venenum notum sit, cuique veneni speciei sua alexipharmaca opponenda. Si verò sint ignota, vel specifica desint, communia alexipharmaca, quæ omnibus venenis resistunt, vsurpanda. Si vero venenum aliquid etiam aliquem primarum qualitatuum excessum coniunctum habeat, ei etiam contraria alteratio opponenda, prout opus. Et in primis in acerbis venenis haustus pingua & viscosa vtilia sunt, quæ partium internarum superficiem oblinunt, ne à veneno facillè lædi possit: & omni operã in quolibet maligno & venenato morbo, quantum fieri potest, iis remedijs vtendum, qui & secundum manifestas & occultas qualitates rei deleteriæ & malignæ contraria sunt, aut si simplex tale non inueniatur, quòd indicantibus exactè respondeat, plura miscenda & conueniens medicamentum parandum. Quã in re tamen hoc semper attendendum, vt in talibus morbis semper maior qualitatuum occultarum, quàm manifestarum habeatur ratio. Si etiam venenatum medicamentum vnum præcipuè membrum petat, eique inimicum sit, talia medicamenta vsurpanda, vel admiscenda, quæ illi membro dicata sunt.

Cùm verò, vt Galenus, 5. de simpl. med. facult. cap. 18. scribit, non obscura sit alteratio, quæ fit per totius substantiæ facultatem; siquidem (vt ipse quidem causam huius rei reddit) facultates, quæ deleteria medicamenta alterant, naturam habent mediã inter corpora perpetientia, & deleteria medicamenta, seu venena, vt videlicet si eadem proportio corporis ad facultatem alexiteriam, seu alexipharmacum, quæ illius ad deleteria, & rursum deleterii ad alexiterium, quæ alexiterii ad corpus: capropter omnia propemodùm, quæ deleterijs aduersantur, si largius sumpta fuerint, grauius animantis corpus oblædunt. Quapropter eã moderatione quantitatibus omnes id genus facultates exhibere oportet, vt neque copiã nimiam corpus offendant, neque exiguitate suã à deleterijs vincantur.

Circa hanc curationem morborum malignorum & venenatorum hoc etiam in genere monet Eustachius Rudius, lib. 1. de morb. occult. & venen. c. 12 considerandum esse, an affectum corpus, cum veneni pernicijs ipsum corripuit, purum & integrè sanum sit, aut potiùs plethorã, vel vitiosorum excrementorum copiã, seu cacochimiã, vel obstructione, vel aliã causa præter naturam correptum sit. In hoc enim curando non antè esse vsurpanda remedia illa morbo venenato conuenientia, quàm plethora, cacochymia, obstructio, aliæque causæ arte remotæ sint. Et id quidem in valde perniciosiss, & citò interimentibus deleterijs quàm citissimè peragendum esse docet: in iis verò, quæ longiores dant inducias, exquisitiùs & longiori tempore adhiberi posse, præsertim vbi deleterii vis in corpore residens altiores radices egerit. Additque hanc rationem, quòd plethora, & aliæ enumeratæ causæ

quæritur in alexipharmacis,

An alexipharmaca præparantia & euacuantiæ præparanda.

De curat. morb. malign occ. & ven. in gen. 985

præter id, quòd occultam perniciem fovet, antidotorum etiam vires infringunt, & permeare usque ad affectum membrum non sinunt. In vitiosorum enim excrementorum copiâ, & cacochymia, præsertim quæ ventriculorum, primas vias & viscera occupant, occultas medicamentorum vires quasi frangi & hebescere.

Verum enimverò non plane vero consentanea est hæc opinio. Equidem hoc non negandum, magis periclitari eos, qui, ubi maligno vel venenato morbo corripiuntur, plethorâ, cacochymia, vel alio præter naturam vitio laborant, ob causas modò enumeratas, & quia in vitiosis humoribus venenum sese facilius diffundit, & multiplicat, & humores illi præter naturam sese habentes, ubi corrumpuntur, graviorem affectum generant. De hoc tamen quæstio est, an in tali casu prius humorum vitium tollendum, an verò prius veneno occurrendum sit? Prius negandum, posterius affirmandum censemus, præsertim in venenis, quæ extra corpori adveniunt. Etenim cum ei, quod magis urget, semper primò occurrendum sit, & extra controuersiam sit, à veneno præsentissimum vitæ periculum homini imminere, & venenum vel statim hominem iugulare, vel, si non statim hominem interimat, eam impressionem in corpore relinquere, quæ postea vix vllâ arte tolli possit: manifestum eradit, quòd veneno statim occurrendum sit. Si enim prius in plethora, cacochymia, vel obstructionibus tollendis laborare velimus, venenum interea hominem vel interimet, vel ita corpori sese insinuabit, ut postea nullâ arte expelli possit. Hoc tamen concedimus, si venenum aliquod longiores det inducias, neque homini statim interitum afferat, postquam semel atque iterum alexipharmaca sunt exhibita, postea in plethorâ, vel cacochymia, vel obstructionibus tollendis laborandum esse, ut venenum, quod reliquum est, facilius tolli, & humores ita corrumpi non possint. Et tùm quidem, si venam secare libet, in eâ parte, vel illi vicinâ ea aperienda, per quam venenum vel morsu vel ictu animalis venenati corpori immisum est.

Alexi-
pharma-
ca.

Ipsa verò medicamenta quod attinet, dicuntur ea Græcis ἀλεξιπρία, & ἀλεξιφάρμακα, ab ἀλέξω, quod est arceo & depello, vel auxilior. Alexiteria enim & alexipharmaca arcent & depellunt venena, & contra ea auxiliantur. Arabibus dicuntur Bezahartica, à Bezar, vocabulo seu Persico, seu Arabico, quod est κατὰρκω, & quasi principatum inter alexipharmaca is obtineat, lapidi Bezoar tribuitur: tamen in genere idem quod alexipharmacum signi-

ficat; & quidem ab Arabibus interdum sine adiectione usurpatur; cum verò refertur ad certum venenum, dicitur Bezoar eius; nicotofchus nappelli Bezoar dicitur.

Talia autem alexipharmaca sunt duplicia, alia specialia, quæ cuique veneni speciei priuatim aduerfantur; alia communia, quæ omnibus omnino uenenis sunt contraria. De illis postea dicemus in singulis speciebus. Vniuersalia seu communia sunt:

Alexi-
pharma-
ca dupli-
cia.

Radices; angelica, valeriana, vincetoxici, contrariæ, tormentilla, succisa, zedoaria, pimpinella, scorzonera, plantaginis, gentiana, heleny, dictamni albi, aristolochia rotunda, imperatoria, bisforæ.

Cortices; citri, fraxini.

Simpli-
cia.

Herbæ; carduus benedictus, dictamnus Creticus, ruta, scordium, acetosa, galanga, veronica, calendula, absinthium, plantago, hypericum, salua, scabiosa, verberna.

Floros; hyperici, calendula, rosarum, anthos, borraginis, buglossi. Fructus; citri, auranciorum, bacca iuniperi, nucis iuglandes. Semina; citri, hyperici, fraxini, napi, cymis, acetosæ. Succis; balsamum, succus citri, granatorum. Ab animalibus sumpta; lapis bezoar, unicornu, cornu cerui, os de corde cerui, lacryma cerui, margarita. Terræ & lapides; bolus Armenus, terra Lemnia, sigillata, corallia, smaragdus, hyacinthus.

Composita.

Mithridatium, theriaca, puluis Saxonicus, dia-scordium Fracastorii, antidotus Matthioli, ut & Fernelii & Palmarii amuleta, quæ describuntur à Iulian. Palmario, lib. 1. de luc. veter. cap. 7. & similia, quæ passim apud Medicos, præsertim in tractatibus de peste exstant.

Com-
posita.

Diaeta.

Diaeta ita comparanda est, ut vires conferuet, non deiciat. Cibi quoque corrigendi sunt succo citri, granatorum, acetosæ, coraliis, margaritis. In venenis hautis lac commodus cibus est. Veneno quocunque modo in corpus admissò non statim dormiendum. Neque enim tempus, quod auxiliis destinatum esse oportet, somno tribuendum: & per somnum venena ad interiora serpunt, hominè inque iugulant. A motu etiam abstinendum, si venenum vel ore sumptum, vel extra corpori immisum sit. Verum hæc omnia, quæ modò in genere de occultis morbis diximus, è speciali de iis tractatione clariora fient.

Diaeta.



D E

MORBIS OCCVLTIS,

Malignis, & venenatis ab interno humorum vitio.

P A R S S E C V N D A.

C A P V T I.

De malignitate & veneno in genere.



OSTQVAM ergo in genere de morbis occultis diximus, iam in specie de iis agendum. Cum, verò occultorum morborum varix sint differentix, vt *part. 1. cap. 8.* dictum, & postea etiam dicitur; quaedam adhuc de eorum natura

in vniuersum speciali tractationi prætermittenda. Probatum autem satis est parte præcedente, dari morbos alios in partibus similaribus, præter morbos intemperiei, qui quidem vulgò morbi totius substantix vocantur, nobis clariùs morbi occultarum qualitatium dicuntur. Probatum itidem hæcenus, nullos alios dari morbos in partibus similaribus, præter intemperiei morbos, quam qui ab occultis qualitatibus proueniunt, isdem curantur, & occultas qualitates in corpore lædunt, aliasque præter naturam inducunt. Causæ autem, quæ tales morbos generant, & à quibus etiam horum morborum differentix petendæ sunt, cum malignæ, venenatæ, imò venena appellantur, primò omnino in genere adhuc dispiciendum, quid malignum, quid venenum & venenatum sit, & dici debeat.

malignū
quid.

Malignum, Græcis *κακόνθησις*, quod, si verbum verbo reddas, mali moris est, dicitur, quòd à simplicium morborum consuetudine alienum, deteriora, quàm pro morbi naturâ, habet symptomata, atque curationem difficiliorem. Si vlcerâ *κακόνθησις* appellantur, cum pars exulcerata talem *κακόνθησις* & malam dispositionem habet, vt bonum etiam alimentum, quod affluit, corrumpat. Ita non rarò febres, etsi non sint pestilentes, tamen dum praua inferunt symptomata, malignæ appellantur. Sic *1. Epidem. comm. 1. text. 24.* vbi Hippocrates agit de illa constitutione, quæ nullo modo pestilens erat, sed vulgaris solummodo, morbòsque & eorum symptoma describens, hæc habet: *Subdant insuper, at non toto corpore magna extremitatum persfrictio vrgebat, vt vix incallescere:* Galenus in *comm.* addit: Nos in prælagiis didicisse, hæc esse malignarum febrium symptomata. Et passim Galenus maligna ea nominat sumptomata, quæ febribus nullatenus pestilentibus communiã sunt. Contra negari non potest, etiam pestilentes febres interdum nominari malignas. Ex quo apparet, malignitatem diuersis morbis tribui: vnde etiam nonnulli malignitatis vocem æquiuocam esse statuunt.

Malignitas
quid,

Puto tamen ita sine absurditate in genere malignitatem definiri posse; quòd sit morbo aduentitia qualitas, cum supra & præter eius naturam curatu difficilem, vel periculosum reddens. Etenim si quis in febre valde ardente non dormiat, viribus destituatur, appetitu careat, & similia, quæ pro

A ratione febris sunt, symptomata patiat, id mali moris non est. Sunt enim talia symptomata febris ardenti propria. At si quis febre non adeo ardente, sed leui in speciem laboret, & nihilominus vigilet continuò, non appetat, viribus destituatur, & animi deliquio corripatur: id iam mali moris est. Hæc enim omnia præter naturam febris istius accidunt. Ita si quis vulnus exiguum accipiat, vel vlcere exiguo laboret, quod ex sua natura facilè alias curari potest, nihilominus ob prauam corporis dispositionem, vel gladium, quo influctum est, venenatum, curationem difficulter recipiat, vel etiam mortem inferat: id vulnus vel vlcus *κακόνθησις* nominatur.

B Verùm ista *κακόνθησις* nunc à manifestis, nunc ab occultis qualitatibus prouenit, v.g. si vulnus vel vlcus in partem saltem intemperie manifestarum qualitatum, & caochymia laborantem incidat, tale vulnus vel vlcus *κακόνθησις* euadit, ob manifestam qualitatem. Ita si quis febre non ardente corripatur, ei que bilis acrior in ventriculum effundatur, eiusque officium afficiat, & appetitum deiiciat, morsumque ventriculi, & animi deliquia excitet: talis febris etiam maligna appellari potest, etsi à manifestis causis talis fiat.

C Contra verò, si quis à venenato animali mordeatur, vel gladio venenato vulneretur, id vulnus vel vlcus etiam malignum appellatur, sed à causa occulta. Sic si febre quis in speciem miti corripatur, humor tamen putrescens, febris causa, venenatam quasi, & occultam qualitatem habeat, à quâ grauius symptomata inducantur, & vitæ periculum immineat, ex quoque febres malignæ appellantur, sed à causa occulta. Quæ *κακόνθησις* species cum non parum differant, si meo arbitrio nomina ipsis imponenda essent, ego prius genus, vbi omnis occulta qualitas abest, sed ob partis affectæ dispositionem, aut causæ vim maiorem, manifestam tamen, morbus curatu difficilis, & grauis euadit, *κακόνθησις* in specie, & talem morbum Mali moris: contra verò, vbi ab occultis qualitatibus morbus difficilis curationis, vel periculosus euadit, Malignum appellandum esse censerem. Quomodo etiam plerunque ab authoribus malignitatem hodie accipi video: & de malignitate hoc modo accepta, & solùm ab occultis qualitatibus fluente hoc loco nobis agere propositum est.

Ex quibus etiam apparet, malignitatem differre à veneno: cum malignitas quiddam alii morbo coniunctum vel superueniens sit; venenum autem sit, quod morbum occultum perniciosâ vi principaliter inducere potest, sine alterius morbi interuentu, vel coniunctione, vt mox dicitur. Vnde etiam differentias inter febrim malignam & pestilentem, & pestem constituere non est difficile, Febres enim malignæ & pestilentes sunt, vbi morbus non excitatur sine putredine & proinde non sine febre, & malignitas tanta non est, vt per se, nisi humores putrescant, & febrè excitent, homini nocere,

Malignitas
differt à
veneno.

Febres
malignæ
& pestilentes
differt
retra.

motbúmque generare possint; at inter malignas in specie dictas & pestilentes saltem maioris & minoris ratione differentia est. Pestis verò propriè appellatur, cum materia pestilens etiam sine febre per se & proximè homini nocere, eúmque tandem iugulare apta nata est, etsi postea, si morbus paululum det inducias, neque à pestilenti veneno homo statim perimatur, febris plerunque, & eam comitantia alia symptomata accedant. Ita venena hausta v.g. cicuta, napellus, proprià vi, sine febre, hominem iugulare possunt.

Veneri nomina

Cum autem & ipsùm veneni nomen ambiguum sit, & non solum cicuta, napellus, arsenicum, serpentes & similia, quæ hominem certò interimunt, venena appellentur, sed & luces venerea virulenta dicatur, cum qua homo diu vivere potest: ut ista omnia clariora fiant, iam in quo veneni natura propriè consistat, dicendum. Et primò nomen quod attinet, duo apud Græcos occurrunt vocabula, *δηλητήριον* & *φαρμακον*. Illud semper in malam partem acceptum fuit; hoc olim in bonam & malam, ut vel ex versu Homeri, 4. *Odys.* apparet:

Φάρμακα πολλά καὶ ἐδρά φαρμάκη, πολλά δ' ἔλυσά.

Imò veneficia & incantationes nomine pharmaci apud antiquos comprehenduntur, ut in Ecloga Virgilij, cui pharmaceutriæ nomen accipitur. Hodie tamen plerunque in bonam partem accipitur nomen pharmaci. Græcis istis vocabulis Latinum venenum respondet, quod etiam olim *μέρον* fuit, & in bonam & malam partem acceptum, (sicut & alterum Poëtis magis vñtatum, virus, vñde Virgilius, *Ille malum virus serpentibus addidit atris.*)

Vt ex Vlpiano & Caio I. C. ff. lib. 3. tit. 2. leg. 14. & lib. 8. tit. 1. l. 35. apparet; vbi mala medicamenta & venena nominantur. Et idem Caius, ad leg. 12. Tab. de verbor. signif. ait: Qui venenum dicit, adiciere debet, utrum bonum esset, an malum. Verùm hodie veneni vocabulum plerunque in malam partem accipitur.

Veneri quid.

Quid autem venenum sit, & quibus hoc nomen tribui debeat, non ita planum est, ob auctorum hac de re varias sententias. Primò interdum hæc vox transfertur ad omnia ea, quæ nocere possunt. Ita ille vinum appellabat venenum: in Sacris aspidum venenum in linguis calumniatorum esse dicitur, & Horatio venenata dicta sunt: & itidem in sacris Saluator noster inferno venenum esse dicitur. Verùm hæc significationes huius loci non sunt. Neque enim, quodcunque hominem interimere potest, venenum propriè dicitur, neque qui gladio iugulatur, vel aqua suffocatur, veneno peritile Medicis dicitur. Nimis etiam amplè veneni vocem extendit Dioscorides, dum lib. 6. venenis accenset aquam frigidam, lac coagulatum, taurinum sanguinem, & similia, quæ copià, vel suffocando, vel alio manifesto modo necant. Talia enim, quæ vi manifestè agunt, etsi corpori, præsertim maiore quantitate lumpa, nocere possint, inter venena propriè dicta referri non possunt. Vnde etiam quamvis aqua fortis pota hominem iugulare possit; multa extrà corpori imposita, illud erodere, calorem naturalem extinguere, & ipsam partem mortificare possint, ut lapides corrosivi dicti, & similia alia multa: propriè tamen venena non dicuntur, sed ea solum, quæ occultis qualitatibus homini noxia sunt.

Veneri dupliciter dicitur.

Verùm & hoc modo acceptum veneni vocabulum dupliciter accipitur, latè & strictè. Latè accipitur de omnibus, quæ occulto modo homini nocere possunt. Ita desinit Cardanus, lib. 1. de venen. c. 1. venenum, quòd sit, quod aptum est nocere vehementer nobis occultà agendi ratione. Quo modo Operum Sennerti Tom. III.

A veneni nomine etiam comprehenduntur maligni humores in corpore generati, atque alij etiam per contactum immixti: vnde dicitur venenum epilepticum, Venericum, elephantiacum, etsi hominem non subito jugulent; atque hoc modo venenum & malignitas idem est. Quæ acceptio satis vulgata est, atque ij ipsi, qui strictiorem significationem magis probant, ab hac generali vocis usurpatione non semper abstinere, sed sæpè venenatos humores appellant, qui propriè maligni dendi essent. Strictè enim & propriè ea dicuntur nonnullis venena, non quæ ex putredine & corruptione parvam & naturæ nostræ inimicam qualitatem acquisierunt, sed quæ sua naturà, absque vlla accedente corruptione, talia sunt, ut homini insigniter & occulto modo nocere possint, siue sint è mineralium, plantarum, siue animalium, siue ab iis petitorum numero.

B - Si quis tamen etiam id, quod ex corruptione occultam, & non minorem, quàm modo dictam, nocendi vim habet, venenum appellare velit, cum eo non pugnabo. Vt ita venenum sit, quod occulto modo, & per se insigniter & vehementer corpus nostrum lædendi, & hominem in vitæ periculum coniciendi vim habet.

Veneri quid.

Cæterùm cum venenum, etiam in specie & strictè acceptum, & ut qualitas, & ut substantia considerari possit, quomodo definiendum sit, adhuc dubitatur. Per qualitatem venenum desinit Capivaccius, de ven. c. 1. dum dicit, venenum esse qualitatem corruptivam confertim corporis humani; putatque venenum, quo Basiliscus hominem interficit, ut & venenum, quo serpens ille, cuius mentionem Auicenna facit, & Conciliator, lib. 1.

An venenum sit qualitas vel substantia.

de ven. cap. 7. qui ab homine hastâ percussus, eum interimere, nudam & sinceram qualitatem esse, quæ per mediũ illud ligneũ brachio hominis comunicatur, & deinde toti corpori. Contra Eustach Rudius, li. 2. de morb. oculi c. 1. Venenum qualitatem esse negat, disputatque, omne venenũ corpus esse. Etsi enim ipsa actio proveniat à qualitate, tamen dum nullum accidens, nec vlla qualitas per se queat subsistere, omnisque actio illi attribuat, ut in subiecto subsistat, univèrsum opus ipsi subiecto, tanquam præcipuo agenti tribuendum esse, statuit. Ad actiones verò illas, quæ videntur à nuda

D - Ad actiones verò illas, quæ videntur à nuda qualitate proficisci, ut modò de Basilisco & serpente illo, qui mediante hastâ militem occidit, dictum, quo modo & torpedo, si tridentè à piscatore tangatur eius manum stupescit, respondet dupliciter Rudius. Primò non solum rem incorpoream à re venenata comunicari, sed halitum vel vaporem tenuem, aut humorem, in quo vis ista inhærescat, quòd corpus subiectum sit vel vehiculum venenatæ qualitatis; & dum serpens ille nullum per mediam hastam interfecit, id ita factum esse putat, nimirum in ea parte hastæ, quæ serpentem attigit, aliquem humorem veneficæ qualitate infectum immixtum fuisse, & mox ab eo dictum

E - mox ab eo dictum halitum, corpusculaque tenuiora eadem infecta qualitate transmissa, quæ per hastam repenti ad ultimam vsque partem in hominis tandem manum recepta, eum infecerint & interfecerint. Verùm cum ipse agnoscat, vix possibile esse, ut corpus, quamvis subtile ac tenue in momento quasi temporis per solidum lignum penetrare possit; & Galeenus, de locis affect. l. 6 cap. 2. scribat, res quasdam solo tactu per qualitatis vim, ea, quæ eis vicina sunt, alterare posse, idque accidere in marina torpedine, cui tam vehemens sit potentia, ut per piscatoris tridentem transmissa ad manum alteratione, dere-

penite manum torpidam reddat, respondet secundò, non qualitatem illam à torpedine in hastam seu tridentem deferri torpedine relicta, sed torpedinem propriam qualitate tridentem alterare, ac similem illi, quam possidet, in tridente producere qualitatem; hanc autem tridente affecto, dum manum piscatoris tangit ipsam torpidam reddere.

Quæ controuersia etsi in speciem leuis esse videtur: tamen omnino grauissima est, neque tantùm venena concernit, sed omnem sympathiæ, & antipathiæ rerum naturalium rationem complectitur, quam clarè explicare omnium difficillimum est, & à paucis tentatum. Fecit eius mentionem Iul. Cæs. Scaliger, *exerc. 344. f. 5.* vbi tandem concludit, talia peti species fieri, & habere se species tales, sicut radium continuò promotum, qui etiam per & ultra phialæ vitrum propagatur. Vt ergo quæstio rectè explicetur, ex eod. Scaligero, *exerc. 17.* & ex aliis

Qualitates duplices. Reales. Intentionales.

Intentionale quid.

Philosophis, tenendum, qualitates alias esse Materiales, & Reales, alias Intentionales dictas. Qualitatem realem esse viuicitatem in arbore: Intentionalem esse viriditatem ab arbore in parietem vel vestem immisam. Qualitatem materialem esse colorem in vino rubro: intentionalem in mensa productum, cum lumen per vitrum vino rubro plenum transmittitur. Vbi tamen quid per intentionale intelligatur, est explicandum. Etsi enim intentionale plerumque accipitur pro eo, quod ab operatione nostræ mentis dependet, & sine ea nihil est: interdum tamen etiam accipitur pro re, quæ etiam sine nostræ mentis operatione existit, alterius tamen rei primariæ species est, eamque repræsentat. Sic lumen lucis imago est; & imago in speculo, hominis; color viridis, qui in vestibus sub arbore iacentis est, alterius coloris, qui in foliis arborum est, imago est. Ac posteriori quodam modo hinc intentionale accipitur; pro ente, scilicet suo modo reali, & quod extra animi nostri operationem, & sine eadem esse habet, alterius tamen primarij accidentis imago est, & alias ens spiritalis vel spiritalis qualitas, aut species appellatur. Et quidem species tales ab ente primario, quasi radius continuus promotus, vt Scaliger, *exerc. 344. f. 5.* loquitur, fluunt, & in orbem diffunduntur ac propagantur. Atque non exigua inter qualitates materiales, & species has spirituales est differentia. Nam illæ insunt suo subiecto, & cum eo, ad eius motum mouentur, nec ab eo sunt separabiles, & successiuè in subiecto recipiuntur, nec sunt plures eiusdem in eodem subiecto numero differentes, non confusæ, sed distinctæ, at spirituales illæ species à corpore, à quo oriuntur, in orbem rectà, quasi radii, diffunduntur; non mouentur ita cum aëre, vt qualitates, quæ aëri propriæ insunt, in eodem subiecto numero plures non confusæ insunt, quod è plurium candelarum pluribus vmbriis apparet; multæ earum etiam per solida corpora transeunt, vt vel ex sono, qui solidos parietes, & magnete, qui etiam per tabulam ferrum trahit, apparet. Interim non sunt inefficaces, sed vires earum rerum, à quibus fluunt, obtinent, sicut lumen lucem repræsentat, magnes trahit ferrum, vmbra taxi noxia est. Et quamuis vulgò saltem inter species sensibiles harum specierum fiat mentio: tamen procul dubio multò plures sunt, quàm quæ sensibus humanis apprehenduntur, & per eas multæ rerum sympathiæ, & antipathiæ, & mirandæ operationes atque actiones, quæ hodiè à nonnullis Magneticæ dicuntur, accidunt. Differunt autem istæ species ab atomis illis, quas Democritus, Epicurus, Lucretius, & post eos alij Philosophi & Medici statuerunt, & corpuscula tenuia, & minima esse dicunt

Atom.

quæque nullo modo, vt Fracastorius de *Sympathia & antipath. cap. 5.* scribit, negandæ sunt. Hæ enim atomi & minima corpuscula à corporibus, à quibus fluunt, non nisi magnitudine differunt, & eandem essentiam, qualitates, & vires cum iis habent. Species autem spirituales omnino essentia ab iis differunt. Quid autem sint istæ species, non facile explicatum est. Vulgò qualitates dicuntur. Verùm hoc non placet Fracastorio, *allegato loco*, qui substantias esse statuit, & eiusdem rationis cum formis illis quarum sunt species, nec differre ab iis, nisi modo subsistendi. Eatenus enim materiales esse dicit, quatenus crassâ quadam existentia in materia sunt, & certos terminos possunt: cum autem ingenitum sit omnibus formis, sese propagare, &

has formas materiales, cum per eum modum & existentiam, quæ ipse sunt, sese propagare non possint, tenem & superficiale sui vel partem vel gradum producere, quem *επιπλω* vocant, qui ob tenuitatem sui & contrarium non habet, ac momento gignitur ac propagatur, seu soboles quædam. Verùm nemo facile dixerit, lumen & lucem Solis esse eiusdem essentia cum forma Solis, aut colorem, qui est in re, cum eo, qui est in speculo. Quomodo verò, si sunt qualitates, in momento gignantur & propagentur, cum aëre, per quem diffunduntur, non ita moueantur, vt eius qualitates mouentur, eiusdem speciei plures numero sint in eodem aëre, nec confundantur, nemo etiam facile explicabit. Vt ita hinc cum eodem Fracastorio sequentibus versibus (quos etsi aliquoties in meis scriptis allegaui, tamen digni sunt, vt nec hic præteriri debeant) nobis conquerendum sit.

*Quid dicam miserum me agere, & quam ducere vitam,
Inrequietum animi & quærentem indagare vanâ Naturam
semper fugientem, quæ se vbi paulum ostendit mihi, mox
Species in mille repetitæ Ceu Proteus conuersa, sequentem eludit
& angit, Merentem sensuque horas, cassumque laborem?
Nuper enim tenues species, simulacraque rerum, Quæ fluere
ex ipsis dicuntur, perque meare Omnia, dum selector, medians,
tacitè que requiro Ania sylvanum, & secreta silentia solus:
Cognoui tamen his spectris illudier ipsis; Vt sensus seriant
nostros, semperque lacescant, Perque fores, canalæ que animi
ludant que meentque, Ac remeent, ipsamque nec inter somnia
linguant.* Nam quæ obscuritas natura in speciebus sensibilibus occurrit, eadem in omnibus aliis eiusdem speciebus spiritalibus; quarum multò plures sunt, quàm quæ à sensibus nostris percipiuntur, & vulgò creditur.

Atque vt hæc, quæ hæctenus diximus, ad propositum nostrum applicemus, sciendum venenum inter dum sumi pro venenata, interdum pro vi agendi, & corpus nostrum occulto modo lædendi. Posteriori modo consideratum, seu ipsa venenositas, omninò est qualitas. Si verò priore modo consideretur, venenum duplicis naturæ est. Quædam enim venena corpora esse, certum est: & per contactum corporalem agere; & licet omnia corpora, quæ afficiunt, non tangant corpore suo: minima tamen corpuscula & atomos ex eo mittunt, quæ corpus nostrum afficiunt, & talia corpuscula inordinatè hinc inde mouentur, & cum ipso aëre agitantur, id quod in contagio pestilenti contingit. Verùm in omni veneno hoc non accidit. Neque enim credibile, cum miles ille hastâ serpentem interfecit, & mediante hastâ à serpente interfectus & occisus est, aut cum torpedo per tridentem manum piscatoris stupefacit, id fieri, quoniam minima corpuscula solidam hastam penetrarent. Ergo aliud quærendum, quod à serpente vel torpedine fluens, ipsum solidum lignum in momento per-

Venenum quot modis dicatur.

meare, & tangentem per lignum afficere possit. A
Hic aliud nihil dari potest, quàm species illa spiritalis, quæ in quibusdam etiã corpora solida penetrat. Et si enim in lumine id non sit, quod obiectu rei opacæ interceptur: tamen in aliis id fieri, experientia docet. Sonum enim solidissima corpora penetrare, notissimum: ita etiã magnes ferrum per intermediam tabulam trahit & mouet; quod in venenis etiã quibusdam fieri, absurdum non est.

Differ-
tia mor-
borum
occul-
torum:

Postquã ita in genere malignitatis & veneni naturam explicauimus, iam ad morbos occultos, malignos, & venenatos in specie explicandos accedimus. Vt autem omnes formæ latent, & nobis in hâc mentis humanæ caligine ignotæ sunt: ita etiã differentiarum horum morborum latent, & non nisi ex effectis & causis cognoscuntur. Ideo suo loco quodlibet venenum suis signis describemus. Hoc loco differentias morborum occultorum, à causis petitas, proponemus. Causæ autem illæ occultos morbos, malignos & venenatos inducentes, generantur vel in corpore, vel extra corpus. E prauis humoribus in corpore generatis proueniunt febres malignæ variorum generum, vt & pestilentes, imò ipsa pestis. Quæ extra homini obueniunt causæ malignæ & venenatæ, variæ sunt. Primò enim aër, seu inspiratione attractus, seu transpiratione in corpus admissus, occulto modo corpus afficere, & morbos malignos & venenatos excitare potest. Secundo etiã aqua vitiosa hausta maximè noxia esse potest. Tertio contagium est, quod vel in aërem transfusum, vel alio modo corpori nostro communicatum, illud occulto modo lædit. Quarto sunt venena, quæ intra corpus quocunque modo assumpta, illud corrumpendi vim habent. Quinto, quæ extra admota, & in corpus penetrantia illud eodem modo lædunt. Quò pertinent morsus & ictus venenatorum animalium. Huc etiã referenda sunt ea venena, quibus nonnulla animalia, seu visu, seu sibilo, seu alio modo, atque ita, vel halitu venenoso, vel specie spiritali emissa homini nocent, aut eum planè occidere valent, vt torpedo, serpentes quidam, basiliscus, umbra taxi. Ad venena extra corpori illata pertinent & vnguenta venenata, quibus vel sagittæ gladij inficiuntur, vel quæ, vt & pulueres, per occultos cutis meatus, etiã cute integrâ in corpus penetrant, qualia vnguenta & pulueres sparfos etiã pestilentiam induxerunt, obseruatum est; imò per odores venenatos homines subito interemptos fuisse, annotatum. Quò referri possunt & veneficia. Venena autem ista omnia propriè dicta proueniunt vel à mineralibus, vel plantis, vel animalibus, & quædam ex his tam sumpta, quàm extra admota homini nocere possunt.

Et proinde totam istam tractationem ita disponemus, vt primò agamus de iis morbis, qui ab humoribus malignis & venenatis, in corpore nostro generatis, oriuntur: secundo de iis morbis malignis venenatis, & qui ab aëre, & aquis ortum habent: tertio de iis, qui à contagio: quarto de iis, qui à metallis & mineralibus proueniunt: quinto de plantis venenatis: sexto de animalibus venenatis: septimò tandem, cum & veneficia summam vim nocendi habeant, de iis quoque aliquid addemus.

CAPVT II.

An maligni & venenati humores in corpore nostro generentur.



Primò ergo ad morborum occultorum genus, quod ab interno humorum vitio prouenire diximus, quod attinet, principio inquirendum; an tale morborum genus detur, & an humores in corpore nostro ita degenerare possint, vt malignitatem & venenositatem acquirant? Sunt enim ea de re dissentientes Medicorum opiniones. Mercurialis, lib. 1. de venen. c. 14. simile quid veneno quidè in corpore nostro generari posse concedit, verum autem venenum in eo generari posse, negat, idque imprimis hâc ratione probare conatur. Cum, inquit, autor omnium in corpore nostro sit calor, venenum generabitur vel à calore naturali vel præternaturali; non à nativo, quia hic semper est autor vitæ & salutis, non autem veneni & perniciosi: non à calore præternaturali, quia nihil agit supra potentiam propriam. Vis autem veneni maior est, quàm facultas, aut potentia caloris præternaturalis.

Pluribus etiã contra Ferneliu, asserentem in corpore nostro generari venena, disputat Iacob Greuinus, lib. 1. de venen. cap. 1. Vt utitur autem his rationibus. Prima est, si ex longa putredine, aut alia quadam causa occulta venenum in corpore nostro generari potest, fatendum esset, omnes morbos in corpore ortos ex veneno originem habere: siquidem bona pars eorum ex putredine ob intemperantiam, qua quotidie utimur longo tempore collecta oritur. Deinde negat, quod vel semen, vel sanguis menstruus corruptus, vel humores, qui lepram generant, venenati dici possint, quia non principaliter cordi infesti sunt, quod vel ex eo patet, quod tales morbi sæpius reuertuntur, & cum iis hominibus diu vitam protrahere potest. Tertio illa symptomatica, quæ in epilepsia, suffocatione vterina, vt & lepra accidunt, non prouenire à venenatis qualitatibus, sed manifestis. Lepram etiã ab humore melancholico, terreo, frigido, sicco, partium naturale temperamentum labefactante ortum habere. Quarto addit & hoc, quod veneni vocabulum propriè de iis accipiatur, quæ externis accidunt, inter quæ, & naturam nostram tantum sit odium, vt nihil in corpore nostro contineri possit, quod sit aptum aliquo modo, vt in venenum degeneret. In primis verò Platerus, in quæst. med. quæst. 43. prolixè hac de re agit, & pro negatiua & affirmatiua sententia plures rationes proponit, quæ allegato loco videri possunt. Prima est hæc, quod, si ex humorum putredine seu corruptione pestis proueniret, non tot annis pestis cessaret, sed vt reliquæ febres, singulis annis grassaretur, cum semper humorum corruptio in corporibus humanis inueniatur. Secunda; si ex humorum corruptione originem traheret pestis, non ij, qui optimis humoribus sunt præditi, inficerentur, sed cacochymici saltem; cum tamen contrarium fieri, experientia testetur, & contrarij, qui pessimis humoribus sciant, & scabie & aliis vlcibus affliguntur, vt plurimum salui viuunt. Tertia, quia in peste nulla humorum corruptionis signa apparent, sed vrina sæpe est sanorum similis, sicut & sanguis plerumque bonus è peste infectorum venis effluit. Quarta; curatio etiã à reliquarum putridarum febrium curatione longè differt, & nec purgatione, nec venæ sectione tuto vti licet. Et quæst. 44 vbi expressè

An venenati humores in corpore nostro generentur.

negat, quòd venenata qualitas febrem pestilentialem accendens in corpore humano gigni possit, huic argumentis vititur. Primum est, quòd multorum annorum decursu in tot hominum millibus interdum nulla pestis se probat; cum tamen interea tot vitia in humoribus in variis corporibus sese offerant. Secundo, quòd, qui ex hac lue euadunt, plerique citra medicamentorum usum, & præsertim eorum, quæ corpus ab illuue eiusmodi humorum expurgant, sanantur.

Controdictoria autem ista facile decidi possent, si cum Rudio statueremus, saltem ea venena esse, quæ se à naturâ talia sunt, non verò ex corruptione, vim corpori nostro inimicam acquirunt. Talia enim cum omnia extra corpus nostrum generentur, dici possent, venenum in corpore nostro non generari.

Verùm cum humores corrupti eandem ex corruptione vim nocendi interdum acquirant, quam alia, v. g. venenum scorpionis, aspidis, & similia, ex sua natura habent, nihil obstat, quin etiam venenati dici possint. Arque fuit in ea sententia Galenus, 6. de loc. affect. cap. 5. de consiliis. art. cap. 19. 3. epidem. comment. 3. ag. 4. 6. epidem. comment. 2. text. 38. Ibidem, comment. 6. text. 5. 1. Prothetic. comment. 2. text. 17. de cib. bon. & mal. succ. cap. 1. Et quidem 6. de loc. affect. cap. 5. scribit: Reliquum est, ut inuestigemus, an in animalibus corruptio aliqua nasci possit adeo vehemens, ut veneni cum qualitate, tum vires æquet: an id iam Medicis enodatum discussumque esse videatur, qui hanc solent proponere questionem: virum sint proprie notæ veneni, necne.

Nam qui maximè videntur super hac ambiguitate disputasse, ii eosdem feri affectus concedunt, & a lethali veneni potione, & à corruptione, quæ a corpore ortum habet: verùm facile discerni posse eos, qui venenum sumpserunt, ab iis, qui aliunde affecti sunt. Cum enim homo sapienter naturâ probris humoribus abundans, ac sanorum more educatus, de repente moritur: (ut lethali assumpto veneno fieri solet) deinde corpus aut luens, aut nigricans, aut varium est, aut chylifluens, aut putredinem molestantem olet, hunc venenum sumpsisse aiunt. Igitur, si eiusmodi affectibus nos infestari fateamur, qui ex nobismetipsis accepto suæ originis imperu, similes, ut bis, qui pernicioso epoto veneno eueniunt: nihil mirum, si vitiatum semen, aut menstruum huiusmodi, cum retinetur, aut putrescit, corporibus, ut afficiantur idoneis gratia inferat, accidit. Quippe facile intelligitur à canibus, quantam habeat vim afficienda rei aptitudo; cum enim reliquorum animalium nullius rabie capiatur, solus canis eo affectu corripitur: atque tanta fit in ipso humorum corruptio, ut solum eius spiritum, si humanum corpus contigerit, rabiem excitare possit. Ut igitur ab exiguo initio, spiritus videlicet qualitate, aucta quædam in corpore dispositio, quando ad magnitudinem notatu dignam peruenerit, discerni potest, idque post sex menses, cum nonnunquam ante id tempus nulla nota deprehendatur: sic eodem modo visoso humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis principium partium aliqua consentit, à qua deinde vniuersum corpus celeriter alteratur. Si ergo in aliis animalibus id accidat, negandum non est, quin & in humano corpore idem fieri possit. At in canibus venenum generatur, quod summè contagiosum est, & hominem in extremum periculum deducit. Ut iam taceamus, ex aliis rebus corruptis, ut cadaueribus animalium, venenum pestilens emergere posse.

Neque effugere potest hic Mercurialis, quòd dicit, non venenum, sed veneno quid simile saltem in corpore nostro generari. Equidem negandum non est, humorum in corpore humano corruptorum magnam esse differentiam, & quosdam potius malignos, quam venenatos dicendos esse. Interim nec hoc negandum est, etiam tales humores, qui idem quòd venena extra assumpta præstent, genera-

ri possent. Et Galenus expressè venenatam vini in corpore nostro generari posse statuit; dum scribit. 6. epidem. comm. 2. text. 38. Non simpliciter tenuem & aquosum sanguinem ab eò ichorodea vocari suspicandum est, sed eum, qui venenosus & maligna facultate præditus sit. Idem statuit lib. de consiliis. art. cap. 19. quando inquit, vel copia humorum, vel grauitas, vel obstructio, vel corruptens virus hominis corpori innascitur. Et omnino res plana est. Cum enim similitudinem humorum corruptorum cum venenis Mercurialis ipse in tribus constituat, primò in celeritate mortis: quandoquidem tum venena epota, tum humores in corpore veneno similes celeritè enecant; secundò eandem afferunt sepe symptomata, animi deliquia; deliria extremarum partium refrigerationes, sudores diaphoreticos, & huius generis alia; tertio cum æquè corrumpant humores in corpore: certè hinc apparet, non saltem similitudinem quandam eorū esse, sed eandem naturam. De quo Galenus, 3. epidem. comm. 3. agor. 4. ita scribit: *Ut epoto lethali veneno quidam posttridie, vel tertio die moriuntur, qualitate eius, non copia, mortem afferente: ita & hic ager statim tertio die censendus obiisse à qualitate succorum virulentorum, non à phrenitide peremptus.*

Ad rationem verò Mercurialis respondemus, quòd ad rei generationem non saltem agens externum, sed materia disposita, agens primarium in se continens, requiritur, cui potius generatio, quam instrumentario agenti tribuenda. Ita concurrente calore generantur variorum vermium genera, generantur plantæ variae, quarum generatio non calori externo, ut primario agenti, sed ipsi materiæ, & latenti in eâ causæ adscribenda. Eodem modo cum generatur venenum in corpore, calor corporis nostri, seu naturalis, seu præternaturalis, causa externa & adiuuans est, primaria verò in ipsa materia latet, ut cap. sequenti dicetur.

Rationes verò Greuini quòd attinet, nec illæ alicuius momenti sunt. Primò enim, quòd dicit, si ex longa putredine venenum generatur, omnes morbos ex interno humorum vitio natos fore venenatos, nulla est consequentia. Non enim quæuis corruptio ad venenum generandum sufficit, sed determinata, ut cap. sequenti dicetur. Deinde, quòd humores illos, à quibus epilepsia, suffocatio vterina, & lepra proueniunt, non vult dicere venenatos, ideo quòd hominem non mox iugulant, causa sufficiens non est. Neque enim necessarium est ad veneni essentiam, ut hominem interimat, sed satis est ad naturam veneni constituendam, ut sit aptum nobis vehementer nocere occultâ ratione, ut supra, cap. 1. cum Cardano venenum definitum.

Et si omnino tales humores venenatos appellare noluerit, malignos tamen esse concedat, necesse est. Et proinde tertio falsum, quòd à manifestis qualitatibus dependeat, ut satis de epilepsia, suffocatione vterina, lepra probatum, Et tandem, licet non eam vim habeant semper humores maligni intus geniti, quam venenum extra: interdum tamen non minorem nocendi vim habent, & hominem æquè citò iugulant, ut in pestilentia & pestilentibus febribus apparet. Id quòd allegato loco Galenus manifestè docet, imprimis, 6. de loc. affect. cap. 5. In quo loco in alienam sententiam detorquendo frustra laborat Greuinus. Neque enim, quòd vult Greuinus, ex aliorum sententia loquitur Galenus, neque ex vehementi actione saltem similitudinem aliquam in humoribus putridis inquiri; sed humores ita corripì posse statuit, ut non minus, quam venena extra genita vniuersum cor-

pus celeriter alterare, hominēque citò interficere possint. Atque eius hanc mentem fuisse, ex antea allegato loco 3. epid. comm. 3. agr. 4. clarè patet.

Plateri verò rationes quod attinet: Primò, quòd non singulis annis pestis grassatur, etsi passim multa humorum vitia accidant, causa est, quia non singulis annis ea humorum corruptio, quæ ad pestem necessaria est, in corporibus hominum reperitur, sed longâ sæpe digestionē, & fermentationē quasi opus est, donec ad illum summum corruptionis & venenositatis gradū humores perueniāt; vnde sæpe variolæ, morbilli, dysenterix, epidemix, febres malignæ præcedunt, donec tandem humor ad summum corruptionis gradum, qui in peste est, perueniat. Secundò, quod cacochymici non semper peste corripiuntur, causa est, quia non quæuis humorum corruptio ad pestem producendam sufficit, sed determinata & peculiari opus est. Et cum in scabie & similibus affectibus humores vitiosi ad ambitum corporis protrudantur, intus non facillè corrumpuntur. Tertio etiam non semper per insignem putredinem pestis inducitur, vnde etiam non opus est, vt putredinis signa in vrina semper appareant; imò plerumque ea pestis, in quâ nulla signa putredinis adsunt, non genita est ab interno humorum vitio, sed à contagio communicata: in ea verò, quæ à vitioso humorum apparatu genita est, signa putredinis adsunt. Quartò licet multi sine medicamentis à peste euadant: non tamen sine euacuatione humorum conualescunt. Natura enim ipsa sæpe eos per sudores, carbunculos, bubones, ad ambitum corporis protrudit, vel etiam è corpore planè eiicit.

A quando vitio iam aliquo pacto opportuna erant humorque ipse euaserat malignissimus, lethale repente apparuit Symptoma. Secundò humor, qui ex corruptione fit venenum, vel indiget excellenti putredine, & summa corruptione, vt fiat venenum, vel mediocri, vel omnino leui. At non mediocri vel leui; aliàs enim putrida omnia essent venenata, & omnes febres putridæ essent malignæ. Ergo ad venenum generandum summa putredo requiritur. Tertio, quia, si humor naturalis à statu corpori nostro amico ad deleterium debet mutari, necesse est, vt summa fiat corruptio & transmutatio. Si enim parua sufficeret, omnes humores corrupti essent venenati.

B Contra, & redè Hercules Saxonia, de plehig. sect. 2. cap. 10. & de feb. cap. 37. defendit, venenum in corpore nostro generari posse, non solum sine insigni putredine, sed etiam absque omni putredine. Et quidem ad id probandum variis rationibus vtitur, quæ tamen cum omnes non sint eiusdem ponderis, firmiores saltem adducimus. Primò si venenum plantarum & animalium sine valida putredine, imò interdum sine omni putredine generatur, impossibile non est, quia & in corpore humano sine insigni putredine, imò sine omni putredine idem fiat. Secundò, quia venena generantur non solum in corporibus calidis & humidis, quæ ad putredinem sunt aptissima, sed & in calidis & siccis, frigidis & siccis. Tertio, si venena, quatenus putrida, nocerent, manifesta potius qualitate, quam tota substantia nobis essent inimica, quod falsum. Quartò excellens & insignis putredo non potest diu latere in corpore, quia motum excitet: sed humores, qui excitant hystericam passionem & rabiem, diu sæpe latent in corpore. Id quod Galenus, loco paulò ante allegato, 6. de loc. affect. cap. 5. docet, & exempla veneni canis rabidi declarant. Vt ab exiguo, inquit, initio spiritus rabidi canis aucta quadam in corpore dispositio, quando ad magnitudinem notatu dignam peruenerit, discerni potest, idque post sex menses, cum nunquam ante id tempus nulla nota deprehendatur: Sic eodè modo vitioso humore in animalis corpore genio, paulatim tra:u temporis partium aliqua consentit, a qua deinde vniuersum corpus celeriter alteratur. Vbi clarissimè docet, venenum iam fuisse genitum, antequam sese in toto corpore prodatur. Et omnino manifestum est, sæpe sine putredine venenum generari. Etenim pestilens venenum in aère generatur, propagatur, augetur, non tantum in constitutione humida, sed etiam in sicca, quæ ab omni putredine est aliena: & in febribus malignis ac pestilentibus sæpe minor putredo, quam in aliis putridis, quæ malignæ & pestilentes non sunt, apparet: cum tamen, qui contrarium statuunt, summam putredinem ad venenum generandum requiri, doceant. Quintò, vbi adeit putredo insignis, in vrina ea sese prodatur: quod tamen non semper fit in febribus pestilentibus, seu peste, vbi sæpe multi extinguuntur, antequam vlla putredinis signa in vrina vel alibi in corpore appareant. E quibus omnibus manifestum fit, etsi concedi possit, putredinem aliquando ad venenum generandum concurrere posse: tamen id simpliciter & semper non esse necessarium.

Rationes verò Gerhardi Columbæ non id probant, quod probare debent. Cum enim probare deberet, venenum generari sine summa putredine, ille probandum suscipit, venena non generari posse sine summa corruptione & immutatione humorum, quod libenter concedimus. Verum latius longè patet rei corruptio & immutatio, quam putrefactio. Etenim quotiescumque aliqua res generatur, mutatio & alterius corruptio fit, sed non sem-

CAPVT III.

Quomodo in corpore nostro maligni & venenati humores generantur?

An ad veneni generationem putredo semper sit necessaria.

Q uomodo autem in corpore nostro maligni & venenati humores ac vapores generentur, inquirere longè difficillimum. Et quæstio hæc è difficillimis, quæ in totâ medicinâ occurrunt, non postrema est. Primò verò loco inter Recentiores controuertitur; an ad veneni in corporibus nostris generationem semper putredo requiratur, an verò etiam absque ea id generari possit? Gerardus Columba, lib. 1. de febr. pestil. cap. 31. statuit venenum non generari sine corruptione & putredine, his rationibus motus. Primò, eodem modo generatur in corpore humano, quo in cane rabido, teste Galeno, 6. de loc. affect. cap. 2. & 5. & prorrhet. text. 17. At in cane rabido venenum nunquam fit, nisi post summam humorum eius corruptionem. Ergo & in homine eodem modo generatur. Imò nec venenum cum salivâ canis in corpus humanum admissum actu fit venenum generanti simile, nisi post summam humorum corruptionem. Et vt Galenus ibid. scribit, vbi ab exiguo initio sputi, videlicet qualitate auctâ, quædam in corpore dispositio ad magnitudinem notatu dignam peruenerit. Docetque passim Galenus, humores, licet sensim disponantur, vt venenum fiant, nunquam tamen venenum dici posse, nisi postquam summam & malignissimam naturam sint consecuti. Ita 3. epid. comment. 3. text. 75. scribit: Longo tempore causa, quæ rabiem efficit, augetur: quæ vbi tandem peruenit, mortem afferit repentinam, ita in hac phreniside vitiosus humor coacturnatus fuit, veneno lethali assimilis, in corporibus vicinis paulatim aliquid agens: quæ

per putrefactio: id quod in variis humorum in corpore mutationibus apparet. Equidem aliquando etiam putrefactio in corporibus nostris accidit, sæpe tamen mutationes in variis corruptionibus fiunt sine omni putredine. Cum enim fiat mutatio & corruptio in ventriculo, intestinis, venis, mela: ræcis, hepate, corde, cerebro, testibus, & omnibus omnino partibus, si & materia & efficiens sese rectè habet, omnia rectè peraguntur, si verò sine ipso agente & instrumento actionis, siue obiecto & materiâ aliquod vitium sit, etiam opus, quod perficitur, vitiosum est. Hinc sæpe sine omni putredine, sumptis melonibus, fungis, & similibus, pessimæ fiunt corruptiones in ventriculo, quæ interdum choleram excitant, & nisi ille vitiosus humor ex vitiata in ventriculo coctione genitus mox per vomitum aut aluum euacuatur, sed in reliquum corpus penetrat, quo diutius retinetur, eo peior euadit, & in singulis coctionibus vitium illud exhalatur. Atque ita in singulis coctionibus fit mutatio, sed non putrefactio. Et proinde concedimus, ad generationem veneni summa corruptione opus esse: vt autem ea semper fiat per putredinem, non opus esse putamus.

Quomodo venena in corpore no-
stro generetur.
Rudij opinio.

Quomodo autem generetur venenum in corpore, explicare, hoc opus, hic labor est; imò pauci sunt, qui glaciem hanc frangere conati sunt. Eustachius Rudias hac de re aliquid proposuit, cuius discursum hic adducere libet. Ille autem ita, *lib. 2. de morb. occult. cap. 1.* de venenorum in corpore nostro generatione sentit. Dum in corpore, inquit, venenum gignitur, necesse est, vt fiat ex priuatione, quæ quidem, cum subiectam materiam supponat, necesse est, vt venenum fiat ex aliquo sibi contrario, quod ex materia & forma conflatum sit, & forma priore recedente, corruptaque materia illius veneni forma substernatur (seu, vt *lib. 3. pract. cap. 30. de febre pestilenti*, loquitur: forma prior, & materia illius veneni formæ substernitur) & ita huius generatio illius corruptio sit. Hæc autem generatio quæ veneni generationem præcedit, naturalis non est, qualis est cibi, dum ex eo chylus procreatur, aut sanguinis, dum in carnem commigrat: sed quemadmodum, quod generatur, est quidam præter naturam, ita & corruptio præcedens præter naturam esse debet, & aliquid præter naturam, vt quod corrumpitur, non conuertatur in excrementum naturali per simile, sed fiat excrementum naturali omnino dissimile, & adeo dissimile, vt naturam acquirat humanæ naturæ penitus aduersariâ. Cum autem corruptiones variæ sint, & putredo etiam suos gradus habeat, porro statuit, ad veneni generationem non satis esse putredinem, quatenus putredo, sed vt venenum fiat, ingens debet esse ac penitus maligna. Hæc enim, inquit, sola ea est, cuius simus & inquinamentum est venenum, summamque sapit malignitatem. Non enim omnes æquæ prauæ sunt putredines. Deterior enim est, quæ in venis nobilioribus, ac puriori sanguini continendo dicatis fit, quam quæ in venis chylum continentibus, & extra venas suboritur. Deterior etiam est alimenti, quam excrementi putredo. Cum autem natura magis intenta sit illius, quam huius generationi, rationabile est, vt dum alimentum putrescit, potentiores causas habeat. Et tandem concludit: non putrescens humor venenum est, sed simus illius & inquinamentum, & hoc, quod superest, humoris putredini, illud est, ex quo venenati halitus in cor elati periculosa efficiunt symptomata, & vitalem præsertim facultatem deiiciunt.

A Verum hoc modo rem non satis explicat. Primo enim præsupponit, omne venenum per putredinem generari, quod tamen falsum esse, paulò ante monstrauit. Deinde fit sanè, vt non ipse humor putrescens, sed illud inquinamentum & corpus, quod post putredinem relinquitur, venenum sit: tamen non explicat, à quo corporis illius, quod relinquitur forma ortum habeat. Dum enim scribit: quod, vbi recedit forma prior, materia illius veneni formæ substernatur, veneni quidem formam nominat, sed vnde ea proueniat, non explicat. Et licet quis ea, quæ, *de morb. occultis lib. 1. cap. 7.* de formarum in rebus venenatis, extra corpus nostrum, seu à natura tales sunt, seu ex corruptione tales fiant, origine disputat, coniungat: tamen dubio non satisfaciunt. Rectè enim quidem ibi disputat, quòd, sicut viuientia ab ipsa anima & virtute formatrice, quæ in semine, spirituosoque corpore continentur, procreantur, & sicut in viuentibus è putri materiâ ortis innatus rei putrescentis calor cum extraneo coniunctus, virtute propria, cum sit accidens, substantiam producere non potest: ita in mixtorum vitâ carentium generatione, sola elementa non sufficiunt. Cum enim agentia naturalia vltra proprias vires operari nequaquam valeant, & elementa omnium corporum sint imperfectissima, impossibile omnium statuit, vt ex illis mixta, & præsertim quæ perfectiora, vt aurum, argentum, & id genus alia perficiantur, sed aliud agens nobilius requirant, verum in eo inuestigando iam deficit, dū primum efficiens cælum esse statuit. Alibi enim iam monstrauius, proximam causam rerum naturalium cælum esse non posse, sed saltem vniuersalem & communem. Et ipse Rudius hoc fatetur & agnoscit, dum expresse scribit, quòd cælum tanquam agens vniuersale ad hoc vel illud mixtum efficiendum non determinatur aut contrahitur, sed ad ea sese habet indifferens. A qua re tamen determinetur, aut potius quodnam sit proximum & determinatum efficiens, non explicat, sed ad qualitates primas relabitur, & vt fiat aurum, non plumbum, hoc prouenire à tali caliditate & tali frigiditate, ac passiuarum sine temperamenti totius apparatu, quæ sunt in minera ipsi cælo subordinatæ, tanquam instrumenta illius ad particulariter agendum putat, cum tamen expresse supra scripserit, sola elementa ad hæc corpora efficienda non sufficere, & vt corporum omnium imperfectissima, vltra vires proprias agere non posse. Et cum ipse Rudius concedat, temperamenti illum apparatus saltem esse instrumentum, cælum verò esse causam vniuersalem: necessarium omnino est, adhuc dari causam efficientem propriam & particularem. Quomodo autem res naturales per corruptionem fiant deleteria, non explicat, nisi quòd *lib. 2. de morb. occult. cap. 1.* scribit, dum venena in corpore gignuntur, necesse est, vt fiant ex priuatione. Sed quid priuatio illa includat, non explicat.

Cum ergo, quomodo venenum in corpore nostro generetur, nondum explicatum videam, tentandum, an hæc glacies frangi, ea que fracta in veritatis pelagus perueniri possit. Cum autem omnis error, qui in corruptionibus nostris corporis fit, vel efficienti, vel materiæ adscribendus sit: ab efficiente quidem tale quid fieri posse aliquando, concedo, sed rarius, vbi scilicet antea à veneno maligna aliqua qualitas & dispositio corpori vel parti alicui impressa est, quæ affluentes humores sibi simili dispositione inficit & corrumpit. Frequentissimè verò venenatos humores in corpore

Autoris sententia.

Alimē-
torum
vitium.

nostro generari puto materiæ ratione. Cū enim in singulis coctionibus nouæ mixtiones fiant, neque forma vna sublata, omnes subordinatæ pereant, neque (vtor verbis Octauiani Roboreti, Medici Tridentini, *de febr. petech. cap. 7.* ne solus Nouator videar) in qualibet rei mutatione & corruptione fiat resolutio ad materiā primā, verūm quando aliquid corrumpitur, forma tantum, determinatūque illius formæ, quæ corrumpi dicitur, temperamentum seu subiectum cum suis accidentibus pereat; aliæ verò formæ subordinatæ cum propriis quoque suis accidentibus integræ manere possunt: accidit, vt sæpe aliqua forma manifestetur & sese exserere incipiat, quæ antea latebat. Et quod Hypocrates, *lib. de prisce. medic. de dydiausi*, & potentiis humorum scribit, id etiam de venenorum natura hic verum est, *In homine*, inquit, *inesit amarum & dulce, & salsum & acutum, & acerbum & insipidum, aliæque sexcenta, quæ pro copia & viribus varias habent facultates. Et hac quidem mixtione & mutua inter se contemperatione neque cernuntur, neque molestia quenquam afficiunt. At vbi horum secretum quispian fuerit, & per se exsuerit, tum & conspicuum fit, & hominem molestia afficit, &c.* Eodem enim modo sese res de venenis habet. Cū enim homo vescatur animalibus & plantis, plantæ à terra, quæ fimo & excrementis animalium & plouia fecundatur, vel fluuiorum inundationibus, succum à quo nutriuntur, attrahant; res corpori nostro aduersas vbique reperire in fimo & excrementis animalium, in terra, in pluuiis, in aquis est. Quæ quando cum alimento in corpus nostrum veniunt, non semper tota excernuntur, sed cum eo sæpe in corpus sese pernitens insinuat, & vires suas retinet. Exemplo sit illud, quod Hipocrates, *6. epid. comment. 5. text. 25.* scribit: *Mulier, capra, elaterium aut cucumerem edentes, pueris purgatio.* Etenim si mulier vel capra quodcunque medicamentum purgans, vt Galenus, *in comment.* explicat, sumperit, lac eorum purgans redditur. Vbi primò ex purgante fit chylus, hinc sanguis, tandem lac, & nihilominus in tot mutationibus vis purgatrix cum proprio subiecto (sine hoc enim esse non potest) integra & incorrupta seruetur, quæ, vbi lac infans hauserit, sese exserit, Cogitemus iam, quos sæpe malignos succos è stercorebus & excrementis animalium plantæ à terra trahant. Consideret praterca, quot homines fungis, melombus, cucumeribus, fructibus fugacibus, & aliis eiusmodi cibis vescantur, quæ qualis sint naturæ, & quàm prauum alimentum suppeditent, notissimum: adeo, vt de iis Galenus scribat, etsi probè coquantur in ventriculo, tractu tamen temporis procreari in corpore succum, qui à lethali veneno parum abest. Perpendamus insuper, quàm sæpe malignæ ac venenatæ pluuiæ, nebulæ, ac rores in plantas decidunt, quibus bruta vescuntur: quot animalia plantis & animalibus venenatis vescantur; sicut constat, sturnos cicutam depascere, coturnices veratrum, anates bufones aquaticos deuorare, iisque nutriti; ciconias serpentibus victitare, gallinas araneas, imò scorpiones deglutire, lupos pisces etiam serpentes. His ergo omnibus cū rursum cibi loco vtatur homo, venenata illa substantia, (quæ non omnibus, sed homini saltem, & ita respectiue venenum est) quæ in plantarum & animalium alimentum subiit, etsi per varias coctiones in varias formas mutata, tandem in hominis alimentum cedit, & aliis mista sæpe longo tempore non nocet: at vbi ab aliis secreta fuerit, & sola extiterit, tum homini nocere incipit, & venenum euadit, & præcipuè si copio-

A sius & sapius tale alimentum sumptum sit. Etsi enim exigua quantitate & rariùs talia maligna in corpus assumpta, à natura vincit, & in tot coctionibus alicubi expelli possint: tamen si sapius & copiosius in corpus ingerantur, tandem nocere possunt. Vnde rectè Matthiæolus, *in præfat. in lib. 6. Diosc.* cūm quærit, an animalia eiusmodi venenatis animalibus victitantia, ab hominibus cibo accepta, ei nocere possint, respondet, plerisque quidem asserere, huiusmodi animalia, si comedantur, non modo veneno non inficere, sed nullam prorsus nexam inferre, & corpus nutrire; se tamen credere, quòd licet venenum concoquatur, & transeat in eorum animalium substantiam, quorum id perpetuò cibus est, non tamen esse posse, quin caro, quæ ex eiusmodi sit alimento, si edatur, omni prorsus careat nocimento. Et videmus, quomodo sæpe in annonæ caritate, & defectu boni alimenti, in obsidionibus, castrisque, vbi homines aquis, frumento, atque aliis cibis corruptis, & prauis succi vtuntur, dysenteria, malignis ac pestilentibus febribus, & tandem ipsa peste corripiantur. Et quòd cibi talibus humoribus malignis materiam præbeant, patet vel ex eo, quòd tales humores non semper, & in omnibus corporibus generantur, sed tum, vbi homines eiusmodi prauis cibis vsi sunt: id quod in castris & obsidionibus frequentissimè accidit; vnde etiam maligni eiusmodi morbi castris quasi proprij sunt, & propterea à nonnullis Castrenses appellantur.

Imò etiam exigua maligni humoris quantitas, vbi is ab aliis secretis fuerit, seorsim extiterit, facile alios humores inquinat; cūm omnis forma sui multiplicatiua sit: id quod non solūm è feminibus spontè ortorum viuientium, in atomis & minimis corpusculis latitantibus patet, vt cūm à Diosc. Fortunio Liceto, *in lib. de spontan. viu. cri.* tum à me *in eodem tractatu* monstratum; sed & in venenis verum est, id quod exemplo veneni canis rabidi probat Galenus, *6. de loc. affect. c. 5.* quod ab exiguo initio ad magnitudinem notatu dignam sensim adscendit, tandemque totum hominem alterat.

Quæ si cui non satisfaciant, & alicui id adhuc scrupulum moueat, quomodo è semine & sanguine etiam bono, extra sua vasa elapso, putrescente & corrupto, venenata materia generari possit, ille primò *dydiausi* & *dydionis* humorū Hippocratis in mentem sibi reuocet, cogitetque, in homine esse amara, salia, & sexcenta alia, (e quibus procul dubio qualitates occultæ non sunt excludende) quæ mixtione mutua & contemperatione inter se neque cernuntur, neque quempiam molestia afficiunt; at vbi aliis secreta fuerint, & per se & seorsim extiterint, conspicua heri, & hominem molestia afficere. Faciat quis periculum in carne vel sanguine humano, vel etiam alterius animalis, quo homines nutriti solent; eaque in vitro concluso, vt nihil externi accidere possit, digerat, & videbit, vbi massa illa sanguinis vel carnis dissoluta fuerit, quàm praua & homini noxia materia inde generari possit. Idem euenit in aliis rebus, brassicâ, cancris, ouis, & aliis rebus quamplurimis, quibus quotidie sine noxa vescimur. Omnia enim hæc, si putrescant & resoluantur, ac singulæ eorum partes seorsim existere incipiant, quàm magnum & intolerabilem fetorem de se exhalent, & quàm noxiæ euadant, notum est. Si ergo sanguis intus corrumpatur, cur non idem præstare possit?

Semen in specie quod attinet, primò hoc tenendum, rei optimæ corruptionem esse pessimam, ideo

Sanguinis corrupti noxa.

Semina corrupti vte.

quod optimas *scilicet* illas Hippocraticas, etiam si aliis permixtas, habent potentissimas, quæ ubi fortissimè existunt, & à mediocritate recesserunt, maxime lædere possunt. Neque enim incommodè mixta, siue saltem simpliciter, & vt talia, atque ex elementis solum composita, considerentur, siue etiam vt qualitates occultas, & formas elementis nobiliores includunt, perpendantur, harmoniæ Musicæ comparari possunt. Vt enim, etsi in ea vocum & sonorum est diuersitas; tamen si inter eos iusta seruetur proportio, suauissimam harmoniam & concentum, audientem mirificè delectantem, pariunt; si verò proportio illa turbetur, & vna vel plures voces dissonent, auditui ingratiſſimus sonus inde oritur: ita etiam, si in mixto seu qualitatibus primarum, seu occultarum proportio, quæ naturæ cuiusque rei conueniens est, seruetur, omnia se rectè habent; si verò qualitatum vna vel plures proportionem excedant, actiones rectè perfici non possunt, & grauiſſima oriuntur symptomata, atque inde accidit, vt quod antea vel toti corpori, vel parti alicui gratum & amicum erat, iam ingratum & inimicum, imò noxium euadat. Atque inde adeo euenit, vt in ipsa dolosa medicamentorum Bezoardicorum proportio quædam inter ea & corpus nostrum requiratur, quæ si obseruetur, homini sunt grata & vtilia, eiusque corpus à venenis tuentur: si verò maiori quantitate exhibeantur, etsi eandem vim habeant, tamen quia potentia suâ & actiuitate proportionem corpori nostro conuenientem non obseruant, corpus nostrum dissoluunt, eique nocent.

Deinde & de semine hoc obseruandum, ea symptomata, quæ in fœminis à semine retento fieri dicuntur, non semper à semine, sed ab aliis humoribus, circa vasa seminalia cumulatis, fieri vt *lib. 4. pract. part. 2. sect. 3. c. 4.* dictum. Etenim semen in suo loco non putrescit & corrumpitur, & viri multi sæpe semen diu retinent, nec aliquid mali patiuntur. Multæ etiam virgines montales & aliæ sunt, quæ venere non vtuntur, nec tamen suffocatione vteri laborant. Vnde credibile est, materiam, quæ tam graua symptomata in fœminis excitat, non semen esse, sed alios humores prauos, qui circa vasa genitalia fœminarum, & in primis tubam vteri dictam collecti sunt. Obseruatum enim est, testes in mulieribus interdum pilâ maiores, imò pugno grandiores, luteo, croceo, ferosoque humore grauiſſimè olente turgentes, repertos fuisse, vt *alleg. loc. dictum.*

CAPVT IV.

De Causis morborum occultorum, malignorum, & venenatorum, ab interno humorum vitio ortorum, in specie.

Atque hæc in genere quidem, quomodo humores, maligni & venenati in corpore nostro generentur, dicta sunt: de causis tamen adhuc quædam in specie addenda sunt. Cùm autem omne, quod in corpore nostro præter naturam generatur, vel causæ efficientis, vel materiæ vitio proueniat, eadem causæ & hic perpendendæ. Primò causam efficientem quod attinet, cùm in omnibus corporis partibus, tam publicis, quàm priuatis, coctiones fiant, & quælibet pars sibi conueniens opus producat: non mirum est, si actiones & coctiones eæ non rectè perficiantur, varia excrementa, & varios præternaturales humores genera-

ri. Nimirum vt alia sit coctio in ventriculo, alia in hepate, alia in corde, alia in testibus, alia in vtero: ita etiam alia excrementa, alique humores præternaturales, si coctiones illæ non bene perficiantur, in ventriculo, alij in hepate, alij in corde, alij in testibus, alij in vtero generantur. Imò cùm venæ & arteriæ sanguinis ac spirituum locus ac receptaculum sint, quæ, ubi suam naturalem constitutionem obtinent, sanguinem & spiritus in statu naturali suo conseruant: ita si illam naturalem constitutionem amittunt, & præternaturalem acquirunt, sanguinem, & spiritus amplius regere non possunt, sed eos corrumpi sinunt. Cùm autem ad naturalem partis cuiusque constitutionem, & primarum qualitatum temperiem, & occultarum etiam naturalem dispositionem requiri dixerimus: si vel hæc, vel illæ mutantur, varij humores excrementitij, nunc qualitatum, solum primarum, & temperiei excessum, nunc etiam occultam malignitatem obtinentes generantur. Imò si intemperies aliqua in corpore nostro excitetur, præsertim calida & humida, non solum humores & excrementa, sed & partes ipsæ solidæ corrumpi possunt, vt in vlceribus putridis, gangrænâ, & sphacelo apparet, vnde maligni humores & vapores generantur: quod quâ ratione fiat, *cap. præced. dictum.*

Præuia autem hæc dispositio quibusdam hæreditario quasi iure à parentibus communicatur, vt prauos subinde humores generent, & totâ ætate pendè, vel scabie malignâ, elephantiasi simili, vel scorbuto conflictentur. Sicut videmus etiam vermes in quibusdam plurimos vsque ad adultam ætatem generari cùm in aliis; ne in infantibus quidem nascantur. Accidit hoc in iis potissimum, qui calidos, & atros humores generant, qui venenatam naturam faciliè induunt.

Deinde faciunt hæc partium naturalium constitutionem mutandam primò cibus & potus, ac medicamenta vt & venena, cùm qualitatum primarum excessu peccantia, tum multò magis occulto modo corpori nostro infesta, quæ malignam & venenatam dispositionem partibus corporis nostri imprimere possunt: ob quam postea alimentum & sanguinem in similem qualitatem corrumpunt. Ita obseruatum sæpe est, veneno sumpto longo interdum post tempore nonnullos morbis quibusdam correptos fuisse, qui non aliunde prouenerint, quàm à mala dispositione, à veneno corpori impressâ. Memini vicinam meam filio & filia quinquennibus circiter in balneum ituris ad sudorem ciendum arsenicum pro cornu cerui incautè exhibuisse, vnde filius, qui parum vomebat, intra sex horas mortuus est, puella verò, quæ etiam arte adiuta multum vomebat, conualuit, sed circa annum ætatis vigesimum primum sædissima à scabie & cachexiâ correpta est, quæ nullo modo curari potuit, sed ægre mortem intulit: quam non aliunde, nisi à dispositione à veneno corpori, & imprimis hepatis impressâ prouenisse existimo. Ita luem veneream, cum interdum integrè curata visa esset, nec vllis symptomatibus sese amplius proderet, post annum vigesimum, imò trigessimum recruduisse, obseruatum est, itidem ob dispositionem à virulentia illa hepatis impressâ reliquam. Sic ij, qui carbunculos pestilentes passi sunt, etsi integrè curati sunt, in partibus illis dolores sæpe longo post tempore & diu percipiunt.

Tertiò faciunt huc & stellæ ac sidera. Etsi enim alia per se neque mala sunt, neque mali quid intendunt, sed totum hunc inferiorem mundum suo influxu benigno fouent: tamen per accidens nocere,

Ad malignorum humorum generationem facit 2. Dispositio corporis

3. Cœlum & sidera.

nocere, & huic vel illi rerum naturalium speciei vel indiuiduo noxia esse possunt. Sicut enim videmus, nunc calorem, nunc frigus nimium hisce vel illis nocere, v.g. æstum maiorem vitibus esse amicum, quasdam verò alias plantas ab eo emori: ita etiam, cum astra occultas influentias habeant, nisi ex influentiæ proportionem quæ corpori nostro amica est, obseruent, humores in eo corrumpi, necesse est Quæ de re plura, *lib. 4. de febr. cap. 4.* dicta sunt.

4. Aër.

Quartò inter has causas, quæ corpus nostrum afficiunt, est aër, qui non solum interdum, vt venenatos vapores, qui corpus nostrum inficiant, in se continet, (quæ ratione de eo parte tertiâ dicemus) malignorum & venenatorum autor est morborum, sed etiam, vt dispositionem corporis nostri, quæ omnes coctiones perficiuntur, mutat; quæ ratione hoc loco de eo agendum. Primò aër ad morbos inducendos potest facere manifestis qualitatibus, de quo Hippocrates pluribus, 3. *Aphor. lib. agit. 1. Aph. ibi ait: Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & in ipsis temporibus magna mutationes frigoris aut caloris, cæteraque ad proportionem.* Cum enim aër cum inspiratione attractus, tum per poros in corpus immisus, illud continuò afficiat; si intemperatus sit, eandem intemperiem corpori nostro imprimit, idque de naturali statu deiicit. Et imprimis calida & humida aëris constitutio, si diu duret, cum ad putredinem inducendam aptissima sit, etiam morbos malignos & venenatos inducere potest, de qua re Galenus, 1. *de differ. febr. cap. 4.* scribit: *Pestilentes morbos oriri, necessarium est, cum aëris temperatura naturali habitu ad caliditatem & humiditatem immoderatam fuerit conuersa; & insigne exemplum eius rei habetur apud Hippocratem, 3. epid.* Et si enim putredo ipsa per se venenum non producat: tamen quia per putredinem humores naturæ dissimiles redduntur, & aliam planè naturam acquirunt, potest eâ mutatione aliquid naturæ nostræ planè inimicum emergere, vt *cap. præced.* dictum. Ad corruptionem quoque concipiendam aër crassus & humidus aptissimus, quo nomine aër Romanus infamis est, & ad febres malignas dispositus, & vt Galenus 1. *epid. comm. 2. text. 25.* scribit semitertianæ febres præuæ Romæ familiarissimæ sunt. De quo etiam scribit Cæsar. Aurelianus, *lib. 2. acut. cap. 10. & lib. 1. Chronic. c. 3.* Quibus subscripsit Plutarchus, in *Problematis*, qui templum Æsculapij Romæ ideo extra urbem ædificatum esse scribit, quòd maior ibi aëris salubritas, quam in vrbe haberetur. Potest tamen etiam aër occultis qualitatibus corpori nostro nocere. Cùm enim & stellarum influxus & omnes totius inferioris globi exhalationes excipiat, æque sæpe malignæ sint: si is & inspiratione continuò attrahatur, & per transpirationem in corpus sese infundat, fieri potest, vt id ab occultis illis qualitatibus simili p. n. dispositione alteretur, quòd postea eandem humoribus & excrementis imprimit. Vnde qui in locis fœtidis & conclusis habitant, hac de causa sæpe malignis morbis infestantur.

Tandem inter causas efficientes, humores corruptètes, meritò referuntur imaginatio & animi affectus. Quantæ enim imaginationis vires sint, de *conf. & de sens. Chym. cum Galen. cap. 14.* dictum, & ex terrore & irâ multos in Erysipelas, vulgò Rosam dictam incidere, notorium. Habet autè febris illa, cuius symptoma quasi est Rosa, aliquid malignitatis, vt inualis, quæ instar pestis se habet, satis testatur. Item ex terrore & timore etiam multos in pestè incidisse, vulgò notissimū est. Obseruauit

etiam hoc tempore, dum hinc Professore & Medicum ago, quo plus quàm sexies valde (vt leuior res infectiones, quæ sæpius acciderunt, præteream) hinc pestis grauisata est, non paucos quoque ex ira in pestè incidisse. Quod qua ratione fiat, equidem explicare facile non est, & dictum de eo de *febr. lib. 4. c. 2.* Hoc maximè mihi probabile videtur, in pestilentibus constitutionibus corpora, siue cæli siue aëris ambientis vi, seu aliis de causis ad pestilentem potius, quàm aliam corruptionem (vnde alij morbi penè omnes silent & cessant) disposita esse plurima. Cui si imaginatio, terror, timor, vel ira accidat, facile illa dispositio in actū deduci potest. Imò etiam boni humores iisdem animi affectibus corrumpi possunt. Et imprimis humor melancholicus & ater maximam vim alios humores corrumpendi, si moueatur, obtinet, & non sine causa ab humore melancholico & atro pestilentiam prouenire, statuit Pateras, in *quæst. Medic. paradox. quæst. 43.* Iræ verò non à bile flaua, sed humore atro prouenire, monstraui *lib. 3. Pract. Part. 3. cap. 3.* Ioachimus Olhafius, *disquisition. de semi. pestil. c. 4.* hanc causam reddit, quòd timor & terror ad pestem inducendam faciant, dum scribit, vt terrore, præsertim subitaneo, spiritus à superficie corporis confertim versus cor abticipiunt, sicque eò secum devehunt halitum pestiferum superficiem corporis obseruantem, qui cum sit naturæ spiritalis, syntimonia quadam sese vitalibus spiritibus consociat; ita è contrario, spiritibus æquabiliter per totum corpus expansis continuò remanentibus, quòd sic animo benè composito, idem halitus non nisi temporis aliquo spatio exacto ad cor deducitur, interdum etiam à natura earum partium, quibus inhærescit, ita edomatur, vt nullum sit inde pestilitatis periculum, haud rarò tamen etiam, licet tardius in pestem manifestè erumpit. Quæ de causa apud Plutarchum legitur, in *lib. de Musc.* Thaletam quendam Cretensem à Lacedæmoniis pestem fugasse sola Musica, quam Excellentissimus Hieronymus Mercurialis, in *lection. de pestilentia cap. 22.* (pag 83.) nihil aliud fuisse existimat, vt & milicū, qui apud Homerum cantu pestem fugabant, quàm spem, gaudium & lætitiā, quibus fiat, vt & animi & corpora valentius pugnent aduersus morbum pestilentem Quin & Theophrastus Musica viperarum & aranearū morsus, curari testatur: Idemque confirmat de iis, qui à tarantula sunt demorfi, Matthiolus, in *lib. 2. comment. in Dioscorid.* & Scaliger, *exercit. 185. aduersus Cardanum:* Nimirum quia Musica animum excitat, & spiritus ad corporis circumferentiam mouet, ac proinde venenum à corde sic distrahitur, perque poros discutitur & dissipatur, inquit Hieron. Montuus, in *Iuuenilib. cent. 2. de admirandis facultatibus, aphor. 96.* Sicut ergo in curatione morborum id præstat Musica; ita etiam in præseruatione simile quid præstat valebit, spiritibus sic excitatis & probè compositis in vniuerso corpore, ne frequenter commoti versus cor secum abripiant seminaria pestifera. Hæc Olhaf. Verùm causa hæc saltem locum habet in timore & terrore, non verò in ira, in qua humores etiam ad ambitum corporis mouentur, vbi causa à me antea allata potior videtur. Inter animi affectus, qui humores corrumpere, ipsique naturam venenatam inducere possunt, Cardanus, *lib. 1. de venen. cap. 6.* etiam odium refert, affectum ex tristitia & ira compositum, eumque acerrimè corrumpere humores, si quid aliud, scribit. Nam ira excalefacit, tristitia refrigerat, quo ipso motus contrarii sunt, & in qualitate

& ratione loci, atque inde multos abditis, vt putantur, caussis perire existimat. Nimirum.

*Livor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bi'it artubus cruorem.*

6. Ma-
teria.

Secundò, & quidem præcipuè ad humores malignos & venenatos in corpore nostro generandos facit materia. Neque enim virtus & facultas, etsi bene sese habeat, è prauo obiecto & materia vitiosa bonum opus generare potest, sed sit actionis frustratio ob externum errorem dicta. Itaque ad humores malignos & venenatos in corpore nostro generandos facit imprimis victus ratio, & ex cibo ac potu prauis succi, maligni & venenati humores, & ipsa interdum pestilentia generatur, quæ sæpe annonæ caritatem sequitur, qualem Galenus, *lib. de cib. bon. & mal. succ. cap. 1. & lib. 1. de diff. feb. cap. 3.* se vidisse scribit, sub Commodio Imperatore, & quales passim apud historias descriptæ extant. Cùm enim pauperes, ob frugum penuriam, quicquid offertur, quantumuis prauum, & necessitate coacti comedant, inde prauos humores colligunt. Etenim ex iis, quæ naturæ nostræ apta non sunt, nec chylus, nec sanguis bonus generari potest, sed vitiosi humores inde proueniunt, qui, quò diutius in corpore nostro detinentur, & sæpius mutantur, eo deteriores euadunt, & tandem naturam veneni induunt. De quo Galenus scribit, *lib. de succ. bon. & vit. cap. 8.* *Inter fructus censentur cumeres quoque & pepones, & melopepones, quorum nulli succus bonus insit, eo quòd, nisi alium statim subeant, corrumpantur ibi, humoremque ex corruptela hac faciant, qui non longè à mortiferis venenis abest. In fructibus huiusmodi sola est cucurbita, quæ culpa vacet: eiusdem tamen, si in ventre corrumpatur, succus valde malus est; quod in moris quoque euenit, quæ ipsa etiam, si quidem auè, quàm corrumpantur, statim descenderint, nihil incommodi afferunt, nisi quis assidue his utatur: quod in vniuersum de sugacibus omnibus scire ac meminisse conuenit.* Et quod de cucumeribus & peponibus dixit Galenus, idem de aliis mali succi cibis etiam verum est. Idque non solum præstant ea, quæ, vt Hippocrates, *de prisc. medic.* loquitur, *auèndia* sunt, & nobis inconuenientia, & *àxpntu* ac intemperati succi plurimum obtinent, sed & cibi, quibus alias continuò vescimur, qui que boni succi sunt, si corrumpantur, vt sæpe in obsidionibus accidit. Tum enim extra iam contractum vitium in corpore humano emendari non potest, sed in singulis conditionibus maius fit. Qui autem cibi boni, qui prauis succi sint, Galenus, *in lib. de cib. bon. & mal. succ.* docet. Imò cibi etiam boni, si non rectè coquantur in ventriculo, & ij qui contrarii sunt natura, misceantur, prauus chylus generatur. Ex prauo verò chylò, seu ex bonis seu prauis cibis genito, nunquam fit bonus sanguis, sed sæpissime generatur inde humor, qui bilis prasinæ nomine vulgò appellatur; qui postea in hepate adurit, & corrumpitur, sanguisque postea permiscetur, qui dum quiescit in venis, vix sentitur, sed agitated vel animi corporis motu, deterior redditur, vteriusque corrumpitur, & à bonis humoribus separatus, grauissimos morbos, imò subito mortem sæpe inferre potest.

Si enim cibi prauis succi saltè malignos morbos inducere possunt, multò magis id præstāt ij cibi, qui iam in se malignam & venenatam qualitatem obtinēt, quales sunt interdum fungi, ranæ, & similia, à quibus nunc maligna dispositio humoribus impunitur, nunc etiam homo statim iugulatur, de quibus postea de venenis extra assumptis dicetur.

CAPVT V.

De morborum ex interno humorum vitio ortorum
differentijs.

Sunt autem morbi ab interno humorum vitio orti varij, pro causarum varietate. Sunt enim humores tales alij maligni saltem, qui quidem grauiora, quàm quæ à primis qualitibus prouenire possint, symptomata inferunt, hominem tamen non enecant, sed ita comparati sunt, vt cū iis diu vita trahi possit; alij verò etiam in vitæ periculum hominem coniciunt, aut homini vitam statim eripiunt, & propterea venenati rectè nominantur. Prioris generis sunt humores, qui epilepsiam, hydrophobiam, choream S. Viti, maniam etiam, secundum Platerum, scorbutum, colicam, & dysenteriam malignam, elephantiasin, gangrænam, interdum suffocationem vterinam, & febres malignas, simpliciter ita dictas, inferunt: posterioris generis sunt, qui febres pestilentes, & ipsam pestilentiam generant.

Primum genus quod attinet, primò Epilepsiam non ab obstructione ventriculorum cerebri, sed ab humore vel vapore, membranæ cerebri & nervoso generi peculiariter infesto, excitari, *lib. 1. pract. part. 2. cap. 31. quest. 1.* satis monstratum est, vt ea de re hîc plura addere opus non sit.

Secundò, Hydrophobia, etsi vulgò pro eodem affectu planè cum rabie canina, quæ demorsis à cane rabido accidit, habeatur: tamen obseruatum, etiam sine morfu canis, vel alterius animalis rabidi ab interno humorum vitio hydrophobiam generari posse. Cuius quinque exempla recenset Marcellus Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 6. cap. 1. & vnum Petrus Salius Diuersus, de affect. particular. cap. 19.* De quo *lib. 1. pract. part. 2. cap. 16.*

Tertiò Chorea S. Viti dicta hîc pertinet, quæ qui laborant, perpetuo & infano quodam saltandi desiderio tenentur. Quò pertinet & eorum affectus, qui à Tarantulis demorsis sunt, qui itidem admirando saltandi desiderio tenentur. Neque enim ab vlla manifesta qualitate huius symptomatis causa reddi potest. Egimus autem de his affectibus, *lib. 1. pract. part. 2. cap. 17.*

Quartò, cum in Mania tam enormia accidant symptomata, quorū causæ à qualitibus manifestis sufficientes dari non possunt, & videamus, eos talia symptomata pati, qualia interdum, quibus philtrea exhibita sunt, patiuntur: non sine causa Platerus in maniaë causis reddendis manifestis qualitibus contentus non est, sed vt mania excitetur, necessarium esse putat, vt humor ater peculiarem & occultam dispositionem inducat: de qua *lib. 1. pract. part. 2. cap. 15.* dictum.

Quintò dantur interdum & catarrhi, tussis, angina, pleuritides, & peripneumoniarum epidemiarum ac malignarum: verum cū isti affectus ferè semper febrem malignam coniunctam habeant, actum de iis *lib. 4. de febr. cap. 17.*

Sextò, etsi Scorbutus ab humoris melancholici colluie rectè deducitur: tamen cū hypochondriaca affectione, quartana, aliisque ab humore melancholico ortis morbis non eadem symptomata, quæ in scorbuto, conspiciantur; scorbutus etiam contagiosus fit, & peculiaria requirit remedia: verò consentaneum est, humorem melancholicum occultam & peculiarem corruptionem suscipere, antequam scorbutum inducat, vt *lib. 3. pract. part. 5. sect. 2. cap. 2.* dictum.

Mo. 6.
rurq. 6c.
culorū
ab in-
terno
humo-
rum vi-
tio dif-
feren-
tia.

Epile-
psia.

Hydro-
phobia.

Chorea
S. Viti.

Taran-
tati.

Catar-
rhi,
Tussis,
Angina,
Pleuritides
malignæ
Scorbutus.

Colica maligna. Sepumò etiam Colicæ malignæ & pestilentis, quæ in Italia exorta, multas Romanorum provincias afflixerat, mentionem facit Paul. Ægyneta, *lib. 3. cap. 43.*

Dysenteria maligna. Octavo pertinent & huc Dysenteria ille epidemice, qualis anno 1513. post ætatem calidam & siccam, & hic etiam anno 1624. eisdem ætate sicca & calida grassata est, quæ non pauciores è medio sustulit, quàm febres malignæ: quanquam epidemius illis dysenteris febris ferè coniungatur. Et solent istæ dysenteria sæpe adeo malignæ esse, ut paulò post in pestem degenerent. De qua dysenteria etiam *lib. 3. pract. part. 2. sect. 2. cap. 7.* dictum.

Suffocatio vterina. Nonò, Suffocationem vteri, ut & epilepsiam, ex vtero, à vapore maligno per venas, arterias, & nervosum corpus ad superiores partes eleuato, ortum habere, & earum actiones variè, prout in hanc vel illam partem fertur, lædere, & vapore hunc quidem exiguum, efficacia verò potentissimum esse, *lib. 4. pract. part. 2. sect. 3. cap. 4. & 7.* dictum.

Elephantiasis. Decimò huc etiam referenda Elephantiasis, quæ quidem ab atra bile, sed malignitatis non experte, excitatur. De qua *lib. 5. pract. part. 1. c. 40.* dictum.

Gangrena maligna. Vndecimò, etli Gangrenæ sæpe à manifestis causis proueniat: tamen interdum etiam ab humoribus malignis, in corpore genitis, excitatur. De qua Fernellus, *lib. 2. de abdit. rer. caus. cap. 15.* ita scribit: Obseruatum fuit, extremum pedem sphacelatum aliquando fuisse sine causa externa, sine tumore, aut rubore conspicuo, oborto primùm dolore immanissimo, mox sensum in eo ac morum perisse, & partem totam liuore contabuisse, exulcerationemque scædam insecutam esse, quæ acerrima caustica, atque medicamenta sine sensu admitteret, non multò post arteriam brachij dextri, deinde etiam sinistri pulsare desisse, & ita sensum vniuerso corpore obfesso, miserum extinctum sine febre, sine symptomatibus admodum grauibus. *Hæc Fernellus.* Tot igitur, tamque præsentium malorum quis intemperiem aut simplicem, aut cum materia causam esse statuit? Quis non potius venenatam labem in partes omnes propagari putet, quæ extremam hanc perniciem inferat? ut addit Eustachius Rudius, *lib. 2. de morb. occult. cap. 1.* Eiusmodi gangrenæ etiam mentionem feci, *lib. 5. pract. part. 2. cap. 19.* Quò pertinet & gangrena scorbutica, de qua *cod. loc. & lib. 3. pract. part. 5. sect. 2. cap. 14.* egi. Et Barthol. Maggius, *de vulnerib. scopetor.* scribit, se vidisse in iuvene, febre aliqua maligna correpto tandem materiam illam ad dextrum crus delatam, crus vniuersum sua malicia infecisse, & ad siderationem dedaxisse, nullo apparente vel tumore, vel rubore, nullòque dolore percepto.

Bubones, Carbunculi. Duodecimò huc referendi & Bubones, & Carbunculi, qui etiam si sæpe à corruptione humorum à contagio proueniente, ortum tamen interdum etiam ab interno humorum apparatu proueniunt, de quibus *lib. 5. pract. part. 1. cap. 8. & 13.* actum.

Febres malignæ. Decimo tertio sunt etiam Febres malignæ variorum generum. Petechialis, cum variolis, morbillis, cephalalgia, tussi, catarrho, pleuritide, peripneumonis, erysipelate: quæ si sint priuatæ & sporadicæ, nullum dubium est quin ab humorum vitioso apparatu proueniant, qui contrahitur cum aëris vitio, ob insignem in qualitatibus excessum, tum ex victu prauo, & cibus mali succi, potu aquarum corruptarum. In talibus enim febribus omnibus, quia varia symptomata apparent, quæ à febre, quæ sæpe in speciem lenta est, prouenire non possunt; ideo occultam malignitatem iis adiunctam esse, re è statuitur. Non rarò tamen febres etiam tales sunt epi-

demice, si nimirum causæ malignum humorum apparatus generans communis præcesserit, aut ipse febris hæc contagiosa fiant. De quibus febribus *lib. 4. de febr. pluribus* dictum, quæ ibi videantur.

Decimo quarto, Tandem humores in corpore nostro sæpe ita corrumpuntur, ut non solum maligni euadant, sed ita extrosi fiant, ut non minus subito hominem iugulandi vim habeant, quàm venena assumpta. Tales humores sunt, qui pestilentes febres, & pestem, & inuis bubones, ac carbunculos pestilentes excitant. Et si enim Donatus ab alto Mari, & Horatius Augenius id negant, existimantque, morbos illos, qui post annonæ caritatem excitati sunt, fuisse sæpissime epidemios; & quamuis symptomata & morbi adiuncti in omnibus non fuerint idem: tamen id accidit saltem ob variam dispositionem corporum: intermi ipse morbus principalis fuit communis, & vera pestis, non pestilimilis, cum plures inuaderet & occideret, ipsique pestis definitio competeret, de quo *lib. 4. de febr. cap. 2.*

De quibus affectibus omnibus cum allegatis locis egerim, non opus esse puto, ut hoc loco iterum de us agatur.

Febres pestilentes & petus.

CAPVT VI.

De signis morborum à malignis & venenatis humoribus in corpore nostro genitis, ortorum.



C Ognoscitur autem, morbum ab interno aliquo humorum vitio, eoque maligno & venenato originem traxisse, primò à causis præcedentibus, quas *cap. 4.* exposuimus. Nimirum si aërem naturalem constitutionem diu non obseruauerit, humores inde corruptos fuisse, colligitur, de quo Galenus, *lib. 1. de differ. febr. cap. 4.* scribit: *Pestilentes, inquit, morbos oriri necessarium, cum aëris temperamentum à naturali habitu ad caliditatem & humiditatem immoderatam fuerit conuersa.* Talem aëris constitutionem describit Hippocrates, *3. epid. comment. 3.* *Arimus, inquit, austrinus, pluuius, à ventis intorrens, cum paulò superioribus annis squalores præcessissent, sub arcturum stans austrini; multum pluit. Autumnus nimbosus, nubilus, largè pluens. Hyems erat austrina, humida, lenis. Multò post solis reuersionem, circa æquinoctium, Boreas spirant, & nimis non ita diu. Ver rursus sine ventis: pluit multum & continenter vsque ad canem. Hæc serena & calida erit, magni erunt aestus. Etesia parua dispersim spirabat: sub arcturum rursus spirante borea multum pluit.* Quæ anni constitutio austrina & humida pestem seuissimam excitauit, quam, *alleg. loc.* describit Hippocrates. Ita Octavianus Roboretus, *de febre petechiali, cap. 1.* cum anno 1590. sicillima atque admodum calida esset ætas, autumnus magna ex parte australis, hanc verò hyems admodum frigida & niuosa excepisset, factum esse scribit, anno 1591. ut Tridenti non solum plerique à plebe, sed ex primoribus multo magis febre petechiali grauissima corripentur. Et tales obseruationes passim in medicorum libris extant, & cuiuslibet eas annotare promptum est. In dysenteria aliquoties præfagienda me iudicium non refellit. Si enim vee naturalem constitutionem non seruet, sed ætream constitutionem obtineat, & calidum ac siccum sit, humores inde aduruntur, & malignitatem concipiunt, vnde dysenteria, epidemice excitantur, quæ fructuum horariorum elui adscribi non possunt; cum mense Maio, vbi nulli adhuc tales fructus ma-

Signa morborum malignorum ab interno humorum vitio. A causis. ▲ er.

D **E** Operum Sennerti Tom. III.

turi fuerunt, talem dyfenteriam, anno 1624. graffatam, eaque etiam infantes lactantes correptos fuisse, obseruarem.

Prognostica.

Deinde, vbi morbus aliquis malignus & pestilens grassatur, & præcesserit annonæ caritas, siue ex frugum defectu communi, siue in obfidionibus & castis, & homines prauo victu vsos esse, notum sit; de interna humorum corruptione nullum est dubium. Si etiam nulla causa externa, quæ corpori malignitatem vel venositatem communicare potuerit, præcesserit, homo cum nullo simili morbo laborante conuersatus sit, & nihilominus malignitatis & venositatis indicia adsint, ab interno humorum vitio exortum esse morbum significat. Adsunt etiam prauorum humorum indicia; cum contra externa venena hominem etiam optimè sanum lædere possint. Verùm qua ratione venena intus genita, ab iis, quæ extra assumpta sunt, discerni possint, pluribus infra, *part. 5. cap. 3.* explicatur.

Euentum morbi quod attinet, et si humorum vitium ab initio plerumque non est tam vehemens, vt illud, quod à causis externis summam iam vim habentibus accidit: tamen si dum humores in corpore detineantur, pessimam tandem etiam corruptionem inducere possunt, & quo diutius humores in corpore detinentur & fermentantur, eò peiores & noxiores euadunt. Vnde variolæ, morbilli, dysenteria, & aliæ febres malignæ epidemiæ, si diu durent, tandem in pestilentes & ipsam pestilentiam degenerant. An autem æger motitutus, vel conualiturus sit, ex collatione virium cum morbo manifestum euadit, vt suo loco, *de febrium malignarum & pestilentiarum prognosticis*, dictum.

CAPVT VII.

De præseruatione & curatione morborum malignorum, ab interno humorum vitio ortorum.

Præseruatio à morbis malignis ex interno humorum vitio.



Và ratione morbi maligni, ab interno humorum vitio orti, & *cap. 1.* enumerati, curandi sint, locis ibi allegatis dictum, quæ hinc repetere opus non est. Videantur loca allegata. Pauca saltem adde-
re libet. Primò hoc non prætereundum, quemlibet, si uel ex aëre, vel victu prauo aliquid malignum humorum vitium in corporibus humanis excitatum fuisse, colligat, & imprimis, si morbus aliquis malignus epidemius grassari incipiat, dare operam debere, ne in morbum illum incidat. Quod fiet præcipuè, si conueniente modo corpus maturè euacuauerit, & ne humores putredinem concipiãt, laborauerit. Etenim sæpius accidit, vt humores vitiosi, antequam in actum erumpant, & corpus manifestè lædant, in corpore lateant. Hi ergo lenibus medicamentis, quæ simul putredini resistunt, euacuandi sunt: in quem vsum commodissimæ sunt pilulæ de tribus dictæ, rhabbarum, sirupus rosarum, de tribus & similia. Idque aliquoties per interualla faciendum, simulque si notum sit, à qua causa vitium illud contractum sit, ei contrariis alterantibus resistendum, & alexipharmaca idonea vsurpanda. Quam ad rem vinum medicatum absinthio, carduo benedicto, scordio, cortice citri, zedoariæ, radic. helenii, imprimis vtile est, vt & elixir, proprietatis dictum plura eiusmodi recensentur *lib. 4. de febrib. cap. 4.* Imò vt post purgationes sudores intetdum cieantur, non inutile est. Imprimis verò in morbis malignis, epidemiis, ab

interno humorum apparatu præcauendis hoc diligenter attendendum, vt quinis timorem, terrorem, iram, imaginationem de eiusmodi morbis attentiorè caueat. Ab huiusmodi enim affectibus humores latentes excitari possunt, vt in actum erumpant, id quod sæpe obseruatum, & ipse cum aliis, tum hoc ipso anno 1634. multos in pestem incidisse memini, cum ne minima suspicio adesset, eos cum vilo peste infecto conuersatos fuisse, sed ex terrore, imò etiam irâ, humoribus vitiosis in corpore latentibus agitatis, & in actum deductis, in pestem incidisse.

De curatione nihil addere libet, nisi pauca de febris malignæ acutæ, ex interno humorum apparatu ortu curatione. Equidem de ea satis, *lib. 4. de febr. c. 6.* dictum. Quia tamen qui in aliorum erroribus inquirendis lynceus videri vult, in suis verò sæpe cæcus est, de febris malignæ curatione controuersiam à multis verò citroque agitatum nouam quodammodo solvere conatur, in *aurora med.* nouamque interpretationem aphorismi 22. *sect. 1.* affert: aliqua de geniuo illius aphorismi sensu afferre hoc loco non præter rem fuerit, cum ille fundamentum curationis febrium malignarum acutarum contineat.

D. Ioan. Freytag.

Ita autem aphorismus ille sese habet: *πρωτα φαρμακείων, ἢ κριέων, μὴ ὀνεία, μὴδὲ ἐν ἀρχῆσι, λὺ μὴ ὀργῆ. τὰ δὲ παλαιὰ ἐν ὀργῆ* Concoctis, maturatque medicari oportet, non cruda, nec per initia: nisi materia turgeat, vt purimum verò non turgens. Cuius aphorismi, quem Galenus pro oraculo habet, quis genuinus sensus sit, & quid cruditas, quid concoctio, quid turgentia humorum sit, (è quorum explanatione sensus huius aphorismi pendet) *lib. 5. Institut. part. 2. sect. 1. cap. 6.* & *de febrib. lib. 2. cap. 6.* dictum. At D. Freytag. in *Auror. Medicor. c. p. 16. pag. 81.* ita de cruditate & concoctione docet: Cruditas, inquit, humorum dicitur, vel ratione substantiæ & qualitatis simul, vel quoad solas qualitates. Cruditas verò illa, quæ & iuxta substantiam & qualitates humorum dicitur crudus est ipsius substantiæ corruptio, humorisque in venis positissimum putrefactio, quæ sibi dissimilis quoad substantiam & qualitates redditur, ad eum serè modum, qui in tumoribus præter naturam accidit. Quoad solas qualitates cruditatem, quæ necessaria præparationis ratione consideratur, statuit, esse in primis vel secundis qualitibus, vt frigiditate, caliditate, crassitie, visciditate, tenuitate, acrimoniâ. Cruditas substantiæ & qualitatum, (ita pergit) vel recipit mutationem ad vtilem, naturæque benigniorem statum, vel non. Eam recipiunt humores sanguines in venis, videlicet ipse sanguis, eiusque partes; non recipiunt ceteri humores, videlicet bilis, pituita, melancholia, quatenus tantum à sanguinis natura recesserunt, vt alimentitiæ benignitatis nihil amplius obtinentes, ad recrementitiæ conditionem abierint. Sanguis itaque & eius partes putrescentes per concoctionem & dominium calori natiui, quod putredinem cessare facit, manente substantiâ ad viliorem quendam statum reduci possunt, vt videlicet pars eius, quæ non planè sibi dissimilis sit facta, saluetur conseruatione humidi in sicco, reliquum verò, quod integrè seruari nequit, in humorem puri phlegmonarum respondentem conuertatur. Tale venarum est excrementum in vrinis subsidens, & abscessum puri respondens. Fit enim purus, Galeno teste, ex sanguine in seminiosam mutationem degenerante. Cum itaque, (ita enim tandem concludit) solus sanguis illam admittit, quam Hippocrates ad purgationem expectare iubet, concoctionem, sequitur, aphorismum hunc, quæ cõsta purgare præcipit, non cruda, intelligendum tantum de horum affectuum curatione, qui ex sanguine, sanguinisque partibus putrescentibus oriuntur, non verò de iis, qui ceterorum humorum vitio nati sunt, quod nullâ naturæ vel artis ope ad benigniorem viliemque corpori statum

Explicatio
D. Ioan. Freytag.
21. f. 1.

perduci, nec in plus legitimum, aut ei finitimum quippiam in A
venis aut extra easdem co. uertit p sssint.

Codico
duplex.

Verum intigms in hac, de coctione & cruditate doctrinâ error occurrit. In eo quidem rectè sentit, cruditatem hîc esse substantiæ corruptelam, seu humorum in venis putrefactionem, quæ coctione corrigenda est. Vbi sciendum, coctionem dici dupliciter, vel respectu naturalis corporis status, quæ nihil aliud est, quàm alimenti pro corpore nostro alendo perfectio, qualis fit in ventriculo, hepate, & singulis corporis partibus, vt excrementotum naturalium elaboratio, patâ fecum alui, vrine, bilis in hepate. Et huius coctionis respectu dicitur cocta, quæ, vt alere possint, apta sunt, vel si sint excrementa in coctionibus genita, si naturalem modum obseruant. Cruda verò dicuntur, vel quæ ita nondum sunt cocta, vt corpus nutrire possint, ita tamen sunt disposita, vt talia fieri possint; vel si sunt excrementa, si eam, quæ habere debent, naturalem perfectionem non obtinent: ita fæces alui, si sint nimis liquidæ, dicuntur crudæ; vrinæ item, si sint tenues, aquosæ, dicuntur crudæ; bilis si nondum naturalem suam constitutionem est assecuta, sed adhuc iusto tenuior est, dicitur cruda. Deinde crudi dicuntur humores, qui per putredinem à naturali suo statu desierunt, cuius putredinis repressio coctio appellatur, non quidem ideo, vt tales humores ad eum statum iterum veniant; quo corpus alere possint, (nuquam enim eum habuerunt) sed vt comodius è corpore euacuari possint; & expulsionem aptiores reddantur, nec naturæ amplius ita sint molesti. Atq; de hac posteriori cruditate & coctione aphorismus iste Hippocratis est intelligendus.

Qui autem isti humores sint, si queratur; rectè C
respondetur, omnes humores, qui in venis continentur, siue alimentares, siue excrementitij sint, si putredinè concipiant. Errat proinde insigniter nō uis iste Interpres, dum scribit, aphorismum huius tantum intelligendum esse de horum affectuum curatione, qui ex sanguine, sanguisque partibus putrescentibus oriuntur, non verò de iis, qui cæterorum humorum vitio nati sunt, vt potè, qui nullâ naturæ vel artis ope ad benigniorem vtilè que corporis statum perduci, nec in plus legitimum, aut ei finitimum quippiam, in venis, aut extra easdem conuerti possint, quiq; nec ante, nec post putredinè in meliorem statum beneficio caloris natui mutari, quorumque corruptio nec naturâ, nec arte edomari possit. Equidem hoc verum est, coctionem saltem iis humoribus competere, qui à natura caloris natui beneficio in meliorem statum redigi possunt.

Error
D Freytag. de
cruditate
& co-
ctioac.

Quòd verò solus languis talis sit, falsum. Etenim si hoc ita se haberet, aphorismus hic saltem de febribus synochis seu continentibus accipiendus esset; cum tamen clarum sit, & à nemine negetur, Hippocratem loqui de febribus acutis, quæ in primis à bile ortun: habent. Et cum de iis humoribus crudis loquatur, qui turgere possunt, clarum est, ad *τὸ τῦρ* seu turgentiam maximè aptos esse humores biliosos. Turgere enim est, vt Galenus, in comment. in hunc aphorismum, lib. 2. sect. 1. & 4. aphor. 1. ac. 10. & 1. de cris. cap. 9. & alibi docet, quando humores motu vehementi agitati ab vno loco ad alium hinc inde inordinatè mouentur, hominemque hinc inde ruentes molestant, & dolores titillationes in variis partibus excitando, non sinunt quiescere; quemadmodum à animalia lasciuientia in libidinem incensa dicuntur *εὐπρόσθετος*, cum ad coitum ruunt, & loco stare nequeunt. Talem autem humorum motum non accidere in febribus synochis, seu sanguineis, vt potè, quæ inter omnes continuas

Turgē-
tes hu-
mores.
qui.

mitissimæ sunt, sed acutis biliosis, extra contemperantiam est. Erroris autem huius læe in primis causa est, quòd opinatus est, solum sanguinem ad meliorem statum, si corrumpatur, reduci posse, reliquos verò, præter sanguinem, humores nulla natura vel artis ope ad benigniorem statum reduci posse. Est enim humores excrementi in substantiam corpori alendo vtilè conuerti non possint: tamen, quòd in omnibus excrementis natura facere solet, & hic facit, iisque quantum potest, perfectionem inducit, & vt hominem minus molestant, efficit eosque à reliquo & vtili sanguine separare, & ad euacuationem aptos reddit. Id quòd in pleuritide & omnibus tumoribus manifestum est. Primò enim sæpe ichores tenues, vel sanguis, vel flua bilis, vel etiam æruginosa aut vitida exspantur, quæ tandem, si morbus lethalis non est, in meliorem statum deducuntur, & in pus album vel ei finitimum mutantur, vt ex 2. prognos. text. 41. 45. 46. 47. videri est: Ita etiam in inflammationibus aliis, si eæ puræ non sunt, humores sanguini admisti in pus laudabile quidem, vt in phlegmone pura, mutari non possunt; interim eum, quem potest, substantiæ modum, natura iis inducit. Primarium verò coctionis opus est, humores vitiosos ab alimentariis separare, seu talem dispositionem iis inducere, vt è corpore seu naturæ, seu medicamentorum ope facillè separati possint.

An si
sanguini
conpetat
codico.

Docuit hoc manifestè Galenus, qui, lib. de feb. diff. cap. 6. in febribus omnibus putridis humores putrescentes nouum substantiæ modum acquirere, scribit, eumque varium pro humoris natura, & virtutis robore vel imbecillitate. Vt enim in musto & cereuisia videmus, dum à spiritu intus agitante effervescent, omnia confunduntur, & purum cum fæcibus miscetur, feruore verò illo cessante fæces à substantia vini vel cereuisiæ separantur: ita etiam dum in venis & arteriis à putredine humorum feruor concitatur, humores vtilis cum inutilibus confunduntur; dum autem natura putredinem & feruorem illum sedat, coquere dicitur; quòd vbi factum, humores illi amplius ita molesti non sunt, & ab vtilibus segregati, postea facillè seu à natura, seu arte per sudores, vrinas, aluum euacuantur. Atque hæc doctissimorum Medicorum est sententia. Galenus, in 2. de rat. vici. in acut. text. 44. scribit Nebulosa cruda ita appellari, quoniam & excrementorum coctionem appellat, quoniam mutata nutrire non possunt. Nam quoniam & talis cunctis natura, cæca consuetudo appellare Hippocrates: cruda, quæ non sunt euicta. Ob ista & pars in phlegmonis, quæ coquuntur, fieri ait, quoniam pars nulla ex pure alimentariam capit. Et mox: Sic regitur biliosorum humorum copia existit, vt sanguinis, qui in phlegmone est, in pus migrans; intelligentibus iobis coctionis nomen in suo vniuersaliore significato. Idem Galenus etiam expressè aphorismum. 2. sect. 1. de biliosis humoribus interpretatur, & 4. de rat. vici. in acut. text. 43. Nebula enim non ostendit coctionem nisi in biliosis.

Ideoque de his præceptum est, non esse purgandos crudos, vt explicat Christoph. à Vega, de arr. med. lib. 2. cap. 3. Neque ideo, quia putredo illa in venis sit, sanguinem, sanguinitque partes saltem putrescere, dicendum. Est enim intelligendum non sit, etiam boni sanguinis partem aliquam eorum: facilius tamen, & primò semper putrescent humores vitiosi. Quæ de re egregiè scribit Fernet. l. 4. pathol. c. 6. his verbis: Cum putredo venas implet, læcet earum sanguinem, non tamen omnes eius partes æquè occupat. Cum enim non omnino simplex sit, sed ex multorum humorum permixtione compositus, & serè multipersitus, (adde & hoc; & sæpe in statu præternaturali variis

115

116

humores vitiosos permittos habeat,) primo quidem illius portionem putredini magis obnoxiam prehendit, ab hac deinde aliam illi per mixtam atque confusam, quæ minus, quam illa sit vitiosa; hocque modo sensim obrepens, simul cum calore præter naturam augetur, & inualefcit, nec antea desinit, quam omnes sanguinis partes putredini obnoxias absumperit. Et mox: Omnibus, quæ putrescere apta sunt, absumptis; putredo, calorque febrilis cessat, manet tamen pars melior sanguinis, quæ quoniam minus erat putredini obnoxia, huic immixtata restitit, eaque licet putride permisceretur, illius tamen contagione minimè computruit, sed dumtaxat includit: restituta proinde, sedatæque putredine in pristinam illam puritatem redit. Atque tum virina pura ac prorsus laudabiles apparent, quæ crassa, turbida, ac sine sedimento fuerant. Itaque ea putredine (nisi forte extreme exitio fuerit) neque sanguis vniuersus neque totus labefactatur. Nam soluta febre non omnino exhausta vena manent, sed aliquid in his etiamnum inesse apprehenditur, idque vitale & alendo corpori idoneum, quod tamen olim miscebatur putredini. Id ipsum continget, etiamsi nihil sanguinis recens genitum, nihilque cibi toto morbo sumptum fuerit, quod in extreme acuto fieri iubet Hippocrates. Hac propemodum ratione putret sanguis in synocha purida: nec multò secus in casso, in continua tertiana, in aliisque continuis. Hæc Fernellus.

Deinde idem Autor valde etrat de turgescencia, dum scribit, p. 86. non tantum turgere humores calidos, acres, sibiliosos, biliosos, malignos in acutis, sed & crassos, frigidos in chronicis, dum multitudinem nimiam periculum iustificationi minantur, naturamque ad excretionem sollicitant. Communis enim Medicorum est sententia, & apud omnes in confesso, humores, qui in principio morborum acutorum ideo euacuandi sunt, quod turgent, eos saltem esse, qui inordinato & concitato motu ab vna parte in aliam ruunt, magnaque molestia ac dolore ægrum afficiunt, ut ipse quoque quiescere loco non possit; cuiusmodi humores non sunt crassi & frigidi, sed calidi, tenues & acres, nimirum flava bilis. Imò sibi manifestè & euidenter contradicit, dum postea, pag. 136. scribit: Solis acutis morbis accidere humorum ὀρρασµὸν, & in horum principio tantum purgationem eradiciuam conuenire, Galenus in comment. 24. sect. 1. docet: illi humores duritatis turgere, hoc est, in corpora impetuosè discurrere, & errabundè huc illuc vagari possunt, qui acrimonia sua interiora stimulant, ut de parte in partem compellantur, nec certo loco diu commorentur, & qui tenuitate & mobilitate sua corporis ductus penetrante, vndiquaque facillè deferri, adigi, & oberrare possunt, ad quod incipiunt crassi & frigidi. Et mox: Proinde necessum est, solis morbis acutis, ab humorum subtilium, acrimoniae copia natis, propriè accidere turgescenciam, & propriè hanc ipsi competere purgationem.

Ateram verò Aphorismi partem quod attinet, grauissima quaestio inter Medicos agitur, an, cum cruda purgare prohibeat Hippocrates, turgentes verò excipiat, solum turgentes, an verò etiam alios purgare in principio liceat. In quo nodo quasi Gordio soluendo plurimi doctissimi viri laborarunt, ut in Insit. lib. 2. part. 2. sect. 2. cap. 6. & lib. 2. de feb. c. 6. pluribus dictum est. D. Freytag. verò hunc modum non soluere laborat, sed gladio secat, atque etiam extra ὀρρασµὸν in initio febrium acutarum ac malignarum purgandum censet. Animas, inquit, sesquipedalibus verbis, quæ in Medico ridet meritò I. C. Scaliger, in Apiculis) negotiantur, qui extra ὀρρασµὸν procellas coctionem semper prætolandam esse docent, priusquam purgationi accingantur. Et hanc rationem reddit: Si enim a sit materia morbifica indoles, ut citius, quam maturefcatur, & natura dominium recipiat, ægrum vitæ possessione deiciat, & anima exsuat, quæ luxati ingenij verisigine aguntur, quo in ipso ægrimonia fronsisicio salutare ad pur-

gandum manus continuo non extendunt? Præstat crudam initio diripi, cum virium & natura qualicunque quassatione, quam permittere, ut adulta & atatem nacta, ingulandi potentiam sceneretur. Postea tamen hanc distinctionem adhibet, eaque hunc nodum se soluisse putat. Si, inquit, intrinsecus incidente causa, à maligna sideris facie, vel aura venefica impressione febris suscitetur, virus allectum & haustum absque vlla comperendinatione, momento quolibet ocus, ab interiori viscerum cordisque territorio foras alexipharmacis & diaphoreticis propulsandum erit. Si verò ab interiore præuitate, humorumque maligna corruptione, & à genuina integritate in vappam & rancorem apostasiasu genita, immo æquum fuerit maioribus vacuationum præsidii humorem adulteratum, & propria malitia intoxicatum continuo auertuncare, & foras nulla expectata concoctione proicere quod reliquum est à virore, quantum res patitur, vindicare, ad symmetriam deducere, & quæ intaminata sunt tueri conuenit. Quæ nisi quisquam accuratè internoscatur, & in curandi munere ob oculos posita ritè sequatur, Plutonis granaria amplissima messe suffarcinabit, multosque, qui exitum recta curatione enauigare, & elabi potuissent, Libitina consecrabit.

Verum si hac ratione, & distinctione controuersa ista componi potuissent, non tot disputationibus opus fuisset, nec, vbi quaeritur, num in principio febrium acutarum & malignarum purgandum sit, tam de humoribus à contagio externo corruptis, quam de intus genitis quaeritur. Et falsum, quod omnes humores, qui febres acutas & malignas excitant, si ab interno vitio à naturali constitutione degenerauerint, & putredinem & malignitatem contraxerint, statim maioribus vacuationum præsidii expurgandi sunt. Id enim si verum esset, non raro in acutis, & quidem in principio, purgantibus vtendum esset, quod præcipit Hippocrates, sed frequentissimè: cum frequentissimè febres acutæ & malignæ ab interno humorum apparatus & vitio ortum habeant. Equidem è primis viis in talibus febribus saburram humorum lenientibus medicamentis tollendam esse; imò & vomitum interdum concitandum, quæ vel ipsa quoque natura quandoque instituit, facillè conceditur. Verum de hoc non quaestio est, sed de electiue purgantibus, quæ ultra hepat, ad venas pertingunt, quæque ipse maiora vacuationum præsidia nominat. De his verè scripsit Hippocrates, quod in acutis raro sit purgandum, & saltè in initiis, ac non nisi materia turgeat: eamque sententiam Galenus oraculi loco habuit, & omnes doctores Medici eo consentiunt; nititurque ea ratione & experientia. Etenim, si crudos humores purgare quis aggrediatur, plus damni, quam commodi ægre attrahet. Nam vt in inflammatione cruda, etsi ea aperiat, nihil educitur, quia vitale ab inutuli nondum separatum est: ita etiam in putrescentibus humoribus in venis sese res habet, qui cum in venis cum bonis mixti adhuc sint, nec dum coctione formam quandam meliorem, qua ad euacuationem apti reddantur, adepti, nec dum à bonis separati, si purgantia exhibeantur, mouentur quidem, sed non feliciter emouentur; vnde saltem in corpore humorum perturbatio maior excitatur, & illa humorum effervescentia ac fermentatio, quæ fit in putredine, purgantibus magis augetur, quam sedatur.

Neque ratio ipsius alicuius momenti est Præstare, inquit, crudam materiam initio euacuari, cum virium & natura, qualicunque quassatione, quam permittere, ut adulta & atatem nacta ingulandi potentiam assequatur. Affirmatur hoc, sed non probatur, & principium petitur. Nam de hoc ipso controuersia est, an ex purgatione in principio facta plus commodi, quam damni

Error D. Freytag de turgescencia.

Etusdè contra-dictio in signis.

An crudi humores purgandi in initio.

D. Freytag. opinio.

Refutatur.

An electiue purgantia in morborum principio exhibenda?

Depr. & cur. morb. mal. ab int. vit. hu. or. 1001

in ægrum redundet. plus autem nocere, quam A prodelle ægro purgationem in acutorum initio institutam, ex rationibus modò allatis patet. Cùm enim vitales humores vitiosis nondum sint separati, neque ad meliorem statum deducti, aut sine suo frustrabuntur purgantia medicamenta, aut, si fortiora sint, corpus liquefacient, calidum innatum dissoluent, humores magis turbabunt & confundent, vnde vires deiciuntur, vt postea morbum vel planè non vincere, vel non nisi longo tempore, possint. Talis infelicitis purgationis exempla sæpe occurrunt, & duos eiusmodi ægros, qui facile potuerunt errores Medicorum purgantium crudos humores detegere, recenset Christophorus à Vega. *de art. med. lib. 2. cap. 3. p. 360.* Et licet ea interdum naturæ morbificæ indoles sit, vt citius, quam maturescat, & naturæ dominium recipiat, ægrum iugulare possit: tamen non sequitur, quòd Medicus ideo purgante medicamento ea non aggredi debeat. Casus enim eiusmodi desperatus est, & Medicus, nisi turgeat talis materia, coctionem non promouebit, si crudam purgare instituat, sed potius impediet, & omnino mortem accelerabit. Quæ omnia apud antiquos tam certa fuerunt, vt Galenus, *art. med. cap. 89.* cùm duas Indicationes in febribus putridis esse docuisset, alterationem, seu coctionem, & euacuationem, dum euacuationem enumerat, purgationem omiserit, quia, vt Ioh. Baptist. Montanus Doctissimus Medicus, in *Comm.* ait, præsupposuit febrem, & in omnibus febribus maximè debemus semper cauere à fortibus solutiuis.

Quæ cùm ita sese habeant, facile hic patet, falsa esse, quæ ille de minoratiua purgatione, quam appellat, affert, & ab antiquorum Medicorum sententia aberrare, quantumcunque sub venerandæ antiquitatis schemate ea venditare conetur. Quæ tamen vt clariora fiant, in specie rationes, quas ille pro sua opinione affert, perpendendæ sunt. In genere tamen prius duo monenda. Primam est, vt etiam modò dictum, non quæstionem hic esse de medicamentis illis lenioribus, quæ primam corporis regionem euacuant, & vltra hepar nō penetrāt. Humores enim in ea corporis regione contentos in principio morbi euacuari posse, extra dubium est. Deinde non est quæstio de humoribus non putrescentibus. Hos enim, cùm reliquis permixti ita non sint in cuiusuis morbi principio euacuari posse concedimus. Sed de putrescentibus controuersia est; cùm, vt ipse Aduersarius loquitur, potissima cruditas, quæ in humoribus malignis consideratur, omnium Medicorum iudicio, ipsamet eorū putredo sit. Cùm verò humores putrescant in venis & bonis mistis effervescent, & ebulliant quasi, quæritur: An tunc eos, & quidem in vena caua, vltra hepar existentes, purgare liceat in initio morbi. Respondimus autem iam antea ex Hippocrate, non licere, nisi turgeant. Neque Aduersarii rationes aliud probare, monstratum. Et si verò alii & alios casus excipiant: tamen, cùm illi omnes, *lib. 5. Inst. p. 2. sect. 1. c. 6. & lib. 2. de febrib.* refutati sunt, iam saltem de humorum copia, quam ille excipit, & de minoratiua purgatione, & an crudos humores copiam peccantes initio febris, non expectatā coctione euacuate, tum in malignis, tum in aliis acutis febribus liceat, iam dispiciemus.

Pro affirmatiua ratione D. Freising. 1. Prima illius ratio est hæc. Cùm humores excrementitii præter sanguinem, coctione ad nullā conditionem, quā naturæ sint vitales, reduci possint, sed semper excrementitii, & præternaturales manent, causam nullam esse putat, cur non ante

eorum corruptionem, & vehementiorem putredinem initio statim euacuandi sint, priusquam maiorem ex putredine labem acquirant, venenatique & exitiosi fiant. Omnis enim humor in corpore humano, quò magis putrescit, eò viciniore veneno, & naturæ infensior euadit; solūque sanguinem partim ad naturalem statum reduci, partim in pus mutari, cæteros autem humores putrescentes nec in externis partibus, nec in venis, vlllo naturæ artisque beneficio corrigi posse, putat.

2. Secundò, naturam hic ducem sequendam existimat, quæ tales humores, etiamsi crudos, antequam grauiorem putredinem concipiant, continuò à se reicit in peste, carbunculis exanthematibus, tumoribusque, variolis & morbillis, diarrhæis excitatis, initio expellit. Idem ergo Medicus faciendum existimat; cùm vrgens necessitas plus valeat ad indicandam purgationem, quam cruditas humorum ad prohibendum.

3. Tertio, cùm omnis humor excrementitius, velut bilis, aut pituita excrementitia, iam ante putredinem à sanguineis humoribus segregata, & ad expulsionem destinata sit, & antequam actu fieret morbi causa, sui remotionem indicarit: ideo cùm iam corruptione incipiat morbum procreare, continuò etiam sui eiectionem postulare, neque vllam coctionem, quam nullam admittit, expectandam esse, opinatur,

4. Quarto, si crudorum morborum purgatione, inquit, morbum futurum præcauemus, cur non initio, cùm morbum excitare incipit, antequam longiore morā perniciosiores euadant, pari emolumento foras exturbantur?

Verum ad hæc argumenta in genere & specie respondeo. In genere, quod error ille eius ex eototus fluit, quòd solum sanguinem coctionem recipere putat, quod nemo vnquam doctorum Medicorum docuit. Ita enim antiqui & recentiores docuerunt de coctione. Coctio est vel alimenti, quæ fit nutritionis causā, quæ ratione chylus in ventriculo, sanguis in hepate coquitur, & sanguis in singulis partibus in eandem substantiam, moratur; vel humoris excrementitii. Qui humores excrementitii vel saltem qualitate peccant, cùm aut nimis sunt teneus, aut crassi, aut viscosi, qui propterea, vt commodiù euacuentur, ad mediocritatem reducendi sunt: quam eorum reductionem nonnulli quidem concoctionem, sed nimis latā significatione, appellant, plerique præparationem appellare malunt. Auicenna *lib. 1. fen. 11. 2. c. 2.* æquationem nominat, id est, reductionem ad quandam mediocritatem substantiæ; cùm crassa scilicet attenuantur, viscida inciduntur, tenuia incrassantur, acris & feruida temperantur: vel peccant substantiā, cùm putredine corrumpuntur; (quod tamen & sanguini comperit) quorum concoctionem Galenus, *art. med. c. 89.* appellat alterationem, quæ putredinem finiat, manente adhuc substantiā. Hanc coctionem, *loc. alleg.* Galenus, & cum eo omnes Medici non solum in febribus à sanguine ortis, sed omnibus omnino febribus putridis, à quocunque humore excitatis, fieri statuit: quæ putredo finitur, humores in meliorem statum reducuntur, à bonis separantur, & licet non ad alendum corpus vitales fieri possint, (neque enim vnquam tales fuerunt) tamen aptiores ad euacuationem, quam cùm putrescunt, redduntur. Et proinde est falsum, quod toties repetit, humores excrementitios nullum naturæ dominium, siue coctionem recipere, sed magis magisque putrescentes deteriores fieri. In lethalibus quidem febribus hoc verum est: at in iis,

Refutatur: In genere: acriter.

quartam euentus salubris est, contrarium euenit, vbi natura humori dominans, cum in statum & substantiæ modum meliorem reducit. Id quod non solum in vrinis in febribus putridis apparet, sed & in pleuritide, peripneumoniâ, vbi primò sanguinea, ichorosa, flaua ciuntur, quæ postea in pus laudabilis conuertantur. Idem apparet in fluxionibus alui, vbi excrementa præter naturam tandem ad naturalem consistentiam & modum educuntur.

in specie 1. Atque ex istis, quæ in genere de coctione dicta sunt, primo eius argumento respondere facile est, nimirum falsum esse, & recens figmentum: Humores excrementitios coctionem non recipere.

2. In secundo argumento, quo dicitur, naturam imitandam esse, quæ in febribus malignis & pestilentibus ac peste humores noxios per carbunculos, bubones, exanthemata, morbillos, & diarrhæam expellit, multi errores sunt. Primò enim de purgatione per aluum hic quæstio est: at ille carbunculos, bubones exanthemata, morbillos, & eiusmodi alia affert, in quibus per ambitum corporis fit euacuatio, ad quam procurandam, naturam imitandam, & alexipharmaca exhibenda esse, quæ humores vitiosos ad ambitum corporis propellant, facile concedimus: Longè alia ratio est pestilentis malignitatis, quàm humorum simpliciter putrescentium. Neque enim variolas & morbillos & eiusmodi alia sine coctione natura expellit, sed per crustam, quæ nulla fit sine coctione, hanc euacuationem instituit. Sunt enim variolæ & morbilli euacuationes criticæ in febribus sui generis, quæ nõ mox

initio crudâ materiâ accidit; sed quarto vel septimo etiam die eiusmodi erumpunt, & cum eruperunt, ipsa febris & symptomata miscescere incipiunt. Illud verò planè absurdum est, quòd naturam in diarrhæa, quæ initio febrium acutarum interdum accidit, imitandam censet. Sunt enim eiusmodi euacuationes non criticæ, sed symptomaticæ, de quibus Galenus, 4. aphor. 22. scribit. *Cum morbus aliquis incipit, si quid excernatur, id tunc natura ratione & lege non excernitur, sed sunt omnia eorum quæ in corpore sunt, affectuum symptomatica. Quandiu enim à causis morbum facientibus grauatür natura, & humorum adeest cruditas, tunc, vt aliquid rectè euacuetur, fieri omnino non potest: siquidem vt bona fiat crisis, coctionem præcessisse oportet, & secretiorem secutam fuisse, tandemque euacuationem.* E quibus pater, omnem symptomaticam euacuationem per se malam esse, quam imitari Medicus nullo modo debet. Et licet aliquando bene cadat; id tamen ex accidente fit, & naturæ roboti adscribendum. Verùm quia rarum est, vt in symptomaticis eiusmodi euacuationibus vires conferuentur, nec, quando conseruari possint, certò præcognoscere licet: sunt ideo illæ semper timendæ, & nunquam à Medico in exemplum trahendæ, ideoque ab initio, nisi materia turgeat, nobis purgare non licet; qua de re videatur Ioh. Baptistæ Syluaticus, *contr.* 25.

3. Tertio, quod putat, si ante putredinem bilem & pituitam statim expurgare licet, ideo etiam, cum putrescere cæpit, statim euacuandam, nec vllam coctionem, utpote quam nullam suscipere possit, expectandam esse; & in eo valde fallitur. Equidem longè alia ratio est vitiosorum humorum, antequam putrescant, & febrem inducunt; alia, postquam putrescere cæperunt, & iam actu febrem extant. Illi enim propriè crudi non sunt, cum cruditas, vt ipse confitetur, quæ in humoribus morbificis consideratur, omnium Medicorum iudicio ip-

Asamet putredo sit, & pròinde eos, antequam putrescant, statim euacuare licet. Quamuis enim in venis sint, tamen cum sanguine utcumque confusi sunt, & perinde sese habet res, vt in viuo, in quò fæces, antequam mustum effervescente cæpit, vel vbi iam deferbuit, facilè è vino separari possunt. At putridorum humorum longè alia ratio est. Illi enim sanguini planè permixti sunt, nec, nisi putredo & effervescentia illa humorum cesserit, separari possunt, perinde vt, cum mustum feruet, vel quando vinum, si fæces non exactè separatæ sint, iterum effervescente incipit, nemo fæces illas, antequam effervescentia illa & ebullitio cesserit, separare potest. Vt verò separentur excrementitia bonis, coctio efficit, quam ille sine ratione, & contra Medicorum auctoritatem humoribus excrementitiis denegat.

4. Ad quartam argumentum eadem est responsio. Fallitur enim, quòd putat, si vitiosos humores licet purgare, vt morbi præcauentur, etiam purgare licere in initio febrium, antequam humores morborum causa fiant. Etenim illi humores, quos, vt febres (nam de his sermo est in isto aphorismo, & in tota hac controuersia) præcaueantur, euacuamus, crudi, ipsius confessione, non sunt; cum putridi non sint. At putrescentium & febriliam actu excitantium longè alia est ratio, neque corruptio illorum, & putredo vltior purgatione, sed coctione, Hippocratis, Galeni, & omnium Medicorum sententia, quæ putredinem sistit, prohibetur. Et si natura coctionem procurare non possit, febris talis lethalis est: & de tali humorum cruditate, & talibus febrib. expressè scribit Gal. 2. aph. 39. *In morbis exitiabilibus non modo quando vigori sunt vicini, nihil mouere oportet, sed temporibus præcedentibus nihil mouere conuenit, sed absistere; cum morborum lethalium non sit incipienda curatio.*

Potuisse verò D. Frey. si libuisset, à Medicis præstantissimis, atque inter cæteros à Salustio Saluiano veritatem cognoscere. Verùm anticipatæ falsæ opinionis nec veritatem agnoscere permiscerunt, sed & vt eorū sententias & argumenta oppugnaret, effecerunt. Cum enim primò scripsisset Saluianus, eam euacuationem verè bonam esse, quæ humorem, qui morbum facit, educit; talem autem ante status finem vel declinationem vniuersalem fieri non posse; ille respondet: Saluiani minorem esse vetam de continente & proxima causa, non de antecedente, stultumque exitimat, expectare, donec antecedens degeneret in continentem, quod ne fiat, minoratiuâ purgatione statim euacuandam esse. Continentem autem causam eos humores esse statuit, qui in maioribus vasis; antecedentem verò, humores, qui sunt à visceribus iurati. Illam, si coctionis capax sit, naturæ permittendam, & ad criticam euacuationem referendam esse. Hanc verò, ne continentem foueat & augeat, minoratiuâ purgatione euacuandam esse. Verùm statum controuersia; vel non intelligit, vel subdolè peruertit. Non enim quæstio est de humoribus in primis viis consistentibus, sed de iis, qui iam in venis consistunt, putridi sunt, & febris acutæ causa continens. Ipso enim fatente, cruditas est humorum putredo. Quod verò putat, si ea humorum putridorum in venis multitudo superet, vt natura coctionem vel non tentare, vel non perficere possit, naturam, quæ etiam in initio symptomaticam euacuationem instituit, imitandam esse; iterum iam statum controuersia; mutat; & de eausa continente, quam antea naturæ relinquendam esse dixit, vt coquatur, disputat. Sed iam antea responsum est,

Defensio argumēt. Sal Saluiani, contra D. Freytag. Primi.



P A R S T E R T I A.

 DE MORBIS OCCULTIS, ORTIS AB AQUA,
 aëre, & de contagio, & morbis contagiosis
 in genere.

CAPVT I.

 De morbis occultis, malignis & venenatis ab
 aqua ortis.


OSTQVAM morbos occultos & malignos ab interno humorum vitio ortos explicauimus; sequitur iam, vt de iis, qui à causis externis proximè excitantur, agamus. Inter causas autem illas prima est Aqua. Vt verò

aquæ vitiosæ hydropem, dysenteriam, aliòsque morbos interdum inducunt; ita etiam quandoque malignos morbos excitant. Aquæ vitio scorbutum produci, dubium non est. De quo Balduinus Ronstæus, de Scorbuto, epist. 1. In Hollandiâ, inquit, tum ob patrij ipsius soli, (vixit quod ab alijs planè diuersum est, glebâ nec argillosâ, nec sabulosâ, nec arenosâ, sed eam quodammodo & pumicis modo rara) tum aqua ipsius, qua terra naturam induit, qualitatem, scorbutus scilicet, pessime inuadit, & quod sunt lacustres magis atque palustres loci, hoc etiam frequentiores sunt scorbutici. Additque, quamuis omnes fere Hollandi ac Erisij eadem parè vicijs ratione vtantur, ac sub eodem propemodum versentur climate: alios tamen scorbutico citius atque frequentius apprehendit, idque ideo, quia alij purioribus, alij impuris aquis vtuntur. Imò in castris ad febres malignas & pestem excitandam etiam facere aquarum palustris & corruptarum vsum, non ignotum est, & exercitus inuictos, ac ingentes copias aquæ perniciosæ potu deletas fuisse, in annales relatum. Cùm enim aquæ palustres collectiæ ac seynes sint, nec moueantur, limumque ferè admittunt habeant, faciliè putrescunt, præsertim vere, cum terra sese aperit, vaporesque ex ea exhalantes ab his aquis excipiuntur & colliguntur, nec ramentum motu discutuntur, sed in iis retinentur, qui superueniente ætatis calore postea magis corrumpuntur, & putredinem maiorem concipiunt. His accedunt varia inquinamenta à ranis, bufonibus, serpentibus, & eiusmodi venenatis animalibus, quibus istæ aquæ inficiuntur. Inò interdum cadavera eiusmodi animalium venenatorum, in aquis eiusmodi paludosis putrescentia, eas inficiunt, quæ potæ magnum corpori inferunt damnum: id quod sibi accidisse refert Auenzora, lib. 2. tract. 7. cap. 10. Insalubres & eæ aquæ sunt, in quibus linum & cannabis macerantur, scribitque Petrus Pena, in Aduersar. pag. 226. hanc aquam tantopere sua malignitate nocere, vt epota sit instar veneni, & sic nullis antidotis, quantumuis tempestiue datis, potuisse occurrî fato Marchionis Arbosij, fratris Guisiorum, eiusque vxoris, ac quamplurimorum aliorum, qui propè Olbiam in Prouincia, cùm ætates feruidas transmitterent, imprudenter aquam limpidam, sed occultis & subterraneis cuniculis itentidem in fontem illapsam, hau-

Morbis ab aqua

Scorbutus ab aqua.

Aqua palustris vitia.

A fissent. Reperiuntur quoque fontes, quorum aquæ fontes haustæ hominem enecant. Stygis fontis aquæ apud venenati-
 Poetas & Historicos eo nomine infames sunt. Terra-
 raconæ etiam fuisse fontem, Neptunum vocatum, li.
 è quo qui imprudenter bibisset, enecatus fuerit, & ob id obstruatum à veteribus, narrat Vitruuius. De Lyco etiam fonte scribit Plinius, lib. 25. cap. 2. quòd, qui ex eo bibisset, vigesimo die enecaretur. Insalubres etiam sunt aquæ, quæ per metallorum fodinas defluunt, cùm mineralium malignos vapores sæpe excipiant. Et est Physicorum & Medicorum Axioma, tales esse aquas, quales sunt terræ, per quas fluunt. Et quantum tales aquæ nocere possint, ex historiâ quæ mox adducetur, patebit.

B Sunt & aquæ, quæ licet hominem non interimant, certis tamen partibus peculiari proprietate nocent. Talis est aqua illa apud Euganem fluium, quæ, vt Athenæus, ex Theopompo, lib. 2. cap. 2. refert, bibentium mentes turbat, & veluti ebrias reddit. Idem præstat Lyncestis aqua, & quæ in Paphlagoniâ, & in agro Caleno, vt narrat Plinius, lib. 2. c. 103. Mentionem etiam facit Autor libri de bonit. aquar. aquæ cuiusdam in Æthiopia, Rubræ dictæ, quæ bibita & ipsa furorem induceret, & alterius in Susis, quæ dentes excuteret; & iterum alterius in Ægypto, quæ bibentium capita depilaret.

C Huc pertinent & veneficia, quibus puteorum, fontium, vel fluminum aquæ inficiuntur. Quod etsi nonnulli negant, ideo, quòd aquæ propter motum ad excipiendum venenum ineptæ sint, & omnino negandum non sit, quòd in fluuijs & fontibus continuo fluentibus id non facile fieri possit: tamen aqua puteorum faciliè inficitur, riuique & fluuij currentes, si detineantur. Et fontes ipsos infectos fuisse, historiæ testantur. Narrat enim Pausanias, in Phocis, quòd hellebori vi Cyrrhæi expugnati fuerint. Solon enim eius radices quamplurimas in Plitum amnem conijciendas curauit: atque vbi satis infectam medicamento aquam intellexit, quam prius in urbem influentem auerterat, in pristinum alueum omnem reposuit. Cyrrhæi cùm auidius de aqua illa bibissent, alui perpetuo profluuiio laborantes, deferere mœnium præsidium coacti sunt, & Amphictionibus obsidentibus urbem tradere. Mitridatem item Ponti Regem, fontes, ex quibus Romani bibere debebant, veneno infecisse, narrat ex historicis Appianus Alexand. in bello Mithrid. vnde Lucanus, lib. 4. de bello Phars.

Fontes veneno infecti.

D O Fortunati, fugiens quos barbarus hostis
 Fontibus immisso stravit per rura veneno.
 Idem narratur patrasse Iuba, qui Afris iunctus erat, contra Romanos, eodem Appiano teste, lib. 2. de bell. ciuil.

E Quæ aquarum vitia diligenter peregrinantibus, In aquæ & qui in castris viuunt, obseruanda, & cauendum, potu vitiosæ aquæ potu quis se in vitæ periculum cautio-
 ne vitiosæ aquæ potu quis se in vitæ periculum coniciat. Et imprimis ij, qui pedibus iter faciunt, ne opus
 in magno æstu cauti sint, ne ac sitim sedandam qui-
 est.

De morb. occult. mal. & ven. ab aqua ort. 1005

busuis aquis vtuntur, & quemlibet cantum red- A dere potest historia, quam refert Ioh. Bruyerinus de re cibarij lib. 16. cap. 17. Agebat, inquit, Monspeffidi Rex Franciscus, (quod est Gallia Narbonensis oppidum. Medicina studio celeberrimum) inde aliquando venatum profectus, ducebat secum Annibaldum, qui hodie Oceani Gallici praefectus est. Hic vero, vt solent proceres aula, iuuenem à pedibus habebat, qui cursu itinerisque contractam fistim abolere cupiens in fontem forte incidit, ad quem deuolutus ac procumbens, avidissimè excoctus aqua bibit: protinusque ab illo potu doloribus imparabilibus correptus, magnos ciuitatis edebat, quos, qui aderant, audientes, ad eum accesserunt, vt tam subiti casus causas cognoscerent, auxilioque essent misero iuueni. Referente autem, potu aqua cuiusdam fontis id contigisse, eo in tugurio quodam relicto, rem ad Annibaldum, vt erat gesta, deserunt. Is vero ad Regem, qui mox, vt erat rerum natura omnium curiosissimus, atque studiosissimus, mutis quosdam, qui fontem illum accuratè considerens, eosque docti experimenta, quibus explorari queat vis illa aqua: verum, qui mandata acceperant, cum ad riuum venissent, oculis quidem, tædèque omnia perlustrabant, atque percontabantur. Nam gustatum reformidabant omnes, alieno modo prudentes iam facti. Tandem linteam candidum in eam immerferunt aquam, quam quodam colore infectam videbant: postea extractum luteo colore tinctum apparuit. Quare reuertens linteam illud Principi ostenderunt, qui statim prudenter, & doctè censuit, aquam illam per metalla transire, à quibus & colorem & saporem, vniueque exitalem referret.

Cùm verò non vbique purarum aquarum copia suppetat, qua ratione vitium aquæ corrigi possit, dispiciendum. Omnium autem doctorum Virorum testimonio prætantissima, aquas corruptas, modò non sint infectæ, corrigendi ratio est coctio. Hac enim partes corruptæ quædam euanescent, ac discutuntur, reliquæ postea in fundo subsident, à quibus pura aqua separari potest. Etsi enim aquæ sæpe diuersorum generum substantiæ, quæ eam inficiunt, immixtæ sunt: obminimarum tamen partium commixtionem sensus nostros fugiunt, ignis verò vi ea segregatæ inter ebullendum quidem subsiliunt, concurrentesque miscentur in omnem aquæ partem agitata, postea verò abeunte calore subsident. Plinius etiam, lib. 31. cap. 3. omnem decoctam aquam vtiliorem, & vitioz aquæ remedium coctionem esse, tradit, si ad dimidias partes decoquatur, inuentumque hoc decoquendæ aquæ Neroni Principi tribuit. Verum iam in Hippocrate, 6. epid. comm. 4. text. 10. aquæ decoctæ fit mentio. Coctionis etiam vicem gerunt lapides, vel ferrum ignitum in aqua extinctum.

Verum cum non semper in itineribus & castris occasio detur aquas coquendi, alij interdum aquas corrigendi modi adhibendi sunt. Si ex paludibus aqua ex necessitate bibenda, & metuedum sit, ne ranarum semina, vel serpentium inquinamenta ei insint, per linteam & stropholum saltem colanda est. Plinius, lib. 24. cap. 31. scribit aquas nitrosas & amaras potentà iniectâ corrigi, vt post duas horas bibi possint. Est verò potentia ex hordei farina parata, ἀλευρον Græcis. Si aquæ insalubres bibendæ sint, mentastrum etiam tritum inspergere iubet Plinius, b. 21. cap. 14. Allio quoque magna vis est contra aquarum vitium. Qua de causa nauigantes plerumque magnam eius copiam circumferre solent. Spiritus etiam Mercurij aquæ admixtus, eius vitia corrigit. Verum cum in exercitu magna aquæ

copia opus sit, nec modi illi, quibus priuatus quisque vti potest, toti exercitui sufficiant, vt vitis aqua præparari possit, commodissimum est, fossas facere, & arenam ac sabulum interponere, vt per id aqua coletur, & purior reddatur.

Si quis verò aquam eiusmodi vitiosam biberit, atque inde malè habeat, mox alexipharmacum sumat. Si verò febris maligna aut pestilens inde sit contracta, curatio, vt tuo loco dictum, instituenda.

CAPVT II.

De morbis malignis ab aeris vitio.

A B aère etiam morbos malignos, imò pestilentes excitari, non solum quatenus qualitatibus suis ac humorum corruptionem facit, de quo 2. parte precedente dictum, sed etiam quatenus maligna miasmata, & morborum malignorum ac pestilentium in se continet semina, extra dubium esse puto, & dictum est ea de re lib. 4. de febr. cap. 2. vbi de causis pestilentiz actum. Et febrem illam malignam, quæ sudoris Anglici nomine innotuit, per aërem disseminatam fuisse, ibid. cap. 15. dictum. Etsi verò, vt eo loco dictum, inter authores controuersia est, an aër morborum malignorum & pestilentium causa esse possit: tamen si res rectè explicetur, nihil dubii esse puto. Etenim ipse aër, quatenus purum elementum est, nec putrescit, nec alio modo ita corrumpi potest, vt malignus, venenatus, ac pestilens euadat, sed si talis euadit, id accidit, cum miasmata & inquinamenta maligna continet, per quæ & morbi pestilentes sæpe ex vna regione in aliam transferuntur, & qui ea hauriunt, tam subito moriuntur, ac si præsentissimum venenum hausissent.

Duplici autem ratione malignus, venenatus ac pestilens hoc modo aër euadit. Primò cum malignos vapores & miasmata è terra, aquis lacustribus, rebus putrescentibus, vel locis infectis delata accipit, quod sæpe è cadaueribus interfectorum euenit. Ita refert Ambrosius Paræus, lib. 10. cap. 13. anno 1562. in ciuilibus Galliz bellis pæne multa interfectorum hominum cadauera in puteum centum vlnas altum proiecta fuisse, è quo post duos menses tam fædus & venenatus vapor excitatus fuit, vt inde pestis per viginti vndique circuncirca milliaria excitata fuert, quæ multa milia hominum iugulauerit. Idem è locustarum mortuarum copia euenit, quod accidisse scribit Augustinus, lib. 3. de ciuitate Dei, cap. 31. vbi tantam ex iis pestilentiam ortam fuisse refert, vt in solo regno Massiniaz octoginta millia hominum perierint, & Vticæ ex triginta millibus iuniorum militum, qui ibi erant, decem permanferint. Ad aëris corruptionem faciunt etiam aquarum inundationes; item loca palustria, quæ æstiuo tempore morborum variorum causa sunt. Id quod in Attica peste Diodorus Siculus, lib. 12. accidisse refert. Cùm, inquit, hyeme præcedente magni grauesque imbres regione inundaissent, factum est, vt locis depressioribus aquarum multitudine residens in paludum modum stagnaret. Quæ æstatis subsecutæ calore fracta, crassi grauesque multi vapores aërem exhalationibus infecerunt. Nec ignorauit hoc Clearchus, Heracleus in Ponto Tyrannus, qui vt refert Sabellicus, lib. 8. Ennead. vt ciues suos blanda ratione è medio tolleret, sub canicula exortum eduxit exercitum, vt

Morbi maligni ab aère.

Aer quomodo malignus euadat. Primus modus.

hem *Ætactum* oppugnaturus. Et ciues quidem in planiore paludoso loco castra metari iussit, ipse, quasi summam molestiam toleraturus cum mercenariis, umbrosa & excelsa loca aquis affluentia cepit, & in iis castra metatus est, & eò usque expugnationem extendit, donec ciues suos perdidisset; quia æstiuo tempore plaustra morbosa sunt; Vnde etiam Cambyles apud Xenophontem, lib. 1. *Iustit. Ciry*, monet, vt, si velit exercitum incolumem, castra in loco salubri metaret. Et cum ob sordes & inquinamenta aer inficiatur, non mirum est, quod vrbes populosa sæpe pestilentibus febribus, & peste ipsa infestantur. Vt aliarum urbium mentionem non faciam, de Lutetia Parisiorum, quam I. C. Scaliger lutosam appellat, scribit Iulian. Palmarius, in *epistol. & præfat. lib. de pestilente febre præmissa*: Vrbs hæc infinitis iam morbis, atque etiam pestilentibus febribus obnoxia euadit. Nam præter luti & cæni, quæ viis publicis aggeruntur, graucolenriam, cænosâ, præterea, ac fœtidâ aquâ omnes vrbes cloacæ redundant, quæ minimè in proximam Sequanam sese exonerant, sed aliæ quidam ad Templi, aliæ ad D. Martini, aliæ ad alias portas diuertunt: omnes urbem & suburbia perreptantes, fœtido vapore viciniam inficiunt atque contaminant, calido præsertim & æstuoso cælo: sed nec graucolentia vrbes purgamenta, quæ e viis publicis colliguntur, satis procul ab vrbe asportantur, aut specubus induntur, verum in mediis suburbiis coaceruata putrescunt, tetrisque vaporibus aëra replent & inficiunt. Cum iis namque & demortuos canes & feles, & altitium interanea, aliæque eius generis cadauera putria inferunt, quæ grauem admodum fœtorem exspirant, qui vel solus inducere pestem possit. Qui latrinas purgant, vix urbem egressi, fœtidissima hominum stercorea iuxta vias publicas, ponè suburbia cumulant, aut iis vicinam terram stercoreant, vnde omnia fœtore impleri, necesse est, qui prætereuntibus pro suffitu sit, sèque in urbem diffundat. Adde yini & aceti fæces resiccatas extra urbem exuri, sed vix ad lapidis iactum, vnde malefico fumo vrbs oppleri solet. Postremò coriarij omnes in media vrbe recepti sunt, vbi fœtidissimo adipe, dum coria inangunt, totam viciniam inficiunt. Denique Xenodochium publicum, in quod peste correpti sese recipiunt, in media vrbe situm est, prope ædem Mariæ sacram, è quo peste necati, in Trinitatis cœmeterium, quod à porta Dionysiaca non longè abest, deferri solent per urbem mediam. Multo plures hinc morbos, quàm è cuiusque victu, originem habere, longâ experienciâ compertum habeo, eòque multo grauiores, quàm eiusdem generis dispersos, qui à singulorum victu procedunt. Atque ista, quæ de Lutetia refert Iul. Palmarius, in plerisque aliis vrbes populosis locum habent.

Lut et Parisiorum cur morbis obnoxia.

E plantis quoque corruptis aer fit venenatus. Ita in foueis frumentorum aerem fieri venenatum, vt, si quis eum hauriat, subito intereat, plurimi referunt. Villicum, qui cannas putridas euoluit, totum intumuisse, & vt veneno affectum curatum fuisse, narrat Amat. Lusitanus, *cent. 3. curat. 82.* Exhalant & vapores malignos cauernæ & specus, lacus item, & putei subterranei. Plurimis Italia locis pestilentem aërem exhalare, scribit Seneca, *lib. 6. quæst. nat. cap. 28.* Et Galenus in *pr. inc. 1. epid.* nominat *ææryeus hæcædus*, & spiritus lethales Plinius, *lib. 2. cap. 93.* Et Mercurialis, *de venen. cap. 13.* scribit, se vidisse propter Romam spe-

cus multas, in quas si vel homo, vel animal aliud ingrediatur, illicò intereat. De Sardinia tradit Pausanias & Geographi plurimi, quod fertilis sit Insula, sed soli, quàm cæli melioris, atque vt fœcunda, sic penè pestilens. Hinc Martialis:

Nullo fata loco possis excludere, cum mors Venerit: in medio Tybere Sardinia est.

Et Cicero Q. Fratrem monet, vt valetudinem curet, memor, quòd, cum optimè valeret, tamen in Sardinia esset. Er in Epistolis Tigellium quondam Sardoum hominem esse, ait, patriâ suâ pestilentiore. Sunt enim in ea insula multæ paludes, à quibus aer tempore æstiuo planè pestilens redditur. Et quidem exhalationes eæ malignæ non semper sunt eiusdem generis, sed differunt specie, id quod etiam monet Vidius, dum, *Med. part. 2. sect. 2. lib. 1. cap. 11.* scribit: Neque aspiratio exhalat similis à quolibet auerno, sed alia ab eo, qui in montibus Etruriæ, alia ab eo, qui prope Cumas, aliæ ex aliis putridis locis, qualis illa fuit, quæ ante decem & septem annos Florentiæ & puerum & iuuenem interemit. Erat in vico D. Laurentij in quodam diuerforio puteus, magna ex parte oppletus fimi, fæcis, ac sordis: in hunc fortè incidit gladius, puer, vt ipsum extrahat, eò descendit, & statim mortuus cadit. Idem accidit iuueni, qui puerum educere ex puteo tentauerunt, qui hæc spectantes, periculum in cane potius, quàm in se facere voluerunt. (Simile quid Vvinshemij in Franconiâ, Anno 1613, accidit. Cum enim ciuis quidam in puteum diu conclusum, eum ad vsum mundaturus, descendisset, subito mortuus est. Cum verò & vicinus eius in eundem, vicino auxilium laturus, descendisset, & ille statim interit, atque idem tertio, puero, quid hisce mali obtigerit, percontatum immisso, accidit, qui omnes cum mortui per aliquem, licet totum os & nares contra venenosos halitus probe munitum, & ramem vix seruatum, extracti essent, puteus terra obrutus est.) Necesse autem est, aspirationem tota substantia naturæ nostræ alienam ex putri illa materia, quæ in puteo continebatur, exhaluisse, quæ statim interitum attulit. Vetsimile autem est, hanc alterius speciei fuisse, atque illam, quæ exhalat ab auernis, & alterius eam rursus, quæ exhalat à foueis, vbi diu triticum seruatum est, cum primum aperitur; aded autem perniciosa est, vt sæpe hominè repentè enecet. Ita vt morbus quoque, licet idem genere ab omnibus exciteretur, specie differat.

Deinde aer pestilens euadit, cum vapores & corpora minima, quæ alias in aëre vagari solent, per se maligna & venenata non sunt, putrescunt, ac corrumpuntur. Idque rursus fit duobus modis, primò, cum aer, seu potius mista aëri corpora putrescunt & corrumpuntur, si is conclusus sit, & non ventiletur. Ita Iulius Capitolinus, in *Vero*, & alij annotarunt, in Babylonia quâdam miræ vetustatis arcæ adaperat fuisse, è qua tam perniciosus halitus exspiravit, vt inde pestis ad Parthos usque grassans excitata sit. Et in Cæpania è puteo quodam, qui diu conclusus fuerat, aperto, tam venenatam auram exhalasse, vt astantes statim perierint, refert Guainerius, *de peste cap. 1.* Deinde astrorum etiam influxus aërem corrumpere potest. Negant quidem id multi, & inter reliquos Petrus Paulus Pereda, in *Paschaly meth. med. l. 2. c. 9.* ea de causa, quod in cælo corporibus nostris contrarium

Secundus motus.

contrarium nihil sit, & alia omnia creata sint, ut nobis seruiant. Verum etsi omnes cæli influxus boni sint, ex accidenti tamen, & si nobis non sint proportionari, nocere possunt, & sicut calor, qui tempore æstiuo excitatur, quidem per se bonus est; qui tamen, ubi vehemens est, & plantis & hominibus sæpe noxius est: ita etiam fieri potest, ut occultæ illæ influentiæ per se quidem bonæ, & ad vniuersæ naturæ conseruationem necessariæ, si eam, quæ nobis conuenit, proportionem non obseruent, nobis damnum inferant.

Signa morborum ab aëre. Cognoscitur autem in aëre vitium esse, si eodem tempore, cum antea in victu communi nullus error præcesserit, multi inficiantur, & ij etiam, qui lautè vixerunt, & qui cum infectis non conuersati sunt, subito morbo illo, qui grassatur, epidemio cotripiantur; si idem morbus subito in vicinas regiones diffundatur, & non quidem vnum vel alterum saltem, quod per contagium fieri solet, sed totam regionem inuadat.

Piognostica. Morbi autem isti periculosissimi sunt, neque facile quis sibi ab iis immunitatem polliceri potest; cum aëris vltu nemo carere possit, & propterea in talibus morbis æquè diuites, quàm pauperes, qui eodem in loco viuunt, cotripiantur, & præterea morbi illi pestilentes, qui ab aëre proueniunt, longè periculosiores sunt, quàm alij, hominesque sæpe inter sua negotia, dum sani putantur, concidunt, & breui post pereunt.

In curatione autem Medicum hæc tria agere oportet: primò vitium istud aëris auertere & præcauere: secundò, si iam præsens sit, id corrigere; & tertio, quomodo quilibet priuatim se contra id munire debeat, monstrare.

Cura. Primò, si aër inquinetur à cadaueribus seu hominum, seu bestiarum, ut ea maturè sepeliantur vel amoueantur, Magistratus officium est. Si lacus aliquis vel palustres aquæ fetorem expirent, & eum auertere, conuenit. Ita de Empedocle refert Laërtius, cum Selinunciis ob vicini amnis fetorem de pestilentia metueretur, eum remedium inuenisse præsentaneum, cum riuulos è propinquis satis limpidis fluminibus deriuando, in sordidum deduceret amnem, idque suo æte ac sumptu, quibus inuicem permixtis accessione purioris aquæ putidæ lacunæ emendatæ, motuque velociore reddito fetida femina dissipata sunt. Hippocrates quoque cum ab Illytia pestis Græcis immineret, accensis syluis eam auertit, qua de causâ Græcia est statuam pileo capite tecto locauit, æqualisque cum Hercule Hippocrati honores decreuit, quod seu alter Hercules, monstrorum dominor, pestem à Græcia auerterit. Et omnino ad aëris vitia præcauenda & emendanda nihil præsentius & efficacius igne est, qui & imminentiæ pestis feminaria auertit, & præsentia dilcutit. Itaque in pestilenti statu non solum in publicis viis & plateis, sed & priuatim in ædibus luculentis ignes accendi, præcipuè mane & vesperi debent. Vbi aër infectus est, commodissimum est fugere, & se in loca salubria conferre; cum nemo immunitatem facile sibi polliceri possit. Quibus verò vel officij ratione, vel alia de causâ fugere non licet, ij in publicum prodire non debent, nisi & alexipharmacis sese munierint, & eadem in ore gestent, & naribus illinant, de quibus *lib. 4. de febrib. cap. 5.* dictam. Si verò locus natura sua pestilens sit, nemo, qui sanitatem integram conseruare vult, sedem in eo figat. Quod ipsum monet Columella, *lib. 1. de re rustic. cap. 3.* vbi Porcij Catonis sententia in emendo inspiciendoque Operum Sennerti Tom. III.

A agro duo præcipuè esse consideranda, scribit; salubritatem cæli, & vbertatem loci: neque sanum facere debere sumptus in cultura sterilis loci monet; nec rursus pestilenti, quamuis feracissimo & pingui agro dominum ad fructus peruenire. Nam ubi sit cum Orco ratio ponenda, ibi non modò perceptionem fructuum, sed etiam vitam colorum esse dubiam, vel potius mortem quærit certior.

Si quis autem peste ex aëris vitio corripitur, is statim alexipharmacis & sudoriferis, de quibus *lib. 4. de febrib. cap. 6.* dictum, vti debet. Purgatio verò & venæ sectio nullo modo locum habet: cum vitium non sit ab interno humorum apparatu, sed ab aëre venenato, & corporibus communicetur, & propterea vitium maxima habendi sit ratio, quæ nec venæ sectione, nec purgatione amplius deiciendæ & prosterrendæ.

CAPVT III.

De Contagio.



ERI occultos & malignos morbos inuicenti cognatum est Contagium, quo licet & aliis modis, ut vestibus & aliis rebus, morbi maligni & venenati ab ægris in sana corpora deferri possint: plerumque tamen id fit per aërem.

Cum autem morbi, qui à contagio excitantur, plures sint, primò in genere de contagio agendum. Equidem actum de Contagio etiam *In institut. lib. 2. part. 2. cap. 12. & de febrib. lib. 4. cap. 3.* & hic tamen quædam de eo addere necessarium videtur. Contagij autem nomen alij alter accipiunt, & alij ad alia respicientes, contagium aliter atque aliter definiunt. Hoc tamen extra dubium est, in contagiosis morbis plura concurrere, primò nimirum morbum, qui dicitur Contagiosus, aliisque simili morbo efficiendi vim habet: deinde medium, per quod nouus morbus similis in alio producitur: Tertio, ipsam actionem, qua morbus similis in alio gignitur; & denique morbum, in alio excitatur. Morbum, qui in alio producitur, nemo facile contagium dixerit, nisi valde improprie. Reliquæ significationes magis propriæ sunt. Hinc alij ad morbum contagiosum respicientes, definiunt Contagium, esse affectionem præter naturam, quæ alteri corpori, à corpore præter naturam similiter affecto, communicatur. Alij ad medium, per quod illa communicatio fit, habito respectu, quòd sit inquinamentum, quo corpori alicui similis affectus, quo aliud corpus laborat, communicatur. Alij non ad ipsum corpus & subiectum qualitatis, sed ipsam qualitatem respicientes, definiunt contagium per qualitatem venenatam, quæ similem morbum in alio producere potest. Alij denique seu ad contactum, seu ad actionem respicientes, definiunt Contagium, quòd sit actio, similem morbum, quo alius laborat, in sano producens. Et quidem nonnulli, qui per actionem seu contactum definiunt contagium, se maxime proprie loqui putant. Verum in definitionibus constituendis potius ad naturam rei definiendæ, quàm nomina, quæ non semper satis propria & commo-

Contagij nomen quòd modis accipitur.

Contagij variz definitiones.

da sunt, respiciendum. Illud verò, quod hic definiendum, est id, quod Græci *μῖασμα*, *νοσεῖν* *ἀποκρίων*, & *ἀπορροῖαν* nominant. Mihi itaque propterea commodissimè definiri posse videtur Contagium, quòd sit inquinamētum, seu corpus è corpore ægro emissum, quod in analogo animalis corpore receptum, similem in eo morbum producere valet.

Quæ in cōtagio cōsideranda. Quæ ut clariora fiant, & natura cōtagij rectè cognoscatur, tria explicanda sunt. Primò corpus ipsum cōtagiosum. Secundò ipsum *μῖασμα*, per quod alteri morbus communicatur, & per quod aliud inficitur. Tertio corpus quod inficitur. Quod si secundum in ipsam qualitatem, quæ efficax est, & in subiectum, cui ea inest, diuidere velis, quatuor erunt consideranda. Imò nec ista duo, qualitas scilicet, & corpus subiectum, ad *μῖασμα* naturam explicandam sufficiunt, sed ipsa forma illius corporis, à qua qualitas illa fluit, addenda videtur.

Corpus cōtagiosum quod. Primò cōtagiosum corpus quod attinet, & quidem cōtagium non solum est in hominibus, sed & ouibus, suibus, bobus id competere, manifestum est: veruntamen saltem in homine considerate cōtagium nobis propositum est. Deinde sciendum, non quodlibet, quod aliquem morbum venenatum in alio excitat, cōtagiosum dici, sed id solum, quòd simili morbo antea laborat. Ideoque etsi torpedo stuporem inducit, serpentes venenum homini inferunt: cōtagiosa tamen non dicuntur: quia ipsa non præter naturam id patiuntur, sed venena illa animalibus huicæ natia & familiaria sunt. Illud itaque saltem cōtagiosum propriè dicitur, quod ægrum & morbosum est, atque affectum præter naturam, quo ipsum laborat, alteri sano communicare potest. Neque tamen omnes morbi cōtagiosi sunt, neque arthritide vel calculo laborans alium eodem morbo inficere potest; sed illud corpus saltem est cōtagiosum, quod aliquid in se generare potest, quod in aliud eiusdem speciei translatum, similem in eo morbum producit.

Contagii semina. Secundò, cum morbus, ut accidens, de subiecto in subiectum non transeat, neque qui peste laborat, illum ipsum suum morbum alteri communicare possit: interim certum sit, ab eo, qui peste, vel alio cōtagioso morbo laborat, alios infici: omnino aliquid dari necesse est, quod ab ægro in alium transeat, quo mediante similis morbus in alio producitur. Illud autem, quo mediante hæc morbi communicatio & contaminatio, atque infectio accidit, Græci *νοσεῖς ἀποκρίων* & *ἀπορροῖαν* ac *ἀεὶσμα*, Latini inquinamenta, semina & seminaria nominant. Cum autem vis agendi proxima sit in qualitate, qualitas fluat à forma, forma cum qualitate in suo subiecto: hæc tria etiam in cōtagio & *μῖασμα* consideranda sunt; & prætereà quomodo, & qua ratione in corpore ægro *μῖασμα* illud generetur.

Qualitas cōtagiosa. Qualitates illæ, ut & forma, à qua fluunt, ut omnes formæ, nos latent, & propterea meritò occultæ qualitates dicuntur. Habent autem se qualitates istæ cum suis formis instar fermenti. Ut enim exigua quantitas fermenti, massæ farinacæ non fermentatæ mista, facit ut ipsa efferuescat; & pauca quantitas sæcum, ut totum vinum vel cereuisia efferuescat, efficit; ita & hoc *μῖασμα*, ubi à corpore aliquo receptum est, id totum immutat,

& sibi simili affectione alterat. Qualitatem hanc nonnulli venenatam simpliciter appellant, sed minus rectè. Latius enim se cōtagium, quàm venenum extendit, neque omnes morbi cōtagiosi sunt maligni & venenati, ut phthisis, ophthalmia & scabies, ac similes; neque contra omnes maligni & venenati morbi cōtagiosi sunt, sicut, si quis venenum hauserit, vel ab animali venenato morsus est, morbo quidem venenato laborat, quem tamen alteri per cōtagium communicare non potest.

Subiectum autem, cui qualitas hæc inest, est Subiectum cōtagii. vel species spiritalis, vel corpus. Spiritalem speciem esse non dixerim, cum ei proprietates specierum spiritalium, quas supra dixi, non competant, atque inter cætera ne hoc, quòd cōtagium non in orbem, ut radius, promouetur, nec certam sphaeram actiuitatis habet, sed vestibus atque aliis rebus variis adhæret, & æris motu inordinatè mouetur, & sæpe ventorum flatu in longinqua loca transfertur. Corpus ergo est, in quo ista & qualitas & forma inest, & sæpe exiguum, & proculdubio atomorum more è corpore infecto effluens, & ut quidam è recentioribus rectè loquitur, morborum cōtagia per corpuscula multiplicantur, quæ seminis instar totam morbi essentiam in se comprehendunt. In cōtagioso autem hoc corpore duo imprimis requiruntur: primò ut exactam mistionem habeat, deinde, ut in parua etiam quantitate magnam agendi vim obtineat. Exactam mistionem habere debet, ut etiam in minimas partes resolutum, in eis essentiam suam integram retineat, & longo quidem tempore interdum, summam verò agendi vim, ut etiam in exigua quantitate corpora alia alterare, & sibi similia reddere possit. Etsi enim in multis morbis è corpore ægro variæ exhalationes & sudores effluunt: tamen vel facilè resoluuntur & dissipantur, vel, quia occultis qualitatibus destituuntur, exiguam agendi vim habent, ut, etsi in aliis corporibus recipiantur, ea tamen inficere & inquinare non possunt. Qualitas autem illa, per quam *μῖασμα* illa sunt efficacia, ad nullam manifestam reduci potest; cum nulla tantam habeat efficaciam: sed occulta est, & in sensus nostros non incurrit, nec nisi effectu deprehenditur, & in minima mole maximam agendi vim obtinet. Fluit verò illa à sui generis forma, & quidem peculiari, plerumque maligna, & totius substantiæ proprietate naturæ nostræ, aut certè determinatæ alicui parti aduersa & inimica. Atque hinc accidit, ut pro formis in diuersis *μῖασμα* variis non idem cōtagium omnes æque inficiat. Cōtagium enim, quod homines inficere potest, canibus, felibus, bobus, vel suibus non nocet, & *μῖασμα*, quod ex oculis effluit, non pulmones afficit, sed oculos, & contra, quòd è pulmonibus in phthisicis exhalat, non oculis, sed pulmonibus saltem nocet.

Quomodo autem cōtagium in corporibus cōtagiosis generetur, non ita planum est, & alii alio modo generatur cōtagium, Contagium non est à putredine. Quomodo autem cōtagium in corporibus cōtagiosis generetur, non ita planum est, & alii alio modo generatur cōtagium, Contagium non est à putredine. Plurimi in ea sunt sententia, *μῖασματα* illa, & semina cōtagii saltem in rebus putrescentibus generari, & ex iis effluere. Verum enim verò negandum non puto, sæpe id accidere: interim id simpliciter necessarium non est, potestque seminum cōtagii & sine putredine generari, & licet cum putredine generetur, tamen putredo per se, & quatenus talis, eius causa efficiens

proxima non est. Etenim *primò* ad putredinem inducendam prævia alterationes, & longius temporis spatium requiritur: at contagium haustum quamprimum hominem inficit, sæpe interficit, & similem humorem contagiosum in eo generat, aliorumque venenorum perniciosorum modo agit, antequam vlla putredo in corpore inducta fuerit. v. g. venenum pestilens sæpe non tam in humores, quam spiritus agit. Nihilominus verò talis homo à pestilentis veneni contagio infectus, & subito iugulatus, alios inficere potest, vt ipsa experientia testatur. Et si enim venenositas & contagium non sit idem, vt supra dictum, & contagium sine veneno esse possit: tamen generationis modus idem est. Et si de pestilenti veneno demonstratur, id sine putredine generari posse, etiam simul demonstratum erit, contagium sine putredine generari posse. Clarè autem, *lib. 4. de febrilib. cap. 1.* demonstratum, pestilentie naturam nec in putredine consistere, nec putredinem ad eius productionem simpliciter necessariam esse, vt actum agere hinc superfluum putem. Hoc saltem addo, quòd quidam dicunt, quòd sæpe in corpore humano latere possit contagium sine manifestis eius signis, etiam cum putredine coniunctum, idque exemplo veneni canis rabidi probare conantur; quod, etsi in putredine consistat, sine damno & indicis aliquibus satis diu in corpore latere possit: id omnino falsum est, & dubium per æquè dubium probatur. Cum enim illi ipsi, qui à putredine sola venenum & contagium in corpore nostro generari statuant, putredinem illam excellentem, profundam, sordidam esse dicant, & aliis nominibus eius atrocitatem describant: quomodo talis putredo in arteriis & venis excitari potest, vt nulla eius nota in vrinis, pulsu, calore & aliis appareat? Equidem nonnulli, vt hinc effugium querant, putant, venenum pestilens posse latere in parte ignobili, & à corde remotà, & tum notis nullis sese prodere, ac nocere: postquam autem mouetur, cor subito impetere, oppugnare, ac hominem interficere. Verùm si tota pestilentis veneni natura consistit in putredine, quomodo, si prius in loco ignobili, & à corde remoto hæsit, putredo illa ad cor deferri possit, eaque excellens, vt nullæ eius notæ in vrinâ vel pulsu, vel caloris mutatione percipiatur? Quæ omnia cum nonnulli viderent esse manifesta, tandem eò deueniunt, vt dicant, pestem, in quâ nulla putredinis indicia in vrina vel pulsu apparent, venenosâ potiùs qualitate nocere, quam putredine, & proinde, cum putredo sit exigua, & hic calor exiguus excitetur, eius nec in vrina, nec pulsu, signa apparere, & hominem mori, quasi præsentaneo veneno hausto. Verùm eo eo ipso agnoscunt, & fateri coguntur, venenum non esse in putredine, sed in occulta & maligna qualitate, quæ quòd necessariò cum putredine semper coniungatur, nondum probatum. Itaque non sine causa argumentum hoc exaggerat Franciscus Valleriola, *in append. loc. comm. cap. 2.* Magno, inquit, errore eos duci oportet, qui putredinem vnam epidemiorum, pestilentium, contagiosorum & venenatorum malorum causam esse, ac iritantur. Hi enim magnis tenebris morborum causas involucentes, omniâque permiscuentes atque perturbantes, vehementissimos quosque & implacabilem morbos vel in plethoriam, cacochymiam, vel in obstructionem, vel tandem in abliortam putredinem, cum in causis proprias

referunt: cum in his, qui ex morbida excretionem nascuntur, morbis, maior quidam, & à putredine, obstructione, plethora, aut cacochymia longè senioribus suis causa, nempe terrâlla, morbosâque exhalatio, vim veneni habens, qua totius substantiæ proprietate, non obstructionis, aut putredinis interuentu substantiam nostram labefaceret, innatâque antipathia perdat, idque confestim, exiguâ impositâ morâ. Cum enim aliquis integre sanus accessu ad peste correptum, peste quoque inficitur, atque paucis post horis incidit (quod fieri sæpe videmus,) aut cum quis à rabido cane demorsus, in rabiem & ipse agitur; aut scorpionis compunctu, presentisve alienius veneni haustu extinguitur quâstam habes sit, qui putredinem tam repentina mortis causam statuit? Nam, quæ possit tam vehemens, tamque perniciose putredo in hominem incutere, sine alterius cuiuscumque rei concursu, quæ tam cito hominem tollat: præsertim cum, qui incidit, nec plethorâ, nec cacochymia, obstructione esse correptus, sed bene valens, sanus, atque vegetus, bonoque nonnumquam habitu præditus, de repente & morbo pestilenti corripitur, & confestim mortem obit. Hæc profectò in tali proposito euentu referri in putredinem nullo pacto possunt. Magna ce rē perniciosa, excæque ac deletoria facultas quadam mor. idæ excretioni copulata id facit, & hominem nullis eiusmodi causis inquinatum breui temporis curriculo rapit, quemadmodum interdum hæ, quas commemorauimus, causa, nempe obstructio, putredo, plethora & cacochymia, absque morbida exhalatione, homines perdere magnitudine sua solent. Nimirum corruptio & mutatio rerum latius patet, quam putredo, vt alibi dictum. Neque omnino seî corruptio sit per putredinem, id quod vel in aceto apparet. Quamuis enim nonnulli id vinum putrefactum esse dicant: tamen falsum hoc esse, Zarabell. *de misti gen. & inter. lib. 3. c. 6. 7. 8.* & in primis 9. pluribus docet. In vappam vini degeneratio putredo est; dum verò in acetum mutatur, vinum non putrescit, sed nouum ex eo mistum constituitur, vnde & ab Aristotele, *4. Meteor. accutum æquè ac vinum inter mista refertur.* Et qui quid fixum & volatile sit, nouit, facile etiam intelliget, quomodo acetum generetur, nimirum non putredine corruptum & dissolutum; sed nouo modo mistum. Neque enim ex vino corrupto, & à quo spiritus separati sunt, fit acetum, sed quòd generosius est, eò fortius fit acetum. De quo pluribus, *lib. 3. pract. p. 5. sect. 2. c. 2.* diximus. Nimirum sal ille volatilis, qui erat in vino, in aceto figuratur. Idem, & quod ad eiusmodi generationem non opus sit putredine, venena docent, quæ nec à putredine generantur, nec essentiam suam à putredine habent, quorum tamen tanta est potentia, vt in momento, etsi nondum putredo in corpus introducta sit, hominem iugulare possint. Et posito; sed non concessio, quòd omne contagium generetur cum putredine: tamen non sequitur, quòd contagium per putredinem sit definiturum, aut quòd à putredine per se producat, multò minus, quòd essentia contagii in putredine consistat. Multa enim in rebus putridis generantur, vt varia vermium genera, quæ tamen non à putredine, quatenus talis, sed à calore, qui est in re putrescente, generantur: Ipsi tamen ipse calor non est primarium vermium efficiens, sed primarium saltem excitans, vt de spon. & sur. oru. dicitur.

Secundò, contagii essentiam nec in putredine consistere, nec à putredine generari; dicitur illa in exiguâ mole magna vis; & exactissima mistionis ratio, quæ talis est, vt etiam in exiguo corpore diu salua retineri possit, quale quid

Aceti generatio.

à putredine, quatenus talis, generari posse, nullo probabili saltem argumento probari potest, demonstratque contrarium Fernelius, lib. 2. de abdit. rer. caus. cap. 14. multorum venenorum exemplo, quæ, sicut à putredine non generantur, ita nec contagium ab eadem generari potest, & inter cætera canis rabidi venenum & contagium exempli loco adducit, quod in corpus receptum, spiritus, sanguinem, humores, partiumque substantiam labefactat, hinc sensim serpit longius in partes principes, sed tam segniter, vt raro ante diem vigesimum, interdum non nisi anno symptomatis se prodatur. Inter has tamen moras nec febris, nec malum aliud ullum, quod putredinis sit indicium, percipitur, nec scit æger, quantâ pernicie laboret. Refertque ibi historiam, quod quidam in lupum sæuientem irruentes, trucidatum in varia obsoniorum genera apparauerint & coxerint. Omnes verò, quicumque esitarunt, non multò post tempore rabie correpti sunt. Quis verò credat, in tot coctionibus putredinem manere posse? Et sit sanè, quod nonnulli obiiciunt, rabiem in canibus ab atra bile prouenire: tamen, cum etiam alij morbi sint, qui ab atra bile proueniunt, atrabiliarium humorem peculiarem & occultam qualitatem suscipere, necesse est, si debet rabiem inducere. Quod autem illa qualitas vel à calore, vel frigore, vel à putredine, quatenus talis, generetur, nondum probatum est.

Tertio, ad Contagium quatenus tale, producendum, & essentiam contagij constituendam, putredo per se, nec vlla qualitas manifesta sufficit; cum nihil agat ultra vires suæ speciei. Nam in contagio præcipuè morborum venenatorum & pestilentium, etiam in minimo corpore tantam vim videmus, quæ nulli elemento, vel corpori ex elementis simpliciter misto adscribi potest.

Quarto, si contagium à putredine produceretur, & essentia contagij in putredine consisteret, cur non febres tertianæ, quartanæ, continuæ & intermittentes sunt contagiosæ; & tales imprimis, per quas sudores satis sæpe fætidii excernuntur? Illud itaque contagiosum, malignum, & omninò πῶ δεινόν Hippocratis aliam originem habet, de qua supra dictum.

Vt verò per putredinem non generantur contagij μίγματα; ita non agunt per putredinem, sed occultâ qualitate vim suam exferunt; atque contagiosorum vis est, qualis est rerum spirituosarum & fermenti, cuius exigua quantitas breui temporis spatio massam farinæ peruadit, & vt vinum & cereuisia efferuescat, facit. Apparet etiam fermenti vis in altis plurimis, præcipuè in fermentatione plantarum, quæ distillationis gratiâ instituitur. Eodem modo, si melli E

Contagium quomodo propagetur.

Contagium autem, & μίγμα istud ex infectis corporibus vario modo effluit, & disseminatur: Nonnunquam per poros cutis & ἀδύλον διαπορεύει exhalat, aut cum sudore effluit; nonnunquam cum excremento crassiore & sordibus cuti adhæret; nonnunquam per expirationem, & halitum à corpore expirat; aliquando per pus &

A saniam è tumoribus effluentem communicatur. Contagiosi enim illius inquinamenti non vna est ratio. Etenim interdum atomorum & minimorum corpusculorum modo per aërem spargitur, & hinc inde vagatur, quo modo pestilentis semina longè latè que diffunduntur. Per halitum etiam effunditur contagium phthisicorum, quod postea per aëris inspirationem attractum, pulmones similiter corrumpit. Eodem modo effunditur contagium ophthalmicorum. At contagium scabiei & luis venereæ non per aërem diffunditur, sed vestimentis & aliis rebus adhærens alis corporibus communicatur.

Hinc accedit, vt contagiosum μίγμα duplici B modo disseminetur, vel per fomitem saltem, vel per fomitem & aërem. Quanquam video, nonnullos esse, qui sub fomite aërem etiam comprehendunt; cum & ille semina contagij ab ægris corporibus excipere, & in sana transferre possit. Verùm à plerisque fomes ab aëre hinc distinguitur, & fomes appellatur, quicquid, præter aërem, πρὸς illas ἐπιπίπτει, & semina illa contagij excipere, retinere aliquandiu, & alii rursus communicare, idque inquinare potest. Semina enim illa contagij essentiam & formalem rationem, à qua vis illa inficiendi corpora alia pendet, in se continent: fomes verò non subiectum illius formæ est, sed locum saltem inquinamenti & fomitem illis contagij præbet.

C Talia sunt omnia, quæ rara & porosa sunt, vt effluuia illa contagiosa excipere possint, puta lana, linum, gossypium, & vestes ex lana, lino confectæ, plumæ & pelles pilosæ animalium; vnde canes, feles, gallinæ, columbæ illis infectæ contagium possunt deferre, telæ araneorum & similia. Imò parietes & muros foraminulentos contagium suscipere posse, experientia constat. Contra, quæ solida & densa sunt, lapides, metalla, & similia non facillè μίγματι illa admittunt, modò pura sint, nec sordibus inquinata, quibus contagium facillè adhærere possit. Tanta tamen apud Hebræos lepræ contagij vis fuit, vt in ipsos parietes & lapides sese insinuarit. vt non solum D abradi muros, & noua calce induci oportuerit, sed sæpe tota ædificia destrui, necessarium fuerit. De qua re legatur *Leuit. cap. 13.*

Ea autem contagij, præcipuè pestilentis, vis est, vt longo tempore in fomite, vt vestibus, E esse possit, præsertim si non moueatur, aut ventis exponatur, vel aëri minus frigido. Vbi verò talis fomes mouetur & excutitur, contagium istud astantibus communicari potest, obseruatumque vestimentis & lectis pestilenti contagio infectis post multos annos pestem excitatam, imò in longinqua loca delatam fuisse. Accidere etiam potest, vt quis contagium in suis vestibus circumferat, tamen, si cutem eius id non attingat, ab eo non lædatur, à veste verò eius excussum, & in aërem dispersum aliis communicetur, eosque inficiat. Obseruatum quoque eos, qui domi suæ conclusi metu pestis planè delituerunt, ab aliis sanis, etiam in vestibus tale contagium circumferentibus, infectos fuisse. Imò aliquem in suo corpore contagium habere, idque alteri, antequam ipse ægrotat, communicare posse, lues Venerea docet. Si enim cum sana muliere quis, quæ tamen paulò antè cum alio lue Venerea infecto rem habuerit, congregiatur, fieri potest, vt is à muliere illa inficiatur, & lueni Veneream contrahat, antequam ea eodem morbo laborare cæperit. In coitu enim contagium illud

Contagium in fomite diu asseruatur.

suo membro haurire, mulieremque eo abster-
lo liberare potest. Præter fomitem etiam per
aërem propagari potest contagium, per quem
non solum in priuatas domus, sed etiam ex vna
ciuitate in aliam, imò regione in aliam pesti-
lens contagium defertur. Id quod in peste At-
tica accidit, quæ, vt Thucydides & Lucre-
tius referunt, ab Æthiopia vsque Athenas pro-
pagata est. Promptius autem aër & fomes con-
tagium recipit & defert, si nullam insignem ex-
cessum frigiditatis & caliditatis habet. Calor
enim vehemens effluua illa rei contagiosa to-
tam essentiam in se continentia, & alios vim in-
ficiendi habentia dissipat. Frigus etiam eadem
extinguit.

Contra-
gio dif-
feren-
tiaz.

Ex hisce autem modis, quibus semina conta-
gij ab vno corpore in aliud transferuntur, diffe-
rentia quædam contagij exoritur. Atque inde
Fracastorius triplex contagij genus constituit;
vnum per contactum, secundum per fomitem,
tertium, quod grauissimum appellatur, ad dis-
tans. Verùm cum contagium, quod per fomi-
tem disseminatur hominem in distanti ab ægro
loco inficere possit, non rectè contagium per
fomitem ei, quoad distans appellatur, oppo-
nitur; cum vtroque sine contactu corporis ægri
contagiosi homo infici possit. Rectius ergo di-
uiditur contagium in mediatum & immedi-
atum. Immediatum est, quod solum per conta-
ctum corporis ægri contagiosi inficit, quomo-
do is inficitur, qui cum scabioso vel leproso eo-
dem in lecto dormit, aut cum iis, qui Venerea
lue laborant, rem habet. Atque hoc contagium
in crassa hæret materia, & non nisi per excre-
menta corpori ægro adhaerentia alteri corpori
communicatur. Contagium verò mediatum est,
quo æger mediante aliquo corpore inficitur, etsi
ipsum ægrum corpus non attingat. Hoc modo
scabies, lues Venerea, pestis, per vestes commu-
nicatur, pestis etiam per aërem. Si quis tamen
contagium per fomitem & ad distans distinguere
velit, & istud per fomitem nominare, quod per
vestes tantum & similia propagatur, atque in
crassiore est substantia, & in sordibus è corpore
emissis hæret, per aërem verò in distantia loca
non diffundi potest, sicut contagium scabiei &
luis Venerea in aërem non diffunditur, vt pesti-
lens; ad distans verò id appellare, quod non solum
vestibus & similibus rebus adhaeret, sed ita
subtile & potens est, vt etiam in aërem dispergi,
& per eum in loca distantia disseminari possit,
quale est pestilens: cum eo non pugnari.

Conta-
gium
imme-
diatum.

Media-
tum.

Coniu-
gium
per fo-
mitem.

Ad di-
stans.

Conta-
gium
quomo-
do in
corpus
recipia-
tur.

Conta-
gium
aliquã-
do in
corpore
latet.

Contagium autem, & præcipue pestilens, post-
quam ex ægro corpore egressum, non per vnani-
viam in corpus sanum admittitur. Aliquando
enim per os & nares, cum spiritu, quem attra-
hit quis, in corpus sanum attrahitur: aliquando
etiam per poros cutis, quocumque modo corpori
extra adueniat, admittitur, & per hiantia ve-
narum & arteriarum orificia in corpus ipsum pe-
netrat.

Postquam uero & semen contagii, quod
ab ægro corpore effluxit, à sano receptum est,
non semper vires suas statim exserit, sed in cor-
pore sæpe aliquandiu latet. Accidit hoc, & extra
dubium est, in contagio canis rabidi, quod non
solum menses, sed & annos al: quot in corporibus
latuisse, obseruationes Medicorum docent. De
pestilenti contagio quidem nonnulli dubitant;
verum & illud aliquandiu eodem modo, & ple-
ranque quatuordecim dierum spatio in corpore
Operum Sennetti Tom. III.

latere posse, experientia docet; cum sapissime
obseruatum sit, etsi, vbi aliquis peste in domo
aliqua mortuus est, reliqui in alia loca fugerint,
nihilque de suppellectile suspecta secum abstule-
rint, nihilominus post temporis aliquod inter-
uallum & ipsas peste correptos fuisse, idque ple-
ranque circa Nouilunium accidisse, sæpius ob-
seruauit. Atque ipsa experientia mouit non solum
Venetos, & in aliis Italiae locis Magistratum, vt
hanc legem constituerent, ne quis ex infectis lo-
cis ad aliorum hominum consortium intra qua-
dragesimum diem admittatur. Imò & hoc com-
pertum est, in quibusdam pestilentibus consti-
tutionibus, omnes ferè, qui in alia & tuta loca
confugerunt, mortuos esse: id quod in peste illa

magna, quæ anno Christi 532. grassata est, ene-
nissè, testatur Carolus Sigonius, *lib. 17. Imperij
occident.* Et quid mirum hoc sit in pestilenti ve-
neno, cum vt modò dictum, non solum canis ra-
bidi venenum, sed & alia venena haurita sæpe
diu in corpore latere possint, antequam homi-
nem occidant? Id quod doctissimi quique Phi-
losophi & Medici confirmant, & inter ceteros
Theophrastus, *lib. 9. hist. plant. c. 15. 16.* de aconito
loquens, & 17. de cicuta tractans, de quo infra di-
cetur. Neque mirum hoc alicui esse debet, qui
ea, quæ de spontaneo uiuentium ortu cognitu
sunt necessaria, non ignorauerit. Vt enim in his
feminale principium alicubi diu latens, tandem
idoneum locum nactum, sese exserit; ita etiam

contagii semina, etsi aliquandiu delitescunt; ta-
men sensim & latenter sese propagant, tandè-
que viribus auctis subitò se produnt & exerunt.
Et quidem nunc citius, nunc tardius vim suam
proferunt, primò pro ipsius veneni natura quod
nunc crassius, nunc subtilius & spirituosius est.
De quo Galenus, 3. de *simpl. med. facult. c. 22.* *Longo
etiam, inquit, post tempore, à quo assumpta sunt, nonnulla
interimunt, potissimum, quæ crassa & venenæque essentia
sunt. Hæc enim corporibus nostris inhaerentia, infidentiaque,
dein temporis spatio putrescentia erodunt, corrumpuntque
vicinas corporis partes.* Imò occulta illa qualitas in
venenis nunc maior, nunc minor est, vt ex variis
venenorum generibus patet. Deinde etiam ratio-
ne corporis, quod contagium & venenum recipit,

Cum enim agens agat pro patientis dispositione,
& in contagiosis morbis vnum corpus, quàm
aliud, contagio & veneno magis vel minus resis-
tat: ideo quo corpus fortius resistit, eo veneni
actio sese tardius exserere potest, quo verò cor-
pus est debilius, eò citius sese prodit. Quò ac-
commodari potest illud Galeni, qui, 1. de *differ. feb.
cap. 4.* scribit: *Oportet toto hoc in sermone repete-
re memoria, quod nulla causarum siue patientis aptitudine agere
potest: alioqui omnes, qui sub Sole assino exercerentur, fe-
bricitarent, aut qui nimio motu exercerentur, aut nimio frotu
grauantur, aut ira excandescentes, aut tristitia affecti, fe-
bricitarent. Alioquin etiam, vt arbitror, circa canis or-*

tem omnes aegrotarent, & pestilentia morerentur. At;
vt diximus, magnam in generatione ægritudinum par-
tem habet eius, qui passurus est, habitus corporis.
Ad dispositionem autem istam corporis patientis
pertinent, Temperies corporis, in qua calida
& humida temperies ad putredinem futuri-
piendam est aptior, ac peculiaris natura proprie-
tas, ob quam alii magis, alii minus contagio resis-
sunt.

Etsi verò nonnulli contagium sentiunt, &
imprimis, pestilens contagium aliquandiu in
corpore latere posse, negant Hieron. Mercuria-
lis, *lib. de peste, cap. 14.* Andreas Cæsalpinus, *lib. 1.*

An ve-
nenum
pestilens
aliquã-
diu la-

corpore
latere
possit.

quæst. Med. 11. Iohann. Antonius Sarracenus, de peste, c. 6. Matthias Vinzerus. in Catoptro, l. 1. c. 16. alique: tamen argumenta, quæ pro sua sententia afferunt, non satis firma sunt. Nam quòd primò aiunt, in corpore aliquandiu latere non posse venenum, cum natura cum eo, vt hoste insensissimo, semper pugnet, id eatenus tantum conceditur, vbi veneni vis & copia tanta est, vt naturam statim lacessere possit. Si verò venenum sit debilius, eiusque copia minor, & propterea naturam non irretet, etiam nulla insignis pugna inter id & naturam statim instituitur: sicut alias etiam videmus humores vitiosos diu in corpore, cumulari & dehiscere posse, antequam actu morbum excitent. Id quod etiam in venenatis & contagiosis humoribus accidere posse, vel exemplum veneni canis rabidi docet. Idque probat quoque Galenus in *lib. de part. art. med. c. 5. Sicut ille, inquit, qui à cane rabido morsus sum, ita etiam, qui venenum hausserunt, quod non nisi post tempus aliquod interficit, videntur in statu neutro versari, id est medio inter sanitatem & morbum. qui manifestam quidem habent intemperiem, nondum tamen agrotant, quippe, cum adhuc possint obire solitas actiones, quisque nullo alio morbo adhuc tenentur, qui sensibilis sit, sed insensibili tantum.*

Nam quod Sarracenus, in *alleg. loco*, putat, esse differentiam inter venenum canis rabidi & pestilens, quòd illud in crassiore & densiore materia inhæreat, vnde etiam tardius sese exferat, hoc verò sit tenuius, acrius, & propterea breue, & facile sese quoquo versum in sinuet: equidem istam differentiam non simpliciter negamus, interim experientia testatur, in vtroque veneno rursus magnam occurrere differentiam, & neque omne venenum canis rabidi esse lentum, neque omne pestilens suam vim subito exferere.

Verùm de hac quæstione prolixè agit Ioachimus Oelhausius, Medicus & Physicus Dantiscanus, *disp. 1. de seminar. pestil. intra corpus viuum latitante*: qui etiam, *disp. 2.* scrupulosè probare conatur, quòd pestilens seminarium latitare possit circa superficiem corporis, seu in continentibus externis, puta inter ipsam substantiam cuticulæ, & cutis sub ipsa cute, intra panniculum carnosum, aut etiam in pinguedine, in glandulis, in musculis, in arteriis & venis, in neruoso genere, & habitu corporis, in ventriculo & locis circa ventriculum, in omento, pancreate, in mezenterio & viis vicinis, in pulmonibus & partibus vicinis, in cerebro, in oculis, in auribus, in naribus, in ore, in vteri pestibus, de quibus suum cuique iudicium relinquo. Hoc extra dubium se puto, in iis locis præcipuè hætere, per quæ corpus ingreditur.

Corpora ad
contagium
recipiendum
apta.

Tertiò in contagio etiam considerandum corpus, quod inficitur, & contagium recipit. Non enim agens in quodlibet agit, sed in dispositum & sibi simile. Ideoque in contagio etiam inter corpus contagiosum, & quod contagium recipit, ac per id eundem morbum contrahit, similitudo quædam requiritur, quæ est inter animalia eiusdem speciei & proprietatis. Etenim, etsi in vestibus, lana, parietibus, contagium pestilens hætere possit: tamen in iis similis morbus non produci- tur; cum non sint animalia, nisi quòd, vt antea etiam dictum, apud Iudæos etiam vestes & lanæ, ac parietes ex contagio leprosi fiebant, vt non solum vestes comburi, muros abradi, & noua calce incrustari, sed sæpe totas ædes destruere opus fuerit, quod an naturaliter acciderit, an pœna illa

A miraculosè à Deo Iudæis inflicta fuerit, Theologis disquirendum relinquimus. Relinquitur autem similitudo non solum generica, sed etiam specifica. Nam licet animalia contagium suscipiant: tamen idem contagium omnia animalia non æquè inficit. Pestis, quæ in suis contagio deriuatur, non boues, non homines; & quæ boues, non sues & homines, & quæ homines, non sues nec boues inficit, & inguiat. Imò inter homines non omnes ad quodlibet pestis contagium recipiendum æquè apti sunt. Euagr. *hist. Eccles. lib. 4. c. 28.* de peste Antiochena refert, quòd certæ in ea familiæ prorsus interierint, saluis manentibus reliquis vrbis incolis. Quin & familias, quæ hoc anno integræ mansere, sequenti eo morbo affectas. Et Cardan. *lib. 8. de variet. rer. c. 4.* Basiliensis pestis mentionem facit, qua soli Heluetij, non item Hispani, Itali, aut Galli, eadem licet in vrbe viuentes, afficerentur. Et Ioh. Vtenhouius, in *hist. peregrinationis Eccles. Anglicæ, sub fin. c. 4.* scribit de peste quadam læuissima Hafniæ in Dania, anno 1553, grassante, breuisque temporis spatio aliquot hominum millia prosternente, à qua tamen omnes immunes prorsus manserint tum ex Anglia aduenæ, Belgæ, Germani, quamuis ij maiore ex parte incolerent ædes, quæ vel ab hominibus peste enecatis, vel viuentibus, propter infectionem derelictæ fuerant. Et narravit mihi quidam fide dignus militum Dux, quòd, cum paucis ab hinc annis in expeditione illa in Italiam, Duce Comite Mansfeldio, cum militibus suis Germanis Cremonæ diuertisset, in qua peste vehementer grassabatur, & iam quatuor etiam Medici ea extincti erant, nullum ex suis militibus, etsi in domos infectas, diuertissent, peste correptum fuisse: quod & in Silesia, Suidnitii superiore anno accidisse, mihi narratum, cuius vrbis ciues plerique peste extincti sunt, saluis Suecicis & Saxonibus militibus. Etsi verò alii etiam huius rei causam reddant: tamen nullam commodiorem dari posse puto, quàm similitudinem inter corpus contagiosum, & id, quod peste inficitur. Vt enim non quodlibet venenum est, ita etiam non quodlibet cuiuslibet contagiosum. Et propterea quod vni venenum & contagiosum est, alteri huic simili etiam venenum & contagiosum erit. Vt enim duo similia se habent ad aliquod tertium: ita tertium sese habet ad vtrumque illorum. Et propterea etiam pestis, quæ infestat boues, alium etiam bouem; non verò hominem vel suem inficere potest; & pestis, quæ hominem corripit, alium etiam hominem inficere potest, non verò sues vel boues. Et eadem de causa accidere potest, vt vna pestis vni familiæ, vel nationi, ob similitudinem, quam inter se habent, non aliis familiis vel nationibus perniciofa sit. In qua autem re illa antipathia & similitudo consistat, nemo integre explicabit. Sunt enim illæ corporum qualitates occultæ, quibus venenosis resistunt, & alexipharmacorum, vt & formæ, à quibus fluunt, in hac humanæ mentis caligine nobis ignotæ, & non nisi ex effectu deprehenduntur.

B

C

D

E

CAPVT IV.

De Contagiosorum morborum differentiis.

Vit autem contagiosi morbi plures. Et plerumque morbi Epidemici contagiosi sunt. Etsi enim à causa communi, vel victu prauo, vel aere morbi communes & epide-

Contagiosorum morborum differentiis.

mii originem habeant: tamen plerique etiam per se contagiosi sunt, & per contagium disseminantur. Non tamen soli morbi epidemii contagiosi sunt, sed etiam sporadici, & contagium interdum utriusque commune est. Equidem morbus cum sit accidens, de subiecto in subiectum non migrat, nec idem numero in aliud corpus transit, sed in corpore tali xgro ob morbificam dispositionem excrementum quoddam generatur, quod vel vaporis formâ, & in minima corpuscula resolutum exhalat, vel per sordes communicatur, in alio corpore similem affectum producit. Ita Catarrhi sæpe sunt contagiosi, vnde vulgò etiam observatur, quod nemo libenter cum alio catarrho laborante ex eodem poculo bibat. Ita Febres malignæ & pestilentes; seu solitariae, seu comitatae, & cum angina, pleuritide, peripneumonia, variolis, morbillis coniunctæ sunt febres contagiosæ. Maxime verò contagiosa pestis est. Sunt tamen & sporadici ac priuari morbi interdum contagiosi. Sic *εξδαλμα* & lippitudo contagiosa est, cum ex oculis lippientibus vapor exhalans in alterius lippientem intuentis oculis recipitur, & receptus in oculo similem in eo dispositionem inducit. Ita Phthisis est contagiosa, cum ex putrescentibus pulmonibus vapor contagiosus exhalans cum aëre, qui inspiratur, ab alio attractus, pulmones eius corrumpit. Et de tali putredine verum est, quod Galenus, *lib. de differ. feb. 1. c. 5.* scribit: In totum cum iis, qui putridum exhalant, minimè tutum est conuersari; quod de phthisicis & de putredine contagiosa, non de omni accipiendum est, Chirurghi enim, qui gangrænas & sordida ulcera tractant, necessario cum iis, qui putridum exhalant conuersantur, nec tamen inficiuntur. Neque

Catarrhi.

Febres malignæ & pestilentes.

Ophthalmia.

Phthisis.

A vapor putridus quilibet partem, sed eam, à qua exhalat, unicit. Ita Dysenteria contagiosa est, imprimis per excrementa alui, ut si quis in loco, in quo dysentericus aliquis aluum excreat, & ipse aluum excreturus desideat, & per anum vapores illos contagiosos excipiat, facillè & ipse dysenterici corripitur. Quia tamen in dysenterico, præsertim epidemio, mulla sanguinis infecta est, & ita per totum corpus illa inquinamenta exhalant, cum iis conuersari tutum non est. Scorbutus & ipse contagiosus est, præsertim si quis scorbuticus gingiuas fetidas habeat. Tum enim facillè per pocula communia alui infici possunt. Scabiem quoque contagiosam esse, nonnisi ignotam est, quæ tamen ad distans non transit, neque solum conuersatio cum scabioso scabiem contrahit, sed saltem si sordes scabiei contagiosæ per vestimenta, lectum communem, mantilla & similia, ab alio excipiantur. Tinea etiam contagiosa est, ut, ut si quis pilum vel natram gestat, quam antea tinea laborans gestauit, eodem morbo facillè corripitur. Multo verò magis contagiosa est Lepra Arabum. Neque enim solum per contactum, sed ad distans etiam inficere potest. De quo Paulus Aegineta, *lib. 4. c. 22.* Quoniam in contagiosis hæc est passio, non minus, quàm pestis, habitandum iis est quàm longissimè ab urbibus, insidijs & parum habitatis locis. De mortis etiam ab animali rabido saluâ suâ animo inficere posse, suo loco dictum.

Verùm cum de morbis hisce omnibus hætenus in superioribus libris præct. ut & lib. de febr. actû sit, vnicus saltem adhuc morbus contagiosus, nondum explicatus restat: nimirum lues Venerea; Quam hoc loco explicandam suscipimus.

Dysenteria.

Scorbutus.


Scabies.

Tinea.

Leprosia Arabum.

Rabies animalium.

Lues Venerea.



P A R S Q V A R T A.

De Lue Venerea.

C A P V T I.

De Nomine & Origine Luis Venerea.

Luis Venereæ nomina.



INTER morbos contagiosos, post pestilentiam & lepram Arabum, facillè primas obtinet Lues Venerea. Variis autem nominibus, is morbus appellatur. Frequentissimum nomen est morbi Gallici, quod inde contraxit, quod inter Gallos primùm in Europa innotuit. Cum enim anno Christi 1493. & 1494. Carolus VIII. Galliarum Rex cum Alphonso Rege ad Neapolim bellum gereret, morbus hic primùm in Galliarum castris scire cepit & innotuit, & propterea ab Italis Gallicus primo nominatus fuit. Nam quod Antonius Beniuinus, *de abdus morb. causis. cap. 12.* anno Christi 1496. id accidisse refert, id procul dubio ita accipiendum est, quod iam non amplius hic morbus tum se contineret Italiâ, sed, ut ipse loquitur, ferme totam Europam perreperit, & per cæteras eius prouincias latè se diffundere cepit. Omnes enim auctores alii in eo conseruiunt, primùm ad Neapolim in Gallorum castris dicto tempore

hunc morbum innotuisse, & inde Gallicum appellatum fuisse. Galli verò, ut dedecus hoc à se amolirentur, & iniuriam in Italos retorquerent, Italicum & Neapolitanum morbum appellauerunt, quod in Italia ad Neapolim primò innotuerit. Alii, quia ab Hispanicis in Gallorum castra inuectus sit, Hispanicum nominant. Alii etiam Indicum appellant. Rerum enim Indicarum scriptores referunt, in ea America parte, quæ longitudine in Septentrionem desinit, & quam Floridam appellant, morbum hunc multis reerò seculis epidemium fuisse, & plurimos reperire adque euidente causâ siue contagione, ac si quis saltem cum muliere, cum mentes fluunt, concubuerit, populariter inuadere ac corrumpere, scribunt. Fracastorius etiam Syphilidem appellat; nonnulli Syphilidiam; nonnulli Variolam magnam, quod instar variolarum passim pustula & tubercula erumpant. Plerique hodie sine vllius nationis iniuriâ & infamiâ luem Veneream nominant, quod ex Venere & concubitu cum impari per contagium imprimis contrahatur.

Solent autem hic Auctores disquirere, an morbus iste nouus circa 1494. ad Neapolim exortus, an verò antiquis etiam cognitus fuerit. Franciscus Vallesius, *1. epid. c. 11. 1.* & Hieron. Reutne-

Morbus Gallicus.

Italicus.

Neapolitanus.

Hispanicus.

Indicus.

Variola magna.

Lues Venerea.

An sit nouus.

Morbus.

Morbus.

Morbus.

Morbus.

Morbus.

Morbus.

Morbus.

Morbus.

Morbus.

rus, de Scorbuto, exerc. 1. & alij quidam Recentiores hanc antiqum non fuisse ignotam existimant, eamque Hippocratem, 3. epid. sect. 3. (verba sunt Reufneri) non penicillo adumbrasse, sed viuis coloribus depinxisse putant: cum varia ibi recensent symptomata, quæ in lue Venerea conspiciuntur; qualia sunt abscessus ac suppurationes carniū; neruorum, & ossium denudationes, atque elapsus magni, fluxio collecta non puri similis, sed deterior pure, glabrities capitis & menti sine febrī, sacer ignis cum minimis vlculculis & inflammatione, prauī & putridi fluxus, membrorum dotor, circa fauces tubercula, linguæ inflammationes, abscessus circa dentes, voces vitiatæ, impeditæ & inuolutæ, tabes incipiens, ardentē febris, & quod omnium grauissimum, circa pubem & pudenda vlcera.

Verum ne somniauit quidem Hippocrates eō loci de lue Venerea, sed pestilentiam longē grauissimam describit, Galeni & omnium Interpretum iudicio, & ipsa hystoria euidentiā teste. Nam morbus ille vt plurimum cum febre inuasit, quod non accidit in lue Venerea; & fuit epidemius, cum lues Venerea saltem per contagium, & nullo alio modo fuerit disseminata: longē etiam alia ratio morbi illius, quam luis Venereæ curandæ fuerit.

Annotauit etiam Dodoneus, in allegatum locum Beneuentis, ab immundis & sordidis mulieribus iam olim nonnullos vitia quædam contraxisse, testari Guillelmum Salicetum, Gordonium, & Vallescum de Taranta, quorum hic vixit anno 1418. Salicetus verò claruit anno 1270. Gordonius medio tempore. Imò sacræ literæ testantur, eum, qui scortis adhæret, vermes & tineas pro mercede reportare. Verum non puto, quod illi morbi idem cum lue Venerea hodierna fuerint, quæ dicto tempore in Italia, in castris Gallorum, primò innotuit. Ideo etiam Paracelsus, lib. de tumorib. & vlcer. morb. Gall. cap. 3. anno 1478. & lib. I. de causa luis Gall. cap. 3. anno 1480. accidisse hoc scribit: tamen ab omnium aliorum relationibus discrepat; cum in eo omnes conueniant, hunc morbum ante annum Christi 1493. Europæ notum non fuisse, etsi in India occidentali iamdiu antè endemius fuerit; atque ab Hispanis ex India in Italiam illatus sit. Cum enim Christoph. Columbus anno 1492. mense Septembri primam nauigationem in Indiam Occidentalem suscepisset, atque bienniam ferè in eo itinere consumpsisset, rediit in Hispaniam anno 1494. cuius milites cum morbo illo in India infecti essent, & postea in Italica expeditione stipendia facerent, morbum hunc disseminarunt. Nam, vt de hac re Gabriel Fallopius, de morb. Gall. cap. 1. scribit, (qui patrem suum in eo bello fuisse refert) cum ob annonæ caritatem Hispani multitudinem inutilem propellerent, Galliscorū, eorum pulcritudine allecti, clam exceperunt, & ita eorum contagio infecti, hunc morbum contraxerunt, qui postea primū per eorum castra, & hinc per Europam disseminatus est.

In aliis tamen regionibus frequentius grassatus est, & adhuc grassatur; in aliis rariū, cuius rei causam, cum odiosum sit inquirere, supersedemus. Hoc tamen certum esse puto, pauciores hoc morbo laborare in Germania, quam in aliis quibusdam regionibus Narrat Gabriel Fallopius, de morb. Gall. cap. 76. Iacob. Carpum, qui primus fere curationem perunctionem q̄i usurpauit, vix sola hac curatione ita diuitem factum fuisse, vt

A 40000. scutorum anteorum; præter argentum, reliquerit. Refertque Cappiuaccius, in tract. de lue Venereæ c. 12. in fin. se è solius Gallicæ luis curatione vltra 18000. coronatorum lucratum esse. Et L. Septal. l. 7. animad. n. 186. scribit; Mediolani in Hospitali Brolij sæpenumero vete solo septingentos, reliquo verò tempore semper ducentos curari. Ego verò ingenuè fateor, me hisce 34. annis, quibus hic V vitebergæ, nec benedictione diuinâ, sine lucro, medicinam facio, non tot Coronatos, quot Cappiuaccius eorum millia, lucratum esse ex huius morbi curatione, ob eorum, qui hoc morbo laborant, hoc loco raritatem.

B Alij tamen etiam de origine dissentiant, & non solum contagione ab Hispanis disseminatum hunc morbum esse putant, sed epidemiorum morborum modo ex aëris vitio contractum existimant; cum multi passim in diuersis regionibus sine vilo contagio hoc morbo laborare ceperint, de quo postea.

CAPVT II.

Hystoria luis Venereæ.



Erūm de origine huius morbi postea ubi de causis agetur, plura dicentur. Iam eius natura inquirenda. Quod vt felicius fiat, & vt pateat, de quo discipretur, primò eius descriptionem & hystoriam, è fide dignis, qui tum vixerunt, autoribus, imprimis Hieron. Fracastorio, & Anton. Beniuenio proponere libet. Cum morbus hic primū innotesceret, suboriebantur pustulæ diuersi generis in membris genitalibus, interdum etiam in capite, in capillosa eius parte potissimum, interdum & in fronte, collo, thorace, mammillis, brachijs, cæterisque partibus, & inde per totum corpus diffundebantur, alijs quidem planæ, minimeque extantes, sed scabræ in superficie, & colore subrubido, à quibus squamæ resoluiebantur, & caro sub ipsis callosa apparebat: alijs varis similes, figurâ rotundâ, quæ augebantur ad magnitudinem calicis glandis, cuius etiam figuram referebant, & ab his quidem squamis leuioribus solutis prominebat caro rubicundior, in qua ichor virulentus, & grauis odoris effluebat, Nonnulli verò latioribus corripiebantur pustulis, sed quæ supra cutem non intumescerent, crassiores squamas habentibus, è quibus etiam sanies virulenta copiosior emanabat, & remotis squamis caro apparebat obscurio & subliuens. Quibusdam subalbidis squamis amotis cicatrici simile quid remanebat, à qua interdum profluens sanguis difficultatem curationis ostenderet, & similitudinem sicca scabiei representaret, cæteris omnibus deterior morbus. Licet enim minus eroderet, serpendo tamen cæteris omnibus deterior in loca variâ diffundebatur. Præter externas pustulas & aliæ in interioribus locis, vt ore, faucibus, naribus, membrisque obscænis oriebantur, quæ in vlcera maligna & serpentina abierunt, quæ subiectas partes eroderent, & aliis nasum, aliis labia depascerent, aliis columellam absumerent, palatumque perforarent, vnde vox rauca reddebatur. Nec ossibus parcebat malum, sed iis cariem inducebat, vnde quibusdam cranium, aliis alia ossa foraminulenta reddebantur. Neque solum in externis, & visu obuiis partibus pustulæ illæ & morbi indicia apparebant, sed & obseruatum, in quibusdam pustu-

las ac fæda vlcera ipsa etiam viscera occupasse, Quibus circa superiora vigeat malum, iis destillationes prauæ contingebant, quæ modò palatum, modo fauces & tonsillas erodebant, quibusdam nares, quibusdam oculos. Præterea maxima ex parte gummositates quædam per membra concresecbant, magnâ deformitate. Nam sæpe oni, sæpe panis magnitudine prominebant, quibus apertis mucus saltem albus mucilagineus apparebat. Tenax is callus maximè in brachiis & cruribus accidebat, quibusdam exulcerabatur, interdum integer vsque ad mortem perseuerabat. Accedebant præterea dolores atroces cum maximo cruciatu, qui circa noctem exasperabantur. Dolores autem illi circa excarnem ossium sedem in tibiis, homoplata, circa clauiculas, in scapulis, in capite circa frontem & tempora, nonnunquam etiam in sterno sese exerebant; non tamen in ipsis iuncturis, sed circa musculos & neruos. In qua re tamen magna erat varietas. Quibusdam enim sine pustulis dolores, quibusdam sine dolore pustulæ, accidebant, maior pars vrisque affligebatur: & quidem dolores isti nunc pustulas præcedebant, nunc sequebantur, nunc cum iis oriebantur. Interim languebant membra omnia, macies corpus detinebar, cibi desiderium deiciebatur, aderant vigilæ, mæror & iracundia assidua, ac amor decubitus. Quandoque & febricula comitabatur, sed rarò. Sanguis, si vena aperiretur, erat mucosus & corruptus, vrina crassior, pinguis, & sine febre etiam subrubens, alius ægrè reddebatur, & fæces erant mucosæ ac siccæ. Pilorum etiam casus in hac lue frequens est, potissimum in capite, circa tempora & occiput: item superciliarum, ac in viris barbæ. Non rarò quoque bubones in inguinibus erumpunt, ob id Venerei & Gallici dicti, qui nunc rursus euanescent, nunc indurantur, nunc suppurantur. Condylomata etiam in pudendis mulierum, ac in viris in ano exoriuntur; scissuræ & fissuræ præterea in manibus & pedibus interdum accidunt, & cutis crassa in vola manuum à subiecta cute abscedit. Vngues quoque interdum decidunt. Accidit tandem quandoque, vt virulenta materia in maribus per penem, in fæminis per pudenda effluat, qui virulentæ materiæ effluxus vulgò Gonorrhœa Gallica, siue virulenta appellatur, etsi reuera semen non sit: à quo fluxu penis meatus interior exulceratur, & carunculæ quædam in meatu vrinario exoriuntur, vnde mictio ardens, & vrinæ stillicidium cum dolore excitatur. Arque hæc sub primum exortum huius morbi eius facies fuit, quæ, vt Hieron. Fracastorius refert, post illa tempora mutata videtur. Post primam enim eius originem, elapsis annis viginti fere, cæpere pauciores videri pustulæ, gummositates verò plures. Factæ etiam fuere pustulæ sicciore ac dolores acerbiores. Annis sex elapsis iterum mutatio facta est; quippe cum iam valde pauca pustulæ viderentur, & dolores ferè nulli, aut multò mitiores, gummositates verò multæ, & quod mirum in omnibus visum est, pilorum casus homines ferè ridiculos fecit, aliis sine barba, aliis sine superciliis, aliis glabro capite in conspectum venientibus. E qua mutatione Fracastorius bene sperabat, exitimabatque, senium iam huius morbi incepisse, nec longè post futurum, vt ne per contagium se propagaret, quoniam materia indies fiebat crassior, in qua seminaria tum pauciora, tum debiliora gignuntur. Verùm spes hæc eum valde fefellit, &

A morbus hic etiam hisce temporibus durat, imò, vt nonnulli existimant, penè grauior, quàm olim fuit.

CAPVT III.

De Natura luis Venereæ.



VM ergo tanta morborum & Symptomatum farrago in hoc affectu appareat, meritò, quæ eius natura sit, diligenter inuestigandum. De qua variæ variorum auctorum sunt sententiæ, & vt hac de re Epiphanius Ferdinandus, in *hist. med. hist.* 17. scribit, auctores, qui de morbo hoc scripserunt, etsi ad numerum octogenarium accedant, (forsan etiam eum excedant) omnes penè de huius morbi essentia discordes sunt, & vnusquisque pro suo arbitrio eum definit. Cùm enim antiquis hic morbus ignotus fuerit, neque ab iis descriptus, neque, vt aliàs fieri solet, antiquorum sententiæ, quibus insistant, habeant, Recentiores, quisque sua libertate vsus, suam sententiam proposuere. Equidem de hoc dubium esse non puto, affectionem hanc esse contagiosam, malignam, & venenatam. Neque probatione operosa indigere viderur, & ex eo id satis pater, quòd in exigua mole materiæ, per quam contagione hæc lues contrahitur, tanta agendi vis & potentia est, qualem nulla qualitas prima, aut illarum temperamentum, è qualitatibus primis conflatum, habere potest. Et tanta omnino in hac lue morborum ac symptomatum varietas est, vt ad nullam manifestam causam reduci possit. Itaque, vt in pestilentibus constitutionibus, qualis fuit illa Actica apud Thucydidem, & illa, quam Hippocrates, 3. *epid.* descripsit, tanta fuit malorum multitudo, vt ad occultas qualitates & venenatam causam confugiendum fuerit: ita etiam cùm tanta morborum ac symptomatum colluies in lue Venerea appareat, vt omnium origo in nullam manifestam qualitatem referri possit, etiam hinc ad malignam & occultam qualitatem confugimus.

Lues Venerea est ab occulta qualitate.

Etsi verò hæc ita sese habeant, de hoc tamen auctores adhuc dissentiant, an illa malignitas solum in causa consistat; an verò etiam malignus morbus adsit aliquis. Capiuaccius, de *morb. Gall.* cap. 1. affectum hunc non morbum, sed causam esse purat, dum definit luem Veneream, quod sit excrementum p. n. toto genere, potens multifariam lædere hominem, genitum ex humana substantia à simili.

Quid sit.

Capiuaccii sententia.

Ita etiam Hercules Saxonia, de *lue Venerea*, c. 1. scribit, quòd lues Venerea sit causa, non morbus, non symptoma; ideo, quia extra humanum corpus in luteis, vel aliis id genus vestimentis, in sudore præterea, semine & sanguine iam à corpore secerero potest existere; in corpore verò humano etiam partes non viuentes, morbisque non subiectas, humores nimirum & spiritus insicit & obfider.

Herculis Saxoniz.

Aurelius Minadous, de *virulentia Venereæ*, nec Aurelij morbum, nec causam, nec symptoma esse statuit. Morbum quidem ea de causa, cap. 17. quoniam neque sit intemperies, nec mala compositio, nec soluta vnitas. Causam verò morbi esse negat, cap. 9. quandoquidem causa præter naturam propriè est illa, inrer quam & actionem læsam cadit medium, morbus nimirum, cùm mor-

Micaeodoi.

bus sit id, quod proximè lædit actionem, causa autem hæc lædat morbi interuentu. Inter virulentiam verò Veneream, & actionem læsam nullum cadere medium, sed ipsam per se suisque viribus primum & immediatè operationes vitare & lædere putat. Quod autem virulentia Venerea per se, & primò offendet operationes, hoc apud Medicos in confesso est, & propterea præsupponendum esse opinatur, & nisi virulentia hæc per se, & primò operationes læderet, non tot Medicos in perquirenda eius natura laborasse, putat. Symptoma non esse, probat *cap. 18.* quia non sit actio læsa, neque qualitas mutata, neque exiens mutatum. Actionem læsam non esse, eo probat, quia ipsa virulentia Venerea sit id, quod lædit actiones. Neque etiam qualitatem mutatam, quoniam qualitates mutatae sequuntur actiones læsas. Et præterea tot morbi in hac virulentia conspiciuntur, qui non sunt symptomata.

Ipsè verò Aurelius Minadous, cum omnes aliorum sententias & definitiones reiecisset, tandem se ad perfectam definitionem constituendam, malique huius naturam explicandam accingit. Primò autem, *cap. 16.* hoc fundamentum suæ opinionis præsupponit, nimirum morbum Gallicum non debere defini per qualitatem, sed potius nomine corporis, ideo, quia transeat de vno corpore in aliud, id quod proprium est corporum, non qualitatum, & quia alia corpora tangit.

Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res. Vt Lucretius canit. Deinde si esset qualitas, esset vel manifesta, vel occulta. Non aliqua ex manifestis, quod pluribus & rectè probat. Quod verò non sit occulta qualitas, nullum speciale argumentum affert, sed illud generale repetit, quia nimirum de loco in locum mouetur, & alia corpora tangit.

Hoc præsupposito postea, *cap. 30.* virulentiam Veneream quid corporeum internum, & quidem spiritum seu vaporem esse statuit, idque ideo, quia brevissimo temporis spatio defertur, communicatur & participatur. Talem tamen vaporem esse statuit, qui occulta qualitate & virtute à tota eius substantia, seu toto suæ naturæ modo præditus sit, propter quam qualitatem non solum quoscunque humores corporis, sed etiam omnes eius corporis partes inficere, corrumpere, & ad sui similitudinem conuertere potest. Quod autem in spirituosâ substantia consistat hæc lues, porro probat, quia nonnulli inficiuntur non solum congressu Venereo, sed etiam osculo, vel indumentorum vlu. Deinde quia nonnulli non aliam ex hac labe sentire noxam, quam solum capillorum defluuium, quod scilicet acerbis vaporibus capillorum radices etosa sint. Tertio, quia nonnulli solo exercitio vehementi hæc virulentiam dissipant. Vaporem tamen illam seu spiritum, excrementum propriè esse negat, *cap. 20.* cum excrementum illud propriè sit, quod redundat ex nutritione, & quod ab alio excernitur. Etsi ibidem concedat, excrementum, communiter vocatum dici, quicquid in corpore superfluum est, seu spiritus, seu humor, seu corpus aliud solidum, siue sit vtile, siue inutile. siue secundum naturam, siue præter naturam. Vaporem hunc porro vagum, tenuem & viscidum esse statuit, *c. 21.* Atque eleuari à substantia spirituosâ, humorosâ, solida. Vaporem autè hunc tota substantia contrarium, & præter naturam esse probat, *c. 22.* pluribus de quo postea dicitur. Tandemque, *cap. 27.* definit virulentiam Veneream, quod sit vapor à tota substantia ad-

Auersus facultati naturali, sensum agent. Et ut clarius suam mentem explicet, nec lectorem dubium relinquat, ad quod rerum præter naturam genus referri hæc virulentia debeat, cum antea nec morbum, nec causam, nec symptoma esse, interim actiones primò lædere, dixerit: tandem, *cap. 28.* statuit, esse errorem externum, idque hoc Syllogismo probare conatur: Quicquid primò lædit operationem, & non est de constitutione corporis, est error externus. Atqui virulentia Venerea primò lædit operationem, & non est de constitutione corporis. Ergo est error externus.

Nonnulli, vt breuiter se absoluant, & cum omnibus sentiant, dicunt, luem hæc esse congeriem omnium malorum morborum ac symptomatum.

Ex difficili hac controuersia vt nos expediamus, primò eos rectè sentire, iam antea probatum, & pluribus postea probabitur, qui qualitatem occultam & vim à tota substantia, vt vulgò loquuntur, pendente hæc admittunt. Neque enim aliter statuere possunt, cum extra dubium sit, esse luem contagiosam, & malignam. Qualis dum est, duo præstat, nimirum & corpus, à quo recipitur, alterat, & ad sui similitudinem immutat. Et quidem non alterat qualitibus primis, vt mox dicitur, cum non expugnetur qualitibus primis; nec immutatio est semper cum putredine, cum putredo non nisi longo tempore indicatur, hæc mutatio verò in momento quasi fiat; neque exultio, vt Ioh. Baptista Montanus & alij quidam statuunt, cum intemperies calida & sicca non semper adsit, neque frigidis & humectantibus curetur; sæpe etiam sordida putredo adsit, in qua nulla est exustio.

Quod autem saltem in materia illa extra partes viuentes constituta hæc malignitatem esse, morbum verò similem nullum adesse statuunt, in eo valde errant. Equidem libenter concedimus, quod *uisque* illud contagiosum à corpore lue Venereæ infecto emissum, etiam in vestibus hære possit, nec hoc negamus, quod humores in corpore nostro eodem inquinari possint: interim tamen haud sequitur, quod partes viuentes immunes & sanæ mancant. Vt enim in febre putrida, etsi à calore febrili humores & spiritus primum incallescunt, postea tamen partes viuentes eadem intempere corripuntur: ita etsi humores in lue Venereæ ab occulta illa malignitate primò inficiantur: tamen causa nulla est, cur idem vitium partibus viuentibus communicari non possit.

Quamquam autem nonnulli agnoscunt, causam istam otiosam esse non posse: tamen cum vltra qualitates manifestas & primas non sapiant, etiam virulentia Venereæ effectus ad causas manifestas reducere conantur. Ioh. Baptista Montanus, vt modò dictum, essentiam huius mali in calida & sicca intemperie consistere existimat. Verùm curatio aliud docet; cum calidis & siccis medicamentis, vt decocto ligni Guajaci, ac similibus curetur. Deinde quod putredo magna adsit in humoribus, quæ non prouenit à calida & sicca intemperie.

Nicolaus Massa, *de morb. Gall.* *cap. 5.* dicit, esse hepatis frigiditatem, ad aliquam siccitatem declinantem cum qualitate occulta. Verùm de qualitate quidem occulta rectè scribit: non autem esse intemperiem frigidam, effectus docet, vt vlcera, caries ossium, & similia. Et quamcunque aliam

Lues Venerea pendet ab occulta qualitate.

Est morbus.

Non calidus & siccus.

Non frigidus & siccus.

intemperiem afferant: tamen nec morbis ac symptomatibus, quæ in hac lue apparent, nec curationi consentaneam proferunt.

Sed occultus.

Itaque cum ad nullam manifestam qualitatem actio virulentia Venereæ referri possit, merito ab ea qualitatem occultam induci dicimus. Primum enim omnis causa efficiens à ratione efficiendi causa dicitur, & proinde hæc maligna qualitas non solum humores, sed etiam partes viuentes ad sui similitudinem alterat, & immutat. Deinde, licet causa morbifica sit ablata, & morbus hic iam expugnatus videatur: tamen nisi maligna illa *diædænis* expugnetur, homo perfectam sanitatem non recuperat. Observatum enim, luem Veneream interdum post trigésimum annum recruduisse; quod procul dubio accidit, non quod humores vitiosi tandiu in corpore delituerint; (hi enim citius suis signis se prodissent) sed quod *diædænis* illa maligna corpori impressa actum suum, quæ postea sensim vitiosos humores produxit, & inquinavit, atque ita in actum erupit. Et Trincavellius, *lib. 11. de curand. rat. particul. affect. cap. 11. refert*, scæminam quandam edidisse fœtum Gallico morbo laborantem, crustosisque vlceribus undique scatentem, cum ipsa nunquam signum aliquod contractæ illius luis habuerit, sed semper omnino integra fuerit. Et contra accidere potest, ut quis vlcus aliquod Gallicum habeat, quod tamen, ubi malignitas illa expugnata est, Gallicum amplius non rectè dicitur, sed vulgaribus etiam medicamentis, ut alia vlcera, curatur.

Quæ omnia cum ita sese habeant, luem Veneream non solum in humoribus, sed etiam in partibus viuentibus existere, eamque non saltem in mutatione qualitatum primarum consistere, sed etiam qualitatem occultam malignam partibus imprimi, atque ita luem Veneream ad morbos, & quidem occultarum qualitatum referendam censemus. Quos morbos à Fernelio totius substantiæ dictos, non tamen undiquaque rectè explicatos, ut supra diximus, si agnouissent Capiuaccius & Saxonia, non ille luem hanc per excrementum, hic verò per causam definiuissent. Iidem etiam si cogniti fuissent Aurelio Minadoo, non defendere conatus esset, luem hanc non esse morbum, sed errorem externum. Nam quòd probare conatur, luem Veneream non esse morbum partium similarium, ideo, quòd non sit intemperies, neque mala compositio, neque soluta unitas in eo probando frustra fatigatur. Hæc enim omnia libenter concedimus. Hoc verò probare debet, quòd nullum aliud detur morbi genus in partibus similaribus, præter intemperiem qualitatum primarum. Dari verò tales morbos, quos Fernelius totius Substantiæ, nos rectius occultarum qualitatum nominamus, supra, *part. 1. satis* probatum est, atque hic ipse morbus, ut & alij venenati omnes docent, quòd ad nullum aliud genus quam ad qualitates malignas referri possit; sequiturque hoc ex ipsius Minadoi hypothese, & confessione, quam *cap. 20. habet*, ubi scribit; virulentiam Veneream vim habere, non solum omnes humores, sed & omnes corporis partes insufficienti, corrupendi, & ad sui similitudinem conuertendi. Idem Minadoo, si hos morbos agnouisset, non ita laborasset, ad quod teram præter naturam genus virulentia Venereæ referri debeat. Primum enim non opus fuerat, vitiosos illos humores, qui in corporibus lue Venereæ laborantibus reperiuntur, ac vim habeat ipsos humores ac partes corporis alterandi & mutandi, à causa-

Sententia-
uz Au-
relij
Minadoi
exa-
men.

rum numero excludere. Nam quòd ait, causam id proprie esse, inter quam & actionem læsam morbus intercedit, id de causa proxima verum est. Causæ verò antecedentes etiam nocere possunt, ut obiecti vitiosi, & erroris externi rationem habent. Et in hoc ipso morbo dum humores virulenti partibus malignam qualitatem imprimunt, inter ipsos & actionem læsam illa maligna *diædænis*, & occulta qualitas intercedit. Ideoque quòd humorem illum, seu vaporem venenatum in lue Venereæ immediatè actionem lædere putat, falsum; nisi humor is erroris externi rationem habeat. Omnes enim actiones læsæ accidunt in lue Venereæ, dum inter eas & humorem seu vaporem malignum morbus medius intercedit, occultarum nimirum qualitatum.

Quòd verò negat, virulentiam Veneream esse qualitatem, & corpus eam esse statuit, primò confundit causam & morbum; deinde non distinguit inter qualitatem & subiectum eius. Dum enim dicimus luem Veneream, intelligimus vel ipsum morbum, vel eius causam. Si morbum, est ille qualitas, ut omnes morbi, nimirum dispositio p. n. partium; & quidem occulta ac maligna qualitas. Si verò sumitur pro causa lues Venereæ, seu, quæ extra communicata hanc morbum inducit, seu, quæ est in corpore, quæ varios morbos ac symptomata excitat, & alios inficere potest, concedimus, causam istam corpus dici posse. Verum obseruandum, humores istos, seu vapores non dici causas, quatenus corpora, sed quatenus qualitatem occultam & malignam obtinent, quòd ipse Minadoo diffiteri non potest, dum, *cap. 20. scribit*, vaporem illum, seu spiritum, quem virulentiam Veneream appellat, præditum esse occulta qualitate & virtute, à tota illius substantia pendente, per quam non solum quoscunque humores corporis, sed & omnes eius partes inficere, corrumpere, & ad sui similitudinem conuertere potest. Quæ enim quæso, est ista similitudo, ad quam virulentia venerea non solum humores, sed & partes corporis conuertit, nisi sit occulta qualitas, quæ vapor ille præditus est?

Lues
Venerea
non est
corpus.

Quòd denique, *cap. 38. virulentiam Veneream ad errorem externum refert*, ideo, quòd primò lædat operationem, & non sit de constitutione corporis; antea verò negauit, nec morbum esse, nec causam morbi, nec symptoma: frustra res p. n. multiplicat. Non enim dantur plures res p. n. quam morbus, causa, & symptoma. Et omnino virulentia Venerea, ut ille eam describit, ad causas pertinet duplici modo. Vel enim inducit similem in corporis partes dispositionem, vel alios morbos excitat, dum partes erodit & exulcerat. Quòd verò luem Veneream pro causa acceptam dicit esse vaporem, seu spiritum, id rectè accipiendum. Equidem nullo modo negari potest, quòd humor etiam sit, cum nimirum in concubitu corpori afficitur, vestibisque inhæreat. Talis tamen eius natura est, ut & aliorum contagiosorum humorum, ut, hæc in vapores & minima corpuscula resoluantur, quodlibet tamen illorum totam eius essentiam contineat, aliosque afficiendi vim habeat. Potestque hæc res declarari per moschum, castoreum, & similia. Ea enim, etsi sunt corpora, & quidem humorosa: talia tamen sunt ut, licet in minima corpuscula resoluantur, nihilominus integras vires retineant. Eodem modo sese res habet in lue Venereæ & aliis morbis contagiosis, in quibus etsi humor malignus & contagiosus in minima corpuscula resoluitur:

An sit
vapor
vel spi-
ritus.

quodlibet tamen illorum eandem essentiam & virtutem ac vim alios inficiendi obtinet. Quod verò humorem illum, & vaporem non caussam, sed errorem externum appellandum esse censet, in eo etiam fallitur. Error enim externus ad causas pertinet, vnde symptomata ob errorem externum orta dicuntur symptomata caussæ. Vbi & hoc notandum, Medicos non tantùm caussam proximam nomine caussæ dignari, sed & antecedentes, quæ nondum morbum efficiunt. Itaque eb hamores vitiosos sit. praua nutritio, et si illi nondum intemperiem & vitiosam dispositionem partibus impresserint. Quod verò virulentiam Veneream, etiam consideratam vt vaporem, caussam esse negat, ideo, quod non mediante morbo, sed proximè & inmediate actiones lædat, id quod nondum concessum est, præsupponit, & ita principium petit. Lædit enim hic spiritus seu vapor ipsam partis similis constitutionem, eique malignam qualitatem imprimit. Id quod ipse negare non potest, dum, *cap. 23.* statuit, à lue Venerea quidem multas actiones lædi, sed non omnes omnibus: læsionem verò functionis naturalis omnibus esse communem, & nullum dari, qui lue Venerea detinetur, qui non labore aliquo vitio in actionibus naturalibus, atque hinc provenire omnem illam colluuiem excrementorum, atque inde orta gummata, tumores, pustulas, dolores, gonorrhœam, vlcera, cariem, & eiusmodi alia mala: & quidem virulentiam Veneream peculiarem inimicitiam & dissidium habere cum facultate naturali, ipsique aduersam esse à toto suo genere, id est, à sua forma, à facultate specifica, à tota substantia, ab occulta proprietate. Inimicitiam autem aduersus facultatem naturalem porò describit, quod sit à natura sua destructrix spiritus naturalis; quod virulentia Venerea habeat qualitates indicibiles, impediens generationem spirituum naturalium; easque non manifestas, sed occultas. Cùm autem ad actionem naturalem requiratur anima, temperatura, & calor innatus, seu spiritus insitus, & calor influens, rectè porò concludit, non lædi animam, vt pote quæ nullo modo patitur, nec temperiem manifestam, vt hætenus probatum, sed imprimis spiritum insitum, seu calidum innatum. Quæ omnia cùm ita rectè dicantur, & virulentia Venerea sit inimica spiritui insito, & quidem non manifestis qualitatibus, sed à sua forma, à facultate specifica, ab occulta proprietate, quæ non solum humores, sed & partes ipsas viuentes, & in iis calidum insitum ad sui similitudinem permutare conatur; certè qualitas similis maligna partibus inducitur. Quæ vitiosa & maligna qualitas quid, quæso, aliud est, quàm morbus occultus & malignus?

Lues Venerea est morbus occultus & venenatus.

Quæ omnia cum ita sese habeant, rectè concludimus, luem Veneream esse morbum occultum & venenatum. Etenim & à caussis eiusdem generis inducitur, tales effectus inmediate edit, qui ad nullam manifestam intemperiem, sed saltem occultam qualitatem referri possunt: neque etiam curatur medicamentis manifestis qualitatibus agentibus, & intemperies notas corrigentibus, sed propriis & specificis, id quod omnes Medici & hodie, & imprimis, qui sub exortum huius morbi vixerunt, testati, & cum suo & agrorum damno experti sunt. Cùm enim vulgarem curandi rationem sequerentur, atque nihil in curando hoc morbo præstarent, despectui multis esse cæperunt, donec Hispani Medici ex Indiis allata medicamenta monstrarent, & audaces Chirugi

A ad hydrargyrum accederent.

Verùm vt hæc omnia clariora fiant, quodnam subiectum huius morbi sit, inquirendum, de quo Medici dissentiant. Nonnulli pudenda primariò affici existimant. Per has enim partes plerumque ex impuro concubitu hoc malum concipitur, & morbi huius vestigia, nisi perfectè curetur, imprimis circa pudenda apparent; glans faciliè in Venere excoariatur, caro callosa sæpe longo tempore perdurat, accedit gonorrhœa, bubones in inguinibus erumpunt. Verùm et si negari non possit, à pudendis sæpe huius mali originem esse, & præcipuè sese eò loci prodere: tamen non semper id accidit, sed per oscula etiam, sudores, amplexus, vestes idem morbus contrahi potest; imò etiam infantes per lac, quod à nutrice sugunt, infici possunt. Et qui hoc modo inficiuntur, iis in pudendis morbus non apparet.

Nonnulli, vt Leonicens, cutem subiectum huius mali esse, vt in scabie, lichene, & similibus affectibus, statuunt. Verùm non semper sola cutis afficitur, sed & aliæ partes, pudenda, fauces, ossa, quæ cariola fiunt, imò interdum etiam partes internæ.

Hercules Saxonia, *de lue Venere. cap. 3.* triplex subiectum statuit, aliud in principio, aliud in medio, aliud in affectu confirmato. In principio statuit affici spiritum naturalem, seu partem massæ sanguineæ vaporosam. Deinde ichores & humores excrementitios; tandem alimentarios: in progressu autem morbi humores adustos; ex partibus ventriculum & hepar, atque inde chylicationem & sanguificationem lædi: in antiquo autem malo subiectum esse humores pituitosos; ex partibus autem laborare similes, ossa, neruos, & membranosa corpora. Verùm libenter concedimus, provt malum vel recens, vel antiquum est, ita etiam nunc plures, nunc pauciores partes occupari & corrumpi: sicut nec hoc imus inficias, humores excrementitios faciliùs corrumpi, quàm alimentarios; cùm natura vitales humores semper magis tueatur, quàm excrementitios, in quos, sine discrimine, ferè faciliè hæc lues sese diffundit.

Verùm enim verò non quæstio hæc est, quid à virulentia ista infici possit, sed hoc quæritur; Quid morbi huius, quem adesse demonstrauimus, subiectum sit? Vt enim in febribus putridis etiam spiritus & humores incalescunt, nec tamen febris subiectum sunt: ita quoque, et si humoribus etiam à virulentia Venerea qualitas maligna imprimatur: tamen ij subiectum morbi non sunt, sed solum partes viuentes, ex quibus quænam subiectum huius morbi sit, quæritur. Quod dum nunc hepar & venter, nunc partes similes morbi huius subiectum esse statuit, in eo sibi non constat. Siue enim recens, siue antiquus morbus sit, subiectum idem est.

Fuerunt quoque nonnulli alij, qui partes spermaticas dictas, neruosas ac membranosas huius morbi subiectum esse statuerunt. Verùm non solum membranosa & neruosa partes, sed & carnosæ in hoc morbo afficiuntur.

Alij hepar primarium huius morbi subiectum esse statuunt. Et hæc sententia maximè veritati consentanea est. Verùm cùm & aliæ plures partes afficiantur, commodè explicanda est, vt mox dicetur.

Aurelius Minadous, *de virul. Venere. cap. 34.* primò hoc præsupponit, nullum membrum esse peculiare in corpore nostro, quod perpetuò in virulentia Venerea sit affectum; quod iuo modo ve-

Subiectum huius morbi sit, inquirendum, de quo Medici dissentiant. Nonnulli pudenda primariò affici existimant. Per has enim partes plerumque ex impuro concubitu hoc malum concipitur, & morbi huius vestigia, nisi perfectè curetur, imprimis circa pudenda apparent; glans faciliè in Venere excoariatur, caro callosa sæpe longo tempore perdurat, accedit gonorrhœa, bubones in inguinibus erumpunt. Verùm et si negari non possit, à pudendis sæpe huius mali originem esse, & præcipuè sese eò loci prodere: tamen non semper id accidit, sed per oscula etiam, sudores, amplexus, vestes idem morbus contrahi potest; imò etiam infantes per lac, quod à nutrice sugunt, infici possunt. Et qui hoc modo inficiuntur, iis in pudendis morbus non apparet.

Non cuius.

Non partes spermaticas.

Au hepar.

An omnes partes.

rum est, dum nunc hæc, nunc illa pars afficitur. Deinde statuit, hanc virulentiam aduersari primò actionibus naturalibus, vel potiùs earundem facultatibus: quæ naturalis potentia cum sit in omnibus membris, etiam virulentiam Veneream non vni in specie parti esse aduersam, sed omnibus, quibus illa inest. Addit & hoc tertium, quòd illa virtus naturalis, partibus naturalibus insita, opera sua exsequatur sine influxu, & nulla detur facultas naturalis influens, sicut datur animalis influens. Secundò in specie eos refutat, qui hepar primum & perpetuum huius morbi subiectum esse statuunt. Etenim, ait, accidere potest, vt quis post impurum congressum statim exulcerationem pudendorum patiat, quem certè nemo negabit lue Venereæ affectum; cum tamen in eo hepar nondum laboret. Eadem ratio est de aliis partibus, quæ primò per contagium afficiuntur. Imò statuit, parte vna externâ infectâ posse humores in corpore infici sine læsione hepatis. Interim hoc negare non potest, quòd lues hæc propriissimè & potissimum pateat, cum hepar afficitur; cum hepatis operationes toti corpori sint necessariæ. Idem, *cap. 4.* etiam probare conatur, quòd hepar non sit subiectum luis Venereæ. Cum, inquit, facies sit index & speculum probatissimum internorum corporis affectuum; maximè tamen hepatis affectus in eâ refulcent. Si ergo perpetuò hepar in lue Venereæ afficeretur, etiam color faciei vitiosus appareret semper, quòd tamen experientiâ falsumprehendimus. Vidimus enim & mares & fœminas hac lue inquinatas, quibus tamen color faciei floridus fuit, & lues in pudendis hæsit. Deinde putat, quòd ex congressu Venereo possint affici primum pudenda, atque inde labem serpere per venas, per spiritus ad reliquas corporis partes, & prout vna pars, quàm alia magis apta est, & disposita ad recipiendam infectionem, ita nunc hanc, nunc illam, non verò hepar semper infici.

Auroris
sententia.

Ex hac controuersia vt nos expediamus, primò ex actionibus læsis quænam pars afficiatur, & quæ facultas laboret, inquirendum. Et si verò variæ actiones in lue Venereæ læduntur: tamen non omnes in notitiam primi & proprii subiecti nos deducere possunt. Accidit quidem interdum, vt dolores in capite, circa musculos & ossa percipiantur, sed id non est perpetuum. In sensibus quoque externis & internis quandoque læsio accidit, sed tamen & hoc rarum est. Nonnunquam putridi vapores accenduntur, & hinc febris excitatur, quæ à nonnullis Gallica appellatur: sed & hoc rarò euenit. Eodem modo sese res habet in aliis morbis ac symptomatibus. Vna actio læsa est, quæ communis est omnibus, qui lue Venereæ laborant, nimirum nutritio vitiosa. Hinc videmus, iis, qui hoc morbo detinentur, colorem corporis mutari & fœdari, eumque fieri nunc nigrum, nunc plumbeum, nunc liuidum. Excitantur passim in corpore varia tumorum ac tuberculorum genera, vlcera item, ossa fiunt cariola, capilli desuunt, quæ omnia à vitiosa nutritione accidunt. E quibus concludimus, luem Veneream esse primariò inimicam facultati naturali. Non verò mirum est, facultati naturali solùm hoc venenum esse aduersum, cum dentur & alia venena, quæ aliis facultatibus sunt inimica. Ita pestilens venenum & alia plurima cordi, cantharides vesicæ, solanum maniacum & opium facultati animali sunt inimica.

Lues
Venereæ est
facultati
naturali
inimica.

Vnde, vt rem paucis concludamus, potest Operum Sennerti Tom. III.

A quidem lues ista per vnum membrum contrahitur si tamen in plura ex vera diffundatur id fit, quia hepar infectum est. Quia tamen venenum hoc cum facultate naturali inimicitiam imprimis habet, eius verò seu fons, seu primaria sedes est hepar, illud etiam à virulentia hac primario infestatur, & per id reliquæ partes hanc labem contrahunt. Ideoque cum, quod obiicit Minadous, faciei interdum color floridus est, malum hepatis nondum communicatum est, sed in pudendis, quæ primò infecta sunt, adhuc hæret. Et virulentia huius nunc maior, nunc minor est vis, vnde etiam nunc citiùs, nunc tardius hepar communicatur. Præterea lues hæc non in primis qualitatibus consistit, sed in occultis, vnde non mirum, malignitatem illam in sanguine, ad speciem etiam bono, consistere posse. Verùm ista omnia adhuc clariora è causarum inuestigatione fiunt.

B

CAPVT IV.

De Causis.

D E causis autem huius morbi duo exhienda sunt. Primum est, quomodo hodie lues Venerea contrahatur. Alterum, quæ eius, vbi primum innotuit, origo fuerit. Hodie quidem non aliter hoc malum contrahi, quam per contagium, omnemque luem Veneream contagiosam esse, manifestum puto.

Lues
Venereæ saltem
per contagium
contrahitur.

C Hercules Saxonia, *lib. de lue Venereæ. cap. 3.* statuit, non omnem luem Veneream esse contagiosam, & plerumque minùs esse contagiosam vetustam ac confirmatam, quàm recentem & mediam, luemque Veneream, quæ tophis sese prodit, non esse contagiosam. Idque probare conatur, primò, ratione, quia contagium in excremento mobili & calido est repositum, quando verò ex parte affecta nihil expirat, quod possit alteri communicari, affectus etiam contagiosus non est, & propterea, quia in tophis tale excrementum non continetur, vel, si continetur, ad genitalia non transfertur, tum morbus iste non erit contagiosus. Deinde experientiâ. Scribit enim, quòd Nobilis quidam Patavinus, qui vigesies fere ligno Indico accepto, & ter inunctus hydrargyro nunquam sanari potuit, etsi cum virginibus consuetudinem haberet, eas nunquam infecerit: & ex Antonio Musa refert, quendam, qui habebat uxorem laborantem lue Venereæ circa mammas, nunquam luem Veneream contraxisse.

An
semper
sit
contagiosa.

D Verùm hic Saxoniam assentiri non possumus, sed omnem luem Veneream suo modo contagiosam esse statuimus. Quod verò contra obiicit experientiam, non sequitur, quòd, si quis lue Venereæ laborans alium non inficit actu, morbus ipse non sit contagiosus. Nam vt effectus aliquis sequatur, & agens est necessarium, & patiens dispositum requiritur. Hinc videmus, multos cura peste laborantibus conuersari, & non infici. Non tamen licet inde concludere, quòd pestis illa non fuerit contagiosa. Et Gabriel Fallopius, *de morb. Gall. cap. 22.* refert, duodecim scholares cum vna meretrice rem habuisse, ex his tamentantum tres infectos fuisse. Et ipse Saxonia solutionem huius argumenti suppeditat, dum scribit, morbum hunc non esse contagiosum, si ex parte affecta nihil expirat, quod alteri communicetur, quod in callis & tophis accidere potest,

NNnn

aut si, quod expirat, ab altero non excipiat. Itaque etsi quis vlcus habeat in capite, vel tophum in crure, partes verò genitales sint saluæ, non necessarîo aliam concubitu infici. Quòd verò docet, luem Veneream inueteratam esse minùs contagiosam, quàm recentem vel mediam, suo modo concedi potest, & ex eo ipso colligere licet, luem Veneream non solum esse causam, sed etiam morbum. Cùm enim per causam seu contagium hic morbus communicetur, fieri potest, vt causa maximâ ex parte sit sublata, quod proculdubio in illo accidit, qui toties decocto ligni Indici vsus, & ter inunctus est. Et tales omnino, si nimirum morbus quidem adsit, sed sudoriferis & inunctionibus humores corrupti maxima ex parte euacuati sint, non ita contagiosi sunt, ac ij, qui nuper hoc malo fuere infecti, in quibus nondum humores illi maligni sunt euacuati.

Itaque concludimus, etsi non semper certis de causis, qui hac lue laborant, alios inficiant: tamen hoc malo hodie neminem corripere, nisi qui per contagium ab alio fuerit infectus, & ita solum per contagium hodie hoc malum propagari.

Luis Venereæ primæ originis.

An fuerit primò epidemius.

Quomodo autem, & quibus ex causis morbus hic, vbi primum in Europa innotuit, excitatus sit, diuersæ Autorum sunt sententiæ; & cùm illi ipsi, qui sub exortum huius morbi vixerunt, hac in re conuenire non potuerint, multò minùs nos, qui ab illo tempore iam vltra seculum remoti sumus, eos conciliare poterimus. Itaque eorum opiniones saltem recensere poterimus. Doctiss. Leonicens & Fracastorius, vt & alij quidam, in ea fuerunt sententia, morbum hunc sub primò exortum fuisse epidemium, & à causa communi profectum; cùm sub primò eius initium pueri, viri, senes, puellæ, mulieres inficerentur; & vt Hieron. Fracastorius, de morb. Gallic. cap. 7. scribit, etsi maxima mortalium pars morbum hunc contagione contraxerit, obseruatum sit, innumeros alios sine vlla contagione per se infectos, morbum hunc per se fuisse. Impossibile præterea putat Fracastorius, tam paruo tempore contagionem, quæ per se segnis est, nec concipitur facillè, tot terras peragrarè potuisse, ab vna classe Hispanorum primò delatam; quando constat, aut eodem tempore, aut ferè eodem, & in Hispania & in Gallia, Italia & Germania, & tota ferè Scythia visam fuisse. Quæ si ita sese habent, causa nulla est, cur morbum hunc primò epidemium fuisse, non concedamus. Hoc tamen me dubium habet, quod nullus Medicus Germanorum, aut vicinorum locorum, annotauit, quòd circa illud tempus, quo in Italia hic morbus innotuit, etiam in Germania notus fuerit; cùm tamen sudorem Anglicum, morbum Vngaricum, & similes morbos nouiter ortos diligentissimè descriperint.

Quæ autem eius morbi epidemij, si talis fuit, causa fuerit, illi ipsi Auctores diuersas opiniones habent. Equidem in eo consentiunt, ab aëris vitio originem habuisse: vnde autem aër vitium illud contraxerit, in eo dissentiunt. Nonnulli in ea fuerunt opinione, ex magna Tiberis & aliorum fluminum inundatione, quæ tempore Adriani VI. Pontificis Romani accidit, hunc morbum originem habuisse. Æstate enim sequenti ex illa colluie & sordibus ab aquis relictis aërem putredine infectum fuisse, atque inde hunc morbum profectum fuisse putant. Verùm enim verò illi aquarum exundationi malum hoc im-

A putari non potest; cùm illud Romæ potissimum acciderit, morbus verò hic ad Neapolim primò innotuerit. Deinde exundationes aquarum pestilentes potius morbos excitare solent, accideruntque tales exundationes ante etiam sapius, neque tamen talis morbus antea inde excitatus est.

Probabilius alij, (si morbus hic primò fuit epidemius) causam in altra referunt, scribitque hac de re Fracastorius, lib. 2. de morb. contag. c. 12. quòd mirum videri non debeat, nouos atque insolentes morbos certis temporibus apparere, idque exemplis & historiis variorum morborum probat. Et vt alios taceamus, auorum memoriam grassata febris illa fuit maligna, quæ sudoris Anglici nomine vulgo nota est, qualem in nulla historia ante legimus. Quapropter mirum esse non putat, & si Gallicus morbus non priùs cognitus in nostro orbe per multa sæcula, nunc primò eruperit: Venient, inquit, & aliæ ægritudines nouæ inuolatæque, cùm tempus feret; sicut & Mentagra apud antiquos, quæ postea amplius visa non est. Hic idem morbus interibit, & extinguetur, mox etiam & nepotibus nostris rursus videndus renascetur, quemadmodum & ætatibus præteritis visum à maioribus nostris fuisse, credendum est, de quo non pauca indicia etiamnum sunt. Tonsor quidam, amicus noster, libellum habebat experimentorum quorundam, antiquum satis, inter quæ vnum inter alia scriptum erat, cui titulus erat: Ad scabiem crassam, quæ cum doloribus iuncturarum accidit. Is ergo cùm primò recentissimus esset morbus, memor medicaminis, consuluit Medicos quosdam, nam vt eo medicamento deberet in noua illa contagione, quam per scabiem crassam significari existimabat: Medici autem inspecto medicamine acriter prohibere, quod ex argento viuo constaret, & sulphure. Felix, nisi Medicos illos consulisset, incredibili quæstu diues futurus. Paruit autem, nec experiri ausus est medicamentum, quod denum expertus, atque optimum agnoscens, valde indoluit, quod serò eo vsus fuisset, quæstu iam per alios sibi abrepto. Hac Fracastorius.

Causam verò huius nouiter exorti morbi in coniunctionem Saturni, Martis & Iouis, quæ eo tempore accidit, refert. Alii anno 1483. Idibus Octob. h. z. pom. statuunt, factam esse coniunctionem Martis, Iouis, Solis & Mercurii in ♄, in domo octaua, quæ est domus ægritudinis, Iouemque fuisse combustum, ac præterea eodem anno Cal. IXbris in eadem domo & signo factam esse coniunctionem Martis & Veneris, item Iouis & Veneris. Alii, vt Nicolaus Massa, de morb. Gallic. cap. 6. morbum istum in coniunctionem Saturni, Martis & Veneris, quæ sub exortum huius morbi in Scorpio acciderit, referunt. Verùm vt non impossibile est, certas astrorum configurationes morbos quosdam inducere: ita nemo facillè huius morbi, si epidemius fuit, causam specificam reddere potuit. Equidem astrorum effectus omnes boni & benigni sunt, nihilque mali per se ab iis proficitur: per accidens tamen fieri potest, dum aërem & corpora hominum hoc vel illo modo alterant, vt malos affectus producere possint, cùm suo modo & generationis & corruptionis rerum naturalium Auctores sint; quòd verò hunc morbum in specie producere potuerint, nondum explicatum puto; & sperauit quidem Fracastorius

iam suo tempore, morbi huius senium adesse, eumque paulò post cessaturum, *alleg. loc.* tum in Syphilide his versibus: *Namque iterum cum sita dabunt, labentibus annis Tempus erit, dum nocte atrâ sopita iacebit Meritum.* Verùm spes illa ipsum fefellit; cùm iam vltra 140. annos durauerit, nihilque etiam, vt plurimi existimant, de malitia illa remiserit.

Alij contrà hunc morbum non fuisse epidemium, sed sporadicum & contagiosum existimant. Et primò quidem id multos mouet, quòd ad hæc vsque tempora durauit; cùm morbi epidemij, qui astrorum influxu excitati fuerunt, paulò post cessauerint. Ideòque hunc morbum, cùm iam vltra 140. annos durauerit, pro epidemio habendum non censent. Nisi forsitan hæc in morbo durationis ratio dari possit, quòd contagium huius morbi non vitatur, vt pestilentia. Nam si alicubi pestis grassari incipit, omnes, quantum possunt & licet, conuersationem cum ægris fugiunt, omnemque suppellectilem infectam auersantur; imò in Italia, si pestis in Germania, vel vicinis regionibus alijs grassari incipit, omnes vias publicas intercludunt, peregrinosque omnes suspectos aditu Italiae excludunt. At plurimi scientes & volentes cum scortis suspectis rem habent, & lupanaria publica meretricibus infectis plena tolerantur. Ideòque si ea diligentia & curiositas, quæ in nonnullis locis tempore pestilentia adhibetur, in infectis & suspectis, à confortio aliorum excludendis, etiam in vaga illa Venere coercenda adhiberetur, forsitan & hic morbus, quamuis contagiosus, extirpari posset.

Lucas Venerea quomodo in Europâ inuectâ sit.

Idem tamen, qui morbum hunc non epidemium, sed sporadicum contagiosum esse existimant, rursus de eius origine in varias sententias abeunt. Fuerunt enim quidam in eadem opinione, quòd primùm Valentia in Hispania Tarracoenâ ortum habuerit, vbi quidam elephantiasis laborans noctem à nobili meretrice quinquaginta aureis emerit, eamque infecerit, atque infectum fuerit, vt alij, qui cum eadem rem habuerint, inficerentur, atque ita breui tempore malum in plurimos disseminatum fuerit. Verùm alia elephantiasis, alia luis Venereæ idea est, & propterea elephantiacus morbum hunc excitare non potuit.

Alij hunc morbum ex India primùm ab Hispanis in Gallicum exercitum ad Neapolim delatum esse, putant, qui hunc morbum in India epidemium esse asserunt, de quo supra *cap. 1.* dictum. Quam ob causam verò in India quibusdam regionibus epidemius sit, an aëris, vel aquarum, vel victus vitio, nondum ab historicis explicatum.

L. Fiorauanti de lue Venerea opinio.

Leonardus Fiorauanti, famosus suo tempore in Italia Empiricus, peculiarem de huius morbi origine habet opinionem, quam apud nullum alium scriptorem reperi. Is enim in libro Italico idiomate scripto, cui titulus, *de Capricci Medici-nali M. Leonardo Fiorauanti Libri Tre*, ita de origine huius morbi cùm apud Indos, tum in exercitu Gallico apud Neapolim, *lib. 1. cap. 26.* scribit: Cùm, *inquit*, inter Gallos & Hispanos ad Neapolim bellum esset, & magna annonæ, & præcipuè carniū esset penuria, malè ferrati illi mercatores, qui victum castris aduehant, clam caduera mortuorum militum in varia ciborum & obsoniorum genera apparauerunt, eaque ubique

A exerciti vendiderunt, quas carnes eum inscijs satis longo tempore comederunt, plerique hoc morbo correpti, & pleni pustularum & dolorum euaserunt, plurimis etiam capilli deciderunt. Rémque ita se habere, se cognouisse scribit; e quodam Pascali Gibilotto Neapolitano, homine sene, & 98. annorum, qui sibi retulerit tempore, quo Iohannes, filius Renati, Ducis Andegauensis, bellum gessit contra Alphonsum, Regem Neapolitanum, circa annum 1456. se sepius à patre suo audiuisse, quæ fuerat eiusmodi mercator in exercitu Regis Alphonsi, quòd in ciborum defectu & penuria milites utrinque ex terra humanarum carniū, quas longo tempore comederant, hunc morbum contraxerint. Additque idem Fiorauanti, se, vt certior de re fieret, suam in domo sua aluisse; cuiusque cibis omnibus aliquid de carne porcina admiscuisse, atque intra paucos dies sui fetas & pilos decidisse; eamque pustulatum plenam euasisse. Deinde se canem per duos menses solâ carne canum aluisse, qui postea plenus dolorum & pustularum euaserit, pilosque amiserit. E quibus experimentis concludit, quòd omne animal huius speciei caribus alatur, morbo hoc, qui hodie Gallibus appellatur, corripiatur. Atque hanc ipsam causam esse putat, quòd India hic morbus epidemius sit, utpote in qua Anthropophagi caribus humanis vescuntur.

Verùm enim verò, miror, tot Italos & Gallos, qui de morbo hoc scripserunt, causam huius nullam mentionem fecisse. Neque etiam relatio illius senis Neapolitani tempore quadrare videtur. Etenim morbus iste non innotuit annò 1456. quo tempore Iohannes, Renati, Ducis Andegauensis filius contra Alphonsum, Regem Neapolitanum, bellum gessit, sed in bello, quod Carolus VIII. Galliarum Rex cum Alphonso, Neapolitano Rege, gessit, circa annum 1493. vel 94. Deinde fit, vt, si animal sui generis animalium caribus nutriatur, pustulis & doloribus corripiatur, & pilorum casum patiatur: tamen quæ ratio adhuc esset, an morbus iste sit ipsissima luis Venerea, talisque, qui per contagium, & præcipuè Venere, in alios transferri possit. Neque enim luis Venereæ essentia in pustulis & pilorum casu consistit, sed in occulta malignitate, quæ ipsa etiam vlcera ab alijs vlceribus differunt. Quilibet tamen promptum est, id quod Fiorauanti expectatus est, experiri. Et si res experientia confirmaretur, vt, si animal sui generis caribus nutriatur, luem hanc contrahat: inde ratio reddi posset, eum India populis morbus hic sit epidemius, minimum quòd eius incolæ caribus humanis vescuntur; et si & hic dubium occurrat. Neque enim omnes Indiae populi Anthropophagi sunt, ideoque ex historicis Indicis inquirendum esset, an apud Anthropophagos solùm, an etiam alios Indiae populos hic morbus endemius sit.

Andreas Cæsalpinus, *lib. 4. de morb. cap. 3.* scribit, se habere aliam historiam originis huius morbi, ab iismet traditam, qui interfuerunt, à milite nimirum Aretino, qui in eo bello militauit. Is referebat, oppidum in monte Vesuuijo, quod Suma dicitur, vbi copia est vini generosi, quod Creticum appellatur, clam noctu ab Hispanis derelictum, obsidentibus Gallis, sed vino infecto, admixto sanguine, quem extraxerant ex iis, qui in hospitali S. Lazari laborabant. Ingressos enim Gallos, cùm se vino eo expleuissent, exisse laborare morbis ac sympto-

matibus elephantiasin referentibus. Sed si hoc verum esset, potius elephantiasis, quam lues Venerea hoc modo excitata fuisset.

Aurel.
Miaad.

Aurelius Minadous, de virul. Vener. cap. 39. peculiarem proponit opinionem, statuitque virulentiam hanc ex impurissimarum meretricum foedissimis vteris primùm erupisse, idque eâ de causa, quia nemo, qui purè vixerit, aut qui cum pura sit conuersatus, ab hac lue corripiatur. Prouenisse verò hanc luem primò putat, cum foemina impurissimè reddita sunt, quando variam seminum commistionem admiserunt. Sicut enim, inquit, vnus cibus sano ventriculo sanitatis causa est, varietas verò ciborum ventriculum premit, & acidam, nidorosamque crudatatem parit, excrementaque passim congerit: ita vnicum semen vni vtero tantùm familiare ac sanum est, & fecunditatè que promouet; contra multitudo ac varietas seminum vterum ita afficit, vt praua, imò pessima excrementa sui corruptione producat, & ex sordida illa substantia fiat explicatu difficilis corruptio, aut putredo, quæ excrementa tam venefica gignat. Cùm verò facilè intelligere potuerit, vagas illas libidines non solum in bello ad Neapolim gesto, sed & iam olim, quando Romæ publica lupanaria fuerunt, viguisse, neque tamen talem morbum excitatum fuisse, ille suam sententiam non de quibusuis mulieribus, sed solum Indicis accipi vult. Illas enim, mediantibus cælo, aère, aquis, & locis illis, ex peculiari vicius forma contraxisse hoc venenum, quod postea per Columbum & exercitum Hispanicum in Galliam, & hinc totum orbem disseminatum sit.

Verùm enim verò et si negandum non sit, corporum in diuersis regionibus diuersam esse constitutionem, & meminerim, me in historiis navigationum legisse, quòd cùm Europæi quidam Æthiophicas quasdam puellas in littore maris ludentes offendissent, atque eas compressissent, statim aliquot illorum mortui sunt: tamen quomodo res sese in America habeat, vltiore inquisitione dignum. Et si quod tale vitium est in mulieribus, id non tam ex diuersorum seminum commistione fieri probabile est, sed potius, vt plurimi Autores referunt, ex eo, quòd, si quis in India cum muliere menstruo laborante rem habeat, isto morbo corripiatur. Id enim cùm vbique non salubre, & propterea etiam peculiariter & seuerè Iudæis à Deo in sacris literis prohibikum sit, potest peculiariter in India nocere.

Lues Venerea saltem per contagium contrahitur.

His ergo missis, hoc, quod ab omnibus conceditur, retineamus, morbum hunc hodie non contrahi aliter, nisi per contagium, & imprimis concubitum cum infectis: vnde meritò Gabriel Fallopius, de morb. Gall. cap. 13. eas foeminas falsè irridet, quæ, cùm lue Venereâ laborarent, nihilominus se castas venditabant, & ex aquæ benedictæ infectæ aspersione hunc morbum se contraxisse, dicebant.

Contagium in lue Venerea quot modis contrahatur. Lues Venerea est hæreditaria.

Contagium autem hoc, quò vnicè hodie hunc morbum disseminari diximus, variis modis concipitur. Aliquando enim cum semine, & sanguine menstruo à parentibus in foetum transfertur, & morbus sit hæreditarius. Cùm enim sanguis, è quo semen generatur, infectus & vitiosus est, simile & morbidum semen generatur, sanguis etiam maternus impurus, quo foetus alitur, eum inquinat, quæ labes postea in lucem editis citius vel tardius sese exferit, pro maiore vel

A minore virulentia illius potentia. Quem quidem originis huius morbi modum si quis per contagium propriè fieri negare velit, quod non fiat per duorum corporum, scilicet sani & ægri contactum, id per me licet: is tamen hoc nouerit, quod tum malignitas illa in corpore infantis non generatur, sed ab infectis parentibus per semen vel sanguinem maternum soboli communicatur.

In lucem verò editis idem malum duobus modis contrahi potest. Primus est, cum nutrimento lacte à nutricibus imparis malum infantibus communicatur. Qui quidem modus omnium potentissimus est. Cùm enim lac succum mutetur in sanguinem, isque totius corporis nutrimentum sit, virus hoc modo in totum corpus dispergitur, eique penitissimè sese inserit, & propterea raro, & non nisi difficulter curantur hoc modo infecti.

Alter modus est per contagium ita propriè, & in specie dictum. Vbi primo queritur; An etiam ad distans contagium in lue Venerea detur, ita, vt si quis nec infectum, nec fomitem contagium in se continentem, corpore suo contigerit, lue Venerea nihilominus infici possit. Equidem nullum exemplum huius rei datur, nisi quod Marinardus, lib. 7. epist. 3. docet, atque etiam alii quidam affirmant, dari ophthalmiam Gallicam. Verùm cùm ophthalmia aliàs sæpius sit contagiosa, non mirum est, si quis cum ægro ophthalmia Gallica laborante conuersetur, eiusque oculos attentè inspiciat, illum quoque talem ophthalmiam posse contrahere. Hoc tamen concedi non potest, quod, sicut pestis per aërem ad loca distita ad alios transferri potest, ita etiam lues Venerea communicari possit. Experientia enim quotidiana testatur, Medicos, & alios multos cum infectis hac lue familiariter conuersari, nec tamen ab iis infici.

An ad distans inficere possit.

Ergo potissimum per contactum hoc malum contrahitur, & quidem frequentissimè per coitum Venereum, cùm partibus genitalibus nudis, mollibus & laxis virulentia illa ab alterius infecti partibus genitalibus communicatur. Quo modo ex India primum à militibus Hispanicis, ab Indicis mulieribus, morbo hac laborantibus, infectis, luem hanc in Italiam delatam, in Gallorum castra disseminatam, & hinc in totam Europam sparsam esse, Medicorum plurimorum opinio est, vt supra diximus. Et quamuis nonnulli, vt modo diximus, qui morbo hoc infecti sunt, causam hanc à se amoliri cupiunt: tamen multi, si non castè, tamen cautè viuunt, & non sine causa Gabriel Fallopius, de morb. Gall. cap. 10. irridet quasdam castas, quales se venditabant, matronas, quæ aspersione aquæ benedictæ inquinatæ se hunc morbum contraxisse dicebant. Qui hoc credit, credat & illud, quod Auerroës, 2. collect. cap. 10. scribit, foeminam in balneo grauidam factam ex semine, quod mali homines ibi proiecerant; aut cum Vallesio corrigat aphor. 36. sect. 6. ideo, quia multi Monachi podagra laborarunt ante vsu Venetis.

Quomodo lues Venerea contrahatur.

Et quidem viri à foeminis infectis hoc malum contrahunt, quia in Venere propter spirituum concursum, & per motum, vtero calefacto, vapores ex malignis humoribus in vtero eleuantur, qui à membro virili raræ constitutionis absorbentur, & in venas recipiuntur. Vir verò infectus sanam mulierem inficere potest, vel per membrum virile, si id infectum & exulceratum

Viriper coitum à foeminis quomodo inficiantur. Foemina à viris.

habeat, vel semen, et si membrum virile vlceratum non sit, vel vtroque modo: Quanquam enim semen in viris non semper planè corruptum est; cum videamus, multos viros infectos hac lue generare: alteratum tamen, & infectum est, vnde non solum soboles hanc luem contrahit, sed & fœmina infici potest.

Alii contagii modi.

Et si verò frequentissimè per coitum Venereum hoc malum contrahitur: tamen & aliis modis in alios contagione deriuari potest, nimirum per sudores, si quis cum lue Venereâ laborante in eodem lecto dormiat, eiusque sudore madescat; deinde per sordes & excrementa, seu per cutem, seu ex vlceribus effusa, & linteis, lectis, vel indusiis & vestibus inhærentia, si quis in iis cubet, vel ea induat. Potest & per sputum & saliuam idem morbus communicari, quomodo amatores osculis meretricum hoc morbo laborantium, & infantes à nutricibus inficiuntur, vel si quis è poculo bibat, vel cochleari forbeat, quo paulo ante hoc morbo laborans vsus est. Infantes & alio præterea modo infici possunt, si nimirum mammas nutricis impuræ ore tangant, & quidem duplici ratione; vel quia lac infectum & vitiatum sugunt, de quo antea dictum, vel quia mammarum & papillæ nutricis exulceratæ sunt. Contra nutrices ab infectis infantibus infici possunt, potissimum si aphthis illi malignis, aut oris aliquo vlcere laborant. Mammarum enim papillæ, dum ab infantibus suguntur, calefiunt, earumque pori magis aperiuntur, vnde virulentiam istam faciliùs immittunt.

Halitu verò, vt antea etiam dictum, nemo faciliè inficitur, & sine periculo in eodem contubernio cum infectis versari licet, neque Chirurgi & Medici, qui luem Veneream curant, & quotidie cum ægris conuersantur, inficiuntur. Et si per inspirationem, & ad distans luem Venerea esset contagiosa, totus orbis iam esset Gallicus, & morbus magis esset quam epidemius, vt quidam scribit. Si quis tamen in lecto cum infecto dormiat, vt halitum eius è propinquo haurire possit, ei immunitatem ab hoc malo polliceri nolim; cum sciam, vxores à viris phthisi laborantibus infectas, & postea mortuas fuisse.

Virulentia Venerea quomodo in corpus penetret

Contagium hoc vbi in corpus receptum est, in partibus, in quibus primum receptum fuit, non hæret, sed aliorum venenorum more in penitioribus corporis partes penetrat. Et quidem sepe mox, atque intra paucos dies sese prodit, interdum diu latet: scribitque Fernelius, de abdu. ver. caus. lib. 2. c. 14. recurrere interdum & reuiuiscere post trigesimum annum, tantoque interuallo morbi fomitem quasi sopitum delitescere; & nihilominus qui omnis mali expertes, seseque prorsus sanos putant, alias, cum quibus concumbunt, contaminare, prolemque gignere ea lue correptam. Idem Ioh. Philippus Ingressias testatus est. Et Hercules Saxonia, de lue Venerea cap. 11. refert, se curasse virum Illustrissimum, cui topi morbi Gallici prouenerunt anno vigesimo quinto ab accepta lue.

Quæ partes præcipue afficiantur.

Quas verò præcipuè partes petat hæc virulentia, autores dissentire, supra, vbi de subiecto actum, diximus. Plurimi quidem membranarum potissimum virulentiam hanc aduersam esse statuunt, ideo, quia dolores circa periostia maximè, & partes externas, vbi plures membranæ sunt, in capite, tibiis, brachiis, sterno exoriuntur, atque in iis, periostiiis erosio, topi excitantur. Verum non solum partes membranosæ labo-

rant, sed & alie, vt bubones, tumores, vlcerata in variis partibus, ossium caries, pilorum defluuium, gonorrhœa testantur. Et propterea communius subiectum querendum, quod supra hepar, & partes similes, nutritioni dicatas, & cum hepate consentientes esse diximus. Postquam enim contagium illud ad hepar vsque penetrauit, (et si interim & vicinas partes ei, per quam contagium exceptum est, inquinare possit) eique malignam dispositionem impressit, sanguificatio læditur, & ipsi sanguini, qui in hepate generatur, maligna qualitas imprimitur, atque ita cum sanguine humoris maligni generantur, qui cum naturæ molesti sint, ad ambitum corporis protruduntur, atque ita non tantum dolores in membranarum, sed & in aliis partibus varii morbi ac symptomata excitantur. Et cum nec ossa immunia sint, sed ipsa sæpe carie afficiuntur, non mirum est, etiam periostia vicina affici, & dolores acerbissimos excitari.

Ex quibus omnibus, qui sit generationis huius morbi modus, faciliè patet, nimirum vbi contagium hoc luis huius siue per semen & sanguinem parentum, siue per lactis infecti suctionem, siue per coitum, siue per saliuam, siue per cibum & potum, siue per vestes & linteamina corporis sani partu cuiusque etiam, ab alio, morbo Venereo laborante, communicatum fuerit, primò pars, quæ contagionem accepit, inficitur, & læditur; hinc per eam malum in venas serpit, & per eas ad hepar penetrat; quod vbi prauam dispositionem induit, & morbum malignum contrahit, sanguinem vitiosum, luis Venereæ semina in se continentem, generat, quæ cum corpori sit inimica, à facultate expultrice à partibus nobilioribus ad ambitum corporis pellitur, atque inde nutritio in toto corpore læditur, vnde maculæ, tumores, & tubercula varia, viscera, pilorum defluuium, dolores, atque alia mala excitantur.

Tandem ex illis omnibus, quæ hætenus de Natura & caussis luis Venereæ dicta sunt, hanc huius luis definitionem constituimus, *Lues Venerea, est morbus occultus, & peculiariter malignus, contagione inductus, & contagiosus, hepatis & facultati nutritiæ imprimis aduersus, & propterea nutritione in toto corpore læsa, varios morbos ac symptomata excitans.*

Luis Venerea definitio

CAPVT V.

De Differentiis.

Nonnulli quidem plurimæ differentiæ huius morbi, & quidem à Brassauola 134. recensentur: sed multæ inter eas inutiles. Maximè necessariæ & utiles sunt hæc. Primò, ipsam morbi essentiam quod attinet, cum ea sit ignota, etiam ab ea per se nullam petere possumus differentiam. Quia tamen actiuitas ab essentia ista & occultâ qualitate pendet, hæc differentiæ inde petuntur, quod nunc maior, nunc minor actiuitas est huius morbi. Et obseruarunt Medici, aliquando post coitum impurum statim superuenisse symptomata Gallica, eaque mitiora, & paulò post cessasse etiam, sine vilo remedio adhibito: interdum verò statim grauissima symptomata superuenisse, & malum pertinax fuisse nullòque mo-

Differentiarum

do, vel difficulter curari potuisse. Et scriptores huius morbi referunt, quod morbus hic, ubi primò innotuit, longè grauiora habuerit symptomata, quàm nunc habet. Quæ autem huius rei causa fuerit, non ita clarum. Potuit id accidere primò, à corporum, qui inficiebantur, dispositione. Cùm enim in castris ad Neapolim primùm innotuerit, & fuerit ibi magna annonæ caritas, ac fames, etiam in corporibus illis procul dubio fuit prauus morborum apparatus, in quem cùm contagium hoc incidere, in eo vires & augmentum sumpsit. Deindè ad eam rem & id facere potuit, quòd initio morbi huius curatio eius non nota satis fuit, vnde accidit, vt malignitas hæc semper deterior euaserit. Accidit hoc etiam in peste, in qua quòd plures moriuntur, venenum semper vehementius euadit. Nam in corporibus ægrotorum, nisi ab alexipharmaco impugnetur & expugnetur, fermentatur quasi malignitas, & exaltatur.

Secundo à causis & modo contagii differentia petuntur, dum Venerea lues nunc est hæreditaria, & à parentibus cum semine & sanguine in sobolem deriuatur, nunc vero post ortum per coitum, oscula, lac, vestimenta, & similia communicatur.

Tertia differentia sumitur à morbis & symptomatibus superuenientibus, quòd nunc morbus est cum bubonibus, nunc cum gonorrhœa, nunc cum pilorum defluuio, nunc cum doloribus artuum, nunc cum aliis symptomatibus. Neque enim symptomata, quæ superueniunt, & postea in signis recensentur, eadem in omnibus semper apparent: scribitque Eustachius Rudius, lib. 5. de morb. ocul. cap. 9. se milles obseruasse, plurimos iuuenes eodem die cum vno & eodem scorto coiuisse, & nihilominus vnum gonorrhœa, alterum bubone, alterum carie, alium capitis dolore, illum pilorum defluuio, alium alio diuerso præter naturam affectu fuisse correptum. Id quod procul dubio accidit ob variam corporum dispositionem, & partium debilitatem, ac humorum varietatem. Partes enim debiles facilius humores vitiosos suscipiunt, quàm robustæ. Aliud etiam corpus purius est, aliud impurius, & his vel illis humoribus scætet, qui cùm ab humore venenato corrumpuntur, alios etiam atque alios morbos ac symptomata excitant. Itaque si pro varietate morborum ac symptomatum, quæ interdum coniunguntur & complicantur, nunc pauciora, nunc plura, differentias enumerare liberet, multæ omnino constitui possent, quarum, vt modò dictum 234. scrupulosè potius, quàm vtiliter, Brasauola recensuit.

Quarta differentia est à tempore, quod lues hæc aliàs est recens, aliàs inueterata, alia in principio, alia in augmento, alia in statu, alia in declinatione.

E quibus, & præcipuè differentia à tempore, & morborum ac symptomatum, hunc morbum comitantium, varietate, quarum gradus huius morbi constituit non incommodè Iulianus Palmarius, de lue Venereæ lib. 1. cap. 4. Primus & leuissimus gradus est, cùm solùm capitis & barbæ pili sensim, citra vllam aliam corporis læsionem, decidunt. Alter gradus iam deterior est, cùm vniuersa cutis crebris maculis minimè exuberantibus conspergitur, iisque interdum paruis, lentiginis instar, interdum multò latioribus, & vtrisque modò rubris, modò flauis.

Tertius, adhuc grauior est, cùm non solùm maculæ, sed veræ pustulæ & tubercula erumpunt, primò quidem circa frontem & tempora, & ponè aures, deinde passim in capite; tandem verò in reliquo corpore. Quartus gradus est, cùm iam inueterata lues solidas partes, ossa, vincula, membranas ac nervos adoritur & corrumpit: in quibus multa excrementa crassa, glutinosa, & maligna colliguntur, quæ cùm circa tendines, vel circa periostia consistunt, membranasque vellicant, & ab ossibus diuellunt, cruciatus cieri solent implacabiles, circa noctem ingrauescentes, à quibus excrementis etiam tophi sensim succrescunt, cruciatu multò grauiore, qui ossium duritiem adæquant. Quòd si in ossibus figantur, adeo ea amplificat & distendunt, vt fiant saepe ossa monstruosæ magnitudinis & figuræ. Quæ & malignitas illa, & acrimonia sensim exedit, & carie consumit ossa, plerunque etiam illata cute imposita: scribitque ibi Palmarius, se non paucos vidisse, in quibus illæsa capitis cute pericranium, & subiectum illi cranium ad meninges vsque putredine prorsus exesum, carieque absumptum deprehensum fuerit, citra febrem vllam, citraque vomitionem: è quibus vnus & alter superstes visus sunt sine crano. In quibus mox plura in signis diagnosticis & prognosticis dicentur.

CAPVT VI.

De Signis Diagnosticis.

ET si verò ex iis, quæ supra de historia huius morbi dicta sunt, faciliè huius morbi signa diagnostica haberi possint: tamen & hoc loco eadem in specie proponenda sunt. Primò autem hoc tenendum, signa, vt Galenus, 1. aph. 17. tum alibi docet, quæ affectum aliquem certè significare debent, quæ vulgò *τὰ τοῦ νοσήσαντος* appellantur, debere esse non solùm propria, sed & inseparabilia, ita vt nis positis ponatur affectus, iisdem remotis remoueat. Et si verò, vt in aliis morbis plerisque, in lue Venerea, non detur vnum signum, ex quo morbus cognosci possit: tamen syndrome signorum idem præstare potest. Quæ tamen illa syndrome in lue Venerea sit, definire non facile est; cùm magna in hoc morbo symptomatum & morborum sit congeries, & propterea hic morbus cum aliis morbis cognationem habeat. Quæ res aded facit, vt, cùm multi, vt supra dictum, eandem ferè signorum syndromen in morbo illo epidemio, quem Hippocrates, 3. epid. proponit viderint, luem Veneream ibi descriptam putauerint, alii eam ad elephantiasin retulerint. Cur autem syndromen signorum in hoc morbo definire difficile sit, causa hæc est, quòd hepar & facultas nutritiva totius corporis imprimis læditur. Cùm enim cor vel cerebrum læditur; faciliè actione eorum læsa apparent, vt pote quæ simplices sunt, & ad paucas partes adstrictæ. Verùm cùm hepar toti corpori nutrimentum suppeditet, inde, si nutritio lædatur, varii morbi & symptomata accidunt. Et si enim nutrimentum vnicum totius corporis sit, sanguis scilicet; innumerabilis ramentum ferè, pro partium, quæ nutriuntur varietate, sese in singulis partibus offert varias, cùm cui libet parti nutrimentum peculiariter assimilari

Signa diagnostica causarum

aut partibus ex carnibus & ossibus firmiter adhærescunt, præsertim si sint in capite, fronte, in anteriore tibiæ parte, certissimum sunt luis Venereæ indicium. Materia enim Venerea etiam in humore crasso virulentiam erodentem, & dolorificam coniunctam habet, qualis in aliis tumoribus, qui à materia crassa oriuntur, non est. Ulcera verò etsi etiam in aliis morbis plurimis accidunt; tamen si in pene imprimis, & præsertim in præputio, & circa glandem, & prope penis extremitatem, aut etiam in ore & palato, columellâ ac tonsillis, & quidem putrida ac fœtida excitantur, ac nulla earum partium inflammatio præcesserit. nec scorbuti adsint indicia: etiam morbi Gallici signa sunt. Pilorum quoque defluuium non leue huius morbi indicium excitat. Si enim post ætatem puerilem, nullo alio morbo, quem defluuium capillorum sequi solet, præcedente, capilli in capite, & imprimis in barba & superciliis decidunt, & simul pustulæ ulceroas aut sordida scabies cõspiciatur, hoc omnino non incertum morbi Gallici est indicium. Eodem modo rhagades & fissuræ in volis manuum, ac plantis pedum, si nulla alia causa præcesserit, non dubium huius luis sunt indicium. Ita & verrucæ illæ modò depressæ ac latæ, modò oblongæ, & excrescentiæ illæ, quas ficus, condylomata, & crustas appellant, si in partibus pudendis, aut ano conspiciantur, satis certò hunc morbum detegunt. Dolores capitis etsi & in aliis morbis plurimis accidunt: tamen si tubercula, & gummata in cute accedant, si gonorrhœa adfuerit, & suppressa sit, si bubo euauerit, & ij satis certum huius morbi signum sunt. Dolores quoque in aliis partibus itidem hunc morbum detegere possunt. Si enim dolores non sunt in ipsis articulis, sed in regione ea, quæ in medio ossium est, & prope articulos, ut in anteriore tibiæ parte, vel in osse humeri, quod est inter caput & cubiti articulum, iique sunt intensissimi & acerbissimi, & circa vesperam & noctu exacerbentur, certa etiam sunt huius morbi indicia. Morbo huic quoque familiaris est illa destillatio, quâ per os & nares multa pituitosa & aquea excernuntur, quibus & partes, per quas transeunt, exulcerantur. Imprimis verò morbi huius certum est indicium gonorrhœa illa Gallica, de qua antea dictum. Est tandem & hoc certum huius morbi indicium, si enumerati morbi & symptomata, medicamentis manifestâ qualitate agentibus & ex arte adhibitis, non tollantur, vel mitiora fiant, sed potius in peius ruant: remediis verò illis propriis ac specificis mitigentur.

Inueteratæ luis Venereæ signa.

Si denique inueteratum sit hoc malum, omnis generis morbi ac symptomata accidere possunt, ulcera callosa, fistulosa, canerosa, tophi in variis corporis partibus, ossium caries in tibiis, brachiis, imprimis in cranio, osse palati ac nasi, febris hæctica, tabes, phthisis, cachexia, epilepsia, dentium casus, surditas, cæcitas. Vidus Vidius, *lib. 2. de curat. membrat. cap. 18.* refert, se vidisse Barcinonæ militem Hispanum qui ex lue Gallica cariem cranij passus est, & postea in epilepsiam incidit, sanie illâ à cranio cariolo destillante, & cerebri membranas vellicante, à qua tamen liberatus est vltione cranij ferro candente facta. Et Forestus *lib. 7. obser. 9. in schol.* narrat, quendam lue Gallica infectum, etsi probè curatus videretur; tamen longo ac diuturno capitis dolore afflictum fuisse, qui nullis remediis curari potuit, donec tandem cranio aperto sub eo inuentum est, supra dura matre, nigriusculum quid, instar gurgulionis; qui ver-

amis cum esset ablatum, dolor ille cessauit, neque amplius rediit. Et Iohannes Schenexius, ex *D. Georgij Carneri obseruat.* refert, quendam lue Gallica laborantem, malè curatum, magna inflammatione in palato, in osse cribroso, in columella, & omnibus partibus vicinis correptum fuisse, quæ mox in gangrænam, & hæc in canerum abiuerit, ut quotidie aliquid ex partibus illis corruptis & putrefactis excerneret, & gurgulione, partibusque vicinis primò eiectis, deinde etiam cerebri ipsi per os expuerit, maximo cum fœtore. Et Felix Platerus, *lib. 1. obseruat.* narrat, Abbatem quendam ex lue Venerea cacum, mutum, & surdum factum qui mentem aliorum non aliter intelligere & percipere potuerit, quàm si illi supra brachium nudum literas digito vel ligno, sententiam aliquam exprimentes, ducerent. Ex quibus singulis seorsim perceptis verbum atque ex pluribus verbis sententiam colligebat. Tam graui numirum & horrenda pœna Deus iustus iudex interdum vagas libidines punit.

Virulentia huius differentias quod attinet, et si formalis eius ratio ignota sit: tamen penes agendi modum, & eius vehementiam est quædam differentia, quæ ex effectibus cognoscitur. Interdum enim plures, interdum pauciores partes inficiuntur. Interdum contagium & vis agendi magna est, interdum minor, narratque Eustach Ruardus, *de morb. occult. l. 5. c. 10.* se nouisse quasdam meretrices tam potenti veneno Gallico infectas, ut omnes, qui rem haberent cum iis, non solum statim eodem malo inficerentur, sed omnino symptomatibus grauissimis corripentur, quæ nullis remediis, nullâque arte tolli vel mitigari poterint, imò nonnulli non multò post diem suum obierint. Cognoscimus autem vehementiam mali, si, ut modò dictum, alij statim inficiantur, si dolor sit sæuissimus, si erosio vsque ad ossa penetret, si passim in corpore excrementa multa, putrida, fœtida prodeant. Quo plura enim & grauiora sunt mala, eò maior virulentia huius vis est.

Signa differentia- rum.

CAPVT VII.

De Prognosticis.

VT autem, quid de euentu huius morbi sperandum sit, cognoscatur, inquirendum, an morbus sit futurus breuis vel longus, an curatù facilis, vel difficilis, & tandem quem habiturus sit exitum.

Primò autem de morbo hoc in vniuersum quæri solet à nonnullis Medicis, an finem aliquando sit habiturus? Sperauit id quidem, ut supra dictum, Fracastorius, existimauitque, iam suo tempore hunc morbum senescere, eumque paulò post planè interiturum, ea imprimis de causa, quòd epidemium esse putauit, & ab astris originem traxisse, quæ cæli impressiones non perpetuò durant, sed labente tempore mutantur: & quòd hunc morbum mitescere videret. Nam, ut Iul. Palmarius, *lib. 1. de lue Venere. cap. 5.* hac de re scribit, narratum fuit, hunc morbum, cum primò oriretur, tanta fuisse sorditie, ut, qui nunc grassatur, vix illius generis esse putetur. Ulcera enim innumera in quernæ glandis speciè & magnitudine aspera exportectaque erant, spurcus ab iis profluens humor, fœtor verò tantus exhalans, ut, cuius nares attigisset, is mox infici crederetur:

An lues hæc sit cessatura.

color pustulis ex nigro virefcens, ipso aspectu A non minus ægros, quàm dolore crucians. Fugiebant idcirco omnes eorum aspectum, contactu verò sic abstinebant, vt morbi præterea nullius. Verùm sefellit Fracastorium spes ista. Neque enim dum hunc morbum senescere, multò minus cessare videmus; & quanquam pustularum & vlcerum fœditas sit tolerabilior; doloribus tamen & cruciatibus immanior euasit, vt idem Palmarius scribit. Verò simile potius est, quandiu concubitus & conuersationes istæ cum infectis, & vagæ libidines durabunt, tandiu etiam hunc morbum duraturum, & per contagium propagatum iri. Ea enim veneni huius natura est, vt hominem non subitò iugulet: interim eos, qui isto morbo laborant, contagiosi sunt iis modis, de quibus supra dictum. Cùm ergo passim adhuc B dentur multi, qui isto morbo inquinati sunt, atque alii cum iis conuersentur, nulla adhuc spes est, morbum hunc paulò post cessaturum; cum effectus non cesset, nisi causa sublata. Neque ratio, quam nonnulli, qui contrarium sentiunt, afferunt, satis firma est. Aiunt enim, cùm morbus hic contagium sit p. n. ac violentum, necessario finem habiturum; cum ea, quæ p. n. sunt ac vi sunt, perpetuas causas non habeant, ac propterea necessario desinant. Verùm facilis est responsio. Nihil equidem p. n. & violentum ex sese est perpetuum: si tamen causa perpetua sit, & ipsum perpetuum esse potest. Itaque licet, sicut pestis interdum extinguitur, & hic morbus C extingui posset, si eadem, quæ in peste præcauenda & curanda, adhiberetur diligentia, vt supra dictum: tamen quia semper dantur homines, qui hoc morbo laborant, aliosque inficere possunt; alii vero ab eorum consortio non abstineant; etiam hic morbus tamdiu continuabitur, quamdiu contagium istud durabit. Rescè igitur hac de te scribit Eustach. Rudius, lib. 5. de morb. oculi. cap. 11. Si vnus, inquit, esset Mundi Princeps, aut vna multorum aduersus hunc morbum conspiratio, Medicorum ope hic morbus planè extirpari posset. Si nimirum ii, qui hoc morbo laborant, omnes Medicis curandi traderentur, interim ab aliorum hominum consortio amouerentur, & idem cum hac lue infectis fieret, quod cum peste infectis vel leprosis fieri solet, spes esset, morbum hunc extirpari posse: et etiam de causa, quia lues Venerea non, vt pestis, ad distans contagiosa est, sed plerunque per concubitum, interdum per oscula & vestes communicatur; Verùm nulla hic adhibetur diligentia, & vt idem Rudius ait, fures, latrones, homicidæ, & alii flagitiosi arceiter puniuntur, at publicæ meretrices hac labe refertissimæ & quæ plus quàm mille homines indies perdunt, & integras familias ac ciuitates contaminant, fouentur, blanditiis deliniuntur, & splendide conseruantur. Sed hisce missis, quid de quodlibet ægro prædicendum sit, videamus.

PROGNO
STICA.

1. Lues venerea plerunq; ex se diuturnus morbus est, ea nimirum de causa, quod hepar præcipue & facultas nutritrix in ea inficitur. Docet verò recte Galenus, 5. de loc. affecti. cap. 2. quòd ex cordis morbis omnes citissimè pereunt, tardius ex cerebri affectibus: at vitæ diutius trahitur cum actionibus naturalibus læsis, & quanquam lues Venerea etiam maligna sit, & inter venena suo modo non immeritò referatur: tamen in agendo eius vis longè tardior est, quam aliorum venenorum. Potest tamen etiam ad eius morbi longi-

tudinem vel breuitatem facere aliquid veneni huius in corpore hoc vel illo vehementia vel debilitas, ac corporis dispositio. Si enim venenum sit vehementius, morbus periculosior est, vt mox dicetur. Si quoque antea corpus vitiosis humoribus scateat, malum augetur, & longius redditur. Et omnino tanta morbi huius interdum pertinacia est, vt, etsi planè extinctus interdum videatur: tamen post plures, imò triginta annos, cum nonnunquam recruduisse, obseruatum sit, vt supra dictum.

2. An autem hic morbus in aliquo ægro curatu facilis aut difficilis futurus sit, ex morbi magnitudine & viribus ægri, vt in aliis morbis, æstimandum. Primò ipsius morbi rationem quod attinet, etsi aliis morbis venenatis hic morbus longè mitior sit: tamen quia non ex illorum numero est, qui ex intemperiebus manifestis pendent, sed malignis & contagiosis, omnes in toto corpore humores inficere, imò omnes partes similes inquinare potest, & hinc curatu difficilis est.

3. Curatu tamen facilius est recens hic morbus, quàm inueteratus. In recenti enim maligna illa qualitate saltem partes, per quas propagata est, & plerunque pudenda, afficit: in inueterato verò ipsa maligna illa qualitas etiam hepatis imprimitur, & ab hepate rursus sanguini, & per sanguinem omnibus partibus similaribus communicatur. Falsum enim est, vt ex superioribus, quæ de natura huius morbi dicta sunt, patet, quod hepar hic in sanguificatione lædatur, ob nullum morbum, sed saltem ratione præi obiecti, quod cum sanguine & aliis humoribus mistum, illos inquinat, deprauat, vitiosus reddit, & in propriam naturam conuertat. Equidem negandum non est, quod vitiosi humores etiam inquinant bonos: interim ex bono etiam chylo in hepate malè disposito malus sanguis generatur; quod vel ex eo patet, quod per quamcunque etiam partem nutritio paulò post per totum corpus inficiatur, quod fieri non potest, nisi hepate læso.

4. Eos, qui semel sanati, iterum hac lue inficiuntur, vel nunquam, vel magna cum difficultate sanari, se experientia didicisse, idque etiam alios Medicos obseruasse, scribit Epiph. Ferdinandus histor. 17.

5. Etsi virulentia huius natura non consistat in intemperie aliqua manifesta; tamen si incidat in corpus calidum & siccum, & imprimis intemperie hepatis calida præditum, difficilior curatur. Etenim cùm lignum Guajacum, sarsaparilla, & similia calida & sicca sint: illa intemperies calida & sicca augetur, atque ita, etsi morbus hic ipse non augetur, tamen aliud corpori damnum attrahitur, & cum medicamenta ista propria tuto adhiberi non possint, nisi corpus antea probe purgatum fuerit, ab iisdem etiam amplius calefit, & siccatur.

6. Eandem ob causam tempus anni calidum & siccum, quale est æstiuum, curationi huius morbi minus est idoneum; cum vires tum exhauriantur.

7. Si etiam virtus sit debilis, vt fortia necessaria medicamenta non ferat, aut si æger propter consuetudinem, vel ob morositatem necessaria medicamenta non admittat, curatu difficilis redditur.

8. Si etiam febris, tabes, vel aliud graue symptoma aut morbus coniungatur, qui curatio-

nem impediatur, morbus facile tolli non potest, ut modò de intemperie calida tum hepatis, tum totius corporis dictum.

9. Si in artubus callosi, scirrholi, & duri tumores, ac gummata vulgò dicta apparent, malum curatu difficile est, & non nisi valentissimis remediis extirpatur. Tales enim tumores nunquam apparent, nisi malum inueteratum sit, & altius radices egerit, quarum pleræque in ossibus subiectis hærent.

10. Bubones in inguinibus si sint duri, & non suppurantur facile, & qui modò erumpunt, modò evanescent, curatu sunt difficiles; quia materiam pertinacem, & naturæ in expellendo imbecillitatem significant. Si verò facile suppurantur, & vires sint validæ, atque imprimis hepar robustum, morbi & materiæ benignioris sunt indicium: & tales bubones, si diu aperti feruentur, integram sanitatem asserere possunt.

11. Faucium asperitas, quam raucedo, aut vocis obscuritas, aut ablatio sequitur, malum iam antiquum & pertinax indicant; quodque vix curabitur.

12. Ulcera in pene recentia facile curantur; in ano verò, vel circa anum, difficiliora. Malum enim iam inueteratum esse indicant. Atque ulcera talia ab excrementis continuò humectantur, & medicamenta non satis commodè iis applicari possunt.

13. In artubus etiam & aliis partibus ulcera difficillimè curantur; quia malum iam inueteratum, & quod totum corpus inuaserit, significant.

14. Ulcera in ore & faucibus non facile curantur; quia & malum iam antiquum arguunt, neque iis commoda medicamenta adhiberi possunt, & continuò ab excrementis à cerebro defluentibus humectantur.

15. Si ossa nasi sint erosa, simulque adsit febris lenta, malum incurabile significat; cum iam malum ipsi cerebro vel eius membranis sit communicatum.

16. Verrucæ in hoc morbo, imprimis latiores, non facile curantur, & malum curatu difficile arguunt.

17. Cutis color vitiatum, & capillorum defluuium, conuenientibus medicamentis adhibitis non ita difficulter curantur.

18. Dolores, præsertim in capite, & anteriore tibiata parte, sæpe pertinaces sunt, ut nullis remediis, aut certè non nisi longiore tempore cedant.

19. Vertigines & epilepsiæ grauissimæ & pertinaces sunt. Indicant enim, virulentiam Veneream ipsum cerebrum iam occupasse.

20. Destillationes quoque pertinaces sunt; quia & ipsæ saltem in malo inueterato, & cerebro iam affecto accidunt. Quæ periculosiores & grauiores sunt, si in thoracem & pulmones delabuntur, eosque exulcerant.

21. Aurium quoque tinnitus plerumque pertinaces sunt, & vix tolluntur; cum in auribus varij anfractus sint, & virtus expultrix earum sit imbecillior, nec medicamenta eò penetrare possunt.

22. Gonorrhœa etiam plerumque diuturna esse solet, aut, si supprimatur, graua mala subsequi solent, capitique & artuum dolores grauissimi.

23. Imprimis verò ipsius contagij, à quo æger morbum contraxit, natura vim & magnitudi-

nem morbi manifestat. Habet enim venenum hoc nunc maiorem, nunc minorem actiuitatem, recipiuntque Medici, quibus tales ægri curandi sæpius oblatis sunt, interdum ex decem robustis iuuenibus, qui eum eodem scorto rem habuerunt, ne vnum euasisse. Ideoque si sciatur, à quo vel qua malum hoc contractum sit, Medicus de morbi euentu, facilius iudicare potest.

24. Cæteris etiam paribus curatur facilius hoc malum, quod per Venereum congressum contractum est. Curatu verò difficilior est, quod infans cum lacte suxit: cum virulentia cum lacte ventriculū ingrediatur, & hinc in hepate sanguis virulentus generetur, qui postea totum corpus permeat, idque inquinat. Omnium verò difficillimè curatur malum hæreditarium, & à parentibus infectis cum ipso semine & sanguine communicatum.

25. Partes affectas quod attinet, si hepar solum sit affectum, facilius malum curatur; cum & virtutem expultricem habeat robustam, & medicamenta ad id facilius penetrare possint. Lien verò, renes, vterus, & artus externi non ita facile curantur; omnium verò difficillimè cerebrum & pulmones; quia & facultatem expultricem habent debiliorem, & medicamenta eò non facile penetrant.

26. E quibus omnibus facile colligere est, qui morbi euentus sit futurus. Quò enim plures ac grauiores morbi & symptomata lui Venereæ coniunguntur, eò magis periclitantur ægri; quò pauciores & leuiores, minus. Atque ij imprimis pereunt, quibus lui Venereæ putridæ & malignæ, Gallicæ dictæ, febres accedunt. Virulentia enim Venereæ, dum humores corrumpit, iisque malignam qualitatem inducit, febrem grauorem reddit, & simul calorem innatum debilitat, vnde nec febris, nec morbus ille malignus à natura vinci potest.

27. Plurimi etiam pereunt ex corporis macie & febre hæctica, vel potiùs lenta & putrida. Et enim & ipsa virulentia Venerea, & dolores, ac vigiliæ, & alia symptomata, calorem innatum debilitant, nutritionem lædunt, vnde tabes totius corporis sequitur, cui ex humoribus prauis excitata lenta putrida febris coniungitur.

28. Sanguificatione etiam læsâ, nonnulli hydrope moriuntur.

29. Multi quoque propter catarrhos, ad fauces & pulmones delabentes, ac respirationem impediētes ac tollentes, moriuntur; vel à catarrho acri, vas pulmonum erosis, & sputo primùm sanguinis, deinde phthisi excitatâ, intereunt.

30. Interdum ab acrimonia humorum vas erosis, & sanguinis vomitu, per alium deiectione, vel per vterum nimio fluxu excitato, ægri moriuntur.

CAPVT VIII.

De Præseruatione.

Cum tutius sit morbum præcauere, quam præseruare, nonnulli Medici docere conati sunt, quâ ratione quis, etsi cum infecta rem habeat, se imminem præstare possit. De qua re integro cap. 82. de morbo Gallico tractat Fallopius, scribitque, se nihil fecisse videri posse, nisi doceat, quomodo quis, videns pulchram fœminam,

& coiens cum ea etiam infecta, à lue Gallica præseruetur, Deumque immortalem testatur, se fecisse experimentum in decem mille hominibus, & nullum eorum fuisse infectum: proponitque ibi duplex medicamentum, quo contagium receptum statim extrahi, dissipari, vel exsiccare possit. Eadem proponit Hercules Saxonia de lue Venerea, cap. 16. eaque valde probat, & sicut loquitur hac de re Aurel. Minadous, his medicamentis tanquam clypeo muniti multi confidunt, se posse maximè infectas meretrices penetrare, omnemque regionem liberè peragrate. Similia etiam medicamenta proponit Eustachius Rudius, lib. 5. de morb. occult. cap. 13.

An sit licita.

Verùm enim verò non credo, bonâ conscientia ista doceri posse, quibus tot homines ad libidinem animantur, quos ab ea forsan morbi huius metus abstertere poterat. Ideoque nihil de hisce medicamentis dicemus. Eos ipsos tamen, qui talia docent, falli existimat Aurel. Minad. de virul. Vener. cap. 31. vbi fundamenta Fallopij subuertit, qui putat, luem hanc saltem communicari per minima corpuscula saniosa, quæ si abstergantur, extrahantur, dissipentur, morbum hunc auerti posse; docetque, contagium non solum per externas pudendorum partes, verùm etiam maximè per internas ingredi, & corpus permeare, vaporisque infectos & spiritus per porositates quoque internas peruadere, & à venis admitti, & propterea ablutione, quæ solum partes externas attingit, aliisque medicamentis extrâ impositis salutem & incolumitatem neminem sibi polliceri, nec talia externa medicamenta intus conceptam iniquationem tollere posse. Tutissima ergo hunc morbum cauendi ratio est, abstinere à scortis, & meminisse, quòd scortatores & adulteros iudicabit Deus, qui tamen etiam in hac ipsa vita isto sceleratissimo morbo eos punire solet.

Aliam tamen huius luis præcautionem habet Iul. Palmarius, per interna scilicet medicamenta, scribitque, se antidotum seu amuletum inuenisse, cuius vsu hominum corpora aduersus hanc luem tuta reddantur: omnes tamen Medicos ac Chirurgos orat ac obtestatur, ne libidinosis morem gerentes, istud medicamentum communicent & patefaciant, neve libidinum fautores se præbeant, sed iis solum, quibus cum suspectis aut contaminatis necessariò conuersandum sit. Describit autem istam antidotum lib. 1. cap. 8. Estque hæc:

℞. Amuleti luis, & Mithridatis veteris descriptione Galeni, vtriusque

Drach. vj. conferu. buglos. flor. geniste, ambo, an. Drach. iij. Misce, præbe Drach. j. aut is. aut ij. ad summum manè horis duabus ante cibum, octo aut decem dies continuos.

Si verò quis se infectum suspicetur, maiori omnino curâ in præcautionem incumbendum monet. Itaque modo descriptum alexipharmacum arripiendum, eius Drach. j. aut is. manè & ante cœnam deglutiendæ, octo, decemve dies continuos, cuius vis vt remotiores partes faciliùs attingat, eo deuorato Iulapij huius nonnihil statim superbibere expedit, quo veluti vehiculo quoquo versum deferatur.

℞. Aq. cardui bened. pimpinella, succis. an Vnc. ij. Sirup. de succo acerosa, de limonib. an Vnc. is.

F. Iulapium, ad duas doses, statim post assumptam amuleti Drach. is. manè, & horis duabus ante cœnam hauriendas.

Verùm cum omnia, quæ in illa antidoto habentur,

medicamenta simplicia non luis huius Venereæ propria sint, experientia consulenda, an tanta eorum vis sit, quantam Palmarius prædicat.

CAPVT IX.

De Indicationibus.

Quæ in aliis morbis dantur Indicationes, et in hoc reperiuntur. Nimirum: quæ à morbo sumitur, curatoria in specie dicta; præseruatoria. Quam causa suppeditat; quò & vrgentia symptomata referuntur; & tandem vitalis, et etiam meritò in hoc morbo locum habent. In iis tamen explicandis Autores varii sunt, utque quisque de natura huius morbi sentit, ita etiam de Indicatione & curatione docet. Nos iis, quæ supra de huius morbi natura proposuimus, & firmiter probauimus, insistentes, ita de Indicationibus in hoc morbo sentimus.

Primò, cum morbus iste sit occultus & malignus, hepatis imprimis, & facultati nutrienti aduersus, ideòque genericam quandam indicationem suppeditat: specifica verò & utilis nulla inde peti potest, & proinde sola experientia, quæ inuenit medicamenta occultâ qualitate agentia, vtilia medicamenta in hoc morbo suppeditant. Et nisi Hispani ab Indis medicamenta talia, vt lignum sanctum, sarsaparillam, radicem Chinae accepissent, & Chirurgorum audacia, ac imprimis Iacob. Carbus, vel casu, vel per analogisimum, dum Auicennam, Mesuen, & Theodoricum in pustulis quibusdam, & scabie crustosa, argento viuo vsos fuisse legissent, ad Mercurium vsurpandum accessissent, forsan & hodie morbi huius remedia vera laterent. Et si verò huius morbi remedia non tam per Indicationes, quam per experientiam, inuenta sunt: methodus tamen in eo curando non planè excluditur, sed suam etiam locum habet: cum necessarium sit, vt medicamenta illa experientiâ inuenta rectè applicentur; & præterea etiam tumores, vlcera, & similes ex corruptione humorum orti morbi, suam, quâ curantur, methodum habeant. In hac re tamen cauendum, ne plus ad manifestas qualitates, ac morbos notos, quam ipsam occultam morbi naturam, respiciamus. In qua tamen non pauci peccant, qui proxi sunt in variis intemperiebus curandis, humoribus præparandis, & curatione ad hos vel illos morbos dirigendâ; cum tamen experientiâ constet, & in calida & in sicca intemperie, & in exustione, vt loquuntur, & ipsa tunc, felicissimè vsurpari lignum Guajacum, & similia calida & sicca, & malignitate expugnata reliqua non ita difficulter euanescere.

Secundo Indicationem præseruatoriam quod attinet, est hic imprimis ad malignitatem illam & virulentiam, humoribus impressam, respiciendum, & illa propriis medicamentis & alexipharmacis expugnanda. Si quæ tamen & alia in humoribus vitia sunt, & ipsa emendare non inutile fuerit. Et cum, siue corpus plethora oneretur, siue vitiosis humoribus scateat, malignitas faciliùs in id disseminetur, & putredini vberior materia suppeditetur, ac alexipharmacorum vires hebetentur, expedit seu sanguinem superfluum, seu humores vitiosos euacuare, vt reliqua medicamenta postea tutiùs, commodiùs, & maiori cum fructu adhiberi possint.

Indicationes.

B

C

D

E

Præseruatoria.

Curatoria. Tertiò morbi & symptomata, quæ morbo principali accedunt, & ex corruptione humorum oriuntur, varia suo quæque modo tollenda.

Vitalis. Quartò vires conseruandæ; cum, sicut nullus alius morbus, nisi vires constant: ita nec hic curari possit, & frustra omnia tententur, nisi naturam ad minimum blandam habeamus.

Quatuor in luis Venereæ curatio ne agenda. Atque ita quatuor præcipuè in hoc morbo agenda: Primo, si sanguis abundet, is imminuendus, at si qui vitiosi humores abundant, ij præparandi & euacuandi, & omnino, si qui manifesti morbi, qui propriæ curationi impedimento esse possint, vt obstructiones & similes adsint, ij primum tollendi. Secundo, malignitas & virulentia tam humoribus inhærens, quam partibus, & præcipuè hepatis impressa, per propria huius morbi alexipharmaca expugnanda. Tertiò vires conseruandæ, & roborandæ; & imprimis hepatis, quod in hoc morbo laborat, maxima habenda ratio. Quartò morbi & symptomata, qui huic lue coniungi solent, tollenda.

An sine sudore curatio perfici possit. Hoc loco controuersia expedienda; An nimirum sine sudore hæc curari possit. Nonnulli in ea sunt sententia, quod lues ista tolli possit: etsi sudores non prouocentur. Idque primò eo probant, quod lues hæc consistat in qualitate quadam abdita, quæ non nisi corporis alteratione tollatur, cum contraria contrariorum sint remedia. Istam autem alterationem præstare posse antidota & decocta administrata, propria virtute, & sine sudore. Deinde experientiam adducunt, qua constat, sumptis talibus medicamentis, sine sudore nonnullos conualuisse. Tertiò hoc afferunt, quòd decoctum ligni bibentes interdum à natura feliciter euacuatur per vrinam, per aluum, non semper per sudores.

Contra hos pugnat Aurelius Minadous, *de virul. Venereæ. cap. 9.* Et primò quidem, se nunquam obseruasse, scribit, vt decoctum Medici iusserint sine sudore sumere, utpote ad quem & alexipharmaca omnia ipsa suâ naturâ inclinent, nec ipsa materia, vt per hanc viam expellatur, utpote vaporosa & halitiosa, inepta sit; neque aliquem exituisse, qui huiusmodi morbum penitus atque integre sine alicuius sudoris auxilio superauerit, præsertim si fuerit inueteratus. Cur verò ita statuat, rationem hanc affert, quòd, ex sua scilicet opinione, mali huius essentia consistat in qualitate, sed in corpore mala qualitate affecto. Et proinde, sicut qualitas alterationem, ita corpus euacuationem indicare, statuit, quæ quamuis multis modis fieri possit, commodissimè tamen per sudorem instituat; cum hoc ipsum corpus sit vaporosum, & rectissimè ac facillimè per sudorem discutiatur. Addit, & hoc, cum in corporibus hæc lue infectis magna excrementorum copia redundet, nec solum in aliqua parte, sed vniuerso corpore; sudor autem sit euacuatione vniuersalis, ea per sudores commodissimè euacuari. Et imprimis hepatis sudores plurimum prodesse statuit. Cum enim illud humorum, qui per vniuersum corpus feruntur, officina sit, & illi sudoris operâ purgentur, & ab omni inquinamento liberentur, etiam hepar pollutum hoc modo mundari potest. Et quamuis natura interdum humores virulentos per partem aliquam aliam, vt aluum vel vrinam, euacuet, atque tum etiam eius conatus non impediendus sit, sed adiuuandus: tamen absque sudore vniuersum corpus ab ista lue liberari non posse, vnicumque sudorem ab omnibus locis, tam internis, quam exter-

nis, citò, tutò, iucundè euacuare putat.

Decisio. Verùm neutra harum opinionum veritatem planè attingit, & vtraque curationem imperfectam tradit. Etenim cum detur Indicatio curatoria, ita in genere dicta, duplex: vna præseruatoria, quæ sumitur à causa; altera in specie curatoria dicta, quæ sumitur à morbo: illi, qui sine sudore morbum hunc curari posse censent, quòd consistat in abdita & maligna quadam qualitate, de curatoria quidam Indicatione rectè sentiunt; cum illa maligna qualitas non sudore, vel aliis euacuationibus, sed propriis alexipharmacis tollatur: præseruatoriam tamen Indicationem & causam negligunt. Cum enim certum sit, in lue Venerea non solum vitiosam & malignam in partibus, præcipuè hepate, esse dispositionem, sed & omnes corporis humores inquinatos: eorum euacuatio requiritur, quæ commodissimè fit per sudores, vt rectè Minadous probat. Quamquam enim insensibiliter etiam aliquid discutiatur, insensibilis tamen illa euacuatio non sufficit, & nimis tarda esset. Aurelius Minadous verò de causæ ablatione & humorum vitiosorum euacuatione, quæ rectissimè fit per sudores, bene sentit; morbum verò ipsum, seu qualitatem illam malignam non solum humoribus, sed & partibus viuentibus impressam, negligit. E quo patet, quod diligenter notandum, de morbis occultis disputationem non esse inter eas, quas Galenus Logicas appellat, sed ipsam horum morborum essentiam concernere, morborumque occultorum ignorantiam non solum errores in theoria, sed & in praxi patere. Itaque quamuis concedimus, rectè humorum euacuationem etiam per sudores institui: tamen alexipharmaca etiam ad dispositionem illam malignam in partibus, imprimis hepate, necessariæ sunt; & Fernellius, ac quem sequitur Palmarius eandem ob causam peculiaris alexipharmaca, vt dicitur, addunt, vt dispositio illa maligna radicatus extirpetur. Etsi enim omnes humores vitiosi sint euacuati, & omnes morbi alii ac symptomata post eorum euacuationem cessent: tamen nisi dispositio illa maligna è partibus tollatur, malum recrudescit, & sæpe longo post tempore. Et hanc causam esse puto quòd non solum decoctum ligni, sarsaparilla, & similia, ad sudores ciendos manè exhibetur; sed etiam sine sudoribus potus loco propinatur. Ea ipsa enim medicamenta propria, quæ causam occultam & malignitatem in humoribus oppugnant, humoresque vitiosos per sudorem euacuant, etiam dispositionem partibus impressam eradicare valent.

Tandem & hoc non prætereundum, Indicationes antea propositas non necessario in quouis morbo Gallico attendendas esse, sed saltem in eo, qui iam totum corpus ferè inuasit, & imprimis hepar occupauit. Si verò malum recens sit, non opus est, vel sanguinem mittere, vel purgantia exhibere; cum vitium nondum humoribus communicatum sit, sed satis est, contagium receptum abstergere & euocare. Id quod & in scabie recenter contracta per contagium sufficit. Vbi tamen attendendum, an pustulæ illæ seu caries Gallica, quam dicunt, immediatè à contagio & congressu Venereo proueniant; tum enim externa medicamenta sufficiunt: an verò hepate iam affecto orientur; tum enim euacuationibus & alexipharmacis opus est.

De curatione: & primò venæ sectione. 1031

CAPVT X.

De curatione: & primò venæ sectione.

Venæ
sectio.

Primò ergo Præseruatoriam Indicationem, seu caussarum amotionem quod attinet, & principio quidem sanguinis missionem, quidem per sanguinis missionem causa morbi propriè & proximè non tollitur: tamen, si sanguis in corpore abundet, isque præsertim calidior, propria huius morbi remedia, quæ calida & sicca sunt, tunc adhiberi non possunt, nisi sanguis abundans prius minutus sit.

Et quidem si materia virulenta nullam peculiarem, ad aliquam partem, motum habeat, imprimis basilica vena aperiri potest. Si verò ad partem aliquam peculiariter motum habeat materia, & quidem ad inguina, ac natura bubonem protrudat, venæ sectio cautè instituenda. Si enim bubo ad suppurationem properet, venæ sectio non faciendâ, & præcipuè in brachio, ne natura in expulsionem turbetur, & materia ad interiora reuocetur. Obseruatùmque multos ex aperto bubone, & materia diutius per eum euacuata, integre sanatos esse: contra ex intempestiua venæ sectione malum prolongatum fuisse. In venæ sectione ergo naturæ motus attendendus, & vbi tumor spem suppurationis non præbet, in partibus inferioribus vena aperienda. Ita enim materia versus inferiora retrahitur, & propter effluxum sanguinis calidi postea facilius suppuratur. Eodem modo in pene vena aperienda est, si adsit in pudendis caries vel gonorrhœa, & omnino, si infra hepar partes laborent. Si verò ad caput materia ruat, & ibi dolores vehementissimos excitet, praua vlcera, capillorum defluuium, in brachio cephalica communissimè aperitur.

Cæterea, quæ in venæ sectione rectè administranda in genere proponuntur, præcepta etiam hic obseruanda; quæ cum huius affectus propria non sint, pluribus hic non proponenda.

Si vires, venæ sectionem non ferunt, eius loco hæmorrhoides venis ani, vel eucurbitulæ conuenientibus locis applicandæ.

CAPVT XI.

De præparatione & purgatione viscosorum humorum.

Humorū præparatio & purgatio.

Deinde si corpus sit cacochymicū, humores vitiosi conuenientibus medicamentis euacuandi & præparandi sunt; cum in corpore impuro alexipharmaca, & huius morbi remedia propria parum profint, imò etiam damnum afferre, & corpus, licet ipsa lues expugnetur, aliis morbis obnoxium reddere possint. Non enim humores vitiosi, circa viscera collecti, toti per sudores discuti & dissipari possunt, sed tenuiore parte discussa crassior relinquitur, & siccessit, ac visceribus impingitur, sæpe etiam acrimoniam contrahens, vasorum substantiam labefactat. Vnde interdum lues ista curatu pertinacior euadit, & hepatis ac lienis, obstructions & scirrhii, affectio hypochondriaca, herpes oriuntur.

Neque tamen solum in principio & ante luis propriam curationem purgatio instituenda, sed etiam toto curationis tempore, si vitiosa materia

Opera Sennerti Tom. III.

A iterum colligatur, per intervalla euacuanda. Si tamen lues iam inueterata, & in externis præcipue partibus hæreat, non temerè purgantibus fortioribus materia vitiosa ad interiora reuocanda, ne hepar, ventriculus, & alia viscera lædantur ac debilitentur, sed per loca conuenientia, quò natura vergit, euacuanda.

De humorum autem præparatione & purgatione etiam autores multi satis prolixi sint: tamen cum illa, quæ de vniuersali humorum præparatione ac purgatione ab iis dicuntur, non huic morbo propria, sed omnibus à eacochymia pendentibus communia sint; operæ præcium non videtur, in istis generalibus, quæ iam ex pluriù aliorum morborum curatione nota sunt, inhærere. Hæc saltem mouemus; Primò in malo recenti esse attendendum, qui humores vitiosi in corpore, & imprimis in secunda eius regione abundant, eosque præparandos & euacuandos esse. Si vero malum iam sit inueteratum, quia in eo plerumque humores crassi & adusti colliguntur, ad eos imprimis medicamenta dirigenda esse. Deinde & hoc obseruandum, simul ad intemperiem viscerum esse respiciendum, & si quam intemperiem contraxerint, eam corrigendam, eaque propriis medicamentis roboranda esse. Tertio est necessarium, vt semper aliquid præparantibus & purgantibus addatur, quod facultate specifica virulentæ Venereæ resistat. Ideoque de vulgariibus medicamentis purgantibus nihil addimus, cum passim sint obuia & nota, nisi hoc, non paucos Medicos testari, mechoacannam, quò pertinet radix gialapa, non solum ob viram purgandam cum commodo in hoc morbo exhiberi, sed etiã, quia peculiari vi luis huic aduersetur, ita vt inter morbi huius antidota à nonnullis numeretur. Deinde à Chymicis imprimis ad huius morbi curationem & purgationem etiam commendari & rium præparatum, de quo infra in specie dicetur.

CAPVT XII.

De propriis remediis, & antidotis, ac alexipharmacis luis Venereæ in genere.

D

Postquam corpus conueniente modo euacuatum, maxima curationis huius spes est in antidotis huius morbi propriis, vtpote, à quibus sola perfecta sanitas sperari potest, ita quidem, vt, etsi varii morbi alii, ex corruptione humorum orti, huic morbo sæpe coniungantur: tamen si malignitas illa tollatur, paulò post vel spontè euanescent, vel faciliè curentur; sine verò horum remedium ope nulla ab aliis medicamentis, quocunque etiam nomine veniant, perfecta curatio sperari possit. Imò & hoc à pluribus obseruatum, eiusmodi medicamenta, etsi manifestis qualitatibus intemperiei calidæ & siccæ aduersari videntur: tamen à multis, qui intemperie hepatis, imò totius corporis, calida & sicca præditi fuerunt, & habitum corporis gracilem habuerunt, imò planè ferè contabuerunt, eiusmodi medicamenta calida & sicca felicissimo successu vsurpata esse. Ex quo vel ipso apparet, in hoc morbo potius occultæ malignitatis, quàm manifestæ intemperiei rationem habendam esse. Ideoque quamprimum corpus aliquo modo præparatum, & euacuatum est, mature ad ista luis Venereæ alexipharmaca accedendum.

Luis Venereæ antidota.

○○○

Luis
Vene-
rea
alex-
phar-
maca
necessa-
ria.

Esti verò nonnulli Medici medicamentorum illorum, quæ mox recensentur, vires eleuare & extenuare velint, dum statuunt, quod decoctum ligni iuniperi, oleæ; buxi, fagi, & aliarum arborum idem præstare possit, quod decoctum ligni Guaiaci, modò tenuissima viuendi ratio, qualis cum decocto ligni Guaiaci adhiberi solet; vsurpetur; tamen falsum id esse, experientia dudum docuit. Licet enim compertum sit, ex vitu tenuissimo mitescere quædam huius morbi symptomata: tamen nisi propria auxilia adhibeantur, paulo post recrudescere & sæuior redire morbus visus est. Etenim talia medicamenta cum tenui diæta quidem vitiosos humores absumere, sed malignitatem expugnare non possunt. Ut ergo hic morbus est occultus, qui non nisi ex effectis cognoscitur: ita etiam remedia, quæ huic affectui medentur, non ratione inueniuntur, sed sola experientia.

Quæ-
rã fiat
Mia.

Quæ autem illa medicamenta sint, Medici rursus non planè consentiunt. Plurimi maximam in hydrargyro spem ponunt, idque vnicum & proprium luis Venereæ alexipharmacum esse putant; alii id planè reiiciunt, de qua infra dicitur. Alii, & plerique quidem vsu ligni Guaiaci, sarsaparilla, radice Chinæ, ligni sassafras, curationem huius morbi aggrediuntur, alii & de his ipsis dubitant, imò quidam negant, solius Guaiaci & similium vsu lucem hanc expugnari posse, & propterea aliorum permissione eorum vim exacuendam & augendam esse censent. Iul. Palmarius, *lib. de lue Venerea, c. 13.* distinguit, nec esse tanti Guajacum putat, ut Venerei veneni radices & omnem perniciem vnum prorsus extinguat, nec ita imbecillum, ut nihil sine aliorum ope & connexionione perficiat. Eius quidem vnus vsu, absumptis humoribus, omnia luis symptomata tandem sopiri, atque prorsus delitescere scribit, sed tamen venenatam mali labem, quæ iam partibus solidis infederit, in plerisque eo præsidio non expugnari, prorsusque extingui, sed ut planè extinguatur latentis veneni perniciæ, atque morbi reuersio præcaueatur, alexipharmaca alia adhibenda esse censet. Quam sententiam procul dubio hausit à Feluelio, præceptore suo. Eum enim, ut *lib. 1. de lue Venereæ, cap. 7.* primum ausum esse, scribit, omnem luis Venereæ curationem polliceri sine hydrargiri vsu, & multa domi suæ alexipharmaca componenda curauisse, quæ aduersus eiusmodi perniciem cum Guajaco, aut etiam sine eo adhibuit, & ut *alleg. cap. 7.* scribit, duo eiusmodi medicamenta, quæ præstantissima & efficacissima reperit, quæ ipse adiectis aliis remediis in vnum medicamentum redegit, quod hæcenus neminem fefellerit.

Verùm cum eiusmodi medicamenta ex communibus alexipharmacis huic morbo non propriis componantur, ea primo loco non proponemus, sed infra aliquid de iis dicemus. Primo verò loco trademus ea, quibus plerique Medici hæcenus vsi sunt, & quæ iam longa experientia huius luis alexipharmaca esse docuit: quorumque vsu non solum humores vitiosi euacuat, & symptomata profligata, sed & ipsas morbi radices extirpatas fuisse, ut iis amplius non rediret, multo vsu obseruatum. Qualia sunt lignum Guajacum, sarsaparilla, radix Chinæ, lignum sassafras, de quibus iam dicemus.

CAPVT XIII.

De ligno Indico & Guajaco.

ET primò quidem agemus de ligno Indico, ^{Ligni Indici.} utpote quod inter morbi huius remedia facile principatum obtinet. Cum enim in India morbus hic feratur esse endemius, etiam primarium remedium ex India petitur, quod lignum Indicum vocant. Est autem lignum huiusmodi ut ex Confaluo Quiédo, Nobili Hispano, Indicarum rerum scriptore, patet, duplex: vnum, quod vulgo notum, Guajacum dictum, alterum, quod paulus sanctus, seu lignum sanctum appellatur. Est enim à plurimis hæc duo ligna pro eodem habentur: tamen nominatus modò Autor, & notis & locis vtrumque discernit, de quo videatur Fallopius, *de morb. Gall. cap. 39.* Cum tamen vtrumque lignum ad morbum Gallicum expugnandum easdem vires habeat, (etsi ligno sancto ad arthritidem & alios morbos maior vis esse feratur, & lignum sanctum hodie ad nos rarò afferatur) solum de Guajaco dicemus.

Inter ceteras superioribus sæculis repertas nouas Insulas, est etiam vna, cui Hispani inuentores Hispaniolæ nomen indiderunt. In ea cum luis Venerea endemia esse feratur, atque vnicum eius morbi remedium habeatur decoctum cuiusdam ligni, quod hodie Guaiacum, ab incolis cum hiatus Huaiacum nominatur, Hispani eadem lue infecti idem decoctum salutare experti sunt viresque eius aliis postea detexerunt. Arbor fertur esse foliis fraxini, color ligni intus nigrescens est, ipsum lignum graue & ponderosum, in qua non fluit, sed mergitur, resinofum est, & dum accenditur, odorem non ingratum spirat: sapor eius subamatus, cum leui acrimonia, linguam vellicante.

De eius electione nonnihil dubii apud Medicos occurrit. Sunt nonnulli in ea sententia, id quod albicat, reliquo præferendum esse; cum quo minus adoleuerit, eo magis albicet; quo verò magis adoleuerit, eo magis nigriceat. Siccius autem esse, quod est annosius; quod verò minus annosum, humidius, & succo magis abundans, & proinde efficacius. Verùm enim verò cum duplex sit in viuentibus humor, vnus primigenius, calidi innati, seu spiritus insiti subiectum, etiam ad flammam concipiendam aptus: alter alimentarius, aquosior, & ad inflammationem minus aptus: vires huius ligni ut & aliarum plantarum, non æstimandæ ab illo alimentario, & aquosiore humore, sed à calido illo insito & humido primigenio. Qui cum in ætate prima cum in infantibus, tum in plantis humido multo obruatur & obfuscetur, multæ actiones in prima ætate infirmæ & imbecilles sunt, quæ postea humido illo nonnihil absumpto, & calore vegetiore reddito, progressu ætatis fortiores fiunt, solèntque hic calor omnium actionum præcipuum instrumentum vsque ad florentem ætatem, & ^{ad} immutatus consistere. Itaque etsi in Guaiaco etiam idem calidum innatum & humidum radicale semper sit, à quo vires eiusdem dependent: tamen quia in tenello adhuc ligno vis ista à copia humoris obruitur quasi, & cohibetur, minus efficax est adolescens adhuc lignum eo, quod iam adulta & confirmatæ ætatis est. Ac proinde ad huius morbi curationem

Duplex
Guaja-
cum

Ligni
Guaiaci
electio.

Ætas
hæius
ligni vt
distinguen-
da.

nōn lignum subflauum, vel quod buxei coloris est, & vel ab immatura arbore, vel à ramis decisum est, minúsque efficax, sed potius nigricans eligendum, vt pote, quod magis resinofum est, & pingui illa ac balsamica substantia abundat, in qua vis illa virulentæ Venereæ aduersa maximè residet. Ætatem ergo huius ligni internoicere, vtile est, vt efficacissimum eligatur. Etenim quod internam quidem partem nigram habet, sed fissuris veluti lineis quibusdam colore fusco, in orbem vt nigrum actis per longum intersectum est, efficax quidem illud est, sed quod tamen vel ex arborum ramis decisum est, vel certè ætatem maturam nondum attingit, atque ideo minoris efficacitæ est. Idcirco enim comparent lineæ huiusmodi, quod præpinguis illa substantia, quæ in medio arboris caudice maximè residet, nondum ita redundat, vt internas omnes ligni partes impleat. Quod verò tota interna parte nigricat, superficie dumtaxat albicante, id si integrum, ponderosum, & odoratum existat, leuísque acrimonia linguam vellicet, & vel nullis lineis intersectum est, vel iis resina plenis, ideoque, dum accenditur, præter odorem, quem, spirat gratum, resinam etiam reddit subnigram, id summum maturitatis gradum affectum, & ex arboris caudice decisum ac propterea efficacissimum est. Si verò lineis distinctum, & foraminulentum est, & nec pondere, nec odore, nec acrimonia valet, nec incensum resinam sudat, id senectutem iam attingisse, & propterea vires eius iam hebetescere, indicio est.

Monet hic etiam L. Septalius, esse speciem quandam Guajaci, quæ nunquam in usum ducenda sit, quæ nigrorem verum in medio non habet, sed coloris est subobscuri cum quadam viriditate, aquæ decoctum facit omnino turbidum, quod nunquam clarescit, tum maxima acredine & in gula, & faucibus ardorem excitat, ob crassas autem & terrestres partes maiori ex parte in splene, nonnunquam etiam in hepate obstructions inducit. Empirici syluestre lignum sanctum appellant. Sed cum apud autores nullibi repererit duplicem hanc syluestris & domestici differentiam, potius ratione soli has qualitates acquirere censet.

Cortex
ligni x
Guajaci

Si etiam cortex sit crassus, & ligno ita adhaereat, vt vix auelli & separari possit, bonæ notæ lignum est. Si verò cortex facilè à ligno separetur, vel vetustum est, vel aqua marina emarcuit. Si etiam dum abraditur lignum, pingue apparet, rasum multatatum mordet, & amaritudinem post se relinquit, dum secatur, solidum, & superficies æqualis, non aspera & foraminulenta appareat, lignum bonum est.

Cortex eiusdem ligni maiore acrimonia & amaritudine pollet, & propterea validius siccat, attenuat, & digerit, quàm lignum: verum quia illa vis occulta, quæ huic morbo aduersatur, est potius in humido illo pingui, ac substantia balsamica, semper lignum cortici præfertur: ac præterea cortex in calidis & siccis corporibus minus commodè adhibetur.

Vires
ligni
Guajaci

Vires ligni Guajaci quod attinet, est illud calidum & siccum, vt ex sapore, odore & acrimonia percipitur, & quidem in secundo gradu, ac simul est tenuium partium, vnde vim habet causâ attenuandi, lenta incidendi & detergendi, obstructions aperiendi, ac sudores & vrinas ciedi, superfluosque humores frigidus dissipandi & absumendi. Verùm non obistas qualita-

Opera Sennerti Tom. III:

tes præcipuè exhibetur lignum Guajacum, (cum huiusmodi qualitatibus prædita medicamenta etiam in Europa inueniantur; nec ex India ea transportare necesse fuisse) sed imprimis ob vim illam peculiarem & occultam, qua virulentæ Venereæ aduersum est. Et quidem inter alexiteria luis Venereæ lignum Guajacum primas obtinere, omnes ferè Medici consentiunt. Quanquam enim Fernelius eius hanc vim extenuare non nihil velit, ideo, quod non omnes hoc morbo affecti eius vsu curantur: tamen causâ hæc sufficiens non est; cum nullum omnino reperitur alexipharmacum, vel aliud medicamentum, quod desperatos etiam morbos curet. Ipsi autem virulentæ Venereæ occulta qualitate & proprietate lignum hoc aduersatur, ac humido radicali, & balsamo naturali, quod à virulentia hac facultati nutriendi aduersa maximè læditur, amicum est, illudque roborat adeo, vt obseruatum sit, eorum quoque qui hepar, & totum corporis habitum calidum & siccum habuerunt & qui à lue Venerea penè contabuerunt, vt antea etiam dictum, vsu decocti huius ligni, licet caliditate & siccitate ipsis aduersis, instaturatos & habitiores ac corpulentiores redditos fuisse. Nonnulli quidem scribere ausi sunt, decoctum huius ligni non minus nutrire, quàm nutriat ius pulli. Verùm huiusmodi esse mihi videntur in laudando hoc ligno. Etsi enim vegetabile est & aliquid forsan succi alimentaris in decoctum deponit: tamen in pullo plus esse alimenti homini idonei, quàm in ligno Guajaco, neminem sanæ mentis facilè negaturum puto. Quod verò nonnulli post morbum hunc corpulentiores fiunt, id ex accidenti est. Nam cum ob virulentiam Veneream nutritio in toto corpore fuerit læsa, vbi illa discussa & extincta est, corpus iterum bene nutrirî & augeri incipit. Id quod & in aliis quibusdam morbis, imprimis febribus, accidit, ante quas cum homines ob prauum nutrimentum non essent & ægroti, per morbum absumptis vitiolis humoribus postea bene nutrirî incipiunt, & corpulentiores fiunt.

An li-
gaum
Guaja-
cum nu-
triat.

Non solum autem lignum hoc habet vim alterandi, & occulta qualitate malignitatem illam virulentæ Venereæ, cum humoribus, tum partibus solidis impressam, extinguendi, sed etiam euacuandi, cum sensibiliter per sudores, tum insensibiliter, per insensibilem transpirationem. Ac proinde ratio per lignum Guajacum, & huic cognata medicamenta curandi morbum Gallicum maximè vsitata est. Etsi enim ob diuturnitatem curationis, & sudandi labores, ac tenuem dietam, aliquam molestiam eis afferat: tutior tamen longè est illa, quæ fit per hydrargyrum, in qua si peccetur, non leue periculum ægro imminet.

Parantur autem ex ligno Guajaco varia medicamenta, eaque vel forma liquida, vel solida, & in substantia. Verùm in forma liquida exhibitæ efficaciora sunt; cum facilè ad actum deducantur, & in totum corpus penetrent, ac omnium partium facultatem expultricem ad excretionem noxiorum stimulent. In solida verò forma cum pars illa, in qua vis medicamenti præcipuè residet, à terrestri & crassa nondum separata sit, non ita facilè in actum deducitur. Decoctum propterea, vt commodissimum, maximè in vsu est. Si qui tamen propter diuturnum huius medicamenti vsu eius pertæsi sint, ac nihilominus metuant, ne reliquæ aliquæ humoris prauis supersint,

Medi-
camenta
tà è li-
gno
Guaja-
co.

○○○○ij

aut vitæ genus decocti debito modo vsurpandum vsus amplius non admittat, iis etiam alia forma ex hoc ligno medicamenta exhiberi possunt. Inter quæ extracta & spiritus, vt dicitur, efficacissima sunt, ac longè pulueribus præstantiora.

Decocti
ligni
parandi
ratio.
An sit
in vino
coquen-
dum.

Ligni autem huius decoquendi ratio varia est, cum ratione liquoris, in quo fit decoctio, tum qualitatis liquoris. Nonnulli enim in aqua, alii in decocto hordei, alii in aquis distillatis, alii in vino, alii in sero lactis, alii in iure carnis lignum decoquunt. L. Septalius, *lib. 7. animadn. n. 20 4.* eos reprehendit, qui solo vino decoctum ligni fieri posse, negant; cum nihil aptius ad extrahendum medicamentorum facultates sit, ipso vine, & aqua (rectius spiritu vini dixisset.) Ideoque ille decoctum cum vino parat, quo in morbo inueterato cum malo habitu, & materia frigida prædominante vtitur, hoc modo: *Facta infusione corticis ligni sancti optimi, crasso modo contusi vnc. viii. in vini albi optimi, libr. medicinal. xlii. per duos dies excalefacto prius vino, & semper per duos illos dies in duplici vase, vel cineribus calente: Post fit lento igne vel in duplici vase elixatio ad consumptionem tertiæ partis; quo vtatur ægrotus, & manè loco sirupi, & pro potu in cibis; sumet manè vnc. vii. & post horam proliciantur sudores; in prandio autem, & in cæna non excedat vnc. xiiii.*

Verùm etiam si concedamus, vinum ad extrahendas vegetabilium vires commodissimum esse: tamen hoc negari non potest, quod coctione vires vini euanescant, & vbi spiritus exhalauit, phlegma nauseabundum, & ipsa aqua simplici minùs commodum relinquatur. Ideoque in ea sum contentia, vel lignum in aqua coquendum, & sub finem decoctionis vinum addendum esse; vel lignum saltem in vino diutius infundendum, aut in duplici vase coquendum esse, vt nihil pereat, nullo verò modo ad tertiæ partis consumptionem.

Ergo vulgarissimè & rectissimè decoctio fit in aqua pura, quæ & medicamenti caliditatem & siccitatem nonnihil corrigit, & distributionem ac sudoris prouocationem adiuuat. Si tamen corpus, & præcipuè ventriculus sit frigidior, ac debilior, ægerque vino assuetus, non incommode vinum admisceatur, vt modò dictum, & postea etiam dicitur. Nam vino admisto ventriculus minus læditur, & medicamenti vis ad omnia membra facilius penetrat.

Ligni
ad aquam
propor-
tio.

Ligni etiam ad aquam diuersa obseruatur proportio, pro ætatis, corporis constitutionis, anni, temporis ratione, sumunturque ad aquam libr. xii. ligni vnc. iiii. vsque ad vnc. xii. Si enim anni tempus & corpus sit calidius, tutissimum est, minorem ligni quantitatem sumere, & longiore tempore curationem turò perficere, quàm medicamento potentiore damnū aliquod ægro adferre; præcipuè primis curationis diebus, & priusquam humores in corpore superflui imminuantur, & sudor facile ac exquisitè fluere incipiat, ægerque decocto aduescat. Post sensim plus ligni sumi potest, quod nisi obseruetur, æger facile in periculum conuicitur. Scribitque Eustach. Rudius, *lib. 5. de morb. ocul. cap. 13.* se vidisse ægros, qui ob hunc errorem, nimiam scilicet quantitatem ligni, primis diebus adhibitam, in febrim inciderint, vt postea ab vsu decocti fuerit abstinentum, magno cum eorum damno. Vbi verò nihil tale metuendum est, in adultis, & communiter, ligni rãpati, vel torno comminuti libr. 3. affunduntur aqua libr. xii. in olla fictili vitreata, & horis 24. in loco tepido maceratur. Postea vase tecto, lento

igne coquitur, donec dimidia vel tertia pars remaneat. Decoctum hoc vase adhuc tecto refrigerescere sinitur, postea colatur.

Fallopium, *lib. de morb. Gall. cap. 46.* disputat, an commodius sit, coquere igne aperto, vel in vase duplici dicto, seu in B. M. illòsque reprehendit, qui statuunt, decoctum in Baln. factum, esse dilutius seu minùs potens, & quòd decoctum, quod fit in balneo, sit præstantius illo, quod fit in igne aperto, probare conatur exemplo aquarum distillatarum, quæ per Baln. præstantissimæ parantur; cum in his nulla adustio fiat, sed maior eliquatio, quæ fit in calido humido, decoctum præstantius reddat. Verùm aliud docet experientia, quàm ratio confirmat, Etsi enim è quibusdam plantis humidioribus, vt rosis, violis, lilio conuallium & similibus recentibus, quarum vis in parte volatili, vt Chymici loquuntur, consistit, optimæ aquæ fiant, etiam sine aquæ affusione, in balneo tamen in plantis calidioribus, & præcipuè in radicibus & lignis, quorum vis in parte oleosa consistit, nunquam earum vis per balnei calorem nimis mitem elici potest, id quod etiam in multis feminibus accidit, sed opus est distillatione per vesicam, per quam vehiculo aquæ partes illæ fixiores eleuantur. Cùm ergo tota vis ligni Guajaci in parte illa oleosa & resinosa consistat, atque vt ea eliciatur, forti coctione opus sit, eam calor B. lentus præstare non potest, sed coctione in igne aperto opus est; quæ tamen, si sufficiens quantitas aquæ addatur, nullam adustionem inducit.

Qua ra-
tione
coctio
insti-
tucada.

Nonnulli saporis gratiâ, & vt amaritudo & acrimonia minuatur, sub finem coctionis vuarum passarum & glycyrrhizæ an. vnc. vnâ addunt. Potest & saccharum & iulepus aliquis saporis gratiâ addi. Aurelius Minadous, *de vniul. Vener. c. 4.* melle imprimis decoctum dulcorandum statuit. Mellis enim exiguam quantitatem, si simul concoquatur, & despumetur, omnem amaritudinem infringere, decoctumque maiorem vim abstergerendi, attenuandi, aperiendi, fundendique humores, ac mēbra roborandi, acquirere existimat. Quod vt in corporibus pituitosis, ac imprimis ventriculo frigido, locum habere concedimus: ita cùm mel facile bilisecat, in corporibus biliosis, calidis & siccis non tuto vsurpari putamus, sed commodiùs passulas, glycyrrhizam, aut etiam saccharum.

Quo-
modo
decoctum
sic coa-
dicandum.

Nonnulli etiam in iis, qui hepar calidius & siccus habent, sub finem decocto vnâ atque alteram radicem cichorii, endiuæ, sonchi, M. j. vel ij. addunt. Verùm cùm decocta talia sint diu continuanda, cauendum, ne talium admistione ingrata reddantur, ægròque nauseam pariant. Deinde cùm decoctum ad plures dies sufficiens plerumque coquatur vnâ vice, tales autem herbæ additæ faciant, vt decoctum minùs diu duret; vt hoc præcaueatur, non toti decocto, sed eius saltem libr. j. herbæ tales addendæ.

Quidam non incommode, præcipuè in assuetis, & quibus ventriculus debilior est, sub finem coctionis vini albi subdulcis libras ij. addunt. Nonnulli totum decoctum in vino parant, sed minùs rectè. Euaporat enim in decoctione vini pars optima, & phlegma ingratum relinquatur, vt antea dictum.

Monet quoque Aurelius Minadous, decoctum istud ligni cum vehiculo esse exhibendum, quod virtutum medicamenti ad membra præcipuè affecta dirigat, & capite magis laborante cephalica,

reibus laborantibus nephritica, hepate, hepatica, liene, splenetica esse admiscenda. Quod vt non planè improbamus, ita non semper necessarium puramus; cum decocti vis facilè per se in totum corpus penetret. Imprimis verò cauendum, ne eiusmodi medicamentorum admixtione decoctum nauseabundum, & egro ingratum reddatur. Quod cum ipse etiam animaduertat, rectè monet, talia medicamenta commodiùs seorsim in puluerem, vel bolum, vel aliam forinam redacta, sumi, quàm decocto permisceri. Verùm de decoctis compositis infra dicetur.

Destillatorem è ligno Guajaco

Chymici cum metuunt, ne longa decoctione, quæ sit vel ad dimidias, vel tertias, spirituosæ ac subtiles partes exhalent & dissipentur, atque ita virtus medicamenti minuat, alio modo decoctum hoc parant, ita vt nihil virium pereat. Recipiunt scobem Guajaci, ac Retortæ indunt, & aq. s. q. affusâ Retortam in cineres ponunt, & recipiens vas applicant, ac igne supposito primò digestionem, deinde destillationem perficiunt, ad dimidiæ partisaquæ consumptionem. Quæ destillatur aqua, exhibetur ad ℥iij. Commodissimum tamen est, si aqua destillata cum reliquo in decocto in retorta colato misceatur. Ita enim integræ vires habentur. Supra decoctum in Retorta reliquum iterum aqua affundi, & per horas 12. digeri, ac postea destillari potest. Liquorque destillatus potus loco exhibetur. Et cum interdum accidat, vt infantes infecti lue Venerea nascantur, vel à nutricibus inficiantur, destillatum hoc saccharo dulcoratum loco iulepi ipsis exhiberi potest.

Decoctum secundum

Postquam etiam primum decoctum vulgari modo paratum & colatum est, ligno post coctionem primam reliquo iterum aquæ ℥b. xii. vel xviii. prout æger plus vel minus bibere solet, affunduntur & coquuntur ad part. tertiam consumptionem. Colatura pro potu ordinario in prandio & cæna exhibetur. Si potus iste dulcior & suauior exoptatur, passularum ℥iij. vel plures addere licet, vel loco passular. sem. coriandri præparat. ℥j. vel ii & decoctum sacchari ℥ii. vel iii. dulcorare.

Vinum Guajacinum.

Si tamen primo decocto herbæ aliquæ additæ fuerint, decoctum pro potu in mensa non è reliquiis primi decocti parandum, cum nauseabundum foret, verùm aliud decoctum recens, sed dilutius parandum, vel vinum Guajacinum, quod fit, si sumantur ligni ℥b. iiii. vel v. sacchari albi ℥b. iiii. vini albi ℥b. cl. lignumque in vas ligneum indatur, & vinum calefactum affundatur.

Decoctum tertium.

Nonnulli & tertiam vice lignum coquunt, & decoctum pro carnibus coquendis vsurpant. Potest idem decoctum etiam pro manuum ablutione, natium elutione, & vlcera mundatione vsurpari.

Electuarium è Guajaco.

Quidam & aliis modis hoc lignum exhibent. Nonnulli in forma pulueris; alii Electuaria inde faciunt. Ita Nicol. Massa, lib. 2. de morb. Gall. cap. 6. Recipit ligni Indici subtilissimè præparati ℥b. j. & cum sirupo fumarie coquit in forma electuarii: cuius ℥b. vel j. exhibet Vel ex ligno Guajac. subtiliss. puluerisati, sarsaparill. an. ℥j. spec. diarrion santal. diarrhod. abbat. an. ℥ii. conseru. cicbor. rosar. an. ℥vi. cum sirup. de cicbor. F. Electuarium. Alii cum sirupo conuenienti pilulas inde parant. Verùm alii non sine causâ hinc moment, talia medicamenta minùs efficacia esse, multòsque, qui recens fuerant infecti, cum ex talium medicamentorum vsu sanitatem sperassent, morâ &

Opera Sennerti Tom. III.

A cunctatione istâ & medicamenti debilitate in malum grauissimum incidisse. Minùs enim, vt dictum, talia medicamenta in corpus penetrant. Sub finem tamen curationis, vbi malum penè expugnatum est, ac metuitur saltem, ne praua aliqua dispositio reliqua sit, & ægris iam diu continuatus decocti ligni potus nauseam pariat, talia medicamenta ad reliquias omnes absumendas vsurpari possunt.

Extractum li-gni Guajaci

Commodiùs extractum ex hoc ligno paratur, atq; ex eo vel pilulæ vel rotulæ. Verùm post eius vsum liquore al-quo sumpto opus est, cuius vehiculo extractum in totum corpus distribuatur & deducatur. Imò extracta hæc, ita etiam censente Hercule Saxoniam, vix tam validas vires habent, vt possint morbum antiquum & maximum vincere, sed iis meritò decoctum præfertur.

B Fortius oleum esse scribit Hercul. Saxonia, de lue Venerea, cap. 27. Et in hoc oleo totam vim ligni alexipharmacam depositam esse putat, & se experientia comprobasse refert, huius olei beneficio morbum antiquum & maximum fuisse superatum. Exhibet autem id variis modis. In corporibus emaciatis cum lacte; in aliis temperamenti calidioris cum conserua rosarum, vel fero caprino; in melancholicis cum conserua borraginis, vel buglossi; in pituitosis cum conserua betonica; in tophis cum terebinth. & quidem pro dosi ℥ii. Verùm procul dubio non oleum fuit, quod exhibuit Saxonia, sed extractum liquidum, seu tinctura, vt appellant. Oleum enim nullum per alembicum ex hoc ligno destillatur. Quod verò per retortam, seu descensum, igne aperto, destillatur, ita comparatum est, vt intra corpus non commodè, imò vix tuto exhiberi possit.

Oleum Guajaci

Ego plus tribuo spiritui Guajaci, quem tamen parare non est cuiusuis. Longiore enim & diligentiore digestionem ac fermentationem indiget, vt parari possit.

Spiritus Guajaci,

Sunt etiam, qui folia & fructus huius arboris in conseruas & electuaria redacta vsurpanda censent, referuntque, Indos etiam hac lue infectos, ea loco medicamenti vsurpare. Verùm etsi folia & fructus in lue leui aliquid præstare possint: tamen in inueterata & magna non sufficiunt, nec idem quod lignum præstare valent. Fructus verò huius arboris etiam vim habere aluum vehementer mouendi, obseruatum est. Et cum recens ac leuis lues interdum solis purgantibus curetur: non mirum est, Indos, per purgantes hoc fructus, curari posse; imprimis cum omnis vis alexipharmaca contra hunc morbum ei non sit dencganda.

CAPVT XIV.

De Sarsaparilla.

E Post lignum Guajacum primas in lue Venerea curanda obtinet radix, quam alii sarsaparillam, alii salsamparillam, Hispani sarsamparillam nominant, ob similitudinem, quam cum smilace aspera plantâ habet. Ob spinas quidem (dumus enim Hispanis Sarfa est) sarfa, ob folia verò & ramos, parilla, quasi vitis spinosa nominatur. Imò Fallopius, de morb. Gall. cap. 63. in ea est sententia, reuera esse smilacem asperam, quæ & in Italia passim crescat; & se eius vsu felici successu plures à lue Gallica liberasse

Sarsaparilla.

OOOO iij

scribit. Dioscorides quoque, *lib. 4. cap. 139* de smilace aspera ita scribit: *folia & fructus eius contra lethalia venena prius postque pota antidota sunt, & traditum præterea est, si tritum eorum aliquid nuper genito infanti bibendum detur, nullum illi postea nociturum venenum.* Verùm sit sanè, vt Italica smilax aspera contra hunc morbum, sicut & alia venena, aliquid possit: tamen ipse concedit, quòd non leuis inter hanc & Indicam sit differentia.

Locus
natura-
lis sar-
parillæ.

Nascitur verò saraparilla in Peru, in sepibus, vt in Europa smilax aspera, vitis alba & nigra, ac lupus salictarius. Radix per terram longè latèque serpit, vt sæpe sex cubitorum longitudinem superet, quæ in fasciculos colligata ad nos aduehitur. Bona & recens est alba, solida: quæ verò ruffa est, & cum frangitur, puluerulenta, minùs efficax.

Vires.

Eius vis, vt dixi, maxima etiam est in curando hoc morbo, atque experièntiâ compertum, eius vsu, sine Guajaco, multos curatos esse. Et quia temperatior est, & moderatè calida, ac nullius acrimoniæ, amaroris, aut adstrictionis, vt & odoris particeps, sed obscuram quandam dulcedinem habet, omni corporis constitutioni & ætati tutò adhiberi potest. Partium præterea est tenuium, sudores prouocat, insigniter exsiccatur, putredini resistit, nimiam humiditatem absomit, corpus nonnihil laxat, & propterea ventriculum aliquo modo debilitare solet. Etsi verò valentius & efficacius sit lignum Guajacum: sarfa tamen in eo lignum superat, quòd insignem vim habet dolores Gallicos sedandi, eosque acutissimos & pertinacissimos, ob insignem tenuitatem, vim penetrandi & laxandi: nullumque dolorem tam contumacem, tamque diuturnum occurrere scribit Iul. Palmarius, quem non tandem aliquando sopiat ac superet, si quis decocto eius diutius & constanter vtatur. Imò nodosos omnes lais tumores, modò ossei non sint, quacunque in parte consistunt, extirpantur eius vsu, liquefactâ & sudoribus profusâ, aut minùs consumptâ, & insensibili perspiratione vacuata eorum materiâ. Scribitque *alleg. loc.* Fallop. quòd si post superatum morbum restant vlcera, rhagades circa annum, duplo citiùs ea sanare sarfamparillam, quam lignum Indicum; & breui quoque tempore tophos durissimos eo discuti. Moneat tamen hic nonnulli, Guajaco equidem hunc morum perfectè curari posse, & in Guajaco omnia, quæ ad luem hanc curandâ necessaria sunt, reperiri, sarfam verò rarè solam, sed cum ligno Guajaco, rad. Chinæ, ligno sassafras mixtam, hunc curare morbum: idque ideo quòd ventriculum laxet, minùs calefaciat; omni acrimoniâ careat, & propterea monita abstergat, & cum odore careat, spiritus reficiendi vim non habeat. Verùm acculationes hæ, à qualitatibus manifestis petita, non videntur sufficientes. Equidem quòd Guajacum primas in hoc morbo obtineat, negandum non est. Interim à plurimis etiam obseruatum, solius huius radicis vsu interdum luem hanc curatam fuisse. Et si forsàn ventriculum nimis laxet, ei facilè occurri potest.

Modus
exhi-
bendi.

Exhibetur autem & ipsa variis modis. Plerunque, vt Guajacum, in decocto. De quo notandum, qui sumptui parcere nolunt, & decoctum efficacius expetunt, eos solum corticem, vt qui efficacior radicis pars est, sumere, medullam verò interiorem abiciere debere, vt pote, quæ mi-

nus efficax est, imò, vt à nonnullis perhibetur, frigidior, & quandam adstringendi vim habet.

Sumitur autem radix sarfaparillæ, minutim concisâ, eiusque ℥j. affunduntur aq. lb. ij. seu rad. Deco-
atio. ℥iib. aq. lb. iiij. nonnulli rad. ℥iiij. aq. lb. vij. alii ℥iij. aq. lb. x. affundunt. Neque enim ita strictè aquæ ad radicem portio præscribi, sed ea pro morbi natura, & ægri ac anni temporis conditione variari potest. In luc enim inueterata potentiore decocto opus est, in recenti minus potenti. Maceratur autem primò horis 15. vel 20. & postea coquitur ad dimidiæ partis consumptionem. Decoctioque passule, glycyrrhiza, vel alia prout opus, sicut in decocto Guajaci, adduntur. Et quia decoctum sarfæ ventriculum nonnihil laxat, plerunque mentha, betonica, vel aliud ventriculum roborans, addendum, aut, quod commodius videtur, ipsum Guajacum, aut, ne variorum mixtio nauseam pariat, post sumptum sarfaparillæ decoctum, aliquod ventriculum roborans sumendum.

Postquam decoctum primum paratum est, reliquis iterum aq. lb. xv. affunduntur, & ad tertias decoquantur, decoctumque in prandio & secundu
cœna vsurpatur. Nonnulli etiam sub finem decoctionis vini lb. iiij. addunt. Id tamen tum solum faciendum censet Fallopius, cum vel æger domo egreditur, vt vires conseruentur, vel quando ventriculus debilis est. Possunt tamen ex hac radice pulueres, electuaria, extracta parari, vt ex ligno Guajaco.

CAPVT XV.

De radice China.

Mercatores Lusitani è Chinarum regione radicem quandam ad hunc morbum curandum superiore seculo aduexerunt, quam radicem Chinæ appellarunt. Cum enim & eam regionem lues Venerea inuasisset, sicut America-
Radix Chinæ: ni Guajaci vsum ad hunc morbum profligandum monstrarunt; ita Chineses ad eundem curandum hanc radicem vsurparunt, eiusque vsum alios docuerunt. Est verò radix palmi longitudine, interdum crassa satis, interdum tenuior, tuberosa, subruffa, ponderis mediocris, quam recens effollam ad eò tenellam esse ferunt, vt cruda & elixa mandi possit, vt apud nos napi ac rapi radices. Quod tamen ita credibile non videtur; cum apud nos napi ac rapi radices exsiccata tantam duritiem nunquam acquirant. Ad nos dissectæ adferuntur.

Vires eius quod attinet, nec sapore nec odore pollet, & propterea in caliditate & frigiditate nullus eius est excessus, sed potius temperata est, aut si quis eius est excessus, potius est in frigiditate. In siccitate tamen ad secundum extenditur, tenuis est substantiæ cum aliqua tamen adstringendi vi, & substantifica quadam humiditate, ita, vt eius vsu homines pinguescant: vnde & decoctum eius facilè acescit. Cum primum à Lusitanis in Galliam & vicinas prouincias esset allata, mirè à mercatoribus laudata ei, vt quæ tenuium partium dirigendi vim habeat, vrinas & sudores moueat, omnis generis excrementa absumat, viscera abstergat, obstructions liberet, sanguinem à corruptione vindicet, articulorum dolores tollat, lui Venereæ profit, & quia temperata est, omni ætati, sexui, quocunque tempo-

Vires
eius.

re anni, ipsique adeo febricitantibus tutò adhiberi possit. Quæ facultates omnes cum in ligno non sint, à nonnullis tum temporis non solum ad alios morbos curandos adhibita, sed & ad Gallicum curandum ligno Guajaco prælata est. Quæ res ipsa fecit, ut Carolus V. Imperator, gravissima arthritide laborans, primus ferè huius radice usum, de quorundam Medicorum consilio, experiri voluerit. Verùm experientia iam famam postea minuit, scribitque hac de re Iul. Palmarius de lue Venerea, cap. 14. multos magno suo incommodo radicem hanc ligno Guajaco prætulisse, seque experientia comperisse, quod etiam in magna victus parsimonia aduersus hanc luem inefficax fuerit, sæpe etiam eius decocto ita humescere ventriculus visus sit, & calor nativus opprimi, ut lienteria grauis, magnaque cruditas non rarò subsecuta fuerit, quibus imbecillus infiti caloris fomes ierit. Præter has incommoditates & vitia non raro etiam lienis tumores atque duritiem diutius ventibus inducere scribit. Neque etiam tota substantia vel occulta qualitate aduersus luem hanc præcellentes vires habere concedit; cum post eius usum in morbi recidiam, qui sibi iam bene esse crediderunt, quotidie relabantur. Quod etiam confirmat Gabr. Fallopius, lib. de morb. Gall. cap. 60. qui & ter & quater se ista radice ad hunc morbum curandum usum esse, nihil verò ea efficere potuisse, scribit: interim se feliciter ea ad hydropem, ac contemperandam humorum mobilitatem in lippitudinibus oculorum calidis, & intemperie calida ventriculi, & hepatis usum esse scribit. Et consentiunt in eo alii quoque Medici, quod radix hæc in morbo Gallico curando ligno Guajaco & sarsaparilla inferior longè sit, quamquam ad calorem corporis nostri conservandum & roborandum, ac propterea ad alios, utilis sit. Et si forsitan vnus aliquis, qui neque Guajaci decocto, neque hydrargyri inunctione seruari potuit, Chinæ decocto ad sanitatem rediit, eius rei hanc causam esse putat Iul. Palmarius, quod natura varietate remediorum gaudens, & fortiorum pertæsa, tandem minus efficacibus alleuiata fuerit. De recenti tamen radice refert Garzias ab Horto, eam insigniter adeo calefacere, ut si quis eius decocto paulùm meracior utatur, aut calidum hauriat, ob nimium medicamenti calorem in maximos hepatis ardores, in erysipelata, in phlegmonas, atque alia grauissima symptomata incidat. Verùm cum ad nos insipida, interdum etiam puluerulenta, aduehatur, non est, ut tale quid metuamus. Neque verò hoc solum in hac planta, sed & in multis aliis accidit, ut succus ille alimentarius longè alias vires habeat, quam plantæ exsiccata. Ideoque etiam forsitan magnus ad luem Veneream curandam recens in China hæc radix vires habeat: non tamen necessarium est, ut easdem apud nos obtineat.

Deco-
tum
Chinæ.

Paratur autem decoctum ex hac radice ab aliis aliter. Iul. Palmarius vulgatam parandi rationem hanc esse scribit, ut radice ʒiij. in orbiculos sectæ in olla fictili aquæ lb. iij. affundantur & horis xii. macerentur, postea lento igne ad dimidiæ partis consumptionem coquantur. Fallopius radic. ʒii. in aq. lb. xii. coquit ad dimidiæ partis consumptionem. Sed pro morbi ratione proportio radic & aquæ variari potest, & radic. ab ʒj. ad ʒiii. in aq. lb. xii. coqui. Monet tamen hic Septalius, commodissimè decoctum hoc parari si radic. recentior. non cariosar. ʒj. coqua-

tur in lb. x. aq. & ʒii. in lb. aq. xii. Scribit enim. Etsi multi Medici, ut nimia impensæ rationem habeant, cum multi totam illam decoctionem vnica die absumere nequeant, verentur autem, si in alterum diem conferuent, ne acefcat, dimidiam Chinæ portionem in dimidiata aquæ quantitate excoquunt, & aut dimidas, aut duas tertias consumunt, sic consentes & indemnitati crumenæ consuluisse, & decoctum æquè validum parasse; tamen maximè decipiuntur, & si gustus iudicium non subtraxerint, facile cognoscent, potentius multò esse primum illud decoctum, quàm secundum; & ratio est in promptu, quia non satis est, dari proportionem radice ad aquam, sed spectandum maximè tempus coctionis, & actionis caloris ignis, & reactionis aquæ. Ad extrahendam enim facultatem ex durissima radice, & siccissima, & aquæ communicandam cum quatuor putà horarum spatium intercedere debeat, quantum consumetur in absumentis per elixationem sex, octo, libris aquæ, si dimidiata quantitate imposita, Chinæ puta ʒb. lb. vi. aq. dimidium consumere sinamus; aut duæ tertiæ partes, minori spatium, quam duarum horarum absumentur, minus aqua æquæ ignis resistere valente. Neque verò quis dicere audeat, data minori ignis quantitate, & magis lento igne si fiat coctio, posse nos huic incommodo contrà venire: nam ad extrahendam vim hanc ex solidiori substantia, debita quoque ignis quantitas concurrere debet.

Ex reliquis alius potus pro prandio & cæna, Deco-
tum
secundum
ut ex ligno Guajaco, à nonnullis paratur. Palmarius tamen prima coctione totam facultatem istius radice in iusculum transfundi existimat, ideoque pro potu ordinario radice alia ʒiij. in aq. lb. viii. coquit, dum lb. ii. discussa fuerint. additque passulas & glycyrrhizam. Imò nonnulli etiam primum decoctum in prandio & cæna propinant, cum gustui non ingratum sit.

Monet quoque nonnulli, ut non plus decem semel paratur, quàm vna die absumi possit, cum refrigeratum facillè acefcat. Ideo etiam id in cinibus tepidis asseruari iubent. Sed experientia docuit, etiam ad 4. dies durare. Quæ tamen acefcat, id ipsum docet, radicem hanc aliquid spirituosæ & alimentariæ, quod fermentationis, & hinc aciditatis, causa est, in se habere.

Videatur etiam de hac Amatus Lusitanus, centur. 1. curat. 98. & imprimis centur. 2. curat. 31.

CAPVT XV.

De ligno Sassafras.

AD luem Veneream curandam etiam vsurpatur lignum, quod sassafras vulgò appellatur, quod ex Insula Florida dicta apportatur. Saporis est aromatici, instar sceniculi. Calidum est & siccum in 2. gradu, tenuis substantiæ & vi aperiendi, discutendi atque attenuandi præditum: ac propterea ab iis, qui in Indiam nauigant, commendatur ad febres tertianas diuturnas, cachexiam, & hydropem, & ventriculum roborandum, doloresque nephriticos. Laudatur & ad arthritidem. menses aperendos, & plures morbos alios, de quibus dicere huius loci non est. Vsurpatur & ad morbum Gallicum curandum. Minus tamen efficax esse, quam Guajacum, & sarsaparillam, plerique Medici con-

Lignum
Sassafras
Vires
eius.

sentiant. Paraturque ex eo decoctum ferè, vt A
ex sarsaparilla.

CAPVT XVII.

De Saponaria.

Sapo-
naria.

TAndem quibusdam Medicis ad hunc mor-
bum curandum saponaria commendatur,
quæ est amara, acris, & vi abstergerendi, aperien-
di que prædita, & in morbo Gallico, qui aliis reme-
diis profligari non potuit, & in pertinacissimis
doloribus laudatur. Inuentum esse fertur Za-
patæ, Empirici Hispani. Vsurpatur verò & in
decocto, & in substantia. Decoctum paratur
hoc modo:

Doco-
ctū eius

℞. saponariæ virid. M. ij. Infundantur per
noctem in ℥b. viii. aq. Mox excoquantur ad co-
cturam saponariæ. Deinde ℥b. j. cum ℥ss. aq.
cum herba iam cocta excoletur cum expressio-
ne, quæ referuetur pro potione matutina, ad
sudores proliciendos, sumendo ℥vii. aut viii.
Quod verò superest, dulcoretur cum passulis,
aut saccharo pro potu cum cibis; ætate, & bilio-
sis naturis addi poterit aut sonchi, aut cymbala-
riæ M. j.

Sed gustui ingratum est remedium. Eustachius
Rudius Recipit saponar. p. vi. vel etiam plures,
& infundit in aq. ℥b. xii. & coquit ad dimidiæ
partis consumptionem. Verùm, quod etiam Sep-
talius animaduertit, nimia ad tantillam saponari-
æ portionem est aquæ copia.

Puluis.

In Substantia verò radix imprimis vsurpatur,
eâmque Rudius plurimum in doloribus Galli-
cis antiquis commendat, atque ex ea hunc pul-
uerem parat: ℞. chamæpytis ℥ii. dictamn. alb.
℥i. zedoar. ℥vi. rad. saponar. ℥iii. margarit. præ-
parat. ℥b.

F. puluis pro ix. dosibus. Sed quis sumet pro
vna dosi pulueris propemodum ℥iiii. ? Et reli-
qua medicamenta saponariam, quæ tamen ba-
sis esse debet, longè superant.

CAPVT XVIII.

De alexipharmacis compositis.

Alexi-
phar-
maca
cōposita
in lue
Vene-
ica.

ET si verò medicamenta hætenus enumerata
omnia ad hunc morbum profligandum vti-
lia sint: tamen alia aliis efficaciora sunt, & præ-
terea alia alias qualitates habent, quibus nunc
huic, nunc illi scopo inseruiunt, vt de simplici-
bus dictum. Ideoque rarò vnum medicamen-
tum ex his, sed plerunque plura simul vsurpan-
tur. Equidem si morbus sit simplex, neque viscus
aliquod laboret, & intemperies aliqua insignis
in parte aliqua sit, quæ vsum Guajaci prohibeat,
præstantissimum inter omnia est lignum Guaja-
cum, quod & occultis qualitatibus, & manifestis
huic morbo resistit. Si verò affectus aliquis con-
iungatur, sarsaparillam, Chinamque addere
sæpe vtilissimum est. Adduntur & à nonnullis
medicamenta multa alterantia, de quibus cum
supradictum sit, hoc loco nihil de iis addimus,
nisi hoc; cauendum esse, ne admixtione cicho-
raceorum & intibaceorum ac refrigerantium
medicamentorum, quæ ad calorem ligni Guaja-
ci, qui tamen ita formidandus non est, tempe-
randum adduntur, sudores, qui vnicè expetun-

tur, & qui plus commodi afferunt, quàm leuis
calesctio damni, impediuntur: deinde ne alia-
rum rerum admixtione potio ingrata & nausea-
bunda reddatur. Ideoque his missis, vt saltem
de alexipharmacorum mixtione dicamus, si ægri
natura sit valde calida & sicca, humores à capite
ad pulmones & thoracem, & alias partes impe-
tuosè ruant, solùm lignum Guajacum non com-
modè adhibetur; cum partes amplius calefaciat
& exsiccet, & humores caliditate sua fundat, ac
moueat; sed tum sarsaparilla tutior est, & China
adhuc commodior quæ caliditatem simul tem-
perat, adstringendique vim habet, qua fluxio-
nes sistit. Contra si virtus sit imbecillis, & oculo-
rum debilitas adsit, falsa non commoda est, cum
ventriculum laxet, & oculorum aciem obtun-
dat. Si magna adsit atrophia, (modò non à lue

B Venerea ortum habeat: tunc enim lue hæc, vt
caussa, ablata ipsa macies quoque cessat, & cor-
pus melius nutriri incipit) Guajacum & Sarsapa-
rilla non satis tuta sunt: China verò tum longè
vtilior est, vt pote quæ substantificè, vt loquun-
tur, humectat. Præ cæteris tamen omnibus ad
tabem commendat sarsaparillam Lud. Septa-
lius, lib. 7. animadu. n. 214. vt infra etiam c. p. vit.
dicetur Ita si atroces dolores ægrum infestant,
aut gummatosi tumores, aut insignia vlcera con-
iunguntur, sarsaparilla vtilissima est, quæ etiam
tophos Gallicos discutit, ac dolores faciliùs sedat,
quàm ipsum lignum. Ita pro ægri constitu-
tione, & morborum coniunctorum naturâ, nunc

C Guajacum solum vsurpare, nunc sarsaparil-
lam, nunc radicem Chinæ, nunc hæc omnia, &
quidem in maiore vel minore quantitate, admi-
scere vtile est. Additur interdum & cortex Gua-
jaci, nunc ℥iiii. nunc ℥iiii. pondere, ad ligni ℥b. j.
& in aq. ℥b. xv. coquantur, e. g. ℞. lign. Guajac.
℥b. cortic. eiusd. sarsaparill. an. ℥iiii. radic. China
℥i. Infund. hor. 24. in aq. ℥b. xii. Postea co-
quantur ad dimid. part. consumpt. pro haustu
sudorifero. Residuo affund. aq. ℥b. xii. Stent in
infus. hor. 8. Postea coq. ad tert. part. consumpt.
pro potu in mensa. Vel: ℞. lign. Guajac. ℥b. i. cor-
tic. eiusd. sarsaparilla. an. ℥iiii. Coq. in aq. ℥b. xvi.
ad dimid. part. consumpt. Vel: ℞. lign. Guajac.
radic. China, an. ℥b. sarsaparill. ℥i. Infund. in aq.

D ℥b. vi. hor. 24. Postea coq. ad medietat. Residuo
affund. aq. ℥b. x. Coq. ad consumpt. ℥b. iii. Co-
latura detur pro potu in mensa. Vel: ℞. ligni
Guajac. ℥viii. cortic. eiusd. ℥iiii. sarsaparill. lign. sarsa-
parill. an. ℥ii. Coq. in aq. ℥b. xii. ad consumpt.
duarum tertiar. vt scilicet remaneant ℥b. iiiii. Sub
finem add. vini ℥b. iiiii. Residuo affund. aq. ℥b.
xvi. Coq. ad consumption. medietat. & sub fi-
nem add. vin. libras. iiiii. F. potus in mensa.

Hoc loco non prætereunda est questio, de vsu
purgantium, dum decocta bibuntur: An nimi-
rum ea decocto admisceri, vel cum decocto si-
mul vsurpari debeant. Alii enim planè ea reii-
ciunt, & purgantia nec decocto admiscenda, nec
seorsim vsurpanda esse, statuunt, eâ de causa,
quòd corpora, antequam accedant ad vsum ho-
rum decoctorum, diligenter purgari soleant.
Deinde, quòd purgantia & sudorifera motus
contrarios efficiant. Alii contra decoctis hisce
admiscunt purgantia, vt eorum auxilio sanguis
mundetur, & aluus continuò laxetur. Alii pur-
gantia decoctis hisce non admiscunt, sed certis
interuallis, octauo vel decimo quoque die, vel
longiore etiam interuallo, prout opus est, pur-
gant. Quæ vltima sententia mihi verissima vi-

An pur-
gantia
decoctis
admi-
scenda.

De alexiph. comp. de modo vtendi &c. 1039

detur. Et si enim corpus ante decoctorum horum vsum purgetur: tamen facile aliquid restare potest, & subinde etiam colligi; ac sudores tantum humores tenuiores purgant, crassos vero relinquunt. Neque hoc modo motus contrarii fiunt. Eo enim die, quo purgatio instituitur, sudorifera non exhibentur. Si verò ipsis sudoriferis purgantia admiscerentur, tum motus contrarii fierent. Et præterea purgantium admitione decoctum tot septimanis vsurpandum nauseabundum & ingratum redderetur.

An purgantia sudoriferorum locoeffici possint.

Statuit quoque Hercules Saxonia, *de lue Vener.* c. 38. singulis etiam diebus posse purgationem institui, in iis scilicet, in quibus sudor vel non potest, vel non debet excitari. Non posse sudorem prouocari, existimat in iis, qui vel sunt vsque ad eò cute durâ ac densâ, vt nullo modo possint sudare, vel quibus quamprimùm sudorifera exhibentur, lipothymia, vel syncope accidit. Non debere verò eos sudare putat, quibus lues Venerea non obsidet artus, neque cutem, neque corporis ambitum, sed potius circa viscera propriam posuit sedem. Verùm non videtur vero mihi consentanea hæc opinio. Nam quòd putat, ideo quibusdam esse exhibenda purgantia, quòd non possint sudare ob cutis densitatem, vel quod in lipothymiam statim incidant, nec rationi, nec experientie consentit. Etenim vix habet aliquis cutem tam densam, vt pori ad sudorem nullo modo pateant. Et licet primis diebus sudor statim non succedat: tamen postquam vsu decoctorum humores attenuantur, viæ & pori aperiuntur, postea sequitur sudor; imprimis si balnea illa Laconica, vt postea dicetur, adhibeantur. Potest æger sudorem etiam ita moderari, vt in lipothymiam, vel syncopen non incidat. Et qui sudores non ferunt, nec purgationem facile ferent. Tandem purgantia idem, quod illa sudorifera, præstare non possunt. Quòd verò in quibusdam sudorifera exhiberi non debeant, falsum. Etsi enim circa hepar & viscera lues primariam sedem habere possit; tamen fieri non potest, quin simul vitiosi humores in toto corpore abundant; cum hepar hac lue infectum virulentum sanguinem generet, eumque in totum corpus distribuat.

CAPVT XIX.

De modo vtendi his medicamentis.

Modus vtendi his medicamentis. Dosis decocti.

Modum vtendi his medicamentis quod attinet, primò decoctum Guajaci exhibetur plerumque manè & post meridiem, horis duabus ante cœnam. Manè quidem datur ab ʒv. ad ʒviii. vel ix. ante vesperam ab ʒiii. ad ʒvi. Puluis ad ʒii. Extracti ʒii. Haustus tamen vespertinus interdum omittitur, in primis in principio, donec æger decocto adsuescat. Quod enim supra de qualitate decocti moderanda dictum, id etiam de decocti quantitate exhibenda obseruandum, ne nimia eius copia æger obruatur & offendatur. Quod nisi obseruetur, acti sit interdum, vt ægri in febres incidant, cruditates contrahant, atque inde diarrhœa, cachexia, & hydrops excitetur.

Eadem verò ratione est exhibendum decoctum sarseparrillæ, radicis Chinæ, & decoctorum compositorum. Etsi enim nonnulli hic varias doses præscribunt: tamen non peccabit, qui ad dictum iam modum ea exhibuerit.

Et quidem post matutinum haustum danda opera, vt æger sudet. Experientia enim docet, eos, qui sumptis his medicamentis non sudant, vix integrè ab hoc morbo liberari. Vt verò sudor facilius fluat, æger sumpto medicamento horam vnã dormiat. Ita enim medicamentum in actum deducitur. Tempus sudandi quod attinet, primò satis est, si æger horam vnã sudet, post sensim ad plures ascendat. Modi verò sudandi varii sunt. Plerique ægros in lecto sudare permittunt, quod vt facilius fiat, lagenæ aqua calida plenæ, vel lateres calidi panno inuoluti sub axillas & latera ægri apponendi sunt. Nonnulli mantellum ligneum parant, quale descripsit & depinxit, in *Exeges. Chymiatr.* Andreas Tenzelius, qui tamen sudandi modus non parum molestus est. Non sine causa verò omnibus sudandi modis in hoc morbo præferunt plerique eum, qui fit in balneo & æstuario, vtpote qui minorem molestiam ægris affert, cum debiles ægri etiam in lecto sudantes, balneo & æstuario vti possint, calorque balnei queat intendi & remitti pro lubitu, siccum & humidum parari, vt ægri conditio postulat. Humidum tamen balneum, & aquæ calidæ vapore lente calefactum, commodissimum est; cum vapor ille calidus aquæ, poros cutis aperiat & laxet, vt sudor facilius, & absque ægri molestia fluat. Sicca vero balnea planè laboriosa sunt, & in corporibus siccis et melancholicis vsurpari non debent.

Balnea autem illa æstuararia sunt duplicia; Primò magna illa, in quibus ambulatur, qualia sunt nostra vulgò balnea dicta, in quibus plures simul sudare & lauari possunt. Talia licet ad hunc morbum curandum in Italia Barbaris foribus sint visitata, meritò tamen vitantur; cum si quis leuiter affectus illud, quod ex alio grauiore laborante exhalat, excipiat, magis infici possit, sed commodius est, vt quilibet æger scorsim sudet. Deinde sunt balnea, seu æstuararia parua, in quibus vnus solus conclusus sudat. Talia parantur è ligneis tabulis compactis, quæ rursus sunt duplicia; alia, quæ rectâ hominem, sine corporis inflexione rectum, capere possunt, quale describit Iul. Palmarius, *de lue Venerea cap. 17.* Formâ quadratâ septem pedes altâ, quatuor verò longâ & latâ. Cuius descriptio ibi videatur. Apud nos alia sunt in vsu, etiam ex asseribus mutuis processibus & sinibus sese excipientibus, compacta, quadrata, sed oblonga, latitudine eâ, vt homo sine impedimento federe, & brachia dilatare possit; altitudine verò duplici vnâ ubi æger sedet, tanta, vt sedens caput, quod arcuè tabulis concluditur in collo, exserere possit: reliquâ verò parte humiliore. Longitudo tanta est, vt si æger sedens pedes extendat, tabulam vltimam non attingat. Habet autem & ostiolum, per quod æger ingredi potest, & à tergo fenestram, quæ pro vsu necessitate aperiri potest. Habet & aliud ostiolum versus pedes, per quod vas ferreum vel aheneum lapidibus vel scoriis ignitis plenum immittitur. Tubulum verò in parte superiore è directo vasis, per quem vel aqua simplex calida, vel decoctum aliquod conueniens in lapides vel scorias sensim, quantum æger ferre potest, infunditur, vnde vapor exhalans, per corpus vsque diffusus, sudorem prolicet. Et quamuis in hoc modo caput exseratur: id tamen non nocet, aut inutile est, etiam cum caput afficitur. Etsi enim prominat, tamen & ipsum sudore satis copioso perfunditur. Interim æger

non illos prauos halitus è corpore euaporantes A iterum inspiratione attrahit, sed liberum & purum aërem, vnde refocillatur, vt sudorem facilius & feliciter sustinere possit. Quocunque autem in balneo sudor prouocetur, post sudationem peractam balneum aperiri debet, vt ab aëre libero persari, & parui illi vapores discuti possint.

Tempus sudandi commodissimum est matutinum. Interdum tamen & post meridiem sudare licet. **Qua** in re ægri vires considerandæ. Reperiuntur enim, qui sudorem etiam bis de die facile ferunt; alii qui semel saltem; alii, qui nec singulis diebus semel sudationem tolerare possunt. Medicamenta autem sudorem clementia ieiuno ventriculo sumenda, & horâ vnâ vel alterâ post medicamentum sumptum sudor ciendus.

Quandiu sudandum:

Quandiu.

Sudandum autem tandiu, quandiu ægri vires ferunt, & si æger in balneo vel æstuario sudet, calorémque balnei amplius tolerare non possit, in lectum componendus, in quo postea sudor spontè, & sine virium iactura, amplius fluit. Sudor postea detergendus, ac post sudorem aër frigidus nullo modo admittendus.

Quoties

Quoties autem sudandum, & quandiu horum medicamentorum vsus continuandus sit in genere definiri non potest. Vulgò docent, decocta hæc ad dies quadraginta continuanda: interdum tamen dies viginti quinque, aut triginta sufficere; interdum & in grauiore morbo ad dies sexaginta, & vltra vsu horum medicamentorum persistendum. Toties nimirum & tandiu sudandum, donec morbi malignitas victa, & vitiosi ac virulenti humores per sudores discussi sint, & omnia symptomata cessent, imprimis gonorrhœa & cicatrices callosæ. **Quandiu** enim hæc durant, in vsu horum medicamentorum subsistendum. Imò etiam si omnia symptomata euanescent: tamen per dies aliquot medicamenta ita continuare vtile est, vt etiam partium dispositio maligna tollatur, nec recidiua metueda sit.

Post meridiem verò, etsi sudor non moueatur, tamen idem decoctum tum exhibitum vitiosos humores insensibiliter discutere, & virulentam dispositionem cum partibus, tum humoribus impressam expugnare potest.

CAPVT XX.

De alexipharmacis aliis communibus.

Alexipharmaca communia.

VERùm nonnulli alexipharmacis istis, puta ligno Guajaco, Sarsaparillâ, radice Chinæ, & ligno sassafras solis non fidunt, sed etiam communia alexipharmaca addunt. Factitatum id primò à Fernelio, qui decoctum hausturis opiatæ seu antidoti alexipharmaci sui prius ꝑb. vel ꝑj. exhibet, quæ ita paratur: ꝑ. fol. scordij vnc. sem. poly montan. puleg. brassi alb. organ. calaminth. hyperici, centaur. minor. stachad. chamapithyos, chamædryos, spica nardi an. drach. ii. sem. anisi, fœniculi, petroselin. dauci, sileris montani, ruta, ocymi, bormini, ihlaspi, baccar. laur. juniperi, sem. paon. maris, an. ꝑb. radic. aristoloch rot. gentian. dictamn. valerian. asari, an. drach. sem. nuc. moschat. garyophill. croci, an. ꝑ iii. cinamom. myrrha, castorei, styrac. calamit. an. drach. iii. mellis boni. q. s. F. opiata. Fernelium secutus est Iul. Palmarius, eius discipulus, qui vt supra etiam dictum, lib. 1. de lue Venerea. cap. 7. scribit, Fernelium ab hydragryri vsu alie-

nissimum primum ausum esse huius luis curationem sine illius ope polliceri; & multa domi suæ alexipharmaca componenda curasse, quæ aduersus huius morbi perniciem cum Guajaco, ac etiam sine hoc exhibuerit. E quibus præstantissima & efficacissima, quæ comperit, duo describit: Primum modò descriptum est: Alterum est hoc: ꝑ. Morsus diaboli, scabiosa, pimpinella, flor. calendula, verbasci, plantaginis, melissa, ruta, genista, origani, flor. anthos, rosar. rubrar. an. drach. iii. sem. citri. acetosa, fœniculi, cardus bened. rad. dictamn. tunicis, tormentill. aristolochia rot. gentian. zedaria, doronici Roman. an. drach. ii. cornu cerui, rasura eboris, ligni aloes, samali citri. cinamom. el. an. vnc. sem. croc. caryophill. nucis moschat. an. drach. ii. Refertque primam compositionem vocasse opiatam maiorem, alteram minorem, atque alterius drach. sem. cum conseru. buglos. pari pondere, & Mithridatii scrup. sem. pro dosi exhibuisse, vel etiam sine Mithridatio. Se verò, postquam è viuis excessisset Fernelius, ex vtraque, adiectis etiam aliquot aliis medicamentis, quæ aduersus venena valere, & ad sudores ciendos aptissima esse compererit, vnam concinnasse, cuius descriptio est hæc: ꝑ. Scordij vnc. sem. morsus diaboli, scabiosa, pimpinella, folli montani, pulegij, calamiti, prassii albi odorat. origani, mentha, hyperici, centaur. min. stachad. chamædryos, chamapithios, plantaginis, melissa, ruta, thimi, sampuchii, an. drach. ii. hyssopi, saluie min. polypod. verbenæ, veronica viriusque an. drach. ii. flor. betonic. calendula, verbasci, genista, roris marini, iasmini, saluia, rosar. rubr. hyperici, buglosi, borraginis, violarum, nymphaea, an. drach. iii. sem. anisi, petroselin. viriusque, dauci, granorum tinctorum, hyperici, sileris montani, ruta, lenisici, ocymi, baccar. lauri, juniperi, sem. paonia viriusque, seselcos, an. drach. j. sem. citrii, acetosa, cardus bened. fœnicul. an. drach. iii. rad. paonia maris, aristolochia rotund. gentiana, callani aromatic. ireos Florentina, cypri an. drach. j. angelica, dictamn. tunica, tormentill. zedaria, doronici Roman. an. drach. ii. sem. margaritar. el. drach. ii. sem. C. C. rasur. eboris, an. vnc. j. ligni aloes, samali citrini, ossis de corde Cerui, cor. alij viriusque, an. vnc. sem. cinamom. el. drach. j. sem. xylobalsami, si haberi potest, vnc. j. lapidum omnium pretiosior. an. drach. sem. nucis moschata, macis, caryophyllorum, myrrha, styrac. calamit. benzoini, croci, castorei, an. drach. sem. succi glycyrrhizæ vnc. j. ol. è sem. fœnicul. anisi, è saluia, mentha, junipero, nuce moschat. caryophyll. opobalsami rubri, ex America allati, si ad manum est, an. drach. j. Legantur singulæ herbæ, flores & radices, quo tempore viribus pollutent maximis, siccantur, ac in papyraceis sacculis asseruentur, tum in puluerem tenuissimum omnes reductæ vino & melle excipiantur, & in electuarium coquantur, donec Mithridatii bene præparati crassitudinem assequatur. Possunt tamen flores saccharo condiri & asseruari, vt aliis misceantur sub coctionis finem. Mellis libr. j. puluerem vnc. ii. misceatur. Seruentur in amplissimo vase terreo, cuius tertia pars vacet, ne ebulliat, aut effervescat: nec in vsu, qui mox tradetur, veniat ante triennium. Addit ibi & aquam cardiacam & puluerem alexipharmacum. Eorum descriptiones hæc sunt: Aqua Cardiacæ: ꝑ. fol. saluia, mentha, majorana, ruta, hyssopi, origani, summitatum betonica, ana. M. j. Contrita omnia in fictile majusculû reconde loco calido, & aqua attractilidis, quæ carduum benedictum vocant, obrue, ne extent, quotidie rudiculâ agitentur, antequam acescant

Antidoti Palmarii.

Aqua cardiacæ Palmarii.

(quod quarto quintoque post die contingit) A exprellus humor seruetur, & magma abiiciatur. Rursus &c. fol. plantag. c. lei nia, incluss. verbasca rotund. hyperici, centaaur. min. pimpinella, an. M. ii. His, post quadridui macerationem & expressionem, abieciis, rursus accipies scordus, robor. sus diaboli, fœnuci, perisoteli, bnglossi, borrag. angelica, an. M. i. Quibus dies totidem maceratis, exprellis, & abieciis. R. rad. angelica, d. c. unni, torm. n. ll, o. tonica, z. doaria, an. ʒ. ʒ. hyperici, nuc. mo. ch. ca. yppyl. an. ʒi. sem. fœnuculi, an. acetos. cardus bened. c. auar. juniperi, an. ʒi. rasura eboris, C. C. ligni aloes, santali citrini, cin. mon. an. drach. j. croci drach. sem. Paratum puluerem exprello liquori commiscebis. Exin amuleti luis Mitriridatii selectissimi, an. lb. lb. theriac. veteris ʒi. pendes, & dicto liquori atque pulveri confusa in alembico vitreo aut terreo vitrato recondita Iunii ardoribus sex octouo dies expones, dum conferueant, & perfectè fermententur, tandemque fiat destillatio in diplomate igni quàm lentissimo. Si descripta simplicia olla noua indita cum aqua attractilidis dies quindecim fimo equino calente conferueant, præstantior aqua elicietur. R. Ag. prædicta ʒi. i. i. præp. de limonibus & violati an. drach. vi. Fiat dosis. Pulueris descriptio. R. Rasura eboris, cornu cerui iunioris, margaritarum el. an. drach. sem. ligni aloes, santali citrini, offis de corde cerui, an. ʒi. semen fœnuculi, coriandri præparat. an. drach. i. fol. mentha, plantag. verberna, pimpinella, an. ʒi. rad. tormentill. betonica, zedoaria, an. drach. sem. flor. betonica, cal. indula, genista siccorum, an. drach. sem. sacchari rosati triplum: Fiat puluis tenuissimus. Dosis cochlear ii. initio partus, & ante sudorifici cremoris haustum, si æger opiata vsum refugiat.

Puluis alexipharmacus Palmam.

Et cap. 13. lib. de lue Venere. vbi disputat, an folius Guaiaci vsu hic morbus possit percurari; an verò alius medicamentis, operarum sociis opus sit, tandem distinguendo concludit, quòd nec tanta Guaiaci vis sit, vt veneni Venerei radices & omnem perniciem vnum prorsus extirpare possit, nec ita imbecillum, vt nihil sine aliorum ope perficiat. Eius quidem vnus vsu, absumptis humoribus, omnia symptomata tandem sopiri, atque prorsus delitescere, sed tamen mali labem, quæ iam partibus solidis infederat, in plerisque eo prælidio expugnari, prorsusque extingui non posse.

Aqua theriacalis Rondeletii.

Secutus procul dubio hõs est Rondeletius, qui de morbo Italico commendat aquam suam theriacalem, quæ sudorem in morbo Italico inueterato prolicet, & dolores curat, cuius hæc est descriptio: R. Theriaca lb. acetosa M. iiii. flor. chamemel. pulg. granator. cardus bened. an. vnc. ii. Temperentur omnia in vino albo, ac distillentur.

De qua aqua vnc. ii. cum ag. acetos. & bnglossi vnc. iiii. propinentur, cum æger ingreditur lectum aut stupham.

Platerus quoq; aliarum plantarum, præter Guaiaci, sarsaparillæ, Chinæ, salisfras, decocta, idem in hac lue, quod illa prætare posse, experientia comprobatum putat, & proinde, sed malè, in eam sententiam delabatur modo dicta medicamenta, quæ huius morbi alexipharmaca putantur, potius sudores mouendo, quam occulta vis, in curatione huius morbi operari, & propterea non solum decoctum ligni buxi, iuniperi, cedri, cupressi, & sabinæ, agallochi, rodii, sed etiam decoctum, & aquas Theriacales, quæ in febribus pestilentibus adhibentur, & hic vtilia esse existimat.

Aurelius Minadous, de lue Venerea cap. 53. cum multa in laudem theriacæ dixisset, tandem concludit, theriacam quoque contra virulentiam Veneream vsurpari posse, tanquam alexiterium præstantissimum, non quidem ex eorum numero, quæ per se expellere dicuntur hanc virulentiam, sed ex numero eorum, quæ eam pellunt ex accidenti, quatenus nimirum spiritus conformi quadam ad ipsos proportionem corroboraret, ita, vt ipsi iam validi, tanquam agens principale, vna cum theriaca, veluti instrumento, malignitatem virulentia Venereæ vincere possint.

An the-riaca in lue Venerea vtilis.

Idem, cap. 44. Trochiscos Cyphæos in hac lue commendat, vtpote, qui hepar, quod in hac lue maximè laborat, imprimis confortent, idque ab excrementitiis, qui in hoc morbo colliguntur, humoribus liberent, ad coquendum, extergendum, & siccandum excrementum valeant, Ideoque sicut hæc compositionem Galenus omnibus aliis, ab Asclepiade, Andromacho, aliisque celeberrimis Medicis, ad hepaticos scriptis medicamentis, præferendam putat; ita ipse eandem præcæteris in hac lue vsurpandam & magni faciendam censet.

Throchisci Cyphæos.

Verùm vt non dissuadeo, vt quis communibus talibus alexipharmacis in hac lue curanda vtatur, cum alias etiam moris esse soleat, cum qui venenum hauserit, vel quocunque modo acceperit, & quale sit, ignoretur, theriaca, & communia alexipharmaca propinètur: ita nulli autor esse volo, vt in hisce medicamentis solis confidat, & propria illa negligat. Et à paucis etiam Medicis id factitatum video, vtpote quos experientia docuit, sine ligno Guajaco, sarsaparilla, & similibus, morbum hunc non planè extirpari. Neque sequitur, quod ideo, quia quidam morbo Gallico incurabili laborantes, ligno Guajaco curari non potuerunt, plus spei in hisce medicamentis ponendum sit. Qui enim illis propriis alexipharmacis curari non potuerunt, multò minus his communibus curabantur.

CAPVT XXI.

De cura per hydrargyrum.

Atque hoc primum medicamentorum ad lue Veneream curandam genus est, hincque primus morbum hunc curandi modus. Est enim & alius modus eundem morbum curandi, per Hydrargyrum, seu argentum viuum, qui quidem à Chirurgis & tonforibus primum in vsum tractus, postea quoque à Medicis doctis adhibitus est. Cum enim, vt supra ex Fracastorio dictum, tonfores quidam inter medicamenta ab antecessoribus ad scabiem sordidam, & cum articulorum doloribus coniunctam, etiam vnguenta, quæ ex Mercurio & Sulphure componuntur, inuenissent, ea, aliis medicamentis parum proficientibus, vsurpare cæperunt. Quorum vsus cum non planè infeliciter cederet, à multis postea, etiam doctis Medicis, argumentum viuum in curando hoc morbo vsurpatum est.

De cura per Hydrargyrum.

Quamquam autem de hydrargyro, seu argento viuo, quod Chymici Mercurium nominant, hoc loco agere mihi propositum non est, sed potius de huius in hoc morbo curandi vsu: tamen in genere pauca quædam de eo monebimus. Refertur autè argentum viuum inter metalla, & dicitur argentum, à calore quo argentum refert; viuum verò,

Argentum viuum vade dicitur.

Eius mirabilis natura. quod perpetuò mobile est. Et omnino mirabilis eius natura est, quã multi docti viri admirantur, quæque Chymicorum multorum ingenia torfit, & labores lufit. Quãuis enim mortificatus, fixus, aut quocunque modo mutatus sæpe videtur: tamen non difficulter ad pristinam viam naturam redigi potest. Et quanquã in minima corpuscula redigatur, & per corium transmittatur, aut aliter in atomos & alienam formam reducatur: tamen in eis integram naturam & essentiam seruat, & in viuum ac pristinum corpus redit.

Argentum viuum an sit calidum vel frigidum. De eius temperamento Physici & Medici, dum alii frigidum, alii calidum esse statuunt, dissentiunt. Vtrorũque rationes collegit Matthias Vnzerus, in *Anatom. Spagy. Mercurii*, quas omnes hoc loco prolixè adducere, institui nostri non est, potestque is de eo loco alleg. videri. Paulo post tamen quarundã mentionem faciemus. Ipse verò

Matth. Vnzeri opinio. Vnzerus, cap. 12. media via incedit, statuitque rebus quibusdam naturalibus sæpe diuersas, ac planè contrarias vires & facultates inesse, & quidem alias manifestas, alias occultas; & has pendere à forma specificã, illas à primis elementorum qualitatibus. Id quod absinthij, rhabbari, aceti, & aliis exemplis probat. Atque horum etiam numero accensendum putat Mercurium, qui considerari possit, & vt crudus, & vt præparatus. Crudum mixtas habere qualitates, partimque calidum, partim frigidum esse putat; eãque diuersitatem diuersis partibus materiæ, à quibus constat, tribuendam opinatur, quarum nonnullæ sint admodum tenues, subtiles, puræ, ac spirituosæ; quædã verò crassæ, terrestres & sæculentæ. Mercurium verò præparatum nihil frigidæ amplius qualitatis habere existimat, vt pote quæ ignis externo, vel menstruorum adhibitorum auxilio penitus sublata sint & propterea calidissimum esse.

Hercul. Saxonij. Idem statuit Hercules Saxonia, de *lue Vener. cap. 39.* dum docet, medicamentum hoc exulcerare, & calorem ac inflammationem excitare posse; ex altera parte torporem, paralyfin, aliosque affectus frigidos inducere, idque oriri ex temperamenti inæqualitate, & quòd sit mixtum imperfectum, atque si per calcinationem præparatur, frigidam euolare substantiam, quod relinquatur; ignem esse.

Autoris sententia. Verum valde hi autores errant. Equidem negari non potest, dari medicamenta multa, quæ habent partes heterogeneas, quarum ratione diuersos effectus edunt, quæ etiam artis ope separari possunt. Quòd verò argentum viuum tales habeat partes, fallum, neque dum adhuc vllus chymicus repertus est, qui partes diuersas in eo monstrare, & arte in eo separare potuerit. Totum enim homogeneous est, si quicquid aliud in natura, & vel totus euolat, vel totus manet; & quocunque etiam modo præparetur, tandem totus homogeneous reuiuiscit. Et quicunque Chymicus partes aliquas heterogeneas in argento viuo, vt in rhabbaro, ostendit, erit mihi magnus Apollo.

Argentum viuum est homogeneous. Neque præcipitatum alterius naturæ est, quàm crudum, neque præparatione aliquid amittit argentum viuum, & præparatum à crudo saltem forma externa differt, quàm præstant rerum alienarum admistio, quæ nunc sunt partes falsæ, vt in Mercurio sublimato & præcipitato accidit, nunc etiam aqueæ saltem, vt dum Mercurius per retortam sine alterius rei admistione in aquam redigitur, vt idem Vnzerus, lib. 2. de *Anatom. Mercurii*, cap. 2. n. 4. docet. Hæc enim aqua nihil aliud est, quàm argentum viuum, in minima

corpuscula, seu atomos, vi ignis, resolutum, & cum vaporibus aqueis, seu aëre humido mistum. In eo ipso tamen nulli frigiditatis effectus apparent, sed potius caliditatis, & illa ipsa aqua, vt alia aquæ Mercuriales, aurum soluit. Eodem modo errat Saxonia, neque enim mistum imperfectum est argentum viuum, sed corpus, quod perfectissimam mistionem habet, & nulla etiã arte à Chymicis destrui potest, sed vbique suam formam retinet, neque dum calcinatur, (seu potius igni exponitur: neque enim propriè loquendo argentum viuum calcinari potest) frigidæ partes auolant, & igneæ relinquuntur, sed si partes, quæ eleuantur, excipiantur, sunt eiusdem naturæ cum iis, quæ remanent, vt Chymicis notissimum est.

Itaque cum hæc conciliatio locum habere non possit, videndum, vtri rectius sentiant, an ij, quo calidum, an ij, qui frigidum argentum viuum statuunt. Rectius verò omnino eos sentire puto, qui calidum esse existimant. Id enim patet ex maxima vi penetrandi, corroden-que; ita, vt etiam metalla penetret, ac erodat, & à Mercurio præcipitato ac sublimato canes, imò ipsa ossa, corrodamur. Scribitque Libanius, in *tract. de Igne natura*, cap. 30. se ex relatione doctissimi cuiusdam Medici cognouisse, Chirurgum quandam, ob crebrum vsuum medicamentorum mercurialium mortuum, ossa habuisse planè friabilia.

1. Quòd verò obliuiscunt, primò, viuum & integrum non corrodere, eius rei causa est, quòd sese corpori insinuare, atque in id agere non potest; cum omnes eius partes arctissime sibi cohæreant, nec tum corporibus misceantur. Medicamenta verò ex eo præparata, vt Mercurius sublimatus, præcipitatus, ol. Mercurii, & si quæ sunt huius generis alia, maxime vrendi, ac corroden-que vim habent, non solum ob admistionem salium, quæ tantilla est, sed quòd in minima corpora est resolutus, & cum salibus mixtus corpori adhærere, atque in eo sese rerum admixtarum beneficio penitissimè insinuare potest.

2. Secundò quòd ad tactum apparet frigidum argentum viuum, id ipsi cum chalybe, ære, plumbo, vino, rebus naturã suã calidis, quæ ex accidenti frigidæ percipiuntur, commune est.

3. Tertiò, quòd ex effectibus etiam nonnulli argentum viuum frigidum esse colligere volunt, in eo valde falluntur, & effectus, qui aliunde dependent, frigiditati tribuunt. Equidem qui a quas hydrargyro infectas in Alpibus bibunt, variis fluxionibus laborant, & corripuntur bronchocele. Aurifabri & alii, qui argentum viuum frequenter tractant, rarò sunt sani & viuaces, sed stupori, paralyfi, conuulsionibus, lethargo, catarrhis suffocatiuis, & apoplexiæ obnoxii. Ita refert Fernelius, quandam aurifabrum solius hydrargyri vapore imprudenter admissio statim stupidum, veterinosum, ac planè mutum euasisse. Idem alteri cuidam accidisse narrat Ferdinandus Ponzetus, lib. 1. de *venen. cap. 32.* Et Forestus, lib. 8. *obseru. 5.* scribit, cuidam iuueni attem fabrillem addiscenti ex deauratione poculi cum argento viuo omnes è capite pilos decidisse, faciem supra modum pallidam, totumque corpus tremulum euasisse. Idem & alii plurimi obseruarunt. Et Iacob. Oethaus, in *suis obseruat. refert*, Nobilem quandam iuuenem pediculis in pudendis laborantem, vnguentum Mercuriale ad eos abigendos vsurpasse, vnde illi membrum virile frigidum ac torpidum, & ad rem Veneream ineptum redditum fuit. Verum fallacia hæc

Argentum viuum est calidum

Contrariarum rationum solutio.

causæ

caussa est: neque argentum viuum ista præstat frigidificando, sed quia peculiatem & occultam vim, neruis ac cerebro inimicam, habet, qualis in aliis multis venenis stupefacientibus apparet.

Quartò etiam facilè soluitur id, quod obijcitur, nimirum dactinum ab argento viuo corpori humano illatum calefacientium vsu curari, puta saluiâ, hyssopo, origano, hormino, rurâ, castoreo & similibus. Ista enim medicamenta non ideo ad affectus præter naturam ex hydrargyro adhibentur, quòd solùm calida sunt, sed quia cerebro & neruis specifica amica, & præterea, quod ipsi concedunt, specificâ proprietate Mercuriali virulentæ aduersantur. Et quod talia non ideo adhibeantur, quia calida sunt, sed quia peculiari vi neruis amica, id patet ex eo, quòd alia calida, vt Zingiber, piper, & similia, quæ specificam proprietatem neruoso generi amicam, non habent, idem non præstant.

De occulta verò Argenti viui vi & proprietate, duo imprimis dubia occurrunt. Primò an sit venenatum. Deinde, an lvi Venereæ curandæ rectè adhibeatur.

De priore quæstione, an nimirum argentum viuum sit venenatum, egimus iam antea, *intract. de Chymic. & Aristotelic. consens. & dissens. cap. 19.* vbi de Mercurio egimus, dictumque ibi, quòd Matthias Vnzerus, *de anatom. Spagyric. Mercurij.* prolixè probare conetur, Mercurium non esse venenatum: cum quò & alij consentiunt, qui imprimis ad experientiam & doctorum Medicorum autoritatem prouocant Auicenna, *lib. 4. fen. 6. tract. 1. sum 1. cap. 2.* scribit, argentum viuum plurimos, qui id bibunt, non lædere, egredi enim cum dispositione sua per ventrem inferioriorem. Idem Haly Abbas, *lib. 4. pract. cap. 53.* Rhases, *in nonum ad Mansorem, de potu argenti viui,* statuunt. Brassauolus quoque *in lib. de stirpium examine,* testatur, se infantibus ad vermes expellendos Mercurium viuum dedisse. Fallopius etiam, *de metallis, cap. 37.* statuit, Mercurium citra noxæ cuiusquam metum intra corpus assumi posse, refertque, bruta argentum viuum innoxie deuorare. Cùm enim vernibus scatent, quod ex anhelitu cognoscunt veterinarij, auellana nucis putamen dimidiatum, argento viuo repletum, & faucibus iniectum, si quatuor vicibus deglutiuerint, nullo grauiore morbo succedente, curantur. Et pueris in extremo periculo constitutis, quibus cætera nihil profuerunt, duorum, triumve milij granorum quantitate euidenti cum successu se exhibuisse testatur. Idem, *de morb. Gall. cap. 76.* scribit, se vidisse mulierem, quæ libram Mercurij bibit, vt faceret abortum; & sine noxa. Refert quoque Matthiolus, *in lib. 1. Dioscor. cap. 170.* (id quod se etiam, cùm medicinam ibi faceret, sæpius obseruasse, Eustachius Rudius narrat,) in oppido Gorriticensi nutrices ad interimendas ventris tineas, & vermes, argenti viui duo grana milij quantitate citra vllam molestiam puerulis propinare. Et obstetrices, vbi in partu diu grauidæ laborant, statim Mercurium ʒj. pondere cum nullo incommodo potandum exhibere. Et Georg. Agricola narrat, mulierem quandam marito suo sæpius hydrargyrum, vt ipsum enecaret, fraudulenter præbuisse, ac nihilominus eum incolumem perstitisse. Inò obseruatum, quosdam situbundos noctu in tenebris vasa argenti viui plena pro poculo arripuisse, & plenis

Operum Sennertij, Tom. III.

A faucibus argentum viuum magna quantitate exhaustisse; id tamen sine damno per aluum reiecit. Additque Eustach Rudius, *lib. 5 de morb occult. c. 15.* & hoc se vidisse, idque & alios obseruasse, corpora quædam dissecta fuisse, in quibus argenti viui in ossium cauitate non exigua copia, ex inunctione in morbo Gallico, fuit collecta, qui nihilominus post inunctionem multos annos vivere. Quod fieri non potuisse videtur, si naturâ venenum esset.

Verùm ab his dissentiunt Galenus, Aëtius, ^{Affir-} Conciliator, Cardanus, Fernelius, Ferdinandus ^{maior} Ponzetus, Iul. Palmarius, quos *lucio cit. cit. c. 19 de cons. & dissens. Chymic. cum Aristotelic.* allegaui. Et adducit Viros Clarissimos in eam sententiâ ipsa experientia, quâ constat, argentum viuum non minùs, quàm alia venena, stuporem, conuulsionem, tremorem, paralytin, epilepsiam, apoplexiam, lipothymiam excitare, imò interdum mortem asserre. Referuntque nonnulli, rarò viuaces esse illos, qui argenti viui venas effodiunt, & quamuis sint robustissimi, & optimi temperamenti, in eo opere vix vsque ad quintum annum perdurare posse, sed ob haustum venenatum halitum membrorum omnium tremore corripì.

Atque horum sententiam omnino vero magis ^{Autoris} consentaneam putamus, vt pote quam & ipsa ^{sententia.} experientia confirmat. Quòd verò experientiam attingit eorum, qui argentum viuum sæpe sine damno propinatum, & exhibitum fuisse scribunt, ea argenti viui à venenositate non excusat. Etenim, vt sit actio, recta agentis ad patiens applicatio, & mora quædam requiritur, quæ cum in allegatis exemplis defuerit, argentum viuum etiam nocere non potuit. Exhibetur enim hydrargyrum vel viuum vel præparatum. Si viuum sumitur, minùs noxium est. Nam cùm argentum viuum corpus exactissimè mistum sit, eiusque partes minimæ sibi pertinacissimè cohæreant, vnde etiam mobile est perpetuò, dum integrum & viuum est, corpori nostro vel parum vel nihil damni infert, sed statim per aluum excernitur. Eodem enim modo vt globus plumbeus, vel alius metallicus, si deglutitus integer statim è corpore excernitur, nihil damni infert; si verò resoluitur in minima, & at agnem cõtrahit, valde nocere potest; id quod ^D historia illa de plumbo, quam Fernelius, *de lue Venereæ, cap. 7.* recitat, satis docet: ita etiam si argentum viuum integrum, mobile, sibi que cohærens assumitur, & ob mobilitatem suam statim iterum è corpore excernitur, nihil damni asserit; si verò in minima resoluatur, & imprimis salium admisione, & eorum auxilio quasi corpori affigatur, atque in id penetret, cùm intus, tum extra adhibitus, grauissima mala infert, vt vel sublimatum & præcipitatum satis docet. Neque est, vt vim illam corrodendi talibus admistis quis adscribat. Nam in fumo, qui dum argentum inauratur, exhalat, nihil salis est, & tamen ille ipse summè noxius est. Neque in sublimato vel præcipitato tantillum salis, quòd admiscetur, tantum damnum inferre potest; cùm sal, etsi in magna copia exhibeatur, nihil tale præstet.

Præparatum verò Mercurium quòd attingit, ^{Mercurius} scio equidem, quantis laudibus nonnulli Mercurialis ^{præparatus.} medicamenta extollant. Nonnulli præcipitatum puluerem etiam Angelicum nominant; aliter præparatum Mercurium vitæ appellant. Laudantur à nonnullis & flores Mercurij argentei, de quo, *in consens. & dissens. Chymic. pag. 365.* dictum: alij Mercurium dulcem commendant;

PP pp

An argentum viuum sit venenatum.

Negatur.

& ita quidem, vt eum rectè præparatum & propinatum tam benignum esse scribant, quàm manna, tamarindos, cassiam; & propterea eo etiam in leuissimis morbis, qui benignioribus medicamentis facillè tolli possunt, vtuntur. Verùm laudes istæ nimis sunt, nec temeritas eorum laudanda, qui in quibusuis morbis hydrargyrum exhibent; cùm habeantur passim exempla eorum, qui medicamentorum horum vsu non solùm in vitæ periculum sunt coniecti, sed etiam planè perire. Vnde Guill. Fabricius, in *epist. ad D. Doringium*, lib. 3. *observat. annexâ*, Mercurium vitæ dictum, interdum Mercurium mortis, & Mercurium vitæ æternæ appellari posse censet. Quantum etiam Mercurius dulcis, qui tamen habetur mitissimus, interdum nocere possit. *alg. loc. dictum*. Quod autem Hydrargyrum quandoque sine damno exhiberi potest, fit, vel quia crudum, vel viui naturam retinet, & propterea in corpus nostrum, vt modò dictum, parum agere potest, qualis est Mercurius dulcis, & flores Mercurij argentei, vel quia fixus est suo modo. Vt enim metalla integra, etsi in corpus sumuntur, illud non efficiunt, nisi resoluantur: ita etiam cùm Mercurius fixus naturam metallorum fixorum quasi induat, etiam ita non nocet, vt qui adhuc volatilis est, & in corpus sese facillè insinuare potest.

Mercurius præparatus in quibus morbis exhibendus.

Non tamen in quolibet morbo vel corpore etiam præparatus Mercurius temerè vsurpari, & præsertim initio exhiberi debet, sed in iis saltem, in quibus magna vitiosorum humorum copia est, quos ille euacuare possit, & vires adsunt fortes. Vt enim extra adhibitus Mercurius sublimatus & præcipitatus in vlceribus sordidis, ea mundat, & carnem sanam, quandiu sordes adsunt, non aggreditur: si verò sanæ carni imponatur, eam erodit: ita etiam si hydrargyrum intra corpus assumptum vitiosos humores, in quos agat, inueniat, partibus ipsis interioribus non facillè damnum infert, sed in humores agit, & vt euacuentur, facit; si verò tales humores non adsint, etiam partes sanas aggreditur. Verùm cùm hydrargyrum intra exhibitum non solùm ad lue Veneream, sed & alios morbos plurimos abigendos vsurpetur, de eo plura hîc non dicemus, sed de eo iam dispiciemus, an & quomodo in lue Venerea prodesse possit.

An hydrargyrum in lue Venereæ curatione vsurpandum. Negatiua opinio.

Alterum igitur quod attinet, an nimirum hydrargyrum in morbo Gallico adhiberi debeat, & tuto possit, & quâ vi agat, Medici valdè dissentunt. Equidem Epiph. Ferdinand. *hist.* 17. inter nonaginta Auctores, qui de lue Venerea scripserint, quatuor tantum esse existimat, qui hydrargyri vsu in hac lue improbarint, Gasparum Torellum, Montanum, Minadoum, & Fracastorium. Verùm multò plures sunt, quos etiam recenset Ioh. Baptista Syluaticus, *contr.* 34. qui ipse syluaticus etiam inter eos est, qui hydrargyrum Gallicæ luis essentia aduersari negant. Etenim Vltricus ab Hutten, Eques, & Medicus Germanus, *cap. 4. in lib. de morb. Gall.* vix centesimum quemque suo tempore hydrargyro inunctum reciduiam euitasse scribit, durante ad paucos dies eius auxilio. Sebastianus Aquilianus, *lib. de morb. Gall. cap. 4.* curationem huius morbi hydrargyrio factam sophisticam appellat, omnésque eo inunctos reciduiam passos suâ ætate scribit. Gaspar Torellus, S. Iustæ Episcopus, in *declamatione aduersus hydrargyri inunctionem*, perniciosum hoc appellat medicamentum, idque instar pestis fugiendum censet. Ioh. Baptista Montanus, *tract.*

A *de morb. Gallic.* Argentum viuum reprimere quidem per aliquod tempus morbum istum scribit, sed malam qualitatem parti inducere, minimè remouere, quare procedente tempore omnia deteriora, quàm prius euadant. Iohan. Fernelius, *lib. 2. de abdit. morb. causis. cap. 14.* nihil minùs se credere scribit, quàm confectum ex hydrargyro medicamentum lue Venereæ sanare posse; symptomata siquidem saltem suo iudicio auferat, radice neglectâ. Victor Fauentinus, *cap. 7. de morb. Gall.* mendacem, fallacem & periculosam esse putat luis istius cum argento viuo curationem. Non magnificat etiam curationem hanc Fallopius, vt ex libro eius, de morbo Gallico, *cap. 76.* patet. Apertè quoque curam hanc damnauit Bernardus Tomitanus, *l. b. 2. de morb. Gall. cap. 13.* vt & alij quidam. Quorum sententia, vt dixi, Ioan. Baptista Syluaticus sese adiungit, scribitque se non credere, quòd argentum viuum ex toto hunc morbum sanet, sitque antidotus è diametro lue Venereæ repugnans. Præua quidem & vehementia quædam morbi accidentia posse sedare hoc medicamentum, non negat; morbi verò Gallicæ essentia, quæ sit occulta proprietas, hepatis inimica, à diametro aduersari, eamque superare, se non credere. Etsi verò sub primum huius morbi exortum Carpus, Chirurgus, primus (quem forsitan secutus est tonsor ille, cuius mentionem facit Fracastorius) hoc medicamentum vsurpauit, eâ ratione adductus, quòd contra scabiem contumacem, & plerosque alios cutaneos morbos rebelles hydrargyri vsos fuisse Medicos antiquos Arabes obseruasset: tamen experientiam hoc remedium, vt optimum, minimè confirmasse, & propterea à plurimis Medicis reiectum fuisse. Etenim si inter morbi huius antidota est hydrargyrum, semper & vbique expectationi sufficisset, nec opus fuisset, vt ex transmarinis & remotissimis regionibus efficaciora remedia conquirerentur, quæ felicissimo cum successu hætenus vsurpata sunt, ita, vt de eorum in hoc morbo efficacità nemo amplius dubitet. Et licet vlcera Gallica sanet hydrargyrum: tamen non sequitur, quod eiusdem virulentia sit antidotum; sicut neque ea medicamenta, quæ in peste bubones, vel carbunculos sanant, eâ de causa pro antidotis haberi possunt. Iisdem consentit Aurel. Minadous, *lib. de virul. Vener. cap. 39.* qui vsu hydrargyri in hoc morbo planè reiecit, & quidem tribus rationibus adductus. Prima est, quòd neminem viderit eius vsu sanitati restitutum; contra potius obseruarit, non paucos ab hydrargyri vsu peiora symptomata passos esse, vsque adeo, vt ex auxilio potato maiora damna, quàm ex morbo se percepisse, affirmarint. Secunda, quòd nocet hydrargyrum ob nimiam frigiditatem. Tertia, quòd nemo explicare potuerit, quibus modis proffit in hoc morbo hydrargyrum. Quibus addunt nonnulli quartam, quòd per se sit venenum. Quintam, quòd ex eius vsu multi mortui sint.

Contra alij plurimi Medici hydrargyri vsu in hoc morbo valdè commendant. Et vt alios iam præteream, scribit Epiphanius Ferdinandus, *hist.* 17. se iureiurando affirmare posse, se centum quinquaginta Gallos omnis ætatis, sexus, & varij temperamenti, & in variis anni partibus persanasse, nullo relicto malo symptomate; nominatque alium Medicum experientissimum, Ioh. Laurentium Protopapam, qui sibi iureiurando affirmavit, se plus quàm mille homines

Afirmatiua sententia.

Gallicos curasse feliciffimo successu vnguento Mercuriali; Deoque agendas gratias esse scribit, qui tanto morbo tam mirabile remedium voluerit patefacere.

Autoris
sententia.

Ex hac difficili controuersia vt nos expediamus, primò hydrargyri vsum in huius morbi curatione non planè reiciendum putamus, neque Minadoi, vel aliorum rationes antea allatae id euincunt. Primò enim experientiam quod attinet, experientia hic experientiae opponi potest. Et plurimi Medici sunt, qui ipsam experientiam edocti hydrargyrum in hoc morbo miris laudibus extollunt. Secunda ratio, quòd ideo sit reiciendus hydrargyrum, quòd sit frigidus, falsa est. Effectus enim hydrargyri, vt supra dictum, eum calidum, quàm frigidum potius esse docent. Tertio de modo, quo agit, & morbum hunc curet, postea dispiciemus. Et licet modus ille inueniri non possit, tamen experientia propterea non est neganda. Multa enim sunt medicamenta occultis qualitatibus agentia; quae quomodo agant, perfectè explicari non potest. Quarto etsi hydrargyrum venenatus sit: tamen propterea in hoc morbo non planè reiciendus esset; cum & alia venenosa in vsum medicum veniant, vt opium, cantharides, oleum scorpis & alia. Quintò verò, quòd nonnulli Mercurialibus medicamentis curari non potuerunt, non hydrargyro adscribendum, sed potius vel Medici imperitiae, qui non dextrè hoc medicamentum adhibuit, vel aegri negligentiae, aut inobedientiae, vel morbi vehementiae, aut nullo etiam optimo medicamento potuit expugnari.

Hydrargyrum in
luc Verec
quando
vsurpandus.

Vt verò hydrargyrum non planè reiciendum, ita non incautè & temerè, sed non nisi urgente necessitate vsurpandum esse censemus, tum scilicet, vbi ligno Guajaco vel sarsaparilla morbus hic curari non potuit. Nimirum duabus imprimis de causis ad hydrargyri vsum accedendum. Prima est, quando morbus ita pertinax est, vt medicamentis illis vstatis cedere nolit. Deinde, cum aliquid adest, quod vsum decocti ligni & sarsaparillae non admittit, imprimis renum, ac hepatis calor & inflammatio. Scribitque Eustach. Rudius. lib. 5. cap. 15. se curasse quosdam, qui si vel tantillum Guajaci, etiam frigidis correcti, vsurpassent, statim ardore vrinae adeò correpti fuerint, vt earum partium inflammatione suborrà vix mortem effugerint. Ideoque in talibus casibus interdum, velimus nolimus, ad hydrargyri vsum accedere cogimur, vt idem Rudius loquitur. Idque satis tantò saepe fieri potest, ita vt etiam infantes, à nutricibus in lactatione infectos, hydrargyro se inunxisse, & sanasse scribat.

Prohibentia
inun-
ctionem
hydrargyri.

Nec tamen temerè & inconsideratè ad inunctionem hanc accedendum, sed priùs considerandum, an aliquod adsit prohibens. Primò enim non admittitur inunctio per hydrargyrum, quando vires sunt debiles, & proinde in senibus raro locum habet. Secundò, si corpus adhuc multis vitiosis humoribus scateat. Tum enim hydrargyrum non facile penetrat, humoribusque commotis graues morbos ac symptomata inducit. Ideoque corpus priùs euacuandum. Tertio, si aer sit nimis calidus, & si adsint Caniculares Quarto, si corpus sit emaciatum, si adsit febris, oris ulcera, ad anginam dispositio. In iis quoque non conuenit hoc medicamenti genus, qui ante morbum Gallicum stuporem, tremorem, paralytin, & articulorum dolores passi fuerunt.

Operum Sennerti, Tom. III.

A ¶ Vt autem rectè vsurpetur hydrargyrum, primò, quâ ratione adhibendus sit, & quid in hoc morbo praestet, ac possit, inquirendum, qua in re cardo huius controuersiae vertitur. Vbi primò cum iis non sentimus, qui hydrargyrum huius morbi alexipharmacum esse putant. Equidem id affirmat Quercetanus, in *Consil. de lue Vener.* vbi scribit, Mercurium luis huius praesertim inueteratae, & vnicum, & verum, & solum alexipharmacum esse. A quo non multum dissentit Felix Platerus, qui occultis suis qualitatibus, & proprietate, huic luis aduersa, venenatam istius morbi qualitatem Mercurium retundere scribit. Verùm simpliciter hoc admitti non potest. Cum enim tria sint in hoc morbo; primò, illa qualitas maligna, partibus nutritioni dicatis, atque imprimis hepatis, impressa, seu morbus occultus; deinde vitiosus humor, in hepate male affecto geniti, & à malignitate hac inquinati; tertio morbi ac symptomata, quae passim in corpore à vitiosis illis humoribus excitantur: ad vitiosos humores euacuandos, vt postea dicetur, & huic etiam ad morbos, & symptomata ab iis orta, tollenda, hydrargyrum facere posse quidem non negamus. Quòd verò ipsam malignam & virulentam dispositionem, quod alexipharmacum est, expugnet, id est, quod negamus. Primò enim experientia id non confirmat, neque villo argumento solido haecenus illa Mercurij vis alexipharmaca à quoquam probata; sed quicquid praestat, saluatione & purgatione illa violenta facit, quod non est alexipharmacum; aliis enim omnia medicamenta purgantia humores vitiosos, alexipharmaca appellanda essent. Hoc potius constat, quòd nonnulli Mercurialibus medicamentis sanati, post longum temporis interualum in hunc morbum relapsi sunt, occulti illi & maligna dispositione in corpore relicta. Deinde non esse hydrargyrum alexipharmacum, etiam ex eo patet, quod corpori nostro nullo modo amicus est, sed cerebrum, cor, & alia membra potius labefaciat, & in faucibus grauissimos morbos ac symptomata excitat: quae frustra à Mercurio amoliti, & saluae virulentiae adscribere conatur Platerus. Etenim tertio, hydrargyrum saluationem excitat, non solum in morbo Gallico, sed & in aliis corporibus, quae lue Verec non laborant, & praeterea oris vitia, inflammationem, exulcerationem, faetorem, dentium laesionem, quod cuiuslibet experiri & obseruare promptum est. Illud vero magis consentaneum est, hydrargyrum esse ex euacuantium medicamentorum numero; cum experientia constat, eius auxilio multos crassos, viscidos, & virulentos humores per os, interdum etiam per sudores, vel alias vias expurgari, ac in hoc morbo non multum praestare, nisi saluatio sequatur. Ideoque quando adhibetur, eo tantum sine vsurpatione potest, vt humores virulentos euacuet, quibus euacuatibus cum symptomata ab iis excitata euanescant, à plerisque ad symptomata mitiganda exhiberi posse, statuitur; cum tamen per accidens saltem symptomata mitiget, vel tollat, virulentis humoribus, à quibus illa pendent, sublati. Quae tamen cura, vt Fernellius sentit, omnium acerbissima est, & tam dura, vt perire morbo quamplurimi malint, quàm tanto periculo, tam acerbo discrimine sanari. In viceribus autem externis & contumacibus hydrargyrum adhiberi posse vulgò notum est.

Ad humores verò vitiosos euacuandos triplici

P P P ij

Hydrargyri quod modis euacuet. Per aluum & vomitum.

modo usurpari potest; vel ad aluum, & vomitum mouendum; vel ad sudores ciendos; vel saluationem & sputationem excitandam. De hydrargyro ad aluum vel vomitum mouendum exhibendo, iam antea etiam dictum. Atque in eo laudando multi sunt Chymici, eumque miris præconiis extollunt. Et Crollius Mercurium balsamum naturæ, & in quo est virtus incarnatiua, & regeneratiua, quæ mirabiliter renouet & purget ab omnibus impuritatibus, & propterea diuinum medicamentum nominat; cui Beguinus assentitur, qui, in *lib. 2. Tyrocin Chym. cap 3.* summum omnis corruptionis & putredinis alexipharmacum Mercurium esse scribit. A quibus etsi non planè dissentit Platerus, dum docet, purgatione per sumptum Mercurium facillè luum hanc sanari posse, & quidem non longo tempore, sed breuissimo, & bis tæve vix propinatum, vnde copiosus, & alui fluxus, & vomitus simul concitatur, aliquando etiam sudores, vrinæque promouentur: tamen diffiteri non potest, id eum præstare naturam violenter irritando, & non sine periculo.

Cautè exhibendus.

Verùm velim Medicum potiùs timidum, quàm audacem & temerarium esse in medicamento hoc. Etenim quem venenum omnium rerum esse dixit Plinius, *lib. 37. cap. 6.* is nec corpori humano parcat, sed ventriculum, hepar, intestina, & omnia viscera offendit, & neruis imprimis, ac cerebro infestus est. Etsi verò præparatum mitescere posse affirmant Chymici, & ne noceat, cum præcipitant, sublimant ex ea flores, aquilam, Aurum vitæ & alia parant: tamen

Naturam expellas furcæ: tamen vsque recurret.

Etenim, vt iam ex Platero dictum, violenter, & non sine periculo purgat; & vt Fernelius, *lib. de lue Vener. cap. 7.* hac de re scribit: Mercurio etiam præparato exhibitio (præcipitatum procul dubio intellexit) statim ex vniuersi corporis ambitu omnis generis humores sursum ac deorsum prorumpunt, tanto impetu, tamque violento, vt exhaustis spiritibus, fractisque viribus, vel repenti moriantur ægri, vel aliquot dies sine viribus, mortuis persimiles iaceant. Os interdum totum inflammatur, & gangrænam contrahunt vlcera putrida, ac valde fœtida, faucibusque interdum intumescunt, vt æger diebus aliquot nihil profus deglutire possit. Et si mitius interdum agit, tamen satis violenter purgat.

Si verò mitius agat, vel crudi naturam retinet, vel fixus fere metalli fixi naturam induit. Prioris generis est Mercurius dulcis, de quo Angelus Sala: in adultioribus, *inquit*, parum operatur, nisi magna dosi exhibitus, nimirum ad gr. xxxv. ac tum saluationem facillè concitat. Idque verum esse, Medicus quidam mihi notissimus malo suo didicit, & expertus est, vt de *Consens. & Dissens. c. 18.* diximus. Si verò fixior sit, aluum non mouet. Ergo mediam naturam habeat, necesse est, si debet purgare, vt naturam vellicare possit. Vbi tamen semper medium tenere difficile est. Inter illa tamen, quæ de Mercurio præparato diximus, medicamenta, Mercurius vitæ dictus facillè primas obtinet, ita vt plurimum è Mercurio paratorum medicamentorum hic mentionem facere opus esse non pûtem. Verùm de Mercurio vitæ notandum, eum non purum Mercuriale medicamentum esse, sed aliquam partem Antimonii in eo contineri; id quod docet Vitrum & Regulus, quæ è Mercurio vitæ fieri possunt, nulla verò arte è Mercurio solo pa-

A rari queunt, ex antimonio verò fieri, notissimum est.

Quando tamen Mercurium vitæ, & alia medicamenta Mercurialia adhibere libet, diligenter perpendendus canon Mesue: istud esse prudentiæ granum, ad medicinas fortes non deuenire, nisi vbi debiles non satisfecerint. Si ergo lues hæc sit recens & mitis, quæ lenioribus purgantibus, & decocto Guajaci, vel Sarsaparillæ possit sanari, ad hydrargyrum non temerè accedendum. Si verò malum sit pertinax, & inueteratum, & virulenti humores in corpore multi adsint, sine periculo medicamenta Mercurialia exhiberi possunt. Tum enim non facillè metus est, vt ipsum corpus humanum aggrediatur, cum sit vitiosorum humorum in quos agat, habeat. Et sæpe cogit necessitas ad vsum hydrargyri accedere, ac frustra nonnulli sperant, debilibus medicamentis sæpe repetitis idè effici posse, quod fortioribus semel & confertim sumptis. Etenim experientia dudum docuit, tempus sæpè frustra ter talibus medicamentis, ad pertinaces morbos exhibitis. Contra fortia medicamenta, atque inter ea hydrargyrum, semel atque iterum assumpta pertinaces morbos, quorum causa circa ventriculum, iecoris caua, henen, pancreas, omentum hæsit, & inde aliis partibus communicata fuit, feliciter expugnasse.

C Secundo ex hydrargyro parantur medicamenta diaphoretica, nimirum Mercurii spiritus albus, seu oleum Mercurii album, seu rubrum, quorum gutta vna vel duæ in aqua thetiacali, & spiritu Guajaci, vel decocto simili propinantur ad sudores mouendos, vt & alia ex hydrargyro parata & fixa medicamenta. Et modò id, cuius gratia exhibetur, hydrargyrus præstet, & sudores moueat, humorisque vitiosos per eos discutiat, non ita periculofum medicamentum est.

Tertius modus est per saluationem, & quidem plurimum in saluatione omnem curationis huius morbi spem ponunt, adeo, vt Platerus scribat, nisi in curatione per hydrargyrum saluatio eius vsu concitetur, tandemque superueniat, curam non succedere, neque conueniens esse, ob vitia, quæ ori in hac curatione contingunt, vel alia accidentia, inter quæ conuulsiones præcipuè metuendæ, quæ, si in illius vsu grauiter delinquatur, accidere interdum solent, eius vsum tantopere damnare, penitusque reicere, cum postea in cura oris vitia iterum facillè corrigi possint. Contra Fernelius, *de lue Vener. cap. 6.* hanc curandi rationem graphicè depingit, eiusque incommoda describit: Tanta, *inquit*, huius vnguenti crudelitas est, atque ferocia, vt secundo statim, aut tertio die languescere incipiat æger. Quippe quod in summo corpore est, & in toto corporis ambitu, summa sua tenuitate colliquat, & dissoluit, ac tandem extrema refrigerandi, quæ pollet, facultate, ad interna repellit: inde in ventriculum & thoracem, ad quibus deinde sursum partium continuatione ad gulam & os compellit, tantâ, tamque violenta iniuria, vt dentes, quibus, vt & cerebro, peculiariter inimicum est, statim omnibus vacillent, ac nonnullis luidi decidant omnes. Quædam è corpore per sudores dissipat; quædam purgatoria vi in aluum deturbat, magnis torminibus. Atque, vt paucis complectar, omnibus certè, qui ita curantur, exulcerantur fauces; lingua & palatum intumescunt; gingiuar, dentes vacillant; sputum per ora sine intermissione profuit, omnia

Quædo exhibendus in lue Venerca.

Medicamenta diaphoretica ex hydrargyro.

Saluatio ab hydrargyro.

profus fœtore olentius, tanto contagio, vt labia eius contactu vlcus contrahant, & intus buccæ vlcerentur. Frigefacto stomacho, & turbato fœtore, appetentia cibi destituitur ægri: cumque huius intolerabili crucientur, vix tamen bibere possunt, os alioqui totum vno occupante vlcere. Quin etiam lingua balbutiem, aures surditatem contrahunt, nonnullis immedicabilem. Fæter omnis circumhabitatio.

Inun-
ctio hy-
drargyri
quando
vsur-
panda.
Et sanè acerba satis est ea curandi ratio, vt eam quis non facile admittere debeat, ac propterea non vsurpanda in malo recenti ac leui, sed in inueterato ac contumaci, & in quo prius alia præsidia, vt pote decoctum ligni, & sarsaparillæ, ac similia frustra fuerunt tentata: neque ad illum accedendum, nisi corpus antea etiam diligenter sit purgatum, ne nimia virulentorum humorum copia ad hos & fauces conuertatur ac ruat. Neque etiam conuenit hæc cura sensibus, nec quibus vires sunt imbecilles, quique sunt emaciati, & neruorum debilitate laborant, & caput habent imbecillum, ac destillationibus obnoxium, ne hydrargyro, vt pote ipsis infesto, hæc partes magis debilitentur.

Quo-
modo
hydrar-
gyrus
salua-
tionem
excitet
Ideoque, vt Herc. Saxonia, *delue Vener. cap. 39.* hac de re scribit, nec ij probandi, qui sine discrimine inunctionibus Mercurialibus vtuntur, nec cum illis sentiendum, qui eorum vsum planè reijciunt. Interdum enim hic morbus adeo contumax est, vt decocto ligni, etiam ad dies quinquaginta, & quidem bis vel ter de die sumpto, non curatur, sed etiam in deterius labatur. Cùm ergo decoctorum amplius sumendorum, vt & sudoris ac inedia pertæsi sint ægri, ne sine auxilio relinquuntur, commodius est, periculosum, quam nullum auxilium adhibere.

Quæ ratione autem hydrargyri saluationem excitet, Autores dissentiunt. Eustach. Rudius, *lib. 5. de morb. occult. cap. 15.* pluribus hac de re disputat; & primò merito eos deridet, qui statuunt: intensissima frigiditate, aut reprimendi vi, ab externis partibus hydrargyrum humores in altum corporis repellere. Etenim repellentia crassarum & siccarum partium sunt; hydrargyrum verò tenuissimarum partium est. Neque alia medicamenta repellentia, imò nec aer frigidissimus, vel aqua frigidissima, tale quicquam præstat. Neque ratio hic dari potest, cur, ad os, & non alias propinquiores partes repulsio fiat. Hoc ergo inquirendum, cur ad caput moueatur hydrargyrum, & præcipuè per os expurgetur; Plerique existimant, neque id Platero displicet, hydrargyrum peculiari vi expunctiones concitare: Verùm modum non explicat. Neque id etiam placet Rudio. Ait enim, si totius substantiæ ratione, & peculiari proprietate ad caput mouetur hydrargyrum, facit id vel substantiæ similitudine, vel contrarietate. Substantiæ similitudine id fieri non potest; quia hydrargyrum cerebro & neruis potius nocet, quam amicum est.

Atque ideo sicut cantharides vesicam, lepus marinus pulmones inuadit & infestat, etiam hoc modo hydrargyrum cerebrum petere videtur. Verùm Rudius istam sententiam impugnat duobus modis, primò, quia ante probauerit, Mercurium non esse venenum; deinde, quia ex manifestis qualitatibus se reddere rationem posse putat, cur hydrargyrum caput petat. Vbi primò hoc supponit, Mercurium, vt opium, habere partes heterogeneas, & constat esse ex partibus diuersæ naturæ, ita tamen, vt calidæ

A prædominentur; atque esse compositum ex substantia aërea & terrea, sed calore quàm maximè attenuata, quæ fuliginis modo vix calorem passa, euoluet in fumum & dissipetur. Humores igitur inter cætera omnia huiusce facultatis medicamenta valentissimè extenuare, discutere, & humores ad motum conuerrere ac propterea purgare, per sudores, per aluum, per os, humorumque ita partim purgatiua virtute, partim caliditate tenuium partium, secum trahere; atque ita accidere; vt tenuiores ad cutem profecti per sudorem euacuentur; crassi verò, & inepti, vt per sudorem extenuentur, extenuati vna cum hydrargyro in vaporem soluti in caput trahantur, & deinde destillationem promouentes, deorsum delabantur. Tandemque concludit, cum hydrargyrum extrinsecus illitum non permaneat in ventriculo, quemadmodum alia purgantia medicamenta, sed caput petat, mirum non esse, si per os præcipuè expurget.

B Verùm enim verò dubium hoc non soluit isto modo, & magna rerum Physicarum & Chymicarum hæc inscitia est. Primò enim hydrargyrum à venenositate absolui non posse, supra dictum, & probatum, rationesque contrariæ soluta. Et ipse Rudius, *cap. modo alleg.* tot & tanta mala, quæ Mercurius inducit, recenset, vt omnia ad manifestas qualitates reduci non possint. Quæ vt in compendium redigam, erodendi vim hydrargyrum habet, cordis tremorem & imbecillitatem infert, animalem facultatem lædit, neruorumque substantiam, & propriam huic vnitatem labefactat, vnde tremores immedicabiles, cruciatibusque graues excitantur, & multi, Mercurialibus medicamentis vsi, conuulsiones, epilepsiam & apoplexiam passi sunt. Imò quosdam post inunctionem in maniam & insaniam incidisse, idem Rudius narrat. Quòd verò ad qualitates manifestas illam Mercurij operationem, qua saluationem excitat, reducere conatur, in eo frustra laborat. Primò enim partes illæ heterogeneæ, quas fingit in Mercurio, nullæ sunt; vt supra etiam dictum, neque vllus Chymicorum eas hæctenus monstrare potuit, & siue vratur hydrargyrum, siue in aquam reducat, siue aliam quamcunque formam externam induat, suam essentiam integram retinet, & facili negotio in pristinam formam reduci potest. Deinde causam nullam reddit Rudius, cur Mercurius extra corpori illitus ad caput potius, quàm ad ventriculum moueatur, & eò secum humores rapiat. Quòd enim putat, eum in vapores resolui, & ad caput ferti, falsum est; cum integer, & in ore, & in aliis partibus colligatur.

C Verò ergo magis consentaneum est, hydrargyrum neruo generi, id quod tremores, quos inducit, satis indicant, & cerebro, infestum esse, & propterea per neruos ad cerebrum repere, secumque vitiosos humores eò ducere, quem vt & vitiosos humores, cùm natura & cerebri expultrix expellat, & in fauces detruat, saluatio hinc sequitur. Et siue extra & foris applicatus, siue assumptus fuerit hydrargyrum, tamen ad caput repit; & sputum copiosum excitat.

D Sunt verò modi ad saluam concitandam vsurpandi hydrargyri, vari; nimirum vel foris corpori admouetur per vnguenta, per emplastra, per epithemata, & lauatoria dista, per cingulum, per monilia & annillas, per suffumigia; vel intrò sumitur, quibus tamen modis omnibus nihil aliud agitur, nisi vt hydrargyrum in

Hydrargyri dāna.

Hydrargyrum neruis inamicum.

Modi vtendi hydrargyri.

minimas partes redigatur, vt facilius in corpus penetrare possit. Quocunque tamen modo comminutus fuerit, suam naturam seruat, & partes minima sibi inuicem iterum facile vniuntur, & ad pristinam corpulentiam redeunt, vt obseruatum sit, in venis & ossium cavitatibus eius magnam copiam quandoque collectam fuisse.

Inūctio Hydrargyri quomodo in stituenda. Vulgatissimus ramentum modus est adhibendi Hydrargyri per inūctionem. Vt autem recte inūctio perficiatur, quædam ante inūctionem, quædam in ipsa inūctione, quædam post inūctionem obseruanda sunt. Ante inūctionem corpus, si opus sit, vel medicamentis purgantibus, vel venæ sectione euacuandum. Et enim si vitiosi humores plurimi in corpore abundant, metas est, ne vsu inūctionum harum confestim ad fauces ruant, ægriūque suffocent, vel ad cerebrum rapti apoplexiam, aut paraly sin excitent: ideoque prius pars aliqua eorum euacuanda est. Si etiam sanguinis adsit copia, ne æger faucium inflammationem vel febrem patiat, sanguinem imminuere vtile est. Fallopius quoque vt pars materiæ absumatur, viscera roborentur, & ob hydrargyrum non offendantur, ante inūctionem diebus octo vel decem decoctum ligni exhibet.

Argentum viuum quomodo præparandum. Ipsam inūctionem quod attinet, vnguentorum horum basis est Hydrargyrum, qui eligendus est purus, aut ex cinnabari viuificatus, miscendusque cum pinguedine porcina, gallinacea, butyro, oleo, terebinthina, vt viuus amplius ad visum non appareat; quod mortificare vulgo dicunt. Nonnulli etiã ad vnc. vj. hydrargyri addunt sacchari rubri vnc. iij. Nonnulli quædam varia alia ad hydrargyri maliciam corrigendam, & quidem pro varia morbi constitutione alia atque alia miscent, quæ tamen parum præstant. Hærent enim illa seu oleosa & vinctuosa, seu alia in cute & corporis superficie, nec hydrargyrum in penitioribus corporis partes sequi, nec eius malitiam corrigere possunt, Quæ verò admiscentur necessario, eo fine admiscentur, vt hydrargyrū in minima corpusecula redigatur, & ita facilius sese in corpus insinuare possit. Nonnulli etiam in componendo hoc vnguento ad varia respiciendum censent. Ideoque Hercul. Saxonia, si topi adsint, addit, quæ emolliunt, vt axungias, & adipem anseris, anatis, medullas crurum bouis, butyrum, oleum amygdalarum dulcium: si vlcera adsint, addere iubet pulueres siccantes, thus, myrrham, aloë, lithargyrum, cerussam; quæ si praua sint, & cinnabarim præcipitatum addit. Præterea admiscere præcipit medicamenta, quæ partes roborant. Addere insuper iubet ea, quæ partes magis læsas & principales respiciant. Ideoque si articuli laborant, iuam addere; si hepar, hepatica; si ventriculus, stomachica iubet. Præter cætera verò ipsi probatur, vt inūctioni addatur oleum è ligno Sancto. Quæ omnia vt non planè improbamus, ita explicatione indigent. Primò si tumorum vel vlcerum imprimis gratiã inūctiones instituantur, commodè ipsis medicamenta admisceri possunt: verum si præcipuè saluatio, & persputum euacuatio intendatur, operosa ista compositione opus non est. Deinde hydrargyrum ipse si sit ad minima redactus, facile penetrat, nec adiuantibus opus habet; nihilque est, quòd eo facilius penetrare possit. Tertio vix persuaderi possum, quòd medicamenta extra inuncta ad ventriculum & hepar penetrent, eaque roborent. Hoc mihi præcipuè probatur,

quòd vnguentis istis oleum Guajaci addendum censet.

Quantitas. Quantitas hydrargyri nunc maior, nunc minor usurpatur pro morbi vehementia & virium robore. Ultra tamen ℥vij. non transeundum, quæ etiam robustis corporibus sufficiunt. In debilibus satis, vnc. iij. iij. v. vsurpare. Singulis verò vicibus ℥ij. vel ℥iij. vnguenti vsurpentur, seu pro singulis dosibus ℥ij. adsumantur. In pueris tenerioribus pro singulis locis vnguenti quantitas lentis magnitudinis sufficit. Talia ergo vnguenta fieri possunt: *℞. Mercurij vnc. vj. adip. suil. s. sale tb. j.* Extinguatur cum hac pinguedine Mercurius, & exactè misceatur. Deinde adde *me' ulla cruris bouis ℥b. terebinth. vnc. iij. ol. eiusd. ℥i. ligni Guai. ℥ij. M.* Vel: *℞. Terebinth. Venet. lb. j. Mercurij viui vnc. vij. M.* diligenter. Deinde adde *pingued. porc. vnc. viij. ol. amygdal. dulc. & amat. an. ℥ j. p. u. cm. m. ℥ij. Mosc. gr. vj. M.* Fiat vnguentum. Eustachius Rudius hanc formam commendat, quæ felicissimo cum successu vsus sit plures annos Vtini, in magno illius ciuitatis Xenodochio, tantâ securitate, vt ne vnus eorum, quos curauerit, perierit: *℞. Mercurij viui ℥ib. axung. suil. s. sale, vnc. iij. mastich. puluer. ℥j. ol. mastich. ℥ib. croci ℥b. pomor. dulc. medioc. magnitud. n. ij.* Primò axungia suilla misceatur cum Mercurio exactissimo. Deinde addatur pulu. mastich. subtiliss. vnâ cum ol. mastich. & croco, & postea poma deinum cocta, & à cortice ac nucleis mundata Vel: *℞. Mercurij saluati extincti ℥iij. ol. veteris ℥iij. thuris, vt mastich. vulgar. parat. ℥ij. mastich. ℥j. pingued. porc. ℥iij. ol. laurini ℥b. cera virgin. vnc. ij. vnguent. dialthæa ℥ib. sagapeni vnc. j. cera. q. s.* Fiat vnguentum. Vel: *℞. Mercurij ℥ij. axung. porc. vnc. iij. terebinth. vnc. j. puluer. iricos, thuris, mastich. an. vnc. ij. ol. chamemel lib. albor. laurini. an. ℥ij. styrac. calamit. vnc. b. M.* Vel: *℞. pingued. galli. porc. vs. an. ℥j. ol. lilior. albor. laurini. an. ℥ij. Mercurij ℥vj. M.* Misceantur pinguedines in mortario. Postea addatur Mercurius, & horâ vnâ in mortario ducantur. Deinde adde *thur. mastich. myrrha, ammoniac. styrac. pulu. stachæ. Arabic. an. ℥b.* Fiat vnguentum. Loca, quæ inunguntur, sunt artus & internodia, ac loca excarnia in manibus, cubito, pedibus, genibus. Quandoque in robustis & hepatis emunctoria, ac spina dorsi inungitur. Fallopius manus excipit, & primò inungit pedes, transuersim, vbi est tarsus postea internodia tibiarum, deinde media femora, medias vlnas, & media brachia, postea totum dorsum.

Tempus inungendi. Tempus inūctionis commodissimum, est verum, atque autumnus; hyems atque æstas minus comoda sunt. Atque instituenda inūctio tempore matutino, ieiuno stomacho, in loco concluso & calido, & incipiendum à partibus inferioribus, & ad superiores transeundum. Rarò bis eadem die inūctio instituitur.

Inūctio in linteis inuoluentis, vel partes inunctæ stupâ ex lino vel cannabe tegendæ, ægërque in lectum ponendæ.

Tandiu autem continuanda inūctio, donec saluatio, vel alui fluxus, vel alia euacuatio succedat, ac symptomata minuantur & cessent. Et quidem si alui fluxus accidit, is non statim suppressendus: ne tamen intestina aliquid damni patiantur, cauendum, infundendo per clysteres lac chalibeatum, vel succum ptisanæ cum lacte, vel decoctum hordei, & postea, si opus sit, veniendum ad adstringentia.

Sudores etiam nonnulli promouendos censent. Verum si natura ad saluationem tendat,

sudorem cedere non conuenit, ne contrarij motus fiant. Si verò natura spontè ad sudores tendat, nec id prohibendum. Ultra tres dies tamen vna vice vix continuanda inunctio. Nonnunquam etiam statim graua sequuntur symptomata, vt magna oris vlcera, linguæ ac faucium tumores, ac inflammatio, deglutitio læsa, dentium commotio, maximus virulenti humoris ex ore fluxus, diarrhœa vel dysenteria, & tunc statim ab inunctione cessandum. Interdum tamen, sed rarò accidit, vt nullum tale graue symptoma sequatur, sed tantùm sudores & exanthemata per corpus multiplicentur.

Quid
post
inun-
ctionem
facien-
dum.

Vbi inunctio iam perfecta est, sputumque bene procedit, partes inunctæ abluantur vino, in quo salua, flores stœchad. Arab. rosmarin, chamæpitys, fol. lauri, calaminth origanum, cœcta fuerunt, postea imponendum aliquod emplastrum neruinum.

Tandem inunctione peractâ danda opera, ne Mercurius in corpore relinquatur, & aliquid mali vel ori, vel aliis partibus attrahatur. Idcirco Laconico sudores promouendi, aurei nummi in ore retinendi, auri ramenta potanda, vel globuli aut pilulæ ex auri folijs paratæ deglutendæ. Imbibitur enim Mercurius ab auro, & cum eo è corpore euacuatur, atque ita, ne quid mali excitetur, præcauetur.

Ad dolorem leniendum os & fauces lactetepido, vel decocto hordei abluantur. Ad inflammationem prohibendam, decocto vel aque plantaginis, vel folior. vitis, cum diamoro, & sirupo de rosis siccis vtatur æger. Dentes abluendi decocto vel aquâ saluæ, aquilegiæ, vel vino aultero. Post inunctionem à curatione non statim desistendum, sed decoctum ligni, vt pote morbi huius alexipharmacum, adhuc diebus aliquot propinandum. Quod si intermitteatur, facile recidua subsequi solet.

Empla-
straMer-
curialia.

Secundò emplastra formâ Mercurij in hoc morbo adhibentur, quæ etsi minorem molestiam afferunt: tamen etiam minùs ad sputationem euacuandam efficacia sunt. Parantur autem ex eadem materia, ex qua vnguenta, quibus & cinnabari admiscere licet. Miscetur verò hydrargyrum vel cum vsualibus emplastris, & diachylo ireato, de meliloto, vel componuntur noua. Est etiam in vsu emplastrum de ranis cum Mercurio dictam Emplastra hæc inducuntur linteis lineis, alutæ, & iisdem locis, quibus vnguenta, applicantur, manibus præcipuè & pedibus, item emunctorijs, interdum & spinæ docti, & gestantur continuò die ac nocte, atque tertio vel quarto quoque die renouantur. Minùs hæc cura molesta est, & diebus serenis etiam domo egredi licet: curatio tamen ipsa minùs perfecta est, & præterea diutius continuanda.

Lauato-
ria è
Mercurio.

Tertio linteamina aquâ Mercurij madefacta iisdem locis formâ epithematis imponuntur, & quia Mercurius sublimatus commodissimè soluitur in aqua, Mercurio hoc modo soluto, eadem loca, quæ inungi solent, illinuntur: quæ medicamenta vulgò Lauatoria dicuntur, quæ parantur è Mercurio sublimate *vnc. j.* qui in liquoris alicuius *libr. ij.* soluitur. v.g. *℞. Mercurij ℥ii. vnc. j. aq. scabios rosar. fumar. an. vnc. viii. saluæ vnc. iij.* Ebulliant & misceantur. Vfus huiusmodi est: panno hoc liquore madido illinuntur genua ad pedes, & brachia à cubito versus manus, idque fit manè, vt & ante vesperam, in loco calido, & diebus decem continuandura, donec sputatio superueniat.

Quarto cingula & armillæ conficiuntur ex Mercurio salua extincto, & albumine oui excepto, quæ mistura gossypio inducitur, idque infuitur corio vel panno, atque inde cingulum vel armillæ conficiuntur.

Cingula & armillæ Mercuriales.

Quintò etiam suffumigio ex hydrargyro parato res hæc curatur, Verùm magis periculosa est hæc cura, quàm per inunctionem; imò nonnullis lethalis fuit, & propterea non adhibenda, nisi omnia reliqua frustra tentata fuerint, & non nisi corporibus robustissimis. Vehemens enim hæc curatio est, cum, qui eam adhibent ægri, singulis diebus *libr. x.* sputi virulenti excernere soleant. Locum verò non habet in debilibus, emaciatis, calida & sicca intemperie præditis, & in iis, qui difficultate spirandi laborant, seu destillationibus à capite in thoracem sunt obnoxii, aut sputo sanguinis laborant, aut lienteria vel dysenteria tentantur. Imprimis autem Medici vtuntur istis suffumigijs in ophthalmia Gallica pertinaci, & pilorum defluuio imminente, quod alijs medicamentis prohiberi non potest. Suffumigium enim hoc pilos firmat. Particularis tamen suffumigatio tum institui potest.

Suffumigia è Mercurio.

Notandum enim hic, suffumigiorum in hoc morbo esse differentiam. Quædam enim sunt vniuersalia, quæ toto corpore excipiuntur, & propterea etiam totum corpus euacuant. Alia particularia, quæ certis tantum partibus adhibentur.

Eorum differentia.

Deinde suffumigia alia parantur è medicamentis benignis, è thure, myrrha, oleo, cinamomo, styrace, calamit. spica nardi, succino, gummi ammoniaco, benzoë, ligno aloës, ambræ, moscho, gallia moschata, & similibus: quæ etsi certis partibus in suum vsum accommodari possunt, morbum tamen ipsum Venereum non extinguunt.

Quæ ergo huic morbo propria sunt, parantur è Mercurio imprimis, & ex Mercurio paratis, cinnabari, Mercurio præcipitato, sublimate.

Vniuersalia illa quod attinet, eorum, vt modo dictum, basis est Mercurius quocunque modo paratus. Nonnulli & sandaracham Græcorum, & auripigmentum addunt. Verùm cum ista venerea principiosissima sint, non satis tuto adhibentur, neque etiam hanc morbum speciatim curant.

Vt formulas aliquot addamus: *℞. cinnabari Formosissimi vnc. iij. myrræ, thur. massich. an. vnc. j. aloë lib.*

hepat. styrac. calamit. benzoës, an. vnc. sem. F. Puluis.

Vel: ℞. cinnabar. vnc. iij. myrræ, thur ligni aloës ladanii, ammoniac. an. vnc. j. M. cum terebintib. P. Pilula.

Vel: ℞. cinnabar. vnc. iij. Mercurij præcipitat. vnc. iij. thur aloës, massich. myrræ, benzoës, styrac. calamit. an. vnc. sem. F. Puluis. Sequentè formulam

Neapoli in Hospitali incurabilium in frequenti vsu esse, refert Epiphanius Ferdinandus: ℞. L.

thargyri vnc. v. antimon. cinnabar an. vnc. j. rbapentibic. vnc. vi. polypod. querc. vnc. iij. calam. aromatis.

cinamom. ladan. rosar. macis, nuc. mosc. alioninis, virid. eris, aloës an. ℥iij. minij, sandarachæ Græcor. an. vnc. j. carame ℥iij. aq. rosar. & flor. curis. q. s. M. l. a.

Verùm videtur mihi formula sine omni ratione conijuncta, quæ multa inutilia, & noxia etiam continet. Tutior est, quam ipse Ferdinandus proponit:

℞. Cinnabar. Mercurij ℥ii. an. vnc. j. gummi dia ladanii. an. vnc. sem. nuc. mosch. baccar. laur. juniper. an. ℥iij. thur. cinam. an. ℥ j. sampuch. calchanthi, an.

℥iij. terebintib. q. s. ad incorporandum. Fiar

massa. Medicamenta autem ista siue in puluerem, siue in pilulas, siue in trochiscos redacta, hoc modo vsurpantur. Primò ægio, vt curam

ratio.

P P P P iij

Suffumigia ista parandi ratio.

Itam sustinere possit (dignum patellâ operculum, & ita merito tractantur, qui se libidinibus contaminant) exhibeantur duo ova sorbilia, ossa panis vino generoso madidi, haustusque vini, & cochlear conferuâ rosarum. Hinc per horâ quadrantem quiescat æger. Interim ille thalamus Veneris, seu carcer potius, sudatorium nimirum, calefiat; in Laconico illo, seu stufia sicca paretur tentorium, seu papilio ex linteo densio, sub quo æger nudus in sella humili sedeat. Sub eodem papilione collocetur olla, seu vas, carbonibus ignitis plenum, in quos sensim vel puluis ille, vel pilulæ, vel trochisci coniciantur, ut fumus inde per totam corpus spargatur, & ab ægri nudo corpore excipiat. Vbi fumus imminuit, noua materia carbonibus inspergatur, idque per horâ partem tertiam, quartam, dimidiam, aut etiam integram horam continuetur, prout ægri vires ferre possunt. Diligenter enim attendendum, ne æger animo deficiat, quod sæpe accidere solet; quod si ex sermone labante animaduertatur, mox æger extrahendus, & idoneis medicamentis reficiendus est. Ut verò deliquium animi præcaueatur, potest ægro permitti, ut per interualla aërem frigidum per arundinem attrahat, & nares extra papilionem exserat.

Adhibentur autem hæc suffumigia vel semel, vel bis de die, & quidem diebus tribus, sex, nouem vel pluribus, prout citius vel tardius superuenit purgatio. Hac enim, vel fluxu alui, superueniente, statim a suffitu cessandum. Postquam satis sub papilione sudauit æger, linteis inuolutus in lectum collocandus, ut ibi horam unam vel duas sudorem continuet.

Particularia suffumigia.

Particularia verò suffumigia non toti corpori adhibentur, sed saltem partibus exulceratis, vel dolore affectis. Sed tum saluatio non mouetur, nec is eorum scopus est, sed ad morbos saltem & symptomata in partibus externis tollenda vsurpatur, nimirum ob defluuium capillorum suffumigia capiti adhibentur, manibus & pedibus in doloribus, & cum fissuras ac rhagadas patiuntur.

Medicamenta interna saluationem mouentia.

Tandem etiam intro sumpto hydrargyro saluatio concitari potest. Quod etsi Fernelio notum non fuerit, tamen a posterioribus animaduersum, & Mercurius etiam viuus a Rondeletio, Platero, & aliis, in hunc finem vsurpatur. Tales sunt pilulæ Barbarossæ dictæ, quæ Mercurium viuum recipiunt. Exhibent autem Medici pilulas ex Mercurio paratas ita, ut una dosi dentur Mercurij gr. vj. vel vij. easque singulis diebus ferè exhibent, ac tandiu, donec saluatio sequatur, eamque curam ad dies triginta continuant. Curandi tamen hanc rationem non facile recipiendam esse, monet Platerus, & non nisi in morbo inueterato, quando cætera remedia præmissa nihil iuuant. Commodum simul etiam existimat, si statim, ut vel pondere suo, vel aliis admistis, per aluum excernatur. Verum si id fiat, procul dubio saluationem non mouebit. Ideo præstat, si Mercurius, quocumque modo præparatus, minori dosi exhibeatur, quam ut vel per vomitum, vel aluum purgare possit, si nimirum vel dimidia vel tertia, vel quarta saltem doseos, quæ alias ad purgandum exhiberi solet, pars exhibeatur. Exempli gratia, præcipitatum vel turpetum gr. vj. pondere alias ad vomendum vel purgandum exhiberi solet; si verò saltem gr. iij. vel ij. vel j. exhibeatur, continuato vsu saluatio excitatur. Ideoque quitalibus medicamentis uti velit, re-

A tiffimè fecerit, si primò integram dosin Mercurialis medicamenti ad purgandum exhibeat: secundo die dimidiam, tertio tertiam, quarto quartam partem, idque continuet, donec salua & sputum profluant: id quod tamen ita strictè obseruare opus non est. Et omnino tutius est in hoc morbo ea medicamenta Mercurialia exhibere, quæ non summâ violentiâ, nec tanto periculo aluum mouent, continuato tamen vsu spuationem prouocant.

CAPVT XXII.

B De Dieta in luis Veneræ curatione obseruanda.

Dieta Aër. **D**ieta in huius morbi curatione exactè obseruanda. Aër primò, in quo æger versatur, sit calidus, ut & insensibilis transpiratio libera sit, nec sudores prohibeantur, sed potius promoueantur, non tamen ita calidus, ut vires prosternat. Itaque in conclauis calefacto, si opus sit, toto curationis tempore æger sese contineat, nec aëri libero, nisi is anni temporis ratione calidior sit, & tamen non ante meridiem, sese committat. Quorum tamen vitæ genus non fert, ut domi sese contineant, vestibis aduersus frigus externum sese muniant, & quantum possunt frigidum aërem vitent.

Cibus. **C**ibum quod attinet, multus equidem in hoc morbo sermo passim est de victu tenui. Verum cum victus tenuis sit, qui vires quodammodo imminuit, vel qui vires parum debilitatas conseruat, talis victus acutis morbis saltem conuenit, qui cum nondiu durent, vires etiam non nihil debilitatæ ad eorum finem persistere possunt. Cum verò morbus Gallicus sit morbus chronicus, & curatio ad plures septimanas extendatur, si vires tenui victu deiciantur, ad finem morbi durare non possunt. Quod verò Medici pane imprimis, & uis passis ægros cibant, causam hanc esse puto, quod simplicissimum cibum, eumque boni succi, exhibere volunt. Cum enim varietas ciborum facile vitiosos humores suppeditet, carnes verò & pisces, similisque cibi facilius corrumpantur, quam panis & uis passæ, ægris etiam varietatem ciborum, & carnes prohibere, eosque solùm pane & uis passis contentos esse voluerunt. Itaque ea victus ratio & forma obseruanda, quæ viribus conseruandis, etsi non augendis, sufficiat, nullo verò modo naturam oneret. Cibus etiam sit boni succi, & simplex, quique excrementis generandis nullo modo materiam suppeditet, neque naturam a morbo impugnando ad sui coctionem auocet. Ideoque non nisi duo fercula ægro concedenda, & cibus non solùm bis de die exhibendus. Proinde ubi æger ad vsu medicamentorum præparatur, victus talis sit, qui vires non minuat, sed potius conseruet, imò quodammodo augeat, ut euacuationes instituendas æger, & victum tenuiorem postea sustinere possit. Cum verò sudorifera, vel hydrargyrum adhibetur, si vires ferant, victu minùs pleno vtendum, ne alimentorum copiâ vis medicamentorum impediatur, ac superflui humores in corpore potius absumantur, quam cumulentur, vitæque, per quas expelli debent, omnes liberæ & patentes seruentur. Non verò victus sit nimium tenuis, ne vires concidant, sed ad perfectam morbi curationem, quæ longior esse solet, sufficere possint. Et quamuis aliquid de consueto

De Diæta in luis Ven. cur. obseruanda. 1051

victu in curatione huius morbi demendum sit: A tamen id non statim faciendum in principio, nec subito ista facienda mutatio, sed primis octo diebus paulatim aliquid de consueto cibo detrahendum, sicut & vltimis octo curationis diebus sensim ad priorem diæta rationem redeundum. Semper tamen ad vires respiciendum, & quid ex perferre possint, diligenter considerandum, earumque, utpote sine quibus curatio perhæci non potest, maior, quam morbi habenda ratio.

Quantum verò ad cibi quantitatem atinet, item ad vires & morbum respiciendum. Quò enim vires sunt fortiores, eò minorem cibi copiam tolerare possunt. Vires autem demonstrant corporis habitus, temperamentum, consuetudo, B ætas, anni tempus, regio & ægri status. De quibus suo loco dictum. Summa: quantum fieri potest, aliquid de cibo consueto detrahendum, quod & Indiæ populi, à quibus modus hunc morbum curandi ad nos peruenit, facere dicuntur: ita tamen vt semper ad vires respiciatur. Si enim æger sit robustus, corpus constitutionis frigidioris, vt facile in ediam ferre possit, caro post octo dies amplius non danda, sed æger pane & passulis contentus sit. Si verò vires sint debiles, corpus gracile, biliosum, raræ constitutionis, & os ventriculi *existeret*, etiam aliquid de carnibus concedi potest; nimirum caro pullorum & gallinarum, perdicum, vitulina, hærina, & veruccina tenerior, vt & oua gallinarum. Caro verò suilla, quæ difficulter coquitur & distribuitur, ac materiam morbosam auget, maximè vitanda, vt & fructus horarij, ac pisces molles. Et quidem commodissimus cibus sunt in hoc morbo vix passæ, & omnibus alijs cibis præferendæ. Præterea non facile putrefcunt, & bonum liccum & alimentum suppedant, malignitatē, neque vitiosorum humorum corrigunt. Vnde nonnulli in ea sunt sententia, passulas non solum cibi, sed & medicamenti loco esse in hoc morbo. Et imprimis illæ maiores, Cybebæ dictæ, vtilissimæ sunt, in quibus & maior alimenti copia & vis abstergendi & roborandi

Qualis panis exhibendus.

De pane hic non nihil dubij est. Plurimi panem bis coctum commendant, imò solum admittunt. Quem vt corporibus, quæ humidiora sunt, & pituita atque excrementis, ad putredinem inclinantibus potius, quam adultis, abundant, & qui dentes firmos habent, eoque sunt asueti, non improbamus: ita etiam panis semel rectè coctus, & non nimis humidus, vt alimentum maximè familiare omnibus naturis, sexui, ætati, & quouis anni tempore tutò permitti potest; neque si æger eum magis, quam bis coctum appetat, aliquid molestiæ ipsi, panem vulgarem prohibendo, creandum est. Imò panis bis coctus sua videtur habere incommoda. Diutius enim in ventriculo moratur, nec ita facilè coquitur, & omnino ad eum rectè coquendum maiore ventriculi robore, quod tamen plerumque Gallico morbo laborantibus languet, opus est. Præterea cum lue Venerea laborantibus plerumque exusti humores abundant, pane bis cocto iugentur; contra à vulgari pane, utpote humidior, temperantur, ac tandem plus alimenti & sanguinis boni ab eo, utpote optimè temperato, suppedatur & in cibo optimè temperatum intemperato præferendum.

Plurimi etiam cibi quantitatem pondere metiuntur, & in vna mensa panis ℥iij. carnis autem ℥ij. vel iij. sufficere scribunt. Verùm non ita

accuratè in omnibus id obseruari potest, sed naturarum & consuetudinis non parua hic habenda ratio.

Potum quod attinet, de eo quoque auctores non planè conueniunt. Nonnulli nihil nisi decoctum illud ligni & sarsaparillæ pro potu exhibendum censent, & vinum planè prohibent, idque non minus, quam in pleuritide, in hoc morbo denegandum patant, vinumque ne delibandum esse toto curationis decursu censent, ac tale esse vinum ligno, quale cicuta, scribit Ferneilius, *de lue Ven. cap. 1.* Ea autem imprimis de causa vinum prohibent, quòd corpus & humores, qui antea adusti sunt, & qui ab vsu ligni incallescunt, eius vsu inflammantur. Verùm enim verò ratio hæc non sufficiens videtur. Etenim & decoctum illud secundarium tantum calefacere potest, quantum vinum aliquot tenuius & dilutius moderatè haustum. Ideoque vires hic considerandæ, & cum vinum insignem cum corpore nostro conuenientiam habeat, & cor ac omnes partes, atque imprimis ventriculum roboret, in totum corpus facillimè distribuatur, citissimè nutriat, & ita naturam roboret, vt morbo sese facilius opponere possit: eius vsus non simpliciter reiiciendus, imprimis in iis, qui minus sunt calidi, ac corpus pituitosum, & crudis humoribus refertum habent. Vfus tamen vini ita moderandus, ne corpus villo modo inflamet. Qui verò vino sine damno abstinere possunt, illi bibant decoctum illud secundarium, è ligno Guajaco paratum, idque satis liberaliter in mensa, & extra mensam, siu urgente, qui ipsi tamen ventriculi roborandi causa interdum vini haustum iurant.

Eodem modo si per hydrargyrum instituat curatio, eo tempore, quo nondum per os & saliuam euacuatio accidit, ægèrque cibos masticare potest, pane optimo & bona carne nutriendus est, ei que vinum dilutius exhibendum. Vbi verò saluatio incipit, & æger amplius masticare non potest, ob dentes vacillantes, sorbitionibus & pituita hordeacea, & iure carniū cum pane æger nutriendus. Et cum metus sit inflammationis faucium, à vino abstinendum.

Postquam verò cura absoluta est, etsi ægro ad consuetum victum redire liceat: tamen vt cibis boni succi, è quibus optimus sanguis generatur, alatur, commodissimum est. Cum enim corpus sit extenuatum, venæque inasuta, omnino videndum, ne corpus vel vasa vitioso sanguine repleantur, sed vt bono instaurentur, & repleantur, commodum. Non etiam concedendum, vt conualescens à minore quantitate cibi ad magnam subito ascendat, cum omnis mutatio ad extrema periculosa sit. Et cum metus sit, ne medicamentorum calido um, & siccorum vsu hepatis calefactum, conferat rosar. violar. spec. diatrion santalon, diarthod. abb. aliquot septimanis exhibeantur, victusque ratio, præsertim æstiuo tempore, sit frigidior, parata imprimis ex hordeo. Vtile est & ierum lactis caprini. Si verò metus sit, ne adhuc reliquæ aliquæ huius morbi & dispositio maligna in corpore supersit, vinum Guajaco vel Sarsaparilla mediatum exhibeatur, quod commodissimum tempore vindemiarum paratur, si pro singulo congio vini, Guajaci ℥ij. & sarsaparillæ ℥iij. addantur, & cum multo consueto modo deferuere sinantur. Extra verò vindemiarum tempus medicamenta ista saltem in vino macerari possunt.

Potus.

B

C

D

E

Vinum Guajaco

Som- Somnus non tantum noctu conuenit, sed etiam de die, dum sudant ægri, concedi potest.

Exerci- Exercitatio omnis vehementior noxia est. Cum enim per eam vires labefactentur, & transpiratio ac dissolutio corporis maior fiat, inde accidit, vt minore illa alimenti copia, quæ in hoc morbo vsurpari solet, æger contentus esse non possit. A Venere verò, vt huic morbo aduersissima, planè abstinendum. Exercitij loco sit sudatio in conclauis, & frictiones, quæ vna opera, cum sudores abstergantur, fieri possunt. Animi affectus sint ad lætitiã compositi.

Excre- Aluus vt aperta seruetur, danda opera, & cum faciliè ob pauciorẽ cibum occludi soleat, clysteribus laxanda, & passulis cum folijs senæ. Imò per interualla quædam purgantia exhibere non solum vtile est, sed & necessarium. Et si enim laxantia illa primas vias euacuant: tamen quia ad loca remotiora non pertingunt, & à sudoriferis saltem tenuiores humores euacuantur, crassi verò relinquuntur: vtile est, post septem vel decem dies, vel etiam post longius interuallum, prout opus, medicamentum purgans, ægri corpori conueniens, exhibere.

CAPVT XXIII.

De morbis ac Symptomatibus, quæ lvi Venereæ coniungi solent, curandis.

C Vm varij morbi ac symptomata lvi Venereæ coniungi soleant, nonnulli satis prolixi sunt in explicando, quâ ratione ij morbi ac symptomata tolli debeant. Verùm cum morbi illi plerunque manifesti sint, & de eorum curatione in superioribus libris à nobis actum sit, prolixè de his hoc loco agere, operæ pretium non puto. Ideoque saltem pauca quædam, & ea præcipuè, quæ morbo huic propria sunt, afferam: reliqua è suis locis petantur.

Vlcera.

Vlcera, penis imprimis, quæ huic morbo maximè familiaria sunt, quod attinet, de iis in genere, lib. 3. præf. part. 9. cap. 11. dictum. Vt pauca addamus, vnguento defensiuo penis radice munitâ, vlcus abluendum decocto scabiosæ, marubij, & præsertim saponariæ, & ligni Guaiaci. Postea vnguento aliquo conuenienti vlcus inungendum. Imprimis vtilia sunt vnguenta, quæ Mercurium recipiunt, seu viuum, seu sublimatum, seu præcipitatum, seu cinnabarim. Et in penis vlcerebus, & carie glandis, vt loquuntur, nullum præcipitatum adhuc vtilius esse excogitatum medicamentum, scribit Hercul. Saxonia. Non tamen adhiberi debet, nisi vbi crassæ sordes adsunt: in vlcerebus verò mundis locum non habent. Eustachius Rudius, lib. 5. de morb. occul.

Vnguentum Mercuriale. cap. 19. duo imprimis vnguenta commendat. Primum est: R. ol. rosac. compl. amygdalar. dulc. an. ʒb. vnguent. resina. (quod paratur ex oleo puro, resina pini, terebinthina, & cera citrina) ʒvj. Mercurij præcipitat. ʒj. cera parum. Misce omnia, excepto Mercurio præcipitato, super igne, & ab igne remota diligenter agitentur, donec refrigerentur, postea præcipitatum adde. Potest tamen pro vlcere, & partis eo affectu ratione Mercurij præcipitati plus vel minus addi. Alterum est hoc: R. ol. amygd. dulc. vnguent. rosac. an. ʒiij.

A ceræ nonne ʒj. Mercurij præcipitati ʒb. Misce. Atque ista vnguenta non solum ad vlcera penis, sed & aliarum partium vlcera Gallica, ficus, condylomata, & vocatas cristas sunt vtilia. Vtile est & balsamum Mercurij, quod hoc modo paratur: R. Mercurij vni (sola: spiritu nitri. ad solutionis huius ʒb. j. affunde ol. oliuar. ʒiij. Stent in digestionẽ octo diebus, postea oleum separetur & vsui seruetur. Vel: R. Vtstellum oui j. ad duritiem cocti, mell. ʒi. Misce super lento igne, ebulliant, & adde Mercurij ʒi. ʒb. Post mundificationem & hoc vnguentum vsurpari potest: R. Aloës opt. ʒb. croc. ʒ. ʒij. thur. minij, an. ʒi. mell. ʒb. terebinthina ʒij. vitell. oui j. Misce. Vlcera autem occulta & latentia, vel sub præputio constricto delitescere solent, vel sunt in meatu interno penis. Si vlcus sit sub præputio contracto, vel per siphonem conueniens medicamentum iniiciendum, & postea tenta vnguento imbuta stilo loco affecto applicanda: vel præputium secundum longitudinem dissectandum, & necessaria medicamenta imponenda.

Si verò vlcera sint in ipso membri virilis meatu, curatu sunt difficilia, habentque coniunctas carunculas, seu carneas excrescentias, quæ vrinæ emissionem impediunt. In vlcere ergo leuiore iniicienda aqua plantaginis, in qua alumen, lithargyrum, & cerussa cocta sint. In grauioribus vero vlcerebus vsurpetur hoc linimentum: R. Mercurij præcipitat. ʒj. Mercurij ʒ. ʒj. plumbi vst. ʒij. Terantur in porphyrite cum aq. rosar. sæpius abluantur, & in vmbra siccentur. Postea R. pingued. suill. ʒvj. cera a. b. ʒij. Dissoluantur super igne & addatur puluis, & camphoræ ʒj. Fiat linimentum, quod candelæ ex cera alb. ʒv. terebinth. ʒj. paratæ, illinendum, & candela meatui vrinario indenda. Vel emplastrum conueniens super stylo paruo conuolutum immittatur. Carunculâ sublatâ vnguentum exsiccans, & consolidans immittendum.

Si verò in vtero sit vlcus, idque sordidum & serpens, malum incurabile est. Leuiora verò curantur iniectionibus ex aquis aluminosis, in quibus lignum Guajacum & Sarsaparilla coquitur; vel pesantis ex succo plantaginis, cum puluere aloës, boli Armeni, cerussæ & similibus. In sordido valde vlcere vnguentum Ægyptiacum addatur, vel aliquid vnguenti Mercurialis. Tandemque vnguentum exsiccans & consolidans, vt de tutia, vel simile, vsurpetur.

In vlcerebus grauioribus vteri suffumigia vtilissima sunt. Verùm cum tubali faciliè à prunis nimium calefiant, hæc candelæ pro fumo Hercul. Saxonie vtilis sunt: R. Syrac. calamit. benzoes, an. ʒvj. ligni aloës ʒvij. thur. alb. ʒi. ladani ʒib. ireos, caryophyll. an. drach. ij. ros. Damascen. drach. vj. cinnamon. drach. ij. carbon. salicis ʒb. aq. vitæ, q. s. Fiant candelæ. Iisdem medicamentis & intestinorum vlcera curantur.

Ad faucium verò vlcera cum talia adhiberi non possint, fiat Gargarismus è decocto sarsaparillæ, cortic. Guajaci, fol. plantaginis, scabiosæ, myrti, rosis rubris, cortic. granator. sumach. cui aliquid aluminis addatur. Decoctum fieri potest in aqua, & sub finem aliquid vini austeri addi. Post ablutionem vlcera abstergenda oleo Δris, conueniente liquore addito, vel aquâ aluminosa composita, quæ ita paratur: R. Mercurij ʒati, aluminis rocha, an. ʒj. Super lapide porphyrio terantur. Tritis adde succi limon. ʒiij. aq. plantagin. ʒb. ros. ʒix. Coq. in vitio, ad quintæ partis consum-

Vlcera latentia:

Vlcera in penis meatu.

In vtero.

Fauciũ vlcera.

Aqua aluminosa composita.

De morb ac sympt. lui Ven. con. cur. 1053

ptionem. Verùm cauendum, ne aliquid de talibus medicamentis deglutatur. Efficax est & butyrum ζ ij dictum, si vlcus gossypio, butyro, madefacto, semper tingatur maxima eadem cautione hïc etiam opus est. Sed cur non semper præcaueri queat, ne quid in ventriculum delabatur, atque ita satis tutò talia medicamenta adhiberi non possint; contra verò alia medicamenta mitiora parum efficacia sint: vlcera hæc curatu difficilia sunt, imò sæpe incurabilia. Tutius auri solutio hisce vlceribus adhibetur, hoc modo parata: *℞. sol. auri xv. aluminis rocha. niri, salis fusi, an. ζ ij.* Tere in matmore, affunde aliquot guttas spir. Mercur. postea affunde spiritum vini ad duorum digitorum eminentiam. Stentque in cineribus tepidis, tandèmq; ebulliant, vt folia auri soluantur, ac spiritus vini flavescat. Spiritum vini destillando separa, alium iterum affunde & digere, idque toties repete, donec spiritus vini aurum soluat, & sales in fundo relinquuntur. Tandem spiritum vini destillando separa vsque ad siccitatem, & spiritum terebinthinæ affunde, & in loco calido octo diebus digere, donec aurum solutum sit. Hac solutione affectum locum bis quotidie illine.

Narium Narium vlcera curantur per errhina vel infusa, pulueres inspersos, suffumigia parata à Guajaco & cinnabari.

Fissuræ manuum & pedum.

Fissuræ manuum & pedum.

Si in volis manuum & pedum adsunt rhagades & fissuræ, soluantur decocto ligni Guajaci, eius corticis, scabiosa, scordij, pentaphylli: & si durities adsit, etiam althææ & maluæ, aut radicis cucumeris agrestis. Postea vnguentum vsurpetur è butyro, adipe anferis vel gallinæ, ammoniaco, bdellio, pomis, cui aliquid calcis viuæ vel præcipitati addatur, vel vnguentum antea propositum. Vel: *℞. pingued. porc. q. l.* Affunde *ol. hyperi.* tantum vt ab eo vnguentum acre fiat. Quibus si malum non cedat, suffumigium, particulare è cinnabari adhibeatur. Hercul. Saxonica, de lue Vener. cap. 30. scribit, se obseruasse, mulierem quandam, quæ annis octo continuis manuum fissuras gesserat, & inutiliter omnium, & Venetorum & Patavinorum Medicorum opera vsa fuerat, breui & facile curatam fuisse succo herbæ quam alij artemisiam, alij tanacetum appellant, in omnes fissuras diligenter penna illito, & omni manuum lotionem omittit: eundèmq; succum se vtilem deprehendisse in impetiginibus, & vlceribus crustosis.

Bubones.

Curatio Bubonum.

De bubonibus, qui frequenter in lue Venerea in inguinibus erumpere solent, hoc in genere tenendum, dandam esse operam, vt expulsio materiæ quam natura tentat, & ad partes ignobiliores detrudere conatur, adiuuetur; cum hac euacuatione interdum natura sese toto isto morboliberare soleat. Itaque si bubo non satis erumpat, & augeatur, nec ad suppurationem tendat, vt extrahatur & supputetur, danda opera. Itaque crus, quod è directo est, fricandum, circa partes inferiores scarificandum, aut etiam vena eo loci aperienda. Ipsi verò buboni medicamenta attrahentia fortiora imponenda. Vt: *℞. Sageni. ammoniac. an. ζ ij. opopanax. bdellij, an. ζ ij.*

A *sinapi, piper. pyrethri,* an drach. j. *sapon. nigri ζ ss.* Misce, ac cum cera & pice. Fiat Emplastrum. Si tamen natura mole & copia virulentæ materiæ prematur, vt totam expellere non possit, tum purgans medicamentam exhibere vtile est, vt natura parte oneris leuata reliquum facilius expellat.

Vbi tumor satis erupit, laborandum, vt primum aperiatur, & diu apertus seruetur. Vt suppuretur, maturantia, quæ inflammationibus adhiberi solent, imponantur, è mucilagine maluæ, althææ, sem. tritici, lini, caricis, pingued. suilla. adipe anferino, & similibus, vel diachylum simplex, aut cum gummi compositum. Vbi pus confectum est, non expectandum, vt bubo spontè aperiatur, sed aperiendus maturè, ne virulentus humor detentus alias partes lædat. Aperto tumore digestiua dicta & abstergentia imponenda, quibus interdum aliquid Mercurij præcipitati addere opus est, vlciusque diu apertum seruandum.

In Bubonibus tamen frigidis non ita metus est, vt materia ad alias partes adscendat, sed si purgationes & sudorifera, atque alexipharmaca idonea adhibeantur, interdum bubo sine periculo planè delitescit.

Tumores gummatosi & nodi.

C. Equidem tumores tales & nodi, qui in externis locis, vt fronte, osse caluarie, tibiarumque exteriori sede oriuntur, sapissimè, si morbus hic perfectè curatus fuerit, & ipsi euanescent; imprimis post vsum sarsaparillæ, quæ in hisce morbis discutiendis efficacissima est, & post vsum inunctionum Mercurialium, quæ tumoribus talibus adhibentur. Si tamen post absolutam curationem tumores tales & nodi remaneant, emollientia attenuantia, & digerentia eis imponenda, & quidem fortiora, vt radices cucumeris agrestis, bdellium, sagapenum, opopanax, & imprimis ammoniacum, vel diachylum cum gummi, aut ceratum Mercuriale.

Vale, & experientia probatum est hoc: *℞. Empl. diachyl. c. gummi Vnc. j. diachyl. simpl. ζ ss. Mercurij salina extinct. Vnc. j. ol. Guajac. q. l.* Fiat Emplastrum. Vel: *℞. Ammoniac. opopanax. gummi hedera in aq. vita dissoluta pingued. gallinæ, anferinæ, an. ζ ss. medull. cruris rutul. Vnc. j. ladani, styrac. ca' amir. liquid. an. Drach. ij. pulu. radic. hermodactyl. ireos, an. Drach. ij. cinnabar. Drach. j. argent. vini cum terebinth. misti. Drach. vj. ol. lilior. & cere q. l.* Fiat ceratum, Lavatoria etiam ex Mercurio parata, supra enumerata, in his tumoribus locum habent.

Si ista non satisfaciant, tumores causticis aperiendi, præsertim si non sint in articulis, nervis, tendinibus; & locus apertus seruandus, ac os subiectum, quod plerumque læsum est, detradendum.

Tubercula & pustule.

Tubercula quoque, vt & pustula parua, thymicæ, verrucæ, faui, cum in aliis corporis partibus, tum præcipuè in capite, circa anum, penem, & pudenda, in morbo Gallico exoriri solent. Quæ etsi interdum post vniuersalem curationem spontè euanescent: tamen nonnunquam etiam peculiarem curationem requirunt.

Tuberculorum & pustularum.

Quæ in capite sunt eiusmodi tubercula, abluenda sunt sæpe decocto ligni Guajaci, & præsertim corticis eiusdem, & sarsaparillæ. Nonnulli & oleum scorpionum ac viperinum vsurpant. Quibus si non cedant, vnguento aliquo Mercuriali inungenda, vel aqua aluminosa composita, parata ex alumine rochæ, & Mercurio Δ to, quam alij etiam hoc modo parant: \mathcal{R} . *Alumin. rochæ Mercurij Δ ti*, an. Drach. ij. Terantur. Adde. *aqua plantagin rosar* an. lbj. Coq. in vitro ad consumpt. dimid. part. Postea stent diebus xv vt alumen & Mercurius resideant, & clara aqua effundatur, ac vsui seruetur.

Si pustulæ sint in ore, vsurpantur collutiones oris è decocto ligni, aut si adsit inflammatio, ex sero lactis chalybeati, quibus rosæ, plantago, addi possunt. Et si pustulæ sint sordidæ, scabiosa addatur, & alumin. gr. x. pro singulis feri vel decocti libris. Est & utilissima aqua aluminosa composita modo descripta. In oris tamen pustulis ea sola vt tutum non est, sed diluenda est triplo vel quadruplo aq. rosar. & plantag.

Pustulæ verò ani & penis singulis diebus aliquoties fouendæ linteo madido decocto ligni Guajaci & sarsaparillæ. In iisdem aqua aluminosa modò descripta utilissima est: vel si pertinax sit malum, vnguentum aliquod cum pulu. præcipitat. qualia sunt supra proposita, imponendum, vel præcipitatum cum quadruplo alumin. oui mistum, quod ani crescentis eiusmodi impostum horarum 24. spatio eas extrahit & extirpat. Postea exsiccantia & refrigerantia imponenda. Nonnulli Gallicas verrucas forcipe præscindunt, & postea radicem modò propositis medicamentis extirpant. Si etiam oleo Oli extremitas verrucæ tangatur, exsiccatur, & decedit.

Capillorum defluuium.

Capillorum defluuium.

Capillorum defluuium, quod huic morbo coniungitur, potius ex erosione radicum capillorum, quàm aliis causis cum in capite, tum in barba accidit. Quod vt curetur, vniuersalibus præmissis, primò capilli deradendi, si æger id ferat. Nam non omnes id admittunt, præcipuè religiosi, quorum morbos occultos esse oportet, vt scribit Hercul. Saxonia, *de lue Vener. cap. 38.* Deinde non vsurpanda adstringentia, quorum vsu malum deterius redditur, & vlcera capitis ac dolores inde retenta materia sequuntur, sed potius vsurpanda, quæ materiam illam vitiosam, pilos erodentem, discutiunt & abstergunt. Lixiuum puta, in quo lignum, & cortex eius, sarsaparilla, fol. fumariz, heronic. scabios. abrotani, absinthij, pulegij, asari, agarici cocta sint. Et si cutis sit arida, malua, althea, parietaria addenda. Deinde reliqua medicamenta adhibenda, quæ *lib. 5. pract. part. 3. sect. 2. cap. 3. & 4.* sunt proposita. Quæ omnia si non satisfaciant, suffumigia particularia, ad caput scilicet, & faciem, ex hydrargyro & cinnabari paranda, quo remedio spatio sex vel nouem dierum defluuium pilorum inhibetur. Verùm plerunque, si vniuersalia purgantia & euacuantia adhibeantur, & materia pilos erodens tollatur, ac lotiones idoneæ vsurpentur, spontè postea capilli in locum eorum, qui deciderunt, succedunt. Plura videantur loco alleg. de Alopecia & capillorum defluuium.

Dolores.

Dolores quoque atrocissimi sæpe eos, qui lue Venereâ laborant, infestant. Ij verò commodissimè tolluntur propriis huius morbi medicamentis. Imprimis verò ad eos tollendos utilis est sarsaparilla. Ideoque si dolores valde vrgeant, maior quantitas sarsaparillæ, Guajaci verò minor, primis diebus sumenda: & licet, quia maximam attenuandi vim habet sarsaparilla, sine viscerum adstrictione, materiâ fusâ & liquatâ dolores vsque ad secundam septimanam augeantur; tamen ab vsu eius non desistendum, sed de eo æger monendus. Postea dolore cessante, ligni quantitatem augere licet. Potest & radix Chinæ ad dolores istos mitigandos addi. Per interualla verò singulis ferè septimanis exhibeantur purgantia idonea. Locis verò dolentibus applicentur fomenta è ligno Guajaco, foliis pulegij, saluiæ, rosismarini, flor. chamæmel. Viola etiam sunt ol. lilior. albor. rutæ. scorpion. viperinum, Guajaci. Si dolor vrgeat, etiam laudanum opiatum exhibere licet. Quibus omnibus si dolor non recedat, vnguenta illa Mercurialia, quæ supra in vniuersali curatione proposuimus, locis dolentibus illinenda; vel cerâ additâ cerata inde formanda, & partibus dolentibus imponenda, vel alia emplastra supra proposita. Quibus & castoreum, radic. hermodactyl. iridis, & alia medicamenta arthritica addi possunt. Præcipuè ceratum de ranis Vigonis ad eiusmodi dolores sopiendos vsitatum est. Vtile est & hoc Plateri ceratum: \mathcal{R} . *Argent. viii. ℥iij. Agitentur cum terebinth. aq. vitæ lota ℥j. Addendo pingued. vsin. medullæ cruris vitul. ad. ℥ss. ol. lilior. albor. chamæmel. anethum. lawrin. lumbricor. vel vulpini, an. Vnc. sem. Spicæ vel terebinth. Drach. ij. euphorb. thuris, an. Vnc. sem. Syrac. liquid. Drach. vj. pulu. hermodactyl. Drach. ij. castorei Drach. j. cera, q. l. Fiat ceratum.* Lauatoria quoque dicta è Mercurio parata, supra proposita, partibus dolentibus, præcipuè tibiis, adhibita dolores sopiunt.

Gonorrhœa.

Gonorrhœa, quæ in hoc morbo etiam frequens est, in principio, & temerè non suppressenda; cum natura per eum locum virulentam materiam expurgare conetur: quæ si suppressatur, caput petit, imò totum corpus inficit. Si verò, vbi decoctum etiam ad tertiam septimanam vsque vsurpatum est, non cesset, oleis adstringentibus ex mastiche, mentha, rosa, myrto paratis lemborum regio, & perinæum inungantur. Exhibeantur verò medicamenta è semine agni casti, laetucæ, cannabis, quibus pulu. sarsaparillæ duplum addatur. Possuntque medicamenta ista exhiberi vel forma pulueris, vel cum sirupo de nymphæa in formam electuarij redigi. Vtile etiam est, si singulis diebus exhibeantur nymphææ Drach. ij. vel iij. cum terebinthin. ℥j. vel ij. Nonnulli ad gonorrhœam hanc etiam exhibent \mathcal{G} rium præcipitatum viridem, vel resinam Guajaci & terebinthinæ, quæ abluuntur aq. violar. & addito vitello oui, ac decocto sarsaparillæ, in formam potabilem redigitur.

Tabes.

Tandem non raro euenit, vt vel vi morbi, vel Tabes curatione

curatione minus dextrè instituta ad summam taben ægri deueniant, ad quam curandam vulgaria tabis medicamenta non sufficiunt, sed specificis opus est. Quale remedium Ludouicus Septalius *animaduers.* lib. 7. n. 214. proponit, atque eo se quam plurimos & à morbo hoc, & à tabe tali omnino liberasse scribit. Sie autem paratur. *℞. sarsaparilla, el. minut. incis. vnc. vi.* Infundantur *heris 24. in aq. calid.* lb. xv. loco calido, vase clauso. Postea lento igne coq. donec lb. v. absumptæ sint. Hinc cochleari perforato extrahatur sarsaparilla, & contundatur in mortario marmareo. Contusa eidem aquæ iniiciatur, addendo. *Carn. vitul. macra lbij. sem. coriandri præparat. vnc. j.* aut eius loco ligni Guajacitæ, *tansundem aut santali circum incis drach. iiii.* pro cor-

poris ægri & humorum conditione. Et vase oporteo iterum lento igne ebulliant, donec remaneant lb. v. & in fine aromatizentur *cinam. el. z iij.* Hinc fiat colatura cum forti expressione, quæ vsui reseruetur in vase vitreo vel vitreato. De qua æger manè, horis 4. ante cibum, capiat vnc. vj. vel vij. vesper autem, horis 3. ante cœnam, vnc. iiii. vel v. Quòd si æstas sit, aut si coniuncta febris hæctica, addit hordei excorticar. vnc. iiii. atque in vsu huius medicamenti plurimis diebus perseuerat, quandoque etiam ad centesimum diem.

Reliqua petantur è curatione affectuum particularium & Fallopio, *de morb. Gall.* qui de morbis ac symptomatibus huic morbo coniunctis prolixè scripsit.



PARS QUINTA, DE VENENIS EXTERNIS

in genere.

CAPVT I.

De natura veneni.



QVIDEM supra, par. 2. cap. 1. de venenis in genere actum est. Quia tamen ibidem dictum, etsi omne illud venenum appellari possit, quod occultis qualitatibus homini insigniter nocere potest: ea tamen, quæ vim hanc à sua natura, nulla putredine aut corruptione præcedente, obtinent, propriè & in specie à nonnullis venena appellari, qualia sunt omnia, quæ extra homini adueniunt, eiusque corpori immituntur; siue sint è mineralium, siue plantarum, siue animalium genere: de veneno in specie hoc modo sumpto quædam in genere adhuc addenda videntur.

De venenatura.

Venenū propriè quid.

Et primò monendum de venenis istis, Auctores, & præcipuè Galenum, non semper eodem modo de his loqui, vt omnino adhuc explicatione indigeat, quæres propriè in venenorum numerum referendæ sint. Nam, 6. epid. comment. 6. text. 5. *κακέρων* seu maleficorum duo genera constituit, dum scribit: Cum tertium materia generis, & in medicamenta deleteria, hoc est, mortifera vocata, & ferarum venena distribuatur, duplex & ista euentium materia est. Appellatur autem Græco vocabulo *ἀλεξίφάρμακα*, id est, medicamentorum auxilia, quæ mortiferis medicamentis aduersantur: iberiaca verò, quæ ferarum moribus medentur. Verum fortasse quis existimauerit, & purgantium medicamentorum materiam inter mortifera esse censendam: nam & hæc ultra modum exhibitæ nos interficiunt. Id si concesserimus, consequens erit etiam, vt alexipharmaca & iberiaca in mortiferis enumeremus; quandoquidem & hæc nos perdere possunt, nisi quis ex ipsis omnino valde parum assumerit. Verum ea de causis mihi plurimè medicamenta vocare mortifera Medici videntur, quod ipsorum temporibus qui usdam vtilitas necessaria

si; ea verò appellare deleteria, quæ nullo vnquam tempore, neque ægrotis hominibus, neque valentibus operam ferunt. Quo loco Galenus planè diuersa facit *δανάσιμα*, & *δηλητήρια*; & *δανάσιμα* ea dicit, quæ licet quandoque mortem inferant, quandoque tamen etiam prodesse possunt: *δηλητήρια* verò ea, quæ semper nocent, nec vnquam, nec ægris nec sanis, profunt. Contra, lib. 6. de compos. med. secund. loca cap. 1. *Δηλητήρια ἢ δανάσιμα* speciem quandam esse docet: quod priori contrarium. Si enim *δανάσιμα* sunt, quæ quamuis necant quandoque, quandoque tamen prodesse possunt; deleteria verò, quæ nunquam profunt, eorum species esse possunt. Idem tamen etiam docet 2. de viti. rat. in morb. acut. comm. 2. text. 12. dum scribit: Purgantium omnium medicamentorum natura corporum, quæ expurgantur, naturis contraria est, atque vt quispiam dixerit, letalis & deleteria. Vt autem succi papaueris, mandragoræ & hyoscyami, & aliorum huiusmodi multorum, quæ nobis & substantia viribus aduersa, corpus perimere nata sunt, portionem exiguam assumentes, magnam percipiunt commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris aduersa est, exiguam aliquam præsentem partem, ad suppetias ferendas utimur.

Atque hinc exorta est quæstio, quam prolixè tractat Eustach. Rudius, lib. 2. de morb. oculit. cap. 4. An nimirum Bezoardica medicamenta, vt & purgantia, inter venena referenda sint. Et quidem ipse vtrunque negat, idque probare conatur cum autoritate Galeni, tum ratione. Et Galeni quidem autoritatem quod attinet, adducit locum Galeni ex 6. epid. com. 6. quem modò adduximus. Ratione verò probare vult, quod & Bezoardica & purgantia corpori nostro sint similia. Et Bezoardica quidem corpori nostro esse similia, probat autoritate Auicennæ, qui lib. 2. tract. 1. cap. 4. scribit, quod Bezoardica sint medicina, quarum proprietates est, vt sanitatem conferunt, & virtutem in spiritu. Auerrhoem verò reprehendit quod, 5. collig. cap. 23. scribit quod Bezoardica,

An Bezoardica & purgantia venena sint.

si reperiant in corpore venenum, non interficiant, sed venenatum hominem feruent; si verò non reperiant in corpore, illum interficiant; idque experientia & rationi contrarium esse putat. Experientia quidem, quia Rex Mithridates confessione sua continuo, sine vlla læsione, vsus est; Antonius verò Imperator theriacam absque vllò mortis periculo sumpsit. Rationi verò, quia, si Bezoardicum interficit, & vires dissoluit, non præsentem veneno, multò id citius faciet præsentem veneno. Tum enim cor à duplici hoste impugnari. Præterea Bezoardica cordicam vim imprimunt, & illud adeo roborant, vt etiam postea exhibitum venenum facile superare possit, vt docet Galenus, de Theriac. ad Pison. cap. 14. Purgantia verò nobis proprietate similia esse, probare conatur ex Galeno, 3. de simpl. med. fac. cap. 24. 25. 26. vbi docet, quod omne pharmacum purgans purgando humori similem habeat proprietatem. Ex hoc enim concludit, si medicamentum purgando humori habet similem proprietatem, & succus ille est nobis similis ac familiaris; ergo ex consequenti medicamentum purgans nobis similem habet proprietatem.

Verum vt patet, quid de hac controuersia sit sentiendum, & quæ propriè venena sint, primò sciendum, Galenum non semper eodem modo locutum esse. Nam vt ex 3. de temperam. cap. 4. & locis antea alleg. patet, *δαρδαιμοι* ipsi interdum generale vocabulum est, quod omnia ea, quæ homini mortem inferre possunt, completitur; siue sūt deleteria, siue purgantia, siue alia: interdum verò speciale est, & deleteriis opponitur, atque, id significat, quod interdum quidem interficit, quandoque tamen prodesse potest.

Deinde notandum, ea medicamenta, quæ semper nocent, nunquam profunt, extra omne dubium venena esse, & dici debere: omnia tamen ea, quæ quandoque profunt, è venenorum numero non excludenda, nec etiam ea omnia, quæ quandoque nocent, in venenorum numerum referenda esse. Nocentium enim, seu *δαρδαιμοι*, in genere ita dictorum, quædam est differentia, quæ à paucis annotata est, obseruata tamen magnam doctrinæ de venenis, & quæstioni antea propositæ explicandæ lucem affert. Equidem Galenus, lib. 5. de simpl. med. faculi. cap. 19. opium, myrrham, styracem & crocum coniungit. Verum cum idem, 2. de rat. vilt. in acut. text. 12. opium mandragoræ, hyoscyamo & aliis, quæ nobis à tota substantia & viribus aduersa sunt, rebus accenseat: facile patet, non in eandem classem opium, mandragoram & similia deleteria cum croco, myrrha, styrace, collocari posse. Ideoque sciendum, quædam simpliciter esse venenata, quæ nunquam profunt, sed semper nocent, de quibus Galenus, 5. de simpl. med. faculi. cap. 19. Sunt, quæ tota essentia nobis sunt contraria, proinde si vel minimum eorum assumptum fuerit, omnino lædat, necesse est, ceu dryopteris, & pithocampe, & thapsia, & solanum manicum, & ydrargyrus, & fungorum nonnulli, præterea salina & fel venenatorum animalium. Nam talia omnia genere sunt deleteria, non quantitate, & proinde nihil eorum in alexiterias antidotos induitur. Deinde sunt, quæ rati venenatam qualitatem habent: tamen cum eâ etiam coniunctam obtinent facultatem aliquam, quâ prodesse possunt: qualia sunt narcotica omnia, opium, hyoscyamus, mandragora. Pertinent huc & purgantia, ipsius

Galeni testimonio, 2. de ration. vilt. in acut. text. 12. præcipuè fortiora, helleborus, colocynthis, elaterium & similia. Quæ quòd ex venenorum numero eximere conatur Rudius, quòd succo, quem trahunt, sunt familiaria, succus verò ille nostro corpori, valde fallitur. Neque enim purgantia trahunt humores alimentarios, qui corpori nostro familiares sunt, sed excrementitios, qui ei dissimiles, siue secundum siue præter naturam, in corpore nostro generantur. Itaque venenum omne illud erit, vt antè etiam dictum, quod occultam malignam & venenatam, & corpori nostro peculiariter & per se noxiam qualitatem obtinet, siue coniunctam habeat aliquam qualitatem, ob quam in vsu Medicum trahi possit, siue non habeat.

Longè alia verò ratio est croci, myrrhæ, styracis, & similium, vt & omnium simpliciter Bezoardicorum: de quibus propterea, & purgantibus coniunctam vnâ quæstionem non conuenienter mouet Rudius. Hæc enim nullam qualitatem occultam, corpori nostro aduersam, sed potius vtilem habent, & saltem ex accidenti, si scilicet in nimia quantitate sumantur, nocent. Vt enim primarum qualitatum temperies sibi similibus conseruatur, & corpori nostro conueniens est, si verò eæ qualitates excesserint, & intemperies inducatur, ea morbosa, imò letalis esse potest: ita etiam medicamenta illa, crocus, myrrha, styrax, Bezoardica & similia, occultis qualitatibus nobis vtilia, si nimia quantitate sumantur, illam, quæ à qualitatibus occultis pendet, corporis harmoniam turbant, & ita nocere possunt. Lætitia moderata est affectus animi, valetudini conseruandæ vtilissimus: si tamen modum excedat, nocere potest, vt comperitum sit, quosdam nimiam lætitiâ exstinctos esse. Eodem modo crocus cor roborat, spiritusque exhilarat; in nimia tamen quantitate sumptus, idem, quòd nimia lætitiâ, præstare potest. De quo Amatus Lusitanus, enarr. ad cap. 25. lib. 1. Dioscor. Est, inquit, crocus Medicina cordialis, quæ meritò tum intus, tum extra medicamentis cordi adaptatis misceri debet; nam cor roborat & latificat, & eâ de causâ risum prouocat, & ita promouet, vt fabulosum non sit, hominem aliquando risu & cachinno, ob nimium croci esum, mori. Vidimus enim nos apud Mutinam à Campo, totius Hispaniæ celeberrimum emporium, mercatorem quendam, qui cum plures croci sarcinulas, siue inuolucra emeret, vt in Lusitaniam portaret, multum ex illo in olla, carnes iurulentas pro cœna continente, iniecit: qui post earum vsu in tam intensum ac vehementem risum prorupit, vt non multum absuerit, quin risu & cachinno tunc è vita discederet. Tunc enim Serapionem verum dixisse credidi, cum, capite de croco, ex mente Rasis dicit: crocus pondere drachmarum duarum partum accelerat, & inebriat ebrietate forti, si cum vino misceatur, & latificat adeo, donec facit insaniam excellenti lætitiâ. Eadem, quæ croci, Bezoardicorum est ratio, Summa: omnia, quæ nullam qualitatem occultam, corpori nostro aduersam, obtinent, licet quandoque, siue ob primarum, siue occultarum qualitatum excessum, homini noceant, ad venena referenda non sunt.

Itaque, vt antea etiam dictum, cum Cardano, Venenâ lib. 1. de venen. cap. 1. & 4. venenum definiendum quid. esse putamus, quòd aptum est vehementer nobis nocere occultâ agendi ratione. A qua non multum

δαρδαιμοι
differe-
rentia.

Bezoar-
dica an
venena-
ta.

discrepat definitio Auicennæ, quam habet, 2. *prim. de med. 2. ca. 15.* Venenum est, quod corrumpit complexionem humanam non solâ qualitate, sed proprietate. Neque enim, quod diligenter notandum, de veneni essentia est, ut hominem semper interimat, sed satis est ad veneni essentiam constituendam, ut sit aptum vehementer nobis nocere occultâ qualitate, & agendi ratione. Sunt enim multa venena, quæ hominem non interimunt, humanam tamen naturam vehementer lædunt, cuius generis sunt omnia illa, quæ insaniam vel stoliditatem, & fatuitatem inducunt, licet hominem non interimant.

An venenum omne sit cordi inimicum

E quibus facillimè decidi potest illa quæstio, in qua soluenda nonnulli anxij sunt; An venenum omne sit cordi inimicum. Etsi enim verum sit, multa venena hominem subitò, quod non nisi corde affectio fieri potest, interimere: tamen etiam videmus, multa venena, ut narcotica, cerebro, & spiritui animali infesta esse; leporem marinum pulmones, cantharides vesicam peculiariter exulcerare, lue Venereâ & elephantiasi laborantes sæpe multos annos saluâ vitâ (quod fieri non posset, si cor primariò afficeretur) superesse: multos haustis poculis amatoris multos annos in amentia vixisse, multos epilepticos, aurâ malignâ, à partibus inferioribus ascendente, & malo sæpe recurrente, diu vitam trahere.

Itaque illi nimis angustè venenum definire videntur, qui dicunt, venenum esse id, quod occultâ proprietate hominem subitò interficiendi vim habet, seu, quod habet proprietatem humani cordis celeriter corruptivam, & propterea statuunt, omnia venena esse cordi, utpote à quo vita dependet, inimica. Neque vlla causâ est, quòd alia, quæ licet hominem non statim interficiant, corporis tamen alicui parti occultâ qualitate nocent, v. g. quæ cerebro sunt inimica, & amentiam vel stoliditatem inducunt, vel alio modo nocent, ut virulentia Venerea, inter venena referenda non sint. Ideoque etiam Greuinus, *lib. 2. de ven. cap. 24.* venenum appellat omne id, quod, cum in corpus ingressum est, vim infert naturæ, illamque vincat. Et, *lib. 1. cap. 1.* utrumque coniungit, ac venenum definit, quod est in corpore humano vel perfectæ corruptionis, vel maximæ in eo noxæ causâ.

Quomodo venenum ad cor perveniat.

Cum ergo venena pleraque cordi, alia aliis etiam partibus contraria sint, disputat Conciliator *de ven. cap. 3.* quomodo venenum ad cor veniat? Nam, *inquirit*, aut trahetur à corde, sicut ferrum à Magnete, aut ipsum transit ad cor, aut utroque modo, corde scilicet attrahente, & veneno currente. Quorum neutrum videtur possibile. Neque enim cor venenum, ut sibi aduersissimum, trahet, neque etiam venenum ad cor, ut sibi inimicum, mouebitur. Resp. quidem Conciliator cor, dum sanum est, nihil attrahere, nisi sanguinem sibi similem, & spiritum; quando verò infirmum est, trahere ad se etiam qualitatem contrariam. Verum enim verò homo etiam optimè sanus à veneno lædi potest, neque cor priùs infirmum redditur, antequam venenum ad id perveniat, sed ipsum à veneno debilitatur. Itaque alij duo, quos ponit, modi, magis probabiles sunt. Prior est, quod, quia venenum omne, quoniam actiuum est, à forma, quam habet perniciosam & destructivam cordis, quidquid tangit in corpore humano, conuertit in illam speciem venenosam, & destructivam cordis, ac sese multiplicat. Et omnino rerum spirituosarum insignis vis est sese multipli-

candi, non solùm per species, sed sæpe etiam per atomorum diffusionem, sicut manifestè apparet in moscho, è quo pulveres & suffumigia, quibus pelles & vestes odoratæ redduntur, parantur, ut mirum sit, tantillum moschi tot & tanta corpora odorata reddere posse.

Sed tamen hîc dubium relinquitur, quomodo, dum venenum sese multiplicat, non eodem modo ad partes omnes, æqualiter diffundatur, sed nunc magis versus cor, nunc versus cerebrum, nunc versus hepar. Vbi tenendum, quod Aristoteles, 1. *de gen. & corrupt. cap. 7. text. 51.* scribit, quòd agens & patiens genere quidem eadem & similia sint; specie verò differant: talia autem contraria sunt. Vnde Cardanus, *lib. 1. de venen. cap. 25.* scribit, similitudinem in materia cum contrarietate in principiis vocari proprietatem occultam. Etsi enim contrarietas cum corpore nostro in veneno adsit: tamen longè potentius & facilius operatur, si sit similitudo in materia. Vnde sicut, ut moschi odor disseminetur, & multiplicetur, non quævis res sunt idoneæ, sed certa materia requiritur, ut ex confectioe puluerum illorum moschatorum & suffumigiorum patet: ita quò venena ratione materiæ cum spiritibus corporis nostri maiorem cognitionem habent, eò potentius lædunt, & quòd venenum pestilens in corporibus pluribus magis ac magis coquitur & exaltatur, eò nocentius sit.

Quæratione venenæ partes petant.

Et apud Suetonium, *in vita Claudii Neronis Casaris*, legitur de muliere quadam, cui nomen erat Locusta, quæ cum venenum, quod fortasse segnius erat, perfectius coquicurasset, repentinæ mortis Britannici causâ fuit, cui hoc venenum ex Neronis mandato oblatum erat. Et talia artificia venena exaltandi & potentiora reddendi venenorum coctoribus non ignota sunt. Veruntamen quæstio hæc latius etiam extendi potest, & quæri; quomodo venena etiam ad alias partes, quibus præcipuè nocent, proveniant: Vbi tutissimum est, primum modum, qui per multiplicationem veneni fit, admittere: hoc tamen addere, etsi venenum aliquod per totum corpus diffundatur: tamen ei parti præcipuè nocere, cum qua insignem habet ea antipathiam. Ita venena Gallica etiam si per totum corpus diffunduntur, hepatis imprimis nocent, opium cerebro. Nimirum venenum quodlibet cum in corpus recipitur, sese quidem diffundit & multiplicat: ad eam tamen partem præcipuè fertur, cum qua naturalem antipathiam habet.

Alter modus saltem in venenis lethalibus, & cordi imprimis aduersis, locum habet, consistitque in eo, quòd arteriæ cordis continuo aërem frigidum pro cordis ventilatione attrahunt. Quicquid ergo aeri permiscetur, & in arterias penetrat, faciliè ad cor transferri potest. Vnde etiam videmus, venena nonnulla, etsi tangantur, modò cutis sit salua, & non in arterias penetrent, nihil nocere. Quamprimum verò in arterias recipiuntur, ad cor penetrare & hominem perimere.

Tandem cum venena corpori nostro sint tam aduersa, hoc loco non prætereunda quæstio; An venena nutrire possint? Nonnulli id planè negant, imò Auerroes, *lib. de theriac. cap. 2. ca.* quæ hac de re vulgò dicuntur, penè deridet, vulturque hæc ratione, dicitque, quod si homo nutretur veneno, totâ substantiâ sibi contrario, sequeretur, hominem non amplius esse hominem. Nam quicquid nutritur, suo simili nutritur.

An venenæ nutriant.

Quòd si homo nutriretur veneno, necessum est, ut sit similis veneno. At si venenum humanæ naturæ contrarium est, sequeretur, hominem, cum veneni naturam induerit, non ampliùs esse hominem. Verùm hominem in vitium aliquod naturæ suæ contrarium degenerare posse, absonum. Contrarium tamen testatur experientia. Marfos serpentes sine periculo deuorare, refert Galenus, *de Theriac. ad Pison. & viperas ab Ægyptiis edi, idem, 3. de alim. facult. cap. 3.* docet. Ophiophagos quoque populos quosdam, rubro mari finitimos, Candeos dictos serpentibus vicitare, testatur Plinius, *lib. 6. cap. 29.* Theophrastus, *9. de hist. animal. cap. 18.* refert. Thrasiam, herbarium, pastores nonnullos helleboro sine noxa vsos, atque integros interdum manipulos esitasse. In Gualata, Lybiæ desertæ regione, bufonibus nutrigentes quasdam, in Buteri relationibus existat. Galenus, *lib. 1. de iimpl. medic. fac.* refert historiam vetulæ, quæ nutriebatur cicuta. Et Auicennas, *lib. 4. fen. 6. tract. 1. cap. 6.* è Ruffo refert, puellam quandam fuisse nutritam napello, ut interficerentur Reges, si cum ea coirent. A Rege Cambajæ filium veneno educatum, refert I. C. Scaliger, *exerc. 17. narrat*que alii, eum totum venosum euasisse, ut & muscas accedentes solo halitu necaret, & vix vllam ex vxoribus, quæ cum illo rem habuerat, mortem in proximum diem effugere potuisse, scribit Ludouicus Barthema, *Indic. rer. lib. 1. cap. 2.* eundemque quemcunque necare voluerat, solo sputo in cutem coniecto interfecisse. Albertus Magnus, *1. de anim. cap. 8* narrat, quod Colonix fuerit puella, quæ quam cito à matre aufugere poterat, angulos domus sollicitè perquirebat, & quotquot poterat capere araneas, manducabat, quibus veluti optimo cibo nutriebatur. Et Cardanus narrat, se vidisse puellam trimam, quæ araneas mirà cum voluptate sine damno comedebat. Et ipse noui ciuem quendam meum, qui sanctè affirmabat, se puerum cum delectatione & sine damno araneas deuorasse. Quæ omnia qui pro fabulis habet, ipse se fabulam facit.

Sciendum ergo venenorum esse diuersam naturam. Quædam enim, v. g. arsenicum, nihil in se alimentosum continent, sed tota ipsorum substantia aliena est à natura nostra, atque talia nullo modo nutrire possunt. Deinde sunt alia, quæ quidem venenata sunt, partes tamen aliquas, quæ alere possunt, simul obtinent: tales sunt plantæ & animalia, quorum non tota substantia venenata est, sed vel succus saltem, vel pars aliqua. Tale venenum hominem nutrire posse, non impossibile est, si scilicet homo in iis sumendis, è parua quantitate ad maiorem continuò adscendat, ut ita homo sensim iis adsuescat. Vix tamen quenquam repertum fuisse credimus, qui solis venenis nutritus fuerit, & non alios cibos simul sumpserit, cum vix talia tantum nutrimentum habeant, quantum corpus nutriendum requirit. Ea tamen ipsa venena non simpliciter nutrimentum sunt. Nam homo, si omnia sese bene habeat, nutritur simili; at non omnis nutritio bona est, sed sæpe vitiosa. Etenim & qui cachexia, lue Venerea, elephantiasi laborant, nutriuntur, sed vitiosè nutritur, ac vita sæpe cum tali vitiosa nutritione diu consistere potest. Quod ergo in lue Venerea & elephantiasi accidit, cur non etiam in venenis quibusdam accidere possit? Licet verò hominis talis corpus venosum euadat: non tamen homo esse desinit. Animalia

enim bruta imprimis auium carnes, plantarum, quibus nutriuntur, saporem & odorem acquirunt, interim speciem non mutant. Iacobus Greuinus equidem, *de V. n. lib. 1. cap. 1.* existimat, impossibile esse, ut homo se paulatim ad vsum venenorum adsuescere possit, ut iis nutriatur, sed natura adsuescere, ut primò paruum, deinde maiorem paulò quantitatem veneni è corpore expellere possit; ita ut tandem magnam etiam quantitatem, si offeratur, expellere queat. Verùm venena tota non expelli, vel puella illa, napello nutrita, docuit, quæ amplexu & halitu alios inficere poterat. Et Cambajæ Rex venenatus euasit. Et ipse Galenus, *loco alleg.* aliam causam non reddidit, nisi quod natura veneno adsuescat. Et si enim procul dubio natura aliquam partem veneni expellit cum excrementis: tamen si frequentius & copiosus sumatur; cum omne expellere natura non possit, sed aliquid cum nutrimento in totum corpus sese insinuet ab eo procul dubio natura partes principes maximè defendit, & propterea id, ut in cachexia, morbo Gallico, & elephantiasi laborantibus, ad ambitum corporis propellit.

CAPVT II.

De differentiis Venenorum.

Postquam hæc in genere de natura venenorum, ita in specie dictorum, quæ extra in corpus nostrum quocunque modo admissa, illud afficiunt, dicta sunt, iam eorum differentiæ explicandæ.

1. Primò autem venena in specie ita dicta à nonnullis diuiduntur in venena, quæ natura sua talia sunt, ut napellus, cicuta & similia; deinde in venena, quæ quidem natura sua talia non sunt, sed cum putrescunt & corrumpuntur, talia fiunt, ut carnes & pisces putrescunt. Tertiò in ea, quæ arte talia fiunt, ut Mercurius sublimatus, aqua fortis & similia. Verùm tertiam classem quod attinet, aqua fortis propriè venenum non est, sed quicquid præstat, corrodingo facit; Mercurius sublimatus verò natura sua talis est, ut supra *part. 4. cap. 21.* probatum est. Et omnino si ars, seu potius militia hominum, qui diaboli instinctu in venenis conficiendis occupantur, venena parat, nihil aliud præstat, quam vt naturalia venena misceat, & exaltet, qualia artificia, seu potius veneficia, in Italia præcipuè vsitata esse, scribit Greuinus, *de Venen. lib. 1. cap. 1.* Secundum verò genus quod attinet, eorum, quæ natura sua non sunt venena, sed si corrumpantur & putrescant, talia euadunt, quia talia ferè pestem & pestilentes febres excitant, dictum est de iis supra, *part. 2. & 3.* De primo ergo genere hic peculiariter tractandum est. Et si verò talia homini venena sint, v. g. napellus, cicuta, scorpius & similia: tamen res ipsæ, quibus insunt, rerum naturalium species sunt, & à Deo creatæ, per se bonæ, & ad Mundi perfectionem absoluendam & complendam pertinent, habentque ipsæ procul dubio etiam viles nobis vires sed quæ in hac humanæ mentis imbecillitate nobis ignotæ sunt.

2. Secundò venena in specie sic dicta diuiduntur ratione originis, & corporum, quibus insunt vt & alia sint in materialium & metallorum genere, vt arsenicum & similia; quædam è plantis, vt cicuta, napellus; quædam ex animalibus, vt

Venenorum
differen-
tiaz

viperæ, scorpius. Secundum quam differentiam A
postea in specie de venenis agemus, & venena
omnia è mineralium, plantarum & animalium
classè enumerabimus.

3. Tertio vulgarissima est diuisio, qua venena
diuiduntur, quod alia agant qualitibus primis
& manifestis, alia occultis, alia occultis & mani-
festis simul. Et quidem quæ primis agant, sunt
alia calida, alia frigida, alia humida, alia sicca.
Calida nimirum, inquirunt, calidum natium dis-
solvunt, humidum radicale absument, inflamma-
tiones excitant, corroduunt. Frigida verò, vt opiù,
solanum somniferum, hyoscyamus & similia,
corpus adeo refrigerant, & spiritus adeo frigidos
reddunt, vt penitus congelentur, & suas actiones
exercere minimè valeant, vnde mors sequitur.
Sicca venena cordis humiditates & sanguinem
absument, & quasi in crustam conuertunt, quod
efficiunt calx viua, & calchantum; aut partem à
parte separant, donec vsque ad cor perueniatur,
id quod præstat realgar. Humida venena mem-
bra stupefaciunt, & calorem suffocant, vt corian-
dum recens, & similia, quæ stupefaciendo & hu-
mectando spiritus crassos adeo, & immobiles
reddunt, vt facilè mors sequatur. Addunt non-
nulli & qualitates secundas, quibus vel corro-
duunt vel putrefaciunt. Ita vitrum sua acuitate, vt
loquuntur, corrodit ventrem & intestina.

Venena
à ma-
nifestis
qualita-
tibus
agant.

Verùm quàm trita & vulgata, & à doctis etiam
Medicis proposita est hæc diuisio, tam falsa est, si
simpliciter accipiatur. Nam primò, quod quali-
tibus primis agit propriè venenum non est, sed
id solum, quod qualitibus occultis & proprie-
tate totius substantiæ nocet. Et venena non qua-
litibus primis, sed totius naturæ contrarietate
æstimanda esse, tum aliò, tum 3. *de temperam. cap.*
4. Galenus docet.

Secundò de ceterorum natura & ratio sola ex-
perientia cognoscitur, vt Galenus, 1. *de sim. l.*
med. fac. cap. de abrotano docet, quod non fit in
qualitibus primis.

Tertio venena omnia sunt cordi, vel alii parti
peculiari inimica; at frigida, calida, humida, sic-
ca, quatenus talia, nulli parti peculiariter inimi-
ca sunt, sed omnes afficere possunt. Et licet
intemperies aliqua vni parti quàm alii magis
nocere queat: tamen id non facit quatenus ve-
nenum.

Quarto dantur multa calida & frigida inter-
tio & quarto gradu, imò maximum habent qua-
litatum primarum excessum aqua frigida, gla-
cies, nix, ignis & ignita corpora, quæ tamen
non interficiunt; quia scilicet venenatam quali-
tatem, nobis aduersam, non habent: & contra
reperiuntur, quæ secundo vel tertio tantum gra-
du sunt calida vel frigida, & tamen in veneno-
rum numero sunt.

Quinto, si à primis qualitibus dependeret
veneni natura, omnia, quæ eundem primarum
qualitatum excessum habent, essent venenata,
quod tamen falsum. Nam allium, pyrethrum,
sinapi, sunt calida in quarto gradu, nec tamen
sunt venena, vt auripigmentum.

Sextò, si venenorum natura à manifestis qua-
litibus penderet, omnibus animalibus æquè
esset venena: at cicuta sturno alimentum, ho-
mini venenum est.

Errandi verò occasione multis præbuit, quod
vim stupefaciendi in opio, mandragora, hyoscy-
amo puterunt à frigiditate prouenire; cum tamen
ab occulta vi proueniat. Et aqua etiam frigidissi-

ma in magna copia pota, vel in qua homo natus
nihil tale præstat. Decepit eos & id quod multa
ad venena retulerunt, quæ tamen venena non
sunt. Etenim si vitri acutæ particule venenatæ
sunt, cur non etiam acus deglutita inter venena
numerantur? Aquam fortem quoque, & similia,
venena propriè dici non puto, cum solum cor-
rodendo noceant: aliàs enim sales illi, qui ex
lixuio coquantur, è quibus lap des corrosiui &
cauteria dicta sunt, venena essent.

Et si verò negandum non sit, quandam esse
venenorum differentiam, vt alia venena saltem
qualitibus occultis noceant, primarum verò
nullum insignem excessum habeant; alia verò
cum occultis qualitibus etiam primarum insigni
excessu valeant, atque adeo inde factum sit, vt
auctores discrepent, & idem medicamentum, v.
g. euphorbium, modo occultis qualitibus,
modo primis nocere statuunt: tamen quæ prop-
riè venena sunt, ea imprimis occulta qualitate
nocent; vnde etiam non per alterantia, primis
qualitibus contraria, eorum noxa corrigitur,
sed per alexipharmaca; imò venenis valde calidis
sæpe alexipharmaca calida, vt theriaca, oppo-
nuntur. Si quæ verò sunt, quæ saltem qualitibus
primis, seu calefaciendo, & erodendo, seu frige-
faciendo, nocent, ea propriè dicta venena non
sunt. Quia tamen & hæc interdum insigniter no-
cent, vt calx viua, aqua fortis, adeoque homi-
nem occidere possunt, à Medicis plerumque in-
ter venena referuntur. Et quanquam etiam multa
venena frigiditate nocere dicuntur: tamen id
reuera occulta qualitate præstant: vnde Gale-
nus 3. *de temperam. cap. 2 & 3. de simpl. med. facult.*
cap. 18. opium, mandragoram, hyoscyamum
& similia sic dicta frigida, inter venena numerat.
Summa: licet in eodem subiecto manifestæ &
occultæ qualitates esse possint: tamen earum
effectus non sunt confundendi. Manifestis ni-
mirum qualitibus calefaciunt, frige faciunt,
humectant, siccaunt; occultis verò hominem in-
terimunt, seu alio modo ei insigniter nocent, &
quælibet qualitas, quod suæ naturæ est, agit, sine
alterius directione. Quod clarè docuit Anto-
nius Guaynerius, dum, *de venen. cap. 1.* scribit:

Quod si Auicenna & plurimi auctores, de venenis tra-
dentes, dixerunt, opium & euphorbium & plurima
alia venena a qualitate operari manifesta, sciendum,
quod si Auicenna & alii sic ponentes considerauerunt
venenum, quantum ad specificam formam, qua vna
species differt ab alia: & secundum hanc conside-
rationem dixerunt, quod venenorum quoddam o-
peratur, non quatenus calidum, aut frigidum, sed
quatenus tale, habens scilicet virtutem humana vitæ
& sanitati contrariam: aliud est, quod est à vir-
tute, seu à proprietate agit, cum hoc etiam agit,
quatenus frigidum aut calidum, vt euphorbium &
similia.

4. Quarto cum formæ venenorum nos lateant, 4. Dif-
& ea sese per operationes prodant, commodissi-
ma & utilissima est diuisio, quæ sumitur ab effe-
ctibus, quæ scilicet venena alia sint cordi inimi-
ca: qualia sunt pleræque quæ hominem subito
enecant; alia sunt inimica cerebro vt scilicet
hypnoticum, maniacum, hyoscyamus, opium,
apium risus virus caninum, tarantula, corpedinis,
cerebrum felis, venenum epilepticum, Mercurius,
& eiusmodi alia, cerebro & spiritibus ani-
malibus inimica. Iecori peculiariter infesta fuit
planta illa, quæ sanguinem euacuat, cuius men-
tionem facit Galenus, *lib. de purg. med. facult.*

cap. 4. vt & elephantiacum & Venereum. Quædam etiam valis genitalibus inimica sunt, refertque Cardanus, *lib. de venenis*, Franciscum Sforziam veneno debilitatum fuisse, vt postmodum sterilis euaserit, & parum superuixerit, lepus marinus pulmonibus, cantharides vesicæ imprimis nocent. Ita sunt venena, quæ dysenteriam excitant. Vnde accidit, vt venena quæ moribus vel ictibus venenatorum animalium inferuntur, alia facilius per venas, alia per arterias, alia per neruos in corpus penetrent. Scorpionis & similibus cordi inimicorum venenatorum animalium venenum statim per arterias ad cor penetrat: canis verò rabidi venenum neque per arterias, neque per venas in corpus diffunditur, sed per neruos imprimis: suntque alia etiam venena, quæ corde & hepate non læso, statim cerebrum petunt, & stuporem, torporem, conuulsiones excitant. Venenum verò Gallicum mox ad hepar diffunditur, corde aut cerebro non læso. Hinc etiam accidit, vt ab aliis venenis alia symptomata inducantur. Alia venena torporem & soporem, alia conuulsiones, risum, deliria varia, saltandi libidinem inducunt; alia in furorem agunt, alia morositatem, tristitiam, timiditatem pariunt; alia dolores vehementissimos, ardores, inflammationes, febres excitant; imò ipse necandi hominem modus varius est. Alii enim accepto veneno faciliè moriuntur; alii cum maximis doloribus & cruciatibus; alii citò, alii tardè & morte lenta necantur.

5. Quintò ex hac diuersitate venenorum alia venenorum differentia ortum habent, quod scilicet alia esse dicuntur mortifera, alia non mortifera, seu lethalia, & non lethalia. Quanquam enim nonnulli sunt, inter quos Mercurialis, *lib. 1. de ven. cap. 5.* qui statuunt, omnia venena vel interficere, vel habere aptitudinem interficiendi: tamen id falsum esse supra, *cap. 1.* diximus; cum multa sint venena, quæ solùm insigniter lædunt, non interficiunt, qualia sunt, quæ rationem adimunt, homines fatuos & deliros reddunt, qui tamen sæpe multos annos viuunt. Lethalia autem venena sunt, quæ plerunque hominem interficiunt, siue breui, siue longiori temporis spatio fiat. Et talia sunt omnia, quæ membris ad vitam necessariis sunt inimica. Ad vitam autem necessaria membra sunt primò cor, à quo vita imprimis pendet: ideoque corde à veneno vehementer læso, animal statim emoritur: deinde hepar, quod alimentum toti corpori præparat. Tertio, cum sine respiratione homo viuere non possit, sine motu verò animali respiratione fieri non queat: si cerebrum ita à veneno lædatur, vt motus animalis omnis subitò aboleatur, etiam tum mors sequitur. Post hæc tria principalia sunt pulmo & ventriculus; hinc vesica & renes. Si igitur membrum aliquod horum valde à veneno lædatur, morbus is lethalis est. Si verò sit venenum, quod membrum ad vitam non necessarium lædat, vel etiam membrum principale lædat, non tamen actionem ad vitam necessariam aboleat, id non lethale est. Talia sunt quæ fatuitatem & insaniam inducunt: quò etiam pertinent philtrea & pocula amatoria, item quæ epilepsiam vel paralytin excitant. Quò referendum est venenum tarantulæ, quod insanum saltandi desiderium inducit.

6. Sextò, hinc adhuc alia oritur differentia. Cum enim venena lethalia alia hominem statim interficiant, alia post aliquod interuallum, hinc

venena diuiduntur, quod alia sint præsentanea, alia temporanea. Præsentaneum venenum est, quod hominem statim, vel breuissimo temporis spatio interficit. Ita supra ex Scaligero & aliis dictum, quòd granam Nubiæ inter decem homines diuisum, spatio quadrantis horæ omnes interficit. Vidi infantem quadrum Arsenico, quòd mater incauta ipsi pro C. C. propinaret sumpto, intra sex horas mortuum fuisse. Aconitum etiam celerrimè interficit. Et Christophorus à Costa, *lib. aromat.* mentionem facit veneni cuiusdam, ex Maïuarica planta sumpti, quòd tam subito necat, vt ob eius subitam vim nullam adhuc contra eius perniciem antidotum Indi inuenire potuerint. Inter ea verò, quæ extra adueniunt, celerrimum habetur venenum aspidum. Deinde sunt alia, quæ licet certo occidunt: longiore tamen tempore id faciunt, quorum scilicet non ea, quæ priorum potentia est. Nonnulla tamen, etsi alias satis potentia sint ad occidendum: tamen si in minore quantitate sumantur, longiore tempore occidunt. Ita narrat Amatus Lusitanus, *cenfur. 2. curat. 65.* famulum Arubas tabefactum intra annum obiisse, quòd carnem gustasset gallinæ Arsenico enectæ. Et quidem plerunque talia venena diu latent: vbi tamen postea sese exserere incipiunt, hominem subitò iugulant. Tale venenum est canis rabidi, quòd non solum menses, sed & annos latere potest, posteaquam verò sese exserit, & hydrophobia sese prodit vix villo auxilio curatur. Nonnulli quidem talia venena putrefaciendo & erodendo lentè serpere putant: verum rectius in occultas qualitates eorum vis refertur, quæ & ipsæ alia citius, alia tardius agunt. Quanquam hoc negandum non sit, calore nativo debilitato, putredinem sequi posse.

Hoc loco quæstio inter medicos agitur; An venena talia dentur, quæ definito & certo temporis spatio hominem interficiant? Vbi non is est status controuersie, an venenum longo tempore post, quàm sumptum fuit, hominem interficere possit: neque etiam, an venenum, quòd ex sua natura ita comparatum est, vt vnus vel paucorum dierum spatio iugulare possit, sic præparari queat, vt tardè operetur, & longo, postquam assumptum fuit, tempore, hominem interficiat. Vtrunque enim verum esse, experientia confirmat. Exemplum Claudij, quem Agrippina lento veneno tollere decernebat, est apud Tacitum, *annal. lib. 12.* & Drusi, qui tali veneno sublatus est, apud eundem, *annal. lib. 4.* Inter recentiora verò exempla est id, quòd refertur à Iouio, *histor. part. 1. lib. 2.* de veneno illo, quò Cæsar Borgia vniuersum Cardinalium Collegium interficere conatus est. Scribit enim, puluerem fuisse, qui non illico, neque cum vehementia vitæ insidiabatur, sed exitiali mora hominem è medio tollebat. E quo etiam patet, Chymicos nonnullos, qui medicamenta per se venenata nimis incautè & temerè exhibent, eo non satis firmiter probare, quòd talia medicamenta innoxia sint, quia eo, quo exhibita fuerunt, die, vel sequentibus aliquot diebus, nihil noceant: cum ab iis vitiosa dispositio corpori imprimi possit, quæ longo demum tempore post sese exserat. Sed de hoc quæstio est, An detur venenum, vel hominum malitia præparari possit, quò definito & certo temporis spatio interficiat. Qui id affirmant, primò nituntur autoritate Teophrasti, *qui in 9. de histor. plant. cap. 16.* de aconito scribit: Com-

An venena quædam definito temporis spatio interficiant.

poni, *inquit*, ita ferunt, ut certis temporibus possit occidere, videlicet, bimestri, trimestri, semestri, anno completo, interdum etiam biennio. Et quod magis mirum, *ibid.* cap. 19. refert, Aristophilum, quendam Pharmacopolam Plataicum fuisse, qui medicamentis Veneri impedimentum afferre, & quidem nunc ad vnum, nunc ad duos, nunc tres menses possit, quique hoc remedio ad temperandos, compefcendosque adolescentum imperus nimios vsus quandoque fuerit. Deinde ratione idem probant, quod nimirum omnes res naturales actionum suarum circuitus habeant, & per certa temporum spatia actiones suas absoluant; id quod in crisis, præcipuè in morbis, accidit, quæ certis temporum spatiis perficiuntur. Præterea quia mors accidit, calido nativo absumpto, & humido radicali exsiccato, ea exsiccatio nunc vno, nunc duobus mensibus, nunc vno, nunc duobus annis fieri posse videtur.

Verum enim verò non probabile est, talia venena dari posse. Etenim etsi primò res naturales omnes suos circuitus habeant, & actionum initia ac fines sint: tamen ij plerunque in hac humana mentis imbecillitate nobis ignoti sunt, nec certis dierum spatiis exactè determinari possunt. Deinde ad actionem non saltem requiritur agens, sed & patiens, & agens pro patiens dispositione agit. Ideoque cum hic corpus humanum patiens sit, cuius pro ratione temperaturæ, occultarum qualitatium, ætatis, & aliarum circumstantiarum, nunc maior, nunc minor, resistendi vis est, non mirum est, si idem venenum hunc citius, illum tardius iugulet. Et patet ex historiis, ab eodem veneno eadem quantitate pluribus in eodem cibo propinate, non omnes eodem tempore mortuos esse, sed alios mox, alios post aliquot horas, alios post aliquot dies. Præterea non parum situm est in vomitu, quo venena vel citius vel tardius reiciuntur, ut & in alexipharmacis, si vel tempestiuè, vel tardius propinètur, si efficacia vel minus efficacia sint, quorum vsu si venenum vel tardius vel citius euacuatur, aut eius vis vel magis vel minus infringitur, accidit ut homo vel citius, vel tardius iuguletur. Feci alias mentionem puellæ, cui cum fratre in balneum ituræ à matre incauta pro cornu cerui arsenicum, ad sudorem prouocandum, propinatum est. Puer, qui minus vomebat, sex horarum spatio interit; puella, quæ plus vomebat, & cui superstiti plura alexipharmaca sunt exhibitæ, vixit ad annum vigesimum primum, tertium scilicet climactericum, quo tam fæda scabie, & tanta cachexia correpta est, ut nulla diligentia curari potuerit, sed diem suu obierit. Similiter alias narraui, decem, ni fallor, studiosos, qui cum pisces coctos in aqua, in qua glis suffocatus fuerat, comedisent, omnes ærotare cœpisse, & quatuor mortuos esse, non vno tamen tempore; reliquos conualuisse, alios tamen citius, alios tardius.

Septimò, venena diuiduntur à variis modis, quibus sese corpori nostro insinuant. Quædam enim ore sumuntur, seu cibi, seu potus, seu medicamenti specie offerantur: quædam eidem extra adueniunt.

Vbi quæstio moueri solet. An quod extra adhibitum venenum est, etiam intus sumptum venenum sit, & contra. Facit eius rei mentionem Celsus, qui *lib. 5. cap. 27.* scribit, esse venena quædam, quibus præcipuè venatores vtuntur, quæ non gustu, sed in vulnere nocent: Idem docet

A Galenus, qui *3. de temperam. cap. 3.* scribit, non eandem esse venenorum rationem, cum exterius applicantur, & cum intus assumuntur. Quæmodum enim, ait, quæ intus assumpta, perimunt, foris administrata non nocent: sic neque quæ foris admota, occidunt, intus assumpta idem præstant. Idem asserit Plinius, *lib. 29. cap. 4.* dum scribit: *Sed & venenum ipsudum, si in unum attingit, aut recens vulnus, si atim interum; in ueteratum vulnus tardius: de ea eroporum quantalibet quantitate, non nocet, non est talificatus.* Itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt. Inde quidam, inter quos Fabius Columna, *stirp. minus cognuar. part. altera, cap. 18.* scribit, quod quædam venena sint, quæ nisi sanguinem vel sanguineas partes attingant, non nocent; quædam verò intrò quomodolibet accepta, in parua etiam dosi, periculo non vacent, ut album elleborum, aconitum, napellus, ac similes: serpentum verò venenum, nisi sanguinem attingat, non nocere, iam satis exploratum sit, etiam intro sumptum, nisi vlcere sint intestina affecta. Verum posteriori sententiæ huius partem impugnat Cardanus, *lib. 1. de ven. cap. 18.* Quod enim, quæ assumuntur, non semper exterius admota perimunt, præter experimentum, etiam rationem suadere scribit, quoniam minorem vim habeant: quod verò venenorum, quæ exterius admota perimunt, vllum interius assumptum non occidat, se non dum nouisse dicit; & neque nunc inuentum esse, neque impostero vsque in æternum inueniri posse, quod interius assumptum non perimat, vulnere admota perimat tanquam venena. Scilicet equidem, capas, allium similia, & similia vulnera efficere sauiora, horum tamen nihil venenum esse. Et omnino ratio Cardano fauere videtur. An verò contrarium experientia testetur, obseruare periculosum.

Venenorum autem, quæ extra corpori obueniunt, magna omnino est varietas. Quædam enim moriu animalium venenatorum communcantur, qualia animalia sunt serpentes, vipe æ, canes rabidi; quædam punctura, ut scorpionii & phalangii Imò animalia quædam adeo venenata sunt, ut non solum contactu immediato, sed etiam tantum halitu venenato interficiant hominem, & non solum contactu corporali, sed etiam virtuali, ut loquuntur, & per occulta effluvia & species spiritales, occidant. Nota est historia militis apud Auicennam, *lib. 4. fen. 6. trait. 4. trait. 22.* qui cum serpentem halita vulnerasset, mortuus est. Tale quid etiam I. C. Scaliger, *exere 200.* refert. In Lombardia, *inquit*, & agro Ferrariensi serpentem magna copia est. Haud procul Dertona Palauicinum quendam, qui esset in venatione, & Hispanicâ lanceâ serpentem interfecisset, eum, eiusque equum morte deletos audiui è fortissimo equite, Antonio Lazaro, qui sub patruo meo Bonifacio stipendia faciebat. Simile narrat Matthiolus, *in præat. lib. 6. Dioscor.* In agro Iridentino, *inquit*, rusticus quidam, cum esset in suis vinetis, paruum quendam collem sæpius adscendebat; ut ibi vuarum custodia ageret. Hinc quadam die ad collem pedestrem magnum & horrendum vidit serpentem, cuius capiti superne hastam satis longam infixit: at dum hanc feram se hinc inde fortiter contorquentem, & hastam circumvolutam pro viribus tendentem, magno statim tremore correptus est, quo maxime deterritus, vociferans viatores & circumstantes colonos ad se ire rogabat. Quam vociferans

Venenorum exter-norum differentia. Animalia.

Diff-ferentia

An exter-na venena etiam sumpta, venena sint.

rationem audientes, qui non longè aberant, rufi-
fici, eo cursu velociter contenderunt, & ipsum
ferè semi mortuum inuenerunt. Cognita tamen
ex occiso serpente sui infortunii causa, ad the-
riacam & alia antidota confugerunt, quibus ad
vitam eum reuocarunt. Veruntamen duobus an-
nis postea is vniuersi corporis stupore in lecto
semper decubens ægrotauit, & eo præsertim
brachio, quo perniciosum animal hastâ occide-
rat. Ita refert Amatus Lusitanus *centur. 1. curat. 62.*
virum Anconitanum robustum, cum vineam pu-
taret, serpentem offendisse longum & crassum,
eumque lignis, lapidibus ac gladio interfecisse, à
quo intersecto illieo de capitis dolore queri cœ-
pit, febricitauit, & cum omnia indies grauiora fie-
rent, die vndecimo obiit. Additque, *in Scholio*,
alios quoque, cum serpentes interfecerunt, pro-
pe obitum peruenisse, at antidotis adiutos euasisse,
non sine tamen chronico & graui morbo, totum
corpus occupante, & præcipuè brachium illius
manus, quò interemptæ feræ fuere. Qualia exem-
pla refert Vidius Vidius, *de curat. gen. 1. c. 1. cap. 13.*

Saluia
interdū
venena-
ta.

Posiunt & animalia venenosa sua venena in
plantas deponere, quæ inde venenata euadunt.
Cuius rei aliquot historiarum existant. Mizaldus, *me-
morabil. centur. 1. aph. 1. & in horti. Med. camp. 3.*
æta 1. à Iohan. Bocatio refert, quendam, dum
in horto iuxta saluiæ fruticem cum amasia lude-
ret, ac gingiuas & dentes foliis eiusdem fricaret,
& detegeret, illico mortuum concidisse. Cum
verò amasia veneficii argueretur à iudice, & illa
decerpto folio ex ipsa met saluia ostēderet, ama-
sium eo ipso modo dentes deterfisse, obiit &
ipsa. Vnde iudex de saluia malè suspicatus, eam
extirpari radicibus iussit. In qua re dum horti
colonus sedulam inuaret operam, bufonem præ-
grandem sub ea stabulari deprehendit, qui viro
fo hultu & illuue plantam inficiebat. Similem
historiam recenset Ambrosius Paræus, *lib. de ven.*
cap. 24. Auditum, *inquit*, habeo à viro fide dig-
nissimo, extitisse mercatores duos, qui non lon-
gè ab vrbe Tolosana interim, dum pararetur
prandium, in hospitii horum cum deambulandi
causâ soli diuertissent, folia saluiæ legerunt, eâ-
que illoti, vt lecta erant, in vinum suum merserunt.
Nondum pransi erant, cum illis repentina
vertigine prehensis totum diuersorium suscipe
deque veri visum est: tum occæcati in syncopen
lapsi sunt, obortis per intervalla conuulsionibus
interruptam. Cæterum labris linguâque nigri-
cantibus balbutiebant, aspectu toruo & horri-
do, cum effreni vomitu, sudore frigido, mortis,
que mox illis in altum tumorem toto corpore
sublatis, contigit, prænuntio. Cum de veneno
ipsis exhibitio iustitiæ eius municipii custodibus
iniecta esset suspicio, manus in hospitii domi-
num, omnesque conuiuas iniectæ sunt; quæstio-
ne habitâ, constanti & vnâ voce singuli respon-
derunt, iisdem mortuos illos cibatos potionatôs-
que, quibus & reliqui; hoc vno excepto, quòd E
saluiam vino suo non affudissent. Quæsitum à
Medico est, num saluia veneno infici posset; re-
sponsum est, posse. Atque id, quod per conie-
cturam tantum pronunciatum, oculis verum
compertum est. Subterraneum enim foramen ad
eius radicem inuentum est, totum bufonibus
& ffertum, qui instillatâ aquâ tepidâ illecti fidem
fecerunt, venenum à se in plantam illam illatum.
Referuntque Auctores, bufones imprimis saluiâ
delectari, monentque ideo, rutam, quæ animalia
venenosa à se abigit, saluiæ comitem in hortis

A semper iungendam, nec saluiam illotam in cibo,
poculis, vel medicamentis vsurpandam. eamque,
quæ folia maculata & quasi carbunculata habet,
planè fugiendam esse

Quædam venena etiam contactu, affricu, illi-
nitione & inunctione noxia esse, passim historia
docent. Ita Cardanus, *lib. 1. de venen. cap. 15.* scri-
bit, Iurcas habere venenum præsentaneum,
quod solo tactu hominem eodem die interi-
mat. Et Scaliger, *exerc. 157* ex Indicis historiis
refert, Cambajæ Regem filium veneno educa-
sse, qui adeo venenosus factus est, vt muscæ, quæ so-
lo tactu cutem modò perstringerent, turgidæ
interirent. Et in isdem historiis legitur, Regem
Indiæ adeo venenosum fuisse, vt si in alicuius
nudam cutem expueret, sputo eum necaret, at-
que ita quoscunque vellet, interimeret. Im, rimis
verò malitia hominum in venenis non solum
propinandis, sed etiam iis, quæ externo contactu
nocent, inueniendis & parandis, semper occupa-
ta fuit. De quo Plinius, *lib. 18. cap. 1.* conqueritur.
Ad nocendum, *inquit*, præparant quidem se
animalia: quod tamen corum tela sua, excepto
homine, venenis tingit? Nos & sagittas inungi-
mus, & ferro ipsi nocentius aliquid addimus.
Nos & flumina inficimus, & rerum naturæ ele-
menta. Ipsum quoque, quo viuitur, aërem in per-
niciem vertimus, nec ab vilo, præter hominem,
veneno pugnatur alieno.

Et quidem tela inficiendi mos vetustissimus
C est, & apud plurimas nationes vsitatus. Vnde ve-
nena, quibus tela inunguntur, Toxicæ, à *τοξον*, vt
est apud Dioscor. *lib. 6.* appellantur. Quanquam,
vt est apud Plinium, *lib. 6. cap. 10.* quidam à taxo
nominata dicant venena; quæ nunc toxica dicun-
tur, quibus sagittæ tinguntur. Duplicis autem
generis toxica sunt. Alterum, quo solum in venæ-
tione pro occidendis feris vtuntur; alterum, quo
etiam in bello contra hostes, quod genus Home-
rus *Odyss. 1. ἀνδροφόνον φαρμακον* nominat. Sic
Nessus sagittâ hydræ sanguine tinctâ infectum,
Poëtarum fabulæ fingunt. Sanie viperæ & huma-
no sanguine simul mixtis & putrefactis, toxica
sua conficere Scythas quondam solitos, quibus
spicula inungerent, est in *admirand. auscult.* Idem
succo venenatarum plantarum fieri potest.
D Theophrastus, *hist. plant. lib. 9. cap. 15.* scribit; ra-
dicem apud Æthiopas lethalissimam fuisse, quâ
sagittas inungerent suas. Simili veneni genere
Charibes, ferocissimum apud Indos occidentales
populi genus, vtuntur.

Neque solum venena, quibus gladios & sa-
gittas, sed & alias res inficerent, malitia homi-
num inuenit. Vestes veneno infici posse, testan-
tur Ardoynus, *lib. 1. de venen. cap. 8.* Guainerius,
de venen. cap. 22. Ponzettus, *lib. 7. cap. 2.* &
experientia id sæpe docuit. Imò & hoc, quòd
venena inuenta fuerint, quibus ansæ ianuarum
inunctæ fuerunt, vt, quicumque eas contrec-
taret, periret. Refert etiam Eques Pigafetta
Vicentinus, *in suo itinerar.* in Tidore, Moluca-
rum Insula, veneficos quosdam fuisse, qui obuio-
rum manus vnguento quodam oblinirent, cuius
vi ægrotarent statim, & paulò post etiam inte-
rissent, admonitôsque à Rege Hispanos, ne no-
ctu domo egredierentur, periculum euitasse. Præ-
terea libros, subsellia, ocreas, calcaria equitum,
& stapedes veneno infici posse, vt homo interi-
matur, fertur. Mirum id quidem nonnullis &
parum credibile putatur; cum improbabile vi-
deatur, venena extra illita per indumenta ad

Venena
conta-
ctu &
illiru
nozia.

Toxica

Venena
externa
varia.

ipsam cutem penetrare posse. Verum qui torpedinis vim, & serpentum illorum, qui per hastas, quibus confossi sunt, alios necarunt, de quo antea dictum, perpendit, ut & illud, quod Scaliger, ex r. 186. refert, tantam aranei cuiusdam vim esse, ut calcantibus per calceorum solea venenum transfuserit, non ignorat, is nec talia impossibilia esse facile credit. Hæc enim signatura præstat, cur non artificia aut potius malitia hominum è naturalibus talia præparare possit, quæ per ocreas & vestimenta penetrent? Et referunt huiusmodi exempla Nicol. Florentinus, *sum. 4. tract. 4. cap. 5.* Guainerius, *de venen. cap. 1. & 2.* Matthiolus, *in præf. in 6. Dioscor.* Greuinus, *lib. 1. de venen. cap. 1.* & alii. Hoc tamen etiam negare nolo, interdum non vnguenta aut pulveres talia præstare, sed malum dæmonem, sagarum precibus adscitum permittente Deo. Dicitur enim infra, *part. ultim.* sagas interdum & veneficas pulveribus quosdam, & vnguentis, aliisque nullius momenti rebus adhibitis, aliis morbos & mortem acceriere, qui nullo modo à rebus eiusmodi inefficacibus, sed ipso Diabolo proficiscuntur.

Malitu
nocetia

Ceterum non solum contactu hominem veneno infici posse, sed & venena dari, quæ hominem visu ac odoratu interimant, vulgò fertur. Plinius, *lib. 8. cap. 21.* scribit, quòd iuxta Nilum sit fera, quæ appellatur Catablepas, internecio humani generis, omnibus, qui oculos eius videre, confestim expirantibus. Eandem & Basiliscæ serpentis vim esse, refert. Eundem Basiliscum serpentem Galenus, *de Theriac. ad Pison. cap. 8.* describit, refertque, quòd tantummodò conspectus, & si quando sibilat, auditus, videntes se & audientes necat. Quæ etiam Cardanus, *lib. 1. de venen. cap. 16.* pro magis habet: tamen omnia pronus habenda non esse, & dari animalia venenata, quæ etiam afflatu, halitu, vel quocunque effluvio vicina enecent, historiarum testantur. De Basilisco verò illo ex ovo galli gallinacei orto diximus in *Epuon. Phys. lib. 7. cap. 10.* & dicitur infra, *part. 8. cap. 12.* et narrat Cardanus, *alleg. loc.* imaginem talis Basiliscæ lapideam positam esse Mediolani in porta Templi B. Mariæ ad Portam, & ouum illud Galli in Saccenli oppido discissum anno 1524. Imò hominum malitia, & scelus inuenit odores, qui seu floribus odoratis inspersi, seu suffusi & vapore hominem iugulare possunt. Circumforaneum quendam ab alio eiusdem farinae homine olfactu floris caryophylli in publico foro interceptum esse, refert Matthiolus, *in præf. in lib. 6. Diosc.* Et Ambros. Paræus, *lib. 20. cap. 7.* narrat, Clementem VIII. Pontificem præeuntis venenatæ facis toxico, per fumum in corpus admissio, infectum & inde extinctum esse. Et narrat Nicolaus Florentinus, *serm. 4. tract. 3. sum. 2. cap. 9. & tract. 4. cap. 6.* repetit Mercurialis & Schenckius, *lib. 7. obseru.* Franciscum Ordellaphum, Capitaneum Foroliuij, genus veneni habuisse, quod iniectum supra carbones illicò interimebat omnes circumstantes. Et Indiæ Occidentalis scriptores referunt, arbores ibi esse, quarum fumus exitialis sit. Noui quendam pictorem, qui cum capsulam diu conclusam, in qua Realgar continebatur, aperuisset, ac naribus halitum exceperat, vertigine ac lipothymia correptus est, ac tota facie intumuit, & alexipharmacis sumptis curatus est.

Verum qua ratione odoratu & visu animalia venenata homini nocere possint, dubium. Non-

A nulli per simplicem qualitatem seu speciem sensibilem fieri posse existimant, idque probare volunt eo, quòd multi odoribus læduntur & offenduntur, ita quidem, ut animo inquantur, cordis palpitatione, vertigine, & aliis symptomatibus corrumpantur. Refert enim Bruyerinus, *de re cibar. lib. 9. cap. 12.* Iacobum Foroluiensem Medicum ab allij odore, tanquam re pestilenti, lædi consueuisse. Nonnulli rosarum odorem ferre non possunt, sed ab eo in lipothymiam conuocantur, cuius rei exemplum habet Amatus Lusitanus, *cent. 2. cur. 36.* Et Franciscum Venetorum Ducem, festo die sacra auditorum, Sacellani operâ recentis rotas illatas properè aufert iussisse, ne, quod sibi priuatim sæpe acciderat, in animi defectum incidere, narrat Zuinguerus, *in Teatro.* Et Iul. Casar. Scaliger, *exerc. 153. sect. 10.* Cardinalem quendam, qui, ut alij referunt, Oluerius Caraffa fuit, à rosarum odore interuisse, narrat. Cuius generis exempla & alij referunt. Ideoque si odor suauissimi alicuius floris ob quandam naturalem contrarietatem quosdam lædere potest, causam nullam esse putant, cur non & venena idem præstare possint. Deinde dicunt, si odor, quod multi Medici concedant, nutrire potest, etiam concedendum esse, odorem posse corrumpere & occidere; cum corruptio & nutritio, & odor bonus ac malus sint contraria.

Venena
an uer-
ca e
possint
odore.

C Eandem rationem etiam de visu militare posse putant. Nam cum sint quædam homini adeo inimica, ut etiam visa terrorem incutiant, syncope excitent, & alia graua accidentia inducant, cuius rei exempla non solum passim apud Auctores, sed & in communi vita occurrunt: non impossibile esse existimant, dari animal, quod solo visu hominem veneno interficere possit. Etenim si, quæ venenosa non sunt, solo visu lædere & interficere hominem possunt, ab iis, quæ venenosa sunt, id multò magis posse fieri videtur.

Ad visu

Imò nonnulli ad auditum etiam hæc extendunt, & magis probabile esse hoc existimant, ideo, quòd in vocis emissionem halitus quidam ex animalis vociferantis ore prodeant, qui cum ex animalis venenoso sint venenosi, si in certa distantia ab homine excipiantur, fieri posse, ut ab his ipsis inficiantur. Fauere his videtur etiam Lucretius, qui, *lib. 4. de rer. nat.* hæc habet:

An au-
ditu.

*Nec tamen bec solis in odoribus atque saporum
In genere est, sed item species rerum, atque colores
Non ita conueniunt ad sensus omnibus omnes,
Ut non sint aliis quædam magis acris visu.
Quæ etiam Gæsum nocte explodentibus aliis
Auroram clarè consuetum voce vocare.
Neue queum rapidi contra contere Leones,
Inque tucri, ita continuo meminere fugari:
Nimirum quæ sunt gallorum in corpore quædam
Semina, quæ cum suis oculis immixta Leonum,
Pupillas interforesunt, acrimque dolorem
Præbent, ut nequeam contra durare feroces.*

Et lib. 6.

*Multa meant inimica per aures, multa per ipsas
Insunt nare insensita atque aspera odores.
Nec sunt multa parum iacta vitanda, nec autem
Aspectus fugenda saporeque insensita que sint.*

Alii contra ita omnia negant, & nec olfactu, nec visu, nec auditu per solam speciem sensibilem & simplicem qualitatem hominem interfici posse, existimant, sed id accidere per vapores, qui in corpus admittuntur. Ita Cardanus, *de venen.*

lib. 1. cap. 16. odorem nullum occidere posse docet, & additâ ratione generali statuit, sensibilia perturbare sensum posse, euertere non posse, aut corrumpere; quæ autem sensibus coniuncta sunt, id facere.

Autoris
sententia

E qua difficultate ut nos expediamus, primò tenendum, etsi, ut antea dictum, varii sunt modi, quibus venena corpori communicantur: tamen omnem illam veneni rationem consistere vel in qualitate materiali, vel in specie spiritali, ut supra, *part. 2. cap. 1.* diximus. Quædam enim venena in forma atomorum & minimorû corpusculorum, siue ea sint in fumo & vapore, siue puluere, siue succo, siue vnguento, communicantur; & in talibus venenata qualitas non est nisi in illo corpore, tanquam in subiecto. Qualitas enim talis cum pendeat à sua forma, & illa sit in suo corpore, forma illa & qualitas non mouetur, & aliò transfertur, nisi cum suo corpore. Verùm venena omnia hoc modo non insciunt. Neque enim credibile, eum torpedo per tridentem piscatoris manum lædit, aut cum serpens aliquis per hastam, quâ transfoditur, eum, qui hastam vibrat, interficit, id per minima corpuscula fieri, atque ea in momento quasi per solidum lignum penetrare posse: sed tales actiones per qualitates spirituales fieri, omnino vero consentaneum est. Ideoque concedimus quidem, dari qualitates spirituales, quæ homini nocere possunt, sed tales non esse species sensibiles, cum Cardano statuimus: & si nocere videntur vel odor, vel sonus, vel species visibiles: id non fieri à speciebus istis, quatenus tales, sed quatenus cum iis vel vapores & atomi venenata, vel aliæ qualitates spirituales venenosæ coniunctæ sunt.

Odora-
bilia
quo-
modo
sint ve-
nena.

Et odorem in specie quod attinet, an olfactus solam speciem, an etiam quiddam materiale recipiat; deinde, an semper vaporis vehiculo odoris species indigeat, disputatur à Philosophis & Medicis, & de vtraque quæstione *Epist. Phys. lib. 4.* dictum. E quibus concludimus, si quædam odore venenata sunt, plerumque vapore potius id præstare, quàm specie. Et quod de umbra arborum noxiarum quarundam *Cardan. lib. 1. de ven. cap. 16.* scribit, neminem a deo stupidum esse, qui existimet umbram ipsam venenatam esse, ut quæ solùm est carentia lucis, sed vapores, ab arbore profluentes, esse noxias: Idem de odoribus etiam dicendum puto. Ita etiam colocynthis solo odore interdum purgat, non simpliciter, quatenus odorabilis, sed quatenus subtilissimos vapores emittit, qui naribus excipiuntur. Ita pictor ille, cuius antea mentionem feci, non odore risagallæ, sed vapore eius læsus est. Sic aurifabri non ab odore, sed vapore argenti viui stuporem contrahunt. Et omnia illa exempla vel serpentum, bufonum, vel aliorum animalium venenatorum, quæ halitu suo hominibus nocent, nihil aliud docent, quàm quòd halitus quidam & vapores venenati ab iis exspirant, qui ab homine excepti nocent, non quòd specie odorabili interiunt. Quod vel ex eo patet, quòd halitus illi æquæ nocent, si per os & fauces admittuntur, ac cum per nares attrahuntur. Et cum nonnulli ex odore capitis dolorem, vertiginem contrahunt, id nullo modo soli speciei odoris, sed vapori attribui potest.

Visibi-
lia quo-
modo
nocent

Multò minùs verò visu solùm homo insci vel necari potest. Vbi tamen ambiguitas occurrit, an nimirum animalia alium intuendo enecent, an homo, dum animal venenatum aspicit, enecetur.

A Nam qui hominem ab animali venenato interficere posse statuunt, si id intucatur, exemplis vtuntur talibus, quò nimirum quædam ab homine visa terrorem incutiant, syncopen excitent, sicut Plutarchus de Germanico refert, quòd gallum inspicere non potuerat. Et narrat Marcellus Donatus, *de histor. med. mirab. lib. 6. cap. 3.* Mantuanum quendam erinaccum terrestrem videre non potuisse. Sed talia venena propriè loquendo non sunt; sed quicquid præstant, terrore, quem inducunt, & peculiari antipathia præstant, quæ certis rebus cum certis hominibus est. Et si hæc inter venena numerari deberent, etiam caseus inter venena numerandus esset, quem quidam maximè abhorrent. De hoc maior dubitatio est, an animalia dentur, quæ visu hominem enecare possunt. Plinius, *lib. 8. cap. 21.* mentionem facit Basiliscæ ac Catableptæ, quam refert visu solo; auditu vocis, transitu quoque propè homines interficere. Autor etiam libri de Theriac. ad Pisonem, *cap. 8.* eius meminit, & Auicennas eum describit, *6. terr. trali. 3. cap. 21. 22. 23.* Verùm omnia ista, quæ de Basilisco dicuntur, nugæ esse putat Cardanus, *lib. 1. de ven. cap. 16.* ut modò dictum. Quicquid sit, de quo suo loco dicitur, & dentur, talia animalia, quæ etiam ad distans hominem necare possunt: tamen visu id non præstant. Neque enim visus sit emissionem, sed receptionem, ut satis à doctissimis Philosophis & Medicis probatum. Sed si nocent talia animalia, halitu venenoso hominem enecant. Idque ut per os & habitum corporis, aliàsque corporis partes fieri potest: ita, ut etiam per oculos fiat, impossibile non est; cum halitus illi, per oculos emissi, in mulieribus menstruo laborantibus specula insciant, & ophthalmia contagiosa sit. Si quis verò ab animalis venenati aspectu terretur, & inde in lipothymiam vel syncopen incidit, id non à veneno euenit.

Omniùm verò minimè sono solo animal aliquod venenosum hominem interimere potest; cum sonus nihil aliud sit, nisi species ex aère fracto exorta, sed si sibilo vel clamore aliquod venenosum animal hominem interficit, id fit halitu, vel voce, vel alio modo è corpore emisso.

C A P V T III.

De signis diagnosticis.

Signa diagnostica *Cardan. lib. 2. de ven. cap. 1.* triplicia facit; alia, quæ rem aliquam venenatam esse patefaciunt; alia, quæ venenum, dum sumitur, indicant; alia, quæ venenum iam sumptum detegunt.

Primi generis signa sumi doct à sapore, odore, colore, tactu, effectu. Saporem quod attinet, dicit, omnia venena ferè esse acria & amara, & saporis abominabilis. Verùm quis venena gustare velit? Et sit sanè, naturâ pleraque venena habere saporem ingratum, idque ideo factum esse à natura, ut sapore hoc homines à venenis abstererentur: tamen de omnibus verum non est. Et saporis expertia posse esse venena illa, quæ à veneficis interdum propinantur, satis docent, talèque fuisse puluerem, quo interfectus est Alexander VI. Pontifex Romanus, è Iouio notum. Inter simplicia de colchico Ephemero scribit *Diocorides, lib. 4. c. 79.* quòd saporis suauitate & dulcedine imperitos alliciat. Et de aconito *Aëtius, 2.*

Venenatarum
signa.

retrab. ferm. 3. cap. 59. refert, quòd sit gustu dulce, A
& adstringens.

Secundò venena etiam pravi odoris esse scribit Cardanus. Verùm & hoc falsum esse specialis tractatio venenorum docebit. Certè arsenicum nullum habet odorem grauem, & tamen venenum est.

Ita nec color quicquam certi docet; cùm notum sit, res eodem colore præditas alias esse venenatas, alias non venenatas.

Itaque vix aliud signum certius datur, quàm ipse effectus. Nimirum experiètia, docuit, serpentes, scorpiones, araneos, aconitum, napellum, cicutam, & huiusmodi alia esse venenata. Si quis tamen aliquà re muscas, gallinas, canes interire videat, & rem aliquam ab eiusmodi animalibus non attingi videat, & id venenum homini deleterium esse posse, non leuis suspicio est.

Eodem modo nec venenum, dum sumitur, certis notis patet. Equidem si talia signa adsint, & homo in ore aliquam insignem mutationem, & saporem abominabilem percipiat, & in faucibus ardorem sentiat, id omnino suspectum est. Ac proinde si quis insigniter malè habere incipiat, dicatque, se in prandio vel cœna proximè præcedente saporem abominabilem, faucium ardorem, vel aliam in ore insignem mutationem percepisse, id non leue in cibo vel potu propinati veneni indicium est. Si tamen hæc signa absint, non licet inde concludere, hominem venenum non hausisse. Fieri enim potest, vt nullo modo sese sapore venenum prodatur.

Hismissis, de signis veneni seu hausti, seu extra in corpus immissi, dicemus. Et quidem veneni præsentanei hoc commune signum est, quod subito maximam in corpore mutationem efficit, & hominem in vitæ periculum coniicit. Et si enim & ex veneno intus genito varia & graua symptomata excitantur, imò homo mori possit: tamen multa signa sunt, quibus discerni potest, an venenum intus genitum; an verò extra assumptum sit. Primò enim intus genita venena, antequam extremum periculum inferant, sese signis quibusdam priùs produnt; cùm prauas humores dispositiones imprimant, quas plane latere impossibile est. Si verò extra venena sint admissa, nullo tali signo præcedente homo aliàs sanus in extremum periculum statim coniicitur. Non tamen ex eo, quòd symptomata tardè vel longè ab assumpto cibo aut potu sese produnt, concluderelicet, venenum intus fuisse assumptum. Sitamen id accidit, veneni sumpti certum indicium est. Etenim venena variant, & alia citiùs, alia tardiùs sese produnt, sicut id è veneno canis rabidi manifestum est; & venena temporanea esse, antea dictum.

Secundò modus inuadendi diuersus est in veneno intus genito & extra assumpto. Nam in veneno intus genito paulatim symptomata superueniunt, neque omnia simul, sed vnum post aliud. In veneno verò extra assumpto multa simul apparent, & natura, à veneno stimolata, turbulentiones vomitiones instituit, & omnia suisque deque inordinato motu feruntur, naturam omnibus viribus nitente, vt subito hostem improuisum vincat & à se repellat.

Tertiò venena assumpta non solùm multitudine symptomatum sese produnt, sed plerumque etiam talia symptomata habent, quæ ab intus genito veneno prouenire non possunt. v. g. opij sumpti signa sunt stupor mentis & sensum omniù,

in toto corpore pruritus, color corporis citrinus, odorque ipsius opij è corpore expirans: quæ simul iuncta in veneno intus genito non apparent. Ita si lepus marinus sumptus sit, accidit suffocatio respiratio difficilis, tutlis, sanguinis sputum, omnium piscium abominatio, & ad eorum conspectum terror, totius corporis odor, qualis piscium putrefactorum. Quæ etiam in veneno intus genito non accidunt. Et iuriora sunt talia signa, si symptomata ista non sensim, sed subito ingruant; id quod in veneno intus genito raro accidit: præterea si coniunctim & simul omnia ista appareant. Et si enim sopor grauis à causa interna accidere possit, & pruritus etiam à causa interna: tamen non simul accidunt, vt sumpto opio. Et omnino multa symptomata in venenis externis assumptis coniungi possunt, quæ in morbo à veneno intus genito nunquam coniunguntur; e. g. si statim in primo morbi insultu vomitus & alui fluxus accidat, simulque labia, fauces, vel etiam totum corpus intumescat, si difficultas respirandi, sitis inextinguibilis, sudor frigidus, strangulationis & suffocationis metus cum ventris torminibus & dolore mox in principio adsint, id in nullo morbo ex veneno intus genito statim in principio accidere potest.

Quartò est & hoc veneni extra assumpti signum, si symptoma aliquod mirabile, quale in nullo alio morbo accidit, cuiusque nulla causa reddi potest, appareat; e. g. si quis nec piscium visum ferre possit; si quis rideat, id quod in apio risus euenit; si quis continuo saltare & tripudiare gestiat, id quod contingit à tarantulæ veneno.

Quintò est & hoc non leue veneni extra accepti indicium, quo etiam Galenus, *lib. 6. de loc. affect. cap. 1.* vitur, si nimirum is, cui talia symptomata accidunt, corpore sano, & bonis humoribus abundante præditus, cibisque bonis nutritus fuerit. Non enim credibile est, hominem tali corporis constitutione præditum tam subito in tam sæuum morbum, tantis comitatum symptomatibus, incidere posse. Aliàs fieri potest, si quis ante paucas horas vel dies etiam cibus, qui difficulter coquuntur, vel facile putrescunt, & corumpuntur, & cùm in ventriculo, tum in hepate veneni quasi naturam induere possunt, copiosè vsus sit, vt in grauem morbum, sæuis comitatum symptomatibus, incidat. Vbi non in venenum haustum, sed in cibos sumptos causa referenda est. Quod etiam faciendum, si quis vel sciens vel inscius, cibos, cum quibus peculiarem habet antipathiam, sumserit. Nam & tales vomitu, palpitatione cordis, syncope & similibus symptomatibus corripit notissimum est.

Sextò venenum intus genitum sese prodit plerumque cum febre. Cùm enim venenum diu in corpore latens sensim humores corrumpat, inde putredo fit, & tandem febris accenditur. A veneno verò extra assumpto graua excitantur symptomata sine febre. Cùm enim ad putredinem induendam alteratio præuia requiratur, & ita temporis spatium: venenum non dat eas inducias, sed statim grauissima symptomata inducit. Itaque cùm symptomata graua cum febre putrida accidunt, & febrem subsequuntur, nulla de veneno assumpto suspicio est, sed potius ab interno humorum apparatu morbum illum fieri credibile est.

Septimò vbi contagium præsens est, & plures in eadem demo seu familia, non eodem tempore, sed vnus post alterum moritur, & morbus aliquis

Veneni
præsen-
tanei
sumpti
signa.

Veneni
intus
geniti
& ex-
terni
differen-
tia.

epidemijs grassatur, id omne veneni assumpti suspicionem aufert. Etsi enim venena quædam ictu vel morsu animalium communicata iursum contagiosa sint, vt venenum canis rabidi & dryini serpentis: tamen pestilentia & aliorum ferè contagiosorum morborum longè alia est ratio, habetque se venenum canis rabidi, si per saluam excipiat, instar veneni extra assumpti. Nec à cane rabido tam subito plures inficiuntur, quàm à veneno pestilenti.

Octauò & illud veneni intus geniti, non extra assumpti, est iudicium, si morbus periodos certas, & quasdam remissiones vel intermissiones habeat. Cum enim intus genita venena in humore aliquo suam sedem habeant; humores verò suas periodos, quibus alij singulis, alij alternis, alij quarto quoque die mouentur & exacerbantur: si quid tale accidat, intus geniti veneni iudicium est. Venena verò extra assumpta continuò hominem affligunt, nec vllam quietem aut remissionem concedunt, donec vel à natura vincantur, & è corpore expellantur, vel ipsa naturam vincant, & hominem iugulent.

Tandem & hoc modo cognoscitur, venenum alicui exhibitum esse, si id, quod vomitu reiicitur, cibi mixtum, cani deuorandum exhibeatur. Si enim inde vel lædatur, vel moriatur, certum id veneni iudicium est. Nonnulli quidem & gallinis, id quod vomitu reiicitur, obliendum putant. Verùm cum gallinæ plurima venena sine damno deuorent, id satis firmum signum non est.

Veneni sumpti signa.

Summa: si in homine, qui sanus fuit, nec prauis humoribus abundauit, subito & actiones, & excreta ac retenta, ac qualitates mutantur, cum venenum accepisse, iudicium est. Nimirum præsentaneo veneno sumpto ructus fætidus & malisaporis accidunt. Vbi tamen attendendum, ne ob errorem in victu & ingurgitationem variorum ciborum, olerum, lactis, alij, cepearum, fructuum fugacium, piscium frivorum, tales ructus, vel etiam vomitus & alui profluvia, de quibus mox dicetur, accidant. Statim pulsus & cordis motus, nulla alia causa eius mutationis apparente, valde mutatur, vires labuntur, & vel pulsus planè aboletur, vel valde deprauatur. Accedit cordis angustia, palpitatio, lipothymia, syncope, & tandem mors. Præterea accidunt vertigo, conuulsiones, tremor, singultus, stupor, mordicatio & dolores ventriculi & intestinorum, vrina supprimitur; interdum sitis accidit. Suboriuntur vomitus materia præua, interdum & alui profluuium. Accedunt sudores frigidi, extrema refrigerantur, lingua intumescit, labra nigricant, & inflammantur, interdum venter, imò & totum corpus intumescit ac inflatur, maculæ passim in corpore erumpunt. Et quidem ista symptomata omnia sunt atrociora, quàm ea, quæ à veneno intus genito accidere solent.

Verùm non eadem semper symptomata in omnibus, qui venenum sumpserunt, accidunt. Etsi quidem præsentanei veneni, & quod cordi præcipuè inimicum, hæc signa sunt: tamen etiam venena sunt, quæ alias partes lædunt, & non ita vehementer totum corpus turbant, de quibus postea dicemus.

Ipsam veneni speciem quod attinet, refertur interdum ab ægrotantibus, interdum à familiaribus, quale venenum sumptum sit.

Venena, quæ vel morsu, vel contactu, vel aculeo animalium venenatorum inferuntur, sese imprimis his signis produnt, quod scilicet dolor partem

A statim apprehendit, pars ipsa inflammatur, & tandem putrescit, ac mortificatur.

Temporaneorum autem venenorum signa non ita certa sunt, imprimis in principio, neque statim signis manifestis sese produnt, vt venena præsentanea. Coniecturæ tamen quædam dantur, quæ ex iis petuntur, quæ tum in ipsa sumptione, tum post assumptionem ex effectibus apparent. Hac quod attinet, ægri plerunque in diuturnos morbos, quorum causa nulla manifesta reddi potest, incidunt; fatuitatem, insaniam, epilepsiam, paralytin, dolores vagos, tabem. Et in principio quidem lingua signa suppeditat, quæ ventriculi, pulmonis, & capitis affectus facillè indicant: quorum vnum sumpto veneno tali affici necesse est. Quæ enim venena pulmonem afficiunt, tussim siccam, ariditatem linguæ, sitim, sanguinis sputum, & tandem phthisim excitant. Quæ verò ventriculo imprimis nocent, nauseam, dolorem, & inflationem ventriculi, fluxum alui pariuunt, & linguæ color ac sapor ab iis mutatur. Mutatur quoque color linguæ, si hepar afficiatur, præterea accidit sitis, sebris cachexia, hydrops. Cardanus, lib. 1. de venen. cap. 26. etiam à sanguine emisso latentis veneni signa petit; si nimirum insolita in eo mutationes appareant, scribitque, se & similem ptisanæ & viridem vidisse, bis album, similem succo betatum semel, eumque veneni occulti iudicium fuisse putat. Ego in quodam Iuris Doctore ter sanguinem vidi; cui serum instar lactis candidum innatabat. Nullum tamen latentis in eo veneni iudicium animaduerti, sed de scorbuto potius suspectum habui. Qui etsi sæpius febribus erraticis, non tamen diuturnis, laboraret, postea peste tum grassante correptus obiit.

Temporaneorum venenorum signa.

An verò, qui mortuus est homo, veneno interemptus sit, signis cognosci possit, dubitatur. Negant equidem id multi, & experientia id probare volunt, atque eius rei exemplum ex Tacito afferunt, qui, lib. 3. *Annal.* de venefica Martia verba faciens, hæc habet: Vulgata erat, missam à Cn. Sentio famosam veneficiis, Martiam subita morte Brundusij extinctam, venenumque nudo crinium eius occultatum, nec vlla in corpore signa sumpti exitij reperta. Idem de Antonio & Cleopatra referunt, in quorum, licet veneno extinctorum, corporibus nullum penitus veneni iudicium extitit. Plerunque tamen etiam in mortuis venena sese satis produnt, de quo Galenus, 6. de loc. affect. cap. 5. Cum, inquit, homo suapte natura humoribus probis abundans, ac sanorum more educatus, de repente moritur, vt lethali veneno assumpto fieri solet, deinde corpus aut liuens, aut nigricans, aut varium est, aut diffusum, aut putredinem molestam olet, hunc venenum sumpsisse, aiunt. Et omnino fieri solet, vt ij, qui veneno mortui sunt, paulò post mortem toto corpore colorem primò citrinum aut subuiridem, & post vnam vel duas horas liuidum aut nigrum acquirant, quod ab humorum subita corruptione accidit. Cuius rei exemplum habet Galenus, 5. de loc. affect. cap. 7. de quodam seruorum Imperialium, qui cum à vipera morsus esset, ei totius corporis color ita mutatus est, vt porri colorem referret.

Anquis veneno interemptus sit.

Alij & alia signa addunt, nimirum, quod vngues post mortem nigri euadant, & facillè euellantur, capilli defluant, adeo vt interdum sine vlla violentia integri manipuli euelli possint. Plinius lib. 2. cap. 63. cadauera veneno interemptorum neque

neque à feris, neque ab auibus tentari aut deguttari scribit: quod tamen signum & peste infectis competit. De quo Lucretius, *lib. 6. rer. natural.*

Multaque hūni cū inhumata iacerent corpora supra Corporibus, tamen alitum genus atque ferarum Aut procul absiliebat, vt acrem exiret odorem, Aut vbi gustarat, languebat morte propinqua.

Nonnulli inter signa veneni hausti & hoc habent, quòd cor veneno interemptorum igne consumi non possit. De quo Suetonius, *in Caligula* vbi de Germanici obitu loquitur: Antiochæ, *inquit*, obiit, non sine veneni suspitione. Nam præter liuores, qui in toto corpore erant, & spumas, quæ per os fluebant, crematiquæ cor inter ossa incortuptum repertum est, cuius ea natura esse existimatur, vt tinctum veneno igne confici nequeat. Et Plinius de corde ipso, *lib. 10. cap. 37.* scribit: negatur cremari posse in ijs, qui cardiaco morbo interiire, negatur & veneno interemptis. Certè extat oratio Vitellij, qua reum Pisonem eius sceleris coarguit, hoc vltus argumento, palàmque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris cremari. Et Aui-cennas, *de virib. cord.* scribit, Cor à venenis impensè congelari & exsiccari. Quæ suo loco relinquimus.

CAPVT IV.

De Prognosticis.

Prognostica.

MOrbi omnes à veneno illati periculosi sunt, & nisi idonea remedia statim adhibeantur, homini mortem afferunt: & omnino longè pauciores ex ijs, qui venenum sumpserunt, seruantur, quam qui pereunt.

2 Est tamen venenorum, vt ex speciali de ijs doctrina patebit, magna differentia, atque alia magis, alia minus sunt noxia, & alia citius, alia tardius hominem occidunt: Quæ enim cor statim inuadunt, citissimè hominem vel enecant, vel superantur. Quæ iecur & pulmones lædunt, diuturnos morbos patiunt. Quæ cerebro inimica sunt differunt. Quæ enim motum statim tollunt: hominem læsa respiratione, citissimè etiam iugulare possunt. Quæ verò saltem sensus interiores lædunt, & vel memoriam abolent, vel fatuitatem inducunt, cū ijs diu homo superesse potest.

3 Quò maior veneni copia sumpta est, eò hominem facilius interimit: si verò prorsus exigua quantitate sumptum sit, hominem interficere non potest. Mediocri si sumptum sit, hominem quidem non statim iugulat, sed sensim in corpus penetrans, lenta morte ipsum perimit.

4 Quid autem post venenum admissum sperandum sit, symptomatum copia & vehementia, vel paucitas & lenitas ostendunt. Etenim si statim *ἀσπυζία*, & syncope, totius corporis, & imprimis extremorum, refrigeratio accidat, sudor frigidus erumpat, oculi peruertantur, cerebrumque, ob spirituum animalium læsionem, in consensum trahatur, & hinc cerebro affecto graua facultatis animalis læsæ symptomata accidant, morbum lethalem significat.

5 Quò tamen malum sit erupturum, ex symptomatum imminutione vel incremento cognoscitur. Si enim symptomata continuò augeantur, lethalis morbi indicium est. Si verò sympto-

Operum Sennerti, Tom. III.

Amata minuantur, salutis aliqua adhuc spes superest.

6 Lethalis etiam morbi indicium est, si venenum neque per vomitum, neque per aluū, neque alia ratione è corpore eiciatur, & ex cernatur; neque idonea & necessaria medicamenta adhibita fuerint, aut si, quæ adhibentur, nihil profint.

7 Si verò venenum vel foras è corpore expellatur, vel in locum aliquem ignobilem propellatur, salutis spes est. Ita è Studiosis illis, de quibus supra dictum, qui pisces in aqua, in qua glis suffocatus erat, comederant, si euaserunt, quibus parotides erumpebant.

8 Si etiam idonea medicamenta statim adhibita fuerint, & ex eorum vsu melius æger habeat, de vita ægri non desperandum.

9 Etli verò æger veneno accepto conualuisse, & de vita amplius periclitari non videatur: non tamen securum esse, & extra omne periculum se constitutum sibi persuadere velit. Sæpe enim à veneno maligna diathesis corpori imprimitur, quæ pertinaciter hæret, & longo post tempore sese exerit.

10 Venena, quæ præsentanea sunt & temporanea euadunt, partemque aliquam erodunt vel corrumpunt, v.g. pulmonem, tardius occidunt, prò morbi, quem inducunt, ratione.

11 Venena temporanea, quæ nullam partem primario corrumpunt, sed latentia sese postea exerunt, vbi sese exerere incipiunt, vix expugnari possunt, sed hominem breui interficiunt:

C Etenim si præsentanea venena, et si ijs statim medicamenta necessaria opponuntur, tamen raro expugnari possunt: quantò maius ab ijs periculum metuendum, quæ in corpore diu subsisterunt, idque longo tempore inquinauerunt, neque remedijs idoneis oppugnata sunt. Vnde etli venenum canis rabidi diu satis in corpore latere possit; tamen vbi sese exerit, & hydrophobia accedit, non diu amplius homo viuere potest.

CAPVT V.

De præseruatione à venenis.

Cvm autem venenum præcauere, quàm ^{Præseruatio} ^{ut. 10.} admissum expugnare & expellere, tuties sit, ante curationem aliquid de præseruatione dicendum. Consistit autem præseruatio illa in duobus. Primum est, vt omnīs prudentia & diligentia adhibeatur, ne venena intra corpus admittantur. Secundum, vt contra ea alexipharmacis homo præmuniatur. Ferarum quidem morsus & ictus aliqua diligentia præcaueri possunt: casus tamen illi sæpe sunt forturi, & vt Horatius, *lib. 2. Od. 13.* canit:

Quod quisque vitet, nunquam homini satis Cautum est in horat.

E A venenis autem, quæ ore sumuntur, vt maxime sibi Principes viri, & Magnates caueant, opushabent, qui sæpe cū ab inimicis aperta vi è medio tolli non possint, venenis clari interficiuntur. Tradunt verò & præscribunt ijs nonnulli, & inter eos Cardanus præcipuè, *lib. 3. de ven. cap. 1.* varias regulas.

Prima est, vt fidissimos habeant famulos & ancillas.

Secunda, vt vitent conuiuia, in quibus cū in cibo, tū in potu facilè aliquid veneni exhiberi potest.

R R r r

Regulæ ad præcauenda venena.

1

2

3 *Tertia*, vt neminem in culinam vel cellam, vel cubiculum, præter eos, qui ijs præfecti sunt, admittant.

4 *Quarta*, vt suspectos cum famulis & familiaribus conuersari non patiantur.

5 *Quinta*, Nullum cibum peculiarem sibi parari iubeant, nec certis cibis soli delectentur; cum facillè ijs imprimis venenum admisceri possit.

6 *Sexta*, Habeant, qui cibos prægustent. Atque hinc quidem hodie vñtatus apud Principes cibos prægustandi modus natus est: qui tamen ceremoniæ potius, quam prægustationis loco est, cum prægustatores illi vel nihil vel parum gustent, nec vlla mora temporis, experimento necessaria, interijciatur.

7 *Septima*, Abstineant à ferculis è pluribus ciborum generibus mistis, & vario modo conditis, dulcibus, acerbis, acidis, falsis nimis.

8 *Octauo*, In edendo cibi odorem & saporem explorent, & si quis sapor suspectus sit, cibum illum non degustent.

9 *Nona*, Vitare & fungos decet, & ranas, ac huiusmodi. Cum enim per se venenosa esse possint, interdum, ne malitia pateat, sub his venenum tegitur: scribitque Cardanus, *alleg. loc.* Principem Istonij, & Borromæum, Antistites, veneno sublatos esse, & duos Patritios sibi notos, veneno propinato, dum ranas comedisent.

10 *Decima*, Nihil edendum, quod alieno cultro discissum est, aut quod cuspe alieni cultri porrigitur. Ita è Ctesia, *in lib. de rer. Pers.* referunt, quandam mulierem, Satyram nomine, maxime semper timuisse venenum, & omni diligentia vsam, vt illud euitaret; factum tamen, vt quædam alia mulier eam veneno hoc modo interficeret. Cultelli partem alteram tantum veneno infecit, & deinde coram Satyra diuisit aunculam paruam coctam, & quâ auis tacta fuerat à veneno cultelli, oblatâ Satyræ, illico eam exstinxit; cum interim quæ pars auis non fuerat tacta à veneno, nullum detrimentum ipsi ministranti attulerit.

11 *Vndecima*, Cibus sumptus non auidè deglutendus, sed diligenter masticandus. Ita enim masticatione illâ diligenti, si quid veneni cibo admistum sit, facillè deprehenditur.

12 *Duodecima*, Potus non affatim & auidè hauriendus, sed pitissando primùm degustandus.

13 *Decimatertia*, Propterea etiam qui venenum timent, non sumant cibum & potum, dum valdè esuriunt vel sitiunt. Cum enim cibus & potus auidè deglutitus à venis ac visceribus inanitis attrahitur, venenum cum ijs in penitiora corporis facillè sese insinuat.

14 *Decimaquarta*, Qui ius aliquod hauriunt, vel bibunt; patinam aut poculum non ad fundum vsque euacuent & exhauriant; cum succi vel pulueres venenati, iusculis vel potui misti, plerunque ad fundum descendant. Ita in Excerptis Senecæ, *lib. 6. controu. 4.* exemplum est cuiusdam mariti, qui eodem poculo, quod ipse hauerat, vxorem venenauit, cum prior ille potasset, & quod erat in fundo, vxori dedisset, vnde ipso incolumi manente, vxor extincta est. Sciuit, *inquit Seneca*, matris, quam partem potionis hauriret, summis scilicet partibus leuis & innoxius humor suspenditur, grauis illa & pestifera pars suo pondere subsidit.

15 *Decimaquinta*, Habeant etiam, qui venena timent, vestes, & maximè interulas plures, cistis

A inclusas, quas dum induere volunt, ad ignem siccant, & fumis odoratis imbuant.

Verùm in ista hominum multorum malitia & astutia nemo satis cautus esse potest, sed, vt Plautus *in Captiu. Act. 2. sc. 2.* loquitur:

Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet, cum etiam cauet:

Etiam cum cauisse ratus, sese cauet captus est.

Longè facillè Princeps à venenis tutum se præstare potest, si, vt Eustachius Rudius, *lib. 2. de morb. occult. cap. 12.* scribit, Christianam, integramque vitam ducat, iustitiam administret, populum suum amet, ministros è præclara stirpe genitos, fideles, & non munerum, lucrifera turpis cupidus, nec inuidos, sed qui diu vitâ ac moribus antè probati sunt, eligat, in eosque beneficia frequenter conferat. Hoc etiam cuiuslibet facere promptum est, vt ab ijs cibis abstineat, quos scit quandoque venenosos esse posse, puta fungis, ranis, anguillis, quæ interdum cum anguibus coeunt, & venenum ab ijs accipiant, herbas etiam, quas interdum veneno infici, obseruatum est.

Qui tamen venenum metuunt, tutissimam præseruandi & muniendi se contra ea rationem habent, quæ fit per alexipharmaca; quomodo se à venenis inuolabilem antidoto suâ præstituit Mithridates, Ponti Rex, adeo vt postea, vbi vellet, veneno mori non posset. Nonnulli quidem & in cibis aliquid auxilij quaerunt, & suadent, vt cibi liberaliùs assumantur, vt eorum copiosâ vis veneni frangatur, & vbi opus, vomitus facillè prouocetur, & vna cum cibo venenum eijciatur. Conciliator. *lib. de venen. cap. 4.* lac asini præstare scribit, ne vis veneni viscera erodat, & in ea penetret, & in quo prandio vel cœna asinæ lac fuerit bibitum vel comestum, nullum, præter napellum, venenum nocere posse, docet. Et non ignotum est, circumforaneos quosdam, vt vulgus decipiant, & merces suas pretiosius vendant, butyrum prius magnâ copiâ esitare, vel aliud pingue sumere, & hinc venenum aliquod, omnibus spectantibus, potare, & illico antidotum exhaurire, & paulò post domum reuersos vomitum eiere. Verùm nec cibi semper sufficiens, & molestum est, nec salubre, cibum semper liberaliùs ingerere. Itaque, vt dictum, qui venenum timet, rectissimè facit, si alexipharmacis sese munit.

Sunt autem illa vel externa vel interna. Inter externa sunt Smaragdus, Adamas, Topasius, de quibus Albertus Magnus scribit, si continuò gestentur, vt cutem nudam tangant, facere, ne venenum vllum homini noceat. Iaspidem etiam, quæ Gramatias & Polygrammatos appellatur, quæque virens Smaragdo persimilis, ac purpureum in se quid continere videtur, albâque cingitur lineâ, ad venena quæuis pro amuleto gestari, scribit Anshelmus Boëtius, *de gemm. lib. 2. cap. 20.* De lapide etiam ouum arginum referente, refert idem Anshelmus Boëtius, *lib. 2. de gem. cap. 175.* quòd gestatus putetur gestantem securum reddere, ne ab aère pestilenti, aut à veneno inficiatur, astantque, præsentem venenoid sudore prodere. Alij & Bezoar & corallia addunt.

Verùm longè tutius est, interna medicamenta vsurpare. Simplicia passim nota sunt, & ferè medicamenta, quæ venenosos morbos curant, de quibus, *cap. seq.* dicitur, etiam contra venena hominem muniunt. Tria tamen imprimis magnopere commendari in huic vsu scribit Mercurialis, *lib. de venen. cap. 18.* Rutam scilicet,

Alexi-
phar-
maca
cap. 4
venena.

Dupli-
cia ex-
terna.

Interna
simplici-
cia.

mali citri; tam fructum, quàm semen, & malum A
cydonium. De Ruta scribit Athenæus, *lib. 3. de
Dipnosoph.* Archelaum, quendam Regem Ponti,
conſueuiſſe populos ſuos veneno interimere, at-
que ob id eos edoctos, conſueuiſſe, priuſquam
exirent domo, ſemper rutam edere, atque ita ſe
defendiſſe à tyranni crudelitate. Refert idem de
citrijs, experienciã probatam eſſe, homines fuiſ-
ſe venenatos, atque ex iis fuiſſe ſeruatos, qui
priuſ ederant citrium: pariter de cydonio narrat,
venenum miſtum ipſi vires ſuas amittere.

Com-
poſita.

Compoſita multa paſſim extant. Vulgaris an-
tidotus eſt, quæ paratur è nucibus iuglandibus
ſiccis duabus, caricis duabus, rutæ folijs xx. & ſa-
lis momento. Cuius ſi ieiuno ſtomacho Drach-
mæ duæ ad Vnc. ſ. ſumantur hominem à vene-
no præſeruant. Et omnino omnia medicamenta,
quæ ad præſeruationem peſtis paſſim extant, &
lib. 3. de febr. ſunt propoſita, & hæc locum habent,
vt & amuleta Fernelij & Palmatij, ſupra, *part. 4.
cap. 20.* propoſita. Et imprimis vtilis eſt Theriaca
& Mithridatium. Scribitque Galenus, *lib. de
Theriæ. ad Piſon. cap. 16. & 1 de Antidot. cap. 16.* fieri
non poſſe, vt iis vllum venenum noceat, qui quo-
tidie theriacam fabæ Ægyptiæ pondere ſumpſe-
rint.

An Be-
zoardi-
ca ad
præſer-
uatione
ſanis
vſur-
panda

De vtroque tamen hoc medicamento, Mith-
idatio ſcilicet & Theriaca, diſputatur à nonnul-
lis, an hominibus ſanis propinanda ſint. Auer-
roës enim cùm *in lib. de Theriæ. tum lib. 5. Collect.
cap. 32.* medicamenta Bezoardica ſaltem vtilia
eſſe ſcribit, vbi corpus veneno infectum eſt; ſa-
nis verò corporibus, ſi exhibeantur, nocere.
Vnum tamen ſemen citri excipit, quod etiam ſa-
nis corporibus vtile ſit. Et imprimis contra The-
riacam tribus argumentis vtitur. Primum eſt,
quod theriæ vſu omnes ita diſponantur, vt ni-
hil à veneno patiantur, & proinde fiant ſimiles
veneno. Secundò, quòd theriaca attrahat venci-
num, atque ita cùm attractio fiat per ſimilitudi-
nem, ſimilis ſit veneno, & propterea ſanis cor-
poribus non conueniat. Tertio, quòd potentif-
ſimum ſit medicamentum, & magnæ actiuitatis.
Verùm rectiùs ſentit Galenus, qui locis modò
allegatis, *lib. de Theriæ. ad Piſon. cap. 16. & 1. de An-
tid. cap. 16.* theriacam, vt præſtantifſimum medi-
camentum, ad tuendum corpora contra venena,
commendat. Cui conſentit Auicennas, *lib. de vi-
rib. cord.* & omnes ferè alij Medici, imò ipſa expe-
riencia, quæ docet, vera & genuina alexipharma-
ca corporibus ſanis etiam ad tuendum ea contra
venena, tutò & cum commodo exhiberi. Nullo
verò modo, quòd vult Auerroës, ab alexipharma-
cis veris corpora ſana ſunt venenofa, ſed potiùs
ab iis acquirunt quandam proprietatem venenis
repugnantem. Deinde non attrahit venenum
theriaca, ſed impugnat. Tertio, etſi ſit potentif-
ſima & magnæ actiuitatis: tamen certà doſi &
cautè adhibita, etiam in ſanis ſuum locum ha-
bet: id quod exemplo Regis Mithridatis, & ali-
quot Romanorum Imperatorum patet,

Hoc tamen notandum, alexipharmacorum eſſe
quandam differentiam. Quædam enim, cùm nul-
lum qualitatum primarum exceſſum habeant, vt
lapis Bezoar, Terra ſigillata, Bolus Armenus,
Cornu Cerui, Smaragdus, & ſimilia, omni ætati
& corpori tutò adhibentur. Quæ verò calida &
ſicca ſunt, vt Mithridatium & theriaca, cautiùs
exhibenda, & videndum, ne nimio eorum vſu
damni aliquid ægro attrahatur.

Operum Sennerti, Tom. II.

CAPVT VI.

De curatiõne venenorum in genere.

Communis omnium morborum, à venenis **C**
Extra admiſſis ortorum, Indicatio eſt, vt ve-
nenum per eam viam, per quam in corpus in-
greſſum eſt, ſi poſſibile, reuocetur & expellatur;
deinde, vt idoneis alexipharmacis expugnetur.
Verùm cùm alia ore aſſumantur, alia extra cor-
pori adueniant & immittantur, & quidem vario
modo, de ſingulis eiuſmodi modis in ſpecie di-
cendum. De alexipharmacis tamen, quia omni-
bus venenis ſunt communia, præter ea, quæ ſu-
prà, *part. 1. cap. 9.* dicta ſunt, quædam adhuc in ge-
nere dicenda videntur.

Genera-
lis venen-
orū cur-
randa
ratio.

Et primò quidem diſpiciendum, quamam ſit **C**
alexipharmacorum & Bezoardicorum medica-
mentorum natura. Vbi in principio hoc tenen-
dum, quòd omnia alexipharmaca & Bezoardica
occultis qualitibus agant. Etſi enim à nonnu-
lis ſcribitur, ſi venena ſunt frigida, à calidis pri-
mum eſſe auxilium; ſi calida, à frigidis; ſi hu-
miſſa, à ſiccis; ſi ſicca, ab humidis: tamen quia
nulla res ideo propriè venenum dicitur, quia ca-
lidum, frigidum, humidum, ſiccum, ſed quia oc-
cultam qualitatem, corpori noſtro inimicam, ha-
bet: ideo etiam nihil propriè eſt alexipharma-
cum, quia calidum, frigidum, humidum, vel ſic-
cum, ſed quia occultâ qualitate venenifera quali-
tati reſiſtit. Interim incommodum non eſt, vt ſi
venenum aliquod etiam primatam qualitatum
exceſſum coniunctum habeat, vt illi qualitatum
manifeſtarum exceſſui qualitates contrariæ op-
ponantur.

Bezoar-
dica oc-
cultis
qualita-
tibus
agunt.

Quæ autem alexipharmacorum & Bezoardi-
corum natura ſit, non ita clarum, Galenus, *5. de phar-
ſimpl. med. ſacult. cap. 18* ſcribit, quòd ſint media
inter venena & corpora perpetua. Auicennas,
lib. 2. tract. 1. cap. 4. Bezoardicum ſic deſinit,
quòd ſit remedium, quod pro ſua proprietate
conſeruat ſanitatem & virtutem in ſpiritu, vt ve-
neni noxam à ſe repellat. Ex quo colligi poſſe
videtur, quòd Bezoardicum non agat in venci-
num, ſed ſaltem corpus roboret, vt ad venenum
expellendum ſufficiat, atque ita per accidens
ſaltem in venenatis morbis proſit. Eulachijs
Rudius verò, *de morb. occult. lib. 2. cap. 7.* & Gale-
no, *5. de ſimpl. med. ſacult. cap. 18.* ſtatuit, Bezoardi-
cum non ad corpus noſtrum, ſeu cor, ad ipſum
venenum dirigi, & tota ſubſtantiã venenis ad-
uerſum eſſe. Etenim ſi venenum habet formam
humani corporis corruptiuam, etiam Bezoardi-
cum formam habere debet, quæ ſit veneni formæ
contraria, eãque oppugnet & deſtruat. Con-
cedit tamen, Bezoardicum quadantenus eſſe cor-
pori noſtro ſimile, quadantenus etiam contra-
rium; & proinde ſi maiore quantitate ſumatur,
obeſſe, imò hominem planè necare poſſe.

Alexi-
phar-
maca
quid.

Verùm neutra harum opinionum planè vera
eſt; vtraque tamen aliquid veri continet. Nam
quòd Bezoardica ſaltem per accidens veneno
aduerſentur, quatenus cor roborant, falſum
eſt. Et patet id ex eo, quia, ſi Bezoardicum ſal-
tem ex accidenti venenum expelleret, ſequere-
tur, quòd omne Bezoardicum, & omne, quòd
cor valde roborat, omni veneno ex æquo aduer-
ſaretur, quod falſum. Nam primò dantur muleæ

R R r r ij

venena; quæ propria alexipharmaca requirunt, imò quodlibet venenum habet proprium alexipharmacum, ac dantur multa alexipharmaca, quæ contra vnum venenum p̄sunt, aliorum verò expugnare & expellere non valent. Deinde non rarò accidit, vt, licet venenum non expellatur è corpore, nihilominùs, quia ab alexipharmaco superatur, ac eius forma destruitur, ampliùs nocere non possit. Tertio, si alexipharmaca saltem ideo talia essent, quia sunt cordialia, omnia cordialia essent alexipharmaca, quod falsum. Atque ita alexipharmaca cor non saltem roborant, sed & venenum impugnant.

In altera verò sententia hoc admitti non potest, quod statuunt, alexipharmaca esse cordialia quo modo aduersa, & propterea nimiam quantitatem nocere, imò occidere. Contrarium potius verum est, esse cordialia similia, non quidem sicut alimenta, sed occultâ qualitate. Vbi tamen quædam est differentia. Quædam enim, quæ alimentis sunt propinquiora, vt poma citria, cydonia, melissa, & similia, maiore etiam quantitate sumpta non nocent. At quæ planè medicamentosa sunt, & fortiora, etsi & ipsa occultâ qualitate corpori nostro sunt amica; tamen ob eam ipsam in certa dosi exhibenda sunt, quæ si excedatur, harmoniam illam, quæ ex temperie manifestarum & occultarum qualitatum exsurgit, turbant, quod vel ex eo patet, quòd etiam alia, quæ saltem cordialia sunt, homini nocere possunt, nimia si quantitate sumantur, vt in croco res manifesta est.

Cordialia & alexipharmaca quomodo differant.

Ex quo apparet, quæ sit differentia inter alexipharmaca propriè dicta, & cordialia medicamenta. Equidem & cordialia omnia in morbis venenatis sunt vtilia; cum corroborent, vt veneno faciliùs resistere possint: ipsum tamè venenum non adeo expugnant, sicut alexipharmaca propriè dicta, qualia sunt margarita, corallia.

Quæ tamen omnia de veris alexipharmacis, quæ plerisque venenis contraria sunt, accipienda; cuiusmodi sunt lapis Bezoar, cornu cerui, unicornu, & alia, quorum mox fiet mentio. Præter hæc enim dantur quorundam venenorum peculiaria remedia, quæ non alexipharmaca, sed potius & ipsa venena sunt & nisi venenum contrarium, cum quo pugnent, in corpore adsit, hominem interimunt. Ita aconitum, alias omnium venenorum ocysimum, scorpionum iectibus aduersari, datum in vino calido, scribit Plinius, lib. 27. cap. 2. *Et est, inquit, aconiti natura, vt hominem occidat, nisi inueniat, quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, veluti pari iniuri inuenio. Sola hæc pugnat est, cum venenum in visceribus reperit: mirumque exitialia per se ambo cum sint, duo venena in homine committuntur, vt homo supersit.*

Quæ autem alexipharmaca sint, supra, part. 1. cap. 9. dictum, atque etiam lib. 4. de febr. cap. 5. sunt proposita. Et extat omnino alexipharmacorum talium passim magna copia, vt iniuria conqueratur Plinius, brutis naturam abundè prouidisse, hominibus nouercam veluti extitisse; quin potius benigna DEI prouidentia hæc admiratione digna est, qui vbique talia extare voluit, & quidem ita, vt, vbi in regione aliqua morbus aliquis quasi familiaris existit, ibi etiam dederit remedium, vt paria omnia essent in vniuerso. Ita in Ægypto Ilides serpentibus opposuit; iisdemque in Apulis & Lucanis ciconias; scorzeram, in Comitatu Arguillensi Scorzionibus dictis, quorum veneno nec theriaca prodest; muste-

alam in Zailam, Insula, aduersus serpentes quosdam coronatos, quasi Regulos dictos: in America, vbi lues Venetea viget, ligno Indico & Guajaco incolis prouidit. Imò non solum dedit passim alexipharmaca Creator, sed pleræque etiam monstrat, & oculis quasi subiecit, figura, & forma, maculis, colore: vt in scorpione, quod semine caudæ scorpionis effigiem gerit; echio, quod semen viperino capiti simile profert.

Notandum verò hic, alexipharmaca quædam esse communia, quæ omnibus venenis sunt communia, qualia allegatis locis sunt proposita; quædam autem certis venenis propria, quæ in specialibus de venenis tractatione proponuntur.

Cordialia tamen medicamenta, cum spiritus & robur cordis conferunt & augeant, vt veneno fortius resistere possit, & ipsa in morbis venenatis curandis vtilia sunt. Talia sunt.

Radices; tormentilla, dictamini albi. Folia; borraginis, buglossi, acetosa, melissa, scabiosa. Flores; borraginis, buglossi, violarum, rosarum, nymphææ, tunicis. Semen; citri, ocymi. Ligula & cortices, aloes, citri. Succus; citri, granatorum, aurantium, cydoniorum. Aromata; crocus, cinamomum, caryophylli. Ex animalibus; Cornu cerui, os de corde cerui, ebur, margarita. Vt & moschus, ambræ, corallia, hyacinthus, smaragdus, granati, sapphiri, terra sigillata, bolus Armenus. Quorum tamen plurima etiam venenis resistunt. Et ex his composita & parata: Sirupi;

borraginis, buglossi, de succo citri, granatorum, aurantium, acetosa, acetosella, tunicis. Conseruæ; borraginis, buglossi, rosarum, violarum, tunicis, acetosa, acetosella. Species & pulueres; de hyacintho, de gemmis, diamargariti, cordiales temperatæ, latitæ Galeni, exhilarantes Rasid. Confectio; Alchermes. Cæterum de hisce medicamentis, & præcipuè alexipharmacis, monendum primò, vtile quidem esse, vt in quocunque veneno viuere talia illa alexipharmaca vsutentur: verum si venenum notum sit, tutissimum esse, ipsi proprium alexipharmacum opponere.

Deinde monent hæc Autores, cum alexipharmaca variè temperata sint, vt frigidis venenis calida, calidis frigida, siccis humida, humidis sicca opponantur: quod vt, vbi fieri potest, non improbo; ita semper magis ad vim alexipharmacam, quæ venenis propriè opponitur, quàm ad manifestas qualitates, respiciendum censeo; & propterea etiam theriaca ac Mithridatium, quæ sunt calida, in calidis venenis non sine fructu exhibentur.

Tertio & hoc quidam monent, vt Bezoardica & cordialia rectius & citius ad cor penetrare possint, cacochymiam & plethoram prius tollendam, & obstructions aperiendas esse; cum si adsint & vires alexipharmacorum hebetent, & impedimento sint, ne ad cor faciliè penetrare possint. Verùm hæc vires veneni considerandæ. Si enim venenum potens sit, quodque homini subito nocet, nullo modo dantur induciæ; vt prius obstructions aperiri, & plethora vel cacochymia tolli possit, sed statim ad alexipharmaca accedendum; quod nisi fiat, venenum incrementum sumit, hominemque iugulat.

Tandem hoc etiam in omnium venenorum cura obseruandum ex Auicenna, 6. 4. tract. 1. cap. 1. ne, qui venenum seu ore hausit, seu extra in corpus accepit, dormiat. Etenim, primò continuo medicamentorum vsu, sæpe vomitu, sæpe aliis

De venenorum ore assumpt. curat. 1071

opus est, quæ in somno negliguntur: secundò necessarium est, vt diligenter attendatur, an symptomata, quæ à veneno excitantur, incrementum sumant, vel decreuant, quod in somno animaduerti non potest: tertio in somno venenum ad cor & interiora facile penetrat.

CAPVT VII.

De venenorum ore assumptorum curatione.

Curatio
veneno-
rum ore
sumpto-
rum.
Vomi-
toria.

CVM autem venenorum ore sumptorum, & extra in corpus immisissorum curatio aliquid peculiare habeat, de vtrisque seorsim dicemus. Et primò curationem venenorum, quæ ore sumpta sunt, quod attinet, primò danda opera, vt venenum sumptum quamprimum è corpore iterum euacuetur; quod commo dissimè fit vomitu. Vomitoria tamen non sint fortiora ac maligna, sed leniora & parata ex iis, quæ simul lentorem obtinent, vt si quæ veneni sit acrimonia & vis corrodendi, illa obtundatur, & partes internæ contra eam quasi muniantur, simulque ipsum venenum iis immistum & inuiscatum quasi facilius eiiciatur. Talia parantur ex pinguibus iusculis, oleo, butyro, lacte, decocto flor. genistæ, s. anethi, raphano & similibus. Non inuile tamen fuerit iis aliquid, quod contra venena pugnet, addere, vt cornu cerui, lapidem Bezoar, & similia: talia tamen, quæ vomitum non cohibeant. Et cum periculum sit in mora, nec semper operosè medicamenta componere, liceat, quæ ad manum sunt, vomitoria exhibere, donec alia parentur, necessarium est, ex aqua tepida vel cereuisia, multo oleo vel butyro condita, lacte. Non autem satis est, semel vomitum provocare, sed tamdiu is continuandus, donec nulla amplius veneni in ventriculo indicia ex sapore, odore, nausæa, dolore & morfu deprehendantur.

Si verò venenum ad ventriculum iam descenderit, quod facile fieri potest, intestina eodem modo clysteribus eluenda, & à veneno mundanda, vt: *R. malua, parietaria, althæa*, an. M. ij. Coq. in f. q. aq. s. Col. *R. lb. ib. ol. dulcis*, Vnc. vj. *Electuar. de psyllio* Drach. ij. M. F. Clyster.

Purgat-
ua.

Aut si materia adhuc in intestinis superioribus hæreat, nec tamen vomitu reici possit, etiam leuia purgantia vsurpanda, crassia scilicet, manna, & agaricus, vt: *R. radic. scorzonæ*, Drach. ij. *fol. acetosa*, M. s. *agaric alb.* Drach. ij. *zedoar. sem. citri*, an. Scrup. j. *flor. cordial.* an. pug. j. Coq. in aq. s. Col. *R. Vnc. iiii.* Dissolu. manna, Vnc. ij. Iterum colentur. Adde *sirupi de cortic. citri* Vnc. s. Misce. Si ad vias vrinæ conuertatur venenum, naturæ hic motus adiuuandus emulsionem seminum melonum, cui semen citri addendum, vel exhibita cassia extracta cum puluere glycyrrhizæ.

Diure-
tica.

Postquam venenum euacuatum est, aut etiam dum adhuc euacuatur, statim danda medicamenta alexipharmaca, vel communia, vel propria, si venenum notum sit, & ad manum illa sint, de quibus postea in speciali venenorum tractatione dicetur.

Ad venena tamen intus sumpta non solum vtilia sunt alexipharmaca intra, sed etiam quædam extra adhibita, qualia sunt: ol. scorpion, composit. quod à Gregorio Carauita, Chirurgo Bononiensi, inuentum, & à Clemente VII. & Operum Sennerti, Tom. III.

A Paulo III. Pontificibus Romanis, in facinorosis contra validissima venena probatum est, vt Vidus Vidius, de curat. gen. lib. 1. cap. 12. refert; vt ol. Magni Ducis Hetruriæ.

Paratur autem oleum illud Carauita, vt à Ol. Carauita Matthiolo, in praes. in lib. 6. Dioscor. describitur, hoc modo: *R. ol. commun. sui temporis vetustis. mense Maio, quo confici debet, collecti, lb. ij. fol. hyperic. virentis contus.* M. iij. Simul macerentur per 12. dies in arena, quæ ex Sole ferueat, clauso ore vasis, ne respiret. Deinde pone vas in balneum Mariæ, per horas 24. mox oleum ab herba exprimatur. Postmodum. *R. hyperici, camædrys, calamintæ, cardui ben.* an. M. j. Quæ omnia contundantur, & misceantur cum oleo, & macerentur simul tribus diebus in B. M. Deinde exprimantur. Postmodum accipe *flor hyperic.* M. iij.

Contundantur & macerentur per triduum cum oleo in B. M.

Deinde exprimantur, & ita fiat ter aut quater, vsquequò oleum sanguineum apparet. Postea accipe *sem. hyperic.* M. iij.

Contundantur, & macerentur in vino aliquantulum, in oleum iterum infundantur.

Postmodum in arena per octo dies insolentur; deinde per tres dies macerentur in B. M.

Post colentur, & exprimantur. Ita quatuor vicibus macerabis hyperici noua semina. Deinde *R. Scordij recentis, calamintæ, centaure. min. carduib. verbenacæ, dictamni Cretenf.* an. M. s.

Contusa omnia mergantur in oleum prædictum, & per biduum macerentur simul in B. M.

Deinde colentur & exprimantur, Postmodum sumantur *zedoaria, radic. dictamn. albi gentian. tormentill. aristoloch. rot.* an. Drach. iij. *scordij* M. j.

Contusa omnia macerentur in B. per tres dies continuos, colentur & exprimantur. Infundantur denud *styrac. arab. laseris*, an. Drach. vj. *baccar. iuniper.* Drach. iij. *melanthij.* Drach. ij. *cinamom.* Drach. viij. *iunc. odorat. cyperi*, an. Drach. s. *santal. alb.* Vnc. s.

D Contundantur & infundantur omnia in eodem oleo, per triduum continuum in B. macerentur.

Denum colentur, & exprimantur, modo, quo antea dictum.

Postremò 300. scorpiones, in diebus canicularibus collecti, viui in vas vitreum ponantur, quod vas ponatur super cineres calidos, & cum sudant & irascuntur, tunc superinfunde oleum in dicto vase, cauendo, ne cineres calidi frangant vas suo calore, obturato vasis orificio macerentur simul tribus diebus, colentur, exprimantur, & proiectis scorpionibus rursus in dicto oleo infundantur *rhobarb. myrræ, aloës hepatica*, an. Drach. iij. *nardi Indic.* Drach. ij. *croc.* Drach. j. *theriac. el. Mithridat.* an. Vnc. s.

E Contundenda contundantur, mox vltimò infundantur in oleo, per triduum continuum inace-

rentur in B. Deinde oleum non amplius percoletur, sed recondatur perinde ac carbolliauum.

Inunguntur autem hiis oleis ea loca, in quibus pulsus arteriarum deprehenditur, in pedibus, manibus & temporibus, vt & regio cordis; atque inunctio tribus horis interpositis repetitur.

Sunt qui & suadeant, vt homo, qui venenum sumpsit, in equi vel muli, aut asini recens

R R r r ij

aperti, calentem adhuc ventrem immittatur, vt calore venenum ad partes exteriores euocetur: quo remedio sunt vsi Alexander VI. Pontifex Romanus, & Cæsar Borgia, filius eius; sed hic non bene conualuit, ille paulò post interiit, cum ministrorum negligentia venenum in vino bibissent, quod alijs parauerant, cuius vis, priusquam id auxilium experirentur, iam ad viscera penetrauerat, ac tum alij, tum Vidus Vidius, *loc. alleg.* scribit.

Tandem, si quæ reliquæ veneni in corpore super sint, à corde & visceribus auertendæ, & ad ambitum corporis pellendæ, & per sudores euacuandæ; quod alexipharmaca itidem præstant. Et omnino vtile, & necessarium est, ab alexipharmacorum vsu non statim desistere, sed ea aliquandiu continuare, donec etiam maligna dispositio corpori impressa expugnata sit.

Lactis **in venenis vsu:** **Victus** quoque ratio talis instituat, quæ medicamentis respondeat. Lac in cibo & potu valde vtile est, scribitque Cardanus, *de venen. lib. 3. cap. 3.* se Mediolani quinque filios mercatoris cuiusdam, qui iam pro deploratis habebantur, lactis in cibo & potu conseruasse. Cibi etiam alij sint pingues & vinctuosi, vt butyrum, oleum, borrago, buglossa, ficus: & condiantur & conspergantur cardiacis & alexipharmacis, C. C. corall. margaritis, hyacintho, smaragdo, zedoaria, croco, corticibus citri.

CAPVT VIII.

De venenorum extra in corpus admissorum curatione.

Venenæ extra in corpus admissæ curationis ratio. **E**T si autem, vt supra dictum, venena in corpore extravarijs modis immittantur: tota tamen curandi ratio consistit in tribus. Primum est, vt venenum statim extrahatur, nec ad interiora serpere permittatur; secundum est, vt inhibeatur, ne ad interiora serpat, viæque ei occludantur; tertium, vt si quid veneni iam in arterias & venas sese insinuauit, & extrahi non potuit, alexipharmacis expugnetur.

Venenæ extrahentia. Primum ad venenum extrahendum, & medicamentis & Chirurgiâ vti licet. Medicamenta, quæ extrahunt, id præstant vel qualitibus manifestis, vel occultis.

Quæ manifestâ qualitate id præstant, sunt calida in tertio, vel etiam quarto gradu. Græcis ἐμασσίνα, & ἐκκλινα dicta, vt sinapi, pyrethrum, aristolochia, cyclaminus, piper, brionia, fel taurinum, calx viua, stercus caprinum, galbanum, opopanax, euphorbium, sulphur, fermentum & similia. Vt: ℞: Galbani, sagapeni, myrrha, pyrethri, an. Vnc. ℞. stercor. columbin. Vnc. iij. calamint. Drach. j. Dissoluantur gummi in aceto, & addito melle, ac oleo antiquo. F. Cataplasma. Vel: ℞. pulu. aristoloch. rotund. long. an. Vnc. iij. brionia, Vnc. j. galban. sagapen. myrrh. an. Drach. vj. ol. lauri, sambuc. an. q. l. F. Ceratum. Possunt tamen & quæ mitem habent calorem, hic vtilia esse; vt pulli vel hædi viui per medium dissecti, & calentes adhuc impositi.

Occultâ qualitate extrahunt venenum, quæ similitudine id faciunt, vt ol. scorpionum, araneorum, & ipsa animalia, quæ venenum intulerunt, imposita, & similia. De quo Galenus, *de Theriach. ad Pison. cap. 10.* Demorsus à crocodilo, crocodilinum adipem summè contulisse nouimus, obtri-

tis membris impositum. Muris aranei morsus ab eodem mure araneo contuso & imposito, sine dolore sanatur: Eodem modo & à vipera percussus liberantur, si quis illam atterat & vulnere coniungat. Sic Draco marinus dissectus, impositusque, ictui proprio medelam affert. Et pastinaca, vt Plinius, *lib. 32. cap. 5.* scribit, contra suum ictum remedio est. Et de scorpione res nota, de quo Q. Serenus:

*Et cum vulnus atrox incussit scorpium ardens,
Continuè capitur, tunc digna cade retusus
Vulneribusque aptus, fertur reuocare venenum.*

Existimat quidem Cardanus, *lib. 2. de venen. c. 10.* quædam antipathia & contrarietate prodesse, vt ol. scorpionum in punctura araneorum, cum sint inimica. Verùm si contrarietate id præstarent, potius venenum à se intrò in corpus pellerent. Vero magis consentaneum, vt dictum, talia similitudine id præstare, cum & scorpium & araneus sint venenata. Quod ipse etiam concedit, cum araneum mortuum ictui aranei imponi iubet; & ictui scorpionum scorpiones contriti imponi, vel oleum scorpionum iungi solet, vt & vesparum ictibus vesparum contrita imponuntur.

Quâ ratione autem illa medicamenta, quæ ex venenatis & alexipharmacis componuntur, qualia sunt ol. Carauitæ, seu scorpionum. compos. vt &, quod mox proponetur, Cardani oleum, & similia medicamenta, extra imposita, profint, dubium. Ego vero consentaneum esse puto, talia medicamenta partim similitudine venenum extrahere, partim extractum vi alexipharmacâ impugnare.

Ex quo patet, quid de eorum opinione sentiendum sit, qui ictibus & moribus venenatorum animalium alexiteria extra non imponenda, sed tantum exhibenda censent. Alexipharmaca enim, si extra imponantur, tantum abesse putant, vt venenum extrahant, vt etiam intus potius propellant ob contrarietatem. Quod de puris alexipharmacis verum esse, libenter concedimus. Verùm si aliquod medicamentum è venenis & alexipharmacis sit compositum, vtrumque præstare potest, venenositatem ob similitudinem attrahere, & vi alexipharmaca id impugnare; qualia sunt oleum Carauitæ, & hoc Cardani, quod *lib. 3. de ven. cap. 14.* describit ℞. ol. scorpionum. hyperici complet. an. ℞. busones viuos magnos n. iij. verberatos virgulis, donec videantur augeri viribus, viperam, sem. rutæ, scordij, an. Vnc. iij. Coq. in baln. hor. 2. Col. postea in Sole digeratur.

Tandiu autem medicamenta extrahentia continuanda, donec dolor, vitiosus color, & reliquæ symptomata circa locum affectum cessent, ac pus bonum apparere incipiat.

Secundò; ne venenum liberè serpere possit, prohibetur, si vasa, quæ in locum affectum tendunt, loco superiore vinculo rectè constringantur. Interdum etiam partem læsam præscindere præstat, quàm de vita periclitari, si nimirum talis pars sit, vt sine periculo vitæ abscindi possit, vt digitus manus vel pedis; id quod Pastor illè apud Galenum, *3. de loc. affect. c. 7.* fecit, qui à vipera in digitum morsus, illum abscidit.

Tandem si venenum iam in corpus penetrauerit, illud alexipharmacis oppugnandum & euacuandum, eodem planè modo, quem in venenis ore sumptis; *cap. præced.* explicauimus. Et quidem maturè, & statim in principio alexipharmacæ exhibenda, cum triplicem vsu habeant; scilicet, vt venenum, quod à vulnere in corpus dif-

An alexiteria venenosis ictibus imponenda.

Venenis intesticulis.

Alexipharmacæ.

funditur, à corde & visceribus repellant; illud, quod ad interiora penetrauit, extinguant; & si quæ venenata dispositio ab eo corpori inducta est, & illam tollant. Scribit quoque Cardanus, *de venen. lib. 2. cap. 10.* quosdam referre, quòd bibere vrinam propriam, secundum à mortu sit alexipharmacum, in omni morfu & icu venenato.

Monendum etiam hîc, si morsum velictum animalis venenati vlcus sequatur, id non statim consolidandum, sed diu apertum seruandum esse.

Quâ ratione vulnera venenata curanda sint, dictum est *lib. 5. part. 4. cap. 21.*

Vbi etiam, quomodo ex scarificatione vlcera maligna & venenata contracta, curanda sint, dictum.

Si venenum per vnguenta illatum sit, euacuandum & extrahendum alijs vnguentis, vt oleo scorpion. Carauitæ, & alijs antea propositis.

Si venenum suffitu vel odore admissum sit, tollendum contrarijs suffitibus & odoribus, paratis ex myrrha, succino, moscho, ambra, zibetho, ruta, ligno aspalathi, rosis, gummi anime, ligno aloës, santalis, cariophyllis, croco, styrace; atque odores ex istis, ore clauso, naribus excipiendi sunt; cum maximè cerebrum afficiatur. Vtile est & balsamum rutæ, succini. Masticatoria quoque odorata vsurpentur. Nec negligantur alexipharmaca antea proposita.

Reliqua videantur in speciali de venenis doctrina, quæ iam proponetur.

Morbi ex terrore contracti.

Generalem verò hanc de venenis doctrinam concludemus mentione eorum morborum, qui ex imaginatione, terrore, & spectris, quæ Cardanus vmbra nominat, oriuntur; cum ex terrore illo sæpe morbi grauissimi, & venenatis non dissimiles excitentur. Cardanus, *lib. 3. de venen. cap. 14.* tribus modis id fieri docet; primò, cum vna res sub alterius specie ab homine apprehenditur; secundò, cum homo imaginatur, se videre aliquid, quòd reuera non videt, atque inde terretur; tertio cum reuera spectrum aliquod à Dæmone offertur, scribitque Cardanus, *allegato loco*, quòd cum homo à spectris talibus terretur, calor reuocatur ad interiora, & mens turbatur, & idè homo amittit vocem; & si timor magis vrgeat, extrema refrigerantur, & contrahuntur, & pili cadunt, & si adhuc magis, corrumpuntur vngues, & denigrantur, & cadunt; & si corpus plenum sit malis humoribus, grauius ægrotant; ac si vires sint imbecilles, aut aliquod impedimentum ex membro aliquo imbecilli, vitæ necessario moritur æger; si non necessario, fideratur. Et omnino graua mala ex terrore induci possunt, eoque grauiora, quòd corpus est impurius, habetque imaginatio magnam vim humores, etiam bonos, corrumpendi, multò verò magis vitiosos. Ita refert Felix Platerus, *observ. lib. 1.* puellas quasdam veris initio in prata extra urbem excurrisse, & cum ad locum supplicij, vbi patibulum erat, peruenissent, illicque cadauer non ita diu suspensi vidissent, vnam ex illis lapidibus aliquoties cadauer impetuisse: quòd, cum ex impulsu fluctuaret, illa eum viuere, seque inuadere velle imaginata est, & territa, ac mœsta, & melancholica domum reuersa, & continuo timore diuexata, post dies aliquot in conuulsionem incidens, mortua est. Ibidemque narrat, quòd alia puella, sedecim annorum, sepulcrum recens apertum ingressa sit,

A feretro iam pridem illic putrefacto & aperto, in quo cadauer incorruptum matronæ cuiusdam postquam manibus cõtrexisset, & aliquo modo brachia cadaueris eleuasset, subito inde perterrefacta, donum reuersa, conuulsionibus ex terroribus adeo fuerit diuexata, vt oculi ex sua orbita prolapsi viderentur, tandemque vitam cum morte commutauerit. Idemque *lib. 1. pract.* scribit, quòd puella quædam, quæ pendentem in cruce extra urbem intuita est, in talem melancholiam incidit, quæ in conuulsionibus desinens, mortem illi intulit: & quòd mulier, quæ patibulum serò prætergrediens, metuensque, ne vrbe illic exclusa pernoctari cogeretur, in diuturnam melancholiam incidit: & quòd alia, quæ cadauer furis, qui in carcere laqueo sibi gulam fregerat, dolio, vt in profluentem proijceretur, intrudi conspexisset, animo percussa, miserè multis annis melancholica vixit. Recenset etiam huiusmodi hominum, qui ex affectibus, qui videbantur leues, vel nulli, vi metus & imaginationis, mortui sunt, historias tres Hentius ab Heer, *observ. rarar. lib. 1. observat. 6.* Primam Canonici, qui cum non lethaliter decumberet, cum se certò moriturum sibi persuassisset, & propterea extremam inunctionem petuisset, quintà horâ post Medicorum, qui nulla lethalia signa animaduertent, abitur, subito, assistentibus non animaduertentibus extinctus est: Secundam illustris Domina, quæ primo, quo quintò vterum se ferre sensit, die, indubiè se illo partu moriturâ prædixit, & ad mortem sese præparare cepit, ac mense octauo, marito suo accubans, nihil vel illo, vel pedissequis, in eodem cubiliacentibus, quicquam aduertentibus ante auroram à marito mortua inuenta est: Tertiam Illustris virginis, quæ cum non ita integrè valeret, Medico ab amicis vocato negauit, se vllis egeret medicamentis, fatalem suum diem præ foribus esse, nullo se inutilibus remedijs propediem sepeliendum corpus fatigare; dixisse Cingetam, ante finem anni viuere desituram: vigesimo octauo die, cum omnibus sanior videretur, respiratione, voce & mente constante, somno se dedit, à quo nunquam euigilauit.

D Cardanus, *loc. allegat.* quòd nonnulli ex metu de vita periclitati sunt, ideo accidisse putat, quòd cor nimis repletur, vt non possit dilatari. Ideoque primam eiusmodi affectus, à metu inductos, curandi rationem esse, existimat, vt quàm cellerrimè sanguis mittatur. Postea iubet, vt æger in balneum deducatur, sic vt respiret frigidum aërem, & fricentur artus, atque extrema aqua calidâ, donec rubescant, & liberè respiret; dentur, quæ cor confirmant, ac refrigerent, vt rosæ, santalis, eudiuia & similia. Quæ omnia vt libenter concedimus, si malum solùm circa cor hæret: ita, cum experientia doceat, cerebrum sæpissimè etiam in consensum trahi, atque inde conuulsionibus & epilepsiam excitari, necessarium est, vt medicamenta antepileptica exhibeantur; vnde etiam nostris hominibus vsitatum est, vt aquæ epilepticæ exhibeantur. Et pueris etiam, de Cardani, *alleg. loc. consilio*, si ex terrore male habeant, aut ipsos aliquid mali passuros metuantur, danda, quæ comitiali morbo puerum aduersantur, Smaragdus, pœonia, cranium hominis, vngula alcis & similia. Vtilis est & hæc aqua pueris: *æ. ag. i. lia, pœon. ceras. migror. an. Vnc. iij. margaritar. præpar. corall. præpar. C. C. præparat. an. Serup. j. facit. p. an. Serup. iij. Misce.*



P A R S S E X T A.

DE VENENIS E' MINERALIBVS
& Metallis.

CAPVT I.

De calce viua.



DOSTOYAM hæc in genere de venenis dicta sunt, proximum iam est, vt de iis in specie agamus. Cùm autem venena insiat vel mineralibus & metallis, vel plantis, vel animalibus, secundum has tres classes etiam venena in specie proponemus.

Calx viua.

Et primò mineralia & metalla quod attinet, occurrit inter ea primo loco Calx viua. Quamuis verò negare nolim, in calce, vt in lapide, et si ambusto, qualitatem aliquam malignam inesse, atque ea ratione inter venena referri posse: tamen non immeritò quis dubitauerit, an actiones omnes illæ, quibus homini nocet à venenositate eius, an non verò potius quædam ab igne proueniant. Habet enim calx viua, quod & Scaliger, *exerc. 5. sect. 8.* confitetur, & ipsa experientia probat, in se ignem, qui violentior em inimicum, aquam putæ, fugiens, ad eò sese exferit, vt tangenti manus adurat & res vicinas accendere possit. Quæ partes igneæ cùm & corpus nostrum intus adurere possint, vltione illa varia symptomata excitant.

Symptomata & signa.

Signa. Calx viua, intra corpus assumpta, perniciose excitat symptomata. Ventriculum enim, aluum & intestina erodit & excruciat, sitim inexplibilem, oris & linguæ siccitatem, faucium & gulæ asperitatem, tussim, respirandi difficultatem, dysenteriam, vrinæ suppressionem, & tandem frigiditatem extremorum, syncopen & præfocationem inducit. Id quod historia quadam pueri octo annorum probat Amatus Lusitanus, *centur. 5. curat. 91.* qui cum esset consuetus cretam edere, in calcem viuam incidit, eamque copiosè deuorauit, vnde intensissimè febricitabat, sitiebat & multum bibebat, sed eius sitis nunquam extinguebatur, ad fauces dolebat, & de ventre conquirebatur, non egerebat, nihil appetebat, vnde sexta die obiit.

Curatio.

Curatio.

E Primum statim danda opera, vt calx viua vomitu reijciatur, eiusque acrimonia lenientibus & lubricantibus obrundatur, partésque contra eius erosionem muniantur. Itaque exhibendum decoctum tepidum violarum, item fol. maluæ, althææ, & sem. maluæ, althææ, lini, oryza, cum ol. oliuarum dulc. vel butyro recenti, vt & lac pingue; item mucilag. sem. lini, maluæ, althææ, psyllij.

Venter quoque iisdem leniatur, vt & castia extracta. Vel injiciantur clysteres ex decocto

A hordei, fol. radic. & sem. maluæ althææ, mucilag. sem. psyllij, lini, castiæ, ol. violar. lini, nymphææ, & similibus.

Inter antidota recensetur fel capreoli, à Scrup. j. ad Drach. j. cum aqua calida datum, vt & fel ceruinum, Scrup. j. pondere eodem modo bibitum, terra Lemnia, Drach. ij. quantitate cum lacte sumpta.

In cibo vtilia sunt butyrum recens, iura pingua carniū, in quibus maluam decoquere, & ijs ol. amygdal. dulcium addere licet, lac tepidum, ptisanæ crenior, oryza cum lacte cocta.

CAPVT II.

De gypso.

Gypso potè C. Proculeius, Augusti Cæsaris familiaris, in maximo stomachi dolore mortem sibi conscivit, vt Plinius, *lib. 25 cap. 24.* narrat. Et Sabellicus, *lib. 4. enead. 9.* refert, quod Conrado III. Imperatore Iconium obsidente, Emmanuel, qui tum Byzantij imperabat, facinus impium & detestabile commentus est. Gypsum contusum & in speciem farinæ redactum triticeis comæatibus immiscuit, quos ex Byzantio mittebat in castra, eòque cibatu tanta vis militum breui consumpta est, vt negotio infecto, obsidionem soluere coactus sit Rex alioqui inuictus, qui suorum clade consternatus, relicta Asia, domum per Thraciam abiit.

Symptomata & signa.

Gypsum intra corpus sumptum tussim vehementem, ariditatem linguæ & faucium, grauissimumque circa os ventriculi, & stomachum dolorem ac singultum, tensionem in hypochondrijs, colicam, ventris adstrictionem excitat, ac præterea torporem, delirium, mollificationem membrorum, anxietates, syncopen parit, & strangulando jugulat.

Curatio.

E Statim danda opera, vt gypsum vomitu reijciatur, ideoque exhibenda aqua tepida cum multo butyro, aut oleo amygdalarum dulcium, vel liliorum alborum: aut aqua mulla, vel decoctum siccum cum oleo. Et quia gypsum tenacissimum est, si vomitoria lenia non iuuent, fortiora vsurpanda, atque etiam ad elleborisimum veniendum. Si ad intestina iam descenderit, clysteres ex emollientibus injiciendi. Auicennas etiam purgare iubet scammonio, vt & Rhafes, qui, 8. ad *Almansor. cap. proprio.* scammonij Drach. j. cum psyllij Drach. ij. ex iulepo dari iubet. Postea etiam vsurpanda, quæ vias lubricas faciunt, vt decoctum maluæ, radic. & sem. althææ,

sem. foeni græci, maluz, althææ, iuscula pinguis, vinum dulce cum multa aqua calida, lac caprinum, succus maluz, decoctum dactylorum & ficuum siccarum.

Specifica remedia sunt origanum ex aceto mulso propinatum, lixiuum è cinere sarmentorum vitis, aut ficulneo cinere, cum vino dulci copioso sumptum. Scribitque Guainerius, quòd Bezoar gypsi sit cints sarmentorum vitis, Drach. ij. pondere cum vino dulci, vel vino decoctionis hyssopi sumptus. Inter vera & propria gypsi antidota etiam refertur sterco muris, Drach. j. pondere ex vino potum. Laudatur & dictamnus cum oxymelite. Et vt ad alia venena delenda profunt theriaca & Mithridatium; ita in hoc veneno conferunt, à Drach. ß. ad Drach. ij. cum vino generoso exhibita.

Et quia gypsum sumptum alui pertinaces obstructions sequi solent, ea lenienda clysteribus ex decocto maluz, althææ, parietaria, flor. chamæmeli, sem. lini, cassia extracta, & oleo anethino.

CAPVT III.

De vitriolo.

Vitriolum.

Vitriolum, Græcis *χάλχαρον* (cui cognata sunt chalcitis, misy, sory, melantheria, de quibus Dioscorides, *lib. 5. cap. 74. 75. 76. 77. 78.* & Galenus, *lib. 9. de simpl. med. fac.*) inter sales, neque immerito, refertur. Et si enim non Sal purus & sincerus sit, sed sulphur etiam, & naturam metallicam æris vel ferri, & lutum minerale participat: sal tamen facile præualet. Inter venena propriè dicta referrì vix potest, nec etiam à Dioscoride, & plerisque alijs autoribus, inter ea recensetur; cum vtilissima medicamenta, in quibus nulla venenositatis apparent indicia, ex eo parentur, de quibus Chymicorum libri. Imò crudum etiam, Drach. j. pondere sumptum, aut cum melle linctum, latas ventris tineas enecat, & aduersus sumptum fungorum venenum, ex aqua, teste Dioscoride, prodest.

Symptomata & signa.

Signa.

Quia tamen crudum nauseam & vomitum excitat, quod alicuius malignitatis videtur indicium, & si copiosius sumptum fuerit, aut non statim vomitu reiiciatur, tandem ventriculum arrodit, intestina excruciat, dysenteriamque excitat, & sitim magnam infert: nonnulli inter venena eius mentionem faciunt; quos & ego sequi volui, ac docere, quomodo, si quæ praua symptomata ex vsu vitrioli crudi, vel etiam salis vitrioli, accidant, iis occurrendum sit.

Curatio.

Curatio.

Si ergo vitriolo sumpto quædam mala sequantur symptomata, danda opera, vt quamprimum vomitu planè reiiciatur, quod sit decocto anethi, vel aqua tepida, & oleo anethi, & similibus. Sedato vomitu butyrum largius sumatur, aut lac recens tepidum, cum saccharo & butyro, vel exhibeatur decoctum hordei, cum sirupo violarum.

Si erosio & cruciatus in intestinis percipiatur, clysteres lenientes, ex decocto hordei,

A maluz, oleo rosaceo & similibus, iniiciantur.

Si tamen de malignitate aliqua metus sit, antidoti loco exhibeatur terra Lemnia vel sigillata, cum mucilag. sem. cydonior. Drach. j. ex aqua hordei; vel carollum rubrum cum vino detur.

CAPVT IV.

De aqua fortis.

Aquæ separatoriæ, aliàs aquæ fortes & regia, & aquæ chrysulcæ dictæ, quæ ad corrodenda & separanda metalla ab aurifabris & Chymicis vsurpantur, à plurimis etiam inter venena referuntur. Verùm quicquid præstant, potius corrosione, quam venenositate facere videntur. Quia tamen satis graui symptomata inducunt, qua ratione iis occurrendum sit, hic non prætereundum.

Aqua fortis.

Symptomata & signa.

Statim enim violenta sua penetrandi vi, instar ignis faucium & linguæ ventriculique ac intestinorum tunicas erodunt, corrumpuntque, & nisi maturè succurratur, enecat. Cuius rei exemplum in puella quadam, quæ cum sitiens per imprudentiam lagenam, in qua aqua fortis asseruata fuerat, arripuisset, illamque bibisset, diris miserandisque cruciatibus extincta est, obseruauit Bruno Seidelius, *de morbis incurabilibus, pag. 13.*

Signa.

Curatio.

Cùm aquæ hæ subito in corpus diffundantur, citò ac maturè idonea auxilia adhibenda. Et quia omne periculum ab erosione est, statim lenientia & viscida, quæ partes internas à corrosione munt, simulque calori resistent, exhibenda. Maximè vtilis est mucil. sem. cydoniorum, qua exhibita puer ille apud Forestum, *lib. 15. obs. 30.* qui cum aquam fortem inscius bibisset, & gula præ ardore occluderetur, suffocationisque periculum immineret, præter multorum opinionem euasit. Efficax etiam est eclegma è mucil. sem. cydonior. althææ, & gummi tragacanthæ, aqua rosarum extracta, ac melle rosato & violato paratum, vt & gargarisma ex semine cydoniorum, althææ, & cucumeris, flor. rosar. violar. & verbasci, atque ex prunella, pulmonaria, fanicula, in s. q. aquæ decoctis, & melle rosato, vel oxymelite scillitico addito paratum: quorum medicamentorum ope nauta ille, apud Balduinum Ronstæum, *epist. 9.* qui cum siti æstuans, per errorem è vase, quod aquam vitæ continere suspicatus fuerat, aquæ fortis tantum, quantum sibi satis esse putaret, vno spiritu hausisset, & periculosissimis symptomatibus correptus esset, sanatus est, ac conualuit.

Curatio.

CAPVT V.

De antimonio.

Antimonium pauci eorum, qui ex professo de venenis scripserunt, venenis adnumerant. Imò Matthiolus illud venenum non esse, acriter contendit. Contra Iacobus Greuinus, de

Antimonium.

veneni, lib. 2. cap. 24. seu tract. de virib. Antimon. id A
venenum esse probare conatur, idque eo imprimis,
quod statim intra corpus assumptum, & supra & infra
hominem fatigat, & humores non electiue, vt alia
purgantia, sed serum in omni ætate, sexu, & quouis
anni tempore, nullo adhibito discrimine, tam in sano,
quam in ægro, educit, magnamque præterea lassitudinem
& virium imbecillitatem perpetuò post se relinquit. Idem
statuit Gemma, *Cyclognomica*, lib. 2. qui scribit, se
nominatim scriptos domi asseruare plures octoginta,
cum viros, tum fœminas, qui Antimonio perierint.
Verùm quod infra de argento viuo dicitur, omnino
etiam de Antimonio dicendum; id quidem non ex
eorum venenorum numero esse, è quibus nulla
vtilia medicamenta homini B exhibenda parari possunt:
interim malignitatis & venenositatis esse particeps,
vt symptomata, quæ inducit, satis indicant, & si nihil
aliud, vapores illi venenati, qui, dum igne liquefcit
antimonium, exhalant, satis testantur.

Symptomata & signa.

signa. Nam dum igne liquatur, & ad vsus, seu Chymicos,
seu alios, præparatur, adeo noxium vaporem exhalat,
vt qui eum naribus & ore hauriunt, in suffocationem,
paralytin, epilepsiam, & alia mala incidere possint.
Sumptum verò statim laboriosos & difficiles vomitus,
& alii deiectiones, dolores colicos, lipothymiam, con-
uulsiones excitat.

Curatio.

Curatio. Qui Antimonium in igne tractant, ne à vaporibus
eius venenatis lædantur, edant butyrum cum ruta,
vel bibant aquam zedoariæ, aut fumant bolum Armenum,
de quo mox. Vtile est & hoc electuarium: ꝛ. Alij, nucum
iuguland. an. M. j. Contundantur, & cum melle misceantur.
Misturæ huic addatur theriaca, Vnc. j. zedoar. Vnc. ß.
caryophyllor. nuc. moschat. an. Drach. ij. mellis des-
pumati q. s. Electuarium, quod non solum ad præseruationem
sumi, sed & linimenti loco ad nares vsurpari potest.

Si verò Antimonium seu crudum, seu malè præparatum,
seu malè exhibitum, praua symptomata excitat, primò
de cocto hordei, cum sirupo rosarum, simplicis infusionis,
ad abstergendum vtendum; sicut & clysteres abluentes
& abstergentes vsurpandi.

Postea ventriculus & intestina, & partes nutritioni dicatæ,
quæ plurimum ab Antimonio offendentur, roborandæ,
& malignitati alexipharmacis resistendum. Vtilis est
hic vini portio, in quo caryophylli & mastix costæ sunt;
cortices autem citri, & aurantiorum conditi, & cydonia
condita sæpe esitata.

Antidota, præter theriacam, sunt bolus Armenus,
cujus vim contra Antimonij malignitatem se in quatuor
Chirurgiæ studiosis probasse scribit Laurentius Ioubertus,
de peste, cap. 19. quibus cum studio cathartico præparando
non satis cautè incumbere, & eius aura venenata penè
suffocati essent, singulis boli Armeni Scrup. ij. exhibuit.
Vtile est & ol. caryophyllor. gutt. iij. quantitate,
cum pauxillo vini sumptum; vt & puluis, ex caryophyl-
lorum, mastices, & C. C. præparati, an Scrup. j. paratus,
& cum succo cydoniorum exhibitus.

Extrà ventri applicetur emplastrum de crusta

panis, vel crusta panis siliginei tosta, & vion Cretico,
vel alio generoso, aut aqua mentæ, conspersa.

CAPVT VI.

De magnete.

M Agnes an inter venena referendus sit, Auctores discrepant.
Nonnulli non omnem, sed aliquam saltem eius speciem
venenosam esse existimant. Quidam non lotum venenosum,
lotum verò ad multa vtilem esse scribunt. Imò Garzias
ab Horto, *aromat. lib. 1. cap. 56.* scribit: Non deleterius
est hic lapis, quod nonnulli voluerunt. Nam tradunt
Indiæ Orientalis incolæ, Magnetem, pauca quantitate
sumptum, adolefcentiam conseruare. Qua de re fertur
senior Rex Zeilan patinas ex Magnete iussisse confici,
in quibus cibus eius coqueretur. Hoc ipse, cui mandatum
erat negotium, mihi affirmavit. Verùm si hoc ita sese
haberet, non solum argento appensus, sed etiam auro
vix emeretur. Plura etiam de eius viribus medicis
feruntur, quæ tamen pleraque fabulosa videntur,
de quo videatur Anshelmus Boëtius, *lib. 2. de gemmis, cap. 257.*
Alij contra Auctores Magnetem simpliciter, & nulla
vel speciei, vel loturæ mentione facta, inter venena
referunt, eumque deleteriæ facultatis esse, atque intra
corpus assumptum, mentem & rationem perturbare,
& melancholicam insaniam excitare, vt & lunaticum
morbum, seu epilepsiam inducere tradunt.

De re non satis comperta plura non addimus:
De hoc tamen non dubitandum videtur, si diutius
in corpore hæreat, eum, vt reliqua mineralia ac
metalla, aliquam molestiam creaturum. Quod si
accidat, quomodo omnibus symptomatibus occurrendum
sit, ex ijs, quæ hæctenus dicta sunt, facile patet.
Nimirum si in ventriculo adhuc hæreat Magnes,
vomitu ei eiciendus. Si verò ad intestina descenderit,
clysteribus lenientibus abluendus, aut si illi non
sufficiant, purgantibus euacuandus. Deinde exhibenda,
quæ antidoti loco habeantur, Smaragdus, nimirum,
qui nouem dierum spatio ter cum vino propinetur.
Cui & C. C. & corallia addi possunt. Nonnulli
& allium commendant. Vtilis est & theriaca: vt &
alia, quæ sanguinem ac spiritus clarificant, qualia
in curatione melancholiæ propofita sunt.

CAPVT VII.

De adamante.

Eodem modo sese res de adamante habet, Adamas
qui à nonnullis etiam inter venena refertur:
ab alijs verò inter ea non enumeratur; imò de
eorum numero planè eximitur, de quo plura
lib. 3. pract. part. 2. sect. 2. cap. 7. quest. 2. dicta sunt,
quæ ibi videantur. Hoc saltem repeto, historias,
quæ adamantem venenatum non esse probant,
& numero plures, & euidentiæ facti digniores
esse: quæ verò contrarium statuunt, dubijs non
vacant. Ita etsi Bemus *lib. 1. histor. Veneta*, refert,
quendam Tristanum Cibeleum Cyprium, Ferdinandi
Regis Neapolitani legatum, adamantem, quem in annulo
gestabat, per os in stomachum

recepto, sibi mortem intulisse: tamen cum in super aquam fortem potarit, an potus aquæ fortis, vel adamas, mortis causa fuerit, dubium. Sic quidem ex Auentino referunt, venenum illud, quo Henricus VII. Luzelburgius, Romanorum Imperator, à Prædicatorum ordinis Monacho in Eucharistia interfectus est, ex adamante fuisse. Verùm vix credibile est, tantillum pulueris adamantis, quod hostiæ, quam appellant, vni admisceri potest, tantam vim habere potuisse, sed procul dubio venenum longè potentius fuit.

Quæ omnia etsi ita sese habeant: tamen ne quid prætermisum videatur, ea, quæ ab Autoribus de symptomatibus & curatione eorum, qui adamantem sumpserunt, tradita sunt, addere libet.

Symptomata & signa.

Signa.

Symptomata Adamantis, in puluerem redacti, assumptionem consequentia, vt Auctores tradunt, sunt, dolor vehementissimus stomachi & intestinorum, quem is continuum soluendo excitat, cui postea syncope accedit, quam tandem mors excipit.

Curatio.

Curatio.

Primò omnium danda opera, vt statim lapis iste è corpore expellatur, quod in principio commodissimè accidit vomitu, qui ciendus butyro, ol. oliuar. dulc. iusculis pinguibus gallinarum & castratorum, ac similibus, quæ hæcenus aliquoties sunt proposita.

Si verò ad intestina descenderit, clysteribus lubricantibus, paratis ex iisdem, vt decocto radic. althææ, malæ, sem. lini, iusculis carniū pinguibus, oleo, butyro, abstergendus. Postea dandum censent sanguinem hirci recentem vel siccum, cum iure carniū pingui: quod nisi ideo fiat, vt vrina moueatur, procul dubio ex illo, quod vulgo creditur factum, quòd sanguis hirci adamantem frangat. Nonnulli balsamū verum à Scrup. j. ad Scrup. ij. exhibendum censent. Bibatur etiam vinum clarum diureticum. Quæ si non prosint, ad generalia venenorum remedia confugiendum, simulque vulneribus & vlceribus intestinorum, ab assumpto adamante inductis, subueniendum censent.

CAPVT VIII.

De Lapide Lazuli.

Lapis Lazuli.

Lapidem Lazuli inter venena non solum Ardoynus, lib. 2. de venen. cap. 71. Guainerius, de venen. cap. 8. Eustach. Rudius, lib. 4. cap. 10. & alij recentiores numerant; sed & Græci ei *ἀνταμάντιον* *μελέως* *ἐλασσοπικόν*, *καθαροπικόν* τε καὶ *ἐλασσομαπικόν*, vim modicè exedentem, crustas gignentem, detergentem, & exalcerantem tribuunt. Quos secutus procul dubio Mesuë, de simplic. medic. scribit, quòd habeat vim adurendi, vice-randi, putrefaciendi. Et Fuchsius, lib. 1. paradox. cap. 12. vsum lapidis Armeni, qui lapidi Lazuli cognatus, in purgando concedit, lapidem Lazuli verò non ita facillè admittit, neque vllum ex veteribus Græcis auctoribus lapidem Lazuli atræ bilis purgandæ gratia exhibuisse opinatur, vt pote qui sine magno nocumento deuotari non possit. Verùm enim verò non simpliciter inter ve-

vena numerari potest, sed expurgantium saltem fortiorum, quæ omni malignitate non carent, numero est, & ab Arabibus & recentioribus in curatione morborum, ab atra bile ortorum, non infeliciter vsurpatus, vt ex Auctoribus, qui mox allegabuntur, patet. Imò Mesuës ei etiam tribuit vim confortandi, exhilarandi, & iuuentutem conseruandi. Qua de causa eum procul dubio Arabes in confectionem Alkermes acceperunt. De quibus lapidis Lazuli in medicina facultatibus, videatur Mesuës, lib. 1. de simpl. Aui-cennas, lib. 2. tract. 2. de virib. cord. Alexander Tral-lianus, lib. 1. cap. 15. Guainerius, de melanchol. & mania. Antonius Musa Brassauolus, de med. pur-gant. Scaliger, exerc. 272.

Symptomata & signa.

Si tamen accidat, vt non rectè præparatus, vel nimia quantitate assumatur, ventriculi subuersionem, & vomitum, inappotentiam, ventrisque dolorem parit, & vt nonnulli addunt, tristitiam & sollicitudinem inducit.

Curatio.

Curatio, vt reliquorum venenorum erodientium, consistit in eo, vt primò vomitu reiciatur, & clysteribus lenientibus & abstergentibus per aluum educatur.

Deinde vt exhibeantur ea, quæ vim corroden-ditemperant, imprimis lac tepidum, asininum præcipuè, quod ijs, qui lapidem hunc hauserunt, septem continuis diebus propinare iubet Con-ciliator.

Bezoar verò huius veneni succinum, ad Drach. ij. sumptum, esse, idem scribit.

CAPVT IV.

De Arsenico, Auripigmento, Sandaracha, & Realgare.

Arsenicum duplex est; alterum natium, alterum factitium. Natium, quod spontè eritur è metallis iterum duplex est, auripigmentum, seu Arsenicum aureum citrinum, & Sandaracha, seu Arsenicum rubrum. Hæc ambo eiusdem sunt generis & facultatis. Nam in iisdem mineris vel focinis nascuntur & reperiuntur, atque iisdem qualitatibus venenatis prædita sunt. Factitium itidem duplex est: aliud album & crystallinum, quod fit ex auripigmento, seu arsenico citrino, & sandaracha, seu arsenico rubro, per sublimationem, & hoc vt plurimum absolute vocatur Arsenicum; aliud Realgar & Realgallum dictum, quod fit ex auripigmento & sulphure, vel solis, vel addita calce viua, aut sale, simul mistis & combustis, seu calcinatis.

Symptomata & signa.

Intra corpus assumptæ quatuor illæ Arsenici species, eodem ferè inferunt symptomata, eaque grassissima. Quæ, vt modò exponentur, si ingruant, diligenter inquirendum, an tale quid assumptum fuerit, Sæpe enim factum, vt per errorem Arsenicum album ad glires necandos, vel alios vsus asseruatum, propinatum fuerit. Quod nisi statim patefiat, & medicamentis idoneis

ægro succurratur, de vita eius actum est. Ita refert Forestus, *lib. 30. obseru. 8.* historiam de famula quadam, quæ per errorem Arsenicum, amyllum aut saccharum esse existimans, gustauit; & aliam de quatuor pueris, quibus loco pulueris C. C. vsti, ad vermes occidendos, Arsenicum album à matre exhibitum fuit. Idem, *lib. eodem obseru. 5.* narrat, quandam aromatarij cuiusdam famulam, cum chartulam, Arsenico repletam, in officina relictam inuenisset, & iuri piscium, pro saccharo, per imprudentiam immiscuisset, non solum seipsam, sed & heram & puerum veneno infecisse. Quale quid & hic apud vicinam meam accidisse, iam semel atque iterum supra retuli. Cum enim duo eius liberi vomitu & grauissimis ventris torminibus torquerentur, vt de veneno propinato dubius amplius non essem, & quid cum ijs actum fuerit, quærerem matrem que responderet, se in balneum ituris, sudoris ciendi gratia, C. C. præparatum, cum sirupo fumaris, exhibuisse, vt C. C. illud mihi monstraret, iussi. Id cum afferret, & mihi porrigeret, ipso pondere statim, non C. C. sed minerale quoddam esse deprehendi, Arsenicum verò esse statim vidi.

Symptomata autem, quæ arsenico sumpto excitantur, sunt ventris & intestinorum cruciatus vehementissimus, vomitus, sitis inextinguibilis, linguæ, faucium & gulæ ariditas & asperitas, spirandi difficultas, tussis, singultus, vomitus. Sequitur non raro etiam dysenteria & vrinæ suppressio. Interdum spasmus & paralytis accedit, & tandem mors superuenit.

Sandaracha tamen mitior est, quam auripigmentum. Mitiora quoque sunt symptomata, quæ auripigmentum sequuntur, quam quæ arsenicum album crystallinum, quod omnium perniciosissimum est. Mitius quidem Arsenico albo, sed peius auripigmento est Realgar. Hinc symptomata affert ijs similia, quæ Arsenicum album sequuntur, licet paulum remissiora. Aëstuationes enim ingentes, exsiccationemque & consumptionem humiditatis extremam inducit, ita, vt, nisi breui tempore succurratur, æger aut moriturus, aut paralyticus, vel contractus in membris remaneat. Refertque Conciator, *tract. de venen.* se vidisse & curasse iuuenem, qui, cum ipsi datum esset cum hepate porci affato Realgar tritum, mortem quidem euaserit, sed circa omnes iuncturas quasi immobilis remanserit.

Neque solum ore sumptum, sed & extra adhibitum Arsenicum & Realgar nocent. De pictore, qui, cum capsulam, Realgare repletam, diu conclusam aperuisset, in lypothymiam incidit, & totâ facie tumidus euasit, ac alexipharmacis curatus est, *supra dixi.* Amatus Lusitanus, *centur. 2. curat. 34.* narrat, iuuenem quendam Florentinum, qui cum scabie, vniuersum eius corpus occupante, scædaretur, vnguento, cui Arsenicum commistum erat, præter Medicorum consilium, se illeuisset, manè mortuum in lecto inuentum fuisse: & alium quendam, ob similem inunctionem, in insaniam deuenisse.

Prognostica.

Prognostica.

1 Nisi statim præsentanea opera succurratur, de vita periclitatur æger. Ita puer ille vicini mei, de quo dixi, intra sex horas mortuus est.

2 Quidam tamen non mox moriuntur, sed longiore tempore vitam trahunt, at miserissimam. Sic

A Amatus Lusitanus, *centur. 2. curat. 65.* refert de puero quodam, 12. annorum, qui Arsenico sumpto paulatim tabidus ac marcidus factus, intra annum obiit. Similia exempla habet Forestus, *lib. 30. obs. 8. in Scholio, & lib. 18. obseru. 28. in Scholio,* vbi scribit, se nouisse, qui multos annos superuixere, sed in magna mileria, cruribus resolutis, vt vix incedere possent. Ita puella illa, cuius fratrem post sex horas mortuum esse dixi, cum largiter vomeret, & alexipharmacis vteretur, euasit quidem, vt sana videretur: sed anno ætatis 21. in scædissimam scabiem, & grauissimam cachexiam incidit, vt nulla diligentia adhibita curari potuerit, sed diem suum obiit.

Curatio.

Curatio. Curationem quod attinet, cum omnes istæ Arsenici species eadem qualitate venenosa præditæ sint, eademque inferant symptomata, ijsdem quoque opus habent remedijs. Ratio curationis in hoc consistit, vt primò statim vomitus prouocetur. Prouocandus autem est vomitus, & sæpe iterandus pinguibus, & acrimoniam venenorum simul hebetantibus ac obtundentibus, butyro nimirum, cum aqua calida, vel decocto sem. rapi, atriplicis, in quo butyrum recens, aut ol. lini vel rosaceum sit liquefactum, vel quocunque liquore pingui copioso.

Deinde si cruciatus intestina affligant, clysteres ex decocto fol. malux, althææ, flor. violar. verbalci, sem. lini, malux, confecti, quibus & ol. violar. & pulpa cassiæ admixta sint, applicentur. Iidem parari possunt ex iure pingui, cremore ptisanæ, lacte asinæ, quibus mucilago sem. pyllij, malux, & cydomorum addi potest.

Postea exhibeantur ea, quæ visciditate & lubricitate sua viscera à vi arsenici erodente muniant. Vbi plurimum confert, & vtilissimum est lac bubulum, si in magna quantitate bibatur. Quæ ratione octo pueros, cuiusdam rustici liberos, vt & Psaltriam, & meretricem quandam Veronensem, vna cum patre & matre, quorum illi ranas farina arsenico infecta inuolutas, & oleo fixas, hi pisces in oleo, cum sale & agresta frixos, & Arsenico itidem infectos ederant, liberatos esse scribit Ioan. Baptista Montanus, *consil. 367.* Butyrum etiam, ac oleum copiose sumptum hic vtilissimum est, sicut & ol. amygdal. dulc. ac iuscula pingua, cremor ptisanæ, & oryza, cum lacte cocta, inque cibis sumpta. Dioscorides, præter iura pingua, succum althææ & malux, cum vtræque vim lubricandi habeat, vt & decoctum seminis lini, tragi, orizæ, & lac cum aqua mulsæ copiosum dare præcipit. Vtilis est & sirupus violaceus, cum decocto sem. lini. aut malux, aut hordei.

Mercurialis, *de venen. lib. 2. cap. 9.* præ ceteris mirificè conferre scribit aquam, si is, qui sumpsit arsenicum, statim eam copiosè bibat, atque suam assertionem probare conatur exemplo, primò, canum, quos quandoque in cauernas, vbi arsenicum erat, à se missos, atque exanimis extractos, vbi cum copia bibedi aquam facta esset, reuixisse vidit; secundo, murium, quos, si accepto arsenico aquam biberint, liberari ferunt; tertio, vulpium, de quibus Plutarchus, *6. symposiac. cap. 2.* refert, quod vbi degustarint amygdal. amaras, præ insigni siccitate intereant, nisi aquam bibant. Verùm vt aquam non improbo; ita Forestus, *lib. 30. obs. 5.* aquæ frigidæ potum

rectè

rectè improbare videtur, quòd ea venenum non reprimat, sed ipsum potius in corpore suâ frigiditate retineat. Tepida copiosè vsque ad vomitum bibita commodior videtur.

Tandem specifica huius veneni antidota exhibeantur. Talia sunt primò crystallus fossilis puluerisatus, Drach. j. pondere ex ol. amygdal. dulc. recenti potus, quem pro præstantissimo & proprio arsenicalis veneni antidoto habent Petrus Apponensis, Guainerius, Matthiolus, & alij passim. Secundò ol. è nucleis pini, Drach. iij. pondere exhibitum in potu.

Vel: *B. pinear. contritar.* Vnc. iij. atque infundantur in aq. lb. j. horis aliquot, & postea exprimentur: atque postmodum expressa propinentur. Tertiò utilis etiam est lapis Bezoar Orientalis, quod probat historia illa, quam recenset Claudius Richardus, in *descriptione lapidis Bezoar, tractat. Iordani de peste adiuncta*, de quodam adolescente, 20. annorum, qui, cum ipsi Viennæ in carcere Arsenici Drach. ß. cum saccharo exhibitus, & mox ad horam lapidis Bezoar gr. x. in aq. borrag. in potu data essent, à morte conservatus est. Quartò Matthiolus antidotum vnam omnium præstantissimam contra mortiferam arsenici, & aliorum quoque venenorum, vim esse scribit pulu. Ferdinandi I. Archiducis Austriæ, quo Pragæ quidam suspensio damnatus, & alij alibi seruati fuerint. Sed descriptionem istius medicamenti non addit. Forsan est puluis Cæsaris rubeus dictus. Ponzettus expertum remedium cuiuslibet veneni grossi & sicci, cui associatur tussis, (quale Arsenicum est) esse scribit Serapinum, dummodò odorem galbani habeat, & colorem rubrum clarum, & interius album, Drach. j. pondere, vsque ad aureum, infusum in aqua mellis, vel decocto rutæ; cum alijs verò medicamentis sufficere Drach. ß. vsque ad Drach. j.

CAPVT X.

De ære, eiusque Squama, flore, ære vsto, & viridi æris.

ÆS siue cuprum, Græcis, *χάλκος*, venenata qualitate etiam non caret, qua & esculenta & potulenta, (præsertim quæ aceto aut vino condiuntur) vt & cereuisia, si in vasis cupreis coquantur, vt diutius seruentur, imbuuntur. Quæ postea intra corpus assumpta, ventriculum turbant, nauseam, vomitiones, ariditatem linguæ, & erosiones ventriculi, dolorè, nque & fluxus ventris excitant. Ipsi æris assumptionem præter dicta symptomata, aliquando & vlcera intestinorum, difficultas anhelitus & suffocatio sequi solent.

E cupro verò conficiuntur æs vstum, flos æris, Squama æris, & ærugo, siue viride æris, de quorum facultatibus Medicis Dioscorides, *lib. 5 cap. 47. & seqq.* Galenus, *lib. 9. de simpl. med. fac.*

Intra corpus verò assumptum æs vstum ventriculum subuertit, coctionem extinguit, & cruciatus intestinorum infert.

Squama æris, seu scoria cupri, eiusdem fere cum ipso ære naturæ est, in corpus assumpta, eadem symptomata, quæ æs, sed aliquanto vehementiora, & ijs, quæ æs vstum inducit, ferè similia, excitat. Intolerabiles enim alui fluxiones mouet, aut noxias vomitiones concitat, obor-

Operum Sennerti, Tom. III.

tis inde molestissimis alui & ventriculi punctio-

nibus. Flos æris quoque eadem symptomata infert, Flos pulmonem insuper coarctat, & interdum suffocat.

Ærugo, siue viride æris, intra corpus assumptum; perniciosum venenum est, & grauissima infert symptomata, ferè, similia ijs, quæ sequuntur assumptionem arsenici Eandem enim vim habet, & præter alia mala, vehementem dolorem pungentem, & corrosionem ac moidicationem in gutture, stomacho & intestinis inducit; vnde quandoque vomitus continuus, ac fluxus dysentericus oritur, interdum & vrina retinetur. Postea guttur constringitur, respiratio intercipitur, adeo vt violenter æger suffocetur & extinguatur: scribitque Rases, 20. *continent. cap. 2.* vitidis æris aureum vnum vno die interficere.

Curat.

Siue quis esculenta & potulenta cupro infecta, Curatio siue Squamam æris, siue æruginem ipsam assumptionem plerit, communi, vt hactenus de alijs venenis sæpe dictum, curandi ratio est, vt quicquid assumptum fuerit, euomatur, & vomitus aqua tepida, cum oleo oliuarum, vel oleo anethi, aut butyro, ac similibus prouocetur: alius verò clystere ex decocto maluæ, althææ, violarum, hordei, sem. fœnigræci, psyllij, althææ, addito melle, oleo communi, rosar. amygdal. dulc. vel chamæmelino eluatur.

Postea accipiat lac & præcipuè asininum, butyrum recens, iuscula carnum pingua, mucil. sem. fœnigræci, psyllij, althææ, maluæ & lini, sirupus item & iulepus violarum, cum aqua frigida. Nonnulli pinguedinem ouium valde commendant. Hinc nonnulli suadent, vt inus venter ol. rosaceo calido, vel mastichino inungatur; in quo quidam ægros in balneum, in quo hircorum capita ebullirent, aut ingens limacum vel cochlearum numerus, vel in balneum ex oleo oliuarum immittendos esse censent.

Antidoti loco exhibeatur bolus Armenus, Drach. ij. quantitate, cum hydromelite, vel terra Lemnia aut sigillata, Drach. j. quantitate, cum vino. Vtilis est & succus menthæ, cum potu datus, aut succus apij, Drach. ij. quantitate cum vino sumptus; item succus radic. acori, Drach. ij. vel iij. quantitate, cum vino exhibitus: corallia rubra præparata, Drach. ij. pondere, cum vino data, puluis item zedoariæ, Drach. j. pondere exhibitus, & ol. anisi, Scrup. j. quantitate, cum vino sumptum. Et præter hæc theriaca, Drach. ij. quantitate propinata.

CAPVT XI.

De aurichalco, & scobina campanarum.

CVM Aurichalcum magna parte ex cupro constet, eandem in se retinet virulentiam, chalcum: & cibus portionibusque acidis, in eo coctis, comunicat, & quocumque modo sumptum, vt æs nocet, eademque symptomata inducit, ac eandem curationem postulat.

Et cum campanæ etiam ex ære; & alijs metallis constent, scobina earum veneni modo nocere potest. De qua re Iacobus Horstius, in *commentu. ad Lemnium, de oculis natura miraculis*, ita

SSS

scribit. Nobilis matrona, *inquit*, in summo vitæ discrimine constituta erat, ut quæ imprudens deliræ anus consilium secuta fuerat, quæ certam, ut solent, præsentemque stipulata salutem, ab exhibita scobina, vel rasura de campana, in vino rubeo, violento vomitu diuexabatur, & aluus vehementer ei subducebatur. Vnde corpus quasi à veneno intumuit. Subsecuti immanes capitis & ventriculi dolores, vertigines & punções, tandem in phrenitidem incidit: quæ cum nonnihil mentem recepisset, semper sensit rosiones in ventriculo, lancinationes, quasi acubus transfixus esset. Ego adhibitis catapotijs & hypagogis scobinam expurgavi, & dilucidè in chartam asumptam, alijs visendam exhibui. Et omnino si quid tale sumptum sit, eadem curatio, quæ de

A rissimè monstrat historia, quam Fernelius, *de lue Venere. cap. 7.* refert. Ea verò etsi supra etiam allata sit, & hoc loco non prætereunda videtur. Amicus quidam meus, *inquit*, hisce diebus destillationi è capite, interdum in cervicem & scapulas, interdum in pedum articulos obnoxius: qua tamen superueniente iustis vacationibus haud agrè liberari solebat: Huic à me iam doloribus liberato Empyricus quidam plumbi pulverem aduersus arthritidem ita commendauit, ut in eo solo eius recurrentis præcautionem positam esse, statim persuaderet. Cuius idcirco usum amplexus, pulveris eius sesquibram ex iusculis, ex vino & pyris coctis, alijsque cibis, sacchari loco, dierum quindecim spatio, absumpsit. Sed diu boni, quot quantaque incommoda statim perlenit. Dyssenteria crudelis, febri stipata, die duodecimo exorta est, cum grauissimis non ventris solum, sed & ventriculi consionibus, ad eam spinæ dorsi partem, in quam os ipsius incumbit, pertinentibus. Ventriculi tanta dissolutio, tanta oris oblatio subsecuta est, ut ne contractum vel blandissimum ferre posset. Et quæcunque ingerebantur, vel in plumbeum uiderem, vel in mucorem tenuissimum versa, mox reuomebantur. Inde ructuua tanta edebatur copia, ut in flatu omnia abire viderentur. Sedata dyssenteria grauis illi ventris, lumborum & ventriculi cruciatus dies 20. perseuerarunt, cum incendijs interni molestissimo sensu totidemque noctes peregit insomnes. Atque hoc temporis interuallo licet sitis ipsum non valde exercuerit, appetencia tamen semper prostrata iacuit, nec aluus quicquam, nisi vel clystère, vel cathartico medicamento proritata, reddidit, & quæcunque tum infra, tum supra, aut sponte, aut artis beneficio prodire, plumbeo colore infecta erant omnia, suam illam qualitatem internis partibus pertinaciter adeo impresserat. Interim exorto ictero corpus totum fœdatum apparuit, ac sanguis, sedata dyssenteria, ad febris curationem relerata vena detractus, totus flauus, biliosus ac spinosus deprehensus est.

CAPVT XII.

De ferro, scoria ferri, & ferrugine.

Ferum. **E** quidem ferrum, & præcipuè chalybs, sæpe loco medicamenti exhibetur, non solum Chymicè præparatus, sed etiam crudus & limatus solum, sine omni noxa, imò cum ægrorum commodo. Aliquando tamen accidit, ut, si vel nimia copia fumatur, vel diutius in corpore hæreat, ac in ferruginem quasi mutetur, etiam noceat.

Symptomata & signa.

Signa. Tum enim in ventre dolor vehemens, siccitas oris, & totius corporis inflammatio sequi solet. Quandoque & vomitus & vehemens capitis dolor.

Curatio.

Curatio. Curatio eodem modo ferè perficitur, ut de ære modò dictum. Si enim ferrum vel ferrugo adhuc in ventriculo hæreat, vomitu, ut dictum, euacuandum. Si in intestina descenderit, clysteribus lenientibus abstergendum. Vel etiam lenientia & purgantia exhibenda, ut manna, pilulæ stomachicæ, & similia.

Postea exhibendum lac, butyrum, & iura pinguia.

Bezoar eius plerique Magnetem, Drach. j. pondere, vel cum vino, vel cum succo Mercurialis, in pilulas conformatum esse, ipsùmque se associando extrahere scribunt.

CAPVT XIII.

De plumbo.

Num- **E** T si plumbum, si integrum deglutiatur, & per aluum reddatur, nihil damni homini inferat: tamen si comminutum diu in corpore hæreat, & resoluatur, grauissima symptomata inducit. Quod etiam intelligendum de plumbo iusto, de recrementis seu scoria plumbi, & alijs, quæ è plumbo fiunt, de quibus Dioscorides, *lib. 5. cap. 55. & seqq.* agit.

Symptomata & signa.

Signa. Plumbum autem sumptum etiam symptomata grauissima affert. Et quantum nocere possit, cla-

D Curationem plumbo sumpto plerique eandem censent, quæ cerussa vel lichargyro sumpto adhiberi solet. Verùm de vomitu hoc mihi monendum videtur, eum non ita esse necessarium, si rasura plumbi saltem assumpta sit. Cùm enim plumbum nihil noceat, nisi in corpore resoluatur, ut ex historia, è Fernelio modò allegata, patet, vix verò credibile sit, & illa ipsa historia doceat in ventriculo id resolui, vomitorijs opus non videtur. Si tamen plumbum vltum exhibitum sit, vomitus non inutilis videtur. In non vltò verò satis est, vbi iam ad intestina descendit, & malignitatem suam exserere incipit, acrimoniam eius temperantia & abstergentia vsurpare. Laudatur propterea lac asininum, ut & aliorum animalium. Item decoctum maluarum, althææ, sem. lini, hydromel. ol. amygdalarum dulcium.

Bezoar quasi plumbi vlti sunt grana cydoniorum excorticata & trita, Drach. ij. pondere, in potu cum vino dulci data. Vtile est etiam, quotidie, vsque ad diem quintum, theriacæ Drach. ij. cum aqua mellis vel vino propinare.

Stannum cum magis defæcatum sit, minùs quidem malignum est, quàm plumbum nigrum. Intra corpus tamen sumptum, eadem ferè, quæ

Curatio.

De cerussa, de minio, & de lithargyro. 1081

plumbum, infert symptomata, quæ iisdem quoque remedijs quibus plumbum sumptum consequentia symptomata, curanda sunt.

CAPVT XV.

De minio.

Minimum nostrum, quod ex plumbo conficitur, (veterum enim Minium minerale erat, è quo argentum viuum parabatur) eandem ferè vim habet, quam plumbum, cerussa, & alia è lithargyro parata medicamenta; & proinde sumptum eadem, quæ illa, excitat symptomata.

Symptomata & signa.

B Imprimis verò ventriculum & intestina laedit, & hinc ructum, singultum, nauseam, vomitum, alui fluxionem, & reliqua, quæ modò dicta sunt, symptomata excitat.

Curatio.

Ideoque etiam statim vomitorium, ex sem. rap. vel atriplicis, cum butyro recenti, oleo communi, anethino, vel alio exhibendum.

Deinde iniiciatur clyster ex decocto radic. althææ, maluæ & granor. iuniperi, cum ol. lilior. albor. & anethi, vel ex aqua mellita & oleo.

Antidoti loco exhibeatur spodium de ebore vltro Drach. ij. pondere, ex vino: item theriaca & Mithridatium.

CAPVT XVI.

De lithargyro.

Lithargyrum et si quinque modis fiat, vt apud Agricolum videre est: daæ tamen species in communi vsu sunt; album videlicet, quod ob colorem, lithargyrum argenti, & fuluum, quod ob similitudinem coloris, lithargyrum auri nominatur.

Symptomata & signa.

Symptomata lithargyrum intra corpus sumptum consequentia ista recenset Dioscorides, lib. 7. cap. 27. Gravitationem nimirum stomachi, ventriculi, & intestinorum, cum magnis doloribus affert, nonnunquam intestina vulnerat, urinamque supprimit; corpus intumescit, plumbeamque deformitatem concipit. Præter hæc, vt Aëtius, Auicennas & alij referunt, alia etiam mala eueniunt, compagine nempè articulorum incenduntur & ardent, intestina exulcerantur, vnde ventris fluxus superuenit, & aliquando egreditur, & prominet intestinum; nonnunquam aluus supprimitur: in superioribus inflatio apparet, flatulque sese reuoluentes per medium ventrem, & iuxta vmbilicum. murmurant, mirisque cruciatibus hominem affligunt; sæpe etiam ileos suboritur, lingua grauatur, sermo impeditur, spuma in ore adest, & constrictio anhelitus, respiratio intercipitur, fœdus ex ore halitus redditur, lingua inflammatur, corpus totum liuido colore tingitur, facultas motrix artuum impeditur, tandemque inualefcente malo suffocatio sequitur.

Curatio.

Quoad curationem, primò danda opera, vt li-

SSII ij

Curatio.

CAPVT XIV.

De cerussa.

Cerussa. **E** Plumbo fit cerussa, minium & lithargyrum, de quibus iam ordinis ratione dicendum.

Cerussa fit ex plumbo, aceti vapore corrosivo, & propterea eadem symptomata, quæ plumbum, excitat.

Symptomata & signa.

Signa. Sumpta nimirum cerussa mox palatum, lingua, gingiuæ & dentes albedine quadam inficiuntur, sequiturque singultus, vomendi desiderium, linguæ ariditas faucium asperitas, tussis, ventriculi & ventris punctiones, præcordiorum tensio, anhelitus difficultas, sanguinis per aluum egestio, tenesmus, præterea caput turbatur, & sæpius in ipsa luce ante oculos vana quædam phantasmata se conspiciere putant ægri; alias sunt somnolenti, membra torpescunt, & neque manus neque pedes suum officium faciunt. Urinæ modò nigra, modò cruentæ excernuntur, & tandem extrema frangunt, ægrique pereunt.

Curatio.

Curatio. Vt in alijs venenis, ita & hæc danda opera, vt venenum haustum quamprimum per vomitum vel aluum excernatur. Ad quam rem vtilia sunt decoctum sem. atriplicis & rap. radic. maluæ, ficuum, vt & aqua mullâ, ol. liliorum, irinum, selsaminum, & similia.

Clysteres parentur ex decocto brassicæ, caulium rubrorum, parietariæ, cardui bened. centa. min. diaphænico, ol. communi, lilior. albor. costino.

Evacuato per vomitum & clysteres veneno, acrimonia eius relicta temperanda lacte calido, decocto caricarum, radic. & sem. maluæ, althææ, mucilag. sem. lini, fœniculi, psylli, maluæ, althææ, ex hydromelite, ol. amygdalar. dulcium, selsamino, lin. Laudatur & aqua, quæ est in folijs vlm. & gummi vlm.

Tandem exhibenda quæ abstergunt, urinam pellunt, ac venenatæ qualitati resistunt. Hinc ad reliquias veneni expellendas commendatur lixiuum, è cinere sarmentorum vitis paratum, cum aqua mullâ. Et Rhases, 8. ad Almansor. cap. propr. succum absinthij cum hydromelite multoties, vnius aurei pondere bibendum scribit, donec vrina prouocetur. In quem finem & decoctum sem. apij, fœniculi, anisi, exhiberi potest. Malignitati resistunt etiam folia fraxini, nuces iuglandes, ol. angelicæ, theriaca & Mithridatium, cum optimo vino sumpta.

In potu vtilia sunt lac caprinum, malua, caricæ, vinum album meracum, hycromel. A somno, quantum fieri potest, æger prohibendus.

thargyrum sumptum vomitu rejiciatur: deinde curandum, ne partes internæ arrodantur; imprimis verò malignæ lythargyri qualitati resistendum.

Itaque primò vomitus concitandus decocto anethi, ficuum, dactylorum, cum butyro vel oleo, & si vomitus non satis procedat, vomitoria aliquoties repetenda.

Postea clysteres aluum lenientes & lubrificantes, simulque purgantes injiciendi, parati ex hydromelite, decocto centaur. minor, anetho, hydromelite, hiera picra, ol. rutæ, pinguedine gallinarum & similibus.

Si vomitus non satis processerit & symptomata ingrauescant, Rhases, 8. ad *Almanser. cap. prop.* Auicennas & alij scammonium, & alia purgantia exhibere iubent.

Deinde exhibenda, quæ erosionem prohibent, ol. amygdal. dulc. butyrum recens, cum cereuisia calida, lac recens tepidum, alininum præcipue, iura pinguis, è carne bubula, vitulina, gallinarum & pullorum gallinaceorum.

Simul etiam exhibenda medicamenta, quæ malignitati resistunt, vimque aperiendi & vrinam mouendi habent. In quem usum imprimis commendatur myrrha, cuius duos obolos Nicander exhibet, Aëtius obolos tres ex vino, Auicennas Drach. iij. item ex vino, Ægineta denarios octo, Dioscorides Drach. viij. præscribit. Sed locum deprauatum non immerito suspicantur Matthiolus & Greuinus, quantitasque nimia videtur, possuntque sufficere Drach. j. vel Drach. ij. Præter myrrham, hyssopum, sem. apij, piper, ligustri florem ex vino. Alij etiam hypericum. Rhases hoc medicamentum dare iubet: *Æ. sem. a; n; myrrha, an. aur. ij. absinthij, aur. j.* Misce cum sapa. Dosis aurei ij. Vel *Æ. sem. apij, absinthij, an. part. æqual. piperis Drach. ß.* Detur pondus aurei ij. cum vino.

Commendatur & spica Celtica ac stercus columbinum, an. Drach. j. pondere, cum vino decoctionis apij. Vtile est & syluestris hormini semen, vt & succus eiusdem, cum vino pota. Laudatur & columbarum & palumborum stercus, ex vino vel mulso exhibitum, vt modo dictum, teste Dioscoride, Aëtio & Auicenna. Petrus Apponensis Bezoar lithargyri semen ceruæ, vel cataputiz maioris esse scribit, tritum & datum in potu, Drach. ij. pondere. Verùm cum facultatis admodum deiectionis sit medicamentum, Drach. j. se non excessurum scribit Matthiolus. Vtilis est & aqua destillata è baccis iuniperi, item oleum angelicæ, vt & theriaca, Drach. ij. pondere cum vino generoso sumpta.

Ante cibum fumantur caricæ: in cibo verò carnes agninae frequenter fumantur.

CAPVT XVII.

De argento viuo tum crudo, tum sublato, tum præcipitato.

Hydargyrum.

DE hydrargyri, seu argenti viui, quod Chymici vulgò Mercurium nominant, natura, de consens. & dissens. Chym. cum Galen. cap. 9. & supra, part. 4. cap. 21. dictum, ibique duo imprimis explicata. Primò, an argentum viuum sit calidum vel frigidum. Deinde, an venenatæ naturæ sit. Quæ hic repetere velle inutilis operæ foret. Ideoque

A quæ de alijs venenis dicta sunt, hinc etiam solum explicanda restant, nimirum quæ symptomata & damna inferat argentum viuum sumptum; deinde quomodo ijs occurrendum sit. Triplici autem modo argentum viuum sumi potest, nimirum crudum, quo pertinet vapor ab eo exhalans: Deinde sublimatum: tertio præcipitatum. Quæ quomodo parentur; passim è Chymicorum libris patet.

Crudū.

Sublimatum. Præcipitatum.

Symptomata & signa.

B Et si argentum viuum haustum, vt *loc. allegat.* Signa dictum, sæpe innoxium sit, atque ægrè parturientibus, sicut & infantibus, ad vermes necandos, vtiliter exhibitum fuerit à peritissimis Medicis, quandoque etiam casu & incuria, magna quantitate haustum legatur: tamen tum solum id accidit; cum iterum statim per aluum pondere & volubilitate sua elabatur. Si verò in aliqua cauitate partium diutius hæreat, vel si alteri medicamento, quod vim habeat, illud in corpore retinendi admisceatur, aut alia de causa retineatur, grauiora mala, imo mortem inferre potest. Eadem præstat fumus ex argento viuo, ore haustus; nec innoxium est, si extra inunctum in corpus penetret. Perniciosius est præcipitatum, maximè perniciosum sublimatum.

C Etenim argentum viuum, non extinctum nec præparatum, si in corpore hæreat, stomachum & intestina lædit, non quidem pondere, seu grauitate sua, vt credit Dioscorides, lib. 6. cap. 28. sed vi maligna sua & erodente; flatus magnos excitat, doloresque ventriculi & intestinorum vehementissimos, ijs similes, qui in torminibus percipiuntur, quæ ab erosione intestinorum contingunt, & aliquando deiectiones alui liquidas, cum grauitate stomachi, & grauedine totius corporis. Et si diu retineatur, & non egrediatur, accedit vrinæ suppressio, ob dolorem, qui fluxionem in partibus internis mouet, quæ meatus obstruit. Vnde postea totum corpus intumescit, & colorem plumbeum siue liuescentem refert, ob humores ab eo infectos & inquinatos. Fædum quoque ægri ex ore halitum emittunt, quem & ijs percipiunt, qui argento viuo in lue Gallica inunguntur. Tandem inducit paralyfin membris, quibus adhæret; aliquando etiam epilepsiam, apoplexiam, syncopen, & ipsam denique mortem.

Argenti viui.

E Symptomata verò, quæ ex argenti viui fumo concitantur, sunt neruorum contractio, membrorum cremor, debilitas articularum & paralytis, sensuum læsiones, & præsertim visus ac auditus fœtor oris, eiusdemque exulceratio, capitis dolores continui, insanabilia vlcera, casus capillorum, sæpe etiam epilepsia & apoplexia, qualia symptomata aurifabris, & ijs, qui argentum viuum in igne tractant, sæpe accidunt. Ita refert Ferdinandus Ponzetus, lib. 2. de ven. cap. 21. quendam, cum argentum viuum per aliquot septimanas in vase, igne circumquaque cooperto, tenuisset, idque postea incautè aperuisset, fumumque naribus hausisset, statim sine loquela decessisse. Et Ioann. Fernelius, *delue Ven. cap. 7.* fabrum quendam aurarium, dum argentea vasa inauraret, hydrargyri vapore admisso imprudentius, statim stupidum, veterosum, ac planè mutum euasisse scribit. Quæ, inquit, in os indebant, deuorabat quidem, stercus tamen & vrinam minimè sentiebat exire, neque ad aurem

Eiusdem fumi.

inclamantes audiebat. Exactis mensibus sex, in febrim acutam incidit, ac tum, excusso torpore, loqui cœpit, & quæ sitis, respondere, sed perturbata omnia & confusa. Remisit die vigesima febris, & in lentam degenescit, qua tandem liberato, cerebrum graue, torpidique sensus omnes remanserunt, mensque interuallis perturbata. Refert quoque Forellus, *lib. 8. obseru. 5.* aurifabrum quendam cum Mercurij fumum excepisset, neque dormire, neque quiescere potuisse, sed modo in hanc, modo in illam partem sese deuoluisset: ei pilos omnes è capite decidisse, mox faciem supra modum palefcere cœpisse, totumque corpus tremulum euasisse.

Inun-
ctiois
Mercu-
rij. Eadem mala etiam argentum viuum extinguitum, & inunctionem argenti viui sequuntur, vt videre est in ijs, qui in lue Venerea vel scabie ijs vnguentis vtuntur, de quo supra, *part. 4. cap. 21.* dictum.

Præci-
pitati. Mercurium præcipitatum eadem, & quidem sat graua, sequuntur symptomata, imprimis saluz putridæ ex ore continuum effluuium, dentium vacillatio, membrorumque tremor, oris inflammatio, gingiuarum vlcera, virium deiectio, mentis alienatio, ipsa que adeo mors. Ita narrat, Iul. Patuarius, *de morb. contagios. lib. de hydrarg. cap. 5.* quendam cum quartanario cuidam iuueni robusto tria catapotia ex Mercurio præcipitato & Mithridatio confecta, deuoranda dedisset, eum paucis diebus è medio sustulisse.

Subli-
mati. Omnium verò grauissima symptomata & damna infert argentum viuum sublimatum, & suo contactu instar ignis adurentis omnia corrumpit. Hinc si sumptum sit, statim lingua & fauces exasperantur, quod incommodum nullo leniente gargatisimo, nisi difficulter & longo tempore tolli potest. Quamprimum verò in ventriculo descendit, ei pertinaciter inhæret, eumque, & postea etiam intestina, erodit & exulcerat, vehementemque in ijs partibus dolorem parit, sicut inextinguibilem excitat, & inexplicabilem angustiam inducit. Accedit præterea inflammatio, ardor, & intumescencia linguæ ac faucium, animi deliquium, vrinx suppressio, anhelitus difficultas, & aliquando sanguinis per aluum effusio, & dysenteria perniciosa, tandemque ipsa mors. Ita refert Andreas Baccius, *in prolegom. venenarum & antidotor.* propinato cuidam iuueni à mulierecula sublimati polline, cum contrito carniū & sacchari, prægressis eadem die crebris à ventre fluctuationibus, ac vomitibus, mox cum præcordijs æstuante ventriculo eum post triduum, sæuis superuenientibus alui torminibus, ac ichotis simul purulentis violentis vomitibus, reiecit simul & animam. Et Franciscus Valleriola, *lib. 1. obseruat. 7.* narrat, Legum quendam Doctorem, cum nocte intempesta somniferum situpum sumpturus esset, illius loco aquam sublimati, qua ad fucum vti mulieres consueverunt ab ancilla, quæ illi ministrabat, per incuriam propinatam, hausisse. Vnde mox à grauibz & intolerandis obortis in ventriculo doloribus, in miros cruciatus incidit, ita vt in furorem penè, præ dolorum scruitia, deduceretur, noctes & dies perpetuas eiulans ac clamans. Accesserunt crebra animi deliquia, virium deiectio, tabes, vt iam desperata res videretur. Neque enim qui hausisset, ante sextum diem innotuit. Antidotis tamen crebro datis, vacuationibus aptis, clysteribus ex lacte paratis, balneis, lactis potatione, lotibus & vncionibus lenientibus refurgere in-

Operum Sennerti, Tom. III.

A cepit, omniaque symptomata mitigari, tandemque post trimestre tempus, præter omnium expectationem, integrè curatus est.

Curatio.

Curacionem quod attinet, & quidem primò argenti viui crudi sumpti, principio danda opera, vt id quamprimum è corpore expellatur, quod plerique vomitu faciendum esse existimant. Verum cum argentum viuum pondere suo deorsum vergat, & si sursum propellatur, facile in minimas particulas diuellatur ac dissipetur, non ita commodè per vomitum expelli potest. Consultius esse puto, vt detur opera, vt statim per aluum expellatur. Itaque fiat valida corporis commotio, vt argentum viuum per meatum intestinorum & aluum effluere queat. Quod vt facilius fiat, clyster ex hydromelite, cui admixta sit hiera picra, vel ex oleo oliuarum solo, aut multo cum modico pinguedinis gallinæ, vel anatis, aut modico butyri recentis s. sale, & similibus, intestinis infundendus est. Quod si non sufficiat, purgans aliquod exhibendum. Vtile est etiam lac copiosius potum, imprimis asinum. Magnum verò imprimis auxilium præstat, auri limati scobem, vel folia auri sumere. Nihil enim est, quod argentum viuum atidius imbibat, quam aurum. Atque ita postea argentum viuum per aluum cum auro egeritur.

C Antidoti verò loco varia medicamenta exhibentur. Costum cum vino sumptum argenti viui quasi Bezoar esse, scribit Conciliator, & Guainerius. Perutilis etiam est succus pimpinellæ, quo post multa frustra tentata, quendam, qui argento viuo frequenter vsus fuerat, curatum fuisse, refert Schemæcius, *in obseruat. lib. 7.* Exhiberi etiam potest theriaca. Auicennas, *cazon lib. 4. sec. 6. cap. propr.* post euacuationes exhibet myrrham, Drach. iij. pondere, cum vino, & postea nullam superbibere iubet. Idem prælium Guainerius laudat, & præterea pulu. ruæ Scrup. ij. dare iubet. Conciliator myrrham & castoreum decocta in vino, & saluam ac rutam tritam, cum aqua, in qua nuces cupressi coctæ fuerint, dare præcipit. Dioscorides remedio esse scribit vinum cum absinthio, apij decoctum, semen homini, origanum, hyssopum, cum vino. Rhafes etiam, *continent. lib. 20. cap. 2.* absinthium tritum, cum multo vino, aut vinum, cum semine apij, vel cum mentastro montano, vel cum hyssopo conferre tradit. Orbasius, *lib. 2. cap. propr.* apium bibere, aut herbam tritam manducare, aut combustum & tritum in potu exhibere iubet. Plinius, *lib. 23. cap. 1.* contra argentum viuum vinum merum remedio esse tradit. Idem, *lib. 20. cap. 5.* Herachidem contra argentum viuum sifer erraticum dedisse scribit. Et *lib. 22. cap. 3.* ex sententia Nicandri semen vriticæ siccum fungis & argento viuo contrarium esse affirmat. Idem, *lib. 28. cap. 10.* ijs, qui argentum viuum biberunt, lardum lupi remedium esse ait. Et *lib. 29. cap. 5.* columbarum syueltium simum priuatim contra argenti viui potum valere tradit.

E Si verò à fumo argenti viui, naribus & ore recepto, æger malè habeat, confert plurimum, si æger haustum vini bibat, in quo folia roris mariani, stæchas Arabica & centaur. min. cocta sint. Vtilis est etiam aqua saluiz & zedoariæ pota. Æger quoque in balneo sicco sepe sudet, & post

SS ff iij

A
sudorem partes languentes fricentur sacculo in vino cocto, cui insutæ sunt herbæ facultatem habentes poros cutis aperiendi, & nervos roborandi, quales sunt salvia, chamæpitys, betonica, lauendula cum baccis iuniperi.

Iun-
tionis.

Si ab inunctione argenti viui æger mali aliquid patitur, quomodo ei succutrendum sit, ex ijs, quæ supra, *sub finem partis. 4. de curat. lusi vener.* dicta sunt, patet.

Subli-
mati vel
præcipi-
tari.

Si argentum viuum non crudum, sed vel sublimatum, vel præcipitatum fuerit assumptum, opem ferre possunt ea medicamenta, quæ venenis erodentibus conueniunt. Primò ergo statim, antequam ad intestina venenum transeat, vomitus prouocandus, vt hætenus sæpe dictum. Vbi verò tam ad intestina descendit, clysteres iniicere necessarium est, paratos ex decocto maluæ, althææ, bliti, & oleo sesami ac rosarum.

Postea vt virulenta Mercurij erosio frænetur, æger frequenter lac recens mulsum bibat, in quo etiam semina psyllij macerari possunt, vel aquam tepidam decoctionis hordei. Confert etiam, multum butyri recentis si sale esitare.

Antidotum & quasi Bezoar argenti viui sublimati est puluis crystalli subtilissimus, Drach. j. quantitate, cum ol. amygdal. dulc. haustus. Nonnulli imprimis commendant contra sublimatum oleum Tartari, vel sal absinthij, Drach. ij. pondere, sumptum. Neque immeritò. Vt enim in præcipitatione Magisteriorum per oleum Tartari à corporibus solutis omnis vis corrosiua tollitur, per præcipitationem, de qua in *Instit. lib. 5. part. 3. sect. 2. cap. 13.* dictum: ita etiam dum Sal Tartari, vel absinthij, Salem aquæ, qua Mercurius solutus est, ad se allicit, argentum viuum in suam pristinam naturam redit, & non plus, quàm argentum viuum crudum nocere potest. Aliqui myrrhæ Drach. ij. cum vino calido, vel aqua mellis, aut vinum, in quo ruta, salvia, semen apij, castoreum, cocta sunt, exhibent.

Cor confortetur diamargarito, & alijs cordialibus exhibitis.

D
Exulcerationes stomachi curentur vino rubro, in quo myrobalani coctæ sint, aut pinguedine caprina; vel hircina, aliisque, quæ suo loco de vlcerebus ventriculi sunt proposita. Ita etiam exulcerationes intestinorum clysteribus conuenientibus sanandæ, qui etiam suo loco sunt propositi.

Si retentio vrinæ adsit, vt sæpe fit, balneo aquæ calidæ vtendum, postea pecten & vesica sæpius fomentanda, imposita spongia madida decocto iuniperi, & sem. apij; & regio vesicæ inungenda oleo rutæ, vel iuniperi, & bibendum vinum, in quo radix cyperi vel acori cocta sit.

CAPVT XVIII.

De cinnabari.

Cinna-
baris.
Natiua.

A
Argento viuo meritò subijcitur cinnabaris, vtpote quæ ex Mercurio paratur. Equidem cinnabaris alia natiua, alia factitia est. Natiua rursus duplex: alia veterum, de qua Dioscorides, *lib. 5. cap. 69.* hoc tempore forsan ignota; alia recentiorum, quæ est lapis mineræ argenti viui, atque inde cinnabaris natiua ac mineralis appellatur. Factitia ex argento viuo & sulphure sublimatis paratur, omnibusque nota, & vulgo in vsu est; de qua etiam sola hoc loco agemus.

Factitia.

Symptomata & signa.

Symptomata autem cinnabarim artificialem sumptam consequentia sunt similia symptomatibus, argentum viuum mortificatum vel sublimatum consequentibus. Accidit enim dolor fortis, & corrosio in guttore, ventriculo & intestinis, superuenit vomitus, fluxus ventris difficilis, vt quandoque sanguis egrediatur. Accedit spirandi difficultas, & alia symptomata, *cap. præced.* proposita. Id quod ex sequentibus duabus historijs patet. Primam recenset Ioann. Fernelius, *de lue Vener. cap. 7.* vbi scribit, quòd Pictor quidam Andegauensis, manuum digitos grauiore solito, torpidiores, ægréque mobiles percipiens, paucis post diebus contrahi illos & conuelli sensit, atque sensim in dies magis ac magis aucta affectio est, dum incurui illi, & penè implexibiles manerent; quin & carpum, & brachia peruasit affectio, quæ admodum torpida, conuulsa, grauiorque reddebantur. Haud multò post idem vitium pedes sensere, sublata incedendi potentiâ. Quibus malis aliud symptoma, longè grauissimum, ac crudelissimum accessit. Dolor enim acerbissimus atque atrocissimus ventriculum ac hypochondrium vtrumque occupare cepit, sed qui ad totum ventrem pertineret, cui, nec noctu nec interdiu intermittebat, clysteribus, lotibus, balneis, & alijs quibusdam remedijs generibus, leuatio quæsitæ est. Vnicum tandem in accessione inuentum est solatium, tres, quatuorve robustos homines ventri superpositos sustinere. Compresso siquidem ventre, paulò mitior cruciatus erat. Vbi sex octòve dies, nonnunquam & duodecim, miser ille adeo fuerat discruciatatus, sensim abeunte dolore, languidus quidem & penè moribundus cernebatur, sed qui statim restituta appetentia vires aliquas reciperet, dum alia rursus simili accessione correptus prosterneretur. Vingtini enim nò amplius dies intermittebat. Atque in accessionibus alius, nec validis quidem proritata medicamentis, quicquam denittere poterat. Etsi verò in causis istorum symptomatum inuestigandis variè à Medicis allaboratum sit: tamen tandem omnia in cinnabarim rectè relata. Cùm enim pictor iste non solum penicillum digitis sæpe extegeret, sed etiam imprudens, & incautus ore exsugeret, factum, vt cinnabaris in corpus recepta, & visceribus ac nervis communicata, maligna qualitate ea infecerit, & horum symptomatum causa extiterit. Alteram recenset Ioann. Schenkus, *lib. 7. obseruat.* ex relatione D. Ioan. Franci, Medici Gamicensis, de quodam iuvene, qui cùm vlcus in pene ex impuro concubitu contractum haberet, nullisque alijs medicamentis curari posset, suffumigio ex cinnabari tandem curatus est. Ex eo autem tempore de grauissimis semper doloribus capitis, & fluxu sanguinis è naribus conquestus est. Dolor nonnunquam per biduum aut triduum remittebat, aliquando singulis diebus ter quaterve recurrebat. Dolo læuente sese conijciebat in lectum, & aduocatis duobus aut tribus famulis, iubeat caput manibus comprehendi, & quanta vi possent, constringi & comprimi, seque nullâ re maiorem doloris leuationem sentire affirmabat. Post quadrantem, aut dimidiam horæ partem, dolor nonnunquam quiescebat, bene edebat, bibebat, dormiebat, & dolore absente optimè valebat. Vfus quidem erat doctorum Medicorum consilio, sed sine fructu, tandemque doloris magnitudine

Signa,
sumptæ
cinnabarim
factitæ.

E

videtur, subito inter manus famulorum, caput pro more suo comprimentium, extinctus est.


Curatio.

Curatio.

Curatio eorum, qui cinnabarin artificialem sumperunt, eadem est cum illa, quæ ijs, qui argentum viuum sumperunt, debetur. Si materia adhuc hæret in ventriculo, vomitu reiicienda; deinde clysteres ex hydromelite vel oleo iniiciendi. Sorbeantur etiam iura pingua gallina-

rum, bibatur lac, & comedantur cibi lubricantes, veluti est butyrum, oleum, & alia, quæ vias leniunt, & materiam per aluum educunt.

Bezoar cinnabaris esse spodium, quod sit ex ebore combusto, Drach. ij. pondere datum cum vino, docet Petrus Aponensis, *tract. de venen.* Ponzettus, *de venen. lib. 2. cap. 18.* ex aliorum sententia etiam illud spodium conferre scribit, quod sit ex radice canna adustæ, itidem Drach. ij. pondere datum. Vtilia sunt & alia antidota, *cap. preced.* proposita.



P A R S S E P T I M A.

D E V E N E N I S E P L A N T I S.

CAPVT I.

D E O P I O.

De opio



OST QUAM de venenis è mineralibus parte præcedente actum, proximum est, vt de venenis è plantis agamus. Atque vt de opio, vt pote de quo nonnulli dubitant, an inter venena referendum sit, incipiamus, de coplenam tractationem hinc proponere, mei instituti non est. Imprimis cum id præstiterint Medici Clarissimi, Dn. D. Michaël Doringius, & Dn. D. Daniel Vvinklerus, in doctissimis, quos de opio scripserunt, tractatibus. Sed quia hinc mihi propositum est, de venenis agere, quatuor saltem breuiter explicare libet. 1. An opium rectè inter venena referatur. 2. An sit calidum vel frigidum, & an manifestis vel occultis qualitatibus hominum inducat & noceat. 3. Quæ sint opij sumpti signa, seu quæ ijs, qui opium sumperunt, accidant symptomata. 4. Qua ratione ijs, qui opium sumperunt, curandi sint, & quomodo opium corrigi possit, vt vile medicamentum euadat.

Opium est venenosum.

Primum quod attinet, Opium, quod est nigri papauetis lacryma, non adulteratum puta, recens, & non exoletum, crudum, & non correctum, inter venena refert Dioscorides, *lib. 6. cap. 17.* Galenus, *3. de Temperam. cap. 4. de Theriac. ad Pison. cap. 10.* Plinius, *lib. 20. cap. 17. & 18.* vbi Licinij Cecinnæ, Prætorij Viri, Patrem in Hispania eo interemptum scribit; Auicennas, *lib. 4. fen. 6. tract. 1. cap. 2. ibid. sum. 3. cap. 1.* & omnes ferè in eum Commentatores, imprimis Dynus, qui Quadam, inquit, sunt, quæ solum sunt stupefacientia ratione qualitatibus eorum, quæ sunt vehementis frigiditatis, & hoc modo sunt stupefacientia nix & aqua frigida: quædam verò sunt stupefacientia ratione venenositatis, & eorum contrarietatis, a forma specificâ, quam habent, ad corpus humanum, & ista sunt opium, poma mandragoræ, & hyoscyamus. Et Gregorius Christophorus de Honeltis, in *Mesue: part. 2. dist. 1. de Antidot. de Theriac. diatessaron. mibi fol. 50. col. 1.* scribit: Opium somnum facit per profundum inducit cum sua proprietate & forma specificâ, nobis occulta potius, quam suis qualitatibus primis. Caucendum ergo est ab vsu ipsius secundum omnem modum administrationis, & in quacunque dosi. Et Guaine, ijs, *de venen. cap. 1.* vbi pluribus explicat, quòd omnia

venena occulta proprietate sint corruptiua, inter ea etiam opium recenset, docetque mentem Auicennæ & aliorum, qui dicunt, venena alia esse frigida, alia calida, non aliter accipiendam esse, quàm quòd, etsi talia agant occulta proprietate, quatenus venena: tamen etiam agant quatenus frigida & calida; & licet euphorbium caliditate homini noceat, opium frigiditate: tamen illæ qualitates manifestæ, caliditas & frigiditas, mediante quadam occulta qualitate operantur, vt sint homines interemptiua. Et *parisò post* scribit, Licet aliquod sit venenum, v.g. opium, euphorbium, quod operationem suam à qualitate manifesta facere videatur: illam tamen non totam cum qualitate manifesta facere, sed etiam cum proprietate. Idem docent alij plurimi: vt quàm audacter, tam falsò & temerè asserat. D. Ioan. Freitagius, *de opio, cap. 4.* à veterum xuo hucusque creditum & definitum esse, opium iuxta qualitates apertas tantum nocere. Plura testimonia congerere opus non est, cum ipsa experientia constet, multos opij vsu interemptos fuisse. Et rationes, quibus postea probabitur, opium non manifestis, sed occultis qualitatibus agere, eadem etiam facile euincunt, venenum esse.

Neque rationes, quas D. Freitag. *cap. 4.* proponit, contrarium probant. Prima est, quòd opium corpus nostrum non continuo, vbi sumptum fuerit, immutat, nisi à actionis & mutationis principium, à nobis consequatur, hoc est, à calore nostro, vt refrigeret, excitetur, & in actum deducatur. Verùm ratio hæc nulla est. Et primò quidem incommoda planè locutio est, ea, quæ in actum deducuntur, actionis suæ principium à calore nostro consequi. Etenim illud ante habent, sed latet saltem in misto, quod sese exserit, vbi mistum resoluitur, vt etiam docet Iac. Zabarel. *de misti gener. & interit. lib. 2. cap. 9.* De quo etiam Fernel. *de meth. med. lib. 4. cap. 1.* docet, quòd calor noster nullam medicamento agendi facultatem confert, sed latentes solum vires exfufcit. Deinde Maior, quæ præsupponitur, falsa est, quòd nullum venenum à corpore nostro in actum deducatur. Contrarium enim clarè docet Galenus, *3. de temp. cap. 4.* vbi duplicia venena constituit, vnum, quorum substantia à calore nostro non alteratur, alterum eorum, quæ ex nostro calore momentum aliquod mutationis accipiunt, & deinde in multiuarias alterationes vertuntur,

Argumenta D. Freitag. refutantur. Primò.

quibus corrumpi naturam accidit. Nimirum quædam venena ita comparata sunt, vt à natura nostra resolui possint, ea scilicet, quæ partes habent heterogeneas. In ijs enim cum partes venenosæ ab alijs separantur, liberæ iam sese exserere, & in corpus nostrum agere incipiunt. Quædam verò ita sunt comparata, vt secundum omnes partes sint venenata, quæ neque aggredi natura potest. De quibus Galenus, *locomodo allegat Medicamenta*, inquit, *sunt, quæ nulla substantia sua mutata parte, sed tota seruata integra corpus nostrum afficiunt; cæterum grauiæ & naturam animalis corrupentia, vnde & totum eorum genus deleterium.* In vtroque tamen veneni genere qualitas venenata à corpore nostro vinci non potest. Ad quod tamen genus venenorum opium referri debeat, non ita planum. Galenus certè, *allegat. loc.* ad illa, quæ non actuantur, id refert, dum scribit: *Papaueri: succus hominis corpori prorsus est contrarius, vt quod in eum quicquam agere ne quidem vna qualitate possit, multò minus tota substantia possit.* Et sit sanè, vt opium sit inter ea, quæ calore nostro actuari possunt & concedatur, non ita venenolum esse, vt auripigmentum, vel venenum aspidis: tamen resolutione & actuatione vis eius venefica nullo modo imminuitur.

Secundum.

Secundò eo probate conatur Freitagijs, opium non esse venenum, quia venena in minima quantitate hominem occidunt, opium verò in minima & insensibili quantitate hominem non interimit. Minorem prolixè probare tentat è Galeno, *5. de simpl. med. fac. cap. 14.* Dioscoride, *lib. 4. cap. 6.* vbi docetur, quod opium in minima quantitate dolorem finiat & sopiat, in maiori verò quantitate hominem interimat; & ex Matthiolo, qui nationes quasdam semine papaueris nigri, & oleo ex eo parato in cibis vti scribit. Affert præterea ex Bellonio, Prospero Alpino, & alijs, quod Turcæ opium seu Mastach in quotidiano vsu habeant, & eo in magna quantitate vescantur; & quod quidam Hispanus in magno æstu semunciam opij innoxie deuorarit.

Verùm & ad Maiorem & ad Minorem respondendum. Maior primò falsa est, quod omnia venena in minima, & vt loquitur, etiam insensibili quantitate hominem occidant. Nam magna est venenorum differentia. Etenim quædam minima etiam quantitate occidere possunt, quale est granum Nubiæ, de quo Scaliger, *exerc. 153. sect. 11.* cuius decima pars intra horæ quadrantem hominem interficit. Tale est venenum aspidis, scorpionij & similia. Maiore quantitate opus est, vt cicuta & arsenicum occidant; maiore adhuc, vt cantharides interimant. Et præterea, *supr. part. 5. cap. 1.* probatum est, non omnis veneni proprium esse, hominem occidere, sed solùm insigniter occulto modo lædere. Et tamen in ipso opio, etiam correcto, adeo magna quantitate opus non est, vt hominem occidat, sed etiam in satis parua, & non multorum granorum quantitate sumptum, homini perpetuum somnum cenciliare, eumque interimere potest. Ita narrat Sanctor. Sanctorius, *method. vitandor. error. lib. 8. cap. 12.* se vidisse in finitimis Vngariæ locis militem quendam, qui septem opij pilulas (quas non credo ex puro opio, sed laudano, vel simili medicamento compositas fuisse, eumque eas pro alijs ex errore sumpsisse) deglutiuerat, qui tanto cum impetu spiritum traherat, vt paulò post deficeret, & è viujs, antequam ei potuerit remedium dare, decederet. Et talia exempla passim sunt obuia.

Exempla eorum, qui opio in magna quanti-

tate sine noxa vsi sunt, & principio Turcas & Ægyptios quod attinet, ad ea respondendum, primò rebus venenatis homines sensim adfuescere posse non fabulosum esse, vt Freitag. putat, sed fide dignorum hominum testimonijs constare, de quo *supra, part. 5. cap. 1.* dictum. Neque tamen dum hoc fit, natura humana conuertitur in venenatarum rerum constitutionem, vt etiam elephantiasi vel lue Venerea laborans, etsi tota eius corporis constitutio vitiata sit, homo manet: ita & Regis Cambajæ filius, etsi venenatam corporis constitutionem habuerit, homo mansit. Nec tamen Turcæ sine damno opio affuescunt, cum, vt ipse scribit, torpidi, amentes, de se desque fiant, & vt Prosper Alpinus, *de Medic. Ægyptior. lib. 4. cap. 2.* testatur, opij deuoratores functiones habeant deteriores, ebrij ac torpidi appareant, sint comatosi, stupidi, inconstantes, qui modò affirmant, inodò negant, ita vt nemo propemodum cum ipsis lubens conuersetur. Quod tamen minus læduntur Ægyptij & Turcæ opio, causa hæc est, quia nascuntur à parentibus iam opio assuetis, & ij ipsi, vt Fallopius, *de medic. purgant. simplic. cap. 6.* docet, à pueritia opium edere incipiunt, à quantitate parua sensim ad maiorem ascendentes. Qui verò à primis annis non sunt assueti opio, non sine periculo id faciunt; imò qui ei sunt assueti, & aliquot annis ab eo abstinerunt, si postea id sumant, læduntur, & vt I. C. Scaliger, *exerc. 175.* scribit, qui à primis annis eius esui assueti non sunt, si adulta ætate comedant, moriuntur. Ita refert Marc. Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 4. cap. 18.* Mantuæ captiuum Turcam Illustrissimi Conutis Bonifacij Torelli empro à seplasiaro opio, eoque deglutito, extinctum esse. Historiam verò illius Hispani, semunciam deuorantis, quod attinet, ipse Freit. exemplum hoc insolens & non imitandum nominat, nec ex tali singulari exemplo vniuersalis regula constituenda, & concludendum, quod opium in magna quantitate sine damno sumi possit, & propterea venenum non sit. Refert Marcel. Donatus, *de hist. med. mirab. lib. 6. cap. 3.* fuisse, qui nullum ex scorpionis & aranearum icu dolorem sentiebat; alium qui bibens helleborum, neque vomebat, neque vilo modo purgabatur. Et Cardanus, *contradict. 7. tract. 2. sect. 2.* quendam arsenicum ad viciæ fermè quantitatem sine damno deuorasse refert. Et Fallopius, *de purg. cap. 6.* narrat, Germanum quendam scammonij Vnciam vnã sine noxa sumpsisse. Quis verò inde concludere velit, talia, & ab alijs ita vsurpari posse? Deinde opium, quo Turcæ vtuntur, non verum & genuinum opium est, sed vt Scaliger, *exerc. 154 & 175.* & Bellonius, *lib. 3. obseruat. cap. 15.* docent, ex papauere albo colligitur, idque non purum, sed alijs rebus admistum sumitur. Sicut etiam maxima est inter semen papaueris albi, imò etiam nigri, quo non solum in Styria & Austria, sed & alijs Germaniæ locis populus ad plantentas condiendas vtitur, & verum opium, differentia.

Tandem obijcit, quod ideo venenis non sit accensendum, quia corrigi possit, vt vtile medicamentum euadat. Verùm & venena quædam præparatione mitescere, & in vsum Medicum trahi possunt, quod ipsemet confitetur: qua ratione argentum viuum, cantharides, euphorbium, & alia in vsum medicum veniunt. Notandum enim hic inter venena quandam esse differentiam, vt supra, *part. 5. cap. 1.* pluribus probatum

& explicatum. Quædam enim nullam, si assumantur (etsi interdum extra ad vsus quosdam adhiberi possint) homini utilitatem afferre possunt sed simpliciter noxia sunt, qualia sunt Arsenicum, auripigmentum, & similia multa: alia verò etsi vim veneficam habent, tamen etiam virtutem aliquam, qua prodesse possunt, obtinent. Ita elleborus albus etsi vim strangulandi, singultum & spasinum concitandi, imò mortem inferendi habeat: tamen cum etiam vim purgandi habeat, ob eam quandoque exhibetur; quod & de argento viuo dicendum. Eodem modo etsi opium venenatam qualitatem obtinet: tamen quia etiam vim somnum conciliandi, & dolorem leniendi habet, ob eam interdum expetitur, & ita præparari, vt malignitas ea cotrigatur, & ea quantitate exhiberi potest, vt tantum somnum conciliet, non verò noceat. De quo Galenus, in lib. Hipp. de vict. rat. in morb. acut. comment. 2. text. 12. *Purgantium omnium medicamentorum natura corporum, qua expurgantur, naturis contraria est, atque, vt qui spiam dixerit, lethalis, & deleteria, id est, pestilens: vt autem succi papaueris, mandragora que, & hyoscyami, atque aliorum huiusmodi multorum, qua nobis & substantia & viribus aduersa corpus perimere nata sunt, portionem exiguam assumentes magnam percipiunt commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris aduersa est, exiguam aliquam partem præcidentes, ad suppetias ferendas vitimur.*

An opium sic calidum vel frigidum.

Secundum, quod explicandum sumpsimus, est, quas qualitates & vires opium habeat. Vbi primò disquirendum, an opium sit calidum vel frigidum. Antiqua equidem est multorum opinio, opium esse frigidum, & quidem in summo & quarto gradu. Verùm si in rationes inquiratur, cur in eam sententiam venerint Antiqui, & Recentiores etiam quidam, contra firmissimas rationes, in ea persistant, vel satis mirari possum, quod istis rationibus sibi hoc persuaderi passi sunt. Præcipua enim, & forsàn vnica, qua vtuntur, ratio est, quòd somnum & stuporem inducit. Quo argumento etiam D. Freitag. de opio, cap. 5. vtitur. Certum est, inquit, frigus sopire, torporem, immobilitatem, tandèmq; ipsam caloris extinctionem & mortem inferre, quod ij, qui summo sæuiente frigore, noctu præsertim, & per niues iter faciunt, experiuntur, quorum aliqui aut penitus interierunt, aut sphacelata membra reportarunt.

Non esse frigidum. Ratio 1.

Verùm enim verò istos effectus esse frigoris externi, quod est in aère hiberno, qui vel rusticis notissimi sunt, & quos multi sæpe suo magno cum damno experiuntur, nemo negat. At de hoc quæstio est, an opium, & alia narcotica, similiter acciēt hibernus, frigefaciendo stuporem & soporem inducant, imò ipsam mortem quandoque inferant: quod negamus. Etenim primo vt à frigore elementari quis stuporem contrahat, vel emoriatur, summa, eaque in toto aère ambiente consistens actione opus est. At opium exiguo pondere & subito soporem inducit: id quod aliquot atomi aquæ frigidæ, vel niuis libræ præstare non possunt. Et quis credat, vt, lib. 1. præct. part. 2. cap. 3. diximus, ab opij, aut laudani opiatu granis duobus vel tribus assumptis corpus à febre æstuans ita refrigerari posse, vt illa refrigeratio à ventriculo vsque ad cerebrum pertingat, quod nec aquæ frigidæ satis magna copia haulta præstare potest? Et cum quis, licet in frigido aère satis diu versetur, vel etiam aquæ frigidæ immergatur, non statim in stuporem incidat, vel

A moriatur: quomodo opium ano saltem inditum frigiditate id præstare potest? Nonnullos verò ex opio ano saltem indito mortuos esse, aliquot historijs probat Marcel. Donatus, de hist. med. mirab. lib. 4. cap. 18. Rases, inquit, 9. Continentis scribit, se vidisse ex supposito opio quosdam mortuos fuisse, & Galenus, 2. de morb. vulgar. asserit, quod suppositum fuit opium in ano quorundam ad mitigandum dolorem, ex quo mortui sunt, & Auicennas, in cura fluxus, sic scribit: Vidimus, qui supposuit sibi collyrium (est autem collyrium Auicennæ suppositorium) ex opio, & mortuus est. Gatinaria, lib. sua præct. cap. de cura soda colerica, scribit, se vidisse in quadam muliere nobili, quæ cum steteret plures dies, quod non dormierat, Medici decreuerunt, vt illi supponerent collyrium quoddam longum opiatum, quod cum fuisset factum, statim cæpit dormire. Medici autem præceperant ancillis, quod cum cæpisset dormire, extraheretur illud collyrium, quæ ipsum omittentes, & non extrahentes, taliter profundata fuit in somno, quod nunquam euigilata est, imò perpetuò dormit. Nicolaus, serm. 2. cap. 11. scribit, se vidisse puerum, cui suppositum fuit opium propter tenesmonem, extinctum fuisse. Anton. Betta, in suis comm. in 4 sen p. c. Auic. tradit à se visum, quod quædam de Mutinensi familia Charandinorum, cum iam per multos dies vigilasset, & nullo leui ingenio potuisset dormire, iussit Medicus sibi imponi suppositorium cum notabili quantitate opij, ex quo factum est, vt per diem & noctem profundissimo somno dormierit, à quo tandem multis administratis auxilijs releuata est, & licet per multos annos postmodum vixerit, stupida tamen & veluti amens remansit. Scribit quoque iterum Nicolaus, serm. 2. sum. 2. tract. 1. cap. 15. Et ego vidi puerum, cui suppositum fuit opium propter tenesmonem, & mortuus fuit puer. Et vidi viuum in senectute constitutum, cui immixtum fuit clystere cum opio, propter sedare dolorem colicum immensum, quem patiebatur homo ille, & mortuus fuit Alex. Benedictus, lib. 3. cap. 6. part. morb. scribit, Patavij accidisse, quòd Iustinianus, Patrius Venetus, in dentis cruciatu conuellere iussit molarem vnum ex magnis dentibus, & cum dolor ingens perseueraret, suadentibus nonnullis, opio, quod oleo perfecerat, sæpius in cauum indito, supremo somno correptus fuit. Hæc Marcel. Donatus. Quæ omnia quomodo opium in tantilla quantitate non assumptum, sed vni saltem parti admotum, sola frigiditate præstare potuerit, si quis mihi monstrauerit, eius sententiæ lubens & vltro accedam.

Secundò elementare frigus tactu percipitur, vt in glacie, niue, aqua, aère frigido apparet. At etsi quis opium deglutiat, vel ano imponat, nullum frigus, sed potius calorem & ardorem percipit.

Tertio aër externus, cum frigore alicuius partis externæ calorem extinxit, facit, vt ea emoriatur, & sphacelo corripiatur, quod nunquam præstat opium.

Quarto, si opium frigiditatem summam induceret, omnia frigida hoc præstarent, quod falsum. Neque enim aqua frigida haulta, vel glacies vino iniecta idem præstant.

Quintò, contra multa calida dantur hypnotica & narcotica, vt spiritus vini, lolium, allium, lupulus, crocus, sem. cannabis, anethum, styrax, tabacum, & alia.

Vis narcotica non pēdet à caliditate.

Ne tamen quis hinc cauillandi occasionem sumat, sciendum, me, & alios doctos viros, qui tecum sentiunt, non statuete, quod vis hypnotica & narcotica à caliditate pendeat, (aliàs enim omnia calida in eodem gradu essent hypnotica & narcotica, quod falsum) sed quòd vis illa occulta sit, cum calidis tamen partibus, quas Chymici sulphureas nominant, potiùs, quàm cum frigidis coniuncta: quæ sulphurea substantia naribus saltem hausta somnum inducit, vt compertum sit, Pharmacopœorum famulos, dum aquas hypnoticas destillarunt, à vaporibus illis exhalantibus, naribus acceptis, profundè soporatos fuisse. Itaque D. Freitag, inanem operam & laborem suscipit, & eo ipso se Recentiorum mentem nunquam assecutum esse, satis prodit, dum, *cap. 2.* operosè probare conatur, calorem somnum non inducere; ac Platerum, Dorningium, & alios Doctiss. Medicos ineptiarum & stultitiæ, *pag. 45.* arguit. Nemo enim vnquam hoc, quod ipsi imputat D. Freitag, docuit. Nam vt vis alexipharmaca & purgans est quidem in pluribus medicamentis calidis, non tamen est ipsa caliditas, sed solùm cum ea coniuncta est: ita etiam vis narcotica & hypnotica est quidem in pluribus medicamentis calidis, sed non est ipsa caliditas. Quod verò Medici doctissimi probant, medicamenta hypnotica & narcotica esse calida, id eo præcipuè sine faciunt, vt monstrant, falsum esse, vim hypnoticam & narcoticam pendere à frigiditate, vt pote, quæ in illis vel nulla, vel minima est. Atque hoc si obseruasset D. Freitag, contradictionem Doctis Viris impingere conatus non esset, dum scribit: Mirabile est, quomodo propugnatores caliditatis in opio, cum docuerunt, quo pacto calida vaporosa sint somnifera, nihilominus hos effectus non calori vaporoso, seu, vt loquuntur, sulphuris halitui, in quo *νάρκωσις* omnem ponunt, sed occultæ qualitati, supra elementorum & apertarum crasium conditionem agenti adscribunt. Nemo enim ex ijs fuit, qui caliditati, seu sulphuræ substantiæ, quatenus talis (multa enim sunt calida & sulphurea, quæ non sunt narcotica) vim narcoticam tribuit, sed omnes eam ab occulta qualitate, quæ in sulphurea substantia est, deduxerunt. Plures enim in eodem subiecto posse esse qualitates, nemo Physicorum negat.

Deinde quòd frigiditatem opij ex correctione per calida probare conatur, istud argumentum, licet id magnificiat D. Freitag, nullius est momenti. Fateor equidem, Antiquos opiatibus suis confectioibus multa calida admiscuisse, sed ex falsa hypothesi, quod scilicet putarent, opium esse summè frigidum. Si verò quædam calida qualitati opij narcoticæ resistunt, vt castoreum, ruta, & eiusmodi alia, id non faciunt quatenus calida, (nam alia calida eiusdem gradus id non præstant) sed vi specifica, quæ qualitati narcoticæ est aduersa.

Opium est calidam.

Alia, quæ pro frigiditate opij afferuntur, argumenta, & à D. Freitag, *cap. 3.* adducuntur, nullius momenti sunt, & vix digna, vt in ijs examinandis tempus teratur, & à Clariss. Dn. D. Vvincklero iam refutata sunt.

Rationes.

1

Longè verò firmitiora sunt argumenta, quæ opium calidum esse probant; & agnouerunt iam dudum partes in opio calidas Conciliator, I. C. Scaliger, *exerc. 175.* Vallesius, Mercurialis, Capiuaccius, Erastus, atque vt id crederent, ipse sensus eos conuicit. *Primo* autem opium calidum esse

A probat eius inflammabilitas. Quod argumentum non soluit D. Freitag, dum scribit, pinguibus rebus omnibus, etiam non vehementer calidis, hoc commune esse. Omne enim pingue inflammatur, siue id facillè, siue difficulter fiat, propter partes oleosas & sulphureas, quæ omnes sunt calidæ. Et quod camphoram obijcit, incertum per aquæ incertum probat. Nam camphora & ipsa natura calida est Idque probat etiam Leonhard. Tacchinnus, *in 9. Rasis, cap. 4.* quia odore est acris & penetrante, sapore acuto, qualis ferè est in pipere, velocissimè ignibilis est, instar Naphthæ, ac vigilias inducit. Cui assentitur Costæus, *in Auisicennam.* *Secundo* opium calidum esse docet eius grauis odor. *Tertio* sapor amarus. *Quarto* quod fauces & labia adurit. *Quinto* sitim excitat. *Sexto* animum inflammat & accendit. *Septimo* ad Venerem stimulat. *Octauo* pruritus excitat. *Nono* sudorem prouocat. Quæ omnia caliditatis, & quidem non leuis, sed insignis, argumenta sunt, vt pluribus in suis Tractatibus de Opio Viri Clariss. Dn. D. Michaël Doringius, & D. Daniel Vvincklerus monstrant. Quæ omnia cum plana sint, hinc repetenda non censeo.

Atque omnia hæc cum tam clara sint, vt negari non possint, necessariò ij, qui Opij frigiditatem defendunt, concedere coguntur, in opio esse partes calidas, & propterea statuunt, à calidis pendere amarorem, ardorem in gula, & reliqua, quæ modo enumeravi; à frigiditate verò vim soporiferam. Et vt falsæ huic opinioni speciem aliquam veritatis appingat D. Freitag, docet, primò in actum deduci iuxta partes calidiores & tenuiores & spirituofas, vnde initio spirituum animalium agitationes & dementiæ, & audaciæ, & impetus, & sitis, pruritus per corpus, & in Venerem irritationes; quæ omnia pro diuersorum temperamentorum dispositione, etiam diuersimodè alios atque alios exerceant: ipsa verò frigidior eiusdem substantia ad operationem veniente, quòd seriùs propter crassitiem, in qua hæret, & frigus aliquandiu naturæ reluctans contingat, subsequi algorem totius, torporem, spirituum segnitiam & quasi ligaturam, sopores, anæsthesias, comata, caros, aliàsque soporiferarum affectionum.

Verùm enim vetò etsi in opio, vt in omni corpore misto, diuersas qualitates inesse negandum non sit: tamen de hoc quæritur; an frigiditas, an verò caliditas præualeat? Vbi rectè respondetur, cum tot caloris in opio sint indicia, fieri non posse, vt Opium in quarto gradu sit frigidum. Et enim si in quarto gradu frigiditatis ponantur, siue quatuor partes frigidæ, siue ex sententia Alchindi sedecim partes frigidæ respectu vnus calidæ, quomodo cum isto gradu, & tot partibus frigidis adhuc tertius gradus caliditatis, quem in opio respectu partium calidarum admittunt, consistere, & tot partes calidæ cum tot partibus frigidis in quarto gradu esse possunt? Et quomodo in isto excessu frigiditatis tot adhuc manifesta caloris indicia esse possunt, frigiditatis verò nulla? Et cum in alijs medicamentis, quæ diuersis partibus constant, vt in Rhabarbaro, diuersæ partes separari possint: cur non idem in opio hæctenus præstari potuit? Monstrabit verò eas D. Freitag, vbi monstrauerit in camphora illam partim diuersitatem, quarum aliæ sint inflammabiles aliæ frigidæ. Imò si vis soporifera est in partibus frigidis, cur calidis separatis, quod in tostone fit, opium non redditur magis

2
3
4
5
6
7
8
9

soporiferum; cum tamen contrarium experientia testetur, & nimia tollione vis hypnotica diffipetur? Quod verò ab eadem causa diuersæ actiones proueniunt, fit ob diuersas qualitates. Vt enim in vino & spiritu vini, caliditas primò spiritus turbat, postea vis narcotica eodem sopit: ita etiam ab opio & opiatibus medicamentis idem fieri potest. Quod autem ab opij nimia frigiditate algor totius, torpor, sopores, stupores proueniant, affirmatur, sed non probatur. Non entis nulli sunt effectus.

Opium
occulta
qualita-
te est.
Narco-
ticum.
Ratio-
nes.

Cum ergo ob frigiditatem, quæ in eo insignis nulla est, opium somnum & *υπνωτικον* non inducat; neque etiam caliditas id præstet; cum sint multa similiter calida, quæ idem non præstant: restissimè concluditur, opium occulta qualitate & proprietate istud facere. Et sunt omnino rationes firmissimæ, quæ id probant.

Prima est, quod in exigua quantitate maximam agendi vim habet, qualem quidem nullæ qualitates primæ, sed saltem occultæ obtinent. Etenim non solum exhibitum, sed etiam glandium forma ano suppositum, homines necauit, cuius rei exempla sunt supra allegata ex Marcel. Donato, *histor. medic. mirabil. lib. 4. cap. 18.* Qualis vis in nullo elemento, etiam frigidissimo, reperitur, multò minùs in misto aliquo, in quo summa frigiditas calidorum admistione temperatur. Nam quod summam frigiditatem in glacie, & niue negat, & demum in aëre in noua Zembla quærit D. Freitag, *cap. 3.* contra experientiam & Galenum facit, qui, *lib. 1. de Temperam. cap. 9.* niuem omnium frigidissimam appellat, & igni omnium calidissimo opponit. Et sic sanè, quod interdum frigus in aëre aquam congelans, & niues compingens sit maximum: tamen illud ipsum est, quod etiam in glacie & niue. Et licet esset longè maius: tamen nullum frigus siue in nostra glacie & niue, siue id, quod est in noua Zembla, id præstare posset in ea quantitate, qua opium id præstat. In illo enim ipso aëre frigidissimo Hollandi versati sunt, vulpes ceperunt, cum vrsis pugnarunt, & alia egerunt, & ita eum per os & nares attraxerunt, nec tamen somno profundo correpti sunt, quod ijs accidit, qui paucos opij vapores naribus excipiunt. Sicut & hoc ipso anno 1635. frigus in hisce regionibus fuit sæuissimum, ut illad è noua Zembla accersere opus non fuerit, in quo plerisque quotidie ambulandum & versandum fuit, qui tamen ea symptomata, quæ opium inducere solet, non senserunt. Et si in glacie & niue non est summa frigiditas, quomodo in opio, corpore misto, & tot calidas partes habente, maior esse potest? Quod verò *ibidem* docet, sensus & naturam nostram summas elementorum qualitates non tolerare, nihil ad rem facit. Etsi enim sensus & natura nostra sine damno summas elementorum qualitates non tolerant: eas tamen percipiunt.

Secunda ratio est, quod opium certis partibus, cerebro nimirum, neruis, & spiritibus animalibus maximè inimicum est; cum, quæ manifestis qualitatibus agunt, non magis vni, quàm alij membro sint contraria, sed omnia sine discrimine alterandi vim habeant.

Tertia est, quod tot & tam miti sunt opii effectus, qui mox inter signa res censentur, ut eos omnes ad manifestam aliquam qualitatem referre impossibile sit, imò quod exigua etiam quantitate hominem iugulat, quod nullum etiam purissimum elementum facit.

A Quarta à curatione petitur, quæ non fit per medicamenta qualitatibus primis agentia, sed per peculiaria alexipharmaca, ut ex curatione patebit.

Quinta, solum frigiditate & copia noceret opium, sicut piper & crocus, Medici non tam solliciti essent de eius correctione, sed sufficeret, si in minori quantitate exhiberetur; sicut nemo zinziber, piper & crocum corrigere tentat, sed saltem certa quantitate ea quisque exhibet.

Symptomata & signa diagnostica.

Tertium quod de opio explicandum promissimus, est, ut symptomata enumeremus, quæ opio sumpto accidere solent. Etsi verò ob eius ingratum saporem nemini facile opium clanculum obtundi potest: tamen accidisse obseruatum est, ut opium pro alio medicamento homini propinatum sit, ut exemplum illud militis, quod *supra*, ex Sancto. Sanctorio adduximus, doceret. Sumpto ergo opio sequitur sopor grauis cum vertigine, & pruritus totius corporis ita vehemens, ut hominem quandoque è sopore excitet. E toto corpore grauis odor, opium referens, exhalat, labra intumescunt, singultus accidit, respiratio fit parua, frigida, oculi obscurantur, natus distorquetur, in fine etiam conuulsiones accidunt. Sanguinem etiam concretum circa cor inuentum esse, obseruatum.

Prognosticum.

Tanta autem huius veneni vis est, ut statim & intra paucas horas, ut ex supra adductis historijs apparet, hominem, nisi idoneis medicamentis occurratur, iugulet.

Curatio.

Curatio consistit primùm in eo, ut, quod in omnibus venenis faciendum, vomitus prouocetur, ac si ad intestina iam penetrauerit venenum, clysteres etiam actiores, inijciantur. Postea opij antidota exhibeantur.

Medamenta verò propria, quæ opio peculiari vi resistunt, sunt imprimis asa, & castoreum, quæ Auicennas, *lib. 4. fen. 6. tract. 1. sum. 3. cap. 1.* theriacam opij, Guainerius verò, *de venenis, cap. 9.* Bezoar opij nominat. Vtilia tamen etiam sunt ruta & origanum, & quidem asa Drach. j. castoreum Drach. j. vel ij pondere, cum vino generoso propinantur. Simul etiam potest sternutatio excitari, & reuulsio per frictiones ac vesicatoria. Vide Dioscoridem, *lib. 6. cap. propr.*

De correctione opij.

Etsi verò opium venenatum sit, & hominem interimere possit: tamen quia vim soporiferam & narcoticam simul obtinet, quæ quandoque in summis doloribus & vigilijs expetitur, vtilia etiam ex opio medicamenta parari possunt, quorum non pauca proposui & laudavi, *lib. 2. præf. part. 2. cap. 1.* Quapropter dum D. Freitag, *de opio, cap. 9.* me inter Laudanomastrygas numerat, vel eo ipso suum liuorem, & me calumniandi libidinem, & inique carpendi ac traducendi studium prodit. Vsum opiatorum medicamentorum legitimum concedo & laudo; abusum temerarium improbo, & quia generosa medicamenta sunt,

Opia
medica-
menta
caurè
vsur-
panda.

cautè vsurpanda moneo. Quod ante me Galenus, 11. de Meth. med. cap. 7. fecit, vbi non simpliciter de opio, sed de medicamentis anodynis, procul dubio ex opio artificiosè paratis, ita scribit: *Committunt, inquit, Medici eiusmodi excessus cum in alijs quoque remedium generibus non paucis, tum vel maxime in his vocatis anodynis, quæ ex papaveris succo, vel alterci semine, vel mandragoræ radice, vel styrace, vel tali quopiam sunt. Nam & qui agris gratificantur, in eorum medicamentorum vsu modum excedunt, & qui intempestivè immodicèque sunt animosi, dum prorsus horum vsum refugiant, doloribus agros iugulant. Ergo veluti in omni totius vitæ tum habitudine tum actione; ita hic quoque consilium istud sapientis, qui, Ne quid nimis, dixit, complectemur, habentes pro fine, quò tendamus, agros tantis vilitatibus. Quippe, si fas est his remedijs, quæ morbum sanent, utendo, quod optamus, efficere, abstinendum ab anodynis Sinex vigilijs & viribus resoluendis ad mortis discrimen agertendat, tum profecto tempestivè eiusmòdi medicamentis utare, scilicet non ignarus, corporis habitum non nihil esse ledendum, lesionem tamen, quàm mortem, potius eligendam. Quod prudentissimum Galeni consilium & monitum, & ego semper in scriptis & praxi observavi; & ante me Fernellius, Valleriola, Crato, & omnino omnes docti Medici, inter quos est experientissimus Ludovicus Septalius, qui lib. 3. animadu. medicar. Aphor. 43. scribit, *Narcotica, quæ stuporem sensui inferunt, ne temerè in vsu ducantur, sed non nisi in vehementissimis doloribus, vbi vires concidunt, ut cessantibus doloribus, robur recolligant. Adulatoris vero Medici eris, aut auram popularem captantis, ea in leuibus doloribus in vsu ducere* Panaceam verò quasi in medicamentis opiatas, quæ Galenus, alleg. loc. corpus non nihil lædere scribit, certis que saltem vsibus destinata sunt, facere velle, & iactare, laudanum, quocumque etiam modo præparatum, omni ætati, & cuique penè morbo conuenire, Empirici potius est, quàm Rationalis Medici. Fidem adhibeat quicumque volet, *μεγαλοπρόημοσίη D. Freit. qui de opio cap. 7. scribit, Laudanum non solum conualituris plurimum prodesse, sed etiam morientibus nullo amplius humano pharmaco redimendis, fatòque ac cinctis vltimò salutarem vim & solatium in deplorata necessitate ita afferre, ut præsentiore animo, & minore cum anxietate, sopito dolore omni, mortisque hora & articulo, quantum natura admittit, protrahat, animam Creatori restituant: & cap. 8. refert, cuidam multis annis diuturno languore conflictato, demùmque in labijs oberrante fato, & præsentis mortis indicijs apparentibus, quatrividuum in viuis permanendi facultatem huius vsu conquisitam fuisse, ut se ad alteram vitam pientius componeret, & de bonis relinquendis prudentius testaretur. Experientiam qui consulat, inueniet, in multis morbis, præcipuè in febribus acutis, cum iam in labijs oberrat fatum, & vires amittunt, opiatorum vsu non esse tutum, sed si vsurpentur, spiritibus sopitis mortem ijs accelerari. Et si quid omnino tunc commodi à laudanis accidit, in quibus opij vis nimio cordialium medicamentorum vsu obruitur, id non opio, sed medicamentis cordialibus potius adscribendum. Ut ergo nec in omnibus morbis (neque enim dolores nephritici, colici, pleuritici, aliarumque partium, dysenteria, sanguinis profluvia, mania, quos, cap. 8. D. Freit. ut prober, laudanum suum omni ætati, & cuique penè morbo conuenire, recenseret, omnes morbi sunt, sed multò plures adhuc restant,**

A quibus opium non conuenit) opiata medicamenta adhibere tutum: ita nec omni ætati conueniunt; & in pueris narcoticorum vsu omnem suspectum esse, scribit Ludovicus Septalius, lib. 3. animadu. Aphor. 46.

Qua ratione autem præparari possit opium & corrigi, ut per quæ lethale est, ut Galenus, de Theriac. ad Pison. cap. 10. scribit, vtile medicamentum euadat, de eo Autores dissentiunt, ut, alleg. loc. lib. 1. pract. quæst. 2. dictum. Ut rem hoc loco in pauca contraham, tota opij præparatio consistit in separatione inutilium, & correctione noxiarum.

Ad separationem duo adhiberi possent; Primum est, ut opium soluat in aqua aliqua conueniente, & in loco calido digeratur: donec spuma supernatet, quæ primò tollenda est. Hinc liquor clarus à fecibus separandus, & opium lento igne rursus inspissandum: Deinde opio hoc modo purificato (aut si quis hanc primam operationem præterire velit, alias puro) affundendus spiritus vini. Ille enim partes illas sulphureas, ut in alijs vegetabilibus, ita etiam in opio, in quibus tota vis narcotica consistit, extrahit commodissimè, & à rebus inutilibus separat. Quod licet alij succo limonum aut citri, vel aceto præstare conentur, non tamen tam feliciter id expediunt; cum acetum, & acida partes oleaginosas & sulphureas non ita extrahant, sed potius figant, & minus efficaces reddant; unde postea vis medicamenti debilitatur. Et quæ hic ab alijs contra spiritum vini obijciuntur, aliquo modo locum habere possent, (quamuis iterum separaretur) si correctionis gratia præcipuè adhiberetur. Verùm cum extractionis saltem gratia principaliter vsurpetur, vituperari non potest. Alia postea quæstio est, quomodo opium extractum & ab inutilibus partibus separatum corrigi debeat. Et omnino si quid crudi sulphuris in opio est à quo damnium aliquot metuatur, id cum spiritu vini, dum ab opio extracto separatur, exhalat; quod vel ex eo patet, quod Pharmacopæorum famuli, dum distillatione istam separationem perficiunt, interdum sopore graui corripuntur. Nonnulli quidem, ut Quercetanus, Pharmacopææ dogmat. restit. cap. 24. opium torret eo vsque, donec omnem ferè amittat odorem, & omnino siccum reddatur, ut faciliè in puluerem redigi possit. Verùm hoc modo non solum crudum opij sulphur, sed & ea eius pars, quæ maximè expetitur, & in qua vis est soporifera, non parum perditur ac dissipatur.

Correctionem ipsam quod attinet, cum Antiqui opium frigidissimum esse putarent, calidissimis id corrigere medicamentis conati sunt. Verùm cum hypothesis ista de opij frigiditate falsa sit, correctio etiam hæc inutilis est. Et quicumque hic antiquorum patrocinium suscipit, prius probare debet, opium frigiditate narcoticum esse, quod ad Calendas Græcas præstabit. Cum autem duo sint in opio, quæ nocere possunt; primò vis narcotica, quæ si excedat, soporem lethalem inducit, & malignitas, ob quam ab Eustach. Rudio, lib. 3. de morb. occult. cap. 2. inter venena cordis refertur, duo hæc correctione indigent. Et duplicem hanc vim in opio, soporiferam, & malignam ac mortiferam, agnouerunt Galenus, 3. de temperam. cap. 3. & 4. de simpl. med. fac. cap. 18. Plinius, lib. 20. cap. 18.

Vis soporifera & narcotica, si metuatur, ne nimia sit, corrigitur duplicibus medicamentis, vis narcotica nimirum

Opium quomodo corrigendum.

No fia ab opio vt separanda.

Correctio opij.

Vis narcotica nimirum

nimirum propriis & specificis, qualitati narcoti-
ca oppositis, quæ *supra* de curatione eorum, qui
opium sumpserunt, numerata sunt: inter quæ
præcipuum est castoreum, quod, ut Galenus,
lib. 8. de compos. med. secund. loca. cap. 3. scribit,
oppositum verè opio facultate est, quodque A-
uicennas opii theriacam, Guainsius opii Bezoar
nominat. Deinde corrigitur hæc vis per acida,
ut acetum, succum citri, & limonum. Certum
enim est, acetum & acida narcoticorum, ac non
solum opii, sed & solani maniaci, hyoscyami
vim infringere, & sulphur illud narcoticum qua-
si figere. Vnde etiam iis, qui sopore detinentur,
acetum naribus admouetur. Quod verò D.
Freitag. *cap. 7.* ideo acida talia addi putat, ut opii
calorem corrigant, & simul vim narcoticam in-
fringant, ipse suis principiis parum consentanea
loquitur. Cum enim opium in summo gradu fri-
gidum esse statuat, quomodo in eo partes adhuc
tam calidæ esse possunt, ut correctione indigeant?
Deinde si vis illa narcotica secundum Freit. sen-
tentiam à summa frigiditate pendet, quomodo
acida illam infringere possunt?

Correctio verò malignitatis rectissimè fit per
cordialia: ynde species diambre, diaxilo aloës,
vel alix, oleum citri, cinamomi, caryophyllo-
rum, moschus, ambra, crocus, margaritæ, coralliâ,
& similia adduntur.

Ad utrumque verò, & vim narcoticam, & ma-
lignitatem corrigendam, non parum facit diges-
tio, quæ opium extractum cum aliis, quæ ad-
duntur, per minima miscet, & videmus quid diges-
tio in elixire proprietatis dicto possit, & quo-
modo ab ea & aloë ac myrrhæ amaritudo, & spi-
ritus sulphuris vel vitrioli aciditas temperetur, &
quantum digestio in aliis etiam possit, Medicis
notissimum.

Extant autem descriptiones Laudanorum pas-
sim multæ, quæ cum ab aliis collectæ sint, eas hoc
loco congerere opus non est. Duas saltem Lau-
danorum descriptiones addere libet.

Primum est, quo ego uti soleo: *z. Opis f. a. pu-
rificat. vnc. j.* Affunde *spirit. vini opt. rectific. ut digi-
tis tribus supereminet: stent diebus 24.* & sæpius
agitantur. Postea quod clarum est sensim effun-
datur, & spiritus vini lento calore separatur ad
sirupi liquidioris consistentiam.

Secundum etiam infundantur, in spir. vini, die-
bus 14. *specier diambra vnc. ii.* & postea tinctura
clara separatur.

Hinc extracto opii affundatur *tinctura diamb.
pars dimidia, & succ. citr. recens. purific. vnc. j.* Stent
que in digestionem seu calore tepido dies 20. sæ-
piusque agitantur.

Vbi spirit. vini maxima pars exhalauerit, adde
*extract. castorei, solutionis corall. margarit. an drach.
ss. essent. croc. scrup. j.* Et affunde specier. diambre
reliquum, ac lento igne spirit. vini separatur. Sub
finem adde *al. citr. cinamom. caryophyll. an gutt. vi.*
Fiat massa instar extracti. Dimidiz parti adde
moschi, ambre, an, gr. vi. Reliquum seruetur pro
fœminis. Alterum, quod etiam utile, præcipuè
in dysenteria, comperi, est hoc: *z. extract. opis.
spirit. vini parat. vnc. ss.* Affunde *succ. citr. recens.
pur. vnc. ss.* Stent per triduum; postea adde *extr.
castor. scrup. ii. gr. vii. magist. coral. rubr. perlar. an.
drach. i. sem. ol. cinamom. gutt. xxi. caryophyll. gutt.
xvi. nuc. mosch. gutt. x. succin. gutt. vi. extr. croc.
gran. i. z.* Misce. Dimidiz parti addi potest *moschi
scrup. j. ambre drach. sem.*

Opera Sennerti Tom. III.

CAPVT II.

De fungis.

Insumum & ignobilissimum vegetabilem ge-
nus fungi sunt, quorum etsi aliqui simpliciter
venenati sunt, & vulgo etiam hoc nomine noti,
& propterea in cibum non veniunt; alii verò edu-
les sunt: omnes tamen facillè nocere possunt, ut
non sine causa Seneca voluptuarium venenum
nominauerit, & Plinius, *lib. 22. cap. 23.* ancipi-
tem cibum dixerit fungos, qui familias interime-
re, & tota conuiuia, Annzum Serenum, Præ-
fectum Neronis vigilum, & Tribunos & Centurio-
nes. Et Antistitem Borromæum cum duobus
è familia ex esu fungorum interiisse, narrat Car-
danus, *lib. 2. de reuend. sanit. cap. 47.* Sunt au-
tem fungi venenati vel sua natura, quia è prauo
& venenato succo generantur, vel quia à serpen-
tum, & bufonum, aliorumque venenatorum a-
nimalium halitu inficiuntur. Suntque inter-
dum adeo venenati, ut non solum comesti in-
terimant, sed & solo olfactu ipso momento oc-
cidant.

Symptomata seu signa diagnostica.

Fungi & venenati per se, seu nimia copia inge-
sti, seu minus rectè cocti & præparati, suffoca-
tionem & strangulationem inducunt, ventricu-
lum inflant, singultum excitant, intestina exul-
cerant, eorumque dolores pariunt, corpori vni-
uerso colorem pallidum inducunt, vrinam re-
morantur, præterea horrorem ac sudorem frigi-
dum, pullum paruum, syncopen interdum &
epilepsiam excitant, nonnunquam & somnum
profundum inducunt. Cuius rei exemplum ha-
bet Vidus, *de curat. generatim, lib. 2. cap. 3.* in Bern-
hardo Medice Foroliuensi Antistite, qui
ex nimis esu fungorum somno oppressus, & adeo
redditus est attonitus, ut neque excitaretur à
eandente ferramento ad verticem & occipitium
admoto à Medicis. Quandoque etiam delirium
& insaniam fungi excitant, ut Leonardus Bot-
tallus, *in append. ad lib. de Medicis & agror. munere,*
ac Petrus Forestus, *lib. 10. obseru. 116. in febali,*
testantur. Tandemque interdum mortem ho-
mini accersunt.

Cuius rei historiam habet Epiphanius Ferdi-
nandus, *hist. 11.* de quodam, qui cum in via, &
ob motum, & ob pondus, quod gestabat, mul-
tum sudasset, & domum reuersus, sic calidus
& sudore madidus magnam fungorum copiam
autidè comedisset, partim coctorum, partim fe-
micoctorum, sine oleo aliâque antidoto, tertia
hora noctis cholera correptus fuit, cibos & bi-
liosa vomens, & alui fluxus simul habens, cum
maxima anxietate, & stomachi ac intestinorum
dolore, cum febre non leui, & exiguo tumore
erysipelatode, & phlegmonode in facie, &
colli parte sinistra. Secunda die accessit delirium;
tertia omnia magis intensâ fuere, & febris maxi-
ma cum ardenti siti, conuulsionibus & tremore
corporis; quarta eadem symptomata, vrina
qualis iumentorum, cum sedimento subnigro,
balbuties, pulsus parui & languidi; quinta mor-
tuus est.

Pronosticum.

Fungi ij, qui natura sua venenati sunt, lon-
gè periculiosiora symptomata inferunt, quam ij,
qui

T T t

aconitorum genere esse, confitetur Matthiolus, *in Diss. lib. 4. cap. 73.* Sunt autem aconitorum varix species; primū est cynoctonon & lycocto non dictum, quod canes, lupos, vulpes, feles, & omnia animalia, quæ cæca nascuntur, occidit. Secundum est Paradalianches, quod Pantheras, & Pardos venatores eo interficiunt. Ad hæc duo generaliz species, quæ plures sunt, ex rei herbariz scriptoribus patet, reducuntur. Omnes tamen venenatae sunt, & succo imprimis radicis nocent, qui non solum assumptus certissimum homini brutisque venenum est, sed & telis & sagittis illitus lethalia vulnera infligit, imò teste *Paræo, lib. 20. cap. 35.* solo odoratu mures interficit, & ut *Plinius lib. 27. cap. 2.* refert, tactis genitalibus scæminei sexus animalium, eodem die mortem infert. Atque hoc fuit venenum, eodem *Plinio, ibid. teste,* quo *Calpurnius Bestia* dormientes interimebat vxores. Hoc tamen mirum est, quòd *eodem, Plinius, alleg. loc.* scribit, quòd scorpionibus ictibus aduersatur. Cum eo, *inquit,* solo colliuctatur, veluti pari intus inuento. Sola hæc pugna est cum venenū in visceribus reperit, mirūque exitialia per se ambo cum sint, duo venena in homine commoriuntur, ut homo superfit.

Scorpi-
oni-
bus ad-
uersum

Symptomata & signa diagnostica.

Signa.

Aconitum sumptum statim in lingua inter sumendum quodammodo dulcescit, paulò post ponitius sapor oritur. Hinc caput valde perturbatur, & sequitur eius grauitas, vertigo, musculorum temporum conuulsio, deliria, tremor, lacrimæ inuoluntariæ, oculorum rubedo, laterum dolor, pectoris grauitas, spirandi difficultas, circa pilorum morsus, flatus in intestinis copiosi, totius corporis tumor, qualis hydropicorum esse solet, tandè que, nisi citissime malefica eius vis infringatur, mortem affert.

Prognosticum.

Prognosticum.

Adeo maligna & homini aduersa est vis aconiti, veni si statim succurratur, hominem subito interficiat, & quidem vnius diei spatio; vnde *Plinius, alleg. loc.* aconitum omnium venenorum occyissimum esse, scribit. Nonnulli tamen *Napellum* adhuc nocentiorē esse statuunt. Et navigationes *Indiæ* docent, in *India* plantas adhuc esse magis venenatas.

Curatio.

Curatio.

Ut in omnibus venenis, ita & in hoc Medicus id imprimis agere debet, ut venenum, si ore sumptum sit, quamprimum vomitu reiciatur; & si iam ad inferiora descenderit, per alium medicamento purgante, vel clystere euacuetur.

Postea statim veneni vis alexipharmacis propriis expugnanda: qualia sunt ruta, abrotanum, centaureum, origanum, marrubium, chamæpitys, aristoloch. long. coagulum leporis, hædi, cum vino vel aceto sumptum, rad. eryngij, castoreum, theriaca, Mithridatium. Imprimis commendatur opobalsamum, drach. j. pondere exhibitum.

Extra corpus oleo scorpionum vel hyperici, cui aliquid theriacæ admixtum sit, inungere non inutile fuerit.

Potus sit vnum absinthites, vel vinum, in quo aurum, vel argentum, vel ferrum candens ex-

Opera Sennerti Tom. III.

tingtum sit. Vel coquatur pullus gallinaceus, aut gallus vetus, donec raro ab ossibus separetur, & insperse, vel cum vino mixtum propinetur, sicut & bubularum carniū iuscula pinguia cum vino vtilia sunt.

CAPVT V.

De toxico & pharico.

Facit etiam *Dioscorides, lib. 6. cap. 10.* Toxicum, & *ibid. cap. 19.* pharici mentionem, quædam cum hostibus pugnaturæ tela sua illinebant, ut hostes vulnerati citò morerentur. Iisdem & venatores ad feras capiendas vsi sunt. Sunt enim Græcis τὴν πηχίαν sagittæ, atque hinc Toxicum dictum venenum, quo tela illinuntur. Pharicum autem nominatur, vel à venefico, qui primus inuenit, vel quòd *Pharis, Arcadiæ* vrbe, talia venena apportentur. Quæ venena cum omnium sint perniciosissima, vocabulum toxicum interdum in genere pro veneno vsurparur.

Toxicū
Pharicū

Quæ autem fuerint ista venena, non satis explicatum, & plerique statuunt, adhuc non satis cognitum esse, quæ antiquis hæc venena fuerint. Equidem *Guilandinus, de papyro,* acriter, hac de causa in *Matthiolum* inuehitur, & ipsum ignorantia & negligentia arguit, quòd non animaduertent, quod ipse *Dioscorides, in præfat. lib. 6.* Pharicum inter plantas refert. Verùm etsi certum sit, quòd & toxicum & pharicum venenum è plantis sit, quo telis antiqui inungebant: hoc tamen incertum, nec à *Dioscoride* expressum, è qua plantæ specie hoc venenum petitum fuerit. Sunt enim tales plantæ plures, *Napellus, Aconitum, Pardalianches, elleborus albus,* & similes, & quædam etiam *Indis* hodie in vsu, nobis nondum notæ. Dubium etiam, an simplex vel compositum fuerit. Compositum tamen fuisse, aut certo modo præparatum, è *Scribonio Largo* patet.

Verùm de re non satis cognita plura non addo, nisi hoc, quòd ex *Athenæo, lib. 3. Dipnosopist.* affertur, & ab aliis etiam confirmatur, ut ad alia venena, ita imprimis contra toxica optimum esse remedium mala cydonia, ita ut etiam sua præsentia & fragrantia venenum hoc ignauum & languidum reddant. Et referunt nonnulli, *Hispanos milites,* contra *Afros* pugnatos, cydonia mala secum ferre, ut à venenatis telis forte læsi ea, tanquam antidotum saluberrimam, comedenda in promptu habeant.

CAPVT VI.

De cicuta.

Inter venena etiam est cicuta: & non paucos, cum cicutæ radices alij pro pascinacæ, alij pro petroselinæ radice comediissent, in grauissima pericula coniectos fuisse, testantur *Hieron. Tragus, lib. 1. de stirpe. 159.* *Cardanus, lib. 1. de ven. c. 2.* *Matthiolus, in lib. 6. Dioscor. c. 11.* Et *Iul. Cæs. Scaliger, exerc. 152.* refert, Cicutæ folia, quæ loco petroselinæ in iusculum ab ancilla posita hauserat, necasse *Franciscum Trapolinum, Præceptoris sui Pompanatij Præceptorē.* Et imprimis notum est venenum cicutæ morte *Socratis,* quæ

Cicuta.

Plato, in *Phadon*, describit, quem Dialogon sapius, & non sine lacrymis, se legisse, Scaliger, *alleg. loc.* scribit. Non autem agit, ut nonnulli volunt, frigiditate; cum aqua & nix, ea longè frigidiora, nihil tale præstent. Imò non sine causa calidam esse statuit Cardanus, *de venen. lib. 1. cap. 20.* Est enim amara, & quandoque etiam furorem inducit. Tota verò illa actio, qua ut venenum agit, est ab occulta proprietate.

Symptomata & signa diagnostica.

Signa. Cicuta verò hausta inducit oeculorum caliginem, vertiginem, amentiam & furorem quandoque, strangulationem, difficultatem spirandi, vel etiam suffocationem, singultum, corporis tumorem, frigiditatem, stuporem, tandèmq; virium exsolutionem, ἀσθενίαν, & ipsam mortem.

Prognosticum.

Prognosticum. Cicuta in aliis regionibus magis, in aliis minus exitialis est. Sicut & in Italia minus lethalis est, si ei maturè præsidis occurratur.

Curatio.

Curatio. Præmissis vomitorio, vel etiam purgante, aut clystere, statim alexipharmaca sunt exhibenda, ruta, dictamnus, folia lauri tenera, daucus, gentiana, piper, amomum, cardamomum, semen vrticæ, absinthium, castoreum, quæ vel forma pulueris, cum vino generoso, vel decocti exhibenda. Theriaca quoque & Mithridatium drach. ij. pondere exhiberi possunt.

Potus sit vinum merum & generosum, & quidem copiosius haustum. Si enim minus debile aut paucum exhibeatur, metus est, ne potius vehiculi loco sit veneno, quàm ut id expugnet. Quæ de causa etiam Athenienses, si quos capitis condemnauerant, cicutæ potu interficere volebant, paxillum vini ei admiscebant, ut sua tenuitate cicutam per venas & arterias dedueeret.

Totum corpus etiam calefaciendum, & præsertim præcordia, ægèrque ad vehementem motum & cursum cogendus. Calor enim hoc venenum dissipat. Idcirco, ut Scaliger, *exerc. 152* scribit, publicus ille nocentissimæ facis mortalium minister, Critonem admonebat, ne Socratem permitteret attentius disputare, propterea quod ex ea mentis agitatione caloris aliquid contraheretur.

CAPVT VII.

De curatione.

Ephemerum. Ephemerum Colchicum, ad differentiã ephemerum non venenati, à loco dictum, quod in Colcho copiosè proueniat, planta est omnibus suis partibus naturæ hominis inimica & noxia.

Symptomata & signa.

Signa. Ephemerum sumptum statim labia & ventriculolum arrodit & exulcerat, & strangulationem excitat, perinde ac si quis fungos comedisset. Vbi ad intestina descendit, & ea arrodit, exulcerat, & inflammat, adeo, ut breui temporis spatio sanguis, & cum eo ramenta intestinorum per aluum ex-

cant. Neque saltem fluxionem alui, sed & vomitum loturæ carnis similem concitat. Insignem etiam pruritum in toto corpore producit.

Curatio.

Ut reliquorum venenorum omnium ore intra sumptorum; ita & huius cura vomitu inchoanda, si in ventriculo adhuc hæreat, vel à clysteribus, si ad intestina iam descenderit.

Quibus præmissis ægrotos plurimum iuuari lactis alinini vel bubuli potu, imò si lactis huius copia adsit vix aliud medicamentum requiri, autor est Dioscorides, *lib. 6. cap. 5.* & Aetius, *retrab. 4. ferm. 1. cap. 56.* Pro alexipharmacis comedantur serpillum, origanum, tormentilla, plantago, bursa pastoris, folia & glandes quercus, ac fagi, rad. poligoni, rubifolia, myrti semen & folia, quæ in lacte vel vino coqui possunt. Vel fiant emulsionem ex sem. 4. frigid. maior. & amygd. dulc. cum aqua tormentill. plantag. burse pastoris.

Si vlcus intestinorum relinquatur, qua ratione id curandum sit, dictum supra, *lib. 3. part. 2. sect. 2. cap. 7.*

CAPVT VIII.

De hyoscyamo.

Hyoscyamus. Hyoscyami species describuntur à Dioscoride, *lib. 4. cap. 64.* & aliis rei herbariæ scriptoribus. Omnes verò occulta proprietate & malignitate cerebro & spiritibus animalibus infestæ sunt.

Symptomata & signa diagnostica.

Nam qui de hyoscyami radice, foliis, semine, succo aliquid degustarunt, ij ebriorum modo delirant, modò rixantur, modò virgis ob pruritum, quem hyoscyamus in toto corpore excitat, cædise putant, ut vnde varios gemitus edunt, nonnunquam asinorum more rudunt, aut equorum instar hinniunt, vertigine corripiuntur, toto corpore tremunt, artusque hinc inde iactitant, nonnunquam & in epilepsiam fatis grauem incidunt, animo deficiunt, magna difficultate respirationis laborant, ut suffocari videantur.

Prognostica.

1. Etsi hyoscyamus satis noxium venenum sit: facile tamen medicamentis cedit, si, priusquam venenosa vis inualecat, superetque corporis vires, vtilia medicamenta propinentur.
2. Cum autem tria sint imprimis hyoscyami genera; nigrum, rubrum, album: nigrum reliquis est deterius, album minus noxium, rubrum medio modo sese habet.

Curatio.

Vomitório ex hydromelite & oleo rutaceo, vel clystere abstergente præmissis, Bezoartica huius veneni exhibeantur, qualia sunt pistacia large comesta, & ebibita, castoreum, ruta, absinthium, folia & bacæ lauri, semen vrticæ, allium, theriaca, Mithridatium.

Cum cibo sumat æger raphanum, sinapi, allium, cepa, nasturtium, butyrum recens, piper, pi-

stacia, amygd. dulces, nucleos Persicorum. Potus sit vinum absinthites. Sudor quibuscunque modis prouocetur.

CAPVT IX.

De solano furiosa & dorycnio.

Solani uoxa. **O**mnes Solani species somnum inducunt, & crebro aduersam qualitatem obtinent. Etsi enim vulgare illud hortense in vsus medicos veniat: tamen refert Hieronymus Tragus, *histor. stirp. lib. 3. cap. 24.* duos pueros cum plures eius baccas comedissent, mortuos esse. Magis adhuc noxium, est illud, quod Belladonna dicitur, de quo idem Tragus, *lib. 1. histor. stirp. cap. 15.* refert, quod vir quidam, qui plures eius baccas deuorauerat, altero die in furorem incidit. Et Fuchsius, *histor. stirp. cap. 265.* duos pueros ex esu acinorum huius mortuos esse. Vvrius, *lib. 3. de prestig. demon. cap. 17.* ex eorum esu puerum quendam in furorem actum esse narrat, vt nec parentem agnosceret, hinc profundo somno 24. horis detentum. Et Petrus Pena ac Lobelius, *in anat. pag. 103.* iuuenes quosdam iis sumptis somno profundo sopitos interiisse narrat.

Solanū furiosū. Omnium verò perniciosissimum est solanum, quod furiosum dicitur, ideo quod intra corpus sumptum furorem inducit. Frigidum nonnullis creditum est, sed falso. Neque enim frigida per se somnum inducunt, sed quicquid agit occulta qualitate, aliorum venenorum more, agit.

Symptomata & signa.

Signa. Solani furiosi radix, drach. j. pondere pota, facit species varias, imaginationesque non iniucundas obseruari; sed duplicatus hic modus ad tres vsque dies mentis alienationem affert; quadruplicatus interimit, vt Dioscorides, *lib. 4. cap. 69.* scribit.

Curatio.

Curatio. Vt quamprimum vomitu reiiciatur, danda opera. Ideoque aqua mulla copiose exhibenda, vel lac vaecinum, caprinum, asininum. Postea exhibeantur bolus Armenus, terra sigillata, ruta, theriaca, & Mithridatium, & reliqua, quæ opio sumpto vtilia sunt.

Dorycnium. Naribus etiam castoreum & ruta cum aceto admoueantur.

Dorycnium & solanum furiosum non solum hodie à nonnullis pro eadem planta habentur, sed & tempore Dioscoridis pro eadem habita esse, ex *lib. 6. cap. 6.* patet. Verum non eandem plantam esse, apparet vel ex eo, quod Dioscorides, *lib. 4.* diuersis capitibus agit de solano furioso & Dorycnio. Et manifestum etiam id est ex eo, quod Dorycnium, *lib. 1. c. 31.* ita dicitur, quod eo culpides hastarum tingantur, quod de solano furioso non annotatum. Præterea nec symptomata, quæ ab iis sumtis accidunt, sunt eadem. Solanum enim furiosum furorum & somnum inducit; Dorycnium vero sumptum in lingua lætis dulcedinem refert; ad ventriculum vbi peruenit, singultum continuum & crebrum animi deliquium excitat: vomitu sanguis relictur, intestina exulcerantur, vnde excrementa primum mucosa, hinc cruenta apparent.

Curatio quoque diuersa est. Equidem, vt re- Opera Sennerti Tom. III.

liqua venena sumpta, vomitu reiiciendum & clystere euacuandum est, Priuatim verò, vt scribit Dioscorides, iis opitulatur aqua mulla, lac caprinum aut asininum, dulce vinum, quod tepidum cum aniso bibatur; amygdalæ amaræ, gallinacea pectora decocta: quin etiam conchyli omnia, tam cruda, quam cocta, edere salutare est. Conueniunt & locustæ marinæ, gam-mari, & pota eorundem iuscula.

CAPVT X.

De mandragora.

Licet ex Aëtij, *tetrabibl. 4. ferm. 1. cap. 68.* mente mandragoræ radix non facile alicui per infidias exhiberi possit; cum grauem & nausea-bundum spiret odorem, & gustui amarulenta ac iniucunda sit: quia tamen altutia, & malitia quorundam hominum maxima, quæ admistione sapidorum & suaueolentium gustum, ac olfactum fallere nouit, facile fieri potest, vt in quantitate sat notabili, homini nihil tale suspicanti offeratur. Nec etiam poma mandragoræ malignitate carent; imò etiam solo halitu soporifera sunt, vt Leuinus Lemnius, *in explicat. herbar. bibli-car. cap. 2.* refert, qui ibi scribit, cum semel atque iterum poma mandragoræ in Museo suo collocasset, se ita somnolentum factum fuisse, vi soporem agrè excutere posset, poma verò amoto, factum fuisse alacriorem, atque omnem torporem discississe. Etsi verò vulgò mandragoram refrigerando nocere creditur; tamen sapor amarus, odor, grauis, pruritus & ardor intolerabilis, qui totam corporis superficiem adurit, linguæ & oris ariditas, contrarium docent. Ita nimirum irritò & infelici conatu omnia ad manifestas qualitates reducere nonnulli laborant. Rectius omnes illi effectus, quibus nocet mandragora, ad vim venenatam & occultam proprietatem reducuntur. Ac propterea nonnulli causam nullam habuerunt, cur dubitarent, an rectè Dioscorides præceperit, vt oleo rosaceo & aceto, quæ frigida sunt, caput in affectu frigido perfunderetur. Neque enim mandragora frigida est, & nullus metus, vt oleo rosaceo & aceto ea frigiditas augeatur.

Symptomata & signa diagnostica.

Mandragoræ radicem vel succum qui sum- pferunt, in soporem grauem, lethargo non ab- similem, incidunt, à quo difficulter excitantur; excitati verò vociferantur, statimque iterum ob- dormiscunt; tristes, segnes, & languidi, non- nunquam etiam amentes fiunt; oculos habent rubicundos & prominentes, faciem tumidam & rubentem, puritum ardorem intolerabilem in toto corpore percipiunt, lingua & os arescunt, quam ob causam ore perpetuo hiante frigidum trahunt aërem.

Prognosticum.

Mandragora quidem molesta symptomata excitat, tardiùs verò interimit. Si tamen vis venenata impunè serpere auerique sinatur, ac remedia necessaria maturè non adhibeantur, certim hominem enecandi vim habet, & homo tandem conuulsione perit.

Curatio.

Curatio

Mandragora, ut alia venena, quam primum vel per aluum, vel per vomitum reicienda. Postea ægro pulegium, origanum, absinthium ruta, scordium, castoreum, seu forma decocti, seu pulueris, cum vino vel aceto exhibeantur. Vtilis est & Theriaca. Raphanus domesticus, cum sale per triduum aliquoties assumptus, mandragoræ Bezoar perhibetur.

In primis verò capitis, tanquam partis maximè affectæ, habeatur ratio. Hinc ad excitandum ægrum adhibeantur odoramenta & erethica & castoreo, ruta, pulegio, pyrethro, pipere, & sinapi parata. Et omnia reliqua, quæ in lethargo adhereri solent, ut frictiones, ligaturæ & similia, quibus ægri excitantur, & humores à capite auertuntur, etiam hic locum habent. Caput irrigandum est aceto & oleo rosaceo, item oleo, in quo pulegium, calamintha, serpillum, thymus, & alia medicamenta cephalica cocta fuerunt. Potus sit vinum dulce, vel vinum absinthites.

CAPVT XI.

De apio risus, seu herba sardonica.

Herba Sardonica.

Sardonica herba, quod in Sardoniam copiosè sprouenit, ita dicta, & apium risus, quod agresti apio simile sit, iis verò, qui illam deuorauerunt, os contorquetur, ut ridere videantur, etiam inter venena refertur. Herba enim hæc neruis imprimis inimica est, eosque inter corpus assumptum contrahit, utiis, qui eam sumpserunt, musculi labia mouentes in rictum contrahuntur, & risus speciem præbeant, vnde in proverbio de homine in calamitatibus ridente dicitur; *Risus Sardonius*. Nonnulli tamen existimant, non solum ob conuulsionem ægros ridentes videri, sed reuerà etiam ob mentis alienationem ridere.

Symptomata & signa diagnostica.

Signa.

Ij, qui apium risus sumpserunt, ardorem in gutture, ventriculo & intestinis percipiunt, nec non totius corporis inflammationem; mente alienantur, continuò ridere videntur.

Curatio.

Curatio

Apium risus citò vel per vomitum, vel per aluum reiciendum, & propterea hydromel, lac, butyrum, & iuscula pingua copiosè exhibenda. Vtilis est quoque emulsio amygdal. dulc. sem. 4. frigid. maior. excorticator. & sem. papau. albi, cum aq. hordei, lactuca, & plantag. parata.

Antidoti loco est succus melissæ cum aceto datus, vel bolus Armenus cum sero lactis, vel castoreum cum vino dulci.

Ceruix inungatur oleo costino, de castoreo, vulpino, hyperici, vnguento aregon & similibus, que in conuulsionibus adhereri solent, & lib. I. *pract. part. 2. cap. 28.* sunt proposita.

Æger sæpius comedat nucleos pini, amygdalas dulces, pistacia. Sunt qui largiorem vini dulcis potum commendant, ita ut ab eo ægrotantes inebrientur, & multum dormiant.

A

CAPVT XII.

De coriandro.

DE coriandro etiam qualitates primæ controuersiam inter Authores excitauerunt. Dioscorides, *lib. 3. cap. 62.* coriandrum frigidum esse statuit; quem Galenus reprehendit, contrariumque probare conatur, *lib. 3. de simpl. med. facult.* Auicennas rursus, ut Dioscoridem defendat, Galenum reprehendit.

Coriandrum.

Verum res plana est. Etenim si ad primas qualitates respicimus, omnino calidum coriandrum esse statuendum est, ut sapor, odor, & alii caliditatem sequentes effectus satis testantur. Effectus verò reliqui, ob quos Dioscorides, sed malè, coriandrum frigidum esse statuit, à vi maligna & occulta proprietate dependent. Etsi verò vis ista maligna præcipuè in herba viridi, & succo ex ea expulso, ut & immaturo semine apparet: tamen nec maturum semen omni malitia caret, & ea ipsa, quæ postea in signis proponuntur, symptomata inducere potest. Ideoque antequam in usum medicum veniat, aceto prius præparatur, quâ ratione occulta eius venenosa qualitas tollitur.

Symptomata & signa.

Coriandrum, imprimis viride, & succus eius assumptus, furiosum inducit delirium, ut ægrostantes ebriorum nonnullorum more dicta turpia & obscæna loquantur; vocem reddit asperam & raucam, vertiginem & somnolentiam excitat; totum denique corpus tetrum & fætidum odorem instar coriandri viridis spirat.

Curatio.

Ante omnia vomitus prouocetur aquâ tepidâ, vel decocto anethi cum oleo irino, vel liliorum alborum. Hinc iuscula pingua cum sale & pipere, & vinum absinthites sæpius ægro offeratur.

Antidoti loco sit radix vincetoxici ex vino, vel theriaca. Vtiles etiam sunt species diambra, diamoschi dulcis aromatici caryophyllati, dianthos, trochisci galliæ moschatæ, vel aliptæ moschatæ.

Cibus sint oua forbilia cum pipere & sale; potus verò vinum generosum merum, vel absinthites.

CAPVT XIII.

De ixia & chamæleone.

IXIAM à Chamæleone, & quidem nigro, nonnulli distinguunt. Verum Plinius, *l. 12. c. 18.* non distinguit, ut & alii. Et maleficas qualitates radicis Chamæleonis etiam extra tractatâ describit Bellonius, *lib. 1. obseruat. cap. 35.* vbi refert, se in Lemno cum sociis & Turcis quibusdam radices Chamæleonis nigri eruisse, & frustulatim secuisse, ac filo traiecitse, ut facilius siccarentur. Cum verò in summo æstu manibus non ablutis sudorem faciei absterfissent, omnes in iis locis, quos attigerant, tantam sensisse pruriginem, inflammationem, & ardorem, qualem nec scilla, nec vrtricæ vllæ centesima parte excitare possent.

Symptomata & signa.

signa. Ixia hauſta, vt Aëtius, *retrabibl. 4. ſerm. 1. cap. 71.* & Dioſcorides, *lib. 6. cap. 21.* referunt, ſaporem & odorem ocymo ſimilem præbet, inflammat & exaſperat, inſaniam excitat, reſpirationem difficilem reddit, aluum arctiſſimè, vt nihil excernatur, conſtringit, ventris tormina, pruritus, & lipothymias frequentes parit.

Curatio.

Curatio Vomitu excitato, vel inieſto ad ſubducendum aluum clyſtere, ægroto propinandum decoctum abſinthii, vel tragorigani ex vino, aceto vel hydromelite paratum. Vel exhibeatur eidem ſilphii radix, vel rutæ ſylueſtris ſemen, vel nardus Indica, caſtoreum, theriaca vel Mithridatium. Et quia Ixia innata ſua malignitate cordi & ſpiritibus vitalibus inimica eſt, hic quoque imprimis vitia ſunt medicamenta, quæ ſpiritus vitales roborant, quæ de lipothymia & ſyncope, *lib. 2. præct. part. 4. cap. 6.* ſunt propoſita.

CAPVT XIV.

De Taxo.

Taxus. **T**axus arbor non ſolùm foliis, ſucco, & bacis, hominibus & iumentis lethalis, ita vt quoque vaſa viatoria, vt Plinius, *lib. 16. c. 10.* ſcribit, ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum ſit; ſed etiam *eod. lib.* teſte, in Arcadia tam præſentis veneni eſt, vt qui ſub ea obdormiunt, vel cibum capiunt, moriantur. Scribit tamen Plutarchus, *lib. 3. Sympoſiac.* Taxum eo tempore tantùm noxiam eſſe, quo florere incipit. Et Petrus Pena, *in aduerſar. pag. 490* refert, in Anglia innocuum proſus eſſe, & pueros eius baccas ſine damno elitare.

Symptomata & ſigna.

ſigna. Taxi veneno infecti frigus in toto corpore percipiunt, ſtrangulationis metum incurrunt, & alui profluuium dyſentericum patiuntur, & plerumque repentina morte moriuntur.

Curatio.

Curatio Poſt vomitum, vel alui deiectionem ad veneni euacuationem neceſſariam vinum generoſum & abſinthites copioſè exhibendum, vel radix gentianæ & iridis, vel baccæ iuniperi cum oxymelite, vel theriaca.

Febrem & alui profluuium à taxi veneno inducitur ſiſtunt terra ſigillata, bolus Armenus, lapis Bezoar, corallia, radix tormentillæ, ſuccus & ſirupus granatorum & ribes.

CAPVT XV.

De euphorbio.

Euphorbium. **E**vphorbio etſi inter medicamenta etiam quandoque locus ſit: tamen ſi in maiori, quàm par eſt, quantitate exhibeatur, vel alexipharmacis vis eius maligna non infringatur, hominem in vitæ diſcrimen præcipitat. Quanquam verò imprimis adurendi vi nocere vulgò putatur: tamen procul dubio etiam, vt Cardanus, *lib. 1. de venen. cap. 1.* ſcribit, occultam aliquam pro-

Aprietatem habet, per quam occidit. Quod vel ex eo patet, quod animi deliquia ſtatim inducit, & ſubito, quod ſola ereſio non facit, hominem occidit. Scribit enim Alexander Benedictus, *præct. lib. 10. c. 17* quendam, cùm Empiricus ei euphorbium imprudenter exhibuiſſet, dyſenteria correptum, eadem die obiſſe. Curatur etiam antidotis, vt alia venena.

Symptomata & ſigna.

Euphorbium ſumptum fauces, ventriculum, & inteſtina adurit, & non abſque dolore intenſiſſimo erodit, ſingultum & vomitum mouet, totum corpus inflammat, ſitim exciſat inextinguibilem, non hypercatharſin ſolùm, ſed & dyſenteriam grauiffimam parit; ſudorem frigidum, animi deliquium, nonnunquam etiam mortem inferit præſentiſſimam.

Curatio.

Vt reliquorum venenorum intra corpus aſſumptorum; ita Euphorbii quoque curatio vel à vomitorio vel à clyſtere, prout vel in ventriculo vel inteſtinis venenum latet, cura auſpicanda. Vomitoria parentur ex aqua calida ſimplici, vel decocto violarum aut maluarum, cum oleo violarum roſaceo, aut amygdalarum dulcium. Clyſter paratur è refrigerantibus, abſtergentibus, dolorem lenientibus, vt radice althææ, foliis violariarum, maluarum, endiuicæ, lactucæ, plantaginis, floribus chamæmeli, verbafci, ſem. 4. frig. maior. mucilag. ſem. pſyllii, oleo violarum, roſarum.

Hinc ad feruorem extinguentium, & acrimoniam obtundendam crebrò exhibeantur refrigerantia & pingua, vt lac recens mulctum, oxygala, iuſcula pingua, emulſo è ſem. 4. frigid. maior. cum aq. roſar. portulac. cichorii, endiuicæ, lactuc. violariæ facta.

Proprium euphorbii antidotum eſt ſemen citri ex vino, in quo radices helenii coctæ ſint. Vitia etiam ſunt terra ſigillata, ſmaragdus, cryſtallus præparatus, ſpec. liberantis, theriaca.

Vlcera inteſtinorum qua ratione curanda ſint, dictum, *lib. 3. præct. part. 2. ſect. 2. cap. 7.*

Cibus ſit cremor puiſanæ, lac, oryza, amyllum, poma & pyra acida, cydonia, ribes, berberis.

CAPVT XVI.

De nucæ metella.

De nucæ metella quamuis non omnium eadem ſit opinio, plerique tamen pro fructu ſtrammonii ſeu ſolani ſpinoſi habent. Cardanus, *de venen. lib. 3. cap. 5.* ſcribit, nucem metellam eſſe mediam inter opium & cicutam, & aurei vini pondere ſumptam vno die interficere.

Symptomata & ſigna.

Nux metella intra corpus ſumpta ſomnum profundum, à quo homo vix excitari poteſt, temulentiam, anhelitum frigidum, labiorum intumefcentiam, corporis pallorem, vnguium liuorem, tandèmq; frigidum ſudorem inducit, quem paulò poſt mors inſequitur.

Curatio.

Vt in aliis venenis, ita & in hoc primò vomitus excitandus, & quidem decocto è corticibus

radic. iuglandium cum vino parato. Alius verò subducatur clystere à centauro min. ruta, scordio, castoreo, & hydromelite concinnato.

Hinc ægro exhibeantur decoctum absinthij, origani, rutæ sylvestris, radic. gentianæ, helenij, cum vino paratum, vel castoreum, pyrethrum, bæccæ lauri, cinamomum, theriaca, species diagalangæ, diazingiberis.

Æger à somno excitetur errhinis, ligateris dolorificis, frictionibus extremorum, & cum potest moueri, & rectius sese habet, corpus moueat, & sese exerceat æger, donec sudet.

Cibi loco vtatur æger butyro recenti, carnis & iusculis pinguibus, Potus sit vel vinum meracum, vel lac dulce copiosum.

C A P V T XVII.

De nerio, seu oleandro.

Nerium Dioscorides, *lib. 4. cap. 77.* Nerij flores & folia mulis, asinis, canibus, aliisque quadrupedibus plurimis veneno, hominibus verò cum vino exhibita contra serpentum morsus præsidio esse affirmat. Alij tamen, ipsa experientia ita edocti, Nerium vel in cibo vel in potu, etiam minori copia assumptum, tam homines, quam quadrupedes interficere, imò vmbra eius cunctis animalibus noxiam esse scribunt. Nisi forsàn Nerium contra serpentum morsus in specie alexipharmacum sit, sicut de aconito, quod alias præsentaneum venenum est, narrat Plinius, *lib. 22. cap. 2.* quod cum vino calido datum scorpionum ictibus aduersetur, & ita vnum venenum cum alio emoriatur.

Symptomata & signa.

Signa Nerium assumptum magnam inducit circa præcordia angustiam, ventrem inflat, rugitus in intestinis excitat, aluum mouet, corpus inflamat, syncopen parit, ipsamque mortem, nisi citò succurratur, infert.

Curatio.

Curatio Reiecto vel per vomitum, vel per secessum Nerio, æger sæpius bibat decoctum ficuum, dactylorum, folior. maluæ, radic. althææ, sem. lini, aut scenigræci, vel assumat electuarij diacastorei, aut robacæ. iuniperi drach. ii. Imprimis semen rutæ & agni casti cum aceto propinatum proprietate quadam neno aduersari scribitur.

Æger sæpius vescatur ptisanæ cremore, ficubus passulis, dactylis, saccharo, butyro recenti, lacte, iusculis pinguibus & aliis dulcibus ac mucilaginosi.

C A P V T XVIII.

De iuglande arbore.

Iuglans Iuglans arbor vix alio, quam si quis sub eius vmbra somnum capiat, nocet modo, refertque hic Greuinus, *lib. 2. de venen. cap. 22.* sibi, cum aliquando media ætate sub iuglande obdormiisset, vniuersum corpus refrigeratum fuisse, cum maximo capitis dolore, qui quinque vel sex dies durauit. Et Marcellus Donatus, *hist. med. mirabili, lib. 1. cap. 1.* refert, quod mulier quædam rus incola, cum in meridie sub vmbra nucis arboris dormitasset, in somniis à demone opprimi, & verberari sibi ipsi visa sit, & præ timore expergefata, cum sub nucis vmbra se cubasse videret, semidormiens perterrita, à malo spiritu se correptam prædicans, domum reuersa sit, & febris superueniente, ferè capilli omnes deciderint, qui tamen sanitati restituta renati sint.

Symptomata & signa.

Signa. Qui sub vmbra iuglandis arboris diutius verisatur aut dormit, ingenti capiti dolore corripitur, vertigine vexatur, & in epilepsiam vel apoplexiam incidit.

Curatio.

Curatio Symptomata verò ista tolluntur latione capitis cum lixiuio, in quo betonica, hyssopus, maiorana, lauendula, pulegium, rosmarinus, saluia, spica vel stæchas cocta fuerint, vel irroretur caput aqua rosæmarini, maioranæ, saluiæ, lauendulæ.

Exhibeantur verò species diambra, diamoschi dulcis, aromatici caryophyllati, dianthos, threthisci galliæ moschata, vel ex herbis cephalicis supra dictis, paretur decoctum, & addito melle anthosato ægro exhibeatur. Vtiles etiam sunt aquæ cephalicæ, epilepticæ, apoplecticæ.

Potus sit vinum generosum.

C A P V T XIX.

De esula.

Esula. Esula siue Cithymali quamuis plures sint species: omnes tamen secundum omnes partes haud parum venenatæ sunt. Et licet Esula non ex eorum venenorum genere sit, quod simpliciter tale est, & nullum in medicina habet vsum, sed quandoque præparata purgantis loco exhibeatur: tamen si non præparata, vel nimia quantitate sumatur, grauius symptomata excitat.

Symptomata & signa diagnostica.

Signa. Nimirum statim nauream, singultum & vomitum copiosum, dorsi que anxietatem excitat, corpus totum inflamat, sitim infert vehementissimam, hepatis temperiem & constitutionem summopere destruit, ventris dolorem, & periculosum alui fluxum parit, quem vt plurimum conuulsio, & hanc ipsa mors sequitur.

Curatio.

Curatio Vomitus ab assumpta Esula vrueniens non statim sistendus, sed potius, vt materia venenata statim euacuetur, promouendus: quod fit aqua hordei tepida, cum oleo anethino vel violar. exhibita. Hinc clyster refrigerans & abstergens è decocto herbarum emollientium, seminibus 4. frigid. maior mucilag. sem. psyll. vel cidonior. ol. rosar. violar. vitello oui paratus iniiciatur.

Antidoti loco exhibeantur bolus Armenus, terra sigillata, corallia rubra, cornu cerui præparatum, theriaca cum vino vel aqua cardui bened. Vtile est & gummi Arabic. ac tragacanth.

Cum cibo æger vtatur butyro recenti, ptisanæ cremore, amygdalis dulcibus, iusculis pinguibus, ol. & emuls. amygdalar. dulc. vt & emulsionem sem. 4. frigid. maior. excotticator. facta cum aq. hordei, plantag. portulacæ, tormentill. Vtile est & lac recens multum.

CAPVT XX.

De nuce vomica.

Nux vomica **Q**uamuis sunt, qui nuces vomicas canes & a-
ques quidem interficere, hominibus verò
nullam noxam inferre putant : eas tamen intra
corpus sumptas hominibus quoque lethales esse,
experientia docuit.

Symptomata & signa.

Signa. Assumptam enim nucem vomicam statim nau-
sea, vomitus copiosus, sitis vehemens, alui flu-
xus immoderatus, pectoris angustia, subita vi-
rium prostratio, sudor frigidus, conuulsio, tan-
demque, nisi citò succurratur, mors sequitur.

Curatio.

Curatio Vt in aliis, ita & in hoc veneno necessarium
est, vt id statim è ventriculo reiiciatur, hausto
hydromelite, in quoraphanus vel simile quid
decoctum sit; hinc aluus iniecto clystere emol-
liente & refrigerante eluatur.

Antidoti loco exhibeantur zedoar. drach ij.
pondere cum vino, cortices citri vel succus eius,
rob. myrti vel cydoniorum.

Pro cibo exhibeatur butyrum recens, nuces
plneæ, amygdalæ dulces, ptisana hordeacea, car-
nes & iuscula gallinarum. Potus sit lac recens
mulsus, adhuc calidum, vel vinum aqua fonta-
na dilutum. Vtile quoque est balneo vti, cor-
púsque inungere oleo sesamino, anethino, iri-
no, cui aliquid castorei addere licet.

CAPVT XXI.

De ellebore.

**Ellebo-
rus.** **D**E elleboro albo (hunc enim, vbi simplici-
ter, & sine adiectione Elleborus nomina-
tur, intelligendum esse, docet Galenus, 5. apho-
rism. 1.) Autores dissentiunt, & nonnulli eum è
numero medicamentorum planè relegandum
censent; alij magnis laudibus extollunt. Autor
lib. 1. de plantis, cap. 3. hyoscyamum & Ellebo-
rum hominibus venenum esse, & Alexander A-
phrodisæus, in præfat. Problem. veratro cotur-
nices, cicuta sturnos vesci, quæ hominibus ve-
nena sint, scribit. Et Galenus, 6. epid. comm. 5.
sext. 35. scriptum reliquit, in Doride, Bæotia ac
Thessalia plurimos ex esu coturnicum muscu-
lorum distensionibus fuisse correptos, quoniam
elleboro eæ vescerentur, idque & Athenis qui-
busdam accidisse. Et Mesue elleborum reiicit,
quia præfocationem inducat; Aueroës verò
propter nimis violentam purgationem inter ve-
nena refert.

Contra negari non potest, Hippocrati & anti-
quis in frequenti vsu fuisse elleborum, & Plinius,
lib. 25. cap. 5. scribit, ellebori vsum adeo promif-
cum fuisse, vt plerique studiorum gratia ad
peruidenda acrius, quæ commentabantur, eum
sepius sumpserint, vt peculiariter fecit Carne-
ades Academicus, qui scripturus aduersus Stoici
Zenonis libros, candido elleboro superiora pur-
gabat, ne quid ex corruptis in stomacho humo-
ribus ad domicilia vsque animi redundaret, &

A constantiam vigorémque mentis labefactaret.
De veratro etiam vsurpando agit Actius, terra-
bibl. lib. 1. serm. 3. cap. 120. & seqq. Paulus Ægi-
neta, lib. 7. cap. 4. Oribasius, lib. 7. collect. Cæli:
Aurel lib. 3. acut. cap. 13. & lib. 1. eard. passion. cap.
4. Et ita quidem elleborus apud Antiquos in
frequenti vsu fuit, vt in prouerbis plura abierit.
Bibe elleborum. Et Demosthenes Æschinum mo-
net, vt elleboro se purget. Lucianus, in Dialogo
Menippi ac Tantalii, ait: Desipis, Tantale, vt verè
dicam, elleboro tibi poto opus est. Et: Nauiget
Anticyras. Ac:

Scribitur Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Lycine commiserit.

B Scribit Horatius. In Anticyris enim maxima el-
lebori copia fuit.

Verùm controuersia hæc, distinctione com-
moda adhibita, facilè componi potest. Diximus
enim iam supra ex Galeno, 6. epid. com. 6. text. 5.
quòd venena sint duplicia; alia simpliciter talia,
quæ nec sanis nec ægris profunt, sed semper no-
cent; quædam, quæ licet interdum nocent, &
hominem interimunt, quandoque tamen, & se-
cundum artem adhibita in vsum medicum veni-
re possunt. Atque in posteriore, non priore ge-
nere collocandus est helleborus albus. Quam-
uis enim in vsum medicum venire possit, & apud
antiquos frequentissimè vsurpatus sit, vt ex locis
antè allegatis patet, & peculiari etiam libello
Baptista Codronchius docuit: non rarò tamen
etiam nocuisse, & homines interemisse obserua-
tum est. Ita scribit Antonius Beneuennius, de
abdit. morb. & sanar. caus. cap. 51. cum imperitus
quidam cuidam quartana laboranti elleborum
propinasset, eum intra sex horarum spatium mor-
tuum esse; & alium eodem modo ex ellebori vsu
mortuum esse, ibidem capite 52. refert. Et docuit
hoc iam olim Hippocrates, qui quinto aphorismor.
primo, conuulsionem ex hellebro lethalem esse
scribit. Et Ponzettus, de venenis lib. 2. cap. 32.
quendam laborantem, cum sumpisset hellebori
sesquidrachmam, mortuum esse refert.

Symptomata & signa.

D Nimirù elleborus vel non præparatus, vel lar-
gius sumptus violentam supra & infra excretio-
nem, ingentisque ventriculi, & intestinorum
cruciatu ac tormina, singultumque excitat; Præ-
focationem, respirationis difficultatem, mentis
turbationem, subitam virium prostrationem,
cordis palpitationem, lipothymiam, corporis-
que totius tremorem infert, ægrique tandem vel
suffocati, vel conuulsi moriuntur.

Curatio.

Etsi verò elleborus vomitum excitat: tamen is
non sistendus, sed potius promouendus, & pro-
pterea vomitorium è radice raphani, semin.
anethi, atriplicis, genistæ, in hydromelite coctis
exhibendum, & aliquoties repetendum. Si cly-
stere opus, paretur is è decocto centaur. min. ru-
tæ, plantag. radic. althææ, addito oleo anethino,
& ouornm vitellis.

Antidoti loco exhibeatur pulu. fl. aut rad. nym-
phææ albæ, vel sem. pastinacæ drach. ij. cum vi-
no, vel ex absinth. scordio, anisq. cumino, nar-
do Indica & castoreo paretur puluis, & cum vino
offeratur, vt & theriaca, vel Mithridatium.

Ad strangulationem inhibendam detur galba-
ni drach. 5.

Ad ventris cruciatus & tormina sedanda fac-
culus è fuffuribus, fale, cumino, pulegio, menta,
ruta, & lauri baccis paratus, & in vino vel lacte
coctus extra calidè applicetur. Vel: *℞. Mithri-*
datii, castorei, ol. nuc. moschat. express. an drach. j.
ol. ruscac. q. s. Fiat linimentum.

Qua ratione hypercatharsis & nimia purgatio
sistenda sit, dictum est *lib. 3. pract. part. 2. sect. cap. 6.*

Singultus etiam quomodo curandus sit, di-
ctum *cod. lib. 3. part. 1. sect. 2. cap. 10.*

Tandem qua ratione conuulsionibus, quæ ac-
cidere solent occurrendum sit, dictum *lib. 1. part.*
2. cap. 28.

CAPVT XXII.

De grano nubia, erica baccifera, herba hamatogo-
ga, datura, flore Africano, lolio, mangas,
ahousai, hinc succo, melle
venenato.

Reliquis plantas venenatas vno capite con-
iungemus, & symptomata ac morbos, quos
inducunt, imprimis referemus. Vbi curatio non
addetur ad communia illa confugiendum, lapi-
dem Bezoar, terram sigillatam, bolum Armen-
num, theriacam. Mithridatium & similia.

Granū
Nubia. A pluribus annotatum granum nubia dictum,
omnium venenorum pessimum. De quo Iul. Cæ-
sar Scaliger, *exerc. 153. sect. 11.* scribit: In Nubia,
quæ est Æthiopia sub Ægypto, granum est,
quod deuoratum expellit animantes vitâ. Deci-
ma pars intra horæ quadrantem interficit. Et de
eodem Mercurialis, *lib. 1. de venen. cap. 6.* scribit:
In Nubia reperitur quoddam veneni genus, cu-
ius si granum vnum propinetur decem homini-
bus, omnes statim iugulat spatio quartæ partis
horæ: si autem detur vni homini, illum statim
interimit.

Erica
baccifera. Ericam bacciferam Matthioli, quam Saxones
ad montem Brotenbergum, Apenbeer, hoc est,
simiarum baccas, nominant, ita dici existimat
Iohannes Thalius, *in descriptione Hercinie*, quod
esuf earum vberior capiti noxia quædam inferat
symptomata, atque deliræ subsequantur gestu-
lationes, ratione non nihil interturbatâ, vt is,
qui vsus fuerit copiosus, simiarum instar sese ha-
bere gestu ridiculo videatur.

Herba
hamatogoga. Inter venenatas herbas meritò & illa refer-
tur, de qua Galenus, *lib. de purg. med. facult. cap.*
4. In Thracibus, Bithyniam incolentibus, in-
uenit homo quidam herbam, quam si quis as-
sumpsisset, sanguinem primò, tum vitam emit-
tebat. Multis itaque hoc pacto morientibus
cum facinus diligenti inquisitione dignum puta-
retur, herbarium comprehendunt, & ad gen-
tis Magistratum ducunt. Is cum non solum ho-
minem necare studeret, sed si quis alius herbam
aut didicisset aut docuisset, à nullo siquidem
ipsam dedicisse veneficus asseruit, verum in su-
burbanum cum aliquando suillum iecur deferret,
vrgente ventre super herba quadam iecur
deposuisset, quod aliquantò post cum sustulisset,
vidisset ex vniuerso iecinore sanguineos riuulos
ad herbam confluere. Ex hoc coniectura facta,
corpori sanguinem ea detrahi posse, periculo
mox in obuiò quodam facto, vt verum comperit,
quod fortè sperabat, ad malos vsus herbam dein-
ceps transtulisse, se tamen alicui alij eam mon-
strasse negauit. Hæc herbarius ille diu inter quæ-

stiones habitus retulit. Populi verò Magistratus
cum illis in locis nasci hanc herbam ex rei dictis
accepisset, vinctis oculis ipsum ad supplicium
duci iussit, ne cui inter eundem herbam indicaret.

Venenata est & Datura, seu Datula, de qua
Garcias ab Horto, *aromat. lib. 2. cap. 24.* Iniicitur
à furibus hic flos, aut eius semen, in cibos eo-
rum, quos depradari volunt. Mente enim quo-
dammodo alienantur, quotquotid medicamen-
tum sumunt, & in risum soluntur, magna cum
libertate sinentes, quod libitum est, depradari.
Durat verò hæc mentis alienatio vigintiquatuor
horarum spatio. Et de eadem refert Christopho-
rus à Costa, *lib. aromat. pag. 78.* Mala, *inquit*,
inualuit consuetudo apud impudicus mulieres,
quod huius seminis in puluerem triti drach. s. ex
vino, aut alia, quæ magis aridat, materiâ præ-
beant. Miser, qui eum hausit, diu veluti mente
alienatus remanet, aut ridens, aut ciulans, aut
dormiens, plerumque etiam alteri colloquens &
respondens, vt interdum etiam sana mente præ-
ditum esse credas, tamen si mentis non sit compos,
neque cum agnoscat, cum quo sermones con-
fert, & colloquij habitus planè sit immemor, post-
quam ad seredit. Additque, neminem tamen,
qui id sumpsisset, necatum vnquam comperisse,
tamen si nonnullos conspexerit per aliquot dies
perturbatos ferri, quod fortè acciderat ob im-
modicam quantitatem exhibitam, quæ si fuerit
nimia, interimit.

C Florem quoque Africanum, vt Dodonæus,
hist. stirp. pent. 2. lib. 3. cap. 12. docet, præditum
esse venenosa potentia, odor ingratus caput ag-
grauans, cicutæ similis, qualis Lycopersij succo,
ostendit. Deinde experimentis nonnullis constat.
Memini enim, *inquit*, idem Dodonæus, in puero,
qui flores mandere inceperat, labia & os inflata
me videre, sicut crebrò iis accidit, qui cicutæ fi-
stulis ludentes aut modulantes, intra labia eas
aliquandiu continuerunt. Feli etiam flores cum
calycibus recenti caseo permistos olim dedimus,
quæ mox valde inflata, & paulò post mortua
fuit. Mures quoque, qui semen arrosent, mor-
tuiserunt reperti.

Lolij etiam semen vim malignam obtinet, &
panis, in quo lolium fuerit, stuporem quandam
& veluti temulentiam elitantibus parit, cum in-
expugnabili serè somno. De qua Galenus, *6. de*
simpl. med. fac. & 1. de aliment. refert, quod cum
anni constitutio praua aliquando fuisset, lolium
tritico affatim innasce contigit, quod cum neque
agricolæ accommodatis ad eam rem cribris ac-
curatè purgassent, neque pistores, quod paucus
esset tritici proventus, multis caput dolere caput
Ineunte verò æstate in cute multorum, qui co-
mederant vlcera, aut aliud quoddam sympto-
ma, quod succorum prauitatem indicaret, est
subsecutum. Et Vvierus, *de præstig. demon. lib. 3.*
cap. 18. narrat, quod mulier quædam ad rem in-
tentior, cum trituratores in multos dies condu-
xerat, curarit ex lolio diligenter excreto, molito,
pinitoque, admista fecalis farinâ, panem parari,
& coqui, vt eos minoribus sumptibus aleret, quo
cum essent pasti, in quamdam leuem inciderunt
amentiam, & cum essent aliquandiu rotati ver-
tigine, lassi ad vnum omnes in profundum lon-
gumque inciderunt somnum, vt pro labore,
quem vetulæ præstare oportuisset, ipsi continuo
sterterent, donec ea tandem post alterum aut ter-
tium diem, errore animaduerso, victus rationem
mutaret.

Datura.

Flos A-
fricanusLolij
semen.

Māgas. De Mangas sylvestris, & lactariæ herbæ Maluaricæ venenositā Christophorus à Costā, *lib. 1. aromat. pag. 70.* scribit: Sylvestre reperitur Mangas, Brauas nuncupatum, a deo præsentis veneni, vt indigenæ illo se mutuo perimant. Nam si quis paulum ederit, illico moritur. Interdum oleum admiscunt, ad exacuendam eius vim, vtque celeriore perniciem afferat. Sed quocunque tandem sumptum modo adeo celeriter perimit, vt hætenus nullum sit repertum antidotum ad eius vim comescendam.

Aboua. Et de Ahouai narrat Carolus Clusius, *annot. ad cap. 11. lib. 2. aromat. Garcia ab Horto*, quod eius nucleus præsentissimum sit venenum, quod alter alteri in mutuis odiis & dissidiis, præsertim verò viri, leuissimâ occasione vxoribus infensi, aut contra vxores viris indignatæ dare solent.

Hiuca. De Hiuca referunt Cardanus, *de subtil. lib. 12.* & I. C. Scaliger, *exerc. 153. sect. 5. & 8.* quod eius succus lethalis sit, farina verò salubris, ita vt ex ea panem forment.

Tandem mel quoque interdum venenatum est de quo Galenus, *10. de simpl. med. fac. circa initium*: Quidam, *inquit*, Medicis duobus ad vnguentariorum officinam conspectis, attulit ad eos mel, venditurus scilicet, illi vbi gustassent, sed de pretio disceptant: at hic, tanquam illi parum offerrent, properè subducit sese: verum

A Medicorum neuter seruatus est. Plinius, *lib. 22. cap. 3.* hæc habet: Tantulum pabulum refert, vt mella quoque venenata fiant. Heracleæ in Ponto quibusdam annis perniciosissima existunt, ab iisdem apibus facta, nec dixere Auctores, è quibus floribus ea fierent. Nos tradentis, quæ comperimus. Herba est ab exitio & iumentorum quidem, sed præcipuè caprarum appellata, Agolethron. Huius flores concipiunt noxium virus a quo so vere marcescentes. Ita sit, vt non omnibus annis sentiat hoc malum. (Dioscorides, *in 6. libr. in Aconitum*, quod ibi copiosum nascitur, culpam omnem reiiciendam censet, eademque symptomata in his sequi, quæ aconito sumpto.) Venenati signa sunt, quod omnino non densatur, quod color magis rutilus est, odor alienus, sternutamenta protinus mouens, quod ponderosius intoxio: Qui edere, abiiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. Remedia sunt multa, quæ suis locis dicemus. Sed quoniam statim repræsentari aliqua in tantis infidiis oportet, nullum vetus è molle optimo & rutâ: salsamenta etiam, si reiiciantur, sumpta cerebro. Et paulò post: Aliud genus in eadem Ponto gente Sannorum mellis, quod ab insania, quam gignit, Mænomenon vocant. Id existimatur contrahi flore Rhododendri, quo scatent syluæ.



PARS OCTAVA,
DE VENENIS AB
animalibus.

CAPVT I.

De venenis ab animalibus in genere.

Venenorum ab animalibus differentia.



ESTANT tandem venena, quæ animalia venenosa homini communicant, id quod variis modis accidit. Alia enim animalia venenosa morfu venenum homini inferunt, quo modo homini nocet vipera, omnium serpentum genera, mus araneus, scolopendra, canes & alia animalia rabida: alia lædunt ictu vel aculeo, vt scorpium, aranei, & phalangia, vespæ; inter pisces pastinaca marina, draco, turtur: alia salua & sputo, vt ptyas: alia urinâ, quomodo glires vlcera maligna inducunt: alia etiam per medium quoddam venenum communicant, quo modo torpedo per tridentem piscatoris manum stupefacit. Et miles apud Auicennam per hastam, quâ serpentem vulneravit, vt & vinitor apud Matthiolum interfectus est. Nocent etiam animalia venenata, si venenum eorum extra corpori affricetur. Multò verò magis noxium est venenum animalium venenatorum, si in potu seu cibo vel à malitioso aliquo propinatum, vel fortuito & incuriâ sumptum fuerit. Ita Nicolaus Florentinus refert, in Cænobio quodam sumpto liquore quodam, in quo fuerat extinctus araneus, omnes monachos fuisse interemptos. Sic memini hic Vvitebergæ ciuis cuius-

dam commensales omnes Studiosos, postquam pisces coctos comedissent, ægrotare cepisse, & aliquot etiam ex iis mortuos esse. Cùm verò alij aliter de causa iudicarent, tandem comperitum est, pisces illos ab ancilla incauta coctos fuisse in aqua, in qua glis suffocatus erat. Et imprimis venenatorum animalium fel, si minima etiam quantitate sumptum fuerit, lethale esse, Galenus, *5. de simpl. med. fac. 9.* docet. Et Plinius nulla alia parte, præcipuè in serpentibus, deterius venenum esse scribit, *lib. 29. cap. 6.* Et omnino quæcunque animalia vel venenosa sunt, vel venenis victitant, in iis maximè venenum in felle colligitur. Vnde & hepatis interdum aliquid venenatæ qualitatis communicatur. Memini me in historia navigationis Hollandorum in nouam Zemblam legisse, cùm hepatis vulpinum comedissent, omnes periculosè ægrotare cepisse. Quod aliunde factum non puto, nisi quia vulpes illa aliquod venenatum animal deuorauerat, cuius venenum in vesicula fellis in vulpe collectum, & hepatis etiam communicatum fuit.

Sunt autem venenata animalia, vel ex se, & sua natura, vt serpentes, scorpium, bufones, araneus, & huius generis alia; vel etsi per se non sunt venenata, ex victu venenato talia euadunt, qualis fuit puella illa napello nutrita, & Cambajæ Rex. Quæ de re etiam supra, *pag. 2. cap. 3.* dictum: vbi similitudinem inouimus; an animalia, aliis homini esculenta, plantis vel anima-

Animalia venenosa

visi-
tantia
tutò co-
medi
possint.

libus venenatis visitantia, noxia sint, & tutò A
in cibum venire possint, quæ nec hic præter-
eunda. Etenim multa sunt animalia, quæ cib-
bis nobis venenosis, sicut sturni, cicuta, pascun-
tur, & coturnices veratro; anates bufones aqua-
ticos deutorant, ciconiæ serpentes, gallinæ ara-
neas, quæ tamen animalia homini in cibum ve-
niunt. Plerique, inter quos Langius, *lib. 1. epist. 69.* existimant, talia animalia sine omni pe-
riculo comedi posse, & quidem verum est, in
talibus venenosum cum excrementis expelli, vti-
le saltem corpori assimilari. Quia tamen vix
fieri potest, quin aliquid etiam venenosi cor-
pori apponatur, quod ex puella illa napello
nutrita, & Cambajæ Regis filio apparet: non
malè censet Matthiolus, *in præfat. in 6. Dioscor.*
taliū animalium carnes non planè sine noxa B
esse, præsertim si frequenter in cibum veniant.
Idque eo probat, quod lac animalium, quæ her-
bis purgantibus pasta sunt, in tot mutationibus
& coctionibus nihilominus vim purgandi reti-
net, vt Hippocrates & Galenus, *6. epid. comment. 3. text. 35.* referunt, & ipsa experientia docet.
Id quod etiam in turdorum carne, qui baccis
iuniperi vescuntur, & gallinis, quæ absinthium
deuorant, patet; cum illarum caro saporem
baccarum iuniperi, hæc amaritudinem absinthii
referat. Et iam olim mensas coturnices dam-
nasse, quia veratrum ipsis sit grauissimus cibus,
Plinius *lib. 10. cap. 23.* scribit. Et Galenus, *in*
comment. in modo allegat loc. Hippocratis, refert, C
quod in Doride, Bæotia & Thessalia, omni-
busque finitimis regionibus multi ex coturni-
cum esu conuulsione correpti sunt, quoniam sei-
licet veratro illæ vescantur. Atque nouisse se scri-
bit, aliquibus Athenis idem accidisse, qui cotur-
nicibus largiter nimis sese impleuerant. Nisi quis
forsan statuere velit, eiusmodi animalia habe-
re vim alexipharmacam, qua venenatam quali-
tatem extinguant: sicut de Salamandra scribit
Plinius, *lib. 29. cap. 4.* quod à quibusdam anima-
libus, vt suis, manditur, domante eadem illa
rerum dissidentia.

Ceterum animalia venenata longè deterio-
ra & venenosiora euadunt, & venenum ipso-
rum intenditur, si venenatis visitent; vt Plinius
etiam docet, *lib. 10. cap. 72.* Et vesparum ictus D
periculosiores esse, si vespæ antea serpentibus
visitantur, idem, *lib. 11. cap. 53.* annotauit. Anima-
lia autem omnia, quæ veneno sumpto perie-
runt, venenata euadunt, & propterea vsus eo-
rum non tutus. Sic refert Fernelius, *lib. 2. de ab-
dit. rer. caus. cap. 14.* cum venatores quidam
lupum ferocem trucidatum in varia obsoniorum
genera apparassent & coxissent, omnes, quicun-
que esitarunt, non multo post tempore rabie cor-
reptos, alios periisse, alios sociorum morte pru-
dentes sibi prospexisse. Et Amatus Lusitanus, *cen-
tur. 2. curat. 65.* narrat, famulum Arubæ tabefa-
ctum ad mortem, quod gustasset carnem gallinæ E
arsenico enectæ.

An verò animalia, quæ toxicatis telis occidun-
tur, tutò comedi possint, dubitatum est, Galenus,
de Theriac. ad Pison. 10. refert, Dacos & Dalma-
ras telorum cuspides Helenio fricare, & ceruos
hoc modo occidere; ceruos autem ab iis sagit-
tis confossos, nullam comedentibus læsionem
inferre. Verum hic animaduertendum, quale
venenum sit, quo tela inunguntur. Si enim ve-
nenum sit, quod etiam homini noxiū est, non
tutum est, carnem eiusmodi telo interfecti a-

nimalis comedere; aut certè, quod venatores
nonnulli facere solent, & etiam Cardanus mo-
net, pars vulnerata refecanda, antequam vene-
num, in totum corpus penetret. Si verò venenum,
quo telum tinctum fuit, animali quidem illi sit
venenum, non verò homini, tutò eiusmodi caro
comedi potest.

Symptomata & signa diagnostica.

Venenum ab animali venenato illatum esse, signa
plerumque ex ægri relatione innotescit. Si verò
ignoretur, an morsus vel ictus venenatus fuerit,
id ex eo patet, quod post morsum vel ictum
pars læsa statim valdè intumescit, inflammatur,
dolore grauissimo corripitur, emoritur. Et acce-
dunt alia symptomata, quæ venenis sumptis su-
peruenire solent.

Prognostica.

1. Si homo seu morsu seu ictu ab animali vene-
nato lædatur, longè periculosissimum est, si mor-
sus vel ictus arteriam læserit. Tuac enim vene-
num facillè ad cor penetrat, & syncope accedit,
ac homo perit. Prognostica.
2. Nec periculo caret, si neruus, aliquis sit læsus.
Nam non solum dolor excitatur, sed & cerebro,
præcipuè si id cum cerebro antiphatiam habeat,
venenum promptè communicatur, & graua
symptomata excitantur.
3. Si verò vena saltem sit læsa, minus periculum
est, cum saltem humores corrumpantur.
4. Minimè periculosum est, si nullum vas sit
læsum.

Curatio.

Quomodo curatio institui debeat, si venenum
morsu, ictu, salua, vel quocunque modo cor-
pori immissum sit, supra, *part. 5. cap. 7.* dictum,
vt nihil hoc loco amplius addere opus sit. A-
lexipharmaca verò, quæ cuiusque venenosi a-
nimalis veneno propria sunt, postea in speciali
de venenosis animalibus tractatione proponen-
tur. Curatio

CAPVT II.

De serpentibus in genere.

Venenosorum animalium numero serpentes
imprimis sunt: de quibus historia animalium
scriptores videantur. Nos pro instituti nostri
ratione hoc saltem monemus; serpentis nomen
sumi dupliciter. Primò generaliter, pro omni-
bus serpentibus, ita vt etiam vipera sub eo com-
prehendatur. Deinde in specie, vt viperis op-
ponitur; quo modo serpentes dicuntur animalia
illa repentia ouipara; vipera verò, quæ viuæ a-
nimalia pariunt. Serpens

Solent autem Autores certare de tempera-
mento serpentis. Quam quæstionem etiam Mer-
curialis, *de venen. lib. 1. cap. 2.* tractat, dum alii,
vt Galenus, *lib. 2. de temperam. cap. 5.* Plinius, *lib.*
10. cap. 72. frigidus serpentes; alii contra, vt
Auiennas, *6. quarti, tract. 3. cap. 21.* calidos esse
statuunt. Verum quæstio hæc ad propositum
nostrum nihil facit; cum certum sit, neque in ca-
litate, neque in frigiditate vim veneficam ser-
pentum consistere, sed in occultâ qualitate &
proprietas. Serpen-
tum té-
pera-
mentū.

Quinque

Quot
modis
noccat.

Quinque autem potissimum modis serpentes homini venenum inferunt, & nocent. Primò enim (vt de formidabili aspectu, quo omnes terrent, nihil dicam) morfu periculosum, & hominibus lethale vulnus infligunt. Secundò etiam sputo & saliuâ nocent. Tertio serpentes etiam quidam halitu & occultis effluuijs hominem interire possunt; ita quidem, vt, etiam si corpore suo hominem non tangant: medio tamen gladio, lancea, vel ligno eidem nocere possint. De serpente, cuius Auicennas, *lib. 4. sen. 6.* mentionem facit, quique, cum à milite quodam hasta confixus esset, vitulentam vim per hastam ad manum transmisit, quam primum infecit, & deinde totum corpus, antea etiam dictum. Simile quid Matthiolus, *in præfat. ad lib. 6. Dioscor.* narrat, de vinitore quodam Tridentino, qui cum horrendi serpentis capiti hastam satis longam infixisset, ac serpentem fortiter se contorquentem pro viribus teneret, magno statim tremore correptus, & de vita periclitatus est; qui etsi theriaca & alijs antidotis ad vitam reuocatus est: duobus tamen annis postea vniuersi corporis stupore, in lecto semper decumbens, ægrotauit, & eo præsertim brachio, quo perniciosum animal hasta occiderat. Et I. C. Scaliger, *exerc. 200.* haud procul Dertona Palauicinum quendam, cum Hispanica lancea serpentem interfecisset, eiusque equum morte deletos se audiuisset de fortissimo Equite, Antonio Lazaro, narrat, Et Amatus Lusitanus, *centur. 1. curat. 62.* refert, virum Anconitatum cum lignis, lapidibus, ac gladio serpentem immensa longitudinis & crassitudinis interfecisset, illico de dolore capitis quæri cepisse, febri citasse, & die vndecimo obiisse. Quartò solo etiam contactu, sine morfu, serpentes nocere possunt. Cuius rei historiam refert Gesnerus, *hist. anim. lib. 4. de aquatil. pag. 528.* de Acontia, seu iaculo Germanorum, vbi scribit, quod in agro Tigutino serpens quidam baculi crassitudine in rusticum in silite conatus sit, quod cum ille cerneret, & sacco, quem ferebat, relicto, fugeret, serpens profluit spacio circiter sedecim pedum, non tamen attigit rusticum. Deinde cum faciei accipiendi caussa rediret, serpens denuò in eum proliens brachium eius sinistrum totum spiris implicauit, idque adeo arctè constrinxit, vt vestigia spirarum imprimeret; non tamen memordit. Nam rusticus statim altera manu capite comprehensum abstraxit reiecitque. Brachium verò paulatim putrida quadam sanie contabescens carne nudatum est, omni tamen carne putrida per Chirurgum extracta curatus. Quintò nocent etiam sanguine, si dum conscinduntur, eo crura vel manus conspergantur. Præter hæc interdum incautis serpentes in veptetis vel circa muros & collapsa ædificia latitantes, hiantes ore somnum capientibus per os in corpus irrepunt, ac sæua symptomata excitant.

Symptomata & signa.

Signa. Morsum serpentis in loco affecto tumor, dolor & calor insignis sequitur: sanguis primum quidem purus, post verò saniosus, serosus & graueolens è vulnere effluit: facies flascens & liuida euadit: exacto verò biduo vel triduo pars affecta dealbatur totum corpus colore albo, vitiligini simili inficitur; pili è capite desuunt, quartoque die ægri vt plurimum moriuntur, Qui halitu venenato ac effluuo serpentum læduntur, Operum Sennerti, Tom. III.

A plerique etiam moriuntur. In membro saliuâ vel sanguine serpentis polluto vesicæ rubræ excitantur, caro magis magisque continuè exeditur, adeo vt sæpissimè vsque ad ossa caro absumatur.

Serpentem per os hominis ingressum patefaciunt acerbissimi cruciatus ventris ieiuno præcipuè stomacho affligentes, ventriculi rosiones & frigiditas continua; dolores ex vini lactisque potu mitescentes, nec non lipothymix crebrò accedentes.

Curatio.

B Vt generalis antea proposita curatio hic in specie applicetur, primò si homo à serpente mortuus sit, ne venenum ad interiora penetret, & membra principalia inuadat, pars supra morsum arctissimè liganda. Pars verò læsa copiosis ac profundis incisuris scarificanda, cucutbitulâque apposita sanguis, & cum eo simul ventrem extrahendum: plaga postea spiritus vini, in qua theriaca vel Mithridatium dissoluta sint, abluenda. Vel dissecentur pulli gallinacei aut columbini, & calentes adhuc parti læsæ imponantur. Postea etiam imponere vtile est scillam aceto coctam, ficus & allia contusa; seuum caprinum cum pice, sulphure & cera mistum, sal cum melle, origano, hyssopo, ruta & cæpis. Et quia venena propter similitudinem sui generis venena attrahere solent, serpentum moribus vel propria axungia, vel capita serpentum trita, vel exta illorum, & præcipuè fel, commodè imponitur.

Dum hæc ita circa partem affectam peraguntur, simul statim alexipharmaca propinanda, & sudor prouocandus. Alexipharmaca autem supra sunt proposita. Imprimis vtilis est Theriaca Andromachi, quæ inde etiam nomen accepit. Nonnulli fragarum cum toto, vt & veronicæ decoctum in vino commendant, alij seminis agni casti Drach. j. vel radic. gentianæ Drach. ij. cum vino exhibitas laudant. Commendatur etiam aduersus serpentum ictus castoreum Drach. j. pondere cum aq. cardui bened. exhibitum. Vel: *æ. radic. gentian. aristoloch. long. baccar. laur. myrrha,* an. Drach. ij. *costi amari, felior. ruta,* an. Drach. j. *spica* Scrup. ij. *croci* Scrup. j. Fiat puluis, & cum melle Electuarium. Dosis Drach. j. vel ij. A somno, ne vna cum calore & spiritibus somni tempore venenum à partibus exterioribus ad interiora trahatur, æger omnino auocandus.

Si ab afflatu & halitu, & occultis effluuijs serpentis alicuius homo infectus sit, ei per alexipharmaca, vt modo dictum, statim succurrendum.

E Si membrum saliuâ vel sanguine serpentis infectum sit, primùm vlcera illa maligna & venenata abstergenda aq. destillatâ, vel decocto flor. origani. Postea puluis sequens vlceribus sæpius inspergendus: *æ. herba cancri mense Iunio, dum flores, collecta* Vnc. iij. *cineris talpæ* Vnc. j. *exuias anguium,* num. ij. Fiat puluis. Si serpens per os in hominis corpus ingressus sit, inquirendum; num adhuc in ventriculo lateat, vel ad intestina progressus fuerit: id quod ex frigiditate, tumore, dolore, & motu, quem æger vel infra vel supra ventriculum sentit, faciliè innotescit. Si in ventriculo adhuc contineatur, cum absque suffocationis periculo serpens nec viuus, nec medicamentis interfectus, per vomitum violenter reijci

Serpens
per os
ingres-
sus quo-
modo
elicien-
dus.

possit, commodissimum est, ut æger toto corpore antroorsum incuruato, capite versus terram inclinato, pedibus verò sursum vergentibus collocetur, postea que aperto eius ore peluis feruente lacte repletus subijciatur. Vapore enim illo suavi lactis serpentem allici, & sponte sua per œsophagum egredi, acin lac proflire, experientia docuit. In intestinis verò si delitescat serpens, ægro propinandum decoctum radic. faxini, centaury, min. cardui bened. absinthij, scordij, & similia amarorum & alexipharmacorum, ut serpens amaritudinem illam ingrati & vim alexipharmacam sibi aduersam percipiens, magis magisque versus intestina crassa descendat: per anum verò lac tepidum iniiciatur, vel per infundibulum lactis vapor immittatur. Quibus adhibitis serpens per anum sponte sua egredietur. Si verò aliquandiu adhuc moretur, ut natura ad excernendum stimuletur, serpensque cum excrementis reijciatur, aloë, & pilulæ ex aloë paratæ, addito succo vel extracto absinthij, exhibentur.

Plura de serpentibus videantur apud Aristotelem, lib. 2. *hist. anim. cap. 14.* & Plinium, lib. 8. *hist. nat. cap. 23.*

CAPVT III.

De aspide.

Verùm cum sint multæ serpentum species, quæ & symptomatum ac morborum, quos inducunt, diuersitate differunt, & in curatione etiam aliquid peculiare requirunt, de ijs in specie dicendum. Et ut primò de aspide, serpente longè venenatissimo, de quo etiam Nicander, venenorum scriptor antiquissimus, primò tractat, primo loco dicamus, disputant etiam de hoc Authores, an frigida vel calida sit temperie. Galenus, in lib. quod animi mores, cap. 3. aspidem paulò minùs esse frigidum ipsa cicuta: Arabes, & qui eos sequuntur, calidissimæ naturæ esse statuunt, quòd ex eius morfu dolores, incendia & inflammationes membrorum sequuntur. Verùm & hæc disputatio ad propositum nostrum parum facit; cum illa nocendi vis, quæ est in aspide, neque à caliditate, neque à frigiditate, sed occulta proprietate pendeat; id quod & subiti ac mirandi huius veneni effectus, & ipsa curatio probat.

Aspis autem tam exiguum infligit vulnus, ut id omnem ferè oculorum aciem effugiat, & vix puncturam acus æquet: per illud tamen tantæ pernicipi venenum infundit, quod intra paucas horas totum corpus peruadit, hominèmq; citissimè è medio tollit. Dolorem tamen exiguum infert, adeo, ut, sicut Galenus, de Theriac. ad Pison. cap. 8. refert, Cleopatra, Ægypti Regina, maluerit se aspide, quàm alio veneni genere interire.

Non solùm tamen morfu, sed & sine morfu solâ inspuitione, hominem enecare potest. Ut enim Galenus, de Theriac. ad Pison. cap. 6. scribit. In aspidum genere, quæ Ptyas nominatur, ceruicem erigit, & dimetito intervallo, perinde ac rationis tum particeps foret, sine errore venenum corporibus inspuit.

Symptomata & signa diagnostica.

Demorsus ab aspide superuenit capitis grauitas, oculorum caligo, sensuum hebetudo, stupor, segnities, somnolentia, faciei pallor, corporis refrigeratio, crebræ oscitationes, spasmus, conuulsio, & tandem, nisi citò succurratur, trium horarum spatio, ipsa mors.

Accidentia sputi injectionem consequentia cum modò dictis ferè sunt eadem, sed mitiora.

Prognostica.

1 Venenum aspidum perniciosissimum est, & quam citissime hominem interficit, ut modo dictum, ac ferè est insanabile.

2 Est tamen quedam differentia pro differentiâ aspidum. Cùm enim tria aspidum genera Galenus, de Theriac. ad Pison. cap. 8. veteres, & præsertim Nicandrum secutus, constituerit, Hirundinaceus statim interimit; Terrestris autem spatio trium aut quatuor horarum; Ptyas paulò tardius.

Curatio.

Ne venenum in corpus penetret, sed per vulnus euocetur, ligaturis, scarificationibus & alijs modis, capitibus præcedentibus propositis, præstandum. Plagæ etiam extra applicetur centaurium viride cum myrrha contusum; item theriaca, vel ruta contusa, vel linteola lacte tichymali madida.

Simul statim alexipharmaca exhibenda, è quibus sunt præcipua theriaca & Mithridatum. Scribit tamen Ambrosius Paræus, lib. 20. cap. 12. Christoph. Andræam, in œciatriâ, scribere Hispaniæ Insulas serpentibus, aspidibus, omnique genere ferarum virulentarum passim differas esse, contra quarum morsus nunquam quequam præsidij in theriacâ animaduersum & competum sit. At in sequenti antidoto vires multiplici experientia comprobata adeo certas & insignes existere, ut illius fiduciâ non dubitauerit, se mordendum quantumlibet effero offerre aspidi. Caput verò id remedium folia thapsi barbari, caryophyllatæ, leucioij rubri pari pondere, quæ in aceto acerrimo, & sani hominis vrina bulliant, ad partis læsæ fotum. Quanquam si ab ictu multum tempus iam sine remedio exactum sit, omnino satius & certius esse, si æger eius decocti Vnc. ij. ieiunus duabus ante partum horis hauriat. Ardoynus & rutam veneni aspidis Bezoar esse scribit. Ægyptij in frequenti vsu contra venenum hoc habent acetum vini copiosè sumptum. Vtilis est & gentiana, ac castoreum, cum vino vel aceto propiata. Vel: ꝛ. radic. aristoloch. rotund. gentiana, an. Drach. j. folior ruta p ij. castorei, cassiæ lign. an. Drach. ij. sem. anisi, citri excortic. an. Drach. ij. F. Puluis. Dolis à Scrup. j. ad Drach. j. cum vino vel aceto. Pars aspidis sputo infecta vrinâ puerorum impubium, vel spiritu vini, in quo theriaca dissoluta sit, frequenter abluenda; simul verò medicamenta alexipharmaca modò proposita exhibenda.

Ab aspide læsus parum dormiat, multum verò sese exerceat.

De aspide etiam videantur Aëtius, *tetrab. 4. f. 1. cap. 30.* Ardoynus, de venen. lib. 6. cap. 4. Greuinus, de venen. lib. 1. cap. 7.

Aspis.

Eius temperies.

Quo modo noccat.

CAPVT IV.

De cerasse.

Cera-
stes.

Cerastes serpens ita dictus, quod in capite duas eminentias paruas, quales & cochleæ, instar cornuum habeat, morfu suo vulnus infligit non quidem adeo dolorificum, ob veneni tamen vehementiam maximè lethale, quod paucissimi ab eo vulnerati euadant, licet vitam nonnunquam in nonum vsque diem protrahant.

Symptomata & signa.

signa.

Locus à cerasse morsus in tumorem capiti clavi non absimilem attollitur; è vulnere sanies exit modò pallida, modò nigra; pustulæ exoriuntur lividæ; nonnunquam & totum corpus huiorem contrahit, labia intumescunt, oculi caligant, mens alienatur; & circa poplites, dolor excitatur, procul dubio ob retractionem magnorum neruorum, qui eas partes perreptant; genitale intenditur, vires prosternuntur, ægrique exanimis moriuntur.

Curatio.

Curatio.

Maxima curationis spes est in membri læsi amputatione, si locus membri & conditio id patiatur, quod si fieri non possit, omnis caro circa locum affectum abscindatur, vel ad minimum profundè scarificetur, cucurbitulisque appositis sanguis copiosius eliciatur, & plaga aquâ vitæ, in qua theriaca dissoluta sit, abluatur, vel cauterio actuali locus aduratur. Morsui postea imponit Auicennas cataplasma è mentastro montano, hyssopo, melle, & sale. Vtile est & id, quod fit è fatina orobi, scilla, ficubus, allio, & sale, cum pice. Sunt qui ranas frixas, vel auem alaudam cotufam vulneri imponunt.

Interna medicamenta ea exhibeantur, quæ antea de serpentibus sunt proposita, & postea de viperarum morfu proponuntur. Ardoynus, lib. 7. de venen. cap. 5. veneni huius Bezoar rutam esse asserit. Laudatur & semen raphani cum vino sumptum, & decoctum item serpilli, herbæ Kunigundis, aristolochiæ, gentianæ, ex vino paratum. Vt & succus artemisiæ, rutæ capraræ, scabiosæ.

Psylli.

Mira de Psyllis, Libyæ incolis, in curatione demorsorum à Cerasse plures Authores referunt, quod scilicet vel solâ salua siâ illitâ, vel aquâ, quâ os colluerunt, exhibitâ, vel proprio corpore nudo accubitu cum ægrotis, eos curare potuerint, ut hac de re Ælian. lib. 1. de anim. c. 57. & lib. 16. de anim. c. 28. & alij scribunt. Plutarch. in vita Catonis, scriptum reliquit, quod Cato, cum exercitum Iulij Cæsaris fugiens, per Lybiæ desertum iter faceret, seque in summo periculo ob serpentes, qui singulis ferè horis milites suos interficiebant, constitutum videret, meliùs certè sibi consuleret non potuerit, quàm ut auxilium à Psyllis peteret, qui vulneratorum ictus exfugerent, & incantamentis quibusdam ita serpentes fascinant, ut nullum deinde morsum inferre possent. Lucanus quoque huius meminit, cum ait: *Genis vnica terras Incolis, à seuo serpentum innoxia morfu Marmaridæ Psylli: par lingua potentibus herbis, Ipse cruor tutus, nullumque admistere virus, Vel cantu*

Operum Sennerti, Tom. III.

A cessante, potest, natura locorum iussit, ut immunes missi serpentibus essent. Maximè verò mirum est, quod de iisdem Ælian. alleg. loc. lib. 1. c. 57. scribit, virum, cui sua vxor venerit in suspicionem adulterij, qui que ex ea susceptos liberos adulterino sanguine natos suspicaretur, experimèti causa in dolum cerasstarum plenum infantem conijcere, sicque ingenuitatem pueruli experiri. Cerasstas protinus insultare, acerbòsque fieri, innatum malum pueros minitantes: eos ut puer attingit, remollefcere, vnde Libycus ille se legitimum patrem agnoscit. Sed ipse Ælianus dubitat, an hæc vera sint; an Afri verò ea comminiscantur. Et licet multi Authores de vi Psyllorum contra serpentes mentionem faciant: tamen an ea, quæ præstiterunt, naturalem causam, an verò Magicam habuerint, dubium. Imò Gell. lib. 16. cap. 11. ex fabula quadam Herodoti narrat, Psyllos ad vnum omnes interijisse. Sicut & quæ de Maris, Italiæ incolis, à Plinio referuntur, iam Galeni etiam tempore, ut ex lib. de Theriac. ad Pison. videre est, ita se non habuerunt, nec hodie quicquam de eo constat.

B

CAPVT V.

De Hæmorrhoo.

Hæmorrhous, quasi dicas sanguifluus, non men inde accipit, quòd illis, ut mox dicitur, qui ab illo vulnerati sunt, sanguis per omnes corporis partes effunditur. Vt verò reliquæ serpentum species; ita & hic hominibus morfu lethale vulnus infligit.

Hæ-
mor-
rhous.

Symptomata & signa.

Ab hæmorrhoo aliquem morsum esse pathognomicum signum præbet sanguinis profluuuium, non solum per vulnus influctum, aut alias consuetas vias, hæmorrhoides scilicet, nares, vterum; sed & per loca planè inconsueta, aures nimirum, oculorum angulos, dentium gingiuas, vnguium radices, os, per vomitum aut tussim, per anum cum alui fecibus, imò per omnes corporis poros atque meatus, nec non per cicatrices aliquando à vulneribus relictas. Quæ omnia eleganter Lucanus expressit his versibus: *Impressit dentes hæmorrhoidis aspera Tullio, Magnanimo inueni, miratorique Catonis. Vique solet pariter totis se effundere signis Corycij pressura croci: sic omnia membra Emisere simul rutilum pro sanguine virus. Sanguis erant lactyma, quæcunque foramina nouis Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant, Et patulæ nares: sudor rubet: omnia plenis Membra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.* Dolor præterea affligit vehemens, pars demorsa tumet & nigricat, adest stomachi dolor & respirandi difficultas, vox intercipitur, ut & vrina, gingiuæ putrescunt, dentes excidunt, membra labitur, & tandem cum deliquo animi mors ingruit.

Signa.

Curatio.

Et si salutis spes in angusto est; tamen curatione tentari potest, & primò quidem membrum læsum, si absque vitæ dispendio id fieri potest, abscindendum; aut si id facere non liceat, cucurbitulæ scarificatæ adhibendæ, vel cauterio actuali pars adurenda. Postea etiam medicamenta venenâ ex alto euocantia applicentur. Aëtius imponit

Cera-
tio

cataplasma ex foliis vitis coctis, tritis cum melle, & folijs portulacæ, cum polenta. Vel è porro, vrtica & ruta coctis & contusis, addita farina hordei & albumine oui, F. Cataplasma parti demorsæ imponendum.

Simul exhibeantur medicamenta sanguinis impetum sistendi vim habentia, qualia sunt tormentilla, bursa pastoris, portulaca, plantago, bolus Armenus, terra sigillata, lapis hæmatites, quibus semper aliquid theriacæ adijcere vitale est.

Neque enim villo modo alexipharmaca hæcenus proposita negligenda. Nam licet vim sanguinis fundendi habere videantur: quia tamen sanguinis ista profusio à veneno hoc proficiscitur, veneno per alexipharmaca victo etiam sanguinis ista effusio cessat. Commendatur præterea allium & theriaca præsertim recens, laudantur & vna passæ, ac rubi fructus.

CAPVT VI.

De sepedone.

Sepe-
don.

Sepedonem serpentem, ita dictum, quod corpus eorum, quos tetigit, statim, ob veneni malignitatem putrefaciat, venenatissimum esse, omnes Authores consentiunt. Atque ipsa experientia edocuit, tantæ malignitatis venenum immittere, quod intra tertium vel quatum diem hominem è medio tollat.

Symptomata & signa.

Signa.

Sepedonis morsum dolorem in affecta parte sequitur vehementissimus, sanguis è vulnere primo quidem purus, paulò post verò saniosus & graueolens exit, pili defluunt, corpus colore albo, qualis in leucophlegmatia conspicitur, tingitur, pars læsa citissimè, & hinc breui temporis spatio totum corpus, adeo putrefcit, vt omnis caro absumatur, ac frustillatim decidat.

Curatio.

Cura-
tio.

Pars demorsa, si fieri potest, statim supra vulnus arctissimè liganda, plaga, & circa eam ambitus, copiosis & profundis incisuris scarificanda, cucutbitulæ applicandæ, & cataplasmatibus & emplastris attractorijs è baccis lauri, radicibus aristolochiæ rotundæ, cæpis, allio, sinapi, nasturtio, pice, galbano, opopanace, & similibus paratis venenum extrahendum.

Exhibenda simul statim demorsis folia lauri, mentha, cassia lignea, castoreum, succus artemisiæ, cum mulsæ & oxymelite, & reliqua, quæ serpentum & viperarum moribus profunt.

CAPVT VII.

De Dipsade.

Dipsar.

Dipsadis, serpentis sic dicti, quod ij, qui ab eo sunt demorsi, siti intolerabili & inextinguibili cruciantur, maxima veneni vis est.

Symptomata & signa.

Signa.

Nam dipsadis morsum magna tam interna-

rum, quam externarum partium sequitur inflammatio, & hinc intolerabilis atque inextinguibilis sitis, adeo, vt licet ægri copiosissimum potum ingurgitent; nullum tamen inde sentiant leuamen, sed more hydropicorum, quò plus sunt potæ, plus sitiantur aquæ. Quia tamen meatus vrinarij exsiccantur & constringuntur, largissimus ille potus per vrinam exire non potest, sed per venas in totum corpus distribuitur, vel ad ventris capacitatem transmittitur, vnde is adeo intumescit, vt nonnunquam circa inguina rumpatur, ægërque sitibundus moriatur.

Curatio.

B Dipsadis morsui eadem, quæ reliquorum serpentum ac viperarum morsui, conueniunt medicamenta externa & interna. Præter illa tamen, quia demorsi plurimum bibunt, & potus ille per vias vrinæ non euacuatur, diuretica exhibenda è sem. 4. frigid. maior. radic. aperientibus resta bovis, chærefolio, virga pastoris, fragis, nucleis persicor, hordeo & similibus. Clysteribus quoque aquam educentibus alius euacuanda. De dipsade videantur Aëtius, *tetrab. 4. serm. 1. cap. 22.* Ardoynus, *de ven. lib. 6. cap. 9.* Greuinus, *de ven. lib. 1. cap. 14.*

CAPVT VIII.

De natrice.

Natrix serpens secundum loci, quem diuersis anni temporibus inhabitat, diuersitatem, diuersa etiam sortitur nomina. Amphybium enim cum sit hyeme ac vere in stagnis & paludibus degit, & ab authoribus Hydrus appellatur; æstate verò & autumnno siccam terram inhabitat, & Chersydros dicitur, sub quo nomine etiam à Nicandro & Aëtio, *tetrab. 4. serm. 1. cap. 33.* describitur. Est verò & hoc serpentum genus morsu nocentissimum: longè tamen nocentius, quando terram incolit, quàm cum in aquis commoratur.

D

Symptomata & signa diagnostica

E plaga è Natrice inflicta primò sanguis purus exit, paulò post tamen sanies multa, putrida, fœdique odoris; circa locum demorsum tumor apparet liuidus & fœridus, vomitus ad sunt biliosus, oculi caligant, vertigo ingruit, dolor vehementissimus & vrrens nunc hanc, nunc illam partem valde affligit; cati fit arida, pustulæ emergunt liuidæ; ægri inquieti sunt, membræque hinc inde iactitant, tandemque viribus prostratis ipsa mors ad summum triduo, vel, vt Ardoynus scribit, trium horarum spatio ingruit. *Ælianus etiam, lib. 8. de animalib. cap. 7.* ex Apollodoro refert, **E** Chersydri venenum ita perniciosum esse, vt qui mortuum tantum attigerit statim intereat.

Curatio.

Quæ in alijs vulneribus à venenatis serpentibus inflictis ad veneni euocationem & extractionem adhiberi solent auxilia, & hic locum habent. Præterea extrà plagæ imponatur emplastrum ex origano, radic. aristoloch. farina hordei cum melle; item calamintha montana & similia cum oleo.

Exhibeatur verò præter theriacam aristolo-
chiz rotundæ radix, Drac. ij. pondere cum vino
aut poscha, succus item vel decoctum marrubij
aut origani. Aëtius nucum cupressi mundat, &
myrti. baccar. an. Drach. j. terere, & cum melle
rosaceo aut vino mulso in potu exhibere iubet.

Astris, radix gentianæ; aristolochiz; asphodelij
mentha, serpillum, centaureum minus, cassia li-
gnea, cardamomum; castoreum, succus artemi-
sæ cum aqua multa.

CAPVT IX.

De amphysbæna & scytale.

Am-
phys-
bæna,
scytale.

Amphysbæna & scytale serpentes sunt in-
ter se adeo similes, vt vix discerni possint.
In hoc saltem differunt, quòd illa in vtrâque
partem, vnde & nomen accepit, anteriorem nimirum & posteriorem; hæc verò saltem in an-
teriolem mouetur, hæcque illam crassitie ali-
quantulum superat. Ambo etiam simili modo
nocent, & exiguum ac vix notabile vulnus mor-
su infligunt. De amphysbæna fertur, quòd, si mu-
lier vterum gerens eam transgrediatur, malè pa-
riat, aut abortum faciat.

Symptomata & signa.

signa. Morsum amphysbænae & scytales sequitur
inflammatio, dolor ac rubedo; nonnunquam
etiam apostema in parte affecta excitatur. Reli-
qua symptomata, quæ eius morsum sequuntur,
similia sunt his, quæ in viperæ morstu contingunt.

Curatio.

Curatio. Curationem etiam Amphysbænae & Scytales
morstu eandem, quàm viperæ morstu, deberi.
Dioscorides, lib. 6. cap. 48. Aëtius, testab. 4. ferm.
1. cap. 30. & alij asserunt: quæ propterea ex ijs,
quæ infra, cap. 32. de viperæ morstu dicuntur, pe-
tatur.

CAPVT X.

De cenchri.

Cen-
chris.

Cenchris quoque serpens est venenatissi-
mus, cuius morstu etiam hominem, nisi è
vestigio succurratur, tridui spatio è medio tollit.
Et Dioscorides, lib. 6. cap. 52. ex Erasistrato refert
serpentis huius venenum iccori, intestino ietu-
no, & colo potissimum insensum esse.

Symptomata & signa.

Signa. Demorsus à cenchri venter ob aquam, à ve-
neno, humores fundendi vim habente, colle-
ctam, attollitur, caro defluit, è plaga sanies
cruenta promanat, quam vlcus putridum & ser-
pens sequitur, pars læsa intumescit, capitis adest
grauitas, in somnum propensio & quasi veter-
nus, atque animi deliquium.

Curatio.

Curatio. Præmissa per ambitum vulneris profunda sca-
rificatione, cucurbitularum appositione, par-
tiumque superiorum arcta ligatione, & præterea
emplastorum ac cataplasmatum attractoriorum
applicatione, exhibeantur satureia, ruta sylue-
Operum Sennetti, Tom. III.

CAPVT XI.

De dryno.

Dryinus etiam venenatissimus serpens est, Dry-
tantæque venenositatis, vt non solum
morstu hominem interficiat, aut hominis eum
calcantis pedem lædat, sed etiam Medici ægro-
tanti medicamenta applicantis manus excoriet.
Inò si quis eum interimat, eum præuè admodum
olere, illòque suo fœtore omnium aliorum odor-
rum quamuis præstantium, sensum auferre fertur.

Symptomata & signa.

E vulnere morstu dryini influcto sanguis effluit
nigricans & putridus, sequitur læsa partis tumor,
scissura & mortificatio, dolor vehemens, cutis fit
ficca, dura & aspera, nigrae pustulae circa vulnus
oriuntur, accedit oculorum caligo, delirium, si-
tis intolerabilis, singultus, vomitus biliosus aut
sanguinolentus, cardialgia, ventris tormina, vrin-
æ, aluique suppressio, vocis & respirationis in-
terceptio, odorque ex ægri corpore exiens fœti-
dissimus & molestissimus.

Curatio.

Dryini morstu curatio petatur ex ijs, quæ su-
pra, cap. 2. dicta sunt, & infra, cap. 13. de viperæ
morstu dicuntur.

In specie tamen ad dryini morstu commen-
dantur origanum, trifolium & marrubium, vel
eorum succus, radix item aristolochiz, necnon
glandes cuiuscunque quercus concitæ, & cum
vino generoso sumptæ. Eadem quoque contusæ
& cum melle mixtæ extra plagæ imponantur.
Dolorem leniunt etiam ilicis radices tusæ & ap-
plicatæ.

CAPVT XII.

De basilisco.

Basilisci nomine duo animalium genera
apud Authores veniunt; vnum quod è ser-
pentum genere sit, de quo hoc loco agendum, al-
terum auis genus, quod ex ovo galli gallinæ
nascatur. Vtrumque alij pro fabuloso habent; alij
in rerum natura dari affirmant.

Basilisci serpentis meminit Galenus, de The-
riac. ad Pison. cap. 8. iam ipsum ita describit: Ser-
pens parumper flauus, eminentias habens in
capite, tantummodò conspectus, & si quando li-
bilat, auditus, videntes se & audientes necat, at-
que si quod aliud animal illum etiam mortuum
attingit, statim moritur. Et de eodem Aëtius, te-
stab. 4. ferm. 1. cap. 29. & 33. scribit, quod omnes
serpentes illius conspectum fugiant, nec audeant
ire ad pabula vel aquas, quod adeo exitialis sit.
Et Auicennas, 6. testij, de eodem ita scribit: quòd
sit duorum palmorum, acuti capitis valde, oculo-
rumque rubentium, qui si lancea tangatur,
eum, qui tetigerit, perimat, & si ani-

mal iuxta ipsum transeat, obstupescat, & inde A
moriatur, & quod plantæ omnes in circuitu il-
lius pereant, & si quis volet supra eius foueam,
concidat.

Verùm ista omnia Cardanus, *lib. 1. de venen-*
cap. 16. pro fabulis & nugis habet, idque eo pro-
bare conatur, quod Galenus, *1. simpl. med. facult.*
cap. 1. negat, se vnquam tale animal vidisse, nec
ipse viderit, nec alium, qui viderit, audiuerit.
Deinde non verisimile esse putat, naturam pro-
creasse genus animalis adeo omnibus exitiale,
vt ab eo reliqua omnia deleri possint. Tertio ad-
dit, si videndo & audiendo illius vocem homo
motitur, quis vidisse aut audiuisse referre potest?
Quartò Dioscorides, *lib. 6. cap. vlt.* morsum eius B
describit dicens: quòd plaga est aurei coloris, &
curatur castoreo epoto, Drach. iij. pondere: &
proinde non tam exitiosum animal esse videtur,
vt etiam vulnus eius curam admittat. Quintò
Rhasis, experimentorum curiosissimus iuda-
gator, & qui in Africa habitant, eius non memi-
nerunt.

Cæterùm dari Basiliscum serpentem, negari
non potest, cum à tot Autoribus describatur, &
ipse etiam Cardanus concedat, serpentem esse
exiguum, qui in ambitu suæ latebræ plantas enec-
cet, & propè aërem etiam inficiat, adeo vt quæ
illi appropinquant animalia, velut specubus
mortiferis pereant, licet non ex visu aut auditu
illius: sicut & hoc negare non audeat, quòd si
lancæa tangatur, eum, qui tetigerit, interficiat.
Est enim Basiliscus, vnde procul dubio etiam no-
men accepit, omnium serpentum venenatissimus,
qui non solum morsu & tactu immediato,
sed & sibilo, halitu & tactu mediato hominem
interficit: tantà præterea, vt ferunt, & Greuinus,
lib. 1. de ven. cap. 18. narrat, veneni vi pollet, vt
mortuum etiam bestię & auiculæ, vbi sædum
odorem cadaueris perceperunt, attingere non
audeant; quòd si fortè aliquid de eo comederint,
subitò moriantur; imò idem ijs contingat, si de
corpore, quod ex ipsius morsu perijt, aliquid as-
sumant. Vnde Solinus refert, Pergamenses ma-
gnam pecuniæ summam pro Basilisci cadauere
numerasse, quod de summa Apollinis templi D
parte suspenderunt, ne vel aues vel araneæ eo
possent appropinquare.

Symptomata & signa.

Signa: Basilisci morsum maxima sequitur totius cor-
poris inflammatio, pars affecta flauo tingitur
colore, pili defluunt, caro liquefcit & frustillatim
decidit, morsusque breui temporis spatio vitam
finit.

Curatio.

Cura- Cum ergo tam subita mors Basilisci morsum
tio. excipit, Aëtius ipse superuacaneum existimat, E
remedia aduersus ipsum præscribere; cum vix
vllis remedijs tam repentiniæ morti occurri pos-
sit. Erasistratus tamen, cum quo Dioscorides
consentit, castorei Drach. j. cum vino vel papa-
ueris liquore exhibendam censet.

CAPVT XIII.

De Vipera.

Vipera etsi sub serpentis nomine etiam Vipera.
quandoque comprehendatur: à reliquis
tamen serpentibus duobus differt. Primum est,
quòd, cum reliqui serpentes oua pariant, vipe-
ræ viuum fœtum excludunt, non quòd, vt non-
nulli ex Aristotele, *5. hist. anim. cap. vlt.* malè intel-
lecto existimant, ventre matris perforato nascatur,
cum solum membranis, quibus inuoluitur,
corrosus prodeat. Alterum est, quòd Aristotel-
les, *8. hist. anim. cap. 15.* scribit: Cæteri serpentes
hyeme in terra, vipera in saxo latet.

De temperamento vipera etiam inter Auto-
res controuertitur. Galenus, *3. de loc. affect. cap. vlt.*
viperas frigidi temperamenti esse scribit. Con-
tra Auicennas, *secund. 1. doct. 2. cap. 15.* calidum eius
venenum esse docet. Imò ipse Galenus, *lib. 11. de*
simpl. med. fac. circa inu. carnem viperarum exsicca-
re & moderatè calefacere docet. Et omnino ef-
fectus id docet. Neque refert, quòd vipera ad
tactum frigida deprehenditur; cum vinum &
mineralia calidissima tactu etiam frigida depre-
hendantur, de cuius rei causâ alibi dicitur. No-
bis hic de veneno vipera imprimis quæstio est;
cuius vim non in qualitatibus primis & mani-
festis, sed occultis consistere, supra satis proba-
tum.

Hoc etiam de vipera notandum, quòd Autho-
res plerique, Nicandrum & Autorem libri de
Theriaca ad Pisonem secuti, ferunt, viperas ma-
res duos tantum dentes, caninos referentes, ha-
bere: fœminas verò quatuor, & hinc discerni
posse, an homo à mare vel fœmina morsus sit;
cum in morsu à mare duo tantum foramina &
vulnera; in morsu verò à fœmina quatuor adsint.
Verùm Paulus, *lib. 5. cap. 17.* rectè docet, in morsu
vipera, tum maris, tum fœminæ, duo solum fora-
mina paruo spatio discreta obseruari. Quod &
Halyabbas, *lib. 8. de Theriac. cap. 71.* confirmat. Et
testatur Angelus Baldus Abbatius, qui diligen-
tissimè de vipera natura scripsit, *cap. 15.* dentes
tam marem, quàm fœminam quatuor habere,
sed fœminis firmiores stabilioreque, quippe qui
pro tempore quatuor insint; duos verò deciduos
habere, mares perennes alios.

Symptomata & signa.

E vulnere morsu vipera inflicto sanguis pri-
mò exit purus, quem breui sequitur sanies cruen-
ta, spumosa, & ærugini similis: non solum pars
demorsa, sed nonnunquam totum corpus in tu-
morem sat notabilem, & quidem, pro humorum
varia dispositione & corruptione, nunc rubef-
centem, nunc virescentem, quandoque etiam
purpurascens aut nigricantem attollitur: do-
lor insignis, & quidem hinc inde oberrans, ægro-
tantem misere affligit, calor adest vehemens, pu-
stulæ in membro læso adultæ & nigricantes ex-
citantur: accedunt vomitus biliosi, singultus,
vertigines, mentis stupor, dolores, febres arden-
tes, vrinæ difficultates, hæmorrhagiæ, sudores
frigidi, tremores, lipothymia, anhelitus difficul-
tates, aliæque graui symptomata.

Prognostica.

Pro-
gnostica.
1 Et si quidam venenum viperæ inter ea, quæ statim enecant, & ea, quæ tardius interimant, medium esse velint, & verum sit, in nonnullis regionibus viperæ morsum non esse adeo lethalem, nec tam citò interimere: tamen certum est, in regionibus calidioribus, ac tempore æstivo & calidiore, & præcipuè à vipera irata illatum morsum valde esse lethalem, & nonnunquam septem horarum spatio, ad summum tertio die, demorsos interire.

2 Vtrum fœmina aut mas venenum lethalius inferat, apud Authores controversatur. Verùm si experientia consulatur, cui nec ratio repugnat, procul dubio maris venenum est magis noxium.

3 Si quis à vipera morsus incidit in syncopen, aut illi sanguis è naribus profluit, labia viridia fiunt, vngues refrigerantur, totum corpus tremore afficitur, & vt Nicander scribit, veluti grandise percuti videtur, certum est, mortem esse propinquam.

Curatio.

Curatio.

Quod de aliorum animalium venenatorum morsu dictum, & hic faciendum, membrumque demorsum paulò supra plagam, si fieri potest, ligandum, scarificandum, sanguisque, & cum eo venenum, cucurbitulis extrahendus, vel gallinis aut columbis viuis dissectis, calentibusque adhuc morsui impositis virus eliciendum.

Extra etiam applicetur sterqus capræ cum aceto, pice, cera & sulphure mistum, farina item truci cum melle subacta, & scilla cum aceto cocta & contusa. Galenus, 2. de antidot. cap. 14. ad viperæ morsus hæc epithemata tradit: *R. Sagapeni, piperis, liquoris Cyrenaic. opopanax, an. part. j. galbani, sulphuris viuis, an. part. ij.* Arida pulueriscentur, liquores in aceto soluantur, & aridis iniiciantur. Fiat Emplastrum. Vel: *R. centaurij, aristolochiæ, rad. peuced. an. par. podus.* Pulueriscentur, & aceto ac galbano excipiantur. Vel: *R. sagapeni, asa fœtida, piperis, opopanax, an. Drach. ij. galbani, sulphuris viuis, an. Drach. j.* Gummi in aceto dissoluantur, atque ijs reliqua puluerisata inspergantur. Fiat Emplastrum.

Vtile est & Emplastrum paratum ex allio, ficubus & theriaca.

Statim verò demorsis exhibeantur alexipharmaca. Veneni viperarum Bezoar esse costum, à Drach. ß. ad Drach. j. cum vino absinthie, vel decoctionis absinthij exhibitum, scribit Ardoynus, de venen. lib. 6. cap. 1. Dioscorides, lib. 6. cap. 47. exhibet coaguli leporin. obol. iij. allium item, porrum, cepas, salsamentaque acerrima mandenda, vinumque frequenter bibendum præcipit. Vtilis est & radix asphodeli, tormentillæ, gentianæ, bryoniæ, aristolochiæ rotundæ, terra sigillata, quorum quodlibet vel seorsim, vel plura simul mixta dantur ad Drach. j. cum vino veteri. Cui si aliquid rutæ addatur, efficacius medicamentum euadit.

Inter composita primas obtinet theriaca, Drach. j. vel ij. pondere, cum vini generosi Vnc. iij. exhibita: cui succedit Mithridatium. Vel: *R. radic. aristoloch. rotund. bacc. lauri, castæ lignæ, piperis, an. Drach. ij. castorei Drach. j. anisi Drach. ß. folior. rutæ syluestris Drach. iß.* Pulueriscentur om-

nia, & cum melle despumato redigantur in formam electuarij. Dosis à Drach. j. ad Drach. ij. cum haustu vini.

Matthiolus, in comment. super præf. lib. 6. Drac. cord. ex antidoto quadam, quam ibi describit, aquam parat cuius tantas vires esse prædicat, vt ea non solum à viperis demorsos, quod duabus historijs probat, sed etiam à quocunque animali venenato ictos sanare, imò in tanto mortis discrimine constitutos, vt visum, vocem, & reliquos sensus amiserint, ingenti astantium admiratione, à longo veluti somno excitare, & à morte ad vitam reuocare possit. Dosis illius aquæ sunt Drach. iij. vel per se, vel cum aqua alicuius destillatæ cordialis, vel vini odorati pari quantitate.

CAPVT XIV.

De Scorpione.

Scorpionum plures reperiuntur species, de quibus Nicander, de Theriaca, Ardoynus, de venen. lib. 8. cap. 1. Grewinus, de venen. lib. 1. cap. 24. & alij. Et si verò Scorpiones etiam interdum os hominis ingrediuntur, sicut Omnibonus Ferrarius, de art. Medic. infam. lib. 2. cap. 9. refert, in agro Veronensi, in infantis in cunis dormientis os ingressum fuisse scorpionem, quem licet postea euomuerit, nihilominus diem suum obierit: tamen plerumque aculeo nocent, & punctura venenum infundunt mole quidem exiguum, maxime tamen exitiosum & lethale, nisi citissime succurratur.

Symptomata & signa.

Scorpio is ictum acerbissimus, non solum in parte affecta, sed & in toto corpore sequitur dolor & inflammatio, & tumor; circa plagam pustulæ emergunt verrucis similes, & totum corpus veluti grandine percuti videtur: corpus totum tremit, pallet, modò æstuat, modò frigore concutitur, sudor frigidus erumpit, scribitque Benuenius, cap. 56. de abdit. se famulum habuisse, qui à scorpione ictus subito tam frigido sudore toto corpore perfusus sit, vt argentissimâ niue atque glacie se opprimi quereretur: capilli eriguntur, facies distortetur, lacrimæ profluunt, sordes in oculos angulis colliguntur glutinosæ, spuma ex ore prodit, singultus & vomitiones accidunt, non raro apostema sub axillis excitatur, inguina intumescunt, nonnunquam etiam bubo in illis excitatur. Interdum etiam, quod rarius est, obseruauit tamen Marcellus Donatus, de hist. medic. mirabil. lib. 1. cap. 9. maculis nigris totum corpus conspergitur.

Prognostica.

E 1 In temperatis regionibus, & multò magis in frigidioribus, scorpiones miris sunt noxij; in calidioribus verò magis sunt venenosi, & iam in ipsa Italia grauissima inferunt pericula.

2 A Scorpionum veneno imprimis interimuntur fœminæ, & inter eas virgines præsertim; viri autem potissimum moriuntur, quando manè à scorpione percutiuntur, teste Plinio, lib. 11. cap. 35.

Curatio.

In curatione danda opera, ne venenum in cor-

V V u u iij

scorpius
quomo-
do suo
vulneri
medea-
tur.

pus penetret, sed è vulnere extrahatur, & vt eor-
à veneno muniatur. Ideo membrum, si fieri po-
test, supra puncturam arctè ligandum, & cucur-
bitulæ parti apponendæ, vel quod certissimum
remedium est, & multiplici experientia compro-
batum, ipse scorpius viuus captus & contritus
imponendus, vel vulnus oleo scorpionis illinen-
dum. Vnde incolæ quorundam Italiæ locorum
scorpionibus refertissimorum oleum scorio-
num diu noctûque ad manus habent, eoque,
quamprimum ictum sentiunt, plagam illinunt,
atque hac ratione periculum euitant, salusque
euadunt. Quâ ratione autem scorpius vulneri,
quod infligit, auxilio sit, Autores dissentiunt.
Nonnulli existimant, non euacuando, sed ob an-
tipathiam, & aduersam formam alterando mæ-
deri. Verùm probabilis mihi non videtur hæc
opinio. Quomodo enim ipse scorpius suo veno-
no erit aduersus? Cùm ergo videamus, etiam
ab alijs venenis venena extrahi, sicut bubonibus
& carbunculis pestilentibus ad venenum extra-
hendum bufones sicci imponuntur: verosimile
est, scorpionem ob similitudinem venenum suum
extrahere. Omne enim simile attrahit ad se sibi
simile. Aëtius *tetrabibl. 4. serm. 1. cap. 19.* cochl-
eam, hortulanam præcipuè, cum testa tritam, &
plagæ impositam confestim dolorem sedare scri-
bit. Commendantur etiam lumbrici, calamintha
aquatica, allium, ruta syluestris, scorioides her-
ba, si quodlibet horum scorsim, vel plura ex his
trita & mista imponantur. Aëtius *loco citato*, rutæ
syluestris Drach. j. (fortasse Vnc. j.) in aceto
terit, ceræ Vnc. j. & resinæ pini quadrant, lique-
facit, & affuso oleo, q. s. vnit ac imponit, hocque
mirabile pharmacum nominat. Lac ficulneum
in vulnus instillatum percussis præsentis auxilio
esse, scribit Dioscorides, *lib. 6. cap. 44.* Vel è rad.
bryoniæ cocta, ruta trita, sem. vrticæ, & pauco
sulphure cum ol. veteri. Fiat cataplasma plagæ
imponendum.

Antequam topica reiterentur, id quod sæpius
fieri debet, abluatur locus affectus aqua in qua
sulphur, ruta syluestris, laur. folia, & alia supra
enumerata cocta sint.

Dum hæc ita vulneri applicantur, statim si-
mul alexipharmaca, & quæ veneno huic aduer-
santur, exhibenda sunt, vt salvia, scordium, absin-
thium, agrimonia, taraxacum, serpillum, ocy-
mum, elaphoboscum, verbenaca recta, gentiana,
aristolochia, lauri baccæ, sem. pastinacæ sylue-
stris, trifolij, ocyymi, fæniculi, raphani, quæ vel in
substantia, vel in decocto exhibeantur.

E compositis vtilia sunt theriaca Androma-
chi, diatessaron. Aëtius, *alleg. ante à loco*, antidotum
sequentem plurimum ad scorpionis ictum con-
ducere, eaque seipsum vsus & seruatum fuisse
scribit. *℞. Castorei, succi Cyrenæici, piperis, an. Vnc.*
℞. costi, spicæ nardi, croci, succi centaury, an. Drach. ij.
mellis despumati q. s. Misce. Datur nucis Ponticæ
magnitudine. Vel: ℞. asa fetida rad. gentiana, an.
Vnc. ℞. aristolochiæ longæ, rotundæ, an. Drach. ij. sem.
rutæ Drach. j. castorei Drach. ℞. Cum melle despu-
mato. Fiat Electuarium. Dosis à Drach. j. ad
Drach. ij. cum vino, vel anethi decocto.

Vtile etiam est, mentastrum, rutam, rad. aristo-
lochiæ, gentianæ, lauri baccas, æqualibus par-
tibus in vino coquere, & decoctum ægrotanti
exhibere.

Hoc loco non prætereundum, quod Mizal-
dus, *memorabil. centur. 6. aph. 86.* & alij ex Iouiano
Pontano referunt, hominem à scorpio grauiter

A percussum statim liberatum fuisse exhibito thure
contrito, in quo celatum fuerat scorpij signum.
De quo etiam alia extat historia, quæ priorena
declarat, apud Ioann. Heurnium, *Methodi ad praxi-*
lin lib. 3. cap. 28. Ipse, inquit, vidi satellitem Ro-
manum, Geometriæ gnarum, qui cum diu habi-
tasset Ægyptum, ex Christiano Saracenus euasit,
temporibus Regis Camorchæ: hic (mirum)
spontè mobiles imagines fabricabatur. Euenit,
cum apud satellitem essem, quod obnixè ciulan-
tem armigerum suum audiremus: ex ictu enim
scorpij grauiter dolebat. Hic meus ille satelles in
certam antidotum quid porrexit, vt id potaret:
id gerebat characterem scorpij, & thus olebat:
quo hausto illico euauit dolor. Hic ego, quid-
nam id esset, quod tam commodam & salutarem
pressisset formam? illico aureum obtulit annu-
lum, qui emblemata gerebat lapidis Bezoar, cui
inseculpta erat imago scorpij. Rogabam, quanam
hora hanc sculpsisset; respondit, Luna in scor-
pione versante, cum angulum centrûmque cæli
attigisset: tuncque olibanum mastiche imbutum
se pressisse affirmabat. Quin alijs rebus inusta
hæc idea, ac si thuti, hanc efficaciam exercebat.

Verùm quid de sigillis in genere sentiendum
sit, dictum de *Conf. & Dissens. Chemicor. cum Galenic.*
cap. 18. & lib. 5. Pract. part. 4. cap. 24. Scorpionem
quod attinet, quæ quæso conuenientia siderij cæ-
lesti, cui vndicunque etiam nomen scorpij indi-
tum, cum scorpione, animali terrestri, & figurâ
scorpionis in annulo sculptrâ, & figura scorpij ex
illa celatura thuri impressa. Itaque si thus illud
figurâ scorpij signatum scorpionis ictui profuit,
profuit quatenus thus, non quatenus, scorpij fi-
gurâ signatum. Quod fallaciæ genus detegit
etiam Galenus, *lib. 10. de simplic. medic. facult.* dum
scribit: Pollicitus est mihi quidam, incantatio-
nem sese ostensurum, quæ scorpios interficeret:
vbi illam semel dixisset, in scorpionem expuit, inde
rursus eam obmurmurans, iterum scorpionem
conspuit, ac vbi tertio dixisset, atque expuisset,
mortuus est scorpius. At postea ego absque in-
cantatione à sola salua morientem vidi scor-
pium, idque celeriter patientem à salua esurien-
tium, aut sitientium; tardè autem ab illis, qui cibo
potuque fuerant impleti, in alijs autem propor-
tione. Si verò thus per se hoc non agit, procul
dubio id ex magia accidit, cuius omnino sus-
pectus fuit ille miles ex Christiano Saracenus fa-
ctus, qui sponte mobiles imagines fabricaba-
tur.

C

D

Eger etiam frequenter butyrum comedat, vi-
numque antiquum etiam ad satietatem bibat.
Caueant verò sibi ab esu apij, qui loca, in quibus
scorpioues copiosè reperiuntur, inhabitant.

CAPVT XV.

De dracone terrestri.

E T si Dracones terrestres celeberrimi Au-
thores parum vel nihil veneni in se conti-
nere asserant, imò è corpore illorum remedia
quædam aduersus quosdam morbos petiuerint;
vnde procul dubio factum, vt Ethnici eos in
summo honore haberent, & Æsculapio, quem
Medicinæ inuentorem ferunt, consecrarent: quia
tamen è serpentum numero sunt, veneno procul
dubio omni non carent, præsertim in regionibus
calidioribus, de quo Lucanus, *lib. 9.* ita scribit:

De crocodilo, Lacerta, & Stellione. iiii

Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris Serpitis aurato missis fulgore Dracones, Pestiferos ardens facis Africa. Verum cum in pluribus regionibus ignoti sint, de ijs multa dicere superuacaneum puto; & si alicubi morfu nocent, quomodo curandus sit satis ex ijs, quæ hæcenus de reliquorum venenatorum animalium moribus curandis dicta sunt, vt & lib. 5. Pract. part. 4. cap. 19.

CAPVT XVI.

De crocodilo.

Crocodilus, quem Plinius, lib. 8. Natural. histor. cap. 25. & Mathiolus, in 2. Dioscorid. c. 60. describunt, cum os habeat valde amplum, & dentes fortissimos, vulnus quoque morfu infligit sat magnum, per quod exitiale venenum in corpus infundit.

Symptomata & signa.

Signa. Morsum Crocodili acerbissimus sequitur dolor, sanguisque ob tam manifestam continui solutionem primò quidem purus excernitur, quem paulò post sanies virulenta, acris & fœtida sequitur: in parte demorsa tumor & inflammatio, nec non pustulæ adultæ & nigricantes excitantur. Et cum veneni Crocodili malignitas sit maxima, nisi citissimè succurratur, vomitus prauus, febres ardentes, sudores frigidi, lipothymia, aliisque graui symptomata, & tandem ipsa mors breui temporis spatio superuenit.

Curatio.

Curatio. Virus parti affectæ communicatum omnibus modis, de quibus hæcenus sæpius dictum, extrahendum. Hinc vulnus acrimia, vel spiritu vini, in quo theriaca vel Mithridatium, vel aceto, in quo nitrum dissolutum sit, abluatur, crocodili adipe illinatur, vel applicetur nitrum, medulla cerui, aut adeps anserinus, cum butyro & melle. Vel è stercore porcino, myrrha, galbano, sale, ærugine, adipe anserino, oleo communi & cera F. Emplastrum plagæ imponendum.

Interim dum hæc fiunt, statim exhibenda alexipharmaca, quæ ex ijs, quæ hæcenus dicta, nota sunt.

CAPVT XVII.

De Lacerta.

Lacerta etsi adeo venenosa non habeatur; quia tamen dentes habet admodum subtiles, paruos, nigros, iisque post morsum plerumque in vulnere remanent, morfu suo infligunt vulnera curatu difficilia: simul etiam omni veneno eas non carere, symptomata, quæ inducunt, docent.

Symptomata & signa.

Signa. Nam demorsus à lacerta dolorem in loco affecto sentiunt vehementissimum, è plaga primum sanguis excernitur, paulò post verò sanies graueolens; caro circa puncturam pallefcit, & in tumorem attollitur, putresciturque.

Curatio.

Curatio. Vt dentes in vulnere relictis facilius excidant, locum oleo & aqua calida fricare oportet, postea vel sugere, vel cucurbitulas ei applicare, vulnusque eo, quo viperarum morsum, modo tractare conuenit. Prodest etiam spongiam aceto cali-

do imbutam morfui imponere, locumque butyro, sale & melle mixtis inungere; emplastrum ex allio & folijs maluæ costis & contusis, fursuribusque cribratis, & oleo rosaceo paratum; vel cataplasma ex panis triticeæ medulla, cum decocto rutæ, calaminthæ, allij, & gentianæ confectum applicare.

Interim non inutile fuerit, alexipharmaca hæcenus proposita exhibere.

CAPVT XVIII.

De Stellione.

Stellio è lacertarum genere est, ita dictus, quod in dorso maculas quasdam paruas instar stellarum habeat. Hic non assumptus solum intra corpus, sed & morfu, homini & alijs animalibus nocet, morfúsque eius perniciosissimus est, & naturali astutia stelliones præditi sunt, vt nobis damnum inferant, teste Plinio.

Symptomata & signa.

Si stellionis vel caro sumatur, aut liquor, in quem incidit, bibatur, eadem in œsophago, stomacho & intestinis excitantur symptomata, qualia assumptis cantharidibus in vesica excitari solent. Nam in ventriculo, & potissimum superiore eius orificio, dolor vehemens deprehenditur, ardor stomachi ægrotantem affligit, vomitus excitantur, lingua inflammatur, vitus debilitatur, caput dolet, faciesque, teste Plinio, lib. 29. cap. 4. lentigine obducitur.

Demorsus à stellione dolorem in affecta parte sentiunt continuum, & vehementem, caro que circa puncturam liuida redditur, & alia quæ demorsus à serpentibus accidunt, symptomata superuenire solent.

Curatio.

Si vel stellio sumptus, vel potus, in quo stellio suffocatus fuerit, haultus sit, statim vomitus aqua tepida & oleo veteri, vel violarum, aliisque hæcenus propositis prouocandus: hinc clyster injiciendus è decocto maluæ, althææ, violariæ, sem. lini, oleo rosaceo, & alijs lenientibus paratur, simulque ægro exhibenda iuscula pinguia, butyrum recens, cremor ptisanæ, lac caprinum, emulsiones amygdal. dulc. sem. papauer. albi, nucleor. pini, cum decocto hordei paratæ.

Demorsus, vt docet Aëtius, terrabil. 4. serm. 1. cap. 12. è vestigio iuuantur, si sæpe & allia cataplasmatibus modo vulnere imponantur, eademque comedant, & vinum meracum post eorum summptionem bibant.

Siue verò venenum stellionis haustum & ore sumptum, siue morfu communicatum fuerit, alexipharmaca nullo modo negligenda, sed ea, quæ contra serpentum morfus hæcenus proposita sunt, vsurpanda.

CAPVT XIX.

De salamandra.

Ad lacertarum genus pertinet & salamandra, vt ex Plinio, lib. 10. cap. 67. videre est. Inter omnia autem venenata, vt idem, lib. 29. c. 4. scribit, salamandræ scelus maximum est. Cæteræ enim singulos feriunt, nec plures pariter interimunt; salamandra populos pariter necare im-

prouidos potest. Nam si arbori irrepsit, omnia poma inficit veneno, & eos, qui edent, necat, ab aconito distans. Quin imò si contacto ab eo ligno, vel pede crusta panis incoquatur, idem veneficium est; vel si in puteum cadat. Quippe cum salua eius quacunq; parte corporis, vel in pede imò resperfa, omnis toto corpore pilus defluat. Nimirum non solum venenum eius morfu infusum tora sua substantia naturæ nostræ aduersatur, sed & fructus & herbæ eius sputo inquinatæ, vel aquæ, in quas cecidit, non solum grauißima & periculofißima symptomata inducunt, sed sæpissimè ipsam mortem inferunt.

Symptomata & signa.

Sigaa. Nam salamandræ veneno infectis, nisi cita mors præueniat, humidiores corporis partes, vel membrum demorsum, calore natuo extincto nigrescit, putrescit, fætidissimam saniem excernit, nonnunquam etiam veneno diutius in corpore immorante planè decedit, capilli defluunt in toto corpore; partes omnes internæ inflammantur, sermo impeditur, sensus deficiunt, corpus totum tumet & tremore concutitur, ac lipothymia, & tandem mors superuenit.

Curatio.

Curatio. Locus demorsus quamprimùm scarificandus, venenùmque vel cucurbitulis, vel alijs modis eliciendum, aut vulneri cataplasma ex allio, cæpis, ruta, sale & melle confectum, vel sterces suillum aut caprinum cum aceto coctum calidè imponendum.

Si quid à Salamandræ sputo infectum assumptum fuerit, vomitus aquâ calida & oleo, & alijs medicamentis hætenus propositis prouocandus.

In vtroque casu alexipharmaca necessaria sunt, ac propterea & Mithridatium exhibendum. In specie ad Salamandræ morsum Dioscorides, *lib. 6. cap. 4.* commendat resinam pini, aut galbanum ex melle linctum. Vtilis etiam est chamæpitys contrita, cum nucleis pini exhibita. Vel coquatur chamæpitys, grana pin. folia cupressi, & sem. vrticæ in vino, decoctumque exhibeatur.

Vel: *℞. baccar. iuniperi, asa fatida, piper. nigri. an. Drach. ij. castorei fol. rute, radic. pyrethri, an. Drach. j. Cum melle despumato.* F. Electuarium, à Drach. j. ad Drach. ij. cum haustu vini veteris exhibendum.

Æger in cibo sæpe sumat nucleos pini, cibi que alij condiantur cinamomo, caryophyllis, & alijs aromatibus. Potus sit vinum vetus, vel lac vaccinum calidum.

CAPVT XX.

De Hirudine.

Hirudo. Hirudines in vsum Medicum venire, & quandoque venæ sectionis vices supplere, notum est, dum vasis forinsecus applicatæ sanguinem extrahunt & exsugunt. Quod quidem sæpe cum ægrorum commodo accidit, si ipsæ puræ & non venenatæ sint, & vbi officium suum fecerunt, sponte decedant. Si verò in aquis impuris vixerint, & venenositatem contraxerint,

A aut si vi auellantur, & capita vel denticulos suos in carne defixos relinquant, non solum vlcera cûratu difficilia, sed & mortem inferre possunt, sicut Mæsalinum è Consularibus Patricijs, cum ad genua admisisset hirudines, inde intereunt, ptum esse, refert Plinius, *lib. 32. cap. 10.*

Nonnunquam etiam cum aquis impuris bibentibus hirudines per os ingrediuntur, & vel statim faucibus adhærent, vel ad ventriculum vsque descendunt, suctionemque in eo molestatam excitant.

Symptomata & signa.

B Extra hirudines venenatæ, vel non rectè applicatæ, non solum, vt dictum, vlcera insanabilia, sed & gangrænam quandoque excitant, vt eius rei historias duas narrat Schenckius, *lib. 7. obseru.*

Si faucibus adhuc adhæreant hirudines, oculis patent; si verò per os ingressæ fuerint, & ad ventriculum vsque peruenerint, ex ægri relationibus id optimè cognoscitur. Suctionis tamen etiam sensus & sanguinis excretio, quam hirudo in ventriculo latens, venâsque sugendo aperiens excitat, percipitur.

Curatio.

C Quomodo hirudines partibus corporis nostri curationis ergò sint applicandæ, & vt decedant, curandum, dictum fuit *lib. 5. Instit. part. 1. sect. 2. cap. 7.*

Si tamen vulnus ab hirudine inflatum non bene cadat, imponantur folia lauri, vel centaurium contusum cum vino mixtum; vel ex allio, ruta, galbano, maiorana, castoreo & oleo veteri fiat cataplasma, quod plagæ imponatur. Imprimis vtilis est agrimonia contrita & cataplasmatibus modo imposita. Vel illinatur plaga testudinis marinæ sanguine, oleo costino, de pyrethro. Si faucibus adhæreat hirudo, sæpe gargarismatibus è sinapi, allio, aceto, alijsque acerbis & acidis, adiecto sale paratis, vtendunt.

Ventriculo si infixæ sit, æger mariam tepidam vel acetum bibat; quibus aliquid aloës admiscendum, vt eò citiùs refigatur, vomitùque, qui cum oxymelite simplici vel scillitico, & decocto anethi prouocari potest, excludatur.

Si sanguis reijciatur, adstringentibus, sanguinemque sistentibus vtendum; qualia sunt conferua rosarum rubrar. antiqua, radic. tormentillæ, bolus Armenus, terra sigillata, trochisci de berberis, de agresta, mirtyllorum, de rosis siccis, de agresta, mirtyllorum, granatorum; aqua plantaginis, portulacæ, burse pastoris, & alia.

E Reiecta per vomitum hirudine, eius malignitati resistentia exhibenda. Vbi commendantur absinthium, nasturtium, salua, gentiana, pimpinella, baccæ lauri, cæpe, scilla, radic. cappar. myrrha, galbanum, è quibus tale potest fieri Electuarium: *℞. Aristol. ch. longa, gentiana, baccar. lauri, cortic. radic. capparum, myrrha, an. Drach. ij. sem. rute, piperis nigri, castorei, an. Drach. j. Cum melle despumato.* Fiat Electuarium, cuius Dosis Drach. j. ad Drach. ij. cum vini generosi Vnc. iij.

CAPVT XXI.

De Scolopendra.

Scolopendra, vti in partem anteriorem & posteriorem progreditur, ita etiam ex parte vtraque morfu suo est noxia.

Symptomata & signa diagnostica.

Signa. Demorsu à scolopendra pruritus sentiunt in toto corpore; caro circa plagam liuescit & putredine corrumpitur. Nonnunquam etiam rubra & fæculenta apparet, vlcusque in ea curatu perquam difficile excitatur. Nonnunquam & alia, quæ morsus animalium venenatorum sequi solent, symptomata accidunt.

Curatio.

Curatio. Plaga primùm acidâ muriâ, vel oleo calido fouenda. Postea sal bene tritus, aut cinis aceto maceratus, aut sal cum pice liquida, aut scilla ei imponenda. Prodest etiam, ex Aëtij consilio, cedria cum melle, & allium cum folijs ficus & cumino, crûoque ac vino.

Antidota quod attinet, Dioscorides, *lib. 6. c. 43.* à scolopendra demorsis cum vino exhibet aristolochiam, aut serpillum, aut calamintham, aut rutam syluestrem, quibus Aëtius, *tetrabibl. 4. serm. 1. cap. 15.* absinthium & mentham adiungit. Vinum quoque, in quo asphodeli flores & semen, aut mentastri folia cocta sunt, vtile est.

CAPVT XXII.

De Rubeta.

Rubeta. Rubeta seu bufones equidem dentibus carent: gingiuis tamen, quas præduras & scabras habent, partem cui adhæserunt, sic arctè constringunt, vt venenum suum in partem, totumque inde corpus, per apprehensæ partis poros, transmittant. Insuper venenum suum mictu & saluatione in herbas & fructus euomunt, quos si illotos quis comederit, varijs symptomatibus corrumpitur. Præterea & anhelitum virulentum emittunt, eosque, quos anhelitu tantum contingunt, lædere, Author est Aëtius *tetrabibl. 4. serm. 1. cap. 6.*; Et de saluâ anhelitu bufonum infectâ, *supra, part. 5. cap. 2.* duas historias retulimus, quæ ibi videantur. Compertum etiam est, palum, quo bufo transfixus fuerat, nocuisse. Refertque Ferdinand. Ponzettus, *de ven. lib. 3. cap. 12.* quendam cum cannam, in cuius summitate steterat infixâ Rubeta, manibus cepisset, & ea animalia ex suo agro expulisset, reuersum domum, quamprimum incepit concedere, omnem cibum, quem tangebatur, euomuisse, nec cessasse vomitum, donec cibus per manum alterius administratus fuit. In cute quoque, si saluâ vel urinâ rubetæ conspergatur, pustulæ minores excitantur. Imò quod magis mirum, rubetæ, ad modum quorundam serpentum, mediantibus telis nocere possunt. Ita refert Ardoynus, *de ven. lib. 4. cap. 7.* se vidisse quendam iuuenem, qui cum interfecisset lanceolâ quendam magnæ bufonem, deuenit ad stuporem totius

A corporis, adeo vt steteret duobus diebus protinus absque pulsu.

Symptomata & signa.

Rubetæ veneno quocunque modo accepto **Signa.** corpus pallet, & in tumorem hydropicorum instar attollitur; accedit nausea, vomitus, difficultas anhelitus, vertigo, oculorum caligo, orisque fætor, syncope; febris affligit, partes extremæ inflammantur, semen spontè profluit, pili defluunt, dentes quoque interdum cadunt.

Curatio.

B Rubetæ venenum si ore sumptum sit, vt vomitu quamprimum reijciatur, curandum. Hinc, vt aliàs etiam, quocunque modo in corpus admissum sit, theriaca vel Mithridatium tribus diebus continuis, cum decocto rutæ vel vino, exhibendum; vinum meracum copiosè propinandum; motus vehemens ægro imperandus, sudor copiosus aliquoties in balneo prouocandus, ægerque aquâ calidâ abluendus. Qui cum è balneo egreditur, de speciebus diacurcumæ, dialacæ, diarhod. abb. trochisc. de absint. de eupator. de rhabarbar. aliquid sumat, vel ex his eum conseruat capill. Vener. diacoro, & sirup. Byzantino. F. Electuarium, de quo quotidie bis, horâ vnâ ante cibum, Drach. ij. vel Drach. iij. exhibeantur; vel testudinis marinx sanguis, cum lepore coagulo & cumino, ex vino præbeat.

C Cutis sputo vel urinâ rubetæ inquinata mox abluatur urinâ humanâ, vel aquâ & sale; posteaque ol. vitell. ou. vel rosaceo illinatur.

CAPVT XXIII.

De mure araneo.

De mure araneo, non omnibus locis noto **Mura Araneus.** animali, agit Ardoynus, *de ven. lib. 7. cap. 2.* Greuinus, *de venen. lib. 1. cap. 27.* Hic dentibus suis, quos in vtraque maxilla duplici ordine digestos, eosque acutos habere dicitur, morsum non solum infert periculosum, sed mediante saluâ venenum quoque exitiale corpori communicat.

Symptomata & signa.

Vulnus, quod mus araneus infligit, ob dictam **Signa.** dentium multitudinem, sat manifestum, & quadruplici ordine conspicuum est. E quo sanguis primùm purus effluit, paulò post verò saniosus & putridus; dolor adest vehemens, pars affecta inflammatur, exulceratur & putrescit; circa plagam pustulæ emergunt sanioso humore turgentes, quæ si rumpantur, pus fundunt virulentum, quo excreto caro subiaccens liuida, qualis in cancro conspicitur, apparet: nonnunquam intestinorum tormina, urinæ difficultas, & sudores frigidi superueniunt.

Curatio.

Primò danda opera, vt venenum corpori communicatum foras eliciatur, ijs modis, qui hæc **Curatio.** nus sæpius sunt propositi. Imponatur plagæ emplastrum è galbano in aceto dissoluta, & farinâ hordeacâ paratum; vel ex allio, folijs ficus

& cimino contusis, ac cum oleo mixtis. Fiat cata-
 plasma vulneri imponendum.

Vlcera è pustulis ruptis oborta Aëtius, *tetrabi-
 bl. 4. ferm. 1. cap. 14.* acidâ muriâ eluere, & herdecum
 vstum, vel mali Punici dulcis corium coctum tri-
 tum imponere, atque vlcera eodem decocto vel
 potius decocto myrti, fouere iubet.

Morsum à mure araneo inflatum arenam, seu
 terram ex rotarum transitu seu orbitâ sumptam,
 & vulneri cataplasmatibus modo impositam illico
 sanare, scribit Ælianus, *de animal. lib. 2. cap. 37.*

Interim statim simul alexipharmaca sunt su-
 menda, quæ hæcenus sæpe sunt proposita. Aëtius,
*allegat. loc. Drach. j. vel Drach. ij. fol. lauri, vel
 corticis capparis, vel radicis gentianæ cum vino
 exhibere iubet. Vel paretur tale electuarium, B
 ꝛ. Cortic. radic. cappar. radic. gentiana, an. Drach. iß.
 aristoloch. long. baccar. lauri, terræ sigillat. ruta, an.
 Drach. ij. costi amari, spica Indica, an. Drach. j.
 flor. sulphur. Drach. ß. croci Scrup. ß. Cum melle. F.
 Electuarium, cuius dosis quotidie à Drach. j. ad
 Drach. ij.*

Vel paretur cum vino decoctum ex absinthio,
 fol. lauri, abrotano, serpillio, de quo æger quoti-
 die Vnc. iij. sumat. Sunt, qui coagululum hædi, le-
 poris vel agni ex vino sumptum valde commen-
 dant.

CAPVT XXIV.

De araneo.

Ara-
 neus.

Araneorum licet plures species reperian-
 tur, atque alijs alijs venosiores sint; om-
 nes tamen vno eodemque modo nocent. Vel
 enim ictu per vulnusculum tam exiguum, vt oculo-
 rum aciem ferè effugiat, venenum in corpus in-
 fundunt; vel etiam, quod de araneis in Vasconia
 I. C. Scaliger, *exerc. 186.* refert, calcati per cal-
 ceorum soleas venenum transmittunt; vel in es-
 culenta & potulenta illapsi, & cum ijs in corpus
 ingesti, homini nocent, quomodo Mercurialis,
de venen. lib. 2. cap. 5. è Nicolao Florentino refert,
 in monasterio quodam Eremitanorum multos
 Monachos fuisse peremptos potu vini, in quo
 fuerat extinctus araneus pestifer; vel etiam combu-
 sti fumo suo nocent. Ita refert Nicol. Floren-
 tinus, *ferm. 4. tract. 4. cap. 23.* quendam Lombardum
 Florentiæ in hospitio Coronæ quandam
 araneam nigerrimam & magnam combussisse
 flamma candelæ, & cum fumum illius naribus
 excepisset, statim incepisse debilitari, & incidisse
 in lypothymiam, & tota nocte passum esse pul-
 sum cordis, & pulsum eius ita minutum esse, vt
 vix perciperetur. Curatum verò fuisse theriacæ,
 diamoscho, & puluere zedoariæ mixtis.

Symptomata & signa.

Signa.

Si araneus siue intra corpus sumptus fuerit,
 siue ictu venenum suum corpori immiserit, acci-
 dit in parte demorsa stupor, cum frigoris sensu &
 horrore, ventris intumescencia, flatus in intesti-
 nis, faciei pallor, lacrimæ inuoluntariæ, partium
 extremarum tremor & contractio, conuulsioni
 non dissimilis; sudor frigidus, perpetua & vana
 mingendi cupiditas, membri virilis in iuuenibus
 tensio & dolor, in senioribus verò laxatio: non-
 nunquam etiam vel per vomitum, vel per vri-
 nam, araneorum simile quid excernitur.

Curatio.

Si araneus intra corpus sumptus fuerit, cura à Cura-
 vomitorio auspicienda: in quem vsum hic impri-
 mis commendantur iuli iuglandium in furno sic-
 cati, rufi, & à Drach. j. ad Drach. ij. cum hydro-
 melite, aut vino albo propinati. Vel: ꝛ. *radic. esu-
 la, asari, an. Drach. ij. flor. anethi, genista, an. p. j. Coq.
 in aq. pura. Col. ꝛ. Vnc. Adde mellis Drach. j.
 Fiat vomitorium.*

Post vomitum offerenda alexipharmaca, qui-
 bus sumptis æger vel in lecto sese ad sudorem
 componat, vel, quod melius, balneum ingredia-
 tur, & copiosè suder. Vtilis est hic theriacæ,
 Drach. ij. pondere, cum aq. cardui bened. scordij,
 aut vino albo sumpta. Item bolus Armenus, quo
 cum aceto propinato villicum quendam ab ara-
 neo punctum in collo, & inde tumore ingenti ac
 strangulatione quadam correptum, nec loqui
 potentem à morte liberavit Fracastorius, vt *lib. 2.
 de morb. contagios. cap. 2.* refert. Dioscorides propi-
 uat abrotani sem. aristolochiam, anisum, cicer
 syluestre, & cuminum Æthiopicum, cuiuslibet
 seorsim sumpti Drach. ij. cum vino. Vtilis est &
 resina sicca abietis, cuius vsu mulierculam quan-
 dam, cum incauta deuorasset araneum, & circa
 os ventriculi affligeretur, mox dolore & malo
 omni liberatam fuisse, eiusque vsum contra ve-
 nena illos rusticos, qui circa montes habitant, &
 Rhæti Refinarij, à resina hac colligenda nomi-
 nantur, prædicare, refert Gesnerus, *in annotat. ad
 librum 2. facile parabil. Dioscorid. cap. 150.* Vel ꝛ. *fol.
 scordij, mentha, ruta, cupressi, an. M. j. sem. eruce, anis-
 si, 4. calidor. minor. an. Drach. j. Coq. in f. q. vini.
 Colaturæ quotidie bis, manè & vesperti, Vnc. iij.
 propinentur, donec corporis tumor euanescat.
 Commendantur quoque lauri baccæ, serpillum,
 calamintha, chamæpitys, gentiana, melissa, ni-
 gella, quorum quodlibet vel seorsim cum vino
 offerendum, vel è pluribus illorum decocta, &
 aliæ medicamentorum formæ parandæ & su-
 mendæ. Vel: ꝛ. *asa foetida Drach. ij. myrrha, ally,
 piperis, castorei, an. Drach. ß. F. Puluis pro 4. dosi-
 bus, qui exhibeat cum vino, antequam æger
 balneum, quod quotidie fere, cum magnus in
 hoc casu eius vis sit, repetendum, ingredia-
 tur.**

Si verò morsu araneus nocuerit, locus demor-
 sus sæpius aqua salsa abluendus, aut spongia ca-
 lido aceto, vel decocto maluæ, origani, serpilli,
 aliorumque supra commemoratorum madida fo-
 uendus; imprimis lac è foliis ficus manans instil-
 latum vtile etiam ad ictum araneæ Peruanæ. Re-
 fert enim Monardes, *lib. simpl. noui orbis, cap. 62.* in
 regno Peru insecta quædam reperiti, quæ ara-
 neæ appellantur, eo quod vbicumque fuerint, sua
 retia texant Hispanicarum araneorum mode.

Magna sunt ea insecta, nialum autem amplitu-
 dine æquantia, adeo virulenta, vt eorum ictus iu-
 gulent, nisi efficaci remedio succurratur. Nam si
 diutius differatur, & subeat virus ad cor, præ-
 sens mors consequitur, nec vlla remedia pro-
 sunt. Miram autem in sicu vtilitatem experti
 sunt, si, quotquot icti fuerint, statim ad eam con-
 fugiant, & lac ex ficus folijs manans bis aut ter
 in vulnus instillent. Nam venenum ex ictu in
 vulnere relictum omnino extinguitur, tollan-
 turque dolores & symptomata succedentia, solo
 vulnere relicto; quod cum sit exiguum, facile
 curatur: diu tamen apertum seruandum. Cata-
 plasmata

De tarantula, cantharidibus, & bupreste. iij

plasmata quoque ictui imponenda parari possunt **A**
ē folijs lauri, ruta, porro, farina hordeacea, cum
aceto coctis. Prodest etiam allium & cepas con-
tulas, stercus item caprinum cum vino, vt & fi-
cus pingues imponere.

Simul vsurpentur alexipharmaca supra pro-
posita, ægerque in balneo sæpius fudet. Allium
etiam frequentius comedat, vinumque liberalius
bibat.

Curatio.

Cantharidēs assumptæ è corpore vt eijciantur, primò danda opera; quod commodissimè fit vomitorio ex aqua tepida, vel decocto capitis porcini, agnini vel caprini, cum ol. violar. parato, & vomitus aliquoties repeti debet. Post vomitum clysteres per anum iniiciendi ex hordeo, malua, mercuriali, parietaria, sem lini, sænigræci, oryza, ol. lilior. albor. vel violar. seuo hircino, & electuar. diaphœnico parati.

Curatio.

Hinc vel solum lac, vel decoctum althææ, sem. lini, & maluæ, cum ol. violar. mixtum per anum vel meatum vrinarium infundere non inutile fuerit.

Postea ad acrimoniam, & maleficam Cantharidum vim obtundendam æger sumat lac caprinum, iuscula pinguia, prisana cremorem, oryzan cum lacte caprino coctam; butyrum recens, carnes pingues, porcinas scilicet & hærdinas, cum lactuca, portulaca, hordeo, vel violaria coctas. Propinetur lac amygdal. dulc. vel emulsio ex sem. & frigid. maiorib. cum aq. lactucæ parata. Vel emulsio conficiatur è nucleis pini, sem. papauer. albi, & baccis halicacabi, cum aqua violar. Vitales quoque sunt portiones ex aqua endiuicæ, plantaginis, lactucæ, portulacæ, sirup. nymphææ, papaueris, violar. & similibus paratæ: quibus si de mucilag. sem psyllij, maluæ, cydoniorum, aut gummi tragacanthæ, aq. plantag. paratis, aliquid addatur, efficacius medicamentum erit.

Peculiari verò vi venenum cantharidum expugnat pulegium, siue in substantia fumatur, siue decoctum ex eo paratur. Commendatur & terra Lemnia, Drach. ij. pondere, vel fructus alexexen- gini num. x. si cum vino sumantur. Vel: *3. trochise. de terra sigillat. alk ek engi.* an. Drach. ʒ. E. *3. troch. cum vino dulci, aut lacte muliebri exhibentur.*

Balnea quoque, quibus ægri insideant, paranda ex decocto maluæ, althææ, violariæ, lactucæ, portulacæ, sem. lini, sænigræci.

Extra lumbi, genitalia, & alia membra dolentia unguentur unguento rosac. & popul. cum oxycrato mistis. Utrilia sunt & epithemata è succo lactucæ, portulacæ, cucumeris, cucurbitæ, melonum, & ol. violar. mixtis parata, & duplicatis lincolis locis dolentibus imposita.

C A P V T XXV.

De tarantula.

Tarantula.

CVm lib. 1. Pract. part. 2. cap. 17. ea, quæ de tarantula pro instituti nostri ratione hoc loco dicenda essent, explicata, symptomata ictum eius consequentia enumerata, eorundemque curatio proposita sit: eadem hoc loco repetenda non censeo; sed lectorem ad locum illum remitto. Qui etiam Philippum Camerarium, *horar. subciffuar. centur. 2. cap. 81.* in quo de tarantula agit, & autores, qui & à me, & ab eo allegantur, contulere poterit.

C A P V T XXVI.

De cantharidibus.

Cantharidibus.

DE cantharidibus quidem nonnulli affirmant vt ex Langio, *lib. 1. epist. 47.* & Ioan. Michaële Paschali. *meib. med. cap. 41.* videre est, quod etiam extra corpus applicatæ vesicæ noceant, & mictionem sanguinis excitent. Verum eisi sexcenties vesicatorij loco ijs vsus fuerim: nunquam tamen tale quid obseruare potui. Ideo hoc loco saltem qualia symptomata intra corpus assumptæ excitent, enarrabo, earundemque curationem monstrabo.

Symptomata & signa.

Signa.

Cantharides assumptæ omnes ferè ab ore ad vesicam vsque corporis humani partes arrodunt, exulcerant, atque inflammant; atque hinc febrem ardentem excitant, hypochondriorum inflationem, nauſeam, dysenteriam, lipothymiam, vertiginem, & tandem dementia pariunt. In ore resinæ cedri & pini sapor percipitur. Imprimis verò partibus vrinæ dicatis sua natura insensæ sunt; vnde in illis ardorem inflammatorium, exco- riationem, penis continuam erectionem, cruentam & dolorificam stranguriam, vel omnimodam ischuriam excitant; quæ tandem vasorum vrinario- rum gangræna, & ipsa mors consequitur. Ita Cossinus, Eques Romanus, amicitia Neronis notus, cum lichene laboraret, vocato ex Ægypto Medico, cantharidum potu ab eo interemptus est, vt refert Plinius, *lib. 29. cap. 4.* Ita narrat Paræus, *lib. 5. cap. 17.* Scortum quoddam iuuenem lauta cœna excepiſſe, additis etiam condimentis puluisculo cantharidum conspersis. Qui cum postera die merum sanguinem ano, virgaque rigida redderet, Medici vocati omnia necessaria medicamenta adhibuerunt, sed frustranei omnes illorum fuere conatus. Interijt enim iuuenis vehementia veneni victus.

C A P V T XXVII.

De bupreste.

BVpreſtis tam Græcis, quam Latinis, teste Nicandro & Plinio, ita dicitur, quod, cum boum corpora ingreditur, ea in tumorem attollit. Bestiola enim est cantharidi similis, aut scarabæo longipedi, quæ in herbis latitans sæpenumero à brutis deuoratur, eaque interficit. Homini etiam vix alio modo nocet, quam cum intra co- pus assumitur.

Symptomata & signa.

Siue enim ab homine, siue à bruto inter pas- cendum deglutita fuerit hæc bestiola, sequitur totius corporis instar tympani inflatio, stomachi ventrisque dolor vehemens, vrinæ suppressio, ægrotantique omnia nitrum sapere & olere videntur.

Curatio.

Curatio.

Quia buprestes magnam cum cantharidibus habent cognationem, eandem quoque cum illis curationem requirunt, quæ *capit. preced.* est proposita.

In specie verò ad buprestem, iuxta Dioscoridem, *lib. 6. cap. 3.* conferunt ficus aridæ per se comestæ, vel decoctum earum ex vino. Vtiles sunt & dactyli, lac bubulum, caprinum vel ouillum, ut & pirorum omne genus. Si virus in totum corpus iam se diffuderit, sudor in balneo prouocandus.

CAPVT XXVIII.

De pini erucis.

Pini erucis.

Pini erucæ triplici modo hominibus nocent, morfu scilicet, attritu ad partem nudam, & tandem cum esculentis aut potulentis assumptæ.

Symptomata & signa.

Signa.

In parte, quam erucæ momorderunt, aut alio modo durius attigerunt, ingens pruritus, rubor, dolor, ac tumor excitatur.

Assumptæ in palato, lingua omnibusque oris partibus, ut & ventriculo & intestinis dolorem, inflammationem, cibi fastidium, punctiones, & in toto corpore æstum excitant vehementissimum.

Curatio.

Curatio.

Parti erucæ morfu aut attritu læsæ remedio sunt cepæ aceto tritæ, ruta item cum melle & sale trita, vel cum aceto & pice coctæ & impositæ.

Erucæ intra corpus assumptæ quamprimum vomitu reiiciendæ sunt, & si iam ad intestina descenderint, clysteribus eluendæ.

Et ut veneni huius acrimonia retundatur, propinandum lac caprinum, vel emulsio è sem. 4. frigid. maior. amygdal. dulc. sem. papauer. albi, cum aq. hordei parata. Ager comedat oryzam cum lacte caprino coctam, cremorem ptisanæ, amygdal. dulc. iuscula pinguia.

Antidotus erucarum pini est terra Lemnia, & corallia rubra præparata, cum mucilag. sem. cydonior. exhibita.

CAPVT XXIX.

De muscis, apibus, & vespiis.

Muscæ.

Non equidem muscæ omnes venenatæ sunt: grandiores tamen quædam interdum virulentiam non carent, præcipuè si antea cadaueribus venenatorum animalium insederint, sicut Plin. *lib. 11. cap. 53.* vesparum ictus periculosiores esse, si ex antea serpentibus victitarint, annotauit.

Apes.

Apes aculeo suo etiam nocent, & præsertim si densiore agmine in hominem, vel aliud animal inuolent, adeo ut equos etiam ab ijs necatos fuisse compertum sit. Multò verò magis adhuc

Vespa.

nocent vespæ.

Symptomata & signa.

Signa.

Ictum istorum animalium consequitur in par-

te affecta dolor vehemens, & tam diu durans, donec aculeus relictus (quod ab Apibus fieri solet) exemptus fuerit. Tumor item & rubor, ac pustulæ in parte affecta excitantur.

Curatio.

Si aculeus in vulnere fuit relictus, ille ante omnia extrahendus. Quod si fieri nequeat, locus demorsus vel oleo & cinere, aut terrâ mundâ fricetur, & emplastrum ex cinere, oleo & fermento imponatur, vel hiscè nihil proficientibus, fortiter fugatur. Vbi aculeus extractus est, vel si nullus adsuit, plaga abluenda aquâ falsâ: hinc cataplasma è farina hordei, malua, & plantagine, cum aceto paratum, vel sterco bubulum cum aceto, vel bolus Armenus cum aceto & oleo mistus imponendus; nasturtium etiam aquaticum tritum & impositum dolorem sedat, ac tumorem discutit. Inprimis verò ipsa animalcula, quæ plagam intulerunt, trita imposita, omnem virulentiam extrahunt. Vtilis etiam est lenticula palustris cum aceto mista parti imposita. Prodest & sulphur viuum saliuâ humanâ subactum; item ruta, lac ficuum, loco affecto imposita.

Si aliqua etiam in toto corpore sentiat mutatio, exhibeatur coriadrum cum saccharo, quod Ardoynus, *de ven. lib. 8. cap. 11.* è Christophoro de Honestis, puncturæ vespæ & apis Bezoar esse scribit. Vtile etiam est nasturtium aquaticum, calamethum & taraxacum. Et si calor aliquis in toto corpore superuenerit, curatio ut in febribus malignis instituat.

CAPVT XXX.

De veneno canis, & aliorum animalium rabidorum.

Actum equidem de veneno canis rabidi Venenû canis & animalium aliorum rabidorum. *lib. 1. præf. part. 2. cap. 16.* Ne tamen & hic aliquis hiatus relinquatur, & hoc loco de eo aliquid addere libet. Etsi verò & alia animalia in rabiem aguntur, ut lupi, de quibus integro libello Germanico agit Ioan. Bauhinus, sues, boues, vulpes, feles, asini, mulæ, vrsi, & alia bruta: tamen frequentissimè canes in rabiem aguntur, & virus suum animalibus alijs communicant. De huius autem veneni natura etsi inter Authores non planè conuenit, & nonnulli omnem vim & efficaciam à qualitatibus primis deducere conantur: tamen frustra laborant, certumque est, ut aliorum venenorum; ita etiam huius vim ab occultis qualitatibus prouenire, ut satis, *allegat loc. quæst. 1. probatum.*

Vnum saltem hic addimus, nimirum Eustach. An venenum canis rabidi sit summè humidum. *Rudium, lib. 4. de morb. occult. cap. 12.* cum videret naturam veneni rabidorum animalium in siccitate & calore non consistere, in contrariam opinionem lapsus esse, & paradoxum defendendum suscipere, scilicet venenum animalium rabidorum ingenti humiditate esse præditum, idque non solum probabilibus, sed firmis & validissimis rationibus se demonstraturum polliceri. Primò autem hoc probare conatur ex consideratione animalium, quæ venenum hoc in suo corpore concipiunt, & in rabiem aguntur; refertque talia esse plurima, non solum canes, sed camelos, equos, mulos, vulpes, mustelas, lupos, feles & alia. Verùm ne conatur quidem ex animalium horum consideratione aliquam rationem

De veneno canis, & alior. anim. rabid. 1117

elicere; cum sint tot & tam diuersæ naturæ, nec vnus temperamenti, ideoque tandem concludit, nec malè, id in eorum proprietatem, & naturam inexplicabilem referendum esse.

Secundò ex consideratione causatum, quorum vi hoc venenum in animalibus gignitur, hoc probare vult, quòd scilicet ferè semper putridorum cadauerum carnes, potùsque similes, & alia abominabilia à canibus deuorata rabiem ipsis induxisse, experientia testatur. Ex hoc enim concludit, quoniam putrida diffuunt humiditate, dum à canibus ingeruntur, in ijs ingentem in humoribus parète corruptionem ac putredinè: insignem verò putredinem præsupponere insignem humiditatem existimat. Verùm & hæc ratio nullius momenti est. Corruptionem enim ad veneni generationem necessariam esse, diximus supra, *part. 2. cap. 3.* sed non semper putredinem. Et certè in canibus rabidis, vt & hominibus rabidis, plerumque nulla putredinis apparent indicia. Et sit sanè, vt putredo accedat: tamen putredo ista non semper est humidissima, sed varia, pro subiecti putrescentis ratione. Et ipse Rudius, dum, *lib. 2. de morb. occult. cap. 1.* de generatione veneni disputat, statuit, putredinem, qua putredo, non satis esse ad veneni generationem, sed vt venenum fiat, debere esse putredinem insignem, & penitus malignam. Et quidem venenum non consistere in ipsa putredine, sed eiusdem simum & inquinamentum venenum esse, quod certè non est humidissimum; & humorem nondum putrescit, venenum esse, sed quando iam computruit, & propriâ formâ deposita in speciem conuersus est humanæ naturæ penitus aduersam.

Tertiò hoc probare vult ex modo, quo animalia, dum rabiunt, hoc venenum in corpus immittunt. Vulnus enim tale nihil nisi dolorem ex solutione continui excitat, & venenum per plures menses in corpore subsistens, & sensim sese multiplicans, donec tandem ad cerebrum vsque penetrat, nullâ acrimoniâ vel calore, vel siccitatis sensu sese prodat, & propterea impossibile esse putat, vt tale venenum sit siccissimum & calidissimum. Verùm nulla consequentia est; venenum hoc non est siccissimum & calidissimum: ergo humidissimum. Hoc potius ex omnibus, quæ affert, sequitur, eius naturam non in vlla qualitate manifesta, sed occulta potius consistere.

Quartò idem probare conatur ex symptomatibus, quæ demorsis ab animalibus rabidis superueniunt, & primò quidem ex contagio. Cum enim venenum animalium rabidorum sit contagiosum, è genere putrescentium esse putat, & propterea valde humidum. Verùm supra, *part. 3. cap. 3.* satis probatum, contagij naturam non consistere in putredine. Deinde ex alijs symptomatibus colligere vult, venenum hoc non esse calidum & acre, quod & nos concedimus; sed inde non sequitur, quod sit humidissimum.

Tandem etiam ex curatione idem vult probare. Cum enim omnia remedia, quæ à Galeno & alijs Medicis in demorsis à cane rabido vsurpantur, sicca sint, quædam etiam calida, ea certè, si venenum hoc siccissimum esset, locum non haberent. Quod ipsum & nos libenter concedimus, sed inde non sequitur, quòd sit humidissimum. Neque enim illa medicamenta morbum hunc curant vi exsiccante, sed occultâ qualitate: quod ex eo patet, quòd multa dantur medicamenta siccantia, quæ nullam in hoc morbo curando vim Operum Sennerti, Tom. III.

A habent, ideo quia illa occulta qualitate veneno huic aduersâ destituuntur.

Communicatur quidem hoc venenum frequentissimè mortu, quandoque tamen & alijs modis; non rarò salua. Ita Ioan. Matthæus de Gradibus, *consil. 82.* narrat, Ioan. Coquetanum infectum fuisse post multos dies, ex sola irâ positione manus in os canis rabidi, etsi eum canis rabidus non momorderit. Et Matthiolus, in *6. Dioscorid. cap. 36.* se duos vidisse refert, qui sputo canis rabidi perfunsi, nullo accepto vulnere rabiem contraxerunt. Cælius Aurelianus, *lib. 3. acut. morb.* scribit, quosdam ab animalis rabidi vugibus læsos, & quendam à gillo gallinaceo pugante leuiter læsum in rabiem venisse. Et Schenckius, *lib. 7. obseru.* ex obseruationibus D. Elaitæ Meichneri refert, puerum Equitem apud Nobilem forte fortuna inuenisse sub sponda gladium, quo ante plures annos canis rabidus confossus fuerat, eumque, vt sibi donaretur, petijisse: quo impetrato cum ensẽ ferugine obductum extergere & perpolire vellet, improuidus digitis inflixit vulnusculum, vnde rabie percitus periit. Imò Arææus, *lib. 1. de sign. & caus. morbor. acut. cap. 7.* scribit, quod à rabido caue, qui in faciem, dum spiritus adducitur, tantummodò inspirauerit, & nullo modo momorderit, in rabiem homo agatur: & Cælius Aurelianus, *loc. alleg.* quòd quidam hydrophobicam passionem solo odore ex rabido cane attracto inciderit. Neque enim solum extra corpori communicatum, sed & ore admistum hoc venenum nocet. Ita narrat Cardanus, *contradict. 9. tract. 5. lib. 2.* quendam osculasse canem rabidum, antequam emitteret suffocandum, & hinc rabiem contraxisse, ac mortuum esse. Et Cælius Aurelianus, *alleg. loc.* refert, sartricem quandam, cum chlamydem scissam rabidis moribus faciendam sumpsisset, atque ore stamina componeret, & linguâ pannorum stratas lamberet, tertia diem in rabiem venisse. Et Iul. Palmarius, *de morb. contagios.* scribit, se vidisse ex straminis, in quo rabie perciti sues decubuerant, esu equos, boues, oues, & reliqua animalia, quæ stramentum degultauerant, rabiem contraxisse, Et Fernelius narrat, *lib. 2. de abdit. cap. 14.* venatores quosdam lupum ferociorem trucidatum in varia obsoniorum genera apparatusse & coxisse, & omnes, quicumque esitarunt, non multò post tempore rabie correptos, alios perijisse, alios, lociorum morte prudentes, sibi prospexisse.

Venenum autem hoc nunc tardius nunc citius sese exferit; rarò tamen ante vigesimum diem sese prodat: interdum post trigessimum, in multis non nisi post 4. 6. aut 8. menses; in quibusdam etiam post annum, vel etiam post quinquennium, vt Fracastorius, *lib. 2. de morb. contag. cap. 10.* scribit. Albertus Magnus *lib. 7. histor. animal. cap. 2.* scribit, se vidisse hominem mortu à cane rabido in brachio, & anno septimo post inceptis inflati locum cicatricis, & mortuum esse intra duos dies. Et Petrus Salius Diuersus, *de affectib. particularib.* refert, proditum memoriz ab antiquis esse, hunc morbum ad quintum, septimum, & duodecimum annum dilatatum fuisse.

Symptomata & signa.

Si quis ab animali rabido morsus est, nullo modo vulnus id negligat, etsi nihil mali statim sentiat; cum, vt supra dictum, venenum hoc sæpe diu latere possit, & tandem suis signis & signa.

symptomatibus sese prodat. Sunt autem illa symptomata & signa alia propria & inseparabilia; alia communia & separabilia.

Propria. Propria & inseparabilia signa sunt, quòd, cum venenum hoc ipsi cerebro, cui peculiariter aduersum est, communicatum est, homo fit cogitabundus & meticulosus, solitudinem captat, atque etiam familiarium societatem fugit, lucem odio habet, tandemque aquam expauescit & abhorret: vnde etiam antiqui, alijs symptomatibus missis, hunc morbum hydrophobiam appellarunt. Imò quòd magis mirum, hoc morbo affecti non solum aquam, sed omnia liquida, vinum & alia potus genera, ac iuscula auersantur; ita quidem, vt non solum oblata & visa abhorreant, sed etiam si de ijs mentio fiat, ea abominentur, & summam angustiam afficiantur; & si aquam diutius inspiciant, aut liquidus potus ipsis offeratur, tremant, concutiantur, turbentur, & in lipothymiam incidunt. Quæ autem huius symptomatis causa sit, explicare non facile est, & Authores de eo valde dissentiunt, de quo in Institut. lib. part. 3. sect. 2. cap. 4. dictum.

Hydrophobia causa. Pelops, Galeni Præceptor, accidere id putauit, quia hydrophobi propter multam siccitatem teneantur desiderio aquæ, sed propter delirium eam abhorreant. Verum nec semper sitiunt hydrophobi, nec omnes mente alienantur, nec villo modo vquam persuaderi possunt, vt aquam admittant. Aëtius ex Posidonio & Ruffo refert id accidere, quia imaginem canis in aqua videant, Sed non solum aquam, sed liquida omnia, & quidem ea etiam, quæ non vident, auersantur. Eodem modo sese res habet de eorum opinione, qui dicunt id accidere, quod suam imaginem, quam in aqua vident, abhorreant. Etenim & aquam in vase testam, & omnia liquida, etiam turbida, auersantur. Eustach. Rudius, loco alleg. suæ hypothese, sed falsæ, insistens, id ideo fieri putat, quòd, cum veneni huius temperatura sit putrida, viscida & humidissima, id ab aqua foueatur & augeatur. Verum veneni huius naturam non in humiditate consistere, supra probatum. Deinde alij, qui morbis humidissimis laborant, vt leucophlegmatiam, non ita aquam & liquida auersantur. Tertio non omnia liquidissima sunt humidissima, & vini humectandi habent, sed multa etiam sicca, vt spiritus vini. Cum itaque opiniones hæ omnes veram huius symptomatis causam non reddant, ad occultam proprietatem confugere necesse est; imprimis cum in alijs etiam venenis talia occurrant, quæ ad nullas manifestas causas reduci possunt. Sic tarantulæ veneni cum Musica aliquis consensus est: qui leporem marinum deuorant, omne genus piscis auersantur.

Signa communia. Præter hæc signa propria & inseparabilia alia etiam occurrunt. Nam interdum delirant ægri, vnde etiam inter deliriorum species de Rabie vulgò à Medicis agitur; sed non semper. De quo rectè Petrus Salius Diuersus: Non possum negare, inquit, me nonnullos vidisse rabientes, qui non tantum delirarent, sed etiam furerent. Plures tamen scio mente semper vsque ad vltimam vitæ horam constitisse. Nonnunquam & conuulsui motus accidunt, ob cerebri à materia virulenta vellicationem; vt & singultus. Interdum & spuma circa os apparet, præcipuè dum ægri sunt morti vicini. Quandoque & febris accidit; sed & hoc rarò, & si quandoque id euenit, id potius apparatus humorum, & præuiz corporis dis-

positioni, quam veneni naturæ tribuendum. Nonnulli latrant, & obuios quosque motu impetunt.

Prognostica.

- 1 Si demorsus ab animali rabido, antequam venenum inualescat, & cerebrum inuadat, statim necessaria media adhibeantur, seruari ij possunt, & præcaueri, ne in hydrophobiam incidunt, potest.
- 2 Si verò cerebro iam malum sit communicatum, & hydrophobia accesserit, vix quisquam seruetur & euadit.
- 3 Auicennas scribit, quod si quis à cane abido demorsus aquam timens in speculum intuens se ipsum agnoscat, huic salutis spem non deesse; quia scilicet arguat facultatem cognoscentem non esse prorsus labefactam. Verum falsum hoc esse, se deprehendisse scribit Eustach. Rudius, & se hydrophobia laborantibus propria manu specula contemplanda obtulisse, ægrostamen, licet se probè agnouerint, nihilominus periisse.
- 4 Moriuntur autem ægri citius vel tardius, pro vt symptomata plura vel pauciora, vigiliæ, deliria, conuulsiones, & similia accidunt. Si singultus accedat, mors in propinquo est, adeo vt vel eadem vel postera die moriantur ægri.

Curatio.

De curatione cum pluribus egerim, *allegat. Curatio. lib. 1. Practic.* de ea hic multa dicere opus non est. Pauca saltem de ea monebo. Et quidem de primo scopo, quæ est veneni è vulnere extractio, hoc tenendum: vnius diu apertum seruandum esse, & quidem non solum vsque ad diem quadragesimum, sed per integrum annum; cum obseruatum sit, quosdam à rabidis canibus morsos etiam post annum, imò etiam longius temporis spatium in hydrophobiam incidisse.

Inter interna medicamenta Dioscorides & Galenus imprimis commendant cinerem cancrorum fluuiatilium, si eius duo cochlearia cum pulueris radice gentianæ cochleari vno, in vino metaco exhibeantur: tantique facit hoc medicamentum Galenus, vt, etsi alia quoque præ manibus haberet, ne tamen in tam periculoso morbo demorsos homines tam celebri remedio, & certa salute defraudaret, fatetur se nunquam alio præsidij genere per os sumpto vti voluisse. Plura tamen huiusmodi medicamenta extant apud Galenum, *lib. 2. de antidot. cap. 11.*

Reliqua videantur loco alleg. lib. 1. Practica.

C A P V T X X X I.

De cerebro & sanguine felis.

PEculiare aliquid in fele esse, vel ex eo patet, quod non pauci reperiuntur homines, qui etsi canes & alia animalia ferre possunt, felium tamè præsentiam planè abhorrent, ita vt nec in vno cõclauo cum ipsis morari possint, & licet eas non videant, nihilominus earum præsentiam mox percipiant, ac sudore frigidò disfluant, & nisi felles amoueantur, in lipothymiam incidunt.

Imprimis verò cerebrum felis in cibo sumptu inter venena refert Ponzettus, *lib. 2. de venen. tract. 6. cap. 3.* & Matthiolus, *in 6. Dioscorid. cap. 25.*

Prognostica.

Cerebium felis.

De cerebro & sanguine felis, &c. 119

Sanguis felis. De sanguine etiam felis scribit Martius Vrainichius, *de monstris*, quòd à puella quædam Vratiflavix cum publicè spectaret latronem capite truncari, territa spectaculo in epilepsiam incidit. Cum verò, ut sit, multa frustra tentarentur, ex vulgò quis suavit, sanguinem felis porrigi utile esse, quo ebibito malum non difficulter cessaturum. Offertur: accipit misera, infelici admodum enentu. Paulò post enim felis naturam induit, sed ex intervallo; & quod hoc animal solet, id illa omne æmulatur, voce, saltu, gestu, vestigiis, cum mures in silentio venatur, in quibuscunque etiam potest angustissimis foraminibus, idque tantisper, dum paroxysmi vehementia remiserit.

Anhelitus felis. Anhelitu quoque feles noxias esse, & spiritus inficere, humidum radicale absumere, & marasum inducere, Docet Auenzoar, in *Proem. lib. 1. Theozir*. Matthiolus, *loc. allegat. & Paræus, lib. 20. cap. 34.* Qua in re experientia consulenda; cum sæpe videamus, infantes gestare feles, & secum in lectis cubantes habere sine damno. Forfan enim maior est huic homini, quàm illi, cum fele antipathia.

Symptomata & signa.

Signa. Cerebrum felis qui comederunt, crebra vertigine corripiuntur, stupidi redduntur, nonnunquam & planè amentes fiunt.

Curatio.

Curatio. Si sciatur, cerebrum felis adhuc in ventriculo hæere, vomitu rejiciatur. Si verò in corpus sit distributum, expurgandum est imprimis extr. hellebor. Scrup. j. Postea antidoti loco exhibeatur moschi, qui proprium huius veneni habetur antidotum, Scrup. ß. idque singulis septimanis aliquandiu continetur. Utile est etiam sæpe sumere confectionem diamoschi dulcis, vel de sequenti electuario aliquid exhibere: *Æ. Conserva anthos Vnc. ij. pulu. sem. pæon. carui, cubebæ. an. Drach. ß. Spec. diamosch. dulc. Drach. j. Cum sirup. de betonic. F. Eleæuarium.*

CAPVT XXXII.

De sanguine menstruo.

Sanguis menstruus. Plinius de sanguine menstruo mulierum, *lib. 7. cap. 15.* ita scribit: Nihil facile reperitur mulierum profluuium magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, sterilescent tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina; & fructus arborum, quibus infedere, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipsò hebetatur, acies ferri præstringitur, eborisque nitor: alvei apum emoriuntur: æs etiam ac ferum rubigo protinus corripit, odòrque dirus aëra; & in rabiem aguntur canes eo gustato, atque insaniabili veneno morsus inficitur. Quæ etiam repetit *lib. 28. cap. 7.* Verùm, *lib. 4. Practic. part. 2. sect. 1. cap. 1. quest. 2.* de huius rei veritate inquisimus, ubi quæstionem illam proposuimus, an sanguis menstruus solùm quantitate sit superfluus; an verò etiam qualitate vitiosus, docuimusque, sanguinem menstruum sua natura saltem copia peccare, non qualitate manifesta seu occulta. Si tamen vitiosi humores in corpore camulentur, eos Operum Sennerti, Tom. III.

A cum sanguine menstruo euacuari; & præcipuè, si quid humoris vitiosi sit in vtero, ut sæpe esse solet, id à sanguine per vterum fluente elui. Potest tamen etiam sanguis is, extra corpus si asseruetur, corrumpi, & quod sæpe non postremum est, à veneficis, quæ sanguinem menstruum seu philtiri, seu alterius veneni loco exhibent, plerumque alia mala medicamenta admiscetur.

Symptomata & signa.

Sanguis menstruus assumptus homines obliuiosos, melancholicos, amentes, & quasi lunaticos, imò ut nonnulli ferunt, leprosos efficit.

Curatio.

Sanguis menstrui noxam corrigit Drach. j. Curatopulu. margarit. cum aq. melissophylli exhibitio. ta, ut & trochisci viperini, à Scrup. j. ad Scrup. ij. exhibiti, quos Conciliator huius veneni Bezozar esse scribit; item sem. caulium, & leporis coagulum. Utile est & theriaca, Drach. ij. pondere cum aq. fumar. pota. Potus sit vinum, in quo melissa cocta vel infusa sit. Æger sæpe balneo vtatur.

CAPVT XXXIII.

De sanguine taurino hausto.

C Sanguis taurinus etiam à plerisque inter venena refertur. Et sanè extant historiarum, quæ testantur, quosdam sanguine taurino hausto mortuos esse. Midam enim, antiquissimum illum Phrygiæ Regem, contracta ex somniorum diritate animi ægritudine, cum formidabilis affectio augesceret indies, tauri sanguine copiosius hausto decessisse ab humanis, Cælius Rhodiginus, *antiq. lect. lib. 14. cap. 11.* ex Plutarcho, *lib. de superstitione.* Strabonis, *lib. 1.* Eusebio, *de temporibus,* refert. Et Psammenitum Regem Ægyptiorum victum à Cambyse hausto sanguine taurino perisse, Herodotus, *lib. 3.* scribit. Et Themistoclem Atheniensem invidia ciuium relegatum ad Artaxerxem confugisse, & dum ab eo in patriam pugnare cogeretur, vitam cum morte volentem commutasse hausto sanguine taurino, narrat Plutarchus, in *Themistocle.*

Quaratione sanguis taurinus nocet. Quæ tamen ratione ita noxius sit, non satis planum. Greuinus, *lib. 2. de venen. cap. 10.* sanguinem taurinum non propria sua natura venenatum esse, sed ratione tantum quadam aduentitia, scribit. Eustach. Rudius etiam, *de morb. occult. lib. 3. cap. 6.* ipsum sua natura venenum esse negat, tum ea etiam de causa, quod nemo taurinum sanguinem clam potandum exhibere potest. Plerique non aliter, quàm lac coagulatum, & concretionem tantum, ac quatenus in ventriculo coagulatur, nocere putant: quod & Greuinus concedit, qui tamen addit, quòd, postquam sanguis hic in ventriculo concreuit, & in grumos conuertitur, putrescat, & deinde malignos vapores ad cerebrum transmittat, quo fiat, ut æger subinde animi deliquio corripiatur. Suffocationis etiam hanc causam reddit, quòd, cum grumi magni sint, nec supra, nec infra expelli possint, inde strangulatio & viarum tam ventriculi, quam pulmonis obturatio subsequatur. Fieri tamen non posse addit, ut bibendo non aliqua

portio in viis pulmonum relicta fuerit. Verùm enim verò quod vltimum attinet, tantillum, quod in pulmonem delabitur, si delabitur, tantorum symptomatum causam esse posse credibile non est. Verò magis consentaneum esse existimæ, suffocationem illam & strangulationem accidere à consensu ventriculi, qui dum sanguine taurino concreto repletus est, diaphragma & pulmonem comprimit: orificium tamen ventriculi, quod neruosum est, etiam lædi, & vicinas partes, quæ eisdem neruos accipiunt, in consensum trahere potest. Quia tamen sanguis taurinus plus, quam lac coagulatum nocet, & à lacte coagulato aliquem mortuum esse, annotatum non memini, plures verò à sanguine taurino mortuos esse, historiarum supra allatarum testantur: omnino eam in ventriculo malignitatem contrahere existimo. Quia enim, vbi concretus est, concoctioni resistit, prauam naturam induit, vtpote qui crudus assumitur, nec à calore ventriculi nostri vinci potest. Id quod & in aliis quibusdam cibus accidit, si à ventriculo vinci non possunt. Ita refert Galenus, 2. de facultate alimentorum cap. 69. quendam post boletorum non satis elixorum (qui tamen innocentissimi esse putantur) vsum largiorem os ventriculi pressum ac grauatum & coarctatum, difficilè que respirationem habuisse, & in animi deliquium incidisse, sudoremque frigidum sudasse, ac ægerimè medicamentis seruari potuisse.

Symptomata & signa.

Signa. Haustus sanguis taurinus recens difficilè respirationem excitat: ipsa magna copia ore reijcitur, adest deglutiendi difficultas, in ventriculo dolor & nausea, accedit animi deliquium, & ijdem ferè insultus, quos patiuntur epileptici: & tandem, nisi remedijs succurratur, ipsa mors sequitur.

Curatio.

Curatio. Equidem curatio à vomitu inchoanda esset: verùm quia ob grumos sanguinis concretos vomitus citra suffocationis periculum prouocari non potest, auspicianda ea medicamentis sanguinem concretum dissoluentibus; qualia sunt acetum, oxymel, & acetosa alia, hydromel, sperma cæti, mumia, coagulum leporis, hædi, rad. gentianæ, laserpitij, pimpinellæ, semen brassicæ, conyzæ folia cum pipere, nitrum, vnguentum rubrum potabile, magisterium oculorum cancri, & similia; & omnino ea, quæ ad sanguinem concretum dissoluendum supra, lib. 5. part. 1. cap. 6. sunt proposita, nec hic sunt inutilia. Aëtius etiam ramulos ficu tritos cum nitro & posca præbet, fructusque vitis syluestris, etiam siccos, comestos statim grumos sanguinis dissoluere asserit, *tetrabibl. 4. serm. 1. cap. 74.*

Sanguine hoc modo dissoluto vomitus prouocetur, & si ad intestina iam descenderit, clysteribus iniectis per aluam educatur.

Reliqua medicamenta, quæ ad sanguinem talem coagulatum propinantur, non tam ad sanguinem dissoluendum, quàm ad malignitatem ex eius corruptione ortam, vtilia esse videntur. Talia sunt terra sigillata, bolus Armenus, marga saxorum, rad. tormentillæ. Ager sæpius comedat ficus maceratas in aceto, in quo aliquid nitri dissolutum sit. Potus sit hydromel, vel decoctum ficuum pinguium.

CAPVT XXXIV.

De lacte coagulato.

VT lac, si in ventriculo rectè coquatur, vtilissimum præstat alimentum: ita si in eodem corrumpatur, variorum morborum & symptomatum causa esse potest. Verùm de omnibus lacti corrupti damnis hoc loco agere nobis propositum non est, sed eius coagulatione. Coagulatum lac equidem plurimi ad venena referunt; verùm vix puto, aliquid malignitatis subesse, sed omnia, quæ accidunt, symptomata à ventriculo grauato accidere; id quod ab alijs cibus accidere potest. Memini virginem, cum tum alios cibos, tum caneros cum ipsis ferè testis auide comedisset, sub primum somnum in grauissimam cardiacam incidisse, vt de vita periclitari videretur, à qua tamen breui, cancerorum testis cum reliquis cibus vomitu reiectis, liberata est. Eodem enim modo sese res habet de lacte. Cuius rei historias duas habet Dodonæus, in annotat. ad cap. 17. *Veniuenij*; similè que Forestus, lib. 18. *ebseru. 13.* quæ docent, à lacte in ventriculo concreto pessima, quæ iam recenscebuntur, symptomata excitari. Et memini ipse, cum Studiosi quidam iam ante annos 30. cereuisiam ad ebrietatem vsque ingurgitassent, & fortè lac ad parandos caseos destinatum in vccis offendissent, & illud sibi mutuo propinassent, ex iis cuidam lac in ventriculo coagulatum fuisse, vnde grauissimi ventriculi dolores, & suffocationis periculum exortum fuit: à quo tamen oxymelite & medicamentis lac concretum dissoluentibus exhibitis, & lactis coagulati magnis fructus, casei instar, vomitu reiectis, liberatus est.

Symptomata & signa.

Lac enim in ventriculo coagulatum eiusdem Signa. dolores & angustiam, respirandi difficultatem, suffocationis periculum, & hinc animi deliquium, totius corporis rigorem & frigiditatem, sudorem frigidum, pulsūque paruum excitat.

Curatio.

Danda imprimis opera, vt lac coagulatum dissoluatur & vomitu reijciatur. Quam ad rem vtilis est acetum simplex, vel scilliticum, hydromel, oxymel simplex & compositum, vel scilliticum, & reliqua medicamenta *cap. præced.* proposita. Commendatur & succus menthæ recens expressus, baccæ iuniperi, thymus, artemisia, sem. nasturtij, lac, ficus cum vino vel aceto propinatum. Coagulum etiam cuiuscumque animalis vti lacti recenti iniectum ipsum cogit & inspissat; ita quod iam coactum est, ex natura sua dissoluit, vt scribit Aëtius, *tetrabibl. 4. serm. 1. cap. 75.* Forestus, *loco alleg.* vt & lac dissolueretur concretum, & per vomitum reijceretur vnâ operâ, parauit decoctum è fl. chamæmeli M. j. sem. anis. fenicul. an. Drach. j. in aq. f. & colatura Vnc. iij. cum aceti & sacchari modico tepidè propinavit. Neque enim in talibus subitis casibus medicamenta operosè componere licet, sed quæ ad manum sunt, vsurpare necesse est.

A presso. Vel imponatur cerotum stomachale, em-
plastr. de crusta panis, aut de baccis lauri.

CAPVT XXXV.

De caudæ ceruinæ veneno.

Caudæ
ceruinæ
venen-
um.

IN ceruorum caudis humorem quandam vi-
ridi porraceæque bili similem, qui præsentif-
simum venenum sit, reperiri fertur.

Symptomata & signa.

Signa.

Caudam enim ceruinam qui comederit, vel
hunc humorem in eo contentum sumpserit, ei è
vestigio intolerabiles angustia ac crebra animi
deliqua obueniunt, partes oris internæ inflam-
mântur, corpus vniuersum hydropicorum more
intumescit, liuidoque colore defædatur.

Curatio.

Curatio.

Primum vomitus decocto anethi & butyro
copioso, vel oleo amygdalar. dulc. excitandus.
Hinc Smaragdi præparati Scrup. ß. cum vino of-
ferendum vel pulueris corallior. præpar. Scrup. j.
vel theriacæ, Drach. ij.

Extra ventem inungatur oleo rutaceo, vel oleo
è citri semine expresso.

Æger sæpius vescatur nucleis pini, aut pi-
stacijs.

CAPVT XXXVI.

De vnguium segmentis.

Vnguiū
seg-
menta.

NON in brutorum animalium vngulis so-
lum, sed & hominum vnguibus, malignum
aliquid latere vulgò fertur: neque experientia,
neque ratio dissentit. Solet enim natura, si quid
vitiosum est in corpore, id ad partes eiusmodi igno-
biliores detrudere.

Symptomata & signa.

Signa.

Vnguium humanorum resegmina intra cor-
pus assumpta facultatem expultricem adeo mo-
uent & irritant, vt copiosa & per vomitum &
per alium, sicut in cholera fieri solet, excitetur
præter naturam euacuatio.

Curatio.

Curatio.

Quæ præternaturalis euacuatio vt sistatur, le-
nientia, lubricantia, & abstergentia exhibenda,
iuscula nimirum pinguis, oleum oliuarum, lac,
butyrum recens, serum bubulum vel caprillum.
Vel paretur potio abstergens ex aq. hordei, aut
aq. mulsa, & sirup. violar. solutiuo. Vtile etiam
est clysterem iniicere è decocto maluæ, vel lacte,
& oleo amygdal. amar. ac mucilag. sem. psyllij,
maluæ, aut cydoniorum paratum.

Deterfis hoc modo ventriculo & intestinis,
leniter adstringentia, ventriculumque roboran-
tia vsurpanda sunt: qualia sunt nux moschata,
macis, terra sigillata, bolus Armenus, conferua
rosar. rubrar. antiqua, rad. tormentill. sirup. ma-
stichin. de mentha, de rosis siccis, myua cydonio-
rum.

Extra abdomen illinatur oleo menthæ, absin-
thij, mastichino, cydoniorum, nuc. moschat. ex-

CAPVT XXXVII.

De sudoris animalium veneno.

EXcrementa omnia, quia à natura, tanquam
inutilia, excernuntur tertio potissimum co-
ctionis, quale sudor est, naturæ animalium, vt po-
te quæ tot naturæ conatus eluserunt, esse aduer-
sa & malignitatis aliquid in se continere, vt ra-
tioni est consentaneum, ita etiam experientia
comprobatum est.

Sudoris
anima-
lium ve-
neum.

Symptomata & signa.

Sudor animalium, equi potissimum, quem
Germani *psersflaub* nominant, vt & asini ac mu-
li, si cui propinatus fuerit, ei facies tumida, viri-
disque redditur; sudor è corpore, maximè verò
sub alis, promanat fætidus; flatus in intestinis
& ventriculo generantur quamplurimi; non-
nunquam & angina ac suffocatio, ac si cum vino
bibatur, delirium superuenit.

Signa.

Curatio.

CUAMPRIMUM vomitus excitandus est assum-
pto haustu hydromelitis calidi cum butyro co-
pioso, vel oleo rosaceo; quibus, si libet, addi po-
test aristolochiæ rot. & filis gémæ, an. Drach. ß.

Curatio.

A vomitu ægro propinandum est vinum cum
melle rosaceo mixtum, vel rhubarbari Drach. ß.
cum salis fossilis Scrup. ß. Veneno sudoris ani-
malium maximè resistit sequens electuarium.
Æ. boli Armeni; terra sigillata, laccar. lauri, an. Drach.
*j. coaguli capreoli, vel eius loco leporini Scrup. ß. myr-
rha, fol. ruta, an. Drach. ß. Cum melle dessumato. F.*
Electuarium, quod Drach. ij. pondere quotidie
semel ægro exhibendum.

D CAPVT XXXVIII.

De torpedine.

RESTANT tandem venena animalium aquati-
lium, & præcipuè marinorum. Et vt primò
de torpedine dicamus scribit de ea Galenus, *6. de*
loc. affect. cap. 5. quòd eà potentia prædita sit, vt, si
fuscina aut tridente attingatur à piscatore trans-
missa qualitate per hastam ad manum, eam re-
peatè stupefaciat. Imò non solum per tridentem
vel hastam vim suam piscatoris brachio commu-
nicat, sed tanta eius est stupefaciendi vis, vt etiam
cum retibus, tum hamo capta, per retium funicu-
los, quibus hamus alligatur, eadem stupefaciendi
vis ad piscatoris manum & brachium deuecta in
eo stuporem inducat. Et vt Aristoteles, *9. de hist.*
anim. c. 37. scribit; Cum pigra sit torpedo propter
pinnarum in corporis mole defectum, & pro-
pterea pisces, quos appetit, & quibus vescitur,
venari non possit, afficit eos ipsos, illa, quam in
suo corpore continet, facultate inducendi torporis,
atque ita retardatos capit, & iis vescitur. Ab-
dit enim se in arena ac limo, & pisces, qui adna-
tantes, obstupuerunt, corripit. Vnde, id quod len-
to admodum motu consequi non poterat, astu,
stupefaciendi facultate mediane, assequitur.

Torpedo.

Cuius rei indicium sunt mugiles, qui licet velocissimi sint, sæpius tamen in torpedinis ventriculo reperiuntur.

Vis autem illa stupefaciendi saltem in viua torpedine est; cum mortua etiam comedi possit, & propterea à forma eius specifica fluit.

Quo-
modo
torpedo
stupefa-
ciat.

Quomodo autem hæc vis stupefaciendi à torpedine in hominem dimanet, satis obscurum, nec ab Authoribus satis explicatum. Eustach. Ruidius, *lib. 4. de morb. occult. cap. 15.* et si id, quod à torpedine homini communicatur, humorem esse, & quidem rectè, negat: tamen & id negat, esse simplicem qualitatem alterationemque; & substantiam corpoream, licet vaporosam & spirituosam esse existimat, similem auræ malignæ, quæ à digitis manus vel pedis in cerebrum eleuata, epilepsiam excitat: quam rem substantiam esse, non saltem alterationem & qualitatem, ex eo patet, quod vinculis & deligatione supra locum, cuius consensu cerebrum tum afficitur, eius in cerebrum ascensus prohiberi potest. Possè tamen hanc vaporosam substantiam à torpedine per lignum ad ipsam piscatoris manum penetrare, eo probare conatur, quod facilimè ac citissimè halitus, tum suauis, tam fœtidi odoris, tum pestilentia seminibus imbuti, ac virulenti insensibili quodam modo cum naribus, tum corporibus nostris ab alijs corporibus, à quibus euaporant, possunt impertiri. Atque ut id amplius declaret, & ad torpedinem applicet, dicit id fieri mediante tenuissimâ aëris substantia, quam piscatoris retia ac tridentes in suis poris ac meatibus continent.

Verùm enim verò exempla hæc torpedinis actionem non satis declarant, & longè ab ea diuersa sunt. Materia enim illa, quibus odores & semina pestilentia transferuntur, omnino corporea est, & propterea per solida corpora penetrare non potest, ita ut quis per ianuam clausam, aut fenestram vitreis orbibus rectè munitam cum peste laboranteturò colloqui possit. Aërem verò in omnium penè corporum poris reperiri quidem non negamus, ad eum tamen per solidi ligni substantiam nec odores nec contagium pestilens penetrare potest. Rectius longè venenum illud torpedinis sono comparatur, qui per corpora etiam sordida penetrat, & mediante aëre transfertur; ut & magneti, qui nullâ mediante corporeâ substantiâ, sed spiritali effluuiò, in ferrum, etiam ad distans, agit. Talis enim procul dubio naturæ & torpedinis venenum est, quod per fusciam, tridentem & retia, piscatoris manum, & pisces per ipsam aquam stupefacere & torpidos reddere potest, qua de re supra, *part. 2. c. 1.* dictam.

Symptomata & signa.

Signa. Torpedo, ut modò dictum, non solum per baculum & retia, quibus tangitur, tangentis manibus torporem & stuporem inducit, sed & consequenter in totum corpus transmittit, vires prosternit, magnamque corporis grauitatem & tremorem inducit.

Curatio.

Curatio. Si quis liquorem Cyrenaicum manu teneat, eum nihil à torpedine mali pati, *Ælianus, de histor. animal. lib. 5. cap. 37.* author est. Quæ si ita sese habent, procul dubio etiam hic liquor ad

A torporem & stuporem, à contactu torpedinis inductum, utilis erit. Alexander Aphrodisæus, *initio Problemat.* Trigli, quam mullum vocant, carnem huius veneni remedium esse docet. Ad torporem etiam à Torpedine inductum utilis est Theriaca, si Drach. ij. pondere cum vino absinthite exhibeatur. vel coquatur absinthium, ruta, gentiana, folia lauri in vino, decoctumque exhibeatur.

Vel: *Æ. sem. vrtice, nasturtij, dauci,* an. Drach. ij. *piperis nigri, castorei,* an. Vnc. j. F. Puluis, cuius Drach. j. cum vino generoso exhibeatur. *Æger* quoque in balneo sæpius sudet.

B Membrum stupidum fricetur pannis asperis, & fomentetur vino, in quo saluia, calamiutha, ruta, chamæmelum, hypericum cocta sint. Ex iisdem etiam balneum parari potest. Postea illinatur locus affectus oleo rutaceo, costino, quibus aliquid spiritus baccar. iuniperi adnuxum sit.

CAPVT XXXIX.

De Muræna.

MURÆNA quamuis omnibus temporibus in delicijs habita fuerit, nec caro eius assumpta noxam aliquam homini afferat: si tamen dentibus suis, quos longos, acutos, & intrò inflexos habet, quem læserit, periculosum id habetur. Scribitque Rondeletius, *de piscibus, lib. 14. cap. 5.* piscatores dentium muræna maleficam vim reformidantes, viam non nisi forcipe arripere: venenatum enim eius morsum esse dicitant, qui cinere capitis ejusdem Muræna curatur. Pars à Muræna demorsa, nisi tota abscindatur, à morsu liberari non potest, ob vncinatos dentes, maximeque in os recuruos. Hoc magno multorum malo nouerat Vedius Pollio, Eques Romanus, ex amicis Diui Augusti, qui inuenit in hoc malo documenta sæuitiæ, ut tradit Plinius, *lib. 9. c. 23.* Viuarijs earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat. Si etiam verum est, quod nonnulli tradunt, murænas interdum canum more in rabiem agi, vulnera ab ijs tum illata non minus sunt periculosa, quam viperæ.

Symptomata & signa.

Morsum muræna sequitur dolor vehemens, sanguinis profluuium, partis affectæ tumor & exulceratio. Et si muræna rabida fuerit, symptomata, quæ viperæ morsum sequi solent, accidunt.

Curatio.

E Vulnerum à muræna inflictum eo planè modo, quo reliqua vulnera, simplicia, ab animalibus inflictæ, curatur, qui *lib. 5. Pract. part. 1. cap. 19.* explicatus. Quia tamen aliquid malignitatis habere creditur; in specie ad muræna morsum commendantur lumbrici cum melle triti & impositi. Muræna quoque morsum capitis ipsius cinere sanari scribit Plinius, *lib. 23. cap. 5.*

Si ex rabie venenofitas accedat, curatur tale vulnus, ut morsu viperæ.

De lepore marino, & pastinaca marina. 1123

CAPVT XL.

De lepore marino.

Lepus
mari-
nus.

Lepus marinus, vt Plinius, *lib. 32. cap. 1.* tradit, non solum in potu aut cibo datus, sed & visus, venenum est. Siquidem grauidæ si omnino aspexerint foeminiam ex eo genere duntaxat, statim nausea & redundatione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Et mox addit: Eadem res in mari, & tactu quidem, nocet. Vescitur eo vnum tantum animalium, vt non intreat, nullus piscis tenerescit tantum & ingrator vilitorque fit. Homines, quibus in pastu est, piscem olent: hoc primum argumento veneficium id deprehenditur. Cæterum moriuntur totidem diebus, quot vixerit lepus, incertique temporis veneficium id esse auctor est Licinus Macer. Et omnino venenatum piscem esse, ex Nicandro, Dioscoride, Galeno, Paulo Ægineta, Aëtio, imò ipsa experientia patet. Nam quod Plinius, *loco alleg* scripsit, sua experientia confirmat Rondeletius, *de piscibus lib. 17. cap. 11.* vbi refert, leporem marinum à piscatoribus captum ad se delatum esse, quem cum diligentius contempleretur, & sibi & multis, qui vna aderant, nauseam mouisse. Sed cum ne quidem à piscis inspectione reuocatus eum dissecaret, & partes internas omnes sedulo rimaretur, interuenit quædam mulier, de mariti morbo eum consultura. Cui cum ad dissectionem attentior non statim responderet Rondeletius, odor piscis & conspectus vomitum, dissolutionemque ventriculi protinus ei creauit, & de ventris dolore (erat autem grauida) grauitè ea queri cepit, vt iam abortus timendus foret, quem adstringentibus emplastris ad retinendum foetum ventri lumbisque ad motum prohibuit, & vt aliquot dies cancris visceretur, consuluit.

Symptomata & signa.

Signa.

Qui leporem marinum intra corpus sumpserunt, vt Dioscorides, *lib. 6. cap. 30.* & Aëtius, *terrabibl. 4. serm. 1. cap. 53.* testantur, piscium virus olent, & saporem in ore similem piscibus visum habent, paulò post in ventre dolent, & color corporis ad icteri similitudinem permutatur, deinde plumbeus redditur, cum faciei tumore; incenduntur pedes, plantæ, & pudendum tumefactum cohibet vrinæ effusionem, progrediente verò malo etiam cærulei coloris lotium emingunt, quanquam sanguinolentum, deinde nauseabundi facti biliosa vomunt sanguine permixta: exudant autem graueolentia, & omne piscis genus auersantur, præter caneros. Imò ipsam mortem interdum infert lepus marinus, teste Æliano, *lib. 2. de animal. cap. 45.* Galenus, *in lib. de iberiac. ad Pison.* peculiariter pulmone aduersum esse leporem marinum, eumque exulcerare scribit; & *lib. 1. de compos. medic. sec. gen. in initio.* Sophistis, eos cauillancibus, qui de medicamentis scripserunt, quæ certas corporis partes vel lædunt, vel iuuant, respondet: At hoc cauillum, *inquit*, eos, qui ita iocantur; arguit, facultatis medicamentorum adeo esse imperitos, vt pulmonem solum ex omnibus corporis partibus à lepore marino exulcerari ignorent. Quod Galeni effatum, quod scilicet solus pulmo, à le-

An le-
pus ma-
rius
imprimis pul-
moni
inimi-
cus.

A pore marino lædatur, non ita veritati consentaneum esse, existimat Rondeletius, *allegat. loc.* ideo, quod Paulus Ægineta, & Aëtius veneni huius graua ac sæua symptomata varijs in partibus tradiderunt, de peculiari pulmonis solius affectu ne verbum quidem. Dioscorides etiam, & Plinius, quanta sit istius veneni pernicietas, satis fusè declarant: at de solius pulmonis noxa mentionem nullam fecerunt. Imò & experientiam hic Galeno aduersari putat. Verum cum experientiam, quod promittit, istam non adducat, non crediderim, Galenum ista sine experientia statuisse. Ideoque experientia consulenda. Est enim & alias partes lædat lepus marinus, potest tamen præcipuè pulmonibus nocere. Faciunt idem cantharides, quæ licet omnes partes ab ore vsque ad vesicam malè afficiant; imprimis tamen vesicam exulcerant.

Curatio.

Lepus marinus assumptus quamprimum vel vomitu, si adhuc in ventriculo reftet, rejiciendus, vel si ad intestina descenderit, vel iniecto clystere, vel purgante medicamento ore assumpto, etiam paulò fortiore, educendus. In quem usum commendantur pilulæ de scammonij, ellebori nigri, agarici, succi glycyrrhizæ & tragacanthæ æqualibus partibus paratæ, & Drach. j. pondere exhibitæ.

Resinam cedri, oboli pondere cum vino sumptam, leporis marini alexipharmacum esse tradunt. Alij, vt Athæneus huius veneni Bezoarticam Triglam esse aiunt. Vtilia sunt & mala Punicæ; decoctum item è virga pastoris, plantagine, & calamintha montana paratum. Exhibeatur etiam lac asininum, vel bubulum, vel decoctum è malua tota paratum. Dioscorides & Aëtius sanguinem anserinum, alij verò galli sanguinem tepentem præbere iubent. Cancris fluuialibus æger sapius vescatur. De reliquis piscibus si quid assumere incipiat, certissimum conualescentiæ signum est; cum, vt antea dictum fuit, qui leporem marinum sumpserunt, omnes pisces, præter cancrum, auersantur.

CAPVT XLI.

De pastinaca marina.

Licet Pastinacæ marinæ caro, modo radius leuis abscissus sit, in cibum venire possit: tamen in aida habet aculeum seu radium ita mortiferum, vt breui temporis spatio homines brutaque animantia lectu perdere possit; imò si vt scribit Ælianus, *lib. 8. de animal. cap. 26.* ad maximam arborem, & summe videntem aculeum admoueas & defigas, non multò post amittat folia: quæ postquam defluerunt, totus truncus similis est arboribus solis ardoribus æstate exsiccat. Idem Plinius, *lib. 32. cap. 2.* tradit, qui etiam, *lib. 9. cap. 48.* scribit, nihil vsquam execrabilius esse, quam radium supra caudam eminentem Trigonis. De pastinaca marina Rondeletius, *lib. 12. de piscibus, cap. 1.* hanc historiam refert. Rusticus quidam, *inquit*, è Cemeneis montibus, cum pastinacam à se furto sublatam veste tegetet, telo femori infixio vulneratus est; sed ne furtum deprehenderetur, ad vulneris dolorem exclamare non ausus, clam ad me venit, rem

Pasti-
naca
marina

omnem aperit, relum adhuc infixum monstrans, quod dilatato vulnere extractum est, atque interea dñm cremaretur, & in cinerem redigeretur, vulnere pastinacæ icur imponendum curavi, nec id sine successu: paulò post enim sedatus fuit dolor, cæpitque tumor submitti, nihilominus tamen cum non ignorarem, piscem istum habere in se sui veneni antipharmacum, radij cinerem cum aceto vulnere admoui. Quo & veneno medicatus sum, & vulnus recens planè exsiccaui. Venenum istud nostris piscatoribus notum est. Captis enim pastinacis caudas abscindunt, nisi si aliquando in forum piscarium integras deferant, in gratiam Medicinæ Studioforum.

Symptomata & signa.

Signa. Pastinacæ marinæ ictum sequitur soluta unitas, & dolor in parte læsa vehemens; caro circa plagam nigrescit & stupet, quæ si digitis comprimatur, saniem emittit atram, crassam & malè olentem; accedunt potissimum si nervus aliquis sit læsus, crebræ convulsiones, totius corporis lassitudo, stupor, ac tandem ipsa mors.

Curatio.

Curatio. Cùm pastinacæ marinæ venenum sit perquam lethiferum, percussis, ab ea citissimè subveniendum quod fit si plaga primum scarificetur, & sanguis cucurbitulis extrahatur. Postea vulnere vel epar pastinacæ, vel radij cinis cum aceto, vel ipsa pastinaca diuulsa imponatur. Vel applicentur etiam cataplasmata attrahentia, quæ parantur ex sulphure viuo, radic bryoniæ, marubio, folijs lauri, saluia & similibus, cum vrina veteri subactis. Vel imponatur fermentum acidum cum pice liquida emollitum, vel è nitro, sinapi, sale ammoniaco & sulphure, ac aceto forti fiat linimentum plagæ inungendum. Aëtius, *te-trab. 4. serm. 1. cap. 37.* furfures aceto coctos, & pro cataplasmate impositos, vt & acetum affusum pro fotu valde prodesse scribit. Simul statim alexipharmaca exhibeantur. Plinius, *lib. 28. cap. 11.* contra pastinacam & omnium marinorum ictus vel morsus coagulum leporis, vel hædi, vel agni Drach. j. pondere prodesse tradit. Idem, *lib. 32. cap. 5.* contra eundem prodesse etiam mullum in cibo sumptum, scribit. Vtilia etiam sunt scordium, rosamarinus, saluia in vino cocta; vel è myrrhæ, piperis, costi amari, rad. bryoniæ, partibus æqualibus fiat puluis, cuius Drach. j. ex vino exhibeatur. Vel propinentur. Drach. ij. theriacæ Andromachi cum vino. Vel: R. costi amari, myrrhæ, rad. gentianæ, aristoloch. long. zedoariæ, an. Drach. j. sem. pastinacæ, sylvestris, anisi, ammios, an. Scrup. ij. granor. mastiches, spica, piperis, ruta, croci, an. Drach. ʒ. Cum melle despumato. F. Electuarium. Et omnino omnia, quæ viperarum morsibus mordentur, etiam pastinacæ marinæ morsibus adhiberi possunt.

C A P V T X L I I.

De scorpione marino.

Scorpio marinus. Scorpio marinus, ita dictus, non quòd scorpij terrestris formam habeat, sed quòd sit *αυστρινος*, vt ex Aristotele citat Athenæus, *lib. 7.*

A id est, quòd pungat & feriat, venenùmque effundat scorpij terreni modo. Vt enim scorpio-nes terreni in cauda aculeum venenatum habent: ita scorpio-nes marini non solum in dorso spinam gerunt venenatam, qua incautos piscatores sæpe iciunt, verùm spinas etiam in capite habent, quæ ijs, quæ sunt in dorso, non minus sunt virulentæ, & vt Plinius, *lib. 32. cap. 11.* scribit, scorpius marinus lædit, dum manu tollitur. Additque Rondeletius, *de piscib. lib. 6. cap. 19.* tot aculeos habet in capite, vt sine noxa tractari non possit, nisi cauda arripiatur, vel duobus tantum digitis medium corporis apprehendatur.

B Scorpiioni marino cognata est & scorpiæna, Scorpiæna quæ piscis est littoralis, scorpiione multo minor, & in dorso solum spinam, eamque venenatam, gestans.

Symptomata & signa.

A scorpiione marino qui ictus inferuntur, molestos cruciatus pariunt, scribitque de se Alsharaius: *tract. 30. pract. sect. 2. cap. 21.* quòd cum à scorpiione marino punctus fuisset in minimo digito, primo senserit modicum dolorem, qui postea sensim fuerit auctus, & peruenerit ac ascenderit ad brachium, & tandem vsque ad spatulam. Accedunt interdum partis motus ablati, convulsiones & lassitudines.

Curatio.

C Quæ in aliorum venenatorum animalium morsibus & ictibus curatio adhiberi solet, ea & hic locum habet. Nimirum venenum è vulnere euocandum, & alexipharmaca contra venena exhibenda. Rondeletius, *de piscibus lib. 6. cap. 19.* refert, se puerum ab hoc pisce miserè ictum, dum cum in sinu recondere vellet, curauisse nullo dissecto & imposito, cum eiusdem scorpiionis epate, adhibito ad vulneris ambitum lentisco contuso. Additque hæc: Nullum ferè venenatum est animal, quod veneni sui antipharmacum in se non contineat: duplex autem antipharmacum genus est antipathia & similitudo substantiæ, vt epar venenatorum animalium vulnere impositum similitudine substantiæ venenum retrahit maximèque confert ea parte, qua fel continetur: carnes verò impositæ idem præstant per antipathiam, vt viperarum caro morsui viperarum medetur. Tertenus scorpius totus ictibus suis remedio est. Sic mullus marini Draconis, aranei ac scorpiionis morsibus medetur, si crudus dissectus admouetur, aucthore Dioscoride, *lib. 2. cap. 25.* Galenus, *9. de simpl. medic. facult.* Piscatores docuit, vt sulphure ad venenatorum piscium morsus vterentur, seu sicco vulnere insperso, seu cum saliuam misto, seu cum vrina macerato, seu cum oleo veteri & melle & resina, terebinthina subacto.

E Simul alexipharmaca hætenus proposita vsurpanca. Dioscorides percussis à marino scorpiione absinthij, saluiæ, aut sulphuris ex aceto triti potionem subuenire scribit.

CAPVT XLIII.

De Dracone marino.

Draco
mari-
nus.

DRaco marinus licet sæpissimè in culinas veniat, & à Gallis, cum carnem habeat solidam & gustui gratam, expetatur: aculeos tamen habet in ceruice vel dorsi principio quinque præacutos, tenui membrana supra connexos, quibus, vt & ijs, qui circa branchias sunt, venenatum ictum infligit.

Symptomata & signa.

Signa.

Eius puncturam acerbissimus in affecta parte sequitur dolor, tumor & inflammatio; febris item, & animi deliquium: & nisi citissimè succurratur, gangrænâ membrum læsum corrumpitur, quam ipsa mors intra paucos dies comitatur.

Curatio.

Curatio.

Vt venenum immissum è plaga eliciatur, membrum læsum aquæ calidæ immergendum, scarificandum, esque cucurbitulæ vel hirudines applicandæ. Ipse etiam Draco marinus impositus ictus suos sanat; nulli caro idem præstat. Rondeletius *de piscib. lib. 10. cap. 11.* piscatores à Dracone marino læsos ad lentisci folia, tanquam ad sacram anchoram, confugere, ipsiisque partem vulneratam confricare scribit: quos tamen melius sibi consulturos putat, si Draconis ipsius dissecti carnes vel cerebrum imponerent. Vtile est & cataplasma ex cepe sub cineribus cocta, fermento, serpillo trito, & pauca theriaca paratum; vel aqua vitæ, in qua theriaca dissoluta sit, lintheis duplicatis imponenda. Furfures tritici cum aqua calida in massam redacti, & loco læso sæpius de die impositi, dolores in hoc casu mirè mitigant.

Dum hæc circa partem affectam peraguntur, statim etiam alexipharmaca propinanda. Dioscorides, *lib. 6. cap. 45.* absinthium, saluiam, & sulphur cum aceto mixtum exhibet. Prodest etiam theriaca aut Mithridatium cum absinthij aqua aut decocto exhibitum. Pastilios ex bryonia & etuo, cum vino potos, Aëtius à Dracone marino ictis mirè conducere scribit, *tetrabitl. 4. serm. 1. cap. 39.*

CAPVT XLIV.

De felle canis piscis.

Felca-
nis pis-
cis.

Fel canis piscis adeo venenosum & lethiferum esse, vt vel vnus grani pondere assumptum, nisi debitè & statim succurratur, intra septem dies mortem inferat, asserit Ardoynus, *de venen. lib. 4. cap. 17.*

Symptomata & signa.

Fel hoc sumptum sequitur oris fætor grauissimus, color corporis flauus, siue ictericius, inuoluntariumque seminis profluuium.

Curatio.

Habent & in hoc veneni genere alexipharm.

A maca communia locum. Et præterea gentianæ radix, siue in substantia, Drach. ij. pondere cum butyro sumatur, siue decoctum ex ea pareatur, & butyrum in eo dissoluatur, & singulis diebus his, Vnc. iij. sumantur. Corpus inungatur oleis vel balsamis aromaticis suaueolentibus.

CAPVT XLV.

De morbis & Symptomatibus, quæ venena interdum post se relinquunt.

EThi præsentanea venena, seu ore sumpta, seu morsu vel ictu in corpus hominis immis- & sym-
sa, non semper enecant, sed homo necessarijs ad- ptoma-
hibitis auxilijs à morte liberatur, ita vt sæpe pla- ra, quæ
nè sanus sibi videatur: tamen non raro venena post ve-
dispositiones malignas in corpore relinquunt, nena re-
quæ nunc tardius, nunc citius sese exerunt, tan- linquuntur.
dèmq; hominem in morbos diuturnos conji-
ciunt, & lenta morte enecant, Quod vel ipsum
satis est ad morbos occultos vulgò totius Sub-
stantiæ dictos, probandum; cum illæ dispositio-
nes in corpore relicte in nulla intemperie mani-
festa consistant, nec etiam medicamentis intem-
periebus manifestorum qualitatum oppositis cu-
rentur. Horum ergo præter naturam affectuum
explicatione & curatione hæc de venenis do-
ctrinam concludere libet.

Sunt autem ij affectus pro venenorum varietate varij. Cum enim venena alia cum alijs parti-
bus maiorem habeant antipathiam, vt ex ijs, quæ
hactenus dicta sunt, patet, etiam nunc hæc, nunc
illa pars à veneno magis læditur, & nunc in hæc,
nunc in illa parte malignæ dispositiones relin-
quuntur. Sunt verò dispositiones illæ, vt eas Car-
danus, *lib. 3. de ven. cap. vlt.* recenset, hæc ferè:
Malus habitus totius corporis, & ex eo genere
leucophlegmæ, morbus Regius, tabes &
phtisis, strangulatio & synanche, casus den-
tium, melancholia & tristitia, vigilia, furor, mala
coctio, alui durities intestinorum & ventriculi
dolores, dysenteria, splen tumidus, respirandi dif-
ficultas, resolutio membrorum, & durities iun-
cturarum, febres inordinatæ, animi defectus, oculo-
rum debilitas aut prominentia, conuulsio &
dolor totius corporis, vrinæ ardor aut difficultas,
vertigo, nausea & obliuio, & alia, qualia passim
apud obseruationum medicarum scriptores oc-
currant.

Curacionem horum affectuum præter natu-
ram quod attinet, ea in duobus consistit. Prius
est, illi affectui noto, v.g. cachexia, phtisi, ido-
nea adhibere remedia, quæ passim in Practico-
rum libris traduntur. Alterum est, vt dispositio
illa maligna & venenata parti alicui, vel etiam
toti corpori inducta tollatur. Frustra enim vul-
garis curandi ratio adhibetur, nisi illæ veneni reli-
quæ expugnentur, & radicitus extirpentur. At-
que accidit sæpe, vt, licet morbus plandè curatus
videatur: tamen si dispositio talis maligna relin-
quatur, paulò post, vel etiam post longum tem-
pus, recrudescat, id quod in curatione luis Vene-
ræ sæpe fieri, supra suo loco diximus. Contra
sæpe euenit, vt licet morbus per se videatur esse
lethalis: tamen veneno sublato & ipse sanetur
ac tollatur. Ita & bubones nigri per se sunt in-
salubres, & è genere carcinomatum: tamen si ex
peste oriuntur, pestilenti veneno victo & ipsi cu-
rationem suscipiant. Et sputum sanguinis diu-

Curatio
tio co-
rum.

turnum etsi alias sit insanabile, teste Galeno, 5. *A meth. med. cap. 11.* tamen id in Puffiano quodam curatum fuisse testatur Cardanus, *loc. allegat.* quia ortum habebat ex lue Indica. Et propterea semper in talium morborum & symptomatum curatione non minor malignæ dispositionis, quam manifesti morbi habenda ratio est. Et licet medicamenta illa malignæ dispositioni contraria, ad morbum manifestum curandum non ita planè apta videantur: tamen propterea non negligenda. Et quidem, si fieri potest, medicamentis manifesto morbo contrarijs admiscenda, vel per

vices vsurpanda ea, quæ sunt malignæ illi dispositioni propriè contraria, eiuſque alexipharmaca; id quod in morbis & symptomatibus eiuſmodi post luem Veneream relictis manifestum est, in quorum curatione semper lignum Guaiacum, sarsaparilla & similia addenda, licet ipsi morbo manifesto non videantur adeo commoda: si verò veneni species ignoretur, aut propria alexipharmaca non dentur, communia alexipharmaca, vel simplicia, vel composita adhibenda: & imprimis si dentur alexipharmaca, quæ parti affectæ alias sunt cognata & vtilia, ea eligenda.



P A R S N O N A.

DE MORBIS A FASCINO ET incantatione, ac veneficijs inductis.

P R Æ F A T I O.

QUIDEM ea, quæ hæctenus dicta sunt, ad morbos occultos explicandos sufficere videri poterant: quia tamen in Medicorum, ut & aliorum scriptis adhuc unum morbi genus occurrit, quod ad qualitates manifestas, aut ullum aliud vulgo notum morbi genus referri non potest, nec illud omittendum, sed & de eo aliquid hoc loco dicendum est. Sunt autem morbi hi illi, qui à Fascino, Incantatione, & Veneficijs induci dicuntur: qui etiam ea de causa à Medicis cognoscendi sunt, quòd ipsi interdum in talibus morbis consuluntur: ut patet ex Amato Lusitano, centur. 6. curat. 87. qui, cum mulier quædam apud Iudices accusata esset, quòd iuuenem nobilem excantamentis surdum reddidisset, ipse, an surditas illa ab incantamento, vel causa naturali prouenerit, consultus est, ut allegat. loc. pluribus videre est. Quanquam verò multa à Philosophis, Medicis, Iureconsultis & Theologis de Incantationibus, Veneficijs & Magia scripta exstant: tamen illa omnia ad nostrum propositum non pertinent. Ideoque breuiter quatuor saltem explicabimus. Primò dicemus: An dentur morbi à Fascino, Incantatione, & Veneficijs. Secundò: quibus modis ac quâ ratione illi inducantur. Tertio: quibus signis cognoscantur. Quarto: qua ratione curandi sint.

C A P V T I.

De fascinatione, & an eâ aliqui morbi inducantur.

Fascini
vnde
dictum.

Quid
sit.

FASCINUM & fascinatio à fando, ut nonnullis placet, sed minùs rectè, dici putatur, quòd Incantationis quoddam genus sit. Rectiùs deducitur à Græco *φασκίνω*, quòd est inuideo, quòd inuidi imprimis alijs aspectu nocere creduntur. Habetur autem vulgo pro incantationis quodam genere, quo seu intuitu, seu laudatione, non solum infantes & homines, sed & agni, pulli, gallinæ, equi, & alia animalia, imò segetes lætiores, & plantæ laudantur, ut contabescant, & emoriantur. Metuunt etiam nonnulli, si quid comedunt auidè, idque vident alium attentè intueri, ne fascinentur; & propterea ne fascinentur, partem cibi intuenti statim porrigunt, affanturque, cum impertiunt; ne me fascines, ut habet Aristoteles, *sect. 20. cap. 34.* Imò quidam etiam ad res inanimatas fascinum extendunt, & vasa pulchra, ac specula intuendo fascinari ac lædi posse, ut rum-

pantur, existimant. Cæterum cum de morbis occultis hic nobis agendum sit, imprimis disquirendum; An reuerà aliqui morbi à Fascino inducantur. De quo etsi de morbis Infantium, *part. 2. cap. 32.* etiam aliquid dictum, hoc loco tamen accuratiùs de eo agendum.

Et sunt nonnulli, qui existimant, non solum infantes qui optimè valent, sed & alios homines, fascinatione in tabem, & pessimum statum conijci, imò & res alias lædi posse; & quidem tribus modis, primò visu, deinde voce & laudatione, tertio contactu & contredatione. Atque hanc suam opinionem probare conantur primò varijs exëplis, & Poëtarum, Historicorum, ac Philosophorù autoritatibus. Et de visu quidè scribit Virgilius: *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* Plinius verò, *lib. 7. c. 2* ex Ifigono scribit, quòd in Triballis & Illyrijs sint, qui visu effascinent, interimantque, quos diutiùs intuentur, iratis præcipuè oculis. Additque, quòd pupillas binas in singulis oculis habeant. Huius generis & fœminas in Scythia, quæ vocantur Bythiæ, prodidisse Appollonidem, Philargum & in Ponto Thibiorù genus multòsque,

An dentur morbi à Fascino.

Vulgaris sententia.

Fascinatio quæ sit visu.

multosque alios eiusdem naturæ; quorum notis tradit, in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem; & feminas omnes ubique visu nocere, quæ duplices pupillas habent, ex Cicerone refert. De quo etiam Ovidius, 1. *Amor. Oculis quoque pupula duplex Fulminat, & geminum lumen in orbem anet.* Et Telchinas, Rhodi Insulæ populos, malè quondam hoc nomine audiuisse, ex Ouid. *Metamorph.* patet: *Phæbeamque Rhodon, & Ialysios Telchinas, Quorum oculos ipso mutantis omnia visu Iupiter exosus, fraternis subdidit undis.* Et Plutarchus ἰσχυρὰ ὄψιν ἐλάσανον nominat. Huc pertinet & prouerbum; *Mantis te vidit: cuius Cæl. Rhodoginus, antiq. lection. lib. 36. cap. 22. mentionem facit, & in eos dici scribit, quibus fascinator oculus mali obiecit quicquam; additque, esse genus locustæ, quæ si quod inspexerit animal, protinus ipsi aliquid producat mali.* Et inter recentiores Hieronymus Vida, *lib. 2. Bombyc. senem quendam oculis fascinantem describit his versibus: Quandoquidem memini Tusci ab inrupe Viterbi Ipse senem vidisse ferum, cui dirarigeabant Ora, grauesque oculi, suffecti sanguine circum, Fronsq; obscena situ, hirtique in vertice cani. Ille truci (scelus!) obtutu genus omne necabat Repantum, teneras animas, paruasque velantes. Quinetiam si quando hortos ingressus, ubi annus Exiit expleto turpem nouas orbe senectam, Floribus & passim per agros incanuit arbor, Ille hortis stragem dedit, arboribusque ruinam, Spemque anni agricolamæsti fleuere caducam. Nam quocumque aciem horribilem intendisset, ibi omnes Cernere erat subito afflatos languescere flores.* Imò opinio vulgi est, non solum ab inuidis, iratis, ac inimicis, sed & ab amicis, & familiaribus, imò ipsi parentibus, infantes fascinari, & lædi posse. De quo Plutarchus, 5. *Sympos. cap. 7.* ubi p. utribus de Fascino agit, hæc habet. *Haud sane ignoras, inquit, vt & amicis, & familiaribus & parentibus nonnulli oculum fascinantem esse existimant, vsque adeo, vt mulieres non ostendant illis pueros, nec diutiùs ab eiusmodi hominibus inspectari sinant. Et quod magis est, hominem seipsum visu fascinare, & sibi ipsi oculis nocere posse, referunt.* De quo idem Plutarchus, *loco allegato.* *Narrant, inquit, Eutelidam, cum sibi pulcher visus esset, propria specie captum in morbum incidisse, atque bonum habitum vna cum pulchritudine perdidisse. Et nota est fabula de Narcisso ex Ouidio, lib. 3. Metamorph. fabul. 8.*

Voce

Deinde etiam lingua & voce, ac laudatione fascinationem fieri posse, vulgata opinio est. Vnde Virgilius, *Eclog. 7.*

Aur si ultra placitum laudarint, baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Et Plinius, *lib. 7. cap. 2.* scribit, in Africa familias esse effascinantium, quarum laudatione intereant probata, arefcant arbores, emoriantur infantes. Imò non solum maleuolorum & inuidorum linguam infantibus nocere posse, sed & laudationem amicorum, vulgò creditur: quòd vt præcauetur, iam olim, dum res aliqua laudatur, in vsu fuit addere, Græcis quidem, ἀποαχθήτω, Latinis, *Præfscinè dixerò*, quasi præter fascinum, seu, ne fascineris, hæc dixerò. Et nostris etiam fæminis, dum vel infantes, vel bruta pulchra laudant, vsitatum est, addere; *Dens te curatur:* ac nisi id addant, quod laudant, fascinari & lædi posse, persuasum habent.

Contacta.

Tertiò & contactu fascinationem fieri posse, vulgò creditur. De quo Plinius, *alleg. lib. 7. cap. 2.*

Opera Sennerti Tom. III.

A scribit, quod genus Pharmacum in Æthiopia sit quorum sudor tabem contactis corporibus afferat. Imò vetularum attréctatione infantes lædi posse, vulgus existimat; & propterea infantes vetulis eiusmodi non facillè contréctandos exhibent. Et Ioh. Baptista Codronchius, *de morb. venef. lib. 2. cap. 3.* veneficæ mentionem facit, quæ solum ventrem scæminæ cuiusdam blandè contréctando factum eius enecauit.

Rationes pro fascino. 1

Deinde idem rationibus probare, & eorum, quæ hæctenus allata sunt, causas reddere conatur. Et primò quidem ἀποψόιας illas, & vaporum effluuia afferunt, quæ non solum ex animalibus, sed & plantis & gemmis fiunt: de quibus plurius Langius, *lib. 2. epist. 3. 6.* agit, qui ibi videatur: & in specie de visu addit, nullum reperiri in humani corporis fabrica sensus organum, quod tanta spirituum copiâ scateat, & fulgorem ex se emittat, vt oculus; idque exemplo micantium Augusti & Tiberij Cæsaris oculorum è Suetonio probat. Et ad has ἀποψόιας & effluxus etiam confugit Plutarch. *loco allegato*, vt rationem reddat, quomodo Eutelidas seipsum fascinare potuerit. Bonus vir Eutelidas, *inquit, & quicumque seipso dicuntur fascinare, non sine ratione id mihi videntur pati.* Periculosus enim est summè bonus habitus, & corpora simul atque ad summum vigorem processerunt, non stant; sed cadunt, & in contrarium vergunt. Quando igitur in integrum cæperunt incrementum, læque spe meliùs affectos vident, aded vt se demirentur, ac conspiciant, eorum corpus propè in mutationem exit, & per hanc vitium in deterius tracti seipso fascinant. Hoc autem magis fit ex fluxibus, qui vel circa aquas, vel alia quædam specula, subsistunt. Exhalat enim spiritus in obiecta, eoque fit, vt, quo aliis nocebant, seipso malè habeant.

Secundò in specie id declarant exemplo scæminarum menstruolaborantium, quarum, vt Plinius, *lib. 17. cap. 15.* habet, superuentu acefcunt musta, flaccescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum, quibus insidère, decidunt, speculorum fulgor ipso aspectu hebetatur, acies ferri prætrinigitur, eborisq; nitor, aluei apum emoriuntur, ac etiam ac ferrum rubigo protinus corripit. Et mulieres menstruatas specula lucidissima, si ea inspiciant, inquinare, Aristoteles, *lib. de insomn. cap. 2.* & ipsa experientia, testatur. Cùm ergo in mulieribus tale quid generari possit, quod modis dictis alios lædat, non impossibile esse putant, homines quosdam seu naturali, seu acquisitiuâ proprietate talem nocendi vim habere posse: èstque in confesso apud Medicos pleròsque venenosos humores in corpore humano nasci posse, qui maxima ex parte à natura ad exteriores corporis partes amandari solent, vt Galenus, 3. *de loc. affect. cap. 7. & 6. de loc. affect. cap. 5.* docet.

Ideòque non est mirum, si homines, in quibus tales humores abundant, aliis visu, afflatu, & tactu nocent.

Tertiò exempla ophthalmià laborantium afferunt, de quibus Poëta: *Dum spectant oculi, lafos, laudantur & ipsi, Multaque corporibus transisione nocet.*

Quartò adducunt exempla aliorum etiam animalium, quæ visu nocent. Ita de Basilisco ferunt, eum ita exitiosum esse, vt solo visu hominem & alia animalia necare possit. Et de lupis narrant, quòd si priores hominem aliquem conspiciant, eum illico vocem amittere. De quo Virgilius: *lups Merim videre priores.*

Y Y 7 y

Quintò nonnulli idem ex viribus imaginatio- nis probare conantur, & prolixè recēsent, quanta imaginationis vis sit, & quantum humores cor- rumpendi, & corpus afficiendi potentiam ha- beat; & quidem, vt Cornelius Agrippa, *de occult. Philosoph. lib. 1. cap. 65.* ea de re scribit, statuunt, passiones animæ, quæ phantasiam sequuntur, cum vehementissimæ sunt, non solum posse im- mutare corpus proprium, verùm etiam transcen- dere in operando ad corpus alienum, ita, quod admirabiles quædam impressiones inde produ- cantur in elementis, & rebus extrinsecis, atque etiam morbos quosdam animi siue corporis sic possint auferre vil inferre; & animam fortiter eleuatam, ac vehementi imaginatione accensam mutare sanitatem vel ægritudinem, non solum in corpore proprio, sed etiam in corporibus alienis. Adduntque nonnulli, spiritus ab imagi- natione corruptos & inquinatos rursus aërem inficere ac corrumpere; non secus, vt ab aspectu stellarum maleficarum aër inquinari & corrup- ti solet.

Plutar-
chi de
fascina-
tionē
tētia.

A quibus non dissentit Plutarchus, qui *alle- gat. lib. 5. sympos. cap. 5.* in inuidiam causam fasci- nationis refert. Audacter, *inquit*, dico, vniuer- sas quidem animi affectiones, quibus diu in- sunt, in iis melancholicos habitus ingenerare. Hi cum naturæ vim cœperunt, qualibet ex caus- sa moti sæpe etiam inuitos homines in iam prop- rias & consuetas perturbationes deferunt. *Et mox*: Nulla itaque admiratione dignum, si, qui inuidendi & fascinandi habitum sibi contraxe- runt, etiam aduersus familiares ex proprietate mouentur; ab vbi moti fuerint, quod natura so- let, efficiunt, non quod volunt. Quemadmo- dum enim spheram sphericè moueri, & cylin- drum in modum cylindri necesse est; ita & homi- nem sic inuidia affectum inuidenter aduersus omnia moueri. *Et ibidem*: Quandoque homi- nes sic inuidia affecti oculos infigunt, hi verò ani- mam proximè ordine locati, ipsius malitiam at- traxerint, veluti veneno tincta tela impetant; ni- hil, opinor, præter rationem aut fidem obtingit, si conspectu noceant.

Helio-
dori.

Inde in eundem sensum scribit Heliodorus, *l. 3. histor. Æthio.* Hic aër, *inquit*, nobis circumfus- per oculos, nares, halitus, aliòsque meatus ad pro- fundum penetrans, & ex qualitibus exteriori- bus cò secum inferens, qualis influxerit, talem etiam his, qui excipiunt, halitum ingenerat. Ita- que vbi aliquis liuore percitus res pulchras in- tuetur, circumstantem aërem qualitate malefica replet, ac proprium spiritum acerbitalis plenum in proximum quodque contorquet. Spiritus au- tem, vt pote subtilis, ad spiritum vsque, & medul- las ipsas peruadit, & plerisque morbus fit inui- dia, & proprium accipit nomen fascinationis.

Tandem in specie vocem quod attinet, non- nulli vocibus & vocabulis mirabiles vires tri- buunt, atque vt id probent, multa adducunt. Quanta, aiunt, orationis vis sit ad mouendos & variè flectendos animos, notissimum est. Nec ignota Musicæ vis, quæ homines ad choreas & tripudia, ad iram, ad tristitiam, ad misericordiam, ad arma concitare potest. Animi verò affectus magnam vim habere corpora nostra alterandi, extra dubium est. Obseruatum etiam esse putant, verbis quibusdam prolatis à vetulis infantes quosdam ægrotare, alios inter ire, fœminas vte- rum gerentes abortum facere, nonnullos macie consumi, alios grauissimis doloribus corripi.

A Alij contra omnia illa, quæ de fascinatione di- cuntur, fabulosa & falsa esse existimant. Et cum tres eiusmodi fascinationis modi sint propositi, per visum, per vocem, & contactum; nullo ho- rum quemquam fascinari & lædi posse putant. Cum enim visio fiat non radiorum emissionem, sed specierum visibilium receptionem, & sit actio in homine immanens, nullo modo visu quis alium lædere potest. Vox quoque cum saltem auditus obiectum sit, per se nemini nocet, nec verborum per se vlla efficacia est. Ita nec tactus, qua- tenus talis, nisi is, qui tangit, alterum alteret, no- cere potest, præsertim si vestes saltem contingantur. Quæ omnia cum verissima sint, postea plu- ribus drobabuntur.

Fasci-
nationē
negātes

B Cardanus, *lib. 1. de venen. cap. 17.* etsi fascini tres principales differentias constituit, vnam, quæ à metu oritur, alteram, quæ ex alienis verbis, tertiam in modo agendi, tractandi, percipiendi, at- tentius inspiciendi: tamen omnes tres ad imagi- nationem & terrorem reducere videtur, dum in- fantes vetularum tetrico aspectu, & selium oculis lucentibus terreri, ac in epilepsiam incidere, & mori scribit. Verùm etsi negandum non sit, terrorem, timorem, & imaginationem in morbos, eosque etiam occultos & malignos, inducendi vim habere, & infantes ex terrore epilepsia cor- ripi posse: tamen hoc nihil ad hanc questionem de fascino facit. Non enim hic quaeritur, an ho- mo sibi ipsi animi affectibus, metu, terrore, ali- quid mali attrahere possit: sed de hoc contro- uersia est, an aliquis alteri visu vel voce nocere possit. Et infantes, qui fascinari dicuntur, eas, à quibus fascinari putantur, sæpe non vident, non agnoscunt, & proinde ad eorum aspectum non terrentur.

Cardani
de fasci-
no sen-
tentia.

Ex hac ergo controuersia vt nos expediamus, primò ambiguitas vocabuli fascini distinguenda. Cum enim fascini vocabulum tribus modis acci- piatur, etiam non vna, sed triplex quaestio est, an fascini dentur morbi ex fascino. Primò enim fascinatio sumitur sensu vulgari, qui apud Poetas occurrit, & in vulgi ore ac animo est, pro læsione, quæ so- lo visu vel laudatione induci putatur: cuius rei exempla supra sunt allata: *Nescio quis teneros oculis mihi fascinat agnos.* Et, *haccare frontem Cingite, ne noceat Vati mala lingua futuro.* Et cum fœminæ sibi persuasum habent, se infantibus, si eos lau- dent, nocere, nisi illud, *præfascinè dixerò*, seu Deus te custodiat, addant.

Autoris
sententia
Prima
piatur,
etiam non
vna, sed
triplex
quaestio
est, an
fascini
dentur
morbi
ex fascino.
Primò
enim
fascinatio
sumitur
sensu
vulgari,
qui apud
Poetas
occurrit,
& in
vulgi
ore ac
animo
est, pro
læsione,
quæ so-
lo visu
vel lau-
datione
induci
putatur:
cuius
rei
exempla
supra
sunt
allata:

Fascinū
quor
modis
dicatur.

Secundò fascinatio interdum accipitur pro læsione, quæ alicui à corpore alio noxio & vena- nato per occultas *σπόποιας*, & effluuia affertur: quæ fascinatio, si modò fascinatio dicenda est, vt mox dicetur, omninò naturalis est. Hoc modo fascinum definit Langius, *lib. 2. epist. 36.* quòd sit vaporis virulenti à corpore noxio, naturà ab aliis dissidente, *σπόποια*, id est, defluuium, quo alio- rum corporis habitus & spiritus, per visum, contactum, inuidiam, ob vocis & maledicæ linguæ virulentiam, per vaporis halitum conspurcati, corpora tabescere cogit. Quanquam Langius in hac definitione non in solis effluuiis acquiescere, sed visum, inuidiam, maleficam lin- guam, è vulgi opinione, sed minùs rectè, addere videtur.

Secundæ

Tertiò est fascinatio Magica dicta, quæ nihil aliud est, quàm incantatio & veneficium: quo modo fascinationis vocabulū accepit Bald. Ron- sſæus *epist. 50.* in qua, vbi in titulo fascini, historias se relaturum promittit, Magicarum actionum,

Tercia.

& veneficorum historias recenset. Itaque vt de distinctis rebus & quæstionibus distinctè loquamur, secundam & tertium genus concedimus, sed an propriè fascinationes dici possint, dubitamus.

Fascinū
impro-
prie di-
ctum.

Et quidem quantum ad secundum genus, probauimus supra rationibus & exemplis, dari occultæ rerum effluuia, per quæ varij morbi occultati, cum simpliciter venenati, tum etiam contagiosi, inducuntur: eaque effluuia esse partim atomos è corporibus effluentes, partim spiritualia, speciebus sensibilibus cognata. Verùm propriè fascinatio ista non dicitur, sed morbi, qui inde excitantur, pertinent ad morbos contagiosos & venenatos, de quibus iam diximus. Neque enim, si quis peste ab alio, vel lue venerea, vel scabie inficiatur, vel lippitudinem ab alio contrahat, vel si piscator stuporem à torpedine patiat, aut quis à Basilisco, serpente, bufone, aut huiusmodi alio animali venenato occulto effluuio lædatur, fascinatatus propriè, sed venenatus dicitur. Et ipsa Etymologia repugnat. Fascinatio enim à Græco *φασγίνα*, id est, inuideo, deducitur, & *φασγία* propriè inuidia est. Inuidere autem, teste Cicero, antiqui, vsurpabant pro nimium videre. Qui enim inuidet, ab eius cui inuidetur, felicitate & bonis oculos auertere nequit. Quò illud Horatij pertinet: *Non isthac obliquo oculo mea commoda quisquam Lutat, non odio obscuro, morsuque venenat*. Quæ fascini significatio nihil cum effluuiis illis naturalibus commune habet. Ideòque et si effluuia illa omnino admittenda sunt; tamen ne illa superstitiosa & falsa fascinatio admitti videatur, fascinationis nomen ei non attribuendum. Et qui superstitutionem aliquam è vulgi animis erueret vult, nec nomen retinere debet.

Tertiū.

Tertium genus quod attinet, probabitur in sequentibus, dari morbos à veneficiis. Nam vt aliàs Diabolus iis, cum quibus pactum iniit, persuadet, si res nullius momenti vel liminibus domus, vel lectis imponant, se iis effectus illos, quos cupiunt, præstare; cum tamen omne illud Diaboli opera præstetur: ita quoque idem veneficos persuadet, vt eum, cui nocere volunt, toruum aspiciant, ei malè præsentur; interim visus, vòxque nihil tale præstant, sed omnium illorum, quæ hominibus vel brutis accidunt, malorum Autor Diabolus est. De quo I.C. Scaliger, *exerc. 349*. Malus demon ista facit, non vt hominem faceret potentiorum, sed vt ipsum deciperet credulitate, atque socium haberet tum impietatis, tum æterni exilij. Ipse igitur agit Dæmon. Stultus ille, ac vecors putat, suis se verbis agere. Talis fuit procul dubio senex ille, cuius supra mentionem fecimus ex Hieron. Vida, vt & vetula illa, de qua è Baptista Codronchio, *lib. 1. de morb. venef. cap. 3*. diximus, quæ mulieris Nobilis ventri blandiens manum admouit, quo contactu alterata scæmina nobilis fœtus motum inconsuetum statim sensit, & postea fœtum in frustra comminutum summo cum vitæ discrimine eiecit. Facit, *ibid.* idem Codronchius & alterius vetulæ mentionem, quæ cum manu ventrem puerperæ tetigisset, puerpera sex mensibus peractis grauissimos cruciatus circa ventrem inferiorem sentire cœpit, tanquam cum aluum excernere vellet, spinas, ossa, ligni frustula, & multa alia per ventrem inferiorem eiecit, & à torminibus liberata est. Malo ad veneficia etiam, quàm ad naturalia effluuia referre Telchinas, de quibus supra, ex Ouidio, mentionem fecimus; vt & familias illas effascinantium in Africa, de quibus Opera Sennerti Tom. III.

bus Plinius, *lib. 7. cap. 2*. scribit. Verùm actiones istæ magicæ cum fascino vulgari non sunt confundendæ. Equidem negandum non est, vocabulum Fascinationis ad actiones magicas sæpe extendi; vnde Nicolaus laquerius librum suum contra Magos & veneficos inscripsit: *Flagellum hereticorum fascinatorum*. Et Franc. Ronsseus, *epist. 10* fascino pro veneficio sumit, vt antea dictum. Verùm nec ista fascinationis significatio propria est, vt notio nominis antea proposita indicat. Et multis ex vulgi sententia fascinatio tribuitur, etiam amicis, in quibus nulla veneficij suspicio est.

Itaque restat tertium fascinationis genus, quod in Poëtarum libris occurrit, & in vulgi ore ac opinione est, quod, vt ex supra allatis patet, persuasum habet, etiam sine occultis effluuiis, & incantatione ac magicis actionibus, alicui visus vel voce, ac laudatione noceri posse. Atque hoc fascino dari negamus, nullumque eo morbum induci posse, & quæ de eo vulgò dicuntur, & creduntur, fabulosa & superstitiosa esse; omnia verò, quæ ad id probandum supra allata sunt, saltem de effluuiis illis occultis, vel incantationibus magicis vera esse putamus. Id quod clarius fiet, si omnes, qui vulgò traduntur, fascinationis modos examinemus.

Fascinatio
vulgo
credita
an de-
tur.

Et primò quidem visum quod attinet, cum visus sit actio immanens, & fiat per specierum visibilium receptionem, non spirituum opticorum emissionem, & visus, quatenus talis, ab obiecto aliquid recipiat, non verò in obiectum agat: facile hinc patet, visum, quatenus talis, neminem alteri aliquid damni afferre posse. Interim non negamus, vt ex toto corpore, ita etiam oculis, quædam effluuia fieri, atque hinc ophthalmiam contagiosam esse posse. Imò si quis statuaere velit, è corporibus occulto modo malè constitutis, qualia sunt vetularum & sagarum, maligna talia effluuia ex oculis emitti posse, quæ alius, præcipuè infantium tenellorum, ad resistendum minùs potentium, corporibus noxia esse possint, cum eo non pugnabo; cum & ophthalmia Gallica perhibetur esse contagiosa. Verum læsio hæc non fiet, nisi per oculos, vt in ophthalmia. Magis itaque credibile esse puto, pauca omnino per oculos fieri effluuia, multò verò plura per os & nares, quibus potius ea adscribenda sunt, quæ oculis fieri dicuntur. Peste certè laborantes neminem visum, sed potius halitibus ex ore & reliquo corpore exhalantibus inficiunt. Ideoque sine periculo est, qui à peste laborante solùm videtur; qui verò è propinquo cum eo conuersatur, vt halitus ex ore & corpore exhalantes excipere possit, extra periculum non est.

An visu
fiat fa-
scinatio

Deinde vocis eadem ratio est. Equidem apud nationes omnes inualuit opinio, vocem & laudationem alicui nocere posse, quod, vt prohibeant, vt antea etiam dictum, Græci illud *ἀπειρατος*, Latini, præficiuè dixero, vsurpant, Germani, Deus te custodiat, addunt. Verùm falsa & superstitiosa ea est opinio, & nulla ratione nititur. Etenim ipsa vox, quatenus talis, nullam nocendi vim habet. Si quis verò voce alicui nocet, id potius accidit per effluuia illa morbida & maligna, quæ ex ore cum voce exhalant. Quæ cassa tamen in laudationem locum non habet. Etenim cum ij, qui infantes vel alias res laudant, plerique sani sint, non ægri, nec etiam semper tam propinquo loco constituti, vt halitus ore egrediens ad infantes pertingere possit, hoc

An vocè

modo nulla læsio fieri potest. Et licet vetularum interdum, quæ infantes lædere creduntur, corpora sint malè disposita: tamen nec ex easum oculis tanta halituum copia egreditur, quæ infantibus nocere possit; & licet ex ore plures exhalent, tamen longè sæpe ab infantibus remota sunt, vt nec hoc modo iis nocere queant. Et omnino si iis aliquid nocent, Diaboli ope, non voce, id præstant.

Antea-
du.

Tactu denique non solum corpora ægra aliis suos morbos, vt scabiem, luem veneream, elephantiasin, pestem, & similes communicare posse, manifestum est; sed & ea corpora, quæ quidem nullo morbo laborant, & in speciem sana sunt, etsi venenata sint, aliis contactu nocere possunt. Qualis fuit puella illa veneno nutrita, Alexandro Magno ad eum perdendum dono missa, & ille Cambajæ Regis filius, qui, vt Iul. Cæsar Scaliger, *exerc. 125. sect. 1.* refert, adeo venenosus fuit, vt muscæ etiam, quæ eius cutem sugerent, interirent; & alter, qui sputo, quos volabat, interficiebat. Et omnino hominem aliarum rerum contactu lædi posse, si nihil aliud, torpedo satis docet. Verùm ista omnia nihil ad fascinationem faciunt. Neque enim qui à scabioso, elephantiaco, lue venerea laborante, vel torpedine læduntur, fascinati esse dicuntur. Neque hoc modo probatur, solum contactum cuiquam nocere posse: sed si quæ per tactum læsiones fiunt, per effluvia è corporibus ægris aut venenosis fiunt. Si quæ verò læsiones accidunt, quæ non per effluvia talia morbida & venenata, sed solo contactu, etiam à sanis, (corpus enim sanum alij morbum, quem nullum habet, communicare non potest) fiunt, ex ad actiones magicas pertinent; quibus fuit ille contactus, qui etiam mediis vestibus factus est, quo modo vetula illa ventrem fæminæ nobilis tangens, scetum, quem in utero gerebat, interemit. Et hoc modo non omnes, qui ab eiusmodi hominibus tanguntur, læduntur, sed ij saltem, quibus veneficæ eiusmodi malè cupiunt

Fasci-
natio
propriè
dicta
nulla
datur.

Ex quibus omnibus, quæ hætenus dicta sunt, facile patet, fascinationem illam, quæ vulgò fertur, nullam esse, nec naturales causas habere, sed antiquam iam per multas gentes, per manus quasi traditam esse opinionem & superstitionem. Et propterea nec ab Hippocrate, nec à Galeno, nec ab vllò veterum Medicorum eius inter causas morborum mentionem factam esse; & quæ à fascinatione vulgò fieri dicuntur, ea fieri vel ab effluuiis contagiosis aut venenatis, vel per incantationes & actiones Magicas.

De fasci-
natio-
ne
opinio
vnde
oriatur.

Quibus & hoc addimus, opinionem istam de fascino infantium imprimis ex eo natam esse, quòd vulgus non intelligit causam, cur infantes maximè sani & pulchri sæpe subito in morbum incidant. Accidit verò id ideo, quia *de Ægia*, quæ ad summum peruenit, periculosa est, teste Hippocrate, *1. aphor. 3.* & propterea qui nitidiores sunt, suspecta sua bona habere debent, vt Celsus monet. Ideoque non mirum, si & infantes, cum ad summum *de Ægia* gradum peruenerunt, subito interdum ex eo delabuntur, & in morbos incidunt. Cuius rei causam cum vulgus ignoret, eos ab aliquo, qui infantes laudauit, vel à vetula aliqua, quæ eos toruùm aspexit, fascinosos esse opinantur.

Item-
solum
& ra-
tionem

Atque hæc omnia si quis obseruauerit, facile omnia argumenta, quæ ad probandam fascinationem afferri solent, & supra enumerata sunt,

A soluere poterit. Et primò quidem exempla, quæ ex Poëtis & Historicis afferuntur, quod attinet, plurima sunt falsa & superstitiosa. Si qui verò affectuales reuera acciderunt, ij vel ab effluuiis occultis, vel incantatione, sed & veneficio prouenerunt, non à visu vel laudatione simpliciter.

Deinde etiam rationes, quas afferunt, nullius momenti sunt. Primò enim quod multa de *impoluis* effluuiis illis, quibus interdum homines læduntur, afferunt, nihil ad rem faciunt. Effluuia illa concedimus, & per ea morbos induci posse supra etiam monuimus, sed læsiones illæ non fascinationes sunt, vt antea dictum. Modus etiam, quem proponit Plutarchus, quo seipsum Eutelidas fascinare potuerit, falsus est. Etenim etsi periculosus est habitus summè bonus: tamen periculosus est, etiam si quis in fonte vel speculo se non aspiciat. Deinde & hoc à veritate alienum, quod in corpore summè bene habito ex oculis spiritus in aquam effluere, eam corrumpere, & inde in proprium corpus reflecti potuerint. E corpore enim bene habito tam maligni vapores non effluunt.

Secundò fæminarum menstruo laborantium & specula inquinantium exemplum nihil etiam ad rem facit, neque ea fascinatio est, neque per visum, quatenus talis, fit, sed per occulta effluuia & halitus prauos, eosque non tam ex oculis, quam ex ore & naribus exhalantes.

Tertiò ophthalmiam contagiosam esse posse, conceditur, sed nemo eum, qui hoc modo lippitudinem contrahit, fascinatum esse dicit; cum vitia ista non per visum, quatenus talis, sed per contagiosum effluuium fiant.

Quartò eadem ratio est Basilisci & aliorum animalium venenatorum, quæ visu nocere dicuntur. Non enim hoc præstant visu, quatenus talis, sed per occulta effluuia. Neque si quis à Basilisco vel alio animali venenato hoc modo necatus est, fascinatus dicitur. Quòd verò lupus hominem prius videns, ei vocem adimat, fabulosum est.

Quintò magnas imaginationis vires esse concedimus, verùm in proprium saltem corpus. Quòd verò eæ etiam extra corpus proprium sese extendunt, & vel in aërem, vel in aliud externum corpus agant, falsum, vt in *tract. de Cons. & Dissens. Arist. cum Galen. cap. 14.* probatum. Est enim imaginatio actio immanens. Quæ verò, vt supra in quinto argumento dictum, Plutarchus de inuidis ad probandam fascinationem assert, nullius ponderis sunt. Etsi enim, vt alij prauus affectus, ita etiam inuidia, in malum habitum degenerare potest: tamen, vt quotidiana experientia docet, nemini, quàm sibi ipsi nocet inuidus: &, vt Ouidius, *lib. 2. metamorph.* scribit: *Successus hominum carpitque & carpitur una, Suppliciumque suum est.* Quòd verò inuidus alteri inuidia nocere possit, nondum obseruatum: cum affectus animi extra suum corpus non egrediantur. Vnde rectè cum illo dici posse puto: Malo inuidiam, quam misericordiam.

Tandem in specie vocem quod attinet, equidem oratione & Musica hominum animos moueri posse, non nego. Verùm quid hoc ad fascinationem vulgarem? Neque enim dum infans ab alio aliquo laudatur, tale quid, quale in orata oratione aut Musica auditur, occurrit; imò infantes, quid dicatur, plerumque non audiunt, aut si audiunt, nullum animi affectum inde con-

De facinat. & an eâ aliq. morb. inducantur. 1131

cipiunt, qualis in iis, qui orationem vel Musicam audiunt, excitatur.

Quæ omnia cum ita sese habeant, & vulgata illa fascinatio nulla sit, effectus verò, qui ad eam referuntur, vel ab effluuiis venenatis & contagiosis, vel veneficio proueniunt: nihil amplius de fascinatione dicendum viderur; cum de morbis ab effluuiis contagiosis & venenatis antea dictum sit, de veneficiis verò in seqq. dicendum restet: quia tamen de signis & curatione fascinationis, præcipuè à veneficiis inductæ, quædam apud autores occurrunt, nec ea præterire volo.

Signa fascinantium.

Et primò signa quòd attinet, iam supra diximus, antiquam esse opinionem, fascinantibus in oculis, vel utroque, vel alterutro esse binas pupillas, aut in vno oculo duas pupillas, in altero effigiem equi vel canis. Quod procul dubio de iis fascinantibus intelligendum, qui pactum cum diabolo iniuerant, qui stigmatibus eiusmodi suamancia in signis & notare solet. Vt enim ex autoribus, qui de Magis & veneficiis scripserunt, patet, sicut in aliis partibus notas quasdam à Dæmone impressas Magi habent: ita non impossibile est, vt in oculis etiam eas obtineant. An verò pupillæ illæ geminæ, vel effigies canis, aut equi, aut bufonis pedis (quod etiam obseruatum scribunt) reuera in oculo sint, an saltem appareant, aliis diiudicandum relinquo.

Signa fascinatorum.

Deinde quomodo ij, qui fascino læsi sunt, sint cognoscendi, docet Cardanus, lib. 2. de venen. c. 7. vbi fascinati indicia esse scribit, colorem mutatum, oculos tristes & demissos, cum lacrymis, aut nimium siccos, suspiria, cor triste, vigilias, insomnia multa, maciem in toto corpore, & imprimis pallescere signum fascini & veneficii esse putat. Verum quis non videt, signa ista etiam aliis morbis esse communia? Addit & hæc hyacinthum & corallia in fascino impalescere, nitoremque amittere; & si annulus digito immittatur ex asini vngula, fiatque is lanior post aliquot dies, fascino vel veneficio affecti id esse indicium scribit.

Certius signum est, si nulla alterius morbi indicia adsint, nec causæ aliqua seu externa, seu interna, seu ex parte matris, seu infantis; quæ ei nocere poterit, præcesserit; absint etiam signa veneni, nec remedia aliquid profint. Tum enim de fascinatione, seu potius læsione per effluuium malignum aut veneficium suspicio est. Itaque inquirendum, quæ scemina infantem tractauerit, vel eum eo conuersata sit.

Curatio.

Curatio quomodo instituenda sit, ex superioribus facile patet. Cum enim duo fascini genera sint (si modo ita appellanda sint) vnum; quod est ab effluuiis maligno & venenato, alterum quod est à veneficio; quomodo morbi à cõtagio & venenis extra communicatis curandi sint, supra dictum; quæ verò morborum à veneficiis inductorum curandi sit ratio, in sequentibus dicetur: Vt tamen & hic quædam attingamus, apud nonnullas nationes ad fascinationes præcauendas medium digitum ostendere solent, abjexpdere, quod iam antiquum, & apud Plinium habetur, qui lib. 28. cap. 4. reperit uti fascinationes expulsiuone affirmat. Quæ tamen procul dubio supersticiosa sunt. Nostrates scemina cunis infantium conyzam cæreuleam (quam inde *Bemfirua* nominant) imponere solent. Cardanus, lib. 3. de venen. cap. 15. sequentia habet: Suffragate iubet ex Apaleio infantem fascinatam silice herba, thure, myrrha, succino; scribitque: Optulari Operum Sennerti, Tom. III.

A fascino quæcunque cor confortant; smaragdum, hyacinthum, ihericam, moschum, syrupum de nymphæa; & iubet inungere ægium succo artemisæ, eadè que eum suffragari, verbenam suspendere in cubiculo & comedere assidue buglossum, petroselinum vulgare, & vincire frontem corio frontis asini, de collo suspendere radices præoniæ maris, & lapidem, & adamantem brachio nudo alligare, corallium rubrum suspendere in ventriculo, & alia, quæ prætereo. Optimum, quod habet, præceptum est: Secua cor sincerum erga Deum, & illic te tuebitur. Alij etiam corallium rubrum collo infantis suspensum, aut armillis insertum, in brachioque gestatum, præcipuam inter res quæ,

B. contra fascino commendantur, habere efficaciam contendunt. Alyssum quoque herbam domi ad lacunaria suspensam contra fascinationes hominum quadrupedumque salutare esse amuletum, refert Dioscorides. Baccarem etiam herbam peculiari vi contra fascino valere creditum esse, ex illo Virgilij patet: *baccare frontem Cingite, ne Vati nocent mala lingua futuro*: Rutam quoque Aristoteles, sect. 3. Prol. 34. fascino vires obtundere scribit. Cuius rei manifestam tamen potius, quàm occultam causam reddere conatur, quod scilicet ij, qui auidè comedunt, & ab inspiciente se fascino metuunt, flatus multos colligant, atque ab iis tormina, quos *Ruta* discutiat. Et alias *Ruta* creditur aduersus omnes morbos, qui putantur Sacri, vt terribilia somnia, phantasmata, & nocturnos terrores, esse vitis. Cuius rei causæ esse videtur, quod absint flatus, & exsiccat, ac seminis redundantiæ extinguit, & quibus duabus causis multa, quæ vulgus in Dæmones refert accidentia proueniunt; vt ex lib. Hippocr. de flatib. & morbis virginum, colligi potest. Eiusmodi remedia etiam habet Plinius, lib. 14. cap. 8. lib. 26. cap. 10. & lib. 28. cap. 8. Quæritus Serenus Sammonicus, cap. Infantibus in dentibus vel frige inquietatis, allium collo appensum laudet, cum terribis: *Præterea si feris præniis hinc ana puellæ Virosa emulgens exieris videra labris; Anæ præcipi Iudæ sententia neci.*

C. Vt quæ etiam contra illa occulta inquinamenta & gemmis & plantis occultas vires esse, negandum non sit; cum vtitatum sit, vngula malicis & rad præoniæ contra epilepsiam de collo suspendere; plurima tamen videntur superstitiosa esse. Summa; cum illa fascinatione, quæ vulgo perhibetur, nulli morbi inferantur, de medicamentis etiam & curatione eorum sollicitum esse, necessarium non est.

D. Illa verò, quæ ex epilepsia, aut aliâ affectione vteri mediantur, vel flatus, aut ventris, vel seminis abundantiam, extinguunt, quæ eiusmodi dicitur esse corallia, succinum, & similia, sine superstitione adhiberi possunt, vt potest, quæ naturaliter repugnant dispositionibus illis vitiosis in corpore, quibus diabolus ad suas præstigias abuti solet; de quibus infra suo loco plura dicentur, robusti videntur esse cupantur, quæ

E. CAPVT I. In quo de fascino & veneficio tractatur.

Incantationis & Veneficii nomen in genere, significat actionem, quæ ab homine, qui cum

malo dæmone pactum iniit, eiusdem dæmonis opera aliquid, quod supra naturæ cursum est perficitur. Actiones autem istæ, vt & qui eas exercent, variis appellationibus apud Græcos & Latinos indigitantur, nominanturque à Græcis φαρμακία, ἐπωδή, μαγία, μορμανία, ρητεία, & φαρμακίδες, ac φαρμακέντριαι & μάγισσες: à Latinis incantationes, veneficia, Magicæ artes, incantatrices, veneficæ, maleficæ, Magi, sagæ, lamix, striges. Quæ appellationes etsi singulæ certas actiones & operandi modos significant: tamen plerunque ita confunduntur; vt vnumquodque vnum vel plures, & omnes vnumquemque significare videantur.

Pharmacum.

Primò enim nomen Pharmacum, à quo φαρμακέντρια & φαρμακία & φαρμακίς derivatur, in bonam & malam partem accipitur, & vbi in malam accipitur, & lethale venenum, & philtum, seu amatorium poculum, & Magicæ actiones, quæ in imaginibus & characteribus, certis verbis, ac similibus consistunt, significat. Vnde Pharmaceutria appellatur Idyllium secundum Theocriti, & Ecloga 8. Virgilij. Et antiquos etiam vocabulum φαρμακίς pro omni veneficij genere, quo vel hominibus, vel iumentis, vel frugibus, seu carmine seu aliis modis nocetur, accipere, manifestè patet è Platone, lib. 10. de Legib. Et apud Aristotelem, 6. histor. animal. cap. 25. φαρμακίδες nominantur. Et Apocalypsoe, c. 18. φαρμακία pro præstigiis & impostura sumitur, cum scribitur: ἐν φαρμακίᾳ οὐ ἐπαυθήσονται πάντα τὰ ἔθνη: id est, in impostura tua omnes gentes decepti sunt.

ἐπωδή.

Secundò ἐπωδή ab ἐπίδω, quod est accinere, adcantare, admurmurare dicta, Incantatio, est maleficij genus propriè, quo verbis quibusdam conceptis, quæ carmina vocant, malefici mira se præstare posse putant, vt ex illis Virgilij, Eclog. 8. patet: nihil hic nisi carmina desunt. Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin. Carmina vel celo possunt deducere Lunam: Carminibus Circe socios mutauit Vlissei. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Incantationis genera.

Sunt autem incantationum quædam genera. Primò enim incantationes, seu ἐπωδὲς, & carmina alia sunt bona dicta, alia mala. Bona sunt, quæ ad morbos sanandos adhibentur. Hinc ἐπωδὲς vocatur mulier apud Suidam, ἡ ἐπὶ δὲ νοσῶντων ποῖς νοσοῦσιν παῖσι, id est, quæ carmen pueris fascinatæ aut ægotantibus accinendo medebatur. Quò referendi & illi, qui in colligendis herbis, aut parandis pharmacis verba quædam admurmurant, vt illa efficaciora & salubriora fiant. Mala verò sunt, quæ eo fine recitantur, vt aliis dænum inferatur. Deinde venefici alij ex manifestis & expresso cum diabolo pacto sua carmina recitant, & incantationes instituunt; alij imprudentes, non tamen excusabiles; carmina illa seu verba sic recitant, non quasi ex pacto cum diabolo valeant, sed quod verbis ipsis vim quondam inesse, malè persuasum habent. Vtrique plerunque alios lædere student, præcipuè illi quibus pactum expressum est cum diabolo; alteri quandoque etiam hominibus vel iumentis prodesse cupiunt.

Veneficæ.

Tertiò etiam dicuntur veneficæ, quòd venenis malis veneni enim, vt pharmani, vocem & in bonam & malam partem accipi, supra dictum) vtuntur, iisque hominibus nocent.

Maleficæ.

Quartò ob nocendi studium maleficæ appel-

lantur; cum omnia earum studia, conatus & actiones eò dirigantur, vt hominibus vel brutis, instinctu diaboli, qui ab initio est homicida, noceant.

Magi.

Quintò dicuntur magi, Equidem hoc nomen olim in bonam partem acceptum fuisse, negandum non est. Etsi enim nonnulli existimant, Magos semper & vbiq; habitos, qui vel scire vel facere possint ea, quæ à naturalibus causis effici nequeunt, & cum naturæ vires nihil superet, nisi Deus & Angeli boni vel mali, Deo verò & bonorum Angelorum operâ vsi non sint ea de causa, quòd, quæ faciunt, ordini à Deo præscripto prorsus repugnant: malorum Angelorum operâ id præstitisse. Verùm malo hîc sentire cum Pererio. lib. 1. de Mag. cap. 3. & aliis, qui statuunt, dari magiam aliquam naturalem, eamque esse, quæ cognitione quadam, & vsu rerum naturalium, mira perficit. Multa enim, vt Plinius loquitur, sunt naturæ miracula incomptæ rationis, & in naturæ irascitate penitus abdita. Qualia passim in Physicorum libris occurrunt, & eorum quædam collegit Pererius, alleg. loc. Hæc ergo, quæ vulgo ignota sunt, si perspecta habeat Philosophus, mira facere potest, ad eò vt vulgus ea supra naturæ vires, & à superiore aliqua causa profecta putet. Interim hoc negandum non est, cum humana mens sit nouitatis avida, & scientia nunquam expleri possit, illos Persas, Chaldæos, & Ægyptios, cum omnia, quæ vellent, intellectu consequi non possent, ad dæmonum opem tandem confugisse. Vnde Magi nomen infamatum est, adeo vt hodie etiam in malam partem accipitur, & ij Magi dicantur, qui, vt sciant, vel faciant, quæ secundum naturæ cursum scire vel facere non licet, diaboli operâ vtuntur; quamuis operationes diabolicas naturæ viribus palliare conantur.

Maria naturalis.

Sextò sagæ, à sagiendo, id est, multa sciendo, dictæ sunt propriè, quæ se multa scire imprimis, quandoque & facere profitentur, quæ alij naturaliter non possunt, seu quæ ex pacto cum malo dæmone se, quæ alij nesciunt, dicere, vel prædicere, vel tempestates ciere, homini, brutis, segetibus nocere posse, sibi persuasum habent: quam ad rem carminibus, imaginibus, characteribus, & aliis rebus vtuntur.

Sagæ.

Septimò & lamix nominantur, à lamiis Ethnicorum. Ethnicis enim lamij erant spectra seu phantasmata, quæ cum prodesse se velle, & iuuenum amorem ambire mentiebantur, in formosarum & pulchrarum mulierum specie; cum verò nocere volebant, deformi & horrendâ apparebant, & Empusæ ac Mormolicia dicebantur. Cum ergo sagæ hodiernæ cum spectris coludere, conuiuari, saltare, libidinem exercere, & alia agere dicantur, hinc lamix sunt vocatæ.

Lamix.

Octauò nominantur striges, ab aue huius nominis, è Poëtarum fabulis nota, quæ credita fuit noctu lac infantium labris immulgere, & infantes absque custodia relictos è cunis rapere, sanguinemque eorum exsorbere: quod cum & veneficæ facere dicantur, striges quoque nominantur. Et sunt plura adhuc veneficarum harum nomina, quæ omnia hoc loco adducere operæ pretium non puto.

Striges.

Tandem etiam à quibusdam ars Atracia nominatur; vnde proculdubio etiam Germani die Schroarkesunß dicunt, non quidem ab atro colore, sed ab Atræce, qui eam primus in Thessalia tradidisse scribitur, teste Beroaldo, in Apuleium, de aureo Asino.

Ars Atracia.

Et si verò ex hisce omnibus patet, nomina hæc diuersa diuersas ob causas maleficis esse imposita: tamen hodie omnia præ vno, & vnum pro omnibus ferè vsurpatur, & his nominibus omnibus ij appellantur, qui ex pacto cum diabolo, eiusque ope, ea, quæ supra naturam sunt, præstare dicuntur. His enim omnibus, vt postea dicitur, commune est, vt pactum cum diabolo habeant, interdum expressum & apertum, interdum occultum & implicitum; & quidem eò dementiæ deueniunt, vt abiurato Deo paciscantur cum malo dæmone, & se eius tutelæ, patrocinio ac dominio tradant, vt vel artes & scientias, ac occultas res ab eo discant, aut aliis nocendi vim ab eo accipiant: quidam verò ipsi quidem cum diabolo pactum non ineunt; cersimoniis tamen, characteribus, verbis, & similibus, quæ ab aliis, qui pactum cum dæmone iniuerunt, acceperunt, vtuntur, vt mirabilia præstent, & aliis seu profint, seu noceant.

CAPVT III.

Dari morbos à veneficiis & incantatione inductos, affirmant multi.

ET si verò actiones veneficæ & Magicæ & variæ & plurimæ sunt, quæ à Sprengero, in *malleo malleficarum*, Ioanne Bodino, in *Damonolatr.* Nicolao Remigio, in *Damonolatr.* & aliis plurimis prolixè recensentur: tamen iis, quæ ad propositum nostrum non pertinent, prætermittis, saltem de morbis agemus. Et proinde primò quærimus; An dentur morbi ab incantatione & veneficiis inducti. Id verò affirmant & antiqui & recentiores plurimi, & sit passim apud Poëtas, Homerum, Theocritum, Virgilium, Horatium, tum etiam Theologos, veneficarum & sagarum mentio: & prolixum omnino foret, autoritates omnes, & loca, in quibus & in factis & profanis literis veneficarum sit mentio, recensere. Quapropter iis omnibus missis saltem è recentioribus vnâ atque alteram historiam recensibimus eorum morborum, quos à nulla alia causa, quam veneficio inductos fuisse, quiuis facillè colligere poterit.

An dē-
tur mor-
bi ab in-
canta-
tione.

Vene-
ficiorū
histo-
ria.

Ioh.
Langij.

Ioh. Langius, lib. 1. epist. 38. refert, anno 1539. in quodam Eistetenensis Episcopi ditonis pago, Fugenthal, Vlicum Neafesser, agricolam, cum crudelibus dolorum tormentis in altero hypochondriorum latere conficeretur, subitò clauum ferreum sub illæsa cute manu apprehendisse, quem Chirurgus illic balneator nouacula exciderit, ne tamen dolores cessasse, sed indies magis in cruduisse. Quare cum nullum aliud doloris remedium, quàm mortem, putaret, atrepto cultro guttur sibi abscidisse. Porò cum cadauer astante magna hominum frequentia apertum esset, & ventriculus incisus, in eo lignum teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultri, partim acuti, partim instar serræ dentati, & duo ferramenta aspera reperta fuisse, quorum singula spithami longitudinem excedebant, adfuisse, & capillorum instar globi inuoluerum.

Alex.
Benedicti.

Alexander Benedictus, lib. 7. præf. cap. 25. narrat, se vidisse duas mulieres vicinas vno die malis medicamentis potionatas, quæ mirificis postea vomitibus exagitate fuerunt; alteram acum crinalem ingentem in modum hami implicatam cum capillo muliebri plusculo, cum

A resegmentis vnguium inuoluto reieccisse magnis conatibus quæ sequenti die mortem obiit. Alteram capillamentum muliebri, vitri frustra, cum canis caudæ pilosæ tribus frustis arefactis ita vt penè integræ caudæ quantitatem, si in vinum compolita fuissent, adæquassent, euouisse.

Ant. Bēi
niucnij.

Antonius Beniuenius, de *abdit. sanar. & morb. caus.* cap. 8. refert, mulierem quandam sedecim annos agentem subitò in horridum clamorem erupisse eiusque ventrem ita intumuisse, vt factum oëtimestrem gestare videretur, & ita conuulsionibus correptam fuisse, vt plantæ pedum ceruicem attingerent, & tandem in vomitum prorupisse, quoligna & recuruos clauos, acæaque acus vna cum cera & capillis in globum mixtis vomitu eiecit, & tandem ientaculi frustum tantæ magnitudinis, vt deuorare integrum nullus potuisset, itaque sæpius ipsam fecisse.

Cornel.
Gemm.
mz.

Imprimis verò mirandam talis vomitus historiam Cornelius Gemma, lib. 2. de *diuin. nat. characterism.* cap. 4. oculatus testis longâ oratione recenset: quæ, omissis quæ ad rem nostram non ita facere videntur, ita sese habet: Puella annuæ ætatis quindecimum, habitu corporis mediocriter succulento, formæ venustate atque ingenio non vulgaris, cui tamen in vultu subtristis quadam alacritas misuram æquabilem humoris sanguinei & melancholici præ se ferret, cepit languere variis symptomatibus. Circa Ianuar. anni 1571. menses bis tēve processerunt, sed à morbi initio statim suppressi, insignem totius corporis lassitudinem pepererunt, eius generis, quem *deperçadn* Galenus appellat. Magna fuit veneni suspicio, quod libamenti frustulum accepisset, in quo mandendo se sensisse dicebat saporem non profusus extraneum, sed aspernatem deglutitioni resistentem; atque ab eo tempore cepit primùm cingi circa præcordia, extenuari plurimum, & omere per interualla, anorexiam & vertiginem pati, aliisque propè, quæ gravidis solent accidere, insandis symptomatibus constiteri; potissimum tamen 4. & 7. mense. Nam circa medium Iunij fibre occulta sensim in manifestas abierunt, cum sui, & quadam conuulsionis specie, animique deliquio. Interdum verò sic auctus est dolor, vt instar furibundæ de loco in locum continuè fluctuaret, sæpe inflans præcordiis multò vehementius, quàm in hysterics soleat. Eò angustia venit, vt nigricante facie fauces velut ab iniecto laqueo premerentur, tres quatuorve ministri robustissimi vice retinenda sufficiebant, quia repente exiliens lecto in omnem conuulsionis speciem torquebatur. Hæc mala cum se per vices intenderent, atque remitterent, mense Augusto, qui nonus ab initio fuit; exacerbata sunt supra modum. Euenit tandem, vt post terribiles cruciatibus spontè concitata vis natura anguillam viuam per posteriora detruderet. Erat illi legitima forma cum tota specie, crassitudo pollice maior; longitudo pedis vnus & dimidus; aderant illi & squama, & oculi, & spina, & cauda, vniuersim vt in anguillis solet; iacebat diu intus faeces veluti exanimis, sed coniecta in vnâ aqua plenam reuixit denuo. Cessante ab huius excretionem dolores illi extreme feroces. Anguilla, quam mortuam exenteratamque suspenderant loco sublimi, ab animalibus tuto, repente euasit. Puella interm cepit euomere ingentem aquosum humoris copiam, humano totio non absimilem, saporis absurdi. Durauit ea vomitio plus quatuordecim dies, singulis profecto exorians supralibras viginti quatuor: nihilominus vrinam interdum bis tēve copiosam reddente atra: nullus in ventre tumor, nulla in toto corpore inflatio exterius apparuit, & ipsa puella potus ac cibi paucissimi, vix

vinum cyathum vini aut cereuisiæ, aut alterius liquoris potitanti, acerbique, multum sibi dolere sinistrum lauis ab eo tempore, quo anguillam excreuerit, inid & dudum ante, sed prius fuisse alicuius ponderis sensum, nunc etiam morsum & acrimoniã accessisse, quin cum validius premeret, offendi se grauius dixit. Vbi per 14. dies ingens illius aquosi humoris copia profuxisset, ceperunt & pili confertim exire per vomitum, copiosissimi numero, digiti longitudine, sed longiores alij, alij breuiiores, eiusmodi sunt, quales annosis canibus euelluntur, auctaque est indies ea pilorum quantitas, ut facile pilas quamplurimas iusta magnitudine implere potuerint, eiecit hos omnes magno fastidio ac vomitus difficultate, ac iam circa vesteram deliquia quadam animi admiranda contingebant, superum se subito ex vno latere in aliud iactauit tanto impetu, ut, nisi coercita, caput promptissime in aduersum parietem, vel spondæ vertices impigisset. Marus contractæ erant tam valide, ut nulla vis posset effringere. Interdum manu subito rediit ad pectus percutebat tanto sonitu ac vehementia, ut magno in periculo fuerit, ne illum præcipuorum viscerum letali vulnere violaret. Durabat istud per horas interdum duas: in paroxysmo neminem agnoscebat. Sape velut ab viro sufficata rabeat insigniter, cum lassitudine quadam, ac sensim oborientis febricula rudimento. Semel atque iterum spiritum quendam circa os aperuit. Contigit semel sub paroxysmo ex vno in fletus, ex fletu in risus maximos solui. Præterea nonnulli vomitus, qui stercos ingentes pilorum eiecerunt, cum purulenta materia, instar saniei, interdum simili stercore columbino aut asserino, in qua colluie & frusta lignorum, & membranarum tenuia rudimenta, sed lignorum partes aded viue, ut ex caudicibus obsoletis diffractis inæqualiter comminuta portiones viderentur, vnguis amplitudine, alia crassitudine, intus fungosa, foris obducta vetustiore cortice nigro. Paulo post cepit alius vomitus ater, ut carbo, dixisset atramentum verum, vel sepia succum, inid carbones veros minutissime tritos atque permixtos singulis diebus prodeuntis ad quantitatem librarum duarum aut trium. Vapissimè cum pilis tam copiosis, ut nuci iuglandi includi non possent, omnibus albis, prolaxis & aurisculis. Quæ cum per iridium ita durasset, eiecit semel & puri sanguinis, tanquam à vena dissectus, libras duas, nulli rei alterius generis permixtas. A vomitu sanguinis rursus secutus est ater, ac si antimonio tinctus fuisset, humor omnino liquidus, in dies ferè singulos ad tres aut 6. Atque hoc portentum septimanam integram constanti horarum lege & spatio perdurauit. Tum relinquere ceperunt epileptici paroxysmi, qui primum diebus singulis assurgunt, postea non misterium diem, ac postremo per septimum repetierant. At virgo interea pilos adhuc, sed pauciores, gradatimque arriores exercebat, inid & breuiiores indies, & cum prius exstano ruffescerent, paulatim leuidi, nigri, tandem aterrimi ac velut dissecti in frusta minutissima redderentur. Quandoque & cum his virulentus humor & crassus, quandoque similis limo. Circa Septembris medium membrana frusta maioratantum ventriculi partes euomuit; habebant hæc speciem tunica crassioris carnosæ, lenta, fractisque continuacis: quibus profecto (ut fatuus inuolacro choroidi) etiam venarum ductus inarati ramosa propagine spectantur interdum medij palmi longitudine. Hæc alia sunt è vestigio subsecuta tenuiores multo, sed penitus nigra, venarum dumtaxat vestigia referentes, alioqui membrana alantoidi non absimiles. Postremo venerunt & terij generis tunica vasorum prorsus expertes, aliarum omnium tenuissima, ut locum amittitinerent. Postquam hæc membranas eiecit, secuti sunt lapides ferè innumeri, quos vesperi semper hæc stera horarum

A periodo magnis tam tempestatibus animique deliquis eructabat. Semel eiecit quendam lapidem angulosum, vix cum duplici castanea mole librandum: hæsit is per hora quadrantem, aut plus eo, in œsophago, sic ut tumor insignis ipsum ostenderet in interna gutturis regione: eodem tempore status omni pariter & pulsus & respiratio destituta parauit, ut ne pluma quidem in apposita moueretur: manus pedesque frigidi: corpus rigidum instar statuae, ut nihil amplius spei una reliquum esset, donec subito rursus mouebatur, atque oculos aperiebat, atque è vestigio magnam ligni portionem pollicis longitudine pariter & crassitie, sed minori difficultate excreuit. Interea tamen & pili per vices, sed minores, ordine pauciores ac nigriores. Puella quoque in summum strangulationis periculum venit: os cum triangulare solidum foris, intus cauum ac spongiosum reddidit: nec mora, sequenti die articuli ossi, tali, digitorum acies, rotula varia speciei & magnitudinis prodierunt. Interdum tamen & pili, & lapides intermixti, atque omnium postremo vitri & aris portio. Cuius postquam hæc portentosa excretionis conquieuerunt, virgo assidue arum valde cõcussa ac decolor remansit, ventre subitumido, cum anorexia, tanquam ad hydropsin valetudo vniuersa spectaret, sed solo decoct. rad. eryngij, asparagi, iridis Ilyricæ ac zaiæa restituta conualuit. Aiebat tumorem sibi relictum in inguinibus, qui tentatus digitis ac cedere visus, bernia statuosa, ex gemitu violentia subnata iudicata est. Hæc teneus Gemma.

Forestus etiã, lib. 18. obseru. 16. in schol. refert, se vidisse pannum, clauos, ferramenta, capillos & ossa vomitu reiecta. Et Francisc. Hildesheim, spicil. 2. pag. 186. narrat, melancholicum quendam per vomitum ferrum, globos plumbeos, puluerem tormentarium, & alia reiecit. Et Baptista Codronchius, lib. 2. de morb. venef. c. 3. ut supra etiam dictum, scribit, cum vetula quædam ventrem puerperæ tetigisset, eum post sex menses, grauissimos in ventre dolores percepisse, tandemque per aluum spinas, ossa, ligni frustula, & multa alia eiecit. Quæ omnia à naturalibus causis non prouenisse, cuiuslibet facile est animaduertere. Et plures omnino morbi veneficio inducuntur. Idem Codronchius, eod. loco refert, mulierem quandam veneficam cum femine cuiusdam grauidæ ventrem blandè quali tetigisset, eam mox foetus motum in consuetum tenuisse, & postea foetum in frusta comminutum reiecit. Idem, lib. 1. de venef. cap. 8. narrat, filiam suam Franciscam, decem menses natam, macie correptam fuisse, & sæpe suspitia magna edidisse, & eum fasciæ soluerentur, quod aliàs infantes facere non solent, semper plorasse. Cum verò veneficij suspensiones adessent, inquisitum fuisse in culcitram, & nonnulla veneficij signa reperta, semè nempe cicercis, grana coriandri, frustum carbonis, & ossis defuncti, rem quandam conspectu incognitam, præterea quædam plumas ita quibusdam filis artificiosè insertas, ut pileo, ut moris est, applicari facile possent: & postea in eodem lecto inuenta fuisse frustula duo nucis siccæ, & ossis albi, nouem vel decem ossa piscium, quæ erant fabricata instar pectinis, cum quibusdam coralliis, ex variis rebus paratis, mirè intertextis: quibus igni traditis, mutata domo, & omnibus aliis, Dei beneficio, absque omni remedio naturali eam conualuisse.

Ligaturæ etiam dictæ, quibus noui præfertim coniuges ad Veneres impotentes redduntur, ita etiam vulgo notæ sunt, ut sæpe sponsi ad copulationem in publicum prodire metuant. Quod quidem veneficij genus interdum semper,

interdum certis mensibus aut annis durat. Atque in hoc maleficio præstando malus Dæmon veneficis sese satis promptum præstat, vt coniugum amorem corrumpat, illisque peccandi occasionem præbeat. Herodotus, *lib. 2.* scriptum reliquit, Amasium, Ægypti Regem, impotentem factum fuisse erga Laodiceam vxorem suam, quousque quibusdam carminibus precibusque solennibus ad pristinam redactus est constitutionem. Baptista Codronchius, *lib. 3. de morb. venef. cap. 5.* è Piero refert: Comitem quendam in Argentoratensi ditione cum vxorem duxisset, per triennium Veneris officium præstare non potuisse, casu autem de veneficij instrumento certiore factum liberatum esse. Cum enim peregrè profectus mulierem offendisset, quam pro scorto antea habuerat, post mutuas salutationes interrogatus de valetudine sua & suorum, prosperè omniagi respondit: quo turbata mulier iterum interrogauit, vtrum filios ex vxore habuisset; annuit Comes, & triennio tres habuisse respondet. Cum adhuc magis vultu turbata esset mulier, cur, inquit Comes turbaris? Fortè meam mihi inuides felicitatem. Non, inquit, mulier, sed vetulæ succenseo, quæ putauit suo maleficio vim procreandi liberos se tibi impedituram: in cuius signum, ait, puteus qui in medio claustro est, ollam in fundo continet, in qua res quædam clauduntur, veneficij instrumenta. Gaudeo autem illa irrita esse, ac tuæ felicitati gratulor. Quibus auditis Comes in patriam reuersus repurgato puteo ollam inuenit, quam prædixerat mulier & combustis instrumentis illis imposterum nullo impedimento vxore vsus est. Imò quòd magis mirum est, referunt nonnulli, repertos, fuisse, qui ex veneficio membro virili priuati sint. Atque eius rei historiam etiam *alleg. loc.* Baptista Codronchius narrat de iuvene quodam, qui diu iuuenula quadam potitus, volens eam deserere, reperit se genitalibus priuatum. Cum verò tristis causam superuenienti cuidam mulieri tristitiæ aperuisset, atque quam maleficio in hoc negotio suspectam haberet, dixisset, illa respondit, vel blandissimis verbis ac pollicitationibus, vel minis ac vi opus est, vt eam ad pristinum statum te restituendum cogas ac impellas. Qui monitis parens, obseruato tempore, in noctis crepusculo, oportuno loco, eam comprehendens, cum precibus eam inflectere non potuisset, iniecto in collum panniculo linteo, quo clamare mulier prohiberetur, penè ad mortem compressit, nec eam, antequam sanitatem promitteret, laxauit. Quæ tactu manus inter femora præstigiū abstulit.

Membrum virile veneficio ablatum.

Abortus ex veneficio.

Amor & odiū inter coniuges ex veneficio.

Non verò solùm Venerem impedire, sed & abortum possunt excitare veneficæ. Ita quidam veneficus, vt idem Codronchius, *eod. in loc.* refert, captiuus in iudicio passus est, suis se veneficiis effecisse, vt quædam mulier per multos annos abortum fecisset, sætu septies in vtero enecato. Id etiam contigit pecoribus & iumentis omnibus vtero gerentibus tum temporis. Instrumentum verò, quo utebatur, fuit serpens in limine ostii reconditus. Quo perquisito, & puluere tantum, aliquibusque vestigiis serpentis, ob diurnitatem temporis, inuentis, igneque concrematis, postea rectè pepererunt.

Coniugatis autem veneficæ non eo saltem modo nocere solent, quod impediunt, ne coniuges sibi mutuò coniugale officium præstare possint; sed etiam dum eorum pertinacissimum inter eos excitant. Etenim Diabolus vitiosos quoque af-

fectus in homine excitare potest, vt vel id, quod nullo modo pulchrum, omnium formosissimum & maximè amabile habeatur, & contra, quod meritò amandum est, horrendum & abominabile appareat. Cuius rei historiana refert Baptista Codronchius, *de morb. venef. lib. 3. cap. 6.* In quodam Hetruriæ oppido, *inquit*, iuuenis quidam adedè perditè veneficam mulierem adamauit, vt formosam alioqui vxorem vna cum filiis reliquerit, & cum pellice suorum immemor vitam eouisset traduxerit, donec vxor de maleficio monita eò concessisset, & veneficij instrumentum inuenisset; bufonem nimirum sub lecto ollæ inclusum, consutis oculis. Ego igitur abrepto, & solutis oculis, postea igni concremato, confestim vir suorum recordatus, tanquam à somno surgens ad vxorem & filios reuersus est. Contra odii hoc memorabile exemplum ibidem refert: In opido Sepino, *inquit*, ditionis Neapolitanæ, erat quidam, Iacobus nomine, cuius vxor ita eum odio habebat, vt à primo die, quo inter ipsos matrimonium contractum fuit, simul habitare nunquam potuerint; tantum abest, vt se inuicem copulauerint. Et si quando Iacobus ad vxorem accedere volebat, tanto furore & rabie percita vxor erat, vt se per fenestram potius præcipitem dare, quam illum pati vellet. Quod cum cuidam religioso ab ipsis hospitiis recepto relatum esset, de hac re dubius, nec fidem adhibere volens, experiendi gratia illico mulierem aduocari iubet, eiusque maritum in interiore ædium parte sese abdere, ne eius præsentia vxor ingredi renueret. Venit mulier, quæ de odii causa contra conjugem interrogata, suam vicem prius, miserumque fatum cum deplorasset, senullam, inquit, eius rei rationem reddere posse: quia absentis mariti tanto desiderio & amore se flagrare dicebat, vt id verbis exprimere non posset. Cum autem ad illum alloquendum accedere vellet, illico imaginationi suæ tot deformitatis & turpitudinibus, totque horribilibus monstris maritum apparere, vt mortem prius subire velle se, quam illum ferre asseueraret: quod eius anima tota, omnesque vires ac spiritus in maritum, tanquam oblatum malum, & sui perniciem ferebantur, tursus eo absente se eiusdem desiderio æstuarie aiebat. De cuius mulieris verbis cum bonus ille sacerdos periculum facere vellet: dixit mulieribus eam comitantibus, vt illam circum pedes & brachia super lectum valido fune in crucis modum vincirent, quo maritus omni repugnantia remota expeditum accessum ad eam haberet: verebatur enim ille sacerdos, ne, ob deformitatem aliquam celandam, mulier se ita affectam simularet. Vxor denique ob mariti desiderium se ligandam tradidit, rogans, vt ad se maritum admitterent, quo ingrediente nullæ vniquam furie tam immanes visæ sunt, nulla fera ita efferata, nulla belua tanta rabie & furore concitata, quæ cum ea conferri posset: spumam ex ore emittebat, dentibus fremebat, oculos contorquebat, totum corpus veluti furiis agitatum, ac demonibus plenum videbatur. Mulierisque ibi assidentes retulerunt, eius ventrem ac stomachum funibus contortis, quos ipse tangebant, refertum visum fuisse, totamque cutim vt flagris casam redactam. Nec furendi finis factus est, donec maritus concertationis labore defessus, & illius misericordia motus, illinc exiit. Et tandem post tres annos mulier quædam in veneficiis verfacta, quæ Iacobi matrimonium cum illa vxore

grauiter molestèque tulerat, maieficium, quod A
patrauerat, soluit: & ita Iacobus vxore potitus
est, & inde in summa pace atque otio tranquil-
lissimè vixit. Et Nicolaus Iaquerius, in *flagell. ha-
ricidor. fascinar. cap. 12.* refert, se frequenter vi-
diffe, quod personæ maieficiatæ non potuerint
præsentiam alterius tolerare, imo ne accessum,
etiã si nondum eam viderent, sed toto corpore
cohorruerint, & coactæ sint fugere cum vehe-
mentissimis clamoribus.

Vitia
venefi-
cio sup-
gressa.

Vrinam etiã supprimere seu occludere ho-
minibus veneficæ valent; id quod iuueni cui-
dam factum esse ad mortis vsque periculum
à venefico, narrat idem Codronchius, *de morb.
venef. lib. 3. cap. 5.* Cui malo vt dedecus etiã
adderet veneficus, in publico ipsum vrinam emit-
tere coëgit, ac etiã colludendo impedimentum
abstulit.

Mira
venefi-
cij hi-
storia.

Inter recentiores Zacutus Lusitanus, *de praxi
medica mirabil. lib. 3. obs. 134.* etiã memoratu
dignam historiam puellæ veneficio affectæ refert,
quam ipse sic recitat: Puellam annum agentem
ætatis decimum sextum, ex nobili prosapia oriun-
dam, forma non vulgari præditam, iuuenis qui-
dam speciosus, & liberalibus artibus apprime in-
structus ita miserè deperibat, vt illius amore ir-
retitus noctes plures, velut amens, in somnis du-
ceret: at cum illum ea vt ex infimo loco natum
temneret & irrideret, indignabundus sagarum
consilio de ea magicis artibus vindictam sumere
curat. Quare absentis puellæ imaginem cera C
confictam verbis prolatis sortilegæ compun-
gunt, quibus recitatis insons sæuis doloribus in
toto corpore excitatis est afflicta, iis que ita in fan-
dis immisericorditer vexabatur vt aculeis trans-
figi videretur. Quibus lenitis remanebat aphona,
& conuulsione mirabili arrepta, qua pedibus
antrorsum pectus contingebat, cū oculis toruis,
nigricante facie, pinnis narium inuersis, linguæ
tremore, lypothymia, omnimoda virium iactura,
fastidio summo. His triduo perseueranti-
bus, conuocantur Medici, qui postquam vltro
citroque de causâ morbi disceptarunt, in eam
vnanimis conuenerunt sententiam, vt crederent,
hæc horrenda vitia ab vtero, auræque venefica
ad partes superas elata, tanquam à prima origine,
emanare, quæ similem tragœdiam excitare nata
est. Quapropter præsidia plurima adaptant in
hunc vsum. Sed cum iis applicatis illa delira,
furibunda, omni conuulsionis specie premeretur
immaniter, à Medicis tanquam spiritu malo ap-
prehensa, aut veneficio vexata, deseritur. Hoc
ita esse confirmauit postea enormis vomitus, cu-
ius violentia nigerrimam materiam primò, postea
glomeratos crines, tribulorum fasciculum, acus
aneas, & tandem ouiformem massam, atro colo-
re conspurcatam reiecit, qua dissecta erupere
plures volantes formicæ, quæ adeo horrendum
fœtorem ex se exspirarunt, vt nullus in domo
persistere posset. Visis his omnibus patuit, cun-
cta hæc ex veneficio esse suborta. At cū in agone
esset syncope oppressa, per vomitum laboriosis-
simè excreuit animal pugni forma, colore atrum,
cauda oblonga, toto corpore pilosum, muris in-
star; quod postquam in terram elapsum est, exi-
mia pedum agilitate per domum obrepit & emor-
itur. Parentes rei nouitate & periculo filiæ com-
moti consulunt ariolos, sagas, sortilegos, magos,
& incantatores. Ex iis vnus se eam sanaturum
proposita multa mercede constanter pollicetur,
dicens, vt aduentante paroxysmo vocaretur. Sic

Nam cum accessio ferociter inualefcin
conuocatur ipse, qui super caput agræ prius a-
brasum, me præsentem, imposuit papyraceam char-
tam albissimam, in qua scriptæ erant literæ binæ:
T. M. & impesita erat vngula asini semicombu-
sta, & ille nescio quæ verba ad aurem obmurmurans,
illam ab insultu, & omni symptomate impo-
sterum liberauit.

Et tales historię plurimæ, vt dictum, à Sprengero,
in malleo maleficarum, Bodino *de Damonomania*,
Nicolao Remigio, *de Damonolatria sagarum*,
& aliis autoribus plurimis, qui de veneficiis
scripserunt, recensentur. Imò vulgo etiã
passim notum, sagas & maleficas iudicibus con-
fessas esse, se alios cæcos, alios claudos, paralyti-
cos effecisse, alios sæuissimis doloribus diu exer-
cuisse, & alios plurimos morbos excitasse: qui
plerique cū supra causas naturales fuerint; vt
ex symptomatibus, quæ in iis acciderunt & appa-
ruerunt, admirandis manifestum est, non sine
causâ plurimi censent, dari morbos à veneficio
inductos.

CAPVT IV.

*Dari morbos ab Incantatione & Veneficio,
negat Vvierus.*

V ERùm ista omnia, quæ hæcenus dicta sunt,
in dubium vocat Iohannes Vvierus, negat-
que, Sagas & Lamias illorum morborum homi-
nibus causam esse posse, dum *de præstig. demon.
cap. 14.* defendere conatur, lamias non inuhere
eos morbos, quorum se fatentur effectrices esse;
& quæ hac de re in historiis referuntur, inter fa-
bulas recensenda esse putat: idemque repetit in
lib. de lamias. Ac tale quid esse putat quod de
Duffo Scotorum Rege, ex Hectore Boëtio, *lib.
11. hist. Scotor.* referunt; qui cū sudoribus, vi-
giliis, doloribus & macie, sine vlla manifesta
causâ, conficeretur, tandem deprehensum est,
in Morauia, in quadam arce, sagarum vnã ce-
reum simulacrum ad Regis Duffi effigiem dæ-
moniacæ arte confectum ligneo affixum veru ante
ignem mouere, alteram carminibus recitatis
liquorem quendam fundere sensim supra imagi-
nem: quæ deprehensæ responderunt, dum simulacrum
igni adhibitum vreret, Duffum Regem
in sudorem solui; carminibus verò recitatis per-
petuis teneri vigiliis, & ad ceram liquefcentem
macie consumi: consumpta autem cera Regis
mortem continuo subsequaturam. Confracto ve-
ro simulacro, & sagis flamma combustis, sub
ipsum tempus hoc in Forensi arce in Morauia,
fuit Rex languore leuatus, & noctu absque do-
lore quieuit, ac breui sanitatem recuperauit. Vbi
monendum, Morauos, vt Bodinus, *de Damonom.
lib. 2. cap. 8.* notat, qui has sagas ad enecandum
E Regem Scotorum conduxerunt, esse incolas
Scotiæ, olim Scotorum hostes, nunc Scotiæ
Regno adiectos. Quam historiam, vt dixi, Vvieu-
rus, vt & Cardanus, *de varietate rerum*, pro fabula
habent.

Vvierus
negat
morbos
à vene-
ficio.

Duffi
Regis
Scotiæ;
historia

Deinde omnia illa, quæ facere se putant sagæ,
mera somnia & phantasmata esse putat. Et *lib.
de lamias, cap. 5.* statuit, lamiarum phantasmam so-
lùm à malo dæmone vitari, & imbui simulacris,
vt fecisse constanter fateantur, quæ nec facere
potuerint, nec in rerum natura vnquam fieri ipsa
natura patitur. Additque, *cap. 9.* Diabolum

ad eam rem maximè iis uti, qui sunt melancholici, tristes, Deo diffisi, impiè, & illicite curiosi, peruersè in religione Christiana instituti, impotètis odij, malitiosi, vix mentis compotes, simulèque lubricæ fidei, vel insignis malitiæ mulierculæ, effæta, stupidæ, sensibusque vacillantes. Huiusmodi enim homines, *inquit*, maximè Dæmon adoritur, insectatur, illicit, vel assumpta plausibili forma, vel contagione, imaginationèque variè agitata & corrupta, donec tandem ipsius proposito consentiant, se ipsius persuasioni cedant, quicquid in mentem ille ingerat, credant, tanquam sœdere obligati, ab illius nutu pendentes, ipsi obtemperantes, vera omnia esse, quæ suggerit, rati, formas imaginatione ab eo ingestas reuere substantialiter existere, serjò credentes, idque & vigilantibus & dormientibus accidere. Idque ut probet, varia melancholicorum deliria & vanas cogitationes adducit; quorum quidam se bruta esse animalia, nonnulli se vasa fictilia factose esse, alij alia falsa imaginantur. Et quidem istas imaginationes Diabolum etiam vigilantibus, plerumque tamen dormientibus, suggerere existimat; cum aliàs dormientibus etiam occurrant, quæ nusquam sunt vel fuerunt. Vti etiam ad eam rem Diabolum quibusdam plantis somniferis scribit, quibus vnctæ sagæ per caminum se euolare, ac per aërem longè lateque ad symposia, choreas, concubitus ferri, & huiusmodi alia perpetrare, profundissimo somno detentæ, persuasum habent. Huiusmodi historiam refert ex Baptista Porta, *de magia naturali*, qui narrat vetulam quandam sibi pollicitam fuisse, se breui temporis spatio sibi responsa aliunde allaturam, idque ut faceret, iussisse omnes foras egredi, qui à se acciti erant testes: vestibus verò nudatam vnguento quodam valdè se perfreuisse, illis per porta rimulam aspicientibus. Hinc soporitam cœcidisse, profundòque occubuisse somno, ita ut nec sentiret, dum vapularet. Hinc vbi medicamento vires cessarunt, à somno excitatam multa incepisse fari deliria, se maria montèque transmeasse. Cuiusmodi historia etiam sequenti capite recitabitur. Pergit porrò, & *cap. 15.* probat, omnia, quæ ad nocendum adhibentur à veneficis, esse mera inania ac ridicula, atque Satanae instinctu in vsum vocari, ad eum finem, quasi aliquid præstent res eiusmodi prorsus nihili, inefficaces ac friuolæ, quò id, quòd apparet, malum à Dæmone constructum, vel alias occulta DE I voluntate, aut naturæ vitio ortum à se concitatum credant insanæ scæminæ. Se enim congenita vi ab eiusmodi rebus infertur morbus, eum quoscunque vel transeuntes vel prætereuntes pati necesse est; cum delectus sit expers materia venenosa, contrarium verò testetur experientia, & ij saltem, quibus id destinatum est, malum patiantur. Postea etiam, *cap. 16.* probare vult, quòd quotquot vulgo lamiarum maleficio affecti videntur, & quorum ita laesorum mentionem faciunt sacræ litteræ, omnes à Diabolo exagitati vel obsessi fuerint, adducitque Iobi exemplum, *Iob. 1.* Nabuchodonosoris, *Daniel. 4.* Dæmoniacorum & à Dæmone laesorum, *Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8. Marc. 1. Luc. 4.* & similia. Tandemque concludit, quotquot, tam crudeliter quibuscunque etiam conuulsionum generibus, morbis prodigiosis, vomitu, deiectione præter naturam torquentur, hunc vel illum somnum edunt, certos mendaciter notant & accusant homines, cunctos, à Dæmone maligno mendacique, citra alterius

cooperationem, agi, vexarique; quæ verò res monstruosæ interdum vomitu reiciuntur, eas omnes non fuisse in corpore, sed Dæmonis subtilitate ac celeritate imperceptibili ori ingestas, nostris ad hæc oculis vel celeritate eius viciis, vel fascino delusis, vel interiecto corpore aëreo, aut aliter motis intus vel foris, vel vtrinque humoribus, aut spiritu caligantibus. Idque eo præcipuè argumento probat, quòd res eiusmodi sæpe magnitudine œsophagi, etiam quoad fieri possit, in homine viuo tenè distractique naturalem diductionem exsuperent. Cui & hoc addit, quòd licet vel mox à cibo sumpto talis sequatur vomitus nihil cibi vel chyli appareat mixtum; præterea rebus eiusmodi duris acutisque vomitu reiectis nullam omnino ventriculo vel œsophago noxam inferri. Denique addit & hoc, quòd multos morbos & homines & pecora naturaliter patiantur, qui falsè veneficiis adscribuntur. E quibus omnibus tandem concludit, *cap. 22. & 23.* lamiarum facinora nulla esse, earum confessiones vanas, ipsas innocentes, & potius errore phantasiæ laborantes, & propterea melius informandas, quàm interficiendas esse. Reliqua, quæ pro defensione sagatam affert Vvierus, vbi de pactis earum cum Diabolo dicitur, proponuntur.

CAPVT V.

Deciditur hæc Controversia, & unde morbi illi, qui à Sagis induci dicuntur, proueniunt, explicatur.

VT verò quid in hac difficili controversia statuendum sit, pateat, primò status controversiæ rectè formandus. Equidem primò hoc negandum non est, Diabolum rerum naturalium & inter eas etiam venenorum esse scientissimum, & mancipiis suis propterea talia venena reuelare & patefacere posse, quæ ratione venena efficacissima & potentia componere queant, (etsi interdum quasdam res superstitiosas ac nullius momenti, ut ea deludat, adiciere iubet) quibus seu propinatis, seu extra adhibitis, aliis nocere possint. Et procul dubio malè feriatos homines, quos pestem pulueribus sparsis, vel vnguentis portarum ansis inunctis excitasse historiæ multæ testantur, quas, *lib. 4. de febr. cap. 2.* collegimus, istam pulueres tales & vnguenta conficiendi rationem à malo Dæmone accepisse credibile est. Talia itaque mala medicamenta seu cibo aut potu admisceantur, seu quocunque modo extra corpori adhibeantur, si veneficia appellare libeat, nullum dubium est, dari morbos à veneficiis inductos, quòd nec ipsum Vvierum negare posse existimo. Sunt enim talia omnia naturalia; etsi modus componendi à diabolo fluere possit. Verum de his principaliter quæstio non est, sed hoc imprimis quæritur; an venefica & lamia, sine veneno naturali, supernaturali vi, & mali Dæmonis ope, hominibus morbos inferre, vel eosdem plenè necare, Deo permittente, possint. De quo ut, quid statuendum sit, clarum fiat, & ut de distinctis distinctè loquamur. solutionem huius quæstionis quibusdam conclusionibus proponemus.

Prima ergo conclusio sit hæc: *Sagis & lamias propositum est, homines laedere, ipsisque varios morbos inducere, & earum opera multi variis modis laesi sunt.*

Diabolus venenorum gnatus.

Venefica etià per venena morbos inducere possunt.

Status controversiæ.

De morbis veneficis conclusio prima.

Atque id historiarum supra, cap. 3. proposita fati docent, & existant tales innumeræ apud Sprengerum, in *malleo maleficarum*, Nicolaum Remigium, in *Demonolatr. sagarum*. & alios, qui de sagis & lamiis scripserunt. Etsi enim historias eiusmodi pro fabulis habet Vviersus: tamen historicorum fides non ita eleuanda & in dubium vocanda. Etsi enim quod de Duffo, Scotiæ Rege, ex Hectore Boëtio affertur, mirabile videtur: tamen illam impietatem iam antiquam esse, nec nostro etiam seculo defuisse, è Poetis, Philosophis, & Historicis plurimis patet. Plato, *lib. 10. de legib.* huius Magiæ meminit, Ouid. in *epistola Hyspipylo*, de Medea scribit, *Deuouet absentes, simulacra que cerea fingit, Et miserum tenues in iecur urget acus.* Et Ioh. Bodinus, *lib. 2. Demonom. cap. 8.* ita scribit Enguerrandi Marignij iudicium hac potissimum causa niti legimus, (tale enim quid ab huius Enguerrandi vxore in regem Franciæ tentatum fuisse, annales Franciæ referunt) & alterius, in Alenconiorum vrbe, tempore Francisci I. Regis, cuius factum probatum in iudicio fuit, & copiosè in Nauarrenæ Regiæ heptamero, neque tanquam fabula, sed velut historia vera in forensibus gestis omnibus exponitur. Anno 1574, generosus vir quidam, (vt in iudicio eius, quemadmodum excusum est, legimus) qui Lutetiæ fuit decollatus, imaginem ceream capite & corde transfixo, & characteres alios habere compertus est. Et quod recentius est, mense Septembri, anno 1578. Legatus Angliæ, & multi Galli per Galliam nunciauerunt, tres imagines cereas deprehensas esse in fimo, cum inscriptis Regiæ Angliæ & aliorum nominibus, quas imagines Curio pagi Istinctonij, ad dimidium milliare Londino distantis, fecisse dicebatur. Et recentem huius rei historiam supra, cap. 3. è Zacuti Lusitani, *lib. 3. de praxi medic. mirab. obseru. 13.* retulimus. Et aliorum etiam maleficiorum historias supra, cap. 3. attulimus, & extant passim plurimæ apud autores allegatos.

Quod verò lamiæ & sagæ ad actiones illas Magicas quocunque etiam modo concurrant, ex eo patet, quod veneficij instrumentis remotis, vel ipsis sagis crematis ac mortuis, agri conualescunt; vt ex historiis aliquibus supra recitatis apparet. Et Ioh. Bodinus, in *confutat. opin. Ioh. Vvieri*, refert, Biebranam quandam sagam ad Laodunum crematam, anno 1556. Hæc, inquit, infirmabat homines, mirificèque distortos reddebat, eosque, bestias & fruges perdebat. Sed vt primùm fuit exusta, cessauerunt hæc omnia, vt ex Iudice, qui de ea quæstionem habuit, cognouit Bodinus. Idem eundem iudicem sibi narrasse scribit, cum ista cuidam scæminæ comminata esset, eam nunquam lactaturam, ita accidisse, & lac eius subito exaruisse, & quamuis multos liberos pareret; tamen vbera semper aruisse: cremata verò saga statim lacte abundasse. Et ex quodam nobili ac honorato viro se cognouisse narrat, vxorem eius ab amita impeditam fuisse, ne pareret, (quod illa ipsa moriens confessæ est) vt successionem liberis acquireret: vt verò illa mortua est, hanc breui grauidam factam, peperisse semel atque iterum.

Ratio-
num
Vvieri
refutatio

Neque quæ obiicit, & ad sagarum excusationem affert Vviersus, magni momenti sunt. Primò enim non solum anus melancholicas, & imprudentes scæminas, sed & iuuenulas, viros item nullo modo melancholiceos, talia perpetrasse, & alios eadem docuisse, & variis persuasionibus ad

A alios irretiendos, & in suam sectam pertrahendos vfos esse, historiarum testantur. Et si saltem melancholicæ & deliræ essent veneficæ, omnibus, vt solent melancholici facere, palam suam mirabilia patrandi scientiam prædicarent; quod tamen nullæ veneficæ faciunt, sed omnes clam, & apud eos saltem, quos sperant in societatem suam trahi posse, artes suas profitentur. Præterea si melancholicæ essent scæminæ, quæ sit, quod tot sæculis, tot diuersis locis captæ sagæ in confessionibus conseruerint? Equidem melancholici plurima incredibilia & impossibilia sibi persuadent, sed omnibus sæculis vix duo reperti sunt, qui vnum sibi imaginati fuerint. Eadem ratio somniorum est. Sit enim, vt mox dicetur, vt lamiæ quædam somniant saltem, se quædam fecisse, quæ nunquam fecerunt, & id postea vigilantes credidisse: tamen non semper id accidisse, sed vigilantes ac scientes multa perpetrasse, historiarum docent; quæ testantur, sagas diuersis in locis captas in narrationibus suis planè consensusse de die, hora, loco, modo, instrumentis, eadem retulisse, & quas scelerum socias habuerint, narrasse. Et quod dormientes non solum sibi imaginentur, se quædam facere, sed quod etiam vigilantes ad actiones tales aliquid contulerint, patet ex eo, quod instrumenta, quibus se vfos esse fatentur, in iis locis, in quibus ea se reposuisse dicunt, reperiuntur, iisque remotis vel combustis, læsi sanitati restituntur. Neque etiam probare potest Vviersus, quod omnes, qui à sagis, Dæmonis mali ope, morbo aliquo affecti laborant, omnes à Diabolo obsessi dicendi sint: sicut nec Iobus, licet à Diabolo plagâ pessima afflictus, ab eodem obsessus fuit. Tandem etsi instrumenta, quibus vtuntur sagæ, sunt inania & inefficacia: tamen non ideo sunt excusata, sed ob pactum, quod cum Dæmone habent, vt postea dicetur, execrabiles. Etsi enim ipsæ nihil agunt, vt iam dicetur, Diabolus verò etiam nihil sine permittu Dei agere potest; tamen sicut voluntas & conatus ad crimen læsæ maiestatis in actionibus politicis constituendum sufficit: ita & hac ipsa de causa sagæ merito hic accusantur.

Secunda conclusio sit hæc: *Etsi sagis propositum est homines laedere: ipsæ tamen id nec præstant, nec præstare possunt.* Itaque etsi tot historiis, quas hæcenus adduximus, & quarum innumeræ passim existant, fides non sit deroganda, & merito effectus isti sagis & lamiis imputentur: tamen porro inquirendum, quo in genere causæ hæc concurrant, & quid ad tales affectus conferant. Vbi omnino statuendum, lamiæ & sagas ipsas operationum tantum causas non esse, sed Diabolum; sagas verò saltem *συνέργους*, aut potius impellentes causas, vt pote, ad quarum voluntatem & preces Diabolus, Deo permittente, tales morbos hominibus infligit; aut qui à natura ortum habent, eos sua ope à sagis induci iis persuadet. Ideoque vt veneficium appelletur, necessarium est, vt Dæmon & saga concurrant. Vbi enim Dæmon solus, precibus & pacto sagarum non instigatus, hominem affligit, id quod Iobus accidit, tum propriè veneficium aut actio Magica non appellatur, sed tum solum veneficium dicitur, cum Diabolus in gratiam veneficæ, & eius precibus vel pacto inuitatus, homini nocet, & damnum affert.

Quod autem veneficæ ipsæ nihil agant, & per instrumenta sua eorum, quos putant, effectuum causa non sint, pluribus rationibus probari potest.

Secunda
conclu-
sio.

Venefi-
ca ipsæ
nihil
præstant.

Primò

Primò enim certum est, interdum (interdum dico, non semper) Diabolum sagis in somniis varia symptomata suggerere, quæ ubi euigilant, vera esse credunt, & variis in locis se fuisse, ac varia perpetrasse sibi persuadent. Cuius rei historiam supra, cap. 4. è Baptista Porta, & Viero retulimus, mulieris, quæ, cum unguenti cuiusdam illinitione in somnum delapsa esset, postquam euigilauit, se maria & montes peragrasse dicebat. Atque extant tales historiarum plurimæ mulierum, quæ, etsi pedem è lecto non extulissent noctu, miramè in locis peregrinis se perpetrasse dixerunt. Narravit etiam huius rei historiam mihi vir quidam Nobilissimus, fide dignus, quæ est hæc. Cum femina quædam carcere detenta esset, quòd in lupum se transmutare posse perhiberetur, atque id ipsa falsa esset, Magistratus, si eius rei specimen ederet, se ei vitam donaturum promisit. Quòd cum se præstituram esse polliceretur, modo unguentum suum ad hoc opus necessarium ad manus haberet, id statim ex eius domo allatum est. Quòd ubi accepisset, caput, collum, axillas & superiores corporis partes eo inunxit, & paulò post concidit, ac profundo somno correpta est, Magistratu præsentem. Horis tribus elapsis subito surrexit, & interrogata, ubinam interea fuisset, & quid rerum egisset, respondit, se in lupum mutatam prope ciuitatem aliquot miliaribus distantem, quam nominauit, primò oueni, deinde vaccam d. laceraisse. Cuius rei ut certitudo haberetur, inquisitum est apud Magistratum eius loci, atque rem ita se habere, compertum est. E quo constat, Diabolum sagæ profundo somno detentæ nomine ista patrasse, & sagæ phantasma hoc in somno obiecisse.

Deinde etiam, cum vigilantes se aliquid efficere persuasum habent, nihil tamen reuera eas præstare, è malis patet. Primò enim instrumenta, quibus vtuntur, nullius momenti sunt, & eos effectus edere non possunt. Deinde, ut antè etiam dictum, impossibile non est, Dæmonem interdum mancipia sua docere posse, quâ ratione pulueres vel unguenta, quibus aliis noceat, parare queant. Verùm de his nunc quæstio non est, & sagæ talibus rarò vtuntur, sed res nullius momenti adhibent, quas tales effectus edere non posse, quibus sanæ mentis homo facillè animaduertit, puta cortices nucum, semina quædam, plumas, acus, clauos, vitrum, capillos, ungues, ossa, partes mortuorum, & præcipuè suspensorum, bufones, serpentes, verba, characteres, imagines cereas & plumbeas, quæ vel in lectorum puluinaribus & culcitris, vel in vestibus, vel sub liminibus ianuarum, vel alibi abscondunt. Quæ res cum inefficaces sint, quædam etiam artificiales. omnino eos effectus, quos illæ putant, præstare non possunt. Artificialia enim & naturalia inter sese differunt, & artificialia non agunt in naturalia. Cum ergo talia plerumque artificialia sint, in corpus humanum, & aliorum animalium, quæ naturalia sunt, agere non possunt.

Secundò cum omnis actio fiat per contactum; res verò, quæ vel sub liminibus, vel alibi absconduntur, prætereuntes, nisi venenatam qualitatem emiserint, non tangant, etiam nemini nocere possunt, imprimis si aliquot miliaribus absint.

Tertiò cum, quæ proprias vires habent, in quolibet obuia agant, sicut & in contagiosis & venenatis morbis videre est, & magnes omne ferrum obuium trahat; talia verò instrumenta

Operum Sennerti, Tom. III.

A non omnibus, sed saltem, quibus volunt sagæ noceant; patet hinc, vires istas his tribuendas non esse. Ita refert Nicolaus Remigius, de demonol. sagar. lib. 2. cap. 8. quendam sagam cum iniurias, quibus à quodam affecta sibi videbatur, vlcisci vellet, eius quinque vaccas tollere constituisse. A magistralo ergo suo inductam, antelucanis horis puluere quodam, quem ab eodem acceperat, pascua conspersisse. Cum verò vniuersum gregem perire nollet, recepisse Dæmonem, intra eum 5. vaccarum numerum futuram esse omnem noxam: idque euentum comprobauisse. Nam solas illas quinque pernisse.

B Quartò, cum omnia agentia operationes suas sine vllis ceremoniis & verbis præstent, v. g. magnes trahat ferrum nullis verbis aut ceremoniis adhibitis: talia nihil præstent, nisi verba quædam admurmurentur, & ceremoniæ accedant, quas idco malus Dæmon adhibere vult, ut hoc modo sagæ ipsi obsequium præstent, & ille contra huiusmodi ceremoniis se quasi cogi & allici simulet.

Tandem etiam hoc ex eo patet, quòd pulueres & unguenta, quibus sagæ, dum nocere volunt, aliorum vestes conspergunt aut inungunt, postquam sagæ in vincula coniectæ sunt à quouis sine damno tractari possunt. Et quòd res alicubi defossæ vel occultatæ sagis mortuis amplius nocere non possunt.

C Equidem Diabolus, ut sagas ad omnia obsequia promptas habeat, ipsisque persuadeat, se multa miranda præstare, & quibus velint, prodesse vel nocere posse, puluerem plerumque primo congressu eis subministrat, qui morbi necesse causa esse possit, quæmque non sit necesse in cibum potum, ve in iere, aut mutuo corpori affricare, sed satis sit, leuiter etiam in vestes alicuius inspergere. Eum, qui necat, atrum; qui morbum tantum faciat, cinericij, aliquando etiam esse coloris aurati. Ac quoniam sagæ sæpe vel metu, vel pretio, nonnunquam etiam misericordia adducuntur, ut morbo sic affectis curationem adhibeant; ne desit quoque ad eam rem remedium, tertium puluerem accipiunt, albi coloris, cuius vel aspersione, vel in esculeta aut potulenta iniectione propellatur morbus. Idque pluribus historiis probat Nicolaus Remigius, demonolatr. sagar. lib. 1. cap. 2.

D Verùm enim uero etiam dentur pulueres venenati, quibus homines infici possunt, ut supra dictum: tamen hos tales non esse, sed omnes illos effectus à Dæmone provenire, credibile est. Quod vel ex eo patet, quòd non solum leuiter vestibus inspersi morborum & mortis causa esse possunt, sed & ut idem Remigius, eod. lib. cap. 3. habet, etiam unguento malus Dæmon sagas instruit, quo impunè manus suas, totumque adeo corpus inungere possunt, quo tamen si alterius manum vel vestem etiam attingant, ei continuo morbum vel mortem inferant. Et experientia obseruatum, ut ex locis allegatis apparet, sine noxa & damno, ut antè etiam dictum, unguenta & pulueres illos, quibus sagæ vsæ sunt ad damna aliis inferenda, à quouis toto tractari posse, postquam sagæ in carcerem coniectæ sunt. Inde enim clarè elucescit, quicquid tum peragitur à Diabolo perfici; res eiusmodi saltem symbola esse, quæ testantur, sagas eius facinoris conscias esse, & Diabolum earum suasu & consilio talia peragere. Nimirum ubi à Deo vel impetravit, vel iustus est, iusto Dei iudicio hominibus aliquid mali

Zzz

inferre, aut etiam ubi ex naturalibus causis, ut mox, *conclus. 3.* dicetur, homini aliquis morbus impendet, atque ipse hoc præuidet, ministris & mancipiis suis mandat, ut talia futilia & anilia adhibeant, iisque persuadet, si id præstiterint, talia secutura. Quod cum accidit, artificem & præceptorem admirantur & colunt. Si verò sagæ sua sponte alicui nocere velint, atque in auxilium diabolum aduocet, nihil tale præstare potest, nisi à Deo potestatem impetret; scribitque Bodinus, *lib. 2. Damonum cap. 8. vix* è centenis binos inueniri, quibus ista noceant, ex sagarum confessionibus esse manifestum. Interim ne auctoritatis & existimationis suæ iacturam apud suos diabolus faciat, se in gratiam earum, quæcunque volunt, præstiterunt promittit. Quod si promissis stare non potest, & sagæ sua spe frustrantur, eas obiurgat, quasi præcepta sua perperam executæ sint, neque omnia, quæ mandauerat, adhibuerint; imò ipsas sæpe verberibus mulctat.

Tertia conclus. Tertia conclusio: *Multi morbi, qui à sagis induci putantur, sunt planè naturales, & à naturalibus causis; & ab ipso interno humorum vitio, sine ulla Diaboli opera, oriuntur.* Cum enim diabolus, rerum naturalium scientissimus, sæpe præuideat, hominem ob internum humorum apparatus vitiosum in morbum aliquem paulò post lapsurum, ille mancipiis suis persuadet, si hoc vel illud agant, hominem in morbum istum lapsurum, qui iam ex naturalibus causis in procinctu, & se paulò post proditurus erat, etsi à sagis nihil tale actum faisset. Memini me hæc ciues aliquot curasse, qui inflammationibus, cum maximis doloribus, laborarunt, quos sagæ in carcerem coniecit se induxisse confessæ sunt; cum tamen nihil præternaturale in iis viderim, sed tales ij tumores fuerint, qui ab interno humorum vitio provenire poterunt, & quales in aliis etiam, sine omni veneficij suspitione, obseruavi & curavi.

Quarta conclus. Quarta: *Interdum verò ab ipso Diabolo, Deo permittente, ad voluntatem & libitum sagarum, cum quibus is pactum habet, hominibus morbi & damna immittuntur, ipsi sagis Diaboli persuasum quædam adhibentibus, quibus ipsæ effectus illos, qui sequuntur, tribuunt.* Verùm iam antea, *conclusione secunda* probatum est, media illa, quæ sagæ adhibent, nullius efficaciz esse, sed omnia illa, quæ eueniunt, solius diaboli opera perfici.

Quinta conclus. Quinta: *Morbos verò illos diabolus interdum per causas naturales hominibus inducit.* Cum enim diabolo rerum naturalium vires ac sympathiz & antipathiz non ignotæ sint, & optimè norit, quid hominis cuiusque valetudini commodum, quid noxium sit, quid hunc vel illum morbum inducere possit, & venena ad causas morbificas hominum corporibus, vel secundum totam substantiam, vel ipsarum partem spirituosam & maximè efficacem, clam ingerere & inferre valeat, vel humores prauos in corpore latentes agitare, vel etiam bonos corrumpere, atque in varias partes immittere, atque ita naturalem earum constitutionem mutare, imò violenter quædam, permissa Dei, in corpore humano pervertere; præterea affectus varios, spiritibus & humoribus motis excitare; hoc modo varios morbos inducere potest. Equidem nonnulli tales morbos à diabolo excitari negant; cum à causis naturalibus provenire possint. Et autor libri, *de morbo sacro*, qui nomine Hippocratis circumfertur, toto ferè libro disputat contra illos, qui

Ab Diabolo morbos mediis causis naturalibus inducit.

statuunt, epilepsiam à dæmone provenire, & prætere non naturalibus medicamentis, sed expiationibus curandam esse. Atque opinionem hanc ex ignorantia naturalium epilepsiz causarum profectam esse censet. A quo non multum Auicennas dissentit, qui, *prima tertij, seu. 1. tract. 4. cap. 18.* scribit: Quibusdam Medicorum visum est, quòd melancholia contingat à Dæmonio. Sed nos non curamus, cum Physicam docemus, si illud contingat à Dæmonio, aut non contingat, postquam dicimus, quoniam, si contingat à Dæmonio, sufficit nobis, ut conseruat complexionem ad choleram nigram, & sic causæ eius propinqua cholera nigra: deinde sic causæ illius cholera nigra dæmonium, aut non de dæmonio. Verum non satis firma ratio est, quòd, quia morbi isti à naturalibus causis proximè provenire possunt, diabolus nihil cum his commercij habeat. Etenim licet causæ proxima talis morbi sit humor naturalis: tamen, ut morbum hunc faceret, non sua sponte excitata est, sed diabolo mouente: & proinde eius ablatione morbus non curatur, nisi etiam causæ externa, humorem illum vel generans, vel mouens tollatur, malus dæmon putat. Ut enim si quis dolore capitis vel febre ex mora sub Sole corripiatur, non sufficit, si intemperie illi, vel bili à Sole generatæ remedia opponantur, sed etiam necessarium est, ut æger ex Sole in umbram, & frigidiorum locum sese conferat: ita etiam si diabolus aliquem humorem in corpore humano generet vel moueat, non satis est, ut remedia ad humorem illum dirigantur, sed etiam opus est, ut diabolus ab actione sua cesset. Ideoque non idem est, quod patat Auicennas, siue morbus aliquis à malo dæmonio excitetur, siue non excitetur modò naturalis eius causæ adsit. Diabolum autem quandoque mediis naturalibus morbos inducere, etiam sacræ litteræ docent. Nam, *1. Reg. cap. 16.* de Saule Rege legitur, quòd certis temporum intervallis malus dæmon ipsum exagitauerit. Et, *Luc. 13.* extat historia mulieris habentis spiritum infirmitatis annis octodecim, quæ erat inclinata, nec poterat sursum respicere, quam Iesus sanauit die Sabbati, & indignanti Archisynagoga respondit: Hypocritæ, vnusquisque veltrum Sabbato non soluit bouem suum aut asinum suum à præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abraham, quam alligauit Satanus octodecim annis, non oportuit solui à vinculo die Sabbati?

Morbi autem illi, qui à malo Dæmone per naturales causas excitantur, varij esse possunt. Interdum enim vitiosos humores, quos vel generat, vel mouet, ad cerebrum & nervos detrudit, atque epilepsiam & conuulsiones, ac paralyfin excitat: interdum melancholicis humoribus spiritus animales inquinat, & melancholiam inducit. Ad melancholiam referri potest & amor insanus; & odium erga aliquem sine causa. Equidem homini Dæmon libertatem arbitrij auferre, & proinde ad hunc vel illum amandum, aut odio habendum cogere non potest; varia tamen & falsa phantasmata imaginationi obiciendo, odium, vel amorem excitare valet: dum nimirum rem aliquam, quæ tamen talis non est, vel formosissimam & maximè amabilem, vel contra, ut turpissimam & maximè deformem obicit. Quam ad rem etiam Diabolus abutitur interdum iuuenum naturali constitutione, ad Venerem & libidinem procliu

Morbos à Diabolo per causas naturales inducitur differt.

Cuius rei exempla præbent statuarum amatores, quorum aliquos fuisse, historix referunt. Etsi verò talia præstat Diabolus, vitiosos affectus in hominibus excitando, & Venerem stimulando, vel rei amata vel amandæ imaginem continuò phantasiæ obiciendo: tamen sagis persuadet, vt credant, se ceremoniis quibusdam, vel aliis rebus nullius momenti adhibitis, alios in sui, vel quorum volunt, amorem pertrahere posse.

Philtua.

Pertinent huc omnia, quæ de Philtris dicuntur, de quibus etiam, *lib. 1. præct. part. 2. cap. 10.* dixi Philtrum, & *τὸ πῖλτρὸν* dictum, est quicquid ad amorem conciliandum adhibetur. Est autem philtrum duplex; aliud quod pharmacum propriè est, ad amorem conciliandum datum, & vulgò poculum amatorum nominatum, de quo *loco alleg.* & *Institut. lib. 2. part. 3. sect. 2. ca. 4.* satis dictum, quod quidem Venerem forsan excitare, amorem verò hominis certi conciliare non valet, imò interdum pro amore furorem ac insaniam inducit, de quo Poëta: *Philtura nocent animis, vimque furoris habent.* Hoc tamen negare nolim, interdum etiam Diabolum hic concurrere, & quod ipse præstat, philtris ac poculis eiusmodi adscribi. Deinde sunt ceremoniæ quædam & veneficia, quæ ad amorem conciliandum Diabolo suadente adhibentur. De quo Virgil. *in Pharmaceutria: Limus vt hic durefcit, & hæc vt ceræ liquefcit Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.* Et: *Terna tibi primum triplici diuersa colore Licia circumto, terque hæc altaria circum Effigiem duco.* (Imaginem scilicet amati) Et: *Necte tribus notis ternos, Amarylli, colores. Necte, Amarylli, modò, & Veneris dic vincula necto.* Et: *Daphni me malus vitit: egohanc in Daphnide laurum.* De quibus omnibus prolixè agit Martinus Delrio, *disquisit. Magic. lib. 3. part. 1. q. 3.* qui ibi videatur. Mihi satis est hoc monere, talia ad amorem conciliandum nihil facere, sed si quid ex voto sagarum succedit, id omne Diabolum præstare; qui & humores ac spiritus in libidinem accendere, & amasiæ vel amasij imaginem, vt summè pulchram & amabilem, crebrò phantasiæ obicere, & memoriæ fortiter imprimere potest.

Contra si odium excitare vult, rem, quæ etiam pulchra est, vt maximè deformem exhibere valet. Cuius rei exemplum est apud Baptist. *Cod. ch. lib. 3. de venef. cap. 6.* quod supra, *cap. 3.* enarratum fuit; mulieris scilicet, quæ maritum absentem ardentissimè amabat, qui tamen si appropinquabat, tam deformis, turpis, horrendus, & monstrosus apparebat, vt mortem subire, quam illum ferre mallet.

Interdum ad oculos detrudit humores, & cæcitatem; interdum ad aures, & surditatem inducere potest, vel spiritus, qui omnium actionum naturæ proximum sunt instrumentum, dissipare vel corrumpere, aut ipsam partis conformationem peruertere. Si humores vitiosos in partes membranofas moueat, grauissimos dolores excitare valet.

Imprimis verò Diabolus in præstanda suâ operâ veneficis promptissimus est in coniugio turbando, vt ita & propagationem generis humani, cuius hostis est infensissimus, impediatur, & adulteriis, imò homicidiis, occasionem præbeat, Præstat autem id variis modis; primò odium inter coniuges excitando, & consuetudinem conjugalem impediendo; de quo antea dictum, eiusque exemplum allatum. Et obseruatum etiam est aliàs, coniuges, qui se ardentissimè amarunt,

Operum Sennerti, Tom. III.

A cum an copulam conjugalem ventum est, ad eò in odium exarsisse, vt se mutuò vnguibus & pugnis impeterent; & alterius corpus ad eò horridum & fædum apparuisse, vt alter amplexus nullo modo ferre posset. Nonnulli & huius maleficij mentionem faciunt, quòd scilicet coniuges corporibus sibi mutuò appropinquare, licet velint, non possint, dum Dæmon phantasticum alis quod corpus inter eos interit, vt se contingere non possint: vel alio modo eos inuicem à se diuidit: cuius rei mirandam historiam ex Vincentio Beluacensi cum alij, tum Marinus Delrio, *disquisit. Magic. lib. 3. part. 1. quest. 4. sect. 8.* refert: quæ tamen cum præstigiæ sint, potius ad veneficia, de quibus *conclus. 7.* dicitur, pertinere videntur. Secundo coniugium turbat Dæmon, viros ad Venerem impotentes reddendo, qui tum vulgo frigidi & maleficiati appellantur, vt modò cum nulla fœmina, modo cum vna, & præcipuè propria vxore, Venerem exercere non possint. Quod veneficij genus vulgò Ligatura appellatur. Præstat autem hoc vel feminis generationem prohibendo, vel membri genitalis erectionem impediendo, spirituūque ad id influxum prohibendo, vel semen exsiccando & subducendo, & eius effusionem prohibendo. In fœminis verò hoc præstat, genitalibus aliquam affectionem præter naturam inducendo, vt virum admittere non possint. Interim Diabolus sagis persuadet, vt nescio quas ceremonias ridiculas, & nullius momenti adhibeant, quæ ad rem nihil faciunt, & nihilominus credant, se præstare, quæ ipse tamen efficit.

Neque enim impossibile est, vt Diabolus etiam difficultatem partus, vel abortum excitet; & extant in confessionibus sagarum multæ eius rei historix. Cum enim ad gestationem & partum naturalem multa requirantur, quæ Diabolo ignota non sunt, variis modis ea corrumpere & vitiare potest.

Sexta conclusio: *Interdum tamen etiam Diabolus, sine causis & mediis naturalibus in corpore hominis existentibus, suâ potentia & subitâ violentiâ, solum ad sagarum postulatum, homines lædit.* Cum enim sagæ vel metu, ne deprehendantur, rem aggredi nolunt; vel se eam expedire non posse pro voto putant, eam omnem Diabolo committunt, qui ex voto ipsarum eam expedit, & ea, quæ iubent, hominibus damna ac mala infert. Cuius rei passim multæ historix extant. Nicolaus Remigijs, *Demonolatr. sagar. lib. 2. cap. 10.* narrat, sagam quandam, Ioannam à Banno, cum virum quendam fortè bigis Argentoratum proficiscentem vidisset, memorem pridem acceptarum, & adhuc inultarum iniuriarum, eum deuouisse, & execratam esse. Et cum vix imprecati cœperat, illum è curru, in quo sedebat, præcipitem tantâ vi deiectum esse, vt illico exanimatus sit, integro nihilominus toto corpore, nec vel vulnere vllò saucio, vel liuore decolorato, vel tumore inæquali, vel laxato, vel intorto, aut vlla sui parte læso, vt illi interclusam animam, interceptò sique omnes vno momento spiritus fuisse à Dæmone, credibile sit. Et idem, *cod. lib. cap. 12.* refert, quendam alium, à quo iniuriâ affectus sibi videbatur, diris deuouisse, & illum mox turbine subito inuolutum, ac in terram deiectum, altero crure sic debilitatum fuisse, vt se loco mouere non posset, & vicinorum pecorum custodum adminiculo domum deducendus fuerit, idque antequam vulnus coaluit, ipsam illum

Z z z z ij

Coniugium vt turbet Dæmon.

Magum spontanea confessione patefecisse. Idem, *ibid. cap. 13.* scribit, sagam quandam cum vicina nocere vellet, ruri suo more opus fecisse, interim negotium Dæmoni suo commisisse. Ecce verò, vicinarum ædium oclusis obseratisque foribus audiri miserum eiulatum pueri, quem mater abiens domi reliquerat. Cum verò, qui audiebant, accurrerent, ac fores properè effringerent, repererunt puerum prunis candentibus vndiquaque adoptum & obrutum, quem licet, quantum possent, prunis candentibus extrahere, & seruire niterentur, animam tamen egit, & inter manus illorum mortuus est. Idem, *cod. lib. cap. 14.* narrat, rustico cuidam ad Mosellam, Dæmonem, iussu cuiusdam Francisci Vellei, turbine quodam, reliquo aëre alioquin placidissimo, omnem spiritum sic intercepisse, vt diu vitæ dubius ac incertus iaceret. Idem, *cod. lib. cap. 15.* scribit, sagam absentem quandam Dæmonis ope alterius oculo cladem intulisse, eumque qui hoc vulnus in oculo accepit, retulisse, vulnus istud oculi sibi quasi ab impingente per vim arboris ramo inflicto fuisse; cum tamen hinc atque inde arbores nullæ multis passibus starent.

Septima conclusio: Sape præstigijs saltem Diabolus homines ludit, & se morbos, qui nulli sunt, induxisse persuadet. Huc pertinet membri virilis ablatio, cuius historiam supra *cap. 3.* è Baptista Codronchij *lib. 3. cap. 5.* attulimus: & extant similes in Malleo maleficarum Sprengeri, *part. 2. quæst. 1. cap. 7.* Etsi enim nonnulli in ea sunt sententia, reuera membra genitalia à Diabolo auferri & reddi posse: tamen cum iis sentire malo, qui meras præstigias talia esse putant; cum in Diaboli potestate non sit, adempta homini membra restituere. Et quod iuuenis ille solo contactu manus maleficæ inter femora membra genitalia statim recepit, id præstigias meras fuisse facile docet. Nec mirum, vt Ludouicus Viues, in *Augustin. de ciuitate Dei, lib. 10. cap. 16.* scribit, hoc fieri à Dæmonibus, & falli ab eis obtutus nostri aciem; cum à circulatoribus nobis sic sæpe imponatur, ostendanturque, quæ nisi à tali hominum genere agerentur, pro miraculis qui caperent, non deessent; etiam sic facta admirationi sunt, & vix acumen ingenij rationem illorum assequitur. Etsi enim sunt, qui credant nisi Dæmonis ope ista non perfici: artis tamen sunt exercitatissimæ, quæ celeri motu atque agitatione defixum in res obtutum præstigijs frustratur. Ita qui edit panem, spure cernitur farinam siccam, qui bibit vinum, per frontem id, aut etiam iugulum, remittit: magno spectatorum metu ac horrore gladij vorantur, & ingens vis euomitur acuum, zonularum, nummorum.

Ad quod autem genus veneficij referenda sint mira illa, quæ interdum per aluum & vomitum reiciuntur; an Diaboli ope ex humoribus in corpore humano generentur; an eius potentia corpori inserantur; an verò saltem præstigia sint Diaboli, dubium. Attulimus verò supra, *cap. 3.* aliquot eius rei historias, & passim extant plurimæ. Et Vvierus etiam, *de præstig. demon. lib. 4. cap. 5. 6. 7.* aliquot recenset, quæ docent, per aluum, & vomitum fuisse reiecta acus, capillos, ferramenta, clauos, plumas, lapides, antieris opillionis subligaculum, filorum sphaerulas, pelles, stramen, pauonis pennam, spinas, setas porcorum, arenam, vitrum, & alia. Idem etiam *ibid. cap. 9. 13. 14.* refert, è corporibus viuientium & mortuorum extractos fuisse clauos, cultros, ferramē-

ta, & alia. Res autem tales cum variæ sint, quædam in corpore generari posse, dubium non est; quales sunt pili, qui interdum in apostematibus & vomicis inueniuntur, etiam in iis, in quibus nulla veneficij suspicio est. Quæ autem nullam cum humano corpore cognationem habent, vt setæ porcorum, pennæ pauonis, metalla, imprimis res artificiales, vt cultri, clauis, panni, & similia, eas in corpore humano generari non posse, extra controuersiam esse puto.

An verò talia reuera in corpore fuerint, & inde reiciantur, vel extrahantur; an verò præstigiæ Dæmonis sint extrà saltem talia in corporis superficie ostentantis, inter Autores dubium. Ioh. Vvierus, *de præstig. demon. lib. 4. cap. 2. & 14. & de lum. in, cap. 17.* in ea est sententia, talia saltem præstigijs & illusiones dæmonis esse, & ea, quæ reiciuntur vel extrahi è corpore videntur, nunquam fuisse in corpore, sed Dæmonis subtilitate & velocitate imperceptibili ori iniecta, vel extra admota, hominum oculis vel celeritate eius victis, vel fascino delusis, vel interiectu corporis aërei, aut aliter caligantibus. Atque ad id probandum hęc præcipue argumenta vtitur: Primò quòd nullus meatus sit, per quem talia cultri scilicet, & similia, in corpus immitti possint. Res etiam, quæ reiciuntur, sæpe amplitudinem œsophagi, etiam, quoad fieri potest, in homine viuo sensu distractique, naturalem diductionem excedunt. Tertio quòd fieri non possit, quin os ventriculi, & œsophagus, à talibus, si per eum transirent laderentur; cum tamen plerumque nihil læsionis vel doloris post talia vomitu reiecta percipiatur: quia impossibile fuisset, si res tales acutæ in ventrem fuissent, quin in eo dolore excitassent; cum tamen nullus dolor antea perceptus fuerit. Quarto quia tactu, etsi ventriculus valdè comprimatur, nihil tale deprehendi possit. Quintò quòd nihil cibi vel chyli talibus, quæ reiciuntur, permistum appareat, etsi homo paulò antè cibum sumpserit.

Alii verò existimant, res illas reuera à malo Dæmone in corpori immitti, atque inde vel reici, vel extrahi, nec aliunde in actu reiectionis vel extractionis à Dæmone delatas esse. Atque ad id probandum hoc imprimis afferunt, quod res tales sæpe multos annos asseruantur, & propterea non saltem imaginariæ fuerint: deinde quod reuera tales res ex vlcerebus & corporibus hominum Chirurgorum opera extrahuntur, vt ex Langio, *lib. 1. epist. 38.* patet, & ipsis manibus attrahi possunt. Verùm de modo quo corpori inserantur huiusmodi à Dæmone, dissentiant. Nonnulli putant, hominem in somnum profundum demergi, & tum Diabolum corpus, vel membrum illud incidere, & ea, quæ velit, inferre, hac ea subtilitate & arte vulnus id consolidare, vt nulla cicatrix appareat. Licet enim homines id præstare non possint: tamen Diabolum esse artificiosissimum, & ea nosse medicamenta, quibus id præstare queat. Alij putant, à Diabolo poros cutis distendi, & per eas inseri stramen, setas porcinas, corium, & similia. Alii opinantur, Dæmonem nullo negotio res eiusmodi in minutissimas partes, & puluerem etiam, frangere & conterere, & sensim in hominum corpus ingerere, & ingestas rursus compingere posse.

De reiectione etiam dissentiant. Alii enim existimant etsi sua sponte œsophagus non ita dilatari possit, vt corpora tam magna per eum

An reuera per aluum & vomitum res admirandæ reiciantur.

Septima conclusio præstigia Diaboli.

B

C

D

E

reici possit : tamen ut à Diabolo extra consuetum modum extendatur, impossibile non esse. Imò addunt, naturam interdum per angustas vias res in corpus deglutitas vel immixtas expellere, ut nemo naturaliter id fieri potuisse credidisset. Quarum rerum exempla collegi *lib. 3. Pract. 1. par. 1. sect. 1. cap. 3.*

Aucto-
ris sen-
tentia.

In re hac obscura & difficili equidem aliquid certi statuere, difficillimum est; cum Diabolus sit *μυεπέτης*, & multa DEI petmissa præstare possit, quæ hominibus sunt impossibilia. Non negarim tamen, interdum esse metas Diaboli præstigijs; quod vel ex eo patet, quod restales interdum euanescent, sicut ex historia illa puellæ, à Cornelio Gemma annotatæ, & supra *cap. 3.* recensitæ, manifestum est, quæ viam angustiam vomitu reiecit, quæ tamen exentetata in alto loco suspensa, ut à nullo animali attingi potuerit, postea euangit. Contra cum res quædam vomitu reiectæ, & ex abscessibus extractæ, manibus contrahantur, & diu asseruatæ fuerint, non dubitandum est reueta tales fuisse. An verò ex ipso ventre vel corpore prouenerint; an verò in ore, vel ante os aut vomitum aliunde delatæ & substitutæ fuerint, cuiuslibet liberum relinquo, quicquid velit, sentire. Cum tamen vix probabilis modus dari possit, quo talia corpori inferri potuerint, nec etiam facillè via dari queat, per quam res tantæ magnitudinis, & quidem sine damno, reici potuerint, valdè probabile est, metas esse Diaboli præstigijs. Etenim si præstigiatores illi manuum agilitate hominum oculos fallere possunt, cur non & Diabolus idem possit, & id exhibere inuentibus, quod nunquam in corpore fuit?

Equidem refert Henricus ab Heer, *observa. medic. rararum lib. obseruat. 8.* puellâ quandam nonum agentem annum ex veneficio vomitu eiecisse multas plumas, fasciculos straminis, pollice crassiores, transuersis aciculis confixos, ligulas ex filo textas, variis coloribus distinctas, quaternionem denique acicularum cæruleæ chartæ infixarum, sicut vulgè prostant, integerrimum, & iamiam empto simillimum: atque cum ipse hæc omnia præstigijs cacodæmonis adstantibus illudentis, aliunde petitas esse & è primis puellæ labiis in manus suas mitti assereret, puellam hanc nodum hunc ipsam sibi exsoluisse scribit, dum diceret: Ne dubitate, quin hæc ex imo mini ducantur corpore; statimque manum suam apprehensam faucibus suis admoueret, diceretque, senties aciculam sine capite ascendentem, breuè que exituram: se verò mox arctissimis sinistrae manus digitis aciculam in gutture deprehendisse, & cum se eam tenere cederet, vi illam sibi eripi percepisse, quam tamen puella mox exspuerit, & ipse dextra manu accepit. Additque porro, eodem modo alias sæpius in ipso adhuc ventriculi orificio ligularum principem tetigisse, illisque ascendentibus, & per os exituris, omnes, quos eacuta tangebatur, in medijs faucibus ligulæ finem comprehensum tenere se putantibus, cacodæmonem conatus eorum luisse.

Sed quis non videt, & in illa ipsa acu, quam puella in faucibus ascendere, breuè que exituram dicebat, & in ligulis illis, quæ circa orificium ventriculi hæere putabantur, diabolum omnes adstantes deludere potuisse? Cum enim solum brutorum, sed & hominis ipsius imaginem suis præstigijs referre possit, cur non & hæc possit?

Et talia meras præstigijs Diaboli esse, vel satis docet illud, quod Clariss. Dn. D. Gregor. Hot-

sius, *lib. 1. Epist. medicinal. sect. 7* scribit, quendam Illustrissimi sui Principis Consiliarium sibi retulisse, fracti suo, cum ex incantatione grauissima ophthalmia laboraret, quotidie magnam scoparum minutim incisarum copiam per oculos egressam fuisse, ita ut scopæ purgantibus acibus destinatæ vix emptæ statim amitterentur. Quis enim credat, tantam scoparum minutim concisarum copiam corpori potuisse à Diabolo ita inferri, ut ea per oculos egredere tentur, sed hoc non potius sibi persuadeat, extra per præstigijs præ oculis fuisse ostensas?

Octaua conclusio: *Si veri morbi & alia mala, quæ sagæ se hominibus immiscere putant, à Diabolo præstigijsantur; sagæ que ipsæ nihil agant: tamen extra culpam non sunt, ob pactum, quod cum Diabolo inierunt, quibus hominibus ad sagarum postulatam necesse, & ob voluntatem nocendi non sunt excusata.* Equidem Vvicius, *lib. 5. de præstigijs. Dæmon. & de lamis cap. 6. 7. 8.* hæc dicit: & pacta illa vana, præstigijsosa, stulta, & nullius momenti esse scribit. Diabolum enim, utpote qui spiritus est, & carnem ac ossa non habet, manum extendere, quod in pactis illis fieri in confessionibus sagarum refertur, non posse, sed Diabolum phantasmata vana vel imaginationi obicere, vel visui vel auditui falsas species offerre ex statuat. Diabolum etiam aliorum admiculo in sua potentia ostendenda, aut actionibus declarandis, non indigere, utpote qui nec vilius voluntate aut imperio cogitur, quam DEI, & huius innumerotum bonorum. Et licet quid stipulerent sagæ: tamen id pactum non obligare putat, ideo, quod à Diabolo hominibus talibus vitis, phantasia & mens præstringatur; atque ideo quicquid agunt, vel ob ætatem stupidam, vel sexus inconstantiam, vel impotentiam mentis, vel animi morbum, & à maligno spiritu delatas facere. Nolens etiam dicit hanc stipulationem, maxime in perniciosam finem confectam, finetellibus, vel contra DEI voluntatem; cum homo in Baptismo Deo prius obligatus sit, Summam nihil nisi Diaboli illusiones, & mera phantasmata esse existimat omnia illa, quæ de pactis & fœderibus sagarum cum Diabolo dicuntur.

Verum enim verò natiã sagarum malitiam & impietatem Vvicius excusat & extenuat, & apud doctos Vicos non paucos eo nomine, ut sagarum patronus, malè audit. Equidem miror, nec cogitatione assequi possum, quomodo homo, & præcipuè Christianus, ita omnem pietatem abiicere, imò humanitatem exsuerè possit, ut sui Creatoris & Redemptoris, ac fœderis, quod cum Deo iniis, oblitus, in castra Diaboli transeat, seque appetum sui Creatoris & Domini, à quo in æternas inferni penas se præcipuari posse nouit, hostem profiteri, & contra Diabolum, generi humano infensissimo, associari aut sit. Et tamen id factum esse, & adhuc fieri, multæ historiae, & liquidè ac clare sagarum confessiones, etiam tormentis non exptessè, docent.

Et argumenta, quibus id negare vult Vvicius, nullius momenti sunt. Etenim quòd dicit, Dæmonem non habere manus, & propterea confertis manibus fœdus inire non posse, verum est, & omnino etiam Dæmones mali sua natura spiritus sunt. Interim & factè & profarè literè plene sunt historiis, quæ docent, spiritus cum bonos tum malos hominum vel aliorum animalium forma hominibus apparuisse. Et sagæ optime hoc norunt, nec ignorant, corpus illud, in quo apparet Diabolus, esse præstigijsosum. Interim & hoc

Octaua
conclu-
sio.

Pacta
sagarum
cū Dia-
bolo.

Argu-
mentid
Vvici
refutant
tur

sciunt, sub hac larua latere Diabolum. Et proinde A quando cum spectro tali, aut larua, ita paciscuntur, non cum larua & spectro, sed cum ipso diabolo paciscuntur, quem incorporeum & inuisibilem esse bene norunt, qui etiam loquitur & agit absque visibilis & tractabilis corporis assumptione. Ideoque siue cum diabolo sub visibili corpore latente, siue cum ipso inuisibili diabolo paciscantur, idem est. Deinde ad pactum & fœdus consensus sufficit, nec semper opus est, ut stipulatio manu facta accedat. Tertio neque etiam pacta illa sunt mera phantasmata, aut melancholicarum mulierum persuasiones & somnia. Neque enim dormientes, sed vigilantes, scientes, & re prius deliberata, cum malo dæmone, quem illum ipsum esse non ignorant, & quidem aliis sagis testibus, pactum iniuisse, & se dei ac hominum hostes futuros, si hoc vel illud eas docere, illis dare, vel illarum gratia facere velit, promississe, multæ sagarum confessiones docent. Et quomodo omnia somnia vel phantasmata sunt, quæ veneficæ de sui cum diabolo pactis dicunt; cum certum sit, nullam sagam dixisse, se aliquam in societatem pertraxisse, & diabolo copulauisse, quin non idem altera, quæ seducta est affirmauerit, & ambæ diem, horam, locum, occasionem, modum pacti similiter enarrauerint? Neque omnes, quæ pactum cum diabolo iniuerunt, melancholicæ vetulæ fuerunt; sed etiam puellæ à vetulis persuasæ, & impuberes à matribus ad pactum tale coactæ, quæ postea pœnitentia ductæ, sine vllis tormentis, vel tormentorum metu, rem, uti gesta est, enarrauerunt: cuius rei aliquot memoranda exempla narrat Nicolaus Remigius, *lib. 2. demonol. sag. cap. 2.* Neque etiam ista subito contrahuntur pacta, sed varios homines inescandi, & sibi obligandi modos habet malus dæmon, atque affectibus hominum se accommodat, & cum norit, alios libidini & amoris operam dare, eorum votis se satisfactorum pollicetur; cum alios paupertatis periculosos esse sciat, magnam diuitiarum copiam ipsis promittit; cum alios odio & inuidiâ erga alios flagrare non ignoret, media, quibus hostibus nocere possint, se monstraturum stipulatur; cum alios scientiæ & artium desiderio teneri perspectum habeat, iis artes multas, & medicamenta, quibus incurabiles morbos curare possint, se monstraturum spondet. Et quos blanditiis ad se pertrahere non potest, eos minis aggreditur, ipsisque pericula & mortem minatur: cuius rei exempla habet idem Nicol. Remigius, *demonol. sag. lib. 1. c. 11.* Et quomodo hæc mera phantasmata sint; cum sagæ notas huiusmodi seruitutis, in quam se immiserunt, corporibus suis à diabolo impressas imagines habeant, quæ & oculis sunt manifestæ, & quod à dæmone sint impressæ, eo cognoscuntur, quod, etsi acu vel aliâ re acuta eò loci sagæ punguntur, nullum omnino dolorem percipiunt, nec ex punctura vel gutta sanguinis effluit: id quod historiis aliquot probat Nicol. Remigius, *demonol. sag. lib. 1. cap. 5.*

Stigmata à Diabolo sagis impressa.

Cur Diabolus sagas in societatem criminis adsciscat.

Tandem licet sagarum auxilio Diabolus opus non habeat, ut potentiam suam exercent: tamen ut ad voluntatem sagarum, quasi sociarum, aliis noceat, id idè facit, ut ipse animas sagarum lucretur. Etenim si solus homini noceat, suo periculo saltem ad facit. Verùm sit sagis inuitatus & iussus homines lædat, sceleris socias habere cupit sagas, ut æterni supplicij socias habere possit. Addunt & alij alias causas; nimirum dæmonem id ideo facere, ut Deum ad maiorem iram irriter,

& ad sæuiorem ultionem contra genus humanum prouocet. Alij putant ideo Diabolum in criminis societatem sagas adsciscere, ut Deo quasi iniuriam faciat; si scilicet homines à Deo ad vitam beatam creatos, redemptos & baptisatos, à Deo auertat, & sibi mancipet. Præterea multa potest præstare per homines Diabolus, quæ non ita commodè ipse solus præstaret. Non enim homines ita conuersationem cum sagis abhorrent, ut conuersationem cum ipso Dæmone, ad quam tamen sensim à sagis pertrahuntur. De quo Nicolaus Remigius, *lib. 2. demonol. sag. cap. 9.* Ideoque etsi sagæ ipsæ nihil præstant: tamen huius de causis, & ut gratiam earum promereatur, simulque iis suam potentiam ostendet, & in admirationem apud ipsas veniat, criminis socias sibi adsciscit.

Pactum autem hoc cum Dæmone inuitum vel expressum, vel implicitum est. Expressum est, vbi homo cum ipso malo Dæmone quocunque modo apparente expressè pactum inuit, Deoque & omni religioni renunciat, & Diaboli seruituti sese mancipiat. Id quod variis modis fieri solet, quos omnes hîc recensere opus non est, sed videri de iis possunt ij, qui in genere de Magia scripserunt; Autor scilicet mallei maleficarum, Nicol. Iaquarius, *in flagell. hæreticor. fascinar. cap. 8.* Baptista Codronchius, *lib. 3. de morb. venef. cap. 4.* Bodinus, *lib. 2. Demonom. cap. 34.* Nicol. Remigius, *demonol. sag. lib. 1. cap. 5.* Martinus Delrio, *disquisit. magicar. lib. 2. quæst. 4.* & alij.

Deinde est pactum implicitum, vbi quis sciens & volens superstitiosis rebus, characteribus, verbis utitur, quæ naturaliter, id, cuius gratiâ adhibentur, præstare non possunt; qui licet ipse cum Diabolo pactum non iniuerit: iis tamen medijs utitur, quæ aliis Diabolo tradidit. Quò pertinent & ij, qui sibi persuadent, se Dæmonem, non ut Dominum, & cui ut mancipia obligati sint, agnoscere, sed verbis, characteribus, ceremoniis, aut aliis modis, Diabolum, etiam inuitum & repugnantem, ad sibi seruiendum, & quæ volunt, officia præstanda, cogere posse. Miseros verò istos homines miserè fallit Diabolus, & dum simulat, se repugnantem & inuitum adesse, ipse promptissimè adest, ut eum, qui sibi imperare cupit, suum mancipium efficiat. Imò ipse verba illa, characteres, & ceremonias constituit, & qui illis utitur, Diaboli seruus & mancipium est, non dominus, & artes illæ omnes, ac ceremoniæ addiscuntur suafore & impulsore Diabolo. Quod etsi ipse non semper sensibus obuius facit: per alios tamen homines instigat, ut eiusmodi impietati sese dedant. Ac perinde est, siue Diabolus ipse aliquid suggerat, siue per alium persuadeat. Et omnes, qui medijs à Diabolo ordinatis utuntur, fœderi cum Diabolo implicantur.

Quò referendæ sunt & imprecationes ac deutoria carmina, ut Liuius appellat, & execrationes, quas iam olim in vsu fuisse, apparet ex oratione Æschini contra Ctesiphontem, quibus & sagæ ac mendici interdum, dum ipsis aliquid denegatur, utuntur, dum eorum frequens imprecatio est: ut vniuersa familia fame pereat; fariat irata Iunone materfamilias; prodigijs portentisque domus tota infestetur; pecudes, segetes, vindemia pereant. Sæpe enim ad nutum adsunt Dæmones, qui talia exsequuntur.

Deinde inscius etiam aliquis se tali pacto implicare potest, si rebus & ceremoniis à Diabolo ordinatis incautè utatur: cuius rei exemplum

Pacta cū Diabolo duplicia Expressum.

Implicitum & eius modi varij.

Imprecationes. Execrationes.

refert Smetius, *lib. 5. miscell. an.* ex relatione D. Neuij, & ciuium Lipsiensium, vbi scribit, puellam quandam non intelligentem quid ageret, dum nutricis actionem totam, quâ in ciendis tempestatibus sæpius vsum viderat, imitaretur, conitrua ac fulgura excitasse, quibus villa haud procul à Lipsia dissita conflagrauit. Quæ res ipsa satis docet, quàm cautè & studiosè vitanda sint illa omnia, quæ causas naturales non habent, siue sint verba ignota, siue characteres, siue imagines, seu quæcunque alia. Sunt enim illa omnia Diaboli tessere, quas, quicumque eas vsurpet, statim agnoscit, & quasi vocatus adest, & se actionibus illis, quas illi edere cupiunt, immiscet, & hominibus familiaritatem suam offert, eosque consuetudine audaces facit, vt postea arctiore fœdere Diabolo sese obstringant.

Paeta
Diaboli
falla-
cia.

Paeta autem ista Diabolica sunt fallacia & mendacia. Fallit Diabolus, cum se in Angelum lucis, vt D. Paulus 2. *ad Corinth. cap. 11. vers. 14.* loquitur, transmutat. *Sicut enim pueris absinthia tetrasmedentes: Cum dare conantur, prius oras pocula eorum Aspirant mellis dulci flauoque liquore:* ita malus Dæmon, si se ipsum & suas merces, quales sunt, venales exponeret, non facile emptorem inueniret. Ergo cum primum hominem adortur, se pium, beneficam, & salutarem ostendit. Id quod historia illa, quam Nicol. Remigius, *Dæmonol. sag. lib. 1. c. 9.* recenset, satis docet. Cum enim quidam iuuenis, Theodorus Maillotius, adolescentulam quandam deperiret, ac eius potiundæ spes omnis esset abscissa, conseruum ex Germania, cui audiuerat Dæmonem esse ad quæcumque obsequia paratissimum, addit, huicque ægritudinem suam aperit. Hanc occasionem Germanus libens arripit, vt cui ex pacto intra dies paucos necesse erat, vel se Dæmone suo liberare, atque expedire, adducto alio, qui istud, ceu æs alienum, in se transcriberet, vel ab eo obtorta ceruice necari. Cum ergo augendo illi negotio in conclauis, quodam clauso conuenissent, repente patefactis foribus se inter lepida, nec illiberali facie puella, (hoc habitu Dæmon primò se ostendere volebat, ne Maillotius ad formidabile eius aspectum exhorresceret) eamque se esse prædicat, quæ nuptias, quas tantopere ambiebat, facile esset confectura, modò vellet iis, quæ erat præceptura, obsequia illo auidè attentè que expectante, quænam eius esset sententia, imprimis cœpit edicere, vt furtis, crapulâ, libidinibus, iniuriâ, blasphemis, cæterisque, quæ animam inquinant, vitis temperaret, pietatem coletet, inopes facultatibus subleuaret, seipsum in hebdomada bis ieiunio maceraret, solennes ac quotidianas preces non intermitteret, eaque sedulo obiret omnia, quæ hominem Christianum decent, atque æquum est facere. Istis enim omnibus si vellet nuncupatis verbis se obstringere, futurum, vt optatis thalamis sine difficultate potiretur. Hæcque sic eloquuta, ac constituto, intra, quem responsum auferret, die se foras eiecit. Sed dum Maillotius magis magisque in rem eam cogitationem intendit, atque huc illuc variè inter spem metumque impellitur, ex eius vultu domesticus quidam sacerdos conitiens aliquid subesse, quo sic distraheretur, eum blandè adortus, ac quid animo volueret, expiscatus, monitis suis perucit, ne amplius ad illum cum Dæmone colloquium descenderet. Quod cum factum esset, & iam tempus adesset, vt ex pacto Magus ille intra paucos dies vel dæmone suo se liberaret, ad

Operum Sennerti, Tom. III.

A ducto alio, qui eum reciperet, vel ab eo obtorta ceruice moreretur, paulò post, cum Maillotius illum non reciperet, ex pacto poenas dedit. Et, *eodem in loco*, foemina cuiusdam historiam recenset, apud quam dæmō, qui arti hominis specie illi obuersabatur, non alium sermonē habebat, quàm de sanctimonia, de pudore, de religione ac sacrorum studio, ad quod illam præcipuè adhortatus est. Fallendi tamen causa omnia hæc facit, & fallacia sunt omnia eius foedera, neque mancipiis fidem seruat. Neque enim veritas est in eo, & cum loquitur mendacia, ex propriis loquitur, *Ioannis 8. vers. 44.* & nemo ab eo veritatem & fidem, in quo nulla est, sibi polliceri potest.

B Imprimis autem, & frequentius, foeminae beneficiis deditæ sunt, quàm viri, vt ex capitalibus indicis passim annotatis patet. Cuius rei Autores nonnullas rationes afferunt. Prima est, quòd foeminae debiliore sunt iudicij, & propterea facilius ab aliis sagis, & imprimis à diabolo, se decipi patiuntur. Deinde plurimæ mulieres sunt loquaces & garrulæ, nec commissorum tenaces, & propterea si vna hisce artibus sese dedat, rem inter plures diuulgat, & magistrâ nequam sese præbet. Tandem foeminae etiam vindictæ plerumque sunt cupidissimæ, & propterea vetulæ, si quem odio habent, vt ei nocere possint, media omnia cōquirunt, & si aliter id præstare non possunt, ad dæmonis opem confugiunt. iuueniculae verò si amatis suis spe coniugij corporis sui copiam fecerint, & postea ab iis deserantur, iniurias vlciscendi cupiunt, nec suis viribus sese vlcisci valentes, ad dæmonis opem confugiunt, & vel ipsum veterem amatum, vel nouam eius sponsam beneficiis impetunt, vt ex Virgilij Ecloga 8. adparet.

Cur
foemi-
nae quæ
viri ve-
nificiis
frequen-
tius
dedita
sunt.

C Nona conclusio: *Licet magna Diaboli sit potestas, nulli tamen, etiam ad sagarum voluntatem, nocere potest, sine Dei permissione.* Id quod non solum ex historia Iobi, sed & Euangelica patet; de quo notum, quòd nec subus dæmon nocere potest sine permissione Dei, & quod nec capillus capitis sine voluntate Dei de capite nostro decidit. Ideoque etsi interdum sagæ à dæmone suo petunt, vt hominibus morbos vel damna inferat, idque Diabolus ipsis se præstiturum promittat, & eius rei consequendæ gratia quædam facere iubeat: tamen si deus non permittat, sæpissime voti compotes non fiunt. Scribitque Bodinus, *Mag. Dæmonom, lib. 2. cap. 8.* vix è centenis binos inueniri, quibus talia veneficia noceant, vt sagarum confessionestestentur. Quòd si postea ex de causa sagæ cum dæmone exoptulent; ne eius potentia aliquid defuisse videatur, in ipsas culpam transferre, eas obiturgare, imò interdum verberibus multare solet, quòd præceptis suis non per omnia satisfecerint. Et imprimis, vt infra etiam, c. 7. dicitur, diabolus, à sagis quoque instigatus, nocere non potest iis, qui Deo quotidie sese precibus commendant, ac pietati student, & à peccatis grauibis abstinent; deinde Magistratibus, qui sagarum causas agnoscunt & iudicant. Cum enim iudicia publica exercent, potestate à deo concessa, deus etiam eos protegit, ne à diabolo, vel eius mancipiis in officio suo laedantur ac turbentur.

Cur autem Deus permittat diabolo, vt ad li-

Non
conclu-
so.

bitum & iussum veneficarum interdum hominibus noceat, disquirere Theologorum est. Istud hoc loco dicere satis sit: iudicia dei esse occulta, sed semper iusta; & iudicia dei esse abyssum multam, *Psal. 35. vers. 7.* qui & malos ob peccata præ-

Z z z z iij

affligit, & pios afflictionibus probat & exercet, A & à peccatis abstrahit; ipse verò ubique & semper gloriosus est.

CAPUT VI.

De signis morborum à veneficiis ortorum.

Signa morborum à veneficiis.

MORBUS à veneficiis ortos agnoscere longè difficillimum est; cùm Diabolus naturalibus causis sese sæpe immisceat, isque vtatur, vt non facillè sit discernere, quid à causis naturalibus, quid ab ipso Dæmone profectum sit. Imò in iis, quos obfedit, sæpe sat diu sub naturalis morbi larua lateret. Exemplum eius rei est apud Fernelium, lib. 2. de abdit. rer. caus. cap. 16. de iuvene quodam Equestri familia, qui corporis concussione, & quasi conuulsione ex temporum interuallis laborauit, cùm nunc solum sinistram brachium, nunc dextrum, interdum etiam digitum vnicum, aliàs crus alterum, aliàs vtrumque, aliàs corporis truncum tanta celeritate agigaret, vix vt à ministris quatuor decumbens cohiberetur, caput inconcussum iacebat, lingua, & locutio libera, mens sana, omnèsque sensus integri, vel in conuulsione ferociâ. Decies ad minimum quotidie corripiebatur, in cæteris sanus, sed labore contractus. Vera epilepsia iudicari poterat, si mentis sensuumque læsio accessisset. Peritissimi quique adhibiti Medici conuulsione epilepsie finitimam, à maligno venenatòque vapòre spinæ dorsalis impactò, censuerunt, qui vapor in eos nervos irrueret, qui à spina in artus quoquoersum, non autem in cerebrum, disseminantur. Varia fuere adhibita remedia, quæ tamen nihil profuerunt, sed mense tertio primùm deprehensus Dæmon quidam, totius mali autor, voce insuetisque verbis ac sententiis, cum Latinis, tum Græcis (quanquam ignarus Græcæ linguæ laborans esset) se prodens. Is multa assidentium, maximèq; Medicorum, secreta detegebat, ridens, quod multa periclitati temerè essent, quod irritis pharmacis corpus hoc penè ingulassent.

Primū. Et omnino primum hoc signum est morborum à veneficiis illatorum, quod Medici etiam doctissimi in morbo cognoscendo dubij sunt, & hæsitant, ac omnino fluctuant, & vix aliquid certi, quo vel sibi ipsis satisfaciant, statuere possunt; & quamuis multa remedia adhibeant, iis tamen nihil proficiunt, sed morbus in dies deterior redditur.

Secundum. Secundum signum est, quòd, cùm morbi naturales sensim incipiant, & sua tempora percurrant, & ad statum perueniant; morbi à diabolo reuera inducti sæpe nullis præsentibus causis, prauisque humoribus, statim in suo vigore constitui videntur; & grauissimis doloribus, ac aliis symptomatibus ægrum affligunt.

Tertium. Tertio ægri inusitata & à Medicis vix dum annotata symptomata patiuntur, & modo in hac, modò in illa parte de dolore coqueruntur; plurimi sine causâ toto corpore emaciantur, fiunt melancholici, quidam conuulsiones varias patiuntur. Addunt nonnulli & hoc, quod, si saga vel veneficus ad ægrum visitandum accedit, statim ille peius habere incipit, & horrore vel tremore corripitur, vel si infans sit, plorat, & alia in corpore mutatio percipitur. Hoc verò certissimum est morbi à veneficio illati signum, si acus, cultri, & similia artificiosa, vel alia, quæ in

corpore humano generari non possunt, vomitu, vel per alium eiiciantur, vel ex vlcibus & vomitibus erumpant aut extrahantur.

Recentent alij & alia signa, quibus agnoscantur morbi à veneficio illati, sed pleræque sunt superstitiosa: inter quæ proculdubio & illud referendum, quod nonnulli iubent decocto verbenæ ægrum abluere, & si in decocto illo nihil reperitur, vel decocti color non mutetur, ægrum non esse veneficio affectum; si verò in decocto magna pilorum copia, & imprimis propriorum, inueniatur, signum esse veneficij, eiusque grauissimi; si verò pauci pili reperiantur, signum esse veneficij, sed mitioris, & quod curationem admittat, existimant. Cùm enim vi verbenæ pili illi nec generari in aqua, nec è corpore elici possint: quis non videt, Diabolum, qui morbum intulit, eos, qui superstitionem illam tentant, ludere?

In specie verò coitus impotentiam & Veneream ablatam quod attinet, eam à veneficio esse, id certum signum est, si vir antea sat potens subito, nulla causâ naturali præcedente, illam potentiam amittat, & cum vxore, etiam quam amat, rem habere non possit; vel si vir ad alias fæminas potentem sese sentiat, ad vxorem verò propriam impotentem; vel si coniuges, quæ antea mutuo sese amarunt, iam sine omni causâ sese auerlantur & odio habent.

Ad signorum horum declarationem & confirmationem non parum facit historia Sartoris cuiusdam, qui adhuc in viuis hinc est, & manibus ambulat. Cùm enim ita contractus & contortus sit, vt genua thoracem attingant, calceos ligneos vtraque manu gestat, isque innoxius corpus reliquum promouet. Est autem hæc in vicino oppidulo, Rloden, duobus ab hinc milliaribus, filius Textoris cuiusdam, nomine Martinus Schiermeister, annum agens decimumtertium, vesperi ad nonam ædes paternas egressus, ad deponenda alui recrementa, in sepem, cui sambucus inserta, incidit, vbi a cæturum subitanea conuulsione prehensus, cùm subitanea in terram prostratione, vt ægrè semel tantum exclamare licuerit; quo clamore exaudito à matre in domum demortui instar deportatus, omnes in eo functiones, sensusq; interni & externi penitus aboliti apparuerunt, & vix vllum superstitis signum deprehensum: respiratio enim aded erat imminuta, vt nullis artis mediis ab vilo adstantium explorari potuerit. Vitam idcirco cum morte commutasse, constanter plerisque asseuerarunt; donec alij accedentes hoc consilij suggessere, relinquendum, nec sepulturam, vsque dum tertius dies finitus, procurandam: quippe cùm insignes mutationes certas vindicias salutis vel mortis in desperatis ex fascino (ad quod omnes grauissimi huius affectus causam referebant) prouenire solere, aliquoties acceperint. Horum monitis mater vidua obtemperans cuncta procrastinauit in tertium, quo ferè elapso, eadem qua correptus, hora, sensim sibi restitutus fari incepit; tantis verò, tamq; immanibus ac sæuis doloribus lancinatus, vt omnia eius iam euulsa, eque situ naturali mota, distra&aque viscera existimauerint, cum corporis totius mira cocussione & contorsione; adeoque dies noctesque nec cibum nec potum capientem miserè eiulantem tractauere. Continuati verò acerbissimi cruciatus, absque vilo interuallo, per triduum, vbi doloribus paulum remittentibus, tanta totius, membrorumque

omnium conuulsio subsecuta, vt absque strictio- A
re ligatura artuum nihil quicquam assumere va-
luerit. Demum inordinatum hunc motum ex-
cepit grauissima tensio omnium musculorum ma-
iorum, femorum, surarum, & narium præsertim,
in quibus nouem insignia foramina oborta, per
quæ potus, aliæque fluida, vt exhibitæ, confestim
effluxere, tandem absumpta omni musculorum
prædictorum carne, vermes vndecim, post quar-
tum annum, tot medicamentis à Chirurgis adhi-
bitis, in lecto reperti sunt, sponte elapsi, longitu-
dine medij digiti, nigricantibus capitibus, pedi-
bus innumeris, quos vbi mater ex stragulo in
terram proiecit, deprentè multis præsentibus e-
uanuerunt. Mater omnem licet substantiam in B
restitutionem filij impenderit: pristino tamen
vigori minimè restitutus, conuulsus vsque adhuc
permanet, & tendinibus crurum contractis, pe-
dum officio destitutus, manibus innixus, gressum
formare cogitur. Cui accedit spinæ dorsæ, vt
apparet, circa tertiam thoracis vertebram, insi-
gnis ad exteriora reflexio, ad latum palmum, ster-
nique elatio, ni fallor, ob dislocationem vertebra-
rum. Annus ipsi 25. nunc, nec dum à pristinis eru-
ciantibus immunis semper, sed circa certas Lunæ
phasibus recrudescens, quasi dolorum paroxys-
mus affligitur, præterea capitis dolore attentatur,
neruorumque accedit tensio per vniuersam spi-
nam, quam interdum ita infrigidari conqueritur,
ac si frigidissimâ aquâ de subito irrigaretur. Hi-
C storia autem hæc mihi in memoriam reuocat,
quæ in iudicialibus actis, in vicino oppido, Cosu-
viga, habitis de duabus sagis legi, quod scilicet
altera, Barbara Bortubers, nomine, Anno 1624.
die 5. Iulij, confessa est, se cum Diabolo concu-
buisse, & ex eo grauidam factam esse, ac per
menssem semper gestasse, & peperisse duo ani-
malcula hirsuta seu pilosa, instar muris, crassitie
lumbricorum, capitibus nigris, quæ vel homini-
bus ad nocendum immiserit, vel sub sambuco
sepeliuerit. Altera item, Heduuigis Labekin,
Anno 1630 8. Iunij, fassa est, se cum Diabolo
rem habuisse, & prima vice nihil perperisse; post-
ea verò grauidam factam, 4. 5. 6. 7. 8. septimanis
vterum gestasse, tandemque cum nullo ferè do-
lore peperisse nunc vnum, nunc duo animalia,
muscæ instar, hirsutæ, quæ sub sambuco sepeli-
uerit. An ergo Sartori huic illa animalcula &
vermes sub sambuco à venefica forsân quadam
sepulti, immissi sint, aliis iudicandum relinquo.
Neque enim, quæ de concubitu sagarum cum
Diabolo, & inde facta conceptione & partu dis-
putantur, discutere huius loci est.

Pro-
gnosti-
cum.
Suppeditat & hæc historia Prognosticum
quoddam; nimirum morbos omnes à veneficio
inductos curabiles non esse, sed, DEO permit-
tente, à Diabolo corporis humani constitutio-
nem ita sæpe vitari posse, vt nulla humana ope
in pristinum statum reduci possit. Id quod in E
hoc Sartore factum, quem nullis auxiliis pristi-
nam sanitatem recuperasse, certum est. Et om-
nino multi morbi DEI permisso à Diabolo in-
duci possunt; qui planè sunt incurabiles. Ita
in oculo situm humorum peruertere, in aure
tympanum rumpere, in aliis membris alia de-
struere potest: quæ cum nunquam in pristinum
statum reduci queant, morbi incurabiles inde ex-
citantur.

CAPVT VII.

De præseruatione.

CVM melius & tutius sit, morbum imminen-
tem auertere, quàm præsentem iam depel-
lere, etiam consultius est, à morbis, qui venefi-
ciis inducuntur, sese munire, quàm inductos tol-
lere. Quod qua ratione fieri possit hoc loco di-
cendum. Equidem extant apud gentiles multa
medicamenta, quæ contra veneficia prodesse fe-
runtur; quæ tamen pleræque videntur supersti-
tiosa. De Rhamno scribit Dioscorides, lib. 1. cap. Præser-
uatio à
morbis
venefi-
cis.
104. ferri, Rhamnum, appositis pro foribus se-
neltrisue ramis eius, omnium venenorum arcere
maleficia. Idem, lib. 4. cap. 126. scribit: Leon-
topodii radicem ferunt & χρυσῆν εἰς φίλτες ἀε-
απομένω, amorum veneficus vtilem esse. Plin-
nius eiusmodi multa habet. Lib. 13. cap. 4. lignum
palmarum, dente contra fascinatores politum, reli-
gione vtile esse scribit. Lib. 28. cap. 8. frontis hye-
næ corium fascinantibus resistere refert. Eodem
lib. cap. 10. scribit: Veneficiis rostrum lupi resi-
stere inueteratum aiunt, ob idque villarum por-
tis præfigunt. Hoc idem prætare & pellis è cer-
uice solida extimatur. Antonius Musa, Cæsaris
Augusti Medicus, Betonicam animas hominum
& corpora custodite, & nocturnas ambulationes
à maleficiis & periculis, refert. Et testant talia
apud Autores passim plurima. Et hodie rustici
ac vulgus nonnullas plantas in domibus suspen-
dere solent, ad veneficia & incantationes auer-
tendas; & hypericum vulgus ea de causa Fugam
dæmonum appellat. Fugere etiam aiunt dæmo-
nes suffitum cornu caprini, & cuiusuis stercoreis,
ac præcipuè humani. Et pro sententia ista proba-
nda afferunt exemplum Tobie iunioris, qui
iussu Angeli Raphaëlis suffitu iecoris, pis-
cis cuiusdam dæmonem, qui septem Saræ spon-
sos antea occiderat, fugauit, Tobia 8.

Verùm cum præseruatio nihil sit aliud, quàm
causæ morbum facturæ auersio; morbi verò isti,
vt supra probatum, proximè ab ipso Diabolo in-
ducantur: facillè hinc patet, res istas naturales, &
similes Dæmones morbum inducturos fugare &
auertere non posse. Nam cum Dæmones sint
incorporei, & sensuum organis careant, à corpo-
ribus naturalibus affici, & ex iis vel voluptatem,
vel molestiam percipere naturaliter non possunt.
Interim DEVS, qui supra naturam est, rebus
naturalibus vim agendi etiam in incorporea tri-
buere potest. Quam procul dubio etiam suffi-
tus ille iecoris piscis non ex se, sed ex viâ Deo
concessa habuit.

Cum ergo res naturales vim veneficia auerten-
di & præcauendi non habeant, porro quæritur; si
quis veneficam aliquam suspectam habeat, &
metuat, ne sibi noceat, an liceat eam orare, vel
blanditijs persuadere, ne noceat; aut liceat ab ali-
qua alia saga amuletum contra veneficia petere.
Vbi omnino respondendum, non licere. Nam
cum, vt supra probatum, ipsæ sagæ morbos non
inducant, sed Diabolus; hoc modo Diabolus
honoraretur, & ab eo peteretur, ne noceat; quod
nullo modo licet.

Quapropter cum nec res naturales dæmonis
potestati resistere possint, nec etiam à Diabolo,
cuiusque ministris auxilium petere liceat; is in au-
xilium vocandus, qui Diabolo resistere, omnem-

Vulgi
aduer-
sus ve-
neficia
remedia

Diabo-
lus re-
bus na-
turali-
bus non
fugatur

An li-
ceat sa-
ga ora-
re ne
noceat

Vera
venefi-
cia prae-
cauendi
ratio.

que eius potentiam inhibere valet. Talis est solus DEVS & boni Angeli. quorum ille ministerio utitur, sine cuius permisso nullum diabolus homini damnum inferre potest. Ideoque etsi ipsa experientia doceat: quanta pericula à diabolo & veneficio hominibus quotidie impendeant, & quomodo à diabolo, & dormientibus noctu, & vigilantibus de die, variæ insidiæ struantur, quæ humano consilio & prudentia vix satis vitari possunt: tamen ab omnibus iis satis tutus est, qui sub Dei tutela est. Ergo qui à veneficiis tutus vivere vult, se & sua omnia quotidie & sæpe diuinæ protectioni commendat, cumque oret, ut sibi bonos Angelos custodes addat, suamque fiduciam in Domino nostro Iesu Christo ponat, qui in hunc mundum venit, ut opera diaboli destrueret, & qui, dum in hisce terrenis visibiliter versaretur, tot malos dæmones eiecit, hominibusque multos à spiritibus infirmitatum liberavit. Simul eam vitæ rationem inerat, quæ Deo grata est, & à peccatis absteineat, quibus Deus offendi, boni Angeli abigi, mali verò dæmones allici solent. Propterea vitanda ea, quæ dæmonibus hominem inuadendi occasionem præbent: nimirum sermones impari, librorum obscænorum lectio, & huiusmodi alia, sed potius pietati studendum; id quod etiam Angelus Raphaël Tobiam, *Tobia 6. v. 16.* docet. Audi me, inquit Angelus Raphaël, & ostendam tibi, qui sint, quibus præualeat potest Demon. Hi namque, qui coniugium suscipiunt, ut Deum à se & suam mente excludant, & suæ libidini ita vacant, sicuti equus & asinus, quibus non est intellectus, in eos Dæmon potestatem habet.

CAP V T VIII.

De curatione morborum à veneficiis inductorum, & primò Magica.

Curatio morborum à veneficiis inductorum quotuplex.

Curatio autem, quæ ad morbos à veneficiis inductos adhiberi solet, triplex apud Autores occurrit. Magica, Naturalis, & Diuina. Equidem gentiles, cum Dei & Dæmonum potestatem rectè distinguere nescirent, vtramque curam, & quæ à Deo, & quæ à diabolo fit, sacram, diuinam, & magicam appellarunt. Verùm, ut mox patebit, longè inter se differunt hæc curationes.

De
Magi-
ca.

Et ut primò de Magica dicamus, Morbos non solum veneficiis inductos, sed & alios, verbis & incantationibus, ac characteribus & ceremoniis curari, non solum è literarum monumentis, sed & vulgo notum est; faciuntque eius rei mentionem Homer. *Odyss. 19.* vbi è vulnere manantem sanguinem carmine repressum scribit, Plato, *lib. 4. de Republ.* Plin. *lib. 28. cap. 2.* Trallianus *lib. 4. cap. 9.* Nicolaus Myrepsus, & alij, quorum sententias collegit Augerius Ferrerius, *meth. med. lib. 2. cap. 11.* vbi de Homericæ curatione agit. Et plura talia allegat Martinus Delrio, *disquisit. magic. lib. 6. cap. 2. sect. 1. quæst. 1.* quæ ibi videantur. Verum de aliorum morborum curatione hinc agere propositum nobis non est, dictumque ea de re aliquid de *Conf. & Dissens. cap. 18.* sed de curatione saltem morborum veneficorum hoc loco agendum. Atque horum morborum curationem imprimis sagæ & veneficæ promittunt, ad quas sæpe vulgi, utinam interdum non etiam eorum, qui plus vulgo sapere debebant, fit concursus: refertque, *ex malleo maleficar.* Baptista Condronchius,

A *lib. 4. de morb. venef. cap. 2.* extitisse quandam in Germania famosissimam in soluendis maleficiis mulierem, cuius domus non solum ab indigenis, sed etiam remotissimis populis eius gratiâ frequentabatur magis, quàm apud nonnullos templa, adeo, ut Comes quidam incredibilem quantum extorserit, vestigali imposito, ut, quicumque mulierem adiret, denarium solueret. Verùm cura hæc approbanda non est, & verba, characteres, incantationes, adiurationesque nihil ad tales morbos sanandos præstare possunt; sed si euentus responderet, is omnis à Diabolo pendet.

Docuimus enim iam, de *Consens. & Dissens. loc. o. al. leg.* verborum & characterum nullam vim esse ad morbos vel naturales, vel veneficos depellendos. Nam verba saltem ex arbitrio hominum rebus imponuntur, & quidem apud nationes diuersas diuersa, & scribuntur vel in charta, vel ore profertur. In charta scripta saltem figuræ sunt, & propterea nullam efficaciam habent. Verba prolata verò sonu sunt, ex aëris fractione ortus, saltem auditum afficiendi, & eorum, qui vna lingua utuntur, sensa animi patefaciendi vim habens; ipsos verò morbos, corporisque constitutionem tantum afficere non potest, quantum non potest color auditum, aut sonus visum afficere.

B Eadem ratio characterum est, qui cum res sint artificiales in corpus humanum, quod naturale est, agendi vim non habent. Omnis verò agendi vis substantiis competit, quæ à suis formis agendi potentiam habent, & per qualitates efficaces sunt. Etsi verò nonnulli, cum negare non possint, vulgarium verborum nullam esse efficaciam, eò confugiunt, ut diuinorum verborum esse aliquam vim, & tantam Maiestatem, ut vel ipsi Dæmones eorum potestate fugentur illico, & contremiscant, contendant: tamen in eo falluntur. Nam nulla verba diuina sunt, sed ex arbitrio hominum est, ut rebus diuinis imponantur, & quidem alia apud alias nationes; & proinde nulam qualitatem Physicè, vel etiam supra naturaliter operandi habent. Qui verò nominibus respectu rerum diuinarum, quas significant, abutuntur, in Deum & res diuinas iniuriæ sunt.

C Et si verò nonnulli, cum negare non possint, vulgarium verborum nullam esse efficaciam, eò confugiunt, ut diuinorum verborum esse aliquam vim, & tantam Maiestatem, ut vel ipsi Dæmones eorum potestate fugentur illico, & contremiscant, contendant: tamen in eo falluntur. Nam nulla verba diuina sunt, sed ex arbitrio hominum est, ut rebus diuinis imponantur, & quidem alia apud alias nationes; & proinde nulam qualitatem Physicè, vel etiam supra naturaliter operandi habent. Qui verò nominibus respectu rerum diuinarum, quas significant, abutuntur, in Deum & res diuinas iniuriæ sunt.

D Ceterum cum Paracelsus ipse etiam agnosceret, verba & characteres nullam ex se morbos veneficos depellendi habere efficaciam, sed esse symbola & instrumenta Diaboli: nihilominus, ut de *Conf. & Dissens. Chym. & Aristotel. cap. 3.* diximus, statuit, licet à Diabolo, præcipuè in morbis veneficis, auxilium petere. Ita enim, in *lib. de occult. Philosophia*, docet: Si quis veneficiis sit læsus, esse fabricandum pedem vel manum, vel aliud membrum, ad formam eius, quod ægrotat & dolor, vel etiam imaginem totius corporis, atque illam esse inungendam, atque obligandam, non dolentem hominem. Si homo per incantationem vsum sermonis, visum, auditum, vel virilitatem amiserit totius hominis imaginem è cerâ esse faciendam, forti fide, & fixâ imaginatione; atque illam imaginem debito modo curandam esse.

E *Et mox:* Medicus non omnia, quæ scire debet, in Academiis discere potest, sed opus est, ut interdum vetulas, zigeunos, necromanticos, agyrtas, rusticos senes, & eiusmodi viles homines alios consulat, & ab iis discat. Plura enim de talibus norant, quàm omnes Academiae. Idem, de *morbis inuisibil. pag. m. 113.* scribit, Deum Magiâ Diabolum donasse, & valde peritum in luce naturæ posuisse. Hanc autem ipsi eripi posse: artem vsurpandam,

Verbo-
rum &
chara-
cterum
nulla
effica-
cia.

Anli-
ceat
Diaboli
operam
imple-
rare.

Diabolum relinquendum esse : idēque nos in hoc mundo versari : vt minor à maiori discat *Ibidemque* scribit : Si per characteres aliquid boni in nobis fiat, eodem loco habendos esse eos, ac si plantæ essent ac etiam si Diaboli fiat, eodem loco id habendam esse, ac si essent pixides è pharmacopolio; & si Diabolus verbum pro herba sumit, sit *inquit*, nobis instar herba: verba eius species, characteres eius composita ac sirupi sunt, *Ibidemque* docete: Si Deum toto corde amemus, etiam si Diabolus nobis offerat argentum, aurum, iuuet nos, exhibeat nobis medicamenta, eripiat nos ex carcere, credendam esse, hoc iussu Dei fieri.

Paracelsi impietas.

Verùm magna hæc Paracelsi est impietas. Et enim Diabolus infensissimus homini generis hostis, & ab initio homicida est; & propterea nihil boni, ac nullius morbi curatio ab eo sperari potest. Recteque Chrysostomus statuit, potius mortem homini Christiano obeundam, quam vitam hominis ligaturis redimendam. Et Leo, *de Passione Domini, serm. 9.* scribit: Beneficia dæmonum omnibus sunt nocentiora vulneribus. Neque vllum exemplū è sacris literis afferri potest, quòd deus per diabolum hominibus benefecerit. Sat multæ Angelorum myriades dei ministerio inseruiunt, vt non sit opus, diabolo vti ad homines è carcere eripiendos, (per Angelum bonum Petrum è carcere ereptum esse, ex Actis Apostolorum, *cap. 12.* patet & homini sanitatem restituendam. Ideoque solūm à deo, vt postea, dicitur, auxilium petendum, non ab eius, & homini generis hoste, diabolo. Vnde etiam cum Rex Ochozias, *4. Reg. c. 1.* ad Beelzebub, Accaronitarum Idolum, quoddam de valetudine sua consultum ablegasset, Elias propheta illis obuiam factus, ita eos alloquitur: Nūquid quia non est deus in Israël, mittis, vt consultatur Beelzebub, deus Accaron. Idcirco de lecto, supra quem ascendisti, non descendes, sed moriendo morieris. Ac Apostolus, *1. ad Corinth. 1.* vetat nos fieri socios dæmoniorum. Et non sine causa ad antiqua Ecclesia institutum, vt baptisandi renuncient diabolo, & omnibus operibus eius. Ideo desertor Ecclesiæ Christi, & castrorum dei est, atque in castra diaboli transit, quicumque quocunque modo auxilium à diabolo petit. Deus sat potens est, vt hominem, si velit, sanare possit: auxilio diaboli nullo modo opus habet. Eius ergo solius auxilium, etsi à diabolo morbus inductus sit, & remedia vulgo nota non profint, implorandum, & dicendum: Dominus occidit & viuificat, deducit ad inferos & reducit, onus imponit, & tamen est salus nostra: ipse inuocandus in die tribulationis, ipse eripiet nos. Ipse sanat quos, & quando vult, nos quos, & quando nos volumus. Mulier illa profluuio sanguinis laborans denum duodecimo anno sanata est, & ille, qui ad Probatam piscinam diu claudus iacuerat, demum trigesimo octauo anno sanatus est, *Ioan. 5.* Imò si Deo non placeat nos à morbo liberare, cum Dauide dicendum: Etsi me occidat Dominus, tamen sperabo in eum.

Frustra quoque sperat Paracelsus, diabolum ab hominibus cogi posse ad præstanda beneficia. Longè enim maior diabolo potentia est, quam vt à nobis cogi possit, & quando se cogi simulat, promptissimus adest, vt homines sibi mancipet. Verùm vt doctrina de curatione Magica clarior fiat, duæ quæstiones decidendæ sunt: Prima est; *An sagas & veneficos, quos morbum aliquem*

A induxisse suspicio est, licet rogare, vel etiam cogere, vt venefici umollant, morbumque, quem ipsi, vel alij induxerant, auferant. *Altera; An liceat illa signa, seu instrumenta, quibus per morbo alij inducendo, vsi sunt, querere, inuenta amouere, delirare, soluer comburere.*

Primam quæstionem quod attinet, de ea Auctores dissentiant. Christiani etiam Imperatores concessisse videntur, vt à magis contra morbos veneficos auxilia petantur; vt patet ex *L. Borum, C. lib. 9. tit. 18. de maleficis*, vbi incantationes contra imbrēs, grandines, ventos probantur. Quod & Canonistæ quidam, Hostiensis, Panormitanus, Goffredus Humbertinus, & alij docent; vt & *Scorus lib. 4. distinct. 34.* vbi scribit, superstitionis esse, si quis statuat, non esse maleficium superstitione depellendum. Et ex Sprengero, *in mille maleficis*, referunt, Episcopum quendam in Germania ægrotantem, cum è vetula saga cognouisset, se ex maleficio ægrotare, nec aliam recuperandæ valetudinis viam esse, quam vt eadem saga veneficio periret, quæ ipsum veneficio affecerat, misisse Romam, ad Nicolaum Quintum Papam, vt veniam indulgeret huius curationis adhibendæ: Papam verò, qui Episcopum deamabat vnicè, indulsisse, hæc clausulâ dispensationi additâ, vt ex duobus malis fugiatur maius. Sagam diplomate allato dixisse, eum se ipse & Episcopo placeat, se illud effecturam. Sic mediâ nocte restitutum fuisse Episcopum; sagam verò, quæ eum fascinauerat, in morbum, ex quo obiit, incidisse.

An liceat à sagis morborum veneficio ab ipsi doctorum curationem petere.

Verùm saniores & prudentiores istam curam planè improbant, & vt docti viti annotantur, legem illam Constantini lege recentiore sustulit Leo Imperator, *constitut. 35. de Incantator. pena.* Et enim cum, vt supra, *cap. 5.* probatum, sagæ mediis illis, quæ adhibent, nihil præstent, sed dæmon illa omnia efficiat in curatione eodem modo sese res habet, ne ipsæ sagæ aliquid præstent, sed Diabolus. Ideoque qui sagarum & veneficarum opem hæc implorat, ipsius diaboli opem implorat. Non verò diaboli opem implorandam esse, iam antea probatum; nec faciendâ mala, vt eueniant bona, sed potius, vt antè ex Chrysostomo, *hom. 2. in epist. ad Coloss.* dictum, mors homini Christiano subeunda, quam vita ligaturis redimenda. Vnde tam seuerè Deus, *Leuit. 20. vers. 6.* prohibuit, Magos consulere. Anima, *inquit Dominus*, quæ declinauerit ad Magos, arolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, excindam eam de medio populi mei. Itaque, vt postea, *cap. 9.* dicitur, si remedia naturalia non profint, ab vno Deo auxilium petendum, qui, si vult, semper iuuare potest; si non vult, in eius auxilio acquiescendum. Et licet interdum media, quæ à diabolo adhibentur, illicita non videantur; quia tamen à diabolo proueniant, nullo modo vsurpanda. Ita refert Bodinus; *sagar. dæmonem. lib. 3. cap. 5.* quandam, Barbaram Doream, confessam esse, se iis, quos fascinauerat, medicinam fecisse discissa columbâ, & ægrotantis stomacho impositâ, cum his verbis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, D. Antonij, & D. S. Michaëlis Angeli curari possis ab hoc malo; & mandauisse, vt nouem diebus Missam in templo vici illius curarent celebrari. Verùm cum eadem facta sit, se remedium istud à Satana didicisse, omnino vt supersticiosum & blasphemum reiiciendum. Et licet sagæ Satanz ope ægros curent: tamen

An Diabolus cogi possit ad beneficia præstanda.

feriò nunquam Satanas hominibus prodest, vel prodelle, cupit; sed etiam bene facere videtur, alio modo ijs nocet. Tollit nimirum morbum ab hoc, & immittit alij: sanat corpus, vt animam sibi deuinciat ac perdat: sanat vnũ, vt plures eidem impietati & superstitioni implicet. Id quod etiam in curatione Episcopi illius, cuius modò mentio facta est, accidit. Cum enim antea solũ illa saga, quæ Episcopum fascinoauerat, sceleris illius rea esset, postea factum est, vt & Episcopus, & Papa, & Saga, quæ morbum in primam sagam immisit, eiusdem sceleris participes facti sint. Interim saga illa, quæ mortua est, nunquam respuit, sed ad extremum vitæ halitum se recuperandæ valetudinis gratia diabolo commendauit. Et omnino certum est, veneficas, dum morbos tales depellere volunt, diabolum venerari, vultuque in terram demisso eius opem expresse implorare, vt aliquot historiis id probat Bodinus, *lib. 3. demonom. sag. cap. 5.* Summa: cum sagæ, quicquid faciunt, diaboli ope præstent, non fas est, alium ad peccandum, vel persuadere, vel cogere, nec diaboli opem seu immediatè, seu per alios implorare. Nunquam enim non est Deus in Israël, vt ad Beelzebub eatis *inquit Dominus, 2. Reg. 1.*

An liceat sagas iniis & vi ad auxiliandum implicere.

Verùm distinguunt hinc quidam, & putant, non licere, vt veneficæ precibus flectantur, vt tollant veneficia; fas verò esse, vt minis, verberibus, & violentia adigantur, vt morbum, quem intulerunt, depellant. De qua re pluribus agit Nicol. Remigius, *lib. 3. Demonol. cap. 3.* vbi statuit, multum interesse, an vi, an precatio aliquid à venefico auferas & consequare. Illud enim contemptum ac dedignationem; hoc admirationem, obtemperacionem, animũque se suppliciter deiciẽtem ac demittentem significare. Additque porò, potius ipsam mortem ferendam esse, quàm ad tam horrendum sacrilegium adduci nos sinamus, vt quasi supplices, venerabundique à dæmone opem imploremus; cum Deus solus sit colendus, atque obsecrandus, atque is sit zelotes, qui non patitur quicquam de gloria sua decerpi, delibarique, quod alteri adscribatur. At quod venefica adigi possit, vt morbum, quem induxit, auferat, aliquot historiis probat, idque licere existimat. Neque enim hic vllas blanditias, & preces ac venerationem accedere, neq; sagam, verberibus pulsatam, habere quo gloriatur, ipsũque dæmonem quasi obtorto collo à noxa retractum, anissa præda in fugam versum, derisum, spretũque ac nihili penitum se agnoscere. Et rem perinde se habere putat, ac si quis furto sibi ablatam rem à fure per vim auferat, aut ab hoste arcem occupatam armis recuperet. Tandemque concludit, si quis fidenter atque intrepidè, vtj hominem nullius malæ rei conscius, & Dei nixum præsidio decet, Satanam & maleficam mulierem adoriatur vi, minis que cogat, vt ab iniuria ac maleficio temperet, lædere cesset, atque absteineat, corpore faceffat; eum nihil illiciti facere.

Verùm ipse Remigius planè negare non potest, eum, qui ita morborum liberationem à maleficis per vim extorquere conatur, non omnino culpa vacare; quia illorum opera ministeriũq; intercedit, quæ causam aliquam impietatis habere videntur. Etsi verò culpam istam ita extenuat, vt eum expectè esse putet illius, quæ Deum hominibus adeo infestum reddit, pacificationis cum Dæmonibus: tamen ea culpa non ita leuis vide-

atur? Nam & hic, & dum vi adiguntur sagæ, vt morbum tollant, à diabolo auxilium speratur. Etenim sicut morbi tales, vt supra probatum, à sagis non inducuntur, sed omnia, quæ ipsæ agunt, vana & futilia sunt, diabolum verò omnis mali autor est; ita ipsæ morbũ tollere non valent, sed diabolum illum tollit. Interim sagæ coguntur, vt diabolum honorent, & eius auxilium implorent. Imò ipse, qui sagam cogit, diabolum honorat, quia credit ipsum posse morbum hunc curare; cum optimè norit, sagam hoc non præstare, nec media ab ea adibita. Ideoque diabolo hic honoratissimus est, & non tam iniuriis, quæ mancipiis suis inferuntur, offenditur, quàm hoc honore delectatur: & proinde qui hoc modo sanari cupit, implicito pacto cum diabolo se immiscet, cum cogat veneficam istam facere vi pacti, quod cum diabolo iniit. Et propterea diabolum non coactus id facit; cum nulla potestas sit in terra, quæ diabolum cogere possit, quod Deus ipse de eo, *Iobi 41. vers. 24.* sub nomine Leuiathan testatur. Huic experientia constat, quod Diabolum non credit nec iuuat, nisi cum putat, se plus nocere posse. Id quod ipse Remigius negare non potest, dum eodem loco scribit, nunquam esse solidam gratiam, aut plenum intentũque beneficium, quod conferunt Dæmones; sed statim vel æquali, vel grauiori aliqua iniuria atque incommodo luendum esse ei, qui impetrauit; & vnus salutem alterius interitu constare. Id quod non saltem de beneficio, (si ita rectè appellari potest) sed etiam vi impetrato verum est. Sicut & id confitetur, nihil ad curationem conferre, quæ sagæ, etiam vi & verberibus coactæ, exterius adhibent morbis à se immisissis remedia; sed vel ea prætexi quasi integumenta veneficij, quod, veritæ legum seueritatem, occultant, vt cum herbas, balnea, vnguenta, aliæque, quæ in vsu quotidiano habent homines, quibusque, quæ videntur, vires certè nullæ sunt, adhibent; vel excogitari ad infestandos superstitione mortalium animos, veluti cum ad votiuas peregrinationes, vel donaria adducunt; vel denique adhiberi ad conuellendam labefactandamque spem & fiduciam, quam in vno Deo defixam nobis esse oportuit. Summa: qui etiam sagas vi cogendo à morbo liberari cupit, auxilium non à Deo, sed à diabolo quærit & sperat. Neque est, vt quis sibi persuadeat, non esse alia remedia. Dantur enim alia, de quibus *cap. seqq.* dicitur. Est Deus Diabolo potentior. Et si nulla spes superesset, præstaret tamen mori, quàm per peccata sanari; cum salus animæ corporis salutis præferenda, Desque gloria, quæ hic negligitur, omnibus anteponenda sit. Et qui amat animam suam plus, quàm Deum, perdit eam. Et longè alia est ratio, si quis rem furto ablatam furi abripiat. Vis enim ea iure concessa, ac in hominis potestate est: ac maleficio maleficio sanare, & Diaboli ope sanari velle, illicitum. Tandem plus peccat, qui cogit inuitum, quam qui orat patientem.

In quibus omnibus etsi non consentiat Martinus Deltio: tandem tamen non nihil à veritate declinare videtur dum, *lib. 6. disquisiti. Ma per modum aliquem licitum tollere maleficium.* Et *conclus. 5.* quod liceat à malefico petere, aut illum minis & leuoribus verberibus cogere, vt maleficium tollat, quando cunque probabilitè credo, illum sine maleficio,

An maleficus per modum aliquem licitum tollere maleficium.

maleficio, modo aliquo licito, id facere posse, siue
quandocumque non sum moraliter certus, quod
vterur modo illicito. Et sententiam hanc commu-
nem esse dicit Henrici, Scoti, Caietani, & alio-
rum, quos ibi citat. Verùm talia tentare periculo
non vacare, differri non potest; ideoque addit
cautelam ex Caietano, vt quis expresse protestetur,
se nihil commercij cum Diabolo habere velle:
si quis tamen ab ipso, qui nocuit, medelam petat,
fortassis, absolute loquendo, non esse necessarium,
addere illam protestationem, existimat, sed sufficere,
absolute petere, vt nocere desinat; quia res, quæ
petitur, bona & iusta est, nempe non nocere proximo:
& potest, ac tenetur maleficus id licito modo facere,
nempe per medium aliquod naturale, vel per signi
destructionem. Verùm enimerò si in potestate malefici
absolute esset amplius non nocere, liceret id ab eo
petere: sed cum maleficus nihil egerit, sed Diabolus
morbum intulerit, etiam in malefici potestate non est
morbum auferre, sed necessarium est, vt id à Diabolo
impetret. Itaque protestatio est contraria factis
cum, qui à malefico hoc petit, id à Diabolo petat.
A Diabolo verò, vt amico, nihil petere possumus;
cùm omnis cum eo familiaritas à Christo nobis
interdicta sit. Neque etiam per modum imperij id
obtinere possumus; cum Diabolus non nobis, sed soli
Deo subiectus sit. Præterea quis certum me reddere
potest, maleficum, seu qui morbū intulit, seu alium,
mediis naturalibus & licitis vsurum? Et si sperem
eum mediis naturalibus vsurum, cur non ab aliis,
de Magia non suspectis & quibus rerum naturalium
vires rectius, quàm sagis, perspectæ sunt, eadem
auxilia petuntur?

An liceat in-
strumē-
ta Ma-
gica
quæ-
rere
& abo-
lere.

Alteræ quæstio paulò difficilior est; an nimirum
liceat media & instrumenta, quibus sagæ & veneficia
ad morbum aliquem inducentur vsi sunt, inquirere,
inuenta amouere, comburere, vel quocumque modo abo-
lere. Et disputant hac de re varii Scholastici, &
qui eos sequuntur. Primò autem rectè status
controuersie formandus est. Neque enim, vt rectè
monet Guilhelmus Estius, in 4. summ. Thomæ,
distinct. 34. parag. 8. status controuersie est; an
liceat in contemptum, & detestationem magicæ
superstitionis ipsiusque Diaboli, maleficij signa
tollere atque abolere; cum Dominus ipse præce-
perit, Deuteron. 7. & 12. omnia idololatricæ mo-
numenta penitus disperdere: sed hoc quæritur;
an liceat eiusmodi signa inquirere, amouere, de-
struere, spe consequendæ sanitatis, & hac inten-
tione vt Diabolus amplius non noceat. Affir-
mantem sententiam defendunt plerique Scola-
stici, atque adeo quidem, vt Martinus Deltio,
disquisit. mag. lib. 6. cap. 2. sect. 1. quæst. 3. scribat,
nullum, quod ipse sciat, editis libris negantem
sententiam defendisse, præter vnum Joh. Hellsels,
à Louanio, in prælect. in 4. sentent. parum tamen
prudenter & verè. Verùm negantem etiam
Guilhelm. Estius, loc. alleg. vt & Bodinus, lib. 3.
Dæmonom. sagar. cap. 3. & tutiorem & veriorem
esse statuit.

Status
Contro-
uersie.

Pro ne-
gatiua
senten-
tia ra-
tiones.
Prima.

Et omnino sunt negatiuæ sententiæ rationes
sat firmæ. Primò enim si maleficij suspicio fir-
& illius media ignorentur, non nisi per venefi-
cos & sagas per alias patefieri possunt: quæ ta-
men ipsæ cum huius rei notitiam non habeant, de
ea, vt à Diabolo certiores fiant necesse est. At
neque à malefico, neque à Diabolo consilium
vllum expetere licet.

Secun-
da.

Secundò qui remotis istis signis morbum à ma-
Operum Sennerti, Tom. III.

malefico inductum cessaturum putat, eo ipso rebus
illis vires nocendi, quas nullas habent, tribuit, &
Deo præterito, à quo solo morbi immittuntur, à
Diabolo & eius organis opem petit.

Tertio qui sigilla illa tollit spe consequendæ
sanitatis, effectum illum vel à naturali causa, vel
à Deo & bonis Angelis, vel à Diabolo expectat,
At certum est, quod non à naturali causa tum
morbis tollatur; cùm signa illa nullas vires, seu
nocendi, seu sanandi habeant: neque etiam à
Deo & bonis Angelis; cum Dei auxilium tum
non impleretur. Ergò si effectus, qui speratur,
consequitur, necesse est, vt à Diabolo proueniat.

Equidem Martinus Deltio, qui in contraria
sententia defendenda valde laborat, disquisit. Ma-
gic. lib. 6. cap. 1. sect. 1. quæst. 3. parag. 5. respondet, ef-
fectum insufficientem enumerationem partium. Sani-
tatem enim expectari à morali causa, nempe
a motione signi id quod probat 8. hoc exemplo
declarat: Si quis cum hoste foret pactus, vt sus-
pensa de muro flammula candida accurrat, &
portam occupet, ac vrbe potiatur; & tertius quis-
piam ciuium hoc resciscat, nonne, inquit, tollere
licebit hoc signum? Imo meritorium erit, si fece-
rit, nec proditoribus consentiet. Verùm quid
actiones morales ad morborum curationes? Et
simile, quod adducit, nihil ad rem facit. Cùm
enim hostis posito signo proditorum auxilium
speret, & si inscio proditore signum amoueat,
nihilominus proditor hostem iuuare promptus
sit; hoc saltè accidit, vt signo amoto de prodito-
ris auxilio incertus sit hostis, & propterea urbem
aggredi non ausit. Tale nihil Diabolo signo
amato accidere potest. Is enim, si vellet, & Deus
permitteret, signo amoto æquè nocere posset,
neque sagarum auxilio opus haberet. Et nullius
momenti est, quod addit, eum, qui signum remo-
uet, idem facere, ac si diceret: Signum, quod no-
cumento inferendo posuisti, continuo & perdo:
non est, quod doceas: amplius nocere non tene-
ris. Etenim quæstio est, et si quis talia ad diabolo-
lum dicat, an propterea teneatur, & eo modo co-
gi possit, vt non amplius noceat. Quod si faciat,
ab homine rogatus id facit, qui tamen peccat,
quod à Diabolo sanitatem petit. Itaque nullius
etiam momenti est, quod regerit Deltio, expeti
sanitatem non à positiua aliqua dæmonis actione,
sed à priuatione actionis, siue cessatione. Quod
etiam obiicit Lessius, de Iustitia ac iure, lib. 2. c. 44.
dubitat 5. num. 40. dum scribit, effectum, qui hic
expectatur, non esse actionem aliquam positi-
uam dæmonis, sed cessationem, siue priuationem
actionis: quem effectum liceat à Dæmone expec-
tare. Verùm, primò necessationem illam à
Diabolo petere licet; cum nullo modo Diabolo
supplicandum sit, & nihil reuera boni à Diabolo
expectari possit. Neque enim, quod etiam assert
Deltio, eodem modo, quo fugam ab obsesso ex-
pectamus, eo ipso etiam a motione signi cum ces-
saturum à nocendo sperare possumus. Nam cùm
fugam diaboli ab obsesso speramus, eam futu-
ram putamus Dei auxilio, qui precibus ea de caus.
sa imploratur: at ista à nocendo cessatio non à
Deo petitur, sed à Diaboli voluntate speratur,
quod impium est. Et quis certus esse potest,
ac certo sperare; Diabolum amoto signo am-
plius non nociturum? Non enim coactus hoc
facit. Ergò si liberè id facit, vt honorari &
adorari quasi velit, facit. Et certè Diabolus
nunquam sponte cessat à nocendo corpori,
nisi vt grauius noceat animæ: cùm sit hostis

Tertio.

Obie-
ctio Dei
rio re-
futatur.

E

tionem mali, in quod quis incideret, si eum locum pertransiret: signorum autem ablatio naturaliter non est ordinata, ut quis per illam à morbo liberari possit. Imò existimo, si quis firma in Deum fiducia talem locum pertransiret, nihil mali à diabolo passurum; nisi forsan ex singulari suo consilio Deus id diabolo; permitteret.

Quinti. Quintò aiunt, Deum ipsum præcepisse, ut idola gentium destruantur, & licere ad imitationem Christi, qui venit in hunc mundum, ut destruat opera diaboli, *1. cor. 1. cap. 3.* destruere signa ista, quæ sunt opera diaboli. Verùm respondeo. omnino id licere facere; sed non spe consequendæ sanitatis. Hoc enim si accedat, longè alius finis est remotionis idolorum, & remotionis talium signorum. Idola enim illa destruebantur, ne amplius diabolus honoraretur, & hominibus ad idololatriam occasio daretur; verum signorum horum, & mediorum Magicorum amotione diabolus honoratur, dum ab eo sanitas speratur. Ideòque non licet externa diaboli opera destruere, ut instituantur interna, superstitio nimirum, & societas cum diabolo & anima hominis. Sicut neque peccatum, quod diaboli opus est, per aliud peccatum destruere licet.

Sexti. Sextò dicunt, pactum cum diabolo hoc modo rescindi. Verùm id negatur. Signa illa saltem ad deludendum & decipiendum venefica sunt constituta; interim pactum, quod inter eas & diabolum intercedit, ratum manet. Si verò ad remotionem signi nocere desinat diabolus, non id facit, quòd remoto signo pactum rumpatur, sed ut sagarum, & eorum, qui maleficij signa tollunt, voluntati obsequatur, & à Dei auxilio ad suum auxilium eos auocet.

Septimi. Septimò validam, ut putat, rationem affert Martinus Delrio, qua probare conatur, in amotione signi nihil illiciti intercedere; eamque petit ab enumeratione omnium illorum, qui hinc reperiuntur, actuum. Actus, inquit, sunt vel interni, animi; vel externi, verbi & operationis. Animi interni actus sunt tres: primus desiderij, ut sanitas reddatur, & cesset nocere dæmon, & ad hunc finem, ut tollatur conuentio malefici & dæmonis de nocendo, & quia hoc pactum depedit à signo, cupere proinde ipsum tolli ac destrui. Secundus actus est opinionis, siue crudelitatis humanæ, quod scilicet opinor, seu credo probabiliter, cum sublatione signi pactum cessaturum, & cum pacto noxam. Tertius est spes sanitatis & cessationis noxæ. Verbi externus actus est, regere maleficum, ut signum tollat, & nocere per dæmonem desinat. Operis externus actus est, ipsa signa tollere ac abolere. Atque hos omnes actus esse licitos putat, & probare conatur. Verùm multis modis errat. Etenim desiderare sanitatem suam & aliorum, & equidem licitum est. Imò & hoc concedo, licitum esse, desiderare maleficij cessationem. Sed de hoc iam quaestio est, à quo sanitas, & illa cessatio speranda & petenda sit; an à solo Deo, ut is diaboli opera destruat; an verò etiam à malefico, & signi ablatione? Affirmatur prius, negatur posterius. Neque enim illa signa morbum induxerunt, neque his ablatis cogitur diabolus, ut à nocendo cesset, sed ut ipse Delrio, in responsione ad argumentum septimum, habet, cessat à nocendo, quia sperat, vel maleficum in alium sortem (ut vocat) translaturum, cum nouo suo lucrò, vel sic plures sibi deuincaturum, vi-

Operum Sennerti, Tom. III.

A dentes eum stare promissis. Nimirum dum benefacere creditur dæmon, grauius nocet. Atque ita falsum, quòd destructio signi sit medium necessarium sanitati recuperandæ. Aliud enim, & magis licitum medium est, Dei auxilium implorare, qui, ut non semper permittit, ut per talia signa homini damnum inferatur, ut supra dictum: ita etiam signis istis manentibus homini sanitatem, si vult, reddere potest. Oportet quoque, nimirum, cessaturum maleficum cessante pacto, & signo amoto, est illicita, quia pugnat cum lege Dei, & primo Decalogi præcepto: Non habebis deos alienos. Tertio spes quoque vana est, quia non nititur Dei fiducia, & auxilio, sed diaboli. Ex quo etiam patet, externos illos actus vitiosos & illicitos esse. Cùm enim sagæ istæ non per se sed per dæmonem noceant, non licet ab ipsis petere, ut per dæmonem hominem sanent. Et omnino eò tandem res redit, ut diabolus honoretur & inuocetur. Cùm enim signo amoto cogi non possit diabolus, ne amplius noceat, id sua sponte facit, eo fine, ut homines decipiat; & ut ipse Delrio ait, cessat, ut pactum cum Mago seruet, & sic eum sibi deuinciat, & alios alliciat: cui rei occasionem præbet, qui putat, signi ablatione se sanitatem recuperare posse. Atque ita qui per remotionem signi morbum amoliri, & pactum rumpere vult, ille potius pactum confirmat; cum velit, ut diabolus id faciat, quod promittit, nimirum ut ablato signo morbum amoueat.

Octauò vititur hoc argumento: Si licet, inquit, *Octau.* maleficos de medio tollere, eà spe & fine, ne hominibus amplius noceant per diabolum, ut eius viua instrumenta; licet etiam signa maleficij tollere, ne per diabolum illa amplius noceant, ut eius fictitia instrumenta, non operantia quidem, sed eum ad operandum excitantia. Atque ad hoc argumentum nondum responsum esse putat Martinus Delrio. Verùm facilis est responsio. Est enim hic longè maxima diuersitas. Ut enim sagæ & maleficæ tollantur, mandatum Dei extat: neque id sine ratione; cùm sint homicidæ. Nam si latrones, sua manu homines occidentes occidere licet, cùm non liceat & maleficos occidere, qui diaboli ope homini morbos inferunt, imò eos planè interficiunt? Deinde cum pactum cum diabolo inierint, & deos ac hominibus renunciant, atque eorum hostes se declarant, cur eos occidere non liceat? At de signis istis tollendis nullum Dei præceptum habetur. Ipsa signa enim non interficiunt, neque etiam diabolum ad nocendum hominibus cogunt; sed ipse sua sponte superstitionibus talibus homines implicat. Et proinde ea quidem destruere licet, sed non spe consequendæ sanitatis. Et propterea si quis à malefico læsus sit, non signa adoriatur, sed ipsum diabolum: id quod nullà aliâ ratione fieri potest, quàm Dei & bonorum Angelorum auxilio.

Tandem Baptista Codronchius, qui, *lib. 4. de morb. ven. cap. 2.* affirmatiuam sententiam sequitur, & eandem se in *lib. 2. de Christiana medendi ratione, c. 3.* defendisse scribit, hanc rationem affert; quia veneficia curare vel abolere haud possumus, nisi causas eorum amoueamus; illa scilicet, quibus veneficæ ad infligendos morbos vtuntur. Imò vix aliam cutandi rationem in hoc veneficij genere reperiri putat. Verùm falsum est, quòd illa signa, characteres, imagines, quibus veneficæ ad inducendos morbos vtuntur, sint causæ morborum illorum, ut supra satis

probatum. Ideoque remotione illorum signorum non remouentur morbi, sed diabolus, qui induxit, eos tollit. Neque etiam concedi potest, quod nullius alius detur tales morbos curandi modus, vt mox dicitur. Et licet nullus daretur: tamen ad diaboli opem non esset confugiendum.

CAPVT IX.

De Curatione naturali.

An remediis naturalibus morbi à veneficiis inducti curari possint.

CVM ergo dæmonis & veneficorum ope veneficia depellere non liceat; iam porro queritur, an non alia dentur licita remedia. Occurrunt autem ea duplicia: naturalia & supernaturalia, & super diuina. De naturalibus pluribus disputat Baptista Codronchius, *de morb. venef. lib. 4. cap. 2.* & longè difficillimum esse iudicat, aliquid certi hac de re statuere: cum alij affirmant, remediis naturalibus tales morbos curari posse, alij negent, & pro vtrâque sententia rationes extent.

Pro affirmatiua sententia rationes. Prima.

Qui affirmant, hos morbos remediis naturalibus curari posse, his rationibus vtuntur. Prima est, quod dæmones ad inferendos hominibus eiusmodi morbos naturalibus vtuntur, & varias intemperies inducunt, obstructions excitant, humores corrumpunt, inquinant, malignis qualitatibus inficiunt, putrefaciunt, ad varias partes præter naturam mouent. Has igitur causas, etsi occultas, diligenti inquisitione à Medicis inueniri, & contrariis tolli posse, existimant, & extare in natura talia, ad hos vsus creata multa remedia. Et quamuis præcul dubio cuilibet veneno oppositum alexipharmacum in natura detur: tamen si venenum non semper notum sit, dantur vniuersalia alexipharmaca, quæ ad omnia venena depellenda sunt vtilia.

Secunda.

Secundo, cum dæmones plerunque humore melancholico abutantur; vnde & melancholia diaboli balneum esse dicitur: humore melancholico euacuato, non solum tales morbi veneficio inducti curantur, sed & diaboli obsessos homines humore melancholico euacuato interdum relinquunt. Cuius rei exemplum est in observationibus Martini Rulandi, Senioris, *centur. 3. obseru. 100.* de quadam scæmina dæmoniaca & melancholica, quæ piis precibus & medicamentis humorem melancholicum euacuantibus à diabolo liberata est.

Tertia.

Tertio ad experientiam prouocant. Et passim apud Philosophos & Medicos multa medicamenta extare aiunt, quæ ad eiusmodi morbos vtilia sint. Qualia medicamenta antea etiam, *cap. 7. de præseruatione*, ex autoribus annotata, & plurima passim apud autores occurrunt; quorum aliqua & hoc loco recensere libet. *Rysam* etiam Aristoteles, *20. problem. 2. 4.* vt & Dioscorides, & Plinius commendant. Laudant & *hypericum*, quæ inde fuga dæmonum vulgo appellatur. *Verbena* quoque, quod ad expiationes & amuleta commendatur, sacra herba dicta est; de quo Dioscorides, & Plinius, *lib. 4. cap. 56.* *Artemisiam* secum habentibus mala medicamenta non nocere posse, scribit *Auto. lib. simplic.* qui inter spurios Galeni extat. *Moly* contra veneficia ab Homero demonstratum esse scribit Plinius, *lib. 25. cap. 4.* *Herbæ Pavidis semen* contra veneficia præstantissimum remedium prædicari, è Matthioli, in

Medicamentia contra maleficia.

A *quart. Dioscorid. cap. 78.* apparet; vbi fertur, quod si huius herbæ semen viginti continnis diebus, Drach j. pondere, ieiuno propinetur, mentis alienationem & insaniam, non solum ex morbi diuturnitate, sed ex veneficiis contractam, eo sanari, eiusque vsu qui ex veneficiis stolidi facti erant, integræ sanitati restitutos fuisse. *Antirrhinum* si quis appensum gesserit, eum nullo malo medicamento lædi posse, Dioscorides, *lib. 4. cap. 129.* & Plinius, *lib. 28. cap. 18.* tradunt. *Abrotanum* etiam ad omnia veneficia prodesse, & imprimis iis, quibus coëundi potentia adempta est, scribit Plinius, *lib. 21. cap. 21.* Idem, *lib. 25. cap. 20.* refert, ei, qui quotidie *betonicam* gestat, nulla nocitura mala medicamenta. Et de *sulphure* idem, *lib. 35. cap. 15* scribit, habuisse in religionibus locum ad expiandos suffitu morbos. Ac talia plurima, cum apud antiquos, tum recentiores extant, quæ omnia hic afferre operæ precium non est.

B Qua tamen ratione res tales naturales, seu herbæ, seu mineralia, seu gemmæ contra morbos à veneficiis inductos profint, & diabolum, qui talium morborum autor est, fugare possint, vt amplius non noceat, dissentiant autores isti, & in rationibus reddendis varij sunt. Quidam dicunt, quod, quæcumque fiunt circa corpora obsessâ, vt & tales morbos, dæmones in sui despectum & ludibrium accipiant, & potissimum vbi sunt irrisua & afflictiva, vt sunt fœtida, amara & alia huius generis, vt hac ratione quodammodo cogatur ad fugam diabolus, & à nocendo desinat. Verùm quis non intelligit, talibus rebus nullo modo diabolus affligi nec cogi, vt à nocendo desistat, sed si id faciat, ideo facere, vt homines in sua superstitione confirmet. Alij dicunt, cum ista afflictionum in inferno ferèdarum memoria à diabolo suggerant, vt sulphur, & ignis, eum hoc modo terreri, vt à nocendo abstat. Verùm etiam sine istis diabolus suæ condemnationis non immemor est, nec, etiam si ipsi hoc modo in memoriam reuocetur, cogitur, vt à nocendo desistat. Alij statuunt, Deum cõcreasse, in spiritibus, Angelis, & spiritu humano quandam potentiam sensitivam, non carnalem, sed spiritualem, per quam subiiciantur passionibus rerû corporalium. Verum de anima humana, vt pote quæ forma est sui corporis, hoc verum est; at de Angelis hoc nondum probatum. Alij existimant, quod si res illæ piè ac deuotè adhibeantur, tanquam instrumenta diuinæ iustitiæ in dæmones agere, eaque effectus & opera veneficij tollere. Verùm & hoc probari debet, quod Deus talibus rebus vt instrumentis vti velit, & quod vnquam promiserit, per res naturales eos effectus se editurum, qui sunt supra rerum naturalium vires. Alij tandem putât, res istas naturales non immediatè in dæmonem agere, sed in dæmoniaco, vel maleficio infectum, cum introducant dispositionem illi, quam dæmon immisit, contrariam. Quæ sententia si rectè explicetur, inter reliquas veritati maximè consentanea est, vt postea dicitur.

E Contra alij negant, res naturales contra veneficia quicquam prodesse, his rationibus: Primum quod, cum, vt supra, *c. 7.* probatum, maleficium à diabolo inducatur; rerum naturalium verò in diabolus, vt pote qui spiritus est, nulla sit efficacia: etiam ad morbos à diabolo inductos & dependentes depellendos nullâ vim habere possint.

Deinde cum nulla perfecta curatio, etiam naturalis morbi, possit institui, nisi ipse morbus

Pro Negatiua rationes. Prima.

Secunda.

exactè cognoscatur, & præterea temperiei naturalis, ætatis, consuetudinis, temporis anni, & similia habeatur ratio, & hæc omnia in morbo, etiam naturali, cognoscere difficillimum sit, quomodo cognoscere in morbo à diabolo inflictò, & quomodo omnes actiones, quibus diabolus in humoribus corrumpendis, & variis morbis inducendis vitur, inuestigari poterunt? Iis verò non cogitis perfecta etiam curatio nulla institui potest.

Tertio

Tertio etiam naturalia medicamenta ad vitiosos humores, per quos morbi inducuntur, euacuandos vitia sint: tamen cum morbi illi non solum ab humoribus tollendis dependant, etiam iis solum ablatis curatio talis morbi sperari non potest: quod & de aliis medicamentis alexipharmacis & alterantibus dici potest. Et enim etiam medicamenta vitia applicentur: tamen ne effectus suos fortiantur, diabolus facile impedit potest; & quantum quotidie Medicus de morbo, vel causa morbifica tollit, tantum ille morbi iterum, & causæ morbificæ producere, & ita omnes Medicorum conatus irritos reddere potest.

Certo
ueris
huius
deestio.
Morbo
rum ve-
nifico-
rum dif-
feren-
tia.

Vt autem hæc controuersia componatur, obseruandum, quod supra dictum, morborum, qui pro veneficis habentur, tria esse genera. Primum nullo modo veneficium est: sed cum diabolus aliquem morbo naturali correptum iri animaduertit, ut est rerum naturalium peritissimus, sagis & veneficis persuadet, si, quæ iubet, adhibeant, hominem in hunc morbum lapsurum, in quem tamen lapsus erat, etiam veneficæ nihil tale egissent. Interim sagæ & veneficæ putant sua opera hunc morbum inductum esse, & eo nomine dæmonem venerantur. Secundò sunt alij morbi, qui à diabolo quidem inducuntur, sed per causas naturales, dum is corporis constitutionem naturalem immutat, & humores corrumpit ac alterat. Tertio sunt morbi, qui simpliciter à diabolo inducuntur, non mediantibus humoribus naturalibus. Primum ergo morborum genus quod attinet, id omnino remediis naturalibus curari posse, manifestissimum, & extra dubium est: tertium verò naturalibus remediis curari non potest; cum rerum naturalium in diabolum, qui spiritus est, nulla sit actio. Ad secundum verò genus curandum vitia sunt medicamenta naturalia; verum sola non sufficiunt, sed præterea etiam diuina curatione opus est; de qua cap. seqq. dicitur. Cum in talibus morbis duæ causæ concurrant, humores, & alia, quæ sunt in corpore humano, & præterea diabolus: etiam si prior causa tollatur, tamen, nisi etiam diabolus ab agendo & nocendo cesset, curatio perfecta nulla sperari potest.

Natu-
ralia re-
media
ad cu-
randos
morbos
venefi-
cos du-
plicia.
Vomi-
toria.

Naturalia autem illa medicamenta sunt duplicia; vel euacuantia humores vitiosos, quibus diabolus in inducendis morbis vitur; vel alterantia, & alexipharmaca, dispositionibus illis à diabolo inductis contraria.

Inter euacuantia imprimis vitia sunt vomitoria. Certum enim est, & experientia constat, vomita multos rebelles morbos, quorum causa in vetriculo, mesenterio, ac circa hepar ac lienem hæsit, alijque medicamentis per aluum purgantibus euacuari non potuit, curatos fuisse. Ideoq; etiam vomitoriis exhibitis dæmoniacos curauit Rulandus, ut supra dictum. Humoribus enim illis vitiosis sublatis morbi etiam illi quos mediantibus illis humoribus diabolus induxit, cessant.

Operum Sennerti, Tom. III.

A sicut. Et obseruatum etiam est, quosdam maleficio affectos sanatos fuisse; cum simul vitiosis humoribus cultros, capillos, vitra, & similia reiecissent; non quod res illæ miræ eiectionis causæ morbi fuerint, sed quod humores vitiosi euacuatæ fuerint, à quibus illi morbi pependunt, diabolus verò præstigiis saltem quibusdam inter vomendum res illas addidit. Quæ autem vomitoria cuique morbo & causis conueniant, prudens Medicus dispiciet, & dictum est de iis alibi.

Sunt tamen & per aluum solum purgantia vitia, & propterea non negligenda.

Refert quoque Henricus ab Heer; lib. rarar. obseruat. 13. quendam non quidem maleficio & incantatione, sed philtro male affectum, per urinas euacuatum & sanatum fuisse. Cum enim iuuenis quidam quatuordecim annorum amatorem puluerem accepisset, in hæmorrhagiam nazum maximam incidit, & mox per os grumos sanguinis ouo maiores eiecit, ut per omnia momenta suffocandus videretur; nec multo post per urinam aluumque sanguinem tanta copia excreuit, ut non solum aliquot matulas, sed & situlam capacem impleuerit, cui sistendo etiam varia auxilia exhiberentur; omnia tamen frustra fuerunt, & tandem aures iuuenis ceromatis loco sanguinem purissimum fundebant, isque denique pro mortuo habitus, & in stramine repositus est. Verum cum reuiuisceret, & potus aliquid sumpsisset, placido se dedit somno, ex quo cum post multas horas expergefactus esset, copioso sudore persusus, pruritus toto corpore vehementissimum sensit, & mox crustis pollicem crassitie æquantibus totum corpus obductum fuit, ita ut extra volas manuum & pedum nihil vel aciculæ capite tangi posset à crusta liberum. Cum autem ipsi interim medicato iusculo aluus moueretur, quatuordecim limaces magnos, rōbros, cornutos, viuos, repentes, vno seccellu iecit. Ab illo die, quia crusta ipsam nec secedere nec iacere patiebantur, stetit per diu pernoxque, totas sex hebdomadas, manibus pertica crassiori ab angulo ad angulum cubilis tenens admotis. Toti corpori obolebatur linteum cremore lactis madens. Si quando dormire cogeretur, veritus, ne vel thoracem perticæ admoueret, vel laborantibus genibus masculorum crustæ sinderentur, breues somnos, somniis simillimos, captebat. Venit tandem Leodium Paracelsicus quidam, qui iam sanari incipienti (nam crustarum bona pars, & cum iis omnes pili capitis, manuumque & pedum ungues deciderant) remedium dedit, quod urinis copiosius motis sanitatem accelerasse visum est: quod remedium Ludum Paracelsi dixit. Verum non immeritò hic dubitari potest, an iuuenis iste naturæ robore, & per crustarum illam eruptionem; an verò per urinae euacuationem sanatus fuerit: cum, quando ipsi hic puluis à Paracelsico exhibitus fuit, iam conualescere inciperet, & crustæ deciderent. Addit tamen Henricus ab Heer, se experientia didicisse, calculum ex homine exsectum, in puluerem comminatum, cum aqua vel succo nasturtij aquatici propinatum, philtro potatis, vel amore furentibus multum profuisse.

B

C

D

E

Hoc loco obiter & hoc recensendum, quod de eodem iuvene narrat idem Henricus ab Heer, nimirum puerum istum fuisse magnæ memoriæ, ut quatuor condiscipulis diuersa diceret carmina, ipse interim quintum scriberet: memoriam plurimam.

Purgantia.

Vitiata scientia.

Mita philtro affecti historia.

Calculi humani vis contra philtorum. Mirabilis memoriæ & obliuionis exempla plurimam.

tamen hanc in morbo isto ita amisisse, ut etiam proprii fraternique nominis, & litterarum omnium oblitus, nec verbum vllum Latinum intelligere, sed, ut puer, iterum Alphabetum discere necesse haberet; ad studia tamen reuersum ita profecisse, ut Philosophiam publicè in Germania & Gallia sit professor, Medicusque factus, ab eo tempore morbum nullum sit expertus, præter catarrhos.

Alexi-
pharma-
ca con-
tra ve-
nificia.

Alterantia verò, & alexipharmaca quod attinet, primò hic notandum vocabulum veneficii ambiguum esse, atque interdum sumi pro incantatione, & actione absolutè Magica: interdum pro morbo per venenum illato; quò & philtrea pertinent. Ideoque cum apud autores occurrat, herbam hanc vel illam contra veneficia vtilem esse, plerunque morbi à venenis clam illati potius, quàm à Magicis actionibus inducti, intelligendi sunt. Etenim cum dentur alexipharmaca communia, ea in hisce venenis, quorum natura plerunque latet, non sine commodo vsurpari possunt. Imò forsitan cum fructu etiam in morbis à diabolo inductis ea adhibere licet; cum & ille venenosas in corpore dispositiones excitare possit, quæ ab eiusmodi medicamentis infringuntur.

Duplicia.
Interna

Medicamenta autem ista alterantia sunt vel externa, vel interna. Interna sunt plerique ex iis, quæ supra, cap. 7. & in hoc ipso etiam capite antea fuere enumerata. Tale medicamentum est *herba Paris*, è qua, & aliis alexipharmacis parata est antidotus Moibani, vulgò antidotus Saxonica, & pulvis Saxonicus dictus; tale est *aristolochia rotunda*, & *longa*; tale est *hypericum*; talia plurima alia. Quædam verò medicamenta quibusdam malignis dispositionibus in specie aduersantur. Ita ruta medetur epilepsia; cui cum sæpe sese diabolus immisceat, non sine causa etiam aurum vsurpatur. Huc pertinet procul dubio etiam *viscum colurnum* præcipuè; de quo scribit Henricus ab Heer, cum epilepticis quærno longè esse vtiliorem, idque se ipsum sæpe expertum esse. Præter simplicia Baptista Codronchius, *de morb. venef. lib. 4. cap. 2.* duo hæc, ut vniuersalia, recenset.

Primum Recipit *hyperici*; & præcipuè *sem. illius* Drach. j. vel Scrup. ij. *margaritar.* Scrup. j. F. Pulvis, qui exhibetur cum Vnc. iij. decoctionis, seu stillatitiae aquæ mellatæ. Alterum est hoc: R. *thuris, myrrha, ladani*, an. Vnc. ij. *sulphuris, galbani*, an. Vnc. j. *hyperici, aristoloch.* an. Vnc. ss. F. Pulvis, qui eadem quantitate exhibetur. Verùm non video, quomodo iis plus quàm aliis alexipharmacis communibus, fidendum sit.

Externa.
Vnguenta.

Externa sunt vnguenta & suffumigia, ut & balnea. Et quod vnguenta attinet, cum contra luem Veneream inunctiones Mercuriales vtilis sint, & contra venena oleum Carauitæ, & alia, quæ iuncturis & locis arteriarum inungi solent: non absurdum videtur, etiam in talibus morbis similia vnguenta vsurpare. Inter vnguenta non prætereundum est illud, cuius ex Carstheri *lib. 2.*

Vnguentum ex visco colurno.

cap. 12. cum alij, tum etiam Henricus ab Heer, in *obseru. Medic. rarior.* obs. 8. mentionem facit, quod sit ex visco colurno, quo ille in puella quadam insigni maleficio affecta se feliciter vsu scribit. Puella enim illa cum nonum agens annum à venefica stipem petente folium acetosæ donatum deglutiuisset, doloribus statim alui torqueri, toto corpore primùm contremiscere, deinde & conuelli, demum animo linqui, & quasi mortua ca-

dere capta Variis remediis frustra tentatis ad Exorcistam pro more gentis itum: qui cum officium suum facere inciperet, statim puella corpus in varias formas rotare, deinde vomere cepit stercorea equina, acus, pilos, plumas, filiglomes, vitrea fenestrarum fragmenta, clauos, cultrum ferreum spithama longiorem, ouorum putamina, conchylia. Verùm cum Leodij aliquot septimanis nihil profecissent exorcismi, matrem religio incessit, ducendi filiam Huum, ad facellum D. Virgini sacrum, superrimè constructum, iamque miraculis celebre creditum vulgò. Verùm & ibi frustra omnia, quæ solent, tentata, & puella non solum hydrophoba, sed hygrophoba domum reducta est: vbi totis quindecim diebus nec potus, nec cibi aliquid assumpsit. Tandem ex carrichtero Henricus ab Heer hoc vnguentum composuit: R. *adipis canis* Vnc. iij. *visci* Vnc. viij. *caponis* Vnc. xxiii. *visci colurni adhuc videntis truncos* ij. *frustatim sectos & iustos*, dum humescant.

Contunde autem simul lignum, folia, baccas, Misce omnia in phiola, quam Soli nouem septimanas cum exposueris, virentem balsamum extrahes, quo si veneficio affectorum corpora, & loca maximè dolentia, ac iuncturæ inungantur, certo experimento æger sanari, atque hoc ipso vnguento puellam istam sanatam esse scribit.

Suffumigia quoque in morbis veneficis & Medici antiqui, & recentiores vsurparunt, parata è *lauro, ruta, hyperico, salvia, roremarino, rosis, ligno aloës, asphalti, santalo, corticibus citri, thure, massyche, bezoe, styrace, calamita, ladano, moscho, sulphure*, quæ cor & cerebrum roborant, & humores frigidos & malignos discutunt.

Balnea vtrumque præstant, & euacuare insensibiliter, & alterare possunt. Ideoque nonnulli ad morbos veneficos tollendos & balneis vtuntur, in quibus rutam, hypericum, artemisiam, verbenam, palmam Christi, & alia supra enumerata coquunt. Et verum est, balneis repetitis, id quod thermæ docent, sæpe morbos difficiles curari: imprimis si accedat sudor. Verùm vniuersali corporis præparatione opus habent, nec temerè vsurpanda. Et ea ipsa tamen non immediatè diabolo, & eius operibus, sed humoribus, & dispositionibus corporum vitiosis opponuntur, & his ablatis aliquid vtilitatis asserere possunt.

De omnibus tamen istis remediis naturalibus, Curatio cum externis, tum internis hoc obseruandum: si ea adhibere libeat, (cum sæpe in occultis morbis varia remedia tentare liceat) sine omni superstitione, ceremoniis, verborum pronuntiatione, & similibus vsurpanda, ac saltem eorum naturalibus virtutibus fidendum, cætera Deo committenda esse.

CAPVT X.

De diuina curatione.

NAm ab istis remediis naturalibus omnibus in morbis à veneficio inductis nemo certè sibi sanitatem polliceri potest. Etenim cum diabolus non solum dispositionibus Medicis vulgò notis vtatur, sed & ignotas introducere possit: & Medico ignotum sit, quibus modis diabolus ad nocendum vsus sit: talia remedia aliquid iuuare, morbum verò planè tollere non possunt. Imò si Deus permittat, diabolus remediorum

Diuina,
Cura-
tio.

naturalium vires debilitare & infringere potest. A ideoque si remedia naturalia non sufficiant, ad diuinum auxilium & curationem recurrendum. In quo autem cura ista consistat, vt breuiter dicamus, equidem quid Exorcistæ hæc de re præcipiant, non ignotum est.

Exorcismi.

Verùm cum de eo pluribus disquirere meæ professionis non sit, falcem in alienam messem non immittam, Duo saltem monebo; Primum est, exorcismos illos, vt & peregrinationes ad loca sacra, sæpe nihil proficere ac prodesse; id quod tum alia exempla; tum obseruatio, quæ est apud Henricum ab Heer, antea allegata, clarè docent; ex qua constat, puellæ illi exorcismos Leodij aliquot septimanis adhibitos nihil profuisse, eandemque Huum ad Sacellum D. Virgini sacrum deductam, omnibus pro more factis, nulla ex parte leuatam domum reductam fuisse. Alterum est, quod Baptista Codronchius, de morb. venef. lib. 4. cap. 3. scribit, se à pio quodam Sacerdoie monitum esse, ne quis in talibus certam fiduciam constituat, aut credat propterea nihil mali sibi euenturum, sed omnia prospera; cum nec virtute naturali, neque Ecclesiastica ordinariè ad tales effectus producendos vim habeant; & ideo in Deo omnem fiduciam collocandam esse. Et rectè. Nam præcipuum, imò vnicum, ad quod omnia, quæ præterea adhiberi solent, reliqua referenda sunt, curationis horum morborum caput est, in solo Deo fiducia, vt nimirum is ardentibus precibus, & fide firma ac sincera inuocetur, cum ab ægro, tum à cognatis & amicis, imò tota Ecclesia. Et cum peccatores Deus non exaudiat, ea vitæ ratio & ab ægro, & à cognatis & amicis, qui pro ægro apud Deum intercedunt, ineunda est, quæ hominem Christianum decet. Ideoque necessarium est, vt & ægi & cognati veram pœnitentiam agant, & fructus dignos pœnitentia faciant. Cauendum verò, ne sub diuinæ curationis schemate aliquid superstitiosè, & quod contra Dei honorem, quem suum ille nulli alteri concedit, vel eius mandatum, committatur. Seuera enim Dei mandata sunt: *Non habebis Deos alienos.* Et: *Non assumes*

nomen Dei tui in vanum. Quæ in Deo omnem fiduciam esse collocandam, & ab eo solo auxilium omne petendum docent. Is, si vult, omnes morbos, quocumque modo inductos, sanare potest: si verò non velit homini sanitatem restituere, nullo modo ad diaboli auxilium confugiendum, sed in eius voluntate acquiescendum. Iudicia enim Dei sunt quidem occulta, sed semper iusta.

Summa curationis morborum à veneficiis inductorum breuissima hæc est: Primò, si anima durtatur, diabolus ad morbū aliquem inducendum causis naturalibus vsus fuisse, omnino causis illis, quibus diabolus vsus est, contraria remedia opponenda, & quibus fieri potest, modis morbus ille oppugnandus. Cætera diaboli ludibria planè contemnenda. Etenim diabolus vbi potestatem aliquam homini nocendi à Deo impetrauit, egregiè illa vitur, & quātum potest, homines terrere & turbare conatur; & propterea si morbos, vltra Dei permissum, augere, quātum vult, non potest, symptomatis fortis apparentibus ægros & adstantes terrere conatur, & cum lædere nō potest, ludit. Quæ omnia sūq; deque habēda, & omnia diaboli ludibria contemnēda, nec vel timore, vel admiratione superbissimus spiritus titillandus; ipsiq; quod soltri loco habere possit, nec pilus; vel ex quisquiliis quid, dandū & concedendum, vel eius gratia manus vertenda; nihilque, quod ipse sibi arrogare possit, & vilo modo de superstitione suspectum videtur, medicamentis admiscendum; sed omnis curatio ad ipsos morbos & causas naturales simpliciter dirigenda. Secundò quia etsi diabolus naturalibus causis sæpe vitur: tamen vel ipsius causæ natura nos latet, vel modus agendi ignotus est; præterea diabolus causarum in contrarium agentium vim impedire permissu Dei potest: in talibus morbis curandis nunquam in remediis naturalibus subsistendum, sed, quod quidem in omnibus aliis morbis etiam faciendum, hictantien imprimis necessarium est, Dei auxilium seriis precibus implorandum, isq; orandus, vt opera diaboli destruat, eiusq; potentia resistat. Si Deus nobiscum, nec diabolus, nec eius organa quicquam nocere possunt, sed facel-
sant, & confundantur, necesse est

CONCLUSIO.



BLOLVI tandem, cum Deo, & Sextum hunc ac Vltimum Librum Practicae Medicinæ; eūque, Lector Beneuole, nunc Tibi exhibeo Equidem me nonnullorum obtreccationes & calumnias, quas ob hoc ipsum morbi genus, quod hic Liber tractat, iam dudum experiri sum; non cuiaturum facile prouideo. Verum vicit veritatis studium, vt omnes has susque deque haberem. Infelicissima sunt ingenia, quæ alios omnes ad suum captum & placium loqui ac scribere volunt, & quæ olim non didicerunt, nec postea discere cupiunt: & propterea à suis opinionibus dissidentes non solum odio habent, sed & conuitiis impetunt. Sumus, quotquot bonas literas tractamus, & publicè, seu voce, scriptis profitemur, eiusdem Reipublica Senatores, quorum vitalibera, nec aliorum voluntati ac nutui accommodata, sed firmis rationibus nixa esse, & modestè, sine rixis, sine altercationibus, sine conuitiis profervi decet. Ideoque sicut in meis scriptis meam sententiam liberè proposui, & vbi opus fuit, meum ab aliis dissentium declaravi, sed sine maledicentia, sine cuiusquam obtreccatione: ita me non offendet, qui à me quandoque dissentiet. Nam & me hominem esse, & in hac naturæ obscuritate, ac mentis nostræ imbecillitate, negotiorumque varietate, errari potuisse, facile agnosco.

Multa regit sacro inuolucro Natura, neque vlli

Fas est mortali scire omnia.

Modo rationibus, non maledictis, certet, & pro tis, quæ à me minus rectè scripta esse putauerit, meliora substituat. Si tamen, quod multis bonis ac doctis Piris hæcenus accidit, & mihi contingat, vt pro iuuentutem literariam iuuandi studio, & multiplici labore, calumnias reportem; & id patienter feram, neque vnquam me adduci patiar, vt ferram maledicendi cum quoquam reciprocem. Penes posteritatem esto iudicium. Illa sepeio omni affectu, odio, inuidia, rethorice de nostris scriptis iudicabit. Si quæ vero, quæ vsui Tuo, vel aliorum inferant, in his meis scriptis inuenies, ea omnia Deo Opt. Max. qui vitam ad hunc vsque terminum mihi prorogauit, & sanam mentem in corpore sano, vixis- que ad hoc, quicquid est, operis absoluendum clementissimè concessit, in solidum adscribas: Illi soli sit Laus, Honor, Gloria, & Gratiarum actio in infinita secula.

Operum Seueri, Tom. III.

A a a a iiii



APPENDIX

LIBRI VI. PARTIS IX.

Miram veneficij historiam exhibens.

LECTOR BENEVOLE.



VM Vir Excellentissimus & Clarissimus Dn. Balthasar Han, Medicinæ Doctor & Sereniss. Dn. Electoris Saxonie Archiater, Collega, Compater, & Amicus meus honorandus à me intelligeret, me in libro Sexto Practicæ etiam aliquid de morbis à Veneficio dicturum; miram eius rei historiam mihi narrauit, eamque plenius descriptam paulò post per epistolam exhibiturum promisit. Verum cum castra Sereniss. Elector. Saxonie secutus id tardius præstare potuerit, interim Liber iste Sextus Practicæ in Typographia absolutus est. Cum tamen animaduertirem, lectu digna esse, quæ ab eo annotato, Appendicis loco ea libro huic subiungere volui; quod Te boni consulturum confido. Equidem de hac historia istud meum iudicium subiungere debuissim, verum opera Typographica id non patiuntur & supplebit id Viri Clarissimi & Excellentissimi Dn. D. Ioachimi Colbij hæc de re consilium ad eundem scriptum. Duo tamen imprimis in ea attendenda censeo. Primum est, Diabolum miris artibus ad homines fallendos, & ad se alliciendos uti, non tamen plus, quam Deus permittat, præstare posse; & propterea ubi nocere non potest terrere, saltem, & ludere. Secundum est: Nihil in gratiam Diaboli, & quod eum quocumque modo delectare possit; faciendum, sed spem post medicamenta naturalia & legitima in solo Deo collocandam esse, ad cuius arbitrium & nutum Diabolus à nocendo, terrendo, & ludendo cessare necesse habet.



EPISTOLÆ DVÆ VIRI EXCELLENTISSIMI ET Clarissimi, Dn. Balthasar Han, Medicinæ Doctoris, & Sereniss. Electoris Saxonie Archiatri.

EPISTOLA I.



VAM nuper tibi breuissimis recensui, Vir Ampliss. Excellentiss. atque Experientissime, Dn. Collega, Compater, ac Amice plurimum obseruande, casus cuiusdam Medici historiam miserabilem sanè, atque mirabilem admodum, eam iam tibi, uti ipsemet eam maxima ex parte obseruauit & annotauit manu meâ transmittito descriptam & conscriptam.

Fœmina quædam honesta ac pia, annum iam agens vigesimum secundum temperamenti laudabilis, sed ad melancholiam non parum inclinantis, anno Christi 1634. octauo Nouembris, Saturniq; die, circa vesperam angustiis ac compressionibus pectoris quibusdam insolitis fatigata, somni capiendi animo horâ consuetâ ibat cubitum, & quanquam satis citò ille subsequeretur: non tamen fuit absque turbis, molestiis, & angoribus grauioribus, ob quos non semel, post horam noctis 12. miserè eiulare audiebatur, sed somnians habita vocabatur, at non excitabatur, vsque dum eiulatus repetebat frequentiores. Somno suscitata oculos crebrius eleuabat, verum haud diu apertos retinebat, imò ad somnum confestim se componebat, nec ultra tria verba proferebat. Manè, die Solis, nonòque Nouëbris, circa horam 6. lecto exurgens, templum, ac qui spòsam quandam sponso Christianâ copulâ iungendam Ministri Ecclesiæ, secundum promissum, adduceret,

A sollicitè meditans, en liuidas maculas duas in manu alterutra conspiciebat, variis lincinationibus continuitatem cutis brachij vtriusque à carpis ad flexuras cubitorum vsque solutam, supra cubitos utrosque verò diuersis eam literis, quas inter exactè hæc duæ, N. nimirum & B. in vnam quasi coalitæ, vel inuicem sibi in hunc modum, NB. appenxæ notis quoque crucis his † insignioribus aliquibus notatam eandem animaduertebat. Quid? Illa non minus sanctum suum propositum nutu benigniori Altissimi horâ matutinâ ordinariâ fœliciter perficiens, circa 8. eiusdem diei antemeridianam, templum denuò intrabat, prandiòque, siue conuiuio nuptiali ad 4. vsque pomeridianam satis læta intererat, nec quicquam interdiu ac noctu molestiarum percipiebat, nisi quòd die Lunæ subsequenti. Nouembris v. decimo numerû characterum, sub forma crucis vnus atque alterius, qui circa collum, pectus, & ventrem infimum vt plurimum diluculo eruperant, adauctum misera obseruaret. Persentiscebatur super per integrum hunc diem angustias ac anxietates insignes, insultus vnus excipiebat alterû, tâtâq; porro ad profundiorum somnum, qui plerumque nūcius ac principium futuri alicuius paroxysmi, ac dictorum characterum erat, aderat propensio, vt haud facillè ex eo suscitari valeret, Durante hoc (miserabile ac mirabile visu adstantibus) ad plures corporis partes characteres no-

leuiter attingere. Lūsum autem affectionem hanc fuisse Satanae, extra omne pono dubium; cuiusam datam volunt nonnulli, quod fœmina nostra vetulae cuidam; de qua certò constat, illam esse ipsissimam istam veneficam, indusium aliquod suum rogata donauerit. Pro maxima enim non solum apud mancipia ista Cacodæmonis, sed & plebem rudem habetur hoc; Si ferici, lintei, aut alterius cuiusdam rei quid, modò homo hic, vel illic semel aut pluries nudo istud gestauerit corpore, ad manus sit sagæ cuiuspiam, tunc posse istum hominem dictum, aut certum ipsius aliquod, quod sibi elegerit, membrum, vel pun-gendo, percutiendò, ligando, contorquendo, vel quouis alio modo, nunc intensius, nuncque remissius lædere, quandocumque & vbicumque locorum ista voluerit. Cruces, quarum in prioribus faciebam mentionem, non semper eandem referebant faciem, sed modò longiores, modo breuiores, modo longissimæ conspiciebantur; quædam apparebant profundiores, dolorè que ac pruritus excitabant, quædam ad suppurationem perueniebant, suâque vestigia vltra mensem post se relinquebant, in quibusdam verò talium nihil obseruabatur. Vbi non immeritò quis scire desideret, cur signa, vel notæ illæ sub forma crucis maxima ex parte, Rosæ item, ac trifolij artificiosè quasi pictorum, characterumque fœminæ nostræ cognitorum, & pro parte oblectamentorum sibi habitorum, cruperint? Causam ego referrem in odium diaboli, quo, genus humanum prosequitur, maximum, studiùmque ipsius per omnis generis insidias illi nocendi calidissimas maximè feruens. Hinc dum signo S. Crucis cum precibus manè ac vesperi contra vim Sathanae illa se munire fategerit, diuersisque characteribus Astronomicis & Chymicis, nec non Astronomia & Chymia ipsa, quas puella, ob

mirum ergo eas amorem, consuetibus parentibus, à domestico quodam, iam Doctore Medico noto, ad tempus ruditer addiscere laborauerit, vt & acupicturâ subinde sese oblectare soleat: ex eo allaborat spiritus iste nequam, quo fidem ipsius erga Deum labefactare, vim precum eludere, & S. Crucis signo illudere, corpus ad statum melancholicum, irridendo nimirum eius oblectamenta, perducere, sicque vnâ operâ, vnòque momento animæ ac corpori ipsius extremè insidiari conatus est. Hæc piè ac probabiliter coniectere licet, vbi ad interiores causas penetrare perfectius non datur: medicamenta applicata fuerunt panca, eaque benigna, & quæ aluum leniter, ac melancholiam subduceret, atq; alterare apta nata fuere, cum cordialibus nonnullis temperatis, & quæ vtero dicata experimur. Amuletum ex herbis & seminibus, certis temporibus ritè collectis; quibus, ratione odoris, prætollebat camphora, Hala ei fuit transmissum; at noluit id admittere, ne odium Dei omnipotentis, vanè hoc modo laborando contra odium diaboli, qui tanquam spiritus medicamentis corporeis per se non credat, in se deriuat. Hinc & satis læta ac animosa præter preces, cultum diuinum, & sanctum vsum Sacramentorum nihil adhibebat dæmonifugi. Atque hæc obiter inter motus hoste bellicos ac tonitrua Martialia, vbi frustra Musæ suum sibi amicum quærunt silentium, dixisse potius quàm accuratius pertractasse sufficiant. Tu interim benigna mente hæc accipe, de iis tuum iudicium non suspende, sed quamprimum cum doctis illud communica. Hisce vale, & saluae, Vir Amplissime, mihi que, qui te pl. obseruat, & ad quæuis officia tibi præstanda est paratissimus, ex animo fauere perge. Dab. ex Castris Electoral. Sax. primariis Parchini, prid. Cal. Decembr. Anno 1635.



De casu isto iudicium & consilium

Dn. IOACHIMI COLBRII, MEDICI

D. AD DOMINVM Dn. BALTHASAREM

HAN, SCRIPTVM.



AL. Plur. & Off. Literæ Tuæ, Excellentiss. Clariss. atque Experientissime Vir, Amice primarie, quibus, vt sollicitudini à miro quodam fœminæ cuiusdam affectu subortæ nos etiam subueniamus, petitur, monuerunt me eius rei super qua sensa animi mei dudum agitata, nunc, si potero, compendij, ne modum epistola excedat, faciam. Agatur de morbis, affectionibusue, aut passionibus corporis humani dæmoniacis. Negotium hoc tanti vtique est momenti, vt vel publicam requirat disquisitionem decisionemque: siquidem ea ad plurimorum opiniones salutem non modo temporaneæ, sed & paternæ obstantes corrigendas facere posset. Multæ subsunt quæstiones, quas titulis includam duobus: aut enim ad cognitionem, aut auersionem pertinent. Et proinde de sequentibus: primò quidem, an sint

istæ affectiones? quales? piisne etiam eueniant? in quantum à diabolo? vnde hic istiusmodi noxæ potens? quatenus à Deo permittantur? quæ signa sibi peculiaria exhibeant? Deinde, an Magia vlla, naturali, aliâue obuiâ dum? insintne simplicibus vllis diabolicæ potentia isto se modo exferenti aduersa vires? quæ tamen in his talibus casibus facienda? quæ à Medico? mentem meam breuiter explicabo. Et ratio considerantibus. Diaboli odium in homines capitale, studiùmque quoquo modo nocendi indefessum, nec non technas insidiasque vaferrimas, persuadet: & S. Scriptura in Iobo attestatur; & quæ passim maximè extremo hoc mundi seculo (quo breuius iste vel scit, vel metuit, eo magis sibi vsui facit, eo magis Christianis incommodare conatur) ad omnia non planè cæcutientibus obueniunt, exempla manifesta docent, tales dari passiones. Ego ipse similis notæ quid in principio coniugij mei pertuli. Diuersi modi,

præcipue caput est medelæ, maximopere agere, vt Deus adsit: diabolus facile cū omni & opere, & operario suo facisset; assiduis precibus implorato Dei auxilio propter Christum, qui opera cum fiducia in Deum Satanæ insultare, quicquid molitur, quicquid minetur, contemnendo; minimèque aut stupore aut timore titillare superbissimi, licentiamque ampliari, ex aduerso autem honorem offendere Supremi, & assistentiam arcere. Quin imò quod iniustissimus Inuasor ac Detentor lytri loco habeat, ne pilum quidem concedere, nec manum vertere: multo minus quicquam, quod cum respiciat, vel eius causa suspectum aliquatenus sit, in medicinae admittere. Idem attente Medicus caueat, cuius si operam morbus postulat, omne suum studium & operam eò adhibeat, illum ipsum vt tollat, continentem causam, aut coniunctam remouens, vel prohibens: nec non partibus plurimum patientibus vires tutans atque instaurans. Quod alioquin nec medendi methodus admittit, symptomatibus hic præsertim curam ne impendat; nisi ludificari velit: flammam modo extinguat, totus tr barum diabolicarum campus, calor, splendor, fumus sua sponte euanescent. Sed denique vt, cum quo loquor seorsim loquar: selige nunc, si quæ ex hæcenus memoratis proficua esse posse videbuntur. Quo leuissima illa fœmina sollicitatur, leuiculum est, & tantillum, vt nomen morbi non sustineat. Nullam enim functionem lædit: vix plus tactu præstigiis concessum est. Cuticula

A solum transfixa ac summa cutis acu puncta astutum pustulas pruriginosas excitare non possent, nisi quid causticum accederet; quod, cum acui etiam inhærens cuticulæ subuenire posset, nisi alia ibi præsto esse deprehendatur, ne quidem vel sudore, vel balneo uti, opus. Itaque tantum ea, quæ prius recensui, si, vt iam pridem, dubio procul fiunt, rectè aguntur: frequentes precum feruentium exhalationes exhorrescens; animorum vestrorum, quos infringere, mœore obnubilare, potentia stupefacere voluit, magnitudinem & in fide ac fiducia erga Deum obfirmationem, à speludificationis istius iamiam finiendæ tranquillitatem, gaudio singulari de gratia diuina, quæ Aduersarij omnem rabiem adeo hîc obtudit, vt ea, qui istius destinationem exsequens vel intimis in visceribus tumultuetur ac læuiat, vix cuticulam penetrare valens, ipsa lusus factat autorem quoque suam visui exponat, contemptibilémque prorsus ostendat, serenationem indignatus, exsibilationem tandem & opprobrium metuens, nihil doni, nihil spoliij, ne quidem quid ex quisquiliis, nihil vilissimorum villo modo superstitionis suspectorum, vobis scientibus ac volentibus, adeptus, breui diabolus acu pungere & pingere iutermittet, proculque fugiens, suum ipse, quo forte vsus est (an *apéro* possit dubito) ministerium non tantum coerceri, sed fortassis etiam, vt aut cunctis, aut altero, ita elusus se gerere consuevit, manifestabit.

B. V. Scr. Slaitij. 24. Mart. 1635.

INDEX





INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ

in hoc tertio D. Sennerti operum volumine
obseruanda interlegendum occurrunt.

A



Abscessus in mesenterio pagina 211. col. 1, 2
Abscessum causę p. 734. col. 2, d, apostema abscessus ib. e, abscessus quid? suppuratio ibi. e
Abscessum differentię, ibid e, signa diagnostica, p. 73; col. 1, c, d, indicationes & curatio, ib. e, plimouentia, ib. b .maturantium differentia ibidem c
Abderitanus populus cur ad Hypocratem de Democrito scripserit pag. 217. col. 2 d, e
Abdomen an à sola aqua distendatur 311 col. 2 c
Abdominis spasmus quid. 425 c. 1 a, tumores ibid. col. 2 a, b, mola ibid. c, vermes ibidem
Abdominis vulnera quęnam sint, ibid. d, horum differentię, ibi. 426 c. 1 a, prognost. ib. b, c, indicationes, curatio & c. 426, modus ligandi eius vulnera, ib. futurę in eo faciendę modus quotuplex ib. c. 2 a & seqq.
Abilominis apertę in hydrope cur & quomodo faciendę, 316 col. 1 c, vbi locum habeat hęc apertio ibid.
Abertus signa 635 col. 2 c, signa causarum ibid e, prognostica 636 col. 2 b, c, indicationes ibid. preseruatio ib. d. e, curatio 637 col. 1 a, an vteri angustia abortus caussa esse possit ib. b & seqq.
Abertus quo tempore fiat 632 col. 2 c, eiusdem differentię ib. d causse ib. e & seqq.
Abertum an salutis matris gratia crucitare liceat 620 col. 1 c, d, e, col. 2 a, & seqq. an grauidis morbo laborantibus ibid. c. 2 d, e
Abstinentes an aqua simplicis potu vitam produxerint 34 col. 1 a
Abstinentia diu corpora an à dęmonibus obsessa p. 31. col. 2 c, d, an illorum abstinentię causa ad peculiare cęli influxus referenda sit, 32 col. 1 a, an occultę qualitates eius causse sint, ib. c, an consuendo, ib. d, an aere nutriantur ista corpora ib. col. 2 c, ex exhalationibus 33 c. 1 b, venenis quam ob causam assuescere possit homo 32 col. 2 b
Abstinentię longę causse an sint colliquamenta partium internarum 34 col. 2 d, an humor melancholicus, ib. & pa. 35 col. 1 a. eius caussa vera 36. col. 1 d
Abstinentię à potu & cibo diuturnę exempla 28 col. 2 c. d e, 29 col. 1 & 2, & seqq. illius causse quę sint, 31 col. 1 d, & seqq. an fabulosa sint superiora exempla ibid. e, & col. 2, a, an in reddendis illius caussis statim ad miraculum confugiendum sit p. 31 col. 1 b, an ad angelos? an ad dęmones? ibid. col. 2 c, d
Abstinentię longę caussa an sit pituita in corpore redandans 34 col. 2 a, b, & seqq.
Acetum an conueniat in dięta p. 245 c. 1 c
 Operum Sennerti Tom. III.

Abstinentes fere omnes quo humore abundarint, pag. 37 col. 1, d
Achores in infantibus quid sint, p. 698 col. 2 d, eiusdem causse, ibidem e, signa diagnostica, ibid. e, prognostica ib. & 699. col. 1 a, curatio ibidem
Acidus humor an in ventriculo contineatur 44. col. 2 d
Acidularum vsus in malo hypochondriaco pag. 244 col. 1, d
Accu generatio qualis 254 col. 1 c
Achoium caussa 781 col. 2 a, curatio ibid d
Actiões à tota substantia seu qualitatibus occultis an dentur 963
Acus deglutitę & per vti nam redditę 216
Acus deglutitę è corpore per quas vias redditę, 21 col. 2 c & seqq.
 Adamas 1076
Adamas an venenum & caussa dysenterię sit, pag. 185 col. 1, b
Agineta an fucit cognitus scorbutus p. 248 col. 1 e, col. 2 a, & seqq.
Aer quomodo malignus euadat 1005
Aer an eos nutrire possit, qui diu abstinent 32 col. 2 c
Aer an possit esse dysenteria caussa p. 126 col. 1 c, & seqq.
 Africanus flos 1100
Aes, & eius squama, & flos p. 1079
Aimenti deiectus, quomodo à cęsa facultate retentice fieri possit p. 39 col. 2 d
Alimenta cur necessaria sint p. 5 col. 2 c
Alimenti appetitus deiecti differentię 21 c. 2 b
Alium in colica vtile p. 104 col. 2 c, colica ab humoicaci & scorbutico qualis sit, p. 0 col. b, Aufing, Francomę, & Motauię familiaris, ibid. e eiusdem signa diagnostica, ibid. c. 2 e, prognostica ibid indicationes, ibid. e, curatio ib. eiusdem ab inflammatione intestinorum signa diagnostica 106 col. 2 d, prognostica ib. e, indicationes ibid. curatio ibid. an colica antiquis nota, p. 107. col. 1 c. an à sola in temperie inducatur, ib. e, & seqq. an à pituitę sola frigiditate ibid d, an ab inflammatione ib. quomodo à refrigeratione intestinorum ibid e
Aloę an venarum ora aperiat, & hæmorrhoides cieat p. 202 col. 1 a, & seqq.
Alui adstrictiōis caussa 714 col. 2 a, b, signa diagnostica, ib. e, prognostica, ib. d, curatio ibi. c
Alui retentio quid sit, 108. c. 1 e, eius suppressę exempla, bi. col. 2 a, causse ib. c, d, e, pag. 109 col. 1 a, & seqq. signa diagnostica, ib. prognostica, b. c, d indicationes. ibid. c. & p. 110 col. 1 a, b, curatio & c. ib. c, & seqq. Alui fluxus differentię, ib. col. 2 c, caussa eius exteřę, ibid. & p. 111 col. 1 a, diarrhęa & dysenteria 111 c. 1 a, dysenteria & diarrhęa, ibidem
Alui cruentatum deiectionum differentię 113 col. 1 c. 2 a, b
Alui fluxus sanguinei causse quęnam sint p. 191 c. 2, & 192 col. 1 a

Index Rerum

Alopecia	844	Armarium unguentum	891	
Alui fluxus sanguinolentus quomodo scorbuticis contingat	263 col. 1, & seqq.	Arnoldi Villanova emplastrum de pelle asient,	pag. 86	
Alui ferem per aliena loca excretio quomodo fiat	193 c. 1 a, per umbilicum ibid, d, per alio loca diuerso ibid eiusdem feces cur intestinis perforatis non in cauitatem abdominis excidant, p. eadem col. 1 e, res alienæ per eundem excretæ, ib. col. 2, e, eiusdem nigrae deiectiones, an semper pessimæ p. 195 col. 1 a, Pus per aluum deiectum p. eadem col. 1 e, vermes per aluum excreti ib. b. lacerta ib. anguilla viua ib. scarabei cornuti, ib. lapides & sphi ibid. ossa ibid. d, caseus concretus & induratus, ibid. e, eiusdem alui murmuris & mugitus cassi ibid. prognosticum 196 c. 1 a, curatio	ibidem		
Ambustiones	820	Arsenicum	1077	
Amphibia	1107	Anteriorum vulnera	899	
Anasarca quid sit, 342 col. 1 b, eiusdem signa diagnostica, ib. col. 1 d, prognostica ib. e, indicationes & curatio 343 col. 1 a, b, & seqq.		Arteria emulgenter cur factæ 349 col. 1 d, cur renibus immitrantur	ibid. & seqq.	
Aneurismatis causæ 796 col. 1 b, an curismatis causæ proxima 797 col. 1, signa diagnostica ib. b, prognostica ib. c, curatio	ib. c	Arthritis vnde sic appellata 431 col. 1 a, eiusdem differentius pro varietate articulorum ib. b, quem locum frequentius inuadat ibid. b, definitio ib. e, an per interualla recurrere Arthritis proprium sit, 432 col. 1 b, c, an omnis articulorum dolor arthritis ducere debeat, 42 col. 1, b, eiusdem subiectum ib. e, cur arthritici conuulsionem patiuntur, ibid. col. 2 c, arthritis causæ quænam sint p. 433 col. 1 e, solutio unitatis in arthritide vnde conueniat ibid. arthritis causa proxima quænam sit, ibid. d, articulorum imbecillitas quomodo ad arthritidem conueniat 434 col. 1 d, cur humor arthritis causæ potius ad articulorum quam alias partes moueatur ibid. col. c, & seqq. an arthritis per collectionem humoris generetur 435 col. 1 a, b, eiusdem diuturnitas vnde sit ibid. c, species peculiaris ibid. d, quomodo & vnde affluxus fiat in ea, ibid. col. 2 a, vbi humor arthritis causæ generetur ibid. b, c, ob quas causas ib. quænam intemperies stomachi ac lienis ad arthritidem faciat, ibid. d, e, an emne in rebus non naturalibus eriatum arthritidem inducere possit 437 col. 2 a, b, an arthritici liberi extra paroxysmum etiam generentur ibid. c, d, an arthritis ten per in toto oleo transfundatur, ibid. d, cur diuites potius quam pauperes arthritidi obnoxii sint, ibid. e, arthritidi quinam sint obnoxii, p. 438 c. 1 b, c, arthritis signa diagnostica ibidem. e, col. 2 a, signa causæ ibidem. b, c, solutionis quatuor modi, ibidem col. 2 e, cur arthritidis arthritidis suppuretur, ibidem, indicationes & curatio arthritis 440 col. 1, c, d, cur pauci arthritici sanentur, ibidem.		
Anguilla viua per aluum excreta	195 col. 2 c	Arthritis quomodo scorbuticos infestet & quando 263 col. 2 b, c, & seqq.		
Ani Rhagades quid sint 91 col. 1 b, earumdem differentia, ibi. & seqq. signa diagnostica ibid. d, prognosticum ib. d, curatio & c. ibid. col. 2 a, & seqq. eius vlcera quæ, ibid. d, signa diagnostica, ibid. prognosticum ibidem. curatio & c. e, pag. 91 col. 1 d, & seqq. eiusdem ani fistulæ quænam sint, pag. 92 col. 1 a, differentia earum ibid. b, signa diagnostica, ibid. c, d, prognosticum, ibid. e, curatio ibid. col. 1 a		Arthritis scorbutica curatio	282 col. 1 d	
Ani inflammatio quæ 50 col. 1 d, eiusdem causæ, ibid. d, signa diagnostica. ibid. prognostica, ibid. curatio & c. ibid. e, & seqq.		Arthritis causa humor vbi generetur, & per quas vias articulos inluat, pag. 459 col. 2 e, 460. 461, 462, in pueri virgines & mulieres arthritide laborent, pag. 464 col. 2 e, p. 565 col. 1 a, & seqq. an arthritis sit curabilis p. 465 col. 1 e, 466 col. 1 a, & seqq. an iugare liceat a principio paroxysmi arthritici p. 466 col. 2 d, an arthritici viles th. emæ	467 col. 2 a, b	
Ani proidentia signa diagnostica 719, prognostica, ibid. d, curatio	ibid. c	Arthritidem precauendi ratio	447 col. 2	
Ani proidentia quid sit, 88 col. 1 a, eiusdem causæ, ibid. b, signa diagnostica ibid. c, indicationes, curatio, & c. ibi. c, 2 a, b, & seqq.		Arteriosi sanguinis ethicina an sit	216 col. b	
Ani paralysis, stupor & dolor quinam sint. 196 col. 1 b num in apoplecticis ani sphincter resoluetur, ibidem e, eiusdem causæ ibidem, ani pruritus ibid. e, eius curatio, ibidem		Atrophia quid sit & quomodo fiat in scorbuticis 170. c. 2, c, d & seqq.		
Animal mi llepedi simile in vesica natum	375 col. 1 d	Articulorum dolor omnis an arthritidici debeat 432 col. 1 c, d & seqq.		
Animalium corpora continuo alimentis rescicnda. 28 col. 2, c		Articulorum laboratio an sit necessaria ad precautionem arthritidis	457 col. 1 b	
Anodyna quid sint 99 col. 2 d, narcotica quid sint, 99 col. 2 d, quot modis vsurpari soleant in colicis 100 col. 1 d, in quibus conueniant ibid. cautela in eorum vsu ib.		Articulorum imbecillitas quomodo ad arthritidem occurrat	334 col. 1 d, c, col. 2 a	
Anorexie quid	21 c. 1 a	Articulorum imbecillitas quomplex sit 436 col. 1 c, cur humor ad eos moueatur	ibi.	
Antimonium in elisteribus cur eadem symptomata inducat ac cum ore sumitur	207 c. 1 b	Articulorum vulnera	p. 906	
Antimonium	1075	Ascarides quinam sint 58. col. 2 b, quomodo educantur 82 col. 2 c,		
Antipodagrica medicamenta p. 451 col. 1 e, quomodo arthriticis prosint	453	Ascites à colliquatione quomodo generatur p. 321 col. 1 d & seqq. an solo epate laeso, ibid. col. 2 e, p. 322 col. 1 a, b, & seqq.		
Apes	1116	Ascites vnde habeat humorum collectionem p. 324 col. 1 c, d		
Aphtæ quid	708 c. 1 d	Asthis quem locum teneat inter hydropis species 308. col. 1 d, eiusdem naturam quænam sit, ibid. e, eius vbi colligatur, ibidem, eiusdem causæ, ibidem c. 2, a		
Apium risus	1096	Asthis an fuerit cognitus scorbutus, 248 col. 1 e. col. 2, a b, c, & seqq.		
Apoplexia quomodo scorbuticis contingat p. 265 col. 1 c, d		Asthis quid	482 c. 2 c	
Apostema quid	229 col. 1 b	Auripigmentum	1077	
Appetentia nimia vnde fiat 38 col. 2 b, caninæ à bulimo differentia	ibidem	Autumnales fructus an semper dysentericæ causæ sint, 125 col. 1 c		
Appetitus deiectio quomodo scorbuticis contingat 265. c. 2 e, 266 col. 1 a				
Aqua castitatis quid	580 c. 1			
Aquæ per cathetecem immixta in vesicam an calculum frangere possint, p. 374 col. 2 b, condiciones harum aquarum ibidem				
Aquæ palustris vitia	1004			
Aqua fortis	1075			
Aquæ per cauales plumbeos fluentes an sint causa dysentericæ	125 col. 2, d, e			
Aqua hydropicorum quoties educenda 326 col. 1 d, quo in loco fieri debeat hæc educitio	ibidem			
Araneus	1113, 114			
Argentum viuum	1041, 1042, 1082			
Argentum viuum an in lumbricis vsurpandum pag. 81 col. 2 d				
Argentum viuum quomodo in colica vsurpandum p. 103 col. 2 a				

& Verborum.

B

BAlbi cur alai profusio corripiantur pagina 122. col. 1, 2
 Barbę defectus 841
 Barbę in feminis 587
 Basilicus 107
 Buis an sit causa arthriticis 434 col. 1. b
 Bilis & infania sedes a Democrito quæ sit a 17 col. 2. c, & seqq. 218 col. 1 a & seqq.
 Brachii fractura 937
 Brassica Arthriticis an conueniat 448. c. 2. c
 Bubones 997
 Bubonis causę 751 col. 2 a 6, signa diagnostica, pag. 751 col. 1 c, d, prognostica ibid e, curatio col 2, ib. b
 Bulimi & canine appetentię differentia quæ pag. 38 col. 2 c, d, causę 39 col. 2, b & seqq. signa diagnostica, 40. c. 1 e, prognost. ib. d, curatio &c. ib. col. 2 a & seqq.
 Eupreste 1115

C

CAchexia quidnam sit, p. 305 col. 2 e, 306 col. 1 a, b, eiusdem causa quęnam sint, ib. c, d, & seqq. signa diagnostica ib. co. 2 b, c, prognostica ib. d, indicationes ib. e, curatio &c. 307 col. 1 a & seqq.
 Cachotes 817
 Cacoehymia serosa quid sit p. 216 col. 2 d
 Cacitas subitanea quomodo scorbuticis contingat 265 col. 1 d, e
 Cęsareus partus, p. 650, 651, 652
 Calculi humani vis eontra philtrum p. 1155
 Calculus Renum quid, 351, cibi ad illum generandum apti 353, eiusdem differentia p. 364, signa diagnostica, ibidem col. 2 e, prognostica, col. 2, d, e, indicationes & curatio, p. 336
 Calculi extractio e vesica 374 c. 2. d, ab orificio vesicę amotio ibid e
 Calculi vesicę causę, 719 col. 2 b, c, signa diagnostica, ibid. e, prognostica, 720, curatio ibid. d
 Calculi vesicę causę p. 372. col. 1 a, b, & seq. signa diagnostica, ib. e, & col. 1 a. indicationem curatio &c. ibid. col. 2 a & seqq. an quędam medicamenta illum asperitate sua frangant ibid. an calculus vesicę per medicamenta calculum, frangentia tolli possit 373 col. 2
 Callus 937
 Calli meatus vrinarij signa diagnostica 378 col. 1 e, col. 2, prognostica, ib. b curatio ib. & seqq.
 Calorem innatum debilem habentes an sæpe purgandi, p. 242 col. 1 b, c
 Caluites 841
 Carus viua 1074
 Camaleon 1096
 Camphora an sit frigida vel calida, & an venereę extinguat, p. 581 col. 1 & seqq. mulesiarum virginum affectus 578 col. 1 d
 Campanarum scobina 1079
 Cancri causę 768 col. 1 a, b, signa diagnostica col. 2, ibid. b, prognostica ib. e, curatio 769. col. 1 b
 Cancer inanimarum quid p. 673. col. 2. a, & seqq. eiusdem causę p. 674. col. 1 b, signa diagnostica ibid. d, e, col. 2 & seqq. curatio 675, 676
 Candela in vesicam illapsa 378. col. 2
 Canina appetentię quæ pag. 38. col. 2 e, eiusdem a butyro differentia ibid.
 Canina rabies an sit idem affectus cum Hydrophoba 44 col. 2 c
 Canis lenis indorum an solo aere alatur p. 32 col. 2 e
 Canities 846
 Cantharides an semper vesicam exulcerent p. 375. col. 1 a, b
 Cantharides 1115
 Canis piscis fel 1115
 Canis venenum 1116
 Capillorum tinea 846, fistula ibidem, tinea capillorum, 846
 Capitis doloris ex vtero causę 584 col. 2 a, b, signa diagnostica ibid. e prognostica ibidem d, curatio ib. e, dolores capitis ex vtero quā in parte capitis fiant p. 585 col. 1, b
 Capones gallinæ & galli cur Arthriticis nixi sint, pag. S. nneri Tom. III.

na 448 col. 2 a, & seqq
 Carbunculi causę pag 759 d, e, carbunculus quid, col 2 ibidem e, differentia 756 col 1 a signa diagnostica, ib d prognostica, col 2, ibidem b, indicationes ib. e, curatio, ib. e cauteria 758 c. 1, a, b
 Carbunculus in vitibus & arborum folijs quidnam sit iuxta Plinium 126, col 2 c
 Carbunculi 997
 Carnis in vlcibus excrecentis & luxuriantis causę, pag. 810 col 2 e, curatio ibid e, vlcens ibid. d & calloni causę pag. 811 col. 1 d
 Caro ex vlcere nota vt tollenda 487 col. 1 b
 Cardialgia quid sit 65 col. 1 b, c, an distinguatur a cardiaci, ibidem d, e, differentię pagina 66. col. 2 c, pagina 67 col 1 a, signa diagnostica, ibid. b, c, prognostica, ibid. d, e, indicationes ibid. c, curatio &c. ibid. c, d, & seqq.
 Caro super excrecens 921
 Carunculi meatus vrinari signa diagnostica 378, col. 1, e, col. 2, a, signa prognostica ibidem b, curatio ibid. c, & seqq.
 Cateus concretus & induratus quomodo per aliam excretus 95. col. 2 e
 Castitatis aqua quid p. 580 col 1 c
 Castratio quomodo salacitatis remedium p. 412 col. 1 c, & seqq.
 Cathari causę in infantibus p. 70. col 1 b, c, signa diagnostica, ib. d, prognostica ib. c, curatio ibid. col. 2, a, & seqq.
 Cataracti 997
 Cenchris 1107
 Cerastes 1105
 Ceruicę causę venenum 1121
 Chalybis vis an in dysenteria conueniat: 189 col. 1 a, b, alium sicut, ibidem c, d, obstructions aperit: ibid e, eiusdem preparandi modus quoruplex, ibid. col 2 c, p. 190. col. 1 a, & seqq. partes in eo quot sint, ibid. b, vnde illi qualitates attingend:, ibid. col. 2 a, & seqq. p. 191 col. 1. & seqq.
 Chalybs an utilis in affectione hypochondriaca p. 242 c. 2 d, & quomodo: 43 col. 2 c, quomodo exhibendus ibid. c d quando vsurpandus 242. col. 1, a
 Chamęrubi fructus quis 275 col. 1 b
 Chamęricou an solo aere alatur pag 32, col. 2, c
 Chęne radix 1036
 Chitonium 817
 Cholera sicca an ad calorem ventriculi tantum referenda sit p. 64. col. 1 d, e, signa diagnost. ibid. prognostica, ib. curatio ibid. 2 a, & seqq.
 Chorea viti 997.
 Christiano an liceat se ab armis inuolabilem reddere, p. 921. & seqq.
 Chrysalis probatissimum & presentissimum in cholera remedium 63 c. 1, a
 Chyli crassiores partes vnde attrahantur & quomodo pag. 150 col. 2. b, 151. col. 1, a, & seqq.
 Chylifcos lęsę differentia pag. 48, col. 1, b, c, eius causę, ibid e, col. 2 a, b, & seqq. signa diagnostica 47. c. 2, a, b, 50 col. 1 a, curatio ibid col. 1, b, c, & seqq.
 Chylificatio an fiat a calore pag. 10. col. 2 d
 Chylifos fluxus quid sit, p. 116 col. 1, b, eiusdem signa diagnostica, ibid. c prognostica, ibid. d, curatio &c. ibid & seqq.
 Chylus per quam viam ad epat, & sanguis ab epate & liene ad intestina feratur, pag. 105 col 1 c, auctorum discrepantia ibid. d, decilio ib. e
 Chylus cur in aquam mutari non possit, pag. 310, col. 1, d
 Chymicorum de dysenteria opinio p. 127. c. 1 c
 Chymicorum saturum quid sit, p. 133 col. 1 a, quomodo generetur ibid b, c
 Cibi quales esse debeant in digesta, p. 245 col. 1, d, col. 2 b, & seqq.
 Cicuta 1093
 Ciborum sectorum fastidium, 37, col. 1, c, d, causę p. 31. col. 2, c, d, curatio col 2 a
 Ciborum inappetentię & fastidii causę, p. 21 col. 1, b, & seqq. alię 10 col 2 c, & seqq. signa prognostica, 27 b, c, & seqq. curatio ibid col. 1, a, & seqq.
 Cinnabaris p. 1084
 Clauicula luxatio p. 952
 Clauicula fractura p. 744

Index Rerum

- Co-gularum lac. p. 1120
 Caliacæ affectonis curatio, pag. 114 col. 2 b, c. eiusdem & lenteria discrimen ibid. d
 Coeundi impotentia p. 591. col. 1. b
 Coitus symptomata quænam sint p. 416 col. 2 a, b, & seqq.
 Colbij medici rescriptum ad D. Han. p. 1160
 Colchicum Ephemerum p. 1094
 Colica à flatibus & excrementis retentis que modo fiat pag. 101 col. 1 a. num sufficiat sola obstructio, & fecum retentio ad generandam colicam, ibid. b. quot corpora dolorem colicum in intestinis parere possint, ibid. c. an ab intestinorum contorsione, conuulsione, & compressione etiam colica induci possit, ibid. c. 2, b. prognostica, ibi. indicationes, ibid. c. curatio & c. pag. 102. col. 1 a. & seqq. Veronica in ea commendata, ibid. d. Imperatoria radix, ibid. an materia dolorem colicum pariens obstructionem etiam inducat p. 103. c. 1 c. d. argentum viuum quomodo in ea vsurpandum, ibid. col. 2 a. Hippocratis in ea remedium per intestinorum inflationem, ibid. b. colica à veribus qualis, ibid. d. eius ex intestinorum conuulsione & transpositione, curatio, ibid. colica ab humoribus crassis & viscidis in tunicis intestinorum hærentibus, ibid. e. an in cavitatibus intestinorum, num vero in illis intestinorum tunicis humor in colica causa hæreat, ibid. & pag. 14. col. 1 a. eius postremæ signa diagnostica, ibid. b. prognosticum, ibidem curatio & c. ibid. d. & seqq. alium in ea vtile pa. eadem col. 2. d.
 Colici & nephritici doloris differentiæ pag. 355. col. 2. c, d & seqq.
 Colica maligna p. 997
 Colicus intestinorum dolor quid sit pag. 98. col. 1. a, b. eiusdem causæ, ibid. c. eamdem causam subiectum, ibid. d. colicæ à casto indurato intestinis, ibid. e. eamdem differentiæ, ibid. signa diagnostica in genere, ibidem, col. 2 a, b discrimen à ventriculi dolore, ibid. c. à nephritico, ibid. d. vteri dolor iis cognatus, pag. 99. col. 1. b. prognostica, ibid. c & seqq. indicationes col. 2. c. curatio, ibid. e
 Conceptio quando fiat pag. 597. col. 2, & pag. 598. col. 1. a
 Conceptioni seminariarum quænam sint necessaria p. 589. col. 1, b
 Conceptionis signa quænam sint pag. 615. col. 1. b, & seqq.
 Conceptus quo tempore fiat p. 632
 Condylomata ceruicis vteri quidnam sint p. 288
 Condylomata quid sint pag. 90 col. 2 c. eorum signa diagnostica ibid. c. prognostica ibid. curatio & c. p. 91. col. 1 a, & seqq.
 Coniugium vt turbet demon. p. 1141
 Contagium dysentericæ causa, pag. 127. c. 1 d
 Contagium quomodo dysentericum excitet pag. 124. col. 1, c.
 Contusio cum vulnere p. 908
 Conuulsio, p. 921
 Conuulsiones siue conuulsui motus quo modo fiant pag. 264. col. 2 c, d, e, 265 col. 1. a, b
 Cordis affectus ex vtero qualesnam sint pag. 585 col. 2, a, b eiusdem signa & curatio ibid. b
 Cordis palpitatio quomodo scorbuticis contingat p. 265 col. 2 b
 Coriandrum p. 1096
 Cornuum causæ pag. 789 col. 4 e, modi pag. 790. col. 1 ib. b curatio ibid. c.
 Corporis statura parua & magna vnde sit pag. 602 col. 2 c d. partes corporis iusti maiores vel minores vnde pa. 603 col. 1 b. partium defectus, ibid. e. partium numerus superfluus ibid. c. confirmatio partium vitiosa ibid. col. 2. a, b & seqq. eiusdem vitiosæ conformationis causæ pag. 604 col. b, & seqq.
 Corpulentia nimie causæ pag. 737 col. 1 c, d. Signa diagnostica col. 2 ibid. e. prognostica ibid. c. curatio pag. 738 col. 1 b, c. adeps è corpore obeso abstractus, ibid. c. diata col. 2 ibid. b
 Cosmetica p. 834
 Costarum luxatio p. 952
 Costarum fractura p. 943
 Crapula incommodum pag. 20 col. 1 d
 Creatiois ignorantia quomodo gentilibus errandi causa p. 598 col. 2 d, c
 Crusta quid sit p. 90 col. 2 c. eius signa diagnostice, ib. e. prognostica ib. curatio & c. p. 91 col. 1. a & seqq.
 Croci martis in dysenteria vsus quis p. 191 col. 1, c
 Crocodilus p. 1111
 Cruditas quoduplex p. 254 col. 1 a, b
 Cuius fractura p. 939
 Crusta lactea quid sit p. 698. col. 2 c. eiusdem causæ, ibid. d. signa diagnostica ibid. e. prognostica ibid. & pag. 699 col. 1 a, curatio ibid. b & seqq.
 Cubiti & radii luxatio p. 955
 Cucurbitum vermes auidentur pag. 77 col. 1 d, quid sint p. 78 col. 1 c
 Cultriuoracis Bohemi historie pag. 22 col. 2 c
 Culti deglutiti è ventriculo extracti historia pag. 21 col. 2, b
 Curatio naturalis pag. 1154 diuina 1156
 Cuius vitia p. 832
- D
- D** Aphe quænam fuerit p. 478
 Desuuium pilorum p. 843
 Deglutitæ res in ventriculo illapsæ quid periculi afferant pag. 21 col. 1 c, quomodo è corpore exturbandæ, ibid. col. 2 a, & seqq.
 Deglutitionis lætæ quænam causæ sint pag. 5 col. 2 a, b, c, signa diagnostica ibid. d, prognostica ibid. c, curatio pag. 6, col. 1 b, & seqq.
 Deliria scorbuticorum quæ & vnde p. 26, col. 2, a
 Democritus bilis & infantæ sedem, quomodo quæsiuit pag. 117, col. 2, d, e, eius cum Hippocrate dialogus pag. 218 col. 1 a, & seqq.
 Dentitionis tempus pag. 708 col. 2, d, e, signa eiusdem diagnostica p. 709, col. 1 a, prognostica ibid. b, c, curatio eius ibid. d, e, & col. 2 a, b
 Deus non edit miracula sine causa p. 312, col. b, c
 Diabetes qualis sit morbus p. 365, col. 1, d, e, col. 2 a, b, causæ eiusdem ibid. c, signa diagnostica ibid. d, e, an potius immutatus plane per urinam in ea reddatur p. 366 col. 1 c, col. 2, a, & seqq. Diabete causæ altera ibi. col. 2, d, e
 Diabolum inter & hominem factum quoduplex fieri possit p. 923 & seqq.
 Diabolus venenorum gnarus p. 1137
 Diæta cur in morbo hypochondriaco necessaria, p. 245 col. 1 b & seqq.
 Diachæta à toto corpore sine febre quomodo producatur pag. 118 col. 2 b, quomodo ab humore seroto ibid. c, d eiusdem signa diagnostica ibid. e, prognostica ibid. indicationes, pag. 119 col. 1 b, curatio vel ibid. & c. seqq. Diarrhæa à ventriculo & cibis corruptis p. 119 col. 1 c, d, eiusdem signa diagnostica ibid. c, curatio & c. ibid. c, & seqq. Diarrhæa à hepate ex bilioso humore ibidem col. 2 a, b, c signa diagnostica ibid. d, prognosticum ibid. e, indicationes ibid. & p. 121 col. 1 a, curatio & c. ibid. col. 2 & seqq. Diarrhæa alienæ & humore melancholico pag. 121. col. 1 c, col. 2 a, eiusdem signa diagnostica ibid. b, prognostica ibid. c, curatio & c. ibid. d & seqq. Diarrhæa ab vtero quid sit pag. 122. col. 1 c à cerebro ibid. d, e, infantium dentitionum ibid. col. 2 c, à hypercathartæ & veneno sumpto ibid. d, e pag. 23 col. 1 a & seqq.
 Diarrhæa quid sit pag. 115. col. 1, a b c. eiusdem causæ, ibid. d, e, signa diagnostica ibid. prognostica, ibid. col. 2 a, b, c indicationes ibid. d, e, curatio pag. 116 col. 1 a. de eadem in specie & primo de luxu ibid. b, c & seqq. eiusdem signa diagnostica, ibidem c. de Diarrhæa quæ fit à toto, & primo de ea quæ est cum febre pag. 116 col. 2 prognostica ibid. e, & p. 117 col. 1 a, b, c, curatio & c. ibid. d, e, col. 2 a, b & seqq.
 Diatium pipereon medicamentum quale sit pag. 27. col. 2 c
 Digitorum laxatio p. 955, 959
 Diplos p. 1106
 Diuina curatio p. 1155
 Dorsi spinæ fractura p. 944
 Dorycnium p. 1095
 Draco terrestris p. 1110
 Draco marinus q. 1125
 Draco alatus è vesica excretus p. 375 col. 1 d
 Dryinus p. 1168
 Dysentericæ nomen & natura p. 113 col. 1, c, quod plerumque exidimia sit ibid. d, quid sit illa ibid. e, col. 2, a & seqq. parsia ea affecta quæ ibid. a, eiusdem clausæ & generatio, ibid. c, humores eam excitantes quales sint, pag. 124 col. 1. b. an sola acrimonia humorum eam faciat, ib

& Verborum.

c Humorum eam exortantium natura ibid. d, quomodo
contagium eam exerceret ibid. c. eius generatio modus
ibid. col. 2. b, c. eius proxima causa ibid. d, quid sit mu-
scolum illud quod in dysenteria excernitur ibid. e, eius-
dem causæ antecedentes & remotæ ibid. & pag. 125 col.
2. a, b, c, cibi & potus eam excitantes, quinam sint p. cad.
an eius semper causæ sint fructus Autumnales ibid. c
vvarum eius & multi potus eius causæ, ibid. c. 2. b. cibi
pravi & in soliti eius causæ, ibid. c, item venenata phar-
mata ibid. d, æque vel plurimobus annales fluentes an sint
causæ dysentericæ ibid. d, an Hydragrum illam excitet p.
126 col. 1. b, an oculi qualitates ibid. e & seqq.
Dysenteria cur superueniat entericæ & in qua arate sicbuen-
tor p. 122 col. 1. d & col. 2. a & seqq.
Dysentericæ causæ quomodo sint occultæ qualitates p. 126
col. 2. d, e, cur non omnes dysentericæ epidemia corripian-
tur p. 127 col. 1. a, b, Chymicorum de ea opinio ibid. c
contagium, eius causa ibid. d, e, eiusdem gradus & diffe-
rentiæ, ibid. col. 2, diuisio in hentem & tactam ibid. b, e
& seqq. eiusdem signa diagnostica p. 117 col. 2. e, p. 128
col. 2. a, eiusdem ab aliis euentibus aut fluxibus distimen-
tum p. 128 col. 1. c, ab abscessu in intestinis ibid. d, e, eiusdem
causarum alia signa ibid. col. 2. a, dysenteria malignæ &
pestilentialis signa ibid. an in illa tenuica intestina an
crassa afficiantur ibid. b, vt simulati possit pag. 129 col. 1.
d, eiusdem signa prognostica ibid. e, dysenteria ab atra
bile quid, ibid. col. 2. b, a pituita salia ibid. c, dysenteria
liensis accidens ibid. d, post manam & hydrogrem, ibid. e
post abscessum erupiones in dysenteria pag. 131 col. 1.
b, c, caruncule exeretæ ibid. c, vomitus bilisus ibidem d
dysenteria cum febre biliosa ibid. e, post morbum acu-
tum ibid. col. 2. a, entericæ dysenteria superueniens, ibid.
singultus in dysenteria, postula in gra pest autem ibid. b
dysentericæ interpestiue superuientis incommoda ibid. c, cur
mulieres pueri & senes in ea grauius decumbant, ibidem d
grauide dysenteria laborantes, ibid. mulieres grauiæ post
partum dysenteria liberantur, ibidem e, & pag. 131 col. 1.
a, dysentericæ indicationes ibid. b, e, curatio & curatio d, e,
col. 2. a & seqq. quidam sit muscolum & album quod in
dysenteria excernitur 148 col. 2. d

Dysenteria maligna 997
Dysenteria vlcus p. 817
Dysuria quid sit p. 380 col. 2. b, e, eiusdem causæ ibid. c, p.
381 col. 2. a, b, signa diagnostica ibid. d, e, col. 2. a, b, &
seqq. prognostica ibid. d, e, indicationes & curatio p. 382
col. 1. b & seqq.
Dysurie & vtiq; ardoris causæ p. 385 eiusdem signa dia-
gnostica p. 386 col. 1. a, prognostica ibid. curatio & c.
ibidem b, c & seqq.

E

Echymosis causæ pag. 760 col. 2. a, b
Echymosis quid ibid. b, contusio p. 761 col. 2. a, b, signa
diagnostica ibid. b, prognostica, ibid. d, curatio ibidem e
topica p. 762 col. 1. c
Echinatum causæ pag. 771 col. 1. d, signa diagnostica co-
2. b, d, prognostica ibid. d, curatio ibid. e
Echinatum causæ p. 771 col. 1. d, signa diagnostica col. 2.
ibid. d, prognostica ibid. d, curatio ibid. e
Elephantiasis & rabum causæ pag. 800 col. 1. e, signa dia-
gnostica col. 2. ibid. c, prognostica ibid. c, curatio ibi-
dem c
Ell. borus p. 1099
Epidemius quibus regionibus sit scorbutus p. 148 col. 2. c, d
& seqq.
Epatitis morbi quinam p. 287, eiusdem intemperiei pag. 288
col. 1. a, & intemperiei huius signa diagnostica, ibid. c pro-
gnostica ibid. c, indicationes ibid. d, remedia ibid. eiusdem
intemperiei calidæ signa diagnostica ibid. col. 2. b, prognos-
ticum ibid. c, indicationes & curatio ibid. c, p. 289 col. 1. d
& seqq. eiusdem intemperiei frigide causæ, ibid. col. 1. 1
signa diagnostica ibid. prognosticon. ibid. c, indicationes
& curatio ibid. & col. 2. a & seqq. eiusdem intemperiei
humide causæ, ibid. e, signa diagnostica ibid. prognosticon
ibid. a, curatio ibid. c, eiusdem intemperiei sicæ causæ
p. 290 col. 2. b signa diagnostica ibid. prognostica ibid.
c, curatio ibid. eiusdem intemperiei compositæ causæ ibid.
d, signa diagnostica ibid. curatio ibid. eiusdem intemperiei
cum materia causæ ibid. col. 2. b, signa diagnostica ibid.
c, prognosticon ibid. d, indicationes & curatio ibi-
dem c

Operum Sennerti. Tom. III.

Epatitis obstructio vnde pag. 291, col. 1. d, e, col. 2. a, eiusdem
causæ ibid. c, & seqq. differentia ibid. e, signa diagnostica
p. 292 col. 1. a, b, c prognostica ibid. d, c, indicationes ibid.
col. 2. a, b, curatio ibid. col. 2. c, d & seqq. eiusdem vasorum
apertio quomodo fiat p. 294 col. 1. b, eiusdem inflammationis
causæ ibid. col. 2. b, e, signa diagnostica ibid. b, prognosticon
ibid. c, curatio ibid. 11 signa inflammationis epatis causæ
p. 295, col. 1. b, c, signa diagnostica ibid. c col. 2. a & seqq.
p. 296, col. 1. a, b & seqq. prognostica ibid. c, col. 2. a, &
seqq. indicationes pag. 297 col. 1. d, curatio ibidem e, &
seqq.
Epatitis schirri causæ p. 299 col. 1. c, col. 2. a, signa diagno-
stica ibid. b, c, prognostica ibid. d, indicationes ibid. curatio
ibid. 300 col. 1. a & seqq.
Epatitis calculi ibid. col. 2. d, e, p. 301 col. 1. a, & seqq. vermes
ibid. c, d, hydatides ibid. col. 2. a, b
Epatitis vulnera ibid. c, d, vulnerum signa diagnostica, ibid. c
prognostica, ibid. d. & 302 col. 1. a, b, curatio ibid. c & seqq.
eiusdem vlcærum & fistulæ causæ ibid. col. 2. d, e, signa
diagnostica, ibid. c, p. 303 col. 1. a, b, prognostica ibid. c, d
curatio ibid. c, fistulæ celus epatis quis & vnde, p. 303 col.
1, a, b
Epatitis inbecillitas quanam sit, p. 304 col. 1. a, b & seqq. eius-
dem causæ ibid. col. 2. b, signa diagnostica ibid. c, d, e, p.
305 col. 1. a & seqq. prognostica ibid. d, e, indicationes &
curatio ibid. col. 2. a & seqq.
Epatitis dolor quem modo curetur p. 344 col. 1. c, 11 dicitur vnde
eiusdem p. 344 col. 1. d, e, quid sit ibid. eius subiectum ibid.
col. 2. a, causæ ibid. eiusdem signa diagnostica ibid. b, e, in-
dicationes ibid. & c. 11 dicitur status ab obstructione velleque
felle p. 345 col. 1. b, eius signa diagnostica ibid. c. 11 gra
prognostica ibid. d, indicationes ibid. e, curatio ibid. col. 2. a
qua, vt lun benci illum tollant p. 345, col. 2. a, b
Epatitis in temperies an ad Arthritidem faciat p. 435, col. 1. d
& 436 c. 1. a & seqq.
Epatitis ex vtero affectus p. 587
Ephedres in grauidis p. 833
Epidemius quandonam sit scorbutus p. 149 col. 1. d
Epidemia cur non corripiantur omnes dysentericæ pag. 127
col. 1. b
Epilepsia quomodo fiat in scorbuticis p. 264 col. 2. d, e, 265
col. 1. a
Epilepsia ex vtero causæ p. 382 col. 2. d, e, signa diagnostica
p. 583 col. 1. c, epilepsia ab vtero quomodo ab epilepsia
per aliarum partium consentum discernenda sit, p. 583 co-
2. c, d & seqq. eiusdem signa prognostica ibid. col. 2. c, indi-
cationes curatio & c. ibid. p. 584 col. 1. a & seqq.
Epilepsia quid sit p. 706 col. 1. a, b, c, signa diagnostica, ibid.
b, prognostica ibid. & col. 2. a, curatio ibidem d, & seqq.
conuulsio quid p. 706, col. 2. d
Epilepsia p. 997
Epiniudum causæ pag. 773 col. 1. b, c, signa diagnostica
ibidem e, prognostica col. 2. ibid. a, curatio ibid. b
Epuolicum largi quem modo componendum pag. 377 col. 1.
d, e
Equorum testiculi miris modis ad colicum leniendam com-
mendantur p. 100, col. 2. c
Erasistrato venæ lætæ rectæ fuerunt p. 204 col. 2. d
Erasistrato sententia de Arthritide p. 432 col. 2. c
Erica baccifera p. 1100
Erysipelas mammarum quid p. 669
Erysipelatis, seu Rosa causæ p. 751 col. 1. c
Erysipelas p. 920
Erysipelatis curatio p. 284 col. 1. c
Etiologicæ causæ pag. 773 col. 2. c, signa diagnostica pag. 774
col. 1. ibidem c, prognostica ibidem d, curatio ibi-
dem e
Euarchi an generent. p. 409 col. 2. d, & col. 2. a
Euphorbium p. 1057
Exanthematum causæ pag. 771, col. 1. d, signa diagnostica
col. 2. ibid. d, prognostica ibid. d, curatio ibid. e
Execrationes p. 1147

F

Fabricii modus ætatem hydropticum curare p. 316
col. 2. a
Fascias parandi ratio p. 25 col. 1. c, d, & seqq.
Fascinum 1126
Faut in infansulus quid sit p. 898 col. 2. d, eiusdem causæ
ibid. c, 11 gra diagnostica ibid. c, prognostica ibid. & p. 699
col. 1. d, curatio ibid.

Index Rerum

Favorum causse p 781 col. 2 a, curatio ibid. d
 Febres maligne & pestilentes p. 997
 Febrium semiterianarum origo p. 209 col. 1 a, b, causse
 ibid. c, signa diagnostica, ib. d, e, col. 2 a, prognostica, ib. b
 indicationes ib. c, curatio & c. ib. d & seqq.
 Fecum alui per aliena loca excretio pag. 194 col. 1 a, b, c
 per umbilicum ib. per alia loca diuersa ibi
 Felis cerebrum & sanguis p. 1118
 Fellis vesiculae morbi quinam sint pag. 303 col. 2 d, e, 304
 col. 1 a, & seqq.
 Femoris luxatio p. 957
 Femoris fractura 940
 Ferri natura & qualitates que, 190 col. 2 a, & seqq. 191
 col. 1 a & seqq.
 Ferrugo 1080
 Ferum & eius scoria ibidem
 Fibulae distractio 959
 Ficus causse p. 782, col. 2 a, curatio ibid. d
 Ficus seu lycoses quid sint pag. 90 c. 1 c, earum signa dia-
 gnostica, ib. e, prognostica ib. curatio & c. pag. 91 col. 1
 & seqq.
 Figure corporis vitiosa causa b 604 co. 1
 Illamenta & pili quomodo in renibus generentur p. 359
 col. 1 b, c, vbi generentur ibidem
 Fistulae manuum 859
 Fistulae ani quoniam sint p. 92 col. 1 a, earumdem differen-
 tia ib. signa diagnostica, ib. b, c, d, prognosticum ib. e, cu-
 ratio & c. ib. c. 2 a & seqq. eiusdem in melitum rectum pe-
 netrantis alia curationis ratio ib. c
 Fistularum causse p. 812 col. 2 d, differentie ib. e, signa dia-
 gnostica ib. c, prognostica p. 813 col. 1 d, curatio col. 2
 ibidem a
 Fistulae appetitio p. 814 col. 2 ibidem b
 Flatuum causa quoniam sit p. 339 col. 2 e, p. 340 col. 1 a
 b & seqq. per quam viam in abdominis cauitatem perue-
 niant, ib. c, quomodo generentur p. 341 col. 1 b ibidem
 tympanitis signa diagnostica p. 340 col. 1, curatio ibid.
 col. 1, & col. 2 a & seqq.
 Flatus quomodo in eo generentur p. 341 col. 1 a, b, an in
 ventriculo & in intestinis ib. c, d, an inter mesenteriu &
 intestinorum tunicas ibid. e, a qua intemperie generentur
 ibidem
 Flatus quomodo in tympanite generentur p. 3410 cpl. 1 b
 vbi ib. an in ventriculo & intestinis col. 1 c, d, an inter
 rae tenuis & intestinorum tunicas ib. col. 1 d, e, a qua
 intemperie generentur ibid. per quam viam in abdomi-
 nis cauitatem perueniant secundum feruclium ibi. col.
 2, c, d
 Fluoris muliebris causse, p. 555 col. 2 b, & seqq. per qua
 vias fluat, ib. c, eiusdem differentie p. 556 col. 2 b, signa
 diagnostica ib. e, col. 2 a, b, prognostica ib. c, d, indica-
 nes & curatio, ib. e, p. 557 col. 1 a & seqq.
 Fluxus chylosus quid sit, p. 116 col. 1, b, eiusdem signa dia-
 gnostica, ib. c, prognostica ibid. d, curatio & c. ib. & seqq.
 Fluxus colli quatuor quid sit 117 col. 2 c, 118 col. 1 a
 eiusdem signa diagnostica, ib. b, prognostica ibid. & c.
 curatio & c. ib. d & seqq.
 Fluxus sanguinei causse quoniam sint p. 191 col. 2 c, 192 c.
 1 a, fluxus sanguinis a copia eius vnde incipiat ib. eius-
 dem signa diagnostica ib. e, prognostica ib. curatio & c.
 ibid. & seqq. fluxus hepaticus legitimus quis, ib. col. 2 c
 spurius ib. d, eiusdem signa diagnostica pag. 193 col. 1
 a, prognostica, ib. d, curatio & c. ib. c, & seqq. eius proxima
 causa quoniam sit, ib. c. 2 c, d, e
 Formine cur veneficiis magis deditur quam viri 1145
 Formine literata 478
 Formine crassa cur non concipiant 593 col. 1 c, quomodo
 explorantur 594
 Fetus vitiosa formatio p. 602 col. 1, imbecillioris fetus
 causse ibidem, b
 Fetus lapide facti seu lithopædij historia 606 col. 2 d, e
 607 col. 1 a & seqq.
 Fetus debilitatis signa 624 col. 2 d, e, eum roborantia
 medicamenta p. 525 col. 1 c
 Fetus vitia quoniam p. 634 635
 Fetus serua nimis in lucem predictis & tractandus pag.
 641 col. 1 b, & seqq.
 Fetus per umbilicum manum exerens, p. 641, col. 2 d, e
 Fetus vitia quoniam p. 643 col. c, d
 Fetus mortui signa, p. 644 col. 1, d, e, prognostica, ibid.
 col. 2 a, variæ historie fetus mortui ibid. b, & seqq.
 Fetus mortuus in vtero detentus alio conceptu ac genito,

p. 645 col. 1 b
 Fetus in vtero putrefactus per abdomen exclusus p. 645
 col. 1 c, d, fetus putrefactus in vtero & eius ossa per
 anum excreta p. 646 col. 1 e, col. 2 a, & seqq. medicam. ca-
 ta factum moriuum expellentia 647 col. 2 b & seqq. fa-
 ctus per Chirurgica instrumenta excretio 648 col. 1 b
 manuum solum opera fetus mortui extractio 648 c.
 2 c, fetus mortui sectione vteris extractio, p. 650 col. 1
 d fetus viui e mortui matris sectione extractio, p. 651
 col. 1 b, an fetus in vtero, matre mortua aliquandiu vi-
 uere possit 651 col. 1 d, e, fetus viui e mortua, ib. col. 2 a
 viui fetus e viua matre sectione extractio p. 651 col. 1 c
 & seqq.
 Fetus formationis tempus, p. 599 co. 1 b, ad cam quot & que
 requirantur p. 599 col. 1 d, quot modis la datur ib. c
 Forium Liceti sententia & locus amplissimus de eo quod
 queritur an humor melancholicus abstinencie longe caus-
 sa sit 35 col. 1 c, d, & seqq.
 Fracturae 928 & seqq.
 Fracturae diuersae p. 937, 938
 Fungi pag. 1091
 Unguorum causse p. 790 col. 1 d, signa diagnostica, p. 791
 col. 1 ibid. c, prognosticum ib. c curatio ibid. c
 Furfuratio p. 848
 Futuunculi causse pag. 752 col. 2 c, signa diagnostica pag.
 753 col. 1 b, prognostica, ib. c, curatio ibid. d

G

Glent vomitus quis p. 59 col. 2 d, medicamenta ad il-
 lum ibid.
 Galeno an cognitus scorbutus d. 148 col. 1 b, col. 2 a, &
 seqq.
 Gallicus morbus p. 1013
 Gallinae & Galli & capones cur Arthritici noxii p. 448 col.
 2 a, b & seqq.
 Gangrena in mesenterio p. 211 col. 1 d
 Gangrena 824
 Gangrena maligna 997
 Ganglii causse p. 784 col. 1 d, signa diagnostica col. 2 ibid.
 e, prognostica pag. 785 col. 1 ibid. b, curatio ibi. c, sectio
 ibidem e
 Genellorum generationis causse p. 599 b, 600 col. 1 a, &
 seqq. signa eiusdem diagnostica, ibid. d, e, prognostica
 ibidem e
 Genarum rigiditas quomodo fiat in scorbuticis pag. 265
 col. 1 c, d
 Generationi ætas apta p. 591 col. 1 c
 Genu luxatum 959
 Gingipodium quid 246 col. 1 b & seqq.
 Glans imperforata quid sit p. 401
 Gonorrhæe causse que num sint, p. 412 col. 2 c, d & seqq.
 signa diagnostica, 413 col. 1 b, c, d, prognostica ib. e, indi-
 cationes col. 2 a, curatio ib. c, d, & seqq.
 Gonorrhæe causse in feminis 558 col. 2 b, signa diagno-
 stica, ib. c, prognostica ib. curatio, ib. e, virginitas quid sit
 560, col. 1 a
 Gonorrhæa 1054
 Gordonii Trochisci quales sint p. 375 col. 2 d, e
 Grauidæ ante partum regimen 637
 Grauidarum regimen quod simplex 616 col. 1 c, col. 2 a, &
 seqq. earum morbi acui 617 col. 2 b, an tenuis dietæ
 grauidis conueniat, ib. c, an grauidis vnam secare liceat
 619, 620
 Grauidationis falsæ causse 614 col. 1 b, c, signa diagno-
 stica ibid. col. 2 b, prognosticum, ibidem c, curatio ib. e,
 & seqq.
 Grauidis conuenientia medicamenta quoniam sint p. 621
 col. 1 a, b, symptomata quid grauidis accidant, ib. d, 622
 & seqq.
 Guaiaci decretum an idem præstet quod antipodagrica
 medicamenta 453 col. 2
 Guttati faeces causse 781 col. 1 e, prognosticum col. 2 ib.
 e, curatio ibid. e
 Gypsum 1074

H

Hamatogoga herba 1100
 Hemorrhagia in vlnenibus quomodo sistenda 899
 Hemorrhoides quotnplies sint, 240 co. 2 d, e, 241 col. 1 a
 & seqq.

& Verborum.

Hæmorrhoides quid sint 198 col. 1 a, b, earum differentiæ, ibid. & coeque & apertæ ib. c, earum differentiæ quot sint secundum Galenum, ib. col. 1 a, ad quam rerum præter naturam classem referantur, ibid. quibus regionibus fluxus hæmorrhoidum magis sit familiaris, ib. c, cui sexus potissimum accidat fluxus hæmorrhoidum, ibid. qua pericula fluant hæmorrhoides, ib. cui in hæmorrhoidibus æcis dolor excitetur, ibid. earundem causæ ibid. c, signa diagnostica 199 col. 0 a, prognostica ibid. b, c, & seqq. indicationes ibid. col. 2 d, curatio ibidem e, & pag. 200 col. 1 a

Hæmorrhoidum vteri causæ 489 col. 1 d, signa diagnostica ib. e, curatio ib. qua ratione à mensium fluxu & suppressione differant ib. col. 2 c

Hæmorrhæus 1105

Hæm medici epistole 1158, 1159

Hell. boli nigri extractum an utile in affectione hypochondriaca p. 243 col. 2 b & seqq.

Helleborus albus in suppositoriis cur eadem symptomata inducat, 207 col. 2 b

Helydrix causæ 782 col. 2 a, curatio ibid. d

Hepaticus fluxus legitimus quis p. 192 col. 1 c, spurius ib. d, signa diagnostica 143; e 1 a prognostica ibid. b, curatio & e ibid. c, & seq. eius proxima causa quænam sit, ib. c 2 c, d, e

Hercules quomodo procreatus 600 col. 2 d

Hermaphroditarum species quotuplices sint 404 col. 2 c, d & seqq. obquam causam nascantur 405 col. 1 d e

Hernia vterina quid sit 520 col. 1 c, & e. 2 a & seqq.

Hernia seroti quænam sit 399 col. 1 a, b, hernia ventosa, ib. c, eius causæ ib. signa diagnost. ib. d, prognosticum ibid. indicationes & curatio & c. col. 1 c, hernia aquosa quid, 396 col. 1 b, c, eiusdem causæ ib. d, e, p. 397 col. 1 a, signa diagnostica, ib. b, c, prognostica, ib. d, e, col. 2 a, indicationes & curatio ibid. b, c, & seqq. herniæ carnosæ causæ 398 col. 2 a, b, cur. plerumque in dextro testiculo fiat, & aquosa in sinistro ib. c, signa eiusdem diagnostica ib. d, prognosticum ib. indicationes, curatio, & c. ibid. e, 399 col. 1 a, b, hernia varicosa ib. signa diagnostica, ib. d, prognost. ibid. e, curatio ib. col. 2 a, & seqq.

Herniæ vteræ quot sint 83 col. 1 d, e, eius differentiæ ibid. c. 2 b, c, causæ ib. d, e, 84 col. 1 a, signa diagnostica, ib. b, c, prognostica, ib. d, e, col. 2 a, indicationes, curatio & c. ib. b, c, & seqq.

Herniæ umbilicalis causæ 419 e. 2 b, c, d, signa diagnostica ib. e, 420 col. 1 d, prognostica ibid. b, indicationes ib. c, curatio ibidem d, herniæ umbilicalis aquosæ quænam sint causæ ib. col. 2 b, signa diagnostica ib. b, c, prognostica ib. e, indicationes, curatio & c. ib. herniæ umbilicalis flatus lentæ causæ 421 col. 1 b, signa diagnostica ibid. b, c, prognosticum ib. indicationes & curatio ib. hernia umbilicali carnosæ ib. d, e, c. 2 a, & seqq.

Herniam curandi modus chirurgicus sine sectione pag. 87 col. 1, c

Herniarum causæ 717 c. 1 e, signa diagnostica ib. c, curatio ibid. d

Herniaria herba alias holleriana dicta quæ pag. 86, col. 2, e

Hieræ causæ 763 col. 1 c, d, differentiæ ibid. c, signa diagnostica col. 2 ibidem d, e, prognostica ibid. e, curatio ibid. e

Hieræ in doloribus ventriculi vsus 62 col. d

Hippocratis & Democriti dialogus de sede bilis & insanie 217 col. 2 d, e, 218 col. 1 a & seqq.

Hirudo 1113

Hirudines quo loco applicandæ in hæmorrhoidibus 200. col. 1 a, applicandi modus ib. 102 col. 2 c, 303 col. 1 a, b, & seqq.

Hispanicus morbus 1015

Historiæ duæ curationis calculi vesicæ 374 col. 2, b, & seqq.

Hicæ succus 1100

Holeriana herba aut herniaria quæ 36 col. 2 c

Homo cur magis varium quam alia animalia nascendi tempus habeat 630

Humeri fractura 939

Humeri luxatio 953

Humidum radicale qua ratione & qua de causæ ita disponi possit ut nihil vel parum de eo absumatur pag. 36, col. 2 d, e

Humores maligni an in corpore nostro generentur pag. 991

Humoris ex abscessu in alias parte decabitur 737, e. 1 a, b

Hydragyrum 1041

Hydragyrum quomodo dysenteriam excitet 116 c. 1 b

Hydrocele quid sit 396 col. 2 b, c, etiam causæ ibid. d, e, 397 col. 2 a, signa diagnostica ibid. 1 b, c, prognostica ibid. d, e col. 2 a, indicationes & curatio & c. ib. b, & seqq.

Hydromeli e lucco pomorum a quo vsi, & quænoce descriptum 245 col. 2 d, & seqq.

Hydrophobia quid sit 44 col. 2 b, an sit idem e fræsus utriusque canina ibid. e

Hydropicorum cadaver cur vesicis intus opletum 308. col. 2 b & seqq. eorumdem aqua vsi generetur ib. d, e, 309 col. 1 a, b, causa collectionis humoris icrosi in eadem ib. c, d hydrops videntem fiat ib. e, cui scitum in venie totum subsistat 309 col. 2 b, eiusdem causæ ibid. col. 2, e, 310 col. 1 a, b, & seqq.

Hydropis generatio apud paracelsicos qualis p. 317 col. 2 c, eiusdem differentia ib. d, e, signa eiusdem in genere, 312 col. 1, a, b, prognostica illius ib. c, d, & seqq. eiusdem hydropis alitæ signa 312 col. 2 a, b, & seqq. prognostica eiusdem 313, col. 1, d, e, col. 2 a, & seqq. indicationes 314 col. 1 c, col. 2 a

Hydropici cur pauci sanitati restituantur, ibidem b, c, & seqq.

Hydropis ascitæ curatio & c. 315 col. 1 a, & seqq. appetitio abdominalis in hydrope, quomodo & cur facienda 316 col. 1 c, vsi locum habeat hæc appetitio ibidem, a qua in hydrope quoties educenda ibid. quo in loco veni debeat hæc educitio ib. c, stat tota morbus cum extrahendi ibid. e, plateri ibid. ol. 2 a, Cuiuslibet Fabricæ ibidem

Hydrops per pudenda euacuetur ibid. ol. 2 c

Hydrops causa recidiva p. 336 col. 2 a, an sit a tale resolutione, ibid. d, e, per quas vias eiusdem aqua in cavitate abdominis perveniat p. 337 col. 1 b, c, & seqq.

Hydrops scorbucicus quomodo curandus pag. 284. col. 2, a

Hydrops vnde nomen accepit, & quomodo aliter appellatur, 307 col. 2 d, e, quotupliciter consideretur 308 col. 1 a, b, eiusdem differentiæ ib. c, species præcipua illius quænam sit ibid. d, e

Hymen virginitatis indicium an detur 560 col. 1 b, c, col. 2 a b, & seqq. quid sit 561 c, 3 c, eiusdem descriptio vulgaris col. 272

Hydiops ex intestinis quomodo oriatur 322 col. 1 c, ex renibus ib. ex vesica ib. ex vterocæpate 320 ib. c, & p. 325 col. 2 c, 2 colliguatione 323 col. 1 a, b, & seqq.

Hycycismus 1094

Hypocondriacorum dolor quomodo sit in scorbuto pag. 203 col. 1 a

Hypocondriacæ affectionis natura qualis sit 230 col. 1 a, b & seqq. vnde ita dicta 231 col. col. 1 c, de loco affecto, p. 231 col. 1 c

Hypocondriacæ affectionis causæ 232 col. 1 c, causæ altera ibide, an ab obstructioibus venarum nascatur hypochondriaca affectio ibid. col. 1 c, an ex inflammatione circa stomachum ib. an ab intemperie sicca ibid. e, eiusdem affectus generatio 234 col. 1 a, b, huius generatiores causæ ibid. c, an lien causa sit humorum veterum collectionis in eo 234 col. 1 c, cui pueris & adolescentibus non affligat 235 col. 2 c, d, signa diagnostica & symptomata quæ affectionem hypochondriacam comitari solent 236. c. 2, b, flatus & ructus quomodo generentur in ea, 237 col. 1 f, vsi flatus habeant, ibid. col. 2 a, signa partium affectarum, p. 239 c, eiusdem signa prognostica ib. c, indicationes, curatio, & c. p. 240 col. 1 d, e, col. 2 a, & seqq.

Hystericæ affectionis causa an sit vapor & equalis sit 576 col. 2 d, e

vnde vapor iste malignus elevetur 177 c. 1 b, c, an vinum in hystericis paroxismo exhibere liceat ibid. d, e, col. 2 a b, symptomatum in ea causæ 583 col. 1 a, & seqq.

Hystericorum symptomatum causæ p. 578 col. 1 a, eorum modo à mortuis distinguantur ibidem

I

Ichor & serum quid sint 216 col. 2 c, an differant ibid.

Icterus niger an sit idem morbus cum scorbuto 247 col. 1 a, & seqq.

Icti haematites an idem sint morbus qui scorbuto 247 248

Ictus diuturni euentus vel exitus triplex 37. col. 2 b

Iliacus dolor siue iliaca passio quid sit 108 c. 1 c

Imaginationis vis 604 col. 1 c, qua ratione formatioem sensus movet 604 col. 2 b, & seqq.

Index Rerum

Imperatoris radix in colica commendatur p. 102. col. 1 d
Impetiginis causa p. 780 col. 1 b, c, differentia col. 2, ib. d. signa diagnostica, ib. d. curatio ib. c
Imprecationes 1144
Inappetentia cibi causa p. 22 col. 1 b, & seqq. aliq. ibid. col. 2 c, & seqq. signa diagnostica, ib. c, & p. 13 col. 1 a, prognostica ib. b, c, & seqq. curatio & c. ib. col. 2 a, b & seqq.
Indicus morbus 1013
In dorum canis ienis an solo aere alatur, 32 col. 2 c
Inediam quandiu tolerare possit homo p. 28 col. 2 c, plura eius exempla ibid. d & seqq.
Infantis debilitatis causa p. 633
Infantes an commodius materno, an nutricis lacte nutriantur 689. c. 2 c
Infantis sani signa, p. 692. c. 2 b, c, & seqq. infantis diata à dentitione ad ablationem qualis esse debeat 694 col. 1 d, e, ab lactationis infantis tempus, ib. col. 2 d, e, diata post ab lactationem 695, rerum morbi in genere quinam sint, 696, eorum differentia morborum, ib. c, infantium febres variolae ac morbilli 697, eorum morborum signa diagnostica, ib. c. 2 b, prognostica ibid. curatio & c. ibid. e, & seqq.
Infantibus alimentum commodissimum quale sit p. 689. col. 1 b, & seqq.
Inflammabilia cur non facile deflagiant 36 col. 2 c, eorum differentia ibid. & seqq.
Inflammationum causa 738 col. 2 c, d, scilicet in inflammationis ib. e, an sola causa inflammetur ib. e, causa proxima inflammationis & sanguinis ibid. c
Inflamatio quid p. 740, col. 2 b, inflammationis generacionis modus ib. b, causa remota, ib. c, differentia ibid. c signa diagnostica 741 c. 1 a, b, dolor pulsatorius quemodo fiat ibid. c, prognostica col. 2 ib. a, inflammationis terminatio quoruplex, ib. b, tempora inflammationis ibid. d indicationes & curaciones 742. a. c. 1, purgatio ib. c, repellentia qualia p. 744 col. 1 a, derivatio 745 col. 1 a, b, euacuatio col. 2 ibid. a, b
Interriginis causa 721 col. 1 d, c, signa diagnostica ib. c, prognosticum ibid. curatio ibid.
Intestiuorum angustia quae 74. col. 2 b, eiusdem causa, ibid. c, d, & seqq. intestiuorum coalitus, ibid. c, & seqq. eiusdem eorum arrogantia, signa diagnostica p. 75 c. 2 b, prognostica, ib. d, indicationes ibid. c, curatio pag. 76 col. 1 a & seqq.
Intestiuorum ulcera quae 89 col. 2 c, intestiuorum & menti in umbilicum proidentia causa 419 col. 2 b, c, d, signa diagnostica, ib. c, 420, col. 1 a, prognostica ib. b, indicationes ib. c, curatio ibid. d
Intestiuorum vulnera quae 89 col. 1 a, eorumdem causa ib. b, signa diagnostica ib. d, c, prognostica ib. d, indicationes curatio & c. ibid. col. 2 a, b & seqq.
Intricles quomodo procreatas p. 600 col. 2 d
Ira causa quanam sit p. 218. col. 1 b
Ischiadicus dolor quid sit 446, 2 a, & seqq. p. 447. col. 1 & seqq.
Iscuria quid sit, p. 380. col. 2 b, c, eiusdem causa ibid. e, p. 381 col. 1 a, b, signa diagnostica, ibid. d, e, indicationes & curatio p. 382. col. 1 b, & seqq.
Italianus morbus 1013
Iuglans 1097
Iuguli fractura 842
Ixia 1096

L

Lac in dysenteria an conueniat pag. 158. col. 1 d, quor substantis constet, ibid. antiqui quomodo eo vsi, ib. c
Lac an possit esse in mammis feminarum non grauidarum 536. col. 2 c, d, vel virginum 562
Lac bonum vnde cognoscatur p. 601 col. 1 c, d, lactis vitia emendanda quanam sint 691 col. 2 a, b & seqq. signa diagnostica eorum 692 col. 1 c, prognosticum ibid. d, curatio ibi d, e
Lac co gularum 1120
Lacerta per aulum excreta 195 c. 2 c
Lacerta 1111
Lactea crusta quid sit p. 698 col. 2 e, eiusdem causa ibid. signa diagnostica ib. e, prognostica ib. b, 699 col. 1 a, curatio ibid. b, c, & seqq.
Lactearum pararum nouum genus quando & à quo iuuentum 204 c. 2 b, quana occasione inuentum sint ib. c, modus illas inquirendi ib. nouum hoc vasorum genus cur venarum la-

ctarum nomen adeprum sit ib. d, quomodo à reliquis vasculis melaractis distinguntur ibidem col. 2 a, curatio die lauentur ibidem b, ut moriente animalis, carum luccus euanescent, ib. d, cur eorum valvula foras spectent, 205 col. 1 b, quomodo ab aliis venis & arteriis differant ibid. ad quae intestina magis tendant ibid. tharum in intestina inferiora & ouigo, ibid. eorum progreffu, ibi. col. 2 a, eorumdem actio ib. b, vtilitas quomodo iudaganda 206 col. a, b & seqq.
Lactis & lactationis defectus causa 620 col. 1 a, b, signa eiusdem diagnostica, ib. col. 2 b, c, prognostica ib. col. 2, a curatio ibid. b, c, lactis redundancia causa p. 681 col. 2 c signa diagnostica 682 col. 1 a, prognostica ibid. b, c, curatio ib. d, lactis coagulacionis causa 683 col. 1 b, c, & seqq. signa diagnostica, ib. col. 2 b, prognostica ib. c, curatio ibid. d, & seqq. lactis per aliena loca excretio p. 624 col. 1 a
Languis expultricum quomodo componendum p. 377 col. 1 d, e
Lapides in ventriculo geniti quomodo extrahendi 21. col. 2 c
Lapides quomodo in intestinis reperiuntur pag. 76 col. 2 b, c
Lapides per aulum excreti 195 col. 1 c
Lapides in mesenterio reperi 211 col. 1 a
Lapis oui Gallinae magnitudine à sexu excretus p. 374 col. 2 c
Lauenti à calculo vesicae liberati historia 373 col. 2 d, e, p. 374 col. 2, & seqq.
Lazuli lapis 10760
Lentiginosus 833
Lepre causa eorum causa 777 col. 1 c, signa diagnostica ib. b, col. 1 b, prognostica, ib. d, c, curatio ibid. d
Lepus marinus 1123
Leuce & alphi causa p. 778 col. 1, e, signa diagnostica p. 779 col. 1 c, prognostica col. 2 ib. a, curatio ib. c
Liceti sententia de eo quod quentur an huiusmodi melancholicus abstinentie longa causa sit p. 35 col. 1 c, d, & seqq. eius locus amplissimus ib. & seqq.
Lien quos morbos pariat 217 col. 1 c, d, eius interitus quae ibid. e, eiusdem causa ibid. d
Lienes magni Hypocriatis an sint idem morbus cum liorbuto 147 col. 1 d, & seqq.
Lieni cur noceant animi pathemata 218 col. 1 d, eius interitici signa diagnostica ib. c col. 2 a, b, prognostica ib. c, indicationes ib. d, curatio ibid. e, & p. 219 col. 1 a, & seqq.
Lienis vsus qualis sit 215 col. 1 c, an sit efficiens sanguinis arterioli 216 col. 1 b, an eius vasa nihil è ventriculo uahant ibid. c
Lienis morbi organici quinam sint 219 col. 2 c, 220 col. 1 a & seqq. eorum causa ib. c, signa diagnostica ib. d, e, col. 2 a, prognostica, ibid. e, b, indicationes, curatio, & c. ib. & seqq. eiusdem inflammationis causa p. 221 col. 2 d, signa diagnostica, ib. c, prognostica 222 col. 1 a, curatio & c. ib. 2 a, b, eiusdem inflammationis signa diagnostica, p. eadem col. ead. d, e, col. 2 a, prognostica ib. d, indicationes ibid. c, curatio & c. ib. col. 2 d & seqq. eiusdem scilicet causa 223 col. 1 c, col. 2 a, b, differentia ib. c, signa diagnostica, ib. d, e, prognostica ib. b, c, indicationes ib. d, d, curatio & c. ib. c, col. 2 a & seqq. lienis indurati curati historia 226 col. 1 a & seqq. calculi lienis vnde ib. col. 2 c, vulneris eiusdem signa diagnostica, ib. c, prognosticum ibid. d, curatio & c. ib. c, 227 col. 1 c, e, eiusdem vicium causa ib. b, signa diagnostica, ib. c, prognosticum ib. curatio ib. d, eiusdem actio quor modis laedatur ib. col. 2 a, b, & seqq. signa diagnostica lesa eiusdem actionis ib. d, curatio 228 col. 1 b, eiusdem lienis dolorum causa, ib. c, signa diagnostica ib. c, d, prognostica ib. col. 2 a, curatio & c. ib. b
Lientie à facultate expultrice irritatae, signa diagno. 113 col. 2 c, prognost. ib. & 114 col. 1 a, b, indicationes ibid. c, curatio & c. ib. d, & seqq. eiusdem discrimen à caeliaca, ibi. col. 2 d
Ligamenta an sensu omnia caueant, pag. 432. col. 1, d, c, & seqq.
Ligamentorum vulnera 905
Linguae adstrictio vnde p. 709 col. 2 c
Lipothymia quomodo scorbucis contingat p. 265 col. 2, c
Literatae feminæ 478
Lithargyra 1080
Lolium 1100

& Verborum.

Luceat antiquorum post aliquot secula repetit, p. 36. col. 1. e
Lucumonia populorum historia memorabilis, p. 29. c. 1. c
Lues venerea, p. 103. 1.
Lugdunensium mulierum affectus, p. 57. c. 1. d
Lumborum dolor quomodo excietur in scorbuto, p. 363. c. 1. a.
Lumbago, ibid.
Lumbricorum caussa, p. 715. col. 2. b. c. signa diagnostica, ibid. d
prognostica, p. 716. col. 1. e. p. 717. col. 1. e.
Lumbrici quomodo in intestinis saepe copiosissimi generentur,
 pag. 77. col. 1. b. eorum tria genera apud Aristotelem quae,
 ibid. e
Lumbrici cucurbitini an dentur, p. 77. c. 1. d. laetus lumbricus
 quid, ibid. e. & seqq. an sit animal, p. 78. c. 1. a. cur nullus pun-
 ctiones in corpore efficiat, ibid. b. lata lumbrici genera quor-
 um, ibid. d. eorum materia, ibid. col. 2. d. eius generatio, p. 79. c. 1. c.
Lumbrices laetis an aetati familiaris, p. 79. col. 2. a. quodnam
 temperamentum lumbricis magis obnoxium sit, ibid. b. quod
 annis tempus, ibid. c. an lumbrici genui alios generent, ibid. b.
 an lumbrici intestina & ventriculum perforare possunt, ibid. c.
 & pag. 80. col. 1. a. lumbricorum differentiae quoniam sunt, p.
 80. col. 1. c. d. eorumdem signa diagnostica, ibid. e. col. 2. a. b. c.
 prognostica, ibid. d. e. p. 81. col. 1. a. b. & seqq. indicationes,
 ibid. e. curatio, & c. ibid. col. 1. a. b. & seqq. eorum pulsan ruro
 viupandus, ibid. c.
Lumbrici qua vi iesterum tollant, p. 345. c. 1. b
Lutetiae Pauciorum cur morbis obnoxie, p. 106.
Luxationum caussa, p. 947. col. 1. b. differentiae earumdem, ibid.
 c. 2. d. & seqq. signa diagnostica, p. 948. col. 1. c. curatio, ibid.

M

Machtgrieff quid sit, pag. 261. c. 1. d
Maciei & falsificationis caussa, p. 72.
Magari methodus ad vulnere, p. 883.
Magia, p. 923.
Magia, p. 1408.
Magica instrumenta an quere licet, & abolere, p. 1151.
Magici pulveres, p. 1139.
Magnes, p. 1076.
Maius semen ad quid vile, p. 242. col. 1. c.
Mammarum numerus & magnitudinis vitiose caussa, p. 667. cura-
 tio, ibid.
Mammaram ex lacte tumoris caussa, p. 668. col. 1. e. signa dia-
 gnostica, ibid. prognostica, ibid. curatio, ibid. b. & seqq. in-
 flammationis & cutipelans mammaram caussa, ibid. c. p. 669.
 c. 1. a. signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. d. indicationes,
 curatio, & c. ibid. & seqq. an a solo sanguine, an vero etiam a
 lacte inflammatio mammaram fiat, p. 670. col. 1. a & seqq.
 oedematum mammaram caussa, p. 670. col. 1. e. signa dia-
 gnostica, ibid. prognostica, p. 671. c. 1. a. curatio, & c. ibid. b.
 scirrhi mammaram caussa, p. 671. col. 1. e. c. 2. a. & seqq. signa
 diagnostica, ibid. prognostica, p. 672. col. 1. a. curatio, & c. ibid.
 b. & seqq. glandularum & strumarum caussa, p. 672. c. 2. c. signa
 diagnostica, p. 673. col. 1. b. prognostica, ibid. c. curatio, ibid. d.
 & seqq.
Mammaram cancer quid sit, pag. 673. col. 2. a & seqq. eiusdem
 caussa, p. 673. c. 1. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. d.
 e. col. 2. a. & seqq. curatio, p. 675. 676. mammaram vicia &
 fistulae, p. 677. c. 1. a. b. c. valorum in mammis angustiae caussa,
 ibid. col. 1. a. signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. c. cura-
 tio, ibid. d. de rebus in mammis genitis, p. 678.
Mandibula luxatio, p. 950.
Mandragora, p. 1095.
Mangas, p. 1000.
Mania quoniam fuerit, p. 473.
Manucadiata an solo aere aletur, p. 32. c. 2. c
Manus ossium fractura, p. 941.
Manus luxatio, p. 96.
Manuum fissura, p. 859.
Marius lepus, p. 113.
Maxilla fractura, p. 941.
Mecatus in pene vitia quoniam sunt, p. 399. col. 2. c
Mechoacania in dysenteria cur adhibeatur, p. 131. col. 1. e
mel venenatum, p. 1100.
Melancholia an sit caussa Arthritidis, p. 414. col. 1. b
**Melancholia virginum & viduarum quomodo differat à vul-
 gari melancholia**, p. 381. c. 1. d. e. c. 2. a. eiusdem caussa, ibid. b. c.
 signa diagnostica, ibid. e. prognostica, pag. 382. col. 1. d. indi-
 cationes & curatio, ibid. e.
Melancholici humoris natura quae, p. 116. col. 2. c
Melancholici cur ingeniosi, p. 218. col. 1. b
Melancholicus humor an abstinentiae longe caussa sit, p. 35. col. 1.
 c. d. & seqq.
Melancholicus humor quomodo sit caussa scorbuti, p. 352. c. 1. d
 eiusdem generatio, p. 254. c. 2. a
Meliceridis caussa, p. 783. col. 2. d. e. signa diagnostica, p. 785. c. 2.

ibid. c. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. e.
Membris doli & vulnera apta collocatio, p. 873. 879. & seqq.
Membris gracilitas & debilitas, p. 933.
Memoria tria quomodo leuobuticis coniungat, p. 263. col. 2. b
Memoria memorabile exemplum, p. 1175.
Menses nimis maturi fluitantes, p. 534. col. 2. a. b. mensium de-
 fectus, ibid. c. d. supp. 110, ibid. e. suppressionis eius caussa,
 p. 535. col. 1. a. b. & seqq. signa diagnostica, p. 536. c. 2. a. b.
prognostica, p. 537. col. 2. c. indic. curatio, 538. mensium pau-
 citas caussa, p. 541. col. 2. c. n. & seqq. signa diagnostica, ibid.
 signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. c. curatio, ibid. d.
 mensium fluctuantium caussa, ibid. col. 1. b. c. & seqq. signa dia-
 gnostica, p. 545. col. 1. d. prognostica, ibid. e. curatio, ibid.
 d. c. nimium mensium fluxus caussa, p. 545. c. 2. c. d. & seqq. signa
 diagnostica, p. 546. c. 1. c. d. indicationes, ibid. c. 2. c. d. curatio,
 & c. p. 547. col. 1. a. & seqq. mensium cum molestia fluentium
 caussa, p. 550. col. 2. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica,
 ibid. e. indicationes, curatio, & c. p. 551. col. 1. a. b. & seqq. men-
 sium vitiosorum caussa, p. 553. col. 1. d. e. signa diagnostica,
 ibid. col. 2. a. b. & seqq. prognostica, pag. 554. col. 1. a. o. indi-
 cationes, curatio, & c. ibid. d. e. mensium minorum: ortum caussa,
 p. 552. col. 2. c. d. signa diagnostica, ibid. e. p. 553. col. 1. a.
 prognostica, ibid. b. curatio, ibid. c. mensium tardio-
 rum caussa, pag. 553. col. 2. b. c. signa diagnostica, ibid. d. pro-
 gnostica, ibid. e. mensium per aliena loca excietorum caussa,
 p. 554. col. 2. d. c. signa diagnostica, p. 555. c. 1. a. prognostica,
 ibid. indicationes & curatio, ibid. e.
Menstrui fluxus spatium, p. 531. c. 1. b. quantitas, ibid. e. qualitas,
 ibid. d. locus, ibid. e. an mulier concipere possit cum nunquam
 quam menses fluxerunt, p. 531. c. 2. b. c. cur quoniam formica
 mensibus careant, & tamen parient, ibid. e. an sanguis men-
 struus solum quantitate sit superfluous, an vero etiam qualitate
 vitiosus, p. 533. c. 1. b. c. & seqq.
Menstruus sanguis, p. 1107.
mentuus sanguis an sit natura sua prauus, p. 531. c. 1. b. c.
Menses quando incipient fluere, p. 531. c. 1. e. quando fluant, c. 2. a
 qua periodo fluant, ibid. e.
mentagra quid sit, p. 431. c. 1. d
Mentia muliebis quid, p. 483.
Mercurius preparatus, p. 1043.
mesenterii valorum angustie & obstructionis caussa, p. 207. c. 1.
 c. signa eiusdem diagnostica, ibid. d. prognosticum, ibid. e. c.
 curatio, & c. p. 208. c. 1. a. b. & seqq.
mesenterii inflammationis caussa, ibid. c. 2. e. p. 209. mesentere-
 ritumores alii, p. 210. c. 1. b. eorum caussa, ibid. signa dia-
 gnostica, ibid. d. curatio, & c. ibid. e. c. 2. a. & seqq. prognostica,
 ibid. d. curatio & c. ibid. e. & p. 212. col. 1. a. & seqq.
mesenterii dolor quid, p. 212. c. 1. c. col. 2. a. & seqq. signa diagno-
 stica, ibid. c. d. proprium eiusdem signum, ibid. prognostica,
 curatio, ibid. & p. 213. col. 1. a. & seqq.
mesenterium vnde dictum, p. 204. col. 1. a. vasa mesenterica quomodo
 plicata, ibid. b.
mesenterium quot morbis obnoxium, p. 906. c. 1. a. cur dicitur
 medicorum matricula, ibid. c. eiusdem intemperies quae, ibid.
 d. vitia attentarum in eo, p. 29. col. 1. a. b. quomodo curanda
 mesenterii intemperies, ibid.
metella dux, p. 1099.
millepedi simile animal in vesica natum, p. 375. col. 1. d
minium, p. 1080.
Mixtio involuntaria quomodo sit, p. 386. col. 2. a. & seqq. eiusdem
 caussa, ibid. b. c. signa diagnostica, p. 347. col. 1. b. prognostica,
 ibid. c. indicationes, curatio, & c. ibid. d. e. col. 2. a. & seqq.
mola quid sit, p. 608. col. 1. e. eiusdem differentiae, c. 2. a. & seqq.
 eiusdem caussa, ibid. d. e. col. 2. a. & seqq. an sine vili semine
 mola generetur, ibid. & 611. signa diagnostica, ibid. d. e. p. 610.
 col. 1. a. & seqq. prognostica, ibid. c. c. 1. a. & seqq. curatio, ibid.
 e. p. 611. c. 1. a. & seqq.
mola post partum relicta, p. 617. col. 1. b.
monstra quomodo fiant, p. 621. c. 1. d. e. p. 623. col. 1. a. & seqq.
 eiusdem caussa, ibid. c. 2. a. & seqq.
morbi occulti, p. 962. & seqq.
morbi illata vulnera, p. 949.
mulieres literatae, p. 478.
mus araneus, p. 1113.
murana, p. 1121.
massa, p. 1116.
musculorum abdominis inflammatio quomodo fiat, p. 421. c. 2.
 b. signa eiusdem diagnostica, ibid. c. curatio, ibid. e. & p. 424.
 col. 1. a. & seqq.

N

Naxi marini, p. 235.
Naxi qualis affectus sit, p. 456. c. 2. e
Namyis Goppis vxor quomodo barbata effecta sit, & cur, p.
 387. col. 1. e

Index Rerum

Namorū generationis causæ, p. 604. col. 1. c.
 Napellus, p. 1099
 Nascendi tempus legitimum, p. 627. 628. 629. 630.
 Nasi fractura, p. 941.
 Natis caussa, p. 787. e. 1. c. d. signa diagnostica, col. 2. c. prognostica, ibid. d. curatio, p. 1106.
 Natrix, p. 1154.
 Naturalis curatio, p. 1154.
 Nausea quid sit, p. 56. col. 2. b. & seqq. eiusdem causæ, ibid. e. p. 47. col. 1. a. b. & seqq. differentia. ibid. d. e. signa diagnostica, ibid. e. 2. b. c. p. 58. a. b. prognostica, ibid. e. d. & seqq. indicationes, ibid. e. 2. c. curatio, &c. p. 59. c. 1. b. & seqq. p. 1013.
 Neapolitanus morbus, p. 1013.
 Neatomalis causæ, p. 785. col. 1. d. e. signa diagnostica, p. 786. c. 2. ibid. c. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. e.
 Nephritici & colici doloris differentia, p. 355. col. 1. c. d. & seqq.
 Nephritici dolores quando nã scorbuticos infestent, p. 363. c. 1. d. e.
 Nephriticus dolor quid sit, p. 369. col. 2. c. causæ eiusdem quænam sint, ibid. d. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, p. 370. c. 1. a. & seqq. curatio, &c. ibid.
 Nephriticus liquor qualis sit, p. 373. col. 2. c. p. 374. c. 1. a. & seqq.
 Neriam, p. 1097.
 Nervorum vulnera, p. 902.
 Nodorum causæ, p. 784. 1. d. signa diagnostica, col. 2. ibid. e. prognostica, p. 785. c. 1. ibid. b. curatio, ibid. c. sectio, ibid. e.
 Nubia granum p. 1100.
 Nutritio an cessare possit in corpore vivente, p. 35. col. 1. c. d. nubendi functio an in homine aliquandiu cessare possit, p. 35. c. 1. e. col. 2. a. & seqq. causæ cur nonnulli sine alimento vixerint, ibid. col. 2. e.
 Nutrix qualis eligenda, p. 689. col. 1. b.
 Nutricis diæta, ibid. d. e. col. 2. a.
 Nux metalla, p. 1097. vomica, p. 1099.
 Nymphomania nymphotomia quid, p. 578. col. 1. d. c.

Oblivionis memorabile exemplum, p. 1155.
 Obstetricis officium, p. 638. col. 1. c.
 Occulti morbi, p. 902. & seqq.
 Occulta qualitates quomodo dysenterix causæ, p. 126. c. 2. d. e.
 Odores malus, p. 837.
 Oedema, p. 575. col. 1. a.
 Oedematis causæ, p. 264. col. 2. b. c. signa diagnostica, p. 265. col. 1. a. b. prognostica, ibid. c. curatio, ibid. d.
 Oedemata mammarum quid, p. 670.
 Oesophagi morbi quinam sint, pag. 1. col. 1. intempericis, ibid. col. 2. eorum signa diagnostica, p. 1. col. 2. b. prognostica, ibid. c. indicationes & curatio, ibid. d. eius tumorum signa diagnostica, p. 2. a. prognostica, ibid. b. curatio, &c. ibid. c. eiusdem angustia signa diagnostica, p. 3. col. 2. a. prognostica, ibid. b. curatio, &c. p. 4. col. 1. a. b. & seqq. eiusdem relaxatio, &c. ibid. d. vulnera, ibid. col. 2. a. b. vlcera, ibid. h. eorum signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. curatio, &c. p. 5. col. 1. a. & seqq. oleandrum,
 Omentis morbi quatenam sint, p. 213. col. 2. e. p. 214. col. 1. a. b. eiusdem tumores, ibid. c. omentum peritonæo adnexum, ibid. col. 2. e. eius situs mutatus, ibid. eiusdem putredo, ibid. & seqq. p. 844.
 Ophthalmis, p. 1085.
 Opium, p. 135. col. 2. e.
 Ossa per alium excreta, p. 937.
 Ossa distorta & male composita, p. 937.
 Ossium manus fractura, p. 945. pedis, ibid.

Panis fastidium, p. 37. col. 1. b. eius causæ, ibid. c. d. e. curatio, col. 2. a.
 Pancreatis vsus qualis sit, p. 205. col. 1. d.
 Pancreatis vsus qualis, p. 213. col. 1. e. col. 2. a. nobilior & virtior eius vsus, ibid. b. eius morbi, ibid. c. symptomata. ibid. d. eorumdem curatio, ibid. d.
 Papillarum morbi & defectus quinam sint, p. 5-8. col. 1. b. c. papilla quoruplex, ibid. d. fistula papillarum, ibid. e. eiusdem causæ, ibid. & seqq.
 Papularum causæ, p. 771. col. 1. d. signa diagnostica, col. 2. ibid. d. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. e.
 Paracelsi impietas, p. 1148.
 Paracelsicorum de generatione hydropis opinio, p. 311. col. 2. b.
 Parvi ratio venum secundum in fecundis, p. 374. col. 2. d. e.
 Paralyticis quomodo reperitur in scorbuticis, p. 263. col. 2. e. p. 264. col. 1. a. & seqq.
 Parenthyma renum quale sit, p. 349. c. 1. b. c.
 Parisii cur morbis obnoxii, p. 1006.
 Paronichia causæ, p. 750. col. 2. d. e. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, p. 759. col. 1. a. curatio, ibid. b.
 Parolyticus causæ, p. 754. col. 1. c. d. differentia, ibid. e. signa diagnostica, ibid. col. 2. ibid. b. prognostica, ibid. c. curatio, ibid. d.
 Partus naturalis quid sit, p. 625. col. 1. b. admirandum eiusdem

opus, ibid. b. an ossa imbis in partu diverferentur, ibid. c. d.
 Partus legitimus & illegitimus qui differant, p. 628. col. 2. b. c. & seqq. eiusdem tempus legitimum quodnam sit, ibid. d. e. p. 629. col. 1. a. b. & seqq. variæ temporis partus causæ, p. 630. c. 1. b.
 Partus instantis signa, p. 637. c. 2. d. naturalis modus, ibid.
 Partus difficilis natura signa, p. 638. c. 2. b. c. causæ, ibid. d. signa diagnostica, p. 639. col. 1. c. 2. a. b. prognostica, ibid. e. d. indicationes, ibid. e. curatio, p. 640. c. 1. a. b. & seqq.
 Partus difficilis præter naturalis causæ, p. 641. c. 1. a. signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. c. curatio, &c. ibid. & seqq.
 Partus tardus, p. 643. c. 1. d. nullus, ibid. col. 2. b. eius causæ, ibid. 2. d. & seqq. signa diagnostica, p. 644. c. 1. c. d. prognostica, ibid. c. 2. a. curatio. p. 547.
 Parturientis officium, p. 638. c. 1. b.
 Pasticina marina, p. 1023.
 Patellæ in genu fractura, p. 945.
 Patella luxatio, p. 957.
 Pavoris in fomino infantium causæ, p. 704. 2. c. d. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, p. 705. c. 1. a. curatio, ibid. b. & seqq.
 Pediculorum causæ quænam sint, p. 701. c. 1. d. e. col. 2. a. & seqq. præservatio ab usdem pediculis & præcautio, p. 702. c. 2. d. e. p. 703. c. 1. a. & seqq.
 Pedis ossium fractura, pag. 945.
 Pedis luxatio, p. 959.
 Penis morbi quinam sint, p. 399. c. 1. a.
 Penis distortio, pag. 400. col. 1. c. d. inflatio, ibid. e. 2. c. d. inflammatio, ibid. tuberculi & verruca, p. 401. col. 1. b. c. & seqq. vulnera, fistula, &c. p. 402. col. 1. b. & seqq.
 Penis erectio læta quomodo cognoscatur, p. 409. c. 1. b. c. & seqq.
 Penis excreta aliena, p. 417. e. 1. c. eiusdem dolor unde sit, ibid. col. 2. b. c.
 Peritonæi morbi quinam sint de qua ratione sint curandi, p. 423. col. 1. b.
 Peritonæum causæ, p. 759. col. 2. c. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, p. 760. col. 1. a. præservatio, ibid. a. curatio, ibid. d.
 Pestis, p. 997.
 Phlegma quomodo barbata effecta sit, & cur, p. 587. c. 1. d. e.
 Phagedæna, p. 818.
 Phanicum, p. 1093.
 Phibro affecti mira historia, p. 1155.
 Phimosi quid, p. 403. c. 1. e. col. 2. a. b. & seqq.
 Phlyctænarum causæ, p. 771. col. 1. d. signa diagnostica, col. 2. ibid. d. prognostica, ibid. curatio, ibid. e.
 Phlegmatis causæ quænam sint, p. 702. col. 2. c. d. curatio, p. 703.
 Phlegmatis causæ, p. 782. col. 2. a. curatio, ibid. d.
 Phlegmatis causa, p. 753. c. 2. c. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, p. 754. c. 1. a. curatio, ibid. b.
 Phymalis causæ, p. 753. c. 2. e. signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. b. curatio, ibid. c.
 Pica vel appetitus vitiosus quid sit, p. 42. c. 2. 1. b. an sit eadem cum malicia quid sit, p. 42. col. 1. b. an sit eadem cum pica, ibid. & seqq. eius causæ, ibid. c. 2. c. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. c. 2. d. curatio, ibid. e. p. 43. c. 1. a. & seqq.
 Pica an à causa venenata oriatur, p. 42. c. 2. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. curatio, ibid. & p. 43. c. 1. a. & seqq. an in ea humor prauro contrariis, an similia appetantur, ibid. c. 2. d.
 Pili in ventriculo geniti quomodo educendi, p. 2. c. 1. e.
 Pili & filamenta quomodo in panibus generentur, p. 359. c. 1. b. c.
 Pilonum natura, p. 840. viiia, ibid. & seqq.
 Pilulas tartareas conficiendi ratio commodior, p. 219. col. 2. a & seqq.
 Pini crucez, p. 1176.
 Piscis canis fel, p. 1125.
 Pisonis observationes ad scorbutum referendæ, p. 261. col. 2. e.
 Pituita in corpore redundans an abstinentiæ longe causæ sit, pag. 34. col. 2. a.
 Pituita quomodo in intestinis colligatur, pag. 76. c. 2. d. e.
 Plantæ an sola aqua nutriantur, p. 34. col. 1. c. d.
 Plareri sententia de diabete, p. 369. c. 1. a. & seqq.
 Pleuritis quomodo scorbuticos affligat, p. 263. c. 2. a. b.
 Pleuritides, p. 997.
 Plica, pag. 849.
 Plumbum, p. 1080.
 Pneumoretæ quid sit, p. 396. col. 1. c. causæ eiusdem, ibid. signa diagnostica, ibid. d. prognosticum, ibid. indicationes, curatio, &c. ibid. e. c. 1. a. & seqq.
 Pollutiones nocturnæ causæ, p. 415. c. 2. b. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. indicationes & curatio, p. 416. c. 1. a.
 Podagra Cyprinorum esu commota, p. 436. c. 2. d. e. an hereditaria sit, p. 437. c. 2. b.
 Podagra tragicè producta à Lucario interprete M. Erasmo Schmidis Græc. & Marth. Professore, p. 468. 469. 470. 471. 472. 473.
 Poisingo, p. 848.

& Verborum.

Potus appetitus laesus quid sit, p. 44. col. 1. b. eiusdem signa diagnostica, ibid. d. prognostica, p. 111. d. curatio, ibid. e. 2. a
Pregnantes an purgare liceat, p. 619. c. 1. d. d. & seqq.
Praputii morbi quinam sint, p. 403. col. 1. e. col. 2. a. & seqq. p. 404. c. 1. a. & seqq. praputii curatio, ibid. c. 1. a. de circumdendis, ibid. b. hilura praputii, ibid. c.
Praputii periculis quid sit, p. 417. c. 2. d.
Precoriam consilium, p. 853.
Priapismi causae quae nam sint, p. 411. col. 1. a. b. signa diagnostica, ibid. d. c. indicationes, curatio, & c. ibid. e. & p. 412. c. 1. a. b. & seqq.
Pruicus, p. 837.
Psydracorum causticorum, p. 782. col. 2. a. curatio, ibid. d.
Pubis ossa an utruellantur in partu, p. 628. c. 1. d.
Padendagra, p. 1013.
Pudendi orificii angustia quid sit, p. 482. col. 1. b. clausura, ibid. col. 2. amplitudo, ibid. eius mearus quor, pag. 483. col. 2. a.
Pudendi scabities & pustulae vnde, p. 487. col. 2. a. causae earumdem, ibid. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. curatio, de eius venis, p. 483.
Pudendi ruptura, p. 660. Ruga, p. 662. lactis febris, p. 662. c. 2. c. b. c. vnde febris computatio in puerperis fieri debeat, ibid. d. e. causae februm post partum, p. 663. c. 1. a. b. c. causae februm post partum, p. 663. col. 1. a. b. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. indicationes curatio, ibid. c. 2. a. b. & seqq.
Puerperarum febris & morbi acuti, p. 663. col. 2. b. c. vnde rebus computatio in puerperis fieri debeat, ibid. d. e. eiusdem causae, p. 663. col. 1. a. b. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. indicationes, curatio, & c. 1011. a. b. & seqq. scopi in curandis febribus puerperarum, ibid. d.
Puerperarum regimen, p. 655.
Pulmonis & vasorum umbilicalium post partum mutatio, pag. 628. col. 1. d. c.
Papillazum color mutatus, p. 685.
Purgationis post partum imminuta vel retenta causticorum, p. 675. c. 2. a. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. curatio, ibid. p. 678. & seqq.
Puris euacuatio, p. 736. c. 1. a. apostematus apertio, ibid. b. quor modis fiat, ibid. c. sectio quomodo instituenda, ibid. d. puris euacuatio, c. 2. ibid. a. latentis abscessus historia, ibid. b.
Pus curati partibus remouere per alium euacuatur, p. 195. col. 1. e.
Pustularum causticorum, p. 771. col. 1. d. signa diagnostica, c. 2. ibid. d. prognostica, 1011. d. curatio, ibid. e.

Q

Qualitatum occultarum morbi, pag. 962. & seqq.

R

Rabidorum animalium venenum, p. 1116.
Rabies canina & Hydrophobia an fridem affectus, p. 44. col. 2. c.
Rax laxatio, p. 955.
Radix Chinæ, p. 1036.
Ramenta an ex intestinis in dysenteria excernantur, p. 186. col. 1. d.
Ranula sub lingua quid sit, p. 709. col. 2. d.
Reargare, p. 1077.
Renum usus qualis & quam diuersus, p. 348. c. 1. f. & seqq. an prater feri expurgationem alium adhuc usum habeant, p. 349. col. 1. b. an habeant peculiare parentese, ibid. b. an vena emulgens plus sanguinis ad eos vehat, quam pro sui nutritione indigeant, ibid. c. d. ad expurgandum humorem serosum quam arte opus habeant, ibid. e. curatio immittantur arteria, ibid. e.
Renum intemperiei calidae & siccae causae, p. 349. col. 2. d. signa eius diagnostica, ibid. e. prognostica, p. 350. c. 1. b. indicationes, & curatio, ibid. b. & seqq. intemperiei renum frigidae causae, ibid. d. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. indicationes & curatio, col. 2. a. renum numerus quomodo mutetur, p. 350. c. 2. b. color, ibid. c. substantia, ibid. renum alii morbi quinam sint, ibid. c. d. vasorum in eis angustia vnde ibid. signa diagnostica, p. 351. col. 1. a. b. c. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. apertio vasorum, ibid. col. 2. e. & seqq.
Renum calculus quid sit, p. 351. eius differentiae, p. 354. col. 2. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, p. 355. 2. d. indicationes curatio, p. 316. col. 1. a.
Renum inflammationis causae, p. 359. col. 2. c. signa eiusdem diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. p. 360. col. 1. a. & seqq. indicationes, curatio, & c. ibid. b. & seqq. eorumdem abscessus, ibid. col. 2. d. incisio tumoris, ibid. e. scirrhus, ibid. & p. 361. col. 2. c. vulnera, ibid. d. e. col. 1. a. b. c. vlcera, ibid. d. e. eorum vlcera causae, ibid. signa diagnostica, p. 352. col. 1. a. b. pro-

gnostica, ibid. e. indicationes & curatio, ibid. d. & seqq.
Renum imbecillitatis causae, p. 364. col. 1. a. b. signa diagnostica, eiusdem, ibid. c. d. prognostica, ibid. e. col. 2. a. & seqq. indicationes & curatio, & c. ibid. e. p. 365. c. 1. a. & seqq.
Respiratio difficilis quomodo curanda, p. 275. c. 1. e.
Rhubarbarum quomodo in dysenteria exhibendum, p. 132. c. 3. e. antetendum, ibid.
Rhagades an quid sint, p. 91. col. 1. b. differentiae earumdem, ibid. & c. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. e. curatio, ibid. col. 2. a. & seqq.
Rhagades vici ceruicis quid sint, p. 491. col. 2. d. earumdem causae, ibid. e. signa diagnostica, ibid. 492. col. 1. a. curatio, ibid. b. & seqq.
Rouilici modus extrahendi calculum vesicae, p. 374. c. 2. d. e.
Rubeca, p. 1113.
Rubigo in vitibus & arborum foliis, p. 116. col. 2. c.
Ructatio an soli homini accidat, p. 15. col. 1. e. eiusdem causae, ibid. d. e. signa diagnostica, pag. 56. col. 1. a. b. c. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. e.

S

Sagarum pacta cum diabolo, p. 1148.
Sagas an iocet orare ne nocent, p. 1147.
Sal terrae & tartarum an differant, p. 433. c. 1. col. 1. a. b. & seqq.
Salacitas quid sit, p. 590. col. 1. a. b. conceptionis vitia quae nam sint, p. 590. c. 1. d. e. col. 2. a. & seqq. eiusdem causae, p. 591. c. 1. a. & seqq. differentiae, p. 593. c. 2. c. signa diagnostica, ibid. d. e. indicationes, curatio, & c. p. 595. col. 1. e. col. 2. a. & seqq.
Salamandra, p. 1111.
Sanctorii modus aquam in hydropo extrahendi quis fuerit, p. 316. c. 1. c. 2. a. b. Plateri modus aquam hydropicorum extrahendi, p. 316. c. 1. a. b.
Sandaracha, p. 1077.
Sanguificatio quomodo laedatur, p. 304. c. 2. a. b. & seqq. eiusdem lesionis causae, ibid. c. 2. b. signa diagnostica, ibid. e. & seqq. p. 305. c. 1. a. & seqq. prognostica, ibid. d. e. indicationes & curatio, ibid. col. 2. a. & seqq.
Sanguis Taurinus haustus, p. 1119.
Sanguinis fluxus a coepta eius vnde incipiat, p. 192. c. 1. a. b. eiusdem signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. d. curatio, & c. d. e. c. 2. a.
Sanguinis fluxus post partum causae, p. 658. col. 2. a. signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. e. indicationes, curatio, & c. ibid. d. e. p. 659. c. 1. a. & seqq.
Sapientia Comitis morbi historia, p. 851. 853 & seqq.
Saponaria, p. 1038.
Saracenus puluis ad quid utilis, p. 452. col. 1. b.
Sarcocele quid sit, pag. 398. col. 2. a. eiusdem causae, ibid. b. signa diagnostica, ibid. c. d. prognostica, ibid. e. indicationes curationes, & c. p. 399. c. 2. a. & seqq.
Sardonia herba, p. 1096.
Sassafras lignum, p. 1036. 1037.
Sartaparilla, p. 1035.
Sariadis causticorum quae nam sint, p. 411. col. 1. a. b. c. signa diagnostica, ibid. d. indicationes, curatio, & c. ibid. e. & pag. 411. col. 1. a. & seqq.
Scabiei causa, p. 774. col. 1. e. differentiae p. 775. col. 1. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. e. malum mortuorum, p. 757. col. 1. b.
Scapulae fractura, p. 942.
Scarabzi Cornu per alium excreti, p. 195. col. 2. e.
Scirrhi causae, p. 766. col. 1. d. e. signa diagnostica, col. 2. ibid. e. differentiae, p. 767. col. 1. a. prognostica, ibid. b. curatio, ibid. c.
Scolopetorum vulnera, p. 910.
Scobina campanarum, p. 1079.
Scolopendra, p. 1113.
Scolotybe quid sit, p. 146. c. 1. e.
Scorbuti nomina quae, p. 246. c. 1. a. b. an fuerit antiquis cognitus scorbutus, ibid. d. an stomatice & scolytybe, ibid. e. Scorbutus quando ira appellatur, ibid. c. 2. e.
Scorbuti generationis modus, p. 251. col. 1. a. scorbuticorum morborum & symptomatum generatio, ibid. c. 2. a. & seqq. scorbutica colluies ubi generetur, ibid. e. & seqq. ubi contineatur, p. 252. col. 1. b. c. scorbuticus humor quo modo corrumpitur, ibid. col. 2. c. 351. col. 1. a. quomodo generatur, ibid. b. scorbuto generando aptus victus, ibid. d. e.
Scorbutum curantia medicamenta, ibid. col. 2. a. b. medicamenta contra scorbutum recentia vituperanda, ibid. e. occulta vis in medicamentis scorbuticis, ibid. d. e. 254. col. 1. a.
Scorbuti generatio, p. 254. col. 1. b. eiusdem causae remouere, ibid. c. d. eodem generando cibi apti, ibid. e. potus in eo quis esse debeat, ibid. & p. 255. c. 1. e. c. 2. a. & seqq. pulmones quae

Index Rerum

- do afficiantur in eo, *ibid.* d. & p. 236. col. 1. a. b. vitæ genus aut ad eum conferat, *ibid.* c. an atas, *ibid.* an sexus, *ibid.* an euacuatonum suppressio, *ibid.* an somnus, *ibid.* an vigilia, *ibid.* an animi pathemata, *ibid.* an febres, *ibid.* d. an viscerum dispositio, *ibid.* an contagium, *ibid.* col. 2. a. b. c. quomodo per illud scorbutus communicetur, *ibid.* c. 2. d. e. De signis eiusdem ac de morbis ac symptomatibus quæ eum comitantur, p. 257. col. r. a. cur in principio scorbutus difficultas cognoscatur, p. 257. c. 1. c. scorbuti signa generalia, *ibid.* d. e. col. 2. a. incipientis scorbuti signa, *ibid.* b. augmentum sumentis signa, *ibid.* ingrauescentis signa, *ibid.* c. & seqq. rata & noua de scorbuto obseruationes, p. 258. c. 1. a. b. & seqq. multitudinis inborum & symptomatum in scorbuto causa, scorbuticus humor neruoso generi incitatus, p. 278. c. 2. c. p. 259. c. 2. a. b. & seqq.
- Scorbuti signa prognostica quænam sint, p. 271. c. 1. b. c. & seqq. iudicationes p. 262. c. 1. d. 1. col. 2. a. curatio *ibid.* b. & seqq.
- Scorbutici dolores ventris à colico differentia p. 261. c. 2. e. de ortu eiusdem p. 862. c. 1. a. b. & seqq. per quas vias hi humores ad ventrem ferantur, p. 262. col. 2. a. b. & seqq. cur dolor hypocondriorum in illo, pag. 263. c. 1. a. lumborum *ibid.* lumbago, *ibid.* c. dolores nepatici, *ibid.* d. dolor capitis, *ibid.* e. dentium, *ibid.* c. 2. a. pleuritis, *ibid.* b. arthritus, *ibid.* c. d. stupor, *ibid.* e. paralyfis, *ibid.* e. pag. 264. col. 1. a. b. eadem ex colica, scorbutica, quomodo oriatur, *ibid.* c. tremor, *ibid.* c. 2. c. epilepsia, *ibid.* & seqq.
- Scorbuticæ gangræna quomodo fiat, p. 270. col. 1. d. e. & seqq.
- Scorbutorum viræ, p. 260. col. 1. b. c. & seqq. eiusdem ardor, *ibid.* col. 2. d. e. pulsus, p. 261. col. 1. a. dolores vanni, *ibid.* b. erutum *ibid.* c. suratum circatalos & plantas pedum, *ibid.* d.
- Scorbutorum membrorum contractio, p. 255. col. 1. a. b. genurum rigiditas, *ibid.* c. apoplexia, *ibid.* d. cæcitas subiuanca, *ibid.* e. sopor profundus & vigilia, *ibid.* e. tristitia, *ibid.* col. 2. a. deliria, *ibid.* e. memoria læta, *ibid.* b. cordis palpitatio, *ibid.* e. lipothimia, *ibid.* c. strangulationis motus, *ibid.* d. e. appetitus defectio, *ibid.* e. sitis p. 269. col. 1. a. ructus, *ibid.* vomitus & vomendi conatus, *ibid.* c. speratio continua & saluatio, *ibid.* d. alui fluxus, col. 2. a. & seqq. sanguinolentus, *ibid.* d. e. eius adstrictio, p. 276. c. t. b. sudor copiosus, *ibid.* b. c. hæmorrhagia narium, *ibid.* d. menses albi, *ibid.* e. femæ aquolum, *ibid.* color faciei, *ibid.* e. ceteras, *ibid.* & col. 2. a. odor corporis & anhelitus, *ibid.* e. horiores, *ibid.* calor nocturnus, *ibid.* febres, *ibid.*
- Scorbutarum febrium ab aliis differentia qualisnam sit, pag. 267. c. 2. c. p. 278. c. 1. a. & seqq. tertiana, *ibid.* d. e. col. 2. a. b. quotidiana, *ibid.* e. continua, *ibid.* e. pestilentes, *ibid.*
- Scorbutum comitantes morbi quidam sint, p. 249. c. 1. c. 2. a. b. & seqq. eius definitio, *ibid.* e. subiectum & causa eiusdem, *ibid.* e. & pag. 25. c. 1. a. & seqq. in totum corpus per venas & arterias distribuitur, *ibid.*
- Scorbutorum causa, p. 783. col. 1. e. struma quid sit, col. 2. *ibid.* b. differentia, p. 784. c. 1. b.
- Scorbutus an sit icterus niger, p. 247. col. 1. a. & seqq. an sit viriligo nigra, *ibid.* c. an liues magni Hippocratis, *ibid.* d. an ille Hematites, *ibid.* col. 2. p. 248. col. 1. a. & seqq.
- Scorbutus, p. 997.
- Scorpio marinus, p. 1124.
- Scorpius, p. 1108.
- Scroci hernia quænam, p. 396. c. 1. a. lapides in illo, p. 399. c. 2.
- Scroci & præputii pruritus, p. 417. c. 1. c. d.
- Scythæ cur steriles fiant, p. 408. col. 2. b. c. & seqq. col. 2. a. & seqq.
- Sestales, p. 1107.
- sectio vesicæ, p. 374. col. 2. d.
- Secundinarum causa, p. 656. c. 1. c. d. signa earumdem diagnosticæ, *ibid.* e. prognosticæ, *ibid.* curatio, a. *ibid.* b. & seqq.
- Semen absumptum, p. 412. col. 1. a. b. & seqq.
- Semen quomodo sit potentia & actu animatum, p. 598. col. 1. d. e. col. 2. a. & seqq.
- Seminis ejaculatio læsa quomodo cognoscatur p. 306. col. 2. b. c. & seqq.
- Seminis generationis læsæ causa, p. 406. c. 1. c. d. col. 2. a. & seqq.
- Seminis perfluuij causa quænam sint, p. 412. c. 2. c. d. & seqq. signa diagnosticæ, p. 413. col. 1. b. c. d. prognosticæ, *ibid.* e. indicationes, col. 2. a. b. curatio, *ibid.* c. d. & seqq.
- Seminis virilis & feminej proportio, p. 591. col. 2. d.
- Sennerti sententia de Arthritide, p. 432. col. 2. d. c. p. 433. col. 1. a. & seqq. p. 459. c. 1. b.
- Sepedo, p. 1106.
- Septalij methodus ad vulnere, p. 885.
- Seri secretionis læsæ, p. 364. c. 1. 2. b. signa diagnosticæ, *ibid.* c. prognosticæ, *ibid.* d. e. c. 2. a. & seqq. indicationes, curatio, & c. *ibid.* e. p. 365. c. 1. a. & seqq.
- Serofus humor cur ad plurima mala exciranda aptus, pag. 258.
- col. 2. c. feri in corpus reliquum distributionem quid faciat, *ibid.* e. p. 259. c. 7. a. p. 1102.
- Serum & Ichor quid sint, p. 216. col. 2. e. an differant, *ibid.* quotplex sit, p. 217. c. 1. b.
- Serum cur in ventre subsistat, p. 309. c. 2. b. an omne ad epar & venas emulgentes deferatur, *ibid.* d. cur in ascite per renes non euacuetur, *ibid.* d. e.
- Serum cur in primis viis subsistat, p. 325. col. 2. d. eiusdem distributione quomodo impediatur, *ibid.* e. p. 336. c. 1. a. & seqq.
- Serum cur in artibus contineatur, p. 349. c. 1. d. e.
- Sigilorum vis an sit aliqua, p. 923.
- Similium partium morbi an sint præter intemperiem aliqui p. 915. & seqq.
- Singultus an ad deprauatam respirationem sit referendus, p. 52. col. 2. c. quid sit, *ibid.* e. placcii opinio de eo, p. 52. col. 1. a. b. quomodo differat à vomitu, *ibid.* col. 2. d. eiusdem causa, quænam sint, *ibid.* col. 2. b. & seqq. excitantia quæ, p. 53. signa eiusdem diagnosticæ, *ibid.* d. prognosticæ, *ibid.* e. col. 2. a. b. & seqq. indicationes, e. curatio, *ibid.* p. 54. col. 1. a. b. & seqq.
- Singultus causa, in infantibus causa, quænam sint, p. 711. c. 1. a. eiusdem signa diagnosticæ, *ibid.* b. prognosticæ, *ibid.* curatio, *ibid.* d. e. p. 711. c. 3. a. b.
- Sinum causa, p. 749. c. 1. d. differentia, *ibid.* e. prognosticæ, col. 2. 166. a. curatio *ibid.* b.
- Sip aphs, p. 1013.
- Sirois quid sit, p. 763. col. 2. d. e. eius causa, p. 374. signa diagnosticæ, *ibid.* c. prognosticæ, *ibid.* d. curatio, *ibid.* e. col. 2. a. b. & seqq.
- Syronum causa, p. 772. c. 2. b. signa diagnosticæ, *ibid.* c. prognosticæ, curatio, *ibid.* d. sirones, *ibid.* e. signa, *ibid.* e.
- Stus deficiens p. 44. e. 1. b. c. eius signa diagnosticæ, *ibid.* d. prognosticæ, *ibid.* e. curatio, *ibid.* col. 2. a.
- Sitis nimæ causa quænam sint, p. 45. c. 1. b. sitis quotplex, *ibid.* c. d. & seqq. eiusdem signa diagnosticæ, *ibid.* col. 1. c. d. prognosticæ, *ibid.* e. curatio, *ibid.* & p. 46. col. 1. a.
- Solanum furiosum, p. 1095.
- Sopor profundus quomodo scorbuticis contingat, p. 265. col. 1. e.
- Spalmus abdominis quid, p. 425. c. 1. b.
- Sphacelus intellinæ quid, p. 90. c. 1. a. b.
- Sphacelus, p. 824.
- Spina dorsali fractura, p. 944.
- Spina luxatio, p. 952.
- Sphincteris vesicæ refrigeratio quomodo fiat, p. 377. col. 1. d. e. & seqq.
- Sporidicus quando nam sit scorbutus, p. 546. c. 1. d.
- Stellæ, p. 1117.
- Sterilitatis causa quænam sint, p. 91. col. 1. a. b. & seqq. differentia, p. 53. col. 2. e. signa diagnosticæ, *ibid.* d. e. indicationes, curatio, & c. p. 95. col. 1. col. 2. a. b. & seqq.
- Sterilitatis ad tempus causa, p. 596. c. 2. b. c. & seqq. signa diagnosticæ, *ibid.* col. 1. a. prognosticæ, *ibid.* b. curatio, *ibid.* c. & seqq.
- Stram fractura, p. 943.
- Stomacæ quid sit, p. 246. col. 1. c. & seqq.
- Strabismus quid, p. 707. signa & curatio, *ibid.*
- Stragata quid sit, p. 382. col. 2. c. eiusdem causa, p. 83. col. 1. a. b. & seqq. signa diagnosticæ, *ibid.* col. 2. c. d. prognosticæ, *ibid.* e. curatio, p. 284. col. 1. a. b.
- Strangulationis merus in scorbuticis quomodo & vnde proueniat, p. 265. col. 2. d. e.
- Strumarum causa, p. 783. col. 1. e. struma quid sit, c. 1. *ibid.* b. differentia, p. 704. col. 1. b.
- Stupor quomodo sit in scorbuticis, p. 263. col. 2. e. p. 264. c. 1. a. b. & seqq.
- Sudarium causa, p. 772. col. 1. b. signa diagnosticæ, *ibid.* c. prognosticæ, *ibid.* e. curatio, *ibid.* d. serones, *ibid.* e. signa, *ibid.* e.
- Sudoris animalium venenum, p. 1121. suffocatio veterina, p. 997.
- Supernictatio quid sit, p. 600. c. 2. c. d. e. p. 601. col. 1. a. & seqq. eiusdem causa, *ibid.* c. 2. a. differentia, *ibid.* b. signa diagnosticæ, *ibid.* prognosticæ, *ibid.* d. curatio, *ibid.* e.
- Sycofes seu ficus quid sint, p. 90. c. 2. c. earum signa diagnosticæ, *ibid.* e. prognosticæ, *ibid.* curatio, & c. p. 62. col. 1. a. & seqq.

T

- Talpa causa, p. 727. col. 1. c. d. signa diagnosticæ, col. 1. *ibid.* c. prognosticæ, *ibid.* d. curatio, *ibid.* e.
- Tarentato, p. 997.
- Tarantula, p. 1115.
- Tartarum Chymicorum quid sit, p. 233. c. 1. a. quomodo generetur, *ibid.*
- Tartarum & sal terræ an differant, p. 433. c. 1. e. c. 2. a. b. & seqq.
- Taurinus sanguis haustus, p. 1119.

& Verborum.

Taxus, p. 1097.
Telephia, p. 817.
Telephia ulcera quænam sint, p. 170. col. 1. a
Telephium quid, ibid. b. & seqq.
Tendinum vulnera, p. 902.
Tenesmus quid sit, 196. col. 2. c. eiusdem causæ, p. 197. col. 1. a. b.
signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. curatio, col. 2. a
Tenæ intestinorum genera quot, p. 77. col. 1. d. e
Terminorum causæ, 773. col. 1. b. c. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, col. 2. ibid. d. curatio, ibid. b
Testes an vim *σπέρματος* habeant, p. 409. col. 1. d. e
Testiculorū & valorum genitalium morbi, p. 522. c. 2. b. c. & seqq.
Testium intemperici causæ, p. 392. c. 1. a. b. signa eiusdem diagnostica, ibid. c. d. prognostica. ibid. col. 2. c. indicationes, curatio, & c. ibid. d. e
Testium numerus vitiat, p. 391. c. 1. c. magnitudo vitiat, ibid. col. 2. b. tabes, ibid. inflammatio, ibid. e. inflammationis signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. indicationes & curatio, ibid. e
Testium dolor unde proveniat, p. 417. c. 2. a. b. & seqq.
Testudinū causæ, p. 787. c. 1. c. d. signa diagnostica, col. 2. ibid. prognostica, ibid. curatio, ibid. e
Theriacum vsus ad humorem hypocondriarum quis, p. 244. col. 1. d
Thymi quid sit, p. 90. c. 2. eorum signa diagnostica, ibid. e. prognostica, ibid. curatio, & c. p. 91. col. 1. a. & seqq.
Tibiarum ulcera, p. 819.
Tineæ in infantibus causæ, p. 699. c. 2. d. differentiz. ibid. c. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. a. curatio, & c. ibid. b. & seqq.
Tineæ causæ, p. 782. c. 2. a. curatio, ibid. d
Tophi & lapides per alium excreti, p. 165. col. 2. c
Topinariæ causæ, p. 787. c. 1. c. d. signa diagnostica, col. 2. ibid. e. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. c
Torpedo, p. 1121.
Toxicum, p. 1093.
Tristitia scorburicorum qualis & unde, p. 265. c. 2. a
Tumor p. 729. col. 2. a. non omnis tumor morbus est, tumor quid, ibid. b
Tumores oculorum & eorum partus, p. 731. col. 1. a. differentiz col. 2. c. causæ continens, ibid. d
Tumoris totius corporis historiz dux, p. 339. c. 1. c. d. & seqq.
Tumoris definitio, p. 738. col. 1. a. causa col. 2. a differentiz, ibid. b. tumoris tumorum numerus & nomina secundum Galenū, ibid. d. tumoris numerus & nomina secundum Ongrassiam. ibid. e
Tumoris aquosi causæ, p. 770. col. 2. d. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, ibid. c. curatio, ibid. a. d. iacta, p. 771. col. 1. b
Tumoris fluctuanti causæ, p. 795. col. 1. a. b. differentiz. ibid. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. curatio, col. 2. ibid. a
Tumorum natura causæ & differentiz pag. 729 col. 1. a. tumorum nomina tumorum ab humoribus ortis in genere causæ, p. 732. col. e. in abscessibus reperiuntur varietas, col. 2. a. tumorum generatio, ibid. d. per congestiones. ibid. e. per affluxum, p. 733. col. 1. a. attractiones, ibid. a. transmissio ne, ibid. b. partes recessiones, ibid. d. via per quas sit fluxus, col. 2. a. b. differentiz tumorum, ibid. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. d. tumores & humoribus quot modis retineantur signa resolutionis suspirationis, p. 734. col. 1. a. corruptionis, indurationis, ibid. q. curatio, ibid. c. causa tumoris quomodo tollenda, ibid. d. fluxionis ablatio, ibid. e. humoris & tumoris ablatio, ibid. a. repulsio, ibid. b. discussio, ibid. c. effusio, ibid. d
Tumorum malignorum ac venenatorum ac in specie de elephantiasi causæ, p. 791. col. 1. e. signa diagnostica, p. 792. col. 2. ibid. c. prognostica, p. 793. col. 1. ibid. e. curatio, col. 2. ibid. c
Tumorum à partibus solidis alio procedentibus, vel incumbentibus in genere causæ, p. 795. col. 2. c
Tumorum particularium causæ, p. 801. col. 1. a. b
Tuffles, p. 995.
Tympanites quid sit, p. 339. col. 2. a. eiusdem, ibid. b. quando nam à solo flatu fiat, ibid. c. & seqq.

rum lactearum nomen adeptum sit, ibid. d. quomodo à rebus quibus valis malaricis distinguantur, ibid. c. 2. a. cur tamdiu lactaria, ibid. b. c. Erat strato notæ, ibid. e. cur mox ante animalium carum succus euaneſcat, ibid. cur eorum vitulæ foras spectent, p. 205. col. 1. b. quomodo ab aliis venis, & artetis, differant, ibid. ad quæ intestina magis tendant, ibid. in intestina, intestio & origo, ibid. eorum progressus, ibid. a. eadem actio, ibid. vitulæ quomodo indagauda, p. 206. col. 1. a. b. & seqq.
Venenam mira historia, p. 1158.
Venenata pharmaca dysenteriz causæ, p. 125. col. 2. 5.
Venenata vulnera, p. 922.
Venenar. morbi qui, p. 786.
Venenum quid & quodplex, p. 587.
Venenum, p. 1055.
Venerea lues, p. 1013.
Veneris appetitus in qua parte resideat, p. 578. col. 2. d
Veneris appetitus in feminis quænam sint causæ, p. 589. col. 2. a. b. signa eiusdem diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. curatio, p. 590. col. 1. a
Ventriculi vulnerum signa diagnostica, p. 21. c. 2. b. prognostica, ibid. c. vulnus ventriculi relictum vivente homine, pag. 22. col. 2. d
Ventriculi imbecillitas à quibusdam appellata, p. 48. col. 1. c. d
Ventriculi intemperies in genere, p. 7. col. 1. c. eius causæ, ibid. col. 2. b. differentiz, ibid. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. indicationes, p. 8. col. 1. a. curatio, & c. ibid. b. ventriculi intemperies frigida quæ, ibid. e. d. & seqq. col. 1. b. c. d. signa diagnostica, ibid. c. prognostica p. 9. c. 2. a. curatio, & c. ibid. b.
Ventriculi intemperies calida unde, p. 10. col. 1. d. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. & col. 2. a. indicationes. ibid. b. curatio, & c. ibid. c. & seqq. ventriculi intemperies humida unde, p. 11. c. 2. a. eius causæ & signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. b. curatio, & c. ibid. & seqq.
Ventriculi intemperies ficta unde, p. 12. col. d. eius signa diagnostica, ibid. e. & c. 2. a. prognostica, ibid. b. curatio, & c. ibid. c. & seqq.
Ventriculi intemperies compositæ unde, p. 13. col. 1. b. eorum signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. c. curatio, & c. ibid. d. & seqq.
Ventriculi intemperies cum materia unde, p. 13. signa eius diagnostica, ibid. e. d. 1. c. 1. a. b. prognostica, ibid. c. indicationes. ibid. d. curatio, & c. ibid. a. c. 2. a
Ventriculi intemperies p. 24. c. 2. b. Ventriculi intemperies frigida & humida cum pituita unde, p. 19. col. 1. a. eius signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. & seqq.
Ventriculi inflammationis causæ, p. 16. c. 1. a. b. eius signa diagnostica, ibid. c. d. prognostica, ibid. c. d. indicationes, ibid. c. 1. a. curatio, & c. ibid. b.
Ventriculi inflammationis causæ, p. 1. c. 1. a. d. eius signa diagnostica, ibid. & col. 2. a. prognostica, ibid. b. c. d. indicationes, ibid. e. curatio, & c. p. 18. c. 1. a. & seqq.
Ventriculi tumores frigidi unde ortum habeant, p. 19. c. 1. e. col. 2. a. eorum signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. b. indicationes, ibid. curatio, & c. ibid. c. & seqq.
Ventriculi extenuatio, p. 20. c. 1. c. d. parvitas & angustia, ibid. c. & col. 2. a. adstrictio, ibid. situs mutatus, ibid. c. res præter naturam varia in eo reperia, p. 21. col. 2. d. res variz in eo geniz, p. 21. c. 1. b
Ventriculi dolor de quo dolore dicatur, p. 63. c. 1. b. c. & seqq. attritio, ibid. col. 1. b. & seqq. adstrictio eiusdem, ibid. e. eiusdem ardor, resolutio, ac stupor, p. 69. c. 1. a. eorum causæ, ibid. b. c. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, ibid. col. 2. a. curatio, & c. ibid. & seqq. ex eo præter naturam excreta & eius mutariz qualitates, ibid. d. c. 1. d. e. p. 70. c. 1. b. intestinorum intemperies frigida, quæ, p. 71. col. 1. a. eiusdem signa diagnostica, ibid. prognosticum ibid. e. curatio, & c. ibid. & seqq. intestinorum intemperies calida unde, ibid. col. 2. b. eius curatio, & c. ibid. c. item & humida, ibid. sic, p. 72. c. 1. b. cum materia coniunctæ signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. indicationes & curatio & c. ibid. e. 2. a. b. & seqq. intestinorū inflammationis causæ, p. 73. c. 1. c. 2. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. c. indicationes, ibid. d. curatio, ibid. 74. c. 1. a
Ventriculi ulcerum causæ, p. 23. e. d. differentiz. ibid. c. signa diagnostica, ibid. & c. 2. a. b. prognostica, ibid. c. indicationes, ibid. e. curatio, & c. p. 24. col. 1. a. b. & seqq.
Ventriculi ex vtero affectus causæ, p. 87. c. 2. a. b. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, p. 138. c. 1. a. curatio, ibid. b. & seqq.
Ventris murmura & rugitus, p. 195. c. 2. & eiusdem causæ, ibid. prognosticum, p. 196. col. 2. a. curatio, ibid.
Ventris terminum in infantibus causæ, p. 71. col. 1. d. e. signa & curatio, ibid. ventris & hypocondriorum in eisdem causæ signa & curatio, ibid. & p. 72. c. 2. a
Venus quomodo sit Aristoteli causa, p. 337. col. 2. a. b. & seqq.

Index Rerum

- Vermes per alium excreti, p. 915.
 Vermes in vesica nati, p. 375. c. 1. b.
 Vermes quomodo in renibus geniti, p. 358.
 Vermium in intestinis genitorum causa, p. 58. col. 2. c. praecipua earum quanam sit, p. 79. col. 1. a. dulcia an ad vermes generandas faciant, ibid. b. quae aetas illorum generationi magis obnoxia sit, ibid. c. in ipso matris utero in infantibus geniti, ibid. a.
 Veronica in colica commendatur, p. 102. c. 1. d.
 Verrucarum caussa, p. 788. col. 1. a. b. signa diagnostica, col. 2. ibid. b. prognostica, ibid. c. curatio, ibid. d.
 Verrucarum meatus urinarum signa diagnostica, p. 378. c. 1. c. col. 2. a. prognostica, ibid. b. curatio, ibid. c. & feqq.
 Vesicae intemperies unde proveniat, p. 371. angustia, ibid. numeri vitium, ibid. eiusdem calculi caussa quanam sint, p. 372. c. 1. a. b. & feqq. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, p. 373. col. 1. a. b. & feqq. indicationes, curatio, & c. c. 1. d. c.
 Vesicae distentio quomodo fiat, p. 377. eiusdem inflammatio & inflammationis caussa, ibid. d. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, p. 374. c. 1. a. b. indicationes curatio, & c. ibid. c. & eiusdem vesicae situs mutatur, ibid. c. 2. a. b. vulnera eiusdem & vulnerum signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. c. curatio, & c. ibid. d. eiusdem scabies unde sit, ibid. e. vlcera & vlcerum caussa, p. 375. col. 1. a. b. signa diagnostica, ibid. c. d. prognostica, ibid. e. indicationes curatio, & c. ibid. c. 2. a. b. & feqq. eiusdem fistulae, p. 376. col. 2. d. e. p. 377. col. 1. a. b. & feqq. excreta aliena, p. 389. c. 1. c.
 Vesicae symptomata quanam sint, p. 380. c.
 Vesiculae fellis in orbi quinam sint, p. 305. c. 2. d. c. p. 304. c. 1. a. & feqq.
 Vespa, p. 116. c.
 Vigilae quomodo scorbuticis contingant, p. 265. c. 1. e.
 Vigiliae nimium in initio utibus caussa, p. 705. c. 1. d. e. c. 2. a. signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. c. curatio, & c. ibid. d. & feqq.
 Vina salubria ab insalubribus distincta, p. 416. col. 2. c. 437. c. 1. a. b. & feqq.
 Vipera, p. 1108.
 Virgines adultiores cur non facili concipiant, p. 593. col. 1. d. valitudine, nubere debent, p. 597. col. 1. d.
 Virgineus morbus quid sit, p. 564. c. 1. d. e. eiusdem caussa, ibid. col. 2. a. b. signa diagnostica, ibid. c. d. prognostica, p. 565. e. 1. b. c. indicationes, ibid. d. curatio, ibid. e. c. 2. a. & feqq. an motus & exercitatio in morbo virgineo competat, p. 567. c. 1. d. e. an Venus virgineo morbo laboribus utilis sit, p. 568. col. 1. a. b. an venae lectio in morbo virgineo locum habeat, ibid. e.
 Viride aeris, p. 1079.
 S. Viti chotae, p. 997.
 Vitiligio nigra an sit idem morbus cum scorbuto, p. 247. c. 1. col. & feqq.
 Vitiliginis caussa, p. 778. col. 1. a. b. & c. signa diagnostica, p. 779. c. 1. e. prognostica, c. 2. ibid. a. curatio, ibid. c.
 Vitrioli fuscitates quae, p. 160. c. 2. c. p. 191. c. 1. a.
 Vitriolum, p. 1075.
 Vitium argentum, p. 1142.
 Vlcera caussa, p. 802. col. 1. a. subiectus, ibid. b. differentia, c. 2. Vlcera simplicia caussa, p. 803. c. 1. d. signa diagnostica, c. 2. ibid. d. prognostica, p. 804. col. 1. c. indicationes, p. 805. c. 1. a. b. curatio, c. 2. ibid. a. b.
 Vlcera cum intemperie caussa, p. 807. c. 1. b. signa diagnostica, d. prognostica, ibid. e. curatio, c. 2. ibid. b. haemorrhagiae, p. 808. c. 1. Vlcera cum humorum affluxu caussa, p. 808. c. 2. a. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. e. curatio, p. 809. c. 1. a.
 Vlcera sordida, putrida, corosiva caussa, p. 809. c. 2. a. b. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. a. curatio, ibid. e.
 Vlcera cum tumoribus caussa, p. 810. c. 1. d. e. signa, ibid. e. curatio, ibid. e.
 Vlcera verminosa caussa, p. 815. c. 1. d. e. signa, ibid. e. curatio, ibid. d.
 Vlcera varicosa caussa, p. 815. c. 1. d.
 Vlcera cum ossis carie, p. 815. c. 2. d. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, pag. 816. c. 1. d. curatio, ibid. d.
 Vlcera sinuosa caussa, p. 816. c. 2. c.
 Umbilicalis herniae caussa, p. 419. c. 1. b. c. d. signa diagnostica, ibid. b. p. 420. c. 1. a. prognostica, ibid. b. indicationes, ibid. e. curatio, ibid. d.
 Umbilicalis herniae aquosa quanam sint caussa, ibid. c. 2. d. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, ibid. e. indicationes, curatio, & c. ibid.
 Umbilicalis herniae struulosa caussa, p. 421. col. 1. b. signa diagnostica, ibid. b. c. prognostica, ibid. d. indicationes & curatio, ibid. e. hernia umbilicali carnosa, ibid. d. e. c. 2. a. & feqq. umbilicali inflammatio unde proveniat, ibid. d. e. pag. 422. c. 1. a. eiusdem abscessus. & vlcera, ibid. b. vermes umbilicali, ibid. c. d. e. col. 2. a. b. lapides umbilicali & vasorum eius abruptio, ibid. d. e. p. 423. c. 2. a.
 Umbilicalium vasorum & pulmonis post partum mutatio, pag. 628. c. 1. d.
 Umbilici apertio quomodo fiat, p. 418. c. 1. a. & frigida affusa tormentum grauisimum, p. 419. c. 1. b. umbilicus sanguinem fundens, ibid. c. c. 2. a. & feqq.
 Umbilici prominentiae caussa, p. 718. c. 1. b. signa diagnostica, ibid. b. prognostica, ibid. e. curatio, ibid. c. 2. b.
 Umbilici inflammationis signa diagnostica, p. 718. c. 2. e. prognostica, p. 719. col. 1. a. curatio, ibid. b.
 Unguentum viua, p. 858.
 Unguentum armorium, p. 885. & 891.
 Volaticae infantum maculae, p. 836.
 Vomica nux, p. 1099.
 Vomitus quid sit, p. 56. col. 2. b. & feqq. eiusdem caussa, ibid. e. p. 47. c. 1. a. b. & feqq. differentia, ibid. d. e. signa diagnostica, ibid. c. 2. b. c. & feqq. indicationes, ibid. c. 2. e. curatio, & c. p. 59. col. 1. b. & feqq.
 Vomitus Galeni quis sit, ibid. col. 2. d. medicamenta ad illum, ibid.
 Vomitus caussa in infantibus quanam, p. 711. col. 2. signa eiusdem diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. e. p. 712. col. 1. a. curatio, & c. ibid. b. c.
 Vtudo in vibus & arborum foliis quidnam sint, p. 392. col. 2. d. e. eorumdem caussa, ibid. p. 363. col. 2. a. & feqq. eorumdem obstructio, ibid. b. & feqq. vulnera & vlcera, ibid. col. 2. a. & feqq.
 Vrinae suppressio quatuorplex, p. 380. col. 1. a. ad eius excretionem quot sunt necessaria, ibid. b. eiusdem signa diagnostica, p. 381. col. 1. d. e. col. 2. a. b. & feqq. prognostica, ibid. c. & feqq. indicationes curatio, & c. p. 382. c. 1. b. c. & feqq. de diminuta eius excretionem, ibid. e. col. 2. a. eiusdem caussa, ibid. prognostica, ibid. b. curatio, ibid. c. v. n. tarditas, p. 382. col. 2. d.
 Vvianus meatus quatuorplex sit, p. 377. c. 2. a. & feqq. eius angustia, ibid. b. angustiae caussa, ibid. d. signa diagnostica, ibid. prognostica, p. 378. col. 1. a. curatio, ibid. b. c. & feqq. eiusdem vlcera, ibid. e. p. 379.
 Vvinae continentia & suppressio quomodo ex eadem caussa fiat, p. 386. c. 2. e. d. e. quomodo rubra fiat, p. 387. col. 2. c. d. quomodo cruenta, p. 388. col. 1. d. e. posterioris huius v. n. signa diagnostica, ibid. col. 2. a. b. prognostica, ibid. c. curatio, ibid. d. e. & feqq. v. n. nigra, p. 389. c. 1. b. c. & feqq.
 Vvinae excretio per aliena loca quomodo fiat, p. 190.
 Vvinae difficultatis & retentionis caussa, p. 720. c. 1. d. c. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, ibid. curatio, ibid. a. col. 2.
 Vvinae incontinentia col. 2. d. signa diagnostica, ibid. prognostica, p. 721. col. 1. ibid. 2. curatio, ibid. c.
 Vvteri ceruicis condylomata, p. 483. c. 1. c. caussa illorum, ibid. d. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. curatio, ibid. e. verucae vteri, p. 488. col. 2. c. caussa earum, ibid. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. curatio, ibid. e. haemorrhoidam vterica caussa, p. 486. c. 1. d. signa diagnostica, ibid. curatio, ibid. e. c. 2. a. b. & feqq.
 Vvteri claustra & angustia quid sit, p. 484. col. 2. c. eiusdem caussa, ibid. b. p. 485. col. 1. a. eiusdem signa, ibid. e. 2. d. e. prognostica, p. 486. c. 1. c. d. indicationes & curatio, ibid. e. c. 2. a. & feqq. claustrum vteri secundum modum, ibid. c. 2. e.
 Vvteri vulnerum signa diagnostica, p. 321. col. 1. a. prognostica, ibid. curatio, & c. ibid. b. vlcera unde fiat, ibid. d. e. fetus in utero mortuus frustillatim extrahitur, p. 502. col. 1. b.
 Vvteri imbecillitas unde proveniat, p. 514. col. 1. a. vsus & actio eiusdem quatuorplex ibid. b. imbecillitatis caussa, ibid. c. 2. p. 515. col. 1. 2. b. signa diagnostica, ibid. d. indicationes & curatio, ibid. col. 2. a. & feqq. vteri priuri caussa, ibid. d. e. signa diagnostica, p. 526. c. 1. a. prognostica, ibid. curatio, ibid. b. & feqq. vteri doloris caussa, ibid. c. 1. a. & feqq. signa diagnostica, eiusdem, p. 527. col. 1. a. b. prognostica, ibid. e. indicationes, curatio, & c. ibid. c. & feqq. vterus an sit animal, p. 528. col. 2. a. an odores percipiat, ibid. b. feqq. 529.
 Vvteri vlcera caussa, p. 490. col. 1. d. e. eorumdem differentia, ibid. signa diagnostica, ibid. e. col. 2. a. b. prognostica, ibid. indicationes curatio, & c. ibid. & p. 491. c. 1. a. & feqq.
 Vvteri ceruicis Rhagades, p. 991. col. 1. d. e. signa diagnostica, p. 492. col. 1. a. curatio, ibid. b. de fistulis colli vteri, p. 492. col. 2. a. eorumdem caussa, ibid. b. signa diagnostica, ibid. c. prognostica, ibid. d. curatio, ibid. e. c. & p. 493. c. 1. a. cancri vteri caussa, ibid. e. eiusdem signa diagnostica, ibid. col. 2. a. prognostica, ibid. b. curatio, ibid. c. gangraena & sphaeli vteri caussa, p. 494. col. 1. c. d. signa diagnostica, ibid. e. prognostica, ibid. curatio, col. 2. b. & feqq. vteri intemperies calida, p. 496. c. 1. e. eius caussa, ibid. signa diagnostica, ibid. c. 2. a. prognostica, ibid. b. curatio, ibid. e. & feqq. de intemperie vteri frigida, p. 497. col. 1. b. eiusdem caussa, ibid. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. c. curatio, & c. ibid. d. & feqq. de humida intemperie vteri, ibid. c. 2. d. eiusdem caussa,

& Verborum.

ibid. signa diagnostica, ibid. prognostica, ibid. e. curatio, ibid.
 De sicca vteri intemperie. p. 498. a. b. eiusdem causæ. ibid.
 signa diagnostica, ibid. e. prognostica, ibid. d. curatio. ibid. e.
 & seqq. de intemperiebus vteri compositio & cum materia
 & primo de frigida & humida. p. 498. c. 2. a. b. eiusdem causæ.
 ibid. c. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, ibid. indica-
 tiones curatio, & c. ibid. e. p. 499. col. 1. a. & seqq.
 De vteri conformatione vitiosa, & primo de angustia vteri &
 eius vasorum, p. 500. c. 1. b. c. eiusdem causæ, ibid. d. signa
 diagnostica, ibid. d. e. 2. a. prognostica, ibid. b. indicationes
 & curatio, ibid. c. d. e. & seqq. De vteri vasorum præter natu-
 ram apertione, p. 501. eiusdem causæ, ibid. col. 1. d. e. signa dia-
 gnostica, ibid. c. 2. a. b. prognostica, ibid. c. indicationes, cu-
 ratio, & c. ibid. d. e. vterus duplicatus & deficiens quid sit,
 p. 502. c. 1. a. b. De rebus alienis in vtero reperiis, ibid. d. ver-
 mes vteri, ibid. adiposa materia & crines in vtero reperi,
 ibid. b. c. & seqq. vtero geniti, ibid. b. c. vteri inflammationis
 causæ, p. 503. c. 1. d. e. signa eius diagnostica, ibid. col. 2. a. b. &
 seqq. prognostica, p. 530. c. 1. c. indicationes curatio, & c. ibid.
 c. 1. d. e. c. 2. a. & seqq. an in inflatione vteri flatus quandoque
 in ipsa vteri cavitate contineantur, p. 505. col. 1. a. vteri hydrops
 quid, p. 505. c. 2. a. b. & seqq. eiusdem causæ, p. 506. c. 1. d. e. col.
 2. a. b. signa diagnostica, ibid. c. d. & seqq. prognostica, p. 507.
 c. 1. e. c. 2. a. indicationes, ibid. b. curatio, ibid. c. d. & seqq. vie-
 ri tumor vnde oriatur, p. 508. c. 1. d. e. c. 2. a. vteri inflammatio-
 nis causæ, pag. 508. c. 2. c. d. signa diagnostica, ibid. e. p. 509.
 c. 1. a. b. & seqq. prognostica, ibid. c. 2. c. indicationes, ibid. d.
 curatio, ibid. e. vteri scirrhi causæ, p. 511. c. 1. e. c. 2. a. b. signa
 diagnostica, ibid. c. d. prognostica, ibid. e. indicationes & cu-
 ratio, p. 512. c. 1. a. vteri assensus quid, ibid. c. 2. e. an vterus in
 foemina re vera adscendat. ibid. e. p. 513. c. 1. a. & seqq. eiusdem

causæ, p. 514. c. 2. d. signa diagnostica, ibid. d. prognostica, p.
 515. c. 1. a. curatio, ibid. b. vteri procidentis causæ, p. 515. c. 1. c. d.
 & seqq. signa diagnostica, p. 516. c. 1. d. e. prognostica, ibid. c. 1.
 a. b. indicationes & curatio. ibid. c. d. & seqq. vteri hernia,
 p. 520. c. 1. c. d. & seqq.
 Vteri consensus, & symptemata ex eo preuenientia p. 518. col.
 2. b. 2. b. c. & seqq. suffocatio eiusdem, p. 570. c. 1. a. b. si sic ca-
 nonis caulla. ibid. d. e. c. 2. a. & seqq. differtur, p. 571. c. 2. a.
 b. signa diagnostica, ibid. e. d. & seqq. prognostica, p. 537. c. 1.
 b. c. & seqq. indicationes, col. 2. a. curatio, ibid. b. & seqq.
 Vteri morbi, p. 633. c. 2. d. e.
 Vteri angustia an faciat abortum, p. 637. c. 1. b.
 Vterina suffocatio quæ sit & ratio, p. 575. c. 2. a. b. curatio, ibid. d. e. vera,
 2. a. b. curatio, ibid. d. e. vera, p. 576. c. 1. 2. b.
 Vterinus furor quæ ratio differat à salacitate, p. 577. c. 1. c. quo-
 modo à pruritu, ibid. d. quid sit, p. 578. c. 1. a. eiusdem causæ.
 ibid. c. col. 2. a. & seqq. signa diagnostica, pag. 579. c. 1. d. pro-
 gnostica, ibid. e. indicationes, curatio, & c. ibid. c. 2. a. & seqq.
 Vterinus vagitus quid, p. 626. c. 1. d.
 Vuarum eius an sit causæ dysentericæ, p. 125. c. 2. b.
 Vulnere venenata, p. 916. particularia, p. 916. morbi & sympto-
 mata quæ iis accidunt, p. 919.
 Vulneraria potiones & medicamenta, p. 896. & seqq. vulnera-
 torum data, p. 898. fluxui ad partem vulneratam quemodo
 prohibenda, p. 899.
 Vulneris natura, p. 860. differentia, ibid. causæ, p. 861. signa dia-
 gnostica, ibid. prognostica, ibid. & seqq. curatio & indica-
 tiones, p. 871. & seqq. extrahenda ex vulnere, p. 872. & seqq.
 ad paratus ad vulnera obliganda, p. 874. fasciatio, ibid. sple-
 nia, ibid. laquei, p. 875. membri delicati & vulnerati apta col-
 locatio, ibid. medicamenta ad ea curanda, p. 878.

FINIS.

